QVAESTIONES

IVRIS VARIAE AC SELECTAE, CVM IN

*SCHOLIS AD EXERCENDA INGENIA, AC FORMAN*dum iudicium studiosorum accommodatissimæ: tum in Foro & Praxi ad decidendos ex veritate Iuris casus quotidianos & interdùm perplexos, quàm vtilissimæ: in vtranque partem disputatæ, & demùm ex veritate iuris decisę: Diuersorum Clarissimorum V. I. luminum, veterum & Recentium, Adiectis nunc recēs Augustini Beroij, Antonij Guiberti, & Aymonis Crauetæ Quęstionibus.

NVNC PRIMVM IN STVDIOSORVM AC PRACTICOrum Iuris gratiam, simul in vnū quasi corpus collectæ, & emendatius multò, quàm antè vnquam particulariter, editæ: innumeris scilicet locis restitutis & emendatis.

CVM DVPLICI INDICE, GENERALI SCILICET, QVO QVAESTIOnes hæ ad suas sedes, Titulos nimirum V. I. referuntur: & Speciali, Rerum & Verborum memorabilium copiosissimo.

LVGDVNI,

1572

AVTHORES QVORVM QVAESTIONES SEV DISPVTATIONES HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

QVAESTIONES

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S.

QVANTVM valeant Disputationes seu Quæstiones Iuris in vtranque partem discussæ, ad exercenda ingenia & formandum iudicium studiosorum, & ad casus oblatos ex veritate Iuris decidendos, nemo est qui nesciat. Disputationibus enim ingenium cùprimis acuitur & exercetur, ac quemadmodum ferrum quo magis atteritur, eo rubigo eius perfectius abstergitur, & nitescit ac acuitur eo magis: ita etiã per huiusmodi disputationes, caligo ingenij paulatim depellitur, & lumen ac claritas iudicij in dies magis ac magis aperitur & firmatur. Quantum etiam ad veritatẽ inueniendam prꝑstent hæ disputationes, multorum philosophorum egregia extant testimonia: & id ipsa rerum magistra, experientia, docet. Vt enim lapidum conflictu ac tritu ignis, sic ex contrariorum agitatione veritatis lumen tandem elicitur: certiórque habetur veritas, quæ ita per contraria eruitur: quia sol reuerberatus fortius calescit: & clauus repercussus fortius stringit. Atque hoc est quod de Herennio Modestino Vlpianus I.C. ait l. mista. ff. de mune. & hono. Modestinum scilicet disputando ita bene & optima ratione decreuisse. Quod & Paulus I.C. de Scæuola innuit, l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. Possémque eius cùm ex Iureconsultorum veterum Responsis, tum etiam ex interpretum comentariis multas authoritates adferre, quas breuitatis ergo consulto prætereo. quas videre est ad lõgum apud Neuizanum in principio Syluæ suæ nuptialis, & alios variis in locis.

Cùm igitur per Dei gratiam nuper duos Tomos Selectorum Tractatuum Iuris emiserim: alterum in materia Successionis, tam à testato quàm ab intestato: alterum in materia Assecurationis & Cautionis: idémque & in aliis quoque materiis non minus fertilibus & vtilibus facere cogitarem: hunc Tomum Quæstionum Iuris propter summam earundem vtilitatem, interiicere non abs re visum est, præsertim quòd viderem Quæstiones hasce partim publicè nõ extare: multas variis in libris dispersas, quos pauci haberent: quasdam etiam recens natas, quæ non passim ad omnes peruenirent.

In quibus certè, bona fide dictum, inuenies omnia multo emendatiora, quàm ante vnquàm sunt edita, vt ex collatione exemplarium videre licet, etsi forte non vbique sint omnia omnibus numeris absoluta, propter defectum exemplarium, quæ fuere fere quàm deprauatissima, in primis etiam Mercuriales Ioannis Andreæ, etsi postremæ earundẽ editioni magnifica præfixa sunt præconia, quod scilicet ea editione in iis omnia pristinæ suæ integritati sint restituta &c. cum tamẽ nihil minus sit prꝑstitum, vt ex collatione huius editionis ad illam, ad oculum patebit. infinitis enim nihilominus scatebant mendis & falsis ac corruptis allegationibus iurium, quæ hac editione vtcũque restituta sunt.

Nemo, proh dolor, non nouit, quàm sint iam multis retro annis minorum gẽtium Doctorum monumenta Iuris, præsertim autem veterum, deprauatissimè impressa, vt maximopere necesse esset ea diligenter recognoscere, ac pristinæ suæ integritati restituere. Quod merito boni viri inter Iureconsultos, ocio abundantes, in Reipu. gratiam præstare deberent. nunc hæc cura relinquitur Typographis, quibus etsi libenter vellent, id præstare quodammodo impossibile est, possint, qui hæc ad amussim, etiã oblato eo nomine honorario, præstare velint. Et si quis forte sit, qui magnis suis impensis & laboribus tale quid prꝑstiterit, non desunt aliorum commodorũ inhiatores, qui quicquid ita emendatum prodit, in præiudicium Typographi statim imitentur, & lucrum quod is ex labore & impensis suis habere deberet, alteri præripiũt: vnde fit vt fere Typographi priora mẽdosa sequantur, immo sæpenumero etiam per nimiam incuriam magis ac magis corrumpant vetera, quod factum hic non esse, res ipsa loquitur.

ACCIPE igitur candide lector benigna fronte, quæ tibi hic tuo commodo rursus damus, iisdémque syncere & pie, vt veros Iuris Sacerdotes decet, Proximi & Reip. bono, vtitor. VALE.

INDEX GENERALIS

QVAESTIONVM IVRIS HOC VOLVMINE CONtentarum, quo ad sedes suas, titulos scilicet vtriusque Iuris tanquam locos communes, referuntur.

De cessionibus.

De citatione,& in ius voc.

De clericis coniugatis.

De cognatione spirituali.

De commodato.

De compensationibus.

De conciliis,& eorum authoritate.

De condict. indebiti,& ob turp.caus.

De consuetudine.

De conuerſione coniugatorum.

De debitore ſuſpecto & fugitiuo.

De decimis.

De depoſito.

De diſpenſationibus.

De diuortijs.

De dolo & contumacia.

De donationibus.

De dotibus & earum iure.

De electione.

De emphyteusi, & canonis præstatione.

De emptione & venditione.

De fin-

De hæreticis, Iudæis & paganis.

De iniurijs, & damno dato.

De inſtrumentis, & eorum fide.

De interdictis.

De inuentarij beneficio & vſu.

De iudicibus & Iudicijs.

Teſ

De nouationibus.

De officijs & ministerijs ecclesiasticis.

De officio & potestate iudicis delegati.

De officio vicarij.

Ordinari ad sacros ordines qui & quando possint, & de eorum qualitate.

De pactis & conuentionibus.

De permutationibus.

De petitione hereditatis.

De pigneratitia actione, pigneribus & hypothecis.

De pœnis.

De præbendis.

facere

De præscriptis verbis.

De præsumptionibus & fictionibus.

De priuilegijs,beneficijs,& immunitatibus.

De probationibus.

De procuratore.

De sententia excommunicationis & banni.

De seruitutibus. Et libera facultate construendi in re sua.

eis

Trans-

De vsuris.

INDEX SPECIALIS RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM COPIOSVS HVIVS VOLVMINIS, SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI:

cum diligenter congestus. In quo sciat candidus lector, priorem numerum paginam indicare, alterum verò, numerum in margine notatum. At sicubi numeri marginales desunt, vt in Pilei quaestionibus, Studiosus lector ad literas A,B,C,D, in hoc Indice notatas confugiet. quarum priores A,B, pagina notata primam columnam: A, superiorem, & B, inferiorem partem: & C,D, alteram columnam, eiúsque partes, designant.

actus

citatió

concilium

conscien-

Vbi

aliter

ff

episco

Franco.

heredem

ingressus

iudiciorum

iura-

cenſeatur

originis

exeundo

prohibita

quod

repetitio

statutum

tum

Et quo-

FINIS.

CELEBERRIMI IVRIS-CONSVLTI AC GLOSSATORIS VETVSTISSIMI,

D. PILEI MODICENSIS QVAESTIONES AVREAE.

SVMMARIVM.

An omnes de vniuersitate debeant de calumnia iurare.

Quæstio I.

BONONIENSES, dum querimoniam de Ferrariensibus deferrēt super sacramento de calumnia præstando: inter curiæ nobiles orta est disputatio, vtrum omnes debeant iurare, quia causa est vniuersitatis: an vero sufficiat, si soli consules iurent.

QVOD SVFFICIAT

QVOD sufficiat, si iurent vt defensores, probatur sic: eo prius proposito, quod nō possunt consentire municipes, vt ff. de acquir. possess. l. j. §. municipes. Sed nec bonorum possessionem petere in bonis liberti seu libertæ: sed necessario actorem eligunt, qui petat, vt ff. de liber. munici. & vniuersitat. l. j. nec ergo sacramentum calumniæ præstabunt, quia in eo præstando non possunt consentire. Item, si municipibus legatum relinquatur si iurent, non iurabūt omnes, sed per eos iurabitur qui agunt res municipij, vt ff. de condit. & demonstra. l. municipibus. ¶ Item in restitutione hæreditatis facienda municipibus, & translatione actionum ex Trebel. quia sic transferuntur, si actores eligunt qui actiones excipiant, vt ff. ad Trebel. l. ita tamen. ¶ Item quod non municipes, sed eorum defensor iurabit de calumnia: sic & si hæreditas restituatur municipū defensori, satis est. Nam vniuersis redditur, quod pro voto omnium, primatibus indulgetur: vt C. de aduocat. diuer. iudic. l. restituendæ: & sic de legato relicto ciuitati ad spectaculum. nam & ipsum authoritate primatum ciuitatis, faciēdum est l. legatum ciuitati ff. de vsu. & vsufruct. lega. Idem in sacramento calumniæ videtur. Idem de eo qui vult in publico ædificare, quod satis est si ædificat authoritate reipubli. procuratoris, saltem lege municipali id ei concedente, vt ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane. ¶ Item ex superioribus, quia consentire non possunt, ergo hi soli experientur. sicut & pater in actione de dote, vbi filia nequit cōsentire, vt ff. solu. matrim. l. 2. ¶ Item intelliguntur omnes iurare, quia iurant defensores, sicuti alias intelligūtur scire, quod sciūt administratores: vt ff. ad munici. l. municipales ¶ Itē quando legatorū seruandorū causa municipes postulant se mitti in possessionē, nō ipsi, sed eorum actor mittendus est, l. municipio. ff. vt in pos. lega. ¶ Itē municipes aliquid dolo facere nō possunt: sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorū, qui res eorū administrāt, datur ad hoc actio, ff. de dolo. l. sed ex dolo. §. j. ¶ Itē alias legitur, ꝙ duo soli primates conueniuntur. ¶ Itē alia ratio, quia sacramentū calūniæ vel à plurima parte vel idonea vniuersitatis, præstādum esse dicitur, C. de iureiur. propter calum. l. 2. §. hoc etiam huic legi: hæc pars idonea est, quia cum ab oībus sint electi, ab omnibus est eis concessa potestas, vt ff. quod cuiusque vniuersita. nomin. l. item eorum. §. j. Vnde hi soli iurabunt. Sic enim solus princeps iurat, quia est ei cōcessa potestas. ¶ Item maior pars intelligitur ex dignitate, hæc autem pars est dignior, sicut per anteriora probatur, quia soli nobiliores creātur defensores, vt in authen. de defen. ciuit. §. interim illud. Immo si in illa ciuitate nō sunt nobiles, ex vicinis ciuitatibus alij sunt eligendi, argumento sumpto de tutore, in ciuitate, in qua postulatur dari, non reperto idoneo, vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. diuus. ergo si dignitatem ciuitatis habent, hæc maior pars est. ¶ Item sicut ratione publici offici iurat tutor, eadē ratione ipse iurabit defensor publicus. C. de iureiur. propter cal. l. 2. ¶ Item quia sic expedit, ne per plures suscipiantur actiones vel intendantur, iste solus iurabit de calumnia, sicuti de tutoribus dicitur: quia vbi nō est decreta administratio, decernēda est, quia expedit, vt vnus suscipiat, & vnus intercedat, nec per plures tutela spargatur: iste est tutor qui onera sustinet, ergo si alij mille essent, iste solus de calumnia iurabit, vt ff. de admin. tut. l. 3. ¶ Item si iurare deberet vniuersitas, posset tantum vni committi iuratio, sicut electio ab ordine decurionum facienda, vt ff. quod cuiusq; vniuer. l. item. §. j ¶ Item si plures concurrunt agentes, ex eis idoneiores eliguntur, sicut in interdicto de libero homine exhibendo: vt ff. de liber. homi. exhib. l. 3. §. si tamen plures. ¶ Itē res publica tanquam pupillus iudicatur, ergo administrator ipsius, tanquam pupilli, debet iurare de calumnia. vt C. de offic. eius qui vicem alicui iudic. vel præs. obti. l. j. ¶ Item quia hoc esset onerosum, vt pro singulis causis tota vniuersitas iuraret. permittendū est ergo quod facilius est, vt vnus iuret: Instit. de iure nat. §. Senatus. Et quasi non possit vniuersitas iurare, nec habere animam dicatur ¶ Item, quia vt rectores dissentirent, vno rectore pro vno modo, & altero alio: non sic contingere potest. Vnde potius facultas rectoribus debet concedi argu. ff. de condi. indebit. l. plane.

EXADVERSO.

¶ QVOD non sufficiat iurare consules de calumnia, immo oportet omnes iurare, vel maiorem partem, vel idoneiorem, vt C. de iureiu. propter cal. l. 2. §. hoc etiā: nec est ergo à verbis recedendum, nam si, cum certum aliquid decernendum est, illi interesse debēt, qui duo, vel plures requiruntur, argumento ff. de decre. ab ord. fac. l. 2. ergo & cum iurant. ¶ Itē quia negocium omnes tangit, ergo & omnes iurare debent, vel maior pars, neq; vnus de calumnia iurabit, vt C. de autho. præstā. l. final. ¶ Item consul fungitur partibus procuratoris, vt ff. quod cuiusque vniuer. l. item eorum. §. actor. Ergo nō ipse, sed dominus de calumnia iurabit, vt C. de iureiur. propter calū. l. 2. §. si autem. Item hoc non inuenitur in l. expressum, vt in hoc casu consulem iurare sufficiat, ergo à quoquam fingendum non est, vt ff. sol. matri. l. si vero. §. de viro. Præter hæc, cum res minima ciuitatis distrahitur, omnes iurare debent ciues, vel pene omnes. Ergo multo fortius in eo, præsertim si de magnis litigatur, vt C. de vend. rer. ciuit. l. vlti. Absurdum enim est, aliter cōcedi actionem vel exercitium, quam distractio permittatur rerum. argu. ff. de iur. deli. l. ait. sed cum defensor eligitur cū decreto habito, sacramentum præstādum est omnium possessorum: vt in auth. de defens. ciuita. §. nulli. nec si consul aliquid confitetur, nūquam præiudicaret ciuitati, vt ff. de interro. act. l. si defensor. ergo ipsa vniuersitas iurare debet, quæ sibi valet præiudicare. ¶ Item causa vniuersitatis, nō est singulorum, vel ecclesiæ, ergo ipsa vniuer-

ſitas iurare debet, nõ autem vel vnus vel duo de vniuerſitate, vt ff. quod cuiuſq; vniuerſ. l. ſicut municipiũ. Et quam fortior eſt ratio: Conſules demandatã & non legitimam habent adminiſtrationem: ergo nõ poſſunt iurare de calumnia, ſed vniuerſitas, per quam mandatur, arg. C. de iureiur. propter cal. l. 2. §. ſi autem.

SOLVTIO.

¶MIHI verum maxime videtur iure moribus recepto, ſufficere in cauſa vniuerſitatis, conſulem iurare, præſente tamen & conſentiente maiore parte vniuerſitatis, argu. C. de ſacroſan. eccle. authẽ. hoc ius. vt ſic ipſa quodammodo iurare videatur vniuerſitas.

SVMMARIVM.

An œconomus qui forma non ſeruata rem eccleſiæ alienauit, poſſit illam vendicare.

Quæſtio 2.

OECONOMVS cuiuſdam eccleſiæ, rem eccleſiaſticam citra formam legis alienauit, nunc vult eam ab emptore eccleſiæ nomine vendicare, quia non rite alienatio ꝓceſsit: quæritur, an poſſit?

QVOD POSSIT.

¶PROBATVR hoc modo: Alienatio talis ipſo iure non valuit, ergo idem qui alienauit, tali non obſtante alienatione, vendicabit, arg. C. de tranſact. l. ſi cum. & ff. de opt. leg. l. hominẽ. ¶Item alia ratione, quia nõ ſuo, ſed alieno nomine vendicat, ergo ipſe vendicare non videtur, vt C. de accuſa. l. 3. ff. de acqui. poſ. l. quod meo. ¶Item hoc, quia non tanquam venditor, ſed tanquam eccleſiæ facit adminiſtrator, vt ff. de adoptio. l. ſi pater. §. j. & quod cuiuſque vniuerſ. l. item. ¶Item coactus ab actione mandati, vel negotiorum geſtorum, vt ex bonis eccleſiæ, ergo cauſa ſui iuris conſeruandi, & ex neceſsitate officij agit, vt argumẽ. de nego. geſt. l. at qui. §. ſi cum me. & de bon. lib. l. ſi quis. & de præſcrip. verb. l. qui ſeruandarum.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicitur quod non poſsit agere, quia non licet ei contra factum ſuum venire, arg. de bo. lib. l. libertus. §. ſi quis, & de præſcri. verb. l. qui ſeruandarum. ¶Item quia non licet ei fraudem ſuam vel iniuſtitiam allegare: ideo enim dicit ſe tractare, quia non iure alienauit. argum. ff. de adopt. l. poſt mortem, & ff. de ſeruitu. ruſti. præd. l. per fundum. ¶Item ſi de iure alienaſſet, quia nõ deliquit, reuocare non poteſt, ergo multo minus poterit, vbi de iure non alienauit, quia deliquit, alioquin plus iuris haberent delinquentes, quam qui non deliquerunt, quod eſt vetitũ, arg. C. de tranſa. l. ſi. & C. de ſer. pig. da. manu. l. ſi creditoribus ſatisfactum, & ff. de legat. j. l. ſi ſeruus. §. j. ¶Item alia ratione probatur, quod ob hoc quod ſic alienauit, puniendus eſt, vt C. de ſacroſanct. eccle. l. iubemus. ergo quia taliter alienauit, agere non poteſt, argu. ad Turpil. l. j. §. accuſationem. & ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 3. ¶Item hoc etiam ipſius eccleſiæ intereſt. præſumitur, enim, ꝙ & nunc debeat agere male, quia ſemel iniuſte egit, vt ff. de negotiis geſtis. l. ſiue. Præterea quia in pari cauſa eſt œconomus cum emptore, emptores enim & vẽditores rei venditæ, pari vitio laborant: ergo deterior eſt conditio petentis, vt C. de excu. tut. l. humanum, & ff. de accuſat. l. ſi cui. & ff. de cond. ob tur. cauſ. l. ſi autem, & ff. de regu. iuris. l. vbi par. Nam vbi par culpa deprehenditur, alteri ab altero nihil obiicitur, vt ff. de liber. cau. l. ſi filium. Præter hæc, ipſe hunc emptorem cõtra alium defendere tenetur: non igitur eundem ipſe poterit impugnare, vt ff. ſi ſer. vend. l. Papinianus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, hunc à tali petitione ſubmouẽdum.

SVMMARIVM.

An ſtipulatio, ſi Titius moriatur, eo occiſo committatur.

Quæſtio 3.

EGO ſtipulatus ſum à Mæuio, cum Titius moreretur, centum, Titius non eſt mortuus, ſed occiſus. volo Mæuium conuenire actiõe ex ſtipulatu, vel certi condictione, quaſi exiſtente conditione. In quæſtionem vertitur, vtrum poſsim.

QVOD POSSIT.

¶QVOD poſsim, ſic probatur, Titius eſt ex rebus humanis per occiſionem exemptus, & idem eſt ſecutus effectus vere & per mortem eius, ergo idem ius. ff. ad l. Aquil. l. illud. circa prin. & arg. C. de conſti. pecu. l. diui. & ff. de leg. 3. l. fideicom. §. ſi cui, & C. ſi man. ita fue. alie. l. vlti. & ff. de ſtatu lib. l. peculium. & ff. qui potior. in pig. l. ſi debitor. ¶Item hoc agebatur, vt cum rebus humanis eximeretur Mæuius allegatus, deberentur centum: qualiter autem eximeretur, intereſſe non debet: non enim qualitas ipſius exemptionis, ſed exẽptio ipſa inſpicienda eſt: hoc enim non inſpicitur, qualiter ſit exemptus, ſed an ſit exemptus: vt ff. de ædil. edi. l. j. §. cauſa. & ff. de conſti. pecu. l. promiſſor. & ff. de condi. & demonſt. l. intercedit. & de leg. j. l. huiuſmodi. §. ſi cui. ¶Item quia mortis appellatio interfectionẽ continet, vt ff. de reb. dub. l. qui duos. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. ſi eum. §. ſi à me, & ff. de pœn. l. vltim. continet & aliã mortem ciuilẽ, vt ff. ſol. mat. l. ſi quis ſic. & in auth. de nup. §. deinceps. ¶Itẽ interfectio morti naturali æquipollet. reputatur enim pro mortuo, ſi fuerit interfectus, vt ff. de verb. obl. l. ex ea parte. §. in inſuli. ¶Item mors, genus eſt: interfectio, ſpecies mortis: ſi ergo eſt interfectus, ergo mortuus eſt: ſed nõ cõuertitur, vt ff. ſi cer. pet. l. 2. & ad hoc, mors genus eſt, ergo omnẽ omnino mortem complectitur, ergo & interfectionẽ, argu. C. de reb. alie. non alie. l. vlt. & ff. de ſer. vrban. præd. l. ſi ſeruitus. & ff. de euiction. l. qui libertatis, in prin.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicitur, ꝙ conditio ſtipulationis nõ extitit. maxima enim differentia eſt inter mortẽ & occiſionem, vt ff. ad l. Aquil. l. proinde, ſi conditio nõ extitit, ergo ſtipulatio commiſſa non eſt. vt Inſti. de verbo. obli. §. ex conditione. ¶Item mortis appellatio dũtaxat mortem naturalem continet. ita enim dicimus aliquem mortuum, i. rebus humanis naturaliter exemptum. ſi ergo aliter vitam finiuerit, mortuus eſſe nõ videtur, quia mors naturaliter inſpicitur, vt ff. de verbo. obli. l. ex ea parte, §. plurimũ, & ff. de leg. 2. l. ſi ita quis, & l. cũ pater. §. hæreditate, non enim intelligitur mortuus, cum non ſit mortuus eo modo quo debuit, licet eundem effectum non habuerit, vt C. lib. 10. de fid. inſtrumen. & iur. haſt. ſiſc. & ff. de re milita. l. 3. §. in bello, & C. de his qui ve. ætat. l. fin. & ff. de verbo. obliga. l. ex ea. §. inſulam. Præter hæc, cum multæ ſint ſpecies, verbum mortis, ambiguum eſt, & circa ſtipulationem debemus interpretari, vt de morte tantum naturali actũ videatur, de quo promiſſor ſentit, vt ff. de verbo. obli. l. quicquid, & argu. inſtit. de verbo. obli. §. ex cõditione.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, ſine præiudicio melioris ſententiæ conditionem ſtipulationis extitiſſe, & ideo dico Mæuium ad petitionem admitti centum, argu. C. de inſti. & ſubſtit. l. ſi mater.

SVMMARIVM.

An obligatus domum ædificare, & in ea dominum recipere, & deſtructa, cogi poſſit ad reædificandum.

Quæſtio 4.

LOCA-

LOCAVI tibi aream meam tali pacto, vt in ea domum ædificares, in qua me reciperes, & tu domum ædificasti, & secundum placitum meum in ea me sæpe recepisti: nunc ea terremotu, vel incendio destructa est, vt iterum eam reædifices, & in ea me recipias, te conuenio. Indagatur si possum.

QVOD POSSIT.

¶ ET hic proponitur actio ex locato, & quod actio proposita locum habeat, sic probatur. Istud pactū fuit appositum in contractus bonæ fidei ingressu, ergo cōtractus est bonæ fidei, nec pactum est improbum: noua actio præparatur, & ex contractu vetus informatur, vt ff. de rescindend. venditio. l. si conuenit, & C. de pact. inter empt. l. 2. & ff. de contrahen. emptio. l. 3. Nec obstat quod dicat se ædificasse, quia non videtur fuisse ædificatum quod est dirutum, argu. ff. de lega. 3. l. qui concubinam. §. 1. ff. de hære. vel actio. vend. l. 2. §. illud tenendum. & instit. de hæred. qui ab intest. in prin. Est & alia ratio, quæ eum ad ædificandum compellit, quia ob hoc minoris area vendita videtur, vt ff. de action. empt. l. sterilis. §. si tibi. ¶ Item, quia non fuisset locaturus aliter, argumen. ff. de ædilit. edicto. l. cum eiusdem. Præter hæc est aliud quod ad ædificandum eum compellit, quia duo promisit, scilicet se ædificaturum, & me recepturum: ergo licet ponatur, quod sit liberatus ex illa parte, quia ædificauit: tenetur tamē ex hac, quia me non recipit, vt ff. de contrahend. emptio. l. qui fundum. ff. de arbit. l. Celsus ait. Nec obstat, quod aliquando me recepit, quia hoc actū videtur, vt in perpetuū, id est, donec locatio duraret, me recipere teneretur, argumen. ff. de seruit. vrb. prædio. l. seruitutes. §. si sublatum. & l. eum debere. & l. si seruitus. Non enim sufficit me aliquando recepisse, nisi & nunc recipiat, argumē. ff. de postulan. l. cui. & C. si seruus extero. l. 1. ¶ Item eadem ratio quæ conductorem compellit ad ædificandum eadem compellere debet etiam ad reædificandum. Simile in authen. de æquali. dot. §. quia vero iam lege. versi. non iustum igitur.

EX ADVERSO.

¶ ECONTRA dicitur, quod nō teneatur, hac ratione imprimis, q prædictæ actiones solutione eius, quod debetur, sublatæ sunt. omnis enim obligatio tollitur solutione eius quod debetur, vt instit. quib. mod. tolli obligatio. in princip. tu enim secum consensisti de ædificando, & recipiendo: & ædificasti, & eum recepisti, ergo conuentionem adimplesti, ergo semel liberatus fuisti: non ergo sine voluntate tua recidis amplius in obligationem, vt ff. de pact. l. vltim. & ff. locat. l. sicut. & de solut. l. qui res. §. aream. Nec obstat, quod dicitur, scilicet quod non videor adimplesse conuentionem, quia nunc non recipio: nam sufficit quod semel recepi. argu. C. de insti. & substi. l. si quis. ¶ Item ratio æquitatis quæ fortior est, locatori alias locationi resistit, scilicet quia res abiret in immensum, argumē. ff. de mino. l. & si sine. §. restitutus. C. ne sæp. in inte. l. si. & ff. de damn. infect. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. & ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si quis decem. Et quia hoc euenire posse prospicere debuit, vt ff. loc. l. si quis colō. ¶ Item legem apertius dicere potuit, vel debuit, vt ff. de contrahen. emptio. l. Labeo. Est & aliud quod conductorem excusat: scilicet casus fortuitus, quem nullum hominum consilium potuit prouidere, vt ff. de admi. ad ciuit. pertin. l. 2. §. si eo tempore. Posset distinctio adhiberi, vt an vitio soli, ruina contigisset, an operis: si vitio soli, non teneatur: si vitio operis, teneatur, argu. ad hoc ff. loca. l. vlti.

SOLVTIO.

¶ BVLGARO videtur, in cuius sententia ego sum, vt omnino ad reædificandum teneatur, quia hoc tacite conuenisse videtur, scilicet, donec locatio duraret, domus ad locatorem recipiendum ibi esset cōstructa, argument. ff. de seruitu. vrban. prædio. l. eum. Nec obstat, quia res in infinitum posset abire, quia ad ea, quæ sæpius contingunt, iura adaptantur, non ad ea quæ semel aliquo casu possent contingere. argument. de leg. & senatuscon. l. ex his. cum l. seq. Liuia.

SVMMARIVM.

An debitor, soluendo creditore reprobam pecuniam, liberetur.

Quæstio 5.

QVOD NON LIBERETVR.

IN alia Quæstione, in qua dicitur, Vtrum pecunia reprobata soluta creditori, iuxta arbitrium suæ electionis, liberet debitorem: videtur probabiliter posse probari quod non sit liberatus: & imprimis in ea generali regula, quod reproba pecunia soluentem non liberat. vt ff. de pignoratitia action. l. eleganter. §. primo. & ff l. 1. §. si res deposita. Nec obstat quod approbauit numerationem. hoc enim ideo fecit, quia probam pecuniam putauit esse, sed non erat, ergo errauit. Errātis ergo nullus est consensus. ff. de iurisdictio. omniū iudicum. l. si per errorem. Constat igitur quod non approbauit, quia errando fecit, vt ff. de iurisdict. omniū iudic. l. si per errorem. & ff. de iudicū. l. 1 & 2. ea ratione maxime, quia ex alterius facti ignorantia, talis error procedit: vnde communiter tolerabilis est, argu. ff. pro socio. l. vlti. & ff. si mens. fal. mo. dixe. l. 1. §. 1. ¶ Item quia non omnem electionem, sed quæ iuri bono cōueniat, ei commisisse videtur, argumen. ff. pro socio. l. proposita. & ff. manda. l. creditor. §. vltim. & ff. de oper. libe. l. si libertus. nimirum illi potestati quasi de eligendo datæ, subintelligenda est conditio tacita: si probatam nō elegerit, nempe illud solum intelligendum cōcessisse generaliter, quod specialiter fuisset concessurus, vt ff. de pecul. l. qui peculium. ff. quæ res pigno. oblig. poss. l. 2. ff. loc. & condu. l. quanto. §. inter. & ff. quæ in fraudē credi. l. si inter. & ff. de condi. indeb. l. si procurator, nimirum in sermone quædam tacite recipiuntur, arg. ff. si ser. vind. l. sicuti. ¶ Item aduocatos errorem posse corrigere, igitur & eligentis non dubitatur. argu. C. de erro. aduo. l. si. Et pro creditore etiam facit damni euitatio, cum non agat de lucro captando. certat enim de damno euitando creditor. constat igitur magis creditori consulendum, arg. C. de iure delibe. l. scimus. §. sin autem legatarios. & ff. de his quæ in frau. credi. l. quod autem. §. si quis. ff. de pecu. leg. l. qui peculij. & ff. de pignor. actio. l. obligatione.

EX ADVERSO.

¶ ECONTRA probatur, quod sit liberatus, quia sic soluit, quæ idem creditor voluit, ergo est liberatus. arg. ff. de pign. actio. l. si rem. §. omnis. Nempe, quam pecuniam creditor semel approbauit, amplius reprobare non potuit, argu. ff. de neg. gest. l. Pomponius. Quod approbasset, sic probatur: is comprobauit, cui commissit approbandum, ergo ipse approbare videtur. arg. ff. de administ. tuto. l. ita & ff. quod cuiusque vniuersitat. no. l. item. §. 1. Nec obstat quod dicitur, quod per errorem approbauit: quia id non alij, sed sibi imputare debebit, scilicet quia talem pecuniam approbandam cōmisit, argu. ff. si mens. fal. mo. dixe. l. 2. & C. mandati. l. cū manda. ¶ Item quæstio illa, an pecunia proba sit, omnino sublata videtur electione facta, vt ff. qui satisd. cog. l. si ab arbitro. & C. de fide instru. l. si aduersarius, & C. de iuris & fact. igno. l. error.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, sine præiudicio melioris sententiæ,

fore distinguendum, vtrum debitor, an creditor, credebat pecuniam probam aut reprobam. Primo casu, liberatum dico debitorem, quia culpa creditori potest imputari, quia in eligendo fuit imperite versatus, & debitorem constat à dolo esse submouendum. Si vero debitor sciebat pecuniam reprobam, dolose constat eum esse versatum, & nō liberatur, nisi creditor eandē habeat scientiam, vel eius electio eam comprobauit, argu. ff. de act. emp. l. tenetur. § vlt. & ff. de ædil. edicto. l. ob quæ vitia. §. in summa. & ff. de act. emp. l. j. §. j.

SVMMARIVM.

An soluens pro alio ne damnum pateretur, possit solutum repetere, & qua actione.

Quæstio 6.

CVM secundum tributorum consuetudinē, Barcellonenses tributa præstarent, & quidam Isarnius nomine, cum solutionem tributorum retardaret, populus ad domum eius venit, & eam destruere incepit, Raymundus vero amicus Isarnij, ne domus destrueretur, partes suas interposuit, & Isarnio reclamante tributa persoluit, & sic domum à destructione, & Isarnium à tributorum obligatione absoluit Nunc Raymundus contra Isarnium negotiorum gestorum saltem vtilem actionem contrariam, intendit.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit, ratio est in euidenti, quia vtiliter & necessario negotiorum eius gessit, nempe si hoc nō fecisset, res Isarnij erat peritura, aut deterior futura: ergo patet ꝙ gessit vtiliter & necessario, vt ff. de verbo. sig. l. impensæ. datur ergo ei negotiorum gestorum actio. nam & prædicta datur ad prædictas impensas recuperandas, vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. 1. sicut in hæreditatis petitione, vt ff. de hære. peti. l. plane. ideo maxime, quia æquum est naturali æquitate, neminē cum alterius detrimento locupletiorem fieri, vt ff. de iure dot. l. iure succursum, & ff de con si. indebi. l. nam hoc. ¶Itē quia cōstat, proprium officiū nemini debere esse damnosum, vt ff. quęad. testa. aper. l. sed si quis. & C. de allu. & palu. l. vlti. C. de admi. tut. l. cū quædā. Succedit & alia ratio: quia potius Raymundo, quam Isarnio sit consulendum, quia ille de lucro, iste de damno euitando certare cōuincitur, vt C. de iure codi. l. fin. & ff. quæ in frau. credi. l. qui autem. & C. de pœn. fis. cred. l. j. lib. 10. Nec Raymūdo obstat Isarnij prohibitio, quia iure prohibēdi Isarnius destituitur hoc ideo, quia inuitus ipse cogebatur soluere, licet millies nollet. ergo ab illo suo nomine factā, ratam cogitur habere solutionē, etiam inuitus, vt ff. de doli except. l. si opera. Si inuitus ad ratum habendū cogitur, constat ꝙ iure prohibendi destituitur: & si destituitur, ꝙ Raymundo prohibitio non opponitur, argu. ff. de solu. l. vero. Et vt maiorē rationē sequamur, patet, ꝙ eum inuitum & renitētem potuit liberare, vt ff. de consti. pecu. l. vtrum. & ff. de solu. l. solutionem. sicut ad libert. item reducere, vt ff. de liber. caus. l. j. & à suspendio reuocare, vt ff. de appella. l. non tātum. Et quod licite & secure, inuitoque eo hoc potuit facere, cōcluditur ex eo quod dicitur, licite atque legitime factum nullam pœnam sequi, ergo nec soluti amißionem, vt ff. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus.

EXADVERSO.

¶ISARNIVS econtrario se defendens, mirabili ratiōe Raymundū repellit. Imprimis, quia se prohibēte negotium suum gessit, vt C. de neg. gest. l. vlt. & ff. manda. l. si pro te, & ff. de solut. l. si quis. & merito, quia prohibuit, nimirum prohibendi potestatem habuit, nam iuri pro se introducto renuntiauit, quod cuique licere, in publicum patet, vt C. de pact. l. si quis in conscribendo. & ff. ad l. Falc. l. potest. ¶Item sicut licuit iure dereliquere: arg. ff. de neg. ge. l. sed an vltro. §. si quid enim, & ff. de dam. infec. l. prætor. Nec obstat quod dicitur, neminem debere locupletari cum aliena iactura, igitur nec Isarnius potuit eundē Raymundum sua stultitia damnificare: vel se Isarnium locupletare, quo prohibente persoluit, vt ff. ad Macedo. l. sed & si. §. j. & ff. de regu. iur. l. quod quis ex culpa. licet enim negotiū alienum gerere, bonum & permissum sit, citra tamen domini volūtatem malū est & probibitū, vt ff. de neg. gest. l. si ex duobus. Quædā enim ratione adiūcti prohibentur, quæ simplicia conceduntur, vt C. ex quib cau. infa. l. Decuriones. ¶Item repellitur: quod ex officio amicitiæ vel pietatis, motus fecisse commendatur, vt ff. de nego. gest. l. is qui.

SOLVTIO.

¶IN hac quæstiōe multipliciter potest distingui: Imprimis, vtrum Raymundus fecerit, quod Isarnius necessario facere habuit, an vero quod agere nō habuit, vt ff. de dol. excep. l. si opera. si quod non habuit careat, vt ff mandat. l. si pro te. Vel aliter distinguas, vtrum ab initio prohibuerit, an postea reuersus nō habuit ratū. In primo casu Raymūdus repellitur, in secūdo admittitur, vt C. de neg. gest. l. vlt. Vel dicas multū referre, an tributorum solutio amplius attulerit cōmodi, quam incōmodi attulisset domus destructio, an non: vt si plus, admittatur Raymundus: si nō, repellatur, vt ff. de vsur. l. & in cōtraria: Dominus meus dicebat simpliciter sic: Gerentem negotium alienum contra prohibitionem domini nō debere audiri agentem, per l. vlt. C. de neg. gest. quæ sententia vera est. Sed in tali articulo dicerē gestorem admitti, quia potius ex iracūdia & cōtumacia hoc eum prohibere debet præsumi, quam ex certa scientia, vt arg. ff. de condi. insti. l. quidam, ff. de regul. iur. l. quicquid calore: quia dilatio periculum erat allatura, vt ff. de no. oper. nunt. l. de pupillo. §. si quis riuos.

SVMMARIVM.

An procurator mittendo pecuniam domino per nuntium probibitum, teneatur actione mandati.

Quæstio 7.

QVAERITVR, vtrum procurator qui pecuniam per nuntium probibitum à domino misit, teneatur actione mandati.

QVOD TENEATVR.

¶QVOD teneatur, inconuincibili ratione probatur. Et imprimis, quia denuntiatio valuit, eo quia dominus fuit, qui denuntiauit, argu. C. de rei vendica. l. si fundū. Nec obstat ꝙ fuit generalis, valuit enim nihilominus, argu. ff. mandat. l. diligenter. Cum igitur fines mandati diligenter sint custodiendi, qui contrarium fecit, se, non alium, læsit, ff quæ in fraud. cred. l. ait prętor. §. si quis. Præsumitur enim, procuratorem contra denuntiationem nitentem, dolo facere. argu. ff. de ede. l. quædam. §. nihil. ¶Itē fauore domini mittebatur pecunia: potuit ergo ei præcipere, ne sibi vllo modo mitteretur, argu. ff. ad l. Falc. l. potest hæres. nec excusatur propter causam, quia culpa præcesßit causam, argu. ff. commoda. l. in commodato. & ff locat l. videamus. §. j. ¶Item quia misit per quem non debuit, arg. ff. locat. l. item quæritur. §. si naui.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, denuntiationem nudam fuisse, & ob id contemni posse. Imprimis, quia dominus causam prohibitionis non expreßit. argu. ff. de legat. j. l. filiusfamil. §. diui. Secundo, quia personā aliam, per quam sibi mitteret, nō inuenit, arg. ff quod fal. tut. l. j. § fin. cum l. sequen ¶Item non tenetur, quia fidelem credidit, argum. ff. commoda. l. argentum. ¶Item quia denun-

denuntiationi fidem non adhibuit, vt argu. ff. ad legẽ Rhod. de iact. l. ſi vehenda. §. j. Præter hæc, quia eodem modo peritura fuiſſet per alium nũtium. Ad hæc, quia bonus & fidelis antea extitit, argumen. ff. de re milita. l. non omnis. §. a barbaris. ¶ Item non debet factum ſuum ſibi eſſe damnoſum, vt ff. de furt. l. ſi ſeruus communis. §. 3.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur ſine præiudicio melioris ſententiæ, procuratorem qui contempta denuntiatione per nuntium prohibitum miſit, condemnandum, niſi liquido conſtet, pecuniam eo modo perituram, etiamſi per alium miſiſſet, vt ff. ad l. Rhodiam. de iact. l. ſi vehẽda. §. j.

SVMMARIVM.

An fratres, quod per annos quinquaginta ſoluerũt portorium tanquam vna familia, poſtquam diuiſi ſunt, etiam teneantur ſoluere tantum vt vna familia, an vero vt plures, ſecundum conſuetudinem portorij: ſicque an in hoc præſcriptione adiuuentur ob eã ſolutionem quinquagenariam.

Quæſtio 8.

QVIDAM dominus cuiuſdam caſtri habebat pontem ante portam caſtri, de quo à caſtri hominibus ſingulis annis certum portoriũ percipiebat, ſcilicet ab vnoquoque patrefamili. duos ſolidos, & ſi contingeret patrem decedere, donec filij ſimul vellent permanere, licet plures eſſent, nihil vltra dabant, quam pater eorum ſolitus erat dare: ſi vero ſeorſum habitarent, tantum dabat quiſq; eorum, quantum pater eorum ſolitus fuerat dare: Cõtigit, quod Titius pater eorum filiorum deceſſerit, relictis ſimul ſex filiis, qui poſt mortem parentum bene per quinquaginta annos ſimul ſteterunt, & ſemp duos ſolidos, ſicut pater eorum fecerat, & ſecundum quod caſtri habebat conſuetudo, præſtiterunt. Nunc vero poſt quinquaginta annos, hæreditate diuiſa, ſeorſum habitare cœperunt. Dominus vero caſtri, ſecundum caſtri diuturnam conſuetudinem, tantum exigit ab vnoquoque, quantũ inter ſe omnes portare ſoliti erant. Ipſi vero præſcriptionem 30. vel 40. annorum obiicientes, dicunt ſe non teneri, niſi prout ante ad duos ſolidos inter omnes. Quæritur, quid iuris?

QVOD PRAESCRIPSERINT.

¶HIC proponitur actio in factum vel officium iudicis, & quod præſcripſerint, imprimis ea ratione probatur, ꝙ omne ius & omnis actio 30. vel 40. annorum præſcriptione tollitur, vt C. de præſcri. 30. annorum. l. omnes. ¶ Item, id duntaxat debet exigere, in cuius exactione diu perſeuerauit. arg. C. de vſu. l. quanuis. & ff. de vſur. l. qui ſe miſsis. ¶ Itẽ alia ratione, quia talis cõſuetudo magis errore quam ratione introducta videtur, vt in plus obligarentur filij quam parentes, & oẽs loco vnius non computarentur, vt ff. de condit. & demon. l. cui fundus. & ff. de accuſ. l. 2. §. ſicut. & quia eadem perſona cum defuncto patre liberi habẽtur, vt authen. de iureiur. à mori. præſti. ergo ſeruanda nõ eſt talis conſuetudo, vt ff. de leg. & conſti. l. quod vero & in auth. vt nulli. iudic. §. j. ¶ Itẽ quia eſt oneroſa & violẽta: cogere enim aliquos eſſe in cõmunione, eſt contra ius. C. com. diuid. l. quod in cõmunione. Quod cogat, ſic probatur: pœnã imponit, ſi contra fecerit: ergo, vt hoc fiat, arctat ꝙ præcipit, vt ff. de cõd. inſtit. l. quæ ſub conditione. §. ſi quis. ſi igitur cogit facere quod eſt cõtra ius, ſeruanda non eſt conſuetudo, arg. C. quæ ſit lõga cõſue. l. 2. & C. de vſur. l. eos. ¶ Item alia fortiori ratione defenduntur, quia plura pro eis faciunt, quã cõtra. Ecce enim pro eis facit, quia rei ſunt: & quia de dãno euitando certant: item pro eis facit lõgi temporis interuallũ. Et contra eos tantum facit conſuetudo caſtri: ergo quia plura pro eis quam contra eos faciunt, pro eis eſt iudicandum, vt C. de iur. & fact. ignor. l. j. & C. de iu. Reip. l. vlti. lib. 10.

EXADVERSO.

¶QVOD teneantur, ſic probatur: talis cõſuetudo ab omnibus caſtellanis recepta eſt, & ſic diuturno ſilẽtio confirmata: ergo cum non ſit contra leges, ſeruãda eſt, arg. C. de vend. rer. ci. l. j. lib. xj. & ff. de euict. l. ſi fundus. Nec obſtat quod dicitur, quia cogit aliquẽ eſſe in communione: non enim cogit, licet ſi contra fiat, pœnam videtur iniũgere, arg. ff. de iur. pat. l. adigere. cauſatiua enim coactio, non eſt coactio, vt ff. de neg. geſt. l. ſiue hæred. & de fideiuſ. Inſt. § ſi plures, & C. de teſti. l. nullum, & ff. quod quiſq; iur. l. j. Sed & alio modo cõuincuntur: iſtam enim conſuetudinẽ diu approbauerunt, ſoluendo ſimul exiſtentes quod pater eorum ſolitus erat ſoluere: ergo cõprobaſſe illã aſſeruntur, ita vt ea contra ſe admittatur, etiã debeãt pati, arg. ff. de procura. l. quæ. ff. de admi. tut. l. cũ quæritur, argu. C. de teſtib. l. nullum, & ff. quod quiſq; iur. l. j. ¶ Itẽ cum ex vna parte approbauerint, & ex altera approbare tenentur, & ſic in ſolidum. arg. C. de præſcri. 30. ann. l. ſicut. C. de anna. excep. l. j. § pen. & ff. quãdo act. de pec. l. j. & ff. de procu. l. quæ, & ff. de admi. tut. l. cũ quæritur. Pręterea, nõ obſtat ꝙ præſcriptionẽ obiiciunt, quia per præſcriptionem demũ tollitur, quod ante cum effectu peti potuit, hic autẽ petitio nunquã competiit, niſi demum ex quo ſeparati fuerunt, ergo anterior præſcriptio, cũ eſſet nulla, nullo modo poteſt officere, arg. ff. ad exhibẽ. l. de eo. §. vlti. & ff. de noxa. act. l. vlti. arg. C. de præſcri. 30. anno. l. ſicut. C. de anna. excep. l. j. §. pen. & ff. quand. act. eſt ann. l. j. ¶ Item, nec obſtat ꝙ non debent vltra teneri quã pater eorum tenebatur. Hæc enim non ex cauſa paterna deſcendit obligatio, ſed ex propria: ſtatim enim cũ per ſe quis degere incipit, ex propria perſona incipit obligari, tãquã de oppido quilibet, & nõ tanquam filius, argu. ff. de conti. præſcrip. l. ſi quis. & ff. ad exhib. l. de eo. ¶ Item nec illud obſtat quod dicitur, ſcilicet vt id dũtaxat exigere debeat, in cuius exactione perſeuerauit. nam illud verum eſt, cum maius potuit conſequi emolumentum & minus accepit, quod hic contrarium eſt, vt C. de vſur. l. quanuis.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, ſine pręiudicio melioris ſentẽtię, talem conſuetudinem omnino ſeruandam, quia ratione videtur inducta, qua ſuadetur, vt plus debeant duo vere, quam vnus, arg. ff. de aqua quoti. & ęſti. l. j. §. Trebatius. ¶ Item ratio eſt, vt plus debeant cũ ſeorſum habitãt, quã ſi ſimul, quia prima erat vna familia, vna domus: modo autẽ ſunt plures, & ideo pons magis atteritur, & deuaſtatur, vnde plus debet dominus pontis recipere. vbi enim maius grauamen incumbit, maior debet eſſe recompenſatio, arg. C. de cad. tollen. §. ſed itẽ. Nam & hoc generaliter vbique videmus fieri, quod fere vnuſquiſque frater ſeorſum habitantium, tantum præſtat, quantum eorum pater præſtabat. ſic ergo præſcriptione non obſtante, ad conſuetum canonem eos condemno.

SVMMARIVM.

An colonus obligatus ad quartam partem omniũ redditũum, excepta lapidicina, teneatur ad quartã calcis confecta ex lapidibus ipſius lapidicinæ.

Quæſtio 9.

IN alia quæſtione, in qua quæritur, vtrum colonus, qui debet quartam partem omnium redditũum, exceptis lapidicinis, teneatur ad quartam partem calcis, quæ facta eſt ex lapidicinis. Proponitur actio de

locato, vel præſcriptis verbis, vt ff. de oper. libe. l. eius, & ff. de vſufru. l. item.

QVOD TENEATVR.

¶QVOD teneatur, ſic probatur. Nã ex omni prouentu prædij promiſit quartam partẽ, lapidicinis exceptis: ſed calx eſt, ex prouentu prædij, & non eſt lapis: ergo ex ea, domino prædij quarta portio debetur, arg. ff. de pign. act. l. ſi conuenerit. Nec obſtat, quod eo tempore non faciebat calcem ex lapidicinis, quia nõ ſolũ de prouẽtu præſenti, ſed etiam de futuro ad quartam partem tenetur, vt ff. de cõtrahẽ. empt. l. Rutilia polla, & ff. de vſufr. l. item. Immo fortius facit hæc ratio contra colonum, ſcilicet vt eorũ duntaxat videatur vſum excipere lapidũ, qui tunc erant in vſu & cõſuetudine: id enim ſolũ videtur exceptũ, de quo inter eos fuit cogitatũ, ergo calx nõ videtur excepta, arg. ff. de tranſac. l. cum Aquiliana. Cum ergo ſit redditus prędij, quarta portio ex eo, ſecundum pactum, domino debetur.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO dicitur, quòd de calce non tenetur colonus. nõ enim tenet̃ de lapidicina, ergo nec de calce, quæ paratur ex lapidibus, vt C. de vſur. l. eos. ¶Item alia ratione: quia lapides excipiendo, quicquid de lapide procedere poſſet, excepiſſe videtur, arg. ff. de fideiuſ. l. ſi quis ex eo. §. j. ¶Item quia colonus eam magis ex ſua opera & induſtria videtur habere, quàm ex prædio, vnde nullam partẽ domino dare tenetur, arg. ff. ad l. Falc. l. 3. Præter hæc, de lapide vſum excepit, nec ad quem exceperit adiecit: ergo ad omnem vſum lapidis colonus excepiſſe videtur, argu. ff. de tute. l. 4. alias 3. §. vlt. Immo plus eſt, ſine præiudicio. quòd ſi poneres lapides pertinere ad dominum, non tamen calx ex lapidibus facta, domino deberetur, argu. ff. de legat. 3. l. lana. multo magis & in hoc caſu non tenetur, cum nõ ad eum, ſed ad colonum pertineat.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, colonũ à domini petitione omnino abſoluendum, & hoc ea ratione, quia de ſuo lapide calcem fecit, & de ſua materia & cuius vſus ad eũ pertinebat, ſpeciem fecit: ergo facta eſt ſpecificantis, non immeritò ſecundum quod dictum eſt. Et ſi lapis ad dominũ pertineret, non tamen tenetur colonus, quia bona fide ſpecificauit ad calcem, ſed dũtaxat ad lapidis æſtimationem, vt de oliuis & de vuis dicitur, ff. de rei vendi. l. 3. 4. & 5. ¶Item vide quod iudico dilucidius, ſi de omnibus debet dare quartam, præterquã de vuis & de oliuis, nunquid de muſto vel oleo tenebitur? hoc dicere eſſet abſurdũ. Itẽ alia ratione: vſus lapidis potiùs in abuſu conſiſtit, ſicut & pecuniæ: non intereſt ergo ſi vtatur, ſiue ædificando, ſiue donando, vel vẽdendo, vel etiam calcẽ faciendo, arg. ad hoc inducuntur omnia, quæ de interfecto ad mortuum, ſupra narrauimus.

SVMMARIVM.

An facta denuntiatione domino molendini, vt clauſuram tolleret, quæ damnum dabat, liceat propria authoritate eam deſtruere, & an aliqua detur actio contra deſtruentem.

Quæſtio 10.

TITIVS cùm in publico flumine, vt molendinũ melius moleret, cõſtruxiſſet clauſuram, propter cuius clauſuræ conſtructionem cœpit aqua reſtagnare, ſeu inũdare prædiũ Gaij Seij: Gaius vero denũtiauit Titio, vt clauſurã deſtrueret: quam cũ Titius deſtruere nollet, Gaius propria authoritate deſtruxit: Nunc verò Titius agit cõtra Gaium, interdicto quod vi aut clam, vel in factum actione. Quæritur an poſsit?

QVOD NON POSSIT.

¶QVOD Titius agere nõ poſsit, manifeſta ratiõe conuincitur. Imprimis enim conſtat, Rei defenſio: Secũdario, iuris permiſsio. Tertiò, aduerſarij illicita cõſtructio. Quarto, incõtinenti facta propulſatio. Quintò aduerſarij facta denuntiatio. Sextò delictorũ parilitas. ¶Item cum propriæ rei defenſio dicatur eſſe permiſſa, vt eſt de allu. & palud. C. l. j. & ff. quod vi aut clã. l. ſi alius. §. bellisſime, & §. eſt & alia ratio. & ff. ad l. Aquil. l. ſi quis fumo. §. quod dicitur & l. ſcẽtiam. §. qui cùm aliter. Si ergo, vt probatum eſt, iure permittente, clauſurã deſtruere potuit, patenter conuincitur, quòd à tali facto excuſat eum iuris permiſsio, arg. C. ad l. Iuliam. de adult. l. Gracchus. & C. de his qui ad eccleſi. confug. l. 3. Secundo, incontinenti facta fuit propulſatio, vt ff. de vi & vi arma. l. item. §. ſi autem cum dominus, & ff. de adult. l. quod ait. §. vlt. Tertio loco eum excuſat aduerſarij illicita conſtructio, vt C. quando lic. ſi. iud. ſe vind. l. 2. & C. vt nemo priva. titu. l. vlt. & C. vt nem. lice. ſine iud. author. Quintò, aduerſarij facta denuntiatio. argum. ff. de euictio. l. ſi cùm venditor. Hæc ſunt quæ Gaium Seiũ ab operis deſtructione liberare videntur: & ſi ponitur, ſine præiudicio, quòd iſte illicitè deſtruxit, tamẽ parilitas delicti eum excuſat, quia illicitè ipſe ædificauit, arg. ff. de dolo. l. ſi duo.

EXADVERSO.

PRO Titio verò, ad Seium cõdemnandum, multa & fortiora facere vidẽtur: ſcilicet licitæ clauſuræ conſtructio, ſiue rei melioratio: nullius maleuolentiæ conſtruentis habita opinio: dedignantis refrenanda proteruitas: & exemplorum coercenda procliuitas. Pro Titio faciunt etiã, vt Seius debeat cõdemnari: ſi enim Titius licitè conſtruxit, Seius, cùm nec iudicis authoritate, nec rem deſtrui permiſſam deſtruxit, conſtat illicitè deſtruxiſſe. Quòd actor licitè conſtruxerit, ſic probatur: Nulla quæſtio eſt, quin licitè ibi poſsit molendinũ habere, ergo nec debet eſſe quæſtio, quin licitè ibi poſsit clauſuram extruere, ſine qua molẽdinum haberi non poteſt, vt ff. de iuriſdi. omn. iudi. l. 2. & ff. de lega. j. l. ſi fundum. Suæ quoq; rei melioratio pro Titio facit, vt licitè videatur ædificare. Excuſatur enĩ quis, ſi faciat vel non faciat, quod alias facere, vel nõ facere debet, ſi rei ꝓpriæ vrgeat neceſsitas, arg. inſtit. vi bon. rapt. §. ſed nondum alia, & C. de pœn. l. ſi operis. & C. de furt. l. ſi quis. ff. depoſi. l. fina. ff. de iudic. l. ſi longius. ff. de procur. l. aut ſi. ¶Item quoque facit exemplorum coercẽda procliuitas, arg. ff. de pœ. l. aut. in fi. l. ſi quis. § qui abortionis, & in auth. vt iud. ſi. quo ſuffra. coll. 2. §. eos. Deſtruentis refrenanda temeritas facit, vt Seius debeat condemnari: hoc quoque facit diuinandi excuſata curioſitas, arg. ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. j. & ff. ad l. Aquil. l. ſi putator.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur imprimis ita diſtinguendũ, vtrum clauſura iſta tangat de ſolo Seij, an non. Vt ſi quidem ſi tangat agrum Seij, quatenus eum tangat. ſi eam abſcindat, non tenetur. Si vero non tangit, cũ effectu cõueniatur, arg. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum.

SVMMARIVM.

An ædificans molendinum in publico flumine, poſſit contra conſtruentem aliud molendinum curſus aquæ impeditiuum, aliquã actionem intentare, & quomodo ſit illi conſultum.

Quæſtio 11.

ROLANDINVS conſtruxit ſibi molendinum in flumine publico, & poſſedit tale molendinum ſine controuerſia per triginta annos: deinde alius ædificauit aliud molendinum, quo conſtructo, curſus aquæ prioris molendini impeditur.

Quæritur

Quæritur, an prior construens possit agere Interdicto, quod vi aut clam & an aduersarius hac actione teneatur?

QVOD NON TENEATVR.

¶IMPRIMIS negatur, quòd tenetur tali actione, quia inducitur nullius mali, vel violentiæ habita opinio, arg. C. ad l. Corn. de sicar. l. j. & ff. de aqu. plu. arc. l. j & ff. ex quibus cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. quod. ¶Item eum excusat propriæ rei necessaria constructio, arg. C. loc. & cond. l. æde. ff. de dam. infec. l. fluminum, & ff. de dam. infec. l. in hac. ¶Item nullius dâni patenter veniens illatio, arg. ff. de dam. infec. l. Proculus. ff. de iniur. l. iniuriam. §. j. vel saltem commodorum parilitas interueniens, argu. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. idem ait, & ff. de regul. iur. l. 3. Item nullius seruitutis obstaculum intercedens: vt ff. si ser. vind. l. altius. ff. de seruit. vrba. præd. l. cum eo. ¶Item sua præponenda alienæ vtilitatis. ff. de præscr. verb. l. qui seruandarum. ff. quod vi aut clàm. l. si alius. §. est & alia: & ff. si ser. vind. l. sicut §. Aristo. ff. de reg. iur. l. domum suam. ff. ne quid in lo. pub. l. j. §. merito.

EXADVERSO.

¶QVOD possit efficaciter conueniri, ratio est in euidenti, sicut enim non debuit in suo, ergo fortius in publico ædificare, ne vsus incommodaretur alterius, argu. ff. si ser. vind. l. sicut. §. Arist. & ff. de reg. iur. l. domum, & ff. de damn. infec. l. si finita. §. qui vas, & ff ne quid. in lo. pub. l. 2. §. merito. Nec obstat, quòd dicitur, quòd potius non lucratur, quàm damnificetur, hoc enim falsum esset. Nam & damnum pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consequitur, arg. ff. ne quid. in lo. pub. l. 2. § merito. ¶Item non dubitatur, quin Rolandinus ibi sine molestia debeat molendinum habere, nemine interdicere valente, ergo & aquam ducere. nam sine aqua molendinum nullius est momenti. qui igitur aquæ cursum non permittit ad molendinum accedere, ipsi molendino damnum videtur inferre, argum. ff. si vsufr. pet. l. j. ff. de iti. actúque pri. l. veteres nemini. Facit præter hoc, quia omnia publicè egit, & omnibus scientibus longo tempore, immo longissimo aquam per solitum canale duxit ad molendinum, ergo ius ita ducendi sibi quæsisse videtur, quia ductus aquæ tempore acquiritur, arg. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso. & C. de seruit. l. 2. & manifestè. ff. si ser. vind. l. si quis diuturno.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, istum, quanto tempore molendinum habuit in flumine publico, ab omni debere esse submotum querela, ergo sicut molendinum, ipsius quæstionem non patitur, ita nec aquæ ductus: nam sine eo molendinum esse nô potest. Sed quid vanis probatur exemplis? in eo igitur negocio non per negatoriam, sed per denûciationem noui operis, vel per confessoriam poterit ab ædificando prohiberi, & ædificatum destruere cogitur, quia confessoria actio (vt insti. §. æque, tit. de action.) quandoque affirmatiuè, quandoque negatiuè proponitur. Posset tamê locû habere vtilis actio l. Aquil. arg. illius, qui pecora inclusit aliena, vt fame necarêtur, vt C. ad l. Aquil. l. de pecoribus.

SVMMARIVM.

An medicus conuenta mercede recepta pro cura podagræ, quam sanauit, iterum medelam præstare teneatur podagrico recidiuanti.

Quæstio 12.

QVIDAM podagricus medicum conduxit, sibi curandæ infirmitatis gratia, certa constituta mercede, qui tandem, ab ægritudine liberatus, tempore procedente, in eandem recidit, nunc consilio eiusdem medici vt eum rursus curet, & pro iam dicto salario, agere contra Medicum intendit. Quid iuris sit? quæritur. Ea ratione proponitur ex conducto, vel præscript. verb. actio.

QVOD VALEAT AGERE.

¶QVOD iste podagricus medicum cum effectu valeat conuenire, id apertè côuincitur: hîc enim, quæ renata est ægritudo, subrogata est in locum primæ: ergo eadem intelligitur, vt ff. de sol. l. qui res. §. aream promisit. ff. de iudic. l. proponitur. ff. de ser. vrb. præd. l. seruitus. §. 1. ¶Item rediit ad primam ægritudinem hic infirmus, ergo restauratur ei actio contra medicû, arg. ff. de ser. vrb. pr. l. vnus. §. j & ff. si ser. vend. l. & si fortè. Præter hoc, non videtur liberatus, qui reinfirmatur, vt ff. de pub. iud. l. 3. ¶Item non videtur liberatus, quia non adimpleuit plenè. argu. ff. de interrog. actio. l. si defensor. § j. & ff. quib. ex cau. in poss. ea. l. 2. §. hæc verba, & ff. de reg. iur. l. non videtur. Alia quoque ratione curatus non videtur, quia sanitas nô durauit, vt ff. de in rem. ver. l. si pro parte. §. versum, & ff. quod cuiusque vniuer. l. item. §. j. in fi. ¶Item quia ex sequentia prioris, in secundam incidit ægritudinem, vt ff. de bon. lib. l. quæcunque.

EXADVERSO.

¶EX ADVERSO contra infirmum medicus resistit, dicens, se nullo modo podagrico aliqua actione teneri: Imprimis ea ratione, quia sufficit semel liberasse infirmum, arg. ff. de solut. l. qui res, §. aream, & C. de adm. tut. l. sancimus. Præter hæc facit, quia non debet in infinitû obligari, arg. ff. de per. & com. rei vend. l. si quis. §. vlt. & ff. de dam. infect. l. qui bona. §. si quis. qua enim ratione tenetur de secunda, tenetur de tertia, & sic de quarta & quinta, & de cæteris, & sic longè res abiret, quod est vetitum, vt ff. de re iud. l. à diuo. & C. de transf. l. fratris. ¶Item tantùm de illa ægritudine curâ suscepit, quæ tunc apparebat, non autê de posteà ei contingêti, vt ff. de transf. l. qui cû tutoribus, & ff. de contrah. emp. l. Rutilia Polla. De futura enim ægritudine nihil cogitauit, ergo de ipsa non tenetur, arg. C. de transf. l. si de certa, & C. ad Velleia. l. iubemus. Nimirum de vna tantum ægritudine promisit curam, nô de pluribus, ergo de illa tantùm tenebitur, argu. ff. de dam. infect. l. damni. §. si is qui vas. Præter hæc, quia euenire id posse debuit & potuit cogitare infirmus, arg. ff. loca. l. si quis domum. §. idem quærit, & ff. ex quib. cau. l. & si per prætorem. §. si feriæ extra.

SOLVTIO.

¶IN hac quæstione posset distingui, vtrû ex eisdem humoribus instaurata esset infirmitas, an ex aliis. Si ex eisdem, teneatur medicus, aliàs nequaquam, argu. ff. de solut. l qui res. §. aream. Vel aliter: vtrum culpa infirmi forsan, quia non abstinuit à conuiuiis, an non: si culpa infirmi, non teneatur, aliàs obligetur, argu. ff. de reg. iur. l. quòd quis ex culpa.

SVMMARIVM.

An pupillus maior factus, testimonium perhibeat de his quæ in pupillari ætate vidit.

Quæstio 13.

QVAERITVR, vtrû pupillus, de eo qđ vidit in pupillari ætate, pubes fact⁹, valeat testificari.

QVOD TESTIFICARI VALEAT.

¶QVOD testificari valeat, euidenti ratione probatur, edictum enim de testibus, prohibitoriû est. qui enim non repellitur admittitur, arg. ff. de testib. l. j. §. j. ¶Item tempus præsens inspiciendum est, non præteritum, ff. de iu. fis. l. 3. §. j. conualuit enim postfacto, quod ante fuit inualidum, argu. ff. de fideicomm. lib. l. generaliter. Ad hęc, istud est fortissimum

argumentum, inopia probationis emergente, huiusmodi & consimiles debent admitti, argu. Cod. de hæret. & Manich. l. vlt. in fin. & ff. de quæstio. l. diuus. ¶Item illud magis occurrit, quàm plures ad testimonium dicendum admittuntur, nec distinguitur an viderint, arg. ff. de testib. l. 3. §. pen. ergo quandocunque viderint, debent admitti, arg. ff. de offi. præs. l. 3.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, tempus cõtractus esse inspiciendum, nec prosit, vel obsit quod posteà euenit, arg. ff. de testib. l. in testimonium, ff. de iniu. l. iniuriarum æstimatio. Cuiusque enim contractus initiũ spectandum esse, certum est, ff. mand. l. si procuratorem. in princ. non enim infra certum tempus conualescit, quod ante fuit inualidum, vt ff. de reg. iur. l. quod initio. ¶Item testatur de eo quod in pupillari ætate vidit, ergo illius tantum temporis est inspicienda conditio, arg. ff. de nego. gest. l. cum actum. Sed videamus, quæ causa remoueat impuberem à testando, nisi semiplenum iudicium animi: sed nunquid in his, quæ in pupillari ætate vidit, post pubertatem rectè deponet? nequaquam, immo potius dicitur ætas in his animi esse infirmioris, quæ obliuioni facilè tradit. Nam & minor maior factus, de his quæ gessit in minori ætate, nihilominus restituitur, vt C. de tempor. in integ. restitu. l. 3. cum ergo adhuc causa prohibitionis remaneat, remanet & prohibitio. arg. ff. de susp. tut. l. 5. & 6. & ad l. Aquil. l. illud. præter hæc, nunquid admitteretur furiosus sanæ mentis factus? certe nequaquã, ergo nec pupillus, cùm eadem ratio prohibitionis in vtroque reperiatur, arg. ff. de contrah. empt. l. si in emptorem. §. vlt. & de const. pecu. l. 2. In hac ergo quæstione posset distingui, vtrum in criminali causa inducatur, an in ciuili: vt in criminali non debeat admitti, in ciuili vero audiatur, arg. ff. de testib. l. inuiti.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentẽtiæ, vt si pupillus, intellectus & doli capax, aliquid videat, post pubertatem de eo testificari possit, cum non repellatur: vt ff. de testib. l. 1. si autem, videatur repellendus, vt infantię proximus, quia non habetur dissimilis furioso, vt instit. de inutil. stipul. §. pupillus.

SVMMARIVM.

An solutio Procuratori morienti facta, liberet debitorem.

Quæstio 14.

LVCIVS Titius Gaio Seio centum mutuauit, quæ Gaius Seius Ascanio procuratori Lucij in curia Romæ agenti, se soluturum iurauit. Gaius igitur Romam proficiscens, Ascanium in extremis laborantem inuenit, eique pecuniam obtulit, qui ipse acceptationem primò recusans, tam propter ægritudinem, quàm propter malos homines, quos nouerat esse in loco, seductus à Seio, tandem accepit: quo non multo tempore posteà mortuo, pecunia amissa est. Lucius Gaium conuenire intendit, dicens, ipsum languido procuratori soluere non debuisse. Quæritur, quid iuris?

QVAE IVVANT AGENTEM.

¶PROPONITVR certi condictio ex mutuò, ac multa sunt, quæ Lucium Titium iuuare videntur: Imprimis, non congruo tempore facta solutio, argum. ff. loc. l. item quæritur. §. primo. ¶Item solutæ pecuniæ imminens amissio, argum. ff. mand. l. si verò. §. si adolescens. ff. de adm. tuto. l. si sine hærede. §. Modestinus. ¶Item in mandato & iuramento, tacita intelligenda conditio, rebus sic stãtibus, arg. ff. de solut. l. cum quis. & ff. de procur. l. si post datam. ff. qui satisd. cog. l. vlt. Et statum procuratoris inueniens variatum, non debuit soluere, alioqui in suspicionem culpæ vel doli incidit, ff. de admini. tuto. l. 3. §. quanuis. ff. de testam. tut. l. 4. ff. de rei vend. l. quia petitorio. §. 1. & ff. ad l. Aquil. l. 5. §. 3. & §. quanuis authoritatem.

EXADVERSO.

¶ECONTRA pro Gaio contra Lucium est ratio in iure scripta: Imprimis, vero procuratori facta solutio, quo casu liberatur debitor. ff. de solut. l. vero procuratori. Quinimmo quasi domino facta iuris dictat fictio, vt ff. de solut. l. solutam pecuniam, & tertio, religionis diuinæ transgressio, vt ff. de cond. institu. l. quæ sub conditione, & argum. ff. ad l. Aquil. l. si quis fumo. §. 1. Quarto, bonæ fidei ratio, vt ff. de reg. iur. l. bona fides. Et quia facti est, facta solutio, vt ff. de cur. fur. l. consilio, in fin. & ff. de cond. & demonstr. l. Mæuius. l. qui hæredi.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, sine præiudicio melioris sentẽtiæ, Gaium absoluendum: quia cui debuit, & quod debuit soluit, arg. ff. de solut. l. vero procuratori.

SVMMARIVM.

An in pignoratitia sententia lata contra dominum rei, in fauorem creditoris nitentis hypotheca, prosit debitori pignoratori conuento deinde à domino rei vendicatione.

Quæstio 15.

SIXTVS cum rem alienam, quam bona fide possidebat, Admitio pignori obligasset, Admitius à Bertrando, vero domino, rei vendicatione conuentus, absolutionem meruit. Demum à Sixto pignoratitia conuentus, rem prædictam restituit. Nunc Bertrandus debitorem Sixtum conuenire intendit, ipse cum creditore Admitio, se rei iudicatæ exceptione defendit. Quæritur, quid iuris sit? Proponitur rei vendicatio.

QVOD POSSIT.

¶QVOD ergo dominus cum debitore possit agere cum effectu, manifesta ratione conuincitur. Ecce enim res inter alios acta, aliis qui non fuerunt in iudicio, prodesse vel obesse non debet, ergo victoria creditoris debitori non proderit, arg. C. quib. res iud. nõ noc. l. 1. & 2. Secundo, quia dominus de damno certat euitando, debitor vero ad lucrum aspirat, vnde domino potius consulendum, argu. C. de iu. delib. l. scimus. §. si verò. Tertio, quia æquior est petitio domini quàm allegatio debitoris, rem alienam per iniquitatem retinere volentis. vnde petitio domini debet præferri, arg. C. de iudic. l. placuit, Quarto, quia rei iudicatæ exceptio non redit vt gambarus, sed ante vadit, vt ff. de exc. re. iud. l. si à te. §. vlt. Quinto, quia debitor in creditoris ius non succedit, nec creditoris interest, conueniri posse debitorem, ergo ex creditoris zona non poterit se tueri, vt C. de præscr. 30. ann. l. si quis empt. & ff. de pact. l. quod dictum. Sexto, quia creditor Admitio debitori qui non consensit, non præiudicat, vt ff. de re. iud. l. sępe. ergo nec victoria debet prodesse, vt ff. de act. emp. l. si cùm. & ff. de bon. auth. iud. poss. l. cum vnus.

EXADVERSO.

¶ECONTRA, dicitur, debitorem contra dominum exceptione rei iudicatæ adiuuari debere. Primum quia quasi sua data videtur. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. vlt. & ff. de bon. auth. iud. poss. l. cùm vnus. Secundo, quia ius ex sententia factum est, vt ff. de inoff. tест. l. posthumus, §. si quis. Tertio, quia creditoris possessio est debitoris, ergo vnus propter eandem posses-

possessionem videtur conueniri, cùm ergo noua causa possidendi non accesserit, obstabit exceptio rei iudicatæ, argu. Cod. de præscr. 30. ann. l. cum notissimi. Causa enim necessitatis inducit, vt pro alio iudicatum, debeat alteri emolumentum afferre, arg. ff. si cer. vind. l. loci. §. 2. & ff. de iureiur. l. duobus. §. ex duobus. Quartò, quia videtur debitor quasi causam à creditore habere, ideo ipsius temporis vtitur accessione, ad instar precantis, id est, rogantis precario, vt ff. de acq. poss. l. Pomponius. § si visum.

SOLVTIO.

¶ AD quod dicimus, debitorem rei iudicatæ exceptione se tueri nó posse, propter communem regulam iuris, Res inter alios acta, & nimirum, cùm hæc sit regula generalis, quæ omnes casus comprehendit, nisi alij reperiantur excepti, arg. C. de donat. l. data.

SVMMARIVM.

An castro dato in feudum alicui etiam data & concessa iurisdictio videatur.

Quæstio 16.

EPISCOPVS Mutinensis castrum Barzani alicui concessit in feudum. Nunc quæritur, vtrum iurisdictionem concessisse videatur. proponitur officium iudicis, vel in rem vtilis.

QVOD FEVDATARIVS IVRISdictionem habere debeat.

¶ QVOD feudatarius iurisdictionem habere debeat, euidenti ratione probatur: Castro enim concesso, omnia ad castrum pertinentia intelliguntur esse concessa, ergo iurisdictio, arg. ff. si ser. vind. l. vlt. & ff. de actio emp. l. creditor. §. vlt. ¶ Item quia concedendi verbo vsus est generali, vel simplici, ergo videtur omnia concessisse quæ non excepit, arg. ff. de acceptil. l. pluribus. & ff. quæ in fraud. cred. l. 1. Ad hæc, dominus semper castrum cum iurisdictione tenuit, & sicut eo semper est vsus, ita quoque dando castrum, iurisdictionem videtur largitus, argumen. ff. de leg. 3. l. Pedius. §. vlt. & pen. & l. si cui. His consonat, quia iurisdictio castro cohæret, ergo cum datione castri transit. argu. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. vlt. ff. de instito. actio, l. quicunque igitur. §. non tamen. præter hæc: sine iurisdictione non commodè haberet castrū, igitur traditione castri transfertur, argu. ff. de iurisd. omn. iud. l. 2. & ff. de instr. leg. l. pictoris instrumento. ¶ Item iurisdictio inest castro tanquam pars in toto, ergo tradito castro, ipsa quoque tradita intelligitur, alioquin nec castrum intelligitur traditum parte detracta, vt ff. de except. rei iud. l. si quis cùm totum. Illud quoque fortissimum est argumentum, quòd beneficia largè sunt interpretanda. facit hîc quoque de quo quæritur, vt illud magis valeat quàm pereat, arg. de constit prin. ff. l. beneficia. & C. de calumniat. l. si furiosi. Præterea, sicut pro accipiente, ita contra dantem debemus interpretari, arg. ff. de contrah. empt. l. Labeo. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. & ff. de reb. dub. l. quoties. ff. ad Treb. l. cogi. §. si quis autem. Illa etiam ratio multum facit pro feudatario, quia forsan non foret aliter accepturus, nisi iurisdictionem haberet, ff. de in di. adiec. l. quòd si. ff. de solut. l. si aliena. ¶ Item quia foret absurdum, vt idem castri honor duplici deberet iure censeri, arg. ff. de cond. & demonstr. l. Titio ff. de vsur. l. eum qui. Item qua ratione vult D. Episcopus ei iurisdictionem subtrahere? scilicet quia specialiter non dedit, eadem ratione potest ei auferre domos, vineas & terras, & homines, & ita redigeretur ad nihilum datio. vt ergo aliquid dedisse videatur, iurisdictionem datam interpretemur, ar. ff. municip. l. 1. & ff. de leg. 1. l. si quanto.

EXADVERSO.

¶ CONTRA feudatarium, ad defensionem sui multa allegat Episcopus: Imprimis, quòd de iurisdictione transferenda cogitatum non fuit, argu. ff. de trans. l. cum Aquiliana. l. qui cum, cum ergo verbo vsus est generali vel simplici, de his tantùm debet intelligi, de quibus actum fuerit inter contrahentes, arg. Cod. de transf. l. si de certa, & C. ad Velleia. l. iubemus, id ergo tantùm videtur concessum, quod verbis fuit nominatum, argum. ff. de instr. leg. l. cùm de lanionis. §. prædia, & ff. de euictio. l. qui libertatis. Nam à significatione verborum recedendum non est, nisi cùm apparet manifestè, illum qui concedit, aliud sensisse, arg. ff. de leg. 3. l. non aliter. Fa. ad hoc, nempe potest quis habere castrum sine iurisdictione, & econtra, ergo ad concessionem vnius sequitur exceptio alterius, arg. C. de pact. con. l. vlt. ff. de compens. l. id quod Labeo.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, hanc quæstionem sic determinandam, vt determinauimus quæstionem illam, de eo, qui ius percipiendarum pensionum in feudum accepit, & quòd hîc in hac disputatione deest, ibi poterit plenè inueniri.

SVMMARIVM.

An soluens pro parte sua canonem, altero non soluente, in pœnam caducitatis incidat. Similis est quæstio infrà, scilicet 64.

Quæstio 17.

IDEM Mutinensis Episcopus, Vignoto fundi Corneliani rectoriam concessit, secundum morem, in se, suósque hæredes masculos: decessit Vignotus duobus filiis relictis, quorum vnus per biennium pensionem non soluit, altero semper suam partem soluente: nunc Episcopus vtrique vult auferre precariam, quæritur quid sit iuris. proponitur rei vendicatio, vel condictio ex lege.

QVOD VALEAT AVFERRE.

¶ QVOD Episcopus valeat vtrique auferre precariam, ratio est in euidenti, scilicet quia posset auferre parti, si partē tantùm solueret, ergo & hæredibus: quia non debet licere hæredi, quod nō licet defuncto, arg. ff. de diuer. & temp. præscr. l. cùm hæres, & ff. quar. act. non. da. l. 1. in fi. nimirum. quia non debet ex hæredis persona obligatio immutari, vt ff. de euiction. l. si is qui. l. si ei cui § si is qui. maximè cùm omnes computentur pro vno, arg. ff. de cond. & demonstr. l. cui fundus. ff. famil. ercisc. l. familiæ.

EXADVERSO.

¶ CONTRA dicitur priuari nō posse qui partem soluit, & hoc validissima ratione. si enim solitam pensionem soluisset, in nihilo pœna committeretur, ergo si pro parte tantū soluta fuerit, pro parte tantùm soluta non debet amitti, arg. ff. de donat. cau. mor. l. ei qui non, & ff. de admin. tut. l. si duo. Quippe quod iuris est in toto, idem & in parte, vt ff. de acq. hæred. l. si seruus eius, & instit. de fideicom. hæred. §. nihil. Ad hoc, ita puniendi sunt nocentes, ne tangantur innocentes, vt C. de his qui latron. l. 2. in fin. Quid ergo si nocens damnari non possit, quin innocentes puniantur, nonne melius est vtrunq; dimitti, quàm innocentem damnari? responde, vtique, vt ff. de pœnis. l. absentem, nimirum prætextu liciti, non committendum illicitum, vt C. de pagan. l. Christianis, qui. C. nulli lic. in fren. & equest. sel. l. 1. lib. 11.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, hæredē, qui partē suā soluit, à petitione domini absoluendum, licet contrarium videatur suaderi, ff. famil. ercisc. l. hæredes. §. in illa, nempe aliud est in pœnis

conuētionalibus, aliud in legalibus: quia mitius agitur cum lege, argu. ff. de arbitr. l. si cum. §. vlt. & l. Celsus ait. & ff. de compens. l. sicut. §. j. Sed si dominus pensionem non accepisset, dico eum nó cogendum, & ob id hæredem domino condemnandum, nisi secundum Im. sciente domino, & nó contradicente, rem emphyteoticam dimiserit. tunc enim dicit, heredem qui partem soluere paratus fuerit, iure suo non priuandum. Quid verò in hac quæst. decidendū, circa disputationem de eo qui partem sortis solutæ, & de tota poena: & de eo, qui cessante socio partem pēsionis soluit, diligens lector poterit inuenire.

SVMMARIVM.

An filius succedens, patri in feudo conditionato, iuret fidelitatem domino etiam contra suum primum dominum.

Quæstio 18.

FIliusfamiliâs emancipatus, feudum acquisiuit, & domino contra omnem hominem fidelitatem fecit, nunc pater decessit, qui & ipse feudum conditionatum habebat, vt contra omnem hominem deberet pro eo fidelitatem iurare, ad quemcunque perueniret: nunc dominus ab isto filio contra omnem hominem fidelitatem exposcit, & sic contra etiam eius primum dominum, alioquin feudo ipsum priuari contendit, filius verò fidelitatem non faciens, nihilóminus feudum retinere intendit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur rei vendicatio, vel condictio ex moribus.

QVOD DOMINVS POSSIT.

¶QVOD dominus possit cum effectu contra Vasalli filium, vel vt iuret, vel vt feudum dimittat agere, euidenti ratione cōuincitur. Huiusmodi enim pactio in feudi datione apposita, licita fuit & honesta, & ideo seruanda. si ergo non seruetur, qui non seruat, feudum sibi hac conditione datum, rectè perdit, arg. ff. de cōd. ob ca. & C. de trāsl. l. si quis maior. Nec obstat, quia sine periurio parere nō potest cōditioni, nempe quia hanc necessitatem sibi imposuit, vt ff. quod met. caus. l. si mulier, in prin. & ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. si necessaria, & ff. de iudic. l. interdum: non igitur excusatur ob id, q̄ sua culpa deuenit, arg. ff. de nego. gest. l. siue hæreditaria. ff. commod. l. in commodato, §. sicut autem. Item pater hoc debuit prouidere, hoc. s. euenire posse, ar. ff. loca. l. si quis domum. Nec obstat quia ignorauit, cùm scire potuit & debuit, à patre inquirendo, argu. de iur. & fac. igno. ff. l. regula. §. sed facti, & ff. quod vi aut clàm. l. prohibere. § vlt. & l. denique, §. 3. ¶Item non plus iuris haberet filius quàm pater, in cuius iure successit, arg. ff. de reg. iur. l. qui in ius. & l. quod ipsis qui.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, Vasalli filium, conuentionem feudi non debere seruare, nec propter hoc feudo priuari: Imprimis illa ratione, quòd si vellet seruare, non posset. argu C. de leg. l. ab administratione; nec enim dicitur posse fieri, quod sine turpitudine facientis fieri non potest, arg. ff. de cond. instit. l. filius. ¶Item quia nullo pacto debet intelligi conditio tacita, scilicet nisi vbi poterit iurare, arg. ff. de cur. bon. dan. l. j. & arg. ff. de Carb. edict. l. j. ff. de cond. instit. l. quæ sub conditione. §. quoties hæres. Ad hæc, nonne potuit filius precedere sicut pater, ergo non imputatur ei si non diuinauit præmoriturum patrem, cùm à suo domino feudum accepit. arg. ff. ad l. Aquil. l. si putator. non enim debuit certa pro incertis dimittere, quia hoc sapientiæ non est, arg. ff. ad l. Falc. l. cum Titio. præter hæc, remittenda est huic conditio talis, quia in persona eius ad impossibilitatem recidit, argum. ff. de leg. j. l. turpia. ¶Item quia ex facto antecedenti huiusmodi venit impossibilitas, vnde absoluē debet. arg. ff. de verb. oblig. l. si seruum. §. j.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, hunc debere aliquem æquè idoneum ad fidelitatem hanc faciendam domino substituere, vel si non possit, admitto eum in feudum, iurantem fidelitatem prout potest, præmissa domini sui persona, nisi forsan in fraudem patroni domini hoc fecisset. tunc enim eum condemno, argu. const. Frideric. l. Imperialem. §. illud quoque.

SVMMARIVM.

An certo loco promittens, vagando per orbem, vbique repertus, possit conueniri.

Quæstio 19.

BONVS Accursius contraxit cum Peraccino in ciuitate Bononiæ, demum Bonus Accursius de ciuitate cum monacha transfugit, & per orbem terrarum tanquam spaualdus, huc atque illuc vagari cœpit. tandem in ciuitate Placentiæ repertus. ab eo, scilicet Peraccino conuenitur, ipse fori exceptionem opponit. Quare, quid sit iuris, quæritur.

QVOD VALEAT CONVENIRI.

¶QVOD Bonus Accursius valeat cū effectu conueniri euidenti ratione conuincitur: Imprimis illa ratione, quia vagari cœpit per orbem terrarum, argu. ff. de oper. lib. l. quod nisi Secundo, quia persona suspecta est, & propter suspicionem personæ licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret. arg. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. ff. de admi. tut. l. ita autem, & ff. sol. matr. l. si cùm. §. si maritus. Tertio, quia cum certum domicilium non habeat, actoris actio periret, si tantum in loco deberet conueniri contractus, nunquam ad locum illum rediturus. argum. ff. de eo quod cer. lo. l. j.

EXADVERSO.

¶ECONTRA Bonus Accursius ostendit se non teneri, vt Placentiæ respondeat, quia nemo potest in alieno foro cōueniri, nisi hoc faciat rescripto principali, arg. de iurisd. omn. iud. l. in criminali. ¶Item quia semper tenetur actor sequi forum rei, vt C. de iurisd. omn. iud. l. 2. & C. vbi & ap. quem. l. quum scimus. ¶Item, quia res ad infinitum recidit. qua enim ratione conuenitur in ista, eadē in qualibet alia posset conueniri, ergo quot locis consisteret, contraheret forum & ambularet, quod est vetitum, vt ff. de iud. l. hæres. §. j. ad hoc. ad quid diceremus istum ad respondendum teneri? cùm iudex in eum dare non posset sententiam, nimirum cùm sententia, à non suo iudice dicta, neminem adstringat, vt C. si à non comp. iud. l. vlt. & C. qui pro sua iurisd. l. j. & C. de interdict. l. præses.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, Bonum Accursium vel idoneè debere cauere de reuertendo Bononiæ, & ibi respondere, vel apud Placentiam conueniendum. & ratio est, quia vagabundus est, nec aliud habet forum, vt ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor.

SVMMARIVM.

An minor XXV. annis, vendens, cum decreto, & iurans non contrauenire, possit conqueri se læsum in dimidia.

Quæstio 20.

MINOR

MINOR XXV. annis, prædium cum decreto vendidit, & iurauit se non venturum contra venditionem. deceptus vltra dimidiam iusti precij, postulat sibi iustum precium ab emptore suppleri, quæritur, quid iuris. proponitur condictio ex l. vel iudicis officium.

QVOD VALEAT EXPERIRI.

¶QVOD minor cum effectu, non obstante iuramento, valeat experiri, Imprimis probatur ratione deceptionis, argu. C. de transf. l. si ex falsis, & argu. ff. de pact. l. tres fratres, & ff. de minorib. XXV. ann. l. 3. & Cod. arb. tut. l. cùm inter. Secundò, quia de hac querimonia cogitatum non fuit in sacramento, arg. ff. de transf. l. cùm Aquiliana. l. qui cum tutoribus. Tertiò, quia non ad exclusionem iuris communis, sed specialis, scilicet ætatis, iuramentum fuit interpositum, sic ergo communis sibi via exclusa, non videtur, sed in alia tantùm officit sibi iuramentum, argu. ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. C. de transf. l. si de certa. ff. de verb. obli. l. venditionem. ¶Item quia potius eam confirmat, quàm contraueniat venditioni, vt ff. de minorib. l. si filius. Quintò, etsi videatur venire contra contractum, cùm non directo veniat, non debet remoueri. argu. de author. tuto. l. 1. & l. quod dicimus: quia contra venditionem facere non videtur licet id hoc petat, vt aut res, aut precium se liberare, vt ff. qui & à quib. ma. liberi, lege vltima. §. vltimo. ¶Item, ne duplici damno afficiatur.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondet emptor & dicit, minorem ab hac actione debere repelli, quasi & de hoc iuratum fuerit, argu. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. vlt. & ff. de iureiu. l. si duo. §. 2. ¶Item quia simpliciter iurauit, ergo omnem viam agendi sibi intelligitur præclusisse, argu. ff. de aleator. l. 1. §. quod autem. Ad hæc, nec secundario, nec directo licitum est contra venditionem venire, vt C. ne de sta. defunct. l. 1. & 2. nimirum non prohibitum prohibetur, quia per id ad prohibita perueniretur, arg. ff. de tut. & cur. l. scire, & ff. de pact. l. quod dicitur, §. extra. ¶Item rescindere videtur venditionem, etiam si alternatiuè agat, quia nempe præcisè agere non potest, cùm electio concedatur emptori, arg. ff. de cond. instit. l. quæ sub conditione. Præter hæc, qui iurauit, potuit legem apertius ponere, arg. ff. de pact. l. veteribus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur minor audiendus, non obstante iuramento, quatenus de dimidia conqueritur.

SVMMARIVM.

An colonus, qui vltra debitam pensionem longissimo tempore præstitit seruitia non debita, ad illa præstanda vlterius cogi possit.

Quæstio 21.

RVSTICVS, qui præter debitam pensionem quædam consueuit seruitia domino facere, in præstatione seruitiorum per 30. annos moratus est, nunc contractum suum conspiciens, videt nullam sibi superimpositam faciendam, ideoque in exhibitione seruitiorum cessat, debitam offerens pensionem. Dominus verò consueta exposcit seruitia quare quid iuris sit quæritur. Proponitur actio, præscriptis verbis vel ex conducto.

QVOD VALEAT AGERE.

¶QVOD dominus contra rusticũ valeat agere cum effectu, hæc inducere videntur, scilicet consuetorum seruitiorum exhibitio, arg. ff. de itin. actúque pri. l. 1. §. 2. & ff. si ser. vind. l. si quis diuturno, & debita prætensorum seruitiorum præsumptio, arg. ff. de vsu. l. de in rem verso, & C. de fideicom. l. 1. longi. temporis bo. fidei præscriptio. C. de fund. patr. l. vlt. lib. 11.

EXADVERSO.

¶RVSTICVS verò clypeo rusticitatis armatus, domini iacula euitare intendit, allegãs imprimis priuilegium rusticitatis, nimirum rusticitatis velamento licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret, argu. C. de testa. l. vlt. & ff. de probat. l. cùm de indebito. ¶Item ratione rusticitatis quis excusatur à pœna, quam meruit, arg. ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis, & ff. si quis in ius. voc. non ier. l. 2. Secũdo allegat debitum non posse constitui ex tempore, vt C. de pact. l. si certis, & ff. de op. lib. l. operas, sed vtitur tali argumento. Fauorabilius est liberari quam obligari: at tempore obligatio non tollitur, arg. ff. de actio. & ob. l. obligationũ ferè, ergo multo minus inducitur. Tertio proponitur, debitum non debere præsumi, si non probetur, vt C. de act. & ob. l. negãtes, & C. de eden. l. qui accusare. immò potius pro reo non esse debitum quam contra, est præsumendum: nam propter probationis defectum, quod præsumitur non esse, vel non fuisse factum, arg. ff. de testament. tut. l. duo Titij, & ff. de reb. dub. l. si fuerit.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguendũ, qualiter dominus agat, vtrum iudicio possessorio, vt & illa, qualisqualis quã habuerit, restituatur, an agat personaliter ad seruitia: In primo casu, sine personarũ distinctione, pronuncio, eum ad illam qualemqualem possessionẽ restituendum. arg. ff. de itin. actúque pri. l. 1. §. 2. In secundo, distinguendo qualiter agat, vtrum alleget tantùm temporis diuturnitatem, an seruitiorum promissionem, sibi vel suis antecessoribus factam? In primo casu, reum absoluo, quia transcursu temporis non constituitur debitum quod non est, arg. C. de pact. l. si certis annis. In secundo, reum, maximè industrium, condemno, quia debitum præsumitur fuisse ex tempore, arg. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso.

SVMMARIVM.

An promittens primum partum ancillarum Gaio Seio, & Mæuio primum Arethusæ ancillæ: Arethusa prima pariente, debeat primo an secundo partum dare, & quis eorum præferatur.

Quæstio 22.

LVCIVS Titius Gaio Seio primum de ancillis suis partum promisit, deinde Mæuio, specialiter illum, qui de Arethusa nasceretur: contingit quod Arethusa primùm peperit, agit Gaius quasi existente promissionis suæ conditione: Mæuius verò econtra, similiter agit. Quæritur vtri potius eorum debeat dari partus Arethusæ, Seio, an Mæuio: Proponitur certi condictio ex stipulatu hinc inde.

QVOD DEBEAT GAIO SEIO DARI.

¶QVOD Gaio Seio primum satisfieri debeat, hæc videntur inducere: prius sibi facta promissio, argu. ff. loc. l. in operis. & C. de man. testam. l. vlt. & C. de pos. l. penul. posteriori promissioni tacita inserta conditio, nam tacitè per eã videtur Lucius sic partũ Arethusæ Mæuio promisisse, scilicet si non illa prima peperit, i. si in primam promissionem non inciderit, arg. ff. loca. l. quæro §. inter, & ff. de solution. l. quum quis. Ergo antiquioris debiti præponenda petitio, argu. in auth. vt exaction. instan. dot. pri. §. plurimæ si quidem, & ff. de solution. l. in iis, in princip. & C. de præsc. præt. l. 1. & 2. lib. 12.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicit Meuius se debere præferri, his rationibus, scilicet ꝙ potétior est generali specialis ꝓmissio, arg. C. de ser. pign. da. ma. l. 3. & institu. de legat. si quis. ¶ Item generali legato, speciei exceptio derogat, argu. ff. de pecul. l. seruo, & ff. de au. & argent. leg. l. j. & ff. de vino & ol. lega. l. j. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. felicissimo.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur ꝙ de iure merito neuter alteri præferatur, ergo gratificationi erit locus, arg. ff. de priuil. cred. l. priuil. & ff. de relig. & sump. fun. l. vl. & ff. de cōdi. ind. l. plane.

SVMMARIVM.

An habens rem cum nupta supposita loco virginis amata, possit de adulterio accusari.

Quæstio 23.

TITIVS amore cuiusdam virginis captus, rogauit vxorem Gaij Seij, vt virginem illam sibi acquireret, quę fœmina se hoc facere promisit: tandem in nocte, loco virginis, seipsam dicta fœmina supposuit, & sic Lucius Titius eam cognouit, qui nūc de adulterio à Gaio Seio accusatur. Vertitur in quæstione, quid iuris.

QVOD CONVENIRI VALEAT.

¶QVOD de adulterio Titius valeat conueniri, euidenti ratione probatur: scilicet quia vxorem alterius cognouit, adulterium ergo commisit, vt ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. sed si. & ff. de mino. l. eum qui. §. si iniuria mihi. & ff. de verb. sign. l. inter stuprum. Nec obstat ꝙ eam virginem putauerat, quia delinquere voluit, licet aliter, vt nimirum præualeat veritas opinioni, argu. ff. de manum. vind. l. si pater. & ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Immo ex solo facto condemnandus est, & si nocēdi non interueniat voluntas, vt insti. ad l. Aquil. §. pen. & C vn. vi. l. si quis in tantam, & ff. ad l. Corn. de sicar. l. eiusdem legis. §. qui hominem, & argu. ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. qui abortionis, ¶ Item ratione: scilicet, ne delictum ipsius remaneat impunitum, ne si de adulterio nō teneretur, nec de stupro valeat accusari, quia id non commiserit, licet committere putauerit. arg. ff. ad l. Corn. de sicar. l. impuberem. §. etsi ei seruo. Igitur cum non commiserit aliquod crimen, patet eius delictum impunitum relinqui, quod est absurdum. vnde potius dicendum est, vt de adulterio valeat condemnari, arg. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. sed etsi plures, & l. ita vulneratus. & C. de fur. & l. si quis seruo. ¶ Item summa negligentia quæ dolo comparatur, potest imputari, scilicet, cur nō cognouit virginem à corrupta: igitur propter hoc non debet excusari, immo potius condemnari, arg. ff. de iur. & fac. ign. l. plurimum interest. §. 1.

EXADVERSO.

¶CONTRA, Gaius excusatur pluribus rationibus, illa in primis, quia non habuit voluntatem committēdi adulterium, ergo de adulterio reus nō tenetur, arg. C. ad l. Corn. de sicar. l. j & 2. & C. de iniur. l. si nō, & ff. de adult. l. pen. quinimmo nec stuprum, argu. ff. de reb. dub. l. 2. Secundo, quia in maleficiis potius affectus inspicitur, quam effectus. arg. ff. ad l. Corn. de sicar. l. diuus. & ff. de ser. corrup. l. doli, in princ. Tertio, nihil refert, quia nullo modo taliter voluit delinquere, vt ff. de furt. l. verum est. ff. de iniur. l. eum qui. § at cum aliquis. Quarto, quia ignorantia excusatur, vt ff. loca. l. si ignorans. Quinto, iustissimo errore, vt Cod. de incest. nupt. l. qui contra, nempe in alieno facto, ignorantia est tolerabilis, ff. pro suo. l. vl. Nec obstat quod illa quę se supposuit, adulterium commisit. nam tam in contractibus quam in delictis, quandoque tantum alterum, & non vtrunque, contingit obligari. arg. inst. de auth. tut. circa princ. & ff. de act. emp. l. Iulian. §. antepen. & ff. de arb. l. sed si interpellatur. §. fi. Sexto, quia mulieris mutatum consilium, Titio non debet afferre iniuriam arg. ff. de reg. iur. l. nemo potest. Septimo, quia mulieris dolus Titio præiudicium afferre non debet, ff. ꝙ quisque iur. l. 3. §. j.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententię, Titium, qui nihil peccauit circa adulterium, ab accusatione adulterij absoluendum, arg. ff. de adul. l. penul. Si dicas, qualiter ergo punietur? videtur mihi ꝙ de stupro valeat condemnari, vt pro eo habeatur, ac si virginē vel viduam cognouisset, arg. ff. de iniur. l. eū qui. §. at cum aliquis.

SVMMARIVM.

An promittēs Titio omnem defensionem contra omnem hominem præstare, etiam contra seipsum ad eam teneatur.

Quæstio 24.

ODERICVS de Angeleno promisit Episcopo Mutinensi se præstaturum turrim suam ad offensionem & defensionem, & contra omnē hominem: tandem ortis inter Episcopum & Odericum inimicitiis, petit Episcopus vt Odericus prę̄stet ei turrim contra etiam se: vnde vertitur in quæstione, quid iuris sit. proponitur actio ex stipulatu.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD Episcopo cōpetat, hæc probāt: scilicet sermonis pronunciatio, vt ff. de lib. leg. l. si quis rationes, & ff. de fideicom. l. cum virum. nimirum contra alios facienda defensio vel offensio. vt ff. de condit. indeb. l. frater. & ff. si ser. vind. l. Pomponius. & Co. de euictio. l. siue. hæcque promissio interpretanda est, vt in sermone personam loquentis includat, vt ff. de ædil. edic. l. ꝙ si nolit. §. j. promissione, personarum contra quos promitteretur non facta distinctio, argument. Codic. de donat. l. data. contrahendique inimicitias remouenda occasio, arg. ff. de transf. l. cum hi. §. si cum lis: pro Episcopo apposita, non facienda contra Episcopum interpretatio, argument. Codic. de leg. l. quod fauore. & ff. loca. l. ea lege.

EXADVERSO.

¶CONTRA Episcopum facere videntur: scilicet generalis sermonis non generaliter omnino facienda interpretatio, arg. ff. de min. l. illud, & ff. de procurat. l. mandato. de generalibus tacita facienda exceptio, vt ff. de seru. l. si cui. promissorum specialiter intelligenda promissio, argum. ff. de pecul. l. qui peculij: personæ promittentis promissioni expressa exclusio vel inclusio, vt ff. com. præd. l. quicquid. & ff. loca. l. qui insulam §. vlt. contra stipulatorem interpretanda promissio, vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. 3. Inimicitiarum superuenientium legitima occasio, vt ff de procurat. l. filius. §. vlt. si prius cum proprio iaculo non admissa percussio, arg. C. de testib. l. nimis graue, & ff. de quæstio. l. de minore.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguēdū, cuius culpa exortæ fuerint inimicitiæ, vtrum culpa domini Episcopi an culpa Oderici, vt si culpa sit Oderici, ipse debeat condemnari, alioquin absolui. arg. ff. loc. l. si merces. §. culpæ, & ff. sol. matr. l. penult.

SVMMARIVM

SVMMARIVM.

An fideiussor, qui ante fideiussionem fecit pactum de se non obligando cũ ipso creditore, fideiussione secuta, teneatur, non obstante pacto.

Quæstio 25.

BIGNOTVS dum ab Antonio rogaretur, vt pro eo apud creditorem interueniret, creditoré adhibens, rogauit eum, ne ipsum reciperet in fideiussorem, & si fideiuberet, dixit se nolle teneri, cui creditor acquieuit. Deinde Bignotus pro Antonio apud prædictum creditorem intercessit, qui postea eũ conuenit ex obligatione fideiussoria. Quare queritur, quid iuris sit, proponitur actio ex stipulatu.

QVOD VALEAT CONVENIRI.

¶ QVOD hic fideiussor à creditore valeat conueniri cum effectu, hæc videntur inducere: iuris futuri minus licita renuntiatio, vel intercessio. argu. ff. de leg. 2. l. si areæ. & ff. de acquiré. hæredit. l. qui superstitis, quia eius erat obligationis impossibilis elisio, argument. ff. de iniust. rup. testa. l. nam etsi. & ff. de ædilit. edict. l. bonem. §. vlti. posteriorísque voluntatis legitima præpositio, argu. ff. de codicil. l. diuus. §. 2. pactionis. ergo naturalis non officiens occasio. arg. C. de remis. pignor. l. debitum. & C. de transact. l. si causa.

EXADVERSO.

¶ PER fideiussorem hæc videntur posse induci, scilicet iuris futuri licita remissio, argu. C. de pact. l. j. & l. cum proponas, & ff. de pact. l. pactum. §. vlti. posterioris voluntatis per priorem correctio, argu. ff. de lega. j. l. mihi & tibi. §. vlt. ff. de annu. leg. l. nihil, doli creditoris violenta notanda præsumptio, arg. C. ad Velleia. l. si sine. & ff. de dol. except. l. 2. voluntatis contrahétium potius, quam verborum legitima obseruatio. argu. C. de lib. præt. vel exh. l. 2. actorum simulate deneganda petitio, arg. C. de contrah. empt. l. fides, & insti. ad l. Aquil. prius dictorum tacita repetitio.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, hunc fideiussorem, cui factum est, antequam fideiubebat de non petendo pactum, non teneri, nisi priori pacto renunciauerit, argu. ff de leg 3. si quis in principio. Nec obstat si quis dicet, q̃ de futuro, vel iniuria, vel rebus amotis legatur, † quia in delictis antequam admittantur, temporis est pactio, sed non in contractibus. arg. ff. de infam. l. in accusationibus.

SVMMARIVM.

An aduocatus promittens patrocinium in causa, honorario conuento, etiam in causa appellationis obligatus intelligatur.

Quæstio 26.

BERNARDVS Seij patrocinium postulauit certo constituto salario, quod & accepit. tádem in causa victus, appellauit Bernard[us]; & q̃ pro eodem salario Seius in appellationis causa sibi assistere debeat, contendit, Seius vero resistit. Quæritur ergo, quid iuris. Proponitur actio præscriptis verbis.

QVOD VALEAT EXPERIRI.

¶ QVOD Bernardus cum effectu contra Seium valeat experiri, hæc ratio imprimis videtur inducere, scilicet quia Seius vsque ad finem causæ debuit patrocinari: Causa vero finita non est, appellatione suspensa, argu. ff. de pœn. l. 2. §. vlt. nimirum appellationis causa eadem est cum prima, argu. C. de procur. l. ita demum, nimus igitur cousummare cogitur quod incepit, arg. C. de iud. l. properandum. §. pen.

EXADVERSO.

¶ SEIVS vero contradicit se non teneri, quia in causa, & non in causis, patrocinium promisit. Ad hoc causa appellationis alia est à prima, ergo in ea patrocinari non cogitur. arg. C. res inter al. l. Inter alios.

SOLVTIO.

¶ QVIA interest nostra, aduocatorum partem tueri, Seium à Bernardi petitione absoluimus: quæ autem huius quæstionis desunt, ea superius, scilicet in causa podagrici, plenissime poterit lector reperire.

SVMMARIVM.

An Titius contra eum, propter cuius dissuasionem sibi à Meuio non fuit donatum, agere queat.

Quæstio 27.

LVCIVS Titius cum vellet Gaio Seio marchã argenti donare, dissuasione Mæuij non donauit: nunc Gaius Mæuium conuenire intendit. Quæritur, quid iuris sit. proponitur actio ex dolo, vel in factum.

QVOD VALEAT AGERE.

¶ QVOD agere valeat, euidenti ratione probatur, illa scilicet imprimis, quia æquum est, vt iacturam, quã mihi intulit per factum suum, restituere compellatur, arg. C. de testibus. l. si quando, & ff. fam. ercisc. l. hæredes. §. incerto. ff. de eo. per. qu. fac. est. l. ex hoc. Secúdo, quia occasionem damni præstitit, vnde cũ effectu debet conueniri, arg. ff. ad l. Aquil l. qui occidit. §. in hac. & l. item si obstetrix, & l. item Mela. Tertio, ne ipsius dolus remaneat impunitus, vt ff. de minor. l. ité apud. §. si quis sit, & ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, in fi. Quarto, quia donatorem conuenire non possum, vnde in defectum saltem debet iste mihi teneri, arg. ff. de eo. per qu. fac. est. l. ex hoc edicto.

EXADVERSO.

¶ ECONTRA dicit Mæuius se non teneri, nimirum ex suasione sola quis non tenetur, arg. ff. de infamib. l. ab hoc, & ff. mand. l. 2. §. vltim. & ff. de dam. ifect. l. Proculus. Secundo, quia de dolo actio datur ad interest, cum damnum passus non est, arg. C. de acq. poss. l. vlt. ff. de dam. infec. l. Proculus. Tertio, quia nõ fecit vt Gaio noceret, sed vt Titio amico prodesset, argum. de acq. poss. l. j.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, q̃ si certum sit, Titium Mæuio donaturum fuisse, dico ipsum non teneri. nisi Mæuius in fraudem Seij dissuasisset: tunc enim dico Mæuiũ condemnandum, arg. ff. de leg. 2. l. penult. §. si semper, & in auth. vt cum de appell. cogn. §. si conuincitur, quid si enim, vt homines faciunt consulendo amicis suis, dixerit Mæuius. quare donas illi, cum nunquam inde habebis seruitium? dico eum non teneri.

SVMMARIVM.

An vasallus cadens à possessione feud., & per annos 30. tacens, domino contra possessorem obtinente, possit ad recuperationem feudi à domino factam, agere.

Quæstio 28.

QVIDAM vasallus cum casu quodã possessione cecidisset 30. annorum silentio, & à petitione submotus, dominus vero, cui nõ semp à vasallo seruiebatur, desidiæ per hoc nõ deditus, hoc cóperto, cótra à petitione vasalli absolutũ,

ſua figit iacula, ſicque intendens, obtinuit. Nunc vaſallus poſſeſsione penes dominum conſtituta contra eum agit, vt ipſum in ſuo feudo reſtituat. quęritur, quid iuris ſit. proponitur condictio ex moribus.

QVOD POSSIT.

¶QVOD vaſallus poſsit agere cũ effectu, euidenti ratione probatur: Imprimis, quia præſcriptione temporis ius non tollitur, ſed eliditur, tempus enim non eſt modus tollendæ obligationis, ergo nec actionis, arg. ff. de act. & ob. l. obligationum ferè. Secundo quia dominus cum quo agit, non præſcripſit, nec à præſcribente cauſam habet, igitur ea non poterit ſe tueri, argu. C. de præſcr. 30. ann. l. ſi quis empt. Tertio, quia ex alia cauſa contra dominum agit, vnde non debet vaſallus repelli.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicit dominus ſe nõ teneri, imprimis ea ratione, quia vaſallus commiſit ingratitudinis cauſam in alienando feudum. prope eſt enim vt alienare videatur, qui vſucapi patitur, vt ff. de verb. ſign. l. alienare. Secundo contra eum obiicitur ipſius deſidia, & domini curioſitas atque vigilantia, quæ non debet ei eſſe damnoſa, argu. C. de poſtu. l. vlt. Tertio, quia videtur dominus cauſam habere ab eo, qui ſibi per iudicem reſtituit, vnde ipſius poterit defenſionibus vti, arg. ff. de acqu. poſſeſſ. l. Pomponius. §. ſi diuiſa & C. de euiction. l. emptori.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur ſine præiudicio melioris ſentẽtiæ, dominũ à petitione cauſæ negligẽtis vaſalli, omnino abſoluendum, quis enim diceret fructuarium, qui non vtendo, ab vſuſfructus petitione excluſus eſt, ab extraneo poſſe proprietariũ conueniri? Si quid in hac quæſtione deeſt, poterit in alia, ſcilicet in cauſa debitoris, qui ꝓpter victoriam excipit creditoris, & de illo, qui feram manſuetam depoſuit, poterit reperire.

SVMMARIVM.

An ſtipulatio pœnæ, ſi die ſtatuta centũ non ſoluantur, committatur, ſi pars de centum fuerit ſoluta, ſed non totum.

Quæſtio 29.

LVCIVS Titiꝰ mutuauit quinquaginta Gaio Seio ſibi certa die reſtituenda, & ſi tali die non eſſent reſtituta, ſtipulatus eſt Lucius nomine pœnæ centum, ſpopondit Gaius Seius. Adueniente die Gaius Seius 25. ſoluit, die autem præterita, Lucius Titius totam pœnam petit certi condictione ex ſtipulatu. Quæritur, quid iuris ſit.

QVOD POSSIT.

¶QVOD integrã pœnã petere poſſit, ſic probatur. Promiſit centum, ſi non ſolueret quinquaginta: non ſoluit quinquaginta, ergo extitit conditio pœnalis ſtipulationis, ergo poteſt ex ea cum effectu agi. arg. ff. de act. & obl. l. obligationum. §. vlt. Nec obſtat quod partem debiti ſoluit, quia certe perinde eſt, ac ſi nihil ſoluiſſet, cum totum non ſoluit, arg. C. ad Syllan. & ff. de eden. l. j. §. edere & l. vbi. ff. qui ſatiſd. cog. l. quoties, nimirum pœna in ſolidum committitur, perinde ac ſi nihil eſſet ſolutum, argum. ff. de verb. obl. l. 3. & 5. §. vlt. & ff. fam. erciſ. l. heredes. §. in illa & ff. de collat. dot. l. ſi quis. §. 2. & hac ratione probatiſſima. qui enim quinquaginta promiſit, certe quinquaginta non ſoluit ſi 25 duntaxat ſoluat, perinde eſt ac ſi nihil ſoluiſſet. vtrobique enim quinquaginta non ſoluit, cum vtroque in ſolidum teneretur, quia pariter in ſtipulationem cõmittit, arg. C. de Epiſc. & cler. l. ſi quẽquam, & in auth. vt fratr. fil. §. vlti. & ff. ad l. Aquil. l. illud. Nec obſtat ꝙ dicitur, pœnas arbitrio iudicum potius moderandas, quam exaſperandas eſſe. illud enim in pœnis extraordinariis locum habet, vel in ambiguis: Sed vbi certa pœna & ordinata apponitur, iudex eam mitigare nõ poteſt, arg. ff. ad Turpil. l. j. & in auth. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium. & ff. ad municip. l. ordine. de eo ſcilicet maxime, quia facilitas veniæ incẽtiuum tribuit delinquẽdi, argument. Codic. de pœn. l. ſi operis. & inſt. vi bon. rapt. §. ſed ne, dum. Immo fortius & durius eſt puniendus, ne alij ad exemplum delinquant, argu. in auth. vt iudic. ſi. quo. ſuffr. §. eos & ff. de poſſ. l. bona fides. ff. de pœn. l. aut. §. vlti. & pœna vnius ſit metus multorum. Et alia fortior ratio videtur ſuccedere, quare Gaius Seius ſit condemnandus in ſolidum, ne alioquin creditorum ſtipulationes & pacta, poſſint à debitoribus deriſoria reputari, & tanquam vana contemni, arg. ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. 2. ff. ne quid in loc. puber. l. vltim. ſed nec debitorem æquitas quam allegat, iuuare videtur, cum culpa ſua in huiuſmodi iacturam inciderit, quando pecuniam in ſolidum non perſoluit, argument. Codic. de nego. geſt. l. vlt. & ff. ad Maced. l. j. in princ. & ff. de regul. iur. l. quod quis. Sed vt vere loquamur: qua cauſa hic debitor ſe à pœna exonerari cõtendat, perpendi non poteſt, cum pecuniam, in cuius defectum pœnam promiſit, non ſoluit. Soluiſſe enim non videtur is, aduerſus quem amplioris ſummæ actio cõpetit, vt ff. de verb ſign. l. non poteſt: quandiu enim quid modicum de debito reſtat, in ſolidum pignus diſtrahitur: ergo in ſolidum pœna exigitur, vt Codic. de diſtraction. pign. l. quandiu, & ff. de pign. action. l. ſi neceſſarias. §. 2. nam & hæres propter vnum forte legatum non præſtitum, à toto hæreditatis commodo defraudatur, licet forſan præſtiterit cætera, argum. C de fideicommiſ. l. vltim. arg. ff. fam. erciſc. l. hæres, & ff. de tranſact. l. cui. §. prætor, & C. de fi. inſtru. l. contractus. ¶ Item ſi ex pluribus partibus hæres inſtitutus, quaſdam repudiauit, cæteras & quas habere voluit, amittit, vt ff. de acquir. hæredit. l. 2. & l. ſi tu ſolus. præterea emptor licet partem pecuniæ præſtiterit, non tamen partem rei emptæ conſequitur, immo in ſolidum ab eius petitione repelletur, vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. offerri & ff. de regul. iur. l. item an. ¶ Item in legatario, vt ff. de condit. & demonſtrat. l. qui duobus, & l. cũ fundus. Ex his ergo omnibus manifeſte concluditur, quod licet partem pecuniæ ſoluerit, tamen ad pœnam totam propter partem non ſolutam teneatur. Alia forte via irrefragabili poſſe Lucius Titiꝰ incedẽdo probare, Gaium Seium de tota pœna conueniendum & condemnandum, hoc modo. Promiſit centũ, ſi quinquaginta non daret: ſi falſum eſt, eum quinquaginta ſoluiſſe: ergo verum eſt, eum pœnam commiſiſſe: nam quod promiſit, non præſtat: ſic & in ſolidum eſt propter partem condemnandus, vt ff. de ædil. edic. l. ideo, & ff. de reb. dub. l. ſi is qui §. 2. & 3. nam qui deliquit in parte, reus is eſt in toto, vt dicitur de tutore, qui & ſi à parte tutelæ ſe excuſat, tamen à toto legato priuatur, vt ff. de lega. l. j. Et idem de patrono, qui licet in minimam partem in liberto vindicauerit, tum in ſolidũ ius patronatus amittit, vt ff. de bon. lib. l. item ſeruuſ, ſed & qui partem tabularum aperuit duntaxat, ac ſi totas aperuiſſet, damnatur, vt ff. ad Syll. l. ſi quis §. ſi quis. ita qui partem duntaxat illicite fecit, à toto etiam debito defraudatur, vt C. de plus. petit. per totum, ſed & qui illicite modicum aquæ illi, quam recte ducebat, immiſcuit, à toto iuſte prohibetur: vt ff. de aqua quoti. & eſt. l. primo. §. item. Quare falſarius quoque iudicatur, qui in codicillis ſuper partem aliqualiter minima ſigna impreſſerit, ſicut ſi ſuper totum eadem impoſuiſſet, vt Codic. de vet. iu. enuclean. l. vltim. Reus iudicatur, qui ex naufragio vnum vel duos clauos abſtulit, vt ff. de incend. ruin. naufr. l. 3. §. vlt. ſed & ſi quis de iuer

iure quod totum auferre poterat, modicum quid abstulerit, totius furtum facit, vt ff. de furt. l. vulgaris. §. j. Ex his ergo & multis aliis quæ in hunc modum possent allegari, euidenter ostenditur, Gaium de tota pœna teneri, licet in partem stipulationis cómiserit. Redde igitur quod debes, dicit Lucius, ne, dum sententiã expectas, etiam & pœnarum condemnationem sustineas.

EXADVERSO.

¶GAIVS Seius econtra, clypeis suis & conatibus armatus, Lucii Titij iacula simili repulsa euitare contendit: Imprimis asserens, nec in totum, nec pro parte se de pœna posse conueniri, & hoc ea ratione: Quia in fraudem vsurarum legitimarum apposita intelligitur, ideoque nulla in solidum debeatur, nisi forte vsque ad vsuras legitimas, vt ff. de actio emp. l. Iulianus. §. ad idem, & ff. de vsur. l. pecuniæ. ¶ Item alia ratione quia & si poneres stipulationem valuisse, tamen videtur ab ea recessisse, partem pecuniæ accipiendo, argu. Cod. de pact. l. si creditores, & C. de iu. dom. imp. l. 1. & ff. de eo quod cer. lo. l. vlt. in fi. & argumen. C. de vsur. l. aduersus. Sed & si dicatur, ab initio validam stipulationem, ex post facto non euanuisse: respondetur, quia ad iniquitatem recedit, scilicet vt minima portione debiti non soluti, præstaretur tota pœna: ideo iudicis arbitrio moderanda est, scilicet, vt pro parte non præstita duntaxat præstaretur pœna, arg. ff. de vsur. l. cum quidam, in princ. & Cod. com. vtriusq. iud. l. maioribus, & ff. de poen. l. penul. Præterea, quia partem recipiendo de sorte, tacite pacisci videtur & de alia obligatione, scilicet pœnali, vt partem recipiat, vt Codice de pact. l. si credit. Accessoria enim principalem sequitur quandoquidem principali expirante, euanescit accessorium, vt Codic. de vsur. l. vltim. & ff. si quis caution. l. 2. in princip. & ff. de regu. iur. l. cum principalis, & ff. de arbitra. l. Celsus ait. si ergo pro parte tollatur principalis, non debet pro eadem accessorium remanere, nimirum idem iuris debet esse in parte, quod in toto, vt institut. de fideicomm. hæredit. §. nihil. leg. si seruus eius. Alia quoque fortissima ratione hoc idem conuincitur. hic náque habet partem pro parte, ergo pro ea parte petere pœnam non potest, quia rem possidere, & pœnam petere, esset absurdũ. vt ff. de dol. except. l. apud. §. Labeo, & ff. si quis caution. l. si duo, nisi hoc conuenitur, vt Codic. de transl. leg. cum proponas. Est quoque pro me dicit Gaius, ius & ratio mera, quæ præcipit neminem vltra delictum puniri, vt Co. de pœn. l. sancimus. cum igitur ego in partem deliquerim, non sum condemnandus in solidum, hoc enim non solum facere, sed dicere esset iniquissimum, argu. ff. de furt. l. vulgaris. Nam & vbi inofficiose pater testatur, sola institutio cassatur, quia in ea tantum deliquisse patrem ostenditur, vt in authen. vt cum de appell. cogn. §. siue igitur. Hæres quoque qui in sola institutióe peccauit, in substitutione non damnatur, quoniam satis punitus est in eo, in quo delinquere voluit, vt ff. de vulgar. subst. l. ex facto. §. vltim. Et in ea re sola vel parte mulctatur, quam contra leges alij restituendam suscepit, vt ff. de his quib. vt indig. l. hæres. Legatarius quoque per vnum hæredem quem per falsum adscriptum, falso asseruit ab alio sibi relictum, non perdit, quem non inquietauit, vt ff. de his quibus vt ind. leg. Papinianus. Sed nec socius propter obuentiuam hæreditatem sibi, callide societati renuncians, lucrum quod non captauerat, communicare non compellitur, sed hæreditatem tantum propter quam delinquit, vt ff. pro socio. l. actione. §. diximus. Ex his ergo legibus tanquam fortissimis clypeis tuas obiectiones repellendo, dicit Gaius, me non nisi in partem pœnæ teneri concludo, cum nec †, & nisi pro parte fuisse commissam, conuincor. Porro & si tibi gratia disputandi commissam in totum concedam, tamen ex æquitate quæ præualet, partem offerendo, te ab alterius partis petitione efficaci exceptione repellerem, argum. ff. si quis caution. l. si seruus. §. j. & si quod plus est, tibi concedatur amice, in solidum pœnam committi, tamen benignitate æquitatis, quæ ante oculos iudicis semper permanere debet, nisi pro parte debere me condemnari. Si vis videre & audire leges probantes, ausculta. Ecce enim plures domini cuiusdam serui, separatim singuli conuenientur in solidum de peculio, tamen non in plus quisquam eorum legitur iudicandus, quam ratio patitur apud se peculij, argument. ff. pro socio. l. si ex duobus: sed licet ab vnius rei, quantumuis minimæ. Hæreditatis possessore tota de iure petatur hæreditas, tamen eam solam restituendo, quod aliam non habet, liberationem consequitur, vt ff. de petit. hæredit. l. Lucius. Ex his itaque dilucide apparet, quod licet actio tribuatur, tamen mihi non nisi pro parte, quam nó soluí, præstatio iniungitur. Quid plura? tu de lucro captando, ego vero de damno euitando agere intendo, igitur mihi potius, quam tibi est consulendum, sicuti potius creditori, quam legatario consulitur, quia iste de lucro, ille de damno certare conuincitur, vt Codi. de iu. delib. l. sancimus. §. si vero. Illa quoque ratio facit, vt magis emptori, quam fraudatori contrahenti vel quam donatario constet esse consultum, vt ff. quæ in frau. cred. l. quod autem. nam & in pœnis fiscalibus fisco creditores leguntur esse prælati, vt Co. de poen. fisc. libro 10. non enim par eademque ratio esse creditur, amittere, & non lucrari, vt Codic. de codicill. leg. vltim. Vis audire secundum? ego sum reus, ergo fauorabilior: tu actor, ergo odiosior depręhenderis. itaque meis potius quam tuis precibus iudex aures accommodabit. nam reo dilatio tribuitur, vbi etiam actori omnino denegatur, vt Codic. ,5. de temp. in integr. restitut. l. vltim. Cod. de dilation. l. si quando. sed instrumenta quoque sui authoris, sibi reus iuste exhiberi cótendit, licet non econtra, vt Codic. de eden. l. qui accusare. Superest & ratio tertia, quia absolutoria humanior & suauior, quam condemnatoria depræhenditur esse sententia. Proniores enim vniuersi debent esse iudices ad absoluendum, quam ad condemnandum, vt ff. de re. iud. l. inter plures. nam & si duo iudices iudicauerint, illius sententia obtinebit, qui pro reo iudicauerit, vt ff. de re. iud. inter. si igitur humanior, ergo eligenda. semper enim humanior seruatur sententia, vt ff. de pact. l. maiorem, & Codi. qui bon. ced. poss. l. vltim. Quarta, scilicet quia illa, quam deposco, mitior est, quam tuę petitionis sententia: ergo mea, & nó tua, est admittenda petitio. argumento. ff. de pœn. l. si præses. nam & si tres iudices iudicauerint, vnus in 15, alius in 10. alius in 5. tertia, quia mitior, est seruanda sententia, vt ff. de arbitr. l. diem proferre. §. si plures. Quinto, quia est æqua, nimirum ego ęquum, tu autem iniquum deposcis: & in omnibus placuit, rigori iustitiam præponendam, æquitatemque, vt Codic. iudic. l. placuit. Sexto, quia & si esset æquum & iustũ quod postulas, tamen æquius est & mitius, quod ego dico. sum ego igitur præponendus, vt Codic. de procurator. leg. exigendi. Septimo, quia tu aspera, ego mollia deposco. sicut enim ego delicatus non essem audiendus, nihil volens soluere: ita tu onerosus non es admittédus, totam pœnam petere volens, vt ff. de pign. action. l. si seruos.

SOLVTIO.

¶DOMINVS. Placent. nulla distinctione ex causa sortis adhibita, eum ex æquitate à parte pœnæ absoluit, arg. ff. si quis cautió. l. j. Sed dominus meus Odericus eum condemnat, per leg. hæres. ff. famil. ercisc. Si distingueres inter stipulatiooem dandi, & faciendi, posset tamen distinctio adhiberi, vtrum maiorem par-

tem pecuniæ soluisset, an non, vt in maiori parceretur soluenti, de residuo teneretur, sed non cōdemnaretur, arg. ff. de contrahen. emp. l. domum. nam & restitutio propter satis minimam rem vel summam denegatur, si rei maiori vel summę pręiudicetur, vt ff. de in integ. rest. l. scio. vel posset aliter distingui, vt cum per contumaciam de tota teneatur pœna, seu propter inopiam de parte duntaxat. arg. ff. de coll. bon. l. j. §. si cum. Nam & præses prouinciæ, mulctam quam alicui inflixit, solet mitigare ob inopiam, vel in totum remittere, vt ff. de offi. præs. l. 3. §. sicut. sed non videtur fuisse in mora, à quo pecunia per exceptionem peti non potest, vt ff. si cert. pet. l. lecta.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, propter inopiam non soluentem absoluendum fore.

SVMMARIVM.

An mandatum causa cuiusdam absentiæ factum duret, reuerso domino, iterū se absentante, adeo quod alienatio vel gestum tempore secundæ absentiæ, vigore illius mandati valeat.

Quæstio 30.

QVIDAM Hyerosolymam petens, negociorū suorum Titio generalissimam demandauit administrationē: & Hierosolymis reuersus, mandatum non reuocans, nec iterum renouās, beati Iacobi limina visitauit. Titius vero semper administrare nō cessans, in vltima peregrinatione fundum quendam Seio alienauit. Nunc dominus à beati Iacobi peregrinatione reuersus, fundum quem Titius eius procurator alienauit, vendicare intendit. Seius vero suo mandato venditum dicit, eùmque à petitione repellit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur rei vēdicatio.

QVOD POSSIT DOMINVS vendicare.

¶QVOD dominus debeat ad vendicandū admitti, euidenti ratione videtur posse probari, nimirum constat quòd fundus iste citra domini mādatum fuit alienatus: ergo exceptione non obstante, ab emptore vendicatur, vt Cod. de procurat. l. procuratorem. Nec obstat quòd semel mandatum habuit, quia illud constat esse finitum. Quod probatur: nam Hierosolymitana peregrinatio fuit causa mandati: ergo ea finita, finitur & mandatum, argum. ff. de iudic. l. 2. §. eleganter. Nam & si duo contraxerunt societatem ad negocium aliquod peragendum, finito negocio, finitur & societas, vt ff. pro soc. l. actionem. §. Item si societatem.

¶Item miles tandiu potitur priuilegio propter expeditionem sibi indulto, quandiu in ea versatur. nam eo reuerso, & diuaganti alibi, expirat priuilegium, vt C. de rest. milit. & eorum. l. vlti. & C. de test. mil. l. sancimus. Præter hæc fisci administrator excusatione gaudet, ratione administrationis, sed ea deposita, & excusationem deponit. ¶Item & in his, qui aliquam habent potestatem, vt institu. de excus. tut. §. 3. Ex his igitur legibus patenter ostenditur mandatum finitum, peregrinatione, propter quam intercessit, expleta. Nec obstat quod etiam postea iterum absuit: semel enim finitum mandatum, taliter restaurari non potest: sed nec stipulatio semel mortua, vel seruus semel promissus, factus liber, resuscitatur, licet ad eandem seruitutē deuenerit, vt ff. de ver. obl. l. inter. §. sacrum, & ff. de solu. l. qui res. §. aream. Nec debitor à creditoris obligatione semel seruitute exemptus, in eandem reuertitur, vt ff. de action. & obl. l. seruus. Testamentum quoque propter natum posthumum irritum, non reconualescit, quia postquam natus est, mortem obiit, vt C. de petitione hære. l. 3. Per hoc igitur manifestè concluditur, semel finitum mandatum propter primam reuersionem, per secundam absentiam non resuscitari.

¶Item alia ratione probatur mandatum tacitè reuocatum: domino enim reuerso, plenaria suarum rerum est restituta ei potestas, ergo alij adempta: duo enim in solidum hoc habere non possunt: ergo simul atque vni tribuitur, alteri denegatur, argumen. ff. de procur. l. Pomponius. §. 2. in fin. nam posteaquam alium procuratorem dedisset, priorem remouisse videretur: ergo multo fortius remouit, vbi idem ipse administrare cœpit, vt ff. de procur. l. si quis. §. vltim. Præterea, quia in tali casu etiam mandato restaurato à reuerso domino, primum finiretur mandatum, vt ff. mand. l. qui mutuam, ergo multo magis vbi nullum intercessit mandatum, vel alioquin reuocatum est superuacuum, nempe vt si tutor in administratione post pubertatem perseuerauerit, non tutelæ, quia iam finita est, sed negociorum gestorum actione conuenitur, vt ff. de tutor. & rat. dis. l. si tuto. Nec obstat quod exaduerso allegatur, secundum mandatum simpliciter interuenisse, quasi ei insit tacita conditio, donec in absentia perseuerauerit, sicut dicitur de eo, qui sibi aut Titio stipulatus est, & purè, tamen tacitè inest conditio, si in eodem statu Titius perdurauerit, vt ff. de solution. l. cum quis, & l. similes, & ff. de probat. l. si post datum: nam in sermone simplici & generali, quædam tacitè inueniuntur excepta, vt ff. de seruit. l. si cui. ¶Item sermo generalis & simplex, ad eundem duntaxat extenditur casum, & ad ea de quibus inter contrahentes actum cōprobatur, argument. C. de transf. l. si de certa, & Co. de adulter. l. videmus, & ff. de trāf. l. cum Aquil. l. qui cum tutoribus.

EXADVERSO.

¶ECONTRA pro se allegat emptor, mādatum nudo & tacito assensu posse contrahi. vnde dico, quod eo ipso quòd dominus mandatum, cum potuerit, non reuocauerit, reuersus renouasse videtur, & hoc ad instar coloni. Colonus enim, finita conductione, si in eadem remansit, sciente domino, & non contradicente, reconduxisse videtur, arg. ff. loc. l. item quæritur. §. qui rei, & l. cum plures. §. locator. ¶Idem de matre legitur, quæ, condito testamento, filium pepererit. nam eo ipso quod testamentum mutuare potuit, & non fecit, confirmasse videtur, & filiū exhæredasse, vt Codic. de inoffic. testa. l. 3. Idem quoque de codicillis ante testamentum factis, cautum reperitur, qui eo ipso confirmati videntur, quod ab eorum validitate testator recessisse non videtur, vt institut. de codicill. §. si cum. Qui enim non prohibuit eum ab administratione, permisisse videtur. constat enim concessum, quod non inuenitur prohibitum: Secundo legitur de absente restituendo, qui restituitur, nō solum si leges permittant, sed etiam si leges non prohibeant, vt ff. ex quib. cau. maior. l. nec non. §. prima sic & procuratorem posse dari conuincitur, qui ab eius datione prohibitus non inuenitur, vt ff. de procur. l. mutus. sic igitur in casu, de quo quæritur, administrator remansit, quia ab administratione repulsus non fuit. nam qui homines in naui, vel in stabulo, vel caupona secum degentes non repulit, elegit. vt ff. nau. caup. stabula. l. prima §. final. nempe qui factum se contingens non statim vt scit improbat, cōprobare videtur, vt ff. ad Macedon. leg. si filius, & Codic. de nupt. leg. si vt proponis, la. prima. qui magistrum quoque à magistrò præpositum non deiecit, imposuisse videtur. vt ff. de exercitatio. leg. prima §. magistrum. Ex supradictis ergo tu iudex videre potes

tes

tes manifestè, quod si ex reuersione prima, mandatum fuisset exinanitum, tamen per secundum consensum, licet non expressum, fuit tacitè restauratum. Immò plus dicit emptor, mandatum non fuisse finitum propter reuersionem, cum reuersus non permansit, sicut non videtur versum, quod non mansit de iure versum, vt ff. de in rem verso, l. si pro parte. Non enim reuersus videtur, qui in breui recessit, sicut etiam nô videtur recessisse, qui in breui reuertitur, vt ff. de diuor. & rep. l. j. & ff. de in integrum restitutione. l. diuus: sed nec videtur traditum, quod est euictum, vt ff. de action. empt. l. datio possession. Generaliter quoque dicitur: Peruenisse non videtur, quod recessit, vel remansurum non est, vt ff. de hæred. vel action. vendi. l. s. §. illud. & ff. de acquirend. poss. l. non videtur. ¶ Item alia fortiori ratione conuincitur, dominum reuersum non videri, qui non animo rediit remanẽdi. non enim possidere intelligitur ille, qui in fundo est corporaliter, si mente sit alienus, vt ff. de acquirend. poss. l. 3. §. s. sicut nec ille seruus dicitur fugisse, licèt corpore se absentauerit à domino, cùm animo remansit cum domino, vt ff. de ædilit. edic. l. quis sit. Captus quoque ab hostibus, rediisse non videtur ad patriam, qui licèt venerit corpore, alienus tamen deprehenditur esse mente, vt ff. de postli. re. l. nihil. Sed fortè dicet aduersarius, ad quid allegas hoc, cùm non probaueris, cum non remanendi animo rediisse? Respondeo, immò probaui ab effectu, quia postea recessit. voluntas enim intrinseca perfecte probatur per extrinseca: rebus enim & factis sicut verbis, quis dicitur suam declarare voluntatem, vt institution. de heredita. quæ ab inte. defunct. in fin. & ff. de legat. l. de quibus. Ex prædictis manifeste apparet, dominum non reuersum: & quia non remansit, & quia non animo rediit remanendi: ergo nec mandatum finitum fuit. Fortiori quoque ratione probatur, mandatum adhuc reuersione non fuisse finitum, quia simplex fuit, ergo ante & post reuersionem durauit mandatum, nisi fuerit reuocatum, vt ecce simpliciter prohibitus accipere pecuniam, vt alij faciat vel non faciat negocium causa calumniæ, accipere prohibetur & ante iudicium, & post, vt ff. de calum. l. j. Sed & qui res suas simpliciter obligauit, tam præsentes quam futuras obligasse videtur, vt ff. quæ res pig. ob. poss. l. vltim. nempe ille, & qui posthumum simpliciter sibi instituit heredem, de quacunque vxore natum, instituisse videtur, & de ea cum qua postea contraxit matrimonium, vt ff. de lib. & posth. l. placet. Succedit etiam alia ratio, quod sine temporis terminatione conceditur, perpetuò concessum intelligitur. Certum nanque perpetuò valet, nisi infra certum tempus fuerit comprehensum, vt C. de diuers. rescriptio. l. falsa. Ex his ergo allegationibus aperte concluditur, mandatum non temporale, sed perpetuum fuisse, & maxime in hoc casu, cum de commodo mandatoris agitur, qui expresse debuit istud exprimere, argument. ff. de posth. l. publicum: quicquid enim adstringendæ obligationis causa fit vel dicitur, id nisi palam verbis exprimatur, pro omisso habendum est, vel certe contra stipulatorem est interpretandum, in cuius potestate fuit verba clare concipere: vt ff. de verb. obl. l. quicquid adstringendæ, & si poneretur sine præiudicio, mãdatũ finitũ, nec reintegratum, tamen quia per ignorãtiam iuris fuit adimpletum, seruari debet, & hinc inde oritur actio mandati, vt ff. mandati. l. mandatum, & l. item si mandassem. & maxime emptor côueniri non debet, quia iustam habuit ignorantiæ causam, argu. ff. mand. l. item causas. in princ. §. j & insti. mand. §. item. His igitur omnibus tam copiose atque efficacissime pro me facientibus, dicit emptor: iudex humanissime, te humanissima prece rogitare non desino, quatenus mei fugientis potius absoluendo miserearis æquissime, quam actoris persequentis ad condẽnandum partibus faueas iniquissimis.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur propter profectionem fuisse mandatum: vnde peregrinatiõe perfecta, dico statim finitum mandatum, argument. ff. pro soc. l. actione. §. item, & ff. de cond. si. cau. l. j. sed an postea mandatum reintegratur propter secundam peregrinationem, si quæratur; videtur non incompetenter posse distingui: Vtrum reuersus statim discessit, an aliquandiu moram fecerit: si quidem statim discessit, videtur finitum mandatum: si vero aliquandiu moratus est, & potestatem habuit procuratorem mutandi, & cum non mutauerit. immo administrare passus fuit, confirmasse procuratorem, atque mandatum tacite non reuocasse videtur, vt C. de inoffi. test. l. 3. Si q̃ratur, quid iuris? in primo casu, si per ignorantiam fuit cum eo contractũ, multum refert, qualiter cum eo contrahatur, vtrum alienando, an suscipiendo. ipse enim alienare non potest, licet suscipiendo debitores iuste ignorantes possit liberare, vt ff. si cert. pet. l. eum qui.

SVMMARIVM.

An fideiubens pro Seio apud Semproniũ, si pecunia nondum numerata, detecta inopia debitoris, denunciat creditori, ne pecuniam mutuatam numeret, isque denunciationem contemnat & soluat, possit, eueniente casu, à creditore conueniri.

Quæstio 31.

LVCIVS Titius fideiussit pro Gaio Seio apud Sempronium creditorem, spe futuræ numerationis pecuniæ, qui Lucius Titius cum reperisset Gaium Seium minus soluendo, denunciauit Sempronio creditori, ne Gaio Seio pecuniam mutuaret: Sempronius vero creditori fideiussoris denunciationem contemnens, Gaio Seio iuxta conuentionem pecuniam mutuauit. Nunc creditor à debitore Gaio Seio suam pecuniam recuperare non valens, Lucium Titium fideiussorem conuenire intendit. Quæritur, vtrum possit: Proponitur actio ex stipulatu, vel certi condictio.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD fideiussorem valeat creditor conuenire, euidenti ratione probatur, imprimis ea ratione, quia non licuit à côtractu semel inito, & maxime creditoris fauore, fideiussorem recedere, vt insti. de fideiuss. in princi. & sicut fuit liberum non interuenire ab initio, ita semel constitutæ obligationis libera non datur renunciatio, vt C. de act. & obliga. l. sicut. nimirum se pati conqueri non potest, qui semel fideiussioni consensit, vt ff. de aq. plur. arc. l. in diem. nam habes quòd qui semel se velle dixerit, amplius nolle dicere non poterit, vt ff. de lega. 3. l. 11. §. sic. sed nec negocium semel probatum, reprobandi facultas conceditur, vt ff. de neg. gest. l. Pomponius. Est quoque & alia fortior ratio, scilicet ne Lucio Titio hic attributa facultas sit, aliis fideiussoribus delinquendi facilitatem præstare, vt instit. vi bon. rapt. §. sed ne, dum. Quilibet enim fideiussor, ante sic denunciando, posset suas & creditoris stipulationes eludere, & se à fideiussionis oneribus relaxare, quod est prohibitũ: in quibusdam enim magis statur actori, quam reo: vt si reo facultas tribueretur, actoris actio periclitetur, vt ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. sed. Sed & alia ratione conuincitur hunc fideiussorem efficaciter posse conueniri: quia non legitur, renunciationem esse modum tollendæ obligationis, cum quis semel fuit rite obligatus. nam per vtranque stipulãtium personã re in obligationem

deducta, legitima & congruenti interrogatione præcedente, quod est gestum, non est per denunciationẽ ab istius obligationis vinculis concedenda recessio. si enim ab obligationibus legitime factis detur facile facultas discedendi, nullus erit litium finis, vt C. de transact. l. factis. constat igitur, hunc esse condemnandum, ne alioquin res procedat in infinitum, vt ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. si post. Alia quoque via si ambulare volucrit, manifestè tibi poterit demonstrari, Lucium Titium damnationis laqueo subiacere, scilicet quia non tempestiuo tempore interuenit denunciatio, scilicet quia re non integra, sic de mandato reuocando legitur, vt ff commod. l. in commodat. §. 3. Nam nec clerico discedenti redeundi facultas conceditur, si alius loco suo subrogatus iam deprehenditur, vt in authentic. vt clerici qui reced. coll. 5. sed nec iuuenili leuitate omittenti, facultas redeundi conceditur, si rebus in eodem statu non existentibus, contra substitutum agere inuenitur, vt ff. de minor. l quod si minor. §. Scæuola. Sed vt istius quæstionis causam videas, diligenter attende quod dicitur. C. de nouation. l. 3. Ex his manifestè conuincitur, fideiussoris denunciationem nullatenus valuisse, vnde iustè meritóque sibi eũ condemnari deposcit creditor. Defectus enim potestatis denunciandi, denunciationem patitur impunè contemni · sicuti dicitur de eo, qui riuos vel cloacas purgari, nouum opus nunciat, vt ff. de noui oper. nunc. l. de pupillo. §. si quis. De debitore quoque, qui creditori de iure distrahenti, ne vendat, denunciat, vt C. debitor. vendit. pign. l. j. fideiussor qui mandat creditori, vt debitorem conueniat, vel pignora vendat, vt ff. de fideiussorib. si fideiussor. Item de eo debitore, qui constitutario mandat, ne debitum soluat, vt ff. de constitu. pecu. l. vtrum. Concluditur ergo, denunciatione non obstante, potestatis defectu, fideiussorem creditori omnino esse condemnandum: nimirum si creditor noluit fidem suam violare debitori datam. vt ff. mãd. l. Quintus. quia tenebatur ad seruandum, vt ff. quibus mo. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. debitor. Nec obstat quod ab aduersario de inopia debitoris proponitur, quia hoc ab initio debuit prouidisse fideiussor, arg. ff. loc. l. si quis. §. j. quia hoc licèt diceret fideiussor, creditor tamen ex bo. fide credidit, vt ff. ꝙ fal. tuto. l. 2. vel saltem, quia fuerat ab initio talis, arg. ff. de excus. tut. l. pen. Ex his ergo omnibus concluditur, fideiussorem sibi certissimè damnandum.

EXADVERSO.

¶ FIDEIVSSOR verò contrà, creditorem doli exceptione repellẽdum dicit, sic asserens eum dolo fecisse, qui contra denunciationem suam debitori pecuniam numerauit, sicut de emente fraudatore legitur, qui creditoribus contrà denunciantibus emit, dolo fecisse videtur, vt ff. quæ in frau. cred. l. ait. §. si quis. Is quoque malæ fidei iudicatur possessor, qui contra domini denunciationem ad fundi emptionem accessit: vt C. de rei vendica. l. si fundum. Si quidem heres, qui etiam legatario contra testationem sibi factam rationes tradidit, tanquam dolosus condemnatur, & ritè, vt argum. ff. de eden. l. quidam. §. nihil. Procurator quoque dominium non tradit, si domino mandatum reuocanti, non paret, vt ff. de except. rei iud. l. j. §. j. Sed & actio institoria cum institore contrahenti, contra institoris prohibitionem denegatur, & institor repellitur, vt ff. de instito. Filius etiam seruo libertatem nõ tribuit, qui patris voluntate mutata, eum manumittit, vt ff. de manum. vindi. l. 3. Ex his ergo patet, Sempronium creditorem doli exceptione à Lucio repellendum, quia eius denunciatione contempta, prolapsus est ad soluendum. Nec obstat quod dicitur eum non habuisse denunciandi authoritatem, quod falsum est, nimirum eius intererat, debitori pecuniam non numerari, cùm propter hoc debuerat obligari: potuit ergo certè ab eo denunciari creditori, sicut legitur de eo qui fundum alienum facere volebat, vt institut. de rer. diuis. §. quod autem. ¶ Item de vno tutore, qui alium ad vendendum, & de vno socio, qui prohibet alteri ædificare, vt ff. si seruit. vind. l. auus. Iure enim pari, potiorem esse causam prohibentis, constat, vt ff. com. diui. l. Sabinus. Patet igitur ex his apertè, quod possum prohibere, ne fiat, quod mea interest non fieri. ¶ Item alia ratione habuit Lucius Titius ius prohibendi, scilicet quia res integra erat. nam liberum erat debitori non accipere, vt ff. si cert. pet. l. qui pecuniam, & ff. qui pot. in pigno. l. potiorem. si igitur liberum erat non accipere, ergo res integra erat, nimirum secundum quod tu ipse allegasti, re non integra, non licere alteri, inuito altero, à contractu resilire: præsertim etiam in venditione res dicitur integra etiam datis arris, ergo hic etiam dato fideiussore, vt ff. quæ res pign. obligat. poss. l. Titius: Immo & in mutuo res dicitur integra etiam dato pignore, ergo & fideiussore, vt. C. quam lic. ab empt. dis. l. j. ¶ Item res dicitur integra precio nondum soluto, licèt re vendita: ergo & pecunia non numerata, licèt fideiussore dato, vt ff. de exc. rei. iudic. l. j. Plusquam manifestum est igitur & ex tuis allegationibus, (dicit Lucius Titius) denunciationem tenuisse, quia re integra facta est. Fortiori adhuc ratione probatur valuisse denunciationem de iure, scilicet propter inopiam debitoris: nempe propter debitoris inopiam, fideiussori soluenti actio mandati, nec etiam condemnato, conceditur, licèt alias repellatur, argument. ff. de procu. l. Mutius, in fi. & C. mand. l. si procurator. Sed quod alias est prohibitum ratione maritalis inopiæ, etiam constante matrimonio pro dote repetenda mulieri constat esse consultum, vt C. de iu. dot. l. vbi adhuc matrimonio. & propter inopiã fideiussoris ex integro succurritur creditori, vt ff. quĩ satisd. cog. l. si ab ratione, itaque inopiæ debitoris constat iustam causam fuisse, scilicet prohibitionis fideiussoris, igitur seruanda creditori, vt ff. manda. l. si hominem, & C. de reb. alien. l. vltim. & ff. mand. l. si pro. & ff. de euiction. l. si eum. Et vt omnem aduersariorum allegationem excludamus, ponamus sine præiudicio, quòd potestatem denunciandi fideiussor non habuit, tamen ante hanc cognitionem, denunciatio contemnenda non fuit, argument. ff. de no. oper. nunc. nunciatione enim interposita, si quid factum fuerit, destruitur, licèt qui ædificauit, ius ædificandi habuerit, vt ff. de no. oper. nunc. l. prætor. § j. & 2. Idem in interdicto legis, quod vi aut clam, vt ff. quod vi aut clam. l. j. § sed etiam vocatus à iudice, licèt non suo, comparere compellitur, & hoc ipso, vt an sub illo iudice debeat respondere, examinetur, vt ff. si quis in ius vocat. non ier. l. 2. & ff. de iudic. l. 5. Concluditur itaque ex præmissis, denunciationem fideiussoris, licèt non validam, à creditore nullatenus contemnendam, & antequam si valeat, dignoscatur. Præter hæc, quæ pro fideiussore de prohibitione facta allegantur, illud videtur esse præcipuum, quia tam fideiussor quàm creditor de damno certare videtur, vnde fideiussoris excipientis melior debet esse conditio, vt de duobus minoribus, videlicet simul contrahentibus, & captis, legitur, vt melior sit conditio consumentis, vt ff. de minorib. l. verum. §. penultim. sicut etiam de duobus dolosis, vt ff. de dolo. l. licet si duo, & de duobus negligentibus, vt ff. de compens. l. si ambo. & de duobus delinquentibus vt ff. ne quis eum, l. 2. & ff. de regulis. iur. l. cum par. vel de turpiter contrahentibus, vt C. de condition. ob turpem causam. l. cum te, immò generaliter vbicunque parilitas vertitur, vel vbi de lucro duorum quæritur, durior est conditio petitoris, vt ff. de regulis iuris. l. in eo quod vel is: & vbi, de damno, quod iuris est in lucro, idem & in damno constituitur, vt institut.

pro

pro soc. His igitur breuiter allegatis, iudex properet ad sententiam.

SOLVTIO.

¶ IN hac quæstione posset distingui, vtrùm debitor à creditore fuerit stipulatus sibi mutuari, an simpliciter pactus. In primo agit creditor contra fideiussorem, etiam contempta denunciatione, quia necesse numerare habuit. In secundo nequaquã, arg. ff. de consti. pec. l. vtrum, & ff. quibus mo. pig. vel hypo. solu. l. sicut. §. si debitor. ¶ Item vtrùm sua sponte numerauerit, an conuentus à iudice, numerare cõpulsus fuit: vt si sponte numerauerit, repellatur: si cõpulsus, cùm effectu cõgrediatur, vt ff. de min. l. ait præt. §. j. & ff. q̃ fal. tu. l. nõ. ¶ Item vtrùm post stipulationem fideiussoris, debitor sit effectus non soluendo, an ante fuerit: vt si ante fuerit, potius fideiussori, qui pro tali fideiussit, quàm creditori imputetur, vt ff. de minor. l. cùm manda. & ff. de cap. dim. l. 2. & ff. de instit. l. & si. Præterea hoc contingit, si denunciauit creditori, vt subueniatur fideiussori, qui iustam causam habuit denunciandi, arg. ff. mad. l. si hominem, & C. mandat. l. si prope. & ff. de interrog. act. l. de ætate. Sed huic distinctioni multum obuiare videtur ff. de proc. l. pen. cui tamen sic põt responderi: qui satisdat iudicatũ solui, præstita cautiõne, non põt dici res integra, sicut hic esse certum est. nã & per exceptionem dominus liberatur, vt ff. de in rẽ ver. l. si pro parte, in prin. vel põt dici, quia ibi læditur ius alterius, qui satis accepit, cum statim reum conuenit, si ipse defensioni se nõ obtulisset, & eum exegisset, vel aliũ defensorẽ qui satisdaret, præstitisset, arg. ff. de proc. l. mutus. & ff. commo. l. in cõmodato. nam si negocium &c. vel ibi satisdat pro iam obligato, hic autẽ pro obligando fideiussit.

SVMMARIVM.

An venditor fundi, qui sibi arborem reseruauit, si illa desiccata, radices repullulent, possit super nouellis arboribus ius aliquod prætendere.

Quæstio 32.

QVIDAM fundum vendidit, arborem ibi natam excepit: procedẽte demum tempore arbor illa desiccata est, & radices eiusdem pullulos emiserunt. venditor verò arbores istas ex radicibus primæ arboris pullulatas, ad se pertinere contendit: emptor verò contrà, dicit ad se pertinere, cum arbor, quam acceperat, iam esse desiit. In quæstione nunc vertitur, cuius arbores istæ esse debeant, an emptoris, an venditoris. Venditor proponit actionem ex vendito, & præscriptis verbis, propter pactum appositum in contractu, vt seruetur: & proponit etiam rei vendicationem, quia dominum se asserit.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD possit agere, hic probari videtur pristinæ rei identitas, ar. ff. de iud. l. proponebatur, & de ser. vrb. præd. l. foramen, & l. eũ: vel pristinæ restitutio, arg. ff. de ser. rust. præd. l. hi qui, & C. de adop. l. cũ in adop. & ff. de fur. l. si quis. §. vl. Matris (vt ita loquar) cõditio. arg. ff. de leg. 2. l. si q̃ vero, & C. de rei vẽd. l. partũ, & ff. de rei vend. l. idẽ Pomponius: ipsa exceptio. argu. ff. si vsuf. pet. l. j. & ff. de inst. leg. l. pictoris instrumẽto, & futuræ arboris excipiendæ habita conuentio, argu. ff. de vsufr. l. item & si. & ff. de lib. & posthu. l. placet, & ff. de cond. & demonst. l. filiæ.

EXADVERSO.

¶ QVOD non possit agere, hoc inducit prioris rei interitus, & alterius existentia, arg. ff. de solu. l. qui res, & ff. de adim. leg. l. 3. & ff. de acqu. re. dom. l. sed. & ff. de vsuf. l. qui vsuf. quia semel obligationis dissolutũ vinculum, arg. de re. iud. l. à diuo, & ff. vt leg. no. cau. l. j. arboris tunc non existentis, non interueniens apparentia, ff. de cõtrah. emp. l. Rutilia Polla, & l. in leg. rei pro cedẽtis in immensum absurditas, vt ff. de cõtrah. emp. l. in lege, & ff. de re. iud. l. à diuo, & ff. vt leg. no. caue. l. j. Immò q̃ plus est, pactionis impossibilitas, & ob id inutilitas, arg. ff. de act. & obl. l. obligationũ, & C. de agri. & cens. l. 2. lib. 10. hoc inducit huius arboris contrahentium nõ excogitata volũtas, arg. C. de transf. l. si de certa, & ff. de trans. l. qui cum, & C. ad Velleia. l. iubemus. ¶ Item obligationis prioris status augmentũ non recipiens, vt ff. de dam. infec. l. dãni. & ff. de ser. vrb. l. prædi qui duo.

SOLVTIO.

¶ POTEST distingui, vtrũ pullulauerint istæ arbores antequã (vt ita dicã) mater earum moreretur, an posteà, vt si antè, debeatur: si posteà, minimè, arg. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ex facto, & ff. vn. cog. l. j. §. si quis. pullulauerit supra terram in corpore arboris, an inter terras. si supra terram, debeantur, quia vna arbor est: si intra, minimè, vt ff. arb. fur. cæs. l. si gemma.

SVMMARIVM.

An filius, qui paternam hereditatem cum beneficio inuentarij acceptauit, possit fundum maternum à patre alienatum, vendicare.

Quæstio 33.

PATER fundum maternũ filij sui distraxit: post hoc non soluendo, decessit: filius cum inuentarij confectione illi succedit, qui filius nunc ab emptore fundum vendicat. Hæsitatur, vtrum possit. proponitur rei vendicatio.

QVOD NON POSSIT.

¶ QVOD non possit, nõ indigemus exẽplis, quia leges sunt in aperto. venditio enim à non domino facta confirmatur, siue domino heres extiterit: vt ff. de rei vend. l. si ã Titio, & ff. de euict. l. vendicantem, & de fun. do. l. fundus: siue dominus rei, vt hoc casu, & C. de rei vend. l. mater, & C. de reb. ali. non alien. & ff. de pignor. l. si Titio, & C. de lib. cau. l. si ab eo. Patet igitur ex his, quòd venditio confirmatur, nec distinguitur, vtrùm fecerit inuentarium heres vel non, ergo quod à lege distinctum nõ est, nec nos debemus distinguere, ff. de off. præsid. l. 3. C. de anna. excep. l. fi. ff. de tu. l. 4. si enim contrarium vellet legislator, non erat difficile exprimere, dicendo, scilicet hoc ita, si inuentariũ non fecerit, arg. C. de cadu. tol. l. j. §. si autem in deficientis. ¶ Item hic videamus, quis certet de damno euitando & certè vterque, quia hinc emptor, inde filius: & quis actionẽ, & vtique filius: quis defensionem, & emptor: sed potiori loco debet emptor, quàm filius, constitui: quia cùm de damno hinc inde certatur, deteriori loco petitor constituitur, sicut econtrà, vt ff. de iniu. l. verũ. §. fi. & de verb. obl. l. si seruum. §. sequitur, & de reg. iu. l. cum in pari. & iura promptiora sunt ad defensionẽ parandam, quàm ad actionem indulgendam, vt ff. de pig. l. j. & ff. de superfici. l. j. & ff. de contr. emp. l. si in emptione. §. item. & l. pacta, & ff. de compen. l. sicut filio, & ff. de pact. l. si intrã. Est insuper alia ratio, quæ filio imponit silentium, quia scilicet parenti heres extiterit, euictionis laudandus est author, vt C. de euict. l. si ue. Si ergo emptorem ab alio tenetur defendere, multo fortius eundem ipse non poterit impugnare, argu. C. de euict. exceptio. l. Si ob causam. & ff. si seru. vẽdi. l. Pomp. & ff. de cond. ind. l. frater. in auth. vt differ. iud. §. j. circa finem.

EXADVERSO.

¶ QVOD filius ad agēdum admittatur, euidentissima ratione probatur. Ecce imprimis, quia huiusmodi venditio duplici iure irritatur, scilicet generali Senatuscons. quia prohibitum est minorum prædia sine decreto alienare, & speciali, scilicet sacris constitutionibus, quibus rerum filiorum, nisi in casibus permissis, patribus alienatio interdicitur, & filiis quādocunque factis sui iuris, nullo obstante obice, conceditur reuocatio, vt C. de præd. min. l. 2. & C. de bo. quæ lib. l. cum oportet, & l. fi. & C. de bon. ma. l. j. ergo (ait filius) mihi perpetuo rei vendicatio conceditur, quia in his legibus, existam, vel non existam heres, non distinguitur, vt ff. de leg. præst. l. j. § generaliter. l. 3. ff. de off. præsid. merito irritationis pœnæ talis vēditio subiicitur, quæ tam duplici iure resistente, facta conuincitur, vt C. de legi. l. non dubium: & C. de sacro. sanct. eccles. l. iubemus, nimirum malæ fidei possessorem eum esse nemo ambigit, qui contra edicta legum mercatur, vt C. de agric. & cens. l. quemadmodum. nullo igitur tempore debet suæ perfidiæ præmium consequi, qui ab initio tā dilucide arguitur fuisse in fraude, ff. quod met. cau. l. si mulier, nempe nullum vitiosum confirmari iuris regula patenter ostendit. ff. de regulis. iuris. l. quod initio, & ff. de pign. action. l. rem alienam, & ff. qui & à quibus manum. l. non si seruo. Nec patris successio facit, vt filius ab agēdo repellatur, immo potius ad persequendum admittit. nam si rei veritatem sequaris, pater meus potuit reuocare, secundum quod de œconomo diximus, alienante rem Ecclesiæ, non seruata forma iuris, vt supra in quæst. 2. si igitur pater meus agere potuit, constat, quod occasione paternæ hereditatis repelli non debeo, immo admitti, maxime cùm ex persona mea non iure hereditario agam, & ex persona mea deberi potest, quod defunctus non potuit, argu. de verb. obligat. l. 3. & ff. ad l. Falcid. l. repetit. & ff. de diuer. & temp. præscrip. l. an vitium. & ff. de leg. j. l. legatum, & C. de euict. l. fi. ¶ Item alia ratione, quia non est soluendo, adeo vt ex ea mihi consulere non possim. datur enim quandoque in aliquem actio, vel restitutio, quia ille qui conueniri debuit, non soluendo deprehenditur, vt ff. de eo per quem factum erit. l. 3. & ff. si mens. fal. & ff. de minor. l. apud, & ff. de dolo. l. 4. l. eleganter. Sed si cui hæc actio efficax friuola videatur, ecce Iustinianus occurrit, qui conficienti inuentarium, emolumentum, nec detrimentum permittit, & in nullo ius heredis lædi, vel confundi patenter ostendit, vt C. de iure delib. l. fin. constat igitur, dicit filius quòd ego, cum inuentarium fecerim & omnia solennia seruauerim, à petitione rei meæ non debeo repelli, ne alioquin ab imperatoria celsitudine videar deceptus, arg. de admi. tu. l. sancimus. C. de his qui veni. ætat. l. j. Ecce sic allegat pro se filius, & inde aduersarius. tu quid dicis, responde.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, subtiliter hinc inde inspectis vtriusque allegationibus, emptorem filio condemnandum: & hoc ideo, quia fecit inuentarium, & inuētario confecto, in nullo debet heres aliquis etiā extraneus damnificari: quanto magis nec filius? ¶ Item subtiliter intuenti, videbuntur filij hoc modo à suis maternis bonis posse fraudari, si ponas patrem tantum de filij bonis alienasse, quantum suum fuit patrimonium, vel vltra: ita enim defraudabitur ab vtrisque: si enim velit vendicare propria, paterna amittit: si vero eligat paterna, propria deseret. sed nec ex paternis quicquā videbitur assequutus, cum tantū vel plus amittat, quā accepit, arg. de in rem ver. l. j. & l. si res. & de leg. j. l. ciuitatib⁹, & sic pater iam alio legis calore faciet, quod facere prohibetur, scilicet sine iusta causa & legibus cognita, filium à sua successione repellet, quod est vetitum: vt in auth vt cum de app. cogn. § aliud. argu. ad hoc C. de natur. lib. l. legem, & ff. de tut. & cur. l. scire. C. de priui. de leg. j. ¶ Item alia iustissima ratione: quis enim diceret filium in culpa, hic adeundo hereditatem, quia paternum debitum honorem seruauit, & legatoris adimpleuit consilia. aut enim dici oportet beneuolam filij voluntatem puniri, aut legislatoris cum consilio decipi, quod esset absurdum. si ergo taliter se immiscendo hereditati, in culpa non fuit, constat, quod rei suæ dominium non amisit, cum nullum aliud eius factum amittēdi intercessit. arg. ff. de reg. iu. l. id quod nostrum.

SVMMARIVM.

An dominus serui, possit contra vsucaptorem legis Aquiliæ actionem intentare. si ante vsucapionem impletam, damnum fuerit seruo datum.

Quæstio 34.

QVIDAM seruum quem vsucapiebat, ante impletam vsucapionem eius, eluscauit: nunc vsucapione impleta, dominus serui contra vsucaptorem legis Aquiliæ actionem intendit. In quæstione vertitur, vtrum possit.

QVOD POSSIT.

¶ ET quod dominus legis Aquiliæ actione vti possit, manifesta ratione conuincitur. Actio enim legis Aquiliæ datur domino: hic vero fuit dominus serui cū damnum daretur: ergo ei cōpetit legis Aquiliæ actio, non obstante, quod dominus esse desiit, argu. ff. de aq. plu. arc. l. quanquam, & ff. de constit. pecu. l. item, & ff. ad l. Aquil. l. ait lex nempe, qualiscunque actio nomine rei meæ mihi semel competit, & in mutatione dominij nullatenus competere desiit, arg. ff. de action. emp. l. quicunque & ff. qui satisd. cog. l. si decesserit, & ff. de furt. l. inter omnes. § & ff. arb. fur. cæs. l. vlt. ¶ Item alia ratione dicit quondam dominus, ad agendum debere eum admitti, quia duplici damno neminem affici debere, se legisse meminit. dicit igitur, se damno amissionis serui & damni illati non debere affligi, argu. ff. de cond. obl. tur. caus. l. si pecuniam. § vlti. & ff. de pœn. l. sanctio. & ff. de iu. dot. l. iure succursum. Est quoque ratio potentior, scilicet publica vtilitas, (dicit dominus) ante vsucapionem condemnat: publicè enim vtile fore conuincitur, maleficia impunita non relinqui, argu. ff. de iniur. & l. item § si quis, & ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. ¶ Item sic argumentatur: actio legis Aquiliæ, quæ personalis est & non prætoria, cœpit mihi cū effectu competere: ergo non tollitur spatio nisi 30. annorum, cum minori tempore causa claudi non reperiatur, vt C. de præscr. 30. ann. l. sicut. ¶ Item dicit quondam dominus, ad quid egeo adminiculis, cum prompte faciat lex & ratio mera? ecce enim vsucepit seruū, incepit tunc per eum, ex omnibus causis nouo domino quærere, vt inst. per qu. pers. nob. acq. § de his. ergo non retrotrahatur dominium eius simile. ff. de leg. 3. l. j. & ff. de sta. hom. l. 3. § si ex. & ff. de offi. proc. l. 3. in simili. & C. de don. inter vi. & vxo. l. dōatiōes: & ff. ad Tre. l. qui ita: ergo de damno, quod antea dedit, iniuria tenetur. Ad hoc legem, quæ negocium determinare videtur, & omnem quæstionem dirimere, dominus in medium introducit. Ecce enim bonæ fidei possessor de dolo anteà commisso, post vsucapionem tenetur, vt ff. de rei vend. l. si à bonæ fidei. Sic ergo & iste de damno dato, sufficit enim vt perpetuò teneatur, si semel dolo vel culpa quid fecisse dicitur, arg. ff. depos. l. j. § si rem, & ff. de fideicomm. lib. l. quidam, & ff. de cond. furt. l. in rem. & l. vlt.

EXADVERSO.

¶VSVCAPTOR verò in hunc modum respondet domino: Tu vis me conuenire actione legis Aquiliæ, ergo dicis me dedisse dãnum, vel occasionem damni, dolo vel culpa, vt insti. ad l. Aquil. ꝑ totũ. Hæc sunt quæ hanc actionem inducunt: ergo vbicunque deficiunt ista, & actio deficit: sed hic vtrũque deficit, ergo & actio locum nõ habet. Et q̃ vtrũque defecerit, sic ꝓbatur: dol⁹ deficit imprimis, quia bonæ fidei possessor verberando seruũ, potius suo iure vti videtur, quã dolo facere. nemo enim dolo facit, qui suo iure vtitur, vt ff. de cond. ob caus. l. si donaturus, & ff. de dam. infect. l. fluminum, & ff. de reg. iur. l. nullus. deficit igitur dolus. Quod culpa defecerit, sic ꝓbatur: bonæ fidei possessor, domini cogitatione vel loco seruum possidet, ergo eo tanquã re ꝓpria vti intelligitur, sed in rei ꝓpriç administratione culpa non exigitur, vt ff. solut. matr. l. etiam. §. j. & ff. de bon. auth. iudic. poss. l. prætor, ergo nec in casu proposito. Concludit vsucaptor, restat igitur, cum dolus & culpa defuerint, vt actio legis Aquil. sibi locum non vendicet. ¶Item quia fecit, quod sibi publice licere facere arbitrabatur. ff. de ædil. edict. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. Item quia non potuit diuinare alium esse dominum, vt ff. ad l. Aquil. l. si putator. ¶Item quia potius sibi quàm alteri damnum dedisse videtur. vnde ipse & non alius debet conqueri, arg. ff. ad l. Aquil. l. Aquilia, & ff. de petit. hæredi. l. si quidem. Sed vt breuiter tibi concludam, (dicit vsucaptor) te à dominio rei excludo, ergo retro dominus fuisse intelligor, vt ff. de leg. j. l. seruum, & ff. de minor. l. 3. & ff. de peric. & com. re. vend. l. quod si. & ff. ad l. Aquil. l. si dominus, & l. nam sicut: & sic ego de damno tibi dato non teneor. ¶Item alia fortiori ratione quondam dominus repellitur, & nimirum facto suo à rei dominio istius cecidit: ergo actio quæ ratione dominij sibi competebat, sibi cõpetere desiit, arg. ff. de furt. l. si dominium, & ff. de aq. plu. arc. l. si tertius. ff. de cond. furt. l. siue. §. vlti. Quod facto suo à dominio ceciderit, probatur, quia eum alienauit: nam alienare dicitur, qui rem suam vsucapi patitur, vt ff. de verb. sign. l. alienare, & ff. de fun. dot. l. si fundum. Ex his omnibus igitur manifeste patet, (dicit possessor) quod tu facto tuo à dominio rei expulsus, ab hac similiter actione debes repelli. nec enim sufficit aliquãdo te fuisse dominum, ad hoc vt nunc agas ratione dominij, nisi etiam nunc sis dominus. arg. ff. de postul. l. cui eorum, & ff. de adoption. l. per adoptionem. Cũ ergo nunc alium esse dominum sit certum, te non dominum, & omni actione destitutum, lippis & cęcis patet. duo enim eiusdem rei domini in solidum esse non possunt, vt ff. de procura. l. Pomponius. & ff. commod. l. si vt certo. §. vlti. Immo q̃ plus est, nũc nunquã fuisse eius dominus diceris, cum dominio rei inueniaris esse priuatus, arg. ff. quor. leg. l. j. & ff. de ædil. edic. l. j. Sed vt compendiosius tuam procacitatem aperiam, & viua voce repellã, (dicit possessor) & si poneres me dominũ non esse, sed duntaxat tuũ præscriptione, tamen adhuc cũ effectu ab hac actione repelleris: nimirũ à iudiciorũ liminibus procul iubetur repelli, qui annorũ circulis, vel ratione quacunq; à rei petitione submotus, de appẽdiciis, siue de minutiis tractare contendit, arg. ff. de vsuca. l. eos. & ff. de vsur. l. eos. & ff. de pecun. l. j. & 2. & ff. de regu. l. 4. & ff. si quis caut. l. j. in princ.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguendũ, vtrũ possessor fuerit bonæ fidei, an malæ: si bonæ fidei fuit, eum à quondam domini petitione absoluo, illis scilicet rationibus, quia domini intuitu possidebat, & tanquam re propria vtebatur: nec in rei propriæ administratione culpa exigitur, vt probatum est. ¶Item illa alia ratione, quia potius seipsum, quam alium damnificasse videtur, quod ex post facto apparet. Si vero fuerit malæ fidei, cum petitori cõdãno, quia & dolus præsumitur, quia scit alienum esse, & taliter vtitur, arg. ff. q. in fraud. cre. l. omnis, & ff. qui & à quibus man. l. semper, & ff. de petit. hær. l. si quis. Et quia in culpa fuit: culpa enim est immiscere se rei ad se nõ pertinenti, vt ff. de reg. iur. l. culpa, cum omnes scire debeant, quod suum nõ est, ad alios pertinere, vt C. vn. vi. l. cum quærebatur. ¶Item quia & petitor dominus est. præscriptione enim 30. annorum vel vlteriori, sine vlla querela dominium acquiritur. hæc distinctio in vsucaptore locum non habet, quia non potest esse nisi bonæ fidei possessor, saltem in initio. Quid enim si postea efficiatur malæ fidei? nunquid idem dicis in eo, qui malæ fidei ab initio fuit? respondeo, forsan sic, quia in eo nihilominus impletur vsucapio.

SVMMARIVM.

An debitor pecuniæ mutuatæ, si tempore restitutionis deterior facta sit, illámque sic restituat, huiusmodi solutione liberetur.

Quæstio 35.

QVIDAM creditor Lucensis à quinquennio retro, amico suo pecuniam mutuauerat: nunc sibi eas vult restitui in capite anni. Modo quæritur, cum pecunia ista facta sit deterior, vtrum debitor talem pecuniam soluendo, qualis est tempore solutionis statuto, liberetur, an debeat soluere talem pecuniam, qualis fuerat tempore contractus mutui.

QVOD NON LIBERETVR.

¶QVOD non liberetur debitor, probatur imprimis hac ratione: quia si nihil aliud conuenit de ipsius mutui contractu, non est dubium, vt per æquè bonum reddatur, vt ff. si cert. pet. l. 3. sed per ęque bonũ, ergo secundum quod acceptum est, quia hoc verbum non potest, nisi ad id quod datũ est, referri: patet igitur, quod tempus dationis inspicitur, dicit creditor. ¶Item si bene & diligenter finem legis inspexeris, nulla remanet ambiguitas: dicit enim lex: id agi intelligitur inter dantem & accipientem mutuum, vt eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur quod datũ est: nõ enim fuit cõtentus dicere, & accipientem mutuum, vt eiusdem generis, sed adiecit, eiusdem bonitatis: patet igitur hoc, quod duo in soluendo sunt necessaria: genus scilicet, ne videatur aliud pro alio reddi, & bonitas: si igitur ad fuerit bõitas, sed si desit genus, vel ecõtra, in hoc soluere non videtur debitor, arg. ff. de test. l. ad testamentum. §. si quis, & C. de vsur. l. 2. Nimirum nec videtur redditum, quod deterius factum redditur, ar. ff. depos. l. j. §. si res. & ff. qui satisd. cog. l. quoties. ¶Item ex illo verbo tota quæstio diffinitur, dicit creditor: nõ debet enim vinum nouum pro veteri restituere debitor: & quare? nonne constat esse eiusdem generis, & eiusdem qualitatis? vtique, sed quia non est eiusdem bonitatis: tacite enim agi intelligitur, vt dictum est, vt eadem bonitate reddatur, sicut & alias ff. loc. l. item quæritur. §. item. ff. de oper. liber. l. eius artificij, ita porro ne decætero ambiguitas in corde tuo remaneat, dicit creditor: videas leges quæ totum negocium determinant, in quibus tempora primitiua seruari præcipitur non futura, vt ff. de const. pec. l. item, & ff. de lega. 2. l. vxori. §. j. & leg. vxorem. §. testamento, & ff. de act. & obl. l. cum quis.

EXADVERSO.

¶RESPONDET debitor creditori hoc modo: si opponas tuas allegatiões sufficientibus respõsis, decetero non laborabis obiectis: Imprimis, quod tu dixisti mutuũ eiusdẽ generis, & per æquè bonũ reddi, fateor

verum esse, sed tu male id intelligis, vt sequentia demonstrant: debet enim debitor mutuum restituere eiusdem generis, & peræque bonum quod sit in eodem genere, quod restituitur. ita enim sequens litera intelligendum ostendit, in qua dicitur: non licet debitori deteriorem, quæ ex eodem genere sit, reddere, veluti, vinum nouum &c. liquet igitur, quod nõ deteriorem quando soluit, debet reddere debitor, quæ sit in eodẽ genere. dicitur enim, sit: & non apponitur, fuit: Restat igitur, vt ego liberari debeam, cum per æque bonam pecuniam, quæ sit in hoc pecuniæ genere, tibi restituam: siue enim dicas mihi promisisse me pecuniam eiusdem generis restituturum, talẽ restituendo qualis est, debeo liberari, vt ff. de leg. j. l. legatum, in fin. & l. si legati. & l. si seruo legato. §. si fundum. siue in genere, & incertam pecuniam solutione exiguioris, debeo absolui, arg. ff. mand. l. fideiussor. vnde apparet, quod genus, & bonitas, quæ adesse debet, adest: vnde argumenta tua emendicata, non valent. Quod secundario infertur, quod non videtur redditũ, quod deterius redditur, tacuisses, si philosophus esses. loquuntur enim in eum casum quando res ab habente facta deterior, restituitur, vt eadem lege patenter ostenditur: cum igitur hic clarum sit, dolo vel culpa mea, aut negligentia nihil factum esse, vt pecunia efficeretur deterior, concluditur ex tuis per contrarium casum intellectis legibus, me talem soluendo, licet deteriorem factam, debere liberari, vt ff. de legat. j. l. cum res, & ff. de peri. & comm. rei vend. l. illud. Tertio, de taciturnitate conuentionis, vt ita dicam, respondeo hoc prorsus perniciose contra te allegasti. ita enim debet intelligi peræque bonum debere restitui, si in eodem statu, & eadẽ bonitate permanserit, arg. ff. de solu. l. cum quis. Quod vero de tempore contractus opponis, mihi non obuiat, quia locum habet, vbi terminus non statuitur solutionis. termino enim solutioni adiecto, tempora solutionis spectanda, omnia iura proclamant, argu. ff. de regul. iur. l. si calendis, & argu. ff. de verb. oblig. l. quoties, & ff. qui satisda. cog. l. si quis. Item alio iure repellendus es à tali petitiõe, quia potuisti hæc apertissime dicere, vt ff. de contrah. empto. l. Labeo, & ff. de pact. l. veteribus. sed de hoc in futurum tibi prospicere debuisti, vt ff. loca. l. si quis do. quod si non fecisti, tibi imputare debes. sed modo caute obiectioni tu creditor, si potes, volo respondeas, vel vt victus, succumbas: si pecunia facta esset melior, cuius temporis pecuniam peteres? Vtique istius: ergo deteriorem recipies, quia contrarium postulaturus non esses, argu. ff. de vsur. l. si ea. & C. de solut. l. cum pecunia, & C. de rescind. vend. l. 4. tibi igitur silentio imposito, me absoluendum deposco.

SOLVTIO.

¶DOMINVS I. dixit, ꝙ nemo talem pecuniam soluendo poterit liberari. reproba enim pecunia, soluentem non liberat, vt ff. de pign. act. l. eleganter. §. qui reprobas. reproba dicitur, siue insolidum reproba, siue in partem & minus proba. nam & non soluendo dicitur, qui solidum soluere non potest, vt ff. de verb. sign. l. soluendo. Ego idem sentio. lex est sine distinctio ne illa vel temporis diffinitione, vel deterioratione, mutuum tale, quale datur, restituendum. iniunge ergo, siue tale fuerit solutionis tempore, siue non, tale tamen reddendum est, quale datum fuit, arg. C. de dona. l. data, & ff. de alea. l. j. quod enim dicitur tempus solutionis spectandum, non pertinet ad bonitatem ipsius mutui, sed ad ipsius exactionem augendam vel diminuendam, cum suo die redditum non erit, sed quod ex eisdem legibus potest perpẽdi. Dominus tamen Papa inter debitum vsurarium, & non vsurarium, laudandum distinxit.

SVMMARIVM.

An filius, cui obuenit in partem salinaria, cum alteri furnus contigerit, possit fratre prohibente, furnum de nouo construere.

Quæstio 36.

QVIDAM salinarius furnum habens in suo patrimonio, & salinariã ex suo diuturno tempore & longa consuetudine semper habuit, nec vnquam istorum aliquod in vllum alium vsum transduxit: decedens vero demum, duobus filiis relictis, vni salinariam, alteri vero furnũ reliquit: nunc autem salinariam habens, in eo furnum ædificat: alter eum ab ædificando repellit. an possit, causa vertitur & quæstio proponitur, & in iudicium deducitur. An furnarius, habentem salinariã, à furni constructione possit prohiberi. proponitur iudicis officium.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit prohiberi, probabili modo videtur posse cõuinci. Imprimis enim generali ratiõe, quia sic licet cuique in suo loco proprio ædificare, ne vius incommodetur alterius, arg. ff. de regu. iur. l. domum, & ff. de dam. infect. l. qui vas, & ff. si seruit. vind. l. sicut. §. Aristo. licet enim in proprio sit cuique ædificare per missum, tamen si cum incommodo vicini, constat esse prohibitum. Quiddam enim simpliciter permittitur, quod ratione adiuncti prohibitum inuenitur, argu. ff. de postul. l. j. & ff. de condict. ob caus. l. 5. Sed audias frater (dicit furnarius) pro me multũ facit patris mei diuturna consuetudo, quæ multis legibus seruanda conuincitur, vt ff. de leg. 3. l. sicut hæredes. & ff. de vsuf. leg. l. dãnas. est quoque frater, alia ratio, quę te ab ædificando repellit, scilicet paterna prohibitio, nimirum mihi propter furnum, & tibi salinariam assignauit, cum non aliter, nisi quam vt ipse vsus fuerat, ne aliter vtaris, etiam prohibuisse conuincitur, arg. instit. de legat. §. vlt. & C. ad l. Iul. de adulter. l. j. prohitionem defuncti pro legibus obseruandam, tu ipse ignorare non debes, vt C. de reb. al. non alienand. l. vlt. & C. de sacr. sanct. eccle. l. j. nimirum in rebus nouis constituendis debet esse vtilitas euidens, vt non recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est, vt C. de consti. princip. l. 2. & ff. de leg. l. minime. Sed si respondes, hic euidens apparet vtilitas mea, ergo mihi licet hoc nouum facere: sed audi quid lex dicat, scilicet non priuatam vtilitatem. sed communem præponendam, vt C. de primipil. l. vtilitas, & C. de caduc. toll. l. j. §. vlt. ¶Item à principe sunt sic cuique beneficia concedenda, vt sine cuiusquã prę̃stetur iniuria, vt C. de emãcip. l. nec auus, & ff. ad Treb. l. sed cum. & ff. de admi. tut. l. impuberi.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO salinari⁹ statim fratri suo furnario respõdet, multiplici ratiõe, sibi licere furnũ facere, allegans in primis eam scilicet generalẽ causam, quæ cuique in re propria, quæ seruitutem nemini debeat, impune quodlibet, dum tamen nõ improbatum, facere concedit, etiam si alteri officiat, dum tamen in alienum quicquã non immittat, vt ff. de ser. vrb. præd. l. cum eo. & C. de seruit. altius ædes, & ff. de dam. infe. l. Proculus. Sic ergo dicit salinarius: licet mihi in eo facere quod tibi officiat, multo magis, vt id non proficiat, quod emolumentum afferre consueuerat, argu. ff. de aq. plu. l. in eo, & maxime dicit ipse cum hic faciam non vt tibi officiam, sed vt mihi proficiam, arg. ff. de aq. plu. arc. leg. j. §. denique, & l. in summa. §. item natus, & ff. de damn. infect. l. fluminum. §. vltim. nemo enim videtur dolo facere, qui suo iure vtitur, vt ff. de lib. hom. l. j. & ff. de reg. iur. l. nullus.

Nec obstat, frater, quod defunctus longo tẽpore istis rebus

rebus vsus fuerit, quia denique aliter possunt hæredes vti rebus hæreditariis, quam defunctus vsus fuerit, vt ff. fi. reg. l. antepenu. Immo etiam possunt, quod defunctus non potuit, vt ff. ad l. Falc. l. reperitur, & ff. de ver. obl. l. 3. & ff. de diuers. & tempe. præscr. l. an vitium authoris: vel ad minus hoc inficiari non poteris, defunctum in alios vsus rem istam potuisse conuertere: ergo & similiter hæres hoc possum, qui iure eius successi, arg. in auth. de hæred. quæ ab int. §. j. 2. & 3. & C. de tép. in integ. restit. l. ea quæ nec dicitur hæredi obstare, quod defuncto obstare non potuit, vt ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cum quis in alicuius.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ fratrem salinariam habentem, de iure in salinario furnum posse facere & habere, nec à fratre furnario iure aliquo posse prohiberi, cum voluntas defuncti manifeste non appareat cótraria, cum in iure concesso sibi cuilibet ædificare conceditur, dum tamen in alienum nihil immittat, vt C. de ser. alt. tol. per to. & ff. de dam. infe. l. Proculus, & ff. de aqu. plu. arc. l. j. & l. item ait, & l. si in meo, nimirum, quia qua ratione iste furnarius salinarium à furno faciendo prohibere intendit, eadem ratione quilibet magister antiquus nouos magistros à scholariú regimine prohiberet. quia eius forte scholas scholaribus vacare cótingeret: quod esset absurdum.

SVMMARIVM.

An pupillus contra tutorē agere possit, quid sibi tantum legatum fieri procurauit, quod etiam pupillo testator legare volebat.

Quæstio 37.

QVIDAM dum extremæ suæ voluntatis moderamina conderet, fundum Cornelianú cuidam tutori, eiusque pupillo relinquere voluit. Tutor autem sibi soli relinqui postulans, quod petiit impetrauit: mortuo testatore, demum pupillo pubescente, prædictus tutor à quondam dicto pupillo ratione prædicti legati conuenitur: vnde quæritur, quid iuris sit, proponitur actio tutelæ.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD pupillus contra tutorem cum effectu actione prædicta experiri possit, euidenti ratione probatur. Imprimis pro pupillo facit ratio personæ, quæ fauorabilis est, nempe pupillorú fauore aliquid specialiter cóstituitur, vt ff. de susp. tu. l. 3. §. j. & C. vt caus. post pubert. adsit. l. vni. Secundo, pro pupillo potest allegari testatoris tacita voluntas, argu. ff. de hæred. inst. l. vlt. Tertio, quia per tutorem factum est, quo minus in pupillum tale legatum deuenerit, & sit acquisitum, vt C. de admit. tut. l. pupillorum: & ff. de legat. 2. l. Lucius Titius. & in auth. vt cum de appel cogn. §. quo minus. Quarto, quia pupilli vtilitatem suæ debuit anteponere, vt ff. de admin. tutor. l. tutor. §. j. & ff. commod l. si vt. §. quæ vero, & C. mand. l. in re mandata. Quinto, quia tutor pupillo tenetur acquirere, & si nó fecit, tutelæ laqueis illigatur, vt arg. Co. arb. tut. l. quicquid, & l. ne ea. Sexto, quia daretur aliis tutoribus malignádi facultas, arg. instit. vi bon. rapt. § sed ne, dum, & C. de furt. l. si quis seruo. Septimo, quia tutoris dolus præsumitur, qui ei non debet esse lucrosus, arg. C. de lega. l. si legatarius. ff. pro socio. l. verú est. Octauo, quia per tutorem pupillus damno intelligitur affectus, vt ff. ne quid. in lo. pub. l. 2. §. merito, & ff. ad l. Aquil. l. si seruum. Nono, quia ratione officij à tali debet abstinere inquisitione, vt ff. de contrah. empt. l. qui officij causa, & C. de contract. iudicium, l. j.

EXADVERSO.

¶ CONTRA pupillum pro tutore imprimis allegatur testatoris posterior voluntas, arg. ff. de iu. codic. l. diuus, & C. de fideicomm. l. clarum. Secundo, alienæ propria præponenda vtilitas, argu. ff. de præscr. verb. l. qui seruandarum, & ff. de iud. l. si longius, & ff. de fidei comm. lib. l. neque. Tertio, vtriusque certátis de lucro parilitas, argu. ff. de reg. iur. l. quod nemo. §. cum de lucro. Quarto, quia ratione officij non debet impediri, cum nemini debeat esse damnosum, vt Cod. de allu. & palud. leg. siue, & ff. de furt. l. si seruus. §. quod. Quinto, quia licuit sibi vigilare, & sua solertia acquirere. C. ar. tut. l. si defunctus, & ff. de pecul. l. summa. Sexto, quia non præsumitur dolus, cum fecit, quod sibi licere credidit, argu. ff. de ædil. edict. l. qui sit fugitiuus. §. item. Septimo, quia non debet ex tali suasione pupillo teneri, cum testatori fuerit liberum non seruare, arg. instit. mand. §. tua gratia tantum, in fi. Octauo, quia non videtur pupillus damnificari, si lucratus non est, arg. ff. de damn. infect. l. Proculus, & ff. de his quæ in fraud. credit. l. qui autem cum possit, ff. de iniur. l. iniuriarum actio, § si quis in honoribus.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, quod, si manifeste appareat, testatorem pupillo relinquere voluisse, & persuasione tutoris contrarium factum, tunc teneatur actione tutelæ, arg. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. Sempronio, & C. arbitr. tut. l. quicquid.

SVMMARIVM.

An emptor conueniri possit ex dolo mediatoris, in ipsa venditione commisso.

Quæstio 38.

IN hac quæstione, vtrum teneatur emptor venditori nomine doli commissi a mediatore, proponitur actio ex vendito.

QVOD TENEATVR.

¶ QVOD teneatur, sic conuincitur. emptor ex dolo mensoris tenetur, ergo & ex dolo tenetur mediatoris, vt ff. si mens. fal. mo. dix. l. 3. §. j. Item nemo cum iactura aliena locupletari debet, ergo nec emptor cum iactura venditoris. argu. ff. de iu. dot. l. iure succursum. ¶ Item cum dolus alterius alteri prodesse nó debeat, vt ff. depos. l. j. §. inde scribit, & l. si quis inficiatus, & ff. pro suo. l. si ancillam, & ff. de acqui. re. dom. l. Pomponius. ¶ Item quia nihil interesse debet, à quo dolus cómissus sit in hac venditione, sed an sit commissus, vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. in hac. nam & alias nó interest, quis commiserit, nimirum licet alias teneri nó deberet, tenetur tamen quia ex dolo aliquid ad eum peruenit, arg. ff quan. ex fac. tuto. l. dolus, & ff. quod vi aut clam, l. quod. Item alia ratione teneri emptor conuincitur fortiori, quia dolo videtur facere, cum sciens dolo acquisitum mediatoris, non restituit, licet ab initio nihil dolo fecerit: argu. ff. de acquir. rer. dom. l. Pomponius. & ff. depos. l. si quis in fine. & ff pro suo l. si ancillam. ¶ Item & cum nihil interest, vtrum ab initio fuerit doli conscius, an postea, vt ff. de tributo. l. illud, & ff. de petit. hæredit. l. sed & si. §. de eo. Quapropter de dolo tam suo, teneri conuincitur, quá alterius. Est quoque fortior ratio, quæ ad condemnationis laqueum emptorem adducit, scilicet quia dolum mediatoris suo quasi nomine commissum, ratú habere cóuincitur, quando sciens dolose factum non rescindit, immo defendit. C. de admi. tut. l. vlt. Cod. de nup. l. si vt proponis, C. ad Maced. l. si filius.

EXADVERSO.

¶ QVOD nó teneatur, hoc modo videtur probari: quia si quis velit aliquem propter dolum cóuenire,

probare debet de dolo eius quem côuenit facto, vt ff. de do. excep. l. 2. & C. de rescind. l. dolus, nempe ad em ptorem conueniendum non dolus, vel sciêtia mediatoris, sed ipsius spectatur, vt ff. de lib. cau. l. in seruo. & ff. de tab. exhi. l. sed & si serui, & l. procurat. nimirum pro te allegasti. (dicit emptor) delicta suos debent tenere authores, nec alter pro delicto alterius debet plecti & puniri, vt C. de pœn. l. sancimus, & C. ne vx pro mar. l. j. Item cum habes quê possis conuenire sine me, de dolo me possessorem conuenire non debes, arg. ff. de do. excep. l. eleganter. §. pen. & ff. de co. per qu. fac. l. ex hoc nempe licet inde deceptus sis, sed si modice, me conuênire non poteris licet enim côtrahentibus se inuicem circunuenire naturaliter, vt ff. de minor. l. in causæ. §. vlt. & §. Pomponius.

SOLVTIO.

¶ IMPRIMIS potest distingui, vtrum emptori dolus latuerit mediatoris, an certus fuerit: in primo casu absoluitur, in secundo arguitur, vt ff. de nox. action. l. 2. ¶ Itê aliter refert, vtrum ex dolo mediatoris aliquid peruenit ad emptorem, an nô: vt si peruenerit, in id dánetur: si non, absoluatur, argu ff. de tributo. l. 3. & ff. de do. exce. l. 4. & ff. quod met. cau. l. quod diximus. Sed & aliter potest distingui, scilicet vtrum mediator qui dolum adhibuit, sit soluendo, an non: si soluendo sit, non teneatur emptor. arg. ff. mand. l. si procu. ff. de inst. l. j. & 2. & C. si vend. pig aga. l. j. & 2. ¶ Item & hoc posset interesse, quis mediatorem adhibuerit, Vtrum emptor, an venditor, an vterque, vel neuter, sed casu aduenit: si emptor, teneatur omnino, siue ad eû peruenit, siue nô, dum tamen absit aliquid venditori, quod imprudêter elegit, ei imputari non possit, arg. ff de neg. gest. l. nam & seruus. §. vltim. & ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si forsan. ff. de custod. reo. l. nô est facile, & ff. si mens. fal. mo. dix. l. secun. si venditor, nô teneatur omnino emptor, quia sibi debet imputari venditor, quum talem adhibuerit, etiamsi emptor dolo participatus fuerit, nisi forte in subsidium, scilicet cum mediator non est soluendo, & aliquid ad emptorem peruenit, argumento. ff. commodat. leg. eum qui: si vero vterque vel neuter, lucrum ab emptore extorquetur, vt ff. de præscript. verb. l. gratuitam. §. j.

Vide hic in quæst 59. tandem in specie

SVMMARIVM.

An falsus procurator, qui in causa mota contra Titium succubuit, si à domino, cuius mandatû falso asserebat, hæres instituatur, possit vti hæres demum Titium molestare.

Quæstio 39.

QVidam falsus procurator, nomine procuratoris assumpto, actionem instruit: tamen in certaminibus negocij permanês, victus occubuit labente vero tempore à domino hæres instituitur: quo facto, reum antea absolutû aggreditur, hæreditario iure actionem intendens. Quid sit iuris, quæritur. Proponitur actio, quæ defuncto competebat.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD possit agere, hæc imprimis videntur inducere: prioris iudicij & sententiæ gesta pro alio, vt ff. de optione vel elect. l. homine, & C. de probat. l. licet, & C. de transact. j. si causæ prioris status procurationis in alium transmutatio, auth. de iureiur. à mor. ff. de solut. l. qui res. §. aream: singularitatis iure denegati per vniuersitatem concessio, vt ff. de acquirêd. re. dom. l. quadam: diuersorum oppugnâtium præponenda petitio, vt ff. de iudic. l. in priuatis, ff. de decurion. l. decurio & Co. de adulter. l. iure: alterius iuris non propria actio, vt ff. de negoc gest. l. cum. & ff. de regul. iur. l. qui in alterius: Iuris vniuersi, nempe hæreditatis attributa successio, vt ff. de verb. sign. l. hæreditas, vt ff. de excep. rei. iud. l. si matr. & ff. de liber. cau. l. si cui §. j. & l. si seruum, & C. si sæpius in in teg. l. 2. & 3. & C. de inoffic. test. l. ei qui.

EXADVERSO.

¶ HIS quæ procuratorem quondam adiuuant allegatis, contra procuratorem stylum conuertamus. Itaque procuratorê hæc necessario repellunt, scilicet nec personæ, nec causæ mutabilitas, arg. ff. de excep. rei iudic. l. 3. & 5. & l. cum quæritur, & l. & an eadem. & l. cû debet, sed crimen personæ quæ petit. & eadem actio, & eadem causa: nam priusquam esset Titij hæres, contendit vt procurator, vnde est punienda eius improbitas. argu. C. de transact. l. in transactione, & ff. de leg. j. l. si seruus plurium, & C. de ser. pig. da. l. si creditoribus: eiusdem quoque scandalosa mêdacitas. arg. C. de diue r. rescr. l. vlt. & C. si min. se maio. l. 2. falsitas nô est maioris authoritatis quam veritas, argu. ff. de donat. inter vir. & vx. l. 3. & ff ad Turp. l. j. §. accusationem: facti proprij licet inutilis, reuocandi denegata facultas ff. de adopt. l. post. & ff de seruitu. rust. præd l. per fundum: testatoris successio non opitulâs, arg. ff. re. amot. l. 3. & ff. ad Macedon. l. vltim. ff. de condict. indeb. leg. si vero. §. si filius: immo singulariter factum affirmans, argument. C. de rei. vendi. l. si à Titio, & ff. de fun. dot. l. fundus.

DISTINCTIO.

¶ IN hac quæstione potest distingui, vtrum procurator falsus agebat suo nomine, dicens in rem suam procuratorem factum, an nomine domini. In primo casu, successori actio potius denegatur, in secundo, côceditur, arg. de rei vendic. l. si à Titio, & ff. de euict. l. vendi cantem. ¶ Item dicas referre, qualiter victus fuerit, vtrum quia fuerit falsus procurator, an quia res nô fuerat Titij cuius nomine agebat. an quia procurator nô erat, non obstet exceptio rei iudicatæ: si vero, quia res eius non fuisset, pronûciatum est, repellatur. arg. ff. de iureiur. l. duob[9]. §. j. & ff. de petit. hæred. l. si fideiussor. Alio quoque modo adhuc potest distingui, vtrum defunctus sciuerit, quod procuratorê non fecit, aut ignorauit, vt si sciuerit instruêdo, videtur habere ratum: si ignorauit, nequaquam: & ob id procurator priori casu nec factus hæres iure hæreditario possit agere, vt ff. de fur. l. si ad dominum: & auth. de sanctis. Epis. §. si seruus. & de reg. iur. l. sæpe.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, sine præiudicio melioris sententiæ hûc procuratorem à petitiôe hæreditatis repelli, quia de eadem re agere videtur, vt ff. de except. rei iud. l. de eadem re, & ff. de rei vendica. l. is qui. Tum quia ex eadem causa, vt dictum est: tum quia ex eadem personâ vt supra dictum est, tum quia quod nec lis dicitur vbi falsus procurator interuenit, nec possunt dici controuersiæ, nec iudicium vllum: hoc verum est, quâtum ad dominum, non quantum ad procuratorem, argu. ff. de superficiebus, si ergo falsus procurator tenetur, quia decepit aduersariû, multo fortius pôt exceptione submoueri, & cui dam[9] actionê, multo magis exceptionê. Pone nanque falsum procuratorê conuentum & condênatû, nonne actione iudicati conuenietur in factû? & vtique multo fortius poterit exceptione submoueri, si post aduersarius absoluatur. cum enim exceptio denegetur, & actio. Et similis est illa quæstio, vbi tractatur. vtrum iudex, qui successit ei, contra quem iudicauit, possit causam appellationis exercere.

SVMMARIVM.

¶ AN

An receptio vel examinatio testium, possit fieri ante litis contestationem.

Quæstio 40.

IN præsenti quæstione, an examinatio testium, vel eorum receptio debeat, aut fieri de iure valeat ante litis contestationem.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit, hæc imprimis videntur inducere, nullius læsionis interueniens actio, vt ff. de bon auth. iud. possid. l. prætor. §. 3. ff. de aq. plu. arc. l. 2. §. 3. & ff. de calumniat. l. j. factorum semel, licèt prohibenda destructio, vt ff quan app. l. j. § biduum, & ff. de interd. & releg. l. relegatorum. § ad tempus. temporis examinationis non facienda distinctio, vt C. de dona. l. data. & ff. de tutel. l. 3 non officiens ordinis præposteratio, vt instit. de inutil. stipul. de hered. quæ ab intest. litigatorum consensu iuris facienda relaxatio, vt ff. de feriis. l. j. & in auth. de testib. §. si quando facta post litẽ eadem examinatio, arg. ff quod vi aut clam. l. si alius. §. est, & C. de iure emphyt. l. j.

EX ADVERSO.

¶QVOD verò ante litem contestatam non possit fieri examinatio testiũ, hæc inducunt: allegationũ ante præstitum sacramentum de calumnia prohibitio, vt C. de iureiur. propt. cal. l. ij. post litem igitur contestatam facienda examinatio, vt ff. de diuer. & tem. præsc. l. de accessionibus. postposita præpositio. argu. C. de execut. rei iudic. l. j. casualis ante litem allegationum receptio, vt in auth. de exhib. re. §. si is. igitur consequenter ante litẽ facta prohibitio, vt ff de offic. eius, cui mand. est iurisd. l. j. & ff. de legib. l. cum lex. Et non opitulans litigatorum conuentio, vt ff. de postul. l. quos, & C. de iureiu. propter cal. l. ij.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, iuris ordinem necessariò seruandum, ideóq; post litẽ contestatam facienda examinatio. si enim, vt dictum litis contestatio præcedit sacramentum, allegationes fortiùs litem contestatam. Si igitur talis iuris ordo nõ remittitur ex consensu litigatorum & iudicis, quod factum fuerit, non valebit. factum enim prætoris, iuri publico derogari non oportet, vt ff de pœn. l. j sed nec pactum priuatorum ius ciuile poterit relaxare, vt ff. de pact. l. ius publicum. & C. de iureiur. propt. cal. l. j. Quod de testium examinatione quæritur. idem potest de sacramẽto calumniæ, vtrùm possit differri vsq; ad sententiam: & allegare videtur quòd non possit. vt C. de iureiur. propt. cal. l. ij. in princ. & in medio. & institut. de pœna teme. litig. § videtur & quòd possit, licèt enim non possit remitti, poterit tamen differri, arg. C. de precib. imp. off. l. quoties. licitum enim est ad tempus, quod perpetuò non licet: & licitum est pro parte, quod non licet in solidum.

SVMMARIVM.

An creditor amisso pignore sibi à debitore dato, debeat probare amissionem, an debitor, quòd in eo dolo versatus sit creditor.

Quæstio 41.

OBLIGAVI tibi rem meam pignori. eámque sine vitio tuo amisisti. Quæritur, quis debeat probare: vtrùm tu, quòd sine dolo amiseris: an ego quòd tu dolo malo. Proponitur actio pignoratitia sed quia pro sociorum exercitio laboramus, ne quod ore dicimus, opere destruamus, ad prosaicam quasi materiam stylum conuertamus. Nunc igitur debitor contra creditorem cum effectu pignoratitiam intendit, nisi se sine dolo amisisse euidenter ostendat.

QVOD POSSIT.

¶ET manifesta ratione conuincitur, vel eo quòd creditor pignus habuisse arguitur, etiam nunc manifestè præsumitur habere, nisi qualiter amiserit probet, vt ecce, si quis in iudicio chartam protulerit, & fidem ei imposuerit, si posteà falsi ab aduersario quęstio opponatur, veritatem in iudicio proferre compellitur, nec auditur, si se amisisse affirmet, vt C. de fide instru. l. vlt. & ff. de execut. rei iud. l. si rem. & ff. loca. l. si quis fundum. Nam & qui olim fuit bonus vel malus, & nunc talis esse pręsumitur, nisi fortè commutatio econtrariò patenter ostendatur, vt ff. de re milit. l. non omnis. §. à barbaris, & ff. de accusat. l. si cui crimẽ, & C. de offic. mil. l. vlt. Ex his patet, creditorem ad pignus debere arctari, quia ipsum habere præsumitur, nisi qualiter amiserit, probet. ¶Item alia ratione, dolum abesse, creditor probare compellitur, quia dolus præsumitur ex modo loquendi, scilicet quia amissionem & non amissionis causam allegare conuincitur, vt nõ ex ęquitate testimoniũ dicere, conuincitur ex modo loquendi, vt ff. de quęstion. l. de minore. §. j. ex modo quoque testificandi, testimonium vel tanquam verum admittitur, vel tanquam falsum repellendum ostenditur, vt ff. de testib. l. 3. circa princip. Nimirum testimonium ita esse non opitulandum legitur, si causæ existentia non admittitur, vt C. de testibus, l. j. & l. solum. Eius quoque allegatio non sufficit, cuius qualitatẽ & quantitatẽ allegãtis probatio non ostẽdit, vt C. de traiact. l. interpositas. & ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. prætor. quam testationem non valere Theodosius, vt maior, Dioclecianus & Maximianus Imperat. constituerunt. patet igitur quòd si solùm se amisisse creditor asserit, nec amissionis qualitatem assignat, contrariũ violenter præsumitur. Tertiò quoque doli præsumptio creditori probabilis est, quia in suæ innocentiæ purgatione subterfugiens demonstratur. Ecce namq; quòd si contra heredem inuentario non cõfecto præsumitur, & condẽnationis vinculo subit, nisi per prægnantem probationem, innocentiam demõstrauerit, vt C. de iur. delib. l. vltim. §. in computatione. præsumere ergo debet iudex contra creditorem, & eũ condemnare. Vnde hîc creditor probationibus luce clarioribus amissionem pignoris arguere compellitur, vt C. de pignorat. actio. l. iiij. sola autem amissio eum non liberat, nisi sine dolo inueniatur: ergo nec solùm amissionem probare sufficit ad hoc, vt creditor liberetur à pignoratitia, sicut potes videre in testamento, vbi septem testes desiderantur, quorum si vnus defuerit, totum vitiatur testamentum, vt C. de testam. l. si vnus. sicut de libero homine vendito ad pretium participandum, vbi tria cõcurrere oportet, scilicet quòd sit maior ætas, precij participatio, ignorantia emptoris, quæ sola si defuerit, cætera non fiunt cooperantia, vt ff. de lib. cau. l. liberis etiã. Patet igitur ex his quòd licèt creditor amissionẽ probauerit, nisi sine dolo se amisisse probauerit, liberari non poterit. ¶Item sicut iudex in eo qui generaliter exceptioni renunciat, quoniam tanquam non renunciasset habetur, vt ff. si quis caution. l. sed & si. §. qua situm. Sed & qui iubet filium hereditatẽ adire, nec de hereditate specificat, iussisse non videtur, vt ff. de acquir. heredit. l. si quis. §. iussus. Sic & vbi fundus promittitur non demonstrato fundo, nihil promissum intelligitur, vt ff. de verb. oblig. l. ita stipulatus. Patet igitur ex multis aliis similibus, quę allegari possent, amissionem minimè fere probatam, imò tanquam nihil creditor probasset habendũ. Est quoque fortior ratio, qua creditor non amissionẽ tantùm, sed sine dolo amissionem probare tenetur, vt hoc saltem metu perterriti creditores, diligentiam

pignorum præſtare compellantur, nimirum malè verſatus, publicè debet egeſtate laborare, vt aliis ſit exemplo ad terrenda maleficia, vt ff. de poſ. l. bona fides. ſed & ſacramento quod litigantes præſtant, contentioſa litigantiũ inſtantia compeſcitur, vt C. de iureiur. pro cal. l. j. delicta quoque quorundã coércebantur, quoties multis graſſantibus opus eſt exẽplo, vt ff. de pœn. l. aut facta. §. vlt. Patet igitur ex his creditorẽ ſine dolo amiſiſſe probare cõpelli, ne aliis valeat in exemplum produci.

EX ADVERSO.

¶SEQVITVR vt pro creditore cõtra debitorem aliqua in medium proponamus. Ecce enim imprimis videtur patenter conuinci, debitorem aſſeuerare dolum creditoris nõ fugientis, & ideo debere eum probare, & hæc regulis multiplicibus & variis poſſent cõpetenter oſtendi. Et prima ratio hæc eſt, dicenti non neganti, incumbit probatio, vt ff. de probat. l. 3. Secundò, quia qui dolum obiicit, dolũ probare debet, vt ff. ff de do. exce. l. 2. Tertiò, actore nõ probante, reus obtineat, vt C. de eden. l. qui accuſare. Quartò, quia vbi eſt emolumentum, ibi & onus, & ff. de reg. iur. l. ſecundum naturam, & l. quo tutela. §. j. Quintò, quia res alienas poſsidens, &c. vt C. de rei vendic. l. vlt. ¶ Item alia ratione hoc idem oſtenditur, nimirum contra creditorem conſtat, dolum nõ probatũ, nec præſumptum, ergo ad eius probationem conſtat eum non eſſe cogendum: & quòd non ſit probatus, patet, quod non præſumitur, ſic oſtenditur. Doli præſumptio eſt odioſa, ergo potius repellenda, quàm admittenda: nempe in ambiguis humanior eſt facienda interpretatio, vt ff. de probation. l. maiorem, & C. de fideicomm. lib. l. cùm inter. & ff. de legib. l. benignius ius, & ff. de regu. iur. l. ea quæ. §. j. ergo potiùs dolum abeſſe, quàm adeſſe præſumẽdum eſt, & ſic potiùs debitori, quàm creditori probatio incũbere debet. Cauſa quoq; alia facit pro creditore, quia fauorabiliores ſunt potius rei quàm actores, vt ff. de regu. iur. l. fauorabiliores. ergo in paribus pro reo eſt interpretandum, ſicut de duobus iudicibus legitur diuerſas ſententias ferentibus, ſcilicet quòd illi ſentẽtiæ ſtabitur, qui pro reo iudicauerit, vt ff. de reg. iur. l. ea quæ. §. j. ratione igitur ambiguitatis conſtat, pro creditore præſumendum. ¶ Item alia potẽtiori ratione, quia diſcretus & diligens reperitur, ſicut de minore induſtrioſo legitur quem veriſimile eſt non eſſe deceptum, niſi oſtendat contrarium arg. C. qui & aduerſ. quos. l. j. ſed vis audire rationem aliam, quæ totum negotium dirimit, quod creditor ſe ſine dolo amiſiſſe probat, eo quòd dolus ab aduerſario non probatur. nam iuſtum aliquod dicitur, eo quòd non probatur iniuſtum, vt ff. de fideicomm. lib. l. ſi cùm. Ex his ergo patenter oſtenditur, creditorem ſine dolo amiſiſſe, ſi non probatur dolus. Et vt cõ nos conuertamus, auſculta leges in hunc modum omnes loquentes. ecce enim vnus tutor conuentus actione tutelæ non probat ſe culpam & dolum non admiſiſſe in tutela, ſed pupillus, vt ff. de admin. tut. l. chirographis. ¶ Item heres de legato fortè deperdito conuentus, nõ probat, ſine dolo amiſiſſe, ſed legatarius, vt ff. de leg. 2. l. cùm ita. §. ſpeciem vendicans quoque dominus, poſſeſſorem malæ fidei probare compellitur, vel alioquin bonæ fidei iudicabitur, vt C. de fide inſt. & iu. ha. fiſ. l. j. lib. 10. Debitor quoque volens pignoris venditionem à creditore factam probare, arguere cogitur creditorem gratioſè vendidiſſe, vel emptorem doloſè emiſſe, non autem ipſe venditor, ſine dolo vendidiſſe debet probare. C. ſi vend. pign. ag. l. 1. 2. & 3.

¶ Item ſufficit, ſi probat ſe amiſiſſe: quia hîc & nulla culpa probanda ei à lege defertur, vt C. de pignor. act. l. ſi creditor. Nec obſtat ꝙ amiſsionem non ſpecificat. nam & mulier generaliter Velleiano ſenatuſcon. & omni alio auxilio ritè renunciat, vt C. quan. mili. tu. offic. l. vlt. Ex his omnibus patenter concluditur, debitorem probare compelli dolum creditoris. In hac quæſtione videtur eſſe diſtinguendum, an agat debitor vel conueniatur, vt ſi agat debitor, dolum creditoris probare compellatur: ſi verò debitor conueniatur, quia magis pro eo præſumitur, dolum creditoris arguere nõ tenetur, vt ſic plus iuris habeat accipiens, quàm intendens, argu. ff. de compenſ. l ſi cùm. & ff. de nego. geſt. l. cauerit, §. j. & ff. de pact. l. ſi cùm, vel poteſt diſtingui ad hoc, qualiter excipiat creditor, vtrũ hoc modo, non teneor tibi debitori, quia ſine dolo amiſi: quo caſu & ille probare compellitur, aut creditor ſimpliciter dicit ſe amiſiſſe, quo caſu, hoc ſolũ probabit. ex modo enim excipiẽdi probat reus, quod aliàs actor tenetur probare, vt C. de cond. ob. tur. ca. l. j. & ff. de probat. l. j.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur interim ſententiã eorum eligendam, qui dicunt, quòd inſpecta qualitate perſonæ, ſit iuſiurandum deferendum creditori, ſe ſine dolo amiſiſſe, argu. C. de fi. inſtru. l. vlt. & ff. de nox. act. l. quæro, & C. de bon. auth. iud. l. vlt.

SVMMARIVM.

An vendens terrenum, quod habet in tali loco, cùm altera pars eſſet publicè occupata in aggeribus, intelligatur etiam occupatam vendidiſſe.

Quæſtio 42.

BOnonienſes dum ciuitatem ſuam contra hoſtilem incurſum Teutonicorum vallis munirent & foſsis, medietatem prædij Gaij Seij occupauerunt: Gaius demum portionem reliquam vendidit. procedente verò tempore, cùm timor creuiſſet, & tremor tantus cœpit, vt ruſticorum ad ciuitatem magnus concurſus fieret, ita quòd ciuitatis prior ambitus retinere non poſsit: vnde factum eſt, vt vallis dimiſsis prioribus, vlterius muris & foſsis ciuitas ambiretur. Titius verò partẽ Gaij venditoris ſui cum alia, vallorum ripis complanatis, poſsidere cœpit, quam Gaius ad ſe quodam poſtliminij iure reuerſam dicẽs, petere intendit. Quæritur, quid iuris ſit, proponitur rei vendicatio.

QVOD RECTE AGAT.

¶QVOD venditor cum effectu contra emptorem rei vendicationem intendit, manifeſta ratione probatur: nempe aut vult venditor tueri ſe iure venditoris, aut alio extrinſecus. nam cùm venditor huius rei dominus fuerit, & de hoc non dũbitatur, & nunc præſumitur dominus, vbi emptor non comprobet, vnde factus ſit dominus, argu. C. de probat. l. ſiue. Quod iure emptionis ſe tueri poſsit, duplici ratione cõuincitur, ſcilicet quia neq; venditũ eſt, quod per ſe patet, neque fingitur quòd vendiderit, quod ſic probatur. De hac parte vendita inter eos actum non fuit, ſed tantùm de reliqua: ergo vendita non videtur. arg. C. de tranſ. l. ſi de certa. & ff. de trãſ. l. cum Aquil. & l. qui cùm. ¶ Item per ſe (vt ita dicam) in rerũ natura nõ fuerat, nec eſſe ſpecificabatur, ergo vendita non videtur, quoniã nemo poſſet videri vendere vel emere quod non ſit, portio autẽ non videtur, niſi quæ appareat, arg. ff. de contrah. empt. l. Rutilia, & ff. de teſta. tut. l. ſi quis ita §. 3. & ff. de dam. infec. l. in damnum. § ſi quis. Immò & ſi vendita eſſet, idẽ rei venditio nõ teneret, vt ff. de contrah. emp. l. ſed Celſus, & inſtit. de contrah. emp §. vlt. Ex his ergo patẽter oſtenditur, ꝙ emptor iure emptionis hanc partem obtinere non poſsit. Et quòd acceſſionis iure obtineri nõ poſsit, euidenti ratione probatur;

tur, scilicet quia (vt dictum est) cùm non fuerit à pristino domino alienata, redacta ad pristinum & priuatum statum, pristino domino est restituenda: ergo venditori quondam domino, argu. ff. de acquir. rer. dom. l. adeò. §. insula. & l. cum in suo. & ff. de cap. & postli. re. l. in bello. §. si quis. ¶ Item alia ratione, quia discreta fuit hæc portio, à vallis occupata, ab alia: ergo inter eas non potest esse ius accrescendi, argu. ff. de vsufru. ac. l. j. in princ. & §. pen. & § vlti. & l. 2. & 3. & ff. de leg. j. l. plane si Titio. Immò plus dicit vẽditor, scilicet quia istud tacitè videtur exceptum, cùm vendidit reliquũ, sicut dicitur de eo qui vẽdidit statu liberum, & vnam causam statu libertatis expressit, illam venditor solam sibi & nullam aliam excepisse videtur, vt ff. de euictio. l. qui libertatis. ¶ Item qui dotem dat in vnum casum, sibi consulendo in cæteris, mulieri consuluisse videtur, vt ff. soluto matrim. l. si cùm. ¶ Item pater in vnum casum filium instituendo, in alio præterisse videtur, vt ff. de libe. & posthumis. l. commodissimè. Ille quoque qui domum legat instructam, quædam nominatim excipiendo reliqua videtur concedere, vt ff. de fund. instru. l. qui aut. §. idem. sicut quædam nominatim relinquendo, alia videtur adimere, vt ff. de fund. instru. l. cũ de lanionis. §. cui. nam mulier in vnum casum à testificãdo prohibita, in aliis videtur admissa. ff. de testi. l. ex eo. ¶ Item proconsuli in vnum casum data permissio, facit vt in aliis videatur prohibitus, vt ff. de offi. eius, cui mãda. est iurisd. l. j. Ex his ergo & multis aliis, quæ possent in hunc modum allegari, patet, quòd partem reliquam alienãdo, aliã excepisse videtur. vnde patet, ꝙ nec habeat, nec possit iure accessionis obtinere, quòd alio nõ possit, patet per se. sed fortè dicet, & si conceduntur hæc omnia, etiam tu, qui nihil iuris hic habes, me conuenire non potes. nam cùm per ipsam publicationẽ amiseris dominium, saltem eo iure debeo obtinere, quo possessores habẽtur potiores, vt C. de eden. l. qui accusare, & C. de rei vendicat. l. fina. Respondeo, bene quidem argumentaris, sed alia hic ratio pactũ reformare videtur, scilicet quia possessionẽ à me, & meo videris habere beneficio: vnde priùs eam mihi debes restituere, quàm de proprietate debeas litigare, vt C. locat. l. si quis conductionis. nam & fures & raptores, licèt non domini, immò iniusti possessores, contra omnes commodatarios creditores, depositarios cum effectu intendunt actiones, vt ff. commod. l. ita. & ff. de pignor. actio. l. si rem. §. 15. & ff. deposit. l. j. §. si prædo. & l. bona fides. Ex his igitur patet, emptoris opinionem siue exceptionem nullius esse momenti. nam fortiori intercedere subtili quadam & excogitata ratione videtur. scilicet quia ex præcedenti, non ex sequenti causa venditor actionẽ interdit: vnd nulla exceptione obstante, debet ad agendum admitti, sicut de eo legitur, qui post vi aut clam factũ opus, fundum alienauit, quod nihilominus vi aut clàm interdictum poterit intentare, vt ff. quod vi aut clam. l. qui in princip. §. si quis. Sed de arboribus ante venditionem cæsis, venditor, non emptor cædendi pœnam iniũgit, vt ff. fini. regund. l. iudicium, & ff. arbor. furt. cæs. l. penultim. Interdictum quoque de aqua quoti. & æsti. de facto priori venditori, non etiam datur emptori, vt ff. de aqua quot. & æsti. l. j. §. sed cùm de. ¶ Item in finium regundorum & communi diuidundo. legitur, & similibus, vt ff. fini. regundo. l. iudicium. & ff. commu. diui. l. in hoc. Sed ne per ambages amplius discurramus, si vis audire casum præsentis quæstiõis, ausculta. Titius Seium in sua potestate constitutum emancipauit, nepotibus ex Seio in hostiũ potestate cõstitutis, posteà ipsis postliminio reuersis, in cuius sunt potestate? Sunt vtique Titij, i. aui, non Seij, i. patris nouiter emancipati, vt ff. de cap. & postli. l. si me. Ex his manifestè cõcludit, possessionem quasi postliminio reuersam, ad alienantem, vt ita dicam, debere peruenire.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO emptor se multimoda ratione defendit. Imprimis enim ratione venditionis, hoc modo: Gaius vendidit mihi reliquam partem, quam habebat ibi: cum verò nullum fuit reliquum, mihi debetur totum, vt C. de hered. institu. l. 2. & ff. de fideiussor. l. amissi. ff. de verb. sign. l. verbum amplius. nam & si quis vni ex parte instituto, nec de reliquis bonis quicquam assignet, ex vniuerso eum instituisse videtur, vt ff. de hæred. institu. l. si quis ita. §. j. sic ad heredem quoque fundi hereditas adita transmittatur, si de reliquis rebus nihil à testatore disponitur, vt ff de vul. & pup. l. coheredi. in fi. legis, vt & filiusfamiliàs si de castrensibus testetur, dum partem dedisse ignorat, ad heredẽ Castrensium paganica etiam transtulisse videtur, vt ff. dè castren. pecul. l. hæredi. § j. nimirum hoc in iure nostro inuenire facilimum est, partis appellatione significari totum: Nec ecce si maritus vxori domus partem legauit, in qua solitus fuerat conuersari, cùm in tota morari consueuerat, tota debebitur, licèt partis appellatio in legato exprimatur, vt ff. de legatis. 3. l. vxori. in princip. ¶ Item testator & cui fortè xx à tertio debentur, quę sibi Titius debet, legando totum debitum, legare videtur, vt ff. eo. l. nomen, in prin. sicut de seruo inter viuos manumisso legitur, cui videtur peculium cõcessum, si non inuenitur nominatim ademptum, vt C. de pecul. l. eius qui libertatem. Quære in proxima quæstio. & pro hoc multa inuenies argumenta. Pręter hæc & aliud est quod venditorem repellit: pacti scilicet obscuritas, nimirum in eius potestate stetit, legem apertiùs dicere: scilicet partem hanc nominatim excipere, quod cum non fecit, contra eum interpretandum est, vt ff. de pact. l. veteribus, & ff. de seruitu. vrb. præd. l. si arborem. §. hæc lex, & ff. de iu. dot. l. vltim circa princip. vel si alicui videatur, quod pars ista de qua agitur, vendita non intelligatur, tamen de iure accrescẽdi pertinere ad emptorem nequaquam dubitatur, nempe ad eum etiam alterius partis debent pertinere beneficia, vt ff. comm. diuid. l. si quis putans. §. vlt. & ff. de vsufruct. l. si Titio, potiùs quàm ad dominum reuersa sicut & de duobus legatariis legitur, quorum vnius portio deficiens, potiùs debet ad collegatarium pertinere, quàm ad heredem, à quo relicta est, reuerti, vt C. de caduc. tollen. l. j. §. in primo. & ad senatusconsult. Turpil. l. si qua. Quæruntur quoque ad hæc argumẽta in causa emphyteoticarij, & domini. ¶ Item alia ratione, quia partem reliquam alienando, ius alterius si quod habebat, amisisse videtur sicut & de cõdictione furtiua legitur, quam venditor alienando amisit, vt ff. de condi. furt. l. siue manifestus fur. §. vltim. & l. ideò. Idem quoque de aqu. plu. arc. legitur actione, vt ff. de aqu. plu. arcen. l. si Titius. §. si quis, vel in emptorem transtulisse, sicut de eo, qui fundum dominantem distraxit. nam emptor non dominus, non autem quondam venditor, dominabitur, vt ff. de ser. vrb. præd. l. cum fundo, sicut etiã legitur de proprietario, qui proprietatem distraxit, scilicet quòd non ei, sed emptori vsusfructus amissus accedit, vt inst. de leg. § si cui. Sed videtur casus istius quæstionis decidi, scilicet qui domum vendidit, partem iunctam vendidisse videtur, vt ff. de action. empt. l. creditor. §. vltim. si ius accrescendi ad emptorem transit, ꝙ venditori competiisse conuincitur, vt ff. si ser. vindic. l. testatrix. §. j. patet ergo istud, ꝙ venditori potuisset cõpetere, ab eo amissum, & emptori applicatum esse. Præter hæc, quia cũ ad eum spectet etiam simile incõmodũ, ad eum spectare debet & commodũ, nempe istud naturale esse conuincitur, vt quem sequuntur commoda &c. vt ff. de reg. iur. l. secundum naturam.

DISTINCTIO.

¶ QVAESTIONEM istam tãgere voluistis, in primis medullinis istud nobis animaduertendum oc-

currit, vt discurramus, vtrùm liceat cuilibet, sine principali authoritate facere valla, scilicet fossas, & ita publicare quædam bona. & videtur q non. muros enim ciuitatis neque facere, neque reficere cuiquam homini licet sine iussu principali, vt instit. de rer. diuis. §. sacræ, & C. de operib. pub. l. si quando. quod de muro legitur, idem de qualibet alia ciuitatis munitione intelligendum est, vt æquitas similia suadere videatur, arg. C. de consti. decu. l. 2. sed nec cuiquam iudici nisi imperiali dignitate decorato, nunquam deprehenditur licitum, nisi ad aures principales hoc ipsum deferatur, vt C. ne sine iussu. iud. l. consiliarios. & C. de iur. fisc. prohibitum.

SOLVTIO.

¶ MIHI videt in hoc præsenti articulo distinguendum, vtrùm ista ciuitatis munitio facta fuerit à principe volente vel ratum habente, an eo inulto, vel ignorante. ¶ Item si eo nolente, vtrùm posteà destructa fuerit eo similiter consentiente, an ignorante. ¶ Item si principe inconsulto, & hoc non refert, quibus verbis venditio celebretur, vtrùm ita dictum sit, vendo tibi quicquid ibi habeo & mihi pertinet: an ita, rem istam quæ mihi à fossato remansit, vendo: si initio talis munitio consulto principe & annuente facta fuerit, cóque consentiente destructa, locus vel terra manebit publicus, vel pristino non redibit domino, immò ciuitati iure proximitatis accedit, ergo non emptori, vel alij, vt ff. de acq. re. dom. l. maritus. Si verò ignoráte eo esset diruta, remanet locus publicus: nemini ergo est applicandus, vt ff. de contrah. empt. l. æde sacra. Si autem principe inuito initiò fiat, remanet locus cuius fuerat, cùm à Burgensibus (vt mihi relatum est) publicari id nó potuit. & ideò si quidem distraxit quondam dominus hoc modo, quicquid mihi pertinet, totum debetur, cùm totum pertineat, vt ff. de actio. empt. l. creditor. §. vlt. Si verò dixerit, vendo tibi rem istam, quam habeo iuxta munitionem talem: nó debebitur emptori, sed penes véditorem remanebit: arg. ff. de euiction. l. qui libertatis.

SVMMARIVM.

An sententia appellationis per Imperatorem lata, parte non citata, valeat.

Quæstio 43.

CVm quæstio verteretur inter Iacobum & N. victus Iacobus ad Imperatorem appellauit. tandem volens suam prosequi appellationem, adiuit Imperatorem: Imperator verò non requisita altera parte, priorem cassauit, sententiam, & pro Iacobo iudicauit Quæritur vtrùm nunc talis sententia valeat, quæ, non requisita parte aduersa, lata est. proponitur, actio vel exceptio iudicati.

QVOD VALEAT SENTENTIA.

¶ QVOD actio in factum iudicati, vel exceptio locũ habeat ex principali sententia, manifesta ratione potest probari: Imprimis propter ipsius principis priuilegia, quæ varia sunt & immobilia, sed pauca numerari sufficiant. ecce enim de seruo potest facere liberũ, vt ff. de offic. præf. l. Barbarius, & C. quibus ex caus. ser. pro præm. lib. accip. toto tit. & econuersò. C. quibus, ad lib. proclam. non lic. l. 2. de filio facto patrefamil. vt C. de digni. lib. 12. & econuersò, vt insti. de adoptio. §. j. de meo tuũ, & econuersò, vt C. de quad. præscr. l. fi. de libertino ingenuum, vt ff. de natal. resti. euen. de bastardo legitimum, vt in auth. quibus mo. nat. effic. leg. de iniusto iustum, vt ff. de adoption. l. adoptio, vt ff. de ritu nupt. l. si senatori, & C. de interd. matr. int. pup. l. 3. & de diuite pauperem, vt C. de bon. præscri. tot. tit. de humili nobilem, vt C. libr. 12. de dignitatib. Et econuersò, vt C. loca. l. fin. De viuo mortuum, vt ff. de bon. poss. con. tab. l. j. §. j. & econuersò, vt C. de sent. pass. l. j. & fin. de famoso infamem, vt ff. de infamib. l. j. & econuersò, vt C. de nupt. l. imperialis. de minore maiorem facit, vt C. de his qui ven. æta. imp. l. fi. & econuersò, vt instit. qui test. fac. pos. §. 2. de conueniendo non cõueniendum, & econuersò, vt C. de precib. imp. offer. l. quoties. & C. de iu. dot. l. 3. de testabili intestabilem, vt ff. de testa. l. is cui. & econuersò, vt C. qui testa. fac. si quis, & C. de inoffic. testa. l. si quando. In summa, legem potest facere, corrigere, tollere, interpretari, vt C. de legib. l. cùm de nouo, & l. si cũ igitur hęc omnia & alia infinita Imperator cum possit, quis dicit omni altera parte irrequisita, quòd non possit dare sententiam? Ad hæc, omnis potestas secularis est eo inferior, quis ergo de eius iudicio disputabit? nũquid inferiores & subditi? absit, vt ff. de arbitr. l. 3. §. fi. & l. 4. & ff. de minor. l. minor. Immò & si reperiretur æqualis, non tamen posset eius sententiam irritare, vel de ipsius sententia cognoscere, vt ff. ad Trebel. l. ille. §. tempestiuum, & ff. de euiction. l. iudicium, & ff. de arb. l. 4. §. fin. Præter hęc allegatur, quia licet aliter debuit ferri, lata tamen non debet irritari, vt ff. quan. appel. sit l. j. §. biduum, & ff. de pœn. l. seruus.

EXADVERSO.

¶ ET vt tollantur cótraria cótinuis allegationibus excipit N. & dicit nullam fore sententiá etiam à principe latam, & posse infirmari, vt C. de erro. aduoc. l. sententiam, & C. sent. rescin. non pos. nunquid transactionem? & C. de transact. l. causas, nunquid venditionem? vt C. de resc. vend. l. ratas, & núquid testamentum? vt C. de testam. l. si testamentum. nunquid obligationem? vt C. de duobus re. l. 2. nunquid donationem? vt C. de donat. ante nup. l. cùm dotem. ¶ Item nunquid tributorum immunitatem concedet? vt C. de vectigal. l. quicquid, vt C. de anno. l. in fraudé Nunquid monopolium? vt C. de monopol. l. j. Nunquid pœnam liberto remittet? vt C. de in ius voc. l. 2. Nunquid dignitatem amissam restituet? vt C. loc. l. fin. Nunquid indigno dignitatem concedet? vt C. de cohorta. lib. & prin. l. nullum. lib. 12. Nunquid contra ius, vel legem aliquid statuet? vt C. de precib. imper. offer. l. rescriptum. Nunquid iniustam postulationem admittet? vt C. de prec. imp. offer. l. quoties. Nunquid iniustas nuptias concedet? vt C. si nupt. ex rescript. pet. l. j. Nunquid spurium legitimum faciet? vt in auth. quibus mo. natur. effici. & C. de natur. lib. l. j. Cùm ergo nihil horum possit facere Imperator, multo minus iuris ordinem perturbando, non requisita parte aduersa, poterit ferre sententiam. Imperator enim vtitur iure communi, vt C. de legibus, l. digna vox. & C. ad l. Falc. l. & in legatis. ¶ Item nunquid Imperator debet facere, quod ne fiat, tenetur defendere minimè, vt ff. si ser. vind. l. Pomponius. & C. de euiction. l. si ob. & l. siue. Præter hæc, non quilibet alius iudex posset hoc facere sequendo principis exemplum? vtique, vt C. de leg. l. fin. Ad hoc videtur illicitè extortum, damnandum esse, vnde nullum extortum debet adferre emolumẽtũ, vt ff. de nat. resti. l. pri. & ff. ad l. Corn. de fals. l. si quis. præsumendum est enim, quòd per falsam suggestionẽ appellantis potiùs hoc fecerit, quàm ex certa scientia. nec enim verisimile est Principem Romanum quicquam illicitè agere, arg. ff. de re milit. l. non omnis, §. à barbaris, & ff. de offi. præsi. l. diuus. Adhuc occurrit facti irregularitas, quæ totum factum infringit, vt ff. de vulg. sub. l. 2. & C. de sent. & interloc. l. prolatam. & C. de except. rei. iud. leg. pri. Et vt breuiter & succinctè peroretur, respondeat obiectis aduersarius: Nónne in lege continetur, q statuta contra absentes nó legitimè citatos, nullius debent esse momenti? vt C. quoniam.

&

& quan.iud.l.ea quæ.arg.C.de legib.l.fi.nec ibi distinguitur persona statuentis, ergo qualiscunque fuerit, debet irritari quod gestum est, vt ff.de leg. præst.l.j.& C.de transaction.l.data.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, Principis sententiam à quoquam iudice infringi nô posse, sed per ipsummet debere in melius reformari. vt ff.de minor.l.minor autê.§.si autem princeps.

SVMMARIVM.

An Rosella possit accusari de adulterio commisso cum Romano Pontifice, & talis accusatio de iure subsistat.

Quæstio 44.

ROsella accusatur de adulterio commisso cum Romano Pontifice. quæritur, vtrum possit. proponitur iudicis officium, vt actionem patiatur induci.

QVOD VALEAT ACCVSARI.

¶ QVOD de iure Rosella valeat accusari, imprimis ea ratione probatur, quia Pontifici potest prodesse, nec obesse, arg.ff.ad l.Iul.de adult.l. denũciasse. vel ad minus, si prodesse non poterit, nec obesse, vt C. ad l.Iul.de adulter.l.& si crimen.& C.quib. res iudic. nô noc.l.2.& 3.ergo quia eum res non tangit, propter eũ impedienda non est. Et si poneretur sine præiudicio, quòd eum tangeret, non tamen principaliter: & licita sunt secundariò, quæ principaliter non licerent, vt ff.de autho.tut. l.j.& l.quod. & C. de iudic.l. quoties. ¶ Item alia ratione accusari potest, quia sicut alterius personæ maleficiũ, alium non condemnat, vt C.de his qui latr.l.2.& de pœn.l.sancimus.ita & multo fortius alterius beneficium, aliũ nô debet à debito absoluere.arg.C. de accus.l.fi.parilitatê enim debere maximè circa hoc seruari.arg.ff.de actio.emp.l. sicut. Præterea hæc debet posse accusari, ne maleficia remaneant impunita, vt ff.ad l.Aquiliã.l.ita vulneratus.ne procliuiores sint ad maleficia, vt C. de pœn.l. si operis.& instit.vi bon.rap.§. sed ne, dum. ne accusationê deludere sub hoc prætextu, facultas cuilibet sit concessa, vt ff.de adulter.l.matr.Ad hoc arg.pone, adulterat mortuus, & ita non poterit accusari: nunquid sub hoc prætextu, quia non potest adulter accusari, poterit se tueri adultera? nequaquam, vt ff.de adulter.l.côstante.& l.adulter.quid ergo interest, quare nô possit accusari, vtrùm propter priuilegium personę, an quia sit morte præuenta? nihil certè, vt C.de vulg.& pupil. l.si mater. Nec enim discutiendum est, qualiter quid non possit, sed an fieri non possit.arg.C.si mancip.ita fu. l.ea quidem.& l.fin.¶ Item illud apostolicum priuilegium personale est, igitur personam non excedit. arg.C. de legibus.l.2.

EXADVERSO.

¶ PRO Rosella videtur posse allegari, vt conueniri non valeat, quia hac actione proposita, fama summi Pontificis videtur diminui. dicendo enim adulterium cõmissum cũ Pontifice, dicit Pontificem adulterum, & hoc dicere non licet, ergo nec illud. nam sæpè vno prohibito, prohibetur & aliud per quod peruenitur ad id quod prohibitum est.arg.C.de natur. lib. l.legem.in fin.& ff.de de tut.& curat.l.scire. ¶ Itê ista duo inter se consequentiam habent, vt vno dicto, dicatur & reliquum.argu.ff.de procurato.l.ad rem.& ff. quod met.cau.l.j. Nec obstat quod dicitur principaliter, Pontifici quæstionem non fieri. quæ enim principaliter interdicta sunt, & secundariò videntur prohibita, vt C.ne de statu defunctor. l.j.& ij. sed adhuc est fortior ratio pro Rosella: non potest probari adultera, ergo nec damnari. Quòd non possit conueniri, subtili ratione probatur. Impossibile est Rosellam cum Pontifice adulterium commisisse, quòd Pontifex idem non commiserit cum Rosella: ergo non potest probari, adulterium commisisse Rosellam cum Pontifice, quin probetur Pontificem commisisse cum Rosella: sed hoc probari est impossibile, ergo & illud. argum. ff.de itiner.actúque priuato.l.veteres. ¶ Item saltem Pontificis opinio grauaretur, ergo nô debet admitti. argum.ff.de obseq.& lib.& libert.l. Papinianus.l. nec, l.licet.& ff.de in ius voc.l.sed si hac.§.pen. ¶ Item priuilegium Pontificis, ad Rosellam debet extendi propter causæ criminis communicationem, arg.ff.quemadmodum seruitus amittatur.l. si communem. & C.si vnus ex pluribus.l.j.& ij.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur sine præiudicio melioris sentententiæ, rectè posse Rosellam de adulterio commisso cum Pontifice accusari, vt ff.de adulteriis.l. si adulterium.§.fin.

SVMMARIVM.

An fideicommissarius, cui relictum fuit fideicommissum per hac verba: filiam meam coniugatam heredem instituo, grauans eam per fideicommissum, vt Titio restituat, saluo eo, quod marito relinqueretur, si filia moriatur, & omnia marito relinquat, Titius habeat ius aliquod contra maritum vigore dicti fideicommissi.

Quæstio 45.

PAterfamiliâs fecit testamentum, & filiam suam coniugatam heredem instituit, & rogauit eam per fideicommissum, vt cùm moreretur, hereditatem suam restitueret Titio, deducto eo, quòd relinqueret marito: filia posteà moriens, vniuersa marito reliquit. Quæritur nunc, vtrùm Titius fideicommissarius contra maritum talis filiæ, vllum possit habere regressum. proponitur hypothecaria, vel rei vendicatio.

QVOD HABEAT ACTIONEM.

¶ QVOD fideicommissarius prædictas habeat actiones contra talem maritum, euidentissima ratione videtur posse probari. Imprimis illa, quia in fraudem suam debet intelligi factum, arg.ff.de his, quæ in fraudem credit.l.omnes. vnde reuocatione caducitatis debet irritari, vt ff.eod.l.j. ¶ Item quia contra mentem & voluntatem testatoris factum videtur, quia aliquid tunc restitui noluit, vnde poterat ex voluntate peti, vt ff.de leg.3.l.is qui, & l.cum plures. ¶ Itê ita interpretãdum est, vt fideicommissum potiùs valeat, quam pereat. vt ff.ad Trebell.l.cogi.& l.ex facto. Præterea datum marito relinquendi arbitrium filiæ, immoderatum videtur, vt ff.de iniur.l. item apud.§. quæstionis, & ff.de seruitut.l.si cui. Vnde cùm fuit immoderatum boni viri arbitrio reformandum est, arg.ff. de contrahend.empt.l.hæc venditio. & ff pro socio.l. interposita. Vnde si ad hunc pertinentia articulum quærat diligens lector, scilicet in causa illius quæ compromisit misit in aduersarium, inueniet ad hoc fideicommissario. Illud fortius stat argumentum, quia potiora & meliora posse facere videntur. hunc enim testatoris expressa voluntas adiuuat, maritum tacita, ergo debet obtinere. argu. C. de ædilit. edict.l.fin. ¶ Item hic habet præceptum, ille verò permissionem, quæ infirmior est.

EXADVERSO.

¶CONTRA fideicommissarium maxima allegantur, scilicet quia residuum voluit à relicto marito habere Titium, & nihil est residuum, vnde nihil habebit, vt ff. de hered. instit. l. item. Nec obstat quòd obiicitur, quia dolo fecit: nec enim dolo facere videtur, qui fecit quod sibi permissum credidit, vt ff. de ędil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. Immo si verá rationem sequaris, videtur ei concessum, vt totum marito relinquat: quia verba illa, deducto eo, &c. possunt totum admittere, vt C. de her. instit. l. 2. & ff. de fideiuss. l. amissi. in princ. pars enim quandoque ponitur pro toto, sicut econuersò, vt ff. de lega. 3. l. vxori, & l. nomen. ¶Item alia ratione mariti melior videtur códitio, quia est in pari causa cum fideicommissario, vtrúque enim voluit habere testator, argu. ff. de regul. iur. l. in eo quod.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine praeiudicio melioris sententię fideicommissarium posse petere quartam institutionis arg. C. ad Trebell. l. 3. §. si is qui rogatus.

SVMMARIVM.

An praesens rei suae alienationi, & non contradicens, sibi praeiudicet.

Quaestio 46.

ALIQVO praesente & non cõtradicéte rem ipsius alienari, queritur, nunquid is etiam valeat vendicare ab emptore. proponitur rei vendicatio.

QVOD VALEAT.

¶QVOD rem illam cum effectu valeat vendicare, euidenti ratione probatur. Dominus enim fuit: hic enim circa alienandum factum suum non interuenit, ergo dominus remansit, igitur vendicare potest, vt ff. de reg. iuris. l. quod nostrum est, & ff. de pign. actio. l. Caius. Nec obstat, quòd fuit praesens. sola enim praesentia non praeiudicat vt de pign. acti. l. Caius. sed neque sola scientia, si nó expressim consentiat, vt ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. l. sicut. §. nó videtur. Immò inuitus dicitur, qui non consentit expressim, vt ff. de procur. l. filius. §. inuitus, ff. de ser. vrb. praedi. l. inuitum. Sed vt subtiliùs procedamus, sola praesentia non sufficit, vt probatum est: alioquin ea ratióe sufficeret etiam, si furiosus vel infans esset praesens: neque sola scientia, quia alioqui sustineret in absente: igitur neque sola pręsentia, neque scientia sola, arg. ff. de euict. l. quidam, & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si seruus, & auth. de episcopis §. si seruus. ¶Item talis pręsentia cum scientia nuda fuit, ergo nó praeiudicat, arg. ff. de leg. praest. l. si filius familiâs, §. diui. ¶Item non debuit consentire vel contradicere, quia nihil agebatur eius nomine. arg. vt ff. de ne. gest. l. si pupilli, & C. de rei vendica. l. mater.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, ipsum exceptióe doli repellendum esse. dolo enim facit, reuocando rem cuius alienationi consensit, arg. C. de fideiussor. l. exceptione doli, cósensisse authoritate videtur, qui sciens praesénsque non contradicit, argu. ff. de auth. l. quidam, & ff. de do. inter vir. & vx. l. si seruus. & auth. de sanct. episcopis. §. si seruus. Per hęc enim signa & per alia extrinseca voluntas demonstratur, vt C. quomodo & quando iudex. l. j. & ff. de leg. & consuet. l. de quib. Ad hoc, in libello disputatorio, vbi agitur de intrinsecis praesumendis, argumenta poterit diligens disputator facilè reperire. Praeterea si nó consensit, videtur tacuisse in fraudé, quod nó debet ei prodesse, arg. C. ad Vellei. l. si sine, & auth. de nupt. §. si verò de cętero. Sed ponatur sine pręiudicio, quod sola pręsentia nó sufficeret, neque sola scientia, debet tamé prodesse vtrunque simul, vt C. de procu. l. neque, & C. de agrico. & cẽsitis. l. cum simus, & in auth. de fideius. §. si vero.

SOLVTIO.

¶MVLTIFORMITER videtur in hoc articulo distinguendum. Imprimis, vtrum sciebat ius suú vbique durare vel non: si sciebat, non videtur cósensisse alioquin cótra, arg. ff. quibus mod. pig. soluat. l. sicut. §. nó videtur. Secundò, vtrú fuerit ad hoc specialiter vocatus, an non: in primo repellitur, in secundo admittitur, vt ff. de pig. l. si fideiuss. Tertiò, vtrum statim exclamauerit, an posteà: si statim, non consensit: si posteà consensisse videtur, ff de iniur. l. diuus, & ff. de diuor. & repud. l. 2. Quartò, vtrú fuerit necessarius eius consensus, vel nó. vt C. de lega. l. cú aliena. In summa circa húc articulú posset distingui, quemadmodú in libello disputario de intrinsecis tractatur.

SVMMARIVM.

An testium productio facta, citata parte & non reperta, valeat.

Quaestio 47.

ADVERSA parte diligéter requisita, sed nó inuéta, productio testium facta est. Quaeritur, vtrùm talis productio alicuius sit momenti. Proponitur iudicis officium.

QVOD VALERE DEBEAT.

¶QVOD valere debeat, probatur aperta ratione: quia etiam absente parte altera, potest fieri, vt C. de fide instru. l. iudices. Sed hoc si poneretur sine praeiudicio, quod fieri nó debet, facta tamé perseuerabit, arg. C. de pign. l. 3. & ff. quando. app. sit. l. prima §. biduum. ¶Item valere debet propter iudicis authoritatem, qui eam admisit, vt ff. de mino. leg. ait praetor. § 2. & C. qui adm. l. bonorum ¶Item quia absentis aduersarij causa factum est, quò minùs vtraq; parte praesente, darentur testimonia: ergo pro eo haberi debet ac si vtraque pars esset praesens. arg. C. de iudic. l. properandum. §. cùm autem. & in auth. de testib. §. haec verò. & in auth. vt omn. obed. iud. § 3. & §. siquidé. Praeter haec sapiens videat de praesenti quid iudici potuit imputari, cum ad domú suam per villas & vicos, per consanguineos & paréte, fecerit eum requiri: certè nihil, quia omnia fecit, ob quae diligétissimus nó poterit inculpari. arg. C. de pignorat. act. l. pignus. & ff commod. l. argentú. ¶Item quia fecit, quod potuit. arg. ff ad Syllan. l. 2. ¶Item quia sufficit ad domum denunciari, arg ff de dam. infe. l 4 & ff. de lib. agnosc. l. j. nimirùm propter aduersarij absentiam licitum deprehenditur, quod aliâs non liceret, arg. C. de ann. except. l 2. Est quoque alia ratio, quare debeat valere productio, vt propter hoc odiosa absentia valeat deterreri, vt C de ser. fug. l. cùm seruus seruum. Immò ne litigatoribus praebeat occasioné fugiendi, arg. C. de poen. l. si operis. quaedá enim reperiuntur prohibita, quae malignandi praebét exemplum. arg. instit. vi bo. rap. § sed ne, dum. Et si poneretur sine praeiudicio, quòd absente altera parte nó deberet testium productio fieri, intelligendum est tamen, si potest reperiri. arg. ff locat. l. quaero. § inter.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO constanter allegatur, productioné testium absente altera parte factã, nullius esse momenti, quia fieri debet vtraq; parte praesente, vt C. de testib. l. si quando. si ergo aliter facta fuerit, quia cótra iuris ordinem non valebit, vt C. de sent. quae pro eo quòd int. l. j. Immò, quia non est facta vt debuit. vt ff. de re milit. l. 3. § in bello, & ff. de cond. ob tur. cau. l 2. Nec obstat quod facta proponitur authoritate iudiciali, quia iudicialis authoritas illicitú nó excusat, vt C. de

asse.& dom.†l.2.& C.de appel.l.quoniã,& C.qui.mil. non poss.l.eis quidē.Prçtereà non sufficit eum absuisse,cùm non absuerit frauduléter,vt ff.ne vis fiat ei qui in poss.l.j.§.si quis,& ff.quibus ex cau.in poss.ea.l.Fulcinius.§.4.& 5 ¶Itē non sufficit denunciatum, cùm ipse denunciatum nescit,vt ff.de pet.her.l.itē veniunt. Sed huic allegationi respondeat aduersarius,non fuit cōtumax,sed fuit absens & indefensus:ergo quicquid contra eum statutum est, nullius debet esse momenti, vt C.quom.& quan.iud.l.ea quæ:quomodo enim posset dici contumax,qui vocem præconis nó audiuit,vt C.de sent.pas.l.j.in fi.

DISTINCTIO.

¶NEC obstat quod dicit aduersarius,feci quod potui & debui.mentitur enim,quia non fecit secundũ legis tenorem,C.de annal.exc.l.penu.In hac quæstione distinguendum est,vtrùm fraudulenter se absentauerit,an bona fide:si fraudulenter,teneat: alioquin nō teneat,vt in auth.de testi.§.hoc verò.¶Item vtrùm lis fuerit contestata,an nō,quia fieri debet, quod cōtinetur in lege,vt C.de iureiur.pp.cal.l.2.& C.de præscri.30.ann.l.si quis.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ,lite cōtestata huiusmodi productionem testiũ valere,si diligenter fuit habita inquisitio,argu.C.de iud.l.properandum.

SVMMARIVM.

An molendinarius vigore pacti facti cum patrefamiliâs,de molendo in perpetuum ipsi & suæ familiæ,patrefamiliâs mortuo, & filiis diuisis,teneatur separatim omnibus molere.

Quæstio 48.

QVIDAM paterfamiliâs cum quodam molendinario pactũ fecit,vt sibi familiæque suæ perpetuò moleret,aliqua certa data pecunia,postmodũ hic paterfamiliâs decessit pluribus relictis filiis,quorum quilibet per se viuere,& habitare cœpit,& suam habere familiam.Quilibet verò dictorum filiorum agit contra molendinarium,vt sibi familiæque suæ molat.Quæritur quid iuris. Proponitur actio ex stipulatu,vel præscr.verb.

QVOD POSSIT.

¶QVOD cum effectũ possit quilibet agere,imprimis ea ratione probatur, quia præstandum est heredi, quod præstabatur defuncto,vt ff.de leg.j.l.heredi.quãuis & heredis mentio facta non esset,vt ff.de pign.act.l.si necessarias.§.si vnus,& ff.de probat.l. si pactum:ergo tũc maximè tenetur, quamuis heredis mentionem fecerit.nomen enim familię heredes admittit,vt ff.de relig.& sumpt. fun.l. vel quæ paterfamiliâs. debetur igitur heredi,etiamsi ius esset personale:argument.ff.de verb.oblig.l.stipulatio ista.¶Item non obstat,quòd possit opponere,quòd plures sint familiæ.quia cùm dixerit,familiæ, de pluribus familiis intelligendum videtur,arg.ff.de tut.& cur.l.si quis ita. & ff.de assig.lib.l.j.Prætereà hoc pactum,si fortè expressum, promissori esset profuturum.ergo obmissum,pro actore est interpretandum,arg.ff.de contrahen.empt.l.Labeo.& l.si in emptione.¶Item ita interpretãdum,vt res de qua agitur,potius valeat quàm pereat,arg.ff.de reb.dub.l.quoties.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur,molendinarium nón tenere:imprimis,quia non præstatur heredi,quod præstabatur defuncto,vt ff.de donat.int.vir.& vx.l.cum hic,& ff.depetition.hered.l.nec aliam. Secundò,quia res procederet in infinitum,vt ff.de re.iud.l.à diuo. Tertiò, quia de heredibus nō fuit nominatim expressum; vnde pro obmisso habendum est,vt ff.de verb.oblig.l.quicquid:nempe reperiuntur prohibita, quæ non inueniuntur esse concessa,vt C.ad l.Iuliam.de adult. l.j. Quartò, quia si poneret quòd ad heredem transiret promissio, non tamen plus præstandum esset heredi, quàm præstabatur defuncto,argument ff.de diuers.& tempor.præscript.l.cùm heres, quia non debet ex post facto promissoris crescere obligatio,argu.ff.de damn.infec.l.damn.§.si is qui.¶Item quia omnes loco vnius repræsentandi sunt,vt ff.de condit.& demonst.l.cùm seruus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguendum,quid actum sit,vt id seruetur: alioquin si non appareat,dico molendinarium non vltrà teneri,quàm tenebatur defuncto. nec enim verisimile est,vt se voluerit in infinitum obligare,vt ff.de peric.& comm.rei vend.l.4.in fi.& de leg.j.l.2.§.si quis.

SVMMARIVM.

An pupilla iustè petat marcham argenti,ab ipso tutore acquisitã in firmandis nuptiis ipsius pupillæ.

Quæstio 49.

TVTOR pupillam suam Titio in matrimoniũ idoneè collocauit,accepta marcha argẽti.Quæritur,nunquid pupilla possit eam marchã petere à tutore.Proponitur actio tutelæ.

QVOD POSSIT.

¶ET quòd possit,ratione euidenti probatur, scilicet quod ratione & occasione pupillæ dicta marcha ad eum peruenit,igitur pupillæ tenetur eam restituere,vt ff.de procur.l. qui proprio.§.procurator vt in cæteris,& ff.mandat l.idemque.§ j.& C.de alim.& cib.l.iudices,& C.de aminist.tut.l.qui negocia. Nec obstat quòd obiici posset quòd idoneè ipsam in matrimoniũ collocauit.nam siue idoneè, siue minus idoneè ipsam collocauerit,tenetur restituere quod accepit, ne hac supradicta occasione tutores pupillas suas minus idoneè collocarent,arg.C.de ser.corr.†l.si quis.nec enim quid factum sit,inspici debet, sed quid fieri potuerit, arg.C.de vsur.l.ambigui.nam plerunque fingitur quid esse,quod esse non potest,arg.ff. ex quibus cau.in poss.ea.l.Fulcinius.§.si quis.2.& ff.de pœn.l.moris.§.vl.Patet igitur,quòd licèt ipsum accipere malum non sit,tamen puniendus est propter malum, quod inde contingere potest,arg.inst.quod cum eo.§.antepe.in fi.nimirum ratione adiuncti quædam dicuntur illicita, vt ff.de cōd.& dem. l.3. ¶Itē hoc,quod sibi accipit,pupillæ lucrari potuit. libentiùs enim vxori futuræ dedisset, quã ipsi tutori.Si ergo non fecit,tenetur,vt C.de adm.tu.l.pupillorum,& C.arb.tut.l.quicquid.nec enim suã debuit pupillæ vtilitatem præponere:vt ff.de adm. tu.l.tutor.§.j.præter hæc idoneè pupillæ tenebitur negocia administrare gratis:ergo si ob hoc pecuniam accepit,ab eo extorqueri debet,argu.C.de cond.ob. turp.cau.l.pen.& fi ¶Item pupillæ interest,tutorem non accepisse pecuniam, quia virum locupletiorem habuisset,arg.ff.simul.ventr.no.in poss.l.j.§.competit.Est adhuc ratio fortior,quia non licuit ei ex officio,quod administrabat aliquid accipere,vt ff.de contrah.emp.l.non licet.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur,quòd non teneatur tutor talem pecuniam restituere,quia non ex tutela prouenerit,licèt propter tutelam,arg.ff.de pec.l.eo tempore.§.fi,& ff.de here.vel actio.vendit.l.venditor.

nec enim quicquid occasione mei ad alium peruenit, restituendum est, arg. ff. pro soc. l. socium, in fin. ¶ Item non tenetur, quia cessant ea quæ inducunt actionem tutelæ. fecit enim, quod facere debuit, quia idoneè eã maritauit: non fuit in culpa in faciendo, vel in negligentia, nec in omittendo: ergo non tenetur, quia istæ sunt causę quę actionem tutelę inducunt: his cessantibus, & actio cessabit: simile ff. mand. l. si procuratorem. §. manda. Nec interest quod dicitur, ipsam habuisse locupletiorem virum, si tutor hanc pecuniam non accepisset. Nec enim propter id damnificata videtur, quia non videtur damnum pati, qui non lucratur, vel à quo lucrum extorquetur, arg. ff. de dam. infec. l. Proculus, & C. de acqui. poss. l. si. sed & si ponatur, q̃ mulieris interesset habere locupletiorem virum, & damnum patiatur propter pecuniam à marito præstitam, non tamen propter hoc agere posset, vt institution. de iniur. §. j. ¶ Item alia ratione repellitur mulier ab agendo, quia maritus hoc damnum sibi intulisse videtur, si damnum dici debet: & quod volente eo factum est, ab alio irritari non debet, argum. C. si quid in frau. patr. l. 2. nec mirum, ingenuis enim hominibus suarum rerum libera non est deneganda administratio, vt ff. si quis à parentib. manumis. fuer. l. 2. Præter hæc iste tutor, non tanquàm tutor, sed tanquàm matrimonij mediator acceperat, quod licitum est, igitur non tenetur, vt ff. ad Trebellianum. l. debitor. ¶ Item excusatur ratione consuetudinis, sic enim puellæ parentibus vel tutoribus dare consueuerunt, ff. de admi. tu. l. sine herede. §. Lucius.

SOLVTIO.

MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, distinguendum, vtrùm maritus ei obtulerit, an ipse tutor ab eo extorsit: & si extorsit, vtrùm fuerit modicum an maximum quod accepit, vt si quid maximum sit quod accepit, vt si quid maritus spõte, & maximè post contractum matrimonium obtulit, siue illud fuerit modicum, siue maximum, non distinguò: nec tutor teneatur restituere pupillæ, arg. ff. quę in frau. cred. l. qui autem. §. præterea illud sciendum etiam. C. de petitio. bon. sub. l. 1. lib. 10. si verò ab eo extorserit, siquidẽ maximum, quia videtur deliquisse in administrando, id est, eam in matrimonio collocando: quia licèt fecit: nõ tamẽ eo modo, quo debuit, tenetur, arg. ff. de cond. ca. da. l. 2. C. de neg. gest. l. si. si verò fuit modicum, non tenebitur. Actio enim famosa, id est, tutelæ, mihi videtur in hoc casu pupillæ non indulgẽda, vt ff. de rest. in integ. l. 4.

SVMMARIVM.

An ille cui est assignata pensio percipiẽda, habeat illud quod ex renouatione percipitur.

Quæstio 50.

QVAERITVR, vtrùm ille, cui ius percipiendarum pensionum cõcessum est, habeat etiam illud, quod renouatione percipitur. proponitur iudicis officium.

QVOD HABERE DEBEAT.

¶ QVOD habere debeat, probamus imprimìs illa euidenti ratione, quia hoc etiam videtur concessum ei, tum quia specialiter exceptum non fuit, vt ff. de offic. præsid. l. 3. & ff. de donat. l. data, & ff. de fideiuss. l. si quis pro. §. 2. Tum quia vtendo hac appellatione, scilicet pensionum, totum quod ab emphyteoticario percipitur, significare voluit, reliquum sibi non retinendo, vel alij assignando, vt institu. de hered. instit. §. hereditas. quare minus dixit, & plus intellexit, vt ff. de leg. 2. l. vinum. §. fin. Beneficia enim latissimè sunt interpretanda, vt ff. de const. princ. l. beneficium, & ff. de preca. l. pen. & C. de nupt. l. si furiosi. tum quia non fuerat forte in feudum alias accepturus, vt ff. eo. l. cum eiusdem, & ff. de nupt. l. tutor. Tum quia verba prolata, benignè accipienda sunt, vt ff. de verb. obl. l. quicquid, scilicet vt ea res quæ agitur, potius valeat, quàm pereat, vt ff. de reb. dub. l. quoties. Tum quia non debet idem redditus duplici iure censeri, argumen. ff. de vsu cap. l. eum qui. & ff. de condit. & demonstr. l. Titio. §. si verò.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO respondetur, quòd non videatur concessum ius renouandi: imprimis, quia de eo nõ fuit cogitatum, vt ff. de transf. l. Aquiliana, & C. de trãs. l. si de certa. Secundò, quia id tantum concessit, quod verbis expressum est, arg. ff. de fund. instru. legat. l. cùm de lanionis. §. cuidam, & ff. de euictio. l. qui libertatis. immò ademptum videtur, quod specialiter concessum non fuerit, vt ff. de donat. l. filius. Tertiò, quia verba beneficij pro domino infeudante sunt interpretanda, nisi concessum id videatur, de quo ipse senserit, arg. ff. de contrah. emp. l. si in emptorem. Quartò, quia discreta & quasi separata sunt ista duo iura, scilicet pensionis, & renouationis. non igitur per concessionẽ vnius sequitur concessio alterius, vt C. de proba. l. neque, & C. de vsuf. l. cùm antiqua. Immò per dationem vnius, sequitur ademptio alterius, arg. ff. de cond. & demõst. l. cùm ita. & ff. de compens. l. idem Labeo. ¶ Item quintò, quia hæc duo subtiliter intuenti contraria videbũtur, & ex causis contrariis prouenire. pensio enim præstatur pro contractu firmo iam conseruando. nam per pensionem præstandam apparet valere contractũ, per renouationem euanuisse, nõ igitur audiendus est, arg. C. de fur. l. 3. & ff. de op. lib. l. si ita stipul. Sexto loco præsumendum est ex quantitate ipsius renouationis, dominum non voluisse concedere, arg. ff. de don. int. vir & vxo. l. verum.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur in hac quæstione imprimìs indagandũ fore, quid actum sit inter eos, vt illud seruetur ex qualitate personarum, & ex quantitate rei de qua quæritur, pro domino, nõ contra dominum iudicabo, arg. ff. de vsu. & hab. l. plenum. & ff. de iud. l. sed & si. & ff. do don. l. filiusfamiliâs, & ff. de impens. in reb. dota. fact. l. omninò.

SVMMARIVM.

An emphyteota soluendo pœnam liberetur, si in casu contrauentionis illam promisit.

Quæstio 51.

LVCIVS Gaio Seio fundum concessit in emphyteosim, & conuentum est inter eos, vt Gaius singulis annis certam solueret pensionem, & vt Titius semper staret cõtractui: & quicunque contrauenerit, & solueret alij fidem seruanti, centum nomine pœnæ: & soluta pœna, contractus remaneat in sua firmitate. Gaius postmodum per triennium stetit, quod pensionem non soluit, vel fundum contra pactum alienauit. Et nunc vult eum dominus à iure emphyteotico repellere: ipse confert placitam pœnam, scilicet centum, & vult stare contractui. Quæritur, quid iuris sit. proponitur rei vendicatio, vel condictio ex l.

QVOD POSSIT.

¶ ET quòd dominus possit agere cum effectu, imprimis ea ratione probatur, quia totum illud pactum, scilicet vt pœna præstetur, & contractui stetur, fauore seruantis pactum, adiectum est, arg. C. de transact. l. si quis.

si quis maior, ergo pro eo, & non contra eum interpretandum est, vt C. de legib. l. quod fauore. fieret autem contra eum interpretatio, si emphyteotam non posset repellere, cum alias posset sine pacto tali, vt C. de iur. emphyt. l. 2. ¶ Item per huiusmodi pactum voluit sibi potius consulere, quam aliquid de iure sibi competenti detrahere, ergo & post tale pactum habebit ius, quod habebat ante pactum, vt ff. de regu. iur. l. 3. §. si ex. & ff. de adoption. l. in adoptionem. Præter hoc, quatenus obiiciet emphyteota exceptionem, fidem non seruandam ei, qui fidem non seruauit, vt C. de transact. l. cùm proponas: tale pactum in præiudicium eius, qui non seruaret contractum, est inductum, quomodo pro eo erit accipiendum, vt sic regula conuertatur? vt ff. de exception. rei iudic. l. euidenter, & ff. de pignor. si fundus. Ad hæc, superest ratio fortior, ob hoc ipsum quòd non seruauerit contractum, pœnis afficiendus est, ergo propter hoc beneficium aliquod habere non debet, ar. ff. de neg. gest. l. siue, & ff. ad Turpi. l. j. §. actio. Ne meliorem ex suo delicto faciat conditionem, arg. ff. de arbit. l. ita demùm, & ff. de furt. l. itaque eum qui. ¶ Item nónne minùs iuris habent delinquentes, quàm & illi qui nô delinquunt? Vtique, arg. ff. de dona. int. vi vx. l. 2. & in auth. de resti. & ea quæ pa. in fi. coll. 4. ergo dominus posset eum côpellere, & non ipse dominum, vt contractui stetur: nimirum potest vltra pœnam, interesse domini, contractum irritare: si autem posset emphyteota compellere dominum, vt contractui stetur, plus iuris habebit, qui deliquit, quod est contra rationem, argum. ff. de noxal. l. non solum, & C. de heret. & mand. l. curiales. Immò posset dicere Lucius, si vellet, quòd illa adiectio, pœna soluta, contractus remaneat validus: facit quod per illam incitantur homines ad malignandum, vt possint inconstâtes reperiri, & alios ad inconstantiam compellere, vt valeat fidem frangere, & alios ad eam conseruandam arctare, quod debet à Deo & hominibus prohiberi, argu. ff. de pact. dota. l. côuenire, vt ff. de pact. l. si vnus. §. illud. & §. pacta. nempe illi iustissimè denegatur debitum, qui alij debitum denegauit, arg. ff. de adul. l. si vxor. §. iudex. & ff. loca. l. quæro. §. inter.

EXADVERSO.

¶ECONTRARIO dicitur, Titium stare compellendum contractui, quia hoc conuenit. Côtractus enim ex conuentione contrahentium formam accipit, vt ff. de regul. iuris. l. contractus. ¶ Item duo fuerunt pacta, scilicet & pœnam præstari, & contractui stare: licet non ex primo, ex secundo tamen pacto potest compelli dominus stare contractui, arg. ff. de arb. l. Celsus ait. Nec obstat quòd legitima pœna obiicitur. per conuentionalem enim postmodùm appositam, videtur recessisse à pœna legitima, vt C. de parafe. l. final. & ff. de funct. instru. l. quæsitum. l. cùm de lanionis. Nec obstat quod dicitur, quia fidem non seruauit. satis enim punitur in eo, in quo deliquit, vt ff. de vulg. sub. l. ex facto. §. sui. Illud quoque quod obiicitur, quòd fauore seruantis fidem, hoc pactum est appositû, non est verum: immò gratia vtriusque pactum de seruando contractu propter idem interpositum, vt ff. vt leg. no. ca. l. 2. § si quis. Immò si minorem rationem sequamur, potius gratia non seruantis contractum videtur pactum appositum, quàm alterius, scilicet ne duplici damno afficiatur, scilicet pœnæ & contractus, arg. ff. de iu. dot. l. iure succursum. Sed & alia ratione probatur hoc idê: nône circa hoc pactum dominus qui fidê seruauit contractus, posset compellere emphyteotam, vt contractui staret, sed non è conuerso? vtique. côstat ergo, quod causa non seruantis fuit appositum, quia in persona alterius esset superuacuum: vt ff. de legat. j. l. si quando.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentêtiæ, interesse quid actum sit, imprimis inquirendum quid inter eos actum sit, vt illud seruetur: si nô appareat, distinguâ, cuius gratia contractus intersit, si ergo vtriusque gratia, stabitur pacto, vt probatum est: soluta pœna, id est, gratia non seruantis, idem si nô gratia illius, qui agit fortè, quia nunquam quicquam de his possessionibus percipere posset, cùm fortè steriles essent, dicam dominû posse emphyteotam repellere, non obstâte pacto, vt pro parte domini allegatum est.

SVMMARIVM.

An filius interfectoris ab occiso heres institutus, ab hereditate repelli possit, si mortem defuncti non vindicauerit, patrem de homicidio accusando.

Quæstio 52.

GAIVS Lucium Titium mortiferè vulnerauit, qui Lucius Titius, dum ex eo vulnere laboraret in extremis, filium Gaij interfectoris hèredem instituit. Quæritur nunc, vtrum dictus filius repellatur ab hereditate, si non vindicauerit necem defuncti, patrem accusando. Proponit iste filius petitionem hereditatis.

QVOD EI COMPETAT.

QVOD ei competat cum effectu, probatur ea ratione, quia persona testatoris fuit talis, quæ instituere potuit, ergo dabitur ei petitio hereditatis, argu. ff. de petit. hered. l. hereditas. Nec obstat quod dicitur, quia debuit accusare interfectorem, quia videtur testator indignationem suam remisisse, argu. ff. de annu. leg. l. 4. & ff. de excus. tut. l. athleta. §. datur. ¶ Item quia in iure generaliter prohibitum est, ne filius patrem accuset. nec iste casus reperitur exceptus, ergo includi debet, argum. ff. de dona. l. data, & ff. de offic. præs. l. 4. si igitur, vt probatum est, patrem accusare non potest, restat, vt propter hoc non debeat ab hereditate repelli. accusandus est enim interfector, si potest, argumen. ff. de cura. bo. da. l. j. & ff. de Carbon. edic. l. j. & ff. de his quib. vt indig. l. si ideo. ¶ Item pater & filius iuris ciuilis fictione vnum sunt: instituto ergo filio, quasi pater intelligitur institutus, nam & commodum hereditatis saltem, quo ad vsumfructû, e debet acquiri, quis ergo diceret, quod ipse seipsum accusare deberet, arg. inst. de inutil. stipul. §. cum qui toto, & C. de imp. & al. subst. l. fin.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur primæ allegationi, quòd licèt tenuerit ab initio institutio, tamen debet auferri hereditas, quia non vindicauit necem defuncti, argument. C. de his quibus vt indig. l. cùm fratrem. Contra secundum dicitur, quòd si voluisset testator, non potest hanc actiónem remittere, argum. C. de vsufr. l. j. & ff. de leg. j. l. nemo, vt ff. ad l. Falc. l. quod de bonis. Contra tertium, quia iste casus intelligitur exceptus, cùm generaliter dicatur heredem vindicare debere necem defuncti, nec aliquis excipiatur. Contra quartum dicitur, quòd rectè filius iste potuit accusare patrem, vt sequentia declarabunt. Directò allegat pro se possessor generalem constitutionem. Generaliter enim constitutum est, ne aliquis ad hereditatem admittatur, nisi vindicauerit necem defuncti, vt C. de his quibus vt indig. l. j. Secundò dicimus, quòd potuit iste filius patrem accusare, ne testatoris perderet hereditatem: argument. ff. de bon. li. l. qui cum. Tertiò, quia fecit hoc tanquam alter ipse, scilicet tanquam heres interfecti, non tanquam filius interfectoris,

ctoris, argu. ff. de diuer. & temp. pręscri. l. an vitium, & ff. de adoptio. l. si pater. Quartò, quia licitum est alteri, quod mihi non liceret, argu. ff. quod cuiusque vni. no. l. item, & ff. ad Trebel. l. ille à quo. Quintò, quia saltem debuit submittere accusatorem, argu. ff. de nego. gest. l. at qui. §. 3. si cùm me. Sextò, quia ratione officij debet ei esse licitum, quod aliàs est prohibitum, vt C. de calumniat. l. 2.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentétię quod iste possit hereditatem habere, nec teneatur accusare patrem, quia non potest, impediente iure, argu. ff. de condi. insti. l. filius.

SVMMARIVM.

An filius inhabilis ad seruitia feudi præstanda, succedat vnà cum fratre habili, si æqualiter sit cum eo heres institutus.

Quæstio 53.

QVidam feudatarius decessit, duobus filiis relictis heredibus, quorum vnus vtilis erat ad seruiendum feudo, alter prorsus inutilis. Quęritur, an is solus qui est vtilis, debeat habere feudum, quia est vtilis: quòd etiam hoc dominus consentiat, proponitur officium iudicis.

QVÓD DEBEAT.

¶QVOD is solus debeat habere principatũ, probabiliter videtur posse probari. Imprimis illa ratione, vt ibi collocetur emolumentum, vbi est onus vel esse potest, argu. C. de furt. l. manifestè. Secundò, non percipit lucrum, qui onus non agnoscit, vel non potest agnoscere, vt constitut. Freder. de pac. re. §. mutus. Nec obstat, quòd per alium seruire poterit. munera enim personalia per alios expediri non possunt, arg. C. de cad. tolléd. l. j. §. ne autem, & §. fundum, nimirum dominus ad seruiendum alium pro alio suscipere non cogitur, arg. C. de solu. l. eum qui. Circa hunc articulum multa inuenies in quæstione in qua quęritur, an vasallus per substitutum seruire debeat. ¶Item nonne clericus, & foemina possent per substitutum deseruire? quare igitur feudo priuantur, nisi quia per se seruire non valẽt? idem ergo & hic intelligas, cùm sit eadem causa, vt ff. ad l. Aquil. l. illud. ¶Item quia hic domino captiosum esset, cùm vasallus iste non semper idoneũ pro se posset repręsentare, vt institut. de fideicommiss. heredit. §. sed & quia.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, quòd inutilis frater possit habere partem feudi, & hoc mera ratione & scriptura. Feudum enim, impersonale beneficium est. transit ergo ad filios succedentes æqualiter, arg. C. de anno. & tribut. l. j. Nec obstat quòd frater inutilis non potest onus portare & seruire. plerunque enim dicitur honor sine onere, argu. ff. de leg. 3. l. j. §. final. ¶Item quia portare poterit per substitutum, argu. C. de epis. & cler. l. quisquis. ¶Item quid dices de anniculo? nunquid possit priuari, quia seruire non potest? absit, seruiet ergo, & in isto casu dicendum, vt nõ intersit, quare seruire non valeat, argum. ff. de ædil. ædict. l. j. §. causa. Præter hæc, quia casus fortuitus nõ deberet esse impedimento, argumen. C. qui pet. tut. l. j. & C. de peric. tuto. & cura. l. tutoribus. immò propter hoc magis est subueniendum, quia debilis, argu. C. quand. imper. inter. pup. Absurdum enim esset, vt propter poenam consequeretur poenam, vt sic duplici poena afficeretur. nec enim consuetum est, vt duplici damno afficiatur, argum. ff. ad l. Rhod. de iact. l. nauis. in fin. ¶Item, quid peccauit iste, vt talis nasceretur? nihil certè, igitur nõ debet feudo priuari.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentẽtiæ, distinguendum, vtrum aliàs valeat se sustentare circa feudum, an non: si verò sustentare se non valeat, tantũ ei relinquatur, vnde habeat sustentamentum, vt C. de pace tenend. & eius viol. §. mutus, & quibus mod. feu. amit. §. mutus.

SVMMARIVM.

An aduocatus facto pacto de centum lucrandis in casu victoriæ, & L in casu succumbentiæ, si litis transactio eo inscio facta sit, centum possit exigere.

Quæstio 54.

QVidam cùm alterius patrocinio indigeret, sibi aduocatum sub tali conditione assumpsit, vt si obtineret in causa, daret ei centum, si succumberet, quinquaginta: accidit quòd iudicio inchoato, iste inscio aduocato cum aduersario transegit. Nunc aduocatus solidum salarium petit, tãquam si obtinuisset, clientulus se defendit. vertitur in quæstione, quid iuris. Proponitur actio præscrip. verbis, vel certi condictio ex stipulatu.

QVOD POSSIT.

¶QVOD agere possit aduocatus cũ effectu, manifesta ratione probatur, scilicet quia stetit per aduersarium quò minus lis haberet debitum terminum. pro eo igitur habendum est, ac si habuisset & obtinuisset, argumen. ff. de verbo. obli. l. in executione §. fina. & ff. quod vi aut clàm. l. j. §. absit. ¶Itẽ quia nõ stetit per aduocatum, arg. ff. loca. l. qui operas, & ff. de variis & extraordi. l. j. §. diuus. nimirum hæc conditio, si non feceris, vt plurimùm sic accipitur, si per te non steterit quò minus fiat, argumen. ff. de condi. insti. l. si ita heres quæ sub §. quoties, & l. si quis te. & l. mulier. ad hæc obtinuisse videtur, qui transegit, argumen. ff. de transa. l. 5. in prin. Cùm igitur nõ referre dicatur, qualiter obtinuerit, vt C. si mand. ita fue. ali. l. ea lege, & ff. de vsufr. l. legatum. nempe quoniam aliquid videtur factum, si factum est aliud quod eundem effectum habuerit, argum. C. de instit. & subst. l. si mater. & ff. si cert. pe. l. certum est. Præter hoc, hic obtinuit. sicut voluit. ergo obtinuit. argum. ff. de pigno. act. l. si rem. §. omnis. ¶Item transactio huius, nullum debet domino præiudicium generare. vt C. loca. l. circa, & C. res inter alios act. l. 2. & 3. Prætereà transigere cõsensu aduocati, qui lædebatur ex transactione, debuit, argu. C. de auth. præst. l. fi. & ff. de aqua plu. arc. l. si autem. Pone insuper eum per transactionem consecutum quod petebat: nõnne absurdum est, eum euitare salarium quod promisit? arg. ff. de verbo. oblig. l. cùm seruus. Si ponas ipsum parum aut nihil consequutum, est quod ei debeat imputari, quia potuit consequi, argu. ff. de euictio. l. si dictum. §. j. & l. fin. & l. ideò in principio, & ff. de peculio. l. si noxa. §. quod. & C. de transac. l. super. Succedit vltima ratio, quæ fortior est, quòd obtinuisse videtur, quia victus non est, argument. ff. de capt. & postl. l. non dubito, & ff. de manumiss. l. te † se.

EXADVERSO.

EXADVERSO respondet clientulus aduocato, dicens se non teneri. Imprimis ea ratione, quia nõ extitit conditio pacti, argu. C. de condi. institu. l. legatũ, & ff. de cõd. cau. dat. l. si pater, in prin. & l. fi. Secundò, quia debuit aduocatus in hunc casum sibi prospicere, ff. locat. l. item ex conducto §. item quidam, & l. si quis do. §. j. Tertiò, quia verbum ambiguum pro promissore est accipiendum, argu. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. in stipulatione. & ff. de rei vendica. l. idem Pomponi-

ponius.§.fin. Quartò, quia non est à tenore verborum recedendum, nisi cum manifestè appareat cõtrarium, vt ff. de legat.3.l.non aliter. Quintò, quia semper minimum est sequendum, vt ff. de verbo. obligat.l.si ita.§.si stipulatio, & ff. de lega.3.l.nummis, & ff. de regu.iuris. l.semper. Sextò, quia videtur quòd illicita sit petitio, argument. C. de actio.l.explicandi. Septimò, quia potius ex prouisione sua videtur habere quod habet, quàm ex huius litis euentu, argu.ff. de verbo. oblig.l.si ita,§.si sti.& ff. ad l Falci.l.3.& ff. de lega.3.l.non aliter. & ff. de re iudic.l.semper.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguẽdum, vtrùm aduocatus ita processerit in causa, vt sola diffinitio superesse videretur, an nullo modo laborauit. In primo casu, consequitur salarium. In secundo, minimè, vt C. de praescriptio.30.anno.l.vlti.& C. de donat.l.explicandi. Dici tamen posse videtur primo motu, clientulum ad solidum salarium aduocato teneri, si voluntate ipsius nõ transegit, quanquam partem in transactione habuit, vt ff. de euict.l.si donatio.§.j.

SVMMARIVM.

An mater, quae dum testamentum conderetur, recusauit velle esse heres filij, & propterea fuit extraneus institutus, possit non obstante recusatione, hereditatem praetendere, & testamentum impugnare.

Quaestio 55.

LVcius Titius dum laboraret in extremis, matre accersita, voluit eam heredem instituere, ipsa renuit, immò filiũ aliũ instituente consensit. Tandè mortuo filio, mouet heredi controuersiam, possidenti hereditatem. Quaeritur, quid iuris sit. Proponitur hereditatis petitio à matre.

QVOD POSSIT.

¶QVOD iure, hereditatis petitionem cum effectu posset intentare, euidenti ratione probatur. Imprimis quia ipso iure nullum est testamentum, in quo mater, cùm alius non praecedat, non instituitur, argu. in auth. vt cùm de appellat.cogn.§.si tale. nec enim minùs piè parentibus, quàm liberis relinqui debet. vt ff. de inofficioso testamen.l.nam & si. Nec obstat quòd renuntiauit, quod non potuit, vt ff. de acquir. hered.l. is qui. iuri enim nondum competenti renuntiari nõ potest, argu.ff. quo. lega.l.j.§.quod autem.& ff. de lega.2.l si ita. ¶Item nec obstat quòd institutioni consensit, cùm institutio non tenuit, argu. ff. quibus modis pig. vel hypoth.sol.l.si debitor.& ff. de oper.lib.l.sicut. non enim potuit filio consentire, vt contra leges conderet testamentum, vt ff de testam.l.qui in pot. nam Imperatoris consensus non potest iuri publico derogare, vt ff. de fer.l.j.& ff. de transa.l.cùm hi.§.si praetor.

EXADVERSO.

¶ECONTRA respondet heres, dicens doli exceptionem competere sibi contra huiusmodi mulierem multis modis, & imprimis ea ratione, quia renuntiauit, vnde ad id quod renuntiauit, redire non potest, argu.ff. de rebus credi.l.si quis. Secundò, quia institutioni consensit, vnde non poterit ipsam infirmare, vt C. si ven. pignor. agat.l.prima. C. de euiction.l. exceptio. Tertiò, quia licet non valeat directo, remoueri poterit tamen per obliquum, argument ff. de pactis.l.iurisgentium.§.fina.& l.resp.§ fina. Quartò, quia licitè ius competens remittitur, argumen.ff. de pact.l. pactum. & C. de pactis.l.j. Quintò, fauore vltimae voluntatis, scrupulositate remota, argum.ff. de iniust.rupt.testam. l.huius † vnius. Sextò heres opponit fraudulẽtam mulieris machinationem: quae sibi non debet prodesse, argument. C. ad Velleianum.l.si fine. Septimò, quia videtur indigna, licèt non tenuerit testamentum apertè in his.ff. quibus vt indig.l.cùm quidam.

SOLVTIO.

MIHI videtur sine praeiudicio melioris sentẽtiae, vt haec mulier doli mali valeat exceptione submoueri, argu.ff. de donat.l.quidam, nisi fortè hoc fecerit calore iracundiae, argu.ff. de iudi.† l.4.

SVMMARIVM.

An rusticus accepta terra, vt vineã plãtaret, certa parte fructuum promissa, vinea plantata cum multis fructibus, vltra fructum vineae, teneatur etiam ex arboribus insitis partem fructuum domino praestare.

Quaestio 56.

QVidam suam aream rustico dedit ad vineam plantandam, certam pactus fructuum portionem. Rusticus plantata vinea, fructiferas quoque arbores plantauit. Dominus arborum quoque partem fructuum petit. Vertitur in quaestione, quid iuris sit. proponitur actio praescrip. verbis.

QVOD POSSIT.

¶QVOD contra rusticum dominus possit agere cum effectu, imprimis ea ratione probatur, vt quia paciscendo partem de vineis, & de caeteris arboribus pactum videtur, vt pars ponatur pro toto, argu.ff. de leg. 3.l.vxori.in princip.& l.nomen. Secundò, quia gratia vineae, plantatae sunt arbores, ergo vineae partes intelliguntur, vt ff. de legatis 3.l.praediis.§.penultim. Tertio, quia in eadem plantatę sunt arbores ob eandem vtilitatem, id est, propter fructus, ergo in eis idem est statuendum, argu.ff. ad l. Aquil.l.illud. Quartò, irascitur dominus contra colonum, & dicit, quòd omnes arbores & arborũ fructus ad se solùm debent pertinere. Imprimis, quia natura percipiuntur, ergo non pertinent ad rusticum, sed ad bo.fi.posses. qui plus iuris habent in percipiendis fructibus, vt ff. de vsufruct.l.quis scit. Secundò, quia domini est solũ, ergo & arbor quae est plantata in solo, ergo vsusfructus arboris, cùm nihil specialiter in contrarium dictum sit. argu. instit. de rer.diuis.§ si Titius alienam. Quintò, quia tacitè concessum intelligitur, de quo specialiter actum nõ probatur, argu.ff. de leg.3.l.qui fundum,§.si fundus.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondet rusticus, & dicit se non teneri. Imprimis allegat tenorem ipsius pacti, qui talis est, vt de fructibus vineae tantũ dominus habeat partem, igitur ab eo non est recedendum, cùm manifestè non appareat contrarium, argu.ff. de leg.3.l. nõ aliter. Immò si tenor esset dubius, contra dominum esset interpretandum, vt ff. de contrahen. emptio.l. Labeo. ¶Item quia in hoc casu sibi dominus debuit prospicere, vt ff. loc.l.si quis domum. Praeterea de fructibus neque fuit actum, neque cogitatum, vt ff. de transa.l. cum Aquil. Est quoque fortior ratio contra dominum, potuit ex sua industria rusticus potius quã ex terra, istos fructus percipere, argu. ff. de here. vel actio. vend.l.vẽditor. Et fortiùs allegat pro se rusticus, quòd eo quòd dominus nominatim vineae fructus excipit, reliquos videatur rustico concessisse, arg. ff. de dona. inter virũ & vxorem.l.cùm hic,§.quasdam.

SOLVTIO.

¶QVIA nostrum interest, rusticorum etiam malitiã non tueri, ne ipsis detur occasio malignãdi, vt propter arbores vinearum curam postponãt: iam dictum

ru fructum, secundum ea quæ ponuntur, in partem fructuum arborum etiam condemnamus, argument. instit. vi bonorum raptorũ. § sed ne, dum aliquid iam de omnibus fructibus sit actũ paciscendo de vineis, quas tantundem profuturas existimabant, argument. ff. de pact. l. tale.

SVMMARIVM.

Vtrum paterfamilias, qui filio morienti consensit, vt vxori centum causa mortis donaret, si filius conualuit, possit eo inuito donationem reuocare, an vtriusque consensus requiratur.

Quæstio 57.

GAius, patre consentiente, centum mortis causa donauit suæ vxori: quo conualescente, pater donationem reuocare contendit, & Gaius contradicit. Quæritur, quid iuris sit vtilis actio in rem proponitur.

QVOD VALEAT.

¶QVOD pater valeat reuocare, euidenti ratione conuincitur, quia filio iussu vel voluntate patris donante, pater ipse donator est appellandus, vt ff. de donation. l. in ædibus. § quod si filius, & ff. de ritu nupt. l. matrimonij. ¶Item quia licitum est ei pœnitere, qui consensit, argu. ff. de collat. bono. l. nonnunquam, & ff. quæ res pign. ob. poss. l. penul. Ad hoc demum propter patris voluntatem siue consensum donatio valuit: ergo cùm talis propter pœnitentiã reuocetur, per ipsius dissensum debet dissolui, vt ff. de reg. iur. l. eius est nolle. Sed ponatur sine præiudicio, quod filio non detur reuocatio, tamẽ patri dabitur, etiam inuito filio, cùm vsusfructus ad eum debeat pertinere, arg. ff. de bonis quæ libe. l. cum oportet, & l. fi. & ff. de mino. l. pacti. ¶Itẽ alia ratione debet pater pro se reuocare, ne parẽtum circa liberos munificẽtia retardetur, vt C. de bonis quæ libe. l. 2.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, patrem sine filio reuocare non posse. Imprimis ea ratione, quia vterque cõsensit in donando, ergo vterque debet in reuocando consentire, argu. C. de auth. præst. l. fi. nimirum quæ in acquirendo siue cõstituendo necessaria sunt, ea in amittendo siue dissoluendo necessaria sunt, argumen. ff. de acquir. poss. l. quemadmodum, & de regu. iur. c. j. & l. nihil eo. Quinimmò solus filius donauit, ergo solus filius reuocabit: aliud est donare, quàm donari consentire, vt ff. de regul. iuris. l. aliud. ff. de manu. vindic. l. 4. ¶Item consensus sui pœnitere non potest. quis enim diceret, patrem contrahenti filio consentientem, posse reuocare consensum, cùm ob hoc ipse obligetur in solidum? vt ff. quod iussu. l. j.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, scilicet sententia sequenda, vt filius valeat solus reuocare, quippe qui solus reperitur donator, vt dictum est.

SVMMARIVM.

An pater qui nuptui tradidit filiam, dando in dotem duo prædia, & alia duo possidere sinendo, si mortuo marito, secundo nubat, promittendo quicquid prior maritus in dotem habuit, teneatur etiam duo prædia consignare possidenda, prout primo marito permiserat.

Quæstio 58.

TItius Maeuellam filiam suam Sempronio nuptui tradidit, eique duo prædia in dotem dedit, sed & alia duo Sempronius quasi in dotem accepit, possedítque, non reuocauit Titius, decedit Sempronius. Titius verò eandem filiam in vxorem Meuio tradidit, eique in dotem concessit, quicquid prior maritus in dotem habuit. Quæritur, vtrum per ista verba possit se fieri Mæuius, etiam in his prædiis, quæ non fuerunt data Sempronio, licet Sẽpronius ex causa dotis possederit: hic proponit Titius rei vẽdicationem.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD competat rei vendicatio, probatur ff. de rei vendica. l. in rem: dicens se errando non trãstulisse dominium, vt ff. de rei vendicatione. l. inter officium, & ff. de acquir. rer. domi. l. si procurator, & de cõtrahẽ. emptio. l. si consensus. §. fi. sicut nec ignorãs quis repudiare videtur, vt ff. de inoffic. testa. l. mater. nec dat curatorem. ff. de re iudicat. l. si quis ita. § si quis cum: nec donat, vt C. de donation. l. nec ignorans nec ignorans vnquam excipit, vt ff. de contrahen. emp. l. in lege. Nec obstat ei generalitas verborum, quia trahitur ad ea tãtum, de quibus senserunt, vt ff. de transactionib. l. cùm Aquiliana. l. qui cum. §. fin. & C. de transaction. l. si de certa nec potest se defendere iure præscriptionis nam vt vsucapio procedat, non sufficit opinari in dotem dam esse, vt ff. de vsucapi. l. Celsus & pro donato, l. j. & pro legato, l. 2. Nec error falsæ causæ potest præstare ei vsucapionem, vt institut. de vsucapio. § error. cui solus error petentis, vsucapiendi causam præstitit, vt C. de long. tempo. præscript. l. nec petentem. ¶Item cùm ea quæ prior maritus in dotem habuit sint data, ergo ea quæ non habuit in dotem, non videntur cõcessa, argu. ff. de fund. instruct. l. cùm de lanionis. §. cui fundi. l. quæsitum. §. idem respondeo domo instructa legata. nam quod in vno permittitur, in cæteris prohibetur. ff. de iudic. l. cum prætor. ff. de vsur. l. in fideicommissi. §. Polidius. ¶Item magis inspiciendum est, quod est in veritate, quàm quod in eius falsa opinione, vt institu. de legat. §. si quis rem suam. ¶Item non videtur sensisse, nisi de his quæ donauit, vt perpetuò maritus haberet in dotem: non ergo de aliis quæ tali modo concessa non erant, vt ff. de lega. 3. l. si fundus, & C. de verbor. signifi. l. si fundus, & l. 2. ff. de pignorib. l. debitor. & ff. de hered. institu. l. ex facto. ¶Item non existimatur dixisse, quod mente non cogitabat, vt ff. de supelle. lega. l. Labeo.

EXADVERSO.

¶ECONTRA probatur, errorem non obesse, quominus transferatur dominium. ecce enim si putas me tibi obligatum, cùm non sim, tradóque & transfero dominium, licèt errem: quod patet, quòd datur mihi conditio, vt ff. de condition. indebi. per totum titu. quæ non daretur, si res mea propria esset, vt ff. vsufru. quemadmodum cau. l. fin. in fi. ¶Item non impedit error, qui ab vna parte intercedit, id est, emptoris, quominus emptor consequatur dominium, vt ff. de regul. iuris. l. regula. ff. de iuris & fact. igno. l. regula. §. qui ignorauit. idem est, & si vtraque pars erret, vt ff. de acqui. rer. dom. l. cum in corpus quidem. ¶Idem plus valet quod est in opinione, quàm quod in veritate, vt ff. de acquir. hered. l. is qui putat, & ff. pro emptore. l. 2. §. si quis à pupilla. ¶Item non impedit error falsæ causæ legatum, vel demonstrationis, vt institu. de leg. §. proximè, vt ff. de condit. & demonstra. l. falsa demonstratio. ¶Item errans repudiare non videtur, vt ff. de acquir. hered. l. Clodius. ¶Item nõ eo ipso, quod in vno permittitur, etiam in cæteris permittere videtur, vt ff. de supellect. leg. l. legata. ¶Item error non iuuat. instit. vt ff. de heredib. institu. l. ex facto proponebatur. ¶Item non debet fraudari commodo harum rerum mari-

maritus,qui aliter eam ducturus non fuerat, vt ff. de condi.& demonstra.l.si ducturus.§.si quis indebitum. ¶Item præsumitur dedisse priori marito in doté,quia diu tacuit,& ab eo nũquam reuocauit,vt ff. de probat. l.Procula.Et vltimò propter generalia verba: non ergo repetit,pietatis causa concessum,vt ff. de condi.indebiti.l.cum his.§.si mulier. Nam cõtra factum suum venire non potest,vt C.ne fisc.rem quam vend.euinc. l.j.libro decimo.¶Item nõ potest iste pater expressam prioris dotis mensuram diminuere,vt C.de rei vxo.actio.auth.sed quamuis.ergo non debet intelligi tacitè ademisse,vt ff. loca.l.qui ad certum. Ampliùs dico,etiã si per verba prædicta non videtur translatum dominiũ in hunc secundum maritum,tamen se tueri potest præscriptione. quod enim dictum est,errorem in vsucapione non prodesse,verum est,nisi fuit iustus,vt ff. pro empto l.vulgo,& pro suo,l.hominem.& l.final. vt enim quod de vsucapione dicitur,pleniùs intelligatur,sciẽdum est,quòd quidam dicunt errorem in vsucapione nulli prodesse,nisi in his casibus,qui in lege reperiuntur.alij dicunt immò prodesse, vbicũque iustus error interuenit, & dicunt vsucapionem procedere non in eo titulo,in quo erratur,sed generali,scilicet pro suo. vt ff. de iure dot.l.Proculus nepoti.Io. verò etiã in eo titulo, in quo erratur, vsucapionem procedere dicit, argu.bonum sumitur.ff. pro empt.l.quod vulgò.

SOLVTIO

¶IN hac quæstione distinguitur,an iste pater sciẽs fuit,priorem maritum habuisse,an non:si sciuit, & ea concessisse videtur,imputatur sibi,quare legem apertius nõ explanauit:si verò ignorauit, intelligẽda sunt verba,secundùm quod ipse credebat, sicut eleganter notatur.ff. de hered.instit.l.quo loco.§.Seiam,& argu. ff. de lega.3.l.fideicommis.§.si seruo alieno,& ff. de legat.j.l.si res obligata.

SVMMARIVM.

An falsò asserens se procuratorem Titij, si succumbat, Titiúsque heres factus iterum agens, exceptione rei iudicatæ repelli possit.

Suprà est eadem quæst.in specie,videlicet 39.

Quæstio 59.

QVidã nomine veri procuratoris assumpto, nomine Titij petiit,cùm falsus esset procurator, & in certaminibus negotij permanens, victus succubuit,heréſque postea vero creditori extitit. Vnde vt heres etiam petit eadem centum, quæ,cùm esset falsus procurator, petebat. Quæritur, an possit non obstãte exceptione rei iudicatæ. hîc certi condictio proponitur,quæ defuncto cuius est heres competiit.

QVOD NON OBSTET

¶QVOD autem non obstet exceptio rei iudicatæ, probatur.nam cum falso procuratore iudicium nullum fuit,vt C.de procu.l.licèt.non ergo ex eo iudicio potest oriri exceptio ¶Item non videtur esse condemnatus,cum condemnatio legitima non fuerit, vt ff. de re iudicata.l.4.§.condemnatum.& de testament.tute. l.3.in fi.¶Item non est eadem causa,sed alia: ergo non obstat exceptio rei iudicatæ,vt ff. de exception.rei iudicatæ.l.si mater.§.eadem causam.& l.cùm quæritur. & l.quantitas & nónne eadem natura commutatione litis alia res esse incipit, cùm ex parte ei aliquid noui intercessit, vt C.ad exhibend.l.neque eadem ratione cum conditio hæc mutata sit,non obstat ei exceptio, vt ff. de excep.rei iudi.l.si is qui heres. §.fin.in princip. nam ei qui alio iure venit,nocere non debet: vt ff. de bon.libe.l.si filius.Item experiri potest sine exceptione,quia ei successit qui experiri poterat.nam partibus eius fungi debet,vt ff. de decurion.l.decurio, & de edend.l.quædam sunt.§.nec interest.Nec debet esse successoris deterior conditio, vt ff. de regulis iuris. l.qui in ius,& l.inuitus.§.cùm quis. Item quod non potest habere ex sua persona,habet ex persona alterius, vt ff. quæ res pignor.obliga.possunt.l.Aristo. & de acquir. hereditate.l.cum hereditate. Item agit non tanquam ipse,sed tanquam quilibet alius qui defuncto successisset,vt ff. de adopt.l.si pater. sicut diximus suprà,ea quæstio.quidam monasterium.Item sicut ei non nocet factum suum, si ille sibi succedit, vt ff. de vsucapion. pro empt.l.11.§.si eam rem. Item mutatio status eum defendit,vt in authenti.de iureiurand.à mor.præst & ff. de solution.l.qui res.§.aream. & de negotiis gestis. l.cùm actum.Item successio in vniuersum ius, concedit quidem quod singularis successio denegat. ff. de acquirend.rerum dom.l.quædam.Item heredi vniuersi iuris est attributa successio,vt ff. de verborum significa.l.hereditas.

EXADVERSO.

¶ECONTRARIO probatur,hunc procuratorem omninò repellendum.quod enim dicitur,nullum esse cum eo acceptum iudicium, verum est,in præiudicium domini, est tamẽ aliquod ad sui præiudicium. Item quod dictum est,successorem eiusdem iuris esse cuius & defunctus,verũ est,nisi aliquid succedẽti possit imputari,huic autem turpitudo sua imputatur,propter quod iustè potest remoueri,vt C.de transactio.l. transactio.& de ser.pign dat.l.si creditoribus,& C.de his quæ in fraudem credit.l.filios.& C.de reuocand. donation.l.cùm profitearis.& ff. de lega.j.l.seruus plurium.§.j.Item quia delinquit,nec suo,nec alterius nomine poterit experiri,vt ff. de bon.liber.l.qui in seruitutem.Item quia contra factum suum venire non potest,vt C.ne fisc.rem,quam vend.euinc.libr. 10.l.j.& ff. de except.rei vendi.l.j.immò corroborari debet prior sententia,si dominium siue ius ad eum peruenit, vt ff. de vsucapio.l.cùm vis prædium.& de euiction.l. vendicantem. Immò hoc ipsum teneretur vt cõfirmaret, vt ff. de action.l.si quis alienanti. Item cùm teneretur ex stipulatiõe rem ratam haberi,ne alius experiretur, ergo nec ipse experiri poterit.nam quod præstat aduersus extraneum,etiam aduersus se præstabit,vt ff. de distraction.pignor.l.& si is,& in authentic.vt disse.iudic.collation.vltim.& id immò multò magis, vt ff. de administratio.tuto.l.quóties.§.nequaquam,& de verborum obligation.l.stipulatio ista.in princip. & ferè per totam l.& ff. si seruit.vind.l.altiùs.Item nõ admittitur hic inconstantia, vt qui heredi verum procuratorem se esse dicebat,hodie se falsum fuisse confiteatur,vt ff. de procurat.l.in causæ.l.cùm quæritur.l.quoties.l.tutor §.penulti.& de instit.l.sed & si pupillus.§. sed si alius.ipse enim contra confessionem suam nequit venire: vt C.de non numer.pecu.l.generaliter. & in authentic.de his qui ingred.ad appel.collat §.constit.10.§.illud etiam.Item puniri debet eius mendositas,vt C.de diuer.rescript.l.fin.prætereà varietate status,non debet mutari causa periculi,vt ff. de instit.l.in eum.§.si dominus.

EXADVERSO.

¶IN hac quæstione distinguitur,vtrùm cauerit rẽ ratam dominum habiturum, & tunc non admittitur ratione prædicta,aut non, & tunc venire poterit, nec allegabit suam turpitudinem,id est,se non fuisse procuratorem,sed rem vel sibi debitã petit ex noua causa.Huic quæstioni similis est quæstio,in qua quæritur, an iudex causam appellatiõis exercere possit,qui successit ei,quem condemnauit, & suprà similis est quæstio 39.

SVMMARIVM.

An mandans tribus, vt vendant eius bona stabilia, si vnus vendat alteri eorum bona fide, possit rem venditam vendicare.

Quæstio 60.

LVCIVS cùm esset Bononiæ studiorũ causa, suis amicis absentibus per epistolã significauit, quatenus quædam sua prædia fideliter & iusto pretio venderẽt, qui suscepto mandato distulerunt venditionem? vnus eorum, altero tertio absente vendidit alteri comprocuratori.

QVOD POSSIT.

¶LVCIVS reuersus rem suam petit, tanquam secundum mandatum non fuerit vendita, cùm à tribus vendi iusserat: hic proponitur rei vendicatio, vt ff. de rei vendication. l. in rem. quia fines mandati diligenter non sint obseruati, vt ff. mandat. l. diligenter, & ff. de exception. rei vend. l. j. §. 2 §. Celsus Sicut etiam in arbitris dicitur, quorum vnus fuerit absens, cùm in tres fuerit compromissum, sententia non tenet. Item, etiam si de alia re lata fuerit sententia, vt ff. de arbitr. l. si in tres. & l. non distinguemus. §. de officio. Idẽ quoque est in iudicibus delegatis, si vnus absente alio, vel eo die quo debuit, tulit sententiam, vt ff. de iudiciis. l. duo ex tribus. & de arbit. l. sicut. & C. quando prouo. non est neces. l. cùm nõ die quo. l. cùm magistratus. & cùm vnicuique eorũ mandauit vt venderet, ergo videtur prohibuisse, ne emeret. nec enim venditor & emptor, ratione eiusdem rei, quis esse potest, vt ff. de authoritate tut. l. pupillus. §. pupillus. quod ideò euenit, quia duorum rationem nemo sustinet, vt ff. de pactis. l. si plures. vel trium, vt ff. ad Velleianum. l. quãuis. §. si mulieris. nam qui vno modo permisit alienationem, scilicet si venderet, alij altero prohibuisse videtur, vt ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio. l. j. Itẽ cùm testator prohibet libertos suos alienare prædia, quæ eis relinquit, videtur concessisse inter eos alienationem, vt ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. ergo cùm permisit iste vt vẽderent alij, inter eos videtur prohibuisse. nec enim licet de eo quod administrat quis, aliquid emere, vt ff. de contrahenda emptione. l. si in emptione. § fina. Ampliùs dico, quòd istæ tres personæ vice vnius debent haberi, in cuius locum sunt substituti, scilicet venditoris: vt ff. de condit. & demonstrat. l. cui fundus. §. fina. & de collation. bono. l. cùm emancipati. §. si res. sicut ergo quis sibi vendere nõ potest, ita nec eorum alter alteri. Item cùm vnusquisque eorum suscepit mãdatum vt venderet, in hoc sermone ergo eos prolato, non continetur vt quisquam eorum emat, immò, vt extraneo vendat. ff. mandat. si mandauero. § si tibi. nam in generali sermone non continetur persona loquentis, vt C. de solution. l. inquisitio. & ff. commu. præd. l. quicquid, & ff locat. l. qui insulam. §. vlti. & de action. empt. l. si mercede. § si habitatoribus. & de Senatorib. l. j in fin. si ergo vni eorum facta est venditio, meritò non valet, vtputà, cùm alij sit facta, quàm mandato est expressum, vt ff. de contrahen. emption. l. cum seruo. Nec potest dici eius cõsensus sibi prodesse, quoniam maior vẽdidisse videatur, quoniam iure author fieri non potuit, vt ff. de authoritate tutorum. l. j. Item cùm dixit, vt isti tres venderent, ita demum videtur impletum mandatum, si omnes vendiderint, non si vnus, sicut & si solui, vt duos mihi sisteres in iudicio, id quod promisisti, non videris eos stitisse, si vnus eorum steterit, vt ff. in ius voca. vt eat. l. qui duos, nec videtur alienatum, quod ab omnibus non est venditum. argu. simile prædicto, vt ff. de collat. bono. l. j. §. si cum duobus. nec ergo verba illa diuisiuè, sed coniunctiuè accipiuntur, vt simul omnes vendere debeant, argu. C. de impub. & aliis sub. l. quãuis. & l. cùm quidam. sed prætereà omnes consentire debent, quos hoc negotiũ tangit, vt C. de auth. tut. l. vlti. in fi. & C. de omni agro deser. l. quicunq;. & de aqua pluuia. arcend. l. si autem, ne si aliter fiat, non valeat quod agitur, vt ff. de seruit. rusti. prædi. l. per fundum.

EXADVERSO.

¶ECONTRA probatur, hunc mandatorem esse repellendum, quid enim aliud agebat, nisi vt res sua venderetur bona fide, & sibi pretium afferretur? ergo cùm hoc sit factum, irritari non debet, argument. ff. de noui oper. nun. l. j. §. ita tamen quæritur. Item perinde est, ac si quilibet alius bona fide emisset, vt ff. de iure dot. l. cùm in fundo. § quid ergo? Prætereà cùm res ita fideliter sit vendita, ac si omnes tres simul affuissent, de quo conqueri potest? nec enim interest, an idipsum fiat, quod est mandatum, an ei simile, vt ff. mand. l. vlti. §. mandaui. & argumen. C. de condition. institu. l. si pater. & ff. ad Trebellian. l. mulier. & quando dies legat. ced. l. si ita. nec debet quæri quis vendidit, sed an sit vẽditum, vt ff. de verbo. obli. cùm seruus. & C. de precib. imper. offeren. l. vniuersitas, nec prohibetur iste ratione officij emere, maximè cùm alterius procuratoris authoritas interuenerit, argu. ff. de tut. & cur. l. 2. & ff. de autho. tut. l. quinta, & C. de contrahen. emptio. l. cùm ipse. Ampliùs etiam vnus solus sibiipsi bona fide & iusto pretio vendere potest, sicut habetur ff. de admi. tuto. l. quoties. §. sicut. in fin. & l. tutor rerũ, & de vsucap. pro empt. l. 2. §. tutor. Item omnes videntur vendidisse, cùm maior pars hunc contractum inierit, vt ff. de regu. iuris. l. aliud est vendere. §. refertur. ff. ad municip. l. quod maior. ff. de pact. l. & si stipulatio. §. fina. & l. maiorem. sed & suus cõsensus proprius debet prodesse, arg. ff. quod cuiuscunque vniuers. l. planè. Item amplius, si suus consensus ei non profuerit, tamen affuit, nec enim ipse contradixit, & nihilominus maior pars fecisse dicitur, ideóque non minor, sicut & aliàs dicitur aliquid esse iustum, eo ipso quòd non est iniustum, vt ff. de fideicommis. lib. l. si cùm suum. §. si quis seruũ non heredi & eo ipso honestum, quòd non est inhonestum, argu. ff. de condi. cau. da. l. j. & eo ipso locupletior, quòd non est pauperior, vt ff. de solution. l. in pupillo. & gratus eo ipso ꝙ causam ingratitudinis non commisit, vt ff de manu. testamen. l. seruos legauit, & proximus, quem nemo antecedit, vt ff. de verb. signifi. l. proximus. Quid vltrà laboramus? vnius procuratoris consensus sufficere debet, vt ff. de authori. tuto. l. 4. & C. de authorita. tut. l. fina. Item cùm permisit tribus, vnicuique separatim ab aliis fieri venditionem iussit, vt ff. de conditio. & demonstrat. l. falsa demonstratio, & l. cùm fundus. & de legatis 3. l. qui concubinam. §. si Stichus. & de manu. testa. l. si ita fuerit seruus duobus. & ff. de condit. instit. l. si plures, & ff. de heredib. instit. l. hoc articulo, & l. paterfamiliàs, & l. Titius, & l. Cornelius.

SOLVTIO.

¶IN hac quæstione videtur, Io. venditionem non tenere.

SVMMARIVM.

An promittens acquiescere sententiæ datis pignoribus, & iniquè arbitrante, possit agere ac restitutionem pignorum, quasi in causa propria laudauerit.

Quæstio 61.

CVM Gaius Seius Titium offendisset grauiter, nec aliter ei reconciliari posset, dedit pignora in manibus eius, scilicet Titij, quòd eius staret mandato: Titius verò pignoribus acceptis non misericorditer cum Gaio agens, iniquam contra eum tulit senten-

sententiam.nunc Seius præcepto stare nolens Titij,dictum Titium ad pignorum restitutionem arctare intédit. Quæritur,quid iuris sit. proponitur rei vendicatio.

QVOD NON TENEAT.

¶QVOD Gaij sententia non teneat,imprimis probatur ea ratione,quia Titius iustam causam retinendi non habet,cùm in sua causa iudex vel arbiter esse non potuit,vt C.ne quis in cau.sua.l.4.& ff.de arbitr.l. penul.& de autho.tut.l.j.Verum est in rebus fauorabilibus fauoris causa, vel in accidentalibus, vel in sacraméti delatione,vel vbi iudex impropriè dicitur arbiter.Item alia ratione,scilicet quia duplici quis non potest officio fungi,vt ff.de pact.l.si plures,& ad Trebell.l.ille.§.tempestiuum,& C.de assess.l.fi. Item non valet arbitrium,quia fuit iniquum,vt ff. de ope.liber. l.si libertus.vnde dico in quæstione ista, ad boni viri arbitrium eam esse reducendam, vt ff.pro socio.l.societatem.ff.de regul. iur.l.in personam.§. generaliter. & ff.manda.l.creditor.§.fi.nec ideò tenet arbitrium, quia aduersarius consentit, quia consentire non potuit,vt C.de iureiur.pro.cal.l.2.vt ff.de postul.l. quos, quia nullum fuit propter factam irregularitatem,scilicet quia non fuerunt tres personæ,vtriusque scilicet litigatoris,& iudicis,vt C.de testib⁹.l.si vnus, & ff.de transact.l.cùm hi.§ si prætor.& ff.famil.ercisc und.l.in hoc. Item cassabitur arbitrium,quia non fuit in personam legitimam compromissum, vt ff de arbitris.l. Pedius,& C.de arbitris.l.sancimus. sic arbitrium erit, vt bono viro conueniat,ff.loca.l.si mihi,& de regulis iuris.l.in persona.§.j.& ff.de pigno.actio.l.solutam.§. si vni.si ergo,vt probatum est, nõ valet arbitrium, nec valebit obligatio pignorum:quia si non tenet principale,nec accessorium,vt ff.de regul.iur.l. cum principalis.nanque quod est minùs legitimum, pignore vel stipulatione confirmari non potest,vt ff.de pigno.act. l.solutum.Nec valebit iure pacti,si non valet iure arbitrij,vt ff.de iur.codic.l.j.& ff.de constitu . pecun.l.j. §.an possit,& C.de donatio.ante nuptias.l. qui spóte.

EXADVERSO.

¶ECONTRA iusta,népe pro se allegat Lucius, quia tenuit compromissum,licèt de re sua factum, vt C.de fideicommis.l.fi.& C.de dona.ante nup.l.2.Item quia potuit non obstante quod dictũ est, duplici fungi officio,vt C.de fideicommis.l.final.& C. de donat. ante nup.l.2.& ff.de offi.præsi.l.præses, & ff.de adopt. l.si consul.& ff.de contrahen.emp.l.fistulas.§.j.& pen. Item valet arbitrium licèt iniquum, quia compromittenti est imputandum cur compromisit in aduersariũ, vt ff.de arbitris.l.deinde.§.2.& ff.si mens.fals.mo.dixe. l.j.§.hi. Item tenet iure pacti,licèt non ratione arbitrij,vt ff.de pactis.l.si vnus.§.j.& ff.de action.l.si accepit,& ff.de adimen.legat.l.legatum.§ pactum.Præterea valet,licèt non aliquod †. quia consentit aduersarius,C.de iurisdictio.omnium iudicum.l.j.& C. com. vtriusq.iud.l.j.valet quoque arbitrium,licèt irregulare fuerit cõpromissum,vt C.de appel.l.j.& instit.de inutil.stipula.§.item.Sed si non valeat,qui tamen compromisit,aliter agendo repellitur,vt ff.de ser.rust. prædio.l.per fundum,& ff.de adop.l. per mortem,& ff.de donatio.l.quoniam.¶Item aliter repellitur, quia contra legem commisit,quæ tale compromissum vetat,vnde possidentis conditio melior est,vt ff.ne quis eũ qui ius voc.l.j.&2.& ff.de regulis iuris.l.cum par. vel si cõfirmatum non dicatur,valebit tamé sine principali accessorium,vt C.de prædiis mino.l.& si is, C.de bonis mater.l.j.& ff.de arbitris.l.si pupillus.& C.de nuptiis. l.2. Immò debet confirmare principale accessorium, vt C.si seru.extero.¶Item quia illius arbitri personã reprobare non debet,quam solùm semel probauit, & sibi placuit,vt ff.de nego.gest.l.Pomponius.& qui satisd.cog.l.si arbitrio,& in authen.de exhib.& introd. re.§.sancimus.

SOLVTIO

¶POSSET distingui, vtrùm hic qui compromisit,erat iurisperitus, & sciebat in illum compromitti non debere,an ignorabat: sciẽti noceat, ignorãs nihil sibi præiudicet,vt ff.de oper.lib.l.Campanus,& si quis caution.l.fi.& l.& si.§.fin.& ff.de iudic.l.2.& ff.ad Velleia.l.si decipi,arg.ff.de acceptil.l.an inutilis.

SVMMARIVM.

An coheres,rei alienæ in diuisione alteri obueniẽtis,promissa euictione,si eidem coheredi obligato de euictione,titulo permutationis traditur, alisquo non dicto de euictione,si euincatur, conueniri possit ab eo de euictione.

Quæstio 62.

SVCCESSORES in communi hereditate possidentes,rem alienam scienter detinebant: postmodum cum inter eos dictaretur iudicium,res illa vni ex eis adiudicata est,præstita tamen sibi à coherede euictionis cautela.modò,procedente multo tempore,inter se permutauerunt,& qui rem illam acciperat sub euictionis cautela, dedit illam ei qui sibi de euictione promiserat, nulla euictionis facta mentione. postmodùm res euincitur:coheres qui tradidit, de euictione conuenitur.Quæritur,quid iuris sit.proponitur actio præscriptis verbis.

QVOD HABEAT LOCVM.

¶QVOD locum habeat,probatur C.famil.ercisc. l.si familiæ,& C.de rerum permutatio.l.2. Nec obstat quòd rem alienam sciuit,quia de euictione sibi cauit. & si non expressum fuit,tamen tacitè,nimirùm pactio semel in contractu durat apposita,& si per plures personas res ambulauerit sine lege consimili,vt C.si mancipi.ita fuer.alien.l.2.ff.de minorib.l.sed vbi,& C.de impo lucr.descript.l.prima.¶Item pactum apposium in primo,tacitè repetitum videtur in cõtractu secundo, vt ff.de pactis.l.4.& ff.de condition.instituti.l. cùm seruus.& de instru.leg.l.3 & de vulga.& pupilla.subst.l.si plures. ¶Item dicat coheres à quo euictum est,quod me tibi præstare æquũ tibi visum fuerit, & in tua persona seruare debes,vt ff.quod quisque iuris,l.j.& ff.de pactis.l.cum eo,& C.de testibus,l.si quis.id est, quod statuitur in vno,statui quoque debet in eius cõtrario, vt æqualitas vtrobique seruetur,vt C.de donatio.ante nuptias.l.fin.& institut.locat.§.illud,& C.de legit. heredi.l.leg.12.¶Item ad minus ad pretium,licèt propter scientiam,non ad interesse,vt C.commis.de lega. l.fina.& ff.de action.empt.l.ex empto.§.fin.nam & malæfidei emptori pretium restituendum est ergo & malæfidei permutatori,vt ff.de rescindenda vendition.l. j.& ff.quæ in fraudem credit.l.si debitor,& C.mand.l. per diuersas.

EXADVERSO.

¶ECONTRARIO videtur posse conuinci, cõheredem istum non teneri, & imprimis ea ratione, quia sciẽter tradidit alienum,nec specialiter euictionem promisit,vt C.de euictio.l.si fundum, & C. cõm. vtriusque iudic.l.3.& l.si fratres, & ff.de actionibus. empt.l.fin & ff.de pignor.actio.l.si minor. Nec obstat quod dictum est,pactionem semel appositã durare, licèt res per plures manus ambulauerit. loquútur enim illæ de pactionibus iure appositis,quæ cum re ambulant.personarum enim pacta non transeunt à persona

in personam, nisi specialiter transferantur, vt C. de cõtrahen. emptio. l. fin. & ff. de annu. lega. l. Stichus. § j. & C. locat. l. emptorem. ¶ Item quod de repetitione dicitur, nõ obstat, quia locum non habet in voluntatibus, sed cum annua repetita videtur, vt specialiter fieret agebatur, quod hic non fuerat specialiter comprehẽsum, vt ff. de verborum obligatio. l. quicquid. & ff. sol. matrim. l. fina. § de ea. quod enim expressum cuiquam prodest, id taciturnitate traditur eidem obesse, vt C. de condi. & demonstr. l. si repe. & ff. de except. rei iudi. l. si mater. § j & ff. de contrahen. emp. l. Labeo. & l. si in empt. ¶ Item coheres tenetur euictionem præstare, igitur ab eo eam ipse repetere non debet, vt ff. de euictio. l. fundum. l. Seia. nec enim ab eo defensionem postulare debet, quam ipse defendere tenetur, vt C. de euict. l. siue possef. & in auth. vt differ. iud. § j. coll vlti. qui enim alios instituit, ipse ab aliis institui nõ debet: vt ff. de eden. l. si quis. § prætor. & ff. de iniur. l. sed si vnus. § si seruus. & in auth. de sanctis. episc. circa princ. sed nec obstat parilitas, quæ opponitur, quia nõ vtiq; seruatur, nisi vbi euidens æquitas hoc exposcit. nam ecce furiosa non repudiat, sed repudiatur, argumẽ. ff. de repud. l. 4. actor instrumenta exhibet, licèt non sibi exhibeantur, vt C. de edend. l. qui accusore. l. non est nouum. seruus non denunciat, sed ei denũciatur, vt ff. de noui operis nuncia. l. de pupillo. minor nunciatione obtinet, sed si nunciatur, non succumbit, vt C. de procurat. l. non idcircò, seruus quoque non agit, licèt conueniatur, vt ff. de furt. l. eum qui. sic ergo iste posset agere, sed non conueniri, cùm ipsum euictionem non promisisse conuincitur.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur hæc sententia in hoc casu verior esse, scilicet euictionem non deberi, quia scienter accepit alienũ, nec specialiter stipulatus est, vel altis pareret: tum quia ab eo accepit, cui ipse de euictiõe promisit, vt ff. de euictionib. l. si fundum, & l. si seruus. & l. si ei.

SVMMARIVM.

An mutuans pecuniam ei quem malè cõsumpturum putabat, licèt euentu aliter successerit, habeat pecuniæ mutuatæ repetitionem.

Quæstio 63.

MVTVAM pecuniam tibi consumpturo malè, vt putabam, credidi: sed tu meliori vsus consilio, bene consumpsisti. nunc certi condictionẽ ad petendam pecuniam contra te intendo. Quæritur, quid iuris sit.

QVOD POSSIM.

¶ QVOD possim agere, sic probatur, scilicet quia nõ debes cum aliena iactura locupletior fieri, vt ff. de condiction. indebit. l. nam & hæc natura, & ff. de insti. l. si quis. § pen. & ff. de iure dot. l. iure § 2. & l. quoties. licèt enim aliàs non deberes, tamen quia factus es locupletior, debes, vt ff. de negotiis gestis, l. si pupillus. ff. de tribut. l. 3. nimirùm mutuum & alij contractus reconciliantur ex post facto cõsumptione, licèt non tenuerint ab initio, vt C. de nuptiis. l. & si cõtra, & ff. de fideiussoribus. l. si quis pro eo. & ff. si certum petatur. l. rogasti, in fine. & l. si furiosus. l. non omnis. ¶ Item quia non videtur datum consumpturo, quod consumptum non est, licèt consumendi habuerit voluntatem, vt ff. de seruitu. l. si quis vxor. § si quidem. § neque verbo. non enim sola nuda cogitatio vel voluntas sufficit, si non sequatur, euentus, argumen. ff. quod quisque iur. l. j. in fi & ff. de iureiur. l. item. § si causa. & ff. de verborum signi. l. sæpè ita comparatum.

¶ EX ADVERSO.

¶ QVOD non posfit agere, sic probatur, scilicet quia ad turpem causam fuit mutuata. Ergo non tenet mutuum tale, ergo ex eo non agit, vt ff. vi bono. rapto. l. non prodest, & ff. manda. l. si remunerandi. § rei turpis. & ff. de verbo. oblig. l. generaliter. nec obstat quòd iste bene consumpsit. quia non accipientis bonum, factum attenditur, vt ff. de testamen. milit. l. 3. § in bello, & C. de negotiis gestis. l. fina. & de postu. § item. nempe sufficit, quòd semel fecerit malè, vt ff. de furtis. qui mente, nec obstat quòd damnificatur, quia est quod sibi debeat imputari, vt ff. de regul. iuris. l. quod quis ex culpa, & ff. quod metus causa. l. si mulier. & ff. de nego. gestis. l. & si. cùm pecuniam dederit consumpturo, vt ff. de mino. l. quòd si. § penul. & ff. de aleæ lus. l. eũ qui. Bulgarus creditori indulget.

SOLVTIO.

IN hac quæstione posset distingui, vtrùm causa talis fuit expressa: turpiter videtur datum & acceptum, & ideo repetitio non competit. si verò non fuerit expressa, & pecunia bene consumpta, teneatur debitor, quia expressa nocent, argument. ff. de pact. l. si vnus. § illud. pœnam enim cogitationis nemo patitur, vt ff. de seruit. l. j. & ff. de condi. & demonstr. l. non vnquam. & & ff. de pœn. l. cogitationis.

SVMMARIVM.

An emphyteuta cadat in totum vel in partem, si frater cesset in solutione canonis per biennium, & alter offerat soluere partem cessantis, ecclesia nolente recipere.

Similis est quæstio suprà nimirùm 17. in numero.

Quæstio 64.

DVO fratres cùm fundum in emphyteusim accepissent ab ecclesia communiter, scilicet, sub certa annua pensione. nunc verò vnus de fratribus in pensionis præstatione cessauit per biennium, altero partem suam offerente, ecclesia ton tamen recipiente. Quæritur, an ecclesia posit vtrunque defraudare. proponitur actio condictionis ex lege.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD posit, imprimis ea ratione cõuincitur, quòd pensionis particulariter non cogitur recipere solutionem, argument ff. de vsur. l. tutor. § j. & ff. de act. empt. l. Iulianus § offerri. & ff. de statulibe. l. 4. § si decu. sic ergo vel vterque, vel alter totum debuit soluere. si vellet se à legis laqueis liberari, vt ff. famil. ercisc. l. heredit. § nulla & C. de distractio. pigno. l. quandiu. l. vnus, & C. de episco. & cleri. authen. qui rem. Nimirum nec aliquid solutum videtur, dum totum non inuenitur esse solutum, argum. ff. de verbo. signific. l. soluendò. & ff de damno infect. l. iusta. & ff. de edend. l. j. § edere. & C. ad Syllan. l. si.

¶ EX ADVERSO.

¶ QVOD verò expelli non debeat ille, qui partem suam soluere fuit paratus, argum. in auth. de duo. reis pro § fin. & ff. de condi. & demonstra. l. iure, & ff. quibus modis pign. vel hyp. l. item. § j. item quia partem cuiusque, ecclesia tenebatur ab vnoquoque accipere, vt ff. de condi. & demonstra. l. si quis leg. & l. cui. ¶ Item non debet obesse alteri fratri, consortis sui negligentia vel desidia, vt ff. quæ in fraudem credi. l. pupillus, & C. depositi. l. fin. & ff. de noxa. actio. l. electio.

§ si absente,& C.de admin.tuto.l.1.& C. de probatio. l.ex persona,& ff.de rebus ad ciuitat perti.l.1. & C.de pericul.tutorum.l.2. ¶Item quia hac ratione maleuolis absentibus tribueretur occasio malignãdi, vt ff.de consortib eius litis.l.1 & C.quando & à quib. quarta pars per l.2. Præter hæc,quia non debet alteri per personam alterius iniqua conditio afferri,argumen. ff de regu.iur.l.non debet nec debet vlterius progredi metus,quàm reperiatur delictum,argum.in authẽ.vt lic. mat.& aui.§.causas.& in authen.vt non fi.pig. pro al §.non enim,& C.de pen.l.sancimus,& C.de his qui latro.l.fi.nempe alterius dolus,vel desidia nedùm ecclesiæ,sed nec vlli debet esse lucrosa arg.ff.de actio.emp. l.sicut,& ff.quando ex fact.tut.l.dolus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguendum,vtrum in emphyteusim acceperint ambo, an simpliciter & pensionem promiserint,an quisque in solidum:si simpliciter, quilibet duntaxat pro parte tenetur, nec propter non solutam pensionem vnius,valet alter expelli, si eius partem soluere sit paratus, vt C.locat.l.si diuisa, & C.de duobus reis.l.2.& C.de diuidend.tu.l.si tu.& C.quod quisque iu.l.1.2.& 3.Sed hodie videtur correctum, per auth.de duob.reis.

SVMMARIVM.

An ingrediens monasterium cum bonis suis absque vxoris voluntate, si ab vxore reuocetur à religione,bona oblata monasterio repetere queat.

Quæstio 65.

QVIDAM ingressus monasterium cùm rebus suis sine volũtate vxoris,ab vxore legitimè reuocatur, & contra monasterium res petendo agere intendit Quęritur,quid iuris sit. Proponitur rei vendicatio,vel condictio sine causa.

QVOD POSSIT.

¶QVOD agere possit cum effectu, prima ratione probatur,quia ingressio nulla fuit,quia contra leges facta,ergo sequutum ex eo,vel ob id,nullius debet esse momenti,vt in l.non dubium.C.de legibus. nempe si non teneat principale,nec accessorium,vt ff.de regulis iuris.l.cùm principalis.nec ergo debet repelli propter ingressum,cum non tenuerit,vt C. de vsur.l.eos. & ff.de acquirenda hereditate.l.is qui.& ff.quorum lega 1.§.prodest,& C.de trãsactionibus.l.si causa. Secũdò,quia voluit monasterium habere vt monachus fieret:si ergo non potuit monachus fieri,nec bona habebit monasterium tanquam monachi,vt ff.de iure cod. l.1.& ff.de constituta pecunia.l.1.§ 1. ¶Item quia in isto ingressu tacita conditio est, vt ita demùm teneat bonorum datio, si monachus factus fuerit, & ingressus tenuerit,argument.ff.de noui operis nuntiation.l.stipulatio ista.§.2.& ff.de iure dot.l.stipulatio.§.2.Quartò,si id quod fecit,pro parte irritatum est,debet in totum irritari,aut enim quod fecit, totum valere debet, aut nihil:vt ff.pro derelict.l.2.nempe ratione partis vitiosæ,etiam quod est licitum,cassatur, vt C.de ædilit. edicto.l.si apud.& de vete.iur enucle.l.1.§ cum verò. Quintò,quia mera ratione non videtur intrasse, cum non tenuerit ingressus,argument.C.si mancip. ita fu. l.ea quidem.& ff.de conditionibus & demonstrationibus.l.hæc conditio.Sextò,quia absurdum est,monasterium habere emolumẽtum,cùm nullum sentiat detrimentum,vt C.de caducis tollendis.l.1.§.sin autem.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO dicitur,ipsam repellendã à petitione bonorum, licèt non tenuerit ingressus monasterij,argument.C.de repud.l.virum.l.& si.nec est infirmatum subsecutiuum, licet non teneat principale, argumen.C.de bon.mat.l.1. Item vnum sine altero esse potest,ergo non si vnum cassatur,& reliquum,vt C. de probationibus.l.ad probatio.regulari er enim traditum est,aliquid per aliud impediri non posse,argumen.ff.comm.prædi.l.proprium. Præterea potest dici, vtrunque, scilicet ingressum, & bonorum dationem, principalem esse.non igitur vna infirmata,debet altera infirmari:nimirum generaliter traditur cõtractum vtilem per inutilem non vitiari,vt ff.de verborum obligationibus.l.1.§.stipulatio, & ff.si certum petatur.l. certi.§.quoniam. Præter hæc,cum voluerit monasterium habere bona,etiam si nõ sit monachus, quia hoc esse potuit,argu.ff.quibus mod.pign.l.1.nec enim totũ debet irritari quod fecit ratione partis vitiosæ, argu. ff.famil.erciscundæ.l.fina.licitum est enim pro parte, quod in solidum non liceret, argum.ff.de contrahen. emptio.l.si quis donat. ¶Item valet ingressus,quãtum ad translationem bonorum, licèt nõ valeat aut teneat respectu personæ, in authentic.de sanctiss. Episco.§.si quis. Sicut enim quædam per se inutilia sunt,alia tamen ratione valent,argumẽ.ff.de vsucap.l.cum à quo, & ff.ad Trebellian.l.ex facto,in principio ¶Item sufficit,quid esse factum de facto, licèt in iure non sortiatur effectum,argum.ff.de statu lib.l.penulti. nec enim plus iuris habere debet,quia minùs legitimè intrauit, vt ff.de donat.inter vir.& vxo.l.3.& ff.ad Turpil.l.1. §. accusat.sed etiam cõtractus aliàs inutilis,vtilis est tamen ad repellendum contrahentem,arg.ff.de adopt.l. post mortem,& ff.de donat.l.quidam.

DISTINCTIO.

¶IN hac quæstione videtur posse distingui vtrùm simpliciter fuit monasterium ingressus, an specialiter sua obtulit:in primo casu etiam irritato ingressu, etiã bona reuocantur quæ transierunt:in secundo, nequaquam,argu.C.si pend.appella.mors inter.l.3.& ff.de arbit.l.ait Celsus,& ff.de verbo.oblig.l.1.§.si quis.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguendum, vtrùm credebat sibi non licere.an sciebat sibi non licere. In primo casu,valeat etiam bona reuocare,in secundo nequaquã, quia videtur velle donare,argumen.ff.ad Velleianũ.l. si decipiendi,& ff.de ope.lib.l.campanus. Etiam vtiliter adhuc videtur distinguendũ,vtrum expressit causam quare bona dabat,an non.In primo casu reuocantur.In secũdo,minimè,vt C.de transact.l.cùm donat, & de cond.cau.dat.l.si pecuniam.

SVMMARIVM.

An nepos ex fratre præteritus, vnà cum matre tacente,& consentiente,agat contra patruum pro sua virili portione,dicendo testamentum nullum.

Quæstio 66.

CVM esset consuetudo in prouincia de matribus non instituendis,contingit, quòd aliquis habẽs matrem,& fratrem,& filiós alterius fratris, decessit testamẽto condito in quo fratrem de omnibus bonis suis instituit,matre & filio alterius fratris præteritis. Nunc mater testamento filij nihil obicit,immò tacet,nec consentit,nepos verò, id est, filius fratris,contra patrui testamentum agere intendit, vo-

lens cum eo viriliter ab intestato succedere, dicens testamentum nullum esse. Quæritur, quid iuris sit. proponitur petitio hereditatis, vel famil. ercisc. si coheres confiteatur.

QVOD HABEAT LOCVM.

¶QVOD petitio hereditatis locum habeat, videtur probabiliter posse conuinci. Imprimis ea ratione, quia testamentum nullum fuit, nimirùm sicut pater vel mater filium, ita filios eos ecôtrà instituere, vel exheredare compellitur: alioquin cætera institutio inutiliter tenebitur, vt ff. de inofficio testamen. l. Papinianus. l. nam & si. & in authentic. vt cùm de appella. cog. §. & hoc quidem. ¶Item alia ratione probatur, quia testamentum non est factum communi modo: nec enim, qui institui vel exheredari debuit, in eo est institutus vel exheredatus, ergo nullũ fuit ab initio testamentum, nempe nihil interest, vtrum quid non fiat, an non eo modo, vt ff. de iureiurand. l. videamus. & C. de negotiis gestis. l. fin. & C. de sentent. & interlocuto. l. j. vel ordine quo debeat, vt C. de senten. & interlocut. l. prolatam, & ff. de except. rei iudi. l. j. & ff. de vulg. subst. l. 2. Præter hæc alia ratione inualidum est, scilicet quia contra legem, quæ parentes institui vel exheredari iubet, est factum, quod sic probatur: non est factũ secundum quod lex iubet, ergo contra, vt ff. de regulis iur. l. qui non facit. & ff. quæ in fraudem cred. l. quæ in fraudem, & ff. de iure patr. l. ingratus. Immò est secundũ quod lex prohibet fieri, ergo est inutile & cassum. sufficit enim legislatori, prohibuisse quod fieri non vult, vt C. de legib. l. non dubium. ¶Item in lege continetur, euacuato testamento, rescisso testamento, vt in auth. vt cùm de appella. cog. §. sin autem. quod autem est euacuatum vel rescissum, amplius euacuari vel rescindi non potest, vt ff. de iniust. rup. testa. l. nam & si, & ff. de ædil. edict. l. bouem. §. si. & ff. de arbitr. l. si duo. Ex his ergo patenter ostenditur, testamentum nullum esse, igitur filius fratris, cum mater se admitti non vult, vtiliter admittetur, vt in auth. de hered. ab intesta. §. 2. nempe pars nolentium accrescit volẽtibus, vt C. quãdo non peten. par. Non obstat quòd mater suo iure nõ vtitur, semel enim ipso iure irritum testamentum, ex post facto non potest conualescere, vt C. de postul. j. & l. 2. & ff. de solutio. l. qui res. §. aream. hic nepos per matrem admittitur licèt ipsa non succedat, vt ff. de inoffic. testam. l. 6. §. 2. & in authenti. de natural. lib. §. item, quia exheredationes adiuuandæ non sunt, vt ff. de lib. & posthu. l. cùm quidam.

¶EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, quòd hic fratris filius admitti non debet, ea scilicet ratione, quia patruus alium, & honestam personam instituit, ergo hic eius nepos, vt ita dicam, manifestè repellitur. nam & pater eius repelleretur, vt institut. de inoffic. testamẽ. §. j. Nec obstat quòd de matre pręterita obiicitur, quia præteritione, vel exheredatione testamentum ipso iure non irritatur, sed per sententiam, si præteritus, vel exheredatus, hoc voluerit. simile C. de inofficioso testamento. l. sancimus, & C. de rescindend. venditio. l. j. ¶Item solæ matri, quæ præterita fuit, iniuria facta est, ergo ei soli, non alij, querela talis competet, vt ff. de cõiung. cum emancip. lib. l. j. §. emancipatus, & ff. famil. ercíscundæ. l. si filia. & ff. de legat. præstand. l. is qui, & C. de inofficioso testamen. l. Papinianus. in princip. & l. quia non debet. Præter hæc, causa præteriti vel exheredati dictum est testamentum euacuandum, ergo tãquam suo iuri renunciare potest, vt ff. ad l. Falcidiã. l. potest. ff. de iniuriis. l. si filius. ¶Item propter matrem præteritã ipse non admittitur, quia eius iniuria ipsum non cõtingit, vt ff. de euiction. l. si per imprudentiam, & ff. de damno infecto. l. si filius. ¶Item quia speciale beneficium matris, personale cùm sit & æquum, eam non transgreditur, vt institut. de iure natural. §. sed quòd principi, & C. de legibus. l. 2. ¶Item valere debet testamentum ęquitate naturali, quia mater suo iure nõ vtitur, vt ff. de excep. rei iudi. l. 2. cùm enim potestatem habuit infirmandi, ergo & cõfirmandi: quia eius est velle, cuius est nolle, vt ff. de regul. iur. l. 4.

SOLVTIO.

¶PLACENTINVS dicebat, testamẽtum ipso iure irritum, si tamen is, cuius fauore id proditum est, hoc facere voluerit, argum. ff. de iniust. rup. testamen. l. filio. cuius ego legis sententiam sequẽdam esse pronũcio, & ob id patruum à petitione sui nepotis, id est, fratris filij, absoluo.

SVMMARIVM.

An pactum factum inter fratres, quòd castrum ad masculos tantùm perueniat, includat sororem institutam, nulla existente sobole.

Quæstio 67.

LVCIVS & Titius cùm hereditatem communẽ diuidere vellent, habentes castrum in hereditate, quod toti dominabatur hereditati in diuisione, pactum fecerunt, vt istud castrum nunquam ad filias perueniret, sed ad filios tãtum semper deueniret: factum est autem, quòd dictum castrum ad Titiũ peruenit, qui relictum filium in omnibus heredem instituit. procedente verò tempore filius sine prole decedens, sororem suã tam in hoc castro quàm in omnibus aliis, heredem instituit. Nunc eam patruus de castro conuenire intendit. Quæritur, quid iuris sit. proponitur actio præscriptis verbis vtilis in rem.

QVOD POSSIT.

¶ET quòd possit actor cum effectu agere, manifesta ratione probatur, scilicet quia hoc pactum fuit in diuidendo appositum, & licitum, ergo seruandum, & ideo præscriptis verbis generat actionem, vt C. famil. ercisc. l. si familiæ, & C. de pact. l. in bonæ fidei. Quòd fuerit licitum, sic probatur: scilicet quia nulla lege inuenitur prohibitum, ergo est licitum, argument. ff. de procura. l. inuitus, & ff. de condit. ob turp. cau. l. j. & ff. de accusat. l. qui accusare, & ff. de fideicommiss. libert. l. si cum. ¶Item licitum probatur ex causa, scilicet ne quandoque ad extraneos per fœminas castrum perueniret, ergo seruandum, quia sui iuris conseruandi gratia, & damni repellendi, licitum dicitur, quod aliàs esset illicitum, vt ff. de aqua pluuia arcend. l. j. §. denique. & ff. de iniuriis. l. si cum seruo. l. si quidem liber. Nec obstat quòd videatur de futura succesione. quia quãdoque pactum tale valet, maximè illud de futura succesione, secundum P. argument. ff. pro socio. l. 3. §. de illo. & ff. de actio. empt. l. si quis serui. ¶Item aliter probatur, quod valeat hoc pactum, licèt videatur de succesione futura. Valuisset enim pactum tale, ne mulier tibi alienaret, vt argument. ff. de instito. l. sed & si. §. conditio, & ff. de contrahenda emptione. l. cum seruo. ergo debet valere, ne vnquam mulieribus relinqueretur: nimirùm alienatione prohibita, omnis alienandi species prohibita videtur, ergo & institutio, vt C. de rebus alienis non alienandis. l. fina. & in authen. de non alien. seu permut. §. ideo autem coll. 2. Præter hęc non obuiat alio modo, quia quod dicitur pactũ de futura succesione nõ valere, loquitur de expresso. istud autem fuit tacitum: nempe licitum est tacitè, quod nõ licet expressum, vt ff. de pactis. l. si vnus. §. illud. & ff. de regulis iuris. l. actus, & l. expressa. & ff. de verborũ obligatio-

ligationibus.l.eum qui.& l.antepenultima.¶Item loquitur de speciali,hic autem stetit in generali nomine:nimirum,licitum est in genere, quod per speciem non liceret, vt ff.de damno infect.l.plures.& ff.de quæstionib.l.j.& ff.de testam.tut.l.si cùm tutor. Tu igitur aduocatus,istius partis adiutor & fautor, diligenter inspicies quæ partem tuam iuuare videntur. Ex his ergo patenter ostenditur tale pactum fore honestum & licitum, ergo seruãdum tam à contrahentibus quàm ab eorum heredibus,cùm fuerit tale.In pacto enim testatoris tacitè persona continetur heredis,siue personale ius fortè dicatur generaliter deduci in cõtractũ, vel specialiter agatur,vt ff.de verborum oblig.l. stipulatio ista.§.quæsitum.& ff.de probation.l. si pactum.& C.de pigno.action.l.si necessaria.nec enim plus debet licere heredi,quàm licuisset defuncto,et ff. de verborũ obliga.l.a.& ff.quarum rerum act.non da.l.j. Ex his & multis aliis concludit Lucius,filiam fratris sibi in castri restitutione condemnandam.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur,huiusmodi pactũ nõ valere.Imprimis ea ratione, quia fuisse videtur de futura successione,vt C.de pactis.l.pactum quod.& l.fin.& C.de inoffic.testa.l.si quando. ¶Item alia ratione non valet,quia iniquum est,& nimis graue & indecens esse videtur,vt cuique ingenuo homini maximè circa vltimam dispositionem rerum suarum denegetur libera facultas.arg.C.de pactis.l.pactum quod,& ff.si quis à patr.fuer.man.l.a.Est quoque ratio fortior, quæ pactum videtur infringere,scilicet quia posset ad iuris impossibilitatem tendere,si poneres filiam paciscentem superstitem tantum decessisse,& nihil ei amplius tempore mortis nisi hoc castrum in bonis remãsisse.sic enim contingeret,filiam à bonis prorsus, nulla culpa interueniẽte,defraudari posse:quod esset absurdissimum:ergo repellendum.dicitur enim quid illicitum : quia ex eo absurditas euenire posset, vt ff.de pœnis.l.si quis alij.§.qui arbor.& C.de furtis.l. si quis seruo.¶Item si hoc pactum valeret,aliud sequi posset inconueniens, videlicet quòd iam inuentus esset nouus modus parentibus,per quem impunè filias etiam non ingratas possent à sua hereditate repellere, quod expressa voce legis prohibitum est : ergo & istud debet prohiberi , quia per hoc perueniretur ad id quod prohibitum est,vt ff.de tuto.& cura.l.scire. & de lega. 3.l.cùm quis.§.penulti.& C.de natur.lib.l.legem. ¶Itẽ inuenitur quid prohibitum,quia quandoque malignã di posset præbere occasionem,argumen. inst.vi bono. rap.§.sed ne,dum.& ff.de re mili.l.officium.& ff.de iureiuran.l.3.circa princi.Nec obstat quod dicitur in re minima factum, quia quod totum facit denegata pactio,vel tantùm facit,si in ea re de qua quæritur,denegata sit potestas,ar.ff.de adm.tu.l.si duo.& ff.de acqui. her.l.si seruus eius.& ff.de solutio.l.quæro.¶Item & si videatur quòd valuerit pactum illud, tamen in persona paciscentis finitũ est,quasi debeat interpretari personale,nempe non posse quandocunque res suas alienare, est pœna.& interpretatione legum, pœnæ sunt, potiùs molliẽdæ, quàm exasperandæ,vt ff.de pœnis.l. interpretatione.& ff.soluto matrimon.l.si verò. & hic enim certum est,quòd heredis persona non fuit pacto inserta,sed si dubitetur,præsumendum est , nõ esse insertam:& hoc ideo,quia benignius est, patris vel fratris successionem,filiæ vel sorori non auferendam, & dubia semper in benigniorem partem sunt interpretãda,argumen.ff.de pact.l.maiores.& ff de regu.iur.l.ea quæ.& C.qui bonis cede.poss.l.cum solito.Vel dicendum est,vt videatur alienatio inter viuos inhibita, nõ autem facultas testatori denegata,arg.ff.de leg.3.l.pater.§.Iulianus,quia quædam cum vniuersitate transeunt,quæ aliàs transire non possunt, vt ff.de acqui. re. domi.l.quædam.& ff.de re milita.l.milites.& ff de decurio.l.decurio qui.Ex his ergo omnibus patenter ostenditur,vel pactum non valere,vel heredem non adstringere:vnde videtur hęc soror instituta,à patrui petitione absoluenda.

DISTINCTIO.

¶VIDETVR posse distingui, vtrùm pacto adiecta esset stipulatio,an non, vt si esset adiecta , pareret actionem:alioquin,non,vt ff.de religio.& sump.fune. l.quòd si locus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentẽtię; huiusmodi pactum nõ valere,tum quia videtur de futura successione, & cesset facultas interdicens: tum quia posset ad inconuenientiam & absurditatem tendere,vt suprà satis probatum est,vnde pronuncio istã à patrui petitione absoluendam.

SVMMARIVM.

An venditio facta de prædio,lege apposita ne alienetur alienatiõe subsecuta. præstet actionem aliquã contra emptorem,vt restituere teneatur;& quam.

Quæstio 68.

PRAETVLIMVS huic similem quæstionem disputandam,vẽdidi tibi prædium ea lege,ne tibi facultas alienandi competeret,tu verò vendidisti & tradidisti. Quæritur,an mihi cõtra emptorem talis prædij vlla possit competere actio. Proponitur vel vtilis in rem,vel præscriptis verbis.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD vendicatio mihi competat,sic probatur. Venditio prohibita est à contrahente,ergo à lege , vt C.de reb.alie.non alien.l.fi.ergo si fiat cõtrà , nõ valet venditio:& quicquid sequitur ex eo vel ob id cassum quoque & inutile est,ergo & traditio, vt in l.non dubium.C.de legibus,& insti.de interdict.§.si aduersus, & C.de nupt.l.ex rescripto. ¶Item quia hic alienãdi prohibitio in re ipsa videtur apposita. vnde onus rei ad quemcũque deuenerit,ambulabit , sicuti pactio de non petendo,vel manumittẽdo vel non, vel legis commissoriæ,vel adiectiõis in diem,argum.C.si manu. ita fu.ali.l.j.& ff.de in di.adiec.l.4.& C.de pact.int.empt. l.commissoriæ.¶Item vendicare illa ratione possum, quia sub quadam conditione videor dominium trãstulisse,scilicet si pactio fuerit obseruata : vnde ea non obseruata,tanquam conditione deficiente , ad me redit dominium,argum.C.de pact.inter emp.l.certè, & ff.loca.l.quæro.§.pater.& C.de dona. quæ sub mo.l.j. ¶Item in hoc expresso pacto de non alienando , aliud pactum intelligitur , scilicet de re mihi restituenda si contrà fiat,arg.illius l.non dubium.nam voluntas expressa,impedit alienationem,quia prohibitio tacitum inducit fideicommissum,vt C.de fideicom.l. quamuis. & ff.de legat.3 l.is qui,& leg.2.l.cùm pater.§. libertis. ergo tacitum pactum facit rem subiacere restitutioni.prohibetur igitur alienatio:& si contra fiat paciscẽti,dabitur vendicatio,vt C.cõmu.de leg.l.fi.l. antepe. l.res.& in auth.de testib.§.si verò.coll.8 & in auth. de nupt.§.quæ verò nunc.in fi.coll.4.¶Item nemo potest consilium suum mutare in alterius iniuriam , vt ff.de reg.iur.l.nemo potest mutare.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respõdetur quòd vẽdicare nõ possum,quia illud pactum non rem, sed personam adstringit,arg.ff.de contrah.empt.l.fi.& ff.de ann.lega.l. Titia.¶Item,is in eum dominium transtulit,in quem

ego iam contuleram, vnde non me, sed ipsum, propter fidem ruptam, conuenire compellitur, vt C. de action. empt. l. si traditio, & C. de hered. vel act. ven. l. qui tibi. & C. de rer. permutat. l. cum precibus. ¶ Item quando is qui contrahit, est soluendo, manus ad possessorem porrigi non valet, vt C. de rescindenda vendi. l. dolus. & C. de act. & oblig. auth. sed hodie. Præterea, quia licèt alienatio talis fieri non debuerit, facta tamen rata permanebit, vt ff. quando appel sit. l. j. §. biduo, & C. de pig. l. 3. & ff. de ritu nupt. l. diuus, & ff. de fer. l. 3. nimirū. licitū est in specie, quod non licet in genere, vt ff. cōm. diuidū. l. in hoc. § si conuenerit. sed si poneremus sine præiudicio, quod non valuit venditio, tamen is qui in alium transtulit, reuocare non poterit, vt ff. de seruitu. rusti. præd. l. per fundū. & ff. de adopt. l. post. ff. ad Macedon. l. sed ante. § j. nimirùm venditio ritè facta non rescinditur, ob quod conditio apposita non seruatur, argu. de rescind. vend. ea conditio, & C. de transf. si maior, & C. de contrahē. emp. l. si non donationis. ¶ Item dominium ipso iure translatum, per pactum solū non potest recuperari, vt ff. de pactis. l. si vnus. §. sed & si pactum. sed & alia fortiori ratione videtur hoc idē posse conuinci, quia nullum vel nudum fuit pactum, cùm causam venditionis venditor non expressit, vt ff. de lega. j. l. filius. § diuus

SOLVTIO ET DISTINCTIO.

¶ IMPRIMIS videtur posse distingui, vtrum hęc pactio fuerit apposita in contrahendo tantùm, an in contrahendo & tradendo, si in contrahendo tantum, potiùs persona videatur obligata quam res, si in cōtrahendo & tradendo, competere possit propter fidem non seruatam, rei vendicatio, vt ff. de seruit. vrb. præd. l. si binariā. Item, vtrùm ex necessitate alienauerit, an spontè, vt ff de legat. 2. l. peto. § 2. Item, vtrùm causam non alienandi expressit, vel personam, an non: vt ff. de lega. j. l. filius. §. diuus. sed & aliter adhuc, scilicet vtrū aliàs fuerit venditurus, & citra tale pactum, an non: si aliàs fuerit venditurus, personalis duntaxat competit actio: si autem non fuerit aliàs venditurus nisi tali fretus conditione, reuocatio concedatur à quocunque possessore: vt C. de pactis inter empt. l. 2. cum te. ff. de donat. l. 2. § fin. Dominus autem meus Oderic. dicebat sine distinctione, rei vendicationem contra possessorē denegari, & contra contrahentem duntaxat personalem actionem competere. idem est nobis placitum: ego igitur à meorum dominorum sententia discrepare non valens, possessorem ab huiusmodi petitione absoluo, argu. C. de condi. caus. dat. l. ea lege. & C. de rerum permuta. l. precibus.

SVMMARIVM.

An cōmodatarius, qui ex pacto recipit in se omnē casum, de casu fortuito conueniri possit.

Quæstio 69.

SEQVITVR alia quęstio de commodatario, qui recipit ex pacto in se omnem casum, an omnes casus fortuitos recipere, vel ꝑmittere intelligatur. Proponitur actio ex contractu illo, vel præscr. verbis.

QVOD TENEATVR.

¶ QVOD teneatur qui promisit de omni casu, probabiliter videtur posse conuinci, quia licèt de natura contractus non teneretur, tenetur tamen ex pacto, nimirùm contrahentiū vtrorūque consensu contractui additur & detrahitur prout eis placuerit, vt ff. de reg. iur. l. contractus. ff. de dam. infect. l. si finita, in princ. & ff. de euiction. l. sed si dictum. nempe licitum est quid ex pacto, quòd aliàs esset illicitum, vt ff. commo. l. j. & de pignor. C. l. 3. & ff. de contrahē. empt. l. 1. abeo, & C. de nego. gest. l. negocium. Item aliter probatur licita, quia non probatur illicita, arg. ff. de testam. l. j. & ff. de probat. l. j. Nec obstat quòd fuit generalis. nā & omni iuri potest renunciari generaliter, vt C. qu. mul. tutor. offi. l. final. & ff. de euiction. l. qui libertam. immò licitum est generaliter, quod per speciē non liceret, argu. ff. de quæstio. l. j. & ff. de damno. infecto. l. plures. & ff. de pact. l. si vnus. §. illud. Præter hæc, ex pacto potest periculum commune suscipi, vt ff. depos. l. j. § sæpè ergo & omnis casus, cum eadē ratio videatur. cùm igitur par causa in vtroque depræhenditur, simile ius statuendū est in vtroque, argu ff. ad l. Aquil. l. illud, & ff. de bono. poss. l. ex re militis.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO respondetur, quòd nō tenetur qui promisit, quia pactum nō valet: imprimis ea ratione, quia fuit iniquum, cùm per ipsum sit renunciatum generali æquitati, ergo non fuit validum, vt ff. si quis caution. l. sed & si. §. quæsitum. Secundò, quia fuit immoderatum: nempe amaritudo vitatur, & mediocritas eligitur. licitum est enim medium, cùm præcedens & subsequens est iniquum, vt ff. de au. & arg. leg. l. qui lancem, & ff. de offic. proconf. l. 6. & ff. de ædilit. edict. l. si quid. Tertiò, quia cùm fuerit generaliter promulgatum, nec appareat quis casus fuerit promissus, nullus promissus intelligitur, argu. ff. de vsur. l. quod in si. & ff. commu. prædio l. in tradenda. arg. ff. de verb. obl. l. ita stipulatus. nec enim possent omnibus etiā verbis iuri quandoque renunciare, arg. ff. de pact. l. ius publicum, & ff. de postul. l. quos, & ff. de pact. dotal. l. 7. & C. de quæstio. l. seruos.

SOLVTIO.

¶ QVIDAM distinguunt, vtrùm res illa de qua omnis casus in se suscipitur, sit subiecta casui fortuito, vel non. vnde præmissa tali distinctione, dicit recipientem in se casum omnino teneri: quam sententiam ego sequens, commodatarium ipsum condemno, arg. C. cōmod. l. 1. & ff. de pact. l. iurisgentium. & l. sed & si.

SVMMARIVM.

An venditor equi retrogradi, cùm bonum affirmasset, teneatur ad damna emptori, ab hostibus proptereà oppressi.

Quæstio 70.

LVCIVS Titius Gaio Seio equum retrogradū vendidit, affirmans eum sanum, nō morbosum, non vitiosum. Gaius hac fiducia ductus, cū inimicis pugnam aggreditur: tandem ab inimicis fugere volens, equo magis retro quā ante gradiente, capitur, & fortunis & rebus suis omnibus spoliatur. qui reuersus, cum Lucio ciuilia sumens arma, congreditur, petens ab eo quicquid ad sui redemptionem expendit. contradicitur, hoc ergo in dubium vertitur, quid iuris sit. actio ex empto proponitur.

QVOD TENEATVR.

¶ QVOD teneatur, manifesta ratione videtur posse conuinci. Aut ait venditorem sciuisse, aut ignorasse vitium: si dicas sciuisse, iam nullum videtur dubium, quin ad omne accidens detrimentum teneatur, vt ff. de actio. empt. Iulianus, in princ. si verò eum ignorasse asseras, hic quoque tenebitur, quia asseuerauit eū esse sanum, non morbósum, non vitiosum: temerarius ergo fuit, vnde cū effectu tenebitur, vt ff. de action. emp. l. Iulianus, § quinimmò & si nihil asseuerauit, tenebitur, tanquam sciuerit, quia scire debuit, vt ff. quod vi aut clàm. l. seruus, & ff. si certū petatur. l. quod te. & ff. pro empto. l. qui fundum, & ff. ad l. Aquil. l. ob id, & C. de rescind. vend. l. quisquis. Item tenebitur, quia pacti ambiguitas obest venditori, vt ff. de pact. l. veteribus, & ff. de regu. iur. l. in contrahendo, & ff. de verb. obli. l.

stipulatio ista. §. in stipulationibus. Nec obstat quòd petitur interesse quod est extra rem. nam quandoque totum præstatur, vt ff. de action. l. Iulianus. in princ. & ff. de eo quod certo loco. §. fin. ¶ Item ad totum debet teneri, quia totius occasionẽ præstitit, vt ff. ad l. Aquil. l. si socium.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO respõdetur, quòd non debeat teneri, scilicet quia quod interest extra rem, non præstatur, arg. ff. de act. emp. l. fistulas & ff. de peri. & com. rei ven. l. si. vel si præstandum esset, non tamen duplum excedere debet, vt C. de sent. quæ pro eo quod interest, profe. l. j. & ff. de euictio. l. cùm fundum. Est quoque alia fortior ratio, quare iste venditor teneri non debeat, tanquam ipse emptor vitium sciuerit, vt ff. de ædilit. edicto. l. j. § si intelligatur, l. quæritur. §. si nominatim, & l. si tantum §. in ædilitiis, & ff. de bon. pos. l. in bonorum, & de regul. iuris. l. in regula. §. j. ¶ Item non teneatur venditor, cùm damnum videtur sibi intulisse emptor, cùm sponte intrauerit bellum: vnde potiùs sibi quàm alij debet imputari, vt ff. quod metus cau. l. si mulier, & ff. de euiction. l. interdum. § fin. ff. com. l. si vt certo. §. interdum, & ff. de neg. gest. l. siue.

SOLVTIO.

¶ DOMINVS Petr. secundùm quod in sua disputatione inueniri videtur, scientem venditorem in totum condemnaret, quia in tradẽdo delinquit, vt ff. de action. empt. l. Iulianus. Sed quid dicemus de prorsus ignorante? ædilitiis duntaxat actionibus locus esset, quid si assereret non morbosum, nõ vitiosum? quidam dicunt ad instar scientis, venditorem teneri in totum: alij contrà, immò quanto minoris. Mihi verò sententia Petri sequenda videtur, venditorem sciẽtem, in solidum condemnandum, vel ad redhibitionem faciendam, vt ff. de action. emp. l. Iulianus.

SVMMARIVM.

An promittẽs defendere certa bona pro certa mercede, si per eum non stat, & in defensione præueniatur, possit mercedem petere.

Quæstio 71.

IMPERATOR cùm transitum faceret per locá, Canonici sanctæ Mariæ de Rheno, furorem Teutonicorum timentes, curiam intrauerunt, & cũ quodam de curię principibus conuenerunt, vt ei quinque marchas argenti darent, & ipse ab exercitus necessitate liberaret eos atque defenderet. Factum est autem, antequam Imperator veniret in ea loca, Bononienses meticulosi cum eo conuenerunt, & sic Imperator per loca putatiua non intrauit. Canonici cum non ab eo qui promisit, sed ab alio tutati sunt & defensi officio pietatis, putant se illi non teneri. Nunc princeps ille, cui promissio facta est, quinque marchas sibi promissas petit. Quæritur quid iuris sit: proponitur certi conditio ex stipulatu.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD possit agere, probabiliter videtur posse conuinci, scilicet quia per eum non stetit, quo minùs promissum officium exhiberet, ergo pro eo habendus est ac si fecisset, argu. ff. de condi. inde. l. si quis sic, l. sub conditione, & l. fina. ff. de condi. & demon. l. Titius. ff. loca. l. qui operas. nempe fingitur à iure quid factum esse, quod factum non est, & econtrà, vt ff de legatis j. l. turpia, & C. de instit. & substi. l. j. & ff. de acqui. here. l. si totam. ¶ Item alia ratione, cum effectu ad soluendum quod promiserũt canonici, coarctantur, scilicet quia factum est quod fieri promissum est, licèt ab alio & non ab eo, nimirum nihil interesse debet à quo fuerint defensi, argum. ff. de verbo. oblig. l. cùm seruus, & ff. de testa. mil. l. 3. §. si & ff. de his quib. vt indig. l. sororem. & ff. mandati. l. si procurator. §. mandati actio.

EXADVERSO.

¶ QVOD autem econtrariò agere non possit, Canonici mirabili ratione se defendunt, scilicet quia nõ fecit quod promisit. licitè nempe fides nõ seruatur ei, qui fidem promissam fregerit, vt C. de non nume. pec. l. pen. & C. de transac. l. siue apud. & C. com. vtri. iud. l. si contra. nempe frustrà petit debitum, qui denegat ad exhibẽdum, arg. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. si quis, & ff. loca. l. quæro. § j. & ff ad l. Iul. de adult. l. si vxor. §. iudex tacitè enim intelligitur promissioni inesse conditio, scilicet dabimus si feceris, ff. loca. l. quæro. §. j. & ff. de noui oper. nuncia. l. stipulatio. & ff. de dam. infec. l. 4. §. hæc, nec ei prodest, quòd per eum non stetit, arg. ff. de condi. cau. dat. l. si. ¶ Item non prodest ipsi, quòd defensio non fuit necessaria, cùm Imperator non venit, hoc enim magis facit, vt debeat repelli, nimirum cùm ex causa ei fuit promissum necessitatis futuræ, cessante necessitate, cessabit promissio, argu. in auth. de nupt. §. quæ verò nunc, & instit. de auth. tuto. §. fin. sed nec illud ei quicquam proficit, quòd alius canonicos defenderet, immò illud facit, vt non debeat ad petitionem admitti, quia nõ ipse, sed alius eos defendit, argum. ff. ad municip. l. Titio cum esset, & ff. de manu. test. l. ita. nimirum nihil interesse debet, vtrùm nõ fuerint defensi, an non ab eo, cùm de ipso quæratur, vt ff. de solu. l. quæro. & ff. de adminiſt. tuto. l. si duo, & ff. de leg. 3. l. in testamẽto, immò tacitè videtur actum in eo pacto expresso vel stipulatione, vt ita demùm debeatur, si ipse, non alius, defenderit, vt ff. iudica. sol. l. cum apud, nempe factum alterius, sicut alteri non obest, ita etiam nec prodesse debet, arg. ff. de actio. empt. l. sicut, & ff. de no. oper. nun. l. de pupillo. §. plurium.

DISTINCTIO.

¶ IN hac quæstione illud imprimis indagãdum relinquitur, vtrum hæc stipulatio fuerit licita vel illicita, & videtur posse probari, quòd licita fuerit, scilicet quod promissum est ei ob id faciendum, quòd aliàs ex facto Christiani facere tenentur, ergo fuit licitum, argu. ff. de condi. ob turpem cau. l. 2 & ff. depos. l. fina. sed contra, quod aliàs licitè debet offerri, illicitum est exigi, arg. C. de peti. bon. sub. l. j. lib. 10. & in authẽ. de sanctis episc. §. si quis autem, & ff. qui & à quib. ma. l. fin. & illicitùm fuit ex pacto vel stipulatione. quod aliàs esset illicitum, vt ff. de verb. obli. l. stipulatio hoc modo. l. eum qui. & l. antepe. & ff. de statuli. l. si heres. sed alia ratio videtur contrarium suadere, scilicet quia merces dicitur præmium laboris, & quod certo modo esti mari placuit, vt ff. quod metus cau. l. metum autem. & ff. de donation. l. si pater. §. j. licita ergo fuit promissio secundum leges.

DISTINCTIO ALIA.

¶ MIHI videtur ita posse distingui, vtrùm steterit per eum, qui præstare debuit patrocinium, qui nõ præstitit, an non: si per eum stetit, expeditum est, quia nihil consequitur, vt C. de condi. ob cau. l. fin. si verò per eum non stetit, & hic videtur subdistinguendú, vtrùm propter illos nihil à quoquam acceperit, an etiã alios tutatus, ab eis mercedem acceperit: siquidem nihil ab aliis accepit dum illorum expectaret defensionem: patet, quod sibi promissum est deberi, cùm nõ ab alio fuerit negligentia præuentus, vt ff. loca. l. sed ad hęc. §. pen. & fin. & ff. ad Turpil. l. 2. § si mater. Si verò nihilominùs ab aliis accepit, ab aliis nihil exiget, vel si negligentia fuerit præuentus, licèt nihil ab aliis acceperit, vt ff. de assesso. l. diem. Quid si defensio non fuit necessaria? quid si rediit imperator?

SOLVTIO.

¶Si apparet quid actum sit,illud obseruabitur: si autem nō appareat,mihi videtur tacitè actum,vt ita demum prestent , si defensio eis fuit necessaria,ideò eos ab ipsius petitione absoluo,vt ff.de dam.infect.l.si finita,in princip.

SVMMARIVM.

An dans molendinum cum insula pro certo canone quolibet anno,si ab accipiente nouum construatur,possit duplicatum canonem petere.

Quæstio 72.

QVIDAM in sua insula molendinum habens, insulam cum molendino cuidam locauit , tali pactione,vt annis singulis eum familia reciperet.Procedente tempore, in eadem insula is conductor aliud molendinum construxit. Nūc dominus ab eo petit,vt duplicaret seruitia.In quęstione vertitur,quid iuris sit.proponitur actio præscript. verbis,vel ex locato.

QVOD TENEATVR.

¶QVOD teneatur,manifesta ratione cōuincitur, quia detrimentum,si quod accidisset,ad dominū pertineret,qui colono seruitium vel pensionem remittere teneretur,vt ff loca.l.sed addes.§.si quis com. ergo emolumentum ad eum pertinebit,vt ff.de regul.iuris. l.ex qua,& ff.de pericul.& commod.rei vendi.l. illud. ¶Item alia ratione,quia sicut crescit emolumentum, ita onus quoque debet alligari,vt ff.de lega 3.l.si.& ff. de fideicommiss.liber.l.generaliter. Est quoque aliud quod conductorem ad duplicandum seruitium compellit,quia pactum factum & appositum in primo, intelligitur repetitum in secundo molendino,vt ff.de edendo.l.prætor.§.is etiam,& ff.de leg.j.l.talia, & insti.ad l.Aquil.§.pen.Præter hæc,quia posterioris etiam molendini causa etiam suum seruitium habere debet,illa scilicet ratiōe,quia in hoc tacitè actum videtur, vt C. in quib.cau.pig.tacit.contr.l.quanuis.nā quod posteà accedit,fungi debet & censeri iuris prioris, cui accedit,vt ff.de pig.l.grege,in prin.& ff.de rer.diuis.l.pen.

EX ADVERSO.

¶EX ADVERSO respondetur,quòd non teneatur,quia non debet debitoris crescere obligatio,vt ff. de dam.infect.l.damni.§.si is qui.& C.de seruit.præd. l.modus,& ff.de contrah.emp.l.in lege.Item quia cōmodum potiùs debet pertinere ad accipientem,quàm ad dantem,vt ff de peric.& com.rei vendi.l. Iulianus. Prætereà non debet teneri , quia posset res extendi in infinitum,si poneret ibi plura constructa molendina, quod esset absurdum & contra mentem cōtrahentiū, vt ff.de re iudica.l.à diuo.& ff.de pericu. & commod. rei vendi.l.4.§.fin.Item quia non debet officium cuiquam esse damnosum,vt C.de testib.l.si quando, & ff. quemad.test.aper.l.sed & prætereà,quia non esset contrarium postulaturus,vt C.de solu.l.j.& l.pen.& C.de vsuris.l.si ea.¶Item quia hoc euenire posse prospicere debuit,vt ff.quib.ex cau.ma.l.sed & si per.§.si feriæ, & ff.loca.l.si quis domum.§.j. Ex eo quoque istum conductorem non teneri, conuinci videtur : quia de præsenti duntaxat molendino,non de futuro, cogitatum videtur,vt ff.de contrahen.empt.l.Rutilia.l.in lege.& ff.de arbitr.l.de his,& ff.de euictio.l.non potest.

SOLVTIO.

¶MIHI sic breuiter in hac quæstione videtur distinguendum,scilicet,vtrùm appareat quid actū fuerit,vel non:si appareat,istud seruabitur: si verò nō appareat vel omissum præsumam,vel contra stipulatorē vel locatorem verba interpretabor,argu.ff.sol.matri. l.si verò.l.si iure.& ff.de verbo.oblig.l.stipulatio.§.inter.& §.quicquid.

SVMMARIVM.

An Titius,qui venando eum ceruum cepit , qui apud ipsum depositus aufugerat,teneatur domino restituere.

Quæstio 73.

CERVVM meum mansuetum habens , cū apud te deposui:ille naturalem plus diligēs libertatem,in eam se recepit,& animum reuertēdi desiit habere:tu depositarius posteà venando eum cepisti.quæritur,an ipsum mihi restituere tenearis actione depositi.

QVOD TENEATVR.

¶ET q; tenearis, imprimis videtur illa regula generali posse comprobari,scilicet te in pristinum statū restituto,& pristina quidem iura restituta videntur, argu.ff.de seruit. rust.præd.l.hi qui.& ff.de bon.lib.l.3. §.4.nempe licet ex propria dimissione non teneatur, quia sine dolo habere desiit,tenebitur tamen ex recuperatione,vt ff.de petit.hered.l.Item ne.§.si quis,& ff. de except.rei iudic.l.si cui.& ff.ad exhib.l.tigni.§.3.& ff.depos.l.j.§. non tamen. Nec obstat quòd ceruus in naturalem libertatem se recepit,& hic posteà eum ceperit:nempe licèt eum posset alius retinere licitè, iste tamen retinebit illicitè ex personarum enim qualitate & differentia quid dicitur licitum vel illicitum , vt instit.ad l.Aquil.§.2.& C.de procu.l.militem,& C. ad Macedo.l.fin.Item ratione officij quod suscepit , hoc ipsi illicitum iudicatur,vt C.de dolo.l.ij.& C.de interdict.l.3.& C.de sacrosanct.eccle.auth.quibus. & C.de nuptiis.l.& si contra. Prætereà,quia nec videri debet amissum,quod in breui fuit recuperatum,vt ff.rem ratam habe.l.amplius.

EX ADVERSO.

¶E CONTRA dicitur depositarium non teneri, quia extincta semel obligatio,restitui non potest,vt ff. de solu.l.qui res.§.aream.& ff.de vsufru.l.qui vsufruc. & ff.de rei vendic.l.in rem ¶Item quia venatio sua & officium non debet ei esse damnosum , vt suprà ea.l.j. Item quia non debet,quod semel suum factum est, sine facto suo ad alium transire,vt ff.de regu.iur.l.quod nostrum:sed ceruus iste suus effectus est,vt institu. de re.diuis.§.feræ.ergò &c.iis quoque illud adiungitur, quia non peruenit ad ipsum tanquam ad depositariū, sed tanquā ad venatorem & alio iure,vnde conueniri non potest,vt ff.de diuer.& tempo.pres.l.an vitium. & ff.ad Trebel.l.si debitor,& l.ille à quo,& ff.de adoptio.l.si pater.§.qui duos Item si certum est , quòdam deponentem, dominum non esse: ergo non est æquū, actione depositi dominum rem propriam restituere non domino,vt ff.deposit.l.bona fides.in fin. Prætereà depositi actio prorsus locum non habet,quia contractus depositi irritus est,cùm res in eum casum peruenerit, à quo incipere non potest,argu.ff. de verb.obl.l. inter stipulantem.§.sacram. & ff.de iudi.l. si à me fuerit,& ff.de seruit.l.pro parte. Ex his ergo patenter excluditur deponens à depositi petitione. Præter hæc, mutatione dominij,alius ceruus esse videtur,nō ergo ad restitutionem tenetur,vt ff.de acquir.re.dom.l. sed & si.& ff.de adim.leg.l.si seruus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ distinguēdum,quo animo hic depositarius ceruū occupauerit,vtrùm eo animo , vt depositori restitueret,an sibi retineret:si vt depositori restitueret , res in pristinam causam reuersa tenebitur: si autem suo nomine,& sibi negocium gessit,non tenebitur,arg ff.de pet.

peti.heredita.l.item veniunt.C.si quis alteri vel sibi.l. multum.C.de proba.l. ad probationem.

SVMMARIVM.

An legi commissoriæ, in pignore liceat cum iuramento renuntiare, & huiusmodi renūtiatio valeat.

Quæstio 74.

ACCEPI mutuam pecuniam dato pignore, & conueni cum creditore, vt si ad diem constitutā non restituissem pecuniam. haberet pignus & rem pro empta, pro illa pecunia: & etiam renuntiaui legi commissoriæ, & iuraui me contrà non venturum. Die adueniente non solui, postmodū paratus sum soluere. Quæritur, an possim pignus recuperare, non obstante quòd renunciaui legi cōmissoriæ, & iuraui: proponitur actio pignoratitia.

QVOD HABEAT LOCVM.

ET quòd pignoratitia locum habeat, sic probatur: Debitor qui soluit, vel soluere paratus est, tacitè pign' liberasse videtur, vt ff. quibus mod. pignus vel hypot. sol l. item. Si autē iste debitor soluere paratus est, ergo &c. Nec obstat pactum legis cōmissoriæ, quia ipso iure fuit nullum, cùm interdicente iure fuerit factum, vt C. de leg. l. non dubium, ergo nec tenuit eius subsecutiuum, id est, iuris renuntiatio & sacramenti præstatio, vt C. de prædiis mino. l non solùm per vend. & dicta l. non dubium, nempe si principale nō valet, nec ea quæ accedunt locum habeant, vt ff. de regu. iur. l. cùm principalis, & ff. de verbo. oblig. l. j. §. 2. & C. de vsuris. l. eos. ¶ Item alia ratione probatur, quòd renunciatio non tenuit. ratione etiam publicæ vtilitatis in odium fœneratorum hoc ius est inductum: nō ergo ei potest renuntiari: arg. de pac. l. ius publicum. & C. de iureiu. propter cal. l. fi. & ff. de postu. l. quos. ¶ Item quia videtur velle decipere creditorem, qui sciens legem commissoriam prohibitam, fecit tale pactum, vnde nō est ei subueniēdum, vt ff. ad Velleia. l. si mulier. nec enim legis beneficium meretur habere, qui sciēs legem, offendit, vt ff. de minor. l. auxilium. Præterea est alia ratio, quia præsumitur facta in fraudem legis commissoriæ huiusmodi renunciatio. Sacramentum igitur valere non debet, vt ff. de action. empt. l. Iulianus. & ff. ad Maced. l. i. & ff. de leg. 3. l. cùm quis. § penul. ¶ Item per renunciationem & sacramentum, idem effectus peruenit, qui per pactum. si igitur pactum inuenitur prohibitum, ergo & renunciatio & sacramentum: nempe vno prohibito, prohibetur & aliud per quod peruenitur ad id, argum. ff. de tut. & cura. l. siue, & ff. de pact. l. quod dicitur. nam id quod vno iure negatur, alio concedi non debet, vt C. de natura. lib. l. legem. aliàs esset legem verbis, nō rebus imponere, l. 2. C. comm. de leg.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, vt debitor licèt sit paratus soluere, repellatur, quia suo iuri renūciauit, & regula iuris antiqui, &c. vt C. de pact. l. si quis in conscribendo. Nec obstat q; fuit contra ius. multa enim fiūt, quæ fieri non debent, & si tamen fiant, non rescinduntur, vt C. de pignor. 4. & ff. quando appella. sit. l. j. § biduum. ¶ Item ratione sacramenti repellitur, cuius religio facit licitum, quod aliàs non liceret, & econtrà. argu. C. si aduers. vend. l. j. & auth. sacramenta puberū. & ff. de re iudic. l. post rem, & C. si min. se maio. dixer. l. fin. ¶ Item quia licitū est indirectè & per obliquum, quod principaliter & directè inueniretur prohibitū, arg. ff. de autho. tuto. l. j. & l. quod. & C. de iudi. l. quoties & C. de lib. cau. l. principaliter. Præterea, licèt pactum non valuerit, tenet tamen renunciatio eius subsequutiua, arg. C. de præ. min. l. & si præses, & C. de rescind. vend. l. j. l. dolo, & ff. de exceptio. l. exceptio. & C. quod met. cau. l. 2. nam & secundarium valet, vbi non tenuit principale, vt ff. de arbitris. l. si pupillus, & C. de bon. mater. l. j. & C. de fideiusso. min. l. j. nempe vno iure negatum, sæpissimè alio inuenitur esse concessum, vt C. ad l. Iul. de adulte. l. iure, & ff. de edict. success. l. j. § si quis. & ff. de testa. mili. l. 3.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sic breuiter distinguendū, vtrùm debitor sciebat pactum legis commissoriæ nō valere, an non. in primo casu tenebitur cum effectu: in secundo, poterit venire contrà, non obstante iuramēto, arg. ff. de dam. infect. l. si finita, in prin. & ff. si quis caution. l. sed & §. fi. de nouatio. l. si quis delegauerit, nēpe quia ex causa necessaria qui deferit sacramentum, deierare non videtur, vt C. de non nume. pecu. l. pen. & ff. qui satisda. cog. l. fi. & in auth. non solùm.

SVMMARIVM.

An præscriptionis interruptio, inducatur ex sola verbali petitione, absque libello coram pontifice facta.

Quæstio 75.

QVVM præscripsisse contra ecclesiam monasterium annis 20. conquesta fuit ecclesia summo pontifici sine scriptis, summus pōtifex cùm abbaté citasset monasterij, abbate nolēte vel differente venire, ecclesia destitit, & vlterius monasteriū aliis 20. annis sine controuersia possedit. nūc ex citata ecclesia, monasterium conuenire intendit. Quæritur, quid iuris sit. proponitur rei vēdicatio: monasterium tutum se præscriptione contendit.

QVOD POSSIT.

¶QVOD ecclesia cum effectu valeat vendicare quod petit, manifesta ratione probatur, scilicet quia monasterij fuit interrupta præscriptio, illa contestatione, licèt plena non fuit, validā tamen temporis debuit facere interruptionem, arg. ff. de vsuca. l. ei à quo, & ff. pro dona. l. qui donato. & ff. de iur. dot. l. si vsus. & ff. de vsufru. l. si vsufru. nam licèt scriptura fuerit omissa, quæ debuit interuenire, vt C. de lit. conte. auth. offeratur, nihilominùs debuit valere, quod actum est, vt ff. de ven. insp. l. j. §. fin. ¶ Item licèt non valeat tanquā litis contestatio, valet tamen quasi litis contestatio, vt ff. ad Trebell. l. Scæuola, & C. vbi in rem actio. l. penul. nam & sola per exequutionem cōuentio, præscriptionem interrumpit, vt C. de præscrip. 30. anno. l. cùm notissimi: immò dicenda est lit. contestatio, quia non stetit per ecclesiam, quò minùs lis contestaretur, sed per monasterium, vt C. de instit. & substit. l. j. & ff. de regu. iur. l. in iure ciuili. Præterea ecclesia de damno vitādo certat, monasterium verò de lucro, ergo potiùs ecclesia audienda est, quàm monasterium, vt C. de iur. deli. l. sancimus, & ff. de his quæ in frau. credi. l. qui autem. & C. de codicill. l. fin. Est quoque alia ratio, quæ ecclesiam iuuare videtur, scilicet quia negligētia vel imperitia prælati, aliter litem contestando ecclesiæ præiudicare non debet, vt ff. de fideicomm. lib. l. neque. & C. de fund. patrimonial. l. 2. immò recurrit, quod non regulariter per ignorantiam factum, regulariter actum est intelligendum, vt ff. de dam. infe. l. si finita. in prin. & ff. fami. ercis. l. si filia, in prin. sed & præscriptio quæ est odiosa, videtur suadere, vt dicatur legitimū quod aliàs esset illegitimum, vt ff. de iudic. l. solemus, & C. de anna. exceptio. l. fin. Authoritas quoque pontificis, apud quem facta est contestatio, hoc idē videtur inducere, vt ff. de testa. l. omnium, & C. de his qui in ecclesi. ma. l. j. Item propter religionē contestatoris debet esse legitimum, quod aliàs non valeret, vt arg. C. de epis. & cleri. l. cū orphanotrophi, & Loés. Præterea quia licèt

contestatio ciuilis debuit fieri, aliter tamen facta valebit, argum. ff. quod met. cau. l. fi. & ff. quando appel. sit. l. j. §. biduum, aduersarij quoque absentia continua facit, vt irregulariter factum, licitè perseueret, arg. C. de iud. l. properandū, & in auth. de testib. §. quoniā. coll. 7.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO respondetur, monasteriū contra ecclesiam legitima tutum fore præscriptione. contestatio enim illa, quæ apud summum pontificem facta est, ipso iure non valuit. Imprimis ea ratione, quia non fuit regulariter facta, cùm non intercesserit libellus, qui debuit interuenire, vt C. de lit. cōtest. auth. offeratur. Si ergo non fuit regulariter facta, ipso iure nō valet, vt ff. de accu. l. libellorum, & C. de sent. & interlo. l. j. & 3. & ff. de pact. l. contrà. Secundo, quia non fuit plena, immò imperfecta, igitur nulla, vt ff. de accusa. l. si defen. & inst. quib. mod. test. infir. §. fi. & C. commo. l. contractus. Tertiò, quia vitiosa, vt ff. qui satisda. cog. l. quoties. & ff. de eden. l. j & l. vbi. & C. ne de sta. defun. l. si pater. Quartò quia inducit occasionem mali exempli. & incentiuum tribuit delinquēdi. vt ff. de iur. dot. l. 4. in princ. & ff. de proba. l. exemplo, & insti. vi bono. rapt. §. fi. sed medium. Quintò. quia legis contēpsit auxiliū, vnde legis nō debet habere beneficium, vt C. de iur. delib. l. fi. & ff. de mino. l. auxilium. in fi. Sextò, quia nimis fuerunt desides & pigri, cùm iurisconsultorum copiam habuerunt, vt ff. de bon. poss. l. in bonorum. & ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Septimò, quia nō debēt habere plus iuris stulti, quàm periti, vt ff. quod vi aut clàm. l. seruus. Octauò, quia factum corā principe minùs legitimè, grauiùs debet puniri, arg. C. qui à nō domi. man. l. fi. neminem enim tuetur prætor, vt cōtra legem faciat, vt ff. de pub. act. l. cùm sponsus. Nona ratio patet in vltimo, quia prælati ecclesiæ, qui negligentes & desides circa lit. cōtest. extiterūt, soluēdo & idonei sunt, vt C. de iudic. l. properandū. §. fi. & ff. de dolo. l. 4.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur in hoc casu, domini mei sequendam sententiam, dicentis, talem contestationem temporis inducere præscriptionis interruptionem, argu. C. vbi in rem act. l. pen. & ff. de actio. & obliga. l. constitutionibus.

SVMMARIVM.

An testibus sit credendum, qui dictum affirmāt, nullam allegando scientiæ causam.

Quæstio 76.

QVAERITVR, vtrùm testimonio eorum sit credendum, qui se scire simpliciter dicūt, nec vllam scientiæ causam perhibere dicuntur.

QVOD SIT CREDENDVN.

¶ QVOD eorum testimonio sit credendum, imprimis ea ratione probatur, quòd secundùm vim vocabuli, qui dicit se scire, asserit & hoc aliud, scilicet se interfuisse, & vidisse. aliter enim scire non potest: nihil autem interest, dicas quod debes, an aliud quod tantundem significet, argu. ff. si cert. pet. l. certum, & ff. de hered. instit. l. quoties. & ff. de verb. oblig. l. qui extrinsecus. cautiones enim verborum, solennitatésq; à republica exulauerunt, vt C. qui admi. ad bono. poss. l. fina. & C. qui bonis cede. poss. l. in omni. & ff. ad Treb. l. restituta. & est vbicunque potius sensus, quàm tenor verborum inspiciendus, arg. C. de lib. præter. vel exhe. l. 2. & 3. §. conditio. etenim minus dicitur, & plus intelligitur: vt ff. de hered. institu. l. j. §. fin. & ff. de leg. 2. l. vnū ex. §. fina. & ff. de legat. 3. l. 11. §. 2. §. hæc verba, & l. Pamphilo. immò dico quòd meliùs fungitur officio suo, qui dicit se scire, quàm qui per varios circuitus & ambages hoc idem exprimeret. circùlocutiones enim & ambages vitandæ sunt, & medulla negotij complectēda. argumen. C. de precib. imper. offer. l. fin. ¶ Item scire non potest, nisi interfuerit & viderit, ergo dicendo se scire, vtrunq; dicere videtur, sine quo scire non potest, vt ff. de iurisd. om. iud. l. 3. & de itin. actúq; priua. l. veteres. & ff. si vsufruc. peta. l. j ¶ Item ista duo, scilicet interesse, & videre, cum hoc tertio, scilicet scire, consequētiam habēt, vt probatum est: ergo vno dicto, & reliquum dicitur, & vno probato, & reliquum probatur, vt C. de inoffi. testa. l. quoniam. & instit. quod cum eo. in princip. & C. de testa. l. non codicillum. præter hæc aliud occurrit, scilicet iurisiurandi religio, per quam credendum est ita fore, vt testis asserit: vt C. ad l. Iuliā repetund. l. fi. & ff. de re iud. l. post rem. ad hoc quoque illud magis accedit, quòd testis scientiæ causam allegare non cogitur, sicut nec iudex scientiæ, vt in auth. iusiur. quod præst. ab his. & in auth. vt iud. non expect. sac. iussio. & C. de petit. heredi. l. cogi. his quoque fortiter consonare videtur, scilicet quòd iudex simpliciter potest recusari, arg. C. de iudic. l. apertissimi, & ar. ff. ad Trebel. l. quia poterit, & l. sed & si alia. sed & iuri competenti simpliciter renuntiari potest, arg. C. quād. mul. tut. offic. l. fin. simile C. de anna. exce. l. fin. & ff. de tutel. l. 3. §. fi. aliàs l. fi. nempe non enim scientiæ qualitas, sed ipsa est inspicienda, argum. ff. de ædilit. edict. l. j. §. causa, & C. de donat. quæ sub mo. l. fin. & ff. de constit. pecu. l. promissa. in fin. Immò plus facit, si dicat se simpliciter scire, quàm si exprimeret causam. simpliciter enim scientiæ expressio omnem scientiam demonstrare videtur. argu. ff. de euictio. l. qui libertatis. & ff. de lega. præst. l. j.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO respōdetur, quòd tale testimonium de iure nullum sit, quia causam scientiæ non allegat, argu. ff. commu. prædi. l. inter. & ff. de verb. obl. l. ista stipulatio. & ff. loca. l. si merces, & ff de lib. cau. l. si pariter. simpliciter enim testimonium sine causarum expressione, ipso iure non valet, vt C. de testib. l. solā. & C. de trāsactio. l. interpositas. & in authē. vt cùm de appella. cognos. §. aliud. ff. mand. l. seu, & C. de prædiis cur. l. j. fidem enim iudicis non potest facere simpliciter testimonium, quia veræ causæ quæ cōguere debet, non congruit, vt ff. de testibus. l. 3. circa princip. & l. ob causam. §. si testes, & in auth. de fid. instr. §. si verò, & in authē. de testib. §. j. immò testimonium simpliciter dicens, dicere non videtur, cùm iudicem certum nō faciat, arg. ff. de eden. l. vbi. ff. de interro. action. l. de ætate. §. nihil. & in authen. vt cùm de appellat. cogn. §. fin. nempe suspiciosum est tale testimonium ex modo loquendi, vt ff. de quæstion. l. de minore. ¶ Item quia cundem sermonem continet, vt ff. de testib. l. j. ¶ Item quia illicitum est in genere, quod liceret per speciem, vt ff. si quis cautio. l. sed & si. §. quæsitum, & ff. de acquiren. heredit. l. si quis. §. iussus, & ff. quod cuiusque vniuersi. l. item. §. j. Præter hæc valere nō debet, quia occasionē inducit exempli. si enim causam testis dicere non compelleretur, quilibet veniret & diceret, ego scio, & falsitas sic in iudiciis committeretur, arg. C. de probatio. l. exemplo, & ff. de iureiur. l. 4. in princ. & instit. de test. milita. §. inter. Alia ratione non valet, quia contra formam testificandi, functus est officio suo. debuit enim dicere se interfuisse, & vidisse, vt in auth. de heredi. & Falci. §. huic, & in auth. de fid. instru. §. j. & 3. & §. oportet, & C. de testib. l. j. & l. testium Si ergo nō vt debuit, sicut probatum est, protulit testimonium, apparet ipsum nullius esse momenti, vt C. de fide instrum. & iur. hast. fisc. l. j. & 2. libr. 10. & ff. de cap. & postlimi. re. l. 3. §. in bello, & ff. de cōditio. ob turp. caus. l. 2. vbi enim aliquid de forma vel de solennitate negotij prætermittitur,

titur, quicquid factum fuerit, irritatur, vt C. de appel. l. nominationes. & C. de fideicomm. leg. si veritas, & in auth. de fide instru. § & hoc. Nec enim quædam adesse ex his quæ debent, sufficit, si quædam defuerint, vt ff. de testa. l. si vnus, & ff. famil. ercisc. l. in hoc, & ff. de trãs. l. cùm hi. §. si prætor. Nec obstat quod forte non fuerunt requisiti. cũ enim in toto negocio se dicturos veritatem iurant, requisitionem expectare non debent cùm hoc semper præ oculis habere debeãt, vt C. de iu. emph. l. 2. & ff. de offic. proconsl. l. necquicquam. §. fi. & C. de legi. l. 4. §. fin.

SOLVTIO.

¶VIDETVR mihi sine præiudicio melioris sententiæ fore distinguendum, vtrùmne fuerint testes de causa scientiæ à iudice requisiti, an non: si quidem requisiti fuerint, & non responderint, vel idem repetierint, tanquam suspectum repellatur eorum testimoniũ si verò non fuerint requisiti, sufficiant, si dicant se scire, ar. ff. de testib. l. 3. & l. verba epistolæ, & ff. de no. oper. nunc. l. de pupill. §. qui opus. & ff. de damn. infect. l. 4. §. hæc.

SVMMARIVM.

An bona acquisita per monachum, qui aufugit à primo monasterio, & in aliud se transtulit, acquirantur primo à quo recessit, an secundo, in quo mortuus est.

Quæstio 77.

HENRICVS de Guarda monachus fugitiuus, per ignorantiam canonizatus est in ecclesia sancti Saluatoris, & ibi de operibus suis multa lucratus est, vel ex re ecclesię, tandem decessit. Nunc Bobiense monasterium vnde ipse fugitiuus recessit, vendicat totum quod acquisiuit, tanquam propriũ. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur rei vẽdicatio, vel vtilis.

QVOD DEBEAT.

¶QVOD illud totum quod acquisiuit, Bobiẽsi debeat monasterio applicari: Imprimis illa ratione probatur, quia illius fuit monachus, nec esse desiit, ergo ei tanquam seruus domino, omnia acquisiuit. monachus enim nihil suum habere potest, argu. ff. de acqu. re. dom. l. acquiritur, & insti. per quas perso. nob. acq. & C. de sac. sanct. eccl. auth. ingressi. Nec obstat quòd transiuit ad aliud monasterium, cùm hoc prohibitum sit, vt in auth. de monach. §. si verò relinquẽs. est enim in culpa posterius monasterium, cur sibi incognitum recepit, vt C. de agric. & cens. l. seruos, libro. xi. & C. de colo. Illyrica. l. prima libr. xi. cum omnes scire debent, quod suum non est, ad alium pertinere, & sic tanquam inuasores puniuntur, vt C. vn. vi. l. cùm quærebatur. ¶Item culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti, vt ff. de regu. iur. l. culpa. nam ex eo quod malè se gessit, non debet quicquam assequi, vt ff. de furt. l. itaque fullo. ¶Item quia nemo ambigit illum esse malæ fidei possessorem, qui contra legum interdicta mercatur: ergo & monasterium, cum malęfidei possessorem contra leges, vt probatum est, recepit, licèt ignorans alienum monachum, vt C. de agrico. & cens. l. quàm à domini, libr. xi. & C. de sacr. sanct. eccles. l. iubemus. ff. de publ. actio. l. cum sponsus. nihil igitur tanquam malęfidei possessor potest acquirere, vt C. de rei vendic. l. prim. & ff. de acq. poss. l. j. & l. item acquirimus. Alia ratione secũdo monasterio nõ potuit acquirere, scilicet quia putabatur esse eius monachus & non erat, ergo potiùs veritate inspecta, priori monasterio & nõ secũdo quæsiuit, vt ff. de acquir. re. dom. l. liber homo, & l. homo liber, & ff. de vsur. l. Celsus. in princip. & ff. de test. tut. l. si quis tutor. & ff. de milit. test. l. neq; §. j. vbique enim ferè, opinione repulsa, sequenda est veritas, arg. ff. de acquir. her. l. cùm quidã. §. j. & ff. ad l. Aquil. scientiam. & insti. §. sed si quis rem suam. ¶Item Henricus Ecclesię sancti Saluatoris voluit acquirere, tanquam canonicus: igitur cum non esset, acquirere non potuit, arg. ff. de hered. instit. l. si pater. & C. de ingen. ma. l. j. & C. de dona. an. nupt. l. ea. Ex his ergo apparet, quòd secũdo monasterio nihil acquirere potuit, acquisiuit igitur primo, cui acquirere potuit, arg. ff. de aut. tut. l. si seruus, & ff. de acqui. rer. dom. l. qui bona fide. & instit. de stip. seruo. §. fin. Sed si vis audire rationem vnam, cui resisti non potest, omnia in regimine primę sunt applicanda ecclesiæ statim. nam prioris Ecclesiæ fuit verè, & iure monachus, secũdę falsò & falsus monachus, immo potiùs nullus: ergo propria debet obtinere, quia potiora & meliora iura allegat, arg. ff. de edic. diui. Adr. toll. l. fin. & ff. depos. l. bona fides, & instit. de offi. iudic. §. sed si. Nec obstat de seruo ab alio bona fide possesso. illud enim, non istud est vetitũ, sed permissum, quòd facilè non potest dignosci liber homo à seruo. Istud quoque non obstat, quod de homine bona fide possesso obiicitur, quia illud receptũ est propter nimiam emendorum hominum frequentiã: quia, vt dixi, non facilè liber à seruo discernitur: vel locum habet in eo, in quo alius ius non habet, vel quod melius est, istud est vetitum, illud autem nõ est vetitum, sed permissum: vel quod adhuc est potentius, refert multùm, vtrùm liber homo detineatur tanquam seruus & bona fide, an verò tanquam liber, sed sicut filius vel alterius iuri subiectus. In primo casu, acquiritur bona fide possessori, ex duabus causis: in secundo, ex nulla, vt ff. de vsucap. l. iusta, in princ. ¶Item ratione exempli, totum debet Bobiensi monasterio applicari, vt sic prælati à suscipiendis alienis clericis arceantur, vt C. de agric. & cẽs. l. seruos, libr. xi. & ff. de pœn. l. aut facta, §. fi. & l. si quis. §. qui ab. & ff. depos. l. bona fides, circa princ. Præter hęc, quia Bobien. monasterio, sui abbatis negligentia, Henricũ monachum ad propriũ ouile non reuertentem, non reuocando præiudicare non debet. arg. ff. de fideicomm. l. heres neque. & C. de fund. pat. l. 2. & C. vn. 3. l. meminerint.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, Henricũ beati Saluatoris ecclesiæ potuisse acquirere. primò ad instar bonæ fidei posses. serui alieni & liberi hominis vt instit. p qu. pers. nob. & ff. de acq. re. dom. l. qui bona fide, Secundò, quia putatiuus vulgari opinione monachus pro vero monacho debet, quantum ad ea, quæ intrà gessit, haberi, vt ff. de offic. prẹt. l. Barbarius. & instit. de testa. §. sed cùm. & ff. de regul. iuris. l. bona fides. tandem plerũque pro vero ponitur, quod ad vulgarẽ opinionẽ infertur: vt ff. ad Macedo. l. si filius. & ff de public. actio. l. si ego. §. penult. Tertiò, ratione iustissimi erroris, nempe in alieni facti ignorantia tolerabilis est error, vt ff. pro emptor. l. quod vulgò. Quartò, ꝙ cũ viuentem contempserit vel neglexerit, de bonis eius, ipso mortuo tractare non debet, vt C. de latin. liberta. toll. §. sed scimus. & C. de seru. export. l. 2. & ff. pro derelict. l. fin. Quintò, quia Henrici & onera & expensæ ad beati Saluatoris pertinebant ecclesiam, ergo ad eã debent pertinere & commoda. arg. ff. de reg. iur. l. secundùm. & C. de iur. dot. l. si mancipia. Sextò, quia nõ esset bobiẽsis monasterij abbas contrarium postulaturus, si beato Saluatori per Henricum aliquid deperisset. arg C. de solution. l. penult. & C. si cert. petat. l. j. Septimò, quia totum quod in hac secunda ecclesia acquisiuit, intuitu ecclesiæ & contemplatione, videtur in eum collocatum. vt ff. de leg. annu. l. annuum. §. j. & ff. de vsufr. l. si serui. l. sed & si & ff. de pet. hered. l. quæritur. Octauò, quia præsumitur à priori monasterio legitimè separatus, cùm longo silentio nõ fuerit reuocatus, ex tempore enim præsumitur aliquid esse vel non

esse factum, argu. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & C. de pet. her. l. si filius, & de priuil. credito. l. si creditores. Nonò, quia in fraudem tacuisse creditur, vt C. de remiss. pign. l. j. & ij. & l. si hypothecas, & C. ad Velleia. l. sed fine. Decimo loco, illud pro conclusione ponatur, quod in auth. dicitur, quòd si monachus de monasterio ad monasterium transierit, res quas habuit tempore quo primum monasteriũ reliquit, primo cõpetunt monasterio, vt in auth. de epis. § si monachus, acsi aperte dicat, reliqua posteà quæ fiunt, competunt posteriori. nam quod de vno negatur, &c.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ distinguendum, vt cum Henricus in secundo monasterio factus fuit minister, an non: necnon interest vnde acquisierit: vtrum ex re istius ecclesiæ seu monasterij, an opera suam tantùm, an ex vtraque. in primo casu, totum dico quod habuit, ecclesiæ acquisitũ, cuius contemplatione in vniuersum adeptum videtur, vt in auth. de eccl. tit. § interdum, coll. 9. & ff. de annu. leg. l. annu. In secũdo, si quid acquisiuit ex re, vel ex vtroque, idem est: vt C. de rei vendic. l. sicut proponis, & C. arbit. tu. l. 4. sic opera tantũ, minimè ad instar vsuariorum, vt ff. de vsu. & habita. l. per seruum.

SVMMARIVM.

An venditor agat cõtra emptorem absque restitutione pignorum, vbi eius procurator ad vendendum, acceptis pignoribus habuit fidem de precio, & aufugit.

Quæstio 78.

IOANNES Martinum procuratorem ad libros suos distrahendos cõstituit. Martinus, libris distractis, & pro precio pignoribus receptis, aufugit. nunc ab emptore Ioannes preciũ petit. Emptor Ioãni pignorum compensationem opponit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur vtilis ex vendito, vt ff. de action. empt. l. Iulianus. § si procurator.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD possit agere Ioannes, nulla sibi facienda pignoris compensatione, imprimis ea ratione videtur posse probari, quia Martinus procurator fines mandati excessit: istud enim mandatum certam formam habuit. Cùm igitur eam excesserit, in ea nullum domino præiudicium generauit., arg. ff mandat. l. 3. & 4 & ff. de contrah. empt. l. cum suo & ff. de reb. min. l. si prætor. Secundò, quia delictum procuratoris, Ioãnem grauare non debet. l. nec. ff. de publica. & ff. si quis ius dic. non obtemp. l. si procurator. Tertiò, quia non debet quis vlteriùs puniri, quàm reperiatur delictum, ergo qui in nullo deliquit, puniendus non est, arg. C. de pœna. l. sancimus. & ff de vulga. & pup. sub. l. fin. & ff. ad Trebel. l. Paulus. & ff. de his quib. vt indig. l. heres qui. Quartò, quia bonum & fidum eum existimauit. arg ff. commod. l. argentum. & ff. de pign. act. l. si seruos ff. mandat. l. inter. §. sedecim. Quintò, quia sufficit si actio emptori contra procuratoré cedatur, argu. ff. depos. l. si is & ff. de action. emp. l. si ea res. & ff. si quadrup. pau. fec. dic. l. i. §. fin. Sextò, quia pignus debitori perit, non creditori, vt C. de pign. act. l. pignus. & ff. de fideiuss. l. amissi. Septimò, quia sibi debet imputare, qui tale dedit, cùm videre debuit cui daret, maximè cùm dare non teneretur. vt ff. de regul. iur l. qui cum alio. & ff. de capit. dimi. l. 2. §. hi. Octauò, quia nihil ad venditorem ex procuratoris dolo peruenit, argu. C. ne ex delict. defunct. here. & ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. ait. & ff de tributo. l. 4.

EXADVERSO.

¶ EXADVERSO respondet emptor, se non teneri ad preciũ, nisi & pignoris habeatur æstimatio dati procuratori: Imprimis illa ratione, quia hoc ei mandatum videtur, arg. ff. de instito. l. cuicunque §. sed ei, & ff. de procur. l. ad rem. l. ad legatum pignoris enim obligatio sequela est principalis obligatiõis. igitur principali concesso, accessorium quoque intelligitur concessum, arg. ff. de instito. l. si quis, in princ. & ff. de legat. l. 3. l. Pedius, & ff commod. leg. fuit, §. adeò. si ita, vt probatum est, hoc ei mandatum tacitè videtur: ergo dolus vel desidia ipsius, mãdatori præiudicabit, vt ff. furt. aduersus na. l. j & ff. de liber. cau. l. non solum, & ff. de tributo. l. procuratoris, & ff. commod. l. sicut. §. j. & l. eum qui. & l. si mei. nec actori concessum est, quia negligens fuit in eligendo procuratoré, arg. ff. de neg. gest. l. man. §. fin. & ff. p socio. l. de illo, & ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si for & ff. de præsc. verb. l. apud Labeoné. ¶ Item alia ratione, quia ipse venditor videtur contrahere cum per alium contrahit, ergo & delinquere, vt ff. de lib. cau. l. non solum. §. j. & auth. vt iudi. sine quo. suffr. §. cos. ratum enim debet habere, quod cum procuratore gestum est mandato domini, ne alioquin decipiantur contrahentes, arg. C. de his qui ven. æta. l. j. Nec obstat quòd fidelem existimauit, cum aut non sic, aut pro sic existimare nõ debuit, immò debuit malum & infidelem credere eum, cum reus talis fuerit, quod ex facto præsenti conuincitur, argu. in auth. de testib. & ea quæst. §. virum. C. de prob. l. 3. l. cum te. Est quoque alia fortior ratio: quare ex facto sui procuratoris teneri debeat, quia ipse procurator conueniri non potest cum aufugerit, argu. in auth. de fideiussor. §. prim. & ff mand. l. si procurator, in princ. Præter hæc fortius Ioanni resistit, quia ex sui procuratoris contractu debet ei agenti compensatio opponi, licèt aliter non deberet, nec posset conueniri, arg. ff. de compensa. l. si cũ filio. & ff. si cert. peta. l. si cum fundus, in fin. & ff. de ne. gest. l. ait. §. pupillus.

SOLVTIO ET DISTINCTIO.

¶ IN hac quæstiõe multis modis posset distingui: Imprimis, vtrum venditor eum talem sciebat, an etiã ignorabat, vt in primo casu, compensentur ei: in secũdo, nequaquã, vt ff de pignor. act. l. si seruos, & ff man. l. inter §. sed cum. Secundò, vtrùm agat, an conueniatur: si agat, compensetur ei, alioquin minimè, vt ff. de neg. gest. l. ait §. pup. & ff. de compensat. l. si eum. Tertio, vtrùm procurator sit præsens & soluendo: in primo casu non cõpensetur Ioanni, sed agat emptor contra dolosum: in secundo compensatio opponatur, vt in auth. de fideiuss. §. j. & ff. manda. l. si procurator, in princ. Quartò, vtrùm ex dolo procuratoris peruenerit aliquid ad Ioannem, an non: vt si peruenerit, teneatur, alioquin minime. arg. ff. quæ in frau. l. ait. §. ait ff. quod met. cau. l. illud. §. quod diximus. Quintò, vtrum ne antea talis existimationis, an verò bonæ vitæ & cõditionis fuerit, vt in primo casu obiiciatur, in secũdo minimè. vt C. de ædil. act. l. si apud, & ff. commod. l. argentũ. Sexta mihi placet distinctio, vt distinguamus, vtrùm solius Ioannis fuerit procurator, an quasi mediator fuerit vtriusque: in primo casu teneatur Ioannes, in secundo non, nisi fortè aliquid ad eum peruenisset, vt ff cõmod. l. sicut. §. eum qui, & ff. furt. aduer. nau. l. prima, & ff. de præscr. verb. apud Labeonem in fi. & l. j. & idem. Si quid deest in hac q. vel circa allegatiões. vel circa decisiões, & soluitur in quæst. mediatoris, aduocatus.

SVMMARIVM.

An locans fundum pro certa mensura frumenti, ea posteà per statutum diminuta, possit à conductore petere secundùm primam mensuram.

Quæstio. 79.

LVCIVS Titius fundum suum Mæuio locauit sub certa mensura frumenti. contingit postea, quòd per consules vel potestatem mensura minorata est, pœna etiam fuit apposita, ne quis ad prioré metiretur de cætero mensuram. Nunc Lucius Titius modiũ prioris mensuræ postulans à Mæuio, exceptione repellitur, dicente se nõ ad priorem de cætero, sed ad posteriorem teneri mensuram. Quæritur, quid iuris sit. proponitur actio ex locato.

QVOD POSSIT.

¶QVOD Titius ad prioris mensuræ modiationé cum effectu agere possit, probabiliter videtur posse probari: Imprimis ciuitatis statutum ad futuros duntaxat contractus debet pertinere, non autem ad pristinos reuocari, vt C. de leg. l. leges, & C. de fi. instr. l. contractus. & in auth. vt cùm de app cog. in princ. Secundò, quia non est quid in ciuitate fiat, sed quid fieri debeat, inspiciendum, vt ff. de offic. præſ. l. si licet: in nouis enim constituendis euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod æquum visum est, vt ff. de leg. l. in rebus. Tertiò, quia mensuræ augmentum ei nõ obesset, vt ff. de dam. infect. l. damni. §. si is qui. ergo nec diminutio prodesse debet, argu. ff. de regul. iur. leg. j. vt parilitas, quæ seruari debet, seruetur. arg. vt C. de re scind. vend. l. ratas, C. de testib. l. si quis. Quartò, quia mutato statu mensuræ, & ipsa quoque mutata intelligitur, & alia effecta, vt ff. de solution. l. qui res. §. aream. igitur non tenetur locator Titius accipere eam, quia non potest aliud pro alio regulariter solui inuito creditore, vt instit. quib. mod. re contrah. & C. de sol. l. cum à quo, & C. de fabricens. l. j. lib. xi.

EXADVERSO.

¶LVCIO econtrà respondet Mæuius, dicens se ad pristinam mensuram nõ teneri propter nouam & inopinatam causam quæ superuenit. vt C. de procurat. l. procurator. & C. si sæp. in integ. restit. post l. quanquã. Secundò dicit se debere absolui propter potestatis cõsilium & præceptũ. rg ff de aq. plu. arc. l. quanquã. & ff. de re milit. l. 3. l. ait. §. 2. Tertiò, propter vniuersitatis statutum & cõsuetudinem. nec enim licet membra à capite recedere, vt C. qui long. cons. l. j. & ff. de testib. l. 3. § fin. Quartò, propter præsentis nõ præteriti temporis faciendam æstimationem. arg. ff. de auro & argen. leg. l. cùm certum. & ff ad l. Rhod. de iac. l. 2. §. prætor. & C. de adm. tut. l. quoties, maximè ea ratione, quia obligatio dationem recipit per singulos annos. vnde non initiũ obligationis, sed cuiusq; anni inspiciendum est. vt C. de præscript. 30 ann. l. cùm notissimi. §. in his. Quintò, quia pœnæ sunt molliendæ potius quàm exasperãdæ. vt ff. de pœn. l. interpretatione. arg. ff. eod. l. si præses. & maximè in quãtitatibus, vt semper quod minimum est sequamur, vt ff. de verb. oblig. l. inter. §. 2. Sextò quia locator potuit & debuit præuidere, vt ff. de minor. 25. ann. l. sed & si. §. feriæ. ne alioquin plus iuris habeant stulti, quàm periti, vt ff. quod vi aut clam. l. si seruus. & ff. ad l. Aquil. l. idem iuris. l. ob id. Septimò, quia tacita intelligitur esse conditio, si in eodem statu durauerit arg. ff. si quis. §. j. Octauò, quia de iuris fictione eadem mensura intelligitur, cùm in eius locum successerit. arg. ff. de iudic. l. proponebatur. & ff. de seru. vrban. præd. l. seruitutes. §. j.

SOLVTIO.

¶DOMINVS B. pro actore pronunciat, in qua sententia ego sum. vt ff. si cer. peta. l. 4. & ff. de verbor. oblig. l. si filius. Si quid in hac quæstione circa disputationem vel decisionem deest, in causa Pisanorum poterit inueniri.

SVMMARIVM.

An bona trãslata in ecclesiam, inchoata præscriptione contra priuatum dominum defendi possint priuilegio quadragenariæ præscriptionis ecclesiæ competenti.

Quæstio 80.

CONTRA Lucium Titium cùm triẽnalis esset inchoata præscriptio, sua in Ecclesiam contulit. quæritur nunc, cùm triennalis sit consumpta præscriptio, nunquid hac triennali præscriptione possit submoueri Ecclesia, an verò quadragenali sit opus præscriptione. Vnde proponit Ecclesia rei vendicationem.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD effectu sibi competat, imprimis ea ratiõe intendit, scilicet quia contra Ecclesiam quadragenalis non triennalis est introducta præscriptio duntaxat, vt C. de sacr. sanct. eccles. auth. quas actiones. Secundò quia non secundum præteritum tempus, sed secũdum præsens introducta est præscriptio, argu. ff. de his qui deiec. vel effud. l. si verò. & ff. de aut. tu. l. cùm certum. Tertiò, quia vtraque tempora cõtinuare intendit, ergo cum sua causa continuare debet, arg. ff de acqui. poss. l. Pomponius. §. j. & C. de præscriptio. 30. annor. l. cum notissimi. §. j. Quartò, quia mutato statu personæ, etiam rerum mutari debet. argu. ff. de solu. l. cum quis sibi, in princ. Quinto loco fortissima ratio succedit, scilicet quia in auth. simpliciter dicitur quadragenalis præscriptiõ contra ecclesiã locum haberè: nec adiicitur, quãdo inchoata sit, ergo siue antea, siue postea quã ad ecclesiam res peruenerit, arg. ff. de serui. vrb. præd. l. si seruitus. nec enim erat legislatori difficile, si contrarium voluisset apertiùs disponere, vt C. de caduc. toll. l. j. §. penult. Sextò, quia deuenit in eum casum, à quo non posset incipere: vt ff. de iudic. l. si à me, & ff. de his quæ pro non scrip. hab. l. 3. Septimò, quia plus iuris debet habere ecclesia suo vtens priuilegio, quàm is cui successit, vt C. de præsc. 30. anno. l. sicut. & ff. de vsucap. l. cùm quidã. §. si debitores. Octauò, quia præscriptiones omnes odiosæ sunt & non inuandæ, vt ff. de lib. & posth. l. cùm quidam.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur ecclesiæ, scilicet quia eo iure vti debet, quo priuatus, ergo eadem remouetur præscriptione, arg. ff. de iudic. l. heres. §. si is qui. & ff. de vsucap. l. cum quidam. §. fiscus. & ff. de dam. infect. l. qui bona. §. penu. & ff. de verb. obl. l. 2. nec enim qui in ius alterius succedit, plus iuris habere debet quã is cui successit, vt ff. de diuers. temp. præsc. l. cùm heres. & ff. de condit. & demon. l. cui, & ff. quarum rer. act. nõ da. l. j. Tertiò, quia præscriptio legitimè inchoata, ex post facto vitiari non debuit, vt C. de admi. tut. l. sancimus, & ff. de itin. actũque pri. l. j. §. fina. & l. 2. Quartò, quia licèt non potuerit ecclesiasticæ rei præscriptio inchoari, inchoata tamen, valuit consummari, vt ff de fund. dot. l. si fundus, & ff. de vsucapio. leg. 4. in princ. Quintò, quia possessor defensionem, non actionem petit, & ideo pro eo potiùs iudicandum, vt C. de eden. l. non est nouum, & ff. de regul. iur. l. fauorabiliores. Sextò, quia in actoris iam esset potestate litem protelare, si rem ecclesiasticam transferendo posset præscriptiones prolongare, vt instit. de hæredita. quæ ab intest. §. post mortem, ff. de arb. l. ne in potestate. Septimò, quia legitimè inchoatum, superueniens priuilegium non debet infringere, argu. ff. de excus. tut. l. 3. l. non tantùm, & ff. de iu. immun. l. semper. §. hoc.

SOLVTIO.

¶BVLG. & Io. pro actore ferunt sententiam, idem P. Vgo contra. Ego autem distinguo, vtrùm modi-

cum tempus supererat ad præscriptionem implendā, an non: secundum quod distinguitur, ff. de vsucap. leg. rerum.

SVMMARIVM.

An habens domum ruinosam, conueniendo cum vicinis de eius demolitione pro scutis centū: si terræ motu vel aliter ceciderit, possit vicinos cogere ad centum soluenda.

Quæstio 81.

LVCIVS cùm haberet domum ruinosam, de qua damnum verebantur vicini, promiserunt centum dicto Lucio, vt eam dirueret. cùm verò Lucius sequenti die eam diruere deberet, per seipsam, casu, domus prædicta cecidit in ruinā sine damno vicinorum: Quæritur modo, nunquid ex stipulatione vicini dicto Lucio teneātur. proponitur certi condictio ex stipulatu.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD possit agere, videtur probabiliter posse conuici: Imprimis ea ratione, quia videtur extitisse conditio, cum nō steterit per eum qui implere debuit, quo minus existeret, vt ff. de condit. instit. l. 3. & l. sub. §. quoties. l. si quis testator, & l. mulier, & l. fin. ¶ Item quia promissum adimpletum est, licet non ab eo. arg. ff. de verb. obl. l. cùm seruus, & ff. mand. l. si procurat. §. mand. & ff. de his quibus vt indig. l. sororem, nimirum referre non debet, à quo id fiat, sed an factum fuit, vt ff. de re mili. l. 3. & ff. de ritu nupt. leg. palam, & ff. de furt. l. 2.

EX ADVERSO.

¶ EX ADVERSO respondetur, stipulatorem ad agendum admitti non posse, eô quòd conditionem stipulationis non impleuit, licèt per eum non steterit, arg. ff. de cond. ob cau. l. fin. & ff. loca. l. actio. l. ex conducto. ff. item. nihil enim interesse debet, vtrum nō sit, factum quod in stipulatione continetur, an verò ab alio, argu. ff. ad municip. l. Titio, & ff. de petit. her. leg. si quis poss. & ff. de tab. exhib. l. loc. §. fin. ¶ Item quia non est dicendum factum, quod ex stipulatione non sit factum, arg. ff. de iureiu. l. non erit. in fin. & ff. de condit. & demonstr. l. 2. præter hęc lex diuina nemini præiudicat circa committendam contra se stipulationem, igitur prodesse debet. Simile ff. de regul. iur. l. secundum.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur, vt quia de effectu excogitatum sit, promissores stipulatori non moranti in destructione, debent condemnari, vt C. si mancip. ita fu. alie. leg. fin. & ff. ad Tertyll. l. 2. si quid deest circa hunc articulum, sollicitus disputator, in causa communis & Canonicorum poterit inuenire.

SVMMARIVM.

An promittēs Titio centum, si per triennium faceret moram extra ciuitatem Bononiæ, si Titius in eo triennio per L. dies interpolatos fuit Bononiæ, possit cogi ad soluendum.

Quæstio 82.

GAIVS Seius Lucio Titio promisit centum, si Lucius viueret per triennium, & dummodo dictus Lucius in dicto triennio Bononiæ moram non faceret. Titius conditionem adimplere volens, ciuitate exiuit, quandoque tamen in ciuitate per diem in septimana moram faciebat, & sic diebus singularibus Bononiæ per L. dies intra biennium in ciuitate permansit. Nūc termino finito, Lucius Titius Gaium Seium ex stipulatu, apposita certi conditione, conuenire intendit, quasi existente conditione. Gaius verò contradicit, quia conditio defecerit per mensem & vltra quo in ciuitate fuerit. Quæritur, quid iuris sit.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD Lucius Titius possit agere cum effectu, Imprimis sic videtur posse probari: Triēnio vixit, nec per mensem in ciuitate stetit, ergo stipulationis conditio extitit. quod triennio vixisset, non est quæstio. Quod autem per mēsem in ciuitate non stetisse, rationibus demonstratur: Pone namque aliquem per interualla cœpisse sæpiùs, & desiisse possidere, nunquid erit locus continuationi? minime, vt ff. de vsucapio. l. nunquam. § j. §. vacuum. Item pone quòd quis causa studendi, pluribus interuallis computatis, per decennium Bononiæ fuit, nunquid erit incola? nequaquam, vt C. de incol. l. 2. lib. 10. ¶ Item nunquid per mensem in ciuitate stetit, quia in singulis mensibus per triennium venit? præter hęc nunquid manere videtur qui frequenter recessit? nunquam, immò potiùs dicendus erit erro. vt ff. de ædil. edic. l. quis sit. ¶ Item nónne cum dixit, per mensem, de mense legitimo est intelligendū? vtique, argu. C. de his qui ven. ęta. impe. l. fin. & ff. pro soc. l. 3. §. de illo ¶ Item an venisse videtur, qui manendi voluntatem non habuit? minimè: vt ff. de capt. & postl. reu. l. cùm nihil. Insto fortius adhuc, nunquid redisse videtur qui statim recessit? certè non, vt ff. de repud. l. 3. ¶ Item nunquid de continuo mense etiam non est intelligendum? nequàquam, immò continuus est accipiendus, sicut & actus. vt ff. de verb. obl. l. continuus: & C. de dolo. l. fin. & ff. de infamibus. l. genero. §. sed cum Nunquid duo vel plura imperfecta, vnū perfectum constituunt? non certè, vt C. qui num. tutel. l. fin. l. nunquid igitur à tenore verborum recedemus, cum aliâs manifestus non appareat sensus? stultum esset, vt ff. de legat. 3. l. non aliter patet igitur, quòd per mensem in ciuitate non fuit vel stetit, nec stetisse videtur vllo modo, vt probatum est. vndè Gaius condemnandus est, vt conuincitur.

EX ADVERSO.

¶ ECONTRA dicitur, quòd cōditio defecit vnde stipulator agens repellendus est. pone igitur à fœneratore te in medio Ianuario pecuniam fœnebrem recepisse soluendam infra mensem nōne in medio Februario te ad computationem vocabit? Vtiquè sic. ergo dimidiati, mensem vnum faciūt. ¶ Item pone quòd fœneratori decem debeas, nonne soluēdo nunc quinque, nūc alia quinque liberaberis? vtique. sic ergo particulares solutiones totius debiti afferunt liberationem, vt ff. de cond. indeb. l. si non sortem § sicut. ¶ Itē pone quod quis 20. annis præscripsit. nunquid vltima tamen dies computabitur, quo consummata est præscriptio? nequaquam, immo omnis, vt ff. de minor. l. 3. Pone insupèr aliquem præsente aduersario, quinquennio præscripsisse, & illo abeunte, & demum etiam illo reuerso, per aliud quinquennium possedisse, nōne præscripsit decennio? vtique. vt C. de vsucap. transfor. leg. vnica. ¶ Item quid refert, per mensem continuum, an per totidē singulares dies in ciuitate fuerit, qui tantūdem præstant? certe nihil, vt ff. si cert. petat. l. certum. & C. de instit. & substit. leg. si mater. Inde enim sequeretur inconueniens, quia iā posset stetisse in ciuitate per totum triennium, exceptis 36. diebus, dempta vna die de singulis mensibus, & tamen non stetisset per mensem, quia non per integrum mensem. Non etiam videtur Lucius in fraudem fecisse stipulationis? Vtique. vnde sibi prodesse non debet. vt ff. ad Maced. l. 4. & Lita. ¶ Item nónne plura imperfecta vnum perfectū faci-

faciunt.ita certè, vt ff. de minor. 25. ann. l. necnon, & C. de agric. & censi. l. cùm scimus. ¶ Item núquid licitum est secundariò & per obliquum, quod principaliter & directò inueniretur prohibitum? nequaquam arg. C. nè de sta. defunct. l. 2. & 3. & C. de vsur. rei iudi. l. 3. nónne quoque vno prohibito, phibetur & aliud per quod peruenitur ad id quod prohibitum est? vtique, arg. ff. de tuto. & cur. l. si rem. & ff. de leg. 3. l. cùm quis. §. pen. Ex his ergo datur intelligi, quòd stipulationis conditio defecit, vnde Lucium à petitione constat repellendum.

SOLVTIO ET DISTINCTIO.

¶ IMPRIMIS videtur posse distingui, qualiter ciuitatem frequentasset, vtrum per eam partem mensis, quę posset dici quota annalis, si quidem per eam partem, quæ posset dici quota, vt per septimanas præiudicet sibi, si per quatuor septimanas, licèt interpolatas, ibi steterit, aliàs nequaquam, vt ff. de vsucap. l. Pomponius. Secundò, vtrùm necessitate compulsus hoc fecerit, quia frequenter in villa, in qua morabatur, Teutonici Bononiensium inimici veniebant ad capiendos Bononienses. quo enim casu sibi pręiudicat, an sponta nea voluntate ciuitatem intrauerit, quo casu defecit conditio, vt ff. de cond. & demon. l. si quis. Tertiò, vtrù hoc fecerit fraudulenter & malignè, an bona fide, forte quia visitabat parétes, & amicos suos & filios ac vxorem, notos & familiares. In primo casu, non committatur stipulatio, in secundo vtique. Quid ergo? mihi videtur mensis appellationem, secundum verborum rigorem, continuum mensem significare, nisi aliud manifestè dicatur. si igitur sine dolo malo taliter Lucius ciuitatem frequentauerit, vt videbitur incidisse in pactum? vnde Lucius cú effectu poterit exigere non obstante hac exceptione. Cętera quę desunt, ex superiori quæstione proxima & his quarum mentio habetur, ibi inuenire licebit.

SVMMARIVM.

An ratihabitio principis conualidet transactionem factam super appellatione, qua interponi non poterat.

Quæstio 83.

PRINCEPS causam delegauit sine remedio appellationis. alter ex litigatoribus victus, nihilominus appellauit, post appellationem transegit. Imperator post modum cùm inter eos quæstio verteretur, appellationem factam habuit: hîc quæritur, vtrum ratihabitio retro trahatur, vt per hoc videatur valuisse transactio, an non. proponitur actio in factum ex iudicato.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD in factum iudicati actio cum effectu locum possit habere, manifesta ratione probatur. senten tia enim lata fuit, quæ remedio appellationis non potuit suspendi, vt ff. quis & à quo app. l. 1. nec aliud allegatur, igitur ex ea cum effectu in factú iudicati actio intéditur. Nec obstat trásactio, quæ de iure nó valuit, vt C. de transact. l. si causa: nimirú non remouetur quis propter transactionem vel quicquid aliud, cum illud de iure non valuerit, vt C. de repud. & absti. her. l. 3. & C. de remiss. pign. l. debitum, & C. de capt. & postl. reuer. l. nec nos. Nec obstat quòd obiicitur ratihabitio. illa enim non trahitur retrò. ¶ Item senté tia statim de iure valuit, si appellatio statim fuit inutilis: ergo & per rescriptum principis sententia non valuit infirmari, vt C. de erro. aduoca. l. sententiis, & C. quæ sent. rescin. nó poss. l. 2. & fin. nec appellatio cófirmari, & circa hunc articulum inferiori proxima quæstione plenius inuenies disputatum. præter hęc imperialis constitutio non respicit retrò, nisi hoc princeps disposuerit, ergo multo minus confirmatio, vt C. de leg. l. leges, & C. de fide instru. l. comparationes.

EXADVERSO.

¶ ECONTRA dicitur trásactioné valere & ideò actionem in factum, exceptione posse elidi. Imprimis, valet, quia ratihabitio retrotrahitur, vt C. ad Maced. l. fin. & C. de donat. int. vir. & vxor. l. donatio. ¶ Item quia aliter confirmatio non esset allatura emolumentum, arg. ff. de leg. prim. l. si quàdo, & ff. ad municip. l. 3. Item quia lites odiosæ sunt, & ob id non iuuádæ, arg. C. de transact. l. factis, & ff. de lib. & posth. l. cùm quidam. præter hec, quia ratihabitio simpliciter facta, cómune tempus complectitur, arg. C. de diuer. rescri. l. falso. & C. de pœn. l. seruus. ¶ Item quia rescripta imperialia sunt plenius interpretanda, arg. C. de constit. princ. l. fin. & si poneretur sine præiudicio, quod trásactio non valeret, tamen propter ipsam repellendus esset. contractus enim aliàs inutilis est ad repellendú contrahentem, arg. ff. de adopt. l. post mortem, & ff. de seruitu. rust. præd. l. per fundum. ¶ Item remouendus est doli exceptione, siue transactionis, arg. ff. de pact. & suum. §. vlt.

SOLVTIO.

¶ MIHI videtur distinguendú, vtrùm, quando Imperator appellationé confirmauit, sciebat transactionem interpositam, an etiá ignorabat: si sciebat, trahatur retro ratihabitio, & cófirmetur transactio: si ignorabat, nulla erit transactio, valente in posterum appellatione, vt C. qui adm. ad bon. poss. l. bonorum. & ff. de offic. prætor. l. Barbarius.

SVMMARIVM.

An monasterium ab episcopo exemptum, vt nil præstare teneretur, nisi voluntarie dando annuum quid per annos 40 possit posteà allegare priuilegium exemptionis suæ.

Quæstio 84.

QVODDAM monasterium priuilegio exemptum fuit à potestate sui episcopi tali tenore, vt nunquá præstaret episcopo, nisi quod spóte vellet. procedéte tépore, & bene per 40. ann. ad minus, monasteriú, quoddam annuú pręstitit, quod fortè anteà præstabat per procuratorem: transactis sic demum 40 annis, monasteriú vult vti priuilegio suo, & nihil vult præstare. Episcopus verò petit ex debito quod pręscripsit hoc ius. Quęritur quid iuris sit. ppo nit episcopus vtilem códitioné, vel, iudicis officium.

QVOD POSSIT.

¶ QVOD possit episcopus agere cú effectu, euidé té ratióe videtur posse probari, & hac imprimis, quia omne ius tollitur pręscriptione 30 vel 40 annorum. vt C. de pręscrip. 30 anno. l. omnis. ergo & priuilegiú. ¶ Item quia sponte pręstando videtur renunciare priuilegio, argum. C. de in. domin. impe. l. 2. ¶ Item renunciatum videtur propter temporis diuturnitatem. vt ff. de vsucap. l. eum qui. Nec obstat, quòd fortè nó possit à monachis, priuilegio renunciari. dicimus enim, quòd licèt nó expressim, tacitè tamé renunciare potest, nó vtendo. simile ff. de pronunciat. l. filius. §. veterani. Præter hæc nó sufficit priuilegium esse impetratum, nisi allegatum fuerit, arg. C. de pręscr. 30. anno. l. sicut. immo dicimus, quod expirat non vtendo, sicut lex, vt in authen. quib. mot. nat. effic. leg. §. fin. col. 7. & seruitus, vt Cod. de seruitu. l. sicut. Ex his patenter ostenditur, quod monasterium videatur renunciasse

priuilegio, non ergo poterit ad id redire, arg. ff. de procurat. l. qui procurator. §. j.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, monasteriū posse vti priuilegio. quod enim dicitur, commune ius tollitur præscriptione 30. annorum, de iure agendi, non de iure excipiendi, dictum est, & C. de non num. pecu. l. asseueratio, quid enim, si per antiquos annos 40. tibi eleemosynam ad ostium meum dederim, nunquid poteris de iure debitum exigere? absit. sic ergo nec hoc. præsumitur enim, quod monasterium charitatiuè præstiterit, ergo præscriptio locum non habet, argu. C. de seruit. l. j. & C. de præscr. 30. annor. l. malè. Item iuxta tenorem priuilegij præsumitur monasterium præstitisse, id est, sponte: ergo non videtur priuilegio renunciasse, vt ff. de liber. & posthu. hered. instit. vel exh. l. cùm quidā. ad hæc, monasterij fauoris causa, quia præscriptiones sunt odiosæ, iuuari non debent, vt C. de anna. excep. l. fin. ¶Item præsumendum est, quòd hoc iuxta tenorem priuilegij præstiterit, religione atque industria personæ attenta non enim de abbate ministro ac religioso credendum est, quòd voluerit derogare priuilegio ecclesiæ, quòd de officio sibi commisso seruare cogitur, & hoc aliter præstiterit, immo potiꝰ tenore rescripti, scilicet spontè, arg. C. qui & aduers. quos. l. a. sed adhuc occurrit ratio mera. constat enim hanc præstationem fore indebitam, igitur aut Abbas sponte præstitit eam, scilicet sciens non teneri aut ignorans, scilicet credens se fore obligatum, aut dubitabat: in primo casu, omninò est, quia secundum tenorem rescripti præstiterit, vt dictum est in secūdo, cùm liqueat de indebito, præstatio diuturnam non constituit obligationem in posterum, argumen. C. de pact. l. si certis annis. & ff. de oper. liber. l. operas sicut enim tempus non est modus tollendæ obligatiōis, ita & multo minùs constituendæ, cùm fauorabilior sit causa liberandi quam obligandi, vt ff. de actionib. & obligationib. l. Arrianus. & maximè, quia donationem recipit per singulos annos. vt C. de præscriptio. 30. anno. l. cùm notissimi. §. in his. nec habet hoc ius perpetuam & continuam causam, argumen. ff. de seruitu vrba. præd. l. foramen. Idem dicendum in hoc casu. Tertiò, quia dubius habetur pro ignorante, vt C. de condi. indeb. l. vltima Ex his ergo luce clara constat, quia nunquam tacitè sic potest videri renunciasse priuilegio, sed nec expressim, ergo nullo modo, quia delictum personæ non debet, &c.

SOLVTIO.

MIHI videtur Abbatem hunc à petitione Episcopi absoluendum, quia potiùs secūdùm ius commune, & hospitalitatis causa, quam hominibus debet, videtur eum recepisse, quàm quòd iuri monasterij voluerit derogare.

SVMMARIVM.

An institutio generalis, facta à patre instituente filios suos heredes, includat filias fœminas dotatas, stante consuetudine quòd non succedant.

Quæstio 85.

CONSVETVDO erat in prouincia, ne filiæ à patribus dotatæ, vllam fratribus de paterna hereditate mouerent quæstionem, etiam si forent à patribus institutæ Decessit quidam filius, relictis filiis & filiabus dotatis, & testamentum fecit in hunc modum: filios meos mihi heredes instituo. nunc filia tanquam instituta, conferendo dotem, succedere vult. Quæritur, quid iuris sit. proponitur petitio hereditatis.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit eam cum effectu intentare, satis videtur expeditum, quia filij appellatione & filia continetur, vt ff. de leg. 2. l. si ita scriptum, & ff. de le. 3. l. Lucius. §. quæsitum. masculinus enim sexus tanquam dignior, fœmininū in se cōtinet, vt ff. de leg. 2. l. quiduos ¶Item lex significatione istorum verborum, hoc inducit, vt appellatione filij, etiam filia contineatur, ergo ab ea non est recedendum, nisi cum appareat testatorem voluisse contrarium, vt ff. de leg. 3. non aliter. & l. Lucius. §. quartum. ¶Item verba non sunt ambigua, ergo non est necessaria interpretatio voluntatis, vt ff. de leg. 3. l. ille aut ille. Præter hæc, institutiones fauorabiliores sunt, ergo iuuandę, vt ff. de lib. & posthu. leg. cum quidam. Sic ergo debemus interpretari, vt potiùs valeat institutio quàm euanescat, vt ff. de reb. du. l. quoties. ¶Item hæc consuetudo odiosa est, nullo ergo modo prorogāda, vt C. de lib. præteri. l. maximum.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, quod nòn debet admitti, scilicet, quia iuxta cōsuetudinē regionis præsumenda est voluntas testatoris, cùm ergo ex consuetudine filiæ non succedant, instituēdo filios, filias præterisse videtur, arg. ff. de leg. 3. l. nummis. & ff. de regu. iu. l. semper. ¶Item filios instituit, non ergo filiæ admittentur. non enim semper sub masculino fœmininum continetur, vt ff. de regul. iur. l. semper, & de vent. in poss. mitt. l. prima. ¶Item præsumenda est voluntas, ex eo, quod testator talem sciuit consuetudinem, argu. ff. de iudic. l. sed & si. §. j. & ff. de vsu. & habit. l. plenum. §. equitij. ¶Item in ambigno, non est verisimile quòd eā voluerit instituere, quam à sua domo separauit. Præter hęc, ista duo inter se nō patiuntur, vt dotata sit & admittatur ad paternam hereditatem: si ergo pater vnum elegit, reliquum remouisse videtur. Non est ergo præsumendum, vt id fieri voluerit, quod remouit, nisi manifestè & expressiùs hoc manifestauerit, arg. ff. de leg. 3. l. si quis in. l. quid ergo

SOLVTIO.

¶MIHI videtur in hoc ambiguo, potius præsumēdum, institutionem factam esse, arg. ff. de lib. & posth. l. cùm quidam.

SVMMARIVM.

An non creditor possit propria authoritate bona sui debitoris capere, vt sibi satisfiat, sine licentia iudicis cùm illius copiam non haberet.

Quæstio 86.

LVCIVS Titius cùm magistratus copiam non haberet, debitori suo boues abstulit. Quæritur ergo, vtrùm ius suum perdere debeat? Proponit Lucius contra debitorem suum pristinam actionem.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD ergo actio sibi competat cum effectu, euidenti ratione probatur, nimirum vigor iudiciorum iurisque publici, tutela videtur in medio cōstituta, ne quisquam sibiipsi permittere valeat vltionem, vt C. de Iudæis. l. nullus, tanquam ex consequenti. ergo intellectu patet, quod vigore iudiciorum deficiente, possit aliquis sibi ius dicere, argu. ff. de testib. l. ex eo. & ff. de iudic. l. cùm prætor, nimirùm causa prohibitionis cessante, prohibitio cessat, arg. ff. de iu. patron. l. adigere. §. prim. & ff. de pact. l. quod dictum. ¶Item propter defectum magistratus, licitum deprehēditur quod aliâs non liceret, vt ff. quæ in frau. cred. l. ait prætor. & ff. ad Tertyll. l. 2. §. cùm se Præter hæc, quia iuris cōsequendi gratia hoc fecit: & gratia sui iuris conseruādi licet, quod aliâs nō liceret, vt ff. de præscr. verb. l. qui seruādarum, & ff. de lib. cau. l. qui ex libertate.

EXAD-

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, Lucium Titium experiri non posse, quia ius sibi dixit, quod non licet, vt ff. quod met. cau. l. extat. & C. vn. vi. l. si quis in tantam. Nec obstat quòd nõ habuit copiam magistratus, quia debuit expectare, arg. ff. quis or. in bon. poss. ser. l. a. & ff. de diuer. & temp. præscr. l. j. in fi. Immò & si liceret, non tamen debuisset sine maioris authoritate pignorare, vt C. de Iud. l. nullus, & ff. quod met. caus. l. extat, & C. de pign. l. 3. Ad hoc, cùm & cautum lege reperiatur, quod creditor rẽ debitoris accipiẽs, cadit à iure suo, nec de opera magistratus distinguit: patet ergo, quod siue habuit copiam, siue non, cadit à iure suo, vt C. de offi. mag. mil. l. fi.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, Lucium Titium ius suum amisisse, & quod expectare debuit quousque copiam magistratus habuisset, argu. C. de iud. nullus, & ff. quod met. cau. l. extat.

SVMMARIVM.

An creditor supradictus sibi ius dicens, creditum suum amittat, & quomodo.

Quæstio 87.

SED ex hac quæstione, secunda oritur quæstio, scilicet, vtrùm debeat ius suum amittere, quatenùs deliquit, id est, quatenùs ipsi boues valeant, an in solidum.

QVOD IN SOLIDVM.

¶QVOD in solidũ, euidẽti ratione probatur, quia in lege continetur, creditorem suo iure debere priuari, si vllam rem debitoris acceperit. nec distinguit, an modica sit, an magna, vt ff. quod met. cau. l. extat. igitur quantæcunque quantitatis fuerit, debeat priuari, vt ff. de offi. præ. præt. l. 3. Nimirum & alias qui delinquit in parte, reus est in totum, vt ff. de seruitu. l. sicuti. & C. de plus petit. & C. ne vxo. pro mar. auth. & omnimodò, & C. de fideicom. auth. amplius.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicitur, in eo tantũ debere puniri, in quo peccauit, vt instit. pro soc. & ff. de his quæ, vt indig. l. hæc. nec vlteriùs procedi pœnam, quã sit delictum, vt C. de pœn. l. sancimus, & C. de hæret. & Manich. l. quicunq;, & ff. de his quæ, vt indig. l. heres. ¶Itẽ tantùm in bobus delinquere voluit, igitur in eis tantùm debet puniri, quia non contrahitur crimen, si nõ interuenit voluntas nocendi, vt C. ad l. Corn. de sicar. l. j. & 4 & ff. de incend. rui. l. j. §. non tantũ. Sed fortè dices, voluntatem nocendi habuit: Lucius respondet, se non teneri, nisi quatenus boues ablatæ fuerunt, & nihil refert vtrũ aliô delinquere voluit, & nõ in ea re de qua queritur, vt ff. de seruit. l. verum, & C. ad Velleia. l. iubemus.

SVMMARIVM.

An filius in re certa institutus heres, vt præteritus, possit testamentum patris rumpere, cum vniuersaliter non fuerit heres institutus.

Quæstio 88.

QVIDAM filium suũ heredem ex re certa instituit. vxorem quam habebat ex residuo: nunc filius quasi præteritus, vult paternum testamentum rumpere. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur petitio hereditatis.

QVOD POSSIT.

¶QVOD filius ab intestato succedere possit, euidenti ratione conuincitur. hic enim filius nec institutus apparet, nec exheredatus, ergo præteritus. veniet igitur ab intestato: quòd verò non sit exheredatus, de se patet: & quòd non sit institutus, conuincitur ex eo, quia non loco heredis, sed legatarij cõstituitur, vt C. de hered. inst. l. quoties. ¶Item pone quòd vxor instituta, repudiauit hereditatem, nunquid locus erit iuri accrescendi, an non: aut nunquid testamentum irritabitur, si poneres ab initio irritum non esse? ¶Item nõne taliter institutus ex re certa, agit ad rem consequẽdam actione ex testamento contra institutum ex parte, vel nunquid hereditatis petitionem intẽdit? ¶Item quæro, an is taliter sit institutus heres: si dicas heredẽ, ergo iuris successorem, & non rei: at ius, id est, hereditas, per Falcidiam non defalcatur, nec ergo institutus in re certa dicitur heres. arg. contra dicitur. ff. de heredi. inst. l. ex facto. ¶Item cauet velut legatarius. ¶Itẽ si detracto debito nihil est reliquum, cassatur institutio, sicut & legatum: ergo constat quòd iure legati, nõ hereditario, rem istam capit: sed nec aliud quicquam iure hereditario capit, igitur heres non est. ¶Item opponitur, hic filius heres est, cùm à testatore non sit vetitus, nec ex legitima institutus: si heres, commoda & incommoda sentiet hereditaria, arg. C. de act. her. l. si adulta, & ff. de verb. sign. l. si hereditatis. Præter hæc, sola vxor adeundo consequitur omnia commoda & incommoda hereditaria, præter hãc vnicam rẽ quam filius cõsequitur iure legati, ergo nullus. Præter ipsum est heres institutus, arg. ff. de le. j. l. quod contra. §. 5. ergo de his liquidò constat, filium non esse institutum, licèt verbis fuerit institutus. sola enim verba sine effectu non sufficiunt. quid enim si ex residuo instituisset eum, cùm nihil esset residuum? arg. ff. de hered. instit. l. itaque Sabinus. Verba enim, quæ carent effectu, nihil faciunt, arg. C. de donat. l. fi. Præter hæc, iste filius nullam partem hereditatis ex testamento habuit, nec potest, nec poterit habere: igitur heres non est institutus sed præteritus.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicitur, filium ex certa re institutum, testamentum nõ rumpere. institutio enim ex certa re legibus comprobatur, atque permittitur, vt ff. de hered. insti. l. quoties, & ff. ad Treb. l. si quis priorem. Si ergo filius iste fuerit in re certa institutus in testamento, tenuit institutio: nec ergo tanquam præteritus testamentum irritabit. non enim præteritionis pœnam pati debet, qui filium non præteriit; argum. ff. de lib. & posth. l. fin. Nec obstat, quod effectum dicitur non habuisse. sufficit enim quandoque aliquid de facto esse factum, argum. ff. de condit. institu. l. mulier, & ff. de statu lib. l. pen. immò expressum est, ar. in auth. de test. imp. §. verò. & in auth. vt cum de app. cogn. §. si tales igitur. coll. 5.

SOLVTIO.

¶QVICQVID ergo alij dicant, mihi videtur hunc filiũ cum liberis sicut institutũ, repelli, alioquin tanquàm præteritum admitti, vt C. de inoffic. test. l. si mater.

SVMMARIVM.

An dos profecta à patre, filia defuncta in matrimonio, liberis existẽtibus, debeat reuerti ad patrem, an ad filios pertineat.

Quæstio 89.

QVAERITVR vtrùm dos à patre profecta, ad patrem redire debeat, filiafam. in matrimonio defuncta, liberis existentibus: Proponitur actio ex stipulatu.

QVOD REDIRE DEBEAT.

¶QVOD dos ad patrem debeat redire, probatur euidenti ratione: imprimis, ne parentum munificētia circa filios retardetur dotísque pignus, sed rei constituatur augmentum: argu. C. de bon. lib. q. Secundò, ne duplici damno afficiatur, scilicet filiæ atque pecuniæ, argu. ff. de iu. dot. l. iure. Tertiò, quia occasione rei paternæ quæsitum, ad ipsum debet reuerti, ergo multo fortiùs res ipsa, quæ ab eo profecta est, vt institut. per qu. pers. nob. acq. Quarto, summa ratione probatur, quod filij non possunt iusta causa retentionis vti, quia naturalis stimulus hortatur parentes ad alendos liberos, argum. C. de rei vxo. actio. l. 1. §. sileat. ¶Item quia pactum factum, vt propter liberos retineatur, est validum, igitur non superuacuum, arg. ff. de iu. dot. l. inter soci. ¶Item quia liberi secundi matrimonij ad dotem admittuntur, matre mortua, cum liberis prioris matrimonij: ergo liberi non sunt causa, quare retineatur, ar. C. de secund. nupt. l. siquis prioris. Præter hæc, pone filiam emancipatam à patre, pro dodrāte instituisse extraneum, legitima filia relicta, nónne pro dodrante repetet extraneus? vti que. igitur liberi soli nō sunt iusta causa retentionis. Quinta succedit validissima ratio, & scripta legibus continetur, dotem à patre profectā, ad ipsum, filiafam. in matrimonio defuncta, debere redire, nec distinguit, liberi interueniant, an non, vt C. sol. matr. l. dos, igitur omnia redire debent, vt C. de donat. l. data. Sextò irrefragabilis obiicitur allegatio, tantum lex tribuit patri dotem danti, saltem quantum extraneo paciscenti, vt C. de rei vxo. act. l. prima. §. accedit. sed si extraneus stipuletur dotem sibi restitui, non fiet propter liberos retentio: igitur nec cùm à patre, cui tacitè datur ex stipulatu actio.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, dotem debere restitui liberis extantibus, scilicet quia dos est patrimonium filiæ, igitur in ea filij præferuntur patri, vt ff. solu. matri. l. j. 3. §. sed & vtrùm, in fi. ¶Item quia dos in hereditate patris nō reperitur. abscessit enim à bonis patris, vt ff. ad l. Falc. l. pactum, & ff. de collat. bon. l. j. §. fi. Item quia nepotes ex filia venientes ad hereditatem aui materni, cum auunculis & materteris, tenentur conferre dotem suæ matris. si ergo abstineant, non tenentur conferre, ergo non debet redire ad patrem, quia si auo debuit reddi. & eius heredibus reddetur: vnde est quādò auus supersederit agere & dotem repetere, idem repetens quasi à iure tenetur offerre. Sed si nollēt succedere, non tamen denegatur illa lege heredibus actio hereditaria, vel forsan ibi pactum fuerat vbi propter liberos dos retinetur, argu. C. de collat. l. illam. Quartò, quia pater, filiæ secundò nubenti tenetur integram dotē prioris matrimonij conseruare, vt in auth. de æqu. dot. §. quia verò. Quintò, quia filia emancipata vel sui iuris effecta, sola de dote reperitur domina: vnde relinquitur, quod sit eius patrimonium proprium, vt C. de rei vx. l. vnica. §. videamus. ergo potiùs liberis iure hereditario, quā patri iure peculij debet concedi. his est arg. ff. sol. matr. l. post dotem & ff. vt in poss. ea. l. fi.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur Bulgari sententia omninò, quantum ad hoc, fore sequenda, vt siue liberi extent, siue non ad patrem redire debeat dos à patre profecta: & quia fortissimum de consuetudine, quam M. pro se allegant, hanc nostram confirmant sententiam. Si enim iure materno filij habent, non auito, igitur non tenentur conferre, vt de insti. l. fin. l. statuit. cum ergo conferant, patet quòd aui fuerit ortum iure tanquàm profectitium,

SVMMARIVM.

An pupillus possit recusare expensas factas per tutorem in domo altius illam tollendo, allegando, non esse expensas necessarias.

Quæstio. 90.

QVIDAM decedēs, fratrem suum filio impuberi quem habebat, tutorem dedit, eúmque filium in solidum, filia ex legitima instituta, heredem instituit, turrímque, quam cum fratre habebat communem, si filius sine masculo herede vitam finiret, ei reliquit: quo testatore mortuo, hic frater pupillæ administrationem suscepit, res quoque pupillares diligenter administrare cœpit: demum cū quidam vicini ipsius, qui semper domui eius inuidi extiterant, domum suam contra ius istorum altiùs extollerent, hic tutor tam de pupilli, quàm de suo patrimonio, suam quoque turrim altiùs eleuauit, quo facto pupillus sine herede decessit. Nunc soror illius ab intestato succedens, turris expensas de patrimonio fratris factas, à patruo repetit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur actio tutelæ.

QVOD TENEATVR.

¶QVOD teneatur actione tutelæ, euidenti ratione probatur. nam præsumitur, cum fraudulenter ædificasse ratione separati emolumenti, arg. C. de nupt. l. viduæ. Itē quia fecit, quod eum facere non oportuit. arg. ff. ad l. Falc. l. dolo. immò fecit, quod facere nō debuit, quia turris constructio homines depauperat, & superbiam auget, seditionisque materiam præbet. Vnde construēda nō est, arg. ff. de oper. pub. l. 3. si ergo tutor construxit, tenebitur, quasi fecerit, quod non debuit, vt ff. de neg. gest. l. si negocia. Item huius sumptū, si de proprio fecisset, non posset repetere, igitur si fecit de communi, pro parte socij cogitur restituere, ar. ff. de neg. gest. l. ex duobus. ¶Item ex odio rei, dolus tutoris debet præsumi, arg. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ibidem. Nec obstat, quia futura vis vicinorum timebatur, cum consecuta non fuerit, arg. ff. quod met. cau. l. metum autem, in princ. & ff. de incen. rui. nau. l. j. §. si suspicio fuerit. Præter hæc: ad hunc patruum totius turris pertinet emolumentum, igitur expensa ad eum debet pertinere, vt C. de caduc. tollen. l. j. §. in secundo nec obstat, quod tunc, cum ædificauit, non pertinebat ad eū tota turris, quia non initium, sed euentū spectare debemus, vt ff. de iu. fis. l. si quis. Item nec illud, si concederetur quod pupillus experiri non potuerit, quia plerunque dātur actiones heredi, quæ non competunt defuncto, arg. ff. ad l. Falc. l. reperitur.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, tutorem nullo modo teneri. nec enim dolo fecit, quod sibi licere publicè arbitratur, arg. ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ¶Item quia benignè pro socio est præsumendum, argum. ff. pro soc. l. de illo. Præter hæc, partem suam ædificare non poterat, nisi & illam pupilli altiùs extolleret, ergo propter indiuiduitatem, debuit sibi licere, & illam partem altius tollere, arg. ff. de donat. int. vir. & vx. l. si sponsus. ¶Item iustam habuit causam ædificandi, scilicet propter suum & pupilli ius tuendum. argument. ff. de præscription. verb. l. quæ conseruandarum. Nec obstat quòd dicitur ab aduersario, vim non interuenisse, quia sufficit iustè suspicari futuram: & excusatur quoque tutor à culpa, scilicet quia fecit secundum quod uulgo fieri consuetum est ab his, qui sunt alicuius valentiæ, argument. ff. de pignor. actio. l. si pignus. § fin. ¶Item quia hoc fecisset quisque diligentissimus, argum. ff. loca l. item quæritur

tur.§.si gemma. Præter hæc, quia cõsummauit inceptum,& licitè confirmatur, quod licitè inchoatur, vt ff.de reb.eorum qui sub.l.magis puto.§.si pupillus.& ff.de pign.act.l.si seruos,in princ.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur secundum ea quæ proponuntur, tutorem,qui bona fide ædificauit,& à patre pupilli opus cœptum perfecit,debere absolui. nam & honorẽ pupilli tueri tutor debuit,vt ff.de administr.tut.l.cùm plures.§.j.

SVMMARIVM.

An cõmodans equum de illis quos in pascuis habebat,si post vsum, in eodem loco fuerit reductus, & relictus,à lupis occidatur,possit pro suo dãno agere.

Quæstio 91.

BONACVRSIVS cùm equos in solitudinẽ haberet,Rodulpho roganti vnum commodauit, præcipiẽs ei,vt de pascuis acciperet.Rodulphus verò equum de pascuis accepit, & suo peracto negocio,in eodem loco,inconsulto Bonacursio,equum reduxit:qui ibi relictus,à lupis aggressus,deuoratus est: tunc Bonacursius cõtra Rodulphũ commodati actionem intendit.quæritur,quid iuris sit.

QVOD TENEATVR.

¶QVOD ergo Rodulphus teneatur cum effectu, hæc inducere videntur,sine custode facta equi dimissio:vt ff loca.l.item quæritur.§.1.& ff.de rei vend.l.si à bon.fidei possessore.non attendendus locus vnde accipitur,vt ff.commod.l.si mea causa.§.j.l.eum quirem. cõmodatario facienda remissio:argum.ff loca.l.item quæritur.§ exercitu. à diligentissimo diligentior habenda prouisio,arg.insti.quib.mod.re.contrah obl.§. j.& ff.loca.l.item quæritur.§.si gemma, quæ ignorante commodatore sic non intelligenda restitutio,argu. ff.de vsucap.l.4.& ff.de furt.l.si ad dominum.

EXADVERSO.

¶CONTRA Bonacursium multa faciũt,scilicet à Bonacursio consueta facta equi dimissio,vt ff.de pignor.act.l.vel vniuersorum, vel eò reuerso vnde accepit,vt reponeret ibi,intelligẽda permissio,vt ff.depos. l.quod seruus,in eodem loco licita repositio,arg.ff.de vsucap.l.4.§ item Labeo: commodantis hoc idem facientis legitima excusatio,vt ff.de neg gest l si negocia,quod præsumitur ex facto anteriori,arg.ff.de susp. tut.l.3.§.commodatis. hoc fieri volentis nullius causæ intercessio,vt ff.depos.l.quod seruus,& ff.de sol.l.si curator.¶Item ea tacitè in ea inducuntur. vt ff quod cũ eo qui in ali.pot.l.si & C.de Episc aud l.nemo. ¶Item quia eodẽ modo periturus erat apud dominum, ex eo præsumendum,quod solitus erat facere,arg.ff.de neg. gest.l.atqui & ff.de vsur.l. qui seruus. non ergo debet teneri,arg ff.depos.l.si plures,& ff.de condict. cau.da. l.si plures.

SOLVTIO.

MIHI videtur sine præiudicio melioris sẽtẽtiæ, distinguendum, vtrum commodator illum solum equum in pascuis habuit,an alios:si alios,vtrùm commodatarius eosdem ibi inuenit,vbi eum equum reposuit,an non:vt si quidem Bonacursius illum solum habebat,vel alios quos forsan duxerat, vel aliàs mutauerat,in culpa videatur commodatarius,& ob id debeat condemnari:si vero alios ibidem inuenerit, absolui: quasi iustam habuerit causam opinandi Bonacursium hoc fieri velle,arg.ff.de seruit.præd.l.j.& C.de donat. l.data.

SVMMARIVM.

An emphyteosis accepta pro se & filiis in tertiam generationem, altero cum filiis, & altero absque filiis mortuo,pro dimidia ad ecclesiam reuertatur.

Quæstio 92.

LVCIVS Titius ab Abbate sancti Petri, fundũ in emphyteosim in se suósque heredes vsque in tertiam generationem acquisiuit, qui filiis duobus relictis,decessit,quorum vnus mortuus est absque liberis, alter frater etiam mortui partem adeptus, à monasterio conuenitur. Quæritur,quid iuris sit.proponitur condictio vtilis ex illa.l. si quis conduct.& ff. vel rei vendicatio.

QVOD POSSIT.

¶ET quòd Abbas possit agere cum effectu,hæc inducere videntur:imprimis iuris facta amissio,vt C.de iu.emph.l.2.in qua.l.non distinguitur, solus, an cum alio,haberet ius.igitur generalitati stabitur, nisi specialiter exceptum,argu.ff.de leg.præst.l.j.& C de don. l.data.Sed dices,loquitur illa lex,quando propter delictum suum amisit:ad quod dicimus, non referre,qualiter quis amittat,arg.C.de inst.& sub.l.si mater.Secũdò in contractibus non est admissa accretio,vt ff.de vsufr.accresc.l.idẽ quod.in prin.& l.j. Leges enim quæ dicunt locum esse accretioni,loquuntur in vltimis voluntatibus.Tertiò,quia in testatione eadem in singularibus heredibus intelligẽda est testatio, ergo & hic pactio,vt ff.de ver.obl.l.2.Sicut enim qui filios habet, propter eum qui non habet,nihil amittit, quasi principaliter in sua persona intelligatur pactum,ita nõ debet lucrari,quasi nõ deficiat in persona fratris,vt ff.de re.iur.l.secundũ,& ff.de act.emp.l.sicut. Quartò, quia plus testatore iuris non est habitura successio, nimirùm sicut testatore sine liberis decedẽte, ad Ecclesiam ius rediret, ita & deficiente herede,ne plus concedatur heredi,quàm defunctus habuit. argum.de diuer. & temp.pr.l.cum heres,& ff.de regulis iuris l.nemo. Quintò agendi præiudicata prætermissa conuentio, nempe cùm in ipsius qui acquirebat steterit potestate,legem apertius dicere, quod ambiguitatem habet, contra ipsum debet interpretari,arg ff.de pact.l.veteribus.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO cõtra monasterium allegatur, sibi iuris facienda accessio, nimirum deficientis portio ad alium, qui scientiam habet debet accrescere, vt C.de caduc.toll.l.j.§.his itaque, hũc solum electum fuisse,legalis præsumptio est, nempe cùm talis fuerit alter,scilicet sterilis & infructuosus, nec quantum ad hoc,ius nactus fuisse fingitur,arg.ff.de bon.auth.iud. poss.l. cùm vnus.§ fina.& ff.de lib.& posthum.l.quod. duorum pro vno legitima fictio. nam cùm in vnius locum successerit, pro vno reputatur: vnde vel vno superstite ius durabit, quasi nullus defecerit,cùm vnius tantum ab initio fuerit,argument.ff. de condi.& demonstrat.l.cui:paterni pacti verisimiliter interpretatio.hoc enim verisimile est,patrem etiam in hunc casum voluisse consulere,faciente hoc sanguinis necessitudine,arg.C.de instit.& substitu.l.generaliter.contrahentiũ voluntatis plenior latitudo.volũtates enim contrahentium latè sunt interpretandæ,vt ff.de dam. infec.l.pen.vel vno heredum superstite,iuris ad monasterium non facienda recursio,quasi hoc actum sit.nec enim verum est liberos decessisse,quàdiu vel vnus fuerit,vt C.de impub.& al l.pen.& ff.de pign.act.l.si necessarias.§.si annona.& ff.de vsufru.accr.l.interdum.

In simplici pactione duplex est intelligēda connētio. nam cùm dictum sit, vel ad liberos vsque in tertiā generationem pertineat, vel deficiētibus, ad ecclesiā reuertatur, tacitè vnus alteri substitutus videtur, arg. C. de impub. & al. subst. l. cùm quidam.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententię, si aliud nō liqueat, fratrē in portionem alterius debere succedere, & ob id à monasterij petitiōe debere absolui, arg. ff. de vsufr. accr. l. si mulieri.

SVMMARIVM.

An stante consuetudine, quod canonici seculares in primis sex annis habeant dimidium præbendæ, & posteà integram, si priuentur, & posteà restituantur, transigendo quòd loco mediæ præbendæ centum haberent nouitij, elapsis annis sex, possint ducenta petere vigore primæ consuetudinis.

Quæstio 93.

LONGAEVIS retrò temporibus quidam seculares canonici, tali semper vsi sunt consuetudine, vt nouiter in ea instituti canonici, in primis institutionis suæ sex annis, medietatem duntaxat pręben dæ, posteà totam perciperent: verum cùm hi nimis largè secularium nomine abuterentur, res ecclesiæ malè dispergendo & viuendo, deiecti sunt de Canonia, regularibus substitutis. Porrò cum isti seculares postmodùm religiosos viros infestarent, restituti sunt a regularibus, etiam recepti tali conditione, vt qui mediam præbendam habet, centum perciperet: qui verò integram, ducenta: & talis transactio stipulatione vallata est, & poena etiam promissa, si quis vnquam contrauenirет. nouitij ergo qui mediam præbendam ab initio, & transactis sex annis suæ institutionis, integram consequi debebant, petunt modò du centa, quasi nūc integram præbendam habituri. Quæritur, quid iuris sit. proponitur certi condictio ex stipulatu.

QVOD POSSINT.

¶QVOD ergo ducēta cum effectu petere possint, hæc videntur inducere: Imprimis, prioris loco consuetudinis substituta conuentio, ergo easdem debet habere conditiones, vt ff. de donat. l. quicquid, & ff. vt leg. no. cau. l. 1. §. si quis, & ff. si quis cautio. l. si cum. § 2. In pactione simplicis & futuræ, perceptionis deductio, quasi sic conuenerit, vt qui perceperit solidū, vel percepturus esset, habeat ducenta, argumen. ff. de oper. lib. l. eius, & ff. de leg. 2. l. si quis ita te: in sequenti iuxta tenorem præcedentis facienda interpretatio, quasi tacitè in stipulatione tali deducta sit, argu. ff. de instr. le. l. 3. & ff. de cond. insti. l. cum seruus. eorum quæ pro stipulatione domini, potiùs pro eo facienda interpretatio, vt ff. loca. l. ea lege. nam quod alicuius fauore dicitur, cōtra eum retorqueri non debet, arg. ff. de leg. l. quod fauore.

EXADVERSO.

¶CONTRA seculares multa faciūt, imprimis, præsentis temporis verborum positio: nimirùm verba præsentis temporis nihil de futuro significant, argument. ff. de ser. vrb. præd. l. si seruitus, & ff. de verb. obl. l. cum stipulatio: item à tenore verborum non facienda recessio, argum. ff. de leg. 3. l. non aliter: transactionis, vel stipulationis tempore intelligenda concessio. nam secundum tenorem, tantum illius perceptionis, quàm stipulationis tempore habere debebāt, consensisse regulares secularibus dicuntur, argu. ff. de legat. 3. l. vxori, & l. non tantum. §. j. & l. vxorem. §. testamēto. captiosæ libertatis vitāda interpretatio. esset enim captiosa regularibus illa interpretatio, si de quo nūquā cogitauerūt, cōsensisse videātur, argu. ff. de trāſ. l. cùm Aquilia. l. qui cum, contra stipulatorē ambiguè dictorum expositio. nam cū in ipsius steterit potestate legem apertiùs dicere, contra eum debemus interpretari, arg. ff. de pact. l. veteribus, & ff. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. in stipulationis. quicquid huius contingentis casus prætermisit prouisio. cum enim circa hūc casum sibi potuerunt prospicere, & non fecerunt, de se conquerātur, arg. ff. de minor. 25. ann l. sed & si. §. feriæ, & ff. loca. l. si quis domum.

SOLVTIO.

¶EGO Pileus Modicensis cognitor iam dictæ controuersiæ, mandato summi Pontificis vtriusque partis rationibus, testibus, allegationibus, diligenter inspectis & cognitis, tenore quoque conuentionis subtiliùs perscrutato, regulares Canonicos in ducenta secularibus condemno.

SVMMARIVM.

An filius, cui obuenit in partem feudum, si frater cui obuenerant prædia vicina dicto feudo, velit ædificare turres, valla, & similia, possit ipsum licitè prohibere.

Quæstio. 94.

QVIDAM prouincialis, dum à comite sancti Aegidij pro beneficio castrum possideret, duo bus filiis relictis, decedens, maiori castrū cum omni iurisdictione, alteri verò in castri curia vel confinio possessiones assignans, officium arbitri de diuidundo inter eos hereditatem & beneficia præuenit: disponens etiam, vt maior frater ad quem castrum peruenerat, fidelitatem atque seruitia cætera domino comitti exhiberet: quo peracto, ædificans minor in possessionibus sibi à patre iuxta castrum assignatis. turres, valla, munitionésque, facere intendit, maior verò ad prohibendum occurrit. Quæritur, an possit. proponitur iudicis officium, vel negatoria in rem.

QVOD VALEAT.

¶QVOD maior frater ius fratri alteri prohibendi valeat cum effectu competere, hæc videntur inducere, fidelitatis & seruitiorum sibi iniuncta exhibitio. nam cum ad ipsum spectat onus, eundémque debet respicere emolumentum, argu. ff. de reg. iur. l. secundum naturam, & C. de seruitu. l. fin. §. pen. honoris castellæ ac iurisdictionis sibi facta concessio. nam cùm iurisdictionem habeat, vt in ea ius non debet dicere alter, ita nec se inuito debet ędificare, arg. C. qui pro sua iurisd. iud. dare: nempe ad officium eius pertinet ædificare, & iuxta modum dominos ad refectionē compellere: vnde sequitur quòd se inuito non debeāt quisquam ædificare, arg. ff. de offic. præs. l. præses prouinciæ: & C. de ædific. priua. l. singulis: occasionē seditionis & mali, præstatura constructio, vt ff. de oper. publ. l. 3. Inuenitur enim aliquid prohibitum ratione mali quod inde cōtingere potest, arg. ff. de re milit. l. officium, & ff. loc. & itin. pu. l. j.

EXADVERSO.

¶CONTRA fratrem hæc allegari possunt, in re sua legitima constructio, arg. ff. de seruit. l. altius, & ff. de dam. infec. l. Proculus. & magistratuum minus legitima prohibitio, nimirùm etiam magistratibus non licet agere iniustè, arg. ff. quod met. ca. l. 3. & ff. de iniur. l. nec magistratus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, mino

minorem fratrem legitimè in suo posse ædificare, dum bona fide hoc faciat, ne scãdali vel seditionis materiã præbeat, quod iudicis cognitioni relinquo, vt ff. de oper. pu. l. 3. & ff. de seruit. vrb. pr. l. cum eo. Cætera quæ hic desunt, in negocio salinarij & furnarij, poteris reperire, suprà, quæst. 36.

SVMMARIVM.

An instrumentum in totum falsum præsumatur, si in parte ipsius reperiatur mendacium.

Quæstio 95.

QVAERITVR, vtrùm instrumentum debeat totum falsum reputari, si in parte dicti instrumenti reperiatur mendacium. proponitur iudicis officium.

QVOD REPROBARI IN totum debeat.

¶QVOD in totum debeat reprobari, hoc apertè videtur inducere, scilicet ex parte vitiosa, contra alteram licita præsumpt. arg. ff. de pb. l. cùm de indebito, & C. de edic. di. Adr. toll. l. fi. ex toto, à quo præsumitur facienda significatio. arg. ff. de reb. dub. l. is qui. §. vtrû. veritatis per falsitatem iusta corruptio, ar. ff. de excus. tut. l. qui testamento. totius ratione partis tota contaminatio, arg. C. de iu. vet. enucle. l. 2. in fi. in totum, pro parte, legitima condemnatio, arg. ff. ad Syll. l. si quis in graui. §. si quis tabulas.

EXADVERSO.

¶CONTRA hæc, alia fortiora videntur insurgere, scilicet nomine partis cõtra totum nõ habenda suspicio, arg. ff. de his quæ in test. del. l. pen. & C. de trãs. l. pen. vtilis per inutile non facienda mutatio, arg. ff. si cert. pet. l. certi condictio: maioris partis legitima præpositio, arg. ff. de contrah. emp. l. annuum: residuæ partis perfectissima lectio, arg. ff. de his quæ pro nõ scrip. haben. l. 2.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur, instrumentum, pro parte non valida, modica, & maximè circa sui substantiã vitiosum, in solidũ reprobabile, nisi à proferente ipsi vltrò fides imponatur, arg. ff. de prob. l. pen.

SVMMARIVM.

An iudex, qui tulit sentẽtiam contra reum, si heres instituatur à reo, possit in causa appellatiõis iam ab ea sententia interposita procedere, impugnando sententiam à se latam, an exceptione doli per actorẽ repellatur.

Quæstio 96.

CVM Lucius apud Seium prætorẽ cõtra Gaium facula figeret actionũ, centum librarum Lucensium, sibi deberi contendens: Seius vtrinque testibus & allegationibus diligenter auditis atque inspectis, Gaium in iam dicta quantitate Lucio condẽnauit: à cuius quidem sententia tanquam iniqua, appellationis scutum obiiciens, ipsa pendente, Seióque prætore relicto herede, morte obiit: quam vtique appellationem Seius, quasi iustam desiderans prosequi, à Gaio exceptione doli repellitur, ac si ei contra suã nõ liceat venire sententiam. Quæritur, quid iuris sit. proponitur iudicis officium.

QVOD VALEAT PROSEQVI.

¶QVOD ergo Seius appellationem prosequi valeat, hæc videntur inducere: testatori concessa, sibi nõ denegãda facultas, vt ff. de regu. iur. l. heredem. testatori concessa, heredi nõn deroganda potestas. l. inultus. §. 1. eo. tit. alterius quàm sustinet personæ eadẽ facultas, arg. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. item eorũ. ¶Item erroris proprij reuocandi licita curiositas, arg. ff. ad municip. l. libertus. officij quod gessit occasione, non infringẽda pœnalitas, arg. ff. de seruit. l. si seruus. § quod posterior, beneficij licita, non infirmãda prioritas. vt ff. de condict. indeb. l. 2.

EXADVERSO.

¶E CONTRA pro Gaio quædam facere videntur, scilicet facti proprij minùs licita correctio, arg. ff. de adopt. l. post mortem: sentẽtiæ iniusta contradictio, arg. C. sent. resc. non poss. l. 1. iniustitiæ suæ improba allegatio, vt ff. de re. iud. l. seruus. §. plurium.

SOLVTIO.

¶SECVNDVM igitur ea quæ proponuntur, videntur nobis inducere, hũc qui litigatori successit, ad prosequendam causam appellationis admitti, nisi probetur eum dolo rei perperam iudicasse: veruntamen meliùs fecerit, si ad ipsam litem procuratorem alium fecerit, arg. ff de iurisd. om. iudic. l. prætor: quæ verò in hac quæstione desunt, scilicet in causa falsi procuratoris, qui domino heres extitit, aduocatus diligens poterit inuenire.

SVMMARIVM.

An vasallus feudi, possit in feudo per substitutam personam seruire, & nil ipsi possit obiici.

Quæstio 97.

QVAERITVR, vtrùm vasallus per substitutã personam domino feudi valeat seruire. proponitur officium iudicis, vt hoc facere liceat.

QVOD LICITVM SIT.

¶QVOD ergo vasallo licitum sit per subrogatum seruire in feudo, apertissimè probatur, illa scilicet ratione imprimis, quia iuris ciuilis artificio seruit, quia per alium seruire paratus est, vt ff. de admin. tuto. l. ita autem. § gessisse, & ff de here. insti. l. 2. nimirùm licere debet mihi per alium, quod ipsi mihi est licitum, arg. ff. famil. ercisc. l. 3. & C. etiam per procur. cau. rest. l. 1. Secundò, quia calumniosa videtur petitio domini, cùm nihil eius intersit, arg. C. de natur. lib. l. si quis. Tertiò, quia vasalli petitio sibi prodest, domino quoque nihil est nocitura, vnde potiùs debet admitti, vt C. de prec. imp. offer. l. rescripta, & ff. de aqu. plu. arc. l. insulam. §. 2. in fine. Quartò, quia vasallum mutum & ignorantẽ possit alius præstando seruitia liberare, ergo multò faciliùs volentem, arg. ff. de solut. l. soluendo. Quintò, quia licitè per æquẽ bonum substituit, argu. ff. loca. l. si quis domi.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur, vasallum per seipsum cogi ad seruiendum domino, scilicet quia vasalli consistit seruitium non tam in præstatione pecuniæ, quàm in exhibitione operæ, ideóque per aliũ præstari non valet, arg. ff. de sol. l. inter artifices, & ff. de statu lib. l. Stichum. §. fi. nam quod ipse facere teneor, per alium explicare non valeo, vt C. de iu. emph. l. fin. & C. de exact. tribu. l. pen. quædam enim ipsi sunt facienda, quæ per alium inueniuntur prohibita, argu. C. de his qui ven. æta. imp. l. 2 & ff. de authen. tu. l. pupillus. Alia quoque ratione vasallus nõ debet audiri. Quid enim si dominum aspernantur vasalli, qui ei dedignantur seruire? ipsius igitur petitio tanquam improba non debet audiri, argu. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. eum, & ita vasallo daretur occasio malignandi, & à domini seruitio diuertendi, quod absonum foret, ideóque prohibetur, argu. ff. de re. mil. l. officium cõmune, & ff. de oper. pub. l. 4.

SOLVTIO.

¶EGO Pileus Modicensis, visis & auditis vtriusq; partis allegationibus, & rationibus diligenter inuestigatis, vasallum, vt per seipsum seruiat condéno, nisi valetudine, vel ætate, vel alia iusta causa impediatur: quo casu alium peræquè bonum & idoneum substituendo, ipsum absoluo, vt ff. de solut. l. inter. nisi fortè seruitium cōsisteret in præstatione pecuniæ, tūc enim opinor, quolibet id soluente, absolui, vt ff. de statu lib. l. Stichum. §. fin.

SVMMARIVM.

An commodatarius teneatur ad damnum equi occisi ab ipso cōmodatore, concurrenti cum eo in pugna ab ipso cœpta cum alijs.

Quæstio 98.

LVCIVS Titius Gaio Seio equum ad villam commodauit Gaius Seius cùm iuxta propositum ad villam pergeret, in via inuenit amicos suos cū inimicis pugnantes, & eos adiuuit: exinde maiori rixa facta, Titius commodator occurrit, & contrariam partem, quam diligebat adiuuans, cum Gaio Seio cōgressus, equum proprium interficit. Nūc cōtra Gaium Seium actione commodati intendit. Quæritur, quid iuris sit.

QVOD POSSIT.

¶QVOD Lucius Titius cum effectu agere possit, euidenti ratione probatur, scilicet quia culpa commodatarij equus periit, argu. ff. commod. l. 5. §. si inter. nec enim excusatur quis à casu, si culpa præcedat casum, vt ff. commodat. l. in rebus §. quod autem, & ff. de neg. gest. l. siue hereditaria. Nec obstat, quod ipsemet Lucius suum equū interfecit, quia in prælio fecit, cuius causa licitum deprehenditur, quod aliâs non liceret, vt ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. sed si quis. ¶Item non quasi commodator, sed quasi bellator occidit, ar. ff. de adopt. l. si paterfamiliâs. §. j. & ff. quod cuiusque vni. nom. l. item.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicitur, commodatarium non teneri, scilicet quia ipse commodator occidit. nam damnum quod quis ob suam culpam sentit, de se conqueri debet. vt ff. de regul. iuris. l. quod quis. Prætereà, si licitum esset alij occidere, non tamen commodatori, arg. C. de sacr. sanct. eccl. auth. quibuscunque, & C. de nupt. l. & si contra. Item, vterque male fecit, commodatarius, quia equum duxit ad pugnam: & commodator, quia interfecit: in delicto igitur simili, loco debet deteriori cōstitui, qui petitoris partem sustinet, vt ff. ne quis eum qui in ius voc. l. 1. & 2. & ff. de regu. iur. l. cum part. nimirùm delicta priora propter posteriora relinquuntur inulta, arg. ff. quod vi aut clam, l. si alius. §. belli. & l. fi. & ff. de dolo. l. si duo.

SOLVTIO.

¶SECVNDVM ea quæ proponuntur, videtur mihi, commodatarium damnari, quasi culpa penes ipsum resideat, qui priùs deliquit, nisi data opera Lucius commodator equum interfecit, argu. ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis. §. j.

SVMMARIVM.

An filius, quem duæ mulieres contendebant vendicare in filium, & mortuæ sunt: possit ab ambabus, vt matribus, ab intestato succedere.

Quæstio 99.

CVM duæ mulieres peperissent, vna mortuum peperit, altera viuum infantē: quæ mortuum peperit, clanculo viuum accepit, mortuo alteri supposito. Dum quæstio inter duas mulieres de filio viuo, cuius esset, verteretur, illa suum esse, altera immò suū allegando, vtraque mulier decessit. iste filius succedere vtrique vult. Quæritur nunc, cum nulla possit esse cōiectura, cuius magis fuerit, an istius, an alterius: an vtrique succedere debeat. proponitur petitio hereditatis.

QVOD DEBEAT.

¶QVOD succedere vtrique debeat, sic probatur imprimis, quia deficientium voluntate videtur subnixus. vtraque enim voluit eum in filium, ergo & vtraque voluntatem habuit eum habendi heredem: nam si filius, ergo heres, vt C. de probat. l. si non. ¶Item in tali casu, cum non appareat, quæ fuerit mater, vtráque quasi mater dici videtur, arg. ff. de reb. dub. l. quid nos. ¶Item quia ambigua sic sunt interpretanda, vt res de qua agitur, magis valeat quàm pereat, vt ff. de reg. iur. l. semper, & ff. de reb. dub. l. quoties, & l. si fuerit, & C. de iur. om. iud. l. placuit. ¶Itē, sicut semper benigniora & humaniora ac æquiora præferuntur, & hoc est æquius, benignius, & humanius, vt potiùs vtrique succedat, quā neutri, vt C. de fideicommiss. l. j. & l. cū inter. ergo hoc est præferendum. ¶Item argumentari potest à minori. In simili enim dubio sumitur secundū æquitatem interpretatio, vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela. § sed & si. ergo multò fortiùs est in isto sumenda interpretati secundùm æquitatem, dum vnius saltem habeat hereditatem, quia si neget possessor filium esse Sēproniæ, alterius scilicet Titiæ esse, oportebit eum confiteri: nam alterutrum esse oportet, arg. de verb. sign. l. hęc verba, & ff. de reg. iur. l. in ambiguis.

EXADVERSO.

¶SED cōtra hoc dicitur, nullus potest habere duas matres naturales. est enim contra naturam, ergo nec duabus vt filius poterit succedere naturalis: si non vt filius, quo alio iure? ex ambiguo enim est facienda interpretatio, quæ non sit contra naturam & omnem rationem, vt ff. de legibus. l. in ambiguo. ¶Item propter impossibilitatem debet repelli in totum, & alio modo in neutrius istarum mulierum filiationis quasi possessione, erat constitutus: ergo cùm hoc dubitetur, an sit filius alicuius istarum, filiū esse alterius nullo modo constat: & fuisse filium probare debet, quorum hereditatem petere intendit, si non potest ambarum, necessè alterius: alioquin ab vtriusque hereditate repellitur, argument. C. de interdi. quorum bon. l. 2. Nam in rerum natura licèt certum sit, cuius sit filius, tamen apud homines est incertum adhuc. Fortiùs resistit: de duabus dubitatur, quæ sit mater, ergo sic quæ mater fuerit, non apparet, vel neutram fuisse matrem apparebit, hoc faciente non iure, sed defectu probationis. argument. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tut. Contrà statur & acriùs: dubia sunt hinc inde vtriusq; iura, scilicet actoris & rei, ergo pro reo dubietas ad absoluendum valebit, vt institut. de interdict. § retinēdæ. In pari enim causa, potior est eius qui possidet, quàm qui petit, vt C. de edend. l. qui accusare. ¶Item ex tuo ore te iudico, lenior, benignior, humanior, suauior est sententia absolutoria, quàm condemnatoria: ergo ad eam ferēdam pronior & procliuior debet esse iudex, argumen. ff. de re iudicata. l. inter pares, & ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. ¶Item quia fauorabili, & maiori vtitur pietate. Item si vnius tātūm peteret hereditatem, teneretur se ipsius filium probare, argu. C. quo. bon. l. 2. & si duarum petat, vtriusq; filium se probare debet, vt idem sit in duabus matrib*, quod in vna

In vna tantùm. ¶Item fingendus est non habuisse matrem, cùm eam ostendere non posſit, ſicut vulgo quæſitus fingitur non habuiſſe patrem, quia ipſum nõ poteſt oſtendere. Nec obſtat quòd vtraque voluit eum habere ſuum heredem: voluit enim vtraque eũ habere tanquàm filium, & non aliter: ergo cum non poſſit eſſe vtriuſque filius, non habebit, ſicut potuit, quia nõ poteſt eſſe, quod voluit. ¶Item non poteſt dicere ſe vtriuſque filium, quia hoc eſſe nõ poteſt: ergo ſi dicat ſe filium vnius, dicit ſe non eſſe alterius: ergo petendo hereditatem vnius, repudiare videtur alterius, ꝓpter duo contraria, quæ ſimul eſſe non poſſunt ¶Item, vt dictum eſt, ſi hoc & illud eſſe non poteſt, igitur tenetur alterum eligere, non vtrũque, vt ff. C. de codic. l. fi. & ff. de leg. l. omne.

SOLVTIO.

¶ANGVSTIAE ſunt vndique, nerui Leuiathã teſticulorum valde perplexi ſunt: dicat ſententiẽtque qui poteſt: qui iudex fuerit, curet: proſpiciat hìc ſubtiliter, ne labatur. Ioan. dicit, quòd vnius hereditatem petendo, alterius repudiaſſe videtur: & ideo vel illius, quam elegit, habebit hereditatem, ſi ſe eius filiũ probare poſsit, vel nullius. Odericus, ſi vtriuſque matris cõſtitutus erat in quaſi filiationis poſſeſsione, vtriuſque hereditatem obtinebit, niſi probetur alterius nõ eſſe filium.

SVMMARIVM.

An vxor hypothecaria agere, vel exceptionẽ obycere contra fratrem viri ſui præmortui, pro bonis, quæ ſimulatè viro, cupienti illam in vxorem, aliâs non habituro, donauit, pro ſuis dotibus queat.

Quæſtio. 100.

LVCIVS Titius à parentibus Gardiam, quã diligebat, cùm peteret in vxorem, quia pauper erat, nõ poterat habere. Germanus Titij, volens eum ſuo voto potiri, cum eo colluſit, vt ſi quam in eum donationem conferret, infecta & ſimulata foret poſt hęc plurima Titio donauit, qui tanquàm diues factus Titius, Gardiam duxit in vxorem, celebritatem ipſam nuptiarum adſpicientibus conuicinis, igitur donauit germanus Titio vaſa aurea & argentea. Tandem moritur Titius, Gardia pro dote contra germanum res huiuſmodi poſſidentem, hypothecaria, vel de dolo agentem, retentione vult vti, cùm poſſidet. Quæritur, quid iuris ſit.

QVOD POSSIT.

¶QVOD Gardia poſsit agere cum effectu, ea ratione probatur, quia Titius adſpiciente germano, res huiuſmodi obligauit tacitè vel expreſſe, arg. C. ad Velle. l. & ſi ſine, & ſi res alie. pign. da. l. 2. præiudicat enim conſenſus, licèt tacitus, vt ff. ad municip. l. Lucius Titius, & ff mand. l. non patitur. §. ſi rem, & ſi res Titij eſſe credebat, nec decipiendus eſt populus. ¶Item pro Gardia facit, quia totus populus ita opinabatur: nimirum plus interdum quod eſt in opinione, quàm quod eſt in veritate, arg. ff. pro empt. l. 2. §. ſi apud. nec excuſatur, quia fratri conſulere voluit, non Gardiæ nocere. ſatis enim nocuit, argu. ff. ad l. Aquil. l. ſcientiam. §. quod cum. ¶Item de dolo poſſet conueniri, quia dolo fecit, vt ff. ne quis eum qui in ius voc. vi. l 3. & ff. de dolo. l. j. & l. quæ dolo, & l. eleganter, & l ꝙ ſi, vel ſi nõ poſſit agere, ſaltem poſsit retinere, ſi poſsidet, arg. C. ſi res ali. pign. da. l. j. & ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. 1. et ſi aliquando ſimulare liceat, vt ff. de doli excep. l. apud. §. item quæritur, & ff. de nouat. l. doli.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, ꝙ illa mulier agere non poſsit, & imprimis ea ratione probatur, quia quod ſimulate actũ eſt, pro infecto debet haberi. Nec obſtat ꝙ Gardiæ nocuit, quia potius fratri conſulere voluit, argum. ff. de iniur. l. illud. §. ſi & ff. de fal. l. filius emancipatus. §. ſi & ff. de bon. lib. l. qui cum. § ſi patris. ¶Itẽ qui ſe diuitem affirmat, vt pecuniã vel vxorem promptius accipiat, non tenetur, arg. ff de proxenet. l. 2. & ff. de furt. l. ſi quis vxori. § ſeruus, & C. quod cum eo qui in ali. pot. l. ſi. Ad hæc, nihil dolo fecit, quia non animo ſui lucri, vt arg ff. de dolo. l quòd ſi cùm ſcires. Præter hæc, non habet hypothecariam, cùm res non fuerit obligantis, arg. ff. quæ res pign. ob poſſ. l. qui filio, & C. ſi res ali. pig. da. l. quæ prædia. quod eius non erat, conſtat argum. C. plus val. quòd agi. l. ſi contractus, nec ex nuda traditione dominium tranſtulit, vt ff. de acquir. re. dom. l. nunquàm. Nec obſtat quòd non contradixit, vt potuit, arg. ff. de proc. l. filius. §. inuitus, & ff. de ſeruit. l. 2.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur ſine præiudicio melioris ſententiæ, hunc germanum, qui taliter colluſit, actione de dolo poſſe conueniri: multo fortiùs ergo, ſi petat, doli exceptione remoueri, arg. ff. quæ res. pign. obl. poſſ. l. 2. & C. ſi res ali. pign. da. ſit. l. quæ prædia.

SVMMARIVM.

An dominus, qui denunciauit procuratori conſtituto ad vendendum, ne fundum vẽditum traderet, cum nihilominus tradiderit, poſſit agere contra emptorem, & fundum vendicare dominus.

Quæſtio 101.

MANDAVI procuratori meo, vt fundum venderet: is vendidit, ſed antequam traderet, denũciaui ei, ne traderet. qui nihilominus tradidit. quo facto, rem ab emptore intendo vendicare, quæritur an poſsim, proponitur rei vendicatio.

¶QVOD VALEAM.

¶QVOD intendere valeam, euidenti ratione probatur, nimirùm mandatum re integra, mandatoris reuocatione finitur, vt inſt. mand. §. recte, & C. quãd. lic. ab emp. reced. l. 2. & res integra intelligitur in emptione, datis etiam arris, arg ff. quod vi aut clam. l. j. Præter hæc, denunciationis poteſtate fuit licitum, quod aliâs non liceret, vt ff. de no. oper. nunc. l. ſed, quàm magnus eſt denunciationis effectus, in libello noſtro continetur.

EXADVERSO.

¶CONTRA, venditorem rei venditæ & traditæ, exceptione repellendum, vt ff de publ. act l Paulus, nimirum vendidiſſe videtur, qui per alium vendidit, vt ff. de liber. ca. l. non ſolum. § j. ſicut ergo ſimili obligatione contracta per ſe, non eſſet licitum emptore inuito à contractu recedere, ita nec ſi per alium contraxit, ar. C. de act. & obl. l. ſicut. amplius factum procuratoris domino debet nocere, vt ff. de tribu. l. procurator, in princip. Nec obſtat denunciatio, cum procurator iam contrahendo fuerit obligatus, vt ff de do. exce. l. apud. §. quæſitum, & § in hac: nec debet imputare procuratori, ſi fidem ſuam voluit liberare.

SOLVTIO, ET DISTINCTIO.

¶IN hac quæſtione poſſet diſtingui, vtrùm dominus habuerit iuſtam cauſam reuocandi mandatum, an non: ſi iuſtam cãm habuit, valet vendicare, aliâs nequaquã, ar. ff. mand. l. ſi hominẽ. ¶Item aliter: vtrum præ-

cio soluto vel non soluto denunciauerit, vt ff. de exception. rei iudic. l.). mihi vero videtur, emptorem ab ea petitione absoluendum, vt ff. quib. mod. hypoth. sol. l. sicut. §. si debitor. Vnũ fortasse dic posset, procuratorẽ rerum impediri, vbi dominus habuit iustam causam denunciandi, ar. ff. mand. l. si hominẽ. Si quid ergo circa hanc quæstionem deest, scilicet in causa fideiussionis, qui creditori denunciauit, ne debitori numeraret, & in causa procuratoris, qui per prohibitum nũcium domino pecuniã misit, diligens aduocatus inueniet.

SVMMARIVM.

An princeps, qui omnem iurisdictionem castri in ecclesiam contulerat, possit posteà rescriptum municipibus concedere, in eodem castro sibi eligendi rectorem.

Quæstio 102.

REX Franciæ castrum Turonis cum omni honore ac iurisdictione in ecclesiã beati Martini cõtulit, excepta inuestitura thesaurarij & decani, quæ donatio per rationales principis atque põtifices est confirmata: castri regimen longissimo tempore per decanum & thesaurarium detentum est. mortuo igitur seniore Rege, Turonenses à Rege iuniori rescriptum acceperunt, vt sibi rectores in castro eligere haberent: quo facto, Turonensium Ecclesia prophanum timens tumultum, contra municipes agere intẽdit, dicens non esse ei hanc iurisdictionẽ exercendi potestatẽ. Quæritur, quid iuris sit. Ex hoc igitur facto duplex insurgit dubitatio: Primùm quæritur, an princeps, qui primum omnem iurisdictionem ecclesiæ contulit, potuerit hoc rescriptum concedere municipibus. Secundò dubitari põt, an Canonicis sub Rege contra municipes sit litigandum. In prima quæstione proponit Ecclesia vtilem negatoriam.

QVOD POSSIT.

¶QVOD ergo negatoria cum effectu possit competere, hæc videntur inducere, iuris alterius contra voluntatem domini minus licitæ iurisdictionis exercitium, & generaliter in ecclesiã translata iurisdictio: vt de generali concesione, ac regulari concessione, larga interpretatio iurisdictionis: nulla facta specialis exceptio, ac duntaxat specialiter expressorum intelligenda exceptio, & pro ecclesia facienda expositio, & facti proprij minùs licita Regis retractatio, & proprij in ecclesia collata traditio, & maiori iudicio sequuta consummatio, & confirmatoria maioribus, per minores prohibita reuocatio, ac eius quem defendere tenẽtur, prohibita impugnatio Et hæc quidẽ sunt, quæ pro ecclesia alleguntur.

EX ADVERSO.

¶CONTRA Ecclesiam verò multa facere vidẽtur, Regiæ maiestatis cõcessio clericis secularium negociorum, honeste intelligenda permissio, & qui decanũ & thesaurarium excepit, & quæ ad ipsos pertinent, excepisse videatur: ergo iurisdictionẽ excipere potuit, & hanc municipibus dare: nimirum generi per speciem derogatur, ac iurisdictionẽ eiusin ecclesia nõ trãslata possessione violenter præsumendũ est, quòd principes eã ecclesiæ non contulerint, cùm nulla persona ecclesiastica, nisi quam rex inuestiebat, hanc exercebat iurisdictionem, ac non omnia specialia comprehendens, generalis promissio imperialis, & pontificalis superflua, ergo inutilis confirmatio.

SOLVTIO.

¶IN Secunda quæstione, in qua quæritur, vtrũ Canonicis sub Rege sit litigandum, cõtra municipes imploratur iudicis officiũ, quòd canonici sub Rege litigare non compellantur, per hoc probatur à parte iudicis suspecti recusationem licitam, at immò regis denudãtis oppresionem apertam. nam fecisse fingitur, qui per alium facit.

SVMMARIVM.

An si duo fratres rogati restituere superuenienti, si sine liberis decedant, possit alter decedens sine liberis, heredem ecclesiã instituere, in præiudiciũ superuenientis fideicommissarij.

Quæstio 103.

PATERFAMILIAS dum extremæ voluntatis moderamina cõderet, duos filios quos habebat, heredes instituens, inuicem eos, vt moris est substituit, rogans vt præmoriens sine liberis, hereditatis partem suam, superstiti restitueret: vnus præcedẽs, nullis liberis relictis, ecclesiam heredem instituit vniuersorum bonorũ, nunc frater contra ecclesiam agere intẽdit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur officium iudicis, an ex iure Trebellianicæ fiat restitutio. nam & heredi heres compellitur restituere, vt ff. ad Trebell. l. quamuis.

QVOD VALEAT.

¶QVOD valeat cũ effectu hic frater superstes cõtra ecclesiam insurgere, ista videntur inducere, scilicet patris licita dispositio, quæ aliâs licitum facit illicitũ, & econtra, arg. C. de testa. milit. l. ex testamento, & C. de interd. matr. l. si patris. iuris prohibitio, nimirũ generaliter prohibitum est, res quæ restitutioni subiacent, alienari, vt C commu. de leg. l. fi. §. fin autẽ. sub cõditiõe, nec causa nec persona distinguitur, ergo cuiuscunque & per quemcunque alienationis modum, alienari prohibentur, vt C. de donat. l. data, & C. de reb. alid. fi. honestatis ecclesiæ seruãda religio. ipsius enim ecclesiæ honesta debitáque religio exigit, ne hereditatem al ij debitam vsurpet, arg. in decret. 7. † c. vlt. & C de episc. & cler. l. repetita.

EX ADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, ecclesiam nõ teneri, quia casus huius legis sit expressus, vt in authen. de sanctis. episc. § sed & præsertim. ¶Item allegatur pro ecclesia fauor ipsius ecclesiæ atque priuilegium, cuius causa licitum depræhẽditur, quod aliâs nõ liceret, C. de sacr. sanct. eccl. l. antepen. & fi. ¶Item pietatis causa, ad quã tam personæ quàm res ecclesiasticæ deputãtur, arg. C. de sacr. sanct. eccle. l. antep. & in religionis obseruantia. religioni enim deputatur, quod ecclesiæ offertur. nam quicquid oblatum fuerit, id sacrum dicitur, vt in decre. 12. q. 2. c. nulli liceat: & causa religionis licitum, deprænditur, quod aliâs non liceret, arg. ff. de vsuf. le. l. locũ, aũt in princ. & in auth. vt lic. mat. & au. §. qui anno. ¶Item per vniuersitatem licita acquisitio, nimirum cum vniuersitate transit licitè, quod per se non liceret, & quod per se alienari non possit, arg. ff de acqu. rer. dom. l. quædam in substitutione intelligenda conditio tacita. non enim verisimile est, talem substitutionẽ patrẽ fecisse, si cogitasset filium, ecclesiã velle facere heredem, arg. C. de institutio. & subst. l. generaliter.

SOLVTIO.

¶SINE præiudicio melioris sententiæ videtur mihi ecclesiam vt restituat, condemnandam, quia hic casus de regula non excipitur & authen. de sanctis. episc. loquitur, quandò filius intrauit monasterium, & factus est monachus, aut clericus. puto tamen eam posse quartam, vel hodie tertiam retinere, in qua filius grauari non potuit, vel beneficio Trebelliani, vel constitutione, argument. ff. ad Trebell. l. Marcellus. §. fin.

SVM-

SVMMARIVM.

An emens bona fide mulam, à domino conuentus, si interim morte naturali moriatur, veniat absoluendus emptor.

Quæstio 104.

CVM Prouinciali cuidam, quem nô audeo nominare, mula fuisset subtracta, & bonę fidei emptori vendita, prouincialis mulam à possessore vendicauit: verũ contestatione interposita, interim morte naturali mula decesit. prouincialis nihilominus instat, & condemnatio sequitur. Quęritur, quid iuris sit. proposita fuit rei vendicatio.

¶QVOD DEBEAT.

¶QVOD autem in actione proposita possessor cõdemnari debeat, euidẽti ratione probatur: imprimis, quia per contestationem factus est malæfidei possessor, ci ergo tenetur de interitu, argu. C. de fruct. & lit. exp. l. 2. & C. ꝙ met. cau. l. 1. Secundò, quia in mora fuit. fit enim mora ꝑ litis cõtestationẽ, ar ff. de rei vẽd. l. itẽ si, & ff. de leg 1. l. cùm res. §. fi. & l. si seruus. Tertiò, quia iustã causam habuit opinandi se debere restituere, ar. ff si cert. pet. l. quod te. & si opinatus non sit, ne plus iuris habeant stulti, quã periti, arg. ff. quod vi aut clam. l. quod seruus. Quartò, quia interpellatus non restituit, arg. ff. de verb. obl. l. si ex legati, vnde videtur facere dolo, etiam si ante fuit bonæ fidei possessor, arg. C. de rei vẽd. l. si fundum Quintò, quia debet ei causa præstari, quam esset habitur⁹, si statim ei res esset restituta, quia fortè distraxisset eã, ar ff. de rei vend. l. prætor, & l. si ex diuerso, & l. item Sextò, quia specialiter aliquid debet constitui propter rem quæ vitiosa erat, arg ff. pro suo. l. si ancillam.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, possessorẽ nõ teneri, quia eo modo periit mula, quo peritura erat, si restituta esset actori, igitur debet absolui, arg ff. depos. l. si plures, & ff. ad l. Rhod. de iac. l. si vehenda. Secundò, quia iustam causam habuit litigandi, vt sibi conseruaret custodionis actionem. arg. ff. de iniur. l. si quis, & ff. de neg. gest. l. at qui. §. cùm me. Tertiò, quia bonæ fidei possessor non debet facultatem præstare, arg. ff. de petit. hered. l. illud. Quartò, extinctio rei, vendicationis nomine causa extinguitur, vt ff. iud sol. l. si res, & ff. de rei vẽdic. l. vtique. Quintò, quia casum non debet præstare fortuitũ, quẽ præuidere nõ potuit. C. de pig. act. l. quæ fortuitus. Sextò, quia etiã post condemnationẽ ex bona fide rem alienã nõ tradidit, arg. ff. quod fal. tut. l. 2.

SOLVTIO.

¶SECVNDVM ea igitur quæ proponuntur, à prouincialis petitione possessorem absoluimus, quem non putamus præstare casum, maxime si sine culpa sua contigerit, arg. ff. de rei. vendi. l. si post acceptũ, & ff. de petit. hered. l. illud.

SVMMARIVM.

An captiuus, qui fuit à suis propinquis vi exemptus, plurimis illatis dãnis eum in carcere detinenti, teneatur ad resarciendum illa damna hosti suo.

Quæstio 105.

CVM duo milites guerrizarent adinuicem, alter alium cepit, atque carcerali custodiæ mancipauit. quo audito, ipsius consanguinei plurimum condolentes, terram captiuitatis ingressi, infinitas cõbusserũt Turres, maximaque damna intulerũt, ipsúmque captiuũ à captiuitate liberauerunt. his ergo peractis, cùm omnia valde cõplacuissent captiuo, à capite cõuenitur ad damnorum restitutionem. Quæritur, quid iuris sit. proponitur actio legis Aquiliæ.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD actio proposita cõpetat cum effectu, hoc videtur inducere: damnorũ illatorum ratihabitio, arg. ff. de vi & vi arm. l. j §. quoties, & ff. de re. iud l. hoc iure. §. j. iuris constitutione prohibita vltio, argu. ff. ad l. Aquil. l. scientiam. iuris proprii sumpta vindicta, perditio, argu ff quod met. cau. l. extat. C. de agric. & cen. l. nullus, lib. xi. igitur eorum, quæ intulit, restitutio, arg. ff. quod met ca. l. extat. ff ad l. Aqui l. quemadmodum. §. j. admissa etiam ex interuallo defensio, ar. ff. de vi & vi arm l. idem §. 3. delinquentiũ subsequutiua permissio, arg. ff. de nox. act. l. 2.

EXADVERSO.

¶PRO captiuitate iniuste illata, iusta damnositas, arg ff. ꝙ met. cau. l. sed & par. §. j, & in auth. de sanctiss. episc. §. omnibus, ꝙ iniuste factum patiatur pro captiuis liberãdis. ꝑstita iusta facilitas, arg. C. de sacr. sanct. eccles. l antepen. & C. de episc. & cle. l. nulli. pro expectando iudice periculosa calamitas, vt C. quan. lic. vnicuiq. si iud. se vind. l. j. & l 3. & ff de no. ope. nũc. l. de pupillo. §. si quis. hoc eorum qui deliquerunt conueniendo difficilitas. cùm enim liberi fuerint, qui deliquerũt, quibus etiam imperare non posset, ipsi conueniuntur, sed non captiuus, argũ. ff. ad l. Aquil. l. liber homo. propter iustum dolorem vindicandi remissa pœnalitas, arg. ff. ad l. Iuliã. de adult. l. Gracchus, propter iniuriam recta faciens sanguinis necessitas, vt ff. de recep. l. j. & ff. ad l. Iuliam. repetun. l. j.

SOLVTIO, ET DISTINCTIO.

¶IN hac quæstione posset distingui, vtrũ culpa incarcerati guerra primordium sumpserit, vt si quidem eius culpa incepit, teneatur de damno dato, aliàs nequaquàm, arg. ff. loc. l. si merces. §. culpa, & ff sol. matr. l. pen. in princ. ¶Item distinxerunt quidam: habetne ius imperandi, an non. ego autẽ huiusmodi reiectis distinctionibus, captum condemno. si nomine suo damnum datum ratum habuit, vt ff. quod quisque iur l. 3. & ff. de reg. iu. l. hoc iure. §. j. nomine suo. ideo dixerim ꝙ si ipsi, qui damnum intulerunt, suo nomine fecerũt, quasi vlciscentes proprias iniurias in consanguinei captione illatas, damnum dederunt, non tenebitur ille, etiam si ratum habuit, arg ff de neg. gest. l. si pupilli. & ita quæritur. quid esset, si illi fecerunt, quia iurauerũt capto adiutorium de guerra ad suam perditam & dispendium, & se quasi capita guerrę fecerunt, non puto tunc quoque captiuũ teneri, quasi illi suo nomine fecerint, vt ff. de noxal. act. l. in delictis.

SVMMARIVM.

An fratres contra fratrem, qui mulieris causa habendi eam in vxorem, iurauit se non esse filium eius cuius hereditatem cum fratribus diuisit, possint agere repetendo partem illi datam in diuisione.

Quæstio. 106.

QVIDAM diuisam cum fratribus absque iudicio hereditatem paternam, volens cum puella quadam, quæ patrem suum immenso habebat odio, contraheret matrimonium, & illa recusante, si filius illius esset, cuius dicebatur. Ille verò iuramento firmauit, se illius filium non esse, atq; ita

VVLGO quæri solet, vtrùm secundum allegata, an secundum conscientiam debeat sententiare iudex.

QVOD DEBET.

¶QVOD debet quilibet iudex non per affirmationem litigantium, sed secundùm rei veritatem, sententiam ferre, manifesta ratione conuincitur, ar. C. si contra ius vel vtil. publ. l. 2. Secundò, viua & mera ratione probatur, testes & instrumenta in iudicio ad veritatẽ duntaxat iudici aperiendam introducuntur. si ergo eã aliâs nouerit, satis est, arg. ff. de admin. tut. l. quidam. §. fi. & inst. de leg. §. si quis in. & C. de trans. l. cum hi. non enim interesse debet, qualiter factum sciat iudex, sed an rei nouerit veritatem, vt scientiæ substantia, non qualitatis, inspiciatur, vt C. de iu. deli. l. cùm antiquio. Tertiò, quia facti quæstio est in arbitrio iudicantis, ar. ff. ad Senatuscons. Turpil. l. j. & ff. de iudic. l. cum qui. §. j. Quartò, per se melius, quam per alium scire potest arg. ff. de testib. l. 3. §. j. Quintò, quia si minus dicam, iudex supplere debet, vt C. quæ des. aduoc. & institut. de action. §. si minus multa enim ex suo iudex officio supplet, vt ff. de petit. heredit. l. fi. Sexto loco succedit ratio fortior, quia fides & veritas, verborum vel scripturarum adminicula non desiderat, vt C. vt si ab heredi. se. abst. l. j. Septimò, quia iudicare debet secundũ quod ei melius visum fuerit, vt in auth. iusiur. quod prę̃stat. ab his. coll. 2.

EXADVERSO.

¶CONTRA dicitur, iudicem non secundũ conscientiam, immò secundum allegata iudicare debere, imprimis illa generali regula. quia non probante actore, obtinet reus, vt C. de edé. l. qui accusare, & C. de rei vendic. l. fi. Nec distinguitur, nouerit iudex veritatem, an non: ergo siue sciat, siue ignoret, debebit obtinere, vt ff. de offic. præs. l. 2. Secundo, quia non debet duplici officio fungi, scilicet testis & iudicis, arg. C. de assesso. l. fi. Tertiò, quia merita negociorum, partium, non iudicum, assertione panduntur, vt C. si per vim. vel alio mo. l. 2. & ff. de offic. præs. l. illicitas §. j. Quartò, quia nullus nisi confessus vel conuictus, damnari debet, ar. C. de pœn. l. qui scientiam, & in auth. de episc. §. omnibus. Quintò quia maleuolis maximè iudicibus fingẽdi conscientiam præbet exemplum, arg. ff. de iureiu. l. ait prætor, & C. de probation. l. exemplo, & C. de furt. l. si quis seruo.

SOLVTIO.

¶IN hac quæstione videtur posse distingui, vtrùm pro actore, an pro reo debeat sententiã proferre: si quidem pro actore, secundum allegata: si verò pro reo, secundum conscientiam iudicetur, arg. ff. de regul. iur. l. fauorabiliores: vel aliter, secundum M. distinguitur, vtrùm ciuilis, an criminalis fuerit causa de qua quæritur: si quidem criminalis, secundum allegata: si ciuilis, secundum conscientiam debeat iudicare. Ego autem reiectis huiusmodi distinctionibus, dico iudicem non secundum conscientiam, immò secundum allegata iudicare debere, arg. ff. de offic. præs. l. illicitas. §. j.

SVMMARIVM.

An socius, qui remisit partem debiti debitori, si alter socius vigore solidi totum exigat, diuisa societate, possit suam partem exactam petere à socio, non obstante ea remissione.

Quæstio 109.

DVO fuerunt argẽtarij socij, quorum nomina simul erant, debitorẽ vnũ habẽtes, quorum vnus debitori partem suam debiti remisit, alter verò contra debitorem iacula figens actionum, ab eo in solidum exegit. Qui autem remissionem fecerat, dissoluta societate, partem huius debiti reposcit: alter verò remissionem factam allegans, ipsum à petitiõe repellere contendit. quæritur, quid iuris sit. proponitur actio pro socio.

QVOD COMPETAT.

¶QVOD igitur remittenti cum effectu actio competat, euidenti ratione probatur, quia ex obligatione communi pecunia redacta est, igitur communicanda, vt ff. pro soc. l. si quis, & ff. de nox. action. l. si iure, circa princ. Nec obstat, quia pactum fecit cum debitore. illud enim pactum de iure non valuit, arg. ff. de pact. l. si vnus, in princ. igitur non debet remittenti pręiudiciũ generare, vt C. de remiss. pig. l. debitum, & ff. quib. mo. pig. sol. si debitor, & ff. de oper. lib. l. sicut. Sed ponatur sine pręiudicio, quòd valuerit pactũ, non deberet huic opitulari, quia res inter alios acta, alteri prodesse vel obesse non debet, arg. ff. de pact. l. si tibi. §. si pactus, & § fi. & l. & heredi & l. si vnus. §. pacta. Quantum enim ad personam hanc, scilicet socij, de quo quæritur, dicẽdum est non fecisse pactum, cum non fecerit cum eo, arg. ff. si ser. vind. l. loci. §. competit, & ff. de admin. tu. l. si duo.

EXADVERSO.

¶E CONTRA dicitur, sociũ hunc per exceptionem doli ab hac petitione repelli, imprimis, quia non debet redire ad hoc, cui renunciandum putauit, ar. C. de reb. cred. l. si quis, & C. de condit. insert. l. cùm quidam. Secundò, quia obligatio communis esse desijt, ex quo partem suam remisit. non igitur dici potest, ex cõmuni obligatione pecuniam esse redactam, argum. ff. de pecul. l. quis ergo. Tertiò, quia industria potius consequutus videtur, argu. ff. de hered. vel act. vend. l. venditor. Quartò, quia per iniuriam iudicis videtur obtinuisse, cum à parte debiti saltem per doli exceptionem potuit se tueri, arg. ff. de pecul. l. idem, l. & in duobus. §. j. Quinto ergo loco concluditur, quasi per stultitiam debitoris hanc restituere non cogatur, ar. ff. ad l. Falc. l. 3.

SOLVTIO.

¶EGO Pileus Modicensis, secundum ea, quæ proponuntur, per socium, qui debitorem exclusit, in solidum sibi suo quoque nomine solidum exigit, à petitione remittentis partem suam, puto absoluendum, ar. ff. pro soc. l. si vnus.

SVMMARIVM.

An emphyteosis sine scriptura cõcessa, per solutionem canonis per 30. annos, ex inualida fiat valida, vt emphyteotam tueatur à domino repetente.

Quæstio 110.

GVLIERMVS Cẽturio, fundum suũ sine scriptura cuidã rustico dedit in emphyteosim, qui rusticus per 30. annos sine inquietudine ac lite, pensionem annuatim, prout conuenit soluendo, possedit: quo ipso transacto, Guliermus eundem rusticum de fundi possessione repellere contendit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur interdictũ vti possidetis, vel rei vendicatio.

QVOD POSSIT.

¶QVOD igitur cum effectu Guliermus possit ex-

periri, euidenti ratione probatur, quia contractus emphyteoticus scripturam desiderat, igitur ea deficiéte, non valet, arg. C. de iu. emphy. l. 1. & C. de fid. instru. l. contractus si quid enim quod ad substátiam alicuius pertinet, dimittatur, quod factum fuerit, non valebit, arg. C. de contrah. empt. l. in emptione. immò si plura vno negocio desiderantur, etiam si vnum solum defuerit, quod factum fuerit, non valebit, arg. C. de sta. l. si vnus, & ff. de transf. l. cû hi. §. si prætor. Ex his ergo liquet apertè, quòd contractus pro certo non tenuit. igitur diuturnæ pensionis solutio emolumentum ei prçstare non potuit: vt C. de pact. l. si certis, & C. de vsu. l. creditor. Etenim Guiliermo putanti valere contractû, pensionem recipiendo, ei præiudicare nô valet, vt ad hoc ius emphyteosis ipsi nô quæratur, igitur nec dominus etiam tanto tempore ius prohibendi amittit, vt C. de iur. & fac. ignor. l. cùm falsa, & l. cùm testamentum, & l. non idcircò, & ff. de bon. lib. l. Paulus, & ff. de in off. test. l. mater.

EXADVERSO.

¶ECONTRA rusticus contra Guiliermum prçscriptionem 30. annorum, exceptione opponit, dicens, omne ius, omnem actionem, 30. vel 40. annorum præsciptione repelli, vt C. de præscr. 30. anno. l. omnis. ¶Itê quia tanto tempore pensionem perceperit, iuri expellendi, si quod habebat, renunciasse videtur, vt C. de vsur. l. aduersus, & l. quamuis, & Cod. de iu. dot. imp. l. 2. ¶Item quia contractus aliâs inutilis, debet esse vtilis ad repellendum côtrahentem, ar. ff. de seruit ru. præd. l. per fundum. Præter hæc, quia non reperitur lege cautum, vt emphyteosis contractus scripturam desideret, quamuis obloqui videatur, vt Cod. de in emphyt. l. j. si non est locus contrario intellectui, argum. C. de sacr. sanct. Eccle. l. iubemus, & C. de Episc. & cler. l. conuenticulam.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentétiç, contractum emphyteoticum, cum scripturam desideret, nullum ius citra scripturam emphyteoticario quçsitum, vnde ipsum ad restitutionem condemno, recuperato tamen precio, quod dedit, ar. ff. quod met. cau. l. 3. & 4. cû enim de scriptura facienda conuenerit, quo casu puto ipsum debere absolui, cùm vltra valeat experiri ad scripturam perficiédam, sicut in l. C. de fi. instru. l. contractus, probatur.

SVMMARIVM.

An feudum datum cum pacto, ne alienetur, aliâs cadat alienans ipso iure, facta alienatione, alienante citato & mortuo, si filius recuperaret ante litem contestatam, debeat omnino ad dominum redire.

Quæstio 111.

FERRARIENSES Raynerio de Saxolo castrû & curiam, quam ab eo comparauerunt, dederunt in feudum tenore tali, vt non liceret ei dare in feudum alteri: & si illud daret, nullum ius haberet in eo. Raynerius igitur fidem conuentionis non seruans, alteri demùm castrum & curiam infeudauit Domini verò apud suam curiam querimoniam deponentes. Raynerium citari fecerunt, qui antequàm ad iudicium veniret, decessit. filius autem Raynerij feudum antequàm ad curiam reuocaretur, recuperauit: nunc autê ad curiam vocatur. Quæritur, vtrum feudo priuari debeat, an sit ei subueniendum, quia ante litem contestatam feudum recuperauit. Proponitur rei vendicatio.

QVOD VALEANT.

¶QVOD itaque domini contra vasallum cum effectu valeant experiri, imprimis ea ratione probatur, quia conuentionem in datione feudi appositam non seruauit, argu. C. de pact. int. emp. & vend. l. cùm te, & C. de cond. cau. da. l. ea lege. Secundò, quia sub conditione videtur feudum adeptus, si conditionem obseruaret, videtur non seruando amittere, argum. ff. loc. l. quæro. §. inter. & ff. pro soc. l. 4. Tertiò, quia non debet ei seruari fides, qui eam non seruauit, vt C. de transact. l. fi. ue. Nec obstat quod feudum recuperauit. nam infeudando, ipso iure cadit à iure suo, & ideo semel ius amissum, non potest restitui, argum ff. de sol. l. qui res. §. aream, & ff. de iu. dot. l. stipulatio, & l. licet. ¶Itê qui iam mota controuersia recuperauit, ideóque sibi pœnitere non licuit, argument. ff. solutio. l. si eum. Et C. de nouation. l. 3. semel enim dando in feudum, pater amisit ius suum, non ergo pœnam hanc inuitis dominis poterit euitare, vt C. de act. & obl. l. sicut, & ff. depos. l. j. §. si rem depo. nemini enim delictum iam perpetratum, per suam remittitur pœnitentiam, arg. ff. de furt. l. qui ea mente, & ff. de calumniato. l. 3. in princ.

EXADVERSO.

¶ECONTRA Vasallus resistit, dicens se non debere feudo priuari, quia re integra, id est, ante litê contestatam, recuperauit, ar. ff. de rei vend. l. is qui se. & ff. rem. rat. hab. l. amplius. Secundò, quia non intelligitur infeudatum quod recuperauit, C. de diuort. l. 3. & ff. de in rê. ver. l. si pro parte. §. versum. Tertiò, quia iustè pœnitentię suffragio est subueniendum, arg. ff. ad l. Falc. l. qui falsam, & ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse. Quartò, quia non interest dominorum, rem illam infeudatam fuisse, argu. ff. si quis caut. l. j. & l. 2. si post. Quintò, quia pœnæ potius sunt molliendæ, quàm exasperandæ, argumen. ff. de pœn. l. si præses. & l. interempta. Sextò, quia procliuiores esse debent iudices ad absoluendum, quàm ad condemnandum, argument. ff. de action. & obligat. l. Arrianus. Septimò, quia ipso iure non tenuit, quod pater fecit contra pactum, ergò non incidit in pœnam, vt C. de reb. ali. non alien. l. fina. & ff. si mancip. ita fu. alien. l. ea quidem. In vltimis allegat vasall[9] inutilitatem pacti. fuit enim inutile pactû, ne in re sua liceret ei facere quod ius est, ar. ff. de pact. l. pen.

SOLVTIO.

¶EGO itaq; Pileus Modicensis, cognitis hinc inde vtriusque partis allegationibus & auditis, condemno filium Raynerij ad feudum restituendum.

SVMMARIVM.

An locans equû, & mandans reddi Bononiæ Mauio stipulanti sub pœna ab eo conductore sibi reddi, possit reuocare illud mandatum, ita quòd conductor Mauio ad pœnam, si equum illi non reddat, non teneatur.

Quæstiò 112.

LVCIVS Titius Gaio Seio Bononiam eunti equum locauit, eique mandauit, vt Mæuio ad eundem locum eûti, equum redderet. stipulatúsque est Mæuius à Gaio Seio equum sibi tradi, & si non esset traditus, stipulatus est pœnam, Lucius Titius mâdatum reuocauit, ne Mæuio traderetur. quo facto, Mæuius

uius equum petiit, & nó accepit, promissam pœná petere intendit. Queritur, quid iuris. proponitur certi cō dictio ex stipulatu.

QVOD VALEAT.

¶QVOD igitur Męuius cum effectu valeat experiri, hæc videntur inducere. Stipulatio ab initio vtiliter interposita, cōmissa. ex quo enim semel vtiliter cō cepta fuit, posteriori facto non potuit euanescere, vt ff, de itin. actuque pri. l. 3. & C. de admi. tut. l. sancimus. per factum alterius interueniens actio non amittitur ex quo enim semel vtiliter stipulatus est, ius sibi competens facto alterius non potuit perdere, argu. ff. de re. cred. l. nec filius, non faciendę traditionis eius quod promisit, inutilis iussio. ex quo enim semel obligauit se ad equum tradendum, non potuit Lucius Titius prohibere, ne traderet, argu. ff. de constit. pecu. l. vnum, & ff. de solut. l. vero procuratori, nimirum non intelligitur res integra, ex quo per stipulationem se alteri obligauit, argum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. l. sicut. §. si debitor. post stipulationem domini petitioni stipulatoris præpositio: ex quo enim stipulatus est tradi sibi, domino etiam in petitione præfertur, vt ff. de procurat. l. procuratore.

EXADVERSO.

¶PRO Gaio Seio contra Męuiū, hæc facere videntur, scilicet stipulationis tacita intelligenda conditio. tacite enim stipulationi conditio intelligitur inesse, si Lucius Titius in eadem volūtate perseuerauerit. arg. ff. de solutio. l. cum quis, & ff. de procur. l. si post. ante traditionem licita mandati reuocatio, népe ante traditionem res integra depræhenditur, vt C. quan. lic. ab empt. disc. l. 1. & 2. & ff. de solut. l. si cum. l. Cornelius. domini non contemnenda denunciatio, argum. C. de rei. vendic. l. si fundum, & ff. de excepe. rei vend. l. 1. § 1. Inopinati enim & emergentis legitima excusatio, nimirū etiam noua & emergenti causa licitum deprehenditur, quod aliâs nó liceret. noua vero causa fuit denunciatio postea interueniens, argu. ff. de condit. ob cau. l. 4. & ff. de interrog. action. l. de. ætate.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sentétiæ debere condemnari ad pœnam, nisi duntaxat gerendo Lucij negocium Mæuius stipulatus fuerit, arg. ff. mád. l. ideoque. §. sicut. l. si mandato, in princ.

SVMMARIVM.

An alienatio rerum immobilium monasterii, facta cum causa, absente abbate, cum episcopi authoritate valeat, vt annullari non possit,

Quæstio 113.

MONASTERIVM sancti Petri, cū abbas abesset, forte ex aliqua iusta causa, rem immobilē, episcopi authoritate, alienauit, reuersus abbas, vel substitutus alter, rē vendicare intendit. Quæritur, quid iuris sit. Proponitur rei vendicatio.

QVOD VALEAT.

¶QVOD ergo abbas valeat vendicare, ratiōe probatur euidenti, quia defuit persona alienatiōi, quæ interesse debuit, id est, ordinatoris domus, igitur non valuit alienatio, vt C. de sacr. sanct. eccl. auth. hoc ius & C. si prop. pub. pensit. l. fi. cum enim necessario plura in aliquo desiderantur negocio, etiam vno tantum deficiente, quod agitur euanescit, vt C. de testa. l. si vnus, & ff. de transact. l. cum ij. §. si prætor. Nec obstat episcopalis authoritas, quia nihil refert, num interponatur authoritas, an perperam adhibeatur, ff. de autho. tut. l. nō tantum, & C. de reb. min. l. minor.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, valere alienationem hanc propter authoritatem episcopi: quod enim deest per abbatis personam, suppletur per iudicem, scilicet per authoritatem episcopi, scientis non esse abbatem, vt C. qui adm. ad bon. poss. l. bonorum, & ff quod fal. tut. l. prima. quod enim dicitur, abbatem adhiberi debere, sic est intelligendum, si potest, quia etiam sine ipso poterit expediri negotium, ne si semper abbas expectaretur, periret vtilitas monasterij, vt ff. si cert. peta. l. si filius, & ff. de iudic. l. longius. §. 1 ff. de pcurat. l. filiusfamil. Quinimmo pro eo haberi debet, ac si præsens fuisset, cum adhiberi non potuit, vt ff. de euiction. l. si dictum. § peunlt. & ff. mandat. ideoque. § penult.

SOLVTIO.

¶MIHI ergo videtur, abbatem, si de ppinquo sit, & certiorari possit, debere certiorari vt adsit, alioquin quasi eo spreto, non valebit quod geritur, vt in decre. 17. quæst. 7. C. decernimus. Si autem nō inueniatur, vel ita sit absens, vt certiorari non posit, puto rem monasterij suadente vtilitate, vel necessitate consensu capituli cum authoritate episcopi etiam sine abbate alienari posse, iuris solennitate seruata.

SVMMARIVM.

An Titius volens perducere aquā ad suum molendinum, possit per terram alterius, eo inuito, prout antea solitus erat.

Quæstio 114.

DOMINI de Saxolo, ex longissimo tempore in curte Saxoli molendina tenentes, tali sunt vsi cōsuetudine. quod si situla expellebat, eos ponebant se in alio loco supra suum, & pro aqua ducé da incidebant tam de sua quam de aliena terra: cum ergo defecisset situla illis de Saxolo, qui erāt de dominis de Saxolo, suaque molendina destruxissent, posuerunt se in alio loco supra suum, & inciderunt suam & alienam terram, pro aqua ducenda. Nunc vero domina Agnes, quæ etiā ipsa est de dominis castri iā dicti, quæ etiam vsa fuit pro se hac consuetudine, prohibet eos per terram suam ducere aquam. Queritur, quid iuris sit. proponitur contra D. Agnetem, interdictū Vti possidetis, ne vim faciat illis ędificātibus molendina.

QVOD SVCCVMBERE DEBEAT.

¶QVOD D. Agnes succumbere debeat in interdicto Vti possidetis, euidenti ratione probatur, scilicet quia domini de Saxolo sunt in possessione, nec vi nec clam, nec precario tempore litis contestatæ, igitur vincere debent, argu. instit. de interdict. § retinédæ. Quin immo D. Agnes, quæ non patitur eis necessaria molédinis aptare, ipsorum molendinorum controuersiam facere videtur, igitur interdicto tenetur, quasi, ab ea violentiam patiantur, arg. ff. Vti possid. l. si duo. §. 2. & 3. & ff. de itin. actuque pri. l. veteres. nimirum cum licitum sit eis molendina reficere, igitur ea facere, sine quibus molendina esse non possunt, igitur aquam ducere, & cætera necessaria aptare, vt ff. si vsufru. pet. l. 1. & ff. de iurisdict. om. iud. l. 2. & ff. de instru. leg. pictoris. quod autem eis liceat molendina reficere vel facere probatur imprimis propter longam consuetudinem, quæ debet tenaciter conseruari, vt ff. de heredit. vel act. vend. l. venditor. ff. de ser. l. præsides. Secūdo, propter consensum eorum, quorum prædia sunt, nam cum à longissimo tempore seruata sit talis consuetudo, præsumendum est quasi ipsorum pactione firmata, vt ff. de leg. l. ea quæ. Tertiò, quia D. Agnes

vsa est pro se tali consuetudine, igitur debet eã ad mittere contra se, vt ff. quod quisque iur. l. prima. & C de testib. l. si quis testibus, vt parilitas seruetur vbique, vt in auth. vt pigno. non si. Quarto allegant priuilegium, nimirum ex tanto temporis cursu, cum fecerint ea quę solis priuilegiatis licerent, præsumitur eos habuisse priuilegium, argumen. ff. ad municip. l. 4. & l fin. §. pen. & C. ne de sta. defunct. l. prim. nempe ex longo tempore aliquid interuenisse præsumitur, arg. C. de fund. patrim. l. fin. Quinto allegatiões domini de Saxolo rationem meram continent: ponatur igitur, quod ipsi non habeant ius faciendi: Domina tamen Agnes nõ habet ius prohibendi, quia & ipse iniuste habet ædificatum, argu. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. 2. & l. & si quid, & ff. sol. matr. l. viro. Ex his ergo aperte liquet, dominos de Saxolo superiores esse interdicto, atque dominã Agnetem, ne vim faciat, debere condemnari.

EXADVERSO.

¶ECONTRA domina Agnes ad sui defensionẽ iustas allegationes proponit. dicit enim se cæteris superiorem interdicto, viua ratione: Imprimis, quia prędia, per quæ volunt aquam ducere, possidet quietè & sine molestia: ergò si volunt contra voluntatem D. Agnetis aquam ducere, vim atque iniuriam facere videntur, igitur in interdicto debent succumbere, vt ff. de acquir. re. domin. l. 4. §. secundo. §. apud. ff. de iniur. l. iniuriam §. fin. secundò, dicit non esse omnem consuetudinem seruandam, quæ sit contra leges, vt C. quæ sit lon. cons. l. j. & C. de vsur. l. eos. Tertiò, quia licitũ est cuique in suo facere quod vult, dũ non noceat cuiquam alieno, vt ff. de regul. iur. l. domum, & ff. si seruit. vindic. l. sicut. §. Aristo. Nec obstat quòd ipsa fuerit vsa hac consuetudine, quia non impetrauit, vt vteretur ea, igitur sibi non nocet, vt ff. quod quisque iur. l. 3. ¶Item ponatur, dicit D. Agnes, quòd ego fecerim iniustè, tamen contra te agentem, qui & iniustè vis facere, potero ius tueri. nam in delicto pari, deterior est illius conditio qui agit, vt ff. de regul. iur. l. cùm par, & ff. nè quis eum qui in ius voc. l. 3.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur secundùm ea quæ proponuntur esse superiores in interdicto Vti possidetis, dominos de Saxolo, & eapropter condemnendam dominam Agnetem, nè ipsis aquam ducentibus, & molendina facientibus, vim faciat.

SVMMARIVM.

An quis dicitur contrauenire transactioni, si bona, quæ nullo modo petere, vel in illis se intromittere promisit, in causa compareat, contra tertium, qui obtinuit donèc reus paréret iudicatis.

Quæstio 115.

CVM esset controuersia inter Caium & Seium de quibusdam possessionibus, factum est, quòd transactio finita est in hunc modum, scilicet quòd Seius omnem dimisit offensam aliâs etiam sibi factam: & Gaius promisit Seio, quòd nullo tempore illas possessiones peteret, vel de illis se intromitteret, atque si contrafaceret, poenam promisit L. librarum Seio. igitur procedente tractu temporis Seio canonis condemnato, reique iudicatæ non satisfaciente, iussu iudicis in causam iudicati prædictas possessiones captas, vt iudicato satisfaceret, Gaius cùm videret, comparauit: nunc ergò Seius, quasi Gaius contra transactionem venerit, poenam petit. Quæritur, quid iuris sit. proponitur certi condictio ex stipulatu.

QVOD POSSIT.

¶QVOD agere cum effectu possit, multiplici ratione probatur, imprimis propter ipsam verborũ proprietatem. fecit enim, quod se non facturum promisit, id est, possessionem interuertit, & de illa se intromisit, ergò fecit contra verba ipsius pacti, itaque in poenam incidit, arg. ff. de leg. l. contra legem. non enim à proprietate verborum disceditur, nisi aliud apertè appareat actum, vt ff. de legat. 3 l. non aliter. Secundò probatur verborum generalitate. nunquàm enim de his possessionibus debuit se intromittere, igitur qualitercunquè se intromittat, tenebitur, vt ff. de aleator. l. j. non enim intromittendi qualitas, sed ipsa intromissio spectanda est, vt C. de donation. quæ sub mo. l. fin & ff. de no. oper. nunc. l. j §. potest, & ff. de ædil. edict. l. j. §. causa: nam etiam intrare est, qualitercunque intrare, vel quandocunquè: igitur qualitercunquè intrauerit, quia intrare nõ debuit, tenebitur, argu ff. de calum. l. j. & 2. & C: de condi. ca. da. l. ea lege. Nec obstat quia iustè intrauit. nam & de hoc cogitatum videtur, immò magìs de hac, quàm de minus legitima, quia tunc pactum esset superuàcuum, argu. ff. de lega. j l. si quandò, & ff. ad municip. l. j. in fin. ¶Item quia & tunc intromissio magis lædit, quàm nunc: quia & tùnc effectum habet: quod enim tunc proficeret conatu &c. arg. ff. quod quisque l. j. §. fin. & C. si manc. ita fu. alie. l. ea quidem. Ex his ergo luce clarius constat, quod tunc facit fortius contra pactum, vbi quod factum est, iuris habet effectum, quam si de facto tantum, ergo grauius est coercendum, argumen. ff. ad Turpil. l. prima. §. accusare.

EXADVERSO.

¶ECONTRA dicitur, Gaium non teneri, imprimis, quia de hac intromissione cogitatum nõ fuit, arg. ff. de transf. l. cum Aquil. & ff. de contrah empt. l. in leg. Secundo, quia stipulator circa hunc casum sibi prospicere debuit, argu. ff loca. l. si quis domum, §. prim. Tertio, quia verba contra stipulatorem sunt interpretanda, in cuius potestate est apertius legem dicere, arg. ff. de pact. l. veteribus, & ff. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. instit. Quarto tuetur se per authoritatem iudicialẽ: nimirum authoritate maioris, maxime iudicis, licitũ deprahéditur, quod aliâs non liceret, arg. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. qui iussu, & ff. de re iudic. l. 3. Quinto, propter causam superuenientem noua enim & emergens causa licere facit, quod aliâs non licet, argu. ff. de interrog. action. l. de ætate. §. ex causa, & ff. de transact. l. non est. Sexto, propter conditionem tacitam stipulationi connexam: nempe huic stipulationi poenali tacita intelligitur inesse conditio: scilicet si iniuste me intromisero, argu. ff. loc. l. quæro. §. inter, & ff pro socio l. si conuenerit. Nunquid enim nõ posset Gaius ab ipso Seio emere? vel ab eo, si vendidisset, ius acquirere? posset vtique, nec incideret in poenam, quasi hoc cogitatum non esse. apparet ergo de iniusta duntaxat intromissione actum: nonne referre debet, qualiter iste se intromittat? argumen. ff. de tributo. l. procuratoris. §. per hanc. Septimo defenditur Gaius, quia iuste legitimeque comparauit, igitur puniri non debet, quia id quod legitime factum est, poenam non meretur, vt C. de adulter. l. Gracchus, & ff. qui satisd. cog. l. fin.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine prętudicio melioris sentẽtię, Gaium à petitione Seij absoluendum, quasi tacita insit in stipulatione conditio, scilicet si in eodem statu manserit postea apud Seium, argumen. ff. de solution. l. cum quis, in princip. & ff. de procurat. l. si post donationem: quid enim refert, cum alius eã esset comparaturus? nihil certe, vt ff. ad l. Rhod. de iact. l. si vehenda.

SVMMARIVM.

An venditor teneatur præcise ad rem tradendã, an sufficiat interesse præstare.

Quæstio 116.

QVAERITVR in hac quæstione, vtrũ vẽditor teneatur præcise ad rem tradẽdam an sufficiat interesse prçstare. proponitur actio ex vendito.

QVOD DEBEAT.

¶QVOD ergo venditor præcise ad rei traditionẽ debeat condemnari, aperta ratione conuincitur: Imprimis, quia rem quam vendidit, debet tradere venditor, ergo aliud præstando pro ea, liberari non potuit, vt ff. de leg. j. l. si domus §. 2. & instit. quib. mo. re. contra, in princ. & C. de solut. l. eum à quo. Secundo, quia in l. aperté dicitur oportere venditorem rem tradere, quam vendidit, vt ff. de action. emp. l. ex empto. & l. si aliâs, & instit. de dõat. §. perficiũtur. si ergo necesse habet rem tradere, ita quod velit nolit, tradere cogitur, quinimmò manu militari debet ab eo auferri, vt ff. de rei vendicat. l. qui restituere. Tertio, quia vẽditoribus daretur occasio malignandi, compellendo empt. ad difficilem interesse probationem. igitur ad rei traditionem debet præcise condemnari, argum. instit. vi bon. rap. §. sed ne, dum. & ff. de oper. pub. l. 3. Quarto contra venditorem facit violẽta doli præsumptio. nimirũ dolo facit, cum potest tradere. & nõ tradit quod debet, vt ff. mand. l. dolus. & ff. de calum. l. illud. igitur vt tradat, damnandus, quia non debet ei dolus patrocinari, vt ff. pro socio. l. verum est. §. causas. Quintò, equitas naturalis, & prætoris authoritas, quæ legitime conuenta tuetur, quemlibet vrgere debet ad placitorum obsequium, quia graue est fidem fallere, vt ff. de pact. l. iuris. §. ait & ff. de const. pec. l. prim. in princ. Sexto, contractus perfectissime colligati, altero contrahentium inuito, est vinculum indissolubile. nunquam enim post cõtractum, licitum est nolle quod voluit: at in contrahendo rem sibi tradere, placuit. nam eam vendidit, ergo amplius nolle hoc non poterit, cõdemnãdus est ergo vt tradat, argumen. C. de action. & oblig. l. sicut, & ff. de aqu. plu. arc. l. in diem, & C. de cõtrah. empt. l. non idcirco.

EXADVERSO.

¶HIS autem reclamat venditor, dicens, se liberari præstando interesse: nimirùm si res vendita non tradatur, ad interesse agitur, vt ff. de action. empt. l. j. in princ. quinimmo dicitur, pluribus legibus vẽditorem nolentẽ tradere, ad interesse damnari, vt ff. quibus mo. pign. vel hypoth. sol. voluntate, & C. de action. emp. l. si traditio. & ff. ad Treb. l. facta. §. j. potest igitur nolle venditor, si ipsum interesse præstet. nã quoties vel con trahentium voluntate quis hoc aut illud debet, alterum prout elegerit, præstando liberatur, vt ff. de contrah. empt. l. si in empt. §. fin. & ff. de solution. l. Stichũ, in princ. Nec obstat quod dictũ est exaduerso, necesse habere vel oportere venditorem rem tradere. sic enim causatiuè est intelligẽdum, quod debet tradere, ne soluere interesse teneatur. simile C. de his quæ. vt indig. l. prima. & l. cum fratrem. & ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. si quis vel consilium est, non præceptum, vt aliâs in multis præceptoriis, vel necessitatis verbũ potius cõsilium, vel liberam præstet voluntatem, vt C. de epis. & cler. l. 3. & C. de iurisd. omn. iud. l. 2. ¶Item non est pœnam stipulatus si res non tradatur, igitur si non fiat quod conuenit, ad solum interesse agitur, vt ff. si quis in ius voc. l. fin. Præter hæc aliud pro alio soluitur inuito, vt ff. de au. & arg. leg. l. 2.

SOLVTIO.

¶QVIA non possumus à iuris prudentiæ responso discedere, venditorem ad rei traditionem cõdẽmnamus. cùm enim speciẽ debeat, nec iustam causam afferat, cur tradere nõ debeat, præcise ad ipsum debet cõpelli, secundùm nostram distinctionem.

SVMMARIVM.

An testamentum factum à Berta, interrogante altero & nominante hæredem & legatarios, & ipsa annuente & confirmante, valeat de iure.

Quæstio 117.

DOMINA Berta Nieri quondam, dum laboraret in extremis, tale dicitur condidisse testamẽtum, in quo ipsa ore proprio neque hæredum nomina, neque legatariorum, neque rerum legatarum expressit, sed alteri omnia nuncupanti respondebat, sic. Quæro igitur, cùm totam hereditatem possidẽã ex successione filiæ meæ Margaritæ, nũquid ex tali testamento sit contra me actio? proponitur actio ex testamento, vel rei vendicatio à legatariis.

QVOD VALEAT.

¶QVOD igitur tale testamentũ valeat, possitque contra me dari actio cum effectu, euidenter apparet. Declárauit enim hæc mulier voluntatem suam in presentia 7. testium, filiam suam instituendo, legata & fideicommissa relinquendo. igitur firmum validumque est tale nuncupatum testamentum, arg. instit. de testa. §. fi. Nec obstat quod dicitur ea omnia non dixisse: quanuis enim non dixerit vere, dixit tamen interpretatiue dicendo enim sic ad singula, breuiter omnia expressisse videtur, arg. ff. de verb. obl. l. pri. in princ. & instit. de inutil. stipul. §. prætor. nihil enim refert, vtrum quid dicatur, an aliud propter quod possit intelligi. argumen. C. de fideicom. l. verbum volo. potius enim testatoris volũtas est inspicienda, quam verborum tenor, argumen. C. de testa. l. quoniam, & C. de lib. præter. l. 3. nimirum quandoque minus dicitur à testatore, & plus intelligitur, argu. ff. de leg. l. seruum ex §. fin. & ff. de leg. 3. l. 2. §. si quis, & l. hæc verba. ¶Item nonne valet testamentum, vbi testator committit voluntatem suam alteri scribendam? & postea conuocatis testibus dicit hoc solum illam fore suam voluntatem, quæ continetur in charta. & certe valet, vt C. de testam. l. hac consultissima, in prin. aut ergo non valebit hoc casu, si alteri commiserit nuncupandum? nam vbi eadem ratio vertitur, paria debent esse & censeri iura, argu. C. de constit. pec. l. diui Adriani & ff. ad l. Aqu. l. illud. Item fingitur plerunque dictum, quod non est, vt ff. de verb. obl. l. qui extrinsecus. Vltimo loco ratio fortior succedit, quia in voluntatibus defunctorũ, vt valeant, debemus interpretari in ambiguo, vt ff. de re. dub. l. si fuerit. & l. quoties. & l. qui duos. & l. nisi. ¶Item videtur lex expressa, vt ff. de leg. 3. l. Pamphilo. §. j.

EXADVERSO.

¶ECONTRA facit ratio mera & scripta, testator ore proprio palam debet præsentibus testibus, & intelligentibus verba testatoris, heredũ nomina nuncupare, vt ff. de testam. l. heredes, & C. de testam. l. iubemus. cum ergo non expressit voce propria heredũ nomina &c. quæ volebat, non intelligitur secundum iuris ordinem regulariter fecisse testamẽtum. igitur non valebit, quod gestum est, vt C. de testa. l. siue speciali, & ff. de testam. l. 4. nimirùm non reperitur talis testandi modus, quo ad interrogata testator respondeat. quod ergo legibus non est prouisum, superstitiosa adinuentione non est præsumendum, vt ff. de publli. action. l. de precio. & ff. solu. matr. l. si vero. §. de viro. Dicitur enim quid prohibitum vel negatum, quia

non reperitur concessum, vel admissum, argu. C. ad. l. Iul. de adult. l. quamuis. ff. vt ex leg. & senatuscon. bon. poss. det. l. prim. de rebus alienis testãdi, cuilibet est denegãda facultas, vt C. de sacr. sanct. eccl. auth. ingressi. Igitur in testamento, de quo quæritur, alterius quã testatoris dictum, pro vero dicto haberi non debet relinquitur ergo solum testatoris verbum, ex quo nulla potest significatio percipi, si aliud non præcedat, vel sequatur. Ergò non valet, quod propositum est, vt ff. de his quæ in test. del. l. prim. nunquam enim nuda voluntate potest confici testamentum, vt ff. de bon. poss. secund. tab. l. fin. nisi ergo coram testibus, vt dictum est, voluntas testatoris per ipsius verba fuerit legitime ordinata, non debet testamentũ nuncupari. nec enim dici possunt aliqua perfecta, nisi perfectionis ordine cõpleantur. vt in decret. 7. quæst. prim. c. nihil contra ordinis, & C. qui testa. fac. poss. l. furiosum, & instit. quib. mod. test. infi. §. fin. ¶Item quia licitum est mihi, quod per alium non liceret. nunquam enim per alium legitur, quem posse facere testamentum, argumen. C. de assesso. l. 2. Ad hoc, pro me facit ratio mera. si enim hoc concederetur, inueniretur via per quam falsitas posset de facili committi in elogiis, quæ vt procul fiat, legislatorum fuit intentio. vt C. de testa. l. sancimus, & inuenitur quid prohibitum, quia malignandi præbet exemplum, vt C. de probat. l. exemplo, & ff. de iur. iu. l. 3. & instit. vi bon. rapt. §. sed ne, dum. ¶Item cum testator conficit testamentum, vel scribit, vel articulate debet loqui itaque si hoc non facit, quantum ad testamentũ, mortuo similis reputatur, vt C. de testa. l. iubem⁹: quia igitur in sua causa nemo iudicare, vel ius dicere debet secundum iuris prudentiam, sententiam peto.

SOLVTIO.

¶EGO igitur iuris prudentia horum magistra scriptorum, Pileũ Modicensem, cui oculata fide videmus, omnia iuris patefacta arcana, difficilesque nodos, & inextricabiles circuitus, & in albis vestib⁹. quibus casu induebat dissoluto, ostendi, ab aduersarij petitione secundum ea quę proponuntur, absoluo, nullumque fore testamentum pronuncio.

SVMMARIVM.

An minor agens vt iterum sibi soluatur precium rei suæ sine decreto iudicis vendita, teneatur probare, se non factum ex eo locupletiorem, an vero incumbat onus reo probandi contrarium.

Quæstio 118.

MINOR 25. annis, adultus tamẽ & discretus, vẽdidit rem immobilem sine decreto, & precium percepit, iurauit se non venturum contra venditionem nunc maior factus, precium iterato petit, dicens se primo solutum perdidisse, emptor vero locupletiorem minorem ex precio contendit. Quæritur, quis hoc probare debeat, nũquid minor se perdidisse, an emptor locupletiorem factum? Proponitur officiũ iudicis, per quod restitutio postulatur contra solutionem.

QVOD DANDA SIT RESTITVTIO.

¶QVOD ergo minori danda sit restitutio, nisi probetur locupletior ab aduersario, aperte conuincitur his legibus. ff. de admi. tuto. l. sine herede. § prim. & C. de præd. min. l. prædium. & C. si aduer. cred. l. 1. curiosus enim debet esse debitor, qui minori pecuniam soluit, in qua re vtatur. C. de sacr. sanct. eccles. auth. hoc ius porrectũ, & in auth. vt null. iud. § sed illud, coll. 9. & ff. si cer. pet. l. pen. l. ciuitas. ¶Itẽ probatur hoc per instantiã, nõ cõtingit debitori minoris plenissima liberatio, vbi solum sine iudice soluit, nisi minor factus sit locupletior: non ergo sufficit probare se soluisse, nisi probet minorem locupletiorem factum esse: quoties enim duo talia sunt, quorum vnum sine alio esse non potest si vnum probatur, non probatur & reliquũ, nihil fit, vt C. de probat. l. neque l. 1. l. ad probationem. ¶Item quando duo desiderantur ad aliquid, non sufficit vnũ interuenire, si deficiat reliquum, arg. ff. de lib. cau. l. liberis. §. 1. & C. de testam. l. si vnus. Ad hoc. pro minore debemus interpretari, quia persona priuilegiata est & fauorabilis, arg. ff. de regul. iur. l. quoties dubia.

EXADVERSO.

¶ECONTRA emptor allegat minorẽ locupletiorem factum, nisi se probet pauperiorem, argu. ff. de solut. l. in pupillo, nimirum ei incumbit probatio, etiamsi minor sit, & restitutionem petat. non enim obtinet, qui minorem se statim dicit, nisi & circunuentum doceat, argu. ff. de probatio. l. 3. & C. de in integ. rest. l. minoribus, & ff. de iureiu. l. nam postea. §. si minor Accipe itaque. sol. pro minore, alleg. de separatis. & pluribus necessariis. Sed cõtra: imo locupletior factus videtur etiam si perdidit, nisi ei soluerit debitor perdituro, quia soluere necesse habet, arg. ff. de minor. l. quod si. §. pen. ¶Item constat eum habuisse preciũ, igitur & nunc habere præsumitur, nisi doceat qualiter amiserit, argu. C. de fid. instru. l. fin. & C. de pignorib. act. l. si debitor.

SOLVTIO.

¶EGO itaque Pileus Modicensis, visis & cogitatis rationibus vtriusque partis, emptorẽ à petitiõe quondam vel nunc minoris absoluo, nisi precium se monstrauerit perdidisse.

SVMMARIVM.

An rusticus, qui longissimo tempore duos denarios ecclesia soluit, teneatur ostendere bona, ex quibus soluat.

Quæstio 119.

RVSTICVS quidã ex lõgissimo tempore diuturna consuetudine duos denarios soluit nomine pensionis: ecclesia vero, vt in futurum sibi prospiciat, scire desiderans possessiões pro quibus pẽsio prestatur, sibi rusticum, vt ostendat, rogat: ipse verò vel malitia vel simplicitate ductus, dicit se non posse vel debere ostẽdere. œconomus ecclesiæ, rusticum, vt dictum est amicabiliter cõuentum super hoc, ad iudicium trahit inuitum. Quæritur quid iuris sit. proponitur officium iudicis.

QVOD COGENDVS SIT.

¶QVOD rusticus officio iudicis sit cogẽdus possessiones ostendere, pro quibus pensionem prestat, hęc videntur inducere: cautela futuri damni, quum ecclesia iuste damnum veretur in futurum, ne forte rustico siue successore mortuo possessiones perdat, vt ff. de iudic. l. in omnibus, & ff. sol. matr. l. si filio. §. fin. violenta præsumptio. doli enim est magis præsumptio contra rusticum, si nolit possessiones domino ostendere, quas ab eo tenet, arg. C. de fi. instru. l. fin. & ff. manda. l. dolus ff. de interrog. actio. l. de ætate. l. qui tacuit. ¶Item alia ratione dolus præsumitur, scilicet quia domino iubẽte possessiones ostendere non obtemperat, argumen. ff. de regul. iur. l. non potest. ¶Item ex modo loquendi vitiosa locutio. est enim vitiosa locutio rustici, qui dicit, possessiões quidem iure habeo, & nescio quas, aut quantas: vel quod est grauius, nolo tibi ostendere, argumen. C. de furt. l. inciuile, & ff. de contrahen. empt. l. ea quæ: ratio confessionis incertæ. ex eo enim, quod confitetur se habere possessiones, ab eo compellendus

est de certis confiteri, arg. ff. de confess. l. certum. nimirùm nō refert, vtrum non respondeat, an obscurè, arg. ff. de interrog. actio. l. de ætate. cùm enim domini valdè intersit, possessiōes sibi ostendi, debet colonus ad hoc cogi. ar. ff. de interrog. actio. l. si definit. § illud, interest autem domini etiā ea ratione, quia si colonus nō soluat pensionem legitimo tempore, poterit dominus ad rem suam redire. vt ff loca. l. quero. §. inter. Iustissima petitio domini nam hoc domino profuturum, colono, nisi maligne agat, nihil est nociturum, igitur debet committi, arg. ff. de aqu. plu. arc. l. 2. §. 2. & C. de precib. imp. off. l. rescripta: rustico auferenda delinquendi occasio. nunquid enim non posset impunè malignari rusticus, si dominus possessionem ignoraret? oporteret enim dominum, vel pensiones amittere, vel annis singulis pro ipsis prestandis litigare, si colonus eas nō solueret. non igitur hoc debet concedi, arg ff. de rei vendi. l. in fundo & instit. vi. bo. rap. §. sed ne, dum. nam & inuenitur prohibitum, quia malignādi præstat exemplum, vt ff. de iureiu. l. 4. & C. de probat. l. exemplo, & C. de rescind. vend. l. quisquis.

EXADVERSO.

¶PHILOSOPHVS econtrà rusticus, sed domino aduersarium opponit, dicens, se nō teneri ad ostensionem possessionis, quia ignorat possessiones, eas igitur ostendere non potest, arg. contra ff. de ædilit. edic. l. cum vi. vnde quamuis aliâs teneretur, excusatur tamē quia & si velit, non potest, argu. ff. de condit. inst. l. quæ sub. & ff. de cur. bon. dan. l. prima. cum etiam iustā causæ ignorantiam habet, cùm à suis forsan fuerint cōductæ maioribus, argu. ff de regul. iur. l. qui cum alio, & pro suo. l. fin Secundò, quia hoc non rei, sed actoris est munus, arg ff. de rei vendic. l. qui petitorio, & C. de petit. heredit. l. cogi. Tertio, quia hæc actor perinde vt reus scire debet. non igitur demonstrari sibi poterit postulare, arg. ff. de eden. l. si quis §. pretor, & ff de acti. emp. l. 3. §. si & in auth. de sanctiss epis. §. 3. vires enim & emolumentum rei familiaris ignorare non debet, arg. ff de rescind vend. l. quisquis. Quartò, quia prius actor non debet se instruere ex domo rei & sic ad litigandū procedere, vt ff de regu. iur. l. qui in alterius. nunquid enim per eum, qui conuenitur, actor est instruēdus? nequaquam, vt C. de eden. leg. prima, & l. qui accusare, & C. de testib. l. nimis graue, & Cod. de probat. leg. actor. Ex his ergo liquet apertè, rusticum non teneri, quid quantúque possideat, ostendere, sed ei debet mōstrari. Quinto loco allegat pro se rusticus hoc dubium vel ad nihilum argu. ff. de testa. tutel. l. duo sunt, vel ad modicum iure interpretandū, argu. ff. de pœn. l. si preses, & ff. de leg. 3 l. nummis.

SOLVTIO.

¶VIA nostra est iuris, malitiam rusticorum nō tueri, ideo condemnamus rusticum ad ostendendū terram, si potest: si autem iurauerit se non posse ostendere, absoluimus eum ab hac necessitate, argu. ff. de arb. l. Pomponius. §. fin. & ff. de furt. l. in actione. Quid ergò, & si hoc casu rusticus forsan nolit soluere, vel forsan decesserit sine successore? nō ita etiam priuabitur sua possessione? ad hoc ita dicimus, imprimis inspiciēdam eorum consuetudinem, scilicet quantam terram consueuit in illis locis, vel circa ea, in quibus rusticus suam possessionem habet, pro tanta pensione locare, quo casu hæc ecclesia secundum consuetudinem tantum de rustici terra habebit. nec meliorem, nec deteriorem ei assignabimus: si hoc non appareat, secundū regionis consuetudinem. Ad vltimum iuxta pensionis quantitatem, sententiam moderabimus, vt ff. de leg. 3. l. nummis, & ff. de regul. iur. l. semper. & ff. de testam. l. heredes.

SVMMARIVM.

An is, qui promisit genero cum iuramento filiam suam, quā ei dabat in vxorem, heredem facere vnà cū filio, sine metu periurii possit totū relinquere filio.

Quæstio 120.

QVIDAM Burgensis vnicū filium, filiàmque habens, filiam cuidā nobili in matrimonio copulauit, pacto tali, vt præter dotem simulcum filio moriens ipsam heredē institueret, hoc quoque ratum habiturum se corporaliter sacramento firmauit. laborans itaque Burgensis extremis, compatiens filio, maiorem suorum bonorum partem ipsi relinquere satagit, peritiores consulit. quærens diligenter, an possit sine metu periurij. proponitur ad hoc inquirendum diligens solertia iudicis.

QVOD POSSIT.

¶QVOD ergo possit variare Burgensis, euidēti ratione conuincitur, quia nemo potest eam sibi legem imponere, ne liceat ei à priori voluntate recedere, vt ff. de legat. 3. l. si quis. Secundo, quia tale pactum cōtra bonos mores fuit, vt Cod. de pact. l. pactum. igitur nec iuramento. nec alio iuris vinculo potuit confirmari, arg. ff. de pignor. action. l. solutum. §. siue. Tertio, quia fuit impossibile, nimirum quia cōtra bonos mores est. nec fieri posse legitur, vt ff. de condit. instit. l. filius itaque nullo modo potuit confirmari, arg ff. de regu. iur. l. verum est. Quartò, quia contra leges. legibus enim pactum de futura successione prohibetur, igitur quicquid ex eo vel ob id sequitur, nullius debet esse momenti, ergo nec sacramentum, argu. C. de leg. l. nō dubium, & ff. de legat. 3. l. si quis inquilinos. §. fin. & ff. de pact l. iuris. §. sed si pactum. nimirùm illicitum iusiurādum seruari non debet, vt in auth. scenicas non solùm, si fideius. col 5. §. prim. cùm igitur appareat tam pactū quam sacramentum contra leges & bonos mores interpositum, licitè poterit Burgensis, quod desiderat, contrauenire. nam etiam ex causa licitum est iuramēto venire contra, vt C. de transact. l. si ex falsis, & C. de non num. pecu. l. indubitati: quinimmò sine metu periurij poterit quod fecit, nō seruare, cùm faciat hoc ex causa concessa, nimirùm quamuis honestum & illicitum sit, heredem & maxime filiam instituere, pacto tamen vel iuramento ad hoc adstringi prohibitū est, vt ff. de verbor. oblig. l. stipulatio hoc modo. Quædam enim per se licita sunt, quæ in pactionem deducta, vitiantur, arg. C. de inutil. stipul. l. 2. & ff. de condit. ob. tur. cau. l. 2. Ex his ergo liquide patet, pactum vel iuramentum nōn tenere: igitur eo non obstāte, poterit variare, vt C. de transf. l. si causa cognita.

EXADVERSO.

¶NOBILIS econtra dicit socerum omninò teneri ad iuramenti obseruationem, nimirùm sacramenti ratione licitum deprahenditur, quod aliâs nō liceret, argu. C. si adu. vendit. l. 3. & constit. Freder. hac edictali. §. fin. nulla enim facultas debet concedi religionem deserere sacramenti. vt C. si min. se maio. dix. l. 3. ne vna periurij aperiatur per leges, quę periuria puniunt, vt C. de indic vidu. l. 2. Secundò, quia non potest allegare se iniuste iurasse, nec per talem allegationem factum suum reuocare, vt C. de transact. l. trāsact. & C. de seru. pignorib. da. man. l. si creditori. Tertio, quia non debet plus posse, quia male iurauit, immo minùs, argum. in authent. de restit. & ea quæ par. §. non dignum, & ff. ad senatusconf. Turpil. l. 3. §. quid porrò refert. Quartò, quia & si poneretur, pactum & iuramentum non valere, ipse tamē non poterit infirmare, argumentum. ff. de adoption. l. post mortem, nimirum contractus aliâs inutilis, vtilis debet esse ad repellendum contra-

hentem, arg. ff. de seruit. rust. præd. l. per fundum: causa matrimonij, quod propter eam succedendi spem, contraxit, cum nobilis filiam aliâs Burgensis ducturus nô fuerit, argu. C. ad Vellei. l. fin. Sextò Burgẽsis opponi potest doli fraudísque præsumptio. videtur enim præsumendum est, ipsum ab initio animum decipiẽdi habuisse, ex eo quod postmodum agere satagit, vnde refrenandus est, vt ff. de condict. cau. da. l. si donatio. Septimò consulentis prudentia debet facere, nè minus consequatur nobilis, quâ ipsi⁹ exposcit nobilitas. arg. ff. de adoption. l. nec enim, in fin. Octauo, quia occasionem & exemplum malignandi præstaret, atque incentiuum tribueret delinquendi, argu. instit. vi bon. rapt. § sed ne, dum.

SOLVTIO.

¶EGO Pileus Modicensis, super hoc quandoque consultus, si fuissem Burgensis. animã saluare volens, peierandi cõsilium non dedissem, quanuis de licentia Romani iuris, iuramento tali non obstante. liberam factionem habeat testamenti.

SVMMARIVM.

An & quando frater teneatur communicare in diuisione cum fratribus domũ emptã viuente patre.

Quæstio 121.

VIVENTE patrefamiliâs reperitur, vnũ ex filiis domum comparasse: mortuo patre postmodùm, cæteri filij paternam diuidentes hereditatem, volunt domum illam, quam ex bonis cõparatam patris aiũt sibi communicari: frater vero alter de aduẽtitio peculio se comparasse asserẽs, communionem euitare intendit. Queritur, quid iuris sit. famil. ercisc. iudicium proponitur.

QVOD TENEATVR.

¶QVOD filius quasi ex profectitio acquisitã domum peculio, communicare teneatur. hæc videntur inducere: paternæ potestatis plenitudo: ex plenissima enim potestate, quam in liberos pater habet, præsumendum est, filium ex bonis patris acquisiuisse, si non monstraretur contrarium, arg. C. de colla. l. filiæ, & C. famil. ercisc. l. certum est: suspicionis sinistræ euitandæ turpitudo facit. vt quæsisse intelligatur ex parte patris & sic comparasse debet præsumi, argu. C. de dona. int. vir. & vxor. l. etiam si vxoris, & ff. de donat. int. vir. & vxo. l. Quintus Mutius. ¶Item prioris inopiæ certitudo: profectò enim de bonis patris acquisisse intelligẽdus est ille qui nudus exiuit de ventre matris, & quid inuenerit non ostendit, argu. de susp. tut. l. 3. & ff. de re. milit. l. non omnis. §. à barbaris: peculij cõferendi generalis cõstitutio. cum enim lege cautum inueniatur, liberorum peculia debere conferri, qui exceptionem obiicit, quare peculium conferri non debeat, probare debet, arg. C. de probat. l. siue possid. & ff. de probat. l. in exceptionib. delinquendi remouenda occasio, nisi ei omnia de bonis patris acquisita præsumerentur, daretur filiis occasio delinquendi, surripiendíque res paternas, suísque laboribus acquisita contendere argu. instit. vi bon rapt. §. prima. & ff. de iureiu. l. 3. §. prima. censuræ vel similitudo, argu. ff. de annu. leg. l. annua. §. prim. & in auth. de ecclesiast. tit. §. interdicimus.

EXADVERSO.

¶PRO filio verò cõtra fratrẽs ista facere videtur: in laboribus & fortuna acquirendi non denegãda occasio, arg. C. arb. tut. l. si defunctus: acquisitionis certẽtudo, ex quo constat filium comparasse, præsumẽdum est, quòd de suo comparauit, nisi ostendatur contrarium, arg. C. de pign. l. fin. deficiens aduersariorum probatio. qui enim collationem postulat, rem subiiciendam collationi, probare debet, si negetur, arg. C. de eden. l. qui accusare, C. de probat. l. 2. nimirum ei qui dicit, probatio incumbit, vt ff. de probat. l. ei qui dicit, & C. de probat. l. actor: huius ambigui fauorabilior interpretatio. ambigua enim pro reo sunt interpretãda, cui magis iura fauent. ergo pro eo debet interpretari, arg. ff. de iu. dot. l. quemadmodum, & ff. de regul. iur. l. in ambiguis, & l. fauorabiliores, & ff de actio. & obl. l. Arrianus. In re ambigua est electio ambigua enim humanius sunt interpretanda quis autem dubitet absolutionis sententiam fore humaniorem? argu. C. qui bon. ced. poss. l. fin. C. de fideicomm. l. cùm inter. Ex pluribus causis datur filio acquirendi occasio, nimirum filius patri hodiè vna tantum acquiritur ex causa vel ex re sua Sibi vero omnibus aliis, quapropter si quomodò acquisierat, dubitaretur, magis intelligendum est, vt sibi acquisierit, cùm plures habeat acquirendi vias sibi quàm patri, qui non habet nisi vnam tantum.

SOLVTIO

¶PILEVS igitur Modicensis, quanuis aliorũ fratrum partem defenderet, putat nihil proponi cur ex bonis patris fili⁹ acquisiuisse intelligatur, vndè ipsum à petitione fratrum absoluo, sed P. contra.

SVMMARIVM.

¶ An si filius patre inscio pignoret domũ per ipsum acquisitam, patre mortuo, sui filij possent se tueri cõtra creditorem allegantes nullitatem hypotheca.

Quæstio 122.

HANC itaque domum aduentitij peculij, filius hic patre inscio, in cuius erat potestate, pignus obligauit, demũ pater decessit, nepotibus ex dicto filio superstitibus domum paternam possidentibus, contra quos hypothecariam creditor intendit: ipsi verò se tueri volentes, illam nullius esse momenti asserunt obligationem.

QVOD POSSIT.

¶QVAERITVR quid iuris sit. Proponitur hypothecaria, vt dictum est, saltem vtilis: quam cũ effectu competere, multis rationibus probari potest: licèt enim ratione stricta dici possit, obligationem non tenuisse, tamẽ æquitatis beneficio, dicendum est, vtilem competere actionem, cùm nepotes patri heredes extiterint, & vna dicatur persona sicut ipse, argu. ff. de pig. actio. l. antepen. cum enim patris & filij, maximè, qui heres extiterit, vna dicatur persona, sicut ipse non potest contra pactum suũ venire, ita nec filius, vt in auth. de iureiu. à mor. præsti. in princ. & C. de liber. cau. l. si ab eo. quòd autem ipse nõ potuisset resistere, patet his legibus, vt ff. de adoption. l. post mortem, & ff de condict. indeb. l. si non sortem. § si filius, nimirùm contractus aliâs inutilis, validus est ad repellendum contrahentem, arg ff. de seruit. rust. præd. l. per fundum, & C. qui milit. non poss. l. super seruis, lib. 10. nunquid enim allegare posset, ideò se non teneri, quia contra leges obligauerit: certè nequaquàm, argu C. de transf. l. trãsactione 2. & ff. de legat. 3. l. si seruus plurium. §. prim. Est quoque alia ratio, quòd conualescere debet obligatio ex pòst facto, mortua persona quæ impediebat obligationem, nimirùm conualescit ex post facto, quod ante inutile erat, arg. ff. de pignor. l. si tutor, & ff. de fun. dot. l. cum iur. sublata enim persona quæ impediebat, & impedimentum tollitur, ideò quia obligatio conualescit, arg ff. de actio. empto. l. fundum, & C. qui non poss. ad lib. peru. l. 2. regula cõmunis est, vt cùm causa deficit, deficiat & effectus, ar. ff. de iu. patro. l. adigere

§. qu

§.quanuis.& C. de lat.l.j.ff.de pact.l. quod dictum.ad hæc,valere debet obligatio ex bono & æquo ,etiam si non fuit pater suo iure vsus,infringendo ipsam alienationem,argum.ff.de iniust.rup.test.l. filio.& ff de leg. præstã.l.non vnquam.& ff.de pigno.l.ex fundo.Quinimmò quia non contradixit toto tempore, quo vixit, intelligitur eam ratam habuisse.arg.C.de petition.hered.l.si filius.arg.C.de ser.alien.man.l.fi.& C.de bo. quæ lib.l.cùm oportet.§.fin autem igitur ab initio voluisse credidit,vt valeat hypothecaria intentari, vt C. de dona.inter vir.& vxo.l.donationes.& ff.de pignor. l.si fundus.§.j.quomodo ergo poterũt nepotes infringere quod pater fecit,nec alius reuocauit, & vterque in eadem voluntate decessit? nullo modo.argumen.C. de test.milit.l.quæ à patre.& C.si quid in frau.credi.l. fi.& C.de reuoc.do l.j.& fi.quanuis enim conceditur, quòd ab initio pignus non tenuerit,tamen silentio eorum,maximè qui contradicere poterant, debet roborari,arg.C.de arbit.l.pen.& ff.de dona.inter virum & vxo.l.cùm hic.§.ait.& C.de acqui.poss.l.nemo. Ex his ergo liquet apertè,nepotes paternam domũ possidentes,ad ipsius restitutionem,si non pro debito satisfaciant,condemnandos.

EXADVERSO.

¶NEPOTES verò clypeis defensionis armati,asserunt se non teneri,dicentes,obligationem ipso iure non tenuisse,factam scilicet contra legis prohibitionem.arg.C.de castr.pecu.l.si fa.& C.de bonis quę lib. l.fina.§.filius.Si ergo fuit obligatio contra leges,quia persona quæ obligauit,nõ poterat obligare,igitur idẽ ipse poterit infringere,argu.C.de præd.min.l.3. & C. de repud.here.l.3.nam per obligationem quam fecit, quæ de iure non tenuit,etiam ab agendi posset via repelli,vt ff.de oper.lib.l.sicut.& ff.quibus modis pign. l.4.& l.sicut.§.si volun.& ff.de option.legat.l. 2. Nec obstat quòd decessit auus,qui superuixit patri, argu. ff.de leg.3.l.j.Succedit alia ratio fortior, quia nulli nõ patet,auum obligationẽ hanc potuisse reuocare,quin etiam à creditore,si possideret,petere: igitur nepotes, cùm sint heredes ipsius,hoc facere possunt,argu. ff. de regulis iur.l.heredem.& ff.de oper.lib.l.& si ex modica.§.j. nec enim heredi nocere debet,quod defuncto nocere non potuit,argu.ff.de condi.& demonst.l. publicus.in fi.& ff.de regu.iur.l.inuitus.§.2.quanuis hoc non posset allegare iure patris, poterunt tamen quasi heredes aui,argu.ff.de senator.l.emancipatum.nimirum plerunque iure vno conceditur, quod altero denegatur,argu.ff.de test.mil.l.3.& C.ad l.Iul.de adult.l. iure. Prætereà proponitur alia ratio,quia filiusfamiliàs non habet liberam facultatem, cùm parentes habeât adminstrationem legitimam.igitur quod de bonis citra patris voluntatem & authoritatem alienauerit,ipso iure non valet,arg.C.de bon.quæ liber.l.cùm non solum.§.filiifamil.autem.& ff.ad Macedo.l.sed & si.§ j.cùm ergo iure prohibente facta sit talis obligatio,tractu temporis non potuit confirmari,argu.ff.de regu.iur.l.quod in initio.& l.omnia.& l.penulti.nullo enim tempore debet haberi ratum,quod contra leges factum est.argu.ff.quod met.cau.l.si mulier.§.j.Præter hæc,legis habemus rationem.prohibentur enim huiusmodi alienationes,ne filij calore iuuenili inducti, pauperentur,vt C.de bon.quæ lib.l.fin.§ filiis.nimirũ quædam in se licita,plerunq; prohibentur propter malum quod inde peruenire potest.vt insti. vi bono.rap. §.se ne,dum.Ex his ergo apertè liquet, alienationẽ talem nullius fuisse momenti. Vnde iam dicti nepotes iustè postulant à petitione creditoris absolui.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententię, hic obligationem ab initio nõ tenuisse,ideoq; ipsum & filium si possidet,putarem ab hac hypothecaria absoluendum,cùm enim legibus prohibeatur huiusmodi obligatio,satis patet,eã si facta fuerit, ipso iure nullam,quanuis hoc expressim legislator non cauit,vt C. de legib.l.non dubium.

SVMMARIVM.

An dicti filij se defendentes,possint tempore messiũ & vindemiarum in ius conueniri,& dilationem ea de causa obtinere.

Quæstio 123. Correlaria.

TERTIO loco quæritur, nunquid nepotes isti tempore messium & vindemiarum ad iudicem vocari vt rei rusticæ occupati,nõ debeãt, quia clerici vel milites sunt,dilationem causa messium vel vindemiarum habere possunt.proponitur officium iudicis.

QVOD DEBEAT.

¶QVOD ergo huiusmodi dilatio nepotibus dari debeat,ratio generalis proponitur. Generaliter enim statutum est,ne quis tempore messium & vindemiarũ cogat aduersarium suum in ius venire.vt ff.de feriis.l. j.in princip.& C.l.omnes populi.in princi.nec distinguitur persona vocantis vel vocati,qualicunque ergo fuerit vocans vel vocatus,non cogitur ad iudiciũ venire,vt C.de dona.l.data. & ff.de offic.præsi.l.3. nimirum verbum simpliciter dictum,generaliter & sine distinctione intelligendum est,argu.ff.de aleator.l.2.& ff.de legat.præstan.l.j.cùm in legibus indefinita, iura vniuersa contineant,vt ff.de ser.vrb.pręd.l.si seruitus. & ff.de excus.tut l.2.Secũdò allegatur alia ratio, quia iura non propter personas certas,sed generaliter in omnibus statuta sunt,argum.ff.de leg.l.iura.& C.de legib.l.leges.Tertiò,quia beneficia largè interpretanda sunt,vt ff.de constit.princi.l.beneficium. quãuis enim dicatur,quòd circa rem rusticam occupati, non sunt compellendi in forum,tamen & de non occupatis idẽ intelligendũ est,quia occupari possunt,arg.ff.de furt. l.eum qui.§.2.ideo enim occupatorũ fit mentio, quia propter occupationem ius traditum est ab initio,porrò & si non occuparentur, nihilominus tamen habet locum cõstitutio,quæ ob causam illam generaliter facta est,arg.instit.quod cum eo.§.fin.& C. de præscrip. 30.anno.l.fin.& C.de ser.fugit.l.fin.non enim cessante caũsa constitutionis,statim & constitutio cessare debet,argu.ff.de re milit.l.semel.& ff.de sena.l. fœminæ. Quartò,quia casus excipiũtur, in quibus temporibus istis potest quis in ius vocari,vt ff.de fer.l.j.§.fi. & l.2. & 3.ergo generaliter in aliis prohibetur,vt C.de pact. con.l.fi.nam quod de vno dicitur, de aliis denegatur, vt ff.de condi.& demonst.l.cùm ita.& ff.de appella.l. cùm nimia.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur,dilationem hanc non esse eis concedendam his enim danda est, qui circa rem rusticam occupantur, vt ff de fer.l.j. cum ergo isti nepotes non sint circa rem rusticam occupati, huius dilationis beneficio gaudere non debent. vt enim ex ore tuo te iudicem,cum occupatis hoc beneficium dicatur datum,omnibus aliis denegetur,arg.ff.de contrahẽ.empt.l cum seruo.& ff de exercito.act l.j.vel ad minus, vt ipsi fatentur,hæc fuit causa concessionis,quia occupanti &c.igitur vbi causa deficit, cõcessio etiam cessare debet.arg.ff.de iur.patro.l.adigere.§ quanuis. & ff.de pact.l.quod dictũ.Ad hæc,nõ magis hoc quàm alio tempore occupantur: ergo non magis hoc, quàm alio tempore beneficiari debet.nam vbi par causa est, & paria debet iura constitui,argu.ad l.Aquili.l. illud.

& ff. vt ex legi. & senatusconsul. bono. poss. l. j. quantùm ad istos non intelligitur tale tempus, cùm ipsi ea quæ huiusmodi temporis sunt, non adimpleât, a. rg. ff. quod cuiusque vniuersi. l. j. & ff. si seruit. vindi. l. loci. §. competit. nimirum beneficium non meretur habere, qui illud propter quod beneficium conceditur, non exercet. C. de sacrosanct. eccle. l. qui sub prætextu.

SOLVTIO.

¶QVIA igitur rarissimè contingere potest, quòd quis directò vel secundario non occupetur tali tempore, pronuncio huius beneficium omnibus communiter indulgendum.

SVMMARIVM.

An episcopus Bononien. à cuius sententia fuit appellatum ad archiepiscopum Rauen. possit, si archiepiscopus Rauenen. fiat, eâdem causam in appellationis instantia iudicare.

Quæstio 124.

BONONIENSI episcopo iudicante, ad archiepiscopum Rauennatensem dicitur appellatum: quo interim viam vniuersæ carnis ingresso, Bononiensis episcopus ei proponitur substitutus. núc ergo in dubiú vertitur, an super appellationis causa cognoscere valeat quondam Bonon. episcopus. proponitur sapientum cognitioni.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit cognoscere, imprimis ea ratione cõuincitur, quia quasi alius homo esse videtur, licèt idem sit in veritate, arg. ff. de acq. re. do. l. sed si ex meis. & ff. de adim. leg. l. si seruus §. j. Secúdò, quia cùm ipse sit archiepiscopus Rauennas, appellatiões ad eum archiepiscopum factas debet cognoscere, cùm nullo iure vetetur, arg. ff. de procurat. l. mutus. §. j. potius enim dignitatis sunt cognitiões huiusmodi, quam personarum, arg. ff. quod cuiusq; vni. nomi. l. item. in prin. & ff. de offic. iuridi. Alexan. l. j. & 2. non ergo dici debet ad ipsum qui iudicauit, recursum appellationis fieri, cùm ille fuerit Bononiensis episcopus. nunc autem Rauennas cognoscit archiepiscopus, inter quos quâta sit discretio, nulli non patet, arg. ff. de iurisd. om. iud. l. quâuis. ergo si vetaretur cognoscere, quia fuit episcopus, tamen debet admitti, quia nunc est archiepiscopus, argu. ff. de iudic. l. iudicium. econuerso nimirú, quod sæpè vno respectu negatur, alio indulgetur, arg. ff. de fideiuss. l. tutor. & ff. de condic. ob cau. l. dedi. & l. si pecuniam. in prin. Tertio loco, dicimus quòd in l. illa, qua prohibetur, recursum causæ fieri ad eum, à quo appellatum est, conditio tacita debet intelligi, si in eodé statu permâserit, arg. ff. de solu. l. cùm quis. & ff. de procurat. l. si post datam.

¶EX ADVERSO.

¶ECONTRA verò allegari potest, quondá Bononiensem episcopum super appellatione hac nó posse cognoscere. lex enim apertè scripta est, qua prohibetur causæ recursus fieri ad eum, à quo appellatum est, vt C. de appellation. l. eos qui. nec distinguitur, vtrum in eadem dignitate permanserit, an eam renuntiauerit. igitur generaliter debet prohiberi, argu. ff. de aleator. l. j. ff. de offic. præsi. l. 3. Secúdò allegatur iustissima suspicionis ratio: quis enim ei nó immeritò suspectus dicetur, contra quem iudicauit? vt C. de assessor. l. fina. non est enim verisimile, quòd suam sententiam, quantùis in melius, velit permutare, nimirum cùm erubescéda causæ variatio sit, vt C. de mo. mul. l. fin. poterit igitur meritò, quasi suspectus refutari, argumen. C. de iudic. l. apertissimi, & ff. de liber. causa. l. si pariter. Tertio, quia semel officio suo functus est, igitur siue bene, siue malè iudicauerit, non potest iterato eandem causam cognoscere, arg. ff. de re iudi. l. iudex.

SOLVTIO.

¶DICIMVS ergò hunc archiepiscopum de appellationis causa posse cognoscere, melius tamé fecerit, si ipsam causam alteri delegauerit, arg. ff. de iurisdic. omn. iudic. l. prætor.

SVMMARIVM.

An vsurarius, qui imminente morte sacerdoti iurauit in confessione, vsuras decæterò non exigere, & exactas restituere, conualescens, possit eas petere non obstante iuramento.

Quæstio. 125.

QVIDAM fœnerator, dum esset in mortis articulo constitutus, Deo reconciliari volés, in manu sacerdotis iurauit se vsuras de cæterò non exacturum, exactásque arbitrio presbyteri restituturum, verùm timore mortis fugato, rusticus côualescens vsuras sibi stipulatione promissas petere à debitore satagit, debitor verò iuramentum obiicere proponit. Quæritur, quid iuris sit. proponitur certi condictio.

QVOD POSSIT.

¶QVOD autem possit cum effectu cópetere, euidenti ratione probatur. stipulatus enim fuit vsuras intra modum legitimum, nec modus liberádi aliquis interuenit, igitur rectè poterit experiri, arg. C. si certum petatur. l. si pro mutua. Nec obstat quòd iurasse dicitur sacerdoti, quia res inter alios acta, aliis prodesse non debet, nec ex ea alteri nocere, arg. ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. & ff. de iureiu. l. 3. & l. pe. & l. ná & postea. quod enim sacerdoti iurauit, Deo iurauit, & solú Deú habet vltorem, arg. C. de reb. cred. l. 2. ¶Ité quia ex causa iurauit, scilicet timore mortis, igitur causa nó secuta, reuocari potest quod iurauit. arg. C. de non numer. pecu. l. indubitati. & ff. de condict. ob turp. cau. l. j. & 2. & per totum titulum: nimirum quasi mortis causa videtur debitoribus reliquisse liberationem vsurarum. igitur cùm conualuit, reuocare poterit quod fecit, argu. ff. de dona. cau. mor. l. si mortis. Nec dicatur facere contra iuramentum, quia ex concessa causa deseritur, arg. ff. qui satisd. cog. l. fin. Instat ratio fortior, quia coactus fecit, timore mortis percussus, ergo reuocari poterit, arg. in consti. Freder. l. hac edictali. §. fi. ¶Ité, cùm iure vltimę voluntatis fecit, vt probatum est, licitè variare poterit & mutare, cùm sit ambulatoria defuncti voluntas vsque ad extremum exitum, argu. ff. de adim. leg. l. 4. & ff. de don. inter virum & vxo. l. cùm hic. §. ait: nemo enim sibi legem imponere potest, ne liceat ei à priori voluntate discedere, vt ff. de leg. 3. l. si quis. & ff. de iure codicil. l. dominus. Vltimo loco succedit ratio fortior, quia sacerdos turpiter iuramentum huiusmodi exegit, nolens fœneratori aliàs dare pœnitentiam. cùm enim coacta seruitia Deus non diligat, patet igitur q̄ pacto vel iuraméto nó debet ad hoc aliquis adstringi. quædam enim per se licita sunt, quæ in pactis deducta vitiantur, vt scilicet in causa Burgensis & nobilis, probatum est. igitur cùm excussum sit turpiter iuramentum, tale nullam vim habere debet, arg. in auth. scenicas non solùm, si fideiuss. §. j. & ff. de lega. j. l. si quis in factum. his fœnerator breuiter peractis se defendere nititur.

¶EX ADVERSO.

¶CONTRA Macedonem stylum conuertamus, dicimus ergo improbissimum hunc vsurarium vsquá vsuras exigere non posse, quamuis in stipulatú deductas;

ductas. Et imprimis contra ipsum facit odium ipsorũ fœneratorum vsurarúmq;, quorum quarúmque causa etiam licita aliis denegantur,& denegata cõceduntur, arg.C.de vsur.l.cum allegas.& ff.ad Maced.l.j.Secundò,ipsius licitum iuramentum, cõtra quod nulli licet venire,argument.C.de transact.l.si quis maior. & C.si min.se maio.dixe.l.pen.Quinimmò iuramenti tãta vis est ac potestas,vt aliàs licita denegãtur,vt C.si aduer. vendi.l.3.de probat.auth.quod oportet, sed & negata panduntur,vt ff.de iureiurã.l.nam post.§.3 & l.si duo. Nec obstat quod dicitur res inter alios acta,&c. sacerdos enim cùm sit pater spiritualis,ad instar patris naturalis filiis potest proficere,ar.ff.de verb.ob.l. quodcunque.§.j.& C.de pact.con.l.pater.vel cum omnibus publicè deseruiat,quasi publica persona, potest suo pacto vel stipulatione alteri quærere,vt ff.de adopt.l. nõ aliter.& ff.rem pup.sal.fo.l.3.Tertiò, quia & si nõ prosit debitoribus iuramentum, quantũ ad exceptionem iurisiurandi,saltem prodesse debet quantum ad exceptionem doli.arg.ff.de pact.l iurisgentium. §.fin.l.rescriptum.§.fi.Quartò,quia quasi debitorum gerendo negotium fecit sacerdos,ergo ipsi ratum habẽdo,possunt sibi exceptionem parare,sicut aliàs dominiũ, vel actionem,argu ff.de nego.gest.l.si ego.Quintò,etiam si nullum sacramentum intercessisset,tamen fœnerator ex tali stipulatione,quæ contra canones interposita est,quos nostræ leges imitantur,experiri nõ potest, argumen.in authen.vt cleri.apud prop.episc.§.si verò ecclesiasticum.coll.6.

SOLVTIO.

¶VOLENTES igitur vsurarij,quod est mõstrosum,animam saluare,debitori doli exceptionem concedentes,ipsum à fœneratoris petitione absoluimus.

SVMMARIVM.

An in pœnam trahentis aliquem in ius coram iudice extero,incidat, is qui vocauit,sed ante litẽ contestatam destitit.

Quæstio 126. Correlaria.

DICTVS itaque fœnerator prædicta malitia non sufficiente,debitorem vocauit ante iudicẽ exterum,traxitque eum inuitum, deinde priusquam litem cõtestaretur,peritiores consulẽs ante iudicem ordinarium desiderat eum conuenire, debitor verò eum actione priuatum propter prauam de se vocationem contendit. Quæritur,quid iuris sit. proponitur actio secundùm formam negotij.

QVOD POSSIT.

¶QVOD igitur fœnerator possit agere cum effectu,euidenti ratione probatur. Imprimis, quia creditor fuit,nec esse desiit,igit adhuc creditor manet,poterit ergo cum effectu actionem intendere, argum.ff. de his qui sui vel alieni iur.l.pater.Secundò, quia non debet nocere conatus,cùm iniuria non habuerit effectum,argu.ff.quod quisque iur. l.j.§.fin. & ff.de iniur. l.item apud.§.si cauta.& § aliqui.verba enim cum effectu accipienda sunt,vt quod dicitur,vocauit,&c.non prima figura vel verbotenus,sed cum effectu accipiatur,vt ff.de heredita.vel actio.vend.l.2.§.illud, & ff.ne quis eum in ius voc.l.penulti.§.j. Tertiò,quia fingitur nemo vocasse,qui non perseuerauerit, sed ante litem contestatam destiterit,argu.ff.rem rat.hab.l. ampliùs, & ff.de diuort l.2.Quarto loco dicimus huic iustę plenitudinis suffragio indulgendum,argumen.ff.ad legẽ Cornel.de fal l.qui falsam.& C.de appellatio.l.si quis libellos.Quintò,quia destitit re integra,id est, ante litis contestatæ initium,argum.ff.de rei vend.l.is qui se obtulit,& C.de plus petit.l.vnica. Sextò,quia omnia reo integra sunt,nihilque ipsius interest,arg. ff.si quis cautio.l.& si post tres.

EXADVERSO.

¶E CONTRARIO dicimus creditorem actione mulctatum,experiri non posse,nimirùm expressim lege cauetur,vocantem ad iudicem exterum, causam suam debere perdere,& actione mulctari, vt C.de iurisdictio. omn. iudicum l.autem.& l.in criminali:nec distinguitur,perseuerauerit,an non:ergo generaliter, siue perseuerando agat,siue desistat,punietur, vt ff. de offi.præsi.l.3.& ff.de pub.actio.l.de precio. Et quanuis ei hoc ius asperum videatur,seruari debet,quia lex ita scripta est,vt ff.qui & à quib.l.prospexit.non enim à verbis legis facilè est recedendum,vt ff. de exercit. actio.l.j.§.si is qui.& ff de legat.3.l.non aliter.Nec proficit ei ad pœnam,qui vocauerit,quanuis postea destiterit,quia vocasse sufficit,argum ff.de calumniat.l.3 in prin.Ex his ergo liquet,vocantem aduersarium ad iudicem exterũ,& re,& actione mulctari:ergo licèt postea desistat,non tamen semel actio extincta,debet restitui,arg.ff.de verb.oblig.l.item.§.sacram. & ff.de noxal.actio.l.si alienus.

SOLVTIO.

¶VIDETVR ergo mihi sine præiudicio meliori sententiæ,ad exterum iudicem vocãtem iudicem,si ante litem contestatam pœniteat,adiuuandum,maximè si nõ per malitiam vocauit,vt actione non priuetur.

SVMMARIVM.

An hæreticus,donans ius,si quod habet,in hereditate paterna,reuersus ad fidem, possit repetere bona paterna à possessoribus eorum.

Quæstio. 127.

QVIDAM Senensis habens filium hæreticum Patarinum,mutuam pecuniã accepit,omniáq; bona sua creditoribus obligauit, ipsósque in vacuam possessionem induxit, in casúque tali,relicto filio, agnatísque orthodoxis, finiuit vitam: hic talis filius, agnatis suis ius vniuersum, si quod habebat in hereditate paterna,donauit:qui post modùm contra creditores figentes actionum iacula, vniuersa vendicantes,quasi de fructibus fuerit creditoribus plenissimè satisfactum, vel forsan debitũ offerentes in maxima quantitate,accepta pecunia transegerunt,ipsis creditoribus finem facientes, & donationem iuris,si quod habent:elapso postmodum breui tẽporis spatio,dictus Patarinus ad fidem reuertitur, bonáque paterna contra dictos creditores instituit petere.obiiciunt ei omnia supradicta.Quæritur,quid iuris sit. Proponitur actio pignoratitia,vel petitio hereditatis,vel rei vendicatio.

QVOD POSSIT.

¶QVOD autem cũ effectu valeat experiri. Imprimis ea ratione probatur, quia nuper ad fidem reuersus,quasi agnoscendi iuris causa patri debet succedere,sicut ab hostibus reuersus,vel à deportatione liberatus,argu.ff.quib.ex caus.maio.l.fina & ff.de bonorũ possess.contra tab.l.j.§.si.nimirùm ratione delicti, quo anteà priuabatur hereditate paterna,vt C.de heretic. & Manich.l.cognouimus.nunc ad fidem reuersus repelli non debet,cũ iustè pœnitudinis suffragio sit subueniendum,argumẽ.C.de hære.& man.l.4.& l.cognouimus,in authen.idem de Nestorianis. Secundò,quasi nouus aliúsque homo esse videtur,argu.C. de nupt. l.imperialis. Tertiò,quia non debet ei obesse, quod in infidelitate fecit,dum seruus esset peccati,argumẽ.ff.

de regu.iur.l.quod quisq;,& de nego.gest.l. cum actũ. Quartò,quia ipsius donatio,cũ nihil haberet,ipso iure non valuit,argu.ff.de acquir.rer.domi.l.traditio & ff.de reg.iur.l.nemo ¶Item quia donauit agnatis, qui tunc erat domini,& succedebat de iure,arg.C.de hære.& manic.l.cognouimus.cum ergo vt probatum est, ipsius donatio de iure non valuerit, igitur ea non obstante vendicare poterit,arg.C.de transact.l si causa, & C.de agric.& censi.l.quemadmodum,lib.11. Quintò allegari potest ratio mera & scripta , scilicet vt hac occasione inuitentur hæretici ad fidem redire, arg.ff. de iusti.& iure.l.j.

EX ADVERSO.

¶EX ADVERSO creditores resistunt,dicétes dictum Patarinum ab intentione suæ petitionis repellédum,euidéti ratione.Imprimis,quia ius donauit vniuersum quod habebat:ergo reuocare non poterit,nisi forsan per ingratitudinem,vt C.de reuoc.donat.l.donationes.& C.de action.& obli.l.sicuti.Secundò,quia donando omnem sibi agendi viam interclusit,& causam præsentem scilicet,& futuram,vt ff.de rei vend.l. si à Titio,& ff.de vsucap.l.cùm vir. Tertiò quia in hũc casum sibi prospicere potuit,vt ff.loca.l.si quis domũ. Quartò,quia non debet plus mereri , quia hæreticus, quàm si fuisset catholicus.si enim catholicus à se factã donationem non potest infringere,multo minus hæreticus:ne alioquin plus iuris habeant delinquentes, quàm qui non deliquerunt,argu.ff.de dona.inter virũ & vxor.l.3.& ff.ad Turpil.l.j.§.accusat.& arg.ff.de noxal.actio.l.non solùm. Quintò,quia & si poneretur q̃ fuisset inutilis donatio talis,ipse tamen qui fecit, non poterit reuocare,arg.ff.de seruit.rusti.præd.l.per fundum.& ff.de adoptio.l.post mortem.Sextò , quia nulli facultas esse debet sub sui maleficij prætextu,à se contractum in irritum reuocare,argu.C.de reuoc. donat. l.cùm profitearis.& C.de transac.l.transactione.

SOLVTIO.

¶EGO itaque Pileus Modicensis , auditis, intellectis,ac cognitis allegationibus vtriusque partis,creditores à prędicti Patarini petitione absoluo.

SVMMARIVM.

An stante mandato,facto tribus ad vendendum, alter ex eis possit emere ab vno eorum.

Quæstio 128.

ARNALDVS de Calidis,degens Mutinæ causa studiorũ,mandauit tribus amicis suis per epistolam,vt fundos duos , Velleianum scilicet & Seianum,distraherent,sibíque precium bona fide acceptum mitterent Duo igitur ex his,absente tertio,vnus alteri fundos prædictos citra mandati formã vendidit,preciúmque acceptum Arnaldo per fidelem nũcium transmiserunt.Arnaldus verò postmodùm in patriam reuersus, re comperta , fundos prædictos quasi contra formam mandati alienatos,vendicare intédit. Quæritur quid iuris sit,proponitur rei vendicatio.

QVOD POSSIT VENDICARE.

¶QVOD autem rei vendicatio competat cum effectu,euidenti ratione conuincitur,scilicet quia fines mandati custoditi non fuerunt,tribus mãdatum fuit, vt venderent , quod obseruatum non fuit , nimirum, nedum tres,sed nec duo vendiderunt,immo vnus tantùm.reíque forma non seruata,mandato non obstante,competit vendicatio.argument.ff.mandat.l. diligéter.& ff.de tributo.l.sed & si.§.conditio. & l.quicunque.§.non tamen.Præter hæc plures debuerunt adesse venditioni.igitur vno deficiente , tota venditio infirmatur,argumen.C.de testam.l.si vnus.& C.quand. prouo.non est neces.l.cùm magis.& ff.de arb.l.si cum. ¶Item pluribus hoc negocium demandatum est & simul,igitur absente aliquo ex his,non potuit expediri, argum.ff.de regul.ius.l.duo ex.sed & si ponatur quòd vnus potuerit vendere,non tamen comprocurator poterit comparare,prohibitus ratione officij, argum.ff. de contrahen.emp.l.si in emptione.§.fin.& l.fi.nec potuit duplici officio fungi,scilicet ementis & vendentis,argu.ff.de autho.tutor.l.pupillus.§.j & ff.de tut.& cura.l.prætori.cum enim debuit vendere,non potuit, nec debuit comparare,argum.C.de sacrosanct.eccle. auth.quibuscunque.& C.de distra.pigno.l.& qui sub imagine.Præter hæc,præsumitur dolus procuratoris, qui comparauit interuenisse,si non restituat, argumé. C.de dolo.l.j.

EX AD VERSO.

¶HAEC pro Arnaldo allegentur,contra verò resistit possessor obiiciens rei vénditæ traditæ Arnaldi mãdato,& ab eo,cui mandatum fuit,exceptionem,quam sibi cum effectu competere dicit,comparauit enim,vt dictum est,ab eo,cui Arnaldus vendere mãdauit , nec reuocatum fuit mãdatum:ergo cum effectu datur exceptio,argumen.ff.de except.rei iudicatæ.l.j. Quinimmò quasi ipse vendiderit,repelli potest.nam & vendere videtur,qui per alium vendit.argum.ff.de lib. cau. l.non solùm.§.j.& ff.de admin.tuto.l.ita autem depositioni.§.gessisse autem.Nec obstat quòd pluribus mandatum fuit ad vendendum.sufficit enim vnius authoritas,argu.ff.de exercito.l.j §. si plures.& ff.de admin. tut.l.3.nam cùm mandatum datum sit , non refert per quem mandatum fuerit explicatum,etiam si per eum, cui mandatum non est, cùm non intersit mandatoris, argu.ff.manda.l.si procurator.§.mandati.nempe alius pro me faciendo,quod mihi mandatum est , me liberat,argu.ff.de negoc.gest l.si pupilli.in princi.& l.soluendo.& l.mandati.ergo multo fortiùs, cui mandatũ est pro se & aliis faciendo,mandatum explicat. Nec obuiat,quòd is qui comparauit, similiter vendere debuit,potuit enim ritè ab alio cõparare, vice cuius extranei:palàm & bona fide comparare lex concedit, argu.ff.de admi.tut.l.non existimo.non enim debuit officium suum ipsi esse damnosum,argument.ff. de furt. l.inter omnes.Præter hæc,qui mandauit alteri, nõ prohibuit alteri ab altero comparare,igitur cõcessisse videtur,argum.ff.de procurat.l.qui propriò.§.fin.Succedit alia ratio fortior: quia mandatoris nõ interest magis ab isto fundum cõparatum esse,quàm ab alio. igitur experiri non potest.argum.ff.manda.l.si procurator.§.si mandati.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ,distinguendum,vtrùm mãdauit simul vendere tribus,an separatim cuiq; vt venderet, non adiecto vtrũ aliis venderet. In primo casu,quasi non fuerit forma seruata mandati,emptorem condemno:in secundo verò absoluo,vt C.de cadu.tollen.§.penul.

SVMMARIVM.

An secundus maritus,qui habuit in dotem omnia quæ habebat primus vir,possit petere fundum possessum à primo marito extra dotem.

Quæstio 129.

BEBIVS Martellus Ascanio Morello dotis filiæ suę nomine fundum dedit Botrianum & Seianũ, inter quos Ascanius etiam Romanum quasi sibi in dotem datũ cum cæteris possedit.Ascanio mortuo,

Bebius Martellus eandem filiam suam Sépronio in matrimonio copulauit, promittens dotis nomine omnia quæ habebat Ascanius Morellus. Modo quæritur, núquid Romanus fundus in hac promissione contineatur, scilicet vt vel possit peti, vel non repeti, si Ascanio traditus fuerit. proponitur actio ex stipulatu a marito, si non fuerit traditus: solutione verò facta, proponit Bebius socer, vel heres eius repetitionem.

QVOD CONTINEATVR.

¶QVOD ergo Romanus fundus dotis promissione contineatur, vt sic à marito possit peti vel non repeti, plura suadere videntur, fauor dotis in iure, pro qua respondendum est in ambiguo, vt ff. de regul. iur. l. in ambiguis. ¶Item quia non fuerit forsan aliàs Sempronius matrimonium contracturus, nisi fundú hunc habuisset in dotem, argumen. ff. de contrahen. empt. l. si duos. & ff. de ædil. edic. l. cùm eidem. ¶Item quia fingendum est, Ascanium in dotem prædictum fundum habuisse, licèt verè non habuerit, quia habuisse vulgariter credebatur, arg ff. de offic. præ. l. Barbarius. & ff. ad Macedonia. l. 4. vulgaris enim & communis opinio pro veritate accipitur, arg. ff. de testa. l. 4. & C. de sent. & interlocut. l. 2. & ff. de testib. l. 3. non igitur imputandum est ei, si non diuinauit priorem maritum præfatum fundum in dotem non habuisse, arg. ff. ad l. Aqui. l. si putator. & ff. mandat. l. si fideiussor. immò Bebio Martello socero imputandum, & quasi doli exceptione vel replicatione, submouédum, cùm Sempronium generum non instruxerit, veritatémque manifestauerit, ipsúmque errare passus fuerit, argum. ff. de pignor. actio. l. si quis in pignor. Sed fortè dicet Bebius Martellus, se quasi in pignus dedisse: replicabitur ergo, & intellexit ipse datum fundum in dotem fuisse. igitur vterque contrahentium egit, vt contineatur in promissione dotis posterioris, ergo dabitur, argumen. ff. ad l. Rhod. de iact. l. si vehenda. & ff. de verbo. oblig. l. in cóuention. Deinde succedit alia ratio, quia causa pietatis in dote vertitur, quæ sola impedit repetitionem, vt ff. de condi. indebi. †l. quàm à domini. §. si. Præter hæc, pro marito faciút verba generalia, vt promissione cótineatur, etiam de quo nó cogitauit promissor, vt pro stipulatione verba accipiantur, vt ff. de accept. l. 3. & ff. de verb. oblig. l. si mihi & Titio. ¶Item pro stipulatore facit verbum, habebat, quod plures annectit significationes dominij, vel quasi, seu possessionis, vt ff. de verbo. obli. l. stipulator. §. j. & ff. de verb. signi. l. haberi. cú ergo cótineri stipulatióe creditur, quicquid prior maritus qualitercunque habuerit, ergo & si possessionis tantùm iure, vt C. de reb. alien. non alien. l. fin.

¶EX ADVERSO.

¶EX ADVERSO dicit Bebi⁹, vel heres eius, Romanum fundum in stipulatione non contineri, & hoc liquet apertè: id enim duntaxat stipulatione promissum est, quod prior in dotem habuerit: at fundum prędictú nó habuit in dotem, igitur stipulatione dicta nó continebatur, argument. ff. de verborum oblig. l. si stipulatus vero. Non enim sufficit habuisse, nisi in dotem habuerit, cùm de tali habitione sit dictum: ergo tanquam nullo modo habuerit, interpretandum est, argu. ff. de administra. tuto. l. si duo. & ff. de leg. 3. l. intestato. ¶Item non sufficit opinari datum in dotem, nisi verè fuerit datus, argum. ff. de vsufr. l. Celsus, & ff. pro derelict. l. j. in fin. plus enim rei veritas, quàm opinio intuéda est, argum. ff. de neg. gest. l. quinta. Præter hæc, in stipulationibus verba contra stipulatorem intelligenda sunt, arg. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. l. quicquid. ¶Itè habédi verbum, ad id quod iustè & legitimè habuerit, referendum est, argument. C. de inoffic. testamé. l. si quando. & C. de his qui veni. ætat. impetr. l. fina. ¶Item ad ea tantùm quæ cum effectu habuerit, vt auocari non possint: verba enim cum effectu sunt accipienda, argument. ff. quod quisq; iur. l. j. in fin. & ff. ne quis eum, qui in ius voc. l. penul. §. penultimo. Cum igitur Ascanius non habuerit fundum Romanum iustè legitiméque. Item cum non habuerit cum effectu, ita quum ab eo non posset auocari, immo cùm iniustè possedit, auocaríque ab eo potuit, pro eo habendum est, ac si nunquam habuerit, vt sic posteriori stipulatione, de qua quæritur, non contineatur, arg. ff. de verbo. signifi. l. aliud est, & ff de regu. iur. l. non videtur quis, & ff. de vsur. l. 4. § item. Ex his ergo apertè liquet, fundú prælibatum nullo iure deberi: traditúsque per errorem, condici poterit, argu. ff. de condi. indebit. l. j. nimirùm legibus cautum est, proprium errorem nemini nocere. argu. ff. de iur. & fact. igno. l. error. immò licitè reuocari, quia per errorem gestum est. argu. ff. de interrog. actio. l. de ætate.

SOLVTIO.

¶NOS itaque vtriusque partis auditis allegationibus, & diligenter intellectis, tutius fore putamus, pro dote respondere, ideoque Bebium Martellum seu eius heredem, ad dicti sæpius fundi præstationem cõdemnamus, vel à repetitione repellimus.

SVMMARIVM.

An minor manumissionem cum iuraméto factam, non seruata solennitate, possit reuocare.

Quæstio 130.

FILIVS abbati de abbatia, minor 25. annis, seruos quosdam suos, magna pecuniæ quantitate accepta, non in cócilio vindicta manumisit, ipsámque manumissionem iuramento corporaliter præstito cófirmauit: postmodum verò legis Aelię Sentiæ tenore perfecto, cósilióque cum peritioribus habito, dictam manumissionem infirmare intédit, quasi factam contra d. legem, aliásq; multas. vertitur in quæstione, quid iuris sit. proponitur vtilis in rem præiudicialis.

QVOD POSSIT.

¶QVOD ergo iste minor cum effectu agere possit, euidéti ratione probatur, quia manumissio hæc apertè fuit contra legem Aeliam Sentiam, vt ff. de manumiss. vindi. l. 4. § fin. & instit. quibus ex cau. manu. non licet. §. eadem. igitur ipso iure non valuit, poterit ergo in irritum reuocare. argumé. C. si aduer. lib. l. 3. & ff. de option. leg. l. 3. Nec obstat quòd iurauit, nam cùm manumissio fuerit contra legem, neque iuramentum pro ea seruanda interpositum, alicuius debet esse momenti, argumé. C. de leg. l. non dubium, ff. de pactis. l. iuris gent. §. si & pu. & ff. de legat. j. l. si quis. in fine. nimirum iuramenta turpia, vel turpiter vel cótra leges extorta, seruanda non sunt, vt in authent. scenicas non solùm si fideius. præst. collat. 2. C. de transact. l. penult. & C. ad l. Iuli. maiesta. l. 2. nec videtur deierare, qui ex concessa causa deserit iuramentum, tum quia si inueniretur via circumueniendi legem Aeliam Sentiam, argumé. ff. de transactioni. l. eum qui, & l. si cùm lis. & ff. ad l. Aeliam Sentiam. l. 7. § fin. & l. si cùm. §. j. & instit. vi bono. rapt. §. sed nedum. tanquam igitur in fraudem legis interpositum fuerit, & contra mentem legis, debet reuocari, argum. ff. ad Maced. l. 4. §. j. & l. sed Iulianus. & de pactis. l. iure. §. prætor.

¶EX ADVERSO.

¶ECONTRA, dicitur minorem ab hac petitione repelli: imprimis propter libertatis fauorem, cuius gratia multa contra iuris ciuilis regulam constituuntur, argumen ff. de fideicommis. l. j. l. generaliter. & de regul. iur. l. quoties, & l. in obscuris. Secundò, propter iuramentum, cuius gratia plerunque illicitè factum

toleratur, vt C. si aduer. vend. l. j. & C. de natural. lib. l. j. nec enim licitum est cuiquam contra proprium venire sacramentum, argum. C. de transact. l. si quis maior. & C. si minor se maio. dixe. l. penult. & in authen. de iureiur. à mor. præst. §. j. Quartò probatur ratione mera & scripta, quia noua l. Frederici cauetur, sacramenta spōte facta puberum super alienationibus rerum suarum, inuiolabiliter obseruari: & verbo alienationis, etiam manumissio cōtinetur: ergo si iurauit pubes, manumissionem firmam tenebit. nec contrà venire poterit, vt in constitution. noua Frederici, hac edictali. §. item. & C. de rebus alien. non alien. l. fin. & authent. sacramenta. C. si aduer. vend.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur sine præiudicio melioris sententiæ, minorem hunc à petitione sua repellendum, propter supradictam maximè rationem.

SVMMARIVM.

An donatio facta loco pio & religioso, cum expressione, quòd donat pro remedio animæ suæ & parentum suorum, sit inter duos, an causa mortis, & sic possit reuocari.

Quæstio. 139.

PISACVS de Robertis de Parma, hospitali sancti Ioannis Hierosolymitani pro remedio animæ suæ & parentum suorum donauit quicquid habebat in curia Gambazolæ, & in Cenazano, ea conditione, vt facerēt hospitalari hospitale, ad bonum & sustentationem pauperum, his verbis: Ego Pisacus de Robertis, pro remedio animæ meæ & parentum meorum, &c. Et hospitalari construxerunt ibi ecclesiam & hospitale. verùm prædictus Pisacus possessiones prædictas semper tenuit & colere fecit, sed de fructibus illarum possessionum faciebat quandoque portari ad hospitale sancti Ioannis, quod ibi erat, quandoque ad aliud hospitale sancti Ioannis quod erat ædificatum similiter in patrimonio Pisaci. Et quod dederat hospitali, sæpè confessus est coram hospitalariis & hominibus loci, quòd omnia dederat hospitali, & quòd nō attristarētur homines illi, quia dederat illos meliori domui, quàm esset in toto mundo, propter quam essent defensi & tuti ab omni collecta & onere ciuitatis & sic fuerunt defensi per hospitale vsque ad mortem Pisaci. Porrò dictus Pisacus moriens, prædictas omnes possessiones reliquit monasterio sancti Ioānis de Parma, & Episcopo Parmensi. Episcopus Parmensis & monachi, post mortē Pisaci, possessiones ingressi, ab hospitalariis cōueniuntur actione in rem. Quæritur, quid iuris sit. Ex hoc facto tres procedunt quæstiones. Prima, nunquid prædicta donatio intelligatur donatio inter viuos, vel causa mortis, vt sic reuocari possit, vel non. Secunda, nunquid, si excedit legitimam quantitatem, valeat sine insinuatione. Tertia, nunquid hospitali sine traditione sit quæsitum saltem vtile dominium, vt sic vendicare possit, vel non.

¶QVOD NON POSSIT REVOCARI.

¶NOS itaque sumus pro parte hospitalis in prima quæstione, & dicimus donationem istam simplicē intelligendam, & ob id à donatore non posse reuocari, & imprimis illa ratione, quia nulla conditio repetendi apposita est. itaque simplex intelligenda est, argumen ff. de dona. caus. mortis. l. autem & l. fin. §. fina. Secundò, quia viuente & patiēte Pisaco, immò & operam dante, legem appositam adimpleuerunt hospitalarij, scilicet construendi ecclesiam & hospitale: vnde præsumendū est, quòd donatio fuerit irreuocabilis, quia si fuisset mortis causa, demum post mortem implenda esset pactio: ex eo igitur, quòd inter viuos & donatoris voluntate impleta est, præsumenda est donatio inter viuos, argumen C. de iure delib. l. 4. & ff. de diuor. & repud. l. fi. & ff. de acquirend. heredit l. si quis extraneus Nec obstat quod dicunt aduersarij, quòd ex alia donatione, quam priùs fecerat Pisacus, tenebātur facere ecclesiam & hospitale, quia, vt ipsi confitētur, nō debebat ibi fieri nisi vna ecclesia & vnum hospitale: & Pisacus quando posteà vniuersa donauit, & antea donatā, & conditionem appositam repetiit, & ferè in eundem modum verba apposuit, faciens quod vulgò consueuerunt homines facere, vt cùm primùm quædā concedunt vel acquirunt, postea eidem concedendo vel acquirendo faciunt omnia sub vno instrumēto cōscribi: facit ergo istud potiùs pro hospitali quam contra, quia cùm illa fuerit donatio simplex, nec aduersarij diffitentur, & ista debet simplex iudicari, cù in eodem ordine facta sit. vtraque enim pro remedio animę suæ facta fuit, ergo idem in vtraque debet censeri, argum. ff. de bon. poss. ex re milit. l. j. & ff. ad l. illud. & C. de constitut. pecu. l. diui. Tertiò, quia nullum signū habet eorum, quæ causa mortis donatio habere consueuit, argument. C. de testa. l. non codicillum. & ff. de donat. caus. mort. l. si alienam. §. j & l. Senatus. & ff. de iniuriis. l. item. §. si quis vrgentes. nimirum donatio causa mortis, causam habet annexam, qua non secuta, datur conditio ob causam. argum. ff. de donat. cau. mort. l. si in mort. l. qui mortis. Quartò, quia nullam mortis mentionem fecit. Vnde non mortis causa, sed inter viuos debet iudicari, argu. ff. de dote præleg. l. Seia. Nec obstat quòd Pisacus fortè de morte cogitauit, nec forsan aliàs donaturus fuerat, quia hoc non expressit. nihil enim proficit quod in mente geritur, si non exprimatur ore, argu. C. de condict. ob cau. l. si repetendi. & C. de transaction. l. si maior. ¶Item non obstat quod allegat Pisacus, pro remedio animæ suæ donasse. hæc enim adiectio causa fuit, non conditio, & ob id non facit locum pœnitentiæ, arg. C. de iur. dot. l. similiter. & ff. de verb. oblig. l. si de. Item hæc adiectio superuacua fuit, quia si nō esset apposita, intelligeretur tamēquod pro remedio animæ suæ fieret, nimirū cùm largimur pauperibus, pontibus, hospitalibus, locis religiosis, pro remedio animæ donamus. itaque si adiiciatur expressim, nihil operabitur magis, argument. ff. de lega. j. l. 3. & C. de fideiussor. l. 3 Quintò, quia sic est interpretandum in hoc ambiguo, vt donatio magis valeat, quàm pereat, argument. ff. ad Trebel. l. cogi. & l. ex facto. & l. quidam.

EXADVERSO.

¶ECONTRA, dicunt monachi donationem supradictam fuisse causa mortis, & ob id potuisse reuocari. Quòd fuerit causa mortis, ita probatur: quia intuitu & contemplatione mortis facta est à Pisaco homine sene & inualido, argument. ff. de donation. caus. mortis. l. 3. & 4. & l. senatus. §. mortis & l. mortis causa. §. Titio. ¶Item mentionem mortis dicunt eum fecisse & si non verè, tamē interpretatiuè, cùm dixit, dono pro remedio animę &c. non enim refert quid dicatur, an eius æquipollens, quod tantundem valeat, argumē. ff. de verborum obligat. quæ extrinsecus. & C. famili. ercisœund. l. quoties. & ff. de libe. & posthum. l. 2. & 3. Et alia ratione hoc idem probatur, quia Pisacus omnia gessit pro suo, possedit quasi dominus post donationē, & toto tempore vitæ suæ pro suo possedit, scientibus, videntibus & patientibus hospitalariis, ac si nullam fecisset donationem: vnde intelligēdum est, quòd vel nullam fecit donationem, vel causa mortis, nimirum ex temporis interuallo, lōgæua possessione, atque hospitalariorum silentio, pro ipso est præsumendum, argumen. ff. de vsuris. l. cùm quidam, & l. cum de in rem. & ff. de probatio. l. Procula. ¶Item quia postea mutauit,

uit, aliisque moriens reliquit, quod est verisimile eum non fecisse, si alij & maximè hospitali simpliciter donasset. fuit enim Pisacus vir nobilis magnus & sapiens & discretus, contra quem opinandum non est, quòd quicquam faceret suæ opinioni contrarium, & minimè contra diuini numinis reuerentiam. argum. C. qui & aduersus quos. l. fi. & C. de adopt. l. in adoptione. §. si verò. Præter hæc, in ambiguo dicunt interpretandum fore pro testamento, argu. ff. de inoffi. testam. l. si pars. & ff. de his quæ in test. dele. l. 3.

SOLVTIO.

¶EX his ergo quæ proponuntur, etiã M. Gir. Nouariens. hanc donationem simpliciter, non etiam mortis causa iudicaret, ideoque reuocari non posse.

SVMMARIVM.

An supradicta donatio valeat sine insinuatione vltra legitimum modum, & de iure subsistat.

Quæstio 132. Correlaria ad superiorem.

IN secunda quæstione in qua quæritur, vtrum donatio facta hospitali vltra legitimam definitionem valeat sine insinuatione, dicimus nõ valere: imprimis vna ratione: ecce enim prisco iure quo donatores non debebant CCC. solidorum excedere quantitatem, donari permisit Iustinianus locis religiosis vsq; ad quingentos, vt C. de sacrosanctis ecclesiis. l. illud. Cùm ergo Christianissimus imperator hoc priuilegium auxerit ad ius commune, vt C. de donat. l. penult. §. final. quis dicat ipsum locorum venerabilium priuilegium augere noluisse? Sicut & prius, ita & nunc, vt aliquid habeãt plus priuilegij. cum ergo iure nouissimo dicatur, quòd optima donatarum rerum ecclesiis, mensura est, ipsa immensitas, vt in authent. de non alienã. vel permut. reb. eccl. §. finimus igitur. coll. 2. & licèt de donatione imperiali loquatur, generaliter tamen à quoquam intelligi debet: nimirum inter ius diuinũ & priuata commoda, competens etiam discretio, prærogatiua digna præstari debet cælesti fulgori, vt C. de sacro sanct. eccle. l. penul. & fin. ¶Item allegantur priuilegia locorum religiosorum, quibus secernuntur à priuatis, vt C. de sacrosanct. eccles. l. placet. & l. generali. & authent. ingressi. & l. iubemus. nam & fauore religionis licitum deprehenditur, quod aliàs nõ liceret, vt in authen. de sanctiss. episco. §. sponsa. coll. 9. & ff. de vsufru. leg. l. locum in primo. ¶Item beneficia largè interpretanda, vt verbum strictè dictum, largè accipiatur, vt ff. ad Macedonianum. l. filium. & ff. de constitut. princip. l. beneficium. Præter hæc, non esset priuilegium locorum venerabilium, si diceretur nouam legem tantùm de donatione imperiali fortè intelligẽdam, nimirum imperialis donatio cuicunque facta, etiam priuata, valet in infinitum, vt in authent. vt pignor. non fiant pro al. §. illud. coll. 5. sic ergo debet intelligi, vt sit priuilegiũ, ne alioquin lex sit superuacua & inutilis, vt ff. ad municip. l. 1. & ff. de lega. 1. l. si quando.

¶EX ADVERSO.

¶E CONTRA dicitur donatio prædicta non valere sine insinuatiõe, quia lex generaliter loquitur, nec iustum excipit casum, ergo inclusus videtur, arg. C. de donat. l. data. & l. pen. ergo in omnibus aliis prohibetur, vt C. ad l. Iul. de adult. l. 1. & ff. de condi. & demon. l. cum ita. Nec obstat quod dicitur, noua lege promulgatum, posse in immensum locis venerabilibus donari. nam vt dictum est, lex illa loquitur de donatione imperiali, nec mentionem facit legum præcedentium, ergo secundum eas debet intelligi, cum non cõtradicat apertè, vt ff. de leg. l. sed & posterior. nõ enim erat difficile, si contrarium imperator vellet, apertius ea disponere, argu. C. de cadu. tollen. l. 1. §. penultimo. nec est inconueniens vel absurdum, si quod repetitione plenum locum habet donante principe, in locis religiosis fortius dixerit obseruandum. argu. ff. qui pot. in pign. hab. l. si pignus. & ff. de vsucap. l. 2. §. 1. & C. rem alie. gerentibus non interdici re sua.

SOLVTIO.

¶DIFFINIT ergo iure Mag. Ger. iuris prudẽtiæ, donationem hãc in locum tam religiosum collatam, in infinitum sine insinuatione valere, quod illo argumento possit probari, quia si non multum dissentit sacerdotium & imperium: censuræ similitudine potest in infinitum locis religiosis, sicut imperio donari, vt in authen. vt pign. nõn fi. §. 1. coll. 5. nimirum quæ paria sunt, paria iura desiderant. argumen. C. de consti. pec. l. diui. & ff. de pecu. l. in bonæ fidei. l. quoties. §. fi.

SVMMARIVM.

An dominium vtile acquiratur ex solo contractu, facto loco pio seu religioso.

Quæstio 133. correlaria ad superiorẽ.

DE tertia verò quæstione dicimus vtile dominiũ ex solo contractu hospitali acquisitum, sicut lex docet expressè, vt C. de sacrosanctis eccles. l. fin. & repete ferè omnia, quæ suprà in quæstione proxima pro parte actoris allegata sunt. ¶Item pro hac sententia facit prædictæ legis verborum generalitas. dicit enim in omnibus supradictis, datur in rem, & hypothecaria &c. ergo & vbi fuit venditum vel donatum. cùm nihil excipit, vt ff. de offic. præsid. l. 3. & ff. de alea. l. 1. §. quod autem. & ff. quod metus causa. l. metum. §. 1. vt suprà, in quæst. proxima, pro parte rei allegauimus. si enim alia strictè dicta, religionis fauore largè sunt interpretanda, vt in quæstione proxima dictũ est, multo fortius verba generalia & generaliter dicta, generaliter sunt interpretanda & intelligenda. fauor enim prorogatur & odium restringitur, argumen. ff. de liber. & posthu. l. cùm quidam. & ff. de in ius vocã. l. sed & si. §. fina. & l. quæsitum. ¶Item est alia ratio, quia non est verborum rigor extendendus, nisi appareat legislatorem contrarium voluisse, & sensisse liqueat, argum. ff. de exce. actION. l. 1. §. si filius. & ff. de legat. 3. l. non aliter. ¶Item reperitur interdum in priuatorum contractibus ex solo pacto vendicationem dari, vt ff. de donat. quæ sub mod. l. 1. quanto fortius dicendum est in locis religiosis, in casibus lege sæpè dicta nominatis. Præterea nonne lex pluries nominatim distinctionem notare intendit inter diuinum & publicum ex vna parte, & priuatum ex altera? quæ enim esset distinctio, si non posset acquirere dominium, nisi per traditionem? cùm & hoc facerent priuata commoda? itaque vt suprà in quæstione proxima.

¶EX ADVERSO.

¶EX ADVERSO respondetur, dominium sine traditione vel quasi, etiam locis religiosis acquiri non posse, nimirum generaliter traditum est, velut nudum pactum ad dominium transferendum non sufficere, argument. C. de pactis. l. traditionibus. & C. de rei vendication. l. seruum. nec aliquos excipit casus, ergo &c. repete quæ ex aduerso allegata sunt, & pro hac parte inducas. Nec obstat lex vulgata, quia non dicitur expresse, quod vendicatio detur ex contractu solùm: igitur debet intelligi & interpretari secundum teno-

rem præcedentium, cùm non contradicat expresſim: vt ſuprà, in quæſtione proxima. Item lex illa permixtim loquitur de hereditate, & legatis & fideicommiſſis, & de venditione, & de donatione: igitur quod de vendicatione dicitur, inibi pro leg. & fideicommiſſis debet intelligi, nimirum propter celeritatem loquendi plerunque verbum, quod alteri rei tãtùm pertinet, vtrique videtur accommodatum, argumen. inſtitu. de vſucap. in princ. & C. mand. l. ſi literas. ſed & hoc probatur fortius per eandem l. nonne ibi dicitur, quòd in omnibus ſupradictis caſibus dantur non ſolum perſonales, ſed etiam in rem, & hypothecariæ? nunquid ergo omnia bona vendentis, & donantis, erũt hypothecata, ſicut pro legatis? ¶ Item pone, quòd inſtituit eccleſiam, in quibus dictis habet locum hypothecaria: nunquid enim heres ab adita hereditate cùm ſit dominus rerum, quarum habet dominium, habebit hypothecariam? nequaquam, quia rei ſuæ pignus nõ poteſt eſſe. Ex his ergo luce clarius cõſtat, quòd lex illa, licèt generaliter loquens, ſecundùm tamen naturam ſingulorum caſuum, de quibus loquitur, ſit intelligenda.

SOLVTIO.

¶ QVID ergo? quia in ſupradictis negotiis patrocinium nos præſtamus, noſtram ſententiam non audemus proferre, verum magiſter G. quoque vt ſuprà, ita & in hac parte hoſpitali ſtatim vtile acquiſitum dominium pronuncians, rectè iudicaret.

SVMMARIVM.

An mandans oues in paſcuis exiſtentes furto ſubtrahi, ſi mandatarius ſubtrahit oues ipſius mandantis, poſſit contra eum agere de furto vel alio remedio: vel ille vigore mandati prædicti ſe tueri.

Quæſtio 134.

GAIVS Seius Lucio Titio mandauit, vt oues, quæ erant in paſcuis, furaretur, Lucius Titius ſuſceptum volens adimplere mandatum, oues Gaij Sei, quæ in paſcuis erant, ſubripuit. Nunc Gaius Seius contra Lucium Titium furti actionem, vel rei vendicationem, vel ad exhibendũ act. proponit. Quæritur, quid iuris ſit.

QVOD COMPETAT.

¶ QVOD Gaio Seio prædictæ competãt actiones, euidenti ratione conuincitur. contractauit enim Lucius Titius oues eius, & animo furandi, eoque inuito: igitur furtum fecit, furtíq; actione conuentus, poterit conueniri. Nec obſtat mãdatum, quod fuit rei turpis, ideoque non tenuit, igitur eo non obſtante poterit exequi. ¶ Item quia de alienis non de propriis mandaſſe intelligitur. nec enim quenquam veriſimile eſt taliter de propriis ouibus demandare. Hoc etiam euidenter oſtẽdit loquendi modus. Dicit enim Gaius Lucio Titio, vade, ſurripias, vel fureris. igitur de alienis mãdaſſe conuincitur, quòd de propriis mãdante ipſo, atque volente, furtum non perpetraretur. Igitur non vigore verborum inſpecto, ſed contrahentium voluntate potius, eſt iudicandum.

EXADVERSO.

¶ E CONTRA Lucius Titius opponit generale mandatum, in quo ipſius quoque res debeat includi, vt nimirum in genere ſpecies clauditur, cùm non inueniatur except. Præter hæc, cùm mandatarius non potuit mandatoris, ab alienis oues diſcernere, mandatori eſt imputandum. Nec obſtat quòd non videatur de ſuis mandaſſe. nam dominus de ſuis tantùm accipiendis, non de alienis mandaſſe, præſumẽdum eſt, quia in ſuis mandatum vtile, in alienis inualidum depræhenditur. Amplius à tenore verborum recedendum non eſt. cum alia contrahentium manifeſta non depræhenditur voluntas, l. non aliter. ff. de lega 3. Immò fortius Gaio Titius contradicit. qua enim fronte mihi turpitudinem opponis mãdati, cum tu ipſe mandaueris? & in pari cauſa turpitudinis, ſit melior conditio fugientis, & ecce vbi par culpa depræhenditur, alteri ab altero non obiicitur. Ab actione quoq;, tu, qui conſenſu debes excludi, quod huic conſenſiſti iniquitati. Circa hunc articulum vias vtiliter ambulãdas, de illicitis excuſandis, in libello diſputatorio poterit ſolers indagator inquirere.

SOLVTIO.

¶ EGO igitur Pileus Modicenſis vtriuſque partis allegationibus diligẽter inſpectis & auditis, Lucium Titium ab accuſatione furti & eius dictis abſoluo. nã licèt damni vigore nocens fuerit, ipſa tamen re innocens deprehenditur. In aliis autem prædictum Titiũ Gaio Seio cõdemno, maximè cùm de propriis nõ fuerit animus ſurripiendi, neque voluntas.

SVMMARIVM.

An domino nudæ proprietatis rei immobilis vendita fieri debeat reſtitutio fructuum à malæ fidei vel bonæ fidei poſſeſſore, ſi extant, ratione poſſeſſionis iudicis officio.

Quæſtio 135.

QVAERITVR, vtrum, nudæ proprietatis dominio, de re vendita ſit facienda reſtitutio fructuum à malæ fidei vel bonæ fidei poſſeſſore, ſi extant, iudicis officio.

QVOD DETVR.

¶ QVOD igitur proprietario fructuum detur petitio, euidenti ratione probatur: imprimis, quantùm ad hunc poſſeſſorem nullum ius habet in re. dicẽdum eſt igitur, eum habere plenam proprietatem. argumẽ. ff. ſi ſeru. vind. l. loci. § competit. & C. in quibus cauſis ceſſ. lon. l. 2. Secundò, quia non fiunt fructus ſui, antequam percipiantur ab ipſo. Interim itaque proprietarij ſunt vindicandi, argument. ff. de vſufruct. l. arboribus. § fina. & ff. de rei vendication. l. non ideo. Tertiò, quia & ſi rei vſumfructum alteri ceſſerit, ipſe tamen non eo minus integerrimam vendicationem, vt integer, habebit. Quartò, cùm ad proprietarium, vt diximus, fructus interim pertineãt, antequam à fructuario percipiantur, exemplo rei ſub conditione legatæ, ergo interim quaſi plenæ proprietatis domino reſtitutio facienda eſt, cùm nihil penes poſſeſſorem debeat reſidere. Quintò, quia fructus ius corporis, ex quo percipiuntur, ſequi debent. cùm igitur illud corpus reſtituendum ſit petitori, & fructus ſimiliter. Sextò, quòd conſtat proprietario rei vendicationem dari, igitur cum ſua natura, cùm non liqueat contrarium. Septimò inducitur hoc reſtituendi verbum, quod pleniſſimum eſt. de verborum ſignificatione. l. reſtituere. cùm enim conſtat, hanc rem petitori reſtituendam, igitur fructus omnémque cauſam. Octauò, ne poſſeſſor verſetur in lucro, quia altoquin conueniri nõ poſſet, cùm nec poſſideat, nec dolo fecit, quo minùs poſſideret.

EXADVERSO.

¶ EXAD-

¶EXADVERSO respõdet possessor, dicẽs, se nõ teneri: imprimis ratione iuris alteri competentis, ei igitur non competit. Secundò, quia in petitione illorũ, quæ ad vsumfructum spectant, præiudicare non debet, vtili actione competenti. Tertiò succedit ratio separata, scilicet quòd nudus proprietarius, nullius est fructus. Quartò, quia vsusfructus pars domini est. igitur cùm nudæ proprietatis dominus, partis tantum dominus reputetur, totum licèt possessor teneat, solidum vendicare non poterit, quia nudæ proprietatis nullus est vsus. Quintò, quia licèt possessor nõ habeat ius aliquod retinendi fructus, tamẽ propter defectum iuris agentis, debet absolui. l. fin. C. de rei vendi.

SOLVTIO.

¶SECVNDVM ea quæ proponuntur, salua meliori sententia, nobis videtur proprietario fructuum perceptorum restitutionem faciendam. Sed nunquid hoc casu teneretur eos restituere fructuario, & forsitã iure & ei posset.

SVMMARIVM.

An is qui præscripsit rẽ, à cuius possessione cecidit, ad dominum reuersa, & iterum eius rei possessionẽ est nactus, possit se tueri contra dominum volentem vendicare eam rem præscriptam.

Quæstio 136.

CVM Gaius Seius rem Lucij Titij præscripsisset lõgissimo tempore, à possessione cecidit, eáque ad Lucium Titium sine vitio peruenit, rursúsq; de Lucio, aliquanto tempore transacto, peruenit ad præscriptorem possidentem Gaium. Titius itaq; nunc contra Gaium vendicare intendit, & ille præscriptionem obiicit. Quæritur quid iuris sit. proponitur rei vẽdicatio.

QVOD VALEAT.

¶QVOD itaque Lucius Titius valeat agere cum effectu, liquet ex his articulis: secundæ, nõ primæ, possessionis inspecto iure Quantùm ad secundam possessionem de qua quæritur, non intercedens præscriptio. Propter mutationem possessionis noua petitio. Nouę actioni minus opponenda præscriptio. Propter rem ademptam à domino, effecta iuripotẽs actio. In re ambigua contra inhiantem ad lucrum licita repetitio. damnum vitare curãtis iustior allegatio. Defensionis quam opponit, odiosa defensio. defensionis semel extinctæ denegata restitutio: contra odium pro fauore facienda interpretatio.

EXADVERSO.

¶CONTRA verò dictos articulos, quibus Seius præscriptor contra dictum Titium se defendere nititur, hæc ad præsens occurrunt, præscriptionis perpetuæ & peremptoriæ semel competens defensio: Pertinens præscriptioni dominij perempta possessio: ob recuperatam possessionẽ pristina restituta defensio: eximens præscriptionem dominij percepta possessio, vt priscum dominium vendicans, etiam si alia concedatur, quæ intendatur actio, Etiam de ratione mera certari potest, hic post præscriptionem perpetuã & peremptoriam sibi exceptionem comparauit, igitur sine facto suo nõ debet eam perdere. ¶Item hæc exceptio de iure sibi semel competit, non est hic modus amittendi exceptiones, scilicet expressus. igitur adhuc ei cõpetit. nimirum penè in casu simili, tibi possessori detuli iuramentũ, & iurasti rem meam non esse, demũ possessio ad me peruenit, rursum ad te. quis dicet, si te cõ ueniam, non posse te tueri rei iudicatæ exceptione?

SOLVTIO.

¶DICIMVS ergo huic possessori pristinum auxilium remansisse, ideoque licèt dimisisset rem, dũ dominus possidebat, non est tamen possessio ad eum reuersa auferenda, excitatúmque agentem repellit.

SVMMARIVM.

An emptor qui præscripsit fundum emphyteoticum, & se obtulit domino soluere pensionem illius anni, & futurorum, sibi præiudicauerit in iure suæ præscriptionis.

Quæstio 137.

EMPHYTEOTA fundum suum emphyteoticum bona fide accipienti vendidit, emphiteota 30. annis pro suo, sine controuersia & lite mota, possedit, dominus verò contra emptorem agere instituit: emptor verò pensionem præsentis anni offerẽs, & futurorum promittit, dominus verò accipere nolẽs, nisi & præteritorum annorum sibi soluturum promittat, aliàs fundum vendicare intendit. Quæritur quid iuris sit. Proponitur rei vendicatio.

QVOD POSSIT.

¶QVOD cum effectu valeat cõueniri emptor, hęc videntur inducere: scilicet sui iuris licita renũciatio, vt C. de pact. l. si quis, & iuri competenti contraria oblatio, argu. C. de iu. domi. impe. l. a. & ff. de lege comm. l. pen. & fin.

EXADVERSO.

¶Pro emptore faciunt legitimè consummata præscriptio, vt C. de præscriptio. 30. anno. l. omnis. erroris proprij licita correctio, argu. ff. de inofficioso testam. l. mater. & l. nihil. & l. Campanus. ff. de ope. lib. & ff. de ope. lib. l. Paulus.

SOLVTIO.

¶MIHI videtur distinguendũ, vtrùm emptor sciebat se tutum præscriptione, cùm pensionem offerebat an non: in primo casu eum condemno: in secundo verò eum absoluo, argum. ff. de oper. lib. l. Campanus, & ff. de nouatio. l. si quis.

SVMMARIVM.

An debitor bona fide accipiens mutuò nummos stanneos pro argenteis, & vt tales bona fide expendens, in restitutione teneatur ad argenteos.

Quæstio. 138.

QVAERITVR, si creditor nummos stãneos bona fide mutuauit vt argẽteos, & debitor bona fide similiter acceptos, tanquam argenteos expendit, vtrùm postmodũ debitor creditori argenteos restituere teneatur. Proponitur certi condictio ex mutuo.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit, sic probatur: mutuum tale quale acceptum est, reddi debet, sed hic debitor accepit nũmos tanquam argenteos, ergo eos tanquam accepisset argenteos, reddere debet. Quod argument. confirmatur per l. rescriptum. § 1. ff. de distract. pignor. ¶Item alia ratione, quia idem consequutus est per istos, quod consequeretur per argenteos, ergo tanquã fuissent argentei, condemnandus est, vt potiùs effectus, quàm nummorum qualitas inspiciatur, argumẽ. C. de instit. & substi. l. si mater. & C. si manci. ita fu. ali. l. fina. ex quo enim semel accipiẽdo, tales esse comprobauit, de cæterò reprobare non potest, vt ff. de decurionib. l.

pen.& ff de negotiis gest.l. Pomponius. Nec obstat quod ignorauit, quia per se vel per alium etiam notitiam habere potuit, vt ff. de iuris & facti ignorantia.l. regula. & ff. de bonorum posses.l. in bonorum & ff. de redhib. l.j. §. intelligo, & l. quæritur. §. fina. ¶ Item præsumitur, eos fuisse argenteos, cùm tanquam argẽtei expẽsi sint, vt ff. ad l. Falcidiam.l. 4 & ff. de bon. lib. l. liberto. & ff. de probation.l. cùm de indebito. ¶ Item quia & si non fuerunt argentei, cùm potiùs debitor suę malę debuit imputare electioni, at creditor de eo quod mutuaturum se promisit, eius arbitrio satisfacit, argu. ff. de pigno. actio.l. si rem. §. omnis & ff. quorum legato.l. 2. & instit. quibus modis tol. oblig. in principio. Nimirùm propter eundem effectum dicitur datum, vt ff. de statu lib. l. si peculium suo. § j & ff. de aqua quoti. & æstiua. l.j. §. 5 & ff. si certum petatur. l. certum. & fortior est & alia ratio, mutuum eiusdem quantitatis reddi debet, quantæ acceptum fuit. sed hic debitor tantæ quantitatis dicitur accepisse, pro quanta quasi argenteos expẽdit, ergo ad tantam restituendam tenetur, quòd tantã accepisse probatur: res enim tanti est, quanti vendi potest, vt ff. de donation. causa mortis. l. mortis causa. §. fina. ff. ad l. Falcidiam. l. in lege. ergo fortiùs quanti est vendita: ergo nummi à creditore accepti, tanti fuerũt, quanti expensi sunt, nempe creditori prodesse debet beneficium debitoris, sicut econtrà, ff. de pigno. actio. l. si pignore § si prætor. ¶ Item occasione creditoris ex re, quam dedit, hoc consecutus est, vt institut. per quas personas nobis acquir.

¶EXADVERSO.

¶EXADVERSO cõtràprobatur. imprimis, quia potiùs ex acceptorum stultitia, quàm ex illa pecunia debitor hoc quod accepit, consequutus videtur: argument. ad l. Falcidiam. l. 3. & ff. de hereditate vel actione vendit. l. venditor.

¶ Item alia ratione, quia (vt verum fateamur) vterque de lucro certat, ergo possessor est potior, argu. vt ff. de reg. iur. l. nemo prædo. §. cùm. Sed & succedit hic subtilior ratio nam creditor hic nihil consequutus videtur, cùm quod ille accepit conditione sine causa, vel indebitè. vel fortè ex vendito, si eas pro precio venditori dedit, teneatur restituere, quia reproba pecunia soluentem non liberat, & quia in re ipsa non est iniquitas, argumen. ff. de pignor. action. l. eleganter. §. j. & ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluit. l. sicut. §. si debitor. & ff. de reg. iur. l. non videtur quis. ¶ Item mutuũ tale, quale acceptũ est, reddi debet, ergo peræquè bonum, peræquè malum, vt ff. si certum petatur. l. 4. sua enim negocia debitori damnosa esse non debẽt, argu. C. de alluuio l. fin. ¶ Item conditio locum non habet, quia non fuit mutuum. accepit enim eos debitor vt argenteos, ergo cum nihil in eis erat argenti, non tenuit mutuum. argumen. ff. de contrahenda emptio. in venditione, & ff. de testa. l. neque professio. Prætereà debitor creditori aurichalcum pro auro soluendo, non potest liberari: ergo multò fortiùs minus poterit aurum ab eodem pro aurichalco petere, vt ff de reg. iur. l. non licet actori. ¶ Item quia licèt propter rem, non tamen istud ex re est consequutus, vt ff. de pecul. l. eo tempore. § actori. ¶ Item creditor posset re integra conueniri, vt aurum quod conuenit, mutuaret, vt ff. de contrahenda emptione. l. Labeo. ergo multo fortius, aurum quod non dedit. petens, poterit exceptione remoueri, vt ff. de superficieb. l. j. §. j. & ff. de euiction. l. venditio. Nec obstat quòd aurichalcum vt aurum vẽdidit, quia non esset contrarium creditor postulaturus, si aurum quod mutuasset debitori, tãquam aurichalcum, & aurum vendidisset, vt C. de solut. l. penulti. ¶ Item quia non singulari precio, sed communi debet existimari, id est, quanti communiter vendi potest, vt ff. de lega. j. l. filius. §. si quis aliter.

SOLVTIO.

¶MIHI mutuũ videtur in hoc casu cõstitisse, quia ibi fuit in corpore consensum, licèt erratum in materia, vt ff. de cõtrah. empt. l. quid tamen. & l. Labeo scribit. si quis interpella. sed vnico tantùm casu pronũcio debitorem ad argenti restitutionem coarctandam, id est, quando ipse sciuit nummos stanneos, creditor autem ignorauit, vt ff. de contrahenda empt. l. domum.

SVMMARIVM.

An emens bona fide rem conductam ab ipso conductore, qui præstabat continuè domino pẽsionem, si annis triginta sine aliqua interruptione possideas, à domino possit molestari.

Quæstio 139.

QVAERITVR, si colonus vendidit rem conductam, cùm nihilominus domino pensionem assiduè pręstiterit, & emptor pro suo, annis 30. bona fide sine interruptione possedit, an præscriptione prædicta dominus remoueri possit. Proponitur rei vendicatio.

QVOD NON CVRRAT.

QVOD non currat præscriptio, multa suadere videntur, scilicet demùm contra desidẽ opponenda præscriptio, argument. C. de agricol. l. penultima. & C. de anna. exception. l. fina. per consueta seruitia possessionis retentio, argumen. ff. de acquiren. posses. l. quãuis §. j. iusta ignorantiæ causa, seruitiorum exhibitio, arg. ff. ad Macedonian. l. 4. §. j. coloni non præiudicans malitia domino, argum. ff. de acquirend. posses. l. fin. odio præscriptionis contra emptorem facienda interpretatio, vt C. de anna. exceptio. l. fin. & ff. de libe. & posthu. l. cùm quidam.

¶EX ADVERSO.

¶EXADVERSO respõdetur pro emptore, quòd se tueri valeat præscriptione, cum effectu, nimirùm omne ius, & omnis actio tollitur præscriptione triginta annorum. vel quadraginta, vt C. de præscrip. 30. annorum. l. sicut, & l. omnis. Nec obstat quòd constitutam pẽsionem soluerit, cùm tradente colono dominus etiam ignorans, possessionem amisit, vt ff. de acquirẽ. possessione. l. si id quod. §. j. ¶ Item quia coloni factum vel præstatio emptori præiudicare non debuit, argu. de alien. mut. iudic. caus. fact. l. j. & ff. de public. l. cotẽ. §. dominus nauis. nimirũ non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de regulis iuris. l. non debet.

SOLVTIO

¶EX his quæ opponuntur, videtur mihi possessorẽ domino condemnandũ, cùm non possit ei desidia imputari, vt C. de præscript. 30. anno. l. 2. & l. si quis emp. §. fi. & C. de agricolis & censi. l. penul. lib. 10. Sed cõtra nihil solutũ intelligi debet pensionum nomine, quantum ad emptorem, de quo quæritur, cùm nihil ipse soluerit: vt ff. si seruitu. vind. l. loci corpus. §. competit. & insti. de legit. agna. tut. Item vt emptor, sic & dominus de damno vitando certat, vnde melior est cõditio possessoris in pari causa, vt ff. de regu. iur. l. in pari. Præter hæc, in legibus contra præscriptiones inductis, venditoris distinctio non habetur, vt ff. de public. action. l. de precio. & ff. de leg. præst. l. j. Ad hæc, præscribere potest emptor, vt ff. de diuer. & temp pręscrip. l. an vitiũ. ¶ Item lex videtur expressim dicere, vt ff. quibus mod. vsusfr. amitta. l. pen.

SOLVTIO.

EGO igitur Pileus Modicensis, auditis & cognitis allegationibus vtriusque partis, pronuncio possessorem petitori condemnandum.

SVM-

SVMMARIVM.

An laicus qui officium ecclesiasticum in laicos non cadens habuit ipse & sui antecessores, à tanto tempore, cuius non est in contrarium memoria, possit ab eo remoueri, vel si illud dimisisset, repetere.

Quæstio 140.

IN quadam ecclesia, tempore cuius initij non extat memoria in contrarium, Titius & antecessores sui celebre officium habuerunt, pro quo certam frumenti modiationem annis singulis percipiebant. procedente tempore prior illius ecclesiæ cœpit Titio causam quæstionis mouere, atq; ab eo sibi restitui claues petit, & accipit. sic itaq; Titius per decennium fortè fuit officio atq; beneficio spoliatus, tandem beneficiū excitatus repetit, hoc beneficiū sibi iure hereditario competere contendens. Obiicitur ei, quòd laicus sit. Item quòd claues spontè resignauit. Preterea, quòd ecclesia læsa sit: potest enim pro valde minori beneficio peræquè idoneum ministrum habere. Quæritur, quid iuris sit. proponitur iudicis officiū, vel præscriptis verbis, ad petendum beneficium.

QVOD POSSIT.

¶QVOD possit repetere, imprimis illa ratiõe probari posse videtur, quòd ex tempore tam diuturno præsumitur istud beneficiū fuisse perpetuum, & ad omnes posteros descendens. Tertiò, quia nō licet à iure, quod diu æquum visum est, recedere. Quartò, quia non potest reprobari, quod tam diu probauit ipse & antecessores sui. Quintò, negligentia longissima prælatorum ecclesię præiudicare potest. Sextò, quia pro beneficiis, vt actus potius valeat, debeat interpretatio fieri. Nec obstat quòd laicus sit, quia ecclesię consuetudo debet seruari, tam longissimo tempore approbata. ¶Item non obstat, quia claues restituit, cùm sciuerit ibi ius suum durare. Item quia potius videtur ei prior abstulisse quàm accepisse, cùm protinus recepturus ille restituerit. ¶Itē quia per errorem hoc fecit, ignorās fortè ius sibi competere. Sed nec illud rectè obiicitur, quòd ecclesia lædatur, quia eo tempore quo fuit contractū, læsio non probatur. Sed & si probatur, tamen à tempore læsionis quadrienniū, quinimmò 20. quadriénia excesserunt, vnde non potest restitui. Nec enim perpetuo timore debent terreri, qui cum ecclesia contraxerint, sic enim nullus cum ea ad contrahendum accederet, & magno incommodo afficeretur. ¶Item quia actiones decennales, vicennales & triennales secludit præscriptio, si contra locos religiosos competant, 40. annis clauduntur. ex his ergo manifestè liquet, Titiū ad beneficium debere restitui.

EX ADVERSO.

¶E CONTRA probari potest, Titiū omnino repelli, quia istud officium ecclesiasticum est, ergo per clericos tantùm exercendum. laici enim in rebus ecclesiasticis non debent se immiscere, ne officium alij creditum alius vsurpet, sicut nec contrà. Nec obstat ecclesiæ consuetudo, quæ propter errorem inueteratam atque mala, seruanda non est. Secundò, quia tale beneficium, etiam si esset licitum, tamen quandocunque remoueri potest, sicut guardiæ & castaldiæ: vt ad instar procuratoris, qui quandocunque pōtest remoueri. nā & suspectus est, qui operas suas ingerit. Tertiò, quia spontè claues resignando iuri suo renuntiare videtur. Nec obstat quòd allegat errorem, quia ex temporis, quo posteà tacuit, interuallo, sciés præsumitur fecisse. Nec obstat quòd tanto tempore, cuius initij non extat memoria, sui antecessores habuerunt istud officium & beneficium. nam eadem ratione posset quis petere prioratum vel abbatiam, vel episcopatum, si in his officiis casus huiusmodi interueniret: quod nullus sani capitis allegaret, & in similibus paria debent iura cēseri. ¶Itē quia huiusmodi officia & beneficia officiis annexa, personalia sunt, & cum personis transeunt, pereunt & extinguuntur. nec enim beneficia per se sola, sed officiorum gratia tribuuntur, ergo si officium habere nō possunt, nec beneficium. Quartò loco allegatur ecclesiæ enormis læsio, vnde adiuuari debet restitutiõis beneficio ad instar rei publicæ. Et si quis fortè diceret, hoc beneficium cōsuetum, & ad posteros trāsire, quia non multum differunt respubli. & ecclesia. Nec obstat quod exaduerso obiicitur, quòd excesserunt quadriénia plura. nam ad instar minorum huiusmodi restitutiões dantur, at minor toto tempore minoris ætatis restituitur, quandocunque se læsum cognouerit, ergo cùm ecclesia sit semper minor & vnius ætatis, omni tempore restituitur.

SOLVTIO.

¶SECVNDVM ea quæ proponuntur, non puto istud officium magis, quàm alia ecclesiastica, transire ad posteros, & propterea priorem & fratres, à Titij petitione absoluo.

SVMMARIVM.

An soluens idem debitum bis ex causa iudicati, possit repetere, & quando.

Quæstio 141.

IN illa quæstione, in qua quæritur, Vtrùm qui secūdo soluit ex causa iudicati, primam vel secudā pecuniam possit repetere.

QVOD POSSIT.

¶VIDETVR probabili & necessaria ratione cōuinci posse, eum ad repetitioné admitti, & primò propter regulam iuris, in qua quæritur & cótinetur, quòd bona fides nō patitur, vt bis idem exigatur, vt ff. de regul. iur. l. bona. qui ergo bis exigit, contra bonam fidé agit, quia qui nō facit secūdū hoc quod facere debet, contra idem facere videtur: restat ergo, quòd contra bonam fidem fecit, qui eam pecuniam bis exegit, arg. C. de sentent. & interlo. l. prolatam. & ff. quæ in fraud. cred. l. in fraudem. & ff. de acquir. hered. l. quæsitum. & ff. de collegiis. l. 3. & ff. de ædilit. edicto. l. quis scit. & ff. de rit. nupt. l. qui liberos. scilicet cōtra bonā fidé fecit, ergo mala: si mala, ergo dolosè, ergo de dolo potest remedium locum habere, etiam si omnes actiones aliæ extinctæ sunt, vel ipso iure. vel per exceptionem, argu. C. de transac. l. sub prætextu. & ff. de dolo. l. seruus. & l. cùm à te. & l. quidam. Item alia ratione, quia sententia extorta est ex falso instrumento, ergo si probatur falsum, non valet, vt C. de fals. instru. l. j. & 2. C. de trāsact. l. si ex falsis. si dicas, nō fuit falsum, immò verum, quia in eo continebatur, me tibi pecuniā numerasse. & hoc verum, ergo non falsum, quia respondetur nihil interesse, vtrum ab initio nullum fuerit, an ex postfacto annulletur, argu. ff. de condict. s. caus. l. j. & ff. de dol. excep. l. 2. & ff. de petit. here. l. sed & si de eo. & argu. ff. de dolo. l. antepen. ¶Itē sicut instrumentū falsum in iudicio vim obtinere nō debet, ita nec inane. ¶Item sicut ex falso nec debetur, nec peti potest. ita nec ex inani. simile patet, ergo in vtroq; standum est, arg. C. de cōst. pecu. l. 2. & C. de episc. & cler. l. si quenquā. & C. si cōtra ius vel vtil. pub. l. si vniuersa. & ff. ad l. Aquiliā. illud. & ff. de bono. possess. ex testa. milit. l. vnica. ergo si ex falso sententia lata non teneret, & solutum repetitur, ita ex inani. Si plus ponatur sine præiudicio, quòd chirographum prolatum non fuit, sed alio quoque modo pro creditore iudicatum est, tamé dico repetitionem

competere,& post iudicatum dabitur exceptio saltē doli mali,& hoc à simili,vt si post sententiam habebat exceptionem,qua se tueri poterat,credens tamen se teneri,soluit,repetere poterit.

EXADVERSO.

¶EXADVERSO respondetur,& manifestè probatur,quòd locum nō habet repetitio,& hoc ita, quia quotiescunque bis idem solutum siue ab eodem,siue à diuerso fuerit,semper posterius solutum indebitū dicitur & repetitur,vt ff.de condictione indebiti.l. cum duo.& l.fin.& ff de vsufruct.l.sed & si quis & ff.mand. l.si fideiussor.constat ergo,quòd prius solutum nō posset repeti.Secundum verò duplici ratione non potest, tum propter exceptionem rei iudicatæ, tum quia est, quod sibi imputetur.Authoritatis enim est tātæ res iudicata,vt veritati præiudicet, & pro veritate habeatur,& solutum ex ea,non repetatur,vt ff.de regulis iuris.l.res iudicata.& ff.de stat. hominum. l. ingenuum. & ff.de in ius vocand.l.adoptiuum.& ff.famil.erciscū. l.cùm puto.&.ff.manda.l.si fideiussor.& C.de condict. indebit.l.j.& iudicatum per errorem,vel per iniuriam seruatur,vt ff.ad Trebellianum.l.seruo.& ff.de rei vendicatione.l.exaduerso.& ff.de re iudicata.l.præses. & ff.quibus modis pign.vel hypothec.sol.l.si deserētem. & ff.de pigno.l.si superatus.& ff.de liber. agnosc.l.j.& 2.apparet ergo quòd rei iudicatæ authoritas, posterioris solutionis inhibet repetitionē. hoc idē facit,quod est,quod sibi imputetur,& hoc tripliciter imputandū est,cur exceptionem solutionis in iudicio non opposuit,vel non opposuerit,cur à sententia sibi auferente exceptionem non appellauerit,argum.C.de præscrip. & excep.l.cùm non præscri.& C. sent.rescin.non pos. l.2.& C.de iur.& fact.ignor.l.error.& C.de excus.tut. l.quinquaginta.& ff.ad Macedo.l.nam & si.& ff.solut. matri.l.ex diuerso.§.j.& C.de re iudicat.l.3.vel saltem cur post sententiam exceptionem non opposuit,quod facere fortè potuit,arg.ff.ad Macedo.l.tamen si non. ff.solu.matr.l.ex diuerso.§.j.quòd si non fecit quod potuit,sed soluit,sententiam confirmare videtur, vt C. de re iudic.l.ad solutionem.& C.quomodo & quādo iudex.l.3.ergo amplius eam infirmare non potest,quia quod semel ab eo probatū est,amplius improbari non potest,vt ff.ne nego.gest.l.Pomponius.& ff.de success. edict.l.j.§.decretalis.Hæc sunt,quæ pro ista parte possunt competenter allegari.

SOLVTIO, ET DISTINCTIO.

¶SED his omnibus omissis,sic distinguam: vtrum in priori iudicio apposita fuerit solutionis exceptio, an non:si apposita fuit, amplius non audietur,vt ff.de condict.indebi.l.j.si is qui.& ff.de nouation.l. si quis. nam si in priori iudicio de solutione fuerit tractatum, & nihilominus contra debitorem pronuntiatum,amplius eam non potest deducere in iudiciū: nec me mouet,q᷑ non appellauerit,quasi de inani vel falso chirographo fuerit iudicatum,vt C.de transactio.l.si ex falsis.& l.penultim.& C.de fide instrumen.l.vltim. & C. si ex fals.instru.l.ipse,quia idem est.Si verò de solutione in iudicio per obliuionem quæsitum non fuerit: tunc distinguitur, vtrum chirographi tantum tenorem iudex sequutus fuerit,& iudicauerit,aliàs per imprudentiam vel dolo malo, an instrumento ostenso, pro creditore pronūtiauerit.In primo enim casu,probando instrumentum fuisse inane, vsque ad triginta annos,ad repetitionem admitto. In secundo verò casu,distinguo,vtrum creditor dolo fecerit,an ipse similiter solutionis oblitus fuerit.In primo enim casu exceptionem,antequam soluat, & repetitionem saltem per actionem de dolo,concedo. vt C.de transact.l.sub prætextu.& ff.de dolo.l.seruus.l. cùm à te. In secundo verò,creditorem absoluo.Sed in vtroque iudicē condemno debitori,vel in litis extimationem,si dolo, vel inquantum iudici videatur,si per imprudētiam,vt instit.de obli.quæ ex quasi delict.& de pœna iudicis qui malè iudic.Quidam verò ita simpliciter distinguunt. Vtrū ipse creditor postea agat,an heres eius,vt si creditor,repellatur:si heres,nequaquàm. quia ista potuit ignorare debitorem soluisse.

SVMMARIVM.

An obligatus deferre pecuniam Bononiam scholari,si inde recesso,deferendam alteri dedit, sit liberatus.

Quæstio 142.

GAIVS Seius filio suo, quem Bononiæ putabat degere gratia studiorum, per quendam nūtium misit pecuniā, dās ei in mandatis,vt Bononiam pecuniam filio suo portaret,qui acceptam,Bononiam portauit: verum quia scholaris prælibatus dicti Gaij filius,iuerat Salernum pro discenda physica, dictus nuncius quendam Salernitanum Bononiæ reportare volentem,inuenit,ipsique pecuniam tradidit soluendam prædicti Gaij filio,qui dum eam portaret, in latrones incidit,& spoliatus, pecunias perdidit. Nunc Gaius Seius contra nuncium, cui pecuniam tradidit Bononiam deferendam, mandati actionem intendit. Quæritur,quid iuris sit.

QVOD TENEATVR CVM effectu.

¶QVOD teneatur cum effectu, imprimis ea ratione probatur,qui in culpa fuit excedendo fines mandati,argu.vt ff.manda.l.diligenter. Secundò,quia negligenter versatus in pecunia mittenda fuit. Tertiò,quia debuit & potuit prospicere, hoc euenire posse, arg.ff. loca.l.si quis domum.Quartò,quia longius portare fecit,quàm esset sibi iniunctum, vnde dolo fecisse videtur.ff.commod.l.in rebus.Quintò,quia contra voluntatem mandantis hoc fecit.nam hoc ipso, quod præcepit portandam Bononiā,ne aliò deferretur prohibuisse videtur.argu.vt ff.commod.l.5.§.interdum.

EXADVERSO.

¶CONTRARIVM autem suadere videtur imprimis bona fides nuncij,qui portabat pecuniam,scilicet ne filius Gaij fame periret,argu.vt. Secūdo,quia fidum & diligentem,per quem mittebat, existimauit: vt ff.commo.l.argentum. Tertiò, quia casus fortuitus intercessit,argum.vt de pigno.action.l.quæ fortuitis. Quartò,quia sufficit vtiliter cœptum negotium,quāuis diuersus exitus sit sequutus,argu.ff.de nego.gest.l. sed an vltrò. Quintò,quia non Bononia,sed filius fuit causa principalis portādi pecuniam,ergo & alibi,vbi fuerit filius,licitè deferri potuit. Sextò,quia portare videtur,qui per alium hoc facit Septimò,quia eodem modo peritura erat,etiam si ipsemet detulisset pecuniam.

SOLVTIO.

¶MIHI ergo sine præiudicio melioris sententiæ videtur,dictum nuncium,nisi aliud ageretur,vltra Bononiam pecuniam portare non cogendum.si igitur alteri fideli & diligenti portandam filio mandatis commisit pecuniam,quasi hoc ex mittentis voluntate processerit,absoluendum pronuncio.

FINIS.

SVM-

SVMMARIA QVAESTIONVM PILEI, CVM principio cuiuslibet quæstionis.

1 AN omnes de vniuersitate, debeãt de calumnia iurare. incipit, Bononienses.

2 An œconomus, qui forma non seruata, rem ecclesiæ alienauit, possit vendicare. incipit, Oeconomus.

3 An stipulatio, si Titius moriatur, eo occiso committatur. Ego stipulatus.

4 An obligatus domum ædificare, & in ea dominum recipere, ea destructa cogi possit ad reædificandum. Locaui tibi aream.

5 An debitor soluendo creditore reprobam pecuniam liberetur. In alia quæstione.

6 An soluens pro alio, ne damnum pateretur, possit solutum repetere, & qua actione. Cum secundum.

7 An procurator mittendo pecuniam domino per nuncium prohibitum, teneatur actione mandati. Quæritur vtrum.

8 An fratres, quod per annos L. soluerunt portorium tanquam vna familia, postquam diuisi sunt, etiam teneantur soluere tantum vt vna familia, an verò vt plures secundum consuetudinem portorij, sicq; an in hoc præscriptione adiuuentur ob eam solutionẽ quinquagenariam. Quidam dominus.

9 An colonus obligatus ad quartam partem omnium redditum, excepta lapidicina, teneatur ad quartã calcis confectæ ex lapidibus ipsius lapidicinæ. In alia quæstione.

10 An facta denuntiatione domino molendini, vt clausuram tolleret, quæ damnum dabat, liceat propria authoritate eam destruere, & an aliqua detur actio contra destruentem. Titius cum publico flumine.

11 An ædificans molendinum in publico flumine, possit contra construentem aliud molendinum cursus aquæ impeditiuum, aliquam actionem intentare, & quomodo sit illi consultum. Rolandinus.

12 An medicus, conuenta mercede recepta pro cura podagræ, quam sanauit, iterum medelam præstare teneatur podagrico recidiuãti. Quidam podagricus.

13 An pupillus maior factus, testimonium perhibeat de his, quæ in pupillari ætate vidit. Quæritur vtrum pupillus.

14 An solutio procuratori morienti facta, liberet debitorem. Lucius Titi. Gaio Seio.

15 An in pigneratitia sententia lata contra dominum rei in fauorem creditoris nitentis hypotheca, prosit debitori pigneratori, cõuento deinde à domino rei vẽdicatione. Sixtus cum rem.

16 An castro dato in feudum alicui, etiam data & concessa iurisdictio videatur. Episcopus Mutinen.

17 An soluens pro parte sua canonem, altero non soluente, in pœnam caducitatis incidat. Idem Mutinen. episcopus.

18 An filius succedens patri in feudo conditionato, iuret fidelitatem domino etiam contra suum primum dominum. Filiusfamilias emancipatus.

19 An, certo loco promittens, vagando per orbem, vbique repertus possit conueniri. Bonus Accurs.

20 An minor 25. annis vendens cum decreto & iurans non contrauenire, possit conqueri se læsum in dimidia. Minor 25. ann.

21 An colonus, qui vltra debitam pensionem longissimo tẽpore præstitit seruitia, ad illa præstanda cogi possit. Rusticus quidam præter.

22 An promittens primum ancillarum partum Titio, & Manio primũ Arethusæ ancillæ, Aretausa prima pariente debeat primo, vel secundo partum dare, & quis eorum præferatur. Lucius Titius Gaio.

23 An habens rem cum nupta, supposita loco virginis amatæ, possit de adulterio accusari. Titius amore.

24 An promittens Titio omnem defensionem contra hominem præstare, etiam contra seipsum ad eã teneatur. Odericus.

25 An fideiussor, qui ante fideiussionem fecit pactum de se non obligando cum ipso creditore, fideiussione secuta, teneatur non obstante pacto. Bignotus.

26 An aduocatus promittens patrocinium in causa honorario conuento, etiam in causa appellationis obligatus intelligatur. Bernardus.

27 An Titius contra eum propter cuius dissuasionem sibi à Mauia non fuit donatum, agere queat. Lucius Titius cum vellet.

28 An vasallus cadens à possessione feudi, & per annos 30 iacens, domino contra possessorem obtinente, possit ad recuperationem feudi à domino factam, agere. Quidam vasallus.

29 An stipulatio pœnæ, si die statuta centum non soluantur, committatur, si pars centum fuerit soluta, sed nõ totum. Lucius Titius mutuauit.

30 An mandatũ causa cuiusdam absentiæ factum, duret reuerso domino, iterum se absentãte, adeo quòd alienatio vel gestũ tempore secundæ absentiæ, vigore illius mandati valeat. Quidam Hierosolymã.

31 An fideiubens pro Seio apud Sempron. si pecunia nõ dum numerata, detecta inopia debitoris, denunciat creditori, ne pecuniam mutuatam numeret, isq; denunciationem contemnat, & soluat, possit eueniente casu à creditore conueniri. Lucius Titius.

32 An venditor fundi, qui sibi arborem reseruauit, si illa desiccata, radices repullulent, possit super nouellis arboribus ius aliquod prætendere. Quidam fundum.

33 An filius, qui paternam hæreditatem cum beneficio inuentarij acceptauit, possit fundum maternũ à patre alienatum vendicare. Pater fundum maternũ.

34 An dominus serui, possit contra vsucaptorem legis Aquiliæ actionem intentare, si ante vsucapionẽ impletam damnum fuerit seruo datum. Quidam seruum.

35 An debitor pecuniæ mutuatæ, si tempore restitutionis deterior facta sit, illamq; sic restituat, huiusmodi solutione liberetur. Quidam creditor Lucensis.

36 An filius, cui obuenit in partem salinaria, cum alteri furnus contigerit, possit, fratre prohibente, furnum de nouo construere. Quidam salinariam.

37 An pupillus contra tutorem agere possit, qui sibi totũ legatum procurauit, quod etiam pupillo testator legare volebat. Quidam dum extrema.

38 An emptor cõueniri possit ex dolo mediatoris in ipsa venditione commisso. In hac quæst.

39 An falsus procurator, qui in causa mota contra Titium succubuit, si à domino, cuius mandatum falsò

asserebat, hæres instituatur, possit uti hæres denuo Titium molestare. Quidam falsus.

40 *An receptio vel examinatio testium, possit fieri ante litis contestationem. In præsenti quæst.*

41 *An creditor, omisso pignore sibi à debitore dato, debeat probare amissionem: An debitor, quòd in eo dolo versatus sit creditor. Obligaui tibi.*

42 *An vendens terrenum, quod habet in tali loco, cùm altera pars esset publicè occupata in aggeribus, intelligatur etiam occupatum vendidisse. Bononienses cùm ciuitatem.*

43 *An sententia appellationis per Imperatorem lata, parte non citata, valeat. Cùm quæstio verteretur.*

44 *An Rosella possit accusari de adulterio commisso cũ Rom. pontifice, & talis accusatio de iure subsistat. Rosella accusatur.*

45 *An fideicommissarius, cui relictum fuit fideicõmissum per hæc verba, Filiam meam coniugatam heredem instituo, grauans eam per fideicommissum, vt Titio restituat, saluo eo, quod marito relinqueretur: Si filia moriatur, & omnia marito relinquat, habeat ius aliquod contra d. maritum vigore dicti fideicommissi. Paterfamiliàs fecit testamenta.*

46 *An præsens rei suæ alienationi, & non contradicens, sibi præiudicet. Aliquo præsente.*

47 *An testium productio facta citata parte, & non reperta, valeat. Aduersa parte.*

48 *An molendinarius, vigore pacti cum patrefamiliàs de molendo in perpetuum ipsi & suæ familiæ patrefamiliàs mortuo, & filijs diuisis, teneatur separatim omnibus molere. Quidam paterfamiliàs.*

49 *An pupilla iustè petat à tutore marcham argẽti ab ipso acquisitam infirmandis nuptijs ipsius pupillæ. Tutor pupillum.*

50 *An ille, cui est assignata pensio percipienda, habeat illud quod ex renouatione percipitur. Quæritur vtrum ille.*

51 *An emphyteota soluendo pœnam liberetur, si in casu contrauentionis illam promisit. Lucius Titius Gaio.*

52 *An filius interfectoris ab occiso heres institutus, ab hereditate repelli possit, si mortem defuncti non vendicauerit, patrem de homicidio accusando. Gaius Lucium Titium.*

53 *An filius inhabilis ad seruitia feudi præstanda succedat, vnà cum fratrẽ habili, si æqualiter sit cum eo heres institutus. Quidam feudatarius.*

54 *An aduocatus facto pacto de centum lucrandis in casu victoria, & 50. in casu succumbentiæ, si litis transactio eo inscio facta sit, centum possit exigere. Quidam cùm alterius.*

55 *An mater, quæ, dum testamentum conderetur, recusauit velle esse heredem filij, & propterea fuit extraneus institutus, possit non obstante recusatione, hereditatem prætendere, & testamentum impugnare. Lucius Titius dum laborat.*

56 *An rusticus accepta terra, vt vineam plantaret, certa parte fructuum promissa, vinea plantata cũ multis fructibus, vltra fructum vineæ teneatur etiam ex arboribus insitis partem fructuum domino præstare. Quidam suam aream.*

57 *An paterfamiliàs, qui filio morienti consensit, vt vxori centum causa mortis donaret, si filius cõualuit, possit eo inuito donationẽ reuocare, consensus vtriusque requiratur. Gaius patre consentiente.*

58 *An pater, qui nuptui tradidit filiam, dando in dotẽ duo prædia, & alia duo possidere sinendo, si, mortuo marito, secundo nubat, promittendo quicquid prior maritus in dotem habuit: teneatur etiam duo prædia consignare possidẽda, prout primo marito permiserat. Titius Maneliam.*

59 *An falsò asserens se procuratorem Titij, si succũbat, Titiúsque heres factus iterum agens, exceptione rei iudicatæ repelli possit. Quidam nomine veri procuratoris. 39. supra.*

60 *An mandans tribus, vt vendant eius bona stabilia, si vnus vendat alteri eorum bona fide, possit rem vẽditam vendicare. Lucius cùm esset Bononiæ.*

61 *An promittens acquiescere sententiæ T. datis pignoribus, eo inique arbitrante, possit agere ad restitutionem pignorum, quasi in causa propria laudauerit. Cùm Gaius Seius.*

72 *An coheres rei alienæ in diuisione alteri obuenientis promissa euictione, si eidem coheredi obligato de euictione, titulo permutationis tradatur aliquo non dicto de euictione, si euincatur, conueniri possit ab eo de euictione. Successores in communi.*

63 *An mutuans pecuniam ei, quem male consumpturũ putabat, licet euentu aliter successerit, habeat pecuniæ mutuatæ repetitionem. Mutuam pecuniam.*

64 *An emphyteosis cadat in totum, vel in partem, si frater cesset in solutione canonis per biennium, & alter offerat soluere partem cessantis, ecclesia nolente recipere. Duo fratres cùm fundum.*

65 *An ingrediens monasterium cum bonis suis absque vxoris voluntate, si ab vxore reuocetur à religione, bona oblata monasterio repetere queat. Quidam ingressus.*

66 *An nepos ex fratre, præteritus vnà cum matre tacẽte & consentiente, agat contra patruum pro sua virili portione, dicendo testamentum nullum. Cùm esset consuetudo.*

67 *An pactum factum inter fratres, quòd castrum ad masculos tantum perueniat, includat sororem institutam, nulla existente sobole. Lucius Titius cùm hereditatem.*

68 *An venditio facta de prædio, lege apposita, ne alienetur, alienatione subsequuta, præstet actionem aliquã contra emptorem, vt restituere teneatur, & quando. Prætulimus huic.*

69 *An commodatarius, qui ex pacto recipit in se omnẽ casum, de casu fortuito conueniri possit. Sequitur alia quæstio.*

70 *An venditor equi retrogradi, cùm bonum affirmasset, teneatur ad dãna emptoris, ab hostibus propterea oppressi. Lucius Titius Gaio.*

71 *An promittens defendere certa bona pro certa mercede, si per eum non stat, & in defensione præueniatur, possit mercedem petere. Imperator cùm transitum.*

72 *An dans molendinum cum insula, pro certo canone quolibet anno, & ab accipiente nouum construatur, possit duplicatum canonem petere. Dans molendinum.*

73 *An Titius, qui venando tuum ceruum cepit, qui apud ipsum depositus aufugerat, teneatur domino restituere. Ceruum meum mansuetum.*

74 *An legi commissoria in pignore liceat cum iuramẽto renunciare, & huiusmodi renunciatio valeat. Accepi mutuam pecuniam.*

75 *An præ*

75 *An præscriptionis interruptio inducatur ex sola verbali petitione absque libello coram pontifice facta. Cum præscripsisses.*

76 *An testibus sit credendum, qui dictum affirmant, nullam allegando scientiæ causam. Quaritur, vtrum.*

77 *An bona acquisita per monachũ, qui aufugit a primo monasterio, & in aliud se transtulit: acquirãtur prima, à quo recessit: an secundo, in quo mortuus est. Henricus de Guarda.*

78 *An venditor agat contra emptorem absque restitutione pignorũ, vbi eius procurator ad vendendũ acceptis pignoribus, habuit fidem de precio, & aufugit. Ioannes Martinum.*

79 *An locans fundum pro certa mensura frumenti, ea postea per statutum diminuta, possit à conductore petere secundum primam mensuram. Lucius Titius fundum suum.*

80 *An bona translata in ecclesiam, inchoata præscriptione, contra priuatũ dominum, defendi possint priuilegio quadragenariæ præscriptionis ecclesiæ cõpetenti. Contra Lucium Titium.*

81 *An habens domum ruinosam, conueniendo cum vicinis de eius demolitione pro scutis centum: si terræmotu vel aliter ceciderit, possit vicinos cogere ad cẽtum soluenda. Lucium cùm haberet domum.*

82 *An promittens Titio centum, si moram extra ciuitatem Bononiæ per triennium fecerit, si Titius in eo triennio per L. dies interpellatos fuit Bononiæ, possit cogi ad soluendum. Gaius Seius Lucio Titio.*

83 *An ratihabitio principis conualidet transactionem factam super appellatione, quæ interponi nõ poterat. Princeps causam delegauit.*

84 *An monasterium ab episcopo exemptum, vt nihil præstare teneretur nisi voluntariè, dãdo annuũ quid per annos 40. possit postea allegare priuilegium exẽptionis suæ. Quoddam monasterium.*

85 *An institutio generalis, facta à patre instituente filios suos hæredes, includat filias fœminas dotatas, stãte consuetudine, quòd non succedant. Consuetudo erat in prouincia.*

86 *An creditor possit propria authoritate bona sui debitoris capere, vt sibi satisfiat, sine licentia iudicis, cũ illius copiam non haberet. Lucius Titius cùm magistratus.*

87 *An creditor supradictus sibi ius dicẽs, creditũ suum amittat, & quomodo. Sed ex hac quæstione.*

88 *An filius in re certa institutus heres, vel præteritus, possit testamentum patris rumpere, cùm vniuersaliter non fuerit heres institutus. Quidam filium suũ.*

89 *An dos profecta à patre, filia defuncta in matrimonio, liberis existentibus, debeat reuerti ad patrẽ, an ad filios pertineat. Quaritur, vtrum dos.*

90 *An pupillus possit recusare expensas factas per tutorem in domo alterius illam tollendo, allegando nõ esse expensas necessarias. Quidam decedens.*

91 *An commodans equum de illis quos in pascuis habebat, si post vsum in eodem loco fuerit reductus, & relictus, à lupis occidatur, possit pro suo damno agere. Bonacursium cum equos.*

92 *An emphyteusis accepta pro se & filijs in tertiã generationem, altero cum filijs, & altero absque filijs mortuo, pro dimidia ad ecclesiam reuertatur. Lucius Titius ab abbate.*

93 *An stante consuetudine, quòd canonici seculares in primis sex annis habeat dimidiũ præbẽdæ, & postea integram: si priuentur, & postea restituantur, transigendo quòd loco mediæ præbendæ centũ haberẽt Nouitij elapsis annis sex, possint ducenta petere vigore primæ consuetudinis. Longanis retro tempor.*

64 *An filius, cui obuenit in partem feudum, si frater, cui obuenerant prædia vicina dicto feudo, velit ædificare turres, valla, & similia, possit ipsum licitè prohibere. Quidam prouincialis.*

95 *An instrumentum in totum falsum præsumatur si in parte ipsius reperiatur mendacium. Quaritur, vtrum instrumentum.*

96 *An iudex qui tulit sententiam contra reum, si heres instituatur à reo: possit in causa appellationis iam ab ea sententia interposita procedere, impugnãdo sententiam à se latam, an exceptione doli per actorẽ repellatur. Cum Lucius apud Seium.*

97 *An vasallus feudi possit in feudo per substitutã personam seruire, & nihil ipsi possit obijci. Quaritur, vtrum vasallus.*

98 *An commodatarius teneatur ad damnum equi occisi ab ipso commodatore, concurrenti cum eo in pugna ab ipso capta cum alijs. Lucius Titius Gaio Seio equum.*

99 *An filius, quem duæ mulieres contendebant vendicare in filiũ, & mortuæ sunt, possit ambabus vt matribus ab intestato succedere. Cùm duæ mulieres.*

100 *An vxor hypothecaria agere, vel exceptionem doli obijcere cõtra fratrem viri sui præmortui, pro bonis, quæ simulatè viro cupienti illã in vxorem, aliàs non habituro donauit, pro suis dotibus queat. Lucius Titius à parentibus.*

101 *An dominus, qui denunciauit procuratori constituto ad vẽdendum, ne fundum venditum traderet, cũ tradiderit, possit agere contra emptorem, & fundum vendicare. Mandaui procuratori meo.*

108 *An princeps, qui omnem iurisdictionem castri in ecclesiam contulerat, possit postea rescriptum municipibus concedere in eodem castro sibi eligendi rectorem, Rex Franciæ castrum.*

103 *An si duo fratres rogati restituere superuiuẽti sunt, si sine liberis decedant, possit alter decedens sine liberis, heredem ecclesiam instituere in præiudicium superuiuentis fideicommissarij. Paterfamiliàs dum extrema.*

194 *An emens bona fide mulam à domino conuentus, si interim morte naturali moriatur, veniat absoluendus. Cum prouinciali cuidam.*

105 *An captiuus, qui fuit à suis propinquis vi exẽptus, plurimis illatis damnis eum in carcere detinenti, teneatur ad resarciendum illata damna hosti suo. Cùm duo milites.*

106 *An fratres contra fratrem, qui mulieri causa habẽdi eam in vxorem, iurauit se non esse filium eius, cuius hereditatem cum fratribus diuisit, possint agere, repetendo partem illi datam in diuisione. Quidam diuisam cum fratribus.*

107 *An obtinens licentiam construendi furnum pro certa annua mercede, possit conueniri, si loco furni tabernam construxerit. Quidam Parisiensis.*

108 *An iudex secundum allegata & probata, an secundum conscientiam iudicare teneatur. Vulgo quæri solet.*

109 An socius, qui remisit partem debiti debitori, si alter socius vigore solidi totum exigat, diuisa societate, possit suam partem exactam petere a socio, nō obstante ea remissione. Duo fuerunt argentary.

110 An emphyteusis sine scriptura concepta per solutionem canonis per 30. annos. ex inualida fiat valida: vt emphyteota tueatur à domino repetente. Guilermus centurio.

111 An feudum datum cum pacto, ne alienetur, aliàs dat alienans ipso iure, facta alienatione, alienante citato, & mortuo, si filius recuperet ante litem contestatam, debeat omnino ad dominum redire. Ferrariensis Raynerio, aliàs Fregnanenses.

112 An locans equum, & mandans reddi Bononiæ Manio stipulanti sub pœna ab eo conductore sibi reddi, possit reuocare illud mandatum ita quòd conductor Manio ad pœnam, si equum illi non reddat, non teneatur. Lucius Titius Gaio Seio.

113 An alienatio rerum immobilium monasterij facta cum causa, absente abbate, episcopi authoritate, valeat. vt annullari non possit. Monasterium S. Petri.

114 An Titius volens producere aquam ad eius molendinum, possit per terram alterius, eo inuito, prout antea solitus erat. D. De Saxolo.

115 An quis dicatur contrauenire transactioni, si bona, quæ nullo modo petere, vel in illis se intromittere promisit: petat in causa comparendo cōtra tertium: qui ea obtinuit, donec reus pareret iudicato. Cum esset controuersia.

117 An venditor teneatur præcise ad rem tradendam, an sufficiat interesse præstare. Quæritur in hac quæstione.

117 An testamentum factum à Berta, interrogante altero, & nominante heredem ad legatarios, & ipsa annuente & confirmante, valeat de iure. D. Berta.

118 An minor agens, vt iterum sibi soluatur precium, rei suæ sine decreto iudicis venditæ, teneatur probare, se nō factum ex eo locupletiorē, an vero incumbat onus reo probandi contrarium. Minor 25. annis.

119 An rusticus qui longissimo tempore duos denarios ecclesiæ soluit, teneatur ostēdere bona ex quibus soluat. Rusticus quidam.

120 An is, qui promisit genero cum iuramento, filiam suam, quam ei dabat in vxorem, heredem facere vnà cum filio, sine metu periurij possit totum relinquere filio. Quidam Burgens.

121 An & quando frater teneatur communicare in diuisione cum fratribus domum emptam viuente patre. Viuente patrefamiliàs.

122 An si filius, patre inscio, pigneret domum per ipsum acquisitam: patre mortuo, sui filij possint se tueri contra creditorem, allegantes nullitatem hypothecæ. Hanc itaque domum.

123 An dicti filij se defendentes, possint tempore messium & vindemiarum in ius conueniri, & dilationem ea de causa obtinere. Tertio loco quæritur.

124 An episcopus Bononiens. à cuius sententia fuit appellatum ad archiepiscopum Rauen. possit, si archiepiscopus Rauen. fiat, eandem causam in appellationis instantia iudicare. Bonon. episcop.

125 An vsurarius, qui imminente morte sacerdoti iurauit in confessione, vsuras de cæterò non exigere, & exactas restituere, conualescens possit eas petere, non obstante iuramento. Quidam fœnerator.

126 An in pœnam trahentis aliquem in ius coram iudice extero, incidat is qui vacauit, si ante litem contestatam destitit. Dictus itaque fœnerator.

127 An hæreticus donans ius, si quod habet in hereditate paterna, reuersus ad fidem, possit repetere bona paterna à possessoribus eorum. Quidam Senen.

128 An stante mandato facto tribus ad vendendum, alter ex eis possit emere ab vno eorum. Arnaldus de Calidis.

129 An secundus maritus qui habuit in dotem omnia, quæ habebat primus vir, possit petere fundum possessum à primo marito extra dotem. Bebius Martellus supra 57.

130 An minor manumissionem cum iuramento factam, non seruata solennitate, possit reuocare. Filius abbati.

131 An donatio facta loco pio & religioso cum expressione, quòd donat pro remedio animæ suæ, & parentum suorum, sit inter viuos, an causa mortis, & sic possit reuocari. Pisacus de Robertis.

132 An supradicta donatio valeat sine insinuatione, vltra legitimum modum, & de iure subsistat. Donatio facta hospitali.

133 An dominium vtile acquiratur ex solo contractu facto loco pio seu religioso. De tertia verò quæstione.

134 An mandans oues in pascuis existentes, furto subtrahi, si mandatarius subtrahit oues ipsius mandantis, possit contra eum agere de furto vel alio remedio, vel ille vigore mandati prædicti se tueri. Gaius Seius Lucio Titio.

135 An domino nudæ proprietatis rei immobilis vendita, fieri debeat restitutio fructuum à malæ fidei vel bonæ fidei possessore, si extant, ratione possessionis iudicis officio. Quæritur vtrum.

136 An is, qui præscripsit rem, à cuius possessiōe cecidit, ad dominū reuersa, & iterum eius rei possessionē est nactus: possit se tueri contra dominum, volentem vēdicare eam rem præscriptam. Cum Gaius Seius.

137 An emptor qui præscripsit fundum emphyteoticum, & se obtulit domino soluere pensionem illius anni & futurorum, sibi præiudicauerit in iure suo præscriptionis. Emphyteota fundum.

138 An debitor bona fide accipiens mutuò nummos stāneos pro argenteis, & vt tales bona fide expendens, in restitutione teneatur ad argenteos. Quæritur si creditor.

139 An emens bona fide rem conductam ab ipso conductore, qui præstabat continuè domino pensionem: si annis 10. sine aliqua interruptione possideat, à domino possit molestari. Quæritur si colonus.

140 An laicus qui officium ecclesiasticum in laicos non cadens habuit ipse, & sui antecessores à tanto tempore, cuius non est in contrarium memoria, possit ab eo remoueri, vel si illud dimisisset, repetere. In quadā ecclesia.

141 An soluens idem debitum bis, ex causa iudicati possit repetere, & quando. In illa quæst.

142 An obligatus deferre pecuniam Bononiam scholari, si inde recesso deferendam alteri dedit, sit liberatus. Gaius Seius.

FINIS.

QVAESTIO:

QVAESTIONES DOMINICALES ANTIQVISSIMI IVRIS DOCTORIS D. Bartholomæi Brixienfis, acerrimi iudicii Iurifconfulti, qui 100. ferè annis ante Bartolum floruit, tempore Guilielmi Duranti, per titulos digestæ.

PRAEFATIO.

AD laudem & gloriam Saluatoris nostri Iesu, facratifsimæque eius genitricis virginis perpetuæ, & fanctæ Romanæ ecclefiæ, cui preest Gregorius 9. Pót. maximus, & ad vtilitaté venerabiliú Boñ. & alibi in iure Canonico ftudentium, Ego Bartholomæus Brixienfis, inter pontificij iuris interpretes minimus, breuem Summulam Quæftionum Dominicalium, & breuiorem Venerialium (quas tanquam flores amœnifsimos in præfati Gregorij noni, & aliorú fummorum pontificum floridifsimo viridario recolligés) compofui, quas prudens lector, prout fuæ difcretioni confonum, videbitur adaptauit. Præfato lectori humiliter fupplicando, vt fi quid inepté, perperàm, aut minus bene decifum inuenerit, meæ ineptiæ attribuens, infufficientiam meam benigne dignetur tolerare. Si quid verò vtile aut notatu dignum comperiat, omnipotenti Deo, qui omnium bonarum artium fons eft & origo, gratias referens, præfens (quanuis exiguú) munufculum non dedignetur fufcipere.

DE CONDITIONIBVS. appofitis.

SVMMARIVM.

1 *Criminofus mulieri nunquid reftituendus, qui ob delictum fuit miffus in monafterium, ea lege vt plecteretur fi egrederetur. Et in cafu reftitutionis, an morti tradendus.*
2 *Coniugatorum conuerfio quid requirat,*
3 *Conuerfio qua fœderis coniugalis prabet proftitutionem, reprobatur.*
4 *Adulterij fol a caufa virum ab vxore feparat.*
5 *Præceptum iniquum non obligat.*
6 *Mulier in publicè factis ignorantiã allegare nequit. Mulier fine culpa iure fuo priuari poteft, non autem fine caufa.*
7 *Interficere, aut mortis caufam prabere, nõ differunt.*
8 *Intraffe non videtur, qui citò exiuit: nec exiuiffe, qui voluntariè non exiuit.*

Quæftio 1.

1 QVIDAM † habens vxorem, condemnatus eft de crimine capitali, qui dum ad patibulum duceretur, fupplicauit iudici, vt ad vitam eum referuaret: iudex tandem fub ea conditione fibi remifit, fi monafterium intraret, ita quòd fi contingeret ipfum exire monafterium, decapitaretur. processu verò temporis cùm intraffet monafterium, vxor eum requirit. Quæritur, vtrú fit ei reddendus: & fi reddendus fit, an fit decapitandus.

PRO. Quòd fit ei reddendus, manifeftè probatur.
2 † Nam cum vir & vxor fint vna caro, non debet vna pars conuerti, & altera in feculo remanere, vt extrauagan. de conuerfi. coniugat. cùm fis præditus, ne illius conuerfio vxori fiat perditionis occafio, vt 27. queftio. 2 Agathofa. Nam duo exiguntur ad hoc, vt ingreffus teneat: vt ipfa fimiliter conuertatur, fi fufpecta fit, vt extrauagan. de conuer. coniug. vxoratus: & quòd licentia adfit vxoris, vt extrauag. eo. titu. c. j.

¶ Item ifte metu mortis intrauit, ergo eius ingreffus non tenuit, vt extrauagan. quod metus caufa. perlatú. ¶ Item nunquid vxor quæ non deliquit, debet puniri, cùm delicta tantum fuos actores debeant coarctare, vt extrauagan. de his quæ fiunt à ma. quæfiuit, in fine.
3 & C. de pœnis. l. fancimus. & certe non. nam † apud Deum non approbatur talis conuerfio, quam fequitur coniugalis fœderis proftitutio, vt 27. quæftio. 2. fi quis coniugatus.

¶ Item res inter alios acta, non debet aliis præiudicare, vt C. res inter alios acta, per totum. & extraua. de fide inftrumen. c. inter dilectos. ergo nec fententia ifta præiudicat vxori illius, vt C. de re iudica. fæpè.
4 ¶ † Item fola eft caufa adulterij quæ feparat virum ab vxore, vt 32. quæfti. 7. omnes caufationes. ergo non obftante præcepto iudicis fecularis, eft reddendus vxori, cùm leges in hoc cafu facros canones imitentur, vt 2. quæftio. 3. §. hinc colligitur. ¶ Sed quòd redditus vxori, puniri non debeat, fic probo: Quoniam quicquid fit iudicis vel iuris authoritate, iuftè fit, vt ff. de acquiren. pof. iure pofsidet. immò excufatur iuris authoritate, vt 14. quæft. 5. dixit. quod enim legitimè factú eft, pœnam non meretur, vt C. ad l. Iul. de adulter. Gracchus. ergo cum ifte fuit legitimè reuocatus, puniri non debet. ¶ Item cùm ifte coactus exierit, non videtur exiffe, cùm potius pati quàm agere videatur, vt 7. quæftio. j. imitationes. & 5. diftinctio. ad eius. & ita cùm nõ extet conditio, non punietur.
5 ¶ † Item cùm iudex dixit: fi exiret, decapitaretur, aut intellexit, fi exierit fpontaneus, aut repetitus ab vxore: fi in primo modo intellexit, non obftat, quia ille fpontaneus non exiuit: fi fecúdo modo intellexerit, iniquifsimum fuit præceptum, & illum nullo modo obligauit, immò præmium mereretur fi contrà venit, vt 14. diftinction. quod ait. 13. dift. quomodo.

CONTRA. Contrarium probo, mulier ifta fciuit & tacuit quando ifte intrauit monafterium, ergo tacédo videtur confenfiffe, vt 54. diftinctio. fi feruus. & fufficit, & quòd ipfa eum velari permifit, ad hoc, vt amplius eum non repetat, vt 33. quæftione 5. quod vxorem:
6 immò conuerti debet, vt ibi dicitur: † nec poteft mulier ignorãtiam allegare in his quæ publicè facta funt, vt 16. diftinction. quod dicitis, vt extrauagan. de poftulatio. prælato. ad hoc. ¶ Præterea res inter alios acta, alij præiudicat, fi præfens fuit. & nõ appellauit, vt ff. de re iudi. fæpè. §. fciétibus. nec obftat, fi mulier priuetur iure fuo fine culpa fua, cú hoc fæpè contingat, nõ tamé fine caufa, vt extrau. vt lit. non conteft. quoniã. § fi auté de carnali. ¶ Præterea non videtur mulier audiéda, cú
7 velit effe caufa mortis mariti, fi exeat: † quia nil refert, an quis interficiat, an mortis caufam præbeat, vt ff. ad l. Aquil. qui occidit. & ff. ad l. Cor. de fic. nihil intereft. Quia igitur tutior via eft eligenda, vt homicidium nõ committatur, vt 33. q. 2. fi quod verius. nec metum iuftú poteft quis allegare, cùm in talem metú inciderit culpa fua, vt ff. quod metus caufa. l. fi mulier. in princip. ¶ Præterea fi mulier non repetat, poteft de morte excipere, vt extraua. de refti. fpol. ex tranfmiffa.

PRO. Quòd autem ifte decapitãdus fit, fi exiret, pro-

batur:quoniam sub ea conditione intrauit, vt decapi-
taretur, si exiret. vnde cùm conditio extet:decapitari
debet, vt extrauag. de condi.appo.c.3.quæsti.4. nec iu-
uat eum si vxor eum repetat, cùm possit cõtra eam de
metu corporis excipere. vt dictum est pauloante.
¶ Preterea, iudex generaliter dixit, si exiret, ergo quali
tercũque exierit, puniri debet, cum generaliter dictũ,
generaliter sit intelligendum, vt 15.q.3.§.cũ autem.cir-
8 ca fin.& 19.distin.si Romanorum. ¶ †Pręterea, nõ vide-
tur intrasse, qui ita citò exiuit, vt ff.de in rẽ verso.si pro
patre.§.versum.& de poen.l.diuortium.& extr.de ver-
bo.signi nam & ego.

SOLVTIO Credo eum esse reddendum. arg 27.
q.2.Agathosa. Nec redditus debet interfici:quia exisse
non videtur, qui voluntariè non exiuit. argu.l. aliena-
tiones ff famil.erciscũ.& c.mutationes.7.q.j.ibi. Nec
enim transfertur de minori ad maiorem, qui hoc non
ambitu, nec ꝓpria volũtate facit, sed aut vi à propria
sede depulsus. aut necessitate coactus. Si tamen de fa-
cto timeret de morte, & iudex ei minetur, habet exce-
ptionem contra mulierem eum repetentem. vt extr.de
restitut.spolia.c.literas.& c.ex transmissa.eo.titul.

SVMMARIVM.

1 *Electus in canonicum sub conditione, ne præbendam peteret, si alius sit præsentatus, nunquid præbendam petat..*
2 *Defuncti voluntatem non seruantibus, donatum aufertur.*
Electio absoluta non recipit conditionem.
3 *Conditio in traditione rei apposita, est seruanda.*
4 *Pacisci vt sibi non liceat vti rebus suis, nemo potest.*
5 *Defuncti voluntas etiã expressa, pacto remitti potest.*
6 *Priuilegium de facili perditur.*

Quæstio 2.

1 EPISCOPVS † dedit certam ecclesiam cuidã
ecclesiæ cathedrali tali tenore, vt nulli deberet
cõferri, nisi qui esset canonicus illius ecclesię ca-
thedralis, deinde canonici elegerunt quendam ad ec-
clesiam illam, postea eum in canonicum elegerũt. hoc
autem adiecto in cõfirmatione, ꝙ esset canonicus, nec
tamen haberet præbendam: quæritur, an ille taliter in
stitutus, prębendam petere possit.
2 PRO. Quòd possit, probatur primò, † quia vltima
voluntas defuncti pro lege seruanda est, vt 13 quæstio.
2.vltima voluntas.& C.de sacrosanct.ecclesi.l.j.& qui
non seruant voluntatem defuncti, id quod datum est
eis, potest auferri, vt 40.quęstio.j.Siluester.& extra.de
voto.licèt ¶ Item cum iste clericus absolutè sit elect⁹
ad ecclesiam illam, hęc absoluta electio non recipit
aliquam conditionem, vt 32.quęst.vlti.ei.& C.de don.
quę sub modo.l.perfect.vbi dicitur quòd postquã do-
natio perfecta est, non admittit aliquam donationem;
3 † conditio enim in traditione rei apposita, seruanda
est, vt in authenti.de ali.emphyt.§.sancimus.coll.vlti.
& ff.de pact.l.penul.& C.de pact.inter empt.& vendi.
l.vlti. Immò si conditio non seruatur, talis donatio est
penitus reuocanda, vt C.de condiction.ob causam.ea
lege. nec obstat dictæ legi, si dixit electus se nolle præ-
bendam: quia hoc fecit timens vexationem, vt extr.de
institut.cùm venisset. potuit enim ius suum redimere,
vt extrauagã.de Simo.dilectus. nec ipsi possunt ei ob-
iicere, quod non possit simul habere ecclesiam illam,
& canonicã, cùm ecclesia illa adhæreat canoniæ, vt ex
tra.de præben.extirpand. ¶ Item postquam ipse cano-
nicus est, nullum pactum ei obstabit quin habeat præ
bendam, vt extra.de præbend.cùm dilectus.
4 ¶ †Item qui habet haustum, & iter habet, sed credẽ-
do tantum houstum, nihil agitur, vt ff.de ser.rust. præ.
l.3 vlt. ¶ Item nemo potest pacisci, vt sibi non liceat v-
ti rebus suis, vt C.de contrahen.emp.dudum. ergo nec
iste potuit hoc agere de præbenda sua, vt ff.de pactis.
nemo. ¶ Item quod nondum competit, repudiari non
potest, vt ff.de acqui.hered.qui superstitis.& ff.de suc.
edict.l.j.§.decretalium, & ff.de lega.2.si infra scriptũ,
2.si sub conditione.

CONTRA Nunquid iste clericus recipiendo ec
clesiam, videtur renunciare præbendæ? videtur ꝙ sic,
vt extrauagan.de concess.præbend.literas ¶ Item iste
iuri suo spontè renunciauit, ergo non est amplius au-
diendus: vt extraua.de restit.spol.accepta. præiudica-
uit enim sibi per talem renunciationem, vt extra.de in
5 stitut.c.cum venissent.circa fin. † Nec obstat voluntas
testatoris, cum illa contra legem mutari non potest. vt
extraua.de testa.requisisti.& ff.de legat.j.nemo potest.
Sed lex communis est, vt non possit simul habere ec-
clesiam & præbendam, vt extra.de cleri non resid.quia
nonnulli. ¶ Item voluntas defuncti quantumcunque
sit expressa, pacto remitti potest, vt C.de pact.conuen.
l.incertum. ¶ Item pone ꝙ voluntas defuncti tenuerit:
tamen quàm cito voluit iste clericus esse contentus il-
la ecclesia sola, non dicitur mutari voluntas, nec ei fit
iniuria, cum redeat ad statum pristinum. quod apparet
in tali exemplo: mulier paciscendo non potest condi-
tionem dotis facere deteriorẽ, sed si paciscatur vt ho-
die reddatur ei, demum paciscatur vt post annum red
6 datur, non fit conditio dotis deterior, † quia res redit
ad ius commune, vt ff.de pactis.l.si munus.§.pactus ne
peteret. de facili enim perditur priuilegium, vt extrau.
de condi.c.cum excessissent. ¶ Item renunciando tem
porali, videtur renuntiare spirituali, vt j.q.3.si quis.
¶ Item remittentibus actiones suas, amplius nõ est re-
cursus ad illas, vt instit.de iniur.§.vlti.& ff.de ædilitio
edict.quæritur.§ si venditor.

SOLVTIO. T.dicit, ꝙ clericus iste potest petere
præbendam, cum videatur ibi esse diminutio præben-
dæ. sed forte posset dici, ꝙ simonia est ex vtraque par-
te, vt extra.de eccle.bene.sine di.confe.c.vt nostrum.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium, nunquid prædij donatorẽ qui post vitã donauit, alere teneatur, prædio chasmate amisso,*
2 *Casus fortuiti, humano iudicio nequeunt præuideri.*
3 *Societas leonina quæ sit.*
4 *Donatio ꝓpter causam, causa cessante, nũquid cesset.*
5 *Interitus naturalis ad actorem pertinere debet.*
Casus fortuitus, ad conductorem non pertinet,
6 *Possessionis onus, diminuta possessione, minuendum.*

Quæstio 3.

1 LAICVS † quidam dedit cuidã monasterio præ-
dium quoddam, ea conditione adiecta, vt in vita
sua deberet eum monasterĩũ alere, sed post mor-
tem suam prædium illud monasterio remaneret. post-
ea prædium chasmate periit, est in quæstione, vtrũ de-
cætero eum monasterium alere teneatur.

PRO· Quod teneatur, probatur: Nam qui onus
sentit, commodum sentire debet, vt institut.de leg.pa-
tu.circa fin.& in extrauag.de vita & honest.cleri.cum
ab omni specie.circa medium, & in extrauagan. de te-
2 sti.cum in officiis. † sicut qui incómodum sentit, com-
modum sentire debet, vt 12.quęstio.2.charitatem, & ff.
de regu.iur.secundum naturam. ¶ Item sufficit quod
res ab initio vtiliter cœpta fuerit, licet res non fuerit
bonum exitum habitura, vt ff.de negociis gestis, sed
an vltro, §.primo. vnde si postea res periit, nulla pote-
rit restitutio postulari, vt ff.de minoribus l. verum.§.
item non restituitur, & sequenti. ¶ Item res ista casu
periit, ergo tradenti eam imputari non debet: cum
casus

casus fortuitus humano iudicio præuideri non pos-
2 sit,vt† C.de pig.actio.quæ fortuitis.& l.dist.sæpè.& ff.
de administra.re.ad ciui.perti.l.2.§.ad frumenta.¶ Itẽ
si istud prædium excreuisset per alluuionem, ecclesia
non denegaret alimenta sibi,ergo & modò audiri non
debet,cùm non esset contrarium postulatum,si prędiũ
3 decreuisset.C.de solutio.cùm pro pecunia.¶ †Item ta-
lis societas dicitur leonina,si quis vult spem lucri ha-
bere,ita quòd alter totum periculum damni subeat,vt
ff.pro socio.si non fuerit.§.ita coiri.vnde nó est admit
tenda,cùm contractus claudicare non debeat,vt ff.de
arbit.l.sicut dies.§.penult.in fin.& ff.eo.tit.si de meis.
in primo responso.4.quæstio.4.nullus.¶ Item quanuis
donatio ista statuta fuerit propter causam,tamẽ ea ces
sante,effectus cessare non debet, vt 32 quæstion.j.dixi.
in fin.& 19.quæstion 2.dic,& institu.de rerum diuisi.§.
sacræ.¶ Item post venditionem perfectam, totum cõ-
modum & incommodum spectat ad emptorem, vt ff.
de pericu.& commo.rei vendi.l.ideo à simili,cùm do-
natio ista perfecta fuerit,totum periculum spectat ad
monasterium.

CONTRA. Contrarinm probo: Nam cessante
causa,cessare debet effectus,vt j.quæstione.j.quod pro
necessitate,& quæstio.7.quod pro remedio.& 63 dist.
§.verum.& ff.de regulis iuris.cùm principalis causa.
ergo cum hic causa cessat,cessare debet effectus.
4 ¶ †Item non refert vtrum nulla fuerit ab initio causa,
an causa subfuit ab initio,sed finita sit,vt ff.de condi-
ction.sine causa.l.j.¶ Item si debeam tibi aliquam pen
sionem pro re conducta,& res periit,nullam soluá tibi
amodò pensionem,& si solui,repetam quod dedi, vt ff.
loca.l.si vno. ¶ Item quis tenebatur præstare alimen-
ta ex fundi vsufructu:sed finito vsufructu, non præsta
bit alimenta amodò,vt ff.de annu.lega.l.Titia.à simili
ergo,cùm alimenta ex fructu fundi præstentur, destru
cto fundo.non præstabuntur decæterò.¶ Item particu
laris ruina ad damnum ecclesię pertinet,sed totalis ad
damnum domini,vt institu.loca.§.adeò.ergo & hic dã
num ad donatorem pertinet,cum totus fundus perie-
rit.¶ Item nónne ecclesia læsa fuit accipiẽdo fundum
ruinosum.ergo restitui debet,vt extr.de in integ.resti.
c.j.in eod.tit.c.cum ex literis.& in extrauag.c. coram.
cùm census sine causa solui non debeat,vt extra.de cẽ
5 sibus,c.peruenit.¶ †Item naturalis interitus ad acto-
rẽ pertinere debet,vt ff.depositi.l.si plures,in fin. ergo
& ad istum qui petit alimenta,pertinebit.¶ Item casus
fortuitus non pertinet ad conductorem, vt ff.locat. ex
conducto.§.vltimo.ea enim quæ de nouo emergunt,
nouo auxilio indigent,vt extra de officio delegati. ca.
insinuãte,& ff.de interrogato.actio.de ætate §.ex cau-
sa. ¶ Item vltra facultates ecclesiæ procuratio ab ec-
clesia exigenda non est,vt 10 quæstio 3.illud.vt extr.de
censi.c.cum apostolus.in fin.& C.vt noua vec.institu.
6 non pos.l.j. ¶ †Item si possessiones minuantur,& onus
possessionis minui debet,vt C de allu.l.2.

SOLVTIO. Dici potest: quòd si tota res pereat,
periculum spectat ad dantem, si verò pars pereat, ad
ecclesiam,vt institut.locat.§.adeo,& C.de iure emphy
teu.l.j.circa finem.sed de qua parte intelligatur: dixit
P.de dimidia:alij intelligunt,si aliqua particula rema
net quòd totum damnum ad ecclesiam spectat.T. mi-
hi respondit.quòd si tantum remansit de prædio quòd
inde ille possit ali,tenebitur monasterium, & si totus
fundus periret,in nihilo teneretur ecclesia,ad similitu
dinem contractus emphyteu.Potest tamen dici,quod
si dedit fundum vt eius fructibus aleretur, tenet quod
dicunt: sed si dedit fundum simpliciter, vt monaste-
rium eum aleret, tunc monasterium omni casu tene-
retur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia fundum sub conditione, ne alienetur, da-
tum, alienare an possit.*
2 *Pacta ab omnibus seruanda.*
3 *Clerici captiuos redimentes & pauperibus erogãtes.spiritu Dei aguntur.*
4 *Testatoris priuata dispositio generalem canonis constitutionem immutare nequit.*
5 *Possessio ecclesiæ quibus casibus possit alienari.*
6 *Lex Dei maior est lege hominis.*

Quæstio 4.

1 QVIDAM † laicus ea conditione fundum ec-
clesiæ in testamento donauit, vt non liceret ei
fundum illum alienare:& si fuerit alienatus.q
liceat ei vel heredibus eius fundum ad
se reuocare: postea verò imminente redemptione ca-
ptiuorum,vel refectione ecclesiæ,vel graui debito ec-
clesiæ possessionem volebat alienare,non obstante ta-
li conditione.quæritur an possit.

PRO Quòd non possit alienare,& si fuerit aliena
ta,quòd valeat reuocari,sic probo: nam quodcunque
pactum appositum fuit in traditione rei, valere debet,
vt ff.de pact.in traditionibus,& C.de pact.inter emp.
2 & vend.l.vlti.¶ †Præterea,pacta sunt ab omnibus ob-
seruanda,vt extrauagan.de pact.c.j.in fin.& ca.3.& ff.
de pact.iurisgen.§.prætor ait.& si facta sunt inter ho-
stes,vt 22.quæstion.4 §.innocens.& 23 quæstion.j noli
existimare.¶ Item in traditione rei suæ potest quilibet
imponere seruitutem quam velit.vt extrauagan de iu
re patronat præterea.& 18 quæstion.2 Eleutherius, &
ff.communia prædior.tam vrban.quam rustico.si quis
duas ædes.& C.si mã ita ali.ea quidem.¶ Præterea ex-
presse dicit authen.quòd in redemptione captiuorum
talis possessio alienari non potest,si illa cõditio appo-
natur,vt in authẽ.de alie.& emphyteu.§.sanctissimas.
calla.9.¶ Item lex dicit,quòd si talis conditio fuit ap-
posita,quòd dominium non transferatur: & si aliene-
tur poterit reuocari, vt ff.de condict.ob caus.dato.ea
lege dicta.in fine.& C.de pact.inter emptor.& vendi-
to.cùm de fundo,& C.de rerum permuta.rebus certá
lege traditis.¶ Præterea ecclesia semel pactũ illud ap-
probauit,ergo illud amplius reprobare non potest, vt
18.q 2.dilectissimi.& dist.4.in istis.

CONTRA. Sed cer è contrarium probo:Nemo
enim paciscẽdo id efficere potest,ne liceat ei rem suá
alienare,vt ff.de pact l.penul.
3 ¶ †Præterea clerici spiritu Dei & priuata lege ducũ-
tur.cum velint captiuos redimere,& alimenta paupe-
ribus erogare,ergo nullo pacto vel lege publica coer-
centur,vt 19.quæstione secunda.duæ sunt.circa finem.
& in extrauagan.de regula & transeun.ad religionem.
licèt priuata lex præiudicet publicè,vt dicitur in ea-
dem decret.
4 ¶ †Item pactũ illud,ne pauperes alãtur,ne captiui re-
dimantur,est contra bonos mores & contra publicam
vtilitatem,ergo nullo modo seruandum est,vt ff.de pa
ctis iurisgent.§ generaliter.& C.eod.titul. pacta quæ
contra leges.pactis enim priuatorum, iuri publico de
rogari non potest,vt in extrauagan.de foro compet.c.
si diligenti.& ff.de pact.ius publicum. ¶ Item priuata
dispositio testatoris non potest generalem cõstitutio-
nem canonis immutare,vt extrau.de testi.requisisti. &
ff.de leg.j.nemo potest.& ff.de pactis. contra iuris ci-
5 uilis regulas:sedd iura canonica & ciuilia dicunt,† q
in his casibus possessio ecclesiæ potest alienari, vt 12.
quæstion.2.aurum.& 10 quęstion 2 in hoc ius, & in au
thentica de ecclesiastica & immobili rerum alien.col
lation.quinta.ergo dispositio illius testatoris non va-
luit.
¶ Pręterea intelligenda erat talis cõditio si res permã-
serit in eodẽ statu,vt 22.quęstion.2.ne quis arbitretur,

& ff. de solut. cùm quis. in princip. ea enim quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent, vt ff. de interroga action. de ætate. §. ex causa extraua. de offic. iud. de-
6 lega. insinuante. ¶ † Itē maior est lex Dei quæ hoc præcipit, quàm lex humana, vel pactum hominis, ergo est præponenda, vt 10. dist lege. circa finem, vt 27. q. 2. sunt qui dicunt. immò videtur iste esse occasio mortis pauperum & captiuorum, vt ff. ad l. Cornel. de sicar. nihil interest.

SOLVTIO. Credo quòd si ecclesia non habeat alias res, quas commodè alienare posit, hanc possessionem poterit alienare. pacto non obstante. maior tamen pars legistarum dicit contrarium, per authen. de alie. & emphy. §. sanctisimas. colla. 9. idem dicit T. extrauag. de condi. appo. verum in quadam gloss. quæ sic incipit. C. de condi. ob cau.

SVMMARIVM.

1 *Religionis ingressus sub conditione, vt possit quis proprium possidere, an valeat.*
2 *Conditio impossibilis obligationem non inducit.*
3 *Religio est voti, & non præcepti.*
4 *Contractus conditionalis quando teneat, fracta conditione.*
5 *Monachus mortuo comparatur.*
6 *Superflua non vitiant contractum.*

Quæstio 1.

1 QVIDAM † sub ea conditione religionem intrauit, vt liceret ei habere proprium. est in quæstione, vtrum teneat ingressus. fracta conditione, an non teneat.

PRO. Quòd non teneat ingressus. si ea conditio apponatur, manifestè probatur. Nam sub conditione matrimonium carnale cōtrahitur, ita demum tenet illud matrimonium, cùm conditio fuerit adimpleta, vt extrauag. de condi. appo. super eod. & in c. de illis, & 28. q. j. nō oportet. ergo fortius in spirituali matrimonio, si conditio deficiat, obligatio non tenebit.
2 ¶ † Item talis conditio fuit contra substantiam monachatus, ergo talis contractus nullo modo non tenebit, vt 32. q. 2. solet quæri. & c. sequen. & 27. q. j. si infidelis. circa fin. ¶ Præterea talis conditio est imposibilis, cùm etiam dominus papa dispensare non posit, vt extr. de statu monach. cùm ad monasteriū: ergo apposita, nulla obligatio inducitur ex contractu, vt ff. de act. & oblig. non solum, & ff. de regul. iur. imposibilium. ¶ Item nō vult aliter fieri monachus, nisi habeat proprium, ergo non potest cogi ad monachatum, nisi habeat propriū,
3 † cùm religio sit voti, & non præcepti, vt 32. quæstio. j. integritas, & 22. q. 3. præsens clericus. ¶ Item imposibilis conditio semper vitiat contractum, vt institut. de inutil. stipula. §. imposibilis, & ff. de verbo. oblig. imposibilis conditio. ¶ Item in turpi cōditione, vt ff. de oblig generaliter.

CONTRA. Contrarium probo: Nam in carnali matrimonio turpis conditio apposita frangitur, & matrimonium tenet, vt extr. de condi. app. c. j. & 22. quæst. 4. inter cætera. ergo multo fortius in matrimonio spirituali debet turpis conditio frangi, & durare matri-
4 monium. ¶ † Item quandoque apponitur cōditio quæ est contra naturam contractus: & tamen cōtractus tenet fracta conditione, vt 10. q. j. si quidem.
¶ Item ordinatio tenet, licèt apponatur aliquid, quod sit contra naturam ordinationis, scilicet quòd diaconus habeat vxorem, vt 28. distinc. diaconi. ¶ Item protestatio nihil prodest, si quis veniat contra suam protestationem, vt extrauag. de appella. c. solicitudinem, & extrau. de consti cum M. Ferra. ergo nec huic protestatio valebit, cum directè veniat contra suam protestationem, religionem intrando. à conditiōne enim receditur per contrarium actum, vt extrau. de conditio. appo. c. per tuas. & in eodem titu. de illis. ¶ Item decretalis videtur expressa in hoc casu, vt extraua. ne cleri. vel
5 mona. insinuāte. ¶ Item hæc est vltima voluntas illius, cùm monachus mortuo comparetur, vt 16. quæst. j. placuit, & C. de episco. & cleri. Deo nobis, ante medium. sed in vltimis voluntatibus turpis vel imposibilis cōditio frangitur, & testamentum tenet, vt ff. de conditio. instit. sub imposibili, & C. de instit. & substitu. re-
6 prehendenda, quare monachatus tenebit. ¶ † Præterea superflua non vitiant contractum, vt ff. de verbo. obli. quæ extrinsecus, & ff. de acceptil. l. si is qui.

SOLVTIO. Credo quòd si talis cōditio apponatur, cùm sit contra substantiam monachatus, quòd non tenet ingressus, vt 32. quæst. 2. c. solet quæri. & c. sequenti. Secus si in primo faciat professionem: postea dicat, volo habere proprium aliquod: quia tunc monachatus tenet, & adiectio non valet, vt extrau. ne cleri. vel mona. insinuante, quod dicit T.

DE RENVNTIATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Clericus per indignationem renuncians in manibus episcopi beneficium, nunquid illud repetat, si statim pœniteat. 6.*
2 *Actiones suas remittentibus non est amplius ad illas regressus.*
3 *Appellationi tacitè renuntiat, qui iustitiam sibi fieri petit.*
4 *Mulier statim reuersa post libellum repudij, non punitur.*
5 *Renunciatio non obligat, si in scriptis nō est redacta.*
6 *Patientia sequentis temporis videtur auferre metū.*

Quæstio 6.

1 CLERICVS quidam † cùm indebitis exactionibus grauaretur ab episcopo suo, ita commotus, in manibus eiusdem episcopi suo beneficio renuntiauit, post renuntiationem statim vult idem repetere. quæritur, vtrum posit.

PRO. Quòd non, probo: dicit canon, quòd si aliquis donauit alicui ecclesiæ tumultuario mentis impulsu, quòd non repetit amplius, immò quod plus est, punitur ex ipsa repetitione. vt 17. quæstion 4. sunt qui opes. ergo à simili, & illud beneficium cui cesit, iracundia ductus, non repetet, cùm ex hoc puniri debeat.
2 ¶ † Item licet post transactionem factam incontinenti altera pars pœniteat, non prodest ei. vt Co. de transactionib. quamuis. nec lis potest amplius instaurari, cùm semel renuntiatum est, vt Cod. de pactis. postquam. remittentibus enim actiones suas nō est amplius regressus ad illas, vt 23. quæstione quarta. si illic, & ff. de solution. qui res §. aream. & ff. de ædilit. edict. quæritur. §. si venditor. ¶ Præterea solo facto renūtiat quis iuri suo: id est, præstando obedientiam aduersario, vt extraua.
3 de his quæ fiunt à maiori parte c. ex tenore. ¶ † Item dū aliquis sibi iustitiam fieri petit, factæ appellationi tacitè renuntiat, vt extrauagan. de appellatio. c. solicitudinem, etiam si contra potestatem, ergo multo fortius tenet renuntiatio expressa, vt ff. de condition, & demonstration. nonnunquam: quoniam si maritus dixit se nolle amplius agere de adulterio, amplius non auditur. ff. de adulter. l. si maritus. §. si negauerit. in fine. neque dolus vel fatua necesitas excusat aliquem, vt amplius audiatur post renuntiationem, vt extrauagant. quod metus causa, capitul. cùm dilectus. & 6. quæstione j. quàm periculosum. ergo nec iracundia excusat,

immò

immò imputetur suæ fatuitati, vt in præallega. decre. quod metus causa in fin. cùm quilibet etiam possit iuri suo renunciare, vt C. de pact. si quis in conscribẽdo.

CONTRA. Contrarium probo, quia dicit regula iuris, quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit indicium animi fuisse, vt ff. de regu. iuris. quicquid. ergo cùm hic non fuerit perseuerantia, repetere potest.

4 ¶ †Item mulier in breui reuersa quæ dederat libellum repudij, in nullo punitur, cùm alias amitteret dotem, vt de poen. dist. diuortium, & ff. de diuortiis, diuortiũ. temeritas enim faciliter veniam obtinet, & inconsultus calor calumniæ vitio caret, vt 2. quæstione 3. §. notandum. ¶ Item indiscreta renunciatio nullum obligat vt 22. quæstione 2. Gonsaldus, & extra. de renunciation. cap. dilectus filius.

¶ Præterea si quis animi leuitate ductus, imperatori male dixerit, non punitur, vt C. si quis imperat. malé. l. vna.

5 ¶ †Item omnis renuntiatio debet in scriptis fieri. vt 7 quæstione prima. § ecce. in fine. ergo cùm hic non fuerit, sic facta non tenet. ¶ Item si quis expresse dixerit se nolle agere sepulcri violati, tamen postea auditur agens, ff. de sepulcris violatis. l 3 § penulti. à simili ergo & iste auditus, maximè cùm ea quæ incontinenti fiunt, videãtur inesse, vt C. de pact. l. petens. & ff. si certum petatur. l. lecta est ¶ Item qui propter multas vexationes iuri suo renunciauit etiam instrumentaa reddendo, adhuc admittitur ad agendum, licèt sponte renunciauerit, vt extra de renun. c. sane. & c. veniens. Nõ enim oportet respici quid factũ sit, de quo animo fiat, vt 23. quæst 8 occidit. vnde cùm ex simplicitate renunciauit, reddendum est ei beneficium, vt extraua. de rerum permu. cùm vniuersorum, ne propria malitia prosit episcopo, vt extra. de rescript, cęterum. & cap. sedes apostolica.

6 SOLVTIO. Potest dici, † quòd si iste clericus incontinenti renunciauit suam renunciationẽ, bene auditur repetens: sed si perseuerauerit aliquantulum in renunciatione, patientia sequentis temporis videtur profugare metum exactionum precedẽtem, vt extrau. ne cleric. vel mona. insinuante. ¶ Idem dicit hic T. tamẽ dicit, quòd non potest amplius repetere. l. illa. quicquid colore, intelligitur in maleficiis, quod negat hic, cùm loquitur in diuortio.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium primum nunquid repetat bona medio tempore acquisita per monachum, qui de licẽtia aliud est ingressus.*
2 *Monachus proprium habere non potest, qui fugiens capi potest. 3. Et qui monasterium habet pro derelicto, post licentiam. 4.*
5 *Emolumento carere non debet, qui onera sustinet.*
6 *Decimam bonorum vouens, statim eius esse desinit cùm à suis bonis separauit.*

Quæstio 7.

1 ABBAS quidam cum capitulo licentiauit monachum suum, vt ad arctiorem transiret religionẽ, & iste postmodum vagando per mundum, multa lucratus est, demum monasteriũ intrauit. primum monasterium repetit bona quæ medio tempore lucratus est. quæritur an possit.

PRO. Quòd possit, probo: Nam iste non exiuit, nisi animo fugiendi, ergo donec ab alio deprahendatur, priori domino monasterio acquirere debet, vt ff. de acquiren. possess. l j. §. per seruum. in fine cùm à priori domino possideatur, vt ff. de furt. l. serui. § illud.

2 ¶ †Item iste monachus erat, ergo nihil habebat proprium, nec habere poterat, vt 12. quæstione 1. nõ dicatis, vt extra, de statu regu. ca. cùm ad monasterium: ergo donec ad aliud monasteriũ transierit, priori monasterio acquirere debet, vt 18. q. j. statutum. ¶ Item nisi ad aliud monasterium trãsire voluerit, remanet in potestate prioris, vt 22. q. 2. aliquis iam translatus. non enim prius intelligitur esse aliquis de numero militum, quàm ad numerum perueniat, vt ff. de mili test. ex eo tempore. cũ igitur ipso ingressu, priori monsterio se & sua dedicauerit, vt 19 q. 3. nunc autẽ, quicquid habet vel habere potest, priori monasterio acquirit, vt 19 q 3. perlatum.

3 ¶ †Item monachus iste fugiens erat vagabundus, ergo capi debebat & reduci ad monasterium suũ, vt 27. quæst. j. & quia & ff de custo. exhi. re. non est, & 18. quæstio 2. abbates. & ita per consequens, res ab eo acquisitas habebit monasterium. ¶ Item iste simulatè exiuit, solummodo vt haberet licentiam euagandi, ergo pro infecto haberi debet, vt C. de transactio. cum ea, & extraua. quod metus causa. perlatum ¶ Item data fuit sibi licentia ea conditione, vt intraret regulam arctiorem: ergo cessante conditione, cessare debet licentia, vt extraua. de condi. appo. verum. & C. de condi. inde. si ea conditione.

CONTRA. Quòd secũdo monasterio acquisiuit, manifestè probo: †Nam lex dicit, quòd ea quæ eo tem-

4 pore habere videbatur, quo monasterium primum reliquit & ad aliud transit, primo relinquat, vt in authẽ. de sanctis. episc. §. si monachus. coll. 9 ergo si quæ postea acquisierit, secundo monasterio applicantur, vt 23. q. j. statutum. ¶ Item cùm primum monasterium dedit ei licentiam transeundi ad aliud monasterium, statim habuit eum pro derelicto, ergo nihil in eo poterit amplius vendicare primum monasterium, vt ff. pro derelict. l. j. & 2.

5 ¶ †Præterea, secundum monasterium onera sustinet, ergo emolumẽtum aliquod habere debet, vt 12. quæst. 2. charitatem. & 16. quæst. 6. de lapsis. & 27. quęstio. j. si quis rapuerit. ¶ Item cùm primum monasterio publicè abrenunciauerit, per consequens & rebus abrenunciare videtur, vt 8. distin. quo iure. ¶ Item postquam iste translatus fuit ad secũdum monasteriũ, nihil habet commune cum priore, vt 21. q. 2. si quis iam translatus, & 19. q. j. ne pro cuiuslibet. ¶ Item iste monachus sic vagando & fugiẽdo deliquit, ergo arctiori monasterio est tradendus quàm fuerit primum, vt 27. quæ-

6 stion. j. si quis rapuerit. ¶ Item si aliquis decimam bonorum vouit, statim eius esse desinit cùm à suis bonis separauit, vt ff. de polli. l. a § si decimam quis bonorum. ita ergo iste desinit esse de primo collegio, ex quo abbas cum capitulo eum licentiauit, & ab eo fuit separatus.

SOLVTIO. Dixerunt quidam, quòd bona taliter acquisita, primo monasterio acquiruntur, quod tamen ego non credo, & T. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Abbas vtrum repetat bona quæ monachus per mundum lucratus est, quem ægrotantem recipere noluit.*
2 *Seruus ægrotans neglectus à domino, liber efficitur.*
3 *Patronus libertatem non alens, iura quæ in eo habebat, perdit.*
4 *Mulier sponte à viro recedens, dotem amittit.*
5 *Fraus commodum reportare non debet.*
6 *Abbatis delictum, in monasterij damnum redundare non debet.*

Quæstio 8.

1 ESTO † quòd monachum ęgrotantem abbas recipere noluerit, iste postmodũ cœpit vagari per mundum. & multa lucratus est. deinde aliud monasterium introiuit, primum repetit bona medio tempore acquisita. quæritur an possit.

PRO. Quòd nō possit, probo. Nam si quis seruum habebat pro derelicto, & ei neglexerit commonitus alimenta præstare, statim habet pro derelicto eum, & occupanti cedit, vt ff. pro derelict. l. vlti. à simili, & iste abbas monachum habebat pro derelicto, ex quo ei ne
2 gauit alimenta. ¶ †Item si quis seruum suum ægrotantem neglexit, denegando sibi alimenta, ipso iure peruenit ad libertaté, nec aliquid in eo dominus amplius sibi vendicat potestatis, vt C. de lati. liber. tol. l. vna §. sancim⁹. à simili, quicquid iuris in eo habuerit abbas, amisit, cùm alere eum neglexerit. ¶ Item ipso facto abrenunciauit personæ monachi, cùm eū de ecclesia eiecerit, vt extra de app. c. dilecti. & extra de his quæ fiūt à ma. par. ex ore. circa fi. ergo per consequens rebus ab
3 renunciasse videtur, vt 8. distinc. quo iure. ¶ †Præterea, patronus qui non aluit libertum suum, omne ius quod in eo & in hæreditate ipsius habebat, amittit, vt ff. de bonis lib. si patronus non aluerit, & ff. de iure patr. l. 5. in fi. idem est in filio, qui furiosum patrem procurare neglexit, vt C. de episc. audi. authē liberti furiosi, & ff. de his quib. vt indi. l. 3. & erit eius successor, qui eū recepit, vt in ead. auth. legitur. ¶ Item si quis seruum suū vel infantem exposuit, si infra 10. dies contestationis eum non receperit, omne ius quod in eo habet amittit, & velut homicida reputatur, vt 87. dist. si expositus, & C. de infan. expo. l. j. & 3. & à simili iste Abbas omne ius quod habebat in eo, amisit. nam necare eos videtur, vt
4 86. dist. pasce, & ff. de libe. agno. necare. ¶ †Item Abbas iste sua authoritate eum eiecit, ergo omne ius quod in eo habebat, amisit, sic mulier quæ sua authoritate à viro suo recidit, perdit dotem & donationem propter nup. vt C. de repu. consensu. §. hoc vbi vir.

CONTRA. Quòd secundum monasterium habere non debeat, sed primum, sic probo. Nam tempore illo quo vagabatur, erat monachus tantùm primi monasterij, ergo tantum ei acquirebat, vt 18. q. j. statutum. ¶ Item expresse dicit capitulum, 9 quicquid acquirit monachus vagādo per mundum, suo abbati acquirit, & ad monasterium debet reduci, vt 18 q. 2. abbates.
5 ¶ †Item secundum monasterium deliquit ipsum recipiendo, vt 19. q. 2. statuimus. circa fin. & 18. q. 2. abbates. in fin. c. & 72. dist. per totum. & 2. quæstion. 2 scriptum. ergo ex hoc commodum nō debet habere, ne commodum de sua fraude reportet, vt extra. de Simo. ca. sicut. in fi. & extra. de rerum permu. cùm vniuersorum. & extra. de rescrip. ex tenore. in fin restituat igitur quæ habet ab isto monacho primo monasterio. ¶ Iste cùm tradidit se secūdo monasterio, aut erat dominus illarum rerum quas medio tépore acquisiuit, aut non: si erat dominus, ergo monachus qui renunciauit proprijs, iam habet proprium, quod esse non potest, vt 10. q. j. non dicatis. etiam ex dispensatione summi pōtificis, vt extra. de statu. mo. cùm ad monasterium: si verò non erat dominus illarum rerum, ergo illarum rerum dominium habere non potuit, cùm nemo plus iuris in alium trāsferat quàm ipse habet, vt ff. de acquiré. rer. do. traditio.
6 & ff. de reg. iur. nemo potest. ¶ †Præterea, delictum abbatis in damnum monasterij redundare non debet, vt 16. quæst. 6 si episcopum. & C de pœnis sancimus, & extra de his quæ fi. à maio. par. c. quæsiuit. & C. ne vxor pro ma. ob maritorum & 12. quæst 3. illum. ¶ Item ipso ingressu omnia priori monasterio contulit, vt C. de sacrosanct. eccle. auth. ingressi. ergo præsentia & futur. vt 19. dist. si Romanorum, & C. quæ res pig. obli. poss. l. vlti. ¶ Præterea non potuit transire ad aliud monasterium, nisi transiret ad regulam arctiorem, & tunc non debuit ab abbate petere licentiam, vt extra. de regu. & trans. ad reli. licet. quod cùm non fecerit, primo monasterio restitui debet cum rebus suis.

SOLVTIO Si solus abbas sine consensu capituli hoc fecit, non fit præiudicium monasterio propter hoc, & bona habebit primum monasterium: quia delictum personæ &c. secus, si cum consensu capituli hoc fecit. Eadem quæstio est, si abbas monachum in delicto repertum, recipere noluerit, & eodem modo formanda & soluenda, T.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum ad prima vacatura habēs & contrahēs cùm virgine, qua mortua, vacauit vnum, nunquid illud iure petat.*
2 *Tempus medium inhabile, extremis habilibus, noceat an debeat.*
3 *Locum vacantem inueniens, quem ante amiserat, recuperare potest.*
4 *Matrimonium qua mente contrahatur.*
6 *Ecclesiam habere & vxorem, sunt maxime contraria & infensa.*
6 *Renuntiatio tacita quandoque plus operatur, quàm expressa.*

Quæstio 9.

1 QVIDAM †impetrauit rescriptum à domino papa de prima præbenda vacatura: sed antequam vacaret, contraxit cum quadam virgine: ea demum mortua præbenda vacauit. vult eam petere quæritur an possit.

PRO Quòd ad eam petere possit, probo: ille idoneus fuit tempore impetrati rescripti, & tempore morientis clerici, qui præbendam tenebat, ergo tempus medium obesse non debet sicut in hereditate contingit, vt instit. de here. qua & diffe. §. medio. & ff. de here
2 dib. instit. si alienum seruum ¶ †Item si area fuit mihi legata, & medio tempore inædificata fuerit, & rursus sit area facta, licèt medio tempore peti non potuerit, tamen peti potest nunc, vt ff. de lega 3. si chorus. §. area à simili, & huic tempus mediū obesse non debet. sufficit enim quòd tempore sententiæ in ea interfit, vt ff. de rei ven sinautem. §. possidere, & ff ad exhiben. tigni. §. si quis. ¶ Præterea illi præbendæ renunciare nō potest, quia eam petere non potest, vt ff. de succe. edic. l. j. §. decretalis. ¶ Item heres ante conditionem existentem, hereditatem non potest repudiare, vt ff de acquirend. here. l. is qui heres §. j. ergo nec iste ante conditionem
3 præbendam repudiare. ¶ †Item iste morte vxoris est restitutus in pristinum statum, ergo perinde habendū est, ac si nunquam aliquod impedimentum fuisset, vt ff. de ædil. edict. quod ita sanatum est, & 50. dist. ferrū. finis enim ad principium euolauit, vt 36 dist. ab exordio. ¶ Item causa impediméti cessat, ergo eius effectus cessare debet, vt 61. dist. §. his omnibus, & j. quæstion. j. quod pro necessitate. Nam licèt iure cōmuni sit vsus, propter hoc non renunciat priuilegio, vt ff. de re milita. si miles. vnde cum locum vacantem inuenit, recuperare potest si ante amisisset, vt 7 q eos & 10. q 3 eos, & ff. de mino l. quòd si mino. §. Scæuola. ¶ Item nō debet dici amisisse actionem quam nunquam habuit in illo intermedio, vt ff. ex quibus causis maio. l. iubemus. §. j. in fi. & extra. de despon impu. ad dissoluendū. id enim quod non est, rumpi non potest, vt ff. de iniusto rup. testa. nam & si sub condi.
4 CONTRA Contrarium prodo †Nam clericus coniugatus perdit priuilegium clericale, vt extra. de cleri coniuga. Ioā. & in eodem titul. quod ergo. & iste statim perdit priuilegium quod habebat. ¶ Item iste contraxit cum hac muliere, ea intentione, vt cum ea perpetuò permaneret, quia aliter non fuit matrimonium, vt 32. quæstion. 2 solet quæri. circa finem, & extrauagen. de condi. apposi. cap. final. & 37. quæstione. §. primo, circa principium, & ff. de ritu nuptiarum. l. prima. ergo statim habuit ecclesiam pro derelicto, & sic

decætero nō petet eam,etiam si habuisset, vt ff.pro de-
relicto.l.j.2.& vltima.¶Præterea actio siue species a-
ctionis semel extincta fuit,ergo ampli' non reuiuiscit,
vt 23.q.4.sed illic,& ff.de solution. qui res.§. aream.
5 ¶†Item ista contraria sunt,scilicet habere ecclesiam,
& vxorem,nisi hoc esset ex dispensatione:ergo eligen-
do vnum,non debet amplius habere recursum ad reli-
quum,vt C.de codicillis.l.vlti.circa princ.& C.de fur
tis.l.j.Petens enim contraria,non est audiendus,vt ex-
tra.de app.solicitudinem.in fi.& extra de præsum.c.j.
& 3.q.2.quàm præposterum,& C.de lib.caus. cùm pre-
cium:ergo postquam iste habuit vxorem, decætero ec
clesiam habere non potuit.¶Item solo facto renūciat
quis iuri suo,vt extra de his quæ fiunt à maio.par.cap.
ex ore.circa fin.& extra.de transa.ex literis,& C.de in
offic.testa.l.vlti.& extra.de offic.iudic.deleg.gratum,
& C.de iure do.imper.l.2. cùm iuri suo renunciare vi-
deatur,quia iuri suo contrarium facit,vt extra de con
6 sti.cùm accessissent,in fine.¶†Præterea quādoq; plus
operatur tacita renunciatio quàm expressa,vt nota.C.
de iura.cal.l.2.& decitur expresse ff de condi.& demō.
nonnunquam,in fine.¶Item priuilegium intelligeba-
tur conditionaliter,si res in eodem statu permaneret,
vt 22.q.2.ne quis arbitretur extra.de iureiur.quemad-
modum,& ff.de solutio.cùm quis,in prin.

SOLVTIO. Credo ꝙ ex toto deposuit animum
retinendi ecclesiam,contrahendo matrimonium, nec
amplius admittetur ad hoc beneficium Qui pro dere
licto habuit rescriptum & omne beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Clericus contraxit cum virgine,& probato inter eos*
consanguinitate,dissolutum fuit matrimonium,vtrū
ecclesiam possit repetere.
2 *Ecclesiæ renuncians,nunquid in ea petenda audien-*
dus amplius.6.
3 *Clericus coniugatus,priuilegio clericali non gaudet.*
4 *Veritas opinioni præfertur.*
5 *Verba cum effectu intelligenda.*

Quæstio 10.

1 CLERICVS quidam † cùm esset in minoribus
ordinibus constitutus.cum quadam cōtraxit in
facie ecclesiæ:postea probata consanguinitate
inter eos,ruptum est matrimonium.Clericus ecclesiā
suam repetit.quæritur an posit.

PRO.Quod non possit eam petere,sic probo: Nam
iste clericus cum vxore contraxit ea intētione, vt cum
ea perpetuo permaneret,alias non diceretur matrimo
niū.vt 32.q.3.solet quæri circa fi.& 27.q.3.§.j.circa prin.
ergo statim habuit ecclesiam pro derelicto, & desinit
eius esse,& occupanti cedit,vt ff.pro derelicto.l.j.& 2.
& vltima.& sic eam non repetet amplius.
2 ¶†Item facto suo quantum in se fuit, renunciauit ec-
clesiæ:ergo in ea petēda amplius non auditur,vt C. de
iure dominij impe.l.2.& ext.de his q̄ fiūt à ma.par.c.ex
ore.& C.de inof.test.l.vl.& ext.de offi.iud.dele.gratū.
¶Præterea,actio semel extincta amplius nō reuiuiscit.
vt 23.q.4.si illic,& ff.de sol.qui res.§.aream.remittenti
bus enim actiones suas,nō est amplius recursus ad il-
las,ff.de ædil.edict.l.quæritur.§.si venditor.
¶Item habere vxorem & habere ecclesiam, contraria
3 sunt, †cum clericus coniugatus non possit gaudere pri
uilegio clericali,vt extr.de cle.coniug.Ioh.ergo eligē-
do vnum,non est amplius recursus ad reliquum, vt C.
de codicill.l.vlt.circa princi.& C.de furt.l.j.
¶Itē sola intētio sufficit cum opere subsecuto, vt quis
debeat sacerdotio priuari.licet res non habuerit effe-
ctum,vt ext.de big.nup.in fi.& de pœn.di.j.siquis cum
telo ambulauerit,& ff.ad l.Corn. de sic.l.2.§.diuus.

¶Præterea,licet non fuerit in veritate matrimonium,
quo ad ecclesiam. tamen matrimonium fuit, cum fi-
lij nati medio tempore, legitimi extitissent, vt extra
qui fil.sunt leg. cum inter. quare ecclesiam non petet
amplius, maxime, cum non voluntate sit diuisus ab
vxore.

CONTRA Contrarium probo.cōstat enim ꝙ in
4 veritate non fuit matrimonium: † ergo debet veritas
opinioni præferri,vt 8.dist.veritate.71.dist quicunque.
& extr.qui fi.sunt le.per tuas,circa medium.
¶Item res redit ad antiquum statum,ergo perinde ha-
bendum est,ac si nunquam aliquod impedimentum in
teruenisset,vt ff de ædil.edict.ꝙ ita sanū est, & 50.dist.
1.ferrum.& ff.de condi.sine causa.si Fullo.
¶Præterea cessat causa impedimenti: ergo eius effe-
ctus discedere debet,vt 61.dist.§ his omnibus,& l.q.j.
quod pro necessitate,& ff de reg.iur.cum prin.causa.
¶Item si quis cessit bonis suis,si res adhuc extet,potest
eam recuperare,nec vendentur.vt ff de ces.bon.is quis
bonis,& l.quem pœnitet,& C qui bo.ced.pos.l.2. & ff.
de mi.l.ꝙ si minor §.Scæuola,quare ecclesiam suā re-
cuperabit iste.
5 ¶†Præterea,intelligēdum erat si cum effectu cōtraxis-
set,cum verba sint intelligēda cum effectu,vt de pœn.
dist.j.hæc autem verba,& extr de cle.non resi.relatum.
¶Item si non tenet matrimonium spirituale, cogitur
ad carnale reuerti,vt extra.de conuers.coniug.Quidā
intrauit,& c.j.ergo multo fortius si non tenet carna-
le,cogitur ad spirituale reuerti. ¶Item probata con-
sanguinitate quicquid alter alteri dedit,recuperat,vt
extra.de don.inter virum & vxorem.c.j.2.& 3.à simili
videtur,ꝙ ecclesiam suam recuperabit iste.cùm eccle
sia mitius agere debeat,vt extra.de dolo & cont.c.j.&
16.q.vltim. quicūque,in fi.ea enim quæ de nouo emer-
gunt,nouo auxilio indigent,vt ff.de inter.act.l.de æta
te.§.ex causa,& extra.de offic.iudi.deleg.insinuante.
6 SOLVTIO †Quidam dixerūt,quòd si ecclesia nō
dum est alij collata,eā recuperet,per l.ff.de mi.l.quòd
si minor.§ Scæuola.Ego tamen credo quòd nunquam
admittitur,cùm suo facto ecclesiæ renunciauerit,vt ex
tra.de his quæ fiunt à ma.par.c.ex ore & extra.de app.
dile.& quia ecclesiam habuit pro derelicto, vnde eam
statim amisit,vt ff.pro derelicto.l.2.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an & quando possit procedere rescripto papæ*
deperdito.6.
2 *Instrumento priuato authoritate iudicis authēticā-*
to,nunquid credendum.
3 *Scelus semel examinatum,nunquid iterum exami-*
nandum.
4 *Exempla tantum edi vtrum sufficiat.*
5 *Conueniri per scriptura exemplum nemo debet.*

Quæstio 11.

1 QVIDAM †impetrauit rescriptum à sede apo-
stolica super causa criminali vtraq; pars appro
bauit rescriptum, & renunciauit omni exce
ptioni quæ posset obiici contra rescri-
ptum:deinde authoritate iudicis,& partibus approbā
tibus,exemplatum fuit rescriptum,& redactum in aliā
formā publicā per tabellionē. Quæritur,vtrum iudex
posit ꝓcedere,amisso postea rescripto domini papæ.

PRO.Quòd posit procedere sic probo:Nam si in-
strumēta aliquod priuatum,authoritate iudicis in pu-
2 blicam formam fuerit redactum,† fides ei adhibetur
perpetuò,vt C.de testa.publicati,& C.de re iudica.ge
sta.ergo huic scripturæ authenticatæ iudicis authori-
tate,fides est meritò adhibēda.¶Præterea, quilibet ad
mittitur ad probandā amissionē,& tenorē instrumēti
vel priuilegij,& tali probatiōi crediī,vt extr.de priui.

cùm olim.immò ſuper amiſsione inſtru.ſtatur proprio
iuramento,vt C.de fide inſtru.l.vlti.§.ſi autem.multo
fortius ſtabitur hic ſcripturæ tranſcriptæ per manum
publicam,cùm ibi ſint teſtes,& authoritas iudi. & ta-
bellionis,& iudex procedere poteſt.¶Item contra re-
ſcriptum neutra partium poterit decætero aliquid al-
3 legare.†cum enim ſcelus examinatum fuerit,amplius
examinari non poteſt,vt extra.de offic.lega.licet. & ff.
nau.cau.ſta.licet.§.3 ¶Præterea ſemel approbatū fuit
reſcriptum,ergo amplius reprobari non poteſt, vt 22.
q.5.horrendus.& 18.quæſt.j.dilectiſsimi.& ff.de adult.
l.vxor,in fi.& ita reſcriptum non poterit amplius re-
probari. ¶Item vtraque pars renunciauit exceptioni
contra reſcriptum,ergo non auditur contrà opponés,
vt 7.q.j.quam periculoſum.extra.de renun.quidam, &
4 in eod.tit.quod in dubiis.¶†Præterea,ſufficit ꝙ exem
pla edantur,vt ff.de edend.exempla.

CONTRA. Sed quòd per hanc ſcripturam non
poſsit iudex procedere, manifeſtè probo: Nam ſi au-
thentica ſcripta nō habueris,ad exemplaria nihil poſ-
ſimus facere,vt extra.de fid.inſtru.c.j.& 25.q.2.ſtimus.
¶Præterea,ſi quis in aliquo documento alterius mē-
tionem fecerit,non valebit,niſi primum demōſtretur,
vt in authen.vt ſponſal.larg.§ 3 colla.9.
¶Item lex dicit expreſſe,quod nunquam creditur de-
legato à principe, niſi literas ſuæ delegationis oſten-
dat,vt C.de mand.prin.l.vna.nec aliquis ad mādatum
iudic.deleg.tenetur mandare ſententiam executioni,
niſi videat literas domini papæ,vt extra.de offi. iudic.
5 deleg.cùm in iure.¶†Item eo ipſo videtur eſſe ſuſpe-
ctus,quòd ſic ſe ingerit,& recuſari poteſt,vt ff.de pro-
cur.quæ omnia,& 17 quæſtio.j.in proximis,& quæſt.7.
ſi cùm is.& ita his rationibus apertè videtur, quòd iu
dex ſine reſcripto non poſsit procedere. ¶Præterea,di
cit lex quòd nemo per exemplum alicuius ſcripturæ
conueniri poteſt,ſed per ipſum authenticum, vt ff. de
fid.inſtru.l.2.authentica enim præſtanda ſunt quoties
exiguntur,vt C.de edend.procurator.Si quæ ſunt cau
tiones,cùm ſint neceſſariæ ſæpè propter ea quæ emer-
6 gunt poſtea,vt ff.famil.erciſcun.l.Pomponius ¶†Item
quod ſemel approbatum eſt,non poteſt amplius repro
bari,vt 12 quæſtio.2.certè,& C.de profeſſo.& me. grā-
maticis.lib.10.& ff.de muner.& hono.l.vt gradatim.§.
reprobari.

SOLVTIO. Dici poteſt,quòd non poteſt iudex
procedere,niſi expreſſe dictum ſit,quòd ſi amitteretur
reſcriptum,procederet. T.quidam tamen dicunt con-
trarium,& fortè melius dicunt.

SVMMARIVM.

1 *Debitor poſt diem ſolutionis enumerare volēs,& pi-
gnus repetere,non obſtante iuramento & renuncia-
tione legis commiſſoriæ,an poſſit, 6.*
2 *Iuramenti vis.*
3 *Mulier non intercedit,ſed Velleiani auxilio renun-
tiat.*
Feudi dotalis alienatio iurata valet.
4 *Pactum l.commiſſoriæ eſt in pignore reprobatum.*
5 *Iuramentū contra legem factū nullius eſſe momēti.*
Pactum legis commiſſoriæ ad quid introductum.

Quæſtio 12.

1 ACCEPIT†quidam mutuam pecuniam dato
pignore:& conuenit cum creditore , vt ſi ad diē
non ſoluiſſet pecuniam,creditor haberet rē em-
ptam pro illa pecunia:renuntiauit etiam legi commiſ
ſoriæ,& iurauit quòd non contraueniret.trāſacto die
ſolutionis,volebat debitor ſoluere pecuniam, & recu
perare pignus ſuum.quæritur, an poſsit non obſtante
iuramento & renunciatione.

PRO.Quòd non poſsit,ſic probo:Illud iuramentū
fuit præſtitum,nec vergit in interitum ſalutis æternę,
quare ſeruari debet,vt extra.de reſti.ſpoli.accepta.ex-
tra.de iureiuran.ſi vero.
2 ¶†Præterea,iuramentum facit licitum quod aliàs lici
tum non eſt,vt C.ſi aduer.ven.l.j.& in conſtit.illa, Sa-
cramenta puberum.& extra.de ſer.vrb.præd.de mulie
re. ¶Item iuri ſuo renunciauit expreſſe,ergo amplius
audiri non debet,vt C.de pact.ſi quis in conſcribēdo,
& extra.de renun.quod in dubiis,& 7.q.j.quàm pericu
loſum.Remittentibus enim actiones ſuas,non eſt am-
plius recurſus ad illas,vt ff.de ædil.edi.l.quæritur.§.ſi
3 venditor,& extr.de elec.cū inter R.ſeniorem. ¶†Item
mulier intercedere non debet:& tamen renūciare po-
teſt auxilio Velleiani,vt ff ad Vellei.l.vlti.¶Item licèt
prohibita ſit alienatio fundi dotalis,vt ff.de fundo do
tali,l Iulia.tamē ſi mulier iurauerit, tenet alienatio,vt
extr.de iureiur.cū contingat.¶Itē multa fieri non de-
bēt,tamē ſi fiant,non reſtituuntur,vt 2.q.6 §.biduū, &
C.de pig.l.3.¶Item non tenet principale,& tamē tenet
acceſſorium,vt ff de arb.ſi pupillus,& C.de fideiuſ.l.j.
4 CONTRA.† In contrarium probo: pactum enim
l.commiſſoriæ eſt in pignore improbatū, vt C.de pig.
act.l.j.& vlti.& ita cum pactum non teneat, non tene-
bit,quicquid ex eo fuerit conſecutum,ſiue ſit ſacramē
tum,ſiue renunciatio, vt C de lege com.non dubium,
& ff.de reg.iur.cum principalis.& extr.de fi.inſtru.in-
ter dilectos.circa fi.¶Præterea.talis renunciatio & ta
le iuramentum præſumuntur facta in fraudē legis cō
miſſoriæ:ergo valere nō debet,vt ff.ad Macedo.ſi quis
patrem.§.pen.& ff.de act.emp.& ven.l.Iulianus.§.ibi-
dem,& extr.de contrahen.emp.& vend.ad noſtram,&
extr.de pigno.illic nos.¶Præterea lex dicit expreſſe,ꝙ
5 † iuramentum contra legem & authoritatem legis fa
ctum,nullius eſt momenti,vt ff de leg.j.ſi quis inquili-
nos.in fi.extr.de iureiur.ſicut noſtris.iuramentū enim
non debet eſſe vinculum iniquitatis,vt extr.de iureiu.
quanto.& 22.q.4.inter cæteros. ¶Item pactū legis cō-
miſſoriæ introductum eſt propter publicam vtilitatē,
& in odium fœneratorum. ergo pacto priuatorum ei
renunciari non poteſt,ſicut Macedoniano contingit,
vt ff.de pact.ius publicum, & C.de iur.cal.l.vlti.§.ſed
quia veremur.& extr.de foro compe.ſi diligenti,& ex-
6 tra.de teſta.requiſiſti.¶†Item vno prohibito,prohibe-
tur omne id,per quod peruenitur ad illud,vt ff.de ſpō.
oratio.& ff.de pact.quod dictum eſt.

SOLVTIO.Dici poteſt quòd iuramentum tale
vel renunciatio non valet,vt C.de leg.non dubium,&
ff.de lega.l.ſi quis inquilinos. T.tamen dicit, quòd ſe-
cundum ius canon.valebit:quod verum credo, per de
cre.extra.de iure dot.cùm contingat.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria in manu ſacerdotis ægrotus in teſtamento re
nuncians cum iuramento,& reconualeſcens,iniuria
rum nunquid iure agat.6.*
Actio iniuriarum diſſimulatione an expiret.
2 *Accuſare non admittitur, qui ſe non accuſaturum
pollicetur.*
3 *Sacerdos eſt pater ſpiritualis & publica perſona.*
4 *Teſtamentum ſecundum tollit primum.*
5 *Deierare non dicitur,qui ex conceſſa cauſa iuramē-
tum deferit,*

Quæſtio 13.

1 SEIVS † quidam in mortis articulo conſtitutus
teſtamentum fecit,in quo remiſit iniuriam in ma
nu ſacerdotis ſibi factā,præſtito iuramento,quòd
hoc firmiter obſeruabit.poſtea conualeſcens , volebat
agere actione iniuriarum:quæritur an poſsit.

PRO.

PRO. Quod non possit, sic probo: nam actio iniuriarum sola dissimulatione aboletur, nec remissa potest ex pœnitentia reuocari, vt insti. de iniur. §. vltim. & ff. eodem titul non solum. §. iniuriarum act. solo enim pacto & simplici verbo tollitur actio iniuriarum ipso iure, vt ff. de pact. si tibi decé. §. j. ¶ Præterea actio iniuriarum ipso iure semel extincta fuit, cùm in anima iuraret se ampliùs non acturum, ergo amplius reuiuiscere non potest, vt ff. de solut. qui res. §. aream. & 23. q. quarta, si illic. & de conse. distinct. quarta, qui. in versiculo, non potest auté.
2 ¶ † Præterea si quis dixerit se amplius non accusaturum, nô admittitur posteà ad accusandũ, vt ff. de adult, si maritus sit, §. si negauerit, & extrauag. de accusat. veniens, & C. ad Turpil. l. quamuis. multo fortiùs si iurauit, non potest amplius accusare, vt extr. de iureiur. quemadmodum, & in eod. tit. si vero, circa fin. ¶ Item iuramentum facit, quod ea quæ aliter erant licita, denegãtur, vt C. si aduer. ven. l. prim. & extr. de iureiur. cum contingat, nec obstat quod inter alios actum est. nam cum nomine meo facit sacerdos iniuriam mihi remitti, prodest, si ratum habeo, vt ff. de nego. gest. si pupilli. §. quæritur, in fi. & ff. eod. tit. si ego.
3 ¶ † Præterea, renuncians iuri suo, amplius non auditur, vt 7. quæst. prim. quam periculosum, & extrau. de renunc. quidam cedendi. ¶ Item cum sacerdos sit pater spiritualis & publica persona, per eum potest mihi quæri actio & exceptio, vt ff. de adop. non aliter, & C. de pact. conuentis, pater pro filia.

CONTRA. Contrarium probo: Nam ambulatoria est voluntas istius vsque ad extremum exitum, vt ff. de adimen. leg. l. 3. & ff. de do. inter vir. & vxo. cum hic status. §. pœnitentiam. ergo statim cum conualuerit, quod fecit in primo testamento, poterit mutare, cum vltima eius voluntas sit seruanda. 13. quæstio 2. ca. vlti.
4 & C. de sacr. sanct. eccl. l prima. ¶ † Item constat, quod per secundum testamentum ruptum est primum, vt C. de testa. sancimus, & l. hac consultissima: ergo ex primo testamento nihil obtinebitur. nam rupto principali, nec ea quæ consequuntur, locum habent. vt extra. de fide instru. inter, circa si & C. de leg. l. non dubium, & insti. de pupil. subst. §. fi. & §. liberis autem. ¶ Item res inter alios acta, alij non prodest nec nocet, vt ff. de iureiur. l. 3. §. penult. & l. nam postea, in fi. & l. sequenti, & 2. quest. 5. interrogatum, & extr. de testi. veniens, ergo quod factum est per hũc sacerdotem, huic prodesse non debet.
5 ¶ † Præterea, expedit reipublicæ, ne maleficia remaneant impunita, vt ff. de iudi. si longius, & 28. distin. quia sunt culpæ, & extr. de collu. c. primo. & vlti. ¶ Item non dicitur deierare, qui ex côcessa causa deserit iuramentum, vt ff. qui satisda. cogan. l. vlti. & extr. de iureiur. quemadmodum. tacita enim conditio intelligitur, si conualuerit. ¶ Præterea nemo potest sibi legem dicere, ne liceat sibi à priori voluntate rece-
6 dere, vt ff. de leg. 3. l. si quis in prin. ¶ † Item timore mortis remisit iniuriam & iurauit, ergo cessante causa, reuocabitur iuramentum & remissio, vt C. de nô. nu. pe. indubitati, & ff. de dona. caus. mor. si mortis causa. & l. si qui mortis causa. extra de appel cum cessante.

SOLVTIO. Dicit Hu. quod si mortis causa hoc fecerit, si postea conualescit, potest agere iniuriarum: secus, si simpliciter remisit iniuriam. vt ff. ad Syll. l. j. §. vlt. vel in pœnitentia remisisset. T. dicit, quod amodo non aget iniuriarum, & si remisit vsuras, amplius petere non potest, cum sacerdos sit publica persona.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus qui contra monasterium priuilegio exẽptũ pcurationes præstitit 40. annis, nunquid pscribat. 6.*
2 *Priuilegium decimãdi quoto tempore præscribatur.*
3 *Gratis in necessitate pstita praiudiciũ non generant.*
4 *Præscriptio est de genere odibilium.*
5 *Seruitus discontinuatæ causæ, est impræscriptibilis.*

Quæstio 14.

1 MONASTERIVM † quoddam exemptum fuit priuilegio à potestate episcopi, tali tenore, vt nil episcopo præstaret decætero, nisi quod sponte vellet, & alij monasterio fuit subiectum: tempore procedente, monasteriũ nihilominus episcopo per 40. annos prestitit procurationem, modo procurationem iam prestitam non vult amplius exhibere, episcopus petit, quasi præscripserit: quæritur, an possit.

PRO. Quod episcopus possit agere cum effectu,
2 sic probo: Nam licet monasterium habeat priuilegiũ de decimis non soluendis, † tamen si postea per 30. annos soluerit, amittit, cum iuri suo videatur renunciasse, vt extrau. de priuil. si de terra, & ff. de nundinis, l. j. Præterea, & si semel monasterium fecit contra priuilegium, statim priuilegium amisit, vt extra. de constitut cum accessisset, & ca. cum in Ferrariensem. & xi. quęstio. 3. priuilegium, & C. de iur. do. impe. si creditor, & extra. de præben. pro illorum. ¶ Præterea, omne ius & omnis actio tollitur spatio 40. annorum, vt C. de presc. 30. vel 40. annum omnor. nocendi. & extra. de præscrip. de quarta. ¶ Item cuilibet licitum est renunciare iuri quod pro se noscitur introductum. 6. questio. prima. quam periculosum, & exra. de renunc. quidem, & C. de pact. si quis in conscribẽdo. potuit enim episcopus bonam fidem habere, si in locum alterius successit, vt ff. de reg. iur. qui in alterius locum, & ff. pro emptor. quod vulgo. ¶ Item videtur expressum 18. questio. 2. seruum, & 9. quest. 3. conquestus, & ff. de vsufru. cum de in rem verso.

CONTRA. Contrarium probo: Nam monachi sponter gratis hanc procurationem episcopo præstiterunt: ergo secundum tenorem priuilegij, nullum est
3 eis præiudicium generatum † ea enim quæ gratis & in necessitate præstantur non parant alicui præiudicium vt extra. de postu, prael. bonę me. circa princi. & extr. de ver. signif. abbate, circa medium, & C. de serui. l. prima in fi. & ff. de aqua quoti. & æst. l. prima. rescri. j. & ita propter hoc monasterium non videtur renũciare priuilegio suo.
4 ¶ † Item præscriptiones odiosę sunt, vt 16. quæst. 3. §. potest in illo. ver. si autem, in illo tit. & extra. de prescr. vigilanti: ergo fauore libertatis est hęc præscriptio restringenda, vt ff. de liberis & posth. cum quidam & ff. de act. & obl. in omnibus. ¶ Præterea, tẽpus non est modus obligatiõis inducẽdę, vt ff. de act. & obl. obligationum fe. §. placet, & C. de pact. si certis annis, & extr. de cen. peruenit. ¶ Item contra libertatẽ nulla videtur pręscriptio introducta, vt dicit lex expresse: C. de lon. tem præscr. quæ pro lib. l. vlti. & 16. quest.
5 3. §. potest, in ver. illo, vnde si liber homo. ¶ † Præterea, non est præsumendũ quod abbas religiosus & monachi, velint suo priuilegio derogare: immo potius presumendum, quod tenore priuilegij hoc fecerunt, vt ff. de proba. cum de indebito. §. primo. ¶ Præterea, seruitus ista non habet continuam causam: ergo præscribi non potest, vt ff. de seruit. vrb. præd. foramen. nisi præscribatur tanto tempore, cuius non existat memoria, vt ff. de aqua quoti. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ.

6 SOLVTIO. Dicit † Pileus in quæstionibus suis, abbatem & monachos ab impetitione episcopi absoluendos, quia potius secundum ius commune hospitalitatis quam hominibus debet, videntur eum recepisse, quam iuri suo voluerint derogare. H. dicit contrariũ per decre. vt extra. de priuil. si de terra: quia nô præsumitur quod tanto tẽpore faceret, nisi crederet se teneri.

SVMMARIVM.

Clericus miles factus, postea pænitens, vtrum ecclesiam repetat. 6.

2 *Renunciatio tacita nonnunquàm plus potest quàm expressa.*

3 *Gladiũ cõtra fideles accingens, ꝓmoueri non potest.*

4 *Beneficij multis laboribus acquisiti, leuis renunciatio non præsumenda.*

5 *Renunciatio beneficij quomodo fieri debeat.*

Hæretcius conuersus, bona sua recuperat.

Quæstio 15.

1 CLERICVS † quidam in minoribus ordinibꝰ cõstitutus, factus est miles: postea pœnituit: vult habere ecclesiam suam. quæritur, an posSit.

PRO. Quod non posSit eam repetere, sic probo. nam militia secularis & clericatus, contraria sunt, vt 16. questio. prima, sunt nonnulli, & extra. ne clerici vel mo. multa, in fi. ergo eligendo vnum, non erit amplius regressus ad reliquum &c. vt ff. de furtis, l. prima. & C. de codicil. l. vlti. circa prin. & extra. de renunc. quidam cedendi, ergo eligendo militiam, ecclesiam suam am-
2 plius non habebit. ¶ † Pręterea, ecclesiam ꝓ derelicto habuit, ergo statim desiit esse sua, vt ff. pro derelicto, l. prim. & 2. & 3. & extr. de renunc. ex transmissa. ¶ Item facto proprio, ecclesię renunciauit: ergo amplius audiri non debet, vt extr. de his quę fi. à maior. par. ca. ex ore. circa fi. & C. de inoffi. testa. l. vlt. & extr. de offi. iudi. dele. gratum. Nam interdũ plus operatur tacita renunciatio quam expressa, vt ff. de procur. filius. § veteran. & ff. de reg. iur. expressa nocent, & ff. de pact. § illud. ¶ Pręterea, si quis posset sic discurrere & militare & pugnare quandocunque vellet, & repetere postea ecclesiam, daretur ei occasio malignandi, vt prim. dist. c.
3 prim. & 16. quęst. prim. legi. ¶ † Item si aliquis semel accinxit gladium contra fideles, & si sęua non perpetrauerit, homicida tamẽ reputatur, & ꝓmoueri nó potest vt de poe. disti. 1. si quis cũ telo ambulauerit. & 51. disti. si quis post acceptũ, nisi hoc ex dispensatione ꝓcedat.

CONTRA. Cõtrariũ probo: Nam licet aliquis expræsse bonis suis renunciauerit, tamen si pœnitet, potest bona sua recuperare, vt ff. de ces. bo. l. quem poenitet, & l. se. multo fortius iste poterit ecclesiam repetere, cui nullo modo renũciauit. ¶ Pręterea capitulum videtur expresse dicere, quod factus miles posSit pœ-
4 nitere, & ecclesiam retinere, vt 20. quæst. 3. eos. † Non enim est verisimile, quod suo beneficio multis laboribus acquisito, velit taliter renunciare, vt extra. de resti tu. spo. ca. 2. & ff. de proba. cũ de in debito, & extr. de renũc. super. §. sin vero. ¶ Itẽ si aliquis trãsiuit ad secundã ecclesiã, habẽdo primam ꝓ derelicto, tamen si 1. vacat, reuertẽs, recuperat eã, vt 7. quest. 1. eos. & ita iste factus miles, re adhuc integra, suã ecclesiã recuperabit. ¶ Itẽ sine licentia pręlati sui, nó potest aliquis renũciare, vt extrau. de renun. admonet, & 7. quęst. 1. episcopꝰ, de lo-
5 co. ¶ † Præterea, omnis renunciatio debet fieri in scriptis, vt 7. quęst. 1. §. ecce, in fin. ¶ Præterea, si aliquis absit etiã de iniusta causa, citari debet trino edicto, & postea expectari per sex menses: aliter absens, non est ecclesia sua spoliãdꝰ, vt extr. de clericis nó residẽ. ex tuę. ¶ Pręterea, si aliquis factus hæreticus conuertatur, recuperat bona sua, vt 23. quæst. 7. quod autẽ circa princi. circa medium, & C. de hæreticis & ma. authẽ. item de Nestorianis. multo fortius si iste reuertatur à militia, recuperat ecclesiam suam. Pœnitentibus enim non est locus veniæ denegandus, vt 2. quest. 5. quinto, in fi.

SOLVTIO. Ego Bartholomæus Brixiensis, visis
6 † & propositis, rationibus vtriusque partis, credo ꝙ si ecclesiam habuerit pro derelicto, non poterit eã amplius petere. Præsumitur eoipso quod non recipiebat aliquid ab ecclesia per se vel per alium, sed ex toto neglexit possessionem. Si autem permansisset in possessione ecclesiæ, aliquid de beneficio recipiendo, non præsumo eum habere ecclesiam pro derelicto. Et in hoc casu proceditur contra eum, secũdum quod dicit decre. extrauag. de cler. non resi. ex tuę. Idem respondit mihi T.

DE PROMOTIONE.

SVMMARIVM.

1 *Promoueri nunquid valeat, qui cum virgine cõtraxit, sed cum adulterata esset, ecclesia iudicio debitum reddere compellitur. c.*

Facta, in lege ꝓmissionis inspiciuntur, & nõ voluntas.

2 *Homicidium ex ecclesia aut imperatoris præcepto faciens, non peccat.*

3 *Excommunicationem pati quis potiùs debet, quàm adulteram cognoscere.*

Mereri dicitur, qui vxori debitum reddit.

4 *Ecclesiæ obedientia est de necessitate.*

Quæstio 16.

1 QVIDAM † cótraxit cum virgine, sed cũ ipsa adulterata fuisset, iudicio ecclesiæ compellitur ei reddere debitum: quæritur, vtrũ valeat promoueri.

PRO. Et certe quod non valeat promoueri, sic probo: Quia quicquid dicas, iste est maritus corruptæ ab alio, & cognouit corruptam ab alio, ergo promoueri non potest, vt trigesimaquarta distin. præcipimus, & c. si cuius, in fi. & c. si laici. ¶ Item in lege promisSionis inspiciuntur facta, & non voluntas, vt 32. quæstio. 5. ille familie, vt 15. quest. prim. si quis non iratus, & ita cum iste cognouit corruptã ab alio, promoueri non potest.
2 ¶ † Præterea, si aliquis cognouit ancillam cum qua cótraxit, quam tempore contractus liberã esse credebat, si hoc fecit scienter, præiudicatum est ei, vt extr. de cóiu. seruorum. proposuit. à simili, & iste doct. sibi præiudicat. Pręterea, si aliquis fecit homicidium ex præcepto ecclesiæ vel imperatoris. non pecat, vt 33. questio. 5. miles. & questio. 4. quartum, & extrauag. de voto & vo. redemp. quod super his, & ca. sequenti. & tamen ex hoc efficitur irregularis, vt 51. dist. c. 1. & 2. & c. si quis viduam. à simili, nec iste poterit promoueri, si cognouit corruptã, licet fecerit ex precepto ecclesiæ. ¶ † Prę-
3 tereà, potius debuit pati excommunicationem, quam cognoscere adulteram, vt extraua. de restitutiõe spo. literas. & videtur idem dicere decret. extra. de senten. excommu. inquisitioni.

CONTRA. Contrariũ probo: Nam iste reddẽdo debitum vxori suæ merebatur. vt 18. quęst. 5. si dicas. circa fi. ergo ex hoc pœnam consequi non debet. Nam ex eodem facto non debet quis consequi pœnã & præmium, vt ff. de nego. gest. siue, & extrau. de senten. excõmunic. si non pœnitet, circa medium. Præterea, vna & eadem res diuersos effectus habere non debet, vt ff. de
4 solution. qui hominem. §. vltimo. ¶ † Præterea de necessitate tenetur obedire ecclesiæ, vt 8. quæstio. 1. sciendum, ergo eo quòd necessitate facere quis tenetur, punitur: quod est contra id quod dicitur 23. quæstion. 4. Nabuchodonosor. ¶ Item vna & eadem res diuerso iure non debet censeri, vt extrauag. de priuileg. vt circa, & 12. quæstion. 2. cognouimus, in fin. ¶ Præterea, lite pẽdente ante carnalem copulam, nihil fuerat innouandum, vt extrauag. vt lite pendente, laudabilem, & 15. q. vltima scifcitantibus, & 8. quæst. 4. capitul. 1. ergo cum ad hoc teneretur, ex hoc sine culpa sua priuari non debet, vt extra. de constitutionibus, cognoscentes. & 15. quæstione vltim. inuentum. potiùs enim videtur pati quã agere, & cognosci quã cognoscere, vt 7. quæstion. 1. scias. circa finem.

SOLVTIO. Ioann. notauit super capitu. illo 34. distin. si cuius & videtur dicere, quòd promoueri
5 potest. † Sed certe non credo quòd posSit amodo promoue-

moueri. Quia & si per violentiam aliqua sit corrupta, amodo non consecrabitur inter virgines, vt 32. quæst. 5. illæ familiæ à simili, nec iste, etiam si per violentiam cognouisset corruptam, non poterit promoueri. Si promoueri voluit, potius debuit pati excommunicationem, licet peccasset, non reddendo debitum.

Quæstio 17.

¶SIMILIS quæstio est de eo qui cópulsus est recipere vxorem quæ contraxit cum alio, cum ipse mortuus crederetur, & similis solutio.

SVMMARIVM.

1 *Virginem vitians, postea ducēs, an promoueri possit.*
2 *Maritus corruptæ non promouetur.*
3 *Legis aut canonis mentem an sufficiat seruare.*

Quæstio 18.

1 ALiquis † cognouit virginem quandam, posteà contraxit cum ea: modo quæritur, vtrum valeat promoueri.

PRO. Et certe videtur quod non: Nā cōstat quod iste est maritus corruptæ, ergo amodo promoueri nō potest, vt 34. dist. curādum & c. præcipimus, & 77. dist. quicunque. ¶ Præterea, capitulum dicit expresse, quod vxor promouendi, in virginitate debet esse desponsata, vt heres. 30. quæst. 5. quęritur, circa princi. ¶ Itē istud c. expresse dicit, quod qui concubinam suam in matri-
2 monium ducit, nō potest amodo promoueri, vt legitime, 33. dist. maritum. ¶ †Item ius generaliter proditum est, ne maritus corruptæ promoueatur: nec aliqua exceptio inuenitur circa hoc, ergo in hoc non est distinctio adhibenda, vt 2. quæst. 5. consuluisti, & 55. dist. si euangelica, versus finem. Nam à significatione verborū non est recedendum, vt ff. de leg. 3. non aliter. ¶ Præterea, concubinam habuit, ergo promoueri non potest, vt 33. dist. laici, versus fi. Nam iste, antequam esset vxor illa, mortaliter peccauit, vt 32. quæstio. 4. dicat aliquis. ergo sine dispensatione promoueri non potest, vt extr. de schismaticis. c. 2.

CONTRA. Contrarium probo: Nam iste non diuisit carnem suam in duas, ergo propter hoc non debet à promotione repelli, vt extr. de big. c. debitum, in
3 fin. & 34. dist. Valentino. ¶ †Item iste fuit vnus vnius, & illa fuit vna vnius: ergo secundum iura, non debet à promotione repelli, vt 26. distinc. vna tantum, & c. qui sine crimine. ¶ Pręterea, in isto non est defectus sacramenti, ergo non debet à promotione repelli. nam cessante causa, cessare debet effectus, vt 63. distinc. § verum, & 61. dist. §. his omnibus. cum cessante causa, vitium aboleatur, vt 61. distinc. §. neophytus. ¶ Præterea sufficit si mens legis vel canonis seruetur, & si verba superficiei non seruentur, vt ff. si quadru. pau. fe. l. penult. ¶ Præterea, viua voce probo, quod iste non valet promoueri: Nam qui contraxit cum virgine, post primum coitum semper cognoscit corruptā, ergo secundum hoc non poterit amodo promoueri, quod dicere est absurdum, quia secundum hoc nullus coniugatus posset decætero promoueri.

SOLVTIO. H. in summa sua super illo cap. 30. quæst. 5. qualis, videtur velle quod talis non posset promoueri, cum illud c. dicat, quod vxor promouendi, debeat in virginitate desponsari. T. tamē dicit cōtrariū, per iura proximè allegata & ego in hoc sentio cū T.

DE REVOCATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatus per vxorem à monasterio, nunquid bona sua à monasterio repetat.*
2 *Dotis datio non tenet, matrimonio rupto.*
3 *Res quandoque sine persona restituitur.*
4 *Donatio perfecta conditionem non recipit.*
5 *Conditio tacita ad reuocādam transactionē nō valet.*

Quæstio 19.

1 QVIDAM inuita vxore sua, se & sua cuidam monasterio tradidit: vxor postea reuocat eum. quæritur, vtrum bona quæ monasterio tradidit sint ei reddenda.

PRO. Quod sic, probo: quoniam si principale nō tenuit, nec accessorium, vt extr. de fide instrumen. inter. in fine. C. de legat. non dubium & ff. de regulis iuris, cum principalis. Sed principale, scilicet ingressus, non tenuit: ergo nec traditio bonorum. nihil enim refert, vtrumne ab initio aliquid sine causa datum fuerit an causa pro qua datum est secuta non sit, vt ff. de condi. sine causa, nihil refert. immo si causa subfuisset ab initio, nūc esset finita, repeti adhuc posset, vt ff. de cō. di. sine causa. l. prima. nam nil credimus ecclesiarū vti-
2 litatibus &c. vt 54. distinc. generaliter. ¶ †Item si matrimonium non tenuit, nec datio dotis tenebit: immo repetitur, vt extrau. de dona. inter vir. & vxor. de prudentia, & ff. de condi. sine causa, auunculo nuptura, & extrau. de dona. inter virum & vxo. c. primo, à simili, & hîc cū ingressus non tenuit, bona repeti possunt. ¶ Itē cessante causa, cessat effect⁹, vt 61. distinc. his omnibus & c. neophytus. quare cum hîc cessat causa traditionis cessabit ipsa traditio: quoniam si dedi tibi aliquid aliâs non daturus, nisi aliquid faceres, si non fecisti illud, possum reuocare quod dedi. vt ff. de dona. si cum. §. vlti. ergo cūm aliâs non esset daturus, nisi ingressus teneret, reuocabitur quicquid datum est maxime cùm ecclesia cum aliena iactura non debeat locupletari, vt ff. de condict. indebi. nam hæc natura. quoniam æquitas semper est præferenda rigori, vt C. de iu
3 di. placuit. ¶ †Item res quādoque sine persona restituitur, vt 30. quæstio. 3. cōstituit. multo fortius vbi persona restituitur, res restitui debet. ¶ Item ista conditio fuerat subintelligenda, si res permāserit in eodem statu, vt extrau. de iureiurand. quemadmodum & 22. quęstio. 2. ne quis arbitretur, & ff. de solu. cū quis in princ. & videtur decre. extrauag. de renū. c. 3. & extr. de Simonia, veniens. vbi omnia bona restituta fuerunt de ecclesia recedentibus. ¶ Item omnes res per quascunque causas nascitur vel cōtrahitur, per easdē dissolui meretur, vt infra de reg. iur. omnis res.

CONTRA. Contrariū probo: Nam ipso ingressu acquisitum est monasterio dominium illarum rerū, ergo sine culpa eo priuari non debuit, vt 16. quæstio. 7. inuentum. & 56. distin. satis peruersum. immo puniri debet qui res ecclesiæ donatas reuocare voluerit, vt
4 17. quæst. 3. sunt qui opes. ¶ †Item perfecta donatio non recipit postea conditionem aliquam, vt C. de dona. quæ sub modo, l. perfecta donatio. ¶ Item istud semel domino fuit consecratum, ergo amplius ad humanos vsus reuerti nō debet. 12. quæstion. 2. nulli liceat, & 14. quæst. vlti. comperimus, & de conse. disti. prima. ligna. ¶ Item in his rebus nullam habebunt laici de cætero potestatem quas ecclesiæ contulerunt, vt 10. quæst. j. noluerint. ¶ Item licet inter ipsum virum & vxorem lata fuerit, hoc tamen monasterio præiudicare non debuit, cum res inter alios acta aliis non præiudicet, vt extrauag. de fide instrum. inter dilectos, & ff de re iudicata, sæpe. quare res ꝓpter hoc non reuocabuntur. nam cum semel fuerit perfectus contractus, non poterit amplius per sententiā retractari, vt C. de contrahen. empt. non idcirco. in fine.
5 ¶ †Item tacita conditio ad reuocationem transactionis non valet, vt C. de transact. si maiores. nec propter tacitam conditionem donatio perfecta reuocabitur,

vt C. de condict. ob causam. si repetendi. ea enim quæ sine conditione permittuntur, nulla conditione repetuntur, vt 32. quæst. vlti. c. vno. ¶ Item iste semel ius suũ remisit: ergo amplius non est regressus ad illud, vt ff. de ędil. edict. queritur. §. si venditor. ¶ Item cũ plures fuerint donationes, vna rerũ, & altera personæ, bene potest vna sine altera reuocari, vt 12. quæ. 2. si quos de seruis, & ff. de mino. etiam.

SOLVTIO. Dicunt quidam, quod si ita dictum
4 sit: † do me & mea: duæ sunt donatiões, & vtraque principalis: quare vna reuocata, altera remanet. secus si dixit tantum, do me: quia vna donatio est tantum principalis, qua reuocata, & accessoria reuocabitur. Sed dicit hîc quod cum aliâs nõ esset daturus, nisi ingressus teneret, in vtroque casu omnia reuocat, vt ff. de dona. l. 2. §. vltim. quod verius credo: & videtur expressum 17. quæst. 2. si quis incognitus.

SVMMARIVM.

1 *Filius verus, reuersus à peregrinatiõe, nunquid repetat bona, quæ falsus heres institutus, monasterio dederat.*
2 *Facta per seruum tempore quo liber reputabatur, sunt firma.*
3 *Solutio falso procuratori facta, an teneat.*
4 *Opinio publica veritati obest, tamen ei cedere debet. 5.*
6 *Errore personæ factum fit irritum.*

Quæstio 20.

1 FILIO † cuiusdam principis peregrinante, quidã ei similis rediit, quem princeps credens eum suum filium, heredem instituit. qui hæres monasterium construxit, & ei multa bona taliter acquisita, donauit. reuertitur verus filius, & repetit bona paterna. quæritur, an possit.

PRO. Quod non possit repetere, sic probo: Nam quod semel Domino consecratum fuerit, sanctum sanctorum erit Domino, vt 12. quæst. 2. nulli liceat, nec ei cuius res fuit, potest vltra restitui, vt 14. quæst. vlti. cõperimus. cum ad humanos vsus reuerti non debeat, ꝙ semel fuit Domino consecratum, vt de consec. dist. prima, ligna. & cap. sequenti. & 19. quæst. 3. quæ semel.
2 ¶ Item aliquis putabatur liber cum seruus esset: † tamẽ quęcunqe fecit tempore illo quo putabatur liber, firma sunt, vt ff. de offi. pręto. Barbarius, & 3. quæstio. 7. §. tria, & C. de testamẽtis. l. prima, à simili videtur, quod omnia debent esse firma, quæ iste fecit tempore quo verus filius putabatur. ¶ Item aliquis erat filiusfa. tamen putabatur omnibus paterfa. iste si mutuam accepit pecuniam, firmus erit contractus, nec ei subuenitur per Macedonianum, vt ff. ad Macedonian. l. 3. & C. eo. titul. Zenodorus. ¶ Item si aliquis tempore illo quo putabatur verus patronus, instituit aliquem, valet institutio, vt extr. de iure patro. consultationibus. ¶ Item filij nati tempore illo quo legitimum putabatur matrimonium, legitimi sunt & succedunt parentibus, vt ex tra qui filij sint legitimi. cum inter. Ioãnem. & eodem
3 tit. ex tenore. ¶ † Item si solutio facta fuerit alicui qui putabatur verus procurator, valet quod factum est, vt ff. de solutionibus, vero procuratori. ¶ His ergo omnibus videtur, ꝙ ea quæ facta sunt per eũ, qui ver⁹ filius putabatur, firma debeãt permanere. Agat igitur ver⁹ filius cõtra filiũ delinquẽtẽ putatiuũ, vt 12. quę. 2. Vulteranæ. & 14. quęst. vlti. cõperimus. & nõ cõtra monasteriũ. Cum pœna debeat tantum tenere suos actores, vt C. de pœnis, sancim⁹. & extr. de his quę fi. à ma. par. ca. quę fuit. in fi. Nã cum monasteriũ in culpa non fuerit, puniri nõ debet. vt de consti. cognoscentes, & 5. distin.
4 satis peruersum. ¶ † Itẽ publica opinio veritati præiudicat, vt extra. de bigamis nup. & 15. qst. 3 illũ perequæ. in fi. nec debet recipi, qui cum falso tutore contraxit, vt ff. ꝙ cũ falso tu. l. 3 in fin. ¶ Itẽ qui frater nõ est tamẽ fraterna charitate diligitur, sub appellatiõe fratris recte heres instit. vt ff. de here. institu. Nemo dubitat. §. j.

CONTRA. Contrarium probo aperte: Nam pro non dato habetur, quod ab eo datur, qui de iure dare nõ potuit, & extr. de dona. inter vi & vxo. nuper. & 50. quęst. 7 Daibertum. & pro non facto habetur, quod ab eo fit, qui non de iure facere potest, vt extra. de spon. duo. ad dissoluendum. & C. qui pro sua iur. l. vna. & C. de pœnis. l. 2. à simili ergo ea quæ facta sunt ab isto effe-
5 ctum habere non debent. ¶ † Item veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur. vt ff. de offic. præsidis. illicitas. §. veritas. Nec circunuẽtio alterius alij actionẽ præbere debet, vt ff. de regul. iur. alterius circunuẽtio. ¶ Item res inter alios acta, alij non facit præiudicium, vt extr. de fide instru. inter, & C. res inter alios acta, per totum, & secunda, quæstio. 5. interrogatum. ¶ Item nõ debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iuris, non debet. Cedat igitur opinio veritati, vt 8. distinct. veritate, & extr. qui filij sint legi. referente. ¶ Item casus legis est expressus, vt C. de heredi. institu. si pater. vbi dicitur, quod ei qui putabatur filius, est tota hereditas auferenda, nec in hoc casu currit præscriptio, vt C. de præsc. 10. vel 20. ann. si is contra
6 quem. ¶ † Item vbi error personæ interuenit, totum factum irritatur, vt 29. quæst. 1 §. prin o & ff. de iurisd. om. iudi. si per errorem, & ff. de reg. iu. nihil cõsensui. §. vlti. error enim facti, nulli nocere debet, vt C. de iur. & fac. igno. error facti, & ff. eo. titu error. restituat ergo monasterium bona paterna vero filio, quia nihil deperit ecclesiasticis vtilitatibus, si ea quæ sunt aliena, reddantur, vt 54. distinct. generalis. in fin. cum non debeat ex aliena iactura lucrum quærere, vt ff. de peti. heredi. plane. ff. de condi. indebi. nam hæc natura. ¶ Item nemo plus iuris in alium transfert quã ipse habeat, vt ff. de reg. iur. nemo plus. & extrau. de donat. pastoralis.

SOLVTIO. Credo omnia vero filio restituenda, vt ff. de inoffic. testamen. si mater. Si enim aliqua sunt consecrata, precium ei restituatur, vt 14. quæstio. vltim. congerimus. tenebitur tamen monasterio filius putatiuus de dolo, vt ff. de donatio. Aristo. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nunquid ignaro prabendam tollat, quam illi tanquam perito dederat. 6.*
2 *Ecclesia respuit inutiles.*
3 *Rescriptum mendosum nihil operatur.*
4 *Simulatio pro victu permissa.*
5 *Commendantẽ an obligẽt cõmendandi causa dicta.*

Quæstio 21.

1 CLERICVS † quidam reuersus à studio, dicebat se valde peritum. episcopus autem cum in iure peritũ desideraret pro negociis ecclesiæ suæ, hac contemplatione ei præbendam assignauit. tandem penitus ignarus in iure apparuit, episcopus ei vult auferre præbendam. quæritur, an possit.

PRO. Quod possit, probo: constat enim quod in dolo fuit clericus iste: ergo suus dolus ei prodesse non debet, vt extra. de rerum permutation, cum vniuersorum. & de rescriptis, sedes Apostolica. ¶ Item si tẽpore examinationis aliquis non detexerit vitium suum, si postea apparuerit vitiosus, debet à promotione repelli, immo quod plus est, deponi, vt 81. distinc. quicunque, capitulo. si quis sine examinatione. à simili, & iste
2 repelli debet, cũ inuenitur postea vitiosus. ¶ Præterea, expresse habes, quod clericus per ignorantiam literarum debet à promotione repelli, vt 39. distinctio. Petrus, & 85. distinctio. archidi. & 38. distictio. omnes. ¶ Item

¶Item iste inutilis inuenitur,ergo est ab ecclesia amo
uendus vt 15 quęst.6.alius, & 18.quæst.2. si quis abbas,
& C.de offi.præfe.preto.Orientis.l.si quos. ¶Prætere-
ea,causa collationis cessat,ergo cessare debet effectus
vt 16.quæst.3 generaliter.&extra. de Ap.cum cessante
causa.& ita donationem suam poterit episcopus reuo
care. ¶Item si vitium serui venditi post venditionem
detegatur,erit in causa redhibitionis, vt ff.de ædi.act.
3 si quis venditor,& C.eod.l prim.¶†Item si quis rescri
ptum per mendacium impetrat, carere debet penitus
impetratis,& extr.de rescriptis,super literis,& C.si cõ
tra ius vel vti.pu. & si legibus. ergo iste carere debet
ecclesia per mendaciũ acquisita.¶Preterea, tacita con
ditio intelligitur,si idoneus reperitur, vt extra.de re-
scrip.cum à Deo amoueatur,igitur ab ecclesia,ne cõ-
modum de malitia sua reportet,vt extra. de eo qui du
xit in matrimonium quam pol.c.primo.circa finem,&
infra de Iudæ.intelleximus,in fi. ¶Item semel appro-
batus,iterum reprobari potest,vt C.de profes.& med.
l.lib.10.

CONTRA. Contrarium probo:Nã pure & sim
pliciter collata fuit præbenda huic clerico, ergo cum
perfecta fuerit donatio, nullam recipit postea condi-
tionem,vt C.de dona. quæ sub modo. perfecta dona-
4 tio.& 17.quæst.4.sunt qui opes. ¶†Præterea,vt habe-
ret victum,se peritum simulauit, ergo talis simulatio
ei permissa fuit,vt 22.quæst.2.vtilem simulationẽ.¶Itẽ
propter simplicitatem à beneficio voti, non debet
aliquis amoueri,sed ei dabitur coadiutor, vt 7.quę.1.
scias frater,vt extra.de clerico ægrotante, de rectori-
bus.ergo iste propter hoc amoueri non debet Sed de-
bet instrui ab episcopo ecclesiasticis disciplinis,vt 10.
quæst.prim.placuit. ¶Præterea ei nocere non debet,si
se commendauit,exemplo Pauli. 28. quæstio.prima.sic
enim,neque exemplo Augustini,vt 23 quæst.4. ecce,in
quiunt.¶Item conditio,pro qua datum fuit sibi bene-
ficium,expressa non fuit,ergo ea cessante, nulla datur
repetitio,vt C.de cõdi.ob causam da.si repetenti.mul
ta enim impediunt promouẽdum quæ non deiiciunt
iam promotum,vt extr.de accusa.super his.

5 ¶†Præterea,siue scienter,siue ignoranter contulit sibi
præbendam illam,episcopus illi auferre non potest,vt
extr.de filiis presbyter.veniens.¶Item ea quæ commẽ
dandi causa dicuntur,si in promptu sunt, non obligãt
commendantem,vt ff.de contrahen.emption.& ven-
dition.ea quæ.& ff.edil edi.quæritur.§. si nominatim.
imputet ergo sibi episcopus,si nõ inquisiuit ea quæ in-
continenti poterant apparere, vt 24. distinc.quando.
¶Item semel placuit, ergo amplius displicere non po-
test,vt 8.quæst.2.dilectissimi,& 32. quæst.5.horrendus.
nec potest episcopus contra suum factum venire,vt ex
tra de clericis coniug.diuersis fallaciis, & ff. de seru.
rust.præd.per fundum,in fin.maxime,cum sufficiat,vt
sciant officium suum,vt 38.distinctio.quando,& cap.
quæ ipsis.

6 SOLVTIO.†Non credo clericum repellendum,si
ad minus sciat officium suum,in prælato tamẽ medio-
cris scientia requiritur, vt 38. distin. omnes, & extra.
de elec.cum nobis olim.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas an possit magistratum à monasterio repete-*
re,& salarium iam solutum quod sibi contulit,reuo-
care.
2 *Ratiociniis ciuitatis obligatus, ante rationẽ in reli-*
gione non recipiendus.
3 *Clericalis ordo non liberat à curiali fortuna.*
4 *Religionẽ intrare an valeat quis inuito episcopo,cui*
obedientiam promisit.
5 *Deo potius obediendum,quam hominibus.*

Quæstio 20.

1 QVIDAM † Potestas iurauit regere ciuitatẽ
per annum.medio vero tempore salario to-
tius anni recepto,sine licentia alicuius, reli-
gionem intrauit. modo queritur, vtrũ
ciuitas possit eum reuocare.&,si monasterium tenea-
tur ad interesse.

PRO. Quod reuocari possit,probo sic: nam si e-
go iuraui cum aliqua contrahere, antequam cõtrahã,
velim religionem intrare, prius contrahere debeo, vt
iuramentum obseruem,& postea potero religionem
intrare,vt extra.de spon.commissum.Idem dicitur de
eo qui iurauit soluere vsuras,vt prius soluat,& postea
repetat.à simili, videtur quod sit reuocandus regere
ciuitatem,postea poterit religionem intrare,vt extra.
de iureiu.debitores ¶†Item iste erat ratiociniis ciui-
tatis obligatus, ergo ante redditam rationem recipi
non debet,vt 51.dist.pręterea, & 54. dist. legere.& ext.
de obli.& ratioci.c.vno.immo ad statum pristinum est
reuocandus,vt C.de episcopis & clericis,officiales:&
si non reddatur, est per violentiam extrahendus,vt C.
eo.tit.si quis curialis.¶Præterea,tales sic obligati,non
possunt prouehi ad honores,vt ff.de mune. & ho. res-
crip.§.debitores.cum præsumatur potius seculum fu-
2 gere,quam mutare,vt 53.dist.legere. ¶†Præterea, cleri
calis ordo non liberat à curiali fortuna,vt 51.dist.desi-
gnata,& c.sequenti.nec episcopalis ordo liberat à cu-
riali vel officiali fortuna, vt C. de episcopis & cle.
auth.episcopalis ordo,in auth.de sanctis. episcopis.§.
si hoc quidem multo minus monachalis ordo liberat
à curiali fortuna,vt 16.quæst.prim.legi. ¶Præterea, cõ
munis vtilitas est preferenda priuatæ.vt 7 quęst.prim.
scias,circa medium,& ff.pro socio actionem.§ Labeo
circa fin.& ext.de reg.& trãse.ad reli.licet. versus fin.

CONTRA. Contrarium probo: constat quod
iste Potestas iuramentum suum in melius cõmutauit,
ergo non potest dici periurus,cum ex iusta causa dese
rat iuramentum,vt extr.de iureiur.peruenit,& 25. quę
stio.2.beatus,& quæst.4.c.mulier,& ff.qui satisda.co.l.
4 vlti. ¶†Preterea. licet aliquis iurauerit obedientiam
prælato suo,vt de con.disti.5. in omnib⁹, & 23.distinc.
quanquam, tamen inuito eo & contradicente potest
religionem intrare,vt extr.de regu.& transeũ.ad relig.
licet,& 21.quæst.4.c.3.¶Item iste lege Dei ducitur.quę
publicæ legi præiudicat,vt 19.quæst.2.duæ. & extra de
regu. licet: ergo lege publica non idem adstringitur.
Nã si ego iuraui habere aliquam in vxorem, & cum
ea contraxi,tamen ea inuita possum religionem intra
re,vt extr.de conuer.coniu.ex publico.& c.vlti.multo
fortius,si iurem regere ciuitatem, possum religionem
intrare.¶†Preterea vtilitatem suam prępõere debuit,
vt ff.de pręscrip.ver. qui seruandarum. & 14.distin.quia
ait.ordinata enim charitas incipit à seipso. vt de pœ.
3 distin.5.qui vult,23.quæst.5.si non licet. ¶Item Deus
pręcipit vt pœnitentiam agat: ciues pręcipiunt, vt re
gat ciuitatem:ergo potius debuit obedire Deo, quam
homini,vt 8.distin quę contra mores,& 11.quęst. 3. qui
resistit.immo est maledictus ante Deum, qui præcipit
aliquid fieri cõtra Deum, vt 11.quęst.si quis prohibet,
& c.sequenti.¶Item non obstat quod dicitur de ratio
ciniis publicis,cum priuata dicatur tãtũ vrbis Roma-
næ vel imperatoris,vt ff.de ver. sign.l. bona, &.l.seq.

SOLVTIO. Bonum † consilium est,vt regat ci-
uitatem & adimpleat iuramẽtum, & postea intret re-
6 ligionem.Si tamẽ intrauerit,non potest reuocari.mo-
nasterium tamen tenebitur de eo,quod ad eum perue-
nit,si recepto toto salario religionem intrauit.
¶Eadem questio est de eo qui iurauit perficere librũ,
& ante perfectionem religionem intrauit.an teneatur
monasterium de eo quod ad eum peruenit, vel per-
ueniet, vel per aliquam successionem. potest tamen
dici,quod potest perficere librũ in monasterio, dum

tamen non negligat diu num obsequium, vt 91. dist. clericus.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica quanto tempore præscribantur.* 5.
2 *Priuilegium à quo tempore incipiat, cum priuilegia ta persona priuata succedit.*
3 *Priuilegiata res priuilegiatæ accedens, tota efficitur priuilegiata.*
4 *Res cum vitiis suis transit.*
6 *Fundus dotalis nunquid præscribatur.*

Quæstio 23.

1 TITIVS † prædium Seij bona fide & iusto titu
lo 5. annis possedit. Seius decedens, ecclesiã he
redem instituit: & ecclesia post mortẽ Seij per 5.
annos tacuit: nunc prædiũ à Titio petit. Titius se pę-
scriptione decennij tuetur cõtra ecclesiam. quęritur,
an possit.
PRO. Quod se contra ecclesiam tueri nõ possit.
sic probo: Nam contra ecclesiam non currit præscri-
ptio, nisi quadragenaria, vt 16. quæst. 3. neque decẽnij.
quod capit. expresse loquitur in hereditate, & in illa l.
quas actiones, & extrauagan. de præscript. de quarta:
ergo laicus iste præscriptione decẽnij contra ecclesiã
2 non poterit esse tutus. ¶ † Item cum priuilegiata per-
sona priuatæ succedit, ab eo tempore quo successit, lo
cum sibi vendicat priuilegium, vt ff. de vsur. cum qui-
dã. §. si debitores, & ff. de iure fis. fiscus, vt expresse hic
dicitur, & ita ad minus spatio 25. annorum contra ec-
clesiam poterit esse tutus Titius. ¶ Præterea, si minor
succedit maiori, statim gaudet minor suo priuilegio.
vt notatur ab omnib' C. de tempori. in integ. resti. ea.
quæ. §. quod si maioris, quia secundum omnes, non cur
rit sibi tempus in tota minori ætate ¶ † Item si res pri-
3 uilegiata priuilegiatæ accedit, tota priuilegiata effi-
citur, vt extra. de priuil. c. vlti. & in eod. tit. quia circa.
& ita præscriptio 40. ann. currit contra hanc ecclesiã,
cum vna eademque substantia duplici iure censeri nõ
debeat, vt 12. quęst. 2. cognouimus, & extr. de priuileg.
quia circa. ¶ Præterea, iura indistincte dicũt, quod cõ
tra ecclesiam non currit præscriptio nisi quadragena
ria, vt in prędictis iuribus. ergo vbi canon non distin
guit, nec tu distinguere debes, vt extrauagan. de deci-
mis, ad audientiam, & 2. quæst. 5. consuluisti. Incipit e-
nim quod prius placuit, non licere, vt 78. distinctione,
fornicari.
CONTRA. Contrarium probo: Nam dicit re-
gula iuris, quod ego non debeo esse melioris cõditio-
nis quam actor meus à quo ius in me transiit, vt ff. de
reg. iur. in his. §. non debeo melioris esse, & ff. de doli
except. apud Cel. §. si quis autẽ ex causa, in vltima co-
lumna. Sed contra Seium currebat præscriptio 10. an
norum, ergo & contra ecclesiam. ¶ † Item nemo plus
4 iuris ad alium transferre potest quam ipse habeat, vt
ff. de reg. iur. nemo plus, & ff. de acquiren. re. do. tradi-
tio, & extrauagan. de dona. pastoralis. ¶ Præterea res
transit cum onere suo & causa sua & vitiis suis, vt di-
cit lex expresse ff. de acquiren. pos. Pon. refert. §. prim.
& C. eod. titul. vitia possessionum, & ff. de contrahen.
emp. alienatio, & 16. quæst. j. si quis laicus, & extraua.
de decimis, cum non sit in homine, in fi. & ita contra
ecclesiam hic præscribi poterit spatio 10. annorum.
¶ † Præterea, ex qua persona quis lucrum capit, eius
5 effectum præstare debet, vt ff. de regu. iur. ex qua per-
sona, cum nemo plus ad heredem commodi transfe-
rat quam ipse habeat, vt ff. de regul. iur. nemo plus cô-
modi. imputet ergo sibi ecclesia quod tanto tempore
tacuit, vt extrau. de priuileg. si de terra, & extra. de re-
scrip. plerunque. ¶ Præterea interdum contra ecclesiã
currit præscriptio sex mẽsium, vt 16. quęstio. 3. placuit
vt quicunque, & quandoque triennium, vt extrauag.
de præscription. placuit. Et ita non est generale quod
contra ecclesiam non currat pręscriptio nisi quadra-
6 genaria. ¶ † Pręterea licet fundus dotalis pscribi non
possit, tamẽ si incepta erat vsucapio, tanquam esset do
talis, currit sicut ante, vt ff. de fundo do. si fundum.
SOLVTIO. Satis credo quod contra ecclesiam
currere debeant 35. anni, & ita erũt 40. cũ primis quin
que. idem dicit T. quidã tamẽ dicũt, ꝙ sufficit pręscri
ptio 25. annorũ, quia ecclesia vtitur tantum à tempore
successionis priuilegio suo, per l. ff. de iure fis. l. fiscus.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium aduersus aliud nunquid pensionẽ certo tempore præscribere possit, vel eius partem.*
2 *Ecclesia reipublicæ æquiparatur.*
3 *Hominem totum afficit qui partem tangit.*
4 *Incorporalia impræscriptibilia.*
Episcopale ius pro parte præscribitur.
5 *Vsusfructus nõ vtendo in certa parte, amitti potest.*
6 *Pars præscribi potest, si totum est præscriptibile.*

Quæstio 14.

1 CVM † vnum monasterium alio monasterio 20.
aureos annuatim deberet, per 40. ann. in solu-
tione medietatis cessauit: tandem ex integro pe
titur totum. quæritur an possit.
PRO. Quod possit, sic probo: Nam cum per plu-
res fundos viæ seruitutem haberem, si per vnum fun-
dum iero, per alium non, tanto tempore quanto serui
tus amittitur, seruitutem tamen viæ per partem reti-
neo, vt ff. de ser. rust. pręd. vna est via, & ff. de seruit. vt
pomũ, §. j. ff. quemadmodũ seruit. amit. si stillicidiũ, in
fin. à simili ergo & hic per partem, totam pensionẽ re-
2 tineo: quę pensio loco seruitutis debetur. ¶ † Item ec-
clesia reipublicæ cõparatur, vt 13. quest. 3. §. potest circa
fi. & ff. de iustitia & iure. in princi. ver. ius publicum in
sacris. Sed publicæ functiones seu canon præscribi nõ
possunt, 16. quęstio 3. in l. illa. iubemus eos, & C. de pręｰ
script. 30. vel 40. ann. competit, circa fin. & ita ista ciui
lis functio & publica, pręscribi nõ potuit. ¶ Præterea
cum monasterium 10. petiit, fecit interruptionẽ in a-
liis 10. Nam si quis mihi debitor est ex plurib' causis,
maxime ex similibus quantitatibus, si vnam summam
petij, & causam nõ apposui, in omnibus aliis facio in-
3 terruptionem, vt C. de anna. ex l. si ex multis. ¶ † Item
qui partem hominis tangit, totum hominem tetigis-
se videtur, vt de pœn. distinct. prim, vulgaris, & ff. de
fur. vulgaris. ¶ Item dicit lex, quod in promissionib'
vel obligationibus quę donationem per singulos an-
nos vel menses continent, tempus præscriptionũ non
ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiuscun-
que anni vel mensis computãtur, vt C. de præscrip. 30.
vel 40. ann. cum notissimi, in vlti. §. & ita pensio quæ
debebatur in 20. annos, non pręscribitur, nisi adhuc
4 currant 40. ann. idem erit de aliis temporibus ¶ † Prę
terea hic est quędam seruitus & res incorporalis: er-
go pręscribi non potest, vt ff. de acqu. re. do. seruus. §.
incorporalis, & ff. de seruitu. seruitus prędiorum, cũ
talis seruitus continuam causam non habeat, vt dici-
tur. ¶ Item monasterium nõ habuit malam fidem, er-
go non pręscribit, vt extr. de præscri. quoniam omne,
& eodem titul. vigilanti.
CONTRA. Contrarium probo: Nam ius epi-
scopale præscribi potest pro parte, & pro parte nõ, vt
ext. de pręscri. auditis, in fin. & de capellis mo. c. 2. cir-
ca fi. à simili & ista pẽsio pro parte pręscribi potest, &
pro parte non. ¶ Itẽ si ego habebam vsumfruct. & tan-
tum vtar, credens me tantum vsum habere, amitto
vtilita

vtilitatem fruendi,vt ff. quemodmodum vsusfructus
5 amittatur,l.is qui. †Nam certæ partis vel pro indiuiso
vsumfructum non vtendo amitto,vt ff.eo.ti.l.placet.à
simili & ista pensio pro parte præscribi potest.
¶Item aliquis semisses vsuras debebat, si per multos
minores soluerit semisses, non poterút ab eo peti de-
cætero,vt ff.de vsur.qui semisses,& C. de vsur.aduer-
sus.¶Præterea diuersæ sunt istæ summę discretæ,ergo
vna sine altera præscribi poterit,vt C.de præscr.30.vel
40.añ.cum notissimi.circa fi. ¶Præterea cùm diuersæ
sint summæ,solutio in vna re facta, alij nó præiudicat,
vt extra.de fide instru.inter dilectos, & C. res inter a-
6 lios acta,per totum.¶†Item iuri suo videtur renúciaf-
se monasterium,eo ꝙ tanto tempore tacuit, recipien-
do medietatem pensionis,vt extra.de priui.si de terra,
20.q.1.puella,& extra.de reg.& transe.si quis autem.
¶Pręterea sibi debet imputare,eo quod tanto tempo-
re tacuit,vt C.de his qui à non do.manu.l.vl.in fi.¶Íté
idem iuris est in parte quod in toto,vt C.de rei vé.quę
de tota,& ff.pro derelicto,l 3.sed totum potest præscri
bi,ergo & pars.

SOLVTIO. Si illa 10.quæ soluebantur,debeban
tur ex vna causa,& 10.quæ non soluebantur ex alia, in
illis 10.videtur præscriptio:si ex eadem causa debebā-
tur illa 20. videtur monasteriú soluendo parté,agnos-
cere totum debitum,vt C.de præscr.30.vel 40.añ.cum
notissimi.§.penul.

SVMMARIVM.

1 *Laicus fundum ab ecclesia emphyteuticum vẽdidit, & per 40.annos pensionem soluit, vtrum emptor contra ecclesiam sit tutus.6.*
2 *Secordia præscriptioni ianuam aperuit.*
3 *Distinctio in indistinctis abiicienda.*
4 *Præiudicium ex alieno facto non debet generari.*
5 *Inculpatus,culpa prorsus carere debet.*

Quæstio 25.

1 LAICVS†quìdá fundum ab ecclesia in emphy-
teusim accepit.procedente tépore fundum illum
bonæ fidei emptori alienauit : nihilominus tamé
ille laicus semper soluebat pensioné ecclesiæ,& ita fe-
cit per 40.annos.modo quæritur, vtrùm emptor sit tu
tus ab ecclesia,si fundum petat.

PRO.Quòd non sit tutus,sic probo:Nam in culpa
non fuit cum semper reciperet pensionem, ergo iure
suo priuari non debuit,vt extra.de const.cognoscétes,
2 & 17.q.7.inuentum.¶†Item contra desides & sui iuris
contemptores est præscriptio introducta,vt C.de an-
na.ex l.pe.circa prin.& 16.q.3.§.pe.in ver. illo. quia lex
fauet,& extr.de præscr.vigilanti,circa finem.¶Præte-
rea,ecclesia semper retinuit eiusdem fundi possessioné
animo,pensioné recipiédo quolibet anno,vt ff.de acq.
pos.l.vlt.ergo contra eam non currit præscript.vt ff.de
vsur.l.3 & 16.q.3.quicunque. retinet enim possessioné,
nisi sit expulsa, vel suspicetur se posse repelli, vt ff.de
3 acq.pos.clá possidere,§ qui ad nundinas.¶†Íté esto ꝙ
contra ecclesiam sit præscriptum,tamen quia iusta cau
sa subfuit,poterit restitutionem in integrum postula-
re,vt ff.de integ.rest.tam ex literis,& ff ex quibus cau.
ma.in integ.resti.l.j.in fi.maxime cùm odia sint restrin
genda,& fauores ampliandi,vt ff.de lib.& posth. cum
quidam.

CONTRA. Sed certe contrarium probo: Nam
emptor ille bona fide emit,& iusto titulo,ergo aduer-
sus ecclesiam tutus erit,si bona fide per 40.an. sine in-
terpellatione possedit, vt extra. de præscrip.ad aures,
& c.de quarta.& 16 quæstion.3.quas actiones. ¶Præ-
terea,super hoc nulla distinctio inuenitur,ergo tu di-
stinguere non debes, vt ff.de public. de precio.§& 2.q.
4 5.consuluisti.¶†Item ei nocere non debet,licet vendi-
tor domino soluerit pensionem, quia ex alieno facto
alij non debet præiudicium generari,vt ff. de ali.iudi.
mu.causa facta.l.j circa princ.cùm alteri per alterú nó
debeat iniqua conditio afferri,vt ff.de reg.iur. non de
bet & C.res inter alios acta,per totum, & extra. de fi-
de instru inter dilectos. ¶Item lex indistincte dicit,ꝙ
omne ius & omnis actio tollitur spatio 40. annorum,
vt extra.de præscr.auditis,in fi. & ita ecclesia amplius
5 non auditur.¶†Præterea,emptor iste certat de damno
vitando,ergo melior debet esse códitio possidentis,in
pari causa,vt ff.de reg.iur.in pari cá.¶Íté possessor iste
in culpa non fuit,ergo puniri nó debet,vt extra.de his
quæ fi.à ma.parte.c.quæsiuit.& xi.q 3 illud.

SOLVTIO. Dixit dominus Pileus in quæstioni-
bus suis,possessoré petenti ecclesiæ condénandú,quod
verum puto.¶Item dicit T.quia recipiendo pensioné,
videor possidere:posset tamen probabiliter dici, ꝙ ec
clesia aget ad interesse suum contra venditoré,cui de
derat primo fundum in emphyteusim,& si ille nó esset
soluendo,tunc ecclesia haberet regressum contra pos
6 sessoré,†sicut in tutore contingit.C.de iud.properan-
dum,in fi.vel potest dici,ꝙ habebit electionem eccle-
sia contra quem primo agere velit,vt C.si tutor vel cu
ra.interuenerit,l.vlti.quod verú est,& quod dicitur in
l.properandú,est speciale,vt primo agatur contra tuto
rem.

SVMMARIVM.

1 *Noualia nunquid sint præscripta,præscriptis per clericos aduersus episcopum decimis.6.*
2 *Priuilegium de decimis, an extendatur ad noualia.*
3 *Alluuione ꝙ fundo accreuit,an cedat vsufructuario.*
4 *Stipulationes tot sunt,quot res.*
5 *Negligi non potest,quod nunquàm fuit.*

Quæstio 26.

1 QVIDAM†clerici decimas cótra suú episcopú
præscripserunt in villa quadá,quæ erat in eius
parochia:postea apparent ibi noualia: episco-
pus vult decimas de noualibus: clerici
dicunt se pręscripsisse.quæritur,vtrum clerici ratione
præscriptionis se valeant contra episcopum tueri.

PRO. Quòd clerici sint tuti præscriptióe,videtur:
Nam vna & eadem res duplici iure censeri nó debet.
vt 12.q.2.cognouimus,in fine.& extr.de priuil.quia cir
ca.& de decimis,cùm in tua,& 16.q.vlt. noua actione,
ergo idem censebitur in noualibus,quod in tota villa.
2 ¶†Præterea turpis est omnis pars quæ suo non cógruit
vniuerso,vt 8.dist.quæ contra mores,& 12.dist,non de
cet à capite.¶Præterea,si quis habet priuilegiú de de-
cimis percipiendis,hoc extenditur ad noualia, & etiá
ad possessiones postea acquisitas,vt extra.de decimis,
ex parte tua,& extra.de priui.quia circa.¶Item in præ
scriptione videtur maxime, cum de iure communi sit
introducta.

¶Præterea istis clericis concessum est maius: ergo qđ
minus est,eis cócessum intelligitur,vt 16.q.2.visis,cir-
ca mediú.& in prædicta decr.ex parte,& 12.q.2.præci-
3 mus.¶†Item si res non exempta,exemptę accedat,eius
dem iuris cú ea censetur,& tota efficitur priuilegia-
ta,vt extra.de priui.porrò,& ff.de vsur.cùm quidá.§.si
debitores,& ff.de iur.fis.fiscus.

¶Præterea, idem iuris debet esse in parte, quod in
toto,vt ff.de rei vendi quæ de tota,& ff. pro derelicto.
l.3. ¶Præterea,si habeo vsumfructum in fundo, &
ei aliquid per alluuionem accrescat,& in eo quod ac-
creuit,habeo vsumfructum, vt ff.de vsufructu.
Item si fundi §.huic.& instituti on.de acquiren.re.do.

§.præterea quod per alluuionem.à simili, idē videtur & hic.

CONTRA. Contrarium probo:Nā ista decima non erat,ergo contra eam nulla est præscriptio introducta: contra rem enim vel actionem quæ non est,præscribi non potest,vt C.de anna.ex l.j circa finem,& C. de rebus do.in rebus.§.omnes autem,& ita episcopus poterit petere decimā,quæ nunc nō erat,cum ad eum spectet de iure communi,cū sit eius parochia,vt 16.q.j. si quis laicus,& c.de decimis.

4 ¶ †Præterea,tot sunt stipulatiōes quot res,vt ff.de verbo.obl.scire,& l.quod dicitur,& tot sunt præscriptiones,quot res,vt extr.de præscr.auditis,circa fi.& de capel.mon.c.2.circa finem.vbi in quibusdā iuribus episcopalibus fit præscriptio,& in quibusdā non,& ita licet præscribatur in vna re,in alia tamen nō est præscriptū.¶ Item decr.videtur expressa in casu isto,extra.de decimis,cū contingat.¶ Præterea,sententia lata super re aliqua,alij rei non præiudicat,vt extra.de fide instr.inter,& C.res inter alios acta,per totum.similiter pactum super vna re,alij non præiudicat, vt ff.de pactis.l. si vnus,§.item ne experiar,in fine,& l.tres fratres.à simili ergo,& præscriptio super aliqua re,alij rei præiudicare non debet,maxime cum præscriptio sit odiosa.

5 ¶ †Item non potest deseri nec negligi,quod nunquam fuit,vt de pœ.dist.2.in fi.nec potest rūpi quod nō fuit, vt ff.de iniusto rup.test.nam & si sub conditione.similiter matrimonium quod non est,accusari non potest, vt extra.de despon.imp.ad dissoluendum.

SOLVTIO. Io.Teutonicus dixit,ꝙ clerici non præscripserūt in noualibus,& aliud est in præscriptione quam in priuilegio,cum priuilegium sit fauorabile,& præscriptio odiosa,& hoc notauit extra.de decimis,cum contingat,& eo.ti.ex parte, scilicet certe. T.
6 dicit,& melius,ꝙ †si clerici præscripserunt ius decimandi in villa vniuersale,habebūt decimas de noualibus. secus.si nō ius vniuersitatis,sed per partes præscripsissent,& dicit H. ꝙ si habeo decimas de aliquibus prædiis, & si non recipiam decimas de omnibus, non currit mihi præscriptio,nisi prædia sint communia.

DE SPONSALIBVS ET matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Puella nunquid in virum petere possit, qui de stupro accusatus,in iudicio matrimonium confessus est.*
2 *Simulatio falsa,veritati non obest, bona tamen simulatio,à iure est permissa.*
3 *Simulatio matrimonium spirituale non impedit.*
4 *Matrimonium etiam per signa contrahitur.*

Quæstio 27.

1 CVM†quidam quandam virginem cognouisset, accusatus fuit de stupro à parentibus puellæ coram iudice ecclesiastico: & cum puella cum accusato coram iudice extitisset,confessi sunt matrimonium inter se esse,& sic iudex eos dimisit: cūque postea eum puella peteret in virum,ipse negat matrimonium.quæritur,vtrum puella possit eum petere.

PRO. Et certè quòd non possit petere, manifeste probatur: simulatio ista matrimonij habita inter eos, facta fuit causa liberationis,ergo propter hoc non est censendum matrimonium inter eos,vt ff. de ritu nup.
2 simulate.& extra.de sponsa.tua. ¶ † Præterea,falsa simulatio veritatem non minuit.vt Cōd.de liber.causa. nec omissa,circa princip.ea enim quæ simulate geruntur,pro infectis habenda sunt,vt C.de trāsac. cum ea, & C.plus valere quod agitur,per totum. ¶ Item talis confessio facta fuit propter metum,ergo nulli potuit facere præiudicium,vt 31.q.j.c.j.& 2.& c.Lotharius,& extra.de his quæ vi metusve causa.perlatum.¶ Præterea bona simulatio à iure permittitur,vt 22.q.2.vtilem simulationem,& 43.dist.in mandatis.

¶ Præterea,per talia verba non contrahitur matrimonium inter aliquos,vt extr.de spon.duorum.licet præter solutum:ergo per cōfessionem talem non censebitur matrimonium inter eos.

3 CONTRA. Cōtrarium probo. †nam confessio matrimonij coram suo iudice facta fuit nemine cogēte:ergo debet confitentibus præiudicium generare,vt C.de cōfessis.l.vna,& ff.eo.ti.l.j.& in extra.de confessis,c.j.& 2. ¶ Præterea indignū est, vt quod quisque sua voce dilucide protestatus est idem valeat proprio testimonio infirmare,vt extr.de prob.per tuas,circa fi.& C.de non nu.pe.generaliter,circa fi.¶ Præterea,simulatio non impedit matrimonium spirituale,vt 27.dist. ꝙ interrogasti,& extra de reg.vidua.ergo multo fortius carnale impedire non debet.¶ Item ratione simulationis cogitur quis stare cum muliere, si mulieri placue-
4 rit,vt extr.de eo qui duxit in matrimonium.c.j.¶ †Præterea,per sola signa contrahitur matrimoniū inter aliquos,vt extra.de spon.cū à præ.ergo multo fortius per consensum expressum contrahitur matrimonium inter eos,vt 27.q.3.sufficiat.¶ Præterea,laici raro pronunciant ista verba,Accipio te in maritum meū:&,Te accipio in meam,sufficit enim in tali casu, quibuscūque verbis intentio hominū exprimatur, vt extra.de spon. ex literis,& 30.q.5.§.sed obiicitur,ver.hinc &c.¶ Præterea,in ambiguo est pro matrimonio præsumēdum, vt ff.de reb.dub.quot.& 32.q.j.si quis acceperit.

SOLVTIO. Iudex præcipiet ei ꝙ eam teneat: veruntamen si contrahat cum aliqua antequā consentiat postea in istam verbo vel facto,erit matrimoniū cum secunda,ita respondet mihi T.idem potest de eo dici, qui fecit pactum cum Berta,vt cum ea publice contraheret,quòd non esset matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium nunquid dirimendum,cum pater illam ducit,quam iurauit filium suum desponsasse,sed cum esset solus testis,fuit ab ea absolutus.5.*
2 *Res iudicata,pro veritate accipitur.*
3 *Confessum in iure,pro iudicato habendum.*
4 *Præsumptio modica matrimonio nocet.*

Quæstio 28.

1 MARTINVS†desponsauit mulierem quandā in præsentia patris sui,quam cum postea negauerit,pater in testimoniū adductus, iurauit & dixit ꝙ filius suus eam desponsauerat,tandem cū vnus esset testis adductꝰ,absoluta fuit mulier. deinde pater Martini contraxit cum ea.quæritur, an dirimi debeat matrimonium.

PRO. Quod non debeat dirimi,sic probo:Nam edictum de matrimonio contrahendo,prohibitorium est vt 30.q.4.qui spirituale,in fine.& 29 q 2 §.j.& extra.de spon.cum apud.ergo cum pater iste expresse non prohibeatur,talis copula separari non debet. ¶ Præterea, neque leges diuinæ, neque mundanæ tale matrimoniū prohiberent.ergo tua præsumptione illud prohibere non debes, vt extra. de sententia ex cap.nuper, & 1?.
2 quæst.2.lex diuina,in fin.¶ †Item quodlibet intelligitur concessum,nisi prohibeatur expresse,vt ff de testi. l.j.§.j.ff.de procur.mutus.§.j.& 16.q.j,sunt nonnulli,& dist.5.ad eius vero,versus fi. ¶ Præterea, si excipiat de sacramento contra istum, ecclesia poterit contra hec replicare,tu male excipis,quia contra hoc iudicasti.& ita ista,quantum ad ecclesiam,non fuit sponsa filij,pater igitur cum ea non prohibetur contrahere. ¶ Item quantum ad ecclesiam, occultum est hanc esse spon-

sam

sam filij, ergo si pater cōtrahit cum ea, ecclesia de hoc iudicare non debet, vt 32. dist. erubescant, in fin. & 16. q. 1. si omnia, & extra. de temp. or. ex tuarum tenore.

¶ Præterea, res iudicata, pro veritate accipitur, vt ff. de regu. iur. res iudicata, & ff. de statu hominū. ingenuus. in fi.

CONTRA. Contrarium probo: Nam pater iste
3 fuit confessus in iure, hanc esse affinem suā, † ergo pro iudicato haberi debet, vt ff. de confessis. l. j. & l. certū, in prin. legis, & 2. q. j. c. j. & 2. & C. de confessis. l. vna. ex sola enim cōfessione in iudicio facta, punitur aliquis ex officio iudicantis, vt extra. de confessis. c. 2. ¶ Itē primo confessus fuit in iudicio, eam esse spōsam filij: modo iterum in iudicio diffitetur: ergo tanquam proponens contraria, non auditur, vt extra. de app. solicitudinem, in fi. & extra. de præsump. literas, & 74 di. digesta, & C. de lib. causa, cùm precum. ¶ Præterea, siue dicat se male iurasse, siue bene, vxorem siue sponsam filij fuis
4 se, vtroque modo allegat turpitudinem: † ergo audiendus non est, vt extra. de do. inter dilectos, & 13. q. 3. nemini, & C. de reuo. do. cum confitearis. ¶ Præterea, nimis indignum est, aliquem infirmare id quod sua voce dilucide protestatus est, vt C. de non nu. pec. generaliter, in fi. immò contra hoc amplius non auditur, vt extra. de prob. per tuas, circa fi. ¶ Item pater filio, in muliere illa petēda, & testis fuit, & patrocinium præstat: ergo si pater eam velit sibi vendicare, non auditur, vt extraua. de trans. ex literis, & ff. de inoffic. test. l. vltim. ¶ Præterea, modica præsumptio impedit ne matrimonium fiat vt extr. de spon. c. præterea. j. & c. præterea de muliere. & ita videtur tale matrimoniū separandum, cùm iste non præsumatur immemor suæ salutis, cū primo iurauit, vt j. q. vlt. sancimus, & extra. de præsump. literas.

5 SOLVTIO. † Ecclesia debet eum admonere ne contrahat cū ea, si conscientia eum non remordet: si tamen cōtraxerit, ecclesia matrimoniū tolerabit. ¶ Item dicit T. si ēt duo testes cum patre inducti sunt, & mulier fuit absoluta, similis quæstio est, si aliquis iurauit corā iudice aliquā esse suam vxorē, & mulier fuit absoluta: quia cum alio poterit cōtrahere, expresse facit ad hoc extraua. de iureiur. mulieri.

SVMMARIVM.

1 *Maritus secundus nunquid vxorē repetat, qua à primo cōuēta de matrimonio, cōsanguinitatē allegauit.*
2 *Electio quæ nulla est, impedimentum non præstat.*
3 *Opinio veritati resistere non potest. 5.*
4 *Testamentum quod nullum est, rumpit primum.*

Quæstio 29.

1 MVLIER † quędam contraxit cum consanguineo suo, qui vir esse ab ecclesia putabatur: eo relicto, contra interdictum ecclesiæ nupsit alij: sed cùm primus eam repeteret, ipsa statim testibus parentelam probauit, & sic iudicio ecclesiæ separātur, secundus repetit eam. quæritur an possit.

PRO Quòd possit, sic probo: Nam cum constabat quòd primum matrimonium nullum fuit: ergo secundum non impediuit: quia quod de iure non sortitur effectum, non generat impedimentum, vt Cod. si mancip. ita fu. alien. ea quidem, & extra. de despon. impub. literas, & j. quæstion. 7. Daibertum, in fin. & Codic. de interdicto matrimonio, l. vltim. & ita secundus eam re
2 petere poterit. ¶ † Item causa illa quæ videbatur secundum matrimonium impedire, cessauit, ergo impedimentum cessare debet, vt extra. de app. cum cessante. & j. quæst. j. quod pro necessitate, & q. 7. quod pro remedio. ¶ Præterea, decretalis videtur expresse ponere casum istum, quem habes extrauag. de spon. cum in Apostolica, & etiam in dec. veniens. j. ¶ Item talis coniunctio non prohibetur in canone, immò admitti debet, vt extra. de spō. cū apud, & 28. q. 2. in palea. lex diuina, & 30. q. 4. qui spiritualem. ¶ Præterea, multa fieri nō debent, facta tamen tenent, vt 2. q. 6. biduum, & 45. dist. de Iudæis, & ff. de interdictis & releg. relegatorū. §. ad. tēpus. & in his omnibus videtur quod secundū teneat, nō obstante primo, quod nullū fuit. electio enim quæ nulla est, nō præstat impedimētū secundę, vt extra de app.
3 constitutus, & extra. de elect. bonæ. ¶ † Præterea, licet in primo matrimonio putaretur veritas, tamen debet opinioni præferri, vt extra. qui filij sint leg. per tuas, & 61. dist. quique, & 8. dist. veritate.

¶ CONTRA. Sed certe contrarium probo: Nam primum matrimonium contractum fuit in facie ecclesiæ, ergo perinde habendum est, antequam per sententiā dirimatur, ac si nulla esset cōsanguinitas inter eos, vt extr. qui filij sint leg. cū inter I. & in eo. ti. ex tenore; & ita cū matrimonium, quantum ad ecclesiam reputaretur, si mulier dedit fidem secundo, vel cum eo de facto contraxit, primo matrimonio durante, debent ab inuicem separari, vt extra. de eo qui duxit in ma. quam pol. ex literarum, & 31. q. j. relatum. & c. si quis viuente. ¶ Præterea, secundum matrimonium contractum est
4 ecclesia prohibente, † ergo pro infecto haberi debet, vt extra. de spon. duorū. §. vlt. in fi. & 35. q. 3. contradicimus. quod enim cōtra leges fit, dissolui meretur, vt 10. dist. vides, vt 25. q. 2. imperiali, & ff. de leg. & consti. non dubium. ¶ Item sicut electio quæ nulla est, impedit secundā, vt extra. de elec. considerauimus, & in eo. ti. auditis, & secundum testamentum quod nullum est, rumpit primum, vt ff. de iniusto rup. te. cum in secundo, sic & matrimonium quod nullum est, rumpit secundū, vt extra. de spon. ad audientiam. & matrimonium quod nullum est, impedit promouendum, vt extra. de big. nu
5 per. ¶ † Item sæpe opinio præiudicat veritati, vt 2. q. 7. §. tria, & ff. de officio prætoris, Barbarius, & C. de test. l. j. & ff. ad senatusc. Ma. l. 3. j. respon.

SOLVTIO. Credo quod matrimonium sit cū secundo, per dec. illam. extra. de spon. veniens. j. idem & T. affirmat super decretali extra. de spon. cum in apostolica, in fi. cuiusdam glosæ quæ sic incipit, hoc colligite. Io. tamen dixit contrariū, per decre. extr. de eo qui duxit, cum haberet.

SVMMARIVM.

1 *Promittens inimico propter pacem, vnam è suis ducere, & vnam cognoscens, an illam ducere teneatur.*
2 *Appellare aliquem facto, plus est, quam verbo.*
3 *Desponsatio facta in genere, nulla est.*
4 *Tutoris datio, per incertitudinem, vitiatur.*
5 *Nuptiæ inuitæ bono exitu raro gaudent.*

Quæstio 30.

1 TITIVS † propter pacem firmiter obseruandā, iurauit cum suo inimico, quòd vnam de tribus filiabus eius acciperet in vxorem: tandem vnam earum cognouit. quæritur, cum alias ducere nō possit, an præcise hanc ducere teneatur.

PRO. Quòd autem compelli possit, sic probo: Nam istud iuramentum fuit licitum & honestum, vt 22. q. j. omne quod in fœdere pacis, & extra. de spon. præterea, & in eo. tit. commissum: ergo seruari debet, vt extra. de iureiur. & si Christus. versi. redde domino iuramēta tua, & in eo. ti. si vero. Sed cum alias habere non possit, hanc ducere compellendus est. ¶ Præterea, sponsalia præcesserunt, & carnalis copula subsecuta: ergo inter eum & eam debet matrimonium censeri: vt extra. de cond. app. de illis, & c. per tuas.

2 ¶ †Item non obstat, si dicat ꝙ sub hac conditione intelligitur facta promissio, iuro accipere vnam ex illis tribus quam elegero: hanc elegisse videtur, cum plus sit aliquem facto appellare, quam verbo, vt extra. de his quæ fi. à ma. parte. c. ex ore, circa fi. & de app. dilecti. ¶Item sua culpa ad hanc necessitatem deuenit, ergo suæ dementiæ debet imputare, vt ff. quod met. causa. si mulier. j. resp & 17. quęst. 4. vxor Felicis, & ff. de reg. iur. ꝙ si aliquis, & ff. qui sat. cog. si fideiussor. § si necessaria in fi. ¶Præterea, si dicit ꝙ hoc fecit animo fornicandi, audiri non debet, cùm suam alleget turpitudinem, vt extraua. de dona. inter dile. fil. & C. de reuo. do. confi-
3 tearis, & 15. quæst. 3. nulli. ¶ †Item res ad eum statū deuenit, ac si vnicam filiā habuisset, cū aliis sit factus affinis. ergo tenetur habere, vt ff. de contrahen. empt. & ven. si in emptione. §. quòd emptio, in fi. & ff. de sol. Stichum, in prin.

CONTRA. Contrarium probo: Nam despōsatio facta in genere, nulla est, cum certa debeat esse persona cum qua sponsalia contrahuntur, vt ff. de ritu nup. generali. cum ergo sponsalia non præcesserint, per carnalem copulam non fuit matrimonium consummatū, vt 29. quæst. j. § j. versi. sed obiicitur, matrimoniū enim
4 non facit coitus, sed consensus, vt 27. q. 2. §. j. ¶ †Præterea, nunquam promisit illam accipere in vxorem, ergo nulla fuerunt sponsalia cum ea contracta, vt extra. de spon. duo. duobus modis, & 27. quęst. 2. in palea illa, duobus modis. ¶Item si incertus sit quis datus tutor, cùm duo sint eiusdem nominis, datio tutoris non valet, vt ff. de testa. tut. duo sunt. cum incertus tutor dari non debeat, vt C. eo. ti. tutor incertus. Idem in libertate contingit, vt ff. de rebus dub. si quis de pluribus, ff. de manu. test. cùm ex pluribus. similiter incerta stipulatio nihil valet, vt ff. de verb. obli. relictum, & ff. de iur. dot. cùm post diuortium. §. gener. multo minus incerta desponsatio nō valebit, cum in matrimoniis maior sit discretio adhibenda, vt extraua. de consang. & affi. c. j. & ita ex tali promissiōe nullā earum cogitur habe-
5 re in vxorem. ¶ †Præterea sicut vnus est maritus vnius, vt 31. q. j. quomodo virginibus, ita de iure nō pōt quis esse sponsus nisi vnius, vt extra, de spon. sicut ex literis: & ita cum illis tribus nō fuerunt contracta sponsalia. ¶Item inuitæ nuptiæ malos exitus consueuerunt habere, vt extra. de spon. requisiuit, & 31. quæst. 2. §. j.

SOLVTIO. Sponsalia sic cōtracta, sub conditione contrahi intelliguntur: Iuro quòd accipiam vnam de tribus filiabus &c. scilicet quam prius elegero, vnde cum hanc elegisse videatur, est matrimonium cum ea filia, idem dicit T.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos Græcus an possit inter Latinos vxore vti & sacerdotio.*
2 *Sacerdos ex cohabitatione forum sortitur.*
3 *Duplicitas à iure reprobata est.*
4 *Continentiam, inuita vxore, vir an possit vouere.*

Quæstio 31.

1 SACERDOS †quidam Græcus, cum vxore sua se trāstulit ad Latinos, ibique moram faciens, cū bene sciret literas & officium Latinorū, volebat diuinū officiū celebrare, & vti vxore sua: quæritur, an sit permittendus, cùm sit notus, & de eius vita constet.

PRO. Quòd non sit permittendus, sic probo. Ait enim Ambrosius Augustino: Ad quamcunque ecclesiam deueneris, eius morem serua, ne alicui scādalum generetur, vt 12. dist. illa, circa fi. & 41. distin. quisquis, ergo cùm per hunc sacerdotem scandalum inter alios generetur, diuinum officium celebrare nō debet, nisi
2 vxorem abiiciat. ¶ †Præterea, status ciuitatis nō debet alicuius ciuis vel peregrini libidine violari, vt 8. dist. quæ contra mores, circa prin. ¶Præterea, turpis est omnis pars, quæ suo non congruit vniuerso, vt extra. de elec. cùm causam, & in prædicto c. quæ contra. ¶Item in vno & eodem officio homines diuersæ professionis non sunt in simul sociandi, vt 16. quæst. vlt. in noua actione, & extra. de inter in ecclesiam. ¶Item ex cohabitatione sacerdos iste forum sortitur, vt extra. de paro. & alie. paro. significauit, & 24. quæst. 1. §. quia ergo, & C. de incol. si in patria, lib. 10. & l. vl. in fi. ergo leges eius fori seruari debent. vt ff. ad municip. in col. j. & 2. & C. de incol. priuilegio specialis. in fin. lib. 10.
3 ¶ †Præterea, talis duplicitas reprobatur à iure, vt extra. de priui. quia circa. ¶Item vulgare prouerbium est, Terræ ad quam perges, cape mores, quos ibi cernes.

CONTRA. Contrarium probo: Nā sacerdos iste nunquam promisit cōtinentiam tacite vel expresse: ergo ad eam seruandam nullo modo est compellendus, cùm res sit voti & non præcepti, vt 32. q. j. integritas, & 20. quæst. 2. præsens clericus. ¶Præterea, sacerdos iste de iure cōtraxit, & vxorem habuit legitimā, vt 31. dist. Nicena. & ca. quoniam. ergo ius quod in ea habet, sine culpa sua amittere non debet, vt 16. q. vlt. inuentum, & 61 dist. satis peruersum, & extra. de const. cognoscētes.
4 ¶ †Pręterea, inuita vxore sua non potest continentiam vouere, vt 27. q. 2. sunt qui dicunt, circa finem. & 32. q. 2. quicquid, in fi. & 33. q. vlt. c. vlt. circa fi. alioqui ei fieret occasio fornicandi, vt 27. q. 2. si tu abstines, & ca. si quis coniugatus, & extra. de conuersi. coniug. coniugatus. Item libere fuit hoc ei cōcessum, scilicet habere vxorem: ergo sine conditione intelligitur esse collatum, vt C. de dona. quæ sub modo, perfecta, & C. de condi. ob cau. si repetendi. ¶Præterea, isti duo à Deo coniuncti sunt: ergo excepta cā fornicationis, separari nō debēt, vt 33. q. j. quos Deus, & 32. q. 6. vxor à viro, & extra. de iu. iur. quemadmodum, circa princi. ¶Item talis varietas reprobatur à iure, vt C. de cur. fur. cum aliis, circa medium, & 10. dist. lege.

SOLVTIO. Satis credo ꝙ non sit prohibendus sacerdos iste ministrare. Idem dicit T.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus à falso episcopo, an possit contrahere matrimonium.*
2 *Datum nō dicitur ab eo qui de iure dare nō poterat.*
3 *Pignus non tollitur per venditionem nullam.*
4 *Electio quæ nulla est, præstat sequenti impedimentū.*
5 *Accessoria nōnunquàm tenent, principali destructo.*

Quæstio 32.

1 QVIDAM †ordinatus fuit in sacerdotē à non episcopo, quem putabat episcopum esse: comperto postea quòd non esset episcopus, vult cō trahere. quæritur, an possit.

PRO. Quòd possit contrahere, sic probo: Nā sponsalia quæ nulla sunt ipso iure, nullum præstant impedimentum matrimonio contrahendo, vt extra. de despō. impu. literas, & c. accessit. versus fin. & C. de interdicto matr. l. vlt. à simili ergo & ordinatio quæ nulla fuit, nō
2 præstat impedimentū matrimonio contrahēdo. ¶ †Pręterea, pro non dato habetur, quod ab eo datur qui de iure dare nō potuit, vt extraua. de do. inter vir. & vxo. nuper. & j. quæst. 7 Daibertum. & C. qui pro sua iurisd. l. vna. ergo pro eodem habendum est, acsi iste nullum ordinem recepisset, cum receperit ab eo, qui conferendi non habuit potestatem. quare iste sic ordinatus contrahere potest. ¶Præterea ordo non tenuit, ergo quic-

quicquid ex eo sequitur, scilicet cõtinentia vel aliud,
tenere non debet, vt C. de leg. & constit. non dubium.
Nam destructo principali, accessoria nõ tenebunt, vt
C. de fide instru. inter, circa fi. & ff. de reg. iur. cũ prin-
cipali.

¶ Item cessante causa, cessare debet effectus, vt extra.
3 de app. cũ cessante, & 61. dis. §. his omnib⁹. ¶ † Prętereà,
electio quæ nulla est, non præstat impedimentum se-
cundæ, vt extra. de app. constitutis, & extraua. de elect.
dudum. ¶ Item matrimonium quod nullum est, non
præstat impedimentum secundo, vt extra. de spon. ve-
niens. primo, & c. cùm in Apostolica. Nam veritate ma
nifestata, cedit opinio veritati, vt 8. dist. per totũ. ¶ Itẽ
venditio quæ nulla est, non tollit pignus, licet facta sit
consentiẽte creditore, vt ff. de distrac. pign. si debitor.
§. vltimo.

¶ CONTRA. Contrarium probo: Nam sæpe con
tingit quòd sponsalia quæ nulla sunt, præstant impedi
mentum sponsalibus sequentibus, vt extra. de spon. iu-
4 uenis, & c. seq. ¶ † Item matrimonium quod nullũ est,
præstat impedimentum promotioni, vt extra. de big.
nuper. prætereà electio quæ nulla est, præstat impedi-
mentum sequenti, vt extra. de elec. considerauimus, &
in eo. ti. auditis. à simili & ordo qui nullus est, præstat
impedimentum matrimonio sequenti, cùm quantũ in
eo fuerit, votum continentiæ solenniter sit emissum.
¶ Itẽ iste ab omnibus episcopus putabatur, ergo quic-
quid cum eo actum est, est obseruandum, vt ff. de offic.
præ. Barbarius, & C. de test. l. j. & 4. quæst. 3. §. tria. & ff.
ad Macedo. si quis patrem. nam opinio omnium præ-
iudicat veritati, vt extra. de iur. pa. consultationibus,
& extra. qui fil. sint leg. cùm inter, & l. quæst. j. si quis à
5 Simoniacis. ¶ † Prætereà, hunc casum videtur ponere
decretalis expresse, extra. de conuersi. coniu. quidam
intrauit, vbi dicitur ꝙ licet ingressus non tenuerit, ta-
men quia votum quantum in eo fuit, tenuit, contrahe
re non pôt. ¶ Item sæpe principale non tenet, & tamen
accessoria valẽt, vt C. si aduersus ven. l. j. & extra. de iu-
reiuran. debitores, & c. cùm contingat.

SOLVTIO. Ego Bartholomæus Brixiensis credõ
ꝙ contrahere possit. nam ibi tacita conditio subintel-
ligebatur, si ordo valeret: sicut sępe tacita cõditio sub-
intelligitur, vt extra. de iureiur. quemadmodum.

DE ADVLTERIIS.

SVMMARIVM.

1 *Maritus nunquid vxorẽ repellere possit, qui cum in-
firmaretur, eam induxit, vt medico aliter eum cura
re nolenti coiret.*
2 *Adulterium quod Abrahã cõmisit, cur permissum.*
3 *Leno vxoris suæ, eam de adulterio non accusat.*
4 *Authoritatem maleficio præstans, plus punitur.*
5 *Seruus non excusatur, qui domino in atrocibus obe-
diuit.*
6 *Infirmi dicta non semper attendenda.*

Quæstio 33.

1 CVM † quidam grauiter ægrotaret, dixit ei me-
dicus, ꝙ non curaret eum, nisi traderet sibi vxo-
rem ad cognoscendum. maritus posteà induxit
vxorem, vt faciat voluntatem medici. eo liberato, vult
eam repellere. quæritur an possit.

PRO. Quòd non possit eã repellere, sic probo: Nã
vir est caput mulieris, vt 33. quæst. 5. cum caput. & viro
debet obedire, vt eo. c. q. ea. est ordo naturalis. vnde v-
xor Loth mutata fuit in statuam salis, quia viro suo nõ
obediuit, vt extra. de voto & voti re. magnæ deuotio-
nis, in parte quæ decisa est. quare ista puniri non de-
2 buit, si pro liberatiõe mariti obediuit marito. ¶ † Item
Abraham excusatur, quia de licentia vxoris suæ adiuit
ancillam, nec in legem commisit. vt 32. quæst. 4. dixit Sa
ra. ¶ Item mulier ista in dolo non fuit, quæ simplici
ter obediuit, ergo adulterium non commisit, quod nõ
committitur nisi dolo, vt ff. de adulte. l. penulti. quare
maritus eam non repellet, vt 32. quæst. 5. si vxorem. sero
enim accusat quis mores vxoris, quos anteà approba-
uit, vt ff. de adul. si vxor. in fi. ¶ Item esto quòd hæc mu
lier peccauerit quod non fateor, maritus similiter pec
cauit, præcipiendo ei, ergo mutua crimina pari com-
pensatione debent deleri, vt ff. de dolo, si duo. & ff. sol.
mat. viro atque vxore, in fi. & extra. de adul. c. vltim. &
extra. de except. cum ecclesiasticæ: immo in tali casu
deterior est conditio agentis, vt ff. de reg. iur. cum par
delictum.
3 ¶ † Item nonne iste leno fuit, vxorem suam alteri sup-
ponendo. & certe sic, ergo eam de adulterio non accu
sabit, vt ff. solut. matrim. cùm mulier viri lenocinio, &
extra. de eo, qui cogno. consan. vxo. suæ. discretionem;
quæ videtur decidere hãc quæstionem. & ita cum iste
sit in crimine, vxorem non accusabit de crimine ad
quod eam induxit, vt 25. dist. primum, in fin. & 6. quæst.
1. qui crimen. ¶ Item testis qui fuit particeps crimi-
nis & muneris, à testimonio est repellẽdus, vt extra. de
test. veniens. ergo iste repellendus est, quia fuit in cul-
pa dando ei licentiam, & sensit commodum, quia libe
4 ratus est. ¶ † Item facientes & consentientes par pœna
cõstringit, vt 2. quęst. j. notũ, in fi. & 24. quęst. 3. qui alio
rum. sed plus debet puniri qui authoritatẽ præstitit, vt
86. dist. tanta nequitia, & 31. quæst. 2. de neptis, in fi. di-
cat ergo vxor viro.
Te culpent alij, tibi me laudare necesse est.
Cùm frustra legem inuocet, qui committit in legem;
vt ff. de minor. auxilium, in fin. & extra. de vsur. quia
frustra.

¶ CONTRA. Sed contrarium probatur: Nõnne
hæc mulier debuit omnia mala pati priusquàm malo
consentiret, & certe sic, vt 32. quæst. 5. ita ne. quare non
videtur excusanda, & si voluntate viri hoc fecerit, nul
li enim obediendum erit in his quæ Deo contraria
sunt, vt 11. quæstion. 3. non semper, & in cap. qui resistit,
circa princip. & in cap. Iulianus. immo & si sanctus iu
beret quid contra Deum, non est obediendum, vt 50.
dist. si quis præpostera, vt extra. de rescript. si quando,
5 & 26. quæst. 5. nec mirũ, circa fi. in ver. si surrexit. ¶ † Itẽ
seruus non excusatur qui domino in atrocibus obedi-
uit, vt ff. de regulis iuris ad ea quæ, & ff. de iniur. sed si
vnus. §. si visu domini. nec in hoc subditus excusatur,
vt 2. quæst. 7. admonendi, & xi. quæst. 3 quid ergo. qua-
re ista mulier excusanda nullo modo videtur, quæ vt
committeret fornicationem, obediuit marito, vt 32.
quæst. 7. omnes causationes. nec enim debuit hæc mu-
lier timere asperitatem linguæ mariti, vel eius adula-
tiõ es, vt 50. d. si quis diaconus, circa fi. cùm debuit co-
gitare, quòd causa experientiæ hoc fecerit, vt 22. q. 2.
quod ait. vnde & si præciperet illud fieri, non obstabat
vt 22. quæstio. 2. non enim volebat Deus. ¶ Item lex di-
cit expresse, quòd prætextu lenocinij mulier à deli-
cto non excusatur, vt ff. de adult. l. 7. §. si publica. ¶ Item
pro vita alicuius vel sua non debet aliquis mentiri, vt
22. quæstio. 2. ne quis arbitretur: ergo multo minus de-
buit hæc mulier pro vita mariti fornicationem com-
mittere, cùm in hoc non possit ei consulere, nisi pec-
6 cando, vt 22. quæst. 2. faciat. ¶ † Item anima preciosior
est corpore, vt extr. de pœ. & remis. cùm infirmitas. &
24. q. 3. si homines, ergo corpori anteponenda fuit, vt
C. de sacr. san. ec. sancimus. in fi. si ergo proprio corpo
5 ri fuit anteponẽda, multo fortius alieno, vt 33. q. 5. si nõ
licet. & sic mulier non videbitur excusata. ¶ Item quæ
tunc dixit maritus, feruore infirmitatis dixit, & quasi
amens: ergo dicta sua non fuerunt attendenda, vt 17. q.
2. Gonsaldus. & 3. q. 9. iudicas. nã ex verbis eius poterat
fatuitas depræhendi. vt ff. de tuto. & cu. da. ab his. l. 3. §.

j.& ff.de cond.inst.l.quidam. nec refert pro qua causa
fecerit adulterium,vt 32.quæst.4.origo. quia plus fuit
diligenda anima, quàm corpus, vt 22. quæst.5.tolerabilis.

SOLVTIO.Mulier malè fecit:tamen vir ei obijcere non potest,quia obstat exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus num licitè repellat vxorem,quæ vim passa est in loco,quem vir preceperat deserere.*
2 *Malum facere,& cām mali præstare, non differūt.*
3 *Culpa lata dolo comparatur.*
4 *Voluntas in maleficiis spectatur,non exitus.*
5 *Mulieri non imputandum,si bona fide non credidit.*

Quæstio 34.

1 VIR †mādauit vxori suæ,vt aliò se transferret,ne violentiam pateretur ab exercitu transeunte:illa vero in domo sua permansit:& sic à transeuntib⁹ est oppressa.quæritur, an vir eam repellere possit.

PRO.Et videtur ꝙ sic.Nam vxor in culpa fuit,quæ
marito suo non obediuit,vt 33 quæst.5. manifestum.&
c.hæc imago,& ff.de reg.iur.non potest,nō potest dolo carere,vt 8.quæst.j.sciendum.ergo quicquid inde sequitur,totum est ei imputandum,vt l.distinc.studeat,
2 & extra.de homicidio,decæterò. ¶ † Præterea, nihil
differt,vtrùm malum facias,an causam mali pręstes,vt
ff.ad legem Aquiliam,occidit.§.penultimo, & ff.ad legem Corne.de sica.nihil interest,& de consec.dist.2.si
quis per ebrietaté.immo & si bene acciderit, videtur
puniēda vxor,vt ff.de re milita.desertorem.§.in bello.
Nam vxor Loth mutata fuit in effigiem salis,quia non
obediuit,vt extra.de voto & voti redēptione.magnæ.
¶Item cum culpa sua inciderit in talem metum,nullo
modo excusari videtur,vt ff.quod metus causa, si mu-
3 lier,j.res.& ff.de reg.iur.quòd si quis.¶ †Item hæc mulier videtur adulterium cōmisisse, cū lata culpa dolo
comparetur,vt ff.depositi.ꝙ Nerua,& ff.si mensor fal.
mo.dix.l.j.§.hæc act.& ff de act.& obl.l.j.§.his quoq;.
¶Item hæc mulier hoc affectasse videtur, cum raptui
se obtulit,vt 32.quæst.7.omnes causatiōes,& 36. quæst.
2.de puellis.

¶CONTRA.Contrarium probo:Nam constat ꝙ
hæc mulier vim passa fuit & violenter oppressa, ergo
non poterit de adulterio accusari, vt ff.de adulterijs,
vim passa.¶Ité hæc mulier licèt simpliciter egerit non
credendo,in dolo tamen non fuit,ergo adulteriū non
commisit,ꝙ non committitur,nisi dolo,vt ff.de adult.
4 l.pe.si ex lege.¶ †Item omne delictum à sola voluntate
procedit,vt 15.quæst j.§.sed hoc non generaliter, & c.
meritò.In maleficiis enim voluntas spectatur,non exitus,vt ff.ad l.Corn.de sic.diuus Adrianus,& ff.de furt.
qui inuito,in primo responso.¶Item caro corrupta dici non debet, si mens ante corrupta non fuit, vt 32.
quæst.5.reueracùm corpus mulierū non vis maculet,
sed voluntas,vt eadem causa q.ea.§.proposito, in illo
versi.corpus mulierum. ¶ Item si aliquis absoluta coactione compellitur,siue aliter,fornicari, nòn imputatur ei,vt 50.dist.ꝑsbyteros.multo fortius huic mulieri imputari nō debet,quæ per vim in corpore passa est.
5 ¶Item nullū crimen patitur qui non prohibet,si prohibere non potest,vt ff.de reg.iur.nullum. ¶Item ꝙ hæc
mulier esto deliquerit,quæ marito non obediuit,propter hoc tamen dimitti non potest,vt 32.quæst 7.dominus.& quæst.j.dixit.¶Præterea, mulieri imputari non
debet si bona fide non credidit, vt ff. quod cum falso
tut.si id inquit. ¶Item non præsumitur consensisse,
quæ iustum metum passa est, vt extraua. quod metus
causa.perlatum,& extra.eod.titul.sacris,verberet igitur eam,quia non obediuit,vt 33.quæst.2.placuit.

SOLVTIO.Non credo eam posse dimitti à viro,
vel de adulterio accusari,licet deliquerit quòd nō obediuit,vt ff.de adul.vim passa.

SVMMARIVM.

1 *Mulier propter adulterium dimissa,nunquid virum repetat adulterum.4.*
2 *Obligatio naturalis compensationem admittit.*
3 *Obligatio per sententiam extincta,non reuiuiscit.*

Quæstio 35.

1 CONIVGATA†quędam de adulterio conuicta, iudicio ecclesiæ à viro dimittitur:tempore procedente,vir adulterium commisit,vxor petit eum.quæritur,an possit

PRO. Quòd posit,sic probo.Nam actio semel extincta,reuiuiscit contra peccantes,vt de pœniten. distin.4.in memoriam,& c.serue.& c.constat,& de cōsecra.dist.4.quomodo excludit,circa fi.c.quare manifeste videtur, quòd mulier possit virum repetere fornicantem.¶Pręterea,propter delictum homo reuertitur
ad statum pristinum dum in seruitutem reuocatur,vt
32.quæst.2.episcopus qui mancipium,in fi.& c.longinquitaté,in fi.& c.octaua discussio,& C.de liber.& eorum li.l.2.& 3.& in auth.vt liberti decætero,coll.6.§.illud.à simili & matrimonium istud reuertitur ad antiquum statum propter delictum mariti,cùm fœdus ad
2 huc remanserit coniugale,vt 32.quæst.7.licite. ¶†Præterea, mutua crimina pari compensatione tolluntur,
vt extra.de adulte.intelleximus,circa fi.& in fi.titu.de
diuor.significasti.in fi.& ff.sol.ma.viro atque vxore,&
ff.de dolo,si duo dolo,& ff.de compensa.si ambo,& 32.
quęst.6.nihil iniquius.Item decretalis est expressa,quę
determinat casum istum, vt extra.de diuor.ex literis.
¶Præterea,vir & vxor non debent ad imparia iudicari,vt 32.quæst.j.si quis vxoré suam,& quæst.6.indignāter,& c.iniquum.¶Item propter delictum suum compellitur quis cum aliqua muliere permanere,vt extra.
de eo qui duxit in matrimonium quam pol.c.j. ¶Item
licet sententia diuortij lata esset, tamen naturalis obligatio compensationem admittit,vt ff. de compensa.&
quod natura.

¶CONTRA. Sed certè contrarium probo:Nam
recte lata fuit sententia inter istos, à qua non extitit
appellatū,ergo amplius retractari non pōt,vt 6 quæ.4
quod bene semel,& 35.q.9.c.1.& 2.& C.de apochis pu.
3 l.semel,lib.10.¶ †Præterea, per sentétiam sublata fuit
obligatio inter istos,vt 32.quęst j.dixit,& c.sequenti,&
ff.de re iud.sæpe,ergo amplius resuscitari non potest,
vt ff.de sol.qui res.§.aream,& 32 quęst.4.si illis,& ff.de
pact.l.vl.& ita hæc mulier virum amplius repetere nō
poterit,cum ius repetendi per sentétiam sit amissum.
¶Item constat quòd sententia diuortij omnimodo inter istos rationabiliter lata fuit,nec ab ea extitit appellatum:ergo si alia sententia contra istam feratur,nulla
debet ipso iure censeri, si prima sententia iudicibus
demōstrata,vt 2.quæst.6.sub illo.§.diffinitiuam, & C.
quando prouo.non est ne.l.j. ¶Præterea, sicut aliquis
non cōpellitur matrimonium contrahere,ita nec dissociatū reconciliare cōpellitur,vt C.de nup.l. neq; ab
initio,& C.de inutil.stip.libera matrimonia, & extra.
de diuort.de illa. ¶Item cū lata fuit sententia diuortij
inter istos iurauit maritus, ꝙ amodo nō loquetur sibi
nisi in loco publico,vt 35.quæst.6.ab isto die,& ita cōpellitur deierare,si eam recipiat,quod esse non debet.
4 SOLVTIO. Credo † quod compellatur eam
recipere, per decretalem, quæ habetur extraua.de diuort.ex literis,alioquin daretur multis occasio malignandi,quod esse non debet,vt 32.quæstio.j.dixit. circa fi.

ea si. si autem maritus iam intrasset monasterium, licet ibi fornicaretur, nō esset tamē restituēdus vxori, quia ipsa amisit omne ius quod habebat in eo, vt 33. quæst. 5. quod Deo, de iureiurando. rescin. circa prin.

DE IVREIVRANDO

SVMMARIVM.

1 *Periurus an dicatur, qui cùm iurasset se nunquam amplius fideiussurū, debitoris pignus accepit vt solueret.*

2 *Legi fraus fit, cùm verborum intentio non seruatur.*

3 *Periurium in dubio non præsumitur.*

Quæstio 36.

1 SCHOLARIS † quidā fideiussit pro socio suo, quo vergente ad inopiā, iurauit se decætero non fideiussurum pro aliquo. ¶ Item cū non possit aliter liberari, sui debitoris libros precario recepit, & debitum soluit. quæritur, vtrum sit periurus.

PRO. Et videtur q̄ sic: Nam iste recepit obligationem alienā & aliā à prima, ergo dici debet periurus, nec refert vtrum expresse fideiuberet, an simile ei faceret. vt 14. q. 3. putant, & c. plerique. & ff. ad Velleia. vnā,
2 §. si cùm delegauerit. ¶ † Præterea, videtur fieri fraus legi, cum verba seruantur, & non verborū intentio, vt C. de leg. non dubium, & ff. de leg. sociatúrne consultus contra legem. & extra. de vsur. consulit. nam sententia verborum. magis debet attendi, quàm verba, vt ff. de adimendis le. l. 3. §. condictio, & ff. si quadru. pau. fe. dic. l. penult.

CONTRA. Contrarium probo: Nam quicquid dicit iste, nō fideiussit pro aliquo, nec recepit alienam obligationem: immo seipsum liberare voluit, ergo non debet dici periurus, cùm stet propria obligatio, vt C. ad Velleia. si mater, & ff. eo. tit. vnam, in primo ref.
3 ¶ † Præterea, aliud est nouam obligationē inchoare, aliud veterem suscipere, vt extra. de Iudæis, consuluit. & ff. de vsufr. vsusfructuarius nouum.

¶ Præterea, à significatione verborum non est recedēdum, vt ff. de le. 3. nō aliter, & extr. de decimis, ad audiētiam, & 31. dist. omnino. ¶ Preterea, in dubio præsumēdū est, eum non esse periurum. vt extr. de test. cum tu si li. & ff. de reg. iur. semper in dubiis.

SOLVTIO. Non credo ipsum esse periurum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus iurās omni præcepto episcopi obedire, an parere teneatur, si renunciationē beneficij litigiosi præcipiat.*

2 *Iosue iuramentum Gabaonitis, etiam dolo inductus, seruauit.*

3 *Appellationi renūcians simplici verbo, nunquid possit pœnitere.*

4 *Soluere iurans, habet biennium ad exceptionem non numeratæ pecuniæ obijciendam.*

5 *Iuramentum licitum, ad illicita non trahendum.*

Quæstio 37.

1 CVM † causa cuiusdam clerici corā suo episcopo ventilaretur, spōte iurauit clericus, q̄ staret omni mandato episcopi: episcopus tandem præcepit clerico, vt ecclesiæ de qua controuersia erat, perpetuò renūciaret, neque super hoc appellaret. in quæstione est, an clericus teneatur obedire episcopo.

PRO. Quod obedire teneatur clericus, manifeste probo: Nam clericus iste iurauit sponte, & non coactus, ergo iuramentum hoc, cùm non vergat in interitum salutis æternæ, est penitus obseruandum: cùm non iurauerit spoliatus, vt extra. de restitu. spo. c. 2. & 3. & extra de iureiurando, si vero aliquis, & in eod. titu. quemadmodum, circa fi. reddenda sunt Domino iura-
2 menta, & extr. de iureiurando, & si Christus. ¶ † Itē licet aliquis dolo aduersarij sit inductus ad iuramentū, tamen obseruare debet iuramentum, sicut legitur de sacramento Iosuæ quod fecit Gabaonitis, vt 22. q. 4. innocēs, & extr. quod metus causa, ad aures. circa fi. multo fortius iuramentum sponte præstitum obseruandū est. ¶ Præterea quod alias illicitum esset, iuramentum licitum facit & firmum, vt in alienatione rei minoris & rei dotalis, vt C. si aduersus ven. in constitutione illa, sacramenta puberū. & extra. de iureiurando, cū contingat. ¶ Itē iste clericu simpliciter & sine omni conditione iurauit stare mandatis episcopi, ergo iuramētum suum pure & simpliciter obseruare debet, vt 32. q. vlt. c. vlti. in fine, & 31. q. 1. q̄ si dormierit, & ff. de publ. l.
3 de precio. ¶ † Item iste clericus dixit, omni mandato episcopi, ergo nihil excepit, vt 19. dist. si Romanorū, & 1. q. 1. sunt nonnulli, & 14. q. 3. putauit. ¶ Item si quis simplici verbo appellationi renunciauit, amplius nō auditur appellās, vt ff. quibus app. nō licet. l. 1. §. 1. ergo multo fortius iste qui iuramento se adstrinxit, amplius nō auditur appellans. ¶ Item nōne quilibet suo iuri renūciare pōt, quod pro se noscitur introductum, vt extra. de renunc. quod in dubiis, & extr. de re. & transl. ad reli. apostolica?

CONTRA. Sed certè cōtrariū probo manifeste Nā licet aliquis iurauit præcise q̄ stabit mandato ecclesiæ, tamen postea auditur appellans, vt extr. de app. ad hoc 2. & ita à simili, & iste poterit appellare, si grauatur, vel si iniquum fuerit præceptum, licet iurauerit
4 stare mandato episcopi ¶ † Præterea, iuramentum non debet esse vinculū spoliationis vel iniquitatis, vt 22. q. 4. inter cætera, & extr. de iureiur. quāto. & c petitio nostra, quod hoc esset, nisi iste ad appellandum admitteretur. ¶ Item non dicitur deierare, qui ex licita causa deserit iuramentū, vt ff. qui satis. cog. l vlt. & extr. de iure iur. peruenit, & 22 q. 4 mulier. Nam si ego iuraui soluere pecuniam, tamē adhuc vsque ad biennium possum obiicere exceptionem pecuniæ non numeratæ, vt C. de non nu. pec. l. vlt. ¶ Item licet aliquis simpliciter fecerit votum peregrinationis, tamen ex iusta causa prætermittit illud, vt extr. de vo. & vo. redem. scripturæ, &
5 33. q. 5. placuit, & 22 qu. 2 beatus. ¶ † Præterea, cum iuramentum fuerit licitum, ad casum illicitum extendi nō debet, vt extra. de iureiur. c. quintauallis. circa fi. & 22. q. 2. vnusquisq;. nō enim intelligebat veritatem, nisi de quib[us] specialiter esset iuraturus, & de quibus esset cogitatū, 22. q. 2. ne quis arbitretur, & ff de pig. obl. generali, & extr. de iureiur. veniens, & ff. de ope. lib. si libertus ita iurauerit. iniquum enim arbitrium, est reducēdum ad arbitrium boni viri, vt ff. pro socio, si societatē, circa fi, & 22. q. 4. inter cætera, & in prædicta decret. quintauallis.

SOLVTIO. Credo q̄ admittatur ad appellandū, non obstante iuramento, quia beneficium iuris ei non potuit denegare & iniquum præceptum. T.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus qui commentariensi iurauit de redeūdo, an teneatur seruare iuramentum.*

2 *Fides etiam hosti seruanda.*

3 *Carcerum fractor licet iniuste carceratus, punitur.*

4 *Vinculorum iustissimus est metus.*

Quæstio 38.

1 CARCERATVS † quidam custodi carceris iurauit quòd rediret ad carcerem, si permitteret eum die aliqua solēni audire Missam. Custos postea recepto sacramento, permisit eum intrare eccle-

la

siam, carceratus vult exire, allegans immunitatem ecclesiæ. quæritur, an compellatur exire.

PRO. Quòd compelli posit, sic probo: Fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, vt 23. q. j. noli. & 22. q. 4 Innocens. & ita erit compellendus, vt re
2 deat ad carcerem. ¶ †Præterea, iuramentum istud non vergit in interitum salutis æternæ, ergo seruari debet, vt extr. de iureiur. si vero. non enim debet via periuriis aperiri, vt C. de indi. vidua. l. 2. in fine, & C. si aduersus vendi. l. j. ¶ Item aut iuste, aut iniuste positus est iste in vinculis: si iuste, soluat ergo sacramentum, & sibi imputet, si pœnā merito patiatur, vt 17. q. 4. vxor Felicis, & ff. quod metus causa. si mulier, in primo respon. & ff. de re. iur. l. quod quis ex sua culpa. si iniuste detinetur, soluat sibi prius sacramentū, & postea petat liberationem, vt extr. de iureiur. debitores. & extra, de sponsa.
3 commissum. ¶ †Item lex dicit expresse, quod si aliquis de carcere fugit, etiam si ante in culpa non fuerit, punitur, vt ff. de cust. & exhib. re. in eos. immo quod plus est, capite punitur, vt ff. de re mil. milites, versus fi. ¶ Præterea, custos iste spoliatus est, possessione illius carceris, eo quod volens eum reducere, nō admittitur, vt ff. de acq. pos. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, in fi. ergo ei est restitutio facienda, etiamsi iniuste eum detineret, vt extr. de restit. spo. in literis, & 4. quæst. j. per totum.

CONTRA. Contrarium sic probo: Nam quod fit animo euadendi, non obligat promittentem, vt extra. quod me. cau. perlatum, & extra de spon. veniens, 31. q. 2. Lotharius, circa fi. ergo iuramētum istud hunc obligare non debet, cum istud fecerit, vt posset se de vincu
4 lis liberare. ¶ †Præterea, iustissimus est metus vinculorum, vt ff. quod met. cau. l. recte, & ff eo. qui in carcerē. ergo confessio vel iuramentum tali metu extortū, nullius est momēti, vt dicitur expresse 15. q. 6. c. j. & 2. & extra. quod met. cau. l j. & 2. & C. de transac. interpositas. & ita iste non tenebitur ad carcerem redire occasionē iuramenti quod fecit, cùm ex eo non fuerit obligatus. Item quilibet debet gaudere immunitate ecclesiæ, nisi sit publicus vel nocturnus depopulator agrorum, vt extra, de immu. eccles. inter alia. & 17. q. 4. sicut antiquitus. Præterea, obiicere non potest quod culpa sua tenebatur in vinculis, qui etiam in adulterio deprehensus & detentus repetit per actionem, quod me. cau. si aliquid præstiterit, vt ff. quod met. cau. nec timorē, & l. sequen
5 ti. recte. ¶ †Item cuilibet licet qualitercunque sanguinē suum redimere, vt ff. de bo. eo. qui ante sen. vel mor. sibi con. l. j. & ff. de præuar. l. vlt. & C. de transac. transigere. ¶ Item ecclesia reos sanguinis ad vitam reseruat, vt 22. q. 5. reos.

SOLVTIO. Si iniuste detinebatur, non teneretur redire: si iuste detinebatur ab eo, scilicet qui potestatem habet detinendi, redire debet. H Veruntamen ecclesia non debet eum reddere, nec debet extrahi per violentiam de ecclesia, nisi prius fuerit ad vitam & ad membra seruatus, vt extra. de immu. eccle. inter alia. idem dicit T.

SVMMARIVM.

1 *Periuri an dicantur filij, qui fœdus pacis per patres percussum non seruauerunt.*
2 *Onera sequuntur honores.*
3 *Vitia personalia transeunt ad filios.*
4 *Filij ex patris iuramento non sunt periuri.*

Quæstio 39.

1 BONONIENSES iurauerunt pacem cū Florentinis: primis mortuis, filij eorum non seruauerunt promissum. modo quæritur, vtrùm filij reputentur periuri.

PRO. Quòd sint periuri, probatur: Nam idem populus est qui fuit olim, vt ff. de iudi. proponebatur, & 7. q. j. denique. cum ergo idem sit populus, sicut primi erant periuri, & isti. Præterea, in vniuersitatibus non refert, vtrum omnes ide maneant vel pars, an omnes mutati sint, vt ff. quod cuiusque vni. sicut, in vl. §. & ff. de leg. j. si grege. ¶ Item isti succedunt loco priorum, ergo debent censeri eiusdem iuris cum illis, vt ff. si quis cauti. l. si eum. §. qui iniuriarum, & ff de cōd. & demon. filiæ.
2 §. j. ¶ †Præterea, isti successerunt ad honores, ergo ad onera succedere debent, vt inst. de leg. pa. tu. circa fi. & extra. de immu. eccles. & aduersus consules, & extra. de offi. deleg. quoniam aliis, & extra. de offi. ordin. pastoralis.

¶ Præterea, semper ex cōtractu patris filius obligatur, vt extra. de test. si hæredes, & extra. de pign. ex. præsentium, & ff. de iud. hæres absens. ¶ Præterea, capitulum videtur dicere, quod filio imputetur iuramentum patris, vt 31. q. 3. si quis parentes. ¶ Præterea, delictū vnius alij imputatur, vt j. q. 4. §. circa, & §. item pacto ciuium.
3 ¶ †Præterea, vitia personalia transeunt ad filios, vnde non possunt vsucapere pro herede, vt C. pro herede. l. j. & 2.

CONTRA. Contrarium probo: Nam delictū patris filio non imputatur vel pœna, vt j. q. 4. vt crimē, & seq. & tertio. ergo iuramentum patris non debet filio imputari. ¶ Præterea, filius mortuo patre semper tenetur præstare iuramentum fidelitatis domino, vt 12. q. 2. liberti, & extra. de iureiur. veritatis, & in const. Frederici de feudis. §. præterea, ergo filius non est periurus ex iuramento patris, cum iurare teneatur, licet pater iurauerit. ¶ Item pœna vel periurium tantū suos obligat actores & nō alios, vt C. de pœnis. sancimus, & extra. de his quæ fiunt à ma. par. ca. quæsiuit, & 11. q. 3. illud. & C. ne vxor pro marito, l. ob maritorum, ergo cum filij non iurauerint, pœna periurij non debet filios alligare.
4 ¶ †Præterea, qua ratione primi dicūtur periuri, & secūdi, & tertij, & sic in infinitum, quod absurdum est dicere, cum talis infinitas reprobetur, vt extra. de rescr. sedes Apostolica, & extraua. de testibus, cum causam, & ff. de testibus. l. j. in fi. Item quod filij ex iuramento patris non sint periuri, videtur extr. de despon. impu. de illis.

SOLVTIO. Credo quod licet filij ex cōtractu patrū valeant conueniri, non tamē sunt periuri ex iuramēto paterno, cum periurus dici non posit, qui nō iurauit.

DE VOTO.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos an cogi possit ad iurandum, cū vouisset non iurare, & quando. 6.*
2 *Votum in melius mutans, frangere non dicitur.*
3 *Vota temeraria an seruanda.*
4 *Sacerdotis manus sacramento pollui non debere.*
5 *Prælato in malis præceptis non parendum.*

Quæstio 40.

1 PRESBYTER †quidam fecit votū, quod nūquam iuraret aliquo modo. quem cum episcopus vult compellere ad purgationē per iuramentū, cum esset grauiter infamatus, vel ad dicendum veritatem super aliquo contractu, quæritur an posit.

PRO. Quòd posit compellere, manifeste probo: quoniam in omni voto maioris authoritas intelligitur excepta, vnde beatus Paulus qui vouerat se iturum ad Hispanos, authoritate superioris suum consilium immutauit, vt 22. quæstion. 2. beatus Paulus. nec est

est dicendus voti transgressor, qui illud ex iusta causa distulerit adimplere, vt extra. de vo. & vo. re. non est, & ff. qui satis. co. l. vlti. & 22. quæst. 4. mulier. quare iste sacerdos non dicetur votum violasse, qui authoritate superioris votum non adimpleuit causa interueniente.
2 ¶ † Item non dicitur aliquis votum infringere vel promissum, qui in melius illud commutat, vt extra. de iureiu. peruenit, & extra. de vo. & vo. re. scripturæ. sic & iste fractor voti non videbitur: si veritatem dixit, vt suam innocentiam iuramento confirmaret. ¶ Ité nonne in quolibet iuramento maioris authoritas intelligitur excepta? vt extra. de iureiu. veniens, & extr. de rescrip. constitutus, & in constitut. Frede. §. vlt. ergo iste non videbitur deierare, quia maioris authoritate deserit quod promisit, vt extra. de vo. & vo. re. §. vlt. ea enim quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent, vt ff. de interr. act. de ætate. §. ex causa & extr. de off. iud. dele. insinuante.

¶ Item si aliquis votum peregrinatiõis fecit, & postea contrahit, non poterit votum sine licentia vxoris adimplere, nec facit contra Deum si non adimplet, vt 33. q. 5. noluit. ita quoniam fortius vinculum superuenit,
3 vt 27. dist. c. j. & 2. ¶ † Item votum hoc temerarium fuit, quia ꝓpter hoc veritas occultatur, & infamia nõ purgatur, ergo non fuerat obseruandũ, vt 22. q. 4. inter cætera, & c. tribus, & extra. de iureiu. quanto. Nam impia est promissio quæ cum scelere adimpletur, vt 22. q. 4. in malis promissis, & c. vnusquisque, circa fi. & c. non est obseruandum.

¶ Item pater reuocat iuramentum filij, vt 22. q. tribus, circa finem.

CONTRA. Contrarium probo, ꝙ eum compellere non possit: Nam licet votum ab initio sit voluntatis, solutio tamen est necessario adimplenda, vt extra. de vo. & vo. re. sed. Nam vouentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est, vt 27. dist. vouentibus. scriptũ enim est, Vouete, & reddite Domino Deo vestro, vt 27. q. j. §. j. & extra. de vo. & vo. redem. magnæ.

4 ¶ † Item licet filij Israel decepti à Gabaonitis, foedera pacis cum eis sacramenti religione firmassent, pacem tamen non reuocauerũt, multo fortius votum factum libera voluntate fuit obseruandum.

¶ Item non legitur sacramentum oblatum ab episcopis, vt 2. q. 5. c. 2. in fi. sed si sacerdoti imminet purgatio facienda, debet interrogari per sacram communioné, ne manus per quã corpus Christi conficitur, sacraméto polluatur, vt 2. q. 5. si quis presbyter, cùm scriptũ sit, Nolite iurare omnino, vt 22. q. j. §. j. & 2. & q. 5. c. 2. in fin. vnde cum purgatio poterat fieri & votum seruari, non erit compellendus ad fractionem voti, vt extra. de iureiur. c. debitores, & extraua. de spon. c. commissum.

5 ¶ † Item qui votum facit Deo, sacramentum homini facit, ergo Deo prius fuerat quam homini obediendum, vt 8. dist. quæ contra mores, vt 15. quæstion. 6. iuratos. maior enim potestas est Deus, vt 11. quæst. 3. qui resistit, circa fi. vnde si prælatus præcipiat aliquid contra Deũ non est obediendum prælato, vt 11. q. 3. non semper, & extra. de senten. excommuni. c. inquisitionum. immo fama contra Deum fuerat postponenda, vt 11. quæst. 3. sequenti.

6 ¶ Item sacerdos iste lege dei ducitur, † ergo lege nõ adstringitur, vt 19. q. 2. duæ sunt: compellatur ergo ad purgationem, & ad veritatem dicendam, per sacram communionem, cum multi sint casus in quibus sacramenta remittuntur, vt ff. de iureiur. si patronus, in fi. & extra. de iura. cal. c. literas. & 4. q. 3. §. ité in criminali, ver. item inuiti.

SOLVTIO. Credo quòd posfit compelli ad purgationem, & ad veritatem dicendam, voto non obstãte, cum in eo maioris authoritas sit excepta, vt 22. q. 2. beatus. nec possit clericus sine licentia prælati sui votum perficere, vt de conse. dist. 5. non oportet.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinari an possit maritus inuita vxore.*
2 *Potestas maior intelligitur excepta in iuramento & voto.*
3 *Monachus quid possit facere, abbate contradicente.*
4 *Mariti continentia fornicariam non debet facere vxorem.*
5 *Clericus peregrinari an possit sine episcopi licentia.*
6 *Monachus inuito abbate votum quod ante ingressum fecerat, vtrum soluere teneatur.*

Quæstio 41.

1 QVIDAM † fecit votum eundi ad sanctum Iacobum, postea contraxit matrimonium cũ aliqua. cum vellet peregrinari, vxor eius contradicit, dicens se continere non posse: quæri solet, an inuita vxore peregrinari posfit.

PRO. Quod possit, sic probo: Nam licet votum ab initio sit voluntarium, postquam tamen factum est, debet necessario adimpleri, vt 18. q. j. c. j. & c. qui bona. §. si ergo. scriptũ est enim, Vouete & reddite Domino Deo vestro, vt 17. q. j. §. j.

2 ¶ Item per votum est obligatus Deo, † per matrimonium est obligatus tantum vxori, ergo magis debuit Deo quam homini obedire, vt 8. dist. qui cõtra mores, & 15. q. 6. iuratos, & 11. q. 3. qui resistit. Ité vxor subiecta debet esse viro, & nullam habet authoritatem, vt 33. q. 5. mulierem. ¶ Præterea, cum vir sit caput mulieris, cõtra legé Dei vxor ei imperare non potest, vt 33. q. 5. cum caput. ¶ Item iste antequam contraheret cum vxore matrimonium, Deo fuerat prius obligatus, ergo cum eo onere ad vxorem transit, vt extr. de decimis, cum nõ sit in homine, & ff. de contrahen. empt. & vendi. l. alienatio.

¶ Præterea, in iuramento & voto excepta intelligitur maior potestas, vt extraua. de rescr. c. cõstitutus, & 22. q. j. beatus. multo fortius in aliquo contractu intelligitur excepta maior potestas. ¶ Item iste lege Dei ducitur, ergo lege aliqua adstringi nõ debet, vt 10. q. 2. duæ
3 sunt. circa fi. † Nam monachus qui ex toto abbati suo subiicitur, si vitam velit ducere arctiorem, hoc poterit facere contradicente abbate suo, cùm lege priuata dicatur, quæ publice præiudicat, vt extra. de reg. & trãs. ad religio. licet. sequatur ergo hæc mulier virum suũ, si continere non potest, vt 13. q. 3. vnaquæque.

¶ Item secundum ius ciuile tenetur quilibet ad votũ complendum, vt ff. de pollici. si quis rem. primo respon.

CONTRA. Contrarium probo: Nam si maritus abstinet sine voluntate vxoris, ei præbet licentiam fornicandi, & peccatum illius imputatur marito, vt 16. q. 2. si tua abstines. ¶ Item per continentiã mariti illa nõ
4 debet fornicaria fieri, † cùm Deus cum lucro tali, talé damnũ noluit compésare, vt 24. q. 5. si dicat. Non enim recipitur apud Deũ conuersio viri, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio, vt 27. quæsti. 2. si quis coniugatus, & extra. de conuer. coniuga. c. sane, in fine capituli, quæ particula est decisa.

¶ Item vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, vt 27. quæstion. 2. sunt qui dicunt, in fine ergo sine licentia eius non poterit vir peregrinari. ¶ Præterea, expresse dicit cap. quod votum ante contractum matrimonium emissum, altero inuito adimpleri non potest, vt 33. quæstion. 5. noluit itaque. immo votum ante emissum, frangitur per matrimonium: quia fortius vinculum superuenit, vt 25. dist. c. j. & 2. extra. de spon.
5 cap. sicut ex literis. ¶ † Item clericus præter licentiam episcopi peregrinari non potest: quia potestatem ha-

bet in ipso, vt de conse. dist. 5. non oportet, nec monachus inuito suo abbate, immo frangendum est votum quod fecit, vt 22. q. 4. non licet monachis moretur itaque vir domi, cum ab vxore non debeat separari, vt C. communia vtriusque iud. l. possessionum, & ff. de fundo instruct. l. quæsitum. §. tertia. ¶ Præterea, res peruenit ad eum statum à quo incipere non potuit, ergo irritari debet, vt ff. de serui. p parte. nec debet mulier priuari iure suo sine culpa sua, cú simpliciter nupsit, vt 16. q. 2. nos nouimus. in fin. c. nec debet cogi vagari per orbem, vt ff. de operis libertorum, quod nisi. in fine.

6 SOLVTIO. Credo † quod votum adimplere nō possit vir sine volūtate vxoris, vt 33. q. noluit. nisi vellet ire in subsidiú terræ sanctæ, vt extr. de vo. & vo. re. ex multa, circa fi. ¶ Eadem quęstio formari potest & iura simi lia adaptari, & eodem modo soluenda, si aliquis fecit votum, & postea factus est monachus, verú inuito abbate possit adimplere votú, vt extr. de voto & voti redemp. scripturæ. Idem potest dici de eo qui post votú factus est clericus, verú inuito episcopo possit votum adimplere. T.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter qui tacente episcopo, vouit & peregrinatus est, an repetat beneficium quod tempore peregrinationis episcopus alij contulit.*
2 *Vota ab initio voluntaria, ex post facto necessaria.*
3 *Citādus amplius non est, qui manifeste cōtumax est.*
4 *Malum propter obedientiam fieri non debet.*
5 *Votum non deserit, qui ex iusta causa nō implet illud.*

Quæstio 42.

1 PRESBITER † quidam præsente episcopo, & non contradicente, votum peregrinationis emisit: tandem cú vellet votum perficere, contradixit episcopus: ipse nihilominus iter arripuit, episcopus eo absente, ecclesiam contulit alij: presbyter postmodú reuersus, ecclesiam repetit. quæritur, vtrum possit.

PRO. Quòd possit repetere, sic probo: Nā presbyter iste, episcopo præsente & non contradicente, votú peregrinationis emisit: ergo episcopus videtur ei consensisse & authoritatem præstitisse, vt 54. dist. si seruus sciente, & ff. ad l. Aquil. in lege Aquilia. & §. quoties, & l. sequenti, scientiam, & ff. sol. mat. l. 2. §. voluntatem, & 32. q. 2. puella. ergo episcopus suum consensum non potest amplius reuocare, vt ff. de ser. rust. præ. fundum, & extra. de filiis presby. c. veniens, & extra. de cleri. coniug. diuersis fallaciis, & 17. q. 4 sunt qui opes. ¶ Item sacerdos iste lege Dei ducitur, ergo publica lege adstrin
2 gi non debet, † cum lex priuata præiudicet publicæ, vt 19. q. 2 duæ sunt, inquit, leges, & extraua. de reg. & trāś. ad reli. licet. & ita propter votum perficiendum sua ecclesia priuari non potuit, vt 17. quæst 1. §. 1. & extra. de voto & vo. redem. magnæ. in 1. col. ergo potius debuit sacerdos Deo quàm episcopo obedire, vt 8. dist. qui cōtra mores, & 11. quæst. 3 non semper, & c. Iulianus, & 15. q. 5. iuratos. ¶ Item votum istud voluntarium fuit ab initio, tamen postquam factum est, debet necessario adimpleri, vt extra. de voto & vo. re. licet, in princip. & in eo. ti. c. per tuas. ergo non est imputandum sacerdoti, si adimpleuit illud, ad quod necessario tenebatur, vt 32. quæstion 3. c. vltimo ¶ Præterea, esto quod sacerdos iste ex iniusta causa absit: tamen prius citari debuit trino edicto, demú expectari per sex menses, postmodum excommunicari, & sic demum sua ecclesia spoliari, vt extra. de cleri. non resi. ex tuæ. ergo multo fortius hoc debuit seruari in isto qui abfuit vt Deo seruiret, vnde cum hoc in isto seruatum non fuit, de-
3 bet ecclesia sibi restitui. ¶ † Item de voto complendo vel non complendo, controuersia est inter episcopum & presbyterum, ergo episcopus non potest esse iudex in sua causa, vt C. ne quis in causa sua iudicet. l. vna.

CONTRA. Contrarium probo: constat enim quod nullus clericus præter iussionem episcopi pōt peregrinari, vt de consec. dist. 5. non oportet. & extra. de vo. & vo. re. magnæ, vltra medium, nec monachus sine licentia sui abbatis, vt 20. q. 4. monachis. cú ergo sacerdos iste episcopo cōtradicente recesserit, contumax fuit, vt 11. q. 3 certum, vnde debuit sua ecclesia spoliari. ¶ Præterea, non debuit amplius citari, cum constet de eius contumacia manifesta, vt 2. q. 1. de manifesta, & extr. de
4 offi. iud. deleg. c. consuluit. ¶ † Item propter obedientiā malum nunquam fieri debuit, sed propter obediētiam bonum quod agitur, interdú intermitti, vt 11. q. 3. quid ergo, & ff. de re mili. l. desertorem. §. in bello, & extr. de temp. or. ad aures.

¶ Item iste inobediens fuit, ergo debet heretico comparari, vt 8. q. 3. sciendum.

¶ Præterea, licet episcopus non contradixerit, propter hoc tamen non intelligitur consentire, vt ff. de proc. si liusfa. §. inuitus, & ff. de fur. qui vas. §. veterani, & extr. de præscr. nihil prodest, in fi.

¶ Item dolo carere non potest, qui nō obtemperat imperio magistratus, vt ff. de reg. iur. non potest.

¶ Item clericus peregrinus sine literis sui episcopi ab aliquo recipi non debet, vt 71. distin. nullum.

¶ Item authoritate sua iter arripuit, cum episcopus cōtradiceret, ergo debuit ex hoc puniri, vt ff. si quis ius dicenti non obtemp. l. vna. cum in propria causa ius sibi dicere non potuit, nec debuit, vt Co. vnde vi. si quis in tantam, & C. de Iudæis, nullus, & 16. q. 6. placuit.

5 ¶ † Pręterea, in omni voto & omni iuramento maioris authoritas, excepta intelligitur, vt 27. q. 2. §. cum ergo, & extra. de vo. & vo. re. non est, & extra. de iureiur. veniens, & 22. q. 2. beatus Paulus. nec dicitur votum deserere, quia ex iusta causa illud non adimplet, vt ff. qui satis. cog. l. pe. & extra. de iureiur. c. peruenit, & extra. de vo. & vo. re. scripturæ. & in eo. ti. c. 1.

SOLVTIO. Credo quod episcopus tacēdo sibi pręiudicium fecit, nec debet decætero contradicere, nisi noua causa superueniat, idem dicit T.

DE POENIS.

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficium nunquid repetat, quod episcopus contulit propter absentiam, studiorum causa, no petita licentia.*
2 *Citatio locum habet etiam in criminibus notorijs.*
3 *Absentia causa probabilis iuuat.*
4 *Inobediens idololatræ comparatur.*
5 *Prosperitas rei gestæ non excusat.*
6 *Clericus ecclesiam suam inuito episcopo deserere non potest.*

Quæstio 43.

1 CVM † quidam clericus ad ordines à suo episcopo inuitaretur, excusauit se per ignorantiam, qui absque licentia sui episcopi ad scholas profectus, morā ibi fecit diutius, & profecit, reuersus postmodum inuenit ecclesiam suam ab alio occupatam cui episcopus eam contulerat. quæritur, an eam repetere possit.

PRO. Quòd possit, probo: Iste absens erat ex iusta causa, scilicet vt fugeret ignorantiam, quæ mater est omnium vitiorum, vt 38. distinct. ca. 1. ergo non debuit spoliari suo beneficio. ¶ Item iste non conuictus vel
2 confessus, priuatus est suo beneficio: † vnde cum notoria

toria crimina non subessent, quare priuandus esset, si per sententiam priuatus sit, sententia nulla est ipso iure, vt 2. q. j. primates, & q. 6. §. diffinitiua. si autē non per sententiam, restitui debet omnibus modis, vt 2. q. 2. per totum. Nam & si notorium esset crimen eius, citari tamen debuit, vt 24. quæst. 3 de illicita, circa medium, & sententia ferri, vt ff. de custo. & exhib. reo. si confessus fuerit, & extraua. de diuor. porro, & 33 quæst. 2. seculares.

¶ Item beneficium illud fuit canonice adeptus, ergo absque graui culpa eo priuari non debuit, vt 16. q. 7. inuentum, & 56. dist. satis peruersum.

3 ¶ † Item causa absentiæ fuit probabilis, immo iustissi-
ma, ergo saltem ex generali clausula debet iste restitui
vt ff. ex quibus cau. ma. l. j. in fi. & extr. de sen. & re iud.
cū Bertoldus. nō enim qui dolo caruit, debet puniri, vt
ff. de eo per quem factum est, l. vlt. immo etiamsi frau-
dulenter abesset, debet fieri ad ecclesiam trina denun-
ciatio, vt extra. de cle. non residen. c. ex tuæ, & ff. de dā.
infec. l. 4. §. toties. & postea sunt sex menses expectādi,
vt in præd. decre. c. ex tuæ. immo & si quis iurauit resi-
dentiam facere in ecclesia, non deierat, si ex iusta cau-
sa abest, vt ff. qui satis. cog. l. vlt. & extra. de cle. non resi
den. c. ex parte. Item de licentia domini Papæ videtur
posse abesse, cum ei concedat beneficium suum vsque
ad quinquennium, vt extra. de magistris super Specu.
¶ Item iste casus expressus est, extra. de cleric. nō resid.
relatum.

4 CONTRA. Clericus † iste dupliciter deliquit:
primo, quia episcopo non paruit, nolenti ipsum ad ma
iores ordines promouere: Secundo, quia sine episcopi
sui licētia ecclesiā nō debuit deserere, quorū alterū ad
priuationem beneficij videtur sufficiens. Quod puniri debuit, qui ad mandatum episcopi noluit promoueri, manifeste probatur, vt extr. de æta. & qua. quæris, & 74. dist. placuit, & c. seq.

¶ Item fuit inobediens, ergo quasi idololatra reputandus, vt 8. q. 3. sciendum. ¶ Item aliquis dicitur contumax tribus modis: vel quia non venit vocatus, vel quia veniens non vult parere, vel illicentiatus recedit, vt 11. qu. 3. certum, ergo cum istius contumacia fuerit manifesta, absque examinatione potuit puniri. vt 3. q. 9. decreuimus. immo cum esset contumax, non potuit appellare, vt 14. q. 3. de illicita, & ff. de re iud. contumacia, contra voluntatem episcopi ad scholas ire nō debuit, & si bonum esset, vt in studio moraretur. quia licet malum propter obedientiam nunquam sit faciendum, bonum quandoque est prętermittendum, vt 11. qu. 3. quid. ergo etiam in dubio debuit obedire, vt 23. q. j. quid culpatur.

5 ¶ † Item pro salute animæ suæ sine licentia episcopi pe
regrinari non potuit, vt de consecr. dist. 5. nō oportet,
ergo multo fortius nec pro scientia temporali absque eius licentia recedere debuit, vnde licet prospere res gesta sit, non tamen excusatur, vt ff. de re mili. l. 3. §. in bello. ¶ Item ad minus licentiam debuit petere, vt extra. de reg. & transeun. ad reli. licet. nec tamen sola petitio sufficit, nisi & obtenta sit, vt C. de episc. & cler. si qua per calum. & 71. dist. hortamur.

¶ Præterea, casus iste videtur expressus extra de cleri. non resi. ex gestis.

¶ Item si iste imperitus erat, debuit hoc dicere à prin-
cipio, ergo cum hoc non fecit, fraude detecta debet a-
6 mittere beneficiū, vt 50. dist. c. ex pœnitentibus. ¶ † Itē
inuito prælato, clericus ecclesiam suam dimittere nō
potest, vt extra. de renuncia. c. admonet.

SOLVTIO. Credo ipsum esse vocandū, & si non venerit, excommunicari debet, & si sic nō venerit, priuabitur beneficio, vt extra. de cleri. non resi. ex tuæ. & extraua. de sen. excom. sacro. & 2. q 7. accusatio, & extraua. de cler. non resi. relatum, quod tamen si factū nō fuit, debet restitui. Alij contra, per c. 7. q. j. si quis in clero, & c. præsentium. Io. quod primo dictum est, verum credo. B.

SVMMARIVM.

1 *Domus partem superiorem habens, an possit eam à demolitione, propter homicidium per inferiorē partem possidentem factum, protegere.*

2 *Inculpati pœna carere debent.*

3 *Mali propter bonos tolerantur.*

4 *Filij nunquid portant iniquitatem patris.*

5 *Familia tota nonnunquam pro vnius delicto suspenditur.*

6 *Ciuitates duæ quæ non peccauerāt, propter vicinitatem perierunt.*

Quæstio 44.

1 DVO † communem domum habebāt, ita q alter partem inferiorem, & alter superiorem posside bat. qui inferiorem partem habuit, homicidiū commisit. Potestas secundum consuetudinem ciuitatis vult ipsam destruere: qui partem superiorē habet, contradicit. quæritur, an posit.

PRO. Quòd posit, probo: Nam dicit regula iuris
q nō debet alteri per alterum iniqua conditio afferri
vt ff. de reg. iur. non debet, nec ex alieno facto alius læ
2 di debet, vt ff. de alie. iud. mu. cā fa. l. j. in princ. ¶ † Item
qui superiorem partem habet, in culpa non fuit, ergo
nullo modo debet puniri, extra. de consti. cognoscen-
tes, & 16. q. vlti. viuentibus, & 56. disti. satis peruersum.
¶ Præterea, peccata tenere debēt suos actores, vt C. de
pœn. sancimus, & C. ne vxor pro ma. ob maritorū cul
pam, & extra. de his quæ fi. à ma. par. c. quæsiuit, in fi. &
3 j. q. 4. nullus, & l. crimen. ¶ † Item nonne est melius, fa-
cinus nocentis impunitum relinqui, quam innocentē
damnari? & certe sic, vt C. de pœ. absentem, in fi. j. resp.
¶ Item sæpe mali ꝓpter bonos tolerantur, vt 2. q. j. mul
ti, & 11. q. 3. nolite recedere. ¶ Præterea, Deus nulli im-
meritam ingerit pœnā, vt 11. q. 3, illud plane, ergo nec
homo ingerere debet immeritā pœnam, vt 16. quæs. 7.
alligant, in fin. & ita pars innocentis destruitur, cum
non posit stare si pars nocentis destruatur. Item me-
lius est, de misericordia rationem reddere, quā de cru
delitate, vt in prædicto c. alligent, & 50. dis. pōderet. in
4 fi. ¶ † Præterea, ne filius pro patre, l. 2. & penul. & j. q. 4.
Iudæi, multo minus extranea persona pro alia puniri
non debet.

CONTRA. Contrarium probo. nam publicè interest, ne maleficia remaneant impunita, vt ff. de iudi. si longius. & ff. depo. bona fides. & C. de pœnis. si operis. ergo publica vtilitas priuatæ est præferenda, vt 7. quęstione j. scias. & 11. quæstione 4. quicūque. & ff. pro socio actione. §. Laboo. & Co. de primipil. vtilitas publica. libro 12. in fine. & itā potius expedit vt destruatur quàm non destruatur domus illa communis.

¶ Item isti non obest, si sua pars destruatur, cum posit habere regressum contra socium actione pro socio, si eius culpa damnum patiatur, vt institut. pro socio. §. vltimo. & ff. pro socio. cum duobus. §. venit autem.

5 ¶ † Præterea, sæpè contingit, quòd pro peccato vnius
tota familia suspenditur, vt extrauagā. de sponsa. non
est nobis, & 17. quæstion. 4. minor. circa finem.

¶ Item pro peccato patris filius quandoque in seruitutem redigitur, vt 15. quæst. vltim. cùm multæ. & à promotione repellitur, vt extraua. de filiis præsby. ad abolendam. & extrauag. de filiis presby. c. j.

¶ Præterea, pro peccato vnius vel aliquorū sæpè multi perierūt, vt prima quæstion. quarta. Item pro peccato Achor. item pro peccato ciuium, & pro delicto cle-

uiū,tota ciuitas priuatur episcopatu, vt 25.q.j. ita nos. A simili videtur φ iste puniri posit pro alio,cum iusta causa subsit.sæpe enim iustus perit pro impio,vt de cō secra.dist.4.in facta.in fi.

6 Item duæ ciuitates quæ non peccauerunt,propter vicinitatē perierunt,vt de pœnit.dist.j.sed & continuo.

¶Præterea,iste potest partem socij redimere,immo videtur ad hoc compellendus,vt ff.communi diui.§.vlt. & C.de communi seruo mat.l.j.& potest precium soluere fisco.

SOLVTIO:Dici potest φ Potestas partem inferiorem assignabit huic qui nō deliquit,& superiorem destruet,& ita maleficium punietur:vel dic, quod totū destruetur si contra homicidā potest agere cum effectu,vel soluat precium fisco,& habeat totam domū.

SVMMARIVM.

1 *Excōmunicatus pro contumacia,an possit ab episcopo secundi beneficiij priuari.*
2 *Sententia relegationis facit ius quo ad omnes.*
3 *Excommunicatus hæretico comparatur.*
4 *Puniri bis pro vno delicto nemo debet.*
5 *Victus excommunicato non denegandus.*

Quæstio 45.

1 CLERICVS †quidam in duabus ecclesiis præbendatus,ab vnius ecclesiæ episcopo pro contumacia est excommunicatus, qui cōtemnit absolutionem petere:quæritur,vtrum alter eum posit priuari beneficio quod in eius ecclesia habebat.

PRO.Quòd posit probo:Nam excommunicatus beneficia ecclesiastica percipere non debet, vt legitur expresse,extraua.de appella.c.pastoralis,in fi.& 81.dis. si quis diaconorum,& c.eos.¶Præterea,qui est excommunicatus in vna ecclesia,excommunicatus est, quantum ad alias,vt 11.q.4.c.2.& c.curæ & 4.q.5.quisquis.ergo alter episcopus eum poterit suo beneficio spoliare.

2 ¶Item constat φ †iste est extra ecclesiam,ergo nomine ecclesiæ nil posidere potest,vt 23 q.7.c.2 & 3.& 32.dis. eas male enim meritus,egestate labore debet,vt ff.depositi.bona,& 5.q.5.non omnis. ¶Itē sententia relegationis facit ius quo ad omnes,vt ff.de interd & re.relegatorum,§.interdicere,& §.sequenti.similiter suspensio,vt 19.q.2.duæ sunt,ante medium,& 7.q.1.si quis presbyter,& ita cum iste sit excommunicatus quo ad omnes,beneficio carebit.

¶Item forte dices,φ res inter alios acta,alij non præiudicat: sed certe non habet locum quia vnica est ecclesia,licet latius extendatur,vt 24.q.j.loquitur, circa medium.

3 ¶†Præterea, episcopus ille qui non excommunicauit. non debet eum recipere ad officium,vt extraua.de rapto.de illis.ergo nec ad beneficium eum recipere debet,vt 11.q.3.excommunicatos, & c. cum excommunicato.

¶Item excommunicatus hæretico cōparatur,vt 4.q.j. quod aūt.circa medium.sed hæretici de rebus ecclesiæ nil possidere possunt,vt 8.dist.quo iure,& 33. q.5.de Liguribus,in fi.

CONTRA.Cōtrarium probo: Nam relegato ad tempus qui excommunicato cōparatur, bona nō subtrahuntur,nisi hoc in sententia exprimatur, vt C. de de pœnis,deportat.

4 ¶†Præterea,†vbi aliquis aliquo modo puniri potest, non sunt ei stipendia subtrahenda, vt C.de excep. rei iudi.stipendia.

¶Præterea,ex eodem delicto non debet aliquis bis puniri,neque duplici sententia condēnari,vt 23.q.5 quid ergo,& 81.dist.presbyter,& de pœn. dist.3.§. authoritas,vltra medium,cum non sit de delicto eiusdem hominis sæpius querēdum,vt ff.nau.cau.sta. licet.¶Item afflictis non est addenda afflictio,vt 7.q.j.cùm percussio,& extraua.de iud.at si clerici,in fine.

¶Præterea,res inter alios acta &c vt extraua.de fide instrum.inter,& 2.q.j.interrogatum, & C. res inter alios acta, per totum.& ita alter episcopus per excommunicationem factam ab alio, hunc clericum stipendiis suis spoliare non potest.

¶Item pœnæ potius sunt molliendæ quam exasperandæ,vt de pœn.dist.j.pœnæ,& C.de pœnis.l.vlt.

5 ¶Præterea,nulli excommunicato victus est denegandus,vt 42.dist.quiescamus,& 11.quæstion. 3. quoniam multorum,in fi.& ita de suo beneficio tātum recipiat vnde viuat,ne cogatur in opprobrium cleri mendicare,vt 93.distin.ct.diaconi. ¶Item potius est aliquis puniendus in persona,quam in rebus,vt 16.quæst.6.illud, in fi.

SOLVTIO. Cum iste clericus sit excommunicatus,quo ad oēs,beneficio & officio carebit, & ita vterque episcopus ei beneficia denegabit,quod dicit T. si tamen velint ei tanquam pauperi subuenire, hoc facere possunt, vt 11.quæstione 3 quoniam multos,in fin. quod credo dicendum si remotus esset ab ecclesia propter crimen ab vno episcopo,cum sententia criminis infamat quo ad omnes.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus nunquid vtrunque hæredem iure expellat ab emphyteusi,vno per biennium à solutione canonis cessante.*
2 *Solutio partis,liberationem non præstat.*
3 *Negligentia vnius,alteri nocere non debet.*
4 *Pensionis partem recipiens,iuri suo nunquid ex toto renunciat.*
5 *Debitum omne hereditarium,ipso iure,inter coheredes diuidendum.*

Quæstio 46.

1 QVIDAM †laicus quandam rem ab Ecclesia in emphyteusim accepit, singulis annis certa pensione soluenda: eo mortuo, duobus heredibus relictis, vnus partem pensionis soluit, alter vero cessauit soluere per biennium, quo transacto,ille qui cessauit soluere pensionē,pro duobus præteritis annis & pro tertio soluit, prælato Ecclesiæ hoc ignorante,rei veritate comperta, vult prelatus vtrunque expellere.quæritur an posit.

PRO.Quòd posit,probo:Nam constat quòd pensio non fuit soluta per biennium, ergo res potest ab Ecclesia vendicari,vt 10.quæstio.2. qui rem huius conductam,& in authē.de non alie.rebus Eccel. §. si vero quis.& extra.de iureiuran.querelam.

2 ¶†Præterea,nō obstat, si dicat solutionem factam pro parte:Nam partis solutio non præstat liberationem,vt C.de distra.pigno.quandiu,& ff de ver.obliga.in executione,§.pro parte,vbi dicitur, quod nō potest aliud solui,nisi totum soluatur.

¶Item vna & eadem res duplici iure censeri non debet,vt 12.quæst 2.cognouimus,in fi & extraua. de priuil.quia circa,& 16.quæstio. 2.noua actione,& 18.quæstion.2.in nullo.

¶Præterea,non debet aliquis esse melioris conditionis, quam actor suus à quo ius in eum transit, vt ff.de regu.iur.in his.§.non debet,& ff.de rerum acqu.dom. traditio,sed testator soluendo partem non poterat liberari, ergo nec heredes eius, cùm nemo plus posit heredi

heredi relinquere, quã ipse habeat, vt ff. de reg. iur. ne
3 mo plus. ¶Praeterea †res transit cum suo onere, & cum sua causa, vt 16. quaest. j si quis laicus, & extra. de decimis, cũ nõ sit, in fi & ff. de contrah. emp. alienatio. nec obstat si pẽsio recepta fuit ignorante prelato, quę etiã si ab eo recepta fuisset, non praeiudicabat sibi, cum ibi esset ignorantia facti, quę nulli nocet, vt C. de iur. & fac. igno. error, & ff. eo. error facti. ¶ Itẽ saepe perit iustus pro impio, vt de conse. dist. j. in facta.

CONTRA. Contrarium probo: vnius negligentia alteri nõ debet esse dãnosa nec dolus, vt ff. de noxa li. electio §. vltimo, & ff. de euictio. rem haereditarima in fine & C. de postu. l. vltima, & extr. de in integ. resti tu. c. 2. circa finem decr. ergo si alter eorum nõ soluit, alteri nocere non debet, & ff. de ali. iudi. mu. causa facta. l. j. in princip & extra. de officio iudi. delega. cum olim abbas. ¶Praeterea, poena non debet extendi vltra quam delictum fuerit, vt extra. de his quę fiũt à maio. par. capi. quęsiuit, in fin. & 11. quęst. 3. illud, & C. de poe
4 nis. l. sancimus. ¶ †Item ecclesia recipiendo partẽ pensionis, iuri suo ex toto renunciasse videtur, vt extra. de poenis. suã ad nos, & ff. de inoffic. testa. l. penult. & vlti ¶Praeterea, res inter alios acta, alij praeiudicare nõ debet, vt extr. de fide instr. inter, & extra de adult. c. significasti, & 2. quaest 5 interrogasti. & C. res inter alios acta, per totũ. ¶Praeterea, lex videtur expresse dicere, quod non debeat fieri condemnatio nisi pro parte, vt ff si quis cau. l. si seruus, §. si plurium. ¶Item melius est nocentem dimittere, quam innocentem condẽnare, vt ff. de poenis, absentem. ¶Praeterea, quicquid iuris est in toto quo ad totũ, est in parte quo ad partẽ, vt ff. de rei vendic. qui de toto, & ff de pro derelicto. l.
5 tertia. ¶Item †omne debitum hereditariũ ipso iure diuiditur inter coheredes, vt C famil. ercis. ea quae.

SOLVTIO. Non credo quod ecclesia possit vendicare nisi partem non soluentis, idẽ dicit T. & hic verũ tamen si prelatus ex certa sententia cum canonicis praeteriti temporis recipiat pensionẽ, videtur renunciasse iuri suo. alioquin peteret restitutionẽ ecclesia ad partem petendam non soluẽtis, si alio modo recepta fuit pensio, & videtur expressus casus, ff. de public. & vec. & commiss.

SVMMARIVM.

1 *Frater prosequens fratris iniuriã contra illũ, cui pacem sub poena pepigerat, an sit poena obnoxius. 4.*
2 *Fratrem non iuuare, est contra natura ius.*
3 *Stipulationes honestae firmiter tenendae.*

Quaestio 47.

1 PETRVS & M. †longo tẽpore discordiã habuerunt, tandem pace firmata inter eos sub hac cõditione, quod si vnus alium offenderet, in centũ nomine poenae ei teneretur. P. fratrem Martini grauiter offendit: vnde M. iratus Petrũ incõtinenti est aggressus, & sic eum nõ modice laesit, quare P. petit poenam, queritur an possit.

PRO. Quod non possit petere, sic probo: Nam in generali obligatione non veniunt ea, de quibus non esset specialiter promissurus, vt extra. de iureiurã. cap. veniens, & cap. quintauallis, & ff. de pign. obligatione generali, & C. quae res pign. obl. pos. l. alumnos, cũ ergo M non esset specialiter promissurus, quod nõ defenderet fratrem suum, ex hac poenali stipulatiõe cõueniri non potest, cum non debeat reputari offensa, si fratrem vendicauerit. ¶ †Item cõtra bonos mores est,
2 & ius naturale, quod aliquis nõ iuuet fratrem suum, ergo stipulatio poenalis ex hoc secuta, nullius est momenti, vt ff. de verbor. obligat. generaliter & l. seq. & de pact. pacta quae cõtra leges. turpis enim promissio est penitus rescindenda, vt 22. quęst. 4. in malis promissis, & c. vnusquisque. ¶Praeterea, iustus fuit dolor M. ergo talis debet à poena excusari, vt C. de adult. Gracchus. inconsultus enim calor iracũdiae, vitio caret, vt 22. quaest. 4. §. notandum. Praeterea, quae de nouo emergunt, nouo auxilio indigẽt, vt ff. vt in pos. lega. plane, & extr. de iura. calum. ceterum, cum in compositione debeat intelligi, nisi offenderet se & suos.

5 CONTRA. Contrariũ probo: † haec stipulatiõ honesta fuit, s. ne alteruter offendatur, & quod pax obseruetur, vt ff. de pact. l. j. primo respon. ergo talis cõuentio debet firmiter obseruari, vt extr. de pact. Antigonus. & c. qualiter. Sed cõstat quod M. P. verberauit, ergo poena ex stipulatione peti potest, vt C. de pac si pacto quo poenam, & extr. de arbi. c. dilecti, in fin. & 23. dist. quanquam. circa fin. ¶Item nihil fuit cogitatũ de fratre, ergo pro omisso est habendum, vt ff. de ver. oblig. quicquid, & ff. de transact. cum Aquiliana. & C. de transact. si de certa re. ¶Praeterea, indefinite premisit, quod non offenderet eum, ergo hic generaliter intelligendum est, vt 19. dist. si Romanorum, versus fi. & j. quaest. 3. saluator, circa medium, & 15. quaestio. j. nec is.
4 ¶ †Item alia ratione videtur, quod M. grauiter sit puniendus, quia auth. sua fecit vltionẽ in Petrũ, vt C. de Iudaeis. l. nullus. circa mediũ, & C. ne quis in sua causa iudi. l. vna, & 16. quaest 6. placuit, immo quia quantũ sibi iniuriam fecit. videtur ex toto in poenã incidisse.

SOLVTIO. T. dicit M. absoluẽdũ à poena. idẽ dicit H. quia videtur hoc facere propter offensam factam fratri, quem iuuare poterat, non obstante stipulatione poenali.

DE TESTIBVS ET FIDE eorum.

SVMMARIVM.

1 *Tabellioni, an testibus, cui magis deferendum, si reclament lectioni attestationum se non sic dixisse.*
2 *Instrumentum simplex, ex consuetudine fidem facit.*
3 *Literis sigillatis creditur.*
4 *Scriptura redditur suspecta per sigilli ignorantiam.*
5 *Testis verbum dubie prolatũ, à quo interpretãdum.*

Quaestio 48.

1 CVM † tabellio publicaret quasdam attestationes, & eas in publico legeret, surrexerunt plures ex testibus, dicentes se nõ dixisse quae scripta erant. Quaeritur, cui magis credendum sit, tabellioni, an testibus.

PRO. Quod tabellioni, probo: quia testi synodali creditur, vt 35. dist. episcopus. Nemo enim de actibus eius dubitat, cui tale officium cõmittitur, vt 94 dist. valde, in fi. ¶Item simplici nuncio non iurato quandoque creditur, vt extra de appellatio. cum pati, & viatori creditur qui renunciat iudici de his quae agũtur, vt ff. de rebus eorum qui sub tu. l. magis. §. ne tamen. sed tabellio iurauit, ergo ei magis creditur quam simplici
2 nuncio. ¶Item decre. †videtur expressa ad hoc, ext. de prescrip. c. ad audientiam, vbi dicitur, non credimus scriniarium alio modo scripsisse quam dixerũt testes, cum iuratus sit, vt extra. de prescrip. potest illud. Item si cõsuetudo est, quod tantum iuramento simplici credatur, valet instrumentum, vt extra. de fide instr. cum dilectus. ¶Item casus est expressus extra. de elect. c. cũ dilecti, vbi dicitur, quod cum quidam esset electus à tribus inquisitoribus, & alij plures dicerent se illum non elegisse, sed isti tres vel duo ex illis dixerũt maiorem partem in archidiacono conuenisse, alijs silentiũ imponatur, cum omnes sint in suis testimonijs singulares, vt extrau. de electio. ca. bonae. & extra. de probatiom. licet. tabellio autem duorum testium vicẽ obtinet

3 neat,vt extra.de proba,quoniã contra falsam.¶ †Item
isti asserunt negatiuam,quæ probari non potest, vt 6.
quæstione vltima, actor quod asseuerat, & C. de pro-
batiõi.l.actor.¶Item sigillatis literis creditur,vt extr.
de excessibus prælatorũ,inter.¶Item scriptura per eũ
qui facit eam,probari debet, vt C.de fal.l.si quis decu
rio.in fine.

CONTRA. Contrariũ probo, quod dicto tabel
lionis non est credendum: quia dicit Ang.quantacun
que dignitate quis præpolleat, non creditur ei,nisi il-
lud probet,vt 9.dist.ego solus,etiã si martyres sint qui
aliquid dicãt,vt 50.dist.si quis pręposterũ. Item vnius
testimonium non valet, in quacunque dignitate posi-
ti,vt 4.quæst.3.§.item in criminali,sub illo tit.de iure-
iur.ergo nec soli tabellioni creditur, maxime contra
plures.¶ †Item si vnus ex testibus dicit,se non cogno-
4 scere sigillum suum in testamento, totum testimoniũ
redditur suspectum,vt ff.quemadmodum testa.aperi.
l.j.in fi.ergo multo fortius vbi plures contradicũt,est
suspecta scriptura talis, nec ei ꝓdest qui est in officio
constitutus, quia si officiarius renunciet aliquid iudi-
ci,iudex illud non tenetur credere. nisi illud probet,
C.de accu.singuli.sæpe enim repertum est,eulogia ex
nulla fide scribi,vt ff.de custo.& exhi.re.l.diuus. ¶Itẽ
expresse dicit auth. quod tabellioni non creditur sine
testium subscriptione,vt in auth. de hære.& fal.§.si ve
ro absunt,col.1.& extra. de procur.c.j.¶Item plus de-
bet valere,quod actum est & dictum,quũ quod sit scri
ptum,vt C.plus valere quod agitur, per totum.Itẽ po
tius debet inspici rei veritas,quam scriptura,vt C.eo.
tit.quia sæpe errant,& C. de testi errore scribentium.
5 ¶ †Item si verbũ esset dubie prolatum , eius interpre-
tatio requiretur à teste, quia eius est legẽ interpreta-
ri,cuius est cõdere.vt extr.de sen. excom.inter.si ergo
ei creditur de intellectu,multo fortius de verbo.¶Itẽ
casus iste videtur expresse extr.de cõdi.ap.c.ꝑ tuas,in
parte decisa.Eadẽ est q̃st.si tantũ vnꝰ testis cõtradicat.

SOLVTIO. Potest dici ꝙ stabitur dicto tabel-
lionis,si bonę famę fuerit,vt extr.de pręscr.c.ad audi-
entiam, nisi testes probarent se dixisse contrarium, vt
extra.de condi.ap.c. per tuas.in integra.Nam quantũ
ad instrumentum, admittitur probatio in contrariũ,
vt extr.de prob.tertio,& C.de proba.cũ precibus.nisi
inuentario publice confecto,vt C. arb.tutelæ, l. vete-
ris,vel in casu alio speciali.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium per vnum ex fratribus duabus sorori-*
bus iunctis factum,nunquid alteri noceat nolenti,si-
ne alijs adminiculis.
2 *Sententia in alio iudicio fertur per attestationes in*
vno iudicio receptas.
3 *Indirecte sæpè aliquid probatur.*
4 *Testibus iniuratis nunquid noceat testimonium.*
5 *Sententia matrimonialis in rem iudicatã nõ trãsit.*

Quæstio 49.

1 DVO fratres † de eodem patre & eadem matre
cum duabus sororibus de eodem patre & ma-
tre,matrimonium cõtraxerunt, vnus illorũ pro
bauit consanguinitatẽ per testes omni exceptione ma
iores,& sic diuortium est celebratum, alter vero nole
bat,quod per eosdem attestationes sententia ferrtur
inter se & vxorem suam.quæritur an posit.

PRO. Quod posit, probo: Nam isti duo fratres
naturali connexitate iunguntur , similiter & sorores
ergo quicquid iuris est in vno, & reliquo, vt extra.
de constitu.translato,& 3.quæstio.5.hoc quippe,& 81.
distin.tantis, vbi sententia lata contra ordinationem
non ordinantis ratione connexitatis. ¶Præterea,de
similibus simile debet iudicium indicari, vt 5.dist. ad
eius.circa finem,& extr.de trãsla. episcopi,inter cor-
poralia,& ff.ad l.Aquil.illud quæsitum.circa medium
2 & C.de libe.pręte.l.j.in fin.¶Item † per attestationes
in vno iudicio receptas,fertur sententia in alio iudi
cio,vt C.de testi. l.vltima. ¶Præterea, istæ attestatio-
nes pubicatæ sunt,ergo debent testibꝰ ęquiualere, vt
ff.de proba.census, & C.de testi publicati.¶Item iam
per sententiam facta est notoria parẽtela inter eos,vt
extrau.de coha.cleri.c.nostra.ergo sine testibꝰ est sen-
tentia ferenda,vt 2.quæst.j.de manifesta.¶Pręterea,la
ta sententia alteri prodest,vt 2.quæst.6.§.diffinitiua.in
ver.si autẽ vnus,& ff.ad l.Iul.de adult. denunciasse.§.
3 quæritur.¶ †Item sæpe probatur aliquid indirecte,vt
extr.de testib.ex tenore C.de contrah.stip. optimam.
¶Præterea sæpe res inter alios acta, alij nocet,vt ff. de
re iudi.l.sæpe,& ff.de statu homi.ingenuum.

CONTRA. Contrarium probo:Nam res inter
alios acta,alij non obest,nec prodest. vt extr.de fid.in
stru.inter,vltra medium & C. res inter alios acta,per
totum.& extr.de testi.c.veniens,& 2.quæst.5. interro-
gatum.ergo quod inter alios actum est,his duobus ꝑ-
iudicare non debet. ¶Item præsentes debent esse illi,
contra quos testes inducũtur.vt 30 quæst.j. in primis,
& extra.de testi. in nomine Domini. ergo cum hi duo
pręsentes non fuerunt,non valebit testimoniũ contra
4 ipsos,vt 3.q̃st.9.c.arte. ¶ †Præterea, testes inducti pri-
mo,non iurauerunt veritatem dicere de his duobus,
nec de his aliquid dixerunt,ergo nihil eis nocebit te-
stimoniũ ipsorum contra ipsos,etiamsi de eis aliquid
dixissent,cum deponerent non iurati, vt 4.quæst. 3. §.
item in criminali,ver.item iurisiurandi,& extra. de te
sti.c.de testibus,& c.tuis quæstionibus. ¶Item potest
esse quod testes alij corrupti fuerunt, & sic eorum te-
stimonium non valebat, vt extra.de probatio.licet,&
extra.de testib.c.sicut,& sic testes erunt denuo admit-
tendi, cum super illo articulo inducatur, vt extra. de
5 testi.c.veniens ¶Præterea †potuit sententia ferri odio
vel fauore vel precio,vt 11.quæst.3.quatuor modis,er-
go vt magis veritas elucescat,erit de causa iterum co-
gnoscendum,vt 35.quęst.9.graue.maxime cum senten
tia matrimonialis in rem iudicatam non transeat,lata
etiã inter eas personas,vt extra. de re iudi. lator,& 35.
quæst.9.§.quia ergo.

SOLVTIO. Credo quod testes iterum admittẽ
tur,& iterum iurabunt dicere veritatem de his duo-
bus,vt videtur dicere lex expresse.ff.de excep.rei iudi.
sicut vno.B.

DE PACTIS.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia nunquid possit repetere decimas,non obstã*
te pacto parochianorum cum censu plebano.
2 *Pactum de re spirituali pro annuo cẽsu,fieri potest.*
3 *Periculum ante traditionem,spectat ad emptorem*
4 *Transactio de decimis fieri an & quando possit.*
5 *Laici quacunque ratione decimas detinentes , sunt*
excommunicati.
6 *Alienare permittens,videtur alienare.*

Quæstio 50.

1 CVM †quędam ecclesia particulariter colligeret
decimas,graue erat sibi & parochianis, qui tale
pactum inter se inierunt : quod parochiani eme
rent vineam quandam capellano, de qua vinum reci-
peret capellanus vsque ad 10.annos , quod recipiebat
ab eis ꝓ decimis,post quinque annos illa vinea chas-
mate periit.queritur,an ecclesia posit repetere deci-
mas suas,non obstante pacto.

PRO. Quod non posit repetere, probo : contra-
ctus enim bonæ fidei,nulla ratione debet dissolui ,vt
27.quæst.

2 27.quęst.j c.viduas. ¶ † Item Iosue seruauit pactum ꝙ
fecit Gabaonitis, licet in pacto circunuentus esset, vt
22.quæst. 4.innocens. ¶ Præterea, nihil ita congruit fi-
dei humanę, quam seruare pacta, vt C. de transact. ca.
nó minorem. pactum enim potest fieri de re spirituali
pro annuo cẽsu, vt extra.ne prælati vi.ca.vltim. ¶ Item
pactum de decimis factum, iubet Alex. seruari vt extr.
de decimis, suggestum. ¶ Præterea, ꝓpter bonum fa-
ctum fuit pactum, ergo si aliquid mali inde cõtingat,
non est rusticis imputãdum, vt 23. q. 4.de occidendis.
casus enim fortuiti preuideri non possunt, vt 50.dist.
sæpe cõtingit.& C.de pig act.qui fortuitis, & ff.de ad
3 minist.re.ad ci.perti. in l.2.circa medium. ¶ Item om-
ne periculum etiam antę traditionem spectat ad em-
ptorem, vt insti.de contrahen.emp.& ven.§.cum auté
& ff.de periculo & com. rei vend. si id quod. ergo à si
mili & hîc. ¶ Item si dedi tibi aliquã rem, vt à lite di-
sceres, licet postea euincatur res illa, non teneor, sed
imputatur tibi qui rem talem accepisti, vt à lite desce
deres, vt C.de transaction.si ꝓ fundo, nec poterit ec-
clesia impetrare beneficium restitutionis. quoniã nec
minor potest implorare restitutionem contra casum
fortuitum, vt de immu. eccle. decre. verum.§.& si lo-
cupleti.

CONTRA. Contrarium probatur, quod sacerdos
posit petere: nam laici decimas non possunt posside-
re vel præscribere, vt extr.de pręscr.c.causam, nec ha-
bent laici Ius aliquod ad decimas posidendas, vt 16.
4 quæst.7.decimam. ¶ Item † non potest fieri transactiõ
de decimis, nisi pro alia re spirituali, vt extra.de re.ꝑ-
mu.capitu.vlt.& extra eodem titulo. ad quęstiones.
¶ Item decimæ sunt cibus Leuitarum, vt 16.quæst.j.re
uertimini, ergo laicꝰ eas retinere nó potest, vt extr au.
de decimis, prohibemus. ¶ Item quicunque contrahit
cum ecclesia, debet probare rem traditam versam in
vtilitatem ecclesiæ, vt 10.quęst.3.hoc ius, in fi.nec suf-
ficit quod res sit versa in vtilitatem ecclesię, nisi duret
versa, vt ff.de in rem verso.si pro parte.§.versum ¶ Itẽ
non dicitur res apud aliquem peruenisse, nisi duret a-
pud ipsum, vt ff.de hęre vel action.ven.l.2.§.illud.à si-
5 mili ergo & hîc. ¶ Itẽ † hęc res cum ex postfacto emer
serit, nouo auxilio indiget. Nam quę de nouo emer-
gunt, nouo auxilio indigent, vt ff.de interro.actio. de
ætate, & extra.de offici.iudi.deleg.insinuãte. ¶ Pręter
ea, non debet temeritas istius sacerdotis in damnum
ecclesiæ redundare, vt 16.quæst.6. si episcopum.maxi-
me cum res in faciendo consistat. ¶ Item non videtur
rem habere, qui eam sic adeptus est, vt retinere nó pos
sit, vt ff de acqu.pos.non videtur. ¶ Item quacunq; ra-
tione laici decimas detineant, excõmunicari possunt,
vt 32.dist.pręter hîc. ¶ Item quandocunque læsa est,
restitui potest, vt extra.de in integ.resti.c.j. sed cũ hîc
de læsione constet, restitui debet, cum semper funga-
tua iure minoris, vt extr.de in integrum resti.auditas.
¶ Pręterea, transactio super decimis sine authoritate
Rom.pontif.non valet, vt extra.de transac.c.veniens.
6 ¶ † Item qui permittit alienare, videtur alienare, vt
extra.de reb.eccl.non alie.nullo.ergo ipse vel succes-
sor eas reuocabit, vt e.ti.si quis, & de precario.c.2.

SOLVTIO. Potest dici quod ante tempus prefi
nitũ inter partes, nec cappellanus, nec successor eius
poterit cõtrauenire, cum ecclesia tempore cõtractus
læsa non fuerit: veruntamen tale pactum perpetuo fa
ctum, non valeret, vt extr.de deci.ad hoc.T.

SVMMARIVM.

1 *Filij diuersas familias tenentes, an gaudere possint*
priuilegio molendini, patri pro sua familia cõcesso.
2 *Infinitatis progressus reprobatus.*
3 *Heredi minus conceditur, quàm defuncto.*
4 *Pactum in dubijs, semper præsumitur personale.*

Quæstio 57.

1 QVIDAM † paterfamiliâs pactum fecit cum
abbate de consensu capituli, vt quoddam mo-
lendinum sibi & familiæ suæ perpetuo mole-
ret, & certa pensione constituta, nec in
hoc fuit ecclesia decepta: tempore procedente pater-
familiâs decessit, pluribus filiis relictis, quorum qui-
libet cœpit habere familiam æque maximam vt pater
familiâs habebat, quilibet illorum transmittit ad mo
lendinum, abbas denegat, queritur, quid iuris.

PRO. Quod monasterium teneatur omnibus, sic
probo: Nam hæredibus non est amplius præstandum
quam defuncto fuerat, vt ff.de reg. iur.l. nemo, & l. in
his quæ.§.debeo, ergo nec heredes isti possunt amplì-
2 ùs petere quam defunctus. ¶ Item † hæc res procede-
ret in infinitum, quod est penitus reprobãdum, vt ff.
de lega.3.fideicommissa, §. si quis decẽ, & ff.de dãno
infect.qui bona, circa fi.& extr.de rescrip.sedes, & ex
tra. de resti.c.licet dilecti.in fi. ¶ Pręterea, ex postfa-
cto nõ debet trãsire promissionis obligatio, vt ff. de
dãno infect.damni, §.15 qui. ¶ Item intelligẽdũ erat, si
res permanserit in eodem statu, vt 22.quæst.2. ne quis
arbitretur, ff.de solu.cum quis in prin. ¶ Præterea, nõ
fuit hic in promisione expressum, ergo pro omisso
habendum est, vt ff.de verb.oblig.quicquid. ¶ Prætе-
rea, de tre.videtur expressa, extr. de cen.quanto.
3 ¶ Præterea, † minus cõcedetur heredi quam defun-
cto, vt ff.de re iud.sciendum, & ff.pro so. verum. ver-
sus, principium legis.

CONTRA. Sed certe contrarium probo: con-
stat ꝙ filij & omnes propinqui nomine familię desi-
gnantur, vt C.de verb. sig. Illyricianę, & ff.de ver.sig.
detestatio. omnes enim qui de eadem domo & gente
proditi sunt, ꝓ eadẽ familia reputantur, vt ff.de verb.
sig. ꝓnuntiatio, §.j in fi.ergo si molendinũ debeat mo
lere pro familia patrisfamiliâs, & in omnibus qui ex
eo nati sunt, molere debebit. ¶ Præterea, hæc est que-
dam seruitus, ergo cuilibet heredum debetur in soli-
dum, vt ff.de serui viæ & itineris, & ff.de verb.obl.sti-
pulationum quędam. ¶ Item in iure patronatus con-
tingit, vt extra.de iure patron.c.j. & 2.in parte decisa.
4 ¶ Præterea, † in dubiis magis interpretari debemus, vt
res de qua agitur, valeat quã pereat, vt ff.de reb.dub.
quoties, & extr.de verb.sig. intelligentia, versus fin. &
17.quæst.4.& 12.quæst.2 si quos de seruis.
¶ Item semper præsumitur pactũ personale, nisi con-
trarium probetur, vt ff.de pact.tale pactũ, & extr. c.in
re gentiũ, §.pactorũ ¶ Præterea, si de vno filio fecerit
tantum mentioné, de omnibus tamé filiis videtur in-
tellexisse, vt ff.de test.tute.si quis ita, j. resp. & ff.de re-
ligios & sump.fu.l.quod pater.

SOLVTIO. Dixit Pileus ꝙ obseruari debet ꝙ a-
ctũ est, si nõ appareat, nó tenebitur monasteriũ here-
dibus vltra quã tenebatur defuncto, & tãtũ molet om
nibus heredibus quãtũ molebat defuncto ꝙ non est
verisimile, ꝙ monasteriũ in infinitũ se obligaret, vt ff.
de peri.& com.l si quis vna, circa fi.idem dicit T.

DE DEPOSITO.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris an teneatur de libris aliorum, qui eos men*
tito famulo tradidit.
2 *Bona fide credenti nunquid imputandum.*
3 *Bonitas cuique sua dispendio esse non debet.*
4 *Dolus tantum in actione depositi venit.*

Quæstio 52.

1 CVM † quidam scholares remanèrent in scho-
lis cum libris, dixit vnus aliis, Ite pro seruis, &
ego custodiam libros: interim illis exeuntibus
intrauerunt quidam, qui mentiti sunt se seruos eorum
esse, & absportauerunt libros modo quæritur, an iste
qui remansit, teneatur aliis.

PRO. Quod aliis teneatur, sic probo: Nam iste de
posito se obtulit, ergo culpam & negligentiam & pe
riculum prestare tenetur, vt ff. deposi. l. j. §. sæpe eue-
nit, & ff. de procur. Plautius. ¶ Itē iste nouerat seruos
eorum, aut non nouerat: si nouerat. ergo in dolo fuit,
si sciēter aliis dedit, & ita tenetur, & si se deposito nō
obtulisset, vt ff. deposi. l. j. §. in conducto, & ff. de regu.
2 iur. contractus. † Si eos nūquam viderat, & eis libros
dedit, in lata culpa fuit, & ita in casu isto: si se non ob
tulit, deposito tenetur, vt ff. depositi. quod Nerua, &
ff. de verb. sig. magna negligentia. ¶ Preterea, nō bene
inuestigauit qui essent, ergo de negligētia tenetur, vt
81. dist. dictum, & 11. quæ. 3. placuit. & 50. distin. hi qui
arborem. ¶ Item si socios non nouerat, in culpa fuit,
tale officium suscipiendo, vt extra. de homi. tua nos,
& ff. ad l. Aquil. §. preterea.

CONTRA. Contrarium probo: Nam ei impu-
tari non debet, si bona fide credidit, vt ff. quod cum
3 fal. tu. l. 2. & 23. questio. 4. innocēs. ¶ Præterea, † bonitas
sua non debet ei esse damnosa, vt extra. de fideius. per
uenit, & 4. quæstio 3. §. venturus, & ff. quemadmodum
testa, aperi. sed & si quis, & ff. de fur. si seruus commu-
nis, §. id quod. ¶ Item fortuiti casus non sunt alicui im
putandi, vt 23. quæstio. 5 de occidendis. & C. de pign.
quę fortuitis, & ff. deposi. l. j. §. sæpe. in fi. ¶ Præterea,
cum boni viderentur, nō debuit æstimare, quin ad ve-
ros dominos libros deferrent, vt ff. commodati, argē-
tum. ¶ Item in culpa non fuit, si non credidit eos esse
bonos, quilibet enim præsumitur bonus esse, nisi pro-
betur cōtrarium, vt extra. de præsum. dudum, in fi. &
de scrutinio in or. fa. vno. & 86. distinct. eſd quid, & ff.
de manumis. test. seruos, & ff. de leg. 2. cum pater. §. ro-
4 go. ¶ Præterea, † in actione depositi venit tantum do-
lus, vt ff. de act. & obli. l. j. §. is apud quem, & ff. deposi-
ti. l. j. §. vestimenta. Nam de se cōqueri debent, qui ne
gligenti amico res custodiendas commiserunt, vt in
prædi. §. is apud quem, & insti. quib. mo. re contrahi.
obli. §. præterea.

SOLVTIO. Si se deposito iste obtulit, in culpa
fuit, & de culpa tenetur, vt ff. depo. l. j. §. sæpe. si ei man
dauerunt libros custodiendos, & recepit mandatum,
de culpa tenetur, & non tantum de dolo, immo tene-
tur diligentiam prestare, vt ff. de reg. iur. contractus. j.
& hoc dicit expresse decre. quam habes extr. de depo.
capitulo vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Monachi deposita cappa ceruum venati, qui egres-*
sus claustrum, syluam petijt, an reddere episcopo te-
neantur, quem apud illos deposuerat.
2 *Reuersus in pristinum modum, an sic semper haben-*
dus ac semper permansisset.
3 *Animalia fera quousque desinant esse nostra.*
4 *Iure sibi acquisito, nemo sine culpa priuandus.*

Quæstio 53.

1 EPISCOPVS † Bononiem. deposuit ceruum
suum apud quoddam monasterium: tēpore p
cedente, aufugit ceruus: tertia die monachi de-
positis cucullis, cœperunt venari, & ita, cum multo la
bore ceruum ceperunt. modo queritur, vtrum episco-
pus posit eum repetere.

PRO. Et certe videtur quod sic: Nam nō videtur
amissum, quod in breui est recuperatum, vt de pœn.
dist. j. diuortiū, & ff. de in inte. resti. diuus, & ff. de re.
iur. quicquid non enim potest dici amissum, quod nō
durat amissum, vt ff. de in rem verso. si pro parte. §. ver
2 sum. ¶ Præterea, † quod in pristinum statum reuerti-
tur, perinde habendum est ac si semper in eodē statu
fuisset, vt ff. de ædil. edic. quod ita senatum, & 50. dist.
ferrum. Item res est in statum pristinum restituta, er-
go iura pristina statuta videntur, vt ff. de bo. libe. l. 3.
§. si deportatus, & ff. de ser. rust. pred. vnus. §. vlti. & l.
2. in fi. & ff. de serui. & si forte, in fi. j. respō. Nam post-
liminio videtur reuerti ceruus in eādē seruitutē. si ite
rum capiatur, vt ff. de capitu & postli. re. si quid bello.
¶ Preterea, nil deperit monasterio, si aliena reddātur
vt 54. dist. generalis, in fi. cum monachi non debeāt a-
lienis cōmodis inhiare, vt extr. de preben. auaricię.
3 CONTRA. Cōtrariū pbo: † Nam ceruus iste re
cepit se in pristinam libertatē sine spe redeundi, ergo
debet cedere occupanti, vt institut. de acquirē. re. do.
§. feræ. & §. ceru⁹. ¶ Preterea, semel extincta fuit obli
gatio, ergo amplius non potest restitui, vt 23. q. 4. si il-
lic, & ff. de solut. qu. res. §. areā. q enim alienū factum
est, ad priorē dominū redire nō potest, vt ff. de rei vē.
in rē actio. §. item quicūque. ¶ Item venatio sua & offi
ciū suum nō debet esse monachis damnosum, vt extr.
de fideiuss. peruenit & 4. quest. 3. §. vētur⁹, & ff. quēad-
modum testa. aperi. sed & si quis. ¶ Itē ceruus iste sol⁹
factus est monasterij, ergo sine pacto suo ad aliū trāsi-
4 re non potest, vt ff. de reg. iur. id q nostrū est. † Nā iu-
re sibi acquisito, sine culpa sua priuari nō debet, vt 16.
quæst. vlti. inuentum, & extr. de cōsti. cognoscentes.
¶ Præterea, contractus depositi irritus factus est, cum
res peruenerit ad eum statum, à quo incipere nō po-
tuit, vt ff. ad l. Aquil. quia in eum casum, quare actione
depositi agere non potest episcopus.

SOLVTIO. P. dixit, q si nomine episcopi scilicet
vt restituerēt episcopo, restituetur episcopo ceru⁹, cū
ipse ratum habeat q nomine eius factum est: si autem
non esset factum nomine eius, non teneretur.

DE IN INTEGRVM restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nunquid possit repulsum restituere, patro-*
no contradicente.
2 *Episcop. in patroni pˀiudiciū quicquā facere an possit.*
3 *Depositus à beneficio, quasi mortuo comparatur.*
4 *Ordinarius plus habet in cōcessione, quam patronus*
in præsentatione.
5 *Sentētia priuationis ante decimum diem, in rem nō*
transit iudicatam.
6 *Episcopi dispensandi licentiam habent.*

Quæstio 54.

1 SACERDOS † quidam fuit aliqua iusta causa
de ecclesia sua repulsus, & priuatus ab episcopo
per sententiam, episcopus postmodum volebat
eum restituere. patronus contradicit, & alium præsen
tat idoneū. queritur, vtrum episcopus posit eum re-
stiuere, patrono contradicente.

PRO. Quod nō posit sic probo: cōstat q ecclesia
vacauit priuato sacerdote, ergo patronus potuit præ
sentare, cū nō sit cōuētualis ecclesia, vt extr. de se pol.
nobis, & C. eo. postulasti. immo & si eo contradicente
ibi fuit aliquis institutus, debet ex toto ad verecūdiā
ordinātis de ecclesia remoueri, vt 16. q. 7. decernimus.
2 ¶ Præterea, † ius iā fuerat acquisitū presentandi, ergo
eo sine culpa sua priuari non debuit, nec potuit, vt 56.
distin. satis puersum, & extr. de iure patro. ex insinua-
tione. quare patronus presentabit inuito episcopo, cū
alteri per alterū nō debeat iniqua conditio afferri, vt
ff. de reg. iur. nō debet. ¶ Itē sacerdote priuato p epis-
copū patron⁹ poterat libere præsentare quē vellet, er-
go episcopus in eius præiudiciū nil facere debet, C.
de emāci. nec auus, 9. q. 3. nūc verò, & extr. de consu. cū
olim, in fi. nec suū cōsiliū in alterius pręiudicū potuit
episcopus immutare vt, ff. de reg. iu. nemo. ¶ Itē semel
fuit acquisita exceptio patrono cōtra sacerdotē, ergo
cum sine sua voluntate amittere non potuit, vt ff. de
pact. l. vlt. nec poterit cogi iste patronus, vt inuitus de
3 suo faciat beneficium, vt 10. quęst. 2. precarie. ¶ † Item
depositus quasi mortuo cōparatur, vt 50. dist. postquā,

sed

sed eo mortuo poterit patronus præsentare, cum ne-
mo inuitus compelli posit ad recóciliandum matri-
monium semel dissociatum, vt C. de nup. neque ab ini
tio, & extra. de diuor. de illa, & C. de adult. auth. ho-
die. ¶ Item facti quidem quæstio est in arbitrio iudi-
cantis. pœna vero in voluntate legis consistit, vt 2. qst.
3. §. notandum. semel enim functus est officio suo, vt
extr. de offi. iudi. deleg. in literis, & ff. de re. iud. iudex.
nec potest suam sententiam corrigere, vt dicitur eadé
l. iudex, & ff. de re iudi. quod iussit, & licet primo pa-
tronus hunc sacerdotem approbauerit, tamé nunc re
probare non potest, vt ff. de mune. & ho. vt gradatim
§. reprobari.

4 CONTRA. Contrarium probatur: †Nam plus
iuris habet in concessione prelatus, quam in presenta
tione patronus, vt extra. de offi. leg. dilectus, & extra
de iure patr. cum dilectus, & ita concessio prelati pre
ualebit. aliud enim est, de nouo aliquid facere: aliud,
perfectum reficere, vt extra. de Iudæis, Iudæi. & C. eo.
tit. l. vlti. circa medium. ita etiam quod super hoc nul-
la admittitur condictio, vt ff. de no. ope. nun. l. prim. §.
si quis ædificium. quare videtur, quod prelatus cótra-
dicente patrono hunc sacer dotem restituere posit.
¶ Item qui aliâs ecclesiam ædificare nó poterat de no
uo, tamen si ex toto destructa fuerit, eam poterit refi-
cere, vt extra. de Iudæis. consuluit. à simili, & hic epi-
scopus hunc sacerdotem & si ex toto remotus sit, po-
terit restituere, cum aliud sit tueri prius approbatum:
aliud, de nouo aliquid approbare, vt ff. de vsufr. vsu-
fructuarius nouum. ¶ Item misericordiam vult facere
circa fratrem, ergo præponi debet patrono miseri-
cordiam fugienti, vt l. 50. distin. ponderet. in fi. æqui-
tas enim semper est præferenda rigori, vt C. de iudic.
l. placet 45. distinctio. licet, & ff. de regul. iur. in omni-
5 bus. ¶ Item † sententia priuationis ante decimú diem
non transiuit in rem iudicatam, vt extra. de elect. cum
dilecti. in fi & de testib. cap. significauerunt, ergo cum
iste ad hoc haberet ius appellandi vt 2. quæst. 6. ante-
riorum. videtur quod episcopus de iure eum restitue-
re posit, cum quilibet iudex aduersus sententiá suam
restitutiói valeat indulgere, vt C. vbi & apud qué có.
re. l. vlt. & extra. de in integ. restitu. causam. ¶ Item esto
quod sacerdos appellauerit infra decé dies, iudex ap-
pellatus vult eum restituere: patron⁹ cótradicit, quia
vult quod iudex procedat: nunquid audiendus est pa-
tronus? & certe non, cum appellatione sit extinctum
pronuntiatum, vt ff. ad Turpil. l. prima in fi ¶ Item iu-
dex potest pœnam impositam temperare, vt 23. quæst.
5. circumcelliones, in fi. & 26. quæstio. 7. tempora pœni
tudinis, & ff de pœnis, aut facta. 50. distinct. vt consti
tueretur, & ita episcopus pœnam impositam poterit
temperare, cum pœnæ sint potius emolliendæ, quam
exasperandæ, vt de pœni. distinct. prima pœnæ, & ff.
6 de pœnis. l. penulti. † alioquin nulla esset episcopo li-
centia dispensandi, quod falsum est, vt extr. de iudi. c.
at si clerici. ¶ Item patronus hunc postea approbauit,
ergo eum amplius non poterit reprobare, vt 32. quęst.
5. horrendus. & ff. de negoc. gest. Pomponius. vnde si
iste restitutus sit, si locum suum vacantem inuenit, re-
petit eú, vt 7. q. 1. eos. & ff. de decurio. qui ad tempus.

SOLVTIO. Dicunt quidam, quod si infra decé
dies appellauerit, superior poterit eum restituere: alio
quin episcopus tenetur admittere presentatum à pa-
trono. T. tamen dixit, quod si episcopus præueniat pa
tronum antequam presentet, valeret restitutio. eadem
est quæstio, si electio spectet ad capitulú, & episcopus
vult eum restituere, & capitulum vult aliú eligere, &
eadem iura possunt adaptari, & eadem est solutio: sed
ego magis approbo primam solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Resuscitato à mortuis nunquid mulier restituenda,*
& bona data ecclesiis.
2 *Mors delet omnia.*
3 *Donationes causa mortis, morte confirmantur.*
4 *Exclusus nõ videtur, quẽ prætor in ĩtegrũ restituit.*
5 *Resuscitato, qui alloqui noluit angelos, nõ imputãdũ.*

Quæstio 25.

1 ESTO †quod aliquis sit resuscitatus de morte ad
vitam diuina potentia fauente: modo quæritur,
vtrum vxor, & alio quæ donauit ecclesiis, sibi ei
reddenda.

PRO. Et certe videtur quod non: vxor enim mor-
tuo, viro statim soluta est à lege viri, & pót cui vult nu
bere incontinenti, vt extrau. de secun. nup. super illa,
& 31. quæstio. prim. quid si dormierit. ¶ Preterea semel
fuit illud matrimonium dissolutum, ergo vxor nó po-
test cogi amplius matrimonium reconciliare, vt dicit
lex expresse C. de nup. neque ab initio. societas enim
morte dissoluitur, nec vltra mortem poterit extendi,
vt ff. pro socio, cum duobus. §. item respondit. ¶ Præte
2 rea †mors omnia delet, vt in auth. de nup. §. deinceps.
col. 4. ¶ Preterea, actio fuit semel extincta, ergo non re
uiuiscit. amplius, vt 23. quæst. illic, & ff. de solu. qui res.
§. eream. ¶ Item res petere non potest. Nam quod se-
mel Deo dedicatum est, amplius ad humanos vsus re-
uerti non potest, vt 21. quæstio. 2. nulli liceat, & de con
se. distinct. prim. lingua, & quod tales res ab ecclesia
nó valeát reuocari dicit canó expresse, 27. quæ. 4. sunt
qui opes. ¶ Præterea dominium rerú statim post mor-
tem illius fuit ecclesiæ acquisitum, vt C. de sacrosan.
eccle. vt inter dominum, ergo eo sine culpa sua eccle-
sia priuari non debet. vt 16. quæstio. vlti. inuentum, &
extra. de consti. cognoscentes, quod semel bene diffi-
nitum est, non potest amplius retractari, vt 6. quæst. 4.
3 quod bene semel. ¶ Item† donationes quę fiunt causa
mortis, in quoscunque collatæ sint, morte confirman-
tur, vt ff. de donat. caus. mor. fac. si mortis causa, & leg.
nó videtur, & validæ erant, vt C. de dona. inter vir. &
vxor. l. prima & l. si maritus. multo fortius quę vali-
dæ erant, morte confirmãtur, cum causa, s. mortis, fue
rit insecuta. ¶ Preterea qua ratione debet iterum ba-
ptizari & iterum ordinari, si antea fuerit ordinatus: q
falsum est, cum character remanserit in anima.

CONTRA. Contrarium probo: Nam non po-
test dici mortuus qui incontinéte resurrexit, vt de có-
se. dist. prima diuortiú, & ff. de in rem ver. si pro parte,
§. versum, & ita cú nó debeat mortuus iudicari, fictio
ne iuris omnia recuperabit. ¶ Præterea, mors fuit cau
sa dissolutionis matrimonij & donatióis, ergo ea ces-
sante, & eius effectus cessare debet, vt 61. distinc. §. his
omnibus, & 63. dist. § verum, & 1. quæst. vlt. quod pro
4 remedio ¶ Item †non videtur re exclusus, quem præ-
tor restituit in integrum, vt ff. de restit. nemo. multo
fortius ille quem maior princeps, s. Deus, in integrum
restituit matrimonio, quod est tam fauorabile, & re-
bus alijs priuari nó debet. ¶ Preterea princeps ad ma
iora restituit. s. ad vitam: ergo multo fortius ad mino-
ra eum restituisse intelligitur, vt 2. quę. 3. §. notãdum.
in fin. & C. de sen. pas. l. vlti. & penult. Nam cui permit
titur maius, & minus, vt 16. quæstio. 2. visis. ¶ Ité prin-
cipale ei conceditur. s. vita, ergo accessoria intelligú-
tur concessa, vt extra. de offi. delega. præterea, & ff. de
iurisdi. om. iudi. l. 2. ¶ Preterea, si quis capiatur ab ho-
stibus, desinit esse statim dominus rerum suarum, cú
sit seruus, vt ff. de reg. iur. quod attinet, cum seruitus
morti naturali comparetur, vt ff. de reg. iur. seruituté.
& tamen si reuertitur, omnia recuperat iure postlimi-
nij, vt C. de cap. & postli. re. l. postliminium, & l. si ca-
5 ptiuus. §. 1. ¶ Præterea, † huic non debet imputari, si
fuerit solicitus de facto suo: quia noluit loqui cú ange
lis, & maiestat. diuinæ videre locú, in quo erat postea

moratur: immo melioris cõditionis debuit esse, vt ff.
de reg. iur. nemo ius prosequendo, & C. deposi. l. vlti.
¶ Itẽ iusta causa absentiæ fuit, s. vocatio principis: er-
go restitui debet, vt extra. de re iudi. cum Bertoldus.
¶ Preterea, actio semel extincta reuiuiscit, vt ff. si ex
noxali causa aga. l. 2. in fi. & ff. de noxa. electio. §. vlti.

SOLVTIO. Dicit T. quod iste videtur restitu-
tus, quo ad omnia, & ita restitutiõis beneficio omnia
recuperabit. Si autem diuino iudicio non surrexisset,
sed inuentus fuit viuus prima vel secunda die in mo-
numento, similiter omnia bona recuperat, cum præsu
mitur eum semper fuisse viuum, & nõ debet amplius
baptizari vel ordinari, cum character semper in ani-
6 ma remansisset. † H. tamen dixit, quod ille vxorem nõ
repetit, vel econuerso, per capitulum 32. quæst. 7. lici-
te propter verbum hic positum, s. carebit. idẽ crederet
de rebus dicendum. sed G. & quidam alij dicunt om-
nia eis restituenda iure quasi postliminij. & vxor, & si
contraxerit cum alio, restituetur.

DE HEREDITATIS petitione.

SVMMARIVM.

Primogenitus per secundum matrimonium legiti-
matus, nunquid legitimis alsis exclusis, succedat, &
ad spiritualia admittatur. 2.
2 *Largissime interpretanda, quæ de legis beneficio pro*
ueniunt.
3 *Capacitas succedendi ex testamento quando requisi-*
ta, & quanta.
4 *Electio patienti defectum ætatis vel sciẽtiæ an prosit.*
5 *Papa est canon animatus in terris,*
6 *Honorem alteri debitum appetere debet nemo.*

Quæstio 56.

1 ALIQVIS † habuit filium ex concubina: ea di-
missa, duxit vxorem: ex qua suscepit filios: vxore
mortua, cõtraxit cum cõcubina: & ita legitima
tus est filius: consuetudo est in partibus illis, quod tã-
tũ primogenitus succedit patri, omnibus exclusis. na-
tus ex concubina, vult succedere quasi primogenitus:
natus ex vxore prima, contradicit, quia licet iste pri-
mogenitus sit, non tamen primo legitimatus, sed ipse
qui natus est ex matrimonio.

PRO. Quod natus ex concubina, succedat, vide
tur, quia constat quod primogenitus est. ¶ Item con-
stat quod legitimus, vt extra. qui filij sunt legiti. tanta,
& insti. de nup. §. vlti. Et quod talis filius succedat, ma
nifeste probat C. de natura. lib. authen. si quis liberos
2 habens. ¶ Item † talis filius sic legitimatus, admittitur
ad spiritualia, vt extr. qui filij sint le. per venerabilem,
ergo multo fortius ad temporalia, quia spiritualia ma
iora sunt temporalibus, vt 25. distin. duo. qui enim po-
test maius, & minus, vt ff. de regul. iur. non debet. ¶ Itẽ
legitimatio ista beneficio iuris prouenit, ergo largissi
me est interpretanda, vt ff. de consti. princ. beneficiũ,
& extra. de dona. cum dilectus, in fi. & 16. quæ. 1. visum
vbi enim largus dominus, eius dispensator non debet
esse tenax, vt 16. quæst. vlt. alligant, in fi. nec est inspici-
endum quod ante fuit, sed quod modo est, vt 50. dist.
ferrum. ¶ Item sicut eadem res non debet duplici iure
cẽseri, vt 12. quæst. 2. cognouimus, & extra de deci. c. cũ
in tua, circa fi. sic status eius hominis non debet dupli
ci iure censeri, vt partim legitimus, partim illegitim9
3 videatur. ¶ Item † cum aliquis ex testamento succedit,
sufficit quod sit capax tempore testamenti, & tempo-
re mortis, & tempore aditæ hereditatis, vt insti. de he
re. quali. & diff. §. in extraneis: cũ ergo iste ex testamen
to nõ succedat, sed ab intestato, sufficit quod tẽpore
mortis, & tempore aditæ hæreditatis sit capax. ¶ Præte
rea, quod ita sanatum est. vt restituatur in pristinum
statum, perinde habendum est ac si nunquam fuisset
morbosum, vt ff. de ædil. edi. quod ita, & 32. quæst. 7. nõ
erit turpis.

CONTRA. Quod autem natus ex concubina
repellatur, aperte probatur: quia non sufficit quod sit
primogenitus ad hoc vt patri succedat, quia dũ erat
illegitimus, si pater decederet, nõ ei succederet, vt C.
de natu. libe. licet, & extra. qui filij sint legitimi, tantã
Cum ergo non succedant tales, non sunt dicendi filij.
vt 32. quæstio. 4. dicat aliquis, & ita alius præferretur.
4 ¶ Item † si tempore electionis aliquis patitur defectũ
in scientia vel ætate, non prodest ei, & si postea ad ma
iorem ætatem vel scientiam peruenerit, vt extrau. de
electio. dudum. ergo cum iste tempore suæ natiuitatis
defectum passus fuerit, non nocebit aliis sua legitima
tio. ¶ Item iste pro quo stamus, tempore quo nat9 est,
habuit ius succedendi patri suo: ergo pater ipsum il-
lo iure priuare non potuit, vt C. de naturalibus libe.
authent. licet: nisi in certis casibus, vt in auth. vt cum
de appella. cogno. §. causas. col. 6. ergo cum hic non sit
alicui talis casus, ipsum contrahendo cum concubi-
na iure suo priuari non potuit: quia non debet alteri
per alterum iniqua coditio afferri: vt ff. de reg. iur. nõ
debet, nec cõsilium suum potuit in alterius iacturam
5 mutare, vt ff. de regul. iur. nemo. † Nam cum ius iam ei
acquisitum esset in sui natiuitatem, illud amittere nõ
debuit sine sua culpa, vt 16. quæst, 7. inuẽtum, & 56. di.
satis peruersum. ¶ Item papa est canõ animatus in ter-
ris, vt 9. quæst. 3. ipsi sunt, nec tamen cõcedit priuilegiũ
in alterius iacturã, vt 9. quæst. 3. nunc vero, & extra. de
consue. cũ olim, in fi. similiter imperator est lex anima
ta in terris, vt in auth. de cõsul. in fi. co. 4. nec tamẽ ipse
facit aliquid in præiudiciũ alterius, vt C. de emãci. nec
auus. similiter nec ius in præiudicium alterius debet
quid cõcedere, quia quod fauore alicuius introductũ
est, non debet trahi ad iniquum compendium, vt C. de
6 le. quod fauore. ¶ Item † alij iam debitum honorem
alter appetere non debet, vt 61. distinct. quid proderit.
nec in locum viuentis succedere, vt extra. de conces.
præben: & ec. non va. capitulo primo. ¶ Præterea, non
debet esse melioris conditionis natus in fornicatio-
ne, quam legitime natus, vt extra. de filiis presby. ad
abolendam.

SOLVTIO. Credo quod qui primo fuit legiti-
mus, s. de primo matrimonio natus, obtinebit. idem
affirmat H.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas vtriusque ex mulieribus filiũ tanquã su*
um petentibus, nomine pueri peti nunquid possit. 2.
2 *Impossibilia petens non audiendus.*
3 *Liberti vtri ex seruis in dubio conferenda.*
4 *Heredem eum statim non facit, qui filium aliquem*
dicit, sed an eum legitimet. 6.
5 *Dubitabilium interpretatio qualis.*

Quæstio 57.

1 CVM † duæ mulieres in vna domo parerent, alte
ra viuum enixa est, altera mortuum: quæ mortuũ
peperit infantem, viuum surripuit, & eius loco
mortuũ collocauit. Cum vero mater filium peteret, &
altera negaret, pendente lite, vtraque mortua est, no-
mine pueri, vtriusque hereditas petitur: quæritur, an
fieri possit.

PRO. Quod non possit fieri, probo: Nam quæ ne
gabat filium esse alterius, in possessione filiatiõis erat:
ergo nisi puer se filium probet alterius, cum sit actor,
audiri non debet: quia ei qui dicit, incumbit proba-
tio, vt ff. de proba. ei qui, & 6. quæst. vlti. actor. ¶ Item
† iste

2 † iste petit impossibile, s. se habere duas matres: ergo audiri non debet, vt ff. de interro. act. actio confessionibus. §. j. & ff quæ sen sine ap. res. l. vltim. cum impossibilium nulla sit obligatio, vt ff. de reg. iur. impossibilium, & ff. de ob. ver. solum. ¶ Item nonne iste contraria petit & aduersa, ergo audiri non debet, vt extra, de præsumpt. literas, & extra, de app solicitudinem, & 13. quæstion. 2. quàm præposterum, & C. de admin. tutor. professio & desiderium tuum inter se discrepāt. ¶ Itē natura non patitur vt vtrique succedat: & dubium est cui succedat: ergo neutri succedet. Nam cùm de duobus dubitatur, quis datus sit tutor, neuter erit tutor, vt ff. de testa. tut. duo sunt Titij, quia nō deficit ius, sed
3 probatio, vt ibidem dicitur. † & si de duobus dubitatur cui libertas cōpetat, neuter erit liber, vt ff. de manu. testa. cùm ex pluribus, & ff. de rebus dub. si quis de pluribus. ¶ Item in rei vendicatione si non appareat quis de duobus seruis eiusdem nominis vēdicetur, vt ff. de rei ven. item Pomponius. §. vlti. ¶ Itē si legaui vni de cognatis meis qui primò ascēderit Capitolium: & duo simul ascendant, nec appareat quis prior fuerit, neuter habebit legatum, vt ff. de rebus dubiis, si fuerit, & ita neutrius erit heres. ¶ Item si plures hominem percutiant, & dubitetur à quo eorum fuerit interfectus: nullus illorum poterit promoueri, vt 23. quæstio. vlt. c. vlt. & extra, de homi. significasti, & ff. ad l. Aquil. item Mela. §. si plures. à simili, videtur quod iste neutrius hereditatem habebit, cum qua mater fuerit, du-
4 bitetur. ¶ † Item licèt aliquis dicat aliquē filium suum, non tamen statim ei heres efficitur, vt ff. de libe. agnoscend. l. j. §. idem Iulianus. sufficit ergo quòd sit heres eius, qui erat in possessione filiationis.

CONTRA. Contrarium probo. Nam cùm quidam duos filis haberet, substituit vltimo decedenti, si simul ambo moriātur, & dubitetur quis vltimò decesserit, tum substitutus habebit vtriusque hereditatem, ut ff. de rebus dub. qui duos filios. à simili, & in dubio iste vtriusque mulieris hereditatem habebit. ¶ Item si duobus Titiis separatim legatum fuerit, & vni postea adeptum sit, nec apparet cui adeptum sit, vtrique dabitur legatum: & si dubitetur, cui de duobus Titiis legatum sit, vterque legatum habebit, vt ff. de adimend. lega. si quis ita. §. si duobus. eadem ratione iste puer suc-
5 cedet vtrique. ¶ † Item in casu dubio sic est interpretatio facienda, vt res de qua agitur, magis valeat quam pereat. vt ff. de rebus dub. quoties. & extra, de ver. sign. abbate. & 12. quæst. 2. si quos de seruis. ¶ Item ratione dubitationis multa fiunt quæ aliter non fierent, vt 23. quæst. j. quid culpatur, in fin. & ff. de regul. iur. semper in dubiis. & 11. quæst. 3. nolite. & ita ratione dubitationis, melius est, vt vtrūque habeat, quàm vtraq; careat. ¶ Item filius hereditatem habebit, qui erat in possessione filiationis: cùm ipsa eum defenderet, & per consequens heredem vera mater eum filium suum vendicabit, & sic eum suum esse heredem volebat: vnde vtriusque voluntas seruetur, vtriusque hereditatem habebit, vt 23. quæst. 2. vltima voluntas. & C. de sacrosan-
6 ctis ecclesiis. l. j. ¶ Item † vtraque eum filium nominauit, ergo vtriusque verbo standum erit, donec contrarium probetur, vt extra. qui filij sint legiti. transmissæ. extra, de proba. c. per tuas. & ff. de probationib. etiam. & sic vtriusque hereditatem habebit. Nam si quis aliquem filium suum nominauerit, vel in instrumento eū facit legitimum & heredem, vt C. de natura. liber. authentic. item si quis. tutius est igitur vt abundet quàm careat commodo vtriusque, vt 13. quæstion. 2. non æstimemus. ¶ Item cōfessio vtriusque facta fuit coram iudice. igitur vtrique præiudiciū parat, vt extra, de cōfess. c. 2.

SOLVTIO. Probabiliter dici potest, vt ei succedat quæ erat in possessiōe filiationis. Sed si neuter possideret filium, si vellet succedere alicui illarum, opor-
7 tet se probare filium eius esse. † Similis est quæstio, si duo ostendant duo testamenta eadem die confecta, & in vno sit institutus vnus, in alio alius. Nam dicit H. quod si inter se agant, melior est conditio possidentis: si cōtra tertiū agant, nihil obtinent: quasi diuersæ scripturæ ab eadem parte prolatæ.

DE DISPENSATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Clericus excommunicatus abstinens ab officio, sed nō à beneficio, nunquid possit per episcopum dispensari.*
2 *Episcopi de Simonia dispensant.*
3 *Episcopus non dispensat cum eo, qui scienter suspensus celebrat.*
4 *Episcopis hoc tantùm licet, quod in canonibus inuenitur concessum.*
Episcopi ad quid vocati.

Quæstio 58.

1 CLERICVS † quidam ab officio & beneficio suspensus, à suo episcopo excommunicatus, abstinuit ab officio, sed non à beneficio: est in quæstione, vtrum episcopus possit dispensare cum eo.

PRO. Quòd dispensare valeat, sic probo. Nā in canone nō inuenitur prohibitum, ergo nō debet aliquo prohiberi, vt 17. q. 2. lex diuina. circa finē. & 30. q. 4. qui spirituale. & ff. de procurat. mutus. § j. & extrauaga. de sponsa. cùm apud. ¶ Præterea odia sunt restringenda, & fauores ampliandi, vt ff. de libe. & posthu. cùm quidam. in fi. & ff. de regul. iuris. semper in dubiis. & ff. de actio. & obligatio in omnibus. & ff. qui testa. fa. poss. à
2 qua ætate. § j. ¶ Item † episcopis est dispensatio cōcessa in maiori, scilicet in crimine Simoniæ, vt j. q. 5. præsentium. vt extra, de Simo. ex insinuatione. & in eo. tit. de reg. & in crimine hæreseos, vt 50. distinc. presbyteros. ante medium. igitur in minori poterunt dispensare. Nam cui conceditur maius, & minus, vt extrauag. de dècimis. ex parte, in fin. & 16. quæst. 2. visis. & ff. de sena. qui indigens. & ff. de regul. iuris. non debet. ¶ Item nūquam inuenitur expresse prohibitum, quòd episcopus non possit dispensare, etiam cum eo qui celebrauit vt suspensus: immò potius contrarium inuenitur, vt 2. quæstion. 5. qui de causa. circa finē. & extrauagan. de cleric. excommuni. mini. fraternitatis, & c. sequen.
3 ¶ Præterea, † dominus papa hanc dispensationem sibi specialiter non seruauit, ergo episcopis intelligitur esse concessa, vt extrauagan. de senten. excommunic. nuper. circa finem. ¶ Præterea, hoc fecit cum alias vnde viueret, non haberet, ergo debet excusari, vt extrauag. de regul. iuris. quod non est licitum, & extrauagan. de furtis. si quis per necessitatem, & de consecra. distinc. 5. discipulos.

CONTRA. Contrarium probo. Nam episcopus non potest dispensare cum eo, qui celebrat scienter suspensus, vt 7. quæsti. j. si quis episcopus damnatur. & c. placuit. sed officium & beneficium connexa sunt, ita quòd vnum sine reliquo esse non potest, vt j. quæstiō. 3. si quis obierit. ergo idem iuris debet esse in vno, quod in reliquo, vt 3. quæst. 6 hoc quippe. & 81. distinctio. tātis extrauagan. de consti translato. Nam vno prohibito, & reliquum prohibetur, vt extraua. de constit. nam concupiscentiam. & 8. distin. quo iure. & extrau. de he-
4 redi. fraternitatis. in fine. ¶ Præterea, † hic non inuenitur concessum, ergo intelligitur esse prohibitum, vt 2. quæstio. 5. consuluisti. & 55 distinct. si euangelica. & 32. distin. de aliquo clerico. circa fin. & ff. quod cuiusque vniuersita. nulli. ¶ Item quod in canonibus inuenitur concessum, hoc tantum licet episcopis, vt 18. quæstio. 2. hoc tantùm, & 9. quæst. 3. conquestus. circa fi. & 10. q. 3.

quia cognouimus. ¶ Præterea, certum est in quibus casibus debeant episcopi dispẽsare, scilicet in adulteriis & minorib⁹ cuiuslibet, vt extra, de iudi. at si clerici. sed crimen inobedientiæ, hæresi comparatur, vt 8. q. j. sciẽdum. ergo in hoc maiori crimine non poterit episco- 5 pus dispẽsare. ¶ † Præterea, episcopi vocati sunt in partem solicitudinis, & non in plenitudinem potestatis, vt 2. q. 6. decætero. & c. seq. & extra, de vsu pal. c. 4. non ponat igitur manum in alienam messem, vt 6. q. 3. scriptum. & 11. q. j. quia ergo.

SOLVTIO. Probabiliter potest dici ꝙ episcop⁹ potest dispensare, cùm non inueniatur prohibitus, vt extra, de sentent. excom. nuper. De eo tamen qui celebrat suspensus, consueuit ab omnibus dici, ꝙ solus papa dispensat, per c. 11. q. 3. si quis episcopus damnatus, & per consequens c. si tamen ignorans se suspensum, celebrat, dicit T. ꝙ dispensat episcopus, quod satis potest dici, cùm dispenset cum ignoranter Simoniaco, vt extra, de Simo. de regu. hodie si minori excommunicatione ligatus celebrat, non est necessaria dispensatio, cùm nullius votum irregularitatis incurrat, vt extra, de cle. excom. mini. si celebratur, licèt grauiter peccet, vt ibi dicitur.

DE PRIVILEGIIS.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium exemptionis, nunquid trahatur ad ecclesias præsentes & futuras.*

2 *Seruitus rei quæ nondum est, acquiri potest.*

3 *Ius iniquum quod quis impetrauit, ad futuras etiam actiones trahitur.*

4 *Priuilegium canonicis qui nondum sunt, concedi nõ debet.*

5 *Argentum viatorium legatum, tempus tantùm testamenti respicit.*

Quæstio 59.

1 ABBAS † quidam impetrauit priuilegium à papa, ꝙ monasterium suum esset exemptum cũ omnibus capellis suis: posteà acquisiuit alias capellas, quas ex eodem priuilegio ostendit munitas: episcopus loci contradicit: quæritur, quid iuris.

PRO. Quòd sint exemptę, probatur: quia beneficiũ principis largissimè est interpretandum, vt ff. de consti. prin. l. beneficium, & extra, de donat. cùm dilecti. in fi. ¶ Item aliquis obligat omnia bona sua, quod nõ solùm de his quæ habet nunc, intelligitur, sed etiam de his quę acquisiturus est posteà, vt ff. de pigno. l. grege, & C. quæ res pigno. oblig. poss. l. vlti. quare videtur ꝙ & priuilegium ad futura extendatur, cùm præstet libertatem, quæ cunctis rebus est fauorabilior, vt ff. de 2 reg. iuris. libertas. ¶ † Item si ita cautum sit, ne luminibus officiatur: non solùm de præsentibus luminibus, sed etiam de futuris intelligitur, vt ff. de seruit. rustic. prædi. si seruitus imposita. nam & rei quæ nondum est seruitus, acquiri potest, vt in prędicta l. in fi. & ff. de seruitu. rusti. prædi. Labeo. ¶ Itẽ verbũ generaliter dictũ, generaliter est intelligendum, vt 19. distin. si Romanorum. & j. quęstio. j. sunt nonnulli. nam qui omnia dicit, nihil excipit, vt in præall. c. si Romanorum. & de cõse. dist. 4. vt ostenderet. ¶ Item casus iste videtur expressus. Nam si quis impetrauit priuilegiũ super decimis recipiendis, illud priuilegium extenditur non solùm ad possessiones acquisitas, sed ad acquirendas, vt extra, de priuileg. quia circa. ergo istud priuilegium extenditur ad futuras capellas. Item in iure duplicitas reprobatur, vt 22. q. 2. cognouimus. & ff. de vsuris, eum qui ædes. quare videtur in hoc priuilegio reprobãda. 3 ¶ † Item si quis ius iniquum impetrauit, illud extenditur non solùm ad præsentes actiones, sed etiam ad futuras, vt ff. quod quisque iuris. l. 3. §. quid autem. multo fortiùs hoc erit in priuilegio.

CONTRA. In contrarium probo. Nam si ego cũ fundum venderem, lapidicinas excepi expresse: nõ intelligitur nisi apparentes, alioquin si totus esset lapidicinarius, nisi esset venditum, vt ff. de contrahen. empt. in lege à simili & hoc. ¶ Item si vendidi lacum, & circa lacum decem pedes, illi decem pedes intelligũtur, qui erant circa lacum tempore venditionis. vnde si lacus excreuerit, non habebit emptor alios decẽ pedes. ff. eo. tit. Rutilia Polla. ¶ Item si decimæ alicui in feudum sunt concessæ, nõ tamen habebit decimas de no- 4 ualibus, vt extra, de deci. tua. ¶ † Itẽ canonicis qui nondum sunt, priuilegium concedi non debet, vt extra, de ædil. edict. ad audientiam. quare nec ecclesiis quæ nõdum erant monasterij, concedi potuit priuilegium. ¶ Item si pactum de rebus hereditariis fiat inter coheredes, non intelligitur fieri nisi de rebus quæ tunc tẽporis apparebant, vt ff. de pact. tres fratres. sic & priuilegium concedi intelligitur capellis, quas tunc monasterium pręsentialiter possidebat. ¶ Itẽ legauit aliquis 5 argentum viatorium: † non videtur legatum, nisi illud quod erat viatorium tempore testamenti, vt ff. de aur. & argẽ. leg. medico. in prin. ¶ Præterea, lex videtur expressa in hoc casu, vt ff. de auro & argen. leg. si ita legatum esset. ad idem facit ff. de offic. præsid. l. 3. in fi.

SOLVTIO. T. mihi respondit, quòd priuilegiũ non extenditur ad capellas habendas, sed ad habitas tantùm, idem credit Io. super decre. de priuil. cum capella. nisi fortè capellæ posteà acquisitæ, essent prioribus accessoriæ. Quidam tamen contrarium dixerunt per prædictam decre. quia circa.

DE RESCRIPTIS.

SVMMARIVM.

1 *Clericus tacitè ab episcopo excommunicatus, an literas contra episcopum iure impetret, excommunicatione non obstante. 6.*

2 *Constitutio non obligat ignorantes.*

3 *Episcopus de fraude commodum reportare nõ debet.*

4 *Paulus absentem excommunicauit.*

5 *Electio facta de suspenso, non valet.*

Quæstio 60.

1 QVIDAM † episcopus cùm haberet clericum quendam suspectum, ꝙ ipsum vellet accusare de dilapidatione: cum testibus quibusdam assumptis, tacitè excommunicauit. clericus ignorans facta illius, impetrauit literas cõtra episcopũ: episcopus dixit, non valere literas. quia ab excõmunicato sunt impetratæ. est in q̃stione, quid iuris sit.

PRO. Quòd literæ valeant, sic probatur: quia si aliquis ignorans se excommunicatum celebrat. non punitur, vt extraua. de cler. excom. mi. illud. ergo à simili, 2 nec puniri debet iste super literis impetratis. ¶ † Item si aliquis cùm seruus esset, fecerit aliquid dum liber ab omnibus putaretur, valet factum ipsius & etiam testamentum, vt ff. de offi. præsi. Barbarius. & 3. quæsti. 7. §. circa. C. de testa. l. j. quare literæ istius valere debẽt. ¶ Item constitutio non obligat ignorantes, si non seruetur, vt 72. dist. proposuisti, in fin. quia etiam lex tunc primò ligat, cùm promulgatur, vt dist. 4. §. leges. & in auth. vt fac. no. con. coll. 5. circa princip. ergo excommunicatio nõ debet aliquẽ punire, nisi cognita facta fuerit & promulgata. ¶ Item iuris ignorantia in dãno vitando nemini nocet. vt ff. de regu. iur. iuris ignorantia. & l. sequen. multo minus error facti, vt C. de iuris 3 & facti ignoran. error. ¶ † Item non debet episcopus de fraude sua commodum reportare, vt extr. de Simo. sicut in fi. cùm nõ sit malitiis hominum indulgẽdum, vt ff.

vt ff.de rei ven.in fundo,& extr.de rescrip.plerunque,
neque fraus sua debeat ei patrocinari,vt extra.de rerũ
permuta.cum vniuersorum. Nam ex eo facto ex quo
pœnam meretur,præmium sortiri non debet,vt 16 qu.
j.legi. nec ex improbitate sua ius aliquod cõsequi de-
bet,vt ff.de furt,itaque fullo. & ita his omnibus vide-
tur,quia literæ valeant. cum etiã episcopus iste illi cle
rico teneatur ad interesse,vt extra. de sen.ex. sacro. &
2.q.j.nemo.deceptis enim,& non decipientibus, iura
subueniunt,vt extra.de re permut. cum vniuersorum.
¶ Itẽ si alia ratione literæ non valerent,tamen in odiũ
episcopi valere debent,vt extra.de renun.quod in du-
biis,cum sententia nulla sit,quæ lata est in secreto, C.
de sen.& interlo.cum sententia.

CONTRA. Sententia pastoris siue sit iusta, siue
iniusta,semper tenet,vt 11.q.4.cap.j.& si ex verecundia
prolata,vt 11.quæst.3 si episcopus forte ita s.quòd sem
per ligat.nisi in duobus casibus:s.si lata sit post appel-
lationem,vel contineat intolerabilem errorem, vt ex-
tra.de sent.excom.per tuas, & extra.de appel. ad hoc.
4 nec obstat si dicat se excõmunicatũ in absentia: quia
& Paulus Corinthium absentem excommunicauit,
vt 2 quæst.6. de manifesta. & ita his rationibus aperte
probatur,illum clericum esse excommunicatum:qua-
re literæ impetratæ ab eo,non valerent. Nam benefi-
cia acquisita tempore excommunicationis aliquis re-
tinere non potest,vt extra.de cleri.excom. mini.postu
lasti. immò beneficia ante acquisita amittit, vt extra.
de ætate & qualita.bonæ.¶ Item excommunicatus nõ
potest alium conuenire,vt extra.de iudi.intelleximus.
vt extra de except.cũ inter.ergo multo minus poterit
alium accusare,cùm ibi maior sit inquisitio facienda,
vbi maius periculum vertitur,vt 42.dist. quiescamus.
5 & ff.de Carbo.l.j.§.2.& 61.dist.miramur. ¶ †Item ele-
ctio facta de suspenso non valet,licèt eligere possit,ex
tra.de cler.excõ.vel depo.mi.si celebrat.nisi in cõtem-
ptum participet cum excommunicato,vt in ea. decre.
dicitur.¶ Item clericus excommunicatus iudicare nõ
potest,vt extra,de sen.& re iud.ad probãdum. cũ ergo
exclusus sit excõmunicatus à iudicio, literæ impetra-
tæ per ipsum valere non debent. Nam si aliquis igno-
rans se excommunicatum,ordinem recepit,ordo talis
non habet executionem,vt extra.de sentent excom.cũ
illorum.¶ Item iste episcopus qualitercunque potuit,
debuit retinere honorem suum, vt ff. de bonis eorum
qui ante sent.vel mor. sibi consc l.j. & potuit sibi pro-
desse cum damno alterius, vt ff.de aqua pluuia arcen.
l.j.§.denique Marcellus. ¶ Præterea videtur expressa
extra.de rescript.dilectus.
6 SOLVTIO. †Credo quòd literę ad minus in odiũ
episcopi valẽt,vt extra.de renun.quod in dubiis,quod
dicit T.& potest dici,quòd excõmunicatio tenet: sed
episcopus tenebitur clerico ad interesse propter iniu-
stam causam excommunicationis,vt extra.de sent. ex.
sacro.si autem clericus iter arripuisset ante excommu
nicationem eundi ad sedem apostol.excommunicatio
non teneret,cùm ipso facto appellare videatur, vt ex-
tra.de appella.dilecti.T.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio nunquid perpetuetur quo ad omnes, man*
datore post vnum conuentum mortuo,si rescriptum
habet clausulam cum quibusdam aliis.5.
2 *Iudicium non transfertur pro parte.*
3 *Interruptio quando legitimè fiat in aliis quãtitati-*
bus debitis.
4 *Transactio pro parte valere potest.*

Quæstio 61.

1 ALIQVIS † impetrauit rescriptum sub hac for
ma:Conqueritur talis de P.& quibusdã aliis su-
per hac re & quibusdam aliis:sed antequã man-
dator decederet,vnus cõuentus fuit super aliqua:mo-
dò quæritur,si mortuo postea mandatore,perpetua sit
iurisdictio quo ad oẽs,an interrupta sit iurisdictio quo
ad omnes,& interrupta sit præscriptio in aliis rebus.

PRO. Quòd perpetua sit iurisdictio quo ad oẽs,sic
pbo.Nã vna est iurisdictio & vnũ rescriptũ. ergo pro
parte tota iurisdictio retinetur, vt in seruitute contin
git,vt ff.de seruitu.rustic prædio.si quis ædes.§.si par-
2 tem.& ff.de ser.vrb.pręd.pomum §.j.¶ P†ręterea,iudi
cium non transfertur pro parte,vt ff de procurato. in
causæ.j.respon.legis.à simili nec iurisdictio transfer-
ri pro parte potest,¶ Præterea,sola citatione perpetua
tur rescriptum,vt extra,de offi.iudi.dele.gratum,& in
eo.tit.licèt.& ff.de iudic.si quis postquam. ¶ Item per
minimam particulam fundi totius possessio quęritur.
vt ff.de acquir.posses.possideri.j.responso.& l.j §.non
enim.Nam qui aurem tangit,totum hominem tetigis
se videtur,vt de pœnis,distin.j.vulgaris. à simili ergo
& pro parte tota iurisdictio est quæsita.¶ Itẽ quòd in-
terrupta sit præscriptio quo ad res alias,videtur aper-
tè.Nam omnia veniunt in iudicium,nisi de quibus no
minatim actum est vt non veniant, vt extra. de causa
posses.& proprieta.cum ecclesia.& ff.de iud.solemus.
3 ¶ †Præterea,si ex plurib⁹ causis plures quãtitates mihi
debebas,maximè similes:si petiit vnã quantitatem,nõ
expressa causa in aliis quãtitatibus, legitimè est inter-
ruptio facta,quod est,si dicat,dico te mihi obnoxium,
vt C.de ann.exception.si quis ex iustis.sola enim con-
uentione fit interruptio,vt C.de præscript. 30. vel 40.
ann.cùm notissimi.circa prin.legis.

CONTRA Contrarium probo:Nam cõtra alias
personas vel pro aliis rebus nulla fuit cõuentio facta:
ergo morte mandatoris expirat mãdatum, vt extra. de
offic.iudic.deleg.relatum. & in eo.tit.licèt.circa fi.&
insti.mãdati.§.rectè & ff.man inter causas,circa prin.
¶ Præterea,licèt rescriptum vnum sit,tamen tot iuris-
dictiones intelliguntur, quot sunt res vel personæ di-
stinctæ,sicut in stipulatione contingit,vt ff.de verbo.
obli.scire.in j.respon. legis,& l.vbi non apparet, circa
fi.Nam vnus posset iudicem recusare alia iusta causa.
alius tamen non posset:& ita non videtur perpetuum
4 rescriptum quo ad omnes.¶ †Item res inter alios acta,
aliis præiudicare non debet,vt extra.de fide inst.inter.
in vltima column.& C.res inter alios acta.per totum.
& ff.de pact.si vnus.§.item ne experiar.& 2.quæst.5.in-
terrogatum.¶ Item transactio pro parte valere potest,
& pro parte non,vt C.de transact. si ex falsis. & extra.
de præben.dilectus,similiter sententia,vt extra. de te-
stam.Rainutius.à simili & iurisdictio pro parte potest
valere,& pro parte non.Item quandoq; etiam contra
eandem personam fit præscriptio quo ad quædam, &
quo ad quædam non.similiter interruptio, vt extra.de
rescrip.auditis,circa fi.& extra.de capel.mo.c.2. à simi
li.ergo & hæc interruptio valebit,quo ad quædam: &
5 quo ad quædam,non.¶ †Item tali rescripto per specia
le mandatum poterat derogari, quo ad ea quæ fuerũt
exprimenda:ergo in his non erat acquisita iurisdictio
cum effectu,vt extra.de rescript.pastoralis.in fin. qua-
re iurisdictio mortę mandatoris expirauit in nõdum
expressis.

SOLVTIO. Nõ credo perpetuatum rescriptum
contra alios,qui citati non fuerunt,vel interruptionẽ
factam in aliis rebus non coherentibus rei petitę:siuę
agatur contra eandem personam, siue cõtra diuersas.
& l.vlti.ff.de an.excep. intelligitur quando ago cõtra
vnam personam tantum: vnde dicendo eum mihi ob-
noxium,vel petẽdo 10.similiter in omnibus similibus
quantitatibus,interrupta est præscriptio:si interrupta
est in personali,interrupta est in hypothecaria. H. Si
autem negotium esset commune, agendo cõtra vnum
de sociis,videtur interruptio facta contra alios, vt C.
de duob.reis.l.vlt.I.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an possit pensionem petere, quam sibi episco-
pus statuerat donec beneficiũ reciperet: & dato be-
neficio, illud tenere non potest.*
2 *Beneficium non dicitur habere, nisi illud habeat cũ
effectu.*
3 *Posse videtur, qui potest facere vt possit.*
4 *Interpretatio in gratuitis benignè facienda.*
5 *Tempore limitata, tempore expirant.*

Quæstio 62.

1 EPISCOPVS † quidam promisit cuidam suo
clerico in scholis existenti, quòd daret ei quoli-
bet anno de camera sua 10 marchas, donec habe
ret beneficium ecclesiasticum æquè bonum: datum est
ei beneficium 10 marcharum, quod non poterat iste
clericus habere in scholis. Est in quæstione, vtrum pos
sit adhuc petere decem marchas ab episcopo.
PRO. Quòd possit petere sic probo: Nam in bene-
ficiis plena est interpretatio facienda, vt extra. de do-
na. cùm dilectus. in fi. & ff. de constit. prin. beneficium.
¶ Item non est audiendus episcopus, si malitiosè inter
pretari velit, vt extra. de deci. ex parte & c. ad audien-
tiam. & C. de leg. & consti. l. 2. in medio. cũ nõ debeat
callidè reuocare episcopus ea quæ libera volũtate cõ-
cessit, vt 16. q. 2. visis. & C. de dona. si quis argentum. §.
2 vlt. & 16. q. j. frater noster. ¶ † Item illud beneficium nõ
datur nisi residenti: illud autẽ datur in studio existen-
ti: ergo non debet sibi eum idoneum reimitari, cùm se
cundum beneficium oneri sit annexum, vt 10. q. 2. §. si-
cut autem alienatio. ¶ Præterea, non debet dici habe-
re beneficium, nisi illud habeat cum effectu, vt de pœ.
dist. j. hæc autem verba, & extra de cleri. non resi. rela-
tum. & 21. q. 2. si quis iam trat status. vnde cum ad suum
commodum beneficium illud habere non possit, non
debet dici adeptus. ¶ Item respiciẽda est persona quæ
loquitur, vt 26. dist. deinde opponitur, in medio c. & ex
tra. de ma. & obed. solitæ. in j. col. ergo cùm episcopus
moranti in scholis promisit beneficiũ, debet intelligi
promissio de beneficio quod in scholis possit habere,
sub eadem enim forma intelligi debet concessum be-
neficium secundũ, sub qua cõcessum fuerat primum,
vt 32. q. 7. Apostolus. & ff. de verbo. obli. Titia. nec reci-
piendo secundũ beneficium, videtur renũtiare priori.
3 † Nã licèt episcop⁹ portionẽ sibi relictã accepit, nihil-
ominus portionẽ sibi debitã petere poterit de his quę
aliis ecclesiis relinquuntur, vt extr. de testa. officij. nec
studiũ cœptũ relinquere tenetur, vt 7. q. j. nihil. in me-
dio. & C. de hære. l. j. cum propter hoc in iudicio excu
saretur, vt extr. de offic. iudi. delega. consultationibus.
CONTRA. Sed contrarium probo: iste clericus
potest habere beneficium sibi collatum, si reuertatur:
ergo illud habere videtur. nã qui potest facere vt pos-
sit, posse videtur, vt ff. de regu. iur. qui potest. iste habet
actionem ad beneficium petendum, ergo beneficium
habere videtur, vt ff. de regu. iur. qui actionem. quare
episcopus sibi amplius teneri non debet. ¶ Item iste
clericus beneficiũ suum neglexit postulare, ergo hoc
episcopo non nocebit, cùm negligentia vnius ad alte-
rius iniuriam non debeat redundare, vt ff. de transact.
l. 3. in fin. j. respon. & extra. de in integ. restit. cum venis
4 sent. in fi. ¶ † Item illud beneficium gratuitũ fuit, ergo
benignius est interpretatio facienda, vt extra. de cens.
ex parte in fin. ¶ Item beneficiũ quod fecit episcopus,
sibi ad iniquum compẽdium retorqueri non debet, vt
extra. de fideius. c. 2. & ff. quemadmo. testa. aperi. sed &
si quis. & 11. quæstio. 6 hoc etiam placuit. nec vnde gra
tiam meruit, pœnam debet reportare, vt extra. de re-
num. sanè. & extra. de fideius. c. 2. Itẽ episcopus tenetur
ei donec haberet beneficiũ ecclesiasticũ 10. marchas:
sed beneficio ecclesiastico annexa est residẽtia, vt extr.
de cle. non resi. ex gestis. & c. quia nonnulli. & c. seq. er-
go si non vult facere residentiã, sibi debet sua negligẽ
tia imputari, vt 16. q. 3. §. potest, in vers. hæ præscriptio-
nes. ¶ Item iste clericus neglecta communi vtilitate,
præponit propriam. ergo non est audiendus, vt 8. q. 2.
dilectissimi. cùm non debeat locupletari cum aliena
5 iactura, vt ff. de cõdi. inde. nam hæc natura ¶ † Item re
cipiendo secũdum beneficiũ, ipso iure vacat primum,
vt extra. de conces. præben. & ec. nõ va. literas, circa fi.
& extra. de præbẽ. de multa. à simili ergo & illud quod
episcopus dabat ei, ipso iure vacabit statim, cùm secũ
dum receperit: maximè cùm cõditio iam existat, vt ex-
tra. de condi. app. verùm. Nam quod ad tempus conce
ditur, statim finito tempore redit ad statum pristinum,
vt 10. quæst. 2. si œconomus.
SOLVTIO. Debet respici quod actum sit inter
eos. si autem inter eos nihil actum fuerat, quàm quod
superius est expressum, credo episcopũ absoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius primum vacans conferre debens, & duo
vnà vacant, quod conferre teneatur.*
2 *Mediocritas in promissis attenditur, maximè gene-
raliter omissis. 3.*
4 *Dispensator bonus beneficia non reuocat.*

Quæstio 63.

1 EPISCOPVS † quidam promisit authoritate
domini papæ cuidam clerico primum beneficiũ
vacans: duo simul vacant: episcopus vult ei cõfer
re deterius, clericus petit melius beneficium, quæri-
tur, an possit.
PRO. Quòd nõ possit petere melius, sic probo: suf-
ficit enim sibi si cõpetens habeat beneficium, vt extra.
de præbẽ. cùm teneamur. extra. de rescri. cùm adeo. &
extra. de præben. extirpandæ. ergo ab episcopo nõ po-
terit amplius petere, nisi quòd ei prouideat in beneficio cõ
2 petenti. ¶ † Pręterea, semper in obscuris quod minimũ
est, sequi debemus, vt ff. de reg. iur. semper in obscuris.
& in l. semper in stipulationibus. in fi. & extra. de cẽsi.
ex parte. in fi. minimis enim & indistinctè legatis exi-
guiores debentur, vt ff. de leg. 3. minimus. ¶ Item si ser-
uum artificem tibi promisero, nõ teneor tibi perfectũ
exhibere, nec indoctũ, sed mediocriter instructũ, vt ff.
de ædil. ædic. sciendum. §. illud. & l. si quid venditor. §.
vlt. & ita clericus non poterit nisi mediocre beneficiũ
postulare. Nã mediocritas in iure approbatur, vt 10.
q. 2. hoc ius porrectum. in fi. illius auth. & 41. dist. dis-
3 corum via. & ff. de pign. si seruus. in fi. ¶ † Præterea, ho-
mine relicto in genere, nec pessimus nec optimus de-
bet præstari, sed mediocris, vt ff. de leg. j. legato gene-
raliter relicto. immò videtur, quòd quamlibet prębendã
dando possit liberari. ff. manda. fideiussorem. ¶ Itẽ ca-
sus videtur expressus, ff. de leg. j. si quis à filio. §. si quis
plures. & C. de dona. si quis argentum. §. j.
CONTRA. Contrarium probo: Nã in beneficiis
plenissima est interpretatio facienda, vt extra. de do-
nat. cùm dilectus filius. in fin. & extra. de deci. ex parte
tua. ff. de consti. princi. beneficium. & 16. quæstio. 2. c. j.
¶ Præterea, illud meliùs beneficium primò vacauit: er
go episcopus ex promissione sua tenetur id huic exhi
bere, vt 22. quæsti. 5. iuramenti. & extra. de conces. præ-
4 ben. & ec. non vacan. accedens. ¶ † Item bonus dispen-
sator beneficia non reuocat: immò cumulis liberalita
tis amplificatur, de pœn. dist. j. quantumlibet. & extra.
de dona. c. j.
SOLVTIO. Credo quòd clericus iste contentus
esse debeat, si competens ei beneficium assignetur, vt
extra. de conces. præben. & eccle. non vacan. accedens.
vt extra. de rescript. cùm adeò.

DE DOTE RESTITVENDA.

SVMMARIVM.

1 *Dos nunquid restituenda, diuortio propter mulieris adulteriū facto, & posteà consanguinitate probata.*
2 *Gradus qui non est, dissolui non potest.*
3 *Sententia secunda semper praualet in matrimonio.*
4 *Marit⁹ agi de adulterio cōtra mulierē quādo possit.*
5 *Repetitioni magis fauendum quàm lucro aduētitio.*

Quæstio 64.

1 MVLIER † quædam à viro suo separata fuit a
thori consortio propter fornicationem à mu-
liere commissam, nec fuit appellatū: demū pro
batur consanguinitas inter eos, & sic pronunciatē ma-
trimoniū nullū esse vel fuisse inter eos: quib⁹ omnino
separatis, mulier repetit dotem, queritur, an possit.
PRO. Quòd possit repetere, sic probo: Cōstat enim
q̄ nullum fuit matrimonium inter eos, ergo nulla fuit
dissolutio matrimonij etiā quo ad thori separationē:
quia matrimonium quod non est, dissolui non potest,
nec accusari, vt extra. de despon. impu. ad dissouendū.
2 ¶ † Itē gradus qui non est, dissolui non pōt, vt ff. de in-
iust. rup. test. nā & si sub conditione. ¶ Præterea, reuerà
nullū fuit matrimoniū: ergo nulla dos existere potuit,
vt ff. de iur. do. l. 3. & C. de don. ante nup. l. vltim. in ver.
sicut enim dos. ff. pro dote. l. j. in fin. vbi dicitur, q̄ licèt
maritus putauerit matrimoniū esse, cū non esset, nulla
tamen dos fuit: & ita maritus ex prima sententia non
potuit dotē lucrari, quæ nō fuit. ¶ Præterea, priùs quę-
rendū est, an existat id de quo agitur, quàm ratio iuris,
vt. ff. de iur. codi. quidā refert. nō existente enim prin-
cipali, nec accessoria cō sistere possunt, vt C. de legi. &
consti. non dubiū. & ff. de regu. iur. cùm principalis. &
& extra. de fid. instr. inter. in fi. & extra. de do. inter vir.
& vxo. & si necesse, quę expresse in dote loquitur: & ita
sententia lata super separatione thori, nō tenuit. ¶ Itē
3 † veritate manifesta, cedere potest opinio veritati, vt 8.
dist. veritate. & extra. qui filij sint legi. per tuas. Nā ve-
ritas rerum, erroribus gestorum vitiari nō debet, vt ff.
de offi. præsi. illicitas. §. veritas. & C. de erro. aduoc. l. 2.
¶ Præterea, semper præualet sententia secunda in ma-
trimonio, vt extra. de sen. & re iud. lator. & eod. tit. cō-
sanguinei. & 35. q. 9. §. qui agro. quia sentētia matrimo-
nij non transit in rem iudicatam, vt in prædicto §.
CONTRA. Contrarium probo: Nā lata fuit sen-
tentia diuortij inter eos, à qua nō extitit appellatum.
ergo fecit ius inter partes, etiam si lata fuit contra ius
litigantis, vt 2. quæstio. 6. §. diffinitiua. versi. Item si sen
tentia. & extr. de senten. & re iudica. cùm inter vos. cir
4 ca fin † Præterea, res iudicata pro veritate habetur, vt
ff. de reg. iur. res iudicata. & ff. de statu ho. ingenuū. &
extra. de re iudi. inter monasterium. ¶ Itē lex dicit ex-
presse, quòd licèt iniusta vxor sit, tamen maritus eam
poterit de adulterio accusare, vt ff. de adulter. si vxor.
circa principiū. & ita prima sententia tenuit, quæ lata
fuit ad thori separationem. Item quo ad ecclesiam ma
trimonium fuit, cùm filij nati sint legitimi donec sepa
rentur omnino, vt extra. qui filij sint legit. c. cùm inter
Ioannem. & in eo. titu. ex tenore, ergo quo ad ecclesiā,
fuit matrimonium & adulterium, & sententia prima
tenuit, quo ad ecclesiam, cùm ab ea non extitit appel-
5 latum. Item † cùm vxorem se crederet, adulterium in-
tendebat committere: ergo quantum ad eam, adulte-
rium fuit, vt de pœn. dist. 2. sicut tribus. & 34. quæsti. 2.
in lectū. & extra. de big. nuper. & ff. de fur. qui iniuriæ.
in j. respon l. ergo & sententia in odium ipsius & quan
tum ad eam tenere debuit, vt extra. de renun. quod in
dubiis. Præterea, non est respiciendum quid fiat, sed
quo animo fiat, vt 13. quæst. 8. occidit. & 3. quæstio. 7. in
grauibus. Nam sola volūtas facti mouerat opus. Item
lex dicit expressè, q̄ sufficit si aliquis putet se cōdēna-
tum, etiā si iniustè sit cōdēnat⁹, vt ff. fa. erc. cū putarē.
SOLVTIO. Dicit T. q̄ si in prima sentētia nihil
fuit de dote dictū, ex quo constat nullum fuisse posteà
matrimoniū, & per consequens nullā dotē, recuperat
quod dedit, cū pœnæ sint emolliendæ, vt de pœn. dist.
j. §. pœnæ. & magis fauendū est repetitioni quā aduen
titio lucro. ff. de reg. iur. non debet actori. §. j. si lata es-
set sentētia super dote, nec esset appellatū, nec recupe
rat dotē: plures tamen dixerunt eā indistinctè amisisse
dotē. H. cōcordat cū T. & videtur hoc dicere auth. de
nup. §. si verò. col. 4. Sed mihi videt̄ q̄ alij verius dicūt.

QVI FILII SINT LEgitimi.

SVMMARIVM.

1 *Legitimi an censendi post solutionē matrimonij probata parentela.*
2 *Possessionis commodo ante diffinitiuam quando quis priuandus.*
3 *Filijs maximus defertur fauor.*
4 *Denuntiatio etiam iniusta ligat.*

Quæstio 65

1 QVIDAM † in facie ecclesiæ contraxit cū qua
dā cum solēni denuntiatione, vtroq; vel altero
ignorante parentelā. Posteà cū accusaretur de
parentela matrimoniū, peremptoriè ci
tati, venire noluerunt: tandem excōicantur, perseuerā
tes etiā in excōicatione, tres filios susceperunt, & de-
mū eis reconciliatis, etia parentela probata, celebratū
est diuortium inter eos: quæritur, an filij nati tempore
excōmunicationis, sint legitimi. supra. q. 56. ea. ferè est.
PRO. Quòd sint legitimi, sic probo: nam nati ante
sententiā & concepti, debent legitimi reputari, vt di-
cit decre. expressè extra. qui fil. sint legi. cùm inter Ioā
nem. & in eo. tit. peruenit. Itē vxor excōicato viro non
debet cōmunionē denegare, vt 11. q. 3. quoniā multos.
& extr. de sen. excō. inter alia. ergo filij nati tēpore ex-
cōicationis sunt legitimi, cùm inter eos sit matrimo-
2 nium putandum. ¶ † Itē ante tempus diffinitiuæ sen-
tentiæ nō debet priuari cōmodo possessionis, nisi pro
bationes esset incontinenti paratæ, vt extra. de restitu.
spol. literas. & 16. q. 4. volumus. & 8. q. 4. nonne. & extra.
de resti. spol. ex conquestione. Præterea, lite pendente
circa matrimonium, nihil est innouādum, nec vir nec
vxor interim sunt ab inuicem separandi, vt dicit decr.
expresse extra. vt lit. pend. laudabilē, & in eo. tit. c. vno.
¶ Item res est facta litigiosa, ergo statim immutari nō
debuit, vt C. de litig. l. vlti. & 11. quæstion. j. quia res.
3 ¶ † Præterea, fauor filiorum est magnus, vt extra. qui fi
lij sint legiti. ex tenore. circa finem.
CONTRA. Contrarium probo: Nam citatiōe fa
cta, vtrique sciunt impedimentum matrimonij vel sci
re præsumuntur: sic filij qui posteà ex matrimonio na-
scentur, non erunt legitimi, & videtur dicere decretal.
extra. qui fil. sint legi. ex tenore. immò & si vterq; sciuit
impedimentum, licèt solenniter contraxissent, filij nō
erunt legitimi, sicut dicit decre. expresse extr. de clan.
des. cùm inhibitio. Præterea, non possunt dolo carere,
qui imperio magistratus non obtemperauerunt, vt ff.
de regul. iuris. nō potest dolo carere. ¶ Item à tempore
denūciationis vterq; incipit esse malæfidei possessor,
vt ff. de pet. her. itē veniunt. §. petitā. nec refert, vtrū ab
initio fuerit malæfidei, an posteà esse cœperūt, vt 34.
quæst. 2. si virgo. & C. de incest. nup. cum ancillis, versi.
4 fi. ¶ † Item cōstat denuntiationem esse factam istis per
ecclesiam, ergo quicquid postea factum est, in initium

reuocari debet,& si iniusta fuit denũtiatio,vt ff. quod vi aut clã.l.j.§.j.& extr.de no.oper.nun.cùm ex iniuncto.& c.intelleximus,cùm ad iudiciũ non venerit,nec præstitit aliquã cautioné,vt ff.de no.ope.nun.ait prætor.§.j.& l.stipulatio.¶Præterea,manifestum est,eã de crimine cõfiteri,quæ indulta sibi toties occasione purgandi,vt 3.q.9.decreuimus.& 11.q.j.Christianus,in fin. nec auditur post annum.vt 11.q.3.rursus,in fin.Ité non differetis quin tales filij nati sint de consanguineis in gradu prohibito.ergo omni beneficio exclud\u0169tur,vt C.de incest.nup.authen.ex complexu nefario.

SOLVTIO Credo quòd filij omnes nati aut cõcepti ante sententiam,sint legitimi,extra. qui filij sint legi.cùm inter.si in facie contraxerunt ecclesiæ,cũ solenni denuntiatione præmissa.& ambo vel alter eorũ bonam fidem habuit in hoc consensu.T.

SVMMARIVM.

1 *Clericum cum laico sine aduocato contendens,an allegare debeat iura materna lingua.*
2 *Responsio neminem obligat sine interrogationis intelligentia.*
4 *Laicus potest esse iudex.*
5 *Literas scire omnes nequeunt.*
Magisterium nemo dignè suscipit,nisi ministerium prius subierit.

Quæstio 66.

1 SACERDOS † quidam cõuenit laicum in causa spirituali coram episcopo,& leges & canones literaliter allegabat:laicus cùm aduocatum non haberet,petit à sacerdote,vt canones & leges materna lingua proponat.quæritur,an sacerdos ad hoc compelli posit.

PRO.Quòd compelli posit,sic probo: Nam nemo
cogitur in iudicio respondere,nisi præsens per præsen
tem veraciter intelligat ea quæ sibi obiciuntur, vt q.
2.relatũ.& 11.q.3.eorum.ergo sacerdos iste tenetur ex-
ponere,vt laicus ille intelligat,alioquin ei non tenebi
2 tur respondere.¶†Item nemo ex sua responsione obli
gatur,nisi prius intellexerit ea quæ sibi ab alio propo-
nuntur,vt extr.de sponsa.ex literis.& ff de ver.obli.l.j.
in fi. ¶Præterea,nullus lege aliqua obligatur,nisi oia
quæ in lege scripta sunt,plenissimè sibi referantur, vt
18.dist.c.vlt.& in authen vt fac.no.consti.§.sancimus.
colla.5.cùm nulla constitutio obliget ignorãtes, vt 82.
dist.proposuisti.& ff.de decre.ab or.fa.l.vlt.& ff.loca.
si ignorans. Præterea,eoipso præsumitur ꝙ sacerdos
iniquam causam foueat,si nõ exponit ea quæ allegat,
vt 18.q.2 perniciosum Item nihil refert vtrum aliquis
non respondeat,an obscurè respondeat.ff.de inter.ac.
de ætate.§.nihil.Item laicus iste ab aduocatione non
repellitur.ergo admitti debet,cùm edictũ de postulã-
3 do,sit prohibitorium.†Nam & laicus qui habet exer-
citium causarum,suscipit officium iudicandi,vt C.de
iudi.certi.ergo officium aduocati potest suscipere.

CONTRA.Contrariũ probo: Nam vbi aliquis
non intelligit,debet interpreté quærere,vt ff de verb.
obli.l.j.in fi.& 63 dist.Adrianus papa.¶Præterea, cùm
laicus iste vult cum perito disputare,debet addiscere,
ne imperitus risui pateat,si contra peritos contendere
velit,vt 37.distinc.quæ immensa,circa medium.Item si
iste ignorat iura quæ ille allegat,habeat cõsilium,alio
quin imputetur ei,vt 37 dist.§.vlt.circa fin & ff.de iur.
& fac.igno.regula.6.si iuris ignorantia.scientia enim
est in homine requiréda,quam per se vel per alios po
test habere,vt ff.quis ordo in bo.pos.ser.l.2.in fin.Item
4 †nunquid omnes sciunt literas?nequaquam:& tamen
dicitur,quòd non excusatur per ignorantiam quis, si
contrahit cum institore,in cuius hostio scriptũ est,ne
quis cum eo contrahat,nec excusari poterit ignorantia literarũ,vt ff.de institor.sed & si.§.præscribere.palàm enim inquirere debuit,quid literæ significarét:ita & iste laicus facere potuit. ¶Item sententia in scriptis debet proferri,nec aliter valet,vt C.sent.ex breui.reci.l.vlti.& libellus similiter,vt C.de lit.contest. authé. offeratur.nec inuenitur quòd aduersario exponatur. ¶Prҽterea,dicatur laico huic,tu sciẽtiam repulisti,& ego te repellã,ne fungaris officio allegationum, vt 38. dist.omnes psallentes.in fi.& extr.de renun. nisi cũ pridèm.sacerdotes enim debét iurisperiti esse,vt ff.de iusti.& iur.circa princ.¶Item qui ignorat, ignorabitur,
5 vt 38.dist.qui ea.¶†Præterea,miserum est, aliquem fie
ri magistrum,nisi prius fuerit discipulus,vt 61.dist.mi
serum.& ita repellitur ab officio aduocandi.

SOLVTIO.Credo ꝙ sacerdos teneatur ita allegare,ꝙ & iudex & laicus ille ĩtelligat:hoc idé dicit H.

DE CENSIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Rusticus terram pro qua censum soluit ecclesia, vtrũ teneatur assignare.6.*
2 *Testes absque litis contestatione quando vtilitatem dicere compellantur.*
3 *Veritatem occultans,mortaliter peccat.*
4 *Possessionis sua titulum nemo cogitur dicere.*
5 *Census an soluendus,si causa pro qua solui debet,ignoretur.*

Quæstio 67.

1 RVSTICVS † quidam soluebat quolibet anno cuidã ecclesiæ duos denarios censuales, canonici illius ecclesiæ volebant ꝙ terra illa pro qua census soluebatur,assignaretur eis.est in quҽstione,vtrum rusticus sit compellendus ad hoc.

PRO.Quòd cõpelli posit sic probo: Nã si aliquis
fuerit ab ecclesia manumissus, & mortuo prælato ec-
clesiæ,literas suæ libertatis substituto põtifici nõ ostẽ
derit infra annũ,cadit à iure libertatis,vt 12.q.2.lõgin
quitate.¶Ité si aliquis infra annum à nouo feudi dñ̃o
inuestituram feudi nõ petierit,cadit à iure feudi,vt in
consti.Frede.de feudis.§.præterea.à simili videtur, ꝙ
rusticus iste cadat ab omni iure quod habet,nisi terrã
pro qua soluit censum clericis,ecclesiæ ostenderet.
2 ¶†Præterea,si timetur de morte testium vel absentia
diuturna,absq; omni litis cõtestatione cõpelluntur te
stes dicere veritaté,vt extra.vt lit.non contest.quõ fre-
quẽter.& extra.de testi.significauit.& extra.de confir.
vti.vel inuti.cũ dilectҽ à simili iste rusticus cõpellitur
terram ostendere,ne ius ecclesiæ deperiret, si aliquid
inopinatè emergeret circa eũ. ¶Item vbi est præscri-
ptio contra aliqué,cogitur dicere titulũ suæ possessio
nis,vt extra.de prҽscri.si diligenti,& extra.de probat.
licèt:multo fortius iste possessiões teneatur allegare,
cùm valida sit præscriptio cõtra eum,& aliquid ab ec-
3 clesia teneat. †Ité rusticus iste veritaté occultat,ergo
mortaliter peccat, vt 11.q.3. quis metu. & 11 q.3. quis-
quis,Præterea,quilibet literas suæ ordinationis tene-
tur ostendere,vt 2.q.j.legerit.Item iudex omnibus mo
dis quibus potest,debet inquirere veritatem,vt 30.q 5.
iudicantem.¶Item qui interrogatur,tenetur respõde
re,vtrùm possideat terram quæ petitur,vel non possi-
deat, vt ff. inter. act. qui seruum. § in iure. immò vi-
detur ꝙ iudex ex officio suo inquirere debeat, vtrùm
possideat terram illam pro qua soluit censum vel nõ,
vt ff. de rei vend.officium & l.qui prætorio.
4 CONTRA. Contrarium probatur:†Nam nemo
cogitur dicere titulum suæ possessionis,vt C.de peti.
hered.cogi possessorem & 2.q.5.§.j. multo minus pos-
sessionem dicere tenetur.Item nemo cogitur,vt cõtra
se ex-

se exhibeat instrumenta quæ penes se habet, vt extra. de pro.c.j.& C.de test.nimis graue est ¶ Præterea, qui agere vult, probationem habere debet, vt C.de eden. qui accusare volunt, & l.j.& ff.de probat. ei incumbit probatio, & 4.quæstio.3 § item in criminali.versi.item qui intendit alioquin reus absoluetur, vt 6 quæst.vlti. actor & C.de probationib.actor ¶ †Item talis census
5 amodò non soluetur, cùm causa pro qua solui debeat, ignoretur, vt extra.de cen.peruenit, & ff. de fideicom. postquam.causa enim pro qua aliquid petitur, exponi debet, vt C.de edicto diui Adria.tol'end.l.vltim. vltra medium, & extra.de rescript.dilectus.& C.de adop.l.
4 ¶ Præterea, si quis rem aliquam intendit petere, eam & eius circunstantias debet in libello declarare, vt ff. de rei vendica.si in rem, & extra.de appella. significantibus, & C.de transaction. vt responsum. Item nemo compellitur dicere, pro qua parte res quę petitur, eius sit, vt ff.de rei vendi.in speciali.Item si census petitur, fundus & nomé fundi, & in qua ciuitate, & in qua villa, & vicini proximi debent declarari, vt ff.de cēsi.forma.circa prin.

6 SOLVTIO.† si rusticus sciat terram, asignare tenetur.vnde si dicat se nolle assignare, compellitur. Si autem dicat se nescire, non tenetur assignare. veruntámen si Syndicus ecclesiæ ponat suo iuramento, rusticum possidere terram pro qua consueuit soluere censum, rusticus tenetur respondere suo iuramento, vtrū possideat vel non.

SVMMARIVM.

1 *Actor non appellans in causa vbi pro parte reus absoluitur, sed reus, an totum petere possit.*
2 *Fructus ab impugnatis nemo reportet.*
3 *Appellans, nisi cuius interest, non auditur.*
4 *Obligatio generalis quomodo procedat & obliget.*
5 *Sententia acquiescere videtur pars non appellans.*

Quæstio 68.

1 PETEBAT† quidam ab aduersario suo centū. iudex sententiam tulit, & condemnauit aduersarium in 40.& in 60 absoluit eum. ab ista sententia aduersarius appellauit, & non actor.nunc actor qui non appellauit, corā iudice appellationis petit integra centum, opponitur ei ꝙ non, cùm reus in 60.fuerit absolutus, & non appellauit actor. quæritur, quid iuris sit.

PRO. Quòd petere posit integra centum, probo: quia appellatione extinguitur pronunciatum, vt ff.ad Turpil.l.j.in fi.ergo perinde est, ac si non pronunciatū esset: quare poterit petere integra centum.
¶ Item sententia pro parte valere potest, & pro parte non, vt ff.famil.ercifcundæ.in hoc iudicio.sed constat ꝙ pro parte nō valet, ergo nec in alia valet. Item sicut eadem res duplici iure censeri non debet, vt 11.quæ-
2 stion.2.cognouimus, ita nec senteñtia.¶ †Item reus iste quantùm in se fuit, sententiam impugnauit & reprobauit, sed ex eo quòd aliquis duxerit impugnandum, fructum reportare non debet, vt extra.de cens.cùm olim.& 13 quæstion 2.quàm præposterum, & ff.de inofficioso testament.Papinianus.§.meminisse. ¶ Item frustrà legis auxilium inuocat, qui committit in legem, vt ff.de minor.auxilium, & extra.de vsu.quia frustrà: à simili frustrà inuocat auxilium sententiæ, qui committit in ipsam.Item remota appellatione in literis, ad omnes articulos refertur, vt extra.de appellat. secundò requiris.ergo & hæc appellatio ad vtrunque articulum refertur ¶ Item victoria vnius prodest alteri, vt ff. de adulte.denuntiasse, ergo & appellatio alij prodest. Item exheredatio filij posita post omnes gradus institutionum & substitutionū, ad omnes gradus refertur, vt C.de lib.præte.l.j.à simili & iste à tota sententia vi-
3 detur appellasse. ¶ †Item expresse videtur lex ad hoc facere, quam habes C.de appel.l.ampliorem.Itē apertiùs potuit dicere an à tota sententia appellaret, vel à parte: & si non dixit, facienda est interpretatio contra ipsum, vt ff.de pact.veteris, & extra.de priuil.quia circa.Item licèt actor hoc non posit ex sua persona, hoc poterit ex persona rei, vt C.de temp.in integ.petendę.

CONTRA. Contrarium videtur: reus appellationem interposuit in suum fauorem, ergo ad suam læsionem retorqueri non debet, vt C.de leg. & constitutio. quod fauore, & in authentic.vt ab illustr.& qui super. §.illustris.coll.5.Item non auditur appellans, nisi cuius interest, vt 2.q.6.non solent.vt extra.de elect. cùm inter R.sed rei non interrat, nisi in quo condemnatus fuit, ergo si ab alio capitulo vellet appellare, non
4 esset audiendus. ¶ †Item in generali obligatione non videtur obligari aliquis, nisi specialiter esset obligatus, vt ff.de pig.oblig.generali.& extra. de offic.leg.ꝙ translationi.ergo in generali appellatione non intelligitur appellare ab eo, in quo est absolutus. non enim est verisimile, quòd aliquid in præiudicium suum facere voluerit, vt 33.quæstio.5.si non licet.& extra.de officio leg.c.3.¶ Item minor volebat petere restitutionem aduersus vnum capitulum sententiæ, maior autem volebat quòd tota sententia rescinderetur: dicit iurisćōsultus, quòd propter hoc tota sententia non rescinditur, sed species illa super qua restitutio postulatur, cæteris speciebus non careret, vt ff.de mino.l.j.§.excom. à simili videtur & hic, quòd tota per appellationé non rescinditur, cùm hic diuersæ summæ in sententia exprimantur. Item si in totum lata fuit sententia contra actorem, & infra decem dies non appellasset, in totum videtur sententiæ acquieuisse, vt 2.quæstion.6.anteriorum. Sed idem iuris est in toto & in parte, vt ff.de rei vendication.quæ tota, j.respons.ergo & minori parte, in qua lata est sententia, cōtra se acquieuisse videtur.
5 † Item in simili casu vtraque pars appellauit, vt extra. de test Raynutius.& extra.de app.si duobus. alioquin pars non appellans, sententiæ acquiescere videtur.imputet ergo sibi, si nō appellauit. ¶ Item dicit lex quòd appellāti nihil nocet, si non significauit, pro qua parte sententiæ appellaret, vt ff.de ap.appellanti: quæ lex videtur decidere quæstionem. Item qui proprium auxilium habet, non debet recurrere ad alienū, vt ff.de mino.in causæ 2.circa prin.

SOLVTIO. Si ex eadé causa ista centū petantur, & appellatum est à sententia, possunt peti integra centum corā iudice appellationis, vt C.de app.amplioré. secùs est, si ex diuersis causis non connexis, vt ff.de mino.& etiam §.ex causa & C.si vnus ex pluribus l.j.& 2.q.6.§.diffinitiua.sub illo vers.si de possessione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super possessione & proprietate an valeat; si delegatus ob reum contumacem misit actorem in possessionem causa rei seruandæ.*
2 *Testimonium totum irritatur, teste in aliquo malè dicente.*
3 *Familia tota redhibetur propter seruum vnum vitiosum.*
4 *Donatio pro parte valere potest.*
5 *Stipulatio per superflua non vitiatur.*

Quæstio 69.

1 AGEBAT† actor contra reum coram iudicibus deleg.& cùm reus esset absens, per contumaciā missus fuit actor in possessione rei petitæ causa rei seruandę, in qua stetit per annum: & cùm deberent

cum iudices constituere verum possessorem, dixerunt ita: Adiudicamus tibi possessionem & proprietatem. quæritur, vtrum talis sententia valeat, saltem quātum ad possessionem.

PRO Quòd nullo modo valeat, videtur: quia sententia non potest pro parte valere, & pro parte non, vt ff. famil. ercíscundæ. in hoc iudicio. Sed quantum ad proprietatem, non valet: ergo nec quantum ad possessionem. Item eadem res non debet duplici iure censeri, vt 12. quæstione 2. cognouimus. & extra. de decimis.
2 cùm in tua. ergo nec sententia. †Item si testis in aliquo bene dixerit, & in aliquo malè, totum eius irritatur testimonium, vt tertia quæstione 9. pura.

¶ Itē si in sacra scriptura aliquod mēdacium in ea fuerit inuentum, nihil veritatis in ea remanet, vt 9. distinction. si ad sacros: ergo idem erit in sententia. Item dicunt, leges scribi non per signa, sed per consequētiam literarum: & si in aliqua parte libri aliter factum sit, totus liber non valebit, vt C. de veter. iur. enucle. l. 2. §. eundem. in vltim. colum. sic ergo erit in sententia.

¶ Item qui in vno præceptorum facit contra euangelium, factus est omnium reus, vt extra. de regulis iuris. desleat. quare idem erit in sententia.

3 ¶ †Item propter vnum seruum vitiosum, non tantùm ille, sed tota familia redhibetur, vt ff. de ædilit. edicto. cùm eiusdem generis. §. plures.

¶ Item aut illi voluerunt sententia super vno tantùm, aut super vtroque: si super vno voluerunt, super quolibet non poterunt: & quod noluerunt, non poterunt: vnde voluntate & potestate sibiinuicem aduersantibus, quod ab eis actum est, non valet, vt ff. de offic. iudic. deleg. cùm super alberia. & C. si quis alteri vel sibi, multum interest. in fin.

¶ Item vtile per inutile vitiatur, vt 16. distinctione. canones, & 3. quæstion 9. pura & simplex. Item heredis institutio non potest pro parte valere & pro parte non valere, vt ff. de acquirenda hereditat. l. j. & 2. à simili & sententia.

4 CONTRA. Contrarium probatur: † quia sententia pro parte valet, & pro parte non valet, vt extrauag. de arbitr. cum tempore. & extra. de præbend. dilectus. Item transactio valet pro parte, & pro parte non valet, vt C. de transaction. si ex falsis. & tamen est maioris authoritatis quàm res iudi. vt ff. de iureiurand. l. 2. Item donatio pro parte valet, & pro parte non valet, vt 12. quæstion. 2. si quos de seruis. & C. de donat. sancimus. circa prin. in quibus dicitur, quòd donatio valet vsque ad legitimam quantitatem: quare videtur quòd hæc sententia valeat quo ad possessionem. ¶ Itē si quis condemnatus fuerit ex pluribus facinoribus, & super quibusdam appellauit, & super quibusdam non: super quibus non appellauit, tenet sententia, vt 2. quæstione j. si quis ex pluribus. Item si quis fecit testamētum minus solenne inter liberos, & alios: quātùm ad liberos, valet, sed non, quantum ad extraneos, vt C. famili. ercíscundæ. l. vltim. †idem & in sententia vt valeat, quo
5 ad vnum articulum, & non quo ad alium. Item superflua non vitiant stipulationē, vt si dicas, spondeo quòd arma virúmque canam, vt ff. de verbor. obligatio. l. qui extrinsecùs. ergo cùm primò adiudicata fuerit possessio, nihil valebit quod postea de proprietate dicitur. Item cum articuli sunt in sententia separati, sententia pro parte potest rescindi, & pro parte non, vt ff. de minor. & § ex causa. sed possessio nihil commune habet cum proprietate, vt ff. de acquiren. possess. naturaliter. §. nihil. valebit hæc sententia quantùm ad possessoriū. Item tot sunt stipulationes quot res, vt ff. de verborū obligation. scire. ergo & tot sententiæ, quot res in sententia exprimuntur, quare vna sententia poterit valere, ali: non.

SOLVTIO. Potest dici, quòd sententia quo ad possessionem valet. idem dicit T.

DE LOCATO ET CONDUCTO.

SVMMARIVM.

1 *Aduocat⁹, vtri è monasterijs tenetur ad patrociniū, si ab ambobus aduocationis causā pēsionē suscipit §.*
2 *Vsusfructus primum nominatum admittit.*
3 *Exceptio in generaliter dictis non facienda.*
4 *Consulendum nulli est cum alterius iniuria.*

Quæstio 70.

1 ADVOCATVS quidā à †quodam monasterio feudum accepit ea conditione, vt in omni causa ei patrocinium adhiberet: ab alio postmodū monasterio accedit feudū super eadē conditione: inter hæc duo monasteria controuersia vertitur: quæritur, cui de illis debeat patrocinium præstare.

PRO. Quòd primo monasterio debeat pstare, probo. Nam primū monasterium prius est tempore, ergo prius iure debet iudicari, vt extra. de iur. pa. cùm autē aduocatus, in fi. & ff. qui pot. in pig. hab. si prior. §. vlti. & C. eo. tit. prior. §. vlti. distin. 17. episcopos secundum tempus suæ conditionis, vt ff. de albo scriben. l. j. in fi.
2 †Item si duobus legatus est vsusfructus, qui primò est nominatus primò ad vsumfructū admittitur, vt ff. de vsu fru. quoties. circa prin. Itē pri⁹ acquisita fuit actio primo monasterio cōtra istū, ergo ex alieno facto eā perdere non potuit, cū alteri per alterum iniqua cōditio afferri non debeat, vt ff. de reg. iur. non debet. neque ex alterius facto alius lędi debet, vt ff. de ali. iud. mu. cau. fac. l. j. in prin. ¶ Præterea, primo monasterio promisit priùs, ergo in eius præiudicium, suum consilium mutare non potuit, vt ff. de reg. iur. nemo potest. Item secunda promissio intelligitur esse facta saluo iure prioris, vt in libro feudorum expressè dicitur, vt 16. quæst. j. si quis laicus. & extra. de offic. iudic. delega. ex parte.
3 ¶ †Prętereà, generaliter dictum fuit in primo pacto in omni causa, ergo nulla debet exceptio fieri, vt 19. dist. si Romanorum, vltra medium. & j. q. j. item nōnulli. & j. q. 3. putant. Item primum pactum fuit legitimum, ergo seruandum fuit, vt extra de pact. c. j. & ff. de pactis l. iurisgentium. §. ait prætor.

CONTRA. Contrarium probo: Nam recipiēdo secūdum feudum, videtur renuntiare priori: cū vtrunque non possit retinere, vt extra. de præben. de multa. & extra. de concess. præbend. & eccl. non vac. literas. & C. de furtis. l. j. & C. de codicil. l. vltima. & ita videtur quòd potius debeat patrocinari secundo, quàm primo. Item videtur quod possit eligere, cui velit patrocinium impartiri, nam cùm omnibus dominis seruus auxilium præstare non posset, si vnum eligeret quē iuuaret, non est ei pro aliis imputandum, vt ff. ad Sylani. si quis in graui. §. si cùm omnes. & 23. quæstione 4. ipsa pietas. in prima colum. & ff. de religio. & sumpti. fune. si plura. & ita videtur quòd possit eligere secundum,
4 primo relicto. ¶ †Item si non potest alteri subueniri quin alter lædatur, neutrum iuuare debet, vt legitur expressè 14. quæstione 5. denique. cum nulli sit consulendum cum iniuria alterius, vt 22. quæstio. j. primum, circa medium. & 14. quæstione 5. fortè. & ita neutrum iuuabit. ¶ Prætereà, videtur quòd possit pro vtroque monasterio allegare, exemplo tutoris diuersorum pupillorum, vt ff. de autho. tuto. vel curat. accipientis. & exemplo Moysi qui causam Dei coram populo allegabat, & causam populi coram Deo, vt 45. distinctio. disciplina. ¶ Præterea, intelligendum erat primum pactum, si res permanserit in eodem statu, vt 31. quæstio. 2. ne quis arbitretur. circa fin. & ff. de solu. cum quis. in prin. l. & extra. de iureiurand. quemadmodum. Nam si quis aduocatus fuerit contra partem pupilli in aliqua causa, si posteà factus fit tutor pupilli, eādē causam defendo-

fendere potest, vt 3.quæstio.7.§.tria,ver.item si contra patrem. & ff.de postul.l.vlti.

5 SOLVTIO.† Si sciat aduocatus primum monasterium iniquã causam fouere,non iuuabit illud,sed alterum:si autem hoc ignoraret,iuuabit primum, & alteri mittat personam idoneam quæ iuuet secundũ monaste iũ contra primum.Idẽ dicit H.in vasallo qui habet duos dominos.& dicunt H & T.q si aliquis tenebat ad uocare pro ecclesia,& factus est episcopus,seruire potest per substitutũ,vt C.de episc.& cle.ad simi litudinẽ.idẽ potest vasalus facere,si factus est claudus: scilicet seruire domino per substitutũ,si feudũ tenuit.

SVMMARIVM.

1 *Magister promittens discipulis ad stipem in annum docere,an possit id per substitutum.6.*

2 *Substituere quando quis possit alium loco suo.*

3 *Magisterium an possit per alium adimpleri.*

4 *Salarium petere non potest,qui seruire personaliter tenebatur,& non seruiebat.*

5 *Pactum personale,proprium personam nõ egreditur.*

Quæstio 71.

1 MAGISTER † quidam pro certo salario vsq; ad finem anni quibusdam scholaribus legere promisit:ante finem anni vult substituere alium què bonum:scholaribus contradicentibus, vult salarium petere:quæritur,an possit.

PRO.Quòd possit,probo: Nam si datus sit certus tutor,licèt tutelam non per se,sed per alium administret,non imputatur ei,cùm ipsemet administrare videatur,vt ff.de administr.tuto.ita autem §.gessisse. & extra.de appell.cùm parati.in fi à simili videtur quòd iste per alium possit suum officium adimplere. ¶Præterea,si grauamen aliquod heredi vel legatario fuit impositum,nihil refert siue per se, siue per alium illa cõditio adimpleatur,dummodo possit per alium adimplere,vt C.de caduc.tollend l.vna.§.ne autem.in fin.Idem est,cùm in stipulatione,quæ in dando vel faciẽdo consistit,vt C.de contrahẽ.& cõmit.stipulatio. veteris.circa fin.idem est in libertate præstanda, vt ff. 2 de statu homin.Arethusa.in fine. ¶†Item si societatem cum aliquibus contraxi,si oporteat me abesse,possum alium æquè idoneum substituere,vt ff.pro socio.idẽm que erit,circa medium. ¶Præterea,votum in quo aliquis Deo obligatur personaliter, potest per alium adimpleri,vt extrauagan.de voto & vot.redemp.licèt,& 16.quæstione 6.si aliquis fuerit.multo fortius videtur quòd iste magisterium suum possit per alium adimplere.Item si locaui tibi domum, in necessitate forsitan imminente,velim aliam æquè bonam tibi præstare,non teneor,vt ff.loca.si quis domum.in fi. j.respon.

5 ¶†Præterea,isti videntur esse in dolo, cùm velim eis peræquè idoneum deseruire:ergo suus dolus eis prodesse non debet,vt extra de rescript.sedes apostolica. cùm nemo cum alterius iniuria sibi consulere debeat, vt 22.q.j.præmium.circa medium.

CONTRA.Contrarium probo: Nam si quis domum à se ædificandam, vel nauem fabricandam promiserit,licèt fideiussor velit hoc adimplere, non consentiente stipulatore non liberatur reus,qui non fecit quod promisit,vt ff.de solution.inter artifices.à simili, nec iste poterit multo fortius suum magisterium per 4 alium adimplere. ¶† Item si hæredi vel legatario onus aliquod impositum fuerit disciplinæ, talis conditio non potest per alium adimpleri.vt C.de caducis tollendis.l.vna.§.si talis. ¶Præterea,per istum magistrum stetit,quo minus personaliter deseruiret, ergo salarium suum petere non potest, vt ff.locat. qui operas.& ff.eodem titul.si addes.§.vltim. & ff. de variis & extraordi.cog.l.j.§.diuus.Item episcopus tenetur ecclesias visitare, & nisi personaliter visitet, non potest procurationem petere,vt 10.q.j.relatum. & extrauag. de cen.procuratorem.a simili nec iste potest salarium petere,cum videatur esse actum inter eos, vt iste tan-5 tũ personaliter doceret ¶†Præterea,personaliter fuit pactum istius:ergo ad alias personas extendi non debet,vt extra.de transact.veniens.& extraua.de præbẽ. nisi.circa fin.& ff.de pact.quòd in duobus.§.personale pactum.Item multa sunt quæ per alios exerceri nõ possunt,vt 24.distinctio.quorũdam.& C.de his qui veæta impe.l.circa princip.¶Præterea,doctor iste in propria persona docere promisit, ergo promissionem suã inuitis scholaribus mutare non potuit,vt ff.de regulis iuris.nemo potest.¶Item prælatus non est dandus inuitis,ut 61.distinct.nullius inuitis.& extra. de elect.ca. 3.& 61.distinct.quid proderit:multo magis doctor non est dandus inuitis.

6 SOLVTIO.† Nõ credo quòd possit salarium petere,si velit per alium docere,vt C.de caduc.tollend.l. vna.§ si vero talis.Idem credo in libro faciendo, cùm talia omnino eodem modo per alium fieri non possunt.secus dicit H.in domo faciẽda.& eadem quæstio est,in Potestate,qui vult per aliũ regere ciuitatem, & salarium habere.

SVMMARIVM.

1 *Pensio destructo molendino solui nunquid debeat, quæ tempore molendini debebatur.2.*

3 *Consilium suum in alterius iacturam nemo mutare debet.*

4 *Molendini destructi dominus qui pensionem super eo habet,an teneatur ad refectionem.*

Quæstio 72.

1 QVIDAM ab ecclesia impetrauit, quòd liceret in flumine ecclesiæ molendinũ instruere, certa pensione soluta quolibet anno : destructo molendino,laicus ille nolebat soluere pensionem,nec molendinum reficere:quæritur, vtrum ad hoc sit compellendus.

PRO.Videtur quòd sic:nam semel orta fuit obligatio inter eos,ergo altero inuito dissolui non potest, vt C.de action.& obligation.sicut initio.& C.de trãsact.quanuis.¶Præterea,contractus iste semel placuit laico huic,ergo amplius ei displicere non potest,vt 8. quæstion.2.dilectissimi.& 4 distinction. in istis tempo-2 ribus. ¶†Præterea,per ecclesiam non stat quo minus ille laicus in flumine hoc molendinũ habeat: ergo iste tenebitur ad totius temporis pensionem, vt ff.locat.& conduc.qui operas.& C.de institution.& substitutio. l.3.in fin.& 47.distinction.quòd ad nos.¶Item in culpa fuit,destruendo molendinum,vel non reficiẽdo: ergo tenebitur ad totius temporis pensionem,vt 10.quæstione 2.§.hoc ius porrectum,vt qui rem huius conducam.& præterea ecclesia in culpa non fuit, ergo iure suo priuari non potuit sine culpa sua,vt extra de constitutio.cognoscentes.56.distinction.satis peruersum. & 14.quæstion.6.inuentum.¶†Præterea,consilium suũ in alterius iacturam mutare non potuit.ff. de reg. iur. nemo potest.& extrauag.de posthum. bonæ memo.2. in vlti.colum.

CONTRA.Contrariũ probo:Nam iste pro molendino mercedem soluere debebat, ergo si molendinum non habuit,debet absolui à pensione, vt ff locat. & conduct.idem. ¶Item cessauerat causa solutionis, ergo solutio debet cessare,vt extrauagan. de appellat. cum cessante.& j.quæstione 7.quod pro remedio. ecclesia enim non debet locupletari cum aliena iactura, vt ff.de condiction.indebi.nam hoc natura æquum,& ff.de peti.here.plane.in medio.& 14.q.vlti.quicunque.

præterea, in fauorem istius introductum est, vt liceat ei habere feudum in flumine: ergo ad eius lesionem retorqueri non debet, vt C. de leg. & constitut. quod fa-
4 uore. & ff. de leg. & senatuscon. nulla. ¶ †Item núquid si molendinum corruisset, vel alia pestis superuenisset: tenetur iste soluere pensionem? & certè non, vt ff. loca. si fundus. & l. ex conducto actio. Nam quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent, vt extra. de offi. iudi. delegat. insinuante. & ff. de interro. actio. de ætate. §. ex causa.

SOLVTIO. Sine præiudicio melioris sententiæ, credo laicum hunc ad solutionem pensionis compellendum, cùm contractus sit factus gratia vtriusque. Idem dicit P. in simili quæstione, quæ inter suas quæstiones sic incipit. quidam Parisiens. immò quod plus est, respó. mihi H. q iste tenetur reficere molendinum, & semper ad pẽsionem teneretur, nisi aliter appareret.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus nunquid habere debeat promissum causæ lucratæ, si partes transigant.*
2 *Negotium esse vtiliter cœptum an sufficiat.*
3 *Stipendio carere non debet, qui pro tempore auxiliũ præstitit.*
4 *Obligatio generalis non capit ea quæ quis specialiter promitteret.*
5 *Iniquitas minor in captiosis locum habere debet.*

Quæstio. 73

1 QVIDAM †promisit dare centum aduocato suo, si obtineret in causa, & si non obtineret, quinquaginta. Lite demum suo marte currente, trãsegit cum aduersario. est in quæstione, vtrũ aduocatus debeat habere integra cẽtum.

PRO. Quòd debeat habere, sic probo: per ipsum enim non stat quo minus causam fuerit prosecutus, ergo totum salarium potest petere cum effectu, vt dicit lex quæ expressè loquitur in aduocato. ff. loca. qui operas & ff. eod. sed addes, in vlti. § & C. de condi. ob causa. aduocationis ¶ Præterea, aduocatus iste nõ fuit in culpa, ergo non est quod sibi debeat imputari, vt 47. distinction. uqod ad nos. & 43. distinction. Ephesij. & 23.
2 quæstio. 5. de occidendis. ¶ †Item sufficit si negotium vtiliter fuerit cœptum, licèt res effectum non fuerit habitura, vt ff. de neg. gest. l. sed an vltro. & C. de pign. actio. si necessitas. in fi. & ff. de mino. verum. §. si locupleti. ¶ Præterea, si assessor vel aduocatus locauerit operas suas ad annum, licèt moriatur conductor ante finem anni, nihilominus assessor vel aduocatus habebit salarium suum totius temporis, vt ff. de offic. assessor. diem functo. Idem erit, & si iste aduocatus moriatur ante finem anni, vt C. de aduoc. diuer. iudic. post duos. ¶ Præterea, si per me non stat quo minus cõditioni pareretur, sed per te, perinde est ac si cõditio esset adimple-
3 ta, vt ff. de regul. iuris. iure ciuili. † & ita videtur, quòd iste aduocatus possit petere totum salarium, cùm per eum non stet. iustum enim est, vt consequatur stipendium, qui auxilium pro tempore impẽderit. vt 12. quæstion. 2. charitatem. maximè cùm timore aduocati aduersarius inductus est in transactionem. ¶ Præterea, res inter alios acta, alteri non præiudicat, vt C. res inter alios acta, per totum.

CONTRA. Contrarium probo: cõstat quòd iste promisit ei centum sub illa conditione, si obtineret in causa, sed non obtinuit ergo conditione non existente, nihil ab eo peti potest, vt C. de condi. insert. l. legatum. ff. de condit. & demõstrationib. municipibus, & extra. de conditio. app. de illis. contractus enim legem ex conuentione accipiunt, vt ff. depositi. l. j. §. si conuenerit.
4 ¶ †Præterea, in generali obligatione non veniunt ea quæ aliquis specialiter non esset promissurus. vt ff. de pign. oblig. generali. & C. quæ res pign. oblig. pos. alúnos. sed non est verisimile quòd iste promitteret aduocato centum, & quòd transigere non posset.

¶ Item transigere potuit conuentione non obstante, nec videtur fecisse per eum ¶ Præterea, iniquus videtur aduocatus iste, si integra centum sine labore velit habere, & cum alieno damno locupletari, vt ff. de condi. indebi. nam hoc natura & ff. de reg. iur. iure naturali. & 12. q. 4. c. j. ¶ Item euẽtus litis dubius est, vt ff. de pecu. quod debetur. ergo in re dubia quod minimũ est, sequi debemus, vt ff. de regul. iur. semper in obscuris, & extra. de censi. ex parte. respici enim debet quod euitare possit: scilicet quòd iste clientulus possit condẽnari, vt ff. de nego. gest. diuortio. circa medium.
5 ¶ †Item quoties sine captione aliquid fieri non potest, fieri debet quod minimum habet iniquitatis, vt ff. de reg. iur. quoties nihil.

SOLVTIO. H. mihi respondit, quòd totum salarium potest petere aduocatus. Pil. supra q. 54.

SVMMARIVM.

1 *Medicus pro salario primæ curationis, an teneatur mederi secundò ægrotanti 4.*
2 *Resuscitari ex alieno euentu non debet, quod rectè ab initio gestum est.*
3 *Obligatio in infinitum extendi non debet.*

Quæstio 74.

1 MEDICVS †quidam cum infirmo certa mercede conuenit, post liberationẽ danda: qui tandem ab ægritudine liberatus erat, & in eãdem infirmitatem reincidit. modò quæritur, vtrum medicus pro eodem salario teneatur ægrum curare vel nõ.

PRO. Quòd teneatur, sic probo: Nam non videtur recessisse ægritudo, quæ incõtinenti reuersa est, vt de poenis. distinction. j. diuortium. & ff. de diuor. diuortium. & ff. de in rem verso. pro parte. §. versum ¶ Item non videtur sanitatem adeptus, qui ita adeptus est, vt eam retinere non possit, vt ff. de acquir. possess. non videtur. & ff. de regu. iur. non videtur. ¶ Item verba cum effectu sunt intelligenda, vt ff. de pœn. distin. j. hæc autem verba. & ff. quod quisque iur. l. j. §. hæc autem verba. nihil enim actum esse credimus, dum quid superest ad agendum, vt C. quibus vt indig. l. penulti. in fin.
2 ¶ †Præterea, hæc ægritudo eadem intelligitur cũ prima, cùm sit substituta loco ipsius, vt ff. de iudic. proponebatur, & 7. quæstio. j. denique. in ver. quod idem qui. & 16. distin. habeo. circa me. ¶ Præterea, ex consequentia prioris ægritudinis incidit in secundam: quare teneri debet medicus.

CONTRA. Contrarium probo. Nam sufficit si semel est liberatus, cùm actio semel extincta, amplius non reuiuiscat, vt ff. de solution. qui res. §. aream. & 33. quæst. 4. si illic. ¶ Item quod rectè ab initio gestum est, ex alieno euentu resuscitari non debet, vt C. de admi. tutorum. sancimus. fortuiti enim casus præuideri non possunt, vt C. de pignorat. action. quæ fortuitis. & ff. si quis cautio. l. 2. § sed non propter valetudinem.
3 ¶ †Præterea, non debet obligatio in infinitum extendi, vt ff. de periculo & com. si quis viua. circa fin. & extra. de rescrip. sedes apostolica. & extra. de testib. licèt dilectus. in fine. qua enim ratione de secunda tenetur, eadem & de quarta, & sic de cæteris: quod est absurdũ, vt extra de offic. iudic. delega. in literis. in fine. & ff. de re iu. iudex. ¶ Præterea, non videtur cogitatum inter eos de futura ægritudine, sed de ea tantum quæ tunc temporis apparebat, vt ff. de contrahen. emp. & vendi. Rutilia. & ff. de pact. tres fratres.

SOLVTIO. Potest dici, quòd si culpa infirmi recidat infirmitas, non obligatur medicus: alioquin sic, vt ff.

4 vt ff.de reg.iur.quod quisque ex culpa sua. † P. distin-
guit,vtrũ incontinenti redierit ægritudo, an ex inter-
uallo:& si incontinenti,teneatur medicus: si ex inter-
uallo,nõ:quod potest probabiliter sustineri. vt de pœ
nis.distin.j.diuortium.supra,quæst.12.

DE RECVSATIONE iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius an recusari possit iudicis,qui recusari poterat ante commissionem.6.*

2 *Delegantis ante prouinciæ ingressum impedita iurisdictio.*

3 *Successor cũ prædecessore,reputatur eadem persona.*

4 *Iudex qui recusari potest ,causam alteri delegare potest.*

5 *Vitium rei ex commutatione purgatur.*

Quæstio 75.

1 ALIQVIS † impetrauit literas ad iudicem,qui
iusta causa poterat recusari:sed antequam obii-
ceretur aliquid contra eum,commisit alij cau-
sam suam.modò quæritur, vtrum ille secundus recusa
ri possit.

PRO Quòd recusari valeat,sic probo. Nam nemo
plus iuris habere potest,quàm actor suus à quo ius in
eum transit,vt ff.de reg.iur.l.in omnibus officiis §.nõ
debeo.& ff.de doli except.apud Celsum § de actoris.
Sed primus non poterat cognoscere , ergo nec secun-
dus.nemo enim plus iuris ad aliũ transfert quàm ipse
2 habet,vt ff.de reg iu.nemo plus.¶ †Præterea,res trãsit
cum onere suo,causa sua,& vitiis suis , vt extra.de de-
ci.cùm nõ sit in homine.& 16.q j si quis laicus. & ff.de
acqui.pos.Pomponius refert.§.j.& ff.de contrah.emp.
& vẽ.alienatio. & ff.de acqui.pos.vitia. Sed & primus
non poterat cognoscere,ergo nec secũdus. Itẽ si pro-
consul causam delegat alicui antequam prouinciã in-
grediatur,ille delegatus non potest procedere, cũ im-
pedita sit iurisdictio delegantis ante ingressum pro-
uinciæ,vt ff.de offic.procon.obseruare.circa fin.ergo
& hic,cùm impedita sit iurisdictio primi delegati, im
pedita erit & secundi.¶ Præterea,si aliqua actio in lo-
cum alterius succedit,eius naturã sortitur,vt ff.si quis
3 cau.si eum §.qui iniuriarum. † Item successor cũ præ-
decessore pro eodem reputantur,vt extra, de offic iu-
dic.deleg quoniam abbas.& extra.de immunit.eccle.
aduersus consules.ergo partibus eius fungi debet , vt
ff.de edend.quædam.§.nihil interest.& ff.de iudi.mor
tuo iudice.Item malitiosè commisit,vt scilicet recusa
retur,ergo talis commisßio non valet,vt extra.de offi.
iudi.deleg.pastoralis.

CONTRA.Contrarium probo. Nam sublata est
causa recusationis,ergo eius effectus cessare debet, vt
extra.de ap.cùm cessante.& 61.distinc.§.his omnibus.
& ff.de adopt. & in omnibus ferè. ergo cùm in secun-
do iudice nulla sit causa recusationis,recusari non po
4 terit.¶ †Præterea,iudex qui recusari poterat , causam
alij potest delegare.immò quod plus est, ad hoc tene-
tur,vt ff.de iurisd.om.iud.prætor.& extra, de foro cõ-
peten.si quis contra clericum.& 11.quæst.j.peruenit.
¶ Item iste delegatus fuit à principe,nisi aliquid con-
tra eum obiectum fuit. ergo potest causam delegare
alij,vt extra.de offic.iudi.deleg. super quæstionum ar
ticulis,& c.pastoralis, & infra eodem titu.quanuis. &
C.de iudic.a iudice.¶ Præterea, aliquid potest aliquis
per alium facere,quod per se non potest,vt 5. quæstio.
3.quia. & in auth. vt ab illust colla.5.circa prin.consti-
tutionis.Item vitium illud recusationis adhæret per-
sonæ,& non rei,ergo talis iurisdictio sine omni perso-
nali vitio ad successorem transit,vt ff.de diuer. & tem
po.præscript.an vitium.& ff.de doli except.apud Cel-
5 sum.§.actoris autem dolus.¶ † Præterea,vitium rei cõ
mutatione rei purgatur,vt ff.de fur.qui vas.§.vltim.&
ff.eo.tit.si quis vxori.§ Titius.multo fortius mutatio-
ne personæ purgabitur vitium personale. personalia
enim vitia cũ persona expirant,vt extraua.de præben.
nisi esset.& ff.de constit.princi.l.j.circa princ.

SOLVTIO.Si delegat alij causam antequam ali
qua exceptio obiiciatur contra eum,potest cognosce-
re ille cui delegatur,si tota causa ei delegaretur , nec
recusabitur:sed si aliquid in se retinet primus, non co
gnoscet secundus,cùm primus sit recusandus.si autem
exceptio sit iam obiecta cõtra eum,cum res sit litigio-
sa facta,non poterit postea alij delegare.& in hoc con
6 ueniunt T.& H. ¶ † Similis est quæstio si literæ fuerũt
impetratæ ad episcopũ,non expresso nomine,qui po-
terat recusari,vt eo mortuo successor cognoscere pos-
sit:& dicit T.quòd sic,si nondum probata sit exceptio
ante mortem:quia cessat causa recusationis. si autem
probata esset, dummodo sententia nondum esset lata.
Idem dicit T.si lata sententia negotium esset finitum,
& hoc intelligas quando recusabitur ratione personæ.

DE CONSTITVTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Absentes studiorum causa,nunquid pro præsentibus habẽdi in distributionibus quotidianis. Et cõtra eos in absentia possit statui per capitulum & episcopũ.*

2 *Ecclesiæ vtilitas communis est,vt omnes officijs diuinis adsint.*

3 *Absentes extra prouinciam non vocandi ad capitulum.*

4 *Probibentis melior est conditio.*

5 *Schola,doctrinæ causa priuilegium habent.*

Quæstio. 76

1 CONSVETVDO † erat in quadam ecclesia,quod
canonici absentes tantum percipiebant,quantũ
præsentes:episcopus autem loci cum canonicis
præsentibus statuit,quòd absentes nihil haberẽt.quæ-
ritur,an per hoc fiat præiudicium illis qui morãtur in
scholis,& aliis absentibus.

PRO.Quòd fiat præiudicium,sic probo Nam hæc
constitutio honesta fuit,scilicet quòd non deseruien-
tes ecclesiæ nihil percipiant,vt 12.quæst.2.charitatem.
in fi.& extra de app.peruenit.& extra.de cleri.non re-
sidenti.c.2.ergo quod statutum fuit à maiori parte ca-
pituli,valere debet,vt extrauag.de his quæ fi à maiori
parte ca.c.j.& 65.dist.sanè.& c.se.in fi.cùm duæ partes
capituli fuerunt præsentes,vt ff.de decre. ab ordin.fa.
2 l.3.& ff.quod cuiusque vniuersita.l.nulli.¶ † Præterea,
absentes volunt emolumentũ:ergo onus sustinere de-
bent,vt instit.de legi.pa.tu.circa fin.& ff.de reg.iuris.
secundum naturam.& 16.quæstion.6.de lapsis.& C.de
commeatu.l.j.libro 12. Item officium & beneficium
connexa sunt,vt j.quæstion.3.si quis obiecerit.& c.sal-
uator.circa medium,ergo si vni renuntietur, & reli-
quo, vt 8.distin.quo iure.¶ Præterea,communis vtili-
tas ecclesiæ est,quòd clerici sint in ecclesia residentes,
vt rectè diuinum officium celebretur: ergo commu-
nis vtilitas præferenda est priuatæ, vt 8.quæsti.j.sciat
frater.& ff.pro socio.l.actione.§ Labeo. ¶ Præterea,
causa officij fuit beneficium constitutum,vt 12.quæst.
2.concessor,& 16.quæstio.j.generaliter.circa fin. ergo
cessante causa,cessat effectus,vt extra.de appella. cum
3 cessante.¶ † Item qui absentes erant extra prouinciã,

non erant vocandi ad capitulum,extraua.de elect.coram.

CONTRA.Contrarium probo:facta inter clericos diminutio præbendarum,& cuilibet propria præbenda asignata:ergo de alieno clerici residentes constitutionem facere non poterant,vt extra,de constitu. qui in ecclesiarum.& 16.distinction bene quidem.
¶Præterea,res inter alios acta,præiudicium generare non debet,vt C.res inter alios acta.l.j.2 & 3.extra,de fi de instrumentorum inter dilectos.& extra,de offi.iudi.deleg.super eo.¶Item clerici residentes,in alterius præiudicium consilium suum mutare nō poterunt, vt extra,de regulis iur.nemo.& extra de electio. cùm in-
4 ter canonicos circa finem. ¶†Præterea,si communia
essent omnia,tamē contra absentes aliquid constituere non poterunt,cùm iure communi,melior est conditio prohibentis,vt ff.communi diuidun.Sabinus & ff. de seruitu.circa fin.¶Item iure suo sine culpa sua priuari non debuerunt.vt 55.distin.satis peruersum,& 16. quæst.vlt.inuentum.cùm iusta causa absit,vt extra, de cleri.non resid.relatum.¶Præterea,isti absentes ad vtilitatem ecclesię scientiam addiscunt,ergo debēt pro præsentibus reputari,vt extrauag.de cleri.non residé. cùm dilectus.& c.ad audientiam,in fi.c.
5 ¶†Præterea,qui aliàs absentes beneficium habere nō
poterāt,in scholis tamen beneficium habebunt, vt extra,de magistris,super specula.& C.de eroga.mili.an. his scholaribus.¶Præterea,quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari,vt C.de authoritate præ.l.vltima in fin.¶Item casus videtur,extra,de constit. cùm omnes.

SOLVTIO,Quandoque aliqua fiunt in capitulo necessitate, vt electiones,alienationes: & tunc valet quod fit à maiori parte,vt extra, de elect.licet. nisi aliquis condemnatur,vt extraua.de electio.q; sicut quandoque quædam fiunt non necessitate,scilicet cùm diuiduntur præbendæ,& similia:& tunc requiritur consensus omnium,vt in prædicta decre.cùm omnes.& ff. de seruit.rusti.præd.per fundum.vnde hic non fit præiudicium absentibus,vt dicunt T.& Vin.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio an possit peti corā arbitro de rebus in quibus non fuit compromissum.*
2 *Spoliatus ante sententiam restituendus.*
3 *Excommunicato legitima exceptiones reseruata.*
4 *Arbiter quid possit vltra compromissum,& de quibus rebus cognoscat.*
5 *Exceptio quid sit.*

Quæstio 77.

1 ACTOR † & reus compromiserunt in arbitrū
die partibus asignata,vtroque volente,reus petebat restitutionem ab actore,vel excipiebat de spoliatione super quibusdam rebus,de quibus nō fuerit compromissum,& de quibus dicebat se spoliatum ad eo.quæritur,an posit.

PRO.Quòd posit,probo:Nam arbitria sunt redacta ad similitudinem iudiciorum,vt ff de arbitris.l.j. sed coram iudice semper possum restitutionem pete-
2 re,ergo & coram arbitro. ¶†Item spoliatus iudica-
ri non debet,nisi prius fuerit restitutus: quia non habet priuilegiū quòd posit exui iam nudatus,vt 2.quęstione 2.nullus.ergo iste prius est restituendus antequam fiat conuentio coram arbitro. ¶Item quæstio spoliationis præiudicialis est,vt 2.quæstion.2.per totum:ergo prius erit terminando,vt 12.quæstion.11.in l. si de hereditate,& extra,de restitution.spoliato. conquerente.immò etiam proposita in modum exceptionis, actorem repellit ab agendo,vt extra,de ordi.cog. cùm dilectus.& ita huic erit prius restitutio facienda coram arbitro.Nam cùm restitutio spoliationis præiudicialis sit,qui aliàs cognoscere non poterat,cognoscere poterit,vt C.de iudic.quocirca.
3 ¶†Item excommunicato legitimæ exceptiones reser-
uantur à iure,qui reconuenire nō poterat,vt extra, de exception.cùm inter.multo fortius spoliato legitimæ exceptiones reseruari debent: vnde si de spoliatione excipiat,nisi fiat restitutio,ad minus actori non tenebitur respondere,vt in pręallegat.decretali,cùm dilectus.¶Item cum aliquid commissum est, alicui omnia commissa intelliguntur sine quibus res expediri non poterit,vt ff.de procurato.ad legatum,& extra,de offic.& pot.iudic.delegat.ex parte.¶Item arbiter potest diem solutionis statuere,licēt de hoc in eum non fuerit compromissum,vt ff.de arbi.quid tamen.§ solutionis.quare videtur coram arbitro reum posse opponere spoliationem actori,vt nō conueniatur, vel restitutio fiat.
4 CONTRA.Contrarium probo.† Nam arbiter de
his tantum rebus cognoscere potest, de quibus est in compromisso expressum,vt ff.de arbit.non distinguemus.§.de offici.alioquin arbitro impunè non parebitur,vt ead.l.§.vlti. ergo cum de tali restitutione nulla in compromisso facta fuerit mentio,de ea cognoscere nō potest:¶Item casus decre.est expressus,extra,de arbit.cùm dilecti.vbi dicitur,q; nunquam in arbitrio locum habet reconuentio,& hæc sola sufficit ad allegationem contrariam elidendam.Interdum etiam in iudiciis non habet locum reconuentio,vt extra, de excep.cùm inter.& in legato,qui agit de iniuria dum est in legatione,vt ff.de iudi.l.2.§.sed & si agant. quòd autem exceptio locum non habeat in hoc casu, sic pro-
5 bo: † exceptio nihil aliud est,quàm actionis exclusio,
vt ff.de excep.l.2.in titulo generali: sed coram arbitro nulla poterat esse actio de his rebus ab aliqua partiū, cùm de his nulla facta esset cōpromissio,ergo nec super his locum habebit exceptio.

SOLVTIO.Non potest peti restitutio, vel excipi de spoliatione corā arbitro,super his rebus de quibus non fuit compromissum.

DE IVRE PATRONATVS.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio cuius præferenda,tutoris, an pupilli patroni.*
2 *Pupillus sine tutoris authoritate quid possit.*
3 *Pupilli persona est in tutoris potestate.*
4 *Tutor intelligitur dominus in rebus pupilli.*
5 *Melior in ecclesia eligendus.*
6 *Minor,patre recusante,hereditatem adire potest.*

Quæstio. 78

1 TVTOR † cuiusdam pupilli, præsentauit per-
sonam idoneam ad ecclesiam,cuius erat patronus pupillus: sed antequam admittatur pupillus,meliorem repręsentat.quęritur,cuius præsentatio sit præferenda.

PRO.Quòd tutoris præsentatio sit præferenda, apertè probatur.Nam pupillus à postulādo repellitur, quia caret discretione,vt 2.quæstion.7.§.tria.nec accusare potest,vt 2.quæstio.j.prohibetur.nec testis potest esse pupillus,vt 4.quæstion.3.ca.j.nec testamentum facere potest.2.quæstion 6.§ diffinitiua. cùm nullum sit ei iudicium animi,vt instit.quibus nō est permis.face.
2 test.§.præterea testamentum.† & ita cùm sit exclusus
á legitimis actibus, præsentare non poterit sine tutore, maximè cum ætas adolescentium semper ad malum sit prona,vt 12.quæstion.j.omnis ætas. ¶Item sine tutoris authoritate adire non potest hereditatem, etiam si lucrosa sit,vt instit.de authoritat.tuto. circa

medium

medium tituli, & ff.eo.tit.obligari, §. hæreditaté: nec
in iudicio esse potest sine tutoris authoritate, vt ff.de
re iudi.contra pupillum: nec ex aliquo contractu po-
test minor obligari sine tutoris auth. vt ff.de authorit.
& conſ.tut.vel cur.l.obl.ergo multo minus hoc facere
poterit sine tutoris authoritate, cum in maioribus ma
ior sit inquisitio facienda, vt 42. distinct. quiescamus,
3 & extra.de consan.& affi.c.prim.in fin. † cum etiam de
morte patris accusare non posit sine tutoris authori-
tate, vt 15.quæstio.2.de crimine. ¶ Item non debet respi
ci, quid, sed à quo, offeratur, vt 3.quæst. 7. in grauibus.
¶ Præterea, tutor fuit prior tempore: ergo in iure po-
tior erit, vt extra.de iure pa.cum autem, in fin. ¶ Item si
pupillus præsentaret aliquem dignum, posset restitui,
vt præsentaret magis dignum, ita episcopus deludere
tur. ¶ Item persona pupilli est in potestate tutoris, vt
instit.de tutel.circa medium: ergo res multo fortius
sunt in eiusdem potestate, vt 12.quæstio.prim.præcipi-
mus, & 10.quæstion.prim.quæcunque.quia si potestaté
habet in principali, & in accessorio potestatem habe-
bit, vt extra de offi.iud.deleg.preterea. ¶ Item lex di-
4 cit † quod tutor intelligitur dominus in rebus pupil-
li, vt ff.pro emp.qui fundum, §.si tutor. ¶ Item ætas il-
la, quid videat, ignorat, vt C.de fal.mo.l.prima. in fin.
¶ Item alterius bonitas alteri non debet esse damno-
sa, C.de sta.& imag.l.vlt.cum sufficiat aliquem esse bo
num, vt ff.de leg.2.cum pater.§.rogo.

CONTRA. Contrarium probatur: quia quanto
melior instituitur in ecclesia prelatus, tanto melior est
patroni conditio, vt 63.distinct.Valentianus, & 3.q.8.in
grauibus.sed sine tutoris authoritate suam conditio-
nem facit meliorem pupillus, vt institu.de authorit.
tutor.circa princip.& institu.de inuti.stip. §.pupillus.
5 ergo pupillus est præferendus tutori. ¶ † Item melior
est in ecclesia eligendus, vt 8.quæstio.j.licet, & 63.dist.
metropolitano. & qui maioribus iuuatur meritis, vt
63.distinctio.cap.vlti.quare electio pupilli præferetur.
bene enim debet tutor administrare, vt extr. de do.fra
ternitatem.& 87.distin. irreligiosum. nec tűc loco do-
mini habetur cum male administrat, vt ff. pro empto.
qui fundum, §.si tutor. ¶ Item nomine filius patri præ-
ponitur in veritate, vt 2.quæstion.7.quare pater, & qui
meliori nititur ratione, aliis præponitur, vt 40. distin.
multi, in fin.& extra.de his quæ fi.à maiori parte cap.
j.ergo pupillus qui saniori consilio ducitur, tutori vi-
detur præponendus: nec debet tutor propter hoc de-
dignari, cum Augustinus à puero nondum anniculo
addiscere non contemnat, vt 24. quæstione.3. si heres.
¶ Item in iudicio potest esse pupillus sine tutore, vt C.
qui leg.per.l. vlti.& in causa matrimoniali minor per
se agit, vt extra.de resti.spo. ex parte, & extra. de ꝓcur.
6 in 6.tuæ. † & patre recusante minor, qui est in potestate
ipsius, adire potest hæreditatem, vt C. de bon. quæ li-
be.cum non solum.sinautem patre recusante.ergo à si
mili pupillus tutore contradicente suã conditioné fa
cit meliorem. Item cum discordia est inter pupillũ &
tutorem, tutor non reputabitur quãtũ ad hoc, quia in
rem suam actor esse non potest, sed dabitur curator lo
co ipsius, vt institu.de author.tutor. circa fi.& ff. e.idẽ
dicimus, immo eo ipso videbitur suspectus, ꝙ minus
dignũ voluit præsentare, & sic repellendus est, vt ff.de
suspe.tuto.tutor, §.nunc videamus, insti.eo.ti.§ suspe-
pectus.& extra. de Simo.licet, & 3.quæstione quia ea.

SOLVTIO. Dici potest, quod si puer sit vltra se
ptem annos, admittitur præsentatus à pupillo, etiamsi
sint æquales, cum sit dominus T.

DE ALIENATIONE RE rum ecclesiasticarum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, alienationem rerum ecclesiæ, capitulo ta-*
cente, factam per prædecessorum, nunquid posit re-
uocare.
2 *Alienatio rerum ecclesiæ, quid requirat.*
3 *Inuitus est qui expresse non confitetur.*
4 *Seruum suum videns ordinari, & tacens, an sibi præ*
iudicet.
5 *Monasterij ingressus, sola dissimulatiõe approbatur*
6 *Taciturnitas quid operetur, & in quibus.*

Quæstio 79.

1 EPISCOPVS † quidam fecit alienationem, ta
cente capitulo, rerum ecclesiæ, & non contradi-
cente: in quæstione est, vtrum sequẽs episcopus
talem alienationem posit reuocare non obstante tali
taciturnitate.

PRO. Quod reuocare posit, facile probatur. Nã
in alienatione rei ecclesiasticæ debent clerici consenti
re, vt 10.quæstio.j.hoc ius porrectum, & 12.quæstion.2.
alienationes: nisi cõsensus interueniat, & expressa sub
scriptio clericorum, talis alienatio nulla est ipso iure,
etiam si in casu isto fuerit celebrata, vt 12.quæstione.2.
sine exceptione, & c.alienationes, extra.de his quæ fiũt
ab episcopo sine consen.cap.c.prim. cum ergo cõstet,
talem alienationem illicitam extitisse, eius successor
illam reuocabit, vt 12.quæstio.2.si quos de seruis, circa
fi. pœna opposita non obstante, vt extra. de preca. c.2.
2 † immo quod plus est, quęlibet ecclesiastica persona
talem alienationem potest reuocare, vt 12.quæstion.2.
non liceat, in fi.& extra.de re. ec. alien. vel non.si quis
presbyterorum.immò ipsemet qui alienauerat, posset
contrauenire, vt dicit eadem decre. & 35.quæstione.9.
quod si quis, & extra.de elec.nosti.nec aliqua præscri-
ptio proderit possessori, vt tempore male alienantis
nulla præscriptio currat, vt 16.quæstio.3. si sacerdotes,
& C.de præscri.long.temp.authen.malæ fidei possesso
re. Nam nulla præscriptione iuuatur, qui contra legũ
interdicta mercatur, vt C.de agri.& cens.quemadmo-
dũ, in fi.lib.xi.nec debet obesse successori taciturnitas
clericorum, cum eis contradicentibus poterat episco
pus rem ecclesiæ alienare, vt ff.de contrahend.empt.&
ven. rem alienare. Item inuitum accipere debemus
eum, † qui non confitetur expresse, vt ff.de procurato.
3 filius fa.§.inuitus, & ff.de serui.vrb.prę.inuitum. Item
non imputatur canonicis, si non egerunt, cum in iudi
cio sine licentia episcopi nequeant comparere, vt ext.
de iudi.causam, & extra, de procurato.capitul. primo.
Item dicit regula iur.quod qui tacet, non semper con
sentit, vt ff.de regu. iur. qui tacet. Item esto ꝙ omnes
consenserunt, hoc tamen ecclesiæ non præiudicat, cũ
delictum clericorum in damnum ecclesiæ non debet
redundare, vt 36.quæstio.6. placuit.immo ad minus su
perior reuocabit, vt extra. de cle. coniug. diuersis. Nã
& si contractus tenuerit ipso iure, tamen si ecclesia de
cepta fuerit, restitutionem implorabit, vt extraua. de
in inte.resti.cum ex literis, & in eod.ti.c.j.restituat ré,
ergo emptor cum pœna statuta, vt C.de sac.san.eccle.
iubemus.quia quod ab initio vitiosum fuit, non con-
ualescit.

4 CONTRA. Contrarium probo: † Nam si quis
seruum suum viderit ordinari, & tacuit, sibi præiudi-
cat, vt 54.distin. si seruus sciente. ¶ Item si quis viderit
ancillam suam contrahere cum liberto, ignorante eã
esse ancillam, & tacuerit, statim amittit dominium in
ancilla, vt C.de lati.libe.tol, authentica.ad hæc. Nam
cum rei defensio ad aliquem spectat, si alium agere pa
tiatur, sibi pręiudicium facit, vt ff. de re iudica.sæpe,
circa princip. ¶ Item si exprese quis non contradi-
cat, consentire videtur, vt ff. solu. mat.l.2. versus fi. &
83.distin.consentire, & extra.de præsump.nõ omne, &
28.distin.diaconi.vnde his rationibus videtur, ꝙ idem
est ac si exprese consentirent: sero enim aliquis ac-

cuſat illud,quod potuit impugnare.vt 83.diſtin. error.
¶ Item grauiter puniendi fuerant clerici , quod tanto
tempore tacuerunt,vt 2. queſtione.7. quapropter quæ-
ritur,ſi epiſcopus iſte de matrimonio illorum extitiſ-
ſet,non poſſet contrauenire. cum extunc quod tacuit,
fuerat deponendus,vt in prædicto.§.propter,in fine.
¶ Item ſola diſſimulatione ingreſſus monaſterij appro
5 batur †,20.queſt.2.puella.¶ Item interdum plus opera-
tur tacita renunciatio quam expreſſa,vt ff. de procur.
filiusfa.§.milites,& C.de iura.calum l.2.¶ Ité expreſſe
dicit decre. quod ſi abbatiſſa facit alienationem con-
uentu tacente, alienatio valet, vt extra. de his quę fi.à
pręla.ſi.conſen.cap.continebatur,quæ ponit hunc ca-
6 ſum.¶ † Item ſi minor rem vendat ſine decreto, inuti-
lis eſt alienatio:cum ſola taciturnitate confirmatur,vt
C.ſi menſor falſ.mo.l.ſi quando ¶ Item ſola taciturni-
tate confirmatur,vt C.de ritu nupt.minor.multo for-
tiùs venditio.

SOLVTIO. Credo alienationem reuocandam,
cum nulla fuerit ipſo iure,vt 12.queſti.2. ſine exceptio
ne.licet puniendi ſint canonici qui non contradixe-
runt,vt 2.quæſtio.7.quapropter,& decre illa contine-
batur.quę expreſse contradicit. intelligitur, cum con
ceſsio facta erat cauſa pietatis, vel de re minima ad
certum tempus futurum.

DE ELECTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi habens poteſtatem, an ſecundo poſſit elige-
re, ſi electus nolit conſentire.*
2 *Solutio reproba debitorem non liberat.*
3 *Inteſtatus quando quis decedere dicatur,etiamſi te-
ſtamentum validum fecerit.*
4 *Iudex pronuncians,an poſſit iterum in eadem cauſa
pronunciare.*
5 *Electio qua non tenuit,ſequentem impedit.*
6 *Bigamus cenſetur,qui de facto contraxit.*

Quæſtio 80.

QVIDAM † dederunt poteſtatem cuidam eli-
gendi:electus noluit conſentire: in quæſtione
eſt,vtrum iterum eligere poſsit.

PRO. Quod iterum eligere poſsit,
manifeſte probatur : verba enim cum effectu ſunt in-
telligéda,vt de pœn.diſtin.j. hæc autem verba,& extr.
de ele.non reſi.relatum ff.quod cuiuſque vni. l.j.§.vlt.
ergo cum iſte non elegerit cum effectu.iterum eligere
poteſt. ¶ Item commiſſa fuit quibuſdam electoribus
poteſtas eligendi: dicitur quod ſi in electione pecca-
tum fuerit,tandiu electores in electione procedát do-
nec eccleſiæ prouideant de perſona idonea, vt extr.de
elec. cum terra,nihil enim actum eſſe credimus , dum
aliquid ſupereſt,vt Cod.de his quib.vt indi.l pe quæ-
2 ritur vtrum eligere poterit. ¶ † Item reproba ſolutio
non liberat debitorem,vt ff.de pig.actum eleganter,§.
qui reprobos,& qui aliter iurat quam debeat , iterum
iurare compellitur.à ſimili cum electio iſtius non va-
luerit,videtur quod adhuc eligere poſsit.quoniam ite
rari neceſse eſt. quod non legitime factum probatur,
vt 6 quæſtione.7 per illicitam.¶ Item reproba electio,
nulla eſt, vt 7 .quæſtione. prima, facta eſt.ergo eadem
ratione electio iſta nulla debet dici,cum conſenſus e-
lecti non interuenerit,vt extra. de elec. cum inter cir-
ca finem,& ita cum nulla fuerit electio, iſte non vide-
bitur elegiſſe, & ſic eligere poterit. ¶ Item hanc po-
teſtatem contulerunt ei canonici, ergo re non exiſten
te integra,non poterunt reuocare,vt extra de electio.
in cauſis,& inſti mandati.§.recte.nec etiam iſte nego-
cium imperfectum relinquere tenetur , vt ff. de neg.
geſt.Nam & ſerui,§.ſi viuo,& 7.quæſtio.j.nihil,in me-
dio capituli.quæritur vtrum eliget, ſicut ille qui pri-
mo approbauit acetum,poterit iterum vinum eligere,
3 vt ff.de opt.leg.l.2.¶ † Item ſi aliquis fecit teſtamentũ,
& ex eo nullus heres exiſtat , talis dicitur decedere in
teſtatus.vt inſti.de hære.quæ ab inteſta. in fi.j. reſpon.
ſimiliter & iſtę dicitur non elegiſſe, cum eius electio-
ne nullus electus extiterit.

CONTRA. Contrariũ probo : Nam eo ipſo vi-
detur ſuſpectus,quod operas ſuas inuitis ingerit,vt ff.
de procurato.quæ omnia. quare cum tanquam ſuſpe-
ctum repellere poſſunt,vt ſupra de procurat. in noſtra
præſentia,& in eo.ti.ex inſinuatione:poteſtas enim ab
ſentibus non eſt danda,vt 8.queſt.j.in ſcripturis, circa
princ & C.de epiſ.& cleri.ſi quanquam,vltra medium
legis.& C.de piſtoribus.l.vita,lib.xi.& ſic iſte erit po-
nitus repellendus,cum per ambitionem hoc facere vi
deatur ¶ Item iudex qui ſemel pronunciauit. amplius
4 pronunciare non poterit, † & ſi ſententia fuerit irritã
da, vt ff.de re iud.iudex.& extra de offi.iudi.de leg.in
literis.quod etiam dicitur de arbitro. vt ff.de arbit.l.
qualem.in fi.nec refert qualem dicat ſententiam , vt
eadem l.in prin à ſimili videtur quod poſquam iſte ſe
mel fecerit electionem, quod iam vſus ſit officio ſuo,
nec amplius eligere poſsit. ¶ Præterea, tu dicis quod
electio non tenuit,ergo idem eſt ac ſi non elegiſſet:ſed
ſi non elegiſſet re adhuc integra , exiſtente in iudicio
poterat reuocare,vt inſtit.mandati,§.recte & extra.de
elec.in cauſis,ergo & modo reuocare poſſunt manda-
tum,cum idem ſit,ac ſi non elegiſſent,vt ff. cum in plu
res,§.mandaui,vbi etiam re non exiſtente integra, re-
5 uocatur conceſsio. ¶ † Item electio quæ non tenuit,ſe-
quentem electionem impedit,vt extra.de elec.conſide
rauimus,& eod. titul.auditis, ſufficit enim quod pri-
ma de facto tenuerit,vt ſequens impediatur, ſicut con
tingit in matrimonio , vt extra. de ſponſa. ad audien-
tiam. ¶ Item ſi alicui electio legata fuerit, & ipſe e-
legerit,amplius eligere non poteſt , nec mutare quod
fecit,vt ff de opti.lega.apud Aufidium: quia omne ius
prima electione conſumpſit, ff.de op.leg. in fi. ¶ Item
legaui tibi decem ſi nupſeris Titiæ : ſi ipſa tibi volue-
rit nubere, ſtatim cedit dies legati , vt ff. quando dies
leg.ce.ſibi poſt diem,& ff.de conditio.inſtit.l 3.à ſimili
videtur quod electio completa ſit quantum ad iſtum,
6 cum per eum nõ ſtetit,ſed per alium.¶ † Item hoc ſer-
mone dum nupta erit,primæ nuptię ſignificantur , vt
ff.de verborum ſignifica.boues,§. prim.à ſimili & hic,
cõ ceſsio intelligenda eſt de prima electione tantum.
¶ Item bigamus cenſetur qui de facto contraxit,vt ex-
traua.de biga. nuper. ſimiliter iſte dicetur electionem
feciſſe,ſi de facto fecit. ¶ Ité prãs ſemel conceſſa reuo
catur,vt 25.quæſt.2,§.his ita, & 63.diſtin.§.verũ.& iudi
cium ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſsit,vt ff.de iu
di.iudicium ſoluitur.

SOLVTIO. Credo quod amplius non poteſt e-
ligere,& ita de facto ſeruatur in ciuitatibus Italię, ni
ſi ei eſſet hoc ſpecialiter conceſſum,vel niſi viſitatio ec
cleſię propter hoc eſſet ei commiſſa.

DE REGVLARIBVS, & tranſeuntibus ad religionem.

SVMMARIVM.

*Corrupt per ſponſum,eo inuito num valeat religio-
nem profiteri.6.*
2 *Maritus oppreſſionem vxori violentam imputare
non poteſt.*
3 *Vim licet appellet mulier , tamen illa voluptas,ſi cu
pit amplexus,vim facit eſſe leuem.*
4 *Factum in lege promotionis requiritur.*
5 *Virgo vi vitiata,virginibus non comparatur.*

Ali-

Quæstio 81.

1 ALIQVIS per verba de præsenti desponsauit
quandam puellam,quam volentem ingredi mo
nasterium sponsus per violentiã oppresit. Quæ
ritur, vtrum non obstante tali corruptione, eo inuito
ingredi posit monasterium.
PRO. Quod posit ingredi, probo: quoniam ca-
ro non potest dici corrupta, nisi mens prius corrupta
fuerit,vt 33.quæstio.5. regula.¶Item corpus mulierum
non vis maculat,sed voluntas,vt causa eadem quęstio.
eadem.§.prępositio, sub illo versic.corpus.cũ ergo hęc
mulier iure factove corrupta non debeat receptari,ad
huc quasi incorrupta,poterit ingredi monasterium.
2 ¶ †Item si ab alio præter maritum, vi oppressa fuisset,
maritus hoc ei imputare non posset,vt ff.de adulteriũ
vim passa:ergo multo minus imputare ei non debet id
quod ipse fecit.¶Præterea,iste violentus fuit & impro
bus,ergo ex improbitate sua non debet consequi vti-
litatem aliquam,vt ff.de fur. itaque fullo. Item ex deli
cto suo suam non potest conditionem facere melioré,
vt ff.de regu.iur.non fraudantur.§.nemo ex facto suo:
alioquin daretur homini occasio malignandi, vt 15.q.
j.legi. ¶Item ille allegat turpitudinem suam, scilicet
violentiam:ergo audiri non debet,vt extra.de dona.in
ter dilectos,& 15 quæstione.3.nemini,& C.de reuo.do.
cum cõfitearis.cum enim in dolo fuerit, suus dolus ei
patrocinari non debet,vt extra. de rerum permũ. cum
vniuersorum,& extra.de rescrip.sedes apostolica,in fi
ne.immo puniri debet in quo deliquit,vt extra.de tem
3 po.ord.literas,& 50.disti.ex poenitentibus. ¶ †Itẽ iste
authoritate propria ius sibi dicit in mulierem, ergo si
quod ius habere potuit,amisit,vt 16.quęst.6.placuit, &
C.vnde vi,si quis in tantam. ¶Præterea,capite puniri
debet de violentia,vt C.de raptu virgi.l.vna. ne male-
ficia impunita remaneant, vt ff. de iudi. si longius in-
tet monasterium,vt extra.de conue.coniuga.& publi-
co,& C.de raptu virginum,cum à nobis.
CONTRA. Contrariũ probo:cõstat enim quod
vxor fuit carnaliter cognita: ergo inuito viro religio-
nem ingredi non potest, vt extra. de conuer. coniung.
c.primo,& 2.& 27.quæstione.2.si tu abstines,& c.si vir.
Nam licet mulier ista violentiam sibi factam propo-
nat,de hac tamen violentia non præsumitur contrista
ri,vnde dicitur, vim licet appelasset, vis tamen grata
4 fuit.¶ †Item in lege promotionis factum requiritur
& non voluntas,vt 15.quæstione.prima,si quis non na-
tos,& 55.distin.si euangelica.Nam ei non profuit quã-
tum ad legem promotionis,quod oculos inuitus ami-
sit, à simili videtur non hic quod sola carnis cõmixtio
sit spectanda. ¶Pręterea,canon indistincte dicit quod
cognita à viro,non potest inuito viro,monasterium in
gredi,vt extra. de conuersi.coniuga.ex publico,in fin.
cũ ergo canõ nõ distinguat,nec tu distinguere debes.
vt 2.quęstio.5,consuluisti,& 31.quæstion.1.quod si dor-
mierit,& extra.de decimis,ad audientiam,& ff.de pu-
5 bliciana,de precio.¶ †Pręterea,cum virgo per violen-
tiam sit oppressa,nõ potest cum virgine cõparari,vt 32.
quæstion.5.ille autem, in medio.nec inter virgines cõ-
secrabitur,vt eadem causa.quæstion. eadem.finge à si-
mili quod nec ista mulier potestatem intrandi religio
nem habebit inuito viro,licet ab eo fuerit oppressa.
¶Item quandoque aliquis punitur sine culpa sua,vt ex
tra.vt lite non contesta.quoniam frequenter,& 32.quæ
stio.7.hi qui sani,& extra.de spon.in præsentia. ¶Præ-
terea, ibi raptus dici non potest, cum de eius nuptiis
prius actum fuisset,vt 27.quæstion.2.lex illa,& 37.quæ
stione.2.si quis virginem,& quæst.j.c.2. si quis virginẽ,
& quæst.j c.2.quia ei ignoscitur propter matrimoniũ,
vt 32.quæst.2.quicquid,& c.seq.
6 SOLVTIO. †Credo quod adhuc posit ingre
di monasterium mulier,non obstante tali violentia,cũ
vir delinquens non debeat esse melioris conditionis,
quam non delinquens, vt ff. de reg.iur. non fraudãtur.
§.nemo.

SVMMARIVM.

1 *Monachus esse nunquid compellatur, qui mẽtito mu*
lieris habitu, monialẽ compressit & ingrauidauit.
2 *Deceptoribus non succurrendum.*
3 *Professio sola monachum facit.*
4 *Bonum nullum nisi voluntarium.*
5 *Inquisitio in maioribus maior facienda.*
6 *Facti causa desideratur, non factum.*

Quæstio 82.

1 IVVENIS †quidã vt sanctimonialem leuius cor-
rumperet,habitu muliebri assumpto professionem
velut foemina in manu fecit Abbatissæ.ea grauida
recessit.episcopus vult eum compellere vt sit mona-
chus.quæritur an posit.
PRO. Quòd compelli posit,probo: Nam si ali-
qua mulier simulauit se sanctimonialem,& inter mo-
niales velut monacha permanserit,nõ potest amplius
resilire,si etiam parata sit iurare quòd non ea intrauit
vt monacha efficeretur,vt extraua.de regu.& transe.
ad religion.vidua.& 20.quæstion.j.quæ progenitores.
multo fortius qui sponte professionem fecit, resilire
non potest.immo de illusione nefanda compellitur a-
gere poenitentiam,vt 27.distinction.quod interroga-
2 sti. ¶Item iste decipere voluit,ergo ei succurri non
debet.vt extra.de rerum permutation.cum vniuerso-
rum,& ff.ad Velleian.l secunda.§.si ita demum,& ex-
tra.de rescript.super literis.stultis enim succurri non
debet,sed errantibus,vt ff.de iuris & facti ignoran.re
gula,§.si quis ius,in finem.¶Item iste allegat turpitu-
dinem suam,ergo non est audiendus,vt extr. de dona.
inter dilectos filios,& Cod.de seruo. pigno. da. ma. si
creditoribus,& C.de reuo. do. cum confitearis, & 15.
quęstion.3.nemini.¶Præterea, si puro animo intrasset,
non posset amplius ad secundum reuerti, vt extra. de
regu.& transeun.ad religio.consulti. multo fortius re
silire non potest,si inhoneste intrauit,cum non debeãt
esse melioris conditionis mali quam boni,vt 16.quæst.
prima.legi.vt ff.quod vi aut clam,l. seruum, in fine.
3 ¶ †Item ex delicto suo conditionem non debet face-
re meliorem,vt 12.distinct.nos consuetudinem,& ff.de
donation.l.3.§.prim.circa finem.Cum nullus de mali-
tia sua debeat commodum reportare,vt extr.de Simo.
sicut,in fine.& extraua.de rescrip. sedes apostolica, in
fine.¶Preterea,sola professio facit monachum, vt ext.
de regu.& transeun.ad religio.porrectũ.nec est recur-
rendum ad intentionem suam. sed ad intentionem
bene intelligentis.vt 22.quæstion.5.§. ex his omnibus:
maxime cum ad communem intelligentiam verborũ
sit recurrendum,vt extra.de spon.ex literis,nec obstet.
licet professionem fecerit in monasterio monialium,
cum eadem olim fuerint monasteria monialiũ & mo-
nachorũ,vt 18.q 2.diffinimus, & c.in nullo loco.valeat
igitur vt valere potest,vt 33.quæst.j.requisisti, & extra.
de testa.nos quidam.Casus etiam videtur expressus ex
tra.de regu.& transe.ad religio.ca.ex parte,in fine.
CONTRA. Contrarium probo: †Nam nullum
4 bonum nisi voluntarium, vt 20.quæstio.3 præsens cle-
ricus,versus finem.ergo iste ad bonum non potest cõ-
pelli inuitus. cum tantum voluntarium militem eli-
gat sibi Christus,vt 15.quæstione.prima.non est, circa
1 finẽ, & 45.dist.quæ incerta.difficile enim est, vt bono
peragantur exitu,quæ malo sunt inchoata principio,
vt j.quęst.j.principatus,& 14.quæst 5.neque. ¶Prete-
rea,res magis est voti quam præcepti,vt 32.quæst.j.in-
tegritas.¶Item error personæ impedit matrimonium
carnale, vt ff. de ritu nup. simulatæ.ergo illud spou-

latum matrimonium nullius debet eſſe momēti,vt 29.
quæſt.j.§.primo immo quod plus eſt. ſolus error nomi
nis impedit matrimonium carnale , vt extraua.de de-
ſponſa.tua.ergo multo fortius error perſonæ impedi-
5 re debet matrimonium ſpirituale, † cum in maiori-
bus maior ſit inquiſitio facienda,vt 42.diſtin.quieſca-
mus.¶Item ſimulatum matrimonium carnale , nullius
eſt momenti,cum in illo falſa ſimulatio veritatem nō
immutet, vt C. de liberali cauſa,nec omiſſa . ea enim
quæ ſimulate geruntur, pro infectis habenda ſunt , vt
C.de tranſac.cum ea quæ. ¶Præterea, plus debet con-
ſiderari quod in veritate agitur,quam quod agitur ſi-
mulate,vt C.plus valere quod agitur, acta ſimulata.
¶ Item allegans turpitudinem ſuam,auditur, vt C.de
lib.cauſa.l.j.& 35 quæſtion.3.extraordinaria,& extr.de
conceſ præben.& ec.non va.ex tenore. immo genera-
liter quilibet excipiendo allegans turpitudinem ſuam
auditur,vt ff.de cōdict.ob tur.cauſam,per totum.qua-
re iſte excipere poterit,turpitudinem ſuam allegādo.
6 ¶ †Item non debet deſiderari factum, ſed cauſa facti,
vt ff.de fur.verum,& quo animo fiat,vt 14. quæſtion.8.
occidit.¶Item licet dixerit, volo eſſe monacha, ꝓpter
hoc monachus eſſe nō debet, cum appellatione fœmi
næ monachus non contineatur,vt ff. de lega.2. ſi ita ſit
ſcriptum,prim.reſponſo.

SOLVTIO. Credo ipſum compellendū ad mo-
nachatum,licet multi contrarium dixerint , vt 26.diſt.
quod interrogaſti.

DE SENTENTIA EX communicationis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an ſit,qui fugiens hoſtes,ſacerdoti equum vi abſtulit,vt celerius iret.*
2 *Iniuriarum an teneatur,qui nocēdi voluntatem non habuit.*
3 *Furtum quo animo committatur.*
Chriſtum negat,qui miſericordiam petēti denegat.
4 *Neceſſitas cuius potentia.*
Adulterium paupertas non excuſat.
5 *Mendacium etiam pro alterius ſalute,non dicēdum.*
Raptori nō prodeſt reſtitutio ante ſententiam,vt pœnam euitet.

Quæſtio 83.

1 QVIDAM † cum fugeret inimicos ſuos,petiit
à ſacerdote qui ei obuiauit, vt concederet ſibi
equum ad euadendum,quem ſacerdos equita-
bat:ſed cum negaret, per vim ei ab-
ſtulit:& poſtquam euaſit,remiſit ei equum ſuum:eſt in
quæſtione,an iſte ſit excommunicatus, & an ſacerdos
poſsit conqueri de iniuria ſibi illata.

PRO.Quod nōn poſsit conqueri de iniuria ſibi il-
lata, probatur : Nam violentia eſt nocendi cupiditas,
vlciſcendi crudelitas, libido dominandi, vt 23. quæſt.
j.quid culpatur.ſed hic non fuit iniuria,ergo conque-
2 ri non poteſt.¶ † Item licet fures occiderint hominē,
non tamen ibi reſpicitur opus,ſed voluntas,vt 23 quæ
ſtione.8.occidit. voluntas enim & propoſitum diſtin-
guūt maleficia,vt ff.de furtis,qui iniuriæ,in primo re-
ſpon.non enim factum quæritur,ſed cauſa faciendi,vt
ff de furt.verum,de eo ſcilicet qui fregit oſtium me-
retricis.¶Item ex voluntate & propoſito committitur
omne delictum,vt 15 quæſt.j.§. primo:ergonec iſte de
iniuria tenetur,cum non habuerit voluntatem nocen
di. ¶Item iſte fecit hoc ſine meditatione odij,ergo
non tenetur, cum in hoc caſu non teneretur etiam de
homici.vt extra.de ho.vel caſu,capit.2. ¶Item licet ei
equum auferre,ſi potuerit:tamen quia rapina inno
erat,vnde imputatur ei,ſicut contingit in tranſitu fili-
3 orum Iſrael,vt 23.quæſt.2.c.vlt.¶ †Item iſte nō commi
ſit rapinam,quia hoc non fecit animo lucrandi , cū nō
ſit furtum niſi animo lucrandi, vt ff.de fur.l.j.circa ſi.
immo iſte ſacerdos puniendus eſt,qui nō iuuabat fra-
trem ſuum,cum ad hoc teneretur,vt 23. quæſt.3.non in
ferendi,& 74.diſt.per totum.
¶Item tempore neceſsitatis permittitur alicui furari,
quod aliàs non permittitur,vt extra.de fur.ſi quis per
neceſſitatē , & de con.di.5.diſcipulos. ¶Item cum iſte
ſacerdos negat miſericordiam petenti,videtur negare
Chriſtum.vt 11.quęſtion.prim.omnis.ergo eſt hæreti-
cus:quare poſſunt ſua auferri.vt 23.queſtione. 7. cap 2.
¶Item cauſa neceſsitatis poſſunt eſſe cum excommu-
nicatis,vt extra.de ſententia excommuni.ſi vere, & tē
pore incendij poſſum deſtruere domum vicini mei, vt
ff.ad leg.Aquil ſi quis,§.j.¶Item iuſtus dolor hoc ex-
cuſat,vt C.de adul.Gracchus. ¶ †Item quod non eſt li
4 citum,in lege neceſsitas licitum facit,vt ff.de reg.iur.
quod non eſt,& C.de patri.qui ſi.diſt.l.2.quare his om-
nibus ſupradictis iſte non videtur excōmunicatus,ex-
tra.quod me.cauſa.ad audientiam.

CONTRA. Contrariū videtur quod teneatur
ſacerdoti,quoniam etiam authoritate ſuperioris non
excuſatur qui res eccleſiaſticas inuadit,vt 16. quæſt.7.
placuit.nec authoritas prælati excuſat eum qui violē
tas manus iniecit in clericum,vt extra.de ſenten.excō.
vniuerſitatis,etiam ſi clericus conſentiret,vt extra. eo.
ti.contingit,multo minus qui authoritate ſua fecit.
¶Item prætextu paupertatis nō excuſatur mulier quæ
adulterium committit,vt ff.de ritu nup.palā, §. eſt ig-
5 noſcedum.¶ †Item pro ſalute alterius nō debet aliquis
mentiri,vt 22.quæſt.2. primum.ergo multo fortius nō
debet facere iniuriam alij pro ſalute,vt 22.quæſtio.2.ſi
ſciat . potius enim debet quis omnia mala pati,quam
malo conſentire,vt 32.q.2.itáne. ¶Item timor non po-
tuit eum excuſare,cum anima ſit corpori præferenda,
vt 32.q.5.tolerabilius, & C. de ſacroſanc.ec. ſancimus,
in fi.nec ſunt timendi aduerſus animam corporis oc-
ciſores,vt 11.q.3.nolite timere, cum anima ſit precio-
ſior corpore,vt 12.q.j.præcipimus,& extra.de pœni.&
re.cū infirmitas corporalis. ¶Item ſacerdos iſte com-
pelli nō potuit de ſuo facere beneficiū, vt 10.q.2.preca
rie:nec honeſta cauſa peccandi iſtum potuit excuſare,
6 vt 14.diſt.quod ait,in fi. ¶ †Item propter hoc non excu
ſatur,quia rem reſtituit:quia raptori non ꝓdeſt ad e-
uitandam pœnam,qui rem ante iudiciū reſtituit,vt ff.
vi bo.rap.non prodeſt.cum nullo metu peccans mor-
taliter excuſatur,vt extra.quod metus cauſa,ſacris.
¶Item canon generaliter dicit,quod qui iniecit violē-
tas manus in clericum,excommunicatus eſt, vt 17.q.4.
ſi quis ſuadente,ergo non poteſt contrariū dicere, niſi
per canonem,vt 2.quęſt.5.conſuluiſti.

SOLVTIO. Dicunt quidam,quod non eſt excō
municatus,quia hoc non fecit diabolo ſuadente:tamē
ad cautelam poteſt abſolui à ſuo epiſcopo.alij dicunt
eum excommunicatum , ſed mitius eſt agendum cum
eo,vt 50.diſt.presbyteros.T.reſpondit eum excommu
nicatum eſſe,ſed propter hoc nulla pœna eſſet ei im-
ponenda,quod verum credo.

DE DOLO ET FRAVDE.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor perſuadentis bona ſacerdoti dare,an poſſit quicquam in eiſdem bonis petere ab herede.*
2 *Fraus in non acquirendo an cadat.*
3 *Prælatus de eccleſiæ indemnitate tenetur.*
4 *Vtilitas eccleſiæ præponenda.*

5 Per

2 *Persuasio obligat.*

Quæstio 84.

1 CVM † quidam in testamento suo vellet medietatem cuiusdam fundi, ecclesiæ relinquere: & aliam medietatem sacerdoti: persuasione presbyteri totũ fundũ personæ sacerdotis reliquit: quo mortuo, successor presbyteri medietatem petiit ab hærede. quæritur, an possit.

PRO. Quod possit petere, sic probo: Nam hæc fuit vltima voluntas, ergo seruanda est, & priori volũtati præferenda, 14. quæstion. 2. cap. vltim. & C. de sacrosanct. ecclesi. l. j. Præterea, sacerdos iste acquisiuit fundum intuitu amicitiæ tantum vel consanguinita-
2 tis: † ergo libere transit ad heredem sacerdotis, nec ab eo poterit vendicari, vt extra. de testam. quia nos, & in eod. capit. relatum, §. cæterum, & capit. requisisti, & 12. quęstion. 3. quicunque, & cap. placuit. ¶ Præterea, diligentia sua nulli debet esse damnosa, vt C. de allu. l. 3. circa fi. & C. deposit. l. vlt. circ. fi. & extra. de in integrũ restitu. cap. j in fine. ¶ Præterea, ecclesiam poterit precibus impetrare sacerdos iste, vt extra. de æta. & quali. tuam. & extra. de Simo. tua. circa medium, & extra. de elect. postquam. multo fortius fundum poterit precibus impetrare. ¶ Item non dicitur fraudem committere aliquis si nõ acquisiuit, sed si aliquid in fraudem alienauit, vt ff. quæ in fraud. cred. qui autem. in princip. l. & ff. pro socio. l. nemo, §. illud. & ff. si quid in frau. pa.
3 l. j. §. vtrũ. ¶ Præterea, † si sacerdos iste non posset sibi fundum acquirere, totum iam officium suum esset sibi damnosum, quod esse non debet, vt ff. quemadmod. test. aperi. sed si quis, & ff. de furt. si seruus communis, circa me. & extra. de fide instrumen. peruenit, & 4. q. 3. §. venturis. prælatus enim tantum de indemnitate ecclesiæ tenetur, vt 27. distin. de Syracusanæ, circa fin. & 8. quæstio. 4. Artaldus. ¶ Item suam vtilitatem debuit præponere alienæ, vt ff. de præscript. verb. qui seruaturũ, & 30. q. 3. duæ sunt, & 14. dist. quod ait.

CONTRA. Contrarium probo: Nam si prælatus neglexit aliquid acquirere ecclesiæ suæ cum posset, & maluit sibi acquirere, hoc imputatur ei, & de hoc tenetur ei ad instar tutoris, vt 12. quæstion. 4. quicunque, &
4 C. arbitrium tutelæ, quicquid. ¶ † Præterea, vtilitatem ecclesiæ præponere debuit, vt 7. quæsti j. placuit, & ff. commo. si vt certo, §. j. & ita hæres commodatum, in fine ad instar tutoris, vt ff. de administr. tut. tutor tenebitur propter negligẽtiam sacerdotis. Item in causa fuit sacerdos, ne quid ad ecclesiam perueniret, ergo tenetur iste, & hæres eius. vt ff de hæredit. vel actio. vendi. l. 2. §. non tantum, & ff de contrahend. empt. & vendi. si cum fundum, §. ferè. nam qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, vt extra. de homicidio. dec a tero. & l. dist. studeat, & ff. ad l. Aquil. qui occidit, §. penultimo. & ff. ad legem Cor. de sic. nihil interest. ¶ Præterea, de consilio obligatur sacerdos iste, cum ille alias facturus non erat, vt ff mand. si remunerandi, §. sicut & extra. de sententia excommunica. mulieres, in fin. &
5 l. distin. si quis viduam. ¶ † Item iniquum est, aliquem cum aliena iactura locupletari, vt ff. de condi. indebi. nam hoc natura, & ff. de regulis iur iure naturæ. circa fin. & ff. de peti. hered. plane. in medio l. & 54. distinct. generaliter, in fin. & 12. quæst. 4. ca. j. ¶ Præterea, de persuasione aliquis obligatur, vt ff. ad l. Aquil. item si obstetrix, §. j. & 63. dist. tibi domino. ¶ Item sacerdos iste hunc laicum à bono proposito reuocauit, ergo puniri debet, vt 27. q. j. de sententia.

SOLVTIO. Dicit T. quòd nõ potest successor aliquid petere ab hærede. sed dicit. H. quòd si alias dimissurus erat testator sacerdoti, non tenetur sacerdos nec successor eius: alioquin teneretur, & verum credo. eadem quæst. & eadem solutio est de tutore qui fecit sibi relinqui, quod testator volebat dare pupillo.

DE CONFIRMATIONE electionis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus electus, an confirmari debeat à sacerdotibus qui alium elegerunt. 5.*

2 *Creati de nouo, an reputandi idem cum primis.*

3 *Diffinitum, ex casu superuenienti non vitiandum.*

4 *Emptio expirat, si pendente cõditione res interierit.*

Quæstio 85.

1 MORTVO † episcopo cuiusdam ecclesiæ, omnes canonici quendam episcopum elegerũt tempore procedente, antequam eius electio cõfirmaretur, omnes canonici mortui sunt: & alij de nouo creati sunt, qui alium episcopum eligere voluerũt. iste à primis electus, petiit suam cõfirmari electionem. quæritur, an sit audiendus.

PRO. Quòd sit audiendus, sic probo: Nam primi canonici non poterant dissentire, 8. quęstion. 2. dilectissimi, & ff. ser vr. prę. per fundum, & extra. de elect. cum inter canonicos, circa fin. ergo nec isti poterũt dissentire, cum in locum eorum succedant, vt 16. quæstion. 6.
2 illud, & extra. de solu. cap. 3. † Pręterea. isti de nouo creati, idem reputantur cum primis, vt ff de iud. proponebatur, & 7. quęstio. j. denique, & 16. distin. habeo. ergo cum isti idem reputentur cum primis, electioné illius infirmare non possunt. ¶ Præterea, in vniuersitate nihil refert vtrum omnes maneãt, an pars, an omnes sint mutati: quia idem ius manet, vt ff. quod cuiusque vniuer. sicut in deterioribus, & ff de rei vend. Marcellus. ¶ Item heres socij licet non sit socius, tamen negocia inchoata tenetur explicare, vt ff pro socio, heres socij, & ff. de neg. gest. nam & seruus, §. si viuo.
3 ¶ Pręterea, semel quod diffinitum est, ex superuenienti casu vitiari non debet, vt 6. quęstion. 4. quod bene, & 35. quęstion. 9. cap. j. & ff. de decre. ab or. fa. quod semel. ¶ Item ex quo in aliorum locum succedunt, commoda debent cum incommodis sustinere, vt instit. de legi. patron. circa fin. & ff. de legi. tu. l. j. ¶ Præterea, ex alieno facto conditio alterius non debet esse deterior, vt ff. de ali. iu. mu. causa facta. l. j. in princ. & ff. de separ l. j. § ex contrario, & ff. de regu. iur. non debet alteri. nec debet priuari iure suo nisi culpa sua, vt 16. quęstione 7. inuentum.

CONTRA. Contrarium probo: constat quòd nullus remansit de primo collegio, ergo collegium illud fuit penitus dissolutum, vt ff de verborum signifi. Neratius, & ff. quod cuiusq; vni. sicut, in fin. ergo quod factum est per illud collegium, huic de nouo creato non potuit pręiudicium generare, vt extra. de fide instrumé. inter, & C. res inter alios acta, per totum. ff. de:
4 adul. denunciasse, circa finem. ¶ † Pręterea, eo ipso videtur esse repellendus, quòd sic se ingerit, vt est decr. expressa. prima quęst. 6. sicut is, & 8. quęst. j. in scriptis & ff. de procu. quæ omnia. ¶ Pręterea si ego habebam, vsumfruc. in nauivel in domo, & nauis vel domus fuerit destructa, vt ff quibus mod. vsusfruct. amit. quid tamen. §. nauis, multo fortius iste amittere debuit omne ius quod in illo collegio habebat, cum illud radicitus euanuerit, maximè cum non sit ex eisdem hominibus institutum. ¶ Item constat quòd isti de nouo creati, eum non elegerunt, ergo ab eis non potest petere confirmationem, cum inuitis non sit dandus prælatus vt 61. distinction. nullus inuitis, & extra. de elect. cap. j. ¶ Item si pendente conditione res interierit, perimitur emptio, vt ff. de pericul. & commo. rei ven. quod si pendente, § sane. à simili, si pendente electione peri-

5 matur collegium.permittitur electio, ¶ † Item omnis res per quascunque causas agitur, per easdem dissolui tur. vt extra.de regulis iur.omnis,& C.quãdo licet ab emp.disce.l.j

SOLVTIO. Indistinctè dico,quòd iste poterit petere confirmationem.cum ei ius fuerit acquisitum per consensum eligentium & electi.vt extra.de elect. cum inter canonicos.maximè cum nõ debeat præfici tantum canonicis,sed etiam toti clero & populo.vt 8, q.j.qualiter,& 45.dist.sed illud.

SVMMARIVM.

1 *Manus qua abscindenda per statutum pœnale de manu abscindenda,nunquid inutilis,an vtilis.*
2 *Sententia qua misericordiam negat,sententia nomen non meretur.*
3 *Parcere delinquenti,iniusta est misericordia.*
4 *Manus arida non est manus.*

Quæstio. 86.

1 QVIDAM † habens duas manus, vnam scilicet aridam,& alteram vtilem,condẽnatus fuit ad missionem vnius manus:iudex postea volebat ei manum vtilem amputare: condẽnatus,contendebat de arida.Núc est in quæstione, vtram manum amittere debeat.

PRO. Quòd amittere debeat aridam,sic probo. Nam afflictis non est addenda afflictio,vt extra.de clerico ægro.ex parte.& 7.quæstion.prima cũ percussio.¶Præterea,proniores debemus esse ad absoluendum quam ad condemnandum,vt ff.de actio.& oblig. Arrianus,in fin.& extra.de regu.iur.estote misericordes.æquitas semper est præferenda rigori,vt C.de iud. placuit,& extra.de dolo & contuma.ad hoc,circa fin.
2 ¶Præterea,†sententia quæ misericordiam negat,sententia dici non debet,vt 50.dist.ponderet,in fi Nam vera iustitia compassióem habet,vt 45.dist.vera iustitia, & cap.omnis qui iustè iudicat. Præterea,licet manus arida sit,tamen ei est vtilis ad decorem,& ita satis punitur.si amittat eam.Præterea melius est quod aliquis reprehendatur de misericordia,quam de rigore,vt 26. quæstion.7.alligant.¶Præterea,pœnæ potius sunt emolliendæ quam exasperandæ, vt de pœn.dist.j.pœnæ, & ff.de pœnis,l.penulti.

3 CONTRA. Contrarium probo: † Nam iniusta misericordia est,parcere delinquenti,23.quæstio.4.est iniusta,& cap.minimum sunt inquieti.Nam iudex ad breuem lachrymam alicuius moueri non debet, vt ff. de officio præsi.obseruandum,& 23.quæstion.4.est iniusta,circa fin.Præterea,expedit reipublicæ,ne maleficia remaneant impunita,vt ff.ad l.Aquil. ita vulneratus,circa fin.& extr.de collu.deleg. crimina. tamẽ vndecunque claruerint.sint punienda,vt 24.q.3.ecce.Præterea,cum manu quæ integra est deliquit iste: ergo puniri debet in eo in quo deliquit,vt extra.de tempor.ordi.literas,circa fin.& 23.dist.quorundam,in fi. †Præte-
4 rea,nõnne innocentes exitio tradit,qui liberat multorum exitia cogitantem,& certe sic,vt 23.q.4.est iniusta, ante medium.Præterea,arida manus non est manus,sicut nec reproba pecunia dicitur pecunia, vt de pigno ac.eleganter,§.qui reprobos.

SOLVTIO. Satis credo misericordiam adhibendam circa istum condemnatum.

¶Quæstionum Dominicalium D.Bartholomæi Brixiensis,Finis.

QVAESTIONES VENERIALES EIVSDEM D. BARTHOLOMAEI BRIxiensis,vetusti legum Doctoris,ac Iureconsulti clarissimi.

DE RESCRIPTIS.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum secundum,mentionem primi annullati facere an debeat.*
2 *Electio nulla,secunda an & quando præstet impedimentum.*
3 *Tempus quale in rescriptis inspiciatur.*
4 *Appellationis iniusta ante sententiam facta,mentio an fieri debeat.*

Quæstio 1.

1 QVAERITVR,vtrum in secundo †rescripto aliquis teneatur facere mẽtionẽ de j.rescrip. annullato opere exceptiõis morte mãdatoris.

PRO. Quòd non teneatur,sic probo:Nã quod nullũ est,vel quod nõ valet,nõ præstat alicui impedimentũ,vt extra.de despon.impu.literas, & c.accessit, & ita primũ rescriptũ annullatũ,non præstat impedi-
2 mentũ 2.rescripto.¶†Præterea,nõ refert,vtrum ab initio nullum fuit rescriptum,vel an fuit annullatũ,vt ff. de cond.sine causa,nihil,cum peruenit ad eũ statum,à quo non potest incipere,vt ff.ad leg.Aquil.quia in eũ casum.¶Itẽ electio quæ nulla est,non præstat impedimentum secundæ,vt extra.de appel.constitutis,& matrimonium quæ de iure nõ sortitur effectũ, nihil obest, vt C.si mancipium ita fuerit aliena.quidem.

CONTRA. Contrarium probo:Nam matrimonium quod nullum est,præstat impedimẽtum pro-
3 motioni,vt extra.de bigamis,nuper.¶ †Itẽ electio quæ nulla est,præstat impedimẽtũ secundæ,vt extr.de elec. considerauimus,& extra.eo.tit.auditis.à simili & rescriptũ annulatũ præstat impedimẽtum secũdo,nisi de eo faciat mentionẽ,cum decretalis dicat q non valet secundũ,nisi faciat mentionẽ de primo,vt extr.de rescri.cæterũ.¶Item tẽpus impetrationis in rescriptis inspicitur,vt extr.de rescrip.eã te.¶Item licet rescriptũ impetratum in vsu non fuerit,nocet tamen impetranti,vt ff.quod cuiusque vni.l.3.circa princip.à simili & illud secũdo impetranti nocebit, & si in vsu nõ fuerit.

4 SOLVTIO. Dicit T. † q non tenetur impetrator facere mentionẽ de primo:quod verũ credo, licet D.contrariũ dicat,quod impetrator nõ tenetur facere mentionẽ de iniusta appellatione facta ante sñiam,cũ iudex ei non deferat:secus,si appellauit post sñiam.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum super credulitate,nũquid valeat veritate comperta.*
2 *Iurisdictionis executio à quo tempore incipiat.*
3 *Idoneitas temporis electionis inspicitur.*
4 *Rescriptum super futuris actionibus an valeat.*

Quæstio. 2.

1 ALIQVIS † impetrauit literas cõtra Titiũ,quẽ credebat ipso tẽpore impetrationis literarũ sibi obnoxiũ:sed cũ porrigit literas iudici,est inuentũ tate sibi obnoxius.quæri.vtrũ iudex procedere possit.

PRO. Quòd possit procedere,sic probo: Nam licet nulla actio mihi competeret contra reum tẽpore litis conte-

conteſt.ſi tamen tépore ſententiæ mihi competat,erit
mihi ab eodem iudice condemnandus, vt ff.de rei vé.
ſententia,§.j.& ff.de pig.act.ſi ré alienam,§.vlt.& ff.de
2 peculio.quæſitũ,in prin.¶ †Pręterea,executio iuriſdi-
ctionis incipit à tempore receptionis literarũ,vt extr.
de appell.ſuper eo,in fi.vnde ſufficeret ſi cópetat ei a-
ctio eo tempore.¶ Item error facti nemini debet noce
re negocio nondum finito,vt C.de iuris & fa.ign. er-
ror.& ff.eo.ti.error,Itē qui in dolo nõ fuit,puniri non
debet,vt extr.de conſtit.cognoſcentes.

CONTRA. Cõtrarium probo:Nam in reſcripto
reſpicitur tempus impetrationis literarum,vt extr. de
reſcrip.eam te.ſed eo tempore nulla actio competebat
3 mihi,ergo reſcriptum non valet.¶ †Præterea,cum eli-
gitur aliquis,reſpicitur vtrum ſit idoneus tempore ele
ctionis.nam ei nõ ꝓdeſt,ſi poſt idoneus fiat,vt extr.de
elec.dudũ,& extr.de cle.excómu.poſtulaſti.à ſimili &
in reſcriptis debet reſpici tempus impetrationis litera
rum.¶ Præterea,alterius ignorãtia & negligentia alte
ri non debet eſſe dãnoſa,vt ff.de euic.hereditariam ré,
in fi.Item iudicium de futuris eſſe non põt,vt ff.de iu.
non quemadmodum.ergo reſcriptum ſuper præſenti-
bus impetratum non valebit de futuris. imputet ergo
ſuæ facilitati,quod ſic impetrauit reſcriptum, vt extr.
de his quæ vi me.ve cauſa fi.cum dilectus.

4 SOLVTIO.†Non credo ꝙ literæ valeãt, vel ꝙ
iudex ꝓcedere poſsit. ꝙ credo dicendũ & ſi reſcriptũ
ſic fuerit impetratũ.cóqueritur c.de t.& m.& quibuſ-
dam aliis ſuper hac re, quia non poteſt prodeſſe impe
tranti reſcriptum ſuper futuris actionibus.dico idem
in reconuentione dicendum,decre.eſt hodie expreſſa
de hoc extr.de reſcrip.c.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetrans cõtra quendã cum quibuſdã aliis qualiter debeat agere.*
2 *Actio contra alium poteſt negligi.*
3 *Scriptura ordo attendendus.*
4 *Ordo in quibus attendatur.*

Quæſtio 3.

1 ALIQVIS †ſic impetrauit reſcriptum,conque-
ror ego T.de Pet.cum quibuſdã aliis.modo quæ
ritur, vtrum teneatur Petrum prius conuenire,
ſi velit agere contra alios.

PRO.Quod non teneatur,videtur.nemo enim age
re cõtra aliqué cõpellitur.vt C.vt nemo inuitus agere
2 vel acc.co.l.vna.¶ †Præterea,quilibet põt negligere a-
ctionẽ ſuã contra quemcunque,vt ff.de mi.ſi iudex. &
ita Petro dimiſſo,contra alios poterit agere, cũ poſsit
Petro donare,quicquid ei debeat.¶ Itē res inter alios
acta,alij nõ ꝑiudicat,nec nocet,nec ꝓdeſt,vt C.res in
ter alios acta,ꝑ totũ.& ita nulli debet nocere vel ꝓdeſ
ſe.ſiue P.cõueniatur,ſiue nõ.¶ Præterea, ordo ſcriptu-
ræ nõ ſemꝑ conſideratur.vt ff de ſol. nec enim ordo.

3 CONTRA.Cõtrariũ probo:†Nã ordo ſcriptu-
ræ cõſiderãdus eſt,vt ext.de reſcr.cũ dilecta.& 43.diſ.ſi
rect.in fi.¶ Præterea,hoc videtur feciſſe in fraudem,vt
poſsit poſtea deſcendere ad minores, ꝙ eſſe nõ debet,
4 vt ext.de reſcr.ſedes Apoſtolica circa finem. ¶ †Præte-
rea,in dignitatibꝰ ordo ſeruatur & tempus,vt ff.de al-
bo ſcri.l.j.& 17.diſ.epiſcopos,& §.ſeq.ergo multo for-
tius in reſcriptis debet ſeruari,alioquin totus proceſ-
ſus caſſaretur,vt in prædicta decr.cum dilecta.

SOLVTIO.Credo ꝙ poſsit actor alios conueni-
re,Petro dimiſſo,per iura ſuperius allegata,niſi proba
retur hoc in fraudem feciſſe,vt dicit decr.præalleg.ſe
des apoſt.circa fi.

SVMMARIVM.

1 *Heres an poſſit conueniri vi reſcripti,contra teſtatorem ante litem conteſtatam decedentem,impetrati,*
2 *Reſcripta,ad caſus conſimiles nunquid trahi poſſint.*
3 *Reſcripta cuius iuris ſint.*
4 *Poſſeſſor ſecundus conuenitur vi reſcripti de eo mentionem non facientis.*

Quæſtio 4.

1 QVAERITVR,vtrum reſcriptum impetratũ
contra Titium,eo mortuo ante lit. conteſt.poſ
ſit heres eius conueniri.

PRO.Quod valeat heres cõueniri,ſic
probo:Nam hoc videtur dicere decr.extr.de iud. quia
vero,& extr.de reſcr.ſignificauit.¶ Præterea,reſcripta
perpetua ſunt,vt C.de diuerſis reſcriptis,falſo aſſeue-
ratur: ergo ſucceſſores Titij poterunt conueniri per
reſcriptũ contra Titium impetratum.¶ Præterea,cum
quidam literas impetraret ſuper ſpoliatione,dicit do-
minus Papa,ꝙ amodo à quolibet detẽtore reſtituatur
ei eccleſia,vt ext.de cõceſ.præb.ꝓpoſuit,in fi.& ita vi-
detur,ꝙ reſcriptum ẽt cõtra aliquos detur, de quibus
2 non ſit mentio in reſcripto. ¶ †Item non valet,ſi dicas
ꝙ ſucceſſores conueniuntur per reſcripta impetrata
ſecundo, cum ad ius commune emanauerint, & tra-
henda ſunt ad caſus conſimiles,vt extra.de reſcr.inter
cæteras,in fi.¶ Præterea,dicit decr.expſſe,ꝙ illi de qui
bus nulla ſit mentio in reſcripto,cõueniuntur,vt extr.
de alie.iu.mu.cauſa facta.c.j.in fi.

CONTRA.Contrarium probo:Nam reſcriptum
non extenditur ad eas res vel perſonas,de quibus non
ſit mentio in reſcripto,vt ext.de offi.iud.dele.cũ olim.
¶ Itē qui fideiuſſores dedit iudicio ſiſti,eo mortuo ſa-
tiſdatio & iudicium finiuntur,vt ff.qui ſatiſ. co. ſi de-
ceſſerit.à ſimili ergo & morte litigatoris expirat iuriſ
3 dictio reſcripti. ¶ † Item re integra expirat mãdatum
morte mandatoris, cui ſcribitur expreſſo nomine, vt
extr.de offi.iud.del.quoniã.& inſt.mand.§.recte.ſimili
ter morte mandantis,vt extr.de offi.iud.dele. gratum,
& c.relatũ.à ſimili ergo & morte alterutrius litigantiũ
re integra expirat mãdatum.¶ Præterea,reſcripta ſunt
ſtricti iuris, cum multa ſint neceſſaria vt reſcripta va-
leant,vt extr.de reſcr.cum adeo.ergo non debent extẽ
di,niſi ad perſonas in eis expreſſas.

SOLVTIO.T.notauit & dixit,ꝙ heres põt cõue
niri per reſcriptum,& aliud in ſtipulatione iudicio ſi-
4 ſti,cũ ſit ſtricti iuris.Alanus contradicit T.& dicit † ꝙ
regulare eſt,vt nõ extendatur reſcriptũ ad perſonas,de
quibus nõ ſit mentio in reſcripto,niſi hoc cõtineretur
in literis impetratis,& niſi lis eſſet cõteſ.cũ defuncto.
ꝙ verum credo: quia tunc reſcriptũ & actio perpetua
ſunt.ꝙ etiam dic in alio caſu,ſ.quando aliquis rem do
lo deſiit poſsidere. quia etiam ſecundus poſſeſſor con
uenitur per reſcriptum,etiãſi non fiat mentio de eo,vt
extr.de alie.iud.mutan.cauſa facta,c.j.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ morte mãdãtis re integra,nũquid expiret.*
2 *Exceptio declinatoria quando opponenda.*

Quæſtio 5.

1 VTRVM †morte mandatoris ipſo iure, re inte-
gra,expiret mandatum.

PRO. Et videtur ꝙ ſic,vt extr.de offi.iud.de
le.gratum,& relatum,& extr.eo.tit.licet,& inſt.mand.
§.recte.l.ſi vero.§.ſi mandauero.ff.mand.

CONTRA.Cõtrariũ ꝓbo:tu dicis ꝙ ipſo iure ex
pirat mãdatum,ergo ſi iudices poſtea ꝓcedãt,nihil va
let ꝙ factum eſt ab eis,cum iudices nullam habeãt iu-
riſdictioné:ſecus tamen eſt,vt extr.de teſti.cum veniſ-
2 ſent.¶ †Pręterea,hęc exceptio eſt declinatoria iudicij,
ergo debet in initio opponi,& non poſtea, vt ff.de ex-
cep.præſcriptiones,& 3.q.6.§.exceptio.

SOLVTIO.Poteſt dici ꝙ iuriſdictio non expiret
morte mãdatoris ipſo iure,ſed per exceptioné, & hoc
per decr.extr.de teſti.cum veniſſent.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas in rescripto suppressa, & postea amissa, an vitiet literas.*

2 *Tempus quo literæ porriguntur, inspicitur.*

Res, purgato vitio, desinit vitiosa esse.

Quæstio 6.

1 ALIQVIS† impetrauit literas suppresso noĩe dignitatis: sed antequã vteretur illis, amisit dignitatẽ. modo quæritur, vtrum illæ literæ valeant.

PRO. Et videtur ꝙ nõ: Nã difficile est, vt bono peragatur exitu, q̃ malo sunt inchoata prin. vt 1.q.1. principatus. Præterea, in impetratiõe dolũ cõmisit, ergo dol⁹ suus ei patrocinari nõ debet, vt ext. de rescr. sedes apostolica, & c. plerunq;. Præterea, tempus impetrationis

2 inspicitur, vt extr. de rescr. eam te. ¶ † Item vtrũ electio valeat vel non valeat, inspicitur tempus electionis, vt ext. de elec. dudum, & extr. de ætа. & quali. cum bonæ.

CONTRA. Contrariũ probatur: Nam tẽpus quo literæ porriguntur, inspicitur, vt ext. de ap. super eo, in fi. Præterea, cessante causa, cessabit effectus, vt extr. de ap. cum cessante, & 61. dis. §. his omnibus. ¶ Item purgato vitio res desinit esse vitiosa, vt ff. de ædil. edi. ꝙ ita sanũ est, & 50. dist. ferrũ, & inst. de vsuca. §. aliquando.

SOLVTIO. Quod primo dictũ est pro solutione tenendum, nisi impetrator fuerit in dolo.

DE OFFICIO DELEGATI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per delegatum infra terminũ decidendæ causæ lata, an valeat.*

2 *Delegati authoritas limitata.*

3 *Iudex, lata sententia, desinit esse iudex.*

4 *Iudicis iurisdictio, lata sententia, non finitur quantũ ad executionem.*

Quæstio 7.

1 CAVSA† commissa fuit cuidam iudici delegato infra 40. dies decidẽda. sententia lata fuit infra terminũ illũ quæritur, vtrum iudex post terminum illum valeat sententiã executioni mandare.

PRO. Quod nõ valeat, videtur: Nã eius iurisdictio expirat termino transacto, vt extra. de offic. iud. del. de causis, & extr. in eo. ti. consuluit. cum ergo desiit esse iudex, amodo super illo negocio nõ poterit se intromittere. Præterea, authoritate sua nõ poterit terminũ prorogare, si eius iurisdictio expirauit, vt ext. de offi. iudi. de

2 le. de causis, & ff. de iud. l. 1. §. si iudex. Item† legatus domini papæ, finita legatiõe sua, vel si exierit extra terminos prouinciæ suæ, nõ põt prætextu legationis suæ aliquid facere, vt ext. de offi. le. nouit, & ff. de offi. prę. l. 3.

CONTRA. Contrarium probo: Nam si causa est ei cõmissa, & omnia quæ ad causam faciunt, intelligũtur ei commissa, vt extr. de offi. iudi. dele. ex parte, & c. præterea, nihil enim actũ creditur, cum quid superest ad agendũ, vt C. quibus vt indig. l. pe. in fi. ¶ Præterea, exequendo sententiam nihil noui facit: sed solummodo ꝙ factum est, seruandum declarat, vt ff. de vsufr. vsufructuarius nouum, & extr. de Iudæis cõsuluit, vt 12. dist. præ cæteris. ¶ Præterea, constat istũ esse iudicẽ domini papæ. ergo cum prohibitum non inueniatur, sententiam suam executioni mandabit, vt ext. de offi. iud. dele. significasti. ¶ Item iudex lata sententia desiit esse iudex, vt ff. de re iud. iudex, & ext. de offi. iud. dele. in literis. & tamen vsque ad annum sententiam executiõi mandabit, vt extr. de offi. iud. dele. quærenti.

SOLVTIO. T. dicit ꝙ iudex iste poterit mãdare sententiam executioni. quia licet finita sit iurisdictio sua, quantum ad sententiam: non tamen est finita, quãtum ad executionẽ, cum semper in literis domini pa-

4 pæ scribatur, ꝙ decreueris per cen. eccl. facias firmiter obseruari. † Idem etiã dicit in alio iudice, quia lata sententia finitur eius iurisdictio, quantum ad sentẽtiam: sed non, quantum ad executionem.

SVMMARIVM.

1 *Delegati duo, absente tertio, nunquid citare possint vi clausulæ, quod si non omnes.*

2 *Vocatus à non suo iudice, ad quid teneatur venire.*

3 *Canonice vocatus qui non est, venire non tenetur.*

Quæstio 8.

COMMISSA† fuit causa tribus iudicibus del sub hac forma: si omnes nõ poteritis, vl. &c. duo citant reum absente tertio, nec se excusante, nec constante eis quod noluit vel non potuit interesse. modo quæritur, vtrum citatus venire teneatur.

PRO. Et certe videtur quod sic: Nam quilibet tenetur venire, allegaturus priuilegium suum, vocatus à iudice non suo, vt ff. si quis in ius voc. non ierit, l. 1. & ff. de iud. si quis ex aliena. ¶ Præterea, licet appellauerim ad dominum papã, si tamẽ vocatus ab archiepiscopo, non vadam ad eum, tenet excommunicatio facta per ipsum, vt extr. de ap. si duobus. idem videtur decr. dicere in eo. ti. cum parati. ¶ Item isti duo poterant cognoscere, vtrum esset sua iurisdictio nec ne. vt extr. de resc.

2 pastoralis. ¶ Præterea, nõ cõstabat huic vtrum illi duo possent procedere, nec ne, ergo venire debuit. & si non venerit, tenebit sententia excommunicationis, cõtra ipsum. Præterea, si aliquis calumniose vocatur ad iudicium, tenetur venire. vt extr. de accusa. veniens, & ff. iudicatum solui, si reus.

CONTRA. Contrarium probo: Nã non est contumax iudicandus, qui si præsens esset, iudicium suscipere non compellitur. vt ff. de iud. non videtur, & ff. de pec. eo tẽpore. & ita cũ non debeat contumax iudicari, non põt à duobus puniri. Præterea, isti duo iudices puniri debẽt, cum vsurpent iurisdictionem sui iudicis ergo cum in culpa sint, alios inculpare nõ possunt, nec

3 punire, vt 3. q. 7. qui sine peccato, & c. iudices. ¶ † Præterea, constat ꝙ tertius habet iurisdictionẽ cum istis duobus, nisi de eius impotentia primo canonice constaret, ergo quicquid factum est à duobus, valere non debet, vt extr. de offi. iud. del. causam. eo enim ipso suspecti vidẽtur, quod sic se ingerunt, vt ff. de proc. quæ omnia. ¶ Præte ea, nõ est canonice vocatus, ergo venire non tenetur, vt quæst. 2. vocatio.

SOLVTIO. Dicit T. quòd citat⁹ tenetur venire, quia possent illi duo ex commissione tertij procedere, vel forte constat eis quod non vult, vel quod non potest interesse. vnde si excommunicant, tenet excõmunicatio, non ratione iurisdictionis quam habeant, sed propter contumaciam ipsius citati, vt extr. de ap. si duobus. idem dicit etiam si causa cõmissa sit tribus, & tãtum duo illorum citant, & tenebit sententia excõmunicationis. vt dictum est. tamen postea retractabitur ꝙ factum est. L. dixit cõtra. in hoc vltimo casu: & ego ab ore Io. audiui contra. & quod dictum est, si omnes non poteritis, duo &c. debet eis constare per probationes ꝙ nolit, vel quod non possit. & tãquam iudicibus. hoc dicit Io. licet videatur quod semper constet quod nolit, vel quod non possit.

SVMMARIVM.

1 *Ciuiliter cognoscere an possit, qui de crimine criminaliter cognouit.*

2 *Sæpius de hominis delicto non est inquirendum.*

3 *Delegatus qui diuortij sententiam tulit, potest de dotis quæstione cognoscere.*

Qui-

Quæstio 9.

1 QVIDAM † volebat impetrare literas contrà aliqué super cognitione alicuius criminis, Papa his verbis delegat: quęstionem quę est inter talem, tibi committimus decidendam. primo actum est criminaliter, criminali quęstiõe decisa: actor apud eundem iudicé vult agere ciuiliter. modo quæritur, an posit.

PRO. Quòd non posit agere, videtur: Nam iudex semel tulit sententiã: ergo iam functus est officio suo, vt extr. de offi. iud. dele. in literis, & ff. de re iud. iudex,
2 & ff. de arb. quale, & . dicere, in fi. ¶ † Præterea, de delicto eiusdem hominis non est sæpius inquirendũ, vt ff. nau. caupo. sta. licet, in fi. & extr. de offi. leg. licet. ¶ Præterea, esto quòd reus super crimine fuerit absolutus, certe suspectus videbitur iudex, si voluerit amplius intromittere, vt ff. de procur. quæ omnia.

CONTRA. Contrarium probo: Nã quæstio proprietatis & quæstio possessionis, nihil habent commune, vt ff. de acq. pos. l. illicitas. §. nihil. & cum rescriptũ simpliciter impetratur, tamẽ super re aliqua iudex poterit cognoscere de vtroq;, s. de possessione & proprietate, vt extr. de cã pos. & ꝓpriet. pastoralis, & extr. de sequestr. pos. ad hoc à simili iudex iste delegatus, sup eodem facto ciuiliter & criminaliter cognoscere potest.
3 ¶ † Item istæ duæ quæstiones ex eodẽ facto procedũt: ergo apud eundẽ iudicẽ sunt tractandæ, ne causæ continẽtia diuidatur, vt C. de iud. nulli, & C. de rei ven. ordinarij. Præterea, iudex delegatus qui diuortij sententiã tulit, põt postea de dotis q̃stiõe cognoscere, vt extr. de do. inter virũ & vxor. de prudentia. Itẽ criminali q̃stione intẽtata, ciuilis quæstio nõ perimitur, vel econuerso, vt C. quando ciuilis act. præiu. crimi. l. vnica.

SOLVTIO. Dixerunt quidam per decretalẽ præalleg. in literis, q̃ iudex non potest amplius intromittere se. H. dicit cõtra per leges secũdo allegatas. quod verum credo.

DE QVALITATE ORdinandorum.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus promoueri accusatione pendente, nũquid valeat.*
2 *Calumniãtes poscit ad vindictã similitudo supplicij.*
3 *Obligatus ratiocinijs, non promouetur.*

Quæstio 10.

1 QVAERITVR, vtrum accusatus, pendente accusatione, valeat promoueri.

PRO. Et certe videtur q̃ sic, quia hoc nunquã ꝓhibetur: & edictũ de ꝓmouendis prohibitorium est, vt ext. de corpore vit. ex parte. & sic iste poterit promoueri. ¶ Præterea, quilibet bonus esse pręsumitur, nisi ꝓbetur contrariũ, vt ext. de p̃sump. dudũ, & ext. de seruti. c. vno. ¶ Item pœnæ sunt molliendæ, vt de pœ. dist. j. §. pœnæ. & ff. de pœnis. l. pe. ¶ Item proniores esse debemus ad absoluendum quã ad condemnandum, vt ff de act. & obl. Arrianus.

2 CONTRA. Cõtrarium probo: † Nam accusatus promoueri non potest, ergo nec accusator, quia nõ debet actori licere, quod reo non licet, vt ff. de reg. iur. nõ debet actori. ¶ Præterea, calumniantes ad vindictã poscit similitudo supplicij, vt 2. q. vl. quisquis. & c. seq. ergo cum status eius interim sit dubius, promoueri non debet, quia si sententia lata fuerit cõtra eum, efficietur infamis, vt 2. q. 3 §. nondum. ¶ Præterea, qui obligatus
3 est ratiociniis † vel alij conditioni, promoueri nõ põt, vt extr. de obl. ad ra. c. vno. & 54. dist. si quis obligatus, multo fortius obligatus ad pœnam talionis, promoueri non potest, cum ex hoc efficeretur infamis.

SOLVTIO. T. dicit, non debere promoueri non tamen deponitur, si promotus est: quod verum credo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conueniens furem ciuiliter, quem iudex criminaliter condemnauit, promoueri an possit.*
2 *Conueniẽti non imputandũ, iudice iniuriam faciẽte.*

Quæstio 11.

1 ALIQVIS † clericus cõueniebat furẽ ciuiliter corã iudice seculari, vt recuperaret res sibi subtractas. iudex eum puniuit ad pœnã sanguinis. modo quæritur, vtrum valeat promoueri.

PRO. Et certe videtur q̃ non: Nã clericus iste fuit cã mortis illius, ergo, perinde habendus est, ac si eum interfecisset, vt ff. ad l. Aquil qui occidit. §. pe. & 86. dist. pasce fame, & ff. de lib. agn. necare. ¶ Præterea, videtur
2 decr. exp̃ssa, vt extr. de homi. de cætero. ¶ † Itẽ c. videtur expresse dicere: q̃ vbi timetur de morte alicuius, q̃ nõ sit eundũ ad iudicẽ secularem, vt 23 q. vnum, solum ad pœnam pecuniariam, vel res recuperandas.

CONTRA. Contrariũ probo: Nã non conueniebat eũ, nisi ꝓpter res recuperãdas, ergo cõueniẽti imputari nõ debet si iudex fecit ei iniuriã, vt ff. de euict. si per imprudẽtiã. nobis enim imputari nõ debet, si quid mali accidit ex his, q̃ nobis agere ꝑmittũtur, vt 23. q. 5. decipientis, circa fi. ¶ Præterea, decr. videtur exp̃ssa extra. de homicidio postulasti, circa fi. lib. 5. decret.

SOLVTIO. T. dicit q̃ nõ imputatur ei, q̃ verum credo, nisi esset consuetudo in terra illa, in qua fur cõueniebatur, quod propter hoc fures interficerentur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in repulsũ violentia nõ violentũ percutiens, an promoueri possit.*
2 *Promotionis lex quid requirat.*

Quæstio 12.

1 ALIQVIS † clericus repellendo violẽtiam volens percutere violentum, percussit transeuntẽ, & interfecit. modo quæritur, vtrum posit à promotione repelli.

PRO. Quod non possit, sic probo: Nam hic homicidiũ casuale fuit, & dedit operã rei licitæ, quia se defendebat, ergo ei tale homicidium imputari nõ debet, vt ext. de homi. Io. & q̃ liceret ei se defendere, ꝓbatur ff. ad l. Aquil. sent. §. j. & C. de iur. pu. q̃m multa, & extr. de sent. excom. si vero, in princ. vt ff. de iust. & iur. vt iura.

2 CONTRA. Contrarium probo: † Nam in l. promotionis opus quæritur, & nõ volũtas. vt 15. q. j. si quis non iratus, & 32 q. 5. ille. Præterea, in culpa fuit alium interficiendo, vt ff. ad l. Aquil. scientiam, versus fi. & l. sed & si. in fi. & extr. de homici. ad audientiam.

SOLVTIO Dicit T. q̃ imputatur ei, nec põt sinẽ dispẽsatione promoueri. idẽ ẽt dicit T. si aliquis interfecit aliquẽ, se vel patriã suã defendẽdo, sine necessitate euitabili vel ineuitabili, dũmodo faciat de corpore in corpus. idem dicit Hu. ill. c. l. dis. quia te obnoxiũ. & extr. de homi. c. 2. alij dicũt, q̃ sine dispensatione poterit ministrare: sed ad superiores non ascẽdet sine dispensatione, vt extr. eo. tit. continebatur. tutior est via T. & H. si factum est homici. de corpore in corpus. credo tamen quod de iure promoueri posit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio ante baptismũ hominẽ interficiens, nunquid post baptismum possit promoueri.*
2 *Baptismus quid deleat.*
3 *Iudaa corrupta, nunquid post baptismum possit inter virgines consecrari.*
4 *Iudices sanguinẽ effundunt salario constituto, & non intuitu pietatis.*

Quæstio 13.

1 ALIQVIS ex officio suo hominé interfecit ante baptismum vt iudex. modo quæritur, vtrum post baptismum valeat promoueri.

PRO. Et certe quod valeat ꝓmoueri, videtur, quia in baptismo tollitur nó solum peccatum, sed etiam sequela peccati. vt 32. qu. j. quod autem, & 26. dist. deinde opponitur. Preterea, si non ex officio interfecisset, post baptismum posset promoueri, vt 50. di. si quis post acceptum baptismum. multo magis qui ex officio hominem interfecit, poterit promoueri, cum non debeant esse melioris conditionis delinquentes, quam non delinquentes, vt 16. q. j. legi. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. videamus. Item non aliquis de fraude sua commodum reportare debet, vt extra. de Simo. sicut tuis, circa
2 fi. & extr. de rescr. plurium. ¶ † Item qui officio interfecit, fecit ex necessitate: qui non officio interfecit, fecit voluntate: ergo magis puniri debet qui voluntate interfecit, quam qui ex necessitate, vt 50. dist. minor, & extr. de homici. c. 2.

CONTRA. Contrarium probo: Nam qui interfecit hominem ex officio, non peccauit: sed in baptismo tantum peccata delentur, vt 26. dist. vna. sed talis irregularitas nó fuit peccatum. ergo in baptismo delinqui non potuit, vt 26. dis. deinde opponitur. ¶ Item esto ꝙ aliqua sit à viro suo cognita in gentilitate: licet postea baptizetur, núquid poterit inter virgines cósecrari? & certe non, vt 26. dist. acutius, & 32. q. 5. ille. ¶ Preterea, a-
3 liqua † commisit fornicationem ante baptismum, licet postea baptizetur: nihilominus datur marito exceptio fornicationis, vt extr. de diuor. gaudemus, in fi.

SOLVTIO. Dicit Hu. & bene, promouetur, & T. in hoc concordat, quia talis irregularitas est quasi sequela peccati, cú vix hoc contingat sine ira rácore vel odio, quæ remouentur per baptismum, ne sit melioris códitionis malus quá bonus. ꝙ dicit Hu. in aduocato, officiali vel alio. quia hoc non fecerunt in ecclesia, sed extra, ideo non est ibi error, sed scandalum, post baptismum tales non promouentur propter erroré actuum: quia horribile est effundere sanguinem, & ratione criminis saltem præsumpti: quia vix contingit ꝙ tales homines non moueantur rácore aliquo: vel ideo, quia salario constituto cósueuerút hoc facere. & non intuitu
4 pietatis: † & hæc ratio assignatur in iudicibus, aduocatis, executoribus, testib⁹, & accusatoribus in cá sanguinis, & militib⁹ qui ex ꝓcepto maioris interficiút. & dicit T. ꝙ aliud est in illa dec. gaudemus, quia actio vel exceptio mihi cópetens, non est sublata per baptismú, & ibi mulier deliquit in se & in alio. vel dic ꝙ nó fuit ei irregularitas ante baptismú, quia in veteri testamento homicidæ ꝓmouebátur, vt Dauid & Moyses & alij.

SVMMARIVM.

1 *Testis contra quem crimen probatum est, an valeat promoueri.*
2 *Contritione duplici an conteri, quis debeat.*
3 *Infamis à sacris arcetur.*

Quæstio 14.

1 ALIQVIS † testis repulsus fuit à testimonio, cui probatum est crimen in modum exceptióis, vel confessus est crimen. modo quæritur, vtrum valeat promoueri.

PRO Et videtur ꝙ sic: nam talis testis qui sic est à testimonio repulsus, in alio puniri non debet, vt extr. de ord. cog. c. 2. in fi. & ext. de accusa. super his, circa fi. Item testis cuius testimonium reprobatur, non habetur infamis, vt ff. de his qui no. infa. Lucius. ergo non debet à promotione repelli: sufficit enim ꝙ tales à testimonio repelluntur, vt extr. de excep. deniq; circa fi.
2 † cum nó debebant aliqui duplici contritione conteri, vt 23. q. 5. quid ergo, & extr. de cle. ægrotan. c. cú percussio. maxime cum non ageretur vt amplius deberet puniri. sententia enim interlocutoria cum hic non intenditur, non facit ius inter partes. vt extra, de præsump. afferte, & 3. q. 6. hoc quippe. Præterea, res inter alios acta alij non nocet, vt C. res inter alios acta, per totú, & extr. de fide instr. inter dilectos.

CONTRA. Contrarium probo: nam qualitercúque aliquis appareat criminosus, puniendus est, vt 24 q. 3 ecce, circa prin. & extr. de confes. c. 2 & extr. de ele.
3 per inquisitionem. Præterea, † per talem confessionem seu criminis probationem denotatur infamia: ergo promoueri nó debet, vt C. de dig. inter. l. 2. lib. 12. indignú est enim, vt ille de quo plurima mala nunciantur, debeat ꝓmoueri, vt extr. de acc. Deus omnipotés. Preterea, cófessus in iure ꝓ iudicato habetur, vt C. de cófes. l. vna, & ff. de cófes. l. j. Præterea, beatus Greg. crimina semel audita nó præteribat, vt extr. de coll. c. j & 2.

SOLVTIO. Dicit T. ꝙ ꝓpter hoc nó debet à promotióe repelli; quia nó agebatur ad hoc, nec ꝓprie dicitur talis cófessio in iudicio facta, quia nó agebatur cótra eú ad hoc, sed cú super hoc esset infamatus, indicenda est ei purgatio, in qua si deficiat, debet à promotione repelli, vt extr. de purg. c. cum P. Manconella.

SVMMARIVM.

1 *Promoueri an possit socij criminis, homicida nó comperto.*
2 *Dubitatio quid operetur.*
3 *Communione priuari non debet, qui excómunicatus esse probari non potest.*
4 *Edictum de promouendis est prohibitorium.*

Quæstio 15.

1 QVINQVE † homines erát in domo vna, vnus illorum erat interfectus ab aliquo de illis quatuor, sed nescitur, à quo. modo queritur, vtrum illi quatuor valeant promoueri.

PRO. Et videtur ꝙ nullus eorum valeat promoueri. nam in dubio quilibet eorum homicida reputatur, vt lex dicit expresse ff. ad l. Aquil. ité Mela. §. si plures. ergo nullus eorum poterit promoueri. Preterea, iura videtur expressa in hoc casu, vt 23. q. vlt. c. vlt. & extr. de homi. significasti. Ité si plures erát existentes in domo, & vnus illorum eiecerit vel effuderit, & nescitur quis, in omnes actio dabitur ratióe dubitationis, vt ff. de his qui deie. vel effu. l. j. in fi. & l. sequenti. Præterea,
2 † ratione dubitatióis multa fiunt, quæ alias nó fierét, vt 23. q. j. qui culpatur, in fi. & ff. de test. tu. duo sunt Titij. vbi dicitur ꝙ ratione dubitationis neuter admittatur ad tutelá. Item ratione dubitationis aliquis repellitur à libertate, vt ff. de test. ma. cum ex plurib⁹. multo fortius à ꝓmotióe, vbi ꝑiculum vertitur, ná in magnis maior est discretio adhibéda, vt 42. dist. quiescam⁹. cú ergo in dubiis via sit tutior eligenda, vt extr. de spó. iuuenis, melius est ꝙ null⁹ corú ꝓmoueatur, quá homicida debeat promoueri, cum presumptio sit contra illos quòd sint in culpa, vel ꝙ interfectorem non ignorat.

CONTRA. Sed certe contrarium probo: Nam cònstat ꝙ vnus tantum illorum interfecit illum, ergo alij qui non deliquerunt, nó debent sine culpa sua priuari, vt 16 q. vlti. inuentum, & 56. dist. satis peruersum,
3 & ext. de const. cognoscentes. Præterea, † tutius & melius est, facinus nocentis dimitti quam innocentem condemnari, vt ff. de pœnis, absentem, in fi. j. resp. Præterea, decre. dicit expresse, quod ratione dubitationis existens in mortali delicto, non potest à promotione repelli, vt extr. de temporibus ordin. ex tenore. similiter ille qui non potest probari excommunicatus, non potest à communione repelli. 7. q. 2. c. 2. & 3. multo fortius qui non sunt in culpa, non debent à promotione repelli. Ité ratione dubitationis ossa excómunicatorú

non

non separantur ab ossibus catholicorum, vt extr. de sepulturis sacris idē in hominibus cōtingit & in oratio nibus faciendis, vt 11. q. 3. nolite, & 13. q. 2. nō æstimem⁹. Præterea, si duob⁹ legetur, & vni adimatur legatū, nec apparet, cui, neutri erit legatū ademptū, vt ff. de adim. leg. l. 3. §. si duobus.

4 † cū ergo crimen non probetur cōtra eos, condēnari non debēt, vt 2. q. 3. nos in quenquā, maxime cum edictum de promouēdis prohibitorium sit, vt 51. dist. qui in aliquo, & extra. de præsum. dudum.

SOLVTIO. Tutius mihi videtur dicendū, vt omnes repellantur, quam promoueatur homicida, per ca. 34. quæst. vlt. c. vlt. & extr. de homicid. significasti.

DE CESSIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius an possit agere cedēti adhuc excommunicato.*

2 *Successor cum succedente pro eodem reputatur.*

3 *Possessionum vitia personalia cum persona expirant.*

Quæstio 16.

1 QVIDAM † cū esset excōmunicatus, cessit alij actionē suam animo donandi: modo est in quæstione, vtrū ille cui facta est cessio, possit agere antequam donator absoluatur.

PRO Quòd non possit agere, videtur: Nam nemo debet esse melioris cōditionis quam actor suus, à quo ius in eū transit, vt ff. de reg. iur. in omnibus officiis. §. non debeo. Item nemo plus commodi ad alium transferre pōt, quā ipse habeat, vt ff. de re. iur. nemo plus, & extr. de iure patron. q aūt cōsulis, in fi. sed donator nō

2 pōt agere, ergo nec ille cui cessit. Præterea, † res transit cum sua causa & suis vitiis, vt extr. de decimis. cū non sit in homine, in fin. & 16. q. 1. si quis laicus. Itē successor cum eo cui successit, pro eodē reputatur, vt extrau. de immu. eccl. aduersus consules, & extr. de offi. iudi. ord. pastoralis. ergo partibus eius fungi debet, vt ff. de iud. heres absens, & ff. de edendo. quidam. §. nihil interest.

CONTRA. Cōtrarium probo: Nam sola excommunicatio erat causa quare ille agere nō poterat: Sed causa illa cessat in eo cui cessa est actio, ergo agere pōt. Itē vitiū illud excōmunicationis tantū personæ adhæret, & nō rei: ergo talis actio sine vitio personali ad successorem trāsit singularem, vt ff. de diuer. & tēp. pscri. an vitium, primorū. quæ lex videtur pōere casum istū,

3 & C. de acquiren. pos. † vitia possessionum personalia cum persona expirant, vt inst. de iur. na. gen. & ci. §. sed quod princ. in fi. & 7. quæst. 1. petisti.

SOLVTIO. Credo q excōmunicatus pōt cedere & donare suam actionē alij, & omnia facere q̄ ad suū cōmodū spectāt: & ille cui cessa est actio, statim agere pōt, remoto iā impedimento, quia si vēdidisset villā in qua haberet ius patronatus, statim emptor posset psentare, & delegare posset suū debitorē alij. & ille statim ageret, & idē T. sępe mihi respōdit, quia excōmunicatus pōt alij obligari, aliū vero sibi obligare non potest.

DE IN INTEGRVM restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutica res per non solutionē deuoluta, an repeti possit post canonis receptionem.*

2 *Iuri suo renunciari potest ipso facto.*

3 *Ignorantia iuris in damno vitando, nulli nocet.*

Quæstio 17.

1 LAICVS † quidā tenebat in emphyteusim fundū ab ecclesia, & cum cessasset in solutione pēsionis per triennium, iuit ad sacerdotem ignorantē fundum ad ecclesiam deuolutum, & ei pēsionem trienni soluit: sacerdos audiens postea q fundus poterat ei auferri, si staret per tantum tēpus, quod non solueret pēsionem: vult petere fundum. quæritur an possit.

PRO. Et certe videtur quod non: Nā si aliquis ius dominij impetrauit, recipiendo vsuras, ius impetratū amisisse videtur, vt C. de iure dominij impetran. l. 2. & C. de pact. inter emp. & ven. cōmissoriæ, à simili & iste sacerdos ius fundi amisisse videtur, pensionē fundi re-

2 cipiendo. Præterea, † ipso facto, & si non verbis exprimat, renunciat iuri suo, vt extr. de ap. solicitudinem, & extr. de cōst. cū accessissent, & extr. de his q̄ fi. à ma. par te c. ex ore. Præterea, eo ipso q permisit eū esse in re cōducta post præteritū tēpus, videtur istum iterū reconduxisse, vt ff. loc. ita quæritur, §. vl. Præterea, ecclesiā fecit indemnem, ergo amplius puniri nō debet, vt extra. de elec. quod sicut, & 11. q. 2. si quis qualibet. Præterea, quòd ignorantia nō excuset, habes 1. q. 4. § item pacto.

CONTRA. Contrarium probo: Nā sacerdos istē simplex erat, ergo simplicitati est venia tribuēda, vt extra. de re. permu. cum vniuersorum. versus fi. & extr. de rescr. super literis, & de con. dist. 2. c. 3. circa fi. ignoscēdum est enim simpliciter errāti, vt 8. dist. consuetudo.

3 Præterea † videtur ēt q de iure cōmuni possint rē petere. nam ignorātia iuris in damno vitando nulli nocet, vt ff. de iu. & fa. igno. error, in fi. ergo isti sacerdoti nocere non debet, cum hic agatur potius de dāno vitando, quam de lucro captando. Item cōtractus iste semel fuit dissolutus, ergo per nouum consensum reparari oportet, sicut in matrimonio cōtingit, vt C. de nup. neq;, & 3. q. 2. neq;. Prętereа delictū personæ in damnū ecclesiæ redundare non debet, vt 16. q. 6. si episcopum. Itē constat, ecclesiam per hunc sacerdotem esse læsam, ergo nomine ecclesiæ poterit restitutionis beneficiū implorare, vt extra. de in integ. resti. c. 1. & per totum cap.

SOLVTIO. Ego Barto. Brix. auditis allegationibus vtriusque partis, credo ecclesiam restituendam à petente fundum.

DE IVRE PATRONATVS.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an transeat ad emptorem, laico patrono omnia vendente.*

2 *Seruitutes fundo vendito accedunt.*

3 *Minori rei aliquid accedens, & maiori accedere debet.*

Quæstio 18.

1 QVIDAM † laicus habebat ius patronatus in ecclesia, quæ erat in quadam villa, & fundum in eadem villa, venditionem fecit his verbis: Vendo tibi fundum cum omnibus quæ habeo in hac villa: modo quæritur, vtrum transeat ius patronatus ad emptorem.

PRO. Et certe videtur q sic: Nā ius patronatus pōt ad creditorē trāsire, vt extr. de sentētia & re iu. cū Bertoldus similiter trāsit ad cōductorē, vt extr. de iure pa. ex literis: ergo eadē ratione ad emptorē trāsibit. ¶ Prętereа, q transeat ad emptorē, dicit decr. ext. de iure pa. cum secundum. cum res sacra rei venditæ accedat, vt

2 ff. de contrah. emp. & ven. in modicis. ¶ Præterea, † fundo vendito, iura & seruitutes accedūt eidem, vt C. de cōtrah. emp. & ven. si aq̄ductus, & C. de seruit. & in prouinciali: & si sunt extra rem venditā, vt ff. de contrah. emp. & ven. licet. Item ad hoc facit ff. de fun. do. l. 1.

CONTRA. Contrarium probo: Nā si ecclesia deberet cum ecclesia commutari, quarū altera maiores possessiōes haberet. primo fiet cōmutatio ecclesiæ ad ecclesiā: postea fiet refusio pecunię pro possessionibus plus valentibus, vt extr. de re. permu. ad q̄stiones à simi

3 li & hæc vna non poterit fieri vēditio. Prętereа, † si aliquid accedit minori rei, & maiori accedere debet. vt

ff.de contrah.emp.& vend.in modicis,in fi.& ff.de au. & arg.leg.si non sunt.§.perueniamus.sed ius patro.est dignius,ergo minori accedere non potuit.¶Item gratia illius fundi non habet ibi ius patronatus,vel econtra.ergo vnum alij non accedit,vt in prædicto. §. perueniamus.Item hoc in fraudem fieri videtur,cum qui libet emeret fundum, vt postea accederet ei ius patronatus. Præterea,per hãc adiectionem,cũ omnibus, nihil ibi additur vel adijcitur, nisi ius patronatus: ergo ius patronatus spiritualiter venditur,cum tantum illam ecclesiam habet in villa.

4 SOLVTIO. Dicit Io.†quod siue ita dicat, vendo fundum cum omnibus quæ habeo in hac villa,non tenet venditio in iure patronatus,cum duæ venditiones videantur,& videtur fieri in fraudem. sed si ius patronatus esset in illo fundo vendito,dicit T. quod ius patronatus bene posset transire cum fundo.

DE EXPENSIS PRAEstandis.

SVMMARIVM.

1 *Citatus peremptorie,& contumax,an in expensis condemnandus, iudice ea die non interueniente.*

2 *Abesse non videtur,qui præsens non compelleretur.*

3 *Citatus peremptorie,& nõ comparens,fit contumax.*

Quæstio 19.

1 QVIDAM†citatus fuit peremptorie,vt ad iudicium veniret certa die:non venit ea die,sed aduersarius venit: iudex ea die interesse non potuit: litigantibus postea coram iudice comparentibus, actor petebat expẽsas ab aduersario, quia nõ cõparuit ea die.modo quæritur,vtrum possit.

PRO Quod non possit petere,sic probo: Nã nihil interfuit actori ,aduersarium suum ea die venisse: ergo nihil poterit ab eo postulare, vt dicit lex expresse, 2 ff.si quis in ius voc.non ier.l.2.§.vlt.Præterea,†conueniebam aliquem de peculio latitantem. in nihil certe mea interest,quia nihil est in peculio, si non mittat in pos.bonorum,vt ff.de peculio.eo tempore.a simili,nec iste poterit aliquid petere,cum sua nihil intersit. Item abesse non videtur latitare,qui si præsens esset,iudiciũ suscipere non compelleretur,vt ff.de iud. nõ videtur. Præterea, propter contumaciam istius nihil expendit actor,ergo ab aduersario nihil petet,vt extr.de sequestra.pos.c.j.in fi.

CONTRA. Contrarium probo:Nam iste citatus fuit peremptorie,& non venit,ergo contumax fuit, vt 11.q.3.certũ,& extr.vt lit.non contest.quoniã frequen-3 ter:†ergo debet condemnari ab aduersario in expẽsis, vt extr.de dolo & cõtu.cum dilecti.circa fi.& C.de iu. sancimus.Præterea,constat ꝙ iste nõ paruit iudici:ergo debet cõtumax iudicari,vt extra.de ap.si duob⁹.ergo pœnali iudicio poterit puniri ,vt ff.si quis ius dic. non obtem.l.vna.Item iste in dolo fuit,quia quantum in eo fuit,se contumaciter absentauit.ergo dolus suus non debet impunitus relinqui,vt extr.de collusio. de-leg.audiuimus,in fi.& ff.de iud.si longius.

SOLVTIO. Probabiliter dici potest,quòd actor non potest expensas à reo petere, cum nihil sua interfuit,reũ ad iudicium venisse,vt videtur dicere lex expresse,ff.si quis in ius voc.non ierit,l.2.§.vlti.idem respondit mihi dominus meus Hu.

SVMMARIVM.

Canonicus qui aduersus episcopũ de Simonia egit,an possit ab ecclesia expensas repetere.

2 *Delictum personæ in damnum ecclesiæ non debet redundare.*

Litigare pro ecclesia suis stipendiis an quis debeat.

Quæstio 20.

1 QVIDAM† canonicus egit cõtra prælatũ suũ, qui conuictus de dilapidatione & Simonia,remotus fuit ab administratiõe.modo quæritur, vtrum sumptus factos valeat ab ecclesia vendicare canonicus,cum habeat beneficia multa.

PRO. Et videtur ꝙ non: Nã iste canonicus ad hæc tenebatur,vt 1.q. 7. quapropter: ergo propter hoc non potuit sibi alium obligare,vt ff.de sol.qui hominem.§. vlt.& ff.de cond.inde.cum indebitum. Præterea, sunt ei beneficia ecclesiastica constituta , vt debeat Deo & ecclesiæ deseruire,vt extr.de vi.& hone.cleric.cum ab 2 omni.Præterea,†delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet,vt 15.q 6 si episcopum. Item videtur hoc fecisse affectione paterna vel filiali : ergo sumptus factos repetere non potest,vt ff.de neg.gest.si paterno affectu.& l qui in vxorem.

CONTRA. Contrarium probo:Nam officium & bona intentio sua nõ debent ei esse dãnosa,vt ff.quemadmodum test.aperi.sed si quis,& 2.q.6.c.placuit.Præterea negocium ecclesiæ est vtiliter gestũ:ergo põt expensas petere,vt ff.de neg.gest.sed an vltro.§.j.Item de suo nemo cogitur facere beneficium, vt 10.q.2. preca-3 riæ.circa finẽ † Præterea,nemo cogitur suis stipendiis militare,vt 28 q.j. quæ non.in fi. ergo pro ecclesia non debet suis stipendiis litigare , ad minus pro parte habebit expensas,vt ff pro so.cum duobus.§. idem Papi. Præterea,videtur quod talis deberet etiam remunerari & gaudere,vt 12.q 2.quicunque suffragio.

SOLVTIO.T.dicit,ꝙ expẽsas habebit de episcopatu,cum vtiliter gessit negociationem episcopatus. similiter dicit quòd sumptus factos in dissensione electionis episcopi habebit pars illa canonicorum , quæ iuste litigauit:& forte si dubium esset, vtrum iuste litigasset,adhuc dico quod haberet sumptus de episcopatu,vt extra.de elect. vt præteritæ.

DE OFFICIO VICARII.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quadragenaria nunquid currat vicario, soluẽti episcopo persuadenti ecclesiam suã esse vnitã.*

2 *Emens rem à non domino bona fide,vsucapit.*

3 *Vsucapio sine præscriptione non procedit.*

Quæstio 21.

1 ESTO†ꝙ vicarius ecclesiæ meæ soluat alij prælato, persuadens ei quod ecclesia mea sit vnita suæ ecclesiæ:& ita recipiat per 40.annos censum:modo quæritur si præscripserit.

PRO Et videtur quod sic:nam cõcessio facta à laico,induxit præscriptionẽ,vt extra.de iur.patr. cura pastoralis. Præterea,si quis putãs aliquem non furere,rẽ alienam ab eo emerit vsucapere potest,licet ille in ve-2 ritate sit furiosus,vt ff.de publ. eum qui. Item†si quis emat rem à non domino bona fide,vsucapit eã,vt ff.de vsucap.pro emp.alienam rem.Itẽ si quis putat se emisse cum non emerit,tamen iustus error parat ei causam vsucapiendi,vt ff.pro emp.quod vulgo.Præterea,quidam dicunt,quòd persona possidens per 15. annos bona fide præscribat,vt extr.de præscrip.de quarta,& 11. quæst.3 auth.quas actiones.

CONTRA.Contrarium probo:per vicariũ meũ retineo possessionem meam. nam ille possidet, cuius nomine possidetur,vt extr.de restit. spo. cùm venisset, vltra medium,& extr.de præscript si diligenti,& ff.de 3 acqu.pos.quod in meo. † ergo contra me possidentem nulla præscriptio erit. ¶Præterea.duo eandem rem in solidum possidere non possunt,vt extr.de proba.licet, versus fi.& ff de acqui.pos.possideri,§.econtrario.ergo si ego possideam, alius possidere non potest, & ita non

non præscribit, cum sine præscriptione vsucapio non
procedat ff. de vsuc. sine possessione. Itē si colonus meus
vel seruus possessionem meā alij prodat, nullum mihi
propter hoc præiudiciū paratur, vt C. de acq. pos. l. vl.
Præterea, iure meo sine culpa & desidia mea priuari
non debeo, vt extr. de consti. cognoscentes.

SOLVTIO. Credo mihi non obesse quod factū
est per vicarium si censum à vicario recipiebam, cum
semper in possessione permaneam.

SVMMARIVM.

1 *Clausula cōmissionis, vices nostras tibi committimus, an faciat concessionem realem, an personalem.*
2 *Mandatarij mors an perimat mandatum.*
3 *Concessio personalis dicitur, cum creditor debitori rē alienari concedit.*

Quæstio 22.

1 ESTO † q dominus papa cōmittat alicui archidia
cono vices suas in aliqua prouincia, his verbis: vi-
ces nostras in tali prouincia tibi cōmittimus. mo
do queritur, vtrū talis cōcessio sit personalis, an realis.

PRO. Quod sit realis, videtur per decre. de inst. cū
venissent. circa fi. ¶ Præterea, pactū reale semper intel-
ligitur, nisi probetur contrarium. vt ff. de pact. tale pa-
ctum, & ff. de pactis iure gen. §. pactorum. ¶ Item domi
nus papa faciēdo talem concessionem, protestatur se
cōcedere personæ, & nō loco, vt extr. de præsump. mā-
da. & ita videtur esse realis, nisi fieret protestatio.

2 CONTRA. Contrariū probo: † Nam morte mā-
datoris expirat mandatū, si res integra fuerit, vt ext. de
offi. iud. dele. gratum, & relatum. Similiter morte man
datarij, vt inst. mandati. §. recte. ergo super rebus nōdū
inceptis, morte mādatoris vel archidiaconi, talis con-
cessio expirabit. Præterea, in tali cōcessione expressum
fuit nomē propriū archid. ergo talis cōcessio potius de
bet dici personalis quā realis, vt ext. de offi. iud. del. quo-
3 niā abbas. Item † si creditor debitori concedat rē alie-
nari, talis cōcessio est personalis, & nō realis, vt ff. qui.
mo. pig. vel hyp sol. sicut re. §. si debitor forte.

SOLVTIO. Dicunt quidā, q standū est decr. ext.
de inst. cū venissent. T. dicit cōtra. nec illa dec. cōtradi
cit, immo potius facit contra illos: vbi dicit, nisi perso
naliter archidiacono. mihi videtur, dominū T. sequen
dum potius.

DE ERRORE IVRIS & facti.

SVMMARIVM.

1 *Errantes in iure, an puniendi.*
2 *Mulier ab incestu excusatur propter iuris ignorātiā.*
Canones clerici ignorare non debent.
3 *Ignorantia iuris quibus & quando noceat.*

Quæstio 23.

1 ESTO † quod eligentes in iure errauerint: nun-
quid puniri debent.

PRO. Et videtur q nō: Nā iuris ignorantia in
damno vitando nulli nocet, vt ff. de reg. iur. error facti,
in fi. & j. q. 4. iuris ciuilis. Item nunquid si moniales de
linquerent in electione, puniuntur propter iuris igno
rantiam? videtur q non. Nam mulieribus permittitur
ius ignorare, vt ff. de iur. & fac. ign. regula, circa princ.
2 & C. eo. tit. l. vlt. Item † propter iuris ignorantiam mu-
lieres à crimine incestus excusantur, vt ff. de adult. l. si
adulterium. §. j. in vers. nam non.

CONTRA. Contrariū probo: Nam clericis nō li
cet canones ignorare, vt 38. dist. placuit, & c. nulli. & 25.
q. j. omnia decretalia: ergo non excusantur clerici per
ignorantiam iuris. cum ex hoc mereantur puniri, vt 38.
dist. qui ea. Item mulieribus permittitur ius ignorare in
casibus expressis tantū, vt C. de iu. & fa. ign. l. vlt. circa
fi. Sed iste casus non est expressus in iure, ergo in eo casu
non succurritur mulieribus, si deliquerint per ignorā
3 tiam iuris. Præterea, † si mulier nō petiit tutorem filio,
nō excusatur, vt C. qui pet. tutores. l. vlt. Præterea, iuris
ignorantia in damno etiam vitando omnibus nocet,
vt in præscriptionibus & vsucapionibus.

SOLVTIO. Dicit T. q clerici nō excusantur per
iuris ignorantiam. cum non liceat eis ius canonicum
ignorare: & sic delictū vel quasi delictū est, facere con
tra constitutionem canonicam: idem dicit de moniali
bus, cū debuerunt consulere peritiores, & sic de facto
seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Electio legitime nati qui credebatur illegitimus, an valeat.*
2 *Electorum malitia electo an noceat.*
3 *Ignorantia alterius nocet alteri.*

Quæstio 24.

1 PONE † quod capitulū eligat aliquem legitime
natum, quem credebat illegitime natum: modo
quæritur, si electio teneat.

PRO. Quòd teneat, sic probo: Nam magis est con-
siderāda veritas, quā opinio, vt ext. de big. nup. & 8. dis.
veritate. Item si manumitto seruum alienum, non va-
let manumissio, vt C. qui à non dominis ma. si non pro-
prietatem: & tamen si quis manumittat seruum suum,
quem credebat alienū, tenet manumissio, vt ff. de ma-
nu. vindicta, si potest. §. j. Item quandoque magis respi
citur factū, quā intentio facientis, vt 15. q. j. si quis non
2 iratus, & 32. q. 5. ille. ¶ Præterea †, malitia istorū non de-
bet electo esse dānosa, vt C. de pœnis sancimus, & ext.
de his quæ fi. à ma. par. c. quæ fuit, in fi.

CONTRA. Contrarium probo: Nā opinio præiu
dicat veritati, vt ff. de offi. præs. Barbarius Philippus. &
3. q. 7. §. tria, & C. de test. l. j. ¶ Præterea, potius debet re-
spici quo animo fiat, quā quid fiat, vt 23. q. 7. occidit, &
5. q. 7 in grauibus. nā voluntas & propositū distinguunt
maleficia, vt ff. de furtis, qui iniuriæ, res. j. & 32. q. 5. §. pro-
3 posito, ver. corpus mulierū. ¶ Præterea, † dolus vel igno-
rātia siue negligētia alterius sæpe nocet alteri, scilicet
si peccatur in forma electiōis, vt ext. de elect. super eo.

SOLVTIO. Dicit T. q electio tenet, nec isti pri-
uantur potestate eligendi, cum conatus nō habuit effe
ctum in hoc.

DE ELECTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Electio sui ipsius tanquam melioris, nunquid valeat.*
2 *Baptizare seipsum nemo potest.*
Sellis geminis sedere non possumus.
3 *Iuramentum coniecturis non cedit.*
4 *Furari mandans, an intelligat vt de suo furetur.*

Quæstio 25.

1 ALICVI † de canonicis data fuit potestas eligē
di, qui iurauit eligere meliorē: sed cum esset me
lior, seipsum elegit: modo quæritur, vtrū electio
valeat.

PRO. Et videtur, q nō: nā nullus pōt præsentare se
ipsum quantumcunq; sit dignus, vt ext. de iur. patr. per
nostras. ¶ Præterea, inter dātem & recipientē debet es-
2 se distinctio, vt extr. de inst. cum ad nostrā. ¶ Item † ali-
quis seipsum baptizare non potest, vt ext. de baptismo
& eius effe. debitum. ¶ Præterea, prætor seipsum tuto
rem dare non potest, vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. præ
tor. & ita his omnibus videtur, q aliquis seipsum eli-

gere non possit. ¶ Item nullus potest gerere vicem duarum personarum, vt C. de asses. nemo. & 12. q. 3. presbyteros, in fi. & 81. dist. singula.

CONTRA. Contrarium probo: iste iurauit eligere meliorem, ergo si se non eligat, cum ipse sit melior, est periurus, quod est prohibitū penitus, vt extr. de iureiu. & si Christ⁹. & C. si aduersus. ven. lo. in fi. ¶ † Praeterea, à recta significatione verborū nō est recedendū. vt ff. de leg. 3. non aliter, & 32. dist. relatum. circa mediū ¶ Praeterea, certum est quod iurauit, ergo non debet esse locus aliquibus coniecturis, vt ff. de ver. obl. cōtinuus, §. cum ita stipulatus. ¶ Item si non eligit meliorem, facit contra conscientiam, ergo mortaliter peccat, vt 28. q. 1. §. ex his, circa prin.

SOLVTIO. T. & Hu. responderunt mihi, quod non pōt seipsum eligere, & si ipse sit melior, quia hoc actū videtur esse inter eos, ne seipsum eligat, sed alium, quod satis credo. dicit etiam Hu. quod si aliquis mandauit tribus de re sua vendenda, & vnus illorum emit, quod non valet venditio, & reuocari pōt, quia videtur mandatū, vt alij vendant. ¶ † Praeterea, lex videtur expressa ff. de cōtrah. emp. & vēd. nō licet, & l. emptione, in fi. idem dicit quod si ego mādaui alicui vt furaretur oues de pascuis, & sciēter furatus est meas, quod tenetur mihi actione furti: quia non videor mandasse de meis, nec videtur haec actio esse inter nos.

SVMMARIVM.

1 *Pars peccans nunquid admittatur ad tertiā electionem cum secunda.*

2 *Verba in suo intellectu non calumnianda.*

Quaestio 26.

1 ESTO † quod vna pars peccet in electione, alia pars non peccet: sed electus non vult electioni consentire, nūquid pars quae peccauit, admittitur ad tertiam electionem, cum secunda iam sit facta?

PRO. Et certe videtur, quod sic, extra de elect. cū Vincon. ¶ Praeterea, si diceres eos tunc demū esse admittēdos, si secunda habuerit effectū, iā extenderentur poenae, quod esse nō debet, vt de poen. dist. 1. poenae. & ff. de poenis. l. pen. ¶ Praeterea, non peccantes elegerunt, ergo iā functi sunt officio suo, vt ff. de re iudi. iudex. & extr. de

2 of. iud. dele. in literis. ¶ † Itē per eos nō stetit, quin electio firma foret: ergo perinde habendum est, ac si electio tenuisset, vt 47. dist. quod ad nos, & ff. de condi. instit. si ita heres.

CONTRA. Contrarium probo: Nam verba cum effectu sunt intelligenda, vt de poe. dist. 1. haec aūt verba. & ff. quod quisq; iur. l. 1. §. hoc aūt. ergo nisi peccātes eligant cum effectu, ad electionē admitti nō debēt. ¶ Praeterea deuoluta fuit electio ad partē capituli, quae nō peccauit sine culpa sua: ergo iure suo priuari nō debuit, vt 16. q. 7. inuentū, & 56. dis. satis peruersum. ¶ Item si ad aliquē esset electio deuoluta, ad superiorem potius deuolueretur. vt ext. de electione, cum in cunctis in fi.

3 SOLVTIO. Credo † quod quae peccauit, admittitur ad tertiam electionem per decr. cum Vincon. c. cum in cunctis. & c. illa intelligūtur, cum totum. c. deliquerit in electione.

SVMMARIVM.

1 *Suspensi & electione priuati, an in electionem admittendi.*

2 *Poena duplicata nemo affligendus.*

Quaestio 27.

1 ALIQVI † canonici per prauam electionē quam fecerunt, priuantur prima vice potestate eligendi, & triennio à beneficio suspenduntur, per ca. extr. de elec. cū in cunctis. modo quaeritur, an infra hoc tempus admittantur ad electionem, si tertia electio immineat facienda.

PRO. Et certe videtur quod nō: Nam electio à suspensis facta, & de suspensis, nihil valet, vt extra. de consue. cum dilectus, & ext. de aetat. & qualita. cum bonae. & ex

2 tra. de cler. excom. mini postulasti. ¶ † Praeterea, dignum est vt in eo puniantur, in quo deliquerunt, vt extra. de temp. ord. literas.

CONTRA. Cōtrariū probo: Nā decr. videtur expressa. extr. de elect. cūm Vincon. ¶ Praeterea nō debet aliquis duplici poena conteri, vt extra. de cleri. aegro. cum percussio, & 23. q. 5. quid ergo.

SOLVTIO. Ad tertiam electionem admittētur, cum sint tantum à beneficio & non officio suspensi: cū hodie minori excommunicatione ligatus, eligere possit, vt extr. de cler. excom. mini. si celebrat.

DE ORDINE CLERICORVM.

SVMMARIVM.

1 *Substituti, primum locum quem depositi habebant, nunquid habere debeant.*

2 *Probitas antistitio digna.*

3 *Onus sequitur rem*

Quaestio 28.

1 QVIDAM † clerici maiorem locum in ecclesia habebant: fuerunt depositi, & alij loco illorum substituti. illi substituti, volūt priorem locum, sicut illi habebant: modo quaeritur, vtrum possint.

PRO. Et videtur quod non: Nam alij sunt primo in ecclesia ordinati: ergo debent habere priorem locum, vt dicit lex expresse. ff. de albo scri. l. pen. & 7. dist. episco-

2 pos. ¶ † Praeterea, honores gradatim cōferendi sunt, vt ff. de mu. & ho. gradatim. ¶ Item ille debet caeteros anteire, quem labor prolixior & longiora stipendia fecerunt anteire, vt C. de of. ma. of. nemo, & 61. dist. quid proderit, & C. miserum. ¶ Praeterea, casus videtur decre. extra de Simo. ex insinuatione.

CONTRA. Cōtrarium probo: Nam isti substituti succedunt in locum eorum qui habebant priorem locum, ergo partibus eorum fungi debent, vt extr. de immu. eccle. aduersus consules, & ff. de iud. mortuo iudice. ¶ Item ratio quae succedit in locū alterius, eius naturam sortitur, vt ff. si quis cau. si eum §. qui iniuriarū.

3 ¶ † Praeterea, res transit cum onere suo, & cum omni cā sua, vt ff. de contrah. emp. alienatio. & extr. de decimis, cum non sit in homine, in fi, & ita isti substituti eundē locum habebunt, quem habebant illi antequam deponerentur. ¶ Item dicit reg. iu. quod qui alterius loco succedit, vice eius vti debet, vt ff. de reg. iur. qui in ius.

SOLVTIO. Credo quod si ratione ordinationis illi depositi habebāt locū in ecclesia, illi qui primo ordinati remanserant in ecclesia, habebunt preorem locum, & non substituti. sed si ratione dignitatis depositi habuissent priorem locum, tunc & substituti haberent priorem, cum dignitas non minuatur propter mutationem personae.

DE RENVNCIATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Electus depositus, beneficium quod in electione alteri fuit collatum, vtrum repetere possit.*

2 *Taciturnitas quid operetur.*

3 *Renunciare facto, plus est quam verbo.*

QVE-

Quæstio 29.

1 ALIQVIS†fuit electus ad dignitaté:episcopus eo præsente & non contradicente,contulit Præbendam eius alij:postea cassata fuit eius electio: modo quæritur,vtrum repetere valeat præbendam.

PRO.Et videtur ꝙ repetere possit:nam inuitum accipere debemus,qui expresse nõ consentit,vt ff.de pc. filius.§.inuitum,& ff.de ser.vrb.præd.inuitum,& ff.de fur.qui vas.§.vetare.Præterea, res inter alios acta &c. vt ff.de re iud.sæpe.circa princ.& extr.de fide.instr.in
2 ter dilectos.circa fi.Item†iste electus non poterat prohibere episcopum:ergo propter hoc sibi præiudicium nõ est factum,vt ff.de re iud.sæpe, circa medium,& 11. q.3.quando.Item in tali concessione intelligebatur tacita cõditio,s.si iste haberet aliud beneficium.vnde ea cessante,repetere potest præbendam,vt extr.de iu.iur. quemadmodũ,& 22.q.2.ne quis,& reg.iur.dicit, ꝙ qui tacet,non fatetur,vt ff.de reg.iur.qui tacet.

CONTRA.Contrariũ probo: Nam taciturnitas pro consensu habetur expresse,vt 54 dis.si seruus sciẽte,& 18.dist.diaconi,& extr.de his quæ fiunt à præla.si
3 ne consen.c.c.2.& 20.q.2.puella.Præterea,†tacendo cõsentire videtur.extra.de præsump.nõne benedicimus. Præterea,ipso facto videtur suo beneficio renunciare ꝙ plus est quam verbo renunciare,vt ext.de app. dilecti,& extr.de his q̃ fi.à ma.par.c.ex ore.ergo illud amplius repetere nõ põt,vt ext.de transact ex literis.Item prohibere potuit & non prohibuit,ergo sibi præiudicium fecit,vt ff.de re iud.sæpe.

SOLVTIO.T.dicit,ꝙ iste nõ poterat amodo ꝑbendam petere, cum videatur habuisse pro derelicto eam,quia potuit contradicere,& non contradixit.

DE EXCEPTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Reus an possit actorem recõuenire coram eodem iudice.quem ab agendo repulerat prætextu exceptionis.*
2 *Reconuentio tacita nunquid includatur in rescriptis.*
3 *Accessorium,sublato principali,quando remaneat.*

Quæstio 30.

1 ACTOR†conueniebat reũ coram iudice delegato,reus repulit actorem ab agendo, prætextu exceptionis.modo quæritur, vtrum reus coram eodem iudice valeat reconuenire actorem.

PRO.Et videtur ꝙ non: Nam conuentio est causa reconuentionis:ergo cessante conuentione,reconuentio non valebit,vt extr.de ap.cum cessante,& 61.dis. §. his omnibus.Præterea sublato principali, tollitur accessoriũ,vt extr.de fide instr.inter dilectos, circa f.Itẽ cũ conuentionis & reconuentionis insimul debent contractari,& vna sententia terminari.vt extr.de ord.
2 cogn.cum dilectus, versus fi.Itẽ tacita intelligitur reconuentio in rescripto:ergo sublato expresso,tacitum expirauit,vt C.si reus vel acc.mor.fu.l vlt.

CONTRA.Contrarium probo:Nã licet opponatur excom exceptio,iudex tamen non amittit iurisdictionem,& ita actor poterit reconueniri.Præterea,reconuentio introducta est in fauoré rei:ergo ea sine culpa sua priuari non debet,vt extr.de const.cognoscentes.nã negligentia alterius,ad alienam iniuriam referri non debet,vt ff.de trans. imperatores, i.res. & ff. de noxa.act.electio,circa fi.& ff.de euict.rẽ hæreditariam
3 in fi.Item†sæpe sublato principali remanet accessoriũ, vt ext.de do.inter virum & vxo.de prudentia,& ff.quibus mo.vsufr.amit.quid tamen.in prin.

SOLVTIO.Non credo quod actor valeat reconueniri, cum nõ habeat locum reconuentio , nisi cõuentio præcedat,quod credit T.idem dicit T. & si lis esset contest.si autem litis contest. & reconuentione facta, actor malitiose se absentat,tunc iudex in reconuentione procedat.

SVMMARIVM.

1 *Reconuenire quis aduersarium vi rescripti à se impugnati an possit.*
2 *Beneficio vti an possit,qui illud impugnauit.*
3 *Denunciator agere an dicatur.*

Quæstio 31.

1 ALIQVIS†contra rescriptum contra se impetratũ,multas exceptiones proposuit, & tandem succubuit:modo quæritur, vtrum possit aduersarium reconuenire ex illo rescripto.

PRO.Et videtur ꝙ non:nã si aliquis dixit testamentum falsum, ex eo postea nullum commodum obtinebit.immo ꝙ sibi legatum erat in illo testamento, amittet,vt C.ad l.Corn.de fal.qui falsos, & C. de his quib. vt ind.Polla.& ff.de acq.hered quæsitum circa mediũ. idem est & si inofficiosũ dixisset,vt ff.de inoffi testam.
2 Pap.§.meminisse.Præterea,†ex eo ꝙ quis studuit multipliciter impugnare , beneficium habere non potest, vt extr.de censi cum olim,& extr. de test. præsentium. Nam cum tali beneficio tacite renunciauerit,ad illud non poterit postea reuerti,vt C.de rebus credi.& iure iur. si quis iusiurandum,& in prædicta decr.cum olim, circa finem.

CONTRA.Contrariũ probo:†Nã iura indistincte dicunt,ꝙ reus coram eodem iudice poterit actoré reconuenire,vt extr.de mut.pet.c.j.& 2.& C. de senté. & interloc.in auth & consequenter,ergo circa hoc di
3 stinguere nõ debes,2.q.5.consuluisti.¶Præterea,†actori non debet licere ꝙ reo non liceat , vt expresse dicitur ff.de re.iur. non debet actori. ¶Item nemo prosequendo ius suum,suam cõditionem facit deteriorem, vt ff de reg.iur.nemo enim persequẽdo.¶Præterea,introductum est in fauorem rei,ꝙ possit opponere tam contra rescriptum,quam cõtra personam, ergo ad suã læsionem retorqueri non debet,vt ff.de le. & se. nulla. ¶Præterea,si ex sua persona sibi non competat,tamen ex persona rei debet sibi cõuenire,vt C.de tempore in integ.rest.petendæ,circa fi.

SOLVTIO Ego Bartholomæus Brix.credo quod possit reus actorem reconuenire,& quod dictum est,s. de testamentis,dictum est in fauorem testamentorum vt melius seruentur vltimæ voluntates. vnde credo ꝙ si iusto errore ductus dixerit falsum esse rescriptum, adhuc reus poterit reconuenire actoré:alioquin si pro reo daretur sententia,non valeret: si tamen aliquis impetrauit rescriptum,vt fieret inquisitio contra impetrantem,quia in criminibus non habet locum reconuentio.¶Præterea,hunc post fama accusat, sed iste denunciator est,nec dicitur agere contra eum,sed denũciare,nec potest dici iniquum ius impetrasse,cum non fiat causa correptionis.idem dicit T.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis an procedat contra clericum , qui introitu litis laicus erat.4.*
2 *Iudex secularis nunquid cognoscat de clerico.*
3 *Clericus in laicum consentire an possit.*

Quæstio 32.

1 ALIQVIS†litigabat coram seculari iudice,pẽdẽte iudicio,factus est clericus:modo queritur, vtrum iudex possit procedere contra ipsum.

PRO.Et videtur quod sic:quia continentia causæ diuidi non debet,vt C.de iud.nulli,& in authentic.de

excep.coll.7.& extr.de seq. pos.c.3. vbi enim semel ac-
ceptum est iudicium, ibi finem accipere debet, vt ff.de
iud. vbi. maxime cum de qua re cognouerit iudex, de
ea pronunciare debeat, vt ff.de iud.de qua re. ¶ Præte-
rea, lite pendente aliquis factus est miles, tamen iudi-
cium cœptum debet sub primo iudice terminari, vt ff.
2 de iud.si quis postea. ¶ †Item mulier aliqua coram ali-
quo iudice litigabat, pendente iudicio facta est de fo-
ro alterius: tamen primus iudex terminabit causam, vt
ff.de iur.om iud.cum quidam. ¶ Præterea.res transire
debet cum onere suo & causa sua, vt ext.de decimis, cũ
non sit in homine.

CONTRA. Cõtrarium probo: Nam clericus non
põt ab aliquo iudice seculari iudicari, vt ext.de iud.at
si clerici, & 11.q.1.c.1.& 2.immo ꝙ plus est, etiamsi velit
in ipsum cõsentire, nõ põt, vt ext. de fo.cõpe.si diligen
3 ti. †ergo si feratur sententia contra eũ, talis sententia
nõ tenebit, vt in prædicta decr. at si clerici, & C.si à nõ
compe.iud.per totum. ¶ Præterea, res ista est facta pri-
uilegiata: ergo pro futuro tẽpore gaudebit priuilegio
suo, vt ff.de iure fisci.fiscus, & ff.de vsu.cũ quidã.§.de-
bitores, & extra.de priui.porrò. ¶ Præterea, si aliquis
erat arbiter, & pẽdẽte arbitrio factus est sacerdos, nõ
põt compelli ad arbitrium ferendum. vt ff.de ar. nõ di
stinguemus, §.sacerdotio.

4 SOLVTIO. †Ego credo ꝙ primus iudex procedere
possit & debeat. p legẽ ff.de iud.si quis postea, & ff.de
iur.om.iud.cũ quidã. quidã tamẽ dixerunt cõtrarium,
per legem, ff.de arb.no distinguem⁹ §.sacerdotio. Sed
certe decretalis videtur determinare hanc quæstionẽ,
ext.de fo.competen.proposuisti.

DE COMPENSATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicatus an possit opponere de compẽsatione.*
2 *Excommunicato quid reseruatum.*
Compensatio in depositarij odium non admittitur.
3 *Excommunicatus potest debitum soluere.*

Quæstio 27.

1 QVAERITVR †vtrum excõmunicatus possit
compensationem obiicere.

PRO. Et certe videtur ꝙ non: quia compen
satio introducta est in fauorem cõuen-
ti: quia interest eius potius retinere quã soluere, vt ff.
de cõp.l.4.& quod naturaliter debetur. venit in cõpẽ
sationem. vt ff.de compensa.etiam, ergo cum in fauo-
rem eius sit introducta compensatio, non est reo com-
2 pensatio concedenda. ¶ †Præterea, excommunicato so
la legitima defensio reseruatur, vt ext.de except.cum
inter.ergo ei non debet compensatio concedi. ¶ Præte
rea, compensatio in odium depositarij nõ admittitur,
vt C.de compensa.l.vlt.circa fi.ergo multo minus de-
bet admitti compensatio, in odium excommunicati.

CONTRA. Contrarium probo: Nam excommu-
nicatus potest soluere quod debet, vt extr.de sent. ex-
com.si vere, circa me.l sed compensatio soluit, ergo ei
3 permissa est compensatio. ¶ †Item excommunicato cõ-
ceditur quælibet legitima exceptio, vt extr.de exce.cũ
iure.sed exceptio compensationis, à iure conceditur,
vt ff.de compensa.fere per totum: ergo hæc exceptio
erit excommunicato concedenda. ¶ Præterea, actor
iste petit sibi fieri quod non vult alij facere.ergo audi
ri non debet, vt in prin.decretorum, humanum genus
& extr.de const.cum omnes, & sic videtur compẽsatio
admittenda.

SOLVTIO. T.& Io.dixerunt, ꝙ sit excommuni-
cato permittenda compensatio. sed certe contrarium
credo, cum videatur quasi petere quod debet.

DE LITIS CONTESTATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio non obstante protestatione per nega-
tionem petitionis nunquid fiat.*
2 *Confessio iudicialis nõ tenet, præcedẽte protestatione.*
3 *Protestatio quando & quibus non prosit.*
4 *Contrarius sibiipsi non audiendus.*

Quæstio 26.

1 QVIDAM †protestatus fuit corã iudice & ad-
uersario. ꝙ ipse nolebat litẽ contestari respon-
dendo aduersario: & cum incontinenti aduer-
sarius diceret rem esse suam quã pete-
bat, ille hoc negauit modo quæritur, vtrum litis conte
statio sit facta.

PRO. Et certe videtur ꝙ non: Nam si quis protesta-
tus fuerit se nolle matrimonium contrahere, quod est
causa fauorabilis, licet postea verba matrimonij pro-
tulerit, non est propter hoc matrimonium cõtractum,
2 vt extr.de spon.tua ¶ †Item si protestatio præcessit, in-
gressus monasterij nõ tenebit, vt extr.quod metus cau
sa, perlatum ¶ Præterea, confessio in iudicio facta non
tenebit, protestatione præcedẽte, vt 31 q.1. Lotharius,
à simili nec litis contestatio tenebit facta, protestatio-
ne. ¶ Præterea, si aliquis fuit protestatus se cõtinere nõ
posse, licet postea ad diaconatum promoueatur, nõ co
getur continere, arg.28.dist.diaconi ¶ Præterea, ꝙ pro
testatio operetur, habes ext.de in integ.restit.c.2.circa
fi.& ext.de offi.iud.ord.pastoralis, & ff.quib.mod.pig.
vel hypot sol.si debitor.§ 1.

3 CONTRA. Cõtrariũ probo: Nã licet aliquis pro-
testatus fuerit, se nolle facere contra priuilegiũ suum,
tamen si fecerit, protestatio nihil valet, & perdit priui
legiũ, vt ext.de const.cum M Ferra. ¶ Præterea, licet ali
quis protestetur se nolle appellationi renũciare, tamẽ
faciendo suæ protestationi contraria, ei ex toto renun
ciat, vt extr.de app.solicitudinem, in fi. Nam facto suo
renunciare videtur, vt in eo.tit.dilecti Item quandoq;
litem contestatur, qui hoc facere non intendit, vt ext.
de dolo & contu.prout ¶ Præterea, qui indebitum sol
uit ea mente, vt repeteret, si scienter fecit, amplius nõ
4 auditur, vt ff.de cond.inde.quod quis sciens. ¶ †Præte
rea, iste videtur sibi contrarius, protestationi suæ faciẽ
do cõtraria. ergo audiri nõ debet, vt extr.de præsump.
literas & extr.de mu.pet.professio

SOLVTIO. T.dicit ꝙ non est facta litis contesta
tio, quia aduersarius & iudex tacendo videntur cõsen
tire. Idem respondit Acc. idem respondebat mihi Hu.

DE FERIIS.

SVMMARIVM.

1 *Feria æstiua nunquid omnibus concedenda.*
2 *Beneficia principum largissime interpretanda.*
3 *Ferijs imponendis quid causam præbuit.*
4 *Malitijs non est indulgendum.*

Quæstio 28.

1 VTRVM †feriæ messium & vindemiarũ sint cui
libet exhibendæ.

PRO. Et certe videtur ꝙ sic: Nã lex indistin-
cte dicit, ꝙ gemini menses litigantibus indulgentur,
vt C.de feriis, omnes, & ff.de fer.si feriatis.ergo tu di
stinguere non debes, vt 2.quæst.5 consuluisti. non enim
in cuiusquam periurium prætermittendum est, quod
statutis generalibus continetur, vt 41.dist miramur.
¶ Præterea verbum generale, generaliter est intelligẽ
dum, vt 19.dis.si Romanorum, & 3.q.3 sunt nonnulli, &
2 ff.de alea.circa finem, & ff.de leg.præstan.l 3 § 3 ¶ †Itẽ
istud est beneficium principis, ergo debet largissime
inter-

interpretari,vt ext.de don.cum dilectus,in fi.& ext.de
priuil.quia circa,& ff.de cōsti.prin.beneficium.immo
infamis efficitur, qui malitiose vult rescriptum prin-
cipis interpretari,vt C.de leg.& constit.l.s.circa med.
¶Itē occupatio circa rem iustā fuit cā impulsiua con-
stitutionis,ergo ea cessante,effectus cōstitutionis ces-
sare non debet,vt ff de postulando.l j.§.origo vero,&
19.q.2 duæ sunt,inquit,leges.in versu illo,q ꝓpter cri
3 minosos ¶†Item quibusdam in talibus conceditur li-
tigare,vt ff.eodē ti.l.j.& vlt.& l.solet.ergo aliis prohi-
betur,vt j.q j ꝑ Isaiam,& ff.de cond & demō.cum ita.

CONTRA.Contrarium probo:Nā tales induciȩ
dantur occupati· circa rem rusticam, vt ff. de feriis,l.
j.circa finem.ergo à contrario sensu,qui occupati non
fuerunt,tales inducias non habebunt. ¶Præterea,ta-
lis occupatio circa rem rusticam fuit causa constitu-
tionis,ergo ea cessante, effectus eius debet cessare, vt
4 extr.de ap.cum cessante,& 61.dist.§.his omnibus.¶Itē
litera legis dicit occupari:ergo à significatione verbo
rum non est recedēdum,vt ff de le non aliter,& ff. qui
& à quib.ma.l j.in fi.¶Pręterea,esto q iste nullo modo
sit occupatus.ergo si inducias petit,malitiose vult litē
differre,quare non est malitiis indulgendū,vt ff.de rei
vend.in fundo,circa fi.& extr.de rescr.plurium.immo
puniri debet in expensis qui malitiose exceptionē op-
ponit,vt ext.de do & cont.finem litibus.boni enim iu
dicis est,lites citius dirimere, vt ff.si certum petatur.
quidam existimauerunt,& ff de vsufru æquissimum.

SOLVTIO.Pileus dixit,omnibus inducias dan-
dos esse istis temporibus:quia rarissime contingit,ali-
quem non impediri talibus diebus per se vel per aliū:
quod verum credo.decretalis extr.de fer.ca.vlt.multa
declarat,quæ olim dubia erant.

DE CONDITIONIBVS appositis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio an possit apponi in præbenda collatione.3.*
2 *Beneficium capiens,quid promittat.*

Quæstio 36.

1 VTRVM†conditio possit apponi in collatione
præbendæ ecclesiæ.

PRO Et videtur q sic:quia sacerdoti confer
tur ecclesia,vt quotidie canet Missam de beata virgi-
ne,vt extr.de præb.significatum.Similiter pallium sub
eadem conditione datur:si ille cui datur,iurauerit, vt
2 ext.de elec.significasti.¶†Item promittit aliquis quod
faciet residentiam in ecclesia cum ei datur, vt extr. de
cler.non resi.in ecclesia vel præben.relatum.

CONTRA.Contrariū probo:Nam in collatione
rei spiritualis nō est conditio apponēda,vt j.q 2.quam
pio.¶Præterea modus in rebus spiritualibus reproba
tur,vt ext vt eccl.bene.fi.sine di.confe.c.vno, circa fin.
¶Item nulla conuentio debet præcedere. vt si aliquis
eligatur,etiam promissio de indemnitate ad quā tene
tur prælatus,vt 8.q 3 Altaldus.

3 SOLVTIO T. dicit, † q conditiones adhærentes
rei spirituali possunt apponi in collatione:aliæ nō.Vin
cen.dixit,q licitæ conditiones possunt apponi.T.etiā
dicit,q honestę omnes possunt apponi:vnde sic potest
dici:do tibi ecclesiam,si feceris residentiam,vt ext. de
cler.non resi.relatum. Sed dicit T. q ista conditio vi-
detur Simoniaca.do tibi ecclesiam, si solueris debitū
ecclesiæ:quasi de suo soluat:sed ita non inducit Simo-
niam.Do tibi ecclesiam,si præstiteris cautionem de in
demnitate:licet à subditis peti non deberet.

SVMMARIVM.

1 *Filius an possit heres institui sub conditione,si votum
patris impleuerit.*
2 *Heredes ad quid obligati.*
3 *Subsidium bonorum debitum quibus concessum.*

Quæstio 37.

1 QVAERITVR † vtrum pater possit filium suū
heredem instituere sub illa conditione,si adim
pleuerit votum peregrinationis pro eo.

PRO. Et certe videtur q sic,per decr.
ext.de voto & vot.red.litē.¶Præterea, satisfactio pœ-
nitētiæ pōt ꝑ alios fieri,vt 13 q.2.animæ defunctorū,&
2 13.q 6.si quis in fi.¶Itē hæredes amittent hæreditatē,ni
si adimpleant voluntatē defuncti,vt 21.q.3 Siluester,&
C.de fideicō.auth.hoc amplius,& in prędi.decr.licet.

CONTRA.Contrariū probo: Nam hæc cōditio
mixta videtur,vt sic pater filium suū hæredē instituat
sub conditione casuali vel mixta,non valet hæredis in
stitutio,vt C.de cond.inst.si pater filium,& ff.de hære.
inst.suis quoq;,resp.j.§.sed si.& ff de cōst.inst.l.vl.¶Itē
3 †suus heres & si non adimpleat voluntatem patris, ni
hilominus habebit debitum bonorū subsidium, vt in
præalleg auth hoc amplius.c.de fideicom.

SOLVTIO.Filius qui est in potestate,sub illa cō
ditiōe institui nō pōt hæres,cū sit mixta. & in illa dec.
licet,approbauit votum filius,& crucem assumpsit.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia quas admittant conditiones.*
2 *Conditio quæ nō constat nisi in morte,in matrimoniis
non apponenda.*
3 *Conditio quæ à moribus hominū dissidet,elimināda.*

Quæstio 38.

1 VTRVM†talis conditio in spōsalibus possit ap
poni vel in matrimonio,Cōtrahā,vel Contraho
tecum,nisi inuenero aliam meliorem.

PRO Et certe videtur q sic: Nā constat q apponi
pōt cōditio,vt ext.de cond.app.de illis,& c ꝑ tuas.sed
talis conditio nō improbatur à iure,ergo debet & po-
2 test admitti,vt ext.cond appo.super eo.¶†Præterea,ta
lis contractus non improbatur à iure,Vendo tibi hoc,
& si alius meliorē conditionem attulerit,res sit inem-
pta,vt ff.de in diem adiect.l.j.à simili & in sponsalibus
poterit talis conditio apponi.

CONTRA,Contrarium probo: Nam tunc con-
stabit,istum nō posse meliorem mulierem inuenire cū
morietur.& ita in vita sua non existet ista conditio,vt
inst.de ver.obl.§.si quis ita,& ff.de ver.obl ita stipula
tus sum.§ sed & ita.ergo talis cōditio apponi nō pōt in
matrimonio,q non pōt constare nisi in morte.¶Præte
3 rea,†turpis videtur talis conditio & contra mores ho
minum,ergo est reiicienda,vt extr.condi.appo,c.j.

SOLVTIO.T.dicit quod talis conditio apponi
pōt,dummodo fiat ad certum tempus:cum talis condi
tio possit apponi,si placuerit patri meo. hæc quæst.tol
litur hodie per decr.extr.de cond.appo.c.vlt.nec esset
necesse eam scribi.

SVMMARIVM.

1 *Monachus cuculla spoliatus, restitutionem nunquid
petere possit.*
2 *Monachi quid possint,& quomodo.*
3 *Pupillus sine tutore quando in iudicio stare possit.*

Quæstio 39.

1 ESTO†q monachus vel canonicus regularis spo
lietur cappa sua vel libro suo:modo quæritur, v-
trum poterit petere restitutionem.

PRO.Et videtur q non: Nam monachus vel cano
nicus regularis,mundo mortuus est,nec potest de mo

nasterio exire, vt 16.q.j placuit.ergo coram iudice agere non potest, vt 16.q.j.qui vere.circa medium.¶Praeterea, monachus nihil possidet: ergo restitutionem petere non potest, vt extr de restitu. spo.ex parte.non enim sufficit probare spoliationem, nisi probetur possessio, vt ext.de offi.iud.dele.cósultationibus, circa fi.& ext. de rest.spol.olim causam, & ff.de vi & vi ar.l.j.§.deiici
2 tur.¶†Praeterea, nihil potest monachus nisi de licentia abbatis, vt 16.q.j.monachi vagãtes, & c.monachi à monasterio.sic nec filius agere potest sine patre, vt C.de bonis quae lib l.vlt.§ & si filius.

CONTRA. Contrarium probo: Nam serui, quantum ad ius ciuile, pro nullis habentur, vt ff.de reg.iur. quod attinet, & tamen possessionem absentis domini ablatam sibi, petere põt, vt C.si per vim vel alio modo, l.j.¶Praeterea, filiusf.qui sine licentia patris non potest esse in iudicio, agere pót, si non sit qui agat nomine patris, vt ff.de iud.si longius.¶Item pupillus sine tutore
3 in iudicio esse non potest, vt ff.de re.iur.contra†l.pupillus.cum in iudicio momentanae possessionis adesse potest, vt C.qui legiti.perso.l.vl. quare his omnibus videtur, quod monachus possit petere restitutionem, vt ext.de rescr.cum dilectus.

SOLVTIO. Satis credo, quod si non sit qui agat nomine monasterij, scilicet abbas, vel syndicus, ꝙ monachus spoliatus potest petere restitutionem nomine saltem ecclesiae.

DE SVSPENSIONE.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis effectus suspendi nunquid possit.*
2 *Excommunicationis sententia executionem secũ semper trahit.*
3 *Interdictum an trahat executionem secum.*

Quaestio 40.

1 QVAERITVR,† vtrũ effectus excommunicationis possit suspendi. & si suspendatur, si interim appellauerit excõmunicatus, vtrum excõmunicatio releuetur.

PRO. Et certe quod suspendi valeat, & ꝙ releuetur per appellationem, videtur dicere dec.ext.de appel.dilectus, vltra medium, ergo & effectus excommunicatióis, vel dic rationem diuersitatis.¶Praeterea effectus absolutionis suspenditur, vt 2.q.5.quanto.ergo & excõmunicationis absolutio potest suspendi.

2 CONTRA. Cõtrariũ probo: Nam si iuste excõmunicat⁹ sit extra ecclesiã, cũ nullo mõ possit esse in ecclesia, in excõmunicatióe ꝑsistens, si suspédatur eius effect⁹, est in ecclesia, & ita simul & semel est in ecclesia & ext.ecclesiã: ꝙ videtur impossibile.¶Praeterea, séntétia excõmunicatióis semꝑ trahit secũ suã executioné, vt ext.de app.pastoralis.ergo dũ est excõmunicat⁹, semꝑ erit extra ecclesiam, nec suspendi eius effectus potest.

SOLVTIO. dicit T. ꝙ non põt suspendi eius effectus, ita ꝙ remaneat excõmunicatus. cum impossibile sit, eum esse in ecclesia & extra ecclesiam: & statim cũ suspenditur, est absolutus, alioquin sententia excõmunicationis non traheret secum suam executionem, scilicet si remaneret excommunicatus: secus mihi respondit in homine interdicto, ꝙ suspéderetur eius effect⁹, si remaneret interdictus, & tunc interdictũ posset re-
3 leuari per appellationem.†Sed certe idem credo dicẽdum de interdicto, quod dictũ est in excommunicatione, cum interdictum trahit secum suam executionem sicut excõmunicatio. T. dicit, ꝙ effectus excõmunicationis vel interdicti suspendi non põt, & dec. illa extr. de ap.dilectus, intelligitur, cum datum fuerit sub conditióe interdictum.s.quoties esset in ciuitate. Io. dixit ꝙ effectus excõmunicationis non põt suspendi, nisi à papa. Idem in interdicto dicit, vel aliud in interdicto, quam in excommunicatióe: ita notauit in ꝑdicta decr. dilectus, nec credo ꝙ suspendatur effectus interdicti, licet permittatur in ecclesia interdicta celebrari: sicut nec suspenditur effectus excommunicationis.

DE SENTENTIA ET re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia an valeat, tertio delegato absente, & sententiam confirmante.*
2 *Ratihabitio iudicium nullum confirmat.*
3 *Electio nulla, confirmationem recipere non valet.*

Quaestio 41.

1 CAVSA†commissa fuit tribus iudicibus: duo illorũ, tertio irrequisito, sententiam tulerunt. tertius, hoc audito, ratum habet ꝙ factum est per illos duos: modo quaeritur, vtrum sententia valeat, cum ille, contra quem lata est sententia, contradicat.

PRO. Quod sententia valeat, sic videtur. Nam licet electio quae fit contempto aliquo, tamen si postea ratã habeat electionem, valebit electio, vt ext. de elec.ꝙ sicut, circa medium, & ext.de postul.bo.me.¶Praeterea, licet iudicium nullum, tamen illud ratihabitione valeo confirmare: vt ff.de iud.licet, & ff.rem ra.haberi, l.
2 3.§.falsus.¶†Item ꝙ meo nomine gestũ est, possum habere ratum, vt ff.de neg.gest.si pupilli.§.si ego, & ita iudex iste poterit sentétiam habere ratam, si nomine suo lata fuit.¶Item matrimonium quod nullum est, ratihabitione confirmatur, vt extr.de coniug. seruorum, c.2. idem & in seruitute contingit, vt ff.de ser.rust.praed. per fundum.

CONTRA. Cõtrariũ probo: Nã cum tres essent iudices, nec duo poterant procedere sine tertio, nulla fuit sententia ipso iure, vt pote à non suo iudice lata, vt ext.de of.iud.dele. cãm, & ff.de re iu. duo ex tribus, & ff.de arb si in tres, & 2 q.6.§.diffinitiua.ver.si plures. ergo ratihabitione confirmari nõ põt, vt ff.de reg.iur. ꝙ ab initio, & ff.de act & obl.obligatiões, & ff.de reg.
3 Catoniana, per totũ.¶Praeterea,† electio quae nulla est ipso iure, confirmari nõ põt, vt ext.de elec.auditis. idẽ in pacto cõuento, vt ff.de pac.si tibi 10.§.si pactum. idẽ in praescriptione contingit, vt 16.q.3.§. potest.ver. quae enim ab initio, multo fortius sententia non poterit cõfirmari quae nulla fuit ab initio ipso iure, nec in eo fuit ordo iudiciarius obseruatus, vt 2 q.6.§.diffinitiua, circa princ.¶Praeterea, valet tutoris authoritas si sequatur, nec confirmatur ꝙ ab initio fuit factum, vt inst.de autho.tutor.circa fin.

SOLVTIO. Non credo sententiam ratihabitióe confirmari, cum nulla fuerit ab initio ipso iure. nec in ea fuerit ordo iudiciarius obseruatus, qui de substãtia iudicij erat. Maior enim in iudicijs solennitas desideratur, quam in electione vel in alijs contractibus. idẽ dicunt dominus T.& Hu.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis sub conditione, an liget factum fori alterius, pendente conditione.*
2 *Pignus, conditionis tempus respicit.*
3 *Iudex vltra tempus sua iurisdictionis an quicquam possit.*

Quaestio 42.

1 ESTO†ꝙ sententia excõmunicationis sit lata sub conditione contra aliqué: sed antequã conditio existat, factus sit de foro alterius: modo quęritur vtrum conditione existente ligetur per sententiam.

PRO. Et videtur quod sic: Nam tempus conditionis appositae respicitur in sententiis, vt 2.quaestio.6.§. biduum,

biduum. ¶ Præterea, in pignoribus tempus respicitur conditionis oppositæ & existentis cōditionis, vt ff. qui po. in pig. habe. potior. §. prim. ¶ Item † si manumittat aliquis seruum sub aliqua conditione, licet exierit à potestate hæredis, tempore conditionis existentis, nihilominus liber efficitur: quia respicit tempus conditionis existentis appositæ, vt C. de testa. ma. statu liberis. ¶ Item hoc videtur dicere lex ff. de iud. si quis post quam. ¶ Præterea, licet moriatur prælatus, tamen sententia lata ab eo sub conditione, ligat, vt 17. quæstion. 3. si quis suadente.

2

CONTRA. Contrarium probo: Nam per sententiam non ligantur, nisi subditi, vt extra. de senten. excom. à nobis. igitur illi tantum ligantur, qui sunt subditi tempore existentis conditionis, cum ante conditionem non ligetur per sententiam, vt extr. de ap. præterea, & extra de sen & de iud. quod ad consultationē.

3 ¶ Item † iudex vltra tempus suæ iurisditionis non potest aliquem interdicere sua authoritate, vt ff. de pœnis. l. vlti. ¶ Præterea secundum hoc contingeret quod iste ligaretur à non suo iudice, cum tempore cōditionis existentis non sit iudex suus, & hoc videtur absurdum, cum sententia à non suo iudice lata, non liget, vt extra. de consue. ad nostram, & extra. de iud. at si clerici, & C. si à non com. e. iu. l. 1. & 2. & extr. de parochi. & parochian. alien. nullus.

SOLVTIO. Credo ipsum ligari, cum sententia lata sub conditione teneat & iudex possit aliquid statuere in futurum, vt extrau. de sen. excom. à nobis, & c. si quis suadente. idem dicit Laur. extr. de ap. præterea.

DE RATIHABITIONE.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis contra clericū non sui fori, approbata per sui fori episcopum, an valeat.*

2 *Electio semel arida, an reuirescat.*

3 *Appellatio sententiam nullam confirmat.*

Quæstio. 43.

1 EPISCOPVS † Mutinens. excōmunicauit clericum Bononi. episcopus Bonon. ratam habuit sententiam: modo quęritur, vtrum talis sententia valeat.

PRO. Quod non valeat, sic probo: Nam sententia à non suo iudice lata, nulla est ipso iure, vt extra. de cōsue. ad nostram. & extra de iudi. at si clerici. nec ab ea necesse est appellare, vt C. si à non competen. iud. l. 2. ergo ratihabitione per appellationem confirmari non potest. vt ff. de regu. iur. quod ab initio & ff de appel. si expressum ¶ Item contractus qui nullus fuit, non confirmatur postea per procuratorem, vt insti. de autho. tutor. circa fi ¶ Præterea, † electio quæ nulla est ipso iure, non potest postea conualescere. vt extr. de elec. auditis. multo fortius in sentētia est hic, vt nō cōfirmetur, si nulla fuit ¶ Itē sentētia excōmunicatiōis pure lata, aut tenet, aut nō tenet, cū trahat secū suā executionē, vt ext. de ap. pastoralis ergo ibi ratihabitio nihil facit.

2

CONTRA. Contrariū probo: Nam sentētia quę nulla est, ipso iure ratihabitione confirmatur. vt 2. q. 1. in primis & 3. q. 6. hic quippe, ergo idem dici potest in sententia excōmunicatiōis ¶ Præterea, ordinatio à nō suo episcopo facta, confirmatur postea per consensum vt 9 q. 2 Ludū. ergo multo fortius excōmunicatio potest p cōsensum cōfirmari. ¶ Preterea, † sententia quæ non valet, p appellationem cōfirmatur. vt ff. rē ra. l. 3. §. falsus ergo multo fortius per cōsensum expressum cōfirmatur sententia. ¶ Item iudicium quod nullum est, confirmatur ratihabitione, vt ff. de iud. licet. similiter electio quæ non valet, rata fit per consensum, vt extr. de elec. quod sicut.

3

SOLVTIO. Dixerunt quidam quod non potest confirmari, & c. imprimis, & c. hic quippe. loquuntur de domino papa, qui habet plenitudinis potestatem. T. mihi respondit, quod si nomine episcopi Bononiēs. excommunicauit eum, quod tunc episcopus Bononiē. potest habere ratum. mihi non videtur hoc, ideo, quia sententia excommunicationis pure lata, incontinenti aut ligat, aut non ligat, cum trahat secum suam executionem, vt extrau. de appel. pastoralis, vnde credo D. dicere verum.

DE TESTIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Testis esse an quis possit post criminis pœnitentiam, & in qua causa.*

2 *Pœna potest demi, fama perennis erit.*

3 *Sanus per pœnitentiam, an habendus pro nunquam impedito.*

Quæstio. 44.

1 VTRVM † peracta pœnitentia de crimine, in ciuili causa possit aliquis admitti ad testimonium.

PRO. Et videtur quod non: Nam qui semel periurus fuit, ad testimonium amplius nō admittitur. vt 22. quæst. 5. paruuli. infamiam enim per pœnitentiam abolere non possumus, vt 2. quæst. 3. §. hinc colligitur. vnde Ouidius dixit:

Quem semel horrendis maculis infamia nigrat,
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

Et quidam alius dixit:

2 Pœna † potest demi, fama perennis erit.

Sufficit enim, quia antea fuit criminosus. vt 6. quæst. 1. qui crimen, & 2. quæstio. 7. quærendum. ¶ Præterea, decre. videtur hoc dicere extraua. de testi. quāuis, & extr. de or. cog. cum dilectus. Nam talis sanitas secuta, sine cicatrice non potest remanere, vt 1. quæstion. 1. venū. circa prin.

CONTRA. Contrarium probo: Nam infamia canonica quæ est causa quare iste a testimonio repellitur, per solam pœnitentiam aboletur, vt 1. quæstion. 1. illi qui. ergo cessante tali infamia, ad testimonium admittitur. Nam cessante causa, cessare debet effectus, vt 3 61. distinct. §. his omnibus ¶ Præterea, † per pœnitentiam est sanatus, ergo perinde est, ac si nunquam impeditus fuisset, vt ff de ædil edi. quod ita sanatum, & 50. distinct. ferrum. ¶ Item sufficit, si probet de crimine emendatum. vt extrau. de Simonia, per tuas, ante medium, & extra. de excep. denique, circa fi. Nam non habetur fallax, qui ad veritatē reuertitur, vt 32 q. 1. apud misericordē. ¶ Item secundū hoc vix aliquis testis inueniretur in mundo, cum res pene contra naturam sit, aliquē sine peccato reperiri, vt 26. dist. §. nunc autem.

SOLVTIO. T. & Vinc. dicunt, quod talis in ciuili causa admittitur, vt extr. de Simonia. per tuas. † In cri- 4
minali causa distinguit T. & alij, quod si pbatum est crimē, quod ij so iure infamet, vel enorme, vel mediocre etiam manifestū, & post pœnitētiam debet repelli; si vero nō infamet ipso iure, vel nō sit enorme vel mediocre, sed occultum, non repelletur. credo etiā si post pœnitentiam remanserit infamatus de iure, & non de facto tantum, quod in ciuili causa nō admittetur, sicut cōtingit in muliere in adulterio deprehēsa, vt ff. de ritu nup. palā, circa fi. & pbatur hoc. 3. q. 7. §. porro. hæc quęst. hodie soluitur p decre. extr. de testi. testimoniū.

SVMMARIVM.

1 *Testis esse an possit appellans in actione famosa.*

2 *Procurator, pēdente accusatione, constitui nō potest.*

3 *Appellātis status, appellatione pendente, integer esse debet.*

Quæstio 45.

1 ALIQVIS † conueniebatur actione famosa, vel
accusabatur de crimine. modo quæritur, vtrum
pendente accusatione vel appellatione, si appellauit à
sententia: posit admitti ad testimonium.

PRO. Et certe videtur quod non. Nam accusatio-
ne pendente non poterit aliquis promoueri, vt 61. dist.
tantis Daniel, & extra. de accusa Deus omnipotens, &
ff. de mu & ho. reus. Sed testimonium & ordo pari paſ-
su ambulant, vt 2. quæstio. 7. ipsi apostoli, & c. testes. er-
go sicut promoueri non potest, ita nec ad testimoniū
2 admitti, dum causa tractatur. ¶ Præterea, † pendente
accusatione, aliquis non potest fieri procurator, vt C.
de procur. reum, multo minus nec testis. ¶ Item quicū-
que nó admittitur ad accusat. nec ad testimonium, vt
4. quæst. 3. testes autem. sed accusatus non admittitur
ad accusationem, vt ff. de pub. iud. is qui. ergo nec ad
testimonium. ad hoc facit ff de lib. caus. qui doli.

CONTRA. Sed contrarium probo: Nam pen
dente appellatiōe, si aliquis eam persequitur, interim
non reputatur infamis, vt ff. de his qui no. infa. furti ac
cipe, circa princip. ergo cum non sit infamis. potest ad
testimonium admitti accusatione pendente. ¶ Prete-
3 rea. † appellatione pendente, status appellantis inte-
ger esse debet, vt ff. nihil no. appel. inter. l. vna. circa me
dium. ¶ Item prælato accusato accusatione pendente,
non est obedientia deneganda, vt 8. quæstio. 4 nonne.
¶ Præterea, edictum de testibus prohibitorium est, vt
ff. de testi. l j. § j. ¶ Item lite pendente libertatis, serui
vt liberi reputantur, vt ff. de libera. cau. ordinata.

SOLVTIO. Dicit D eum non esse admittēdum.
Sed T. dicit, & melius, eum non esse admittendum in
criminali: in ciuili vero admitteretur, si probasset se e-
gisse pœnitentiam de crimine: quod verum credo, ni-
si de iure remanserit post pœnitentiam infamatus. de
cle. extrauag. de testi. c. vlti. videtur determinare hanc
quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium iniuriati an valeat, si paratus est iura
re statim.*
2 *Præposteratio non obest ordinibus.*
3 *Ordo inuersus iudicia turbat.*

Quæstio. 46.

1 ALIQVIS † fuit ductus in testimonium nó iura
tus, deposuit forte imperitia iudicis: modo quæ-
ritur, verum testimonium eius valeat, si paratus est iu-
rare vera esse quæ dixit incontinenti.

PRO. Quod valeat, probo: Nam ea quæ inconti-
nenti fiunt, videntur inesse, vt ff si cer. pet. l. lecta est in
auditorio, & C. de pac. in bonę fidei, & l. petens, ergo
perinde habēdum est, ac si in ipso testimonio iurasset.
¶ Præterea præposteratio in ordinibus nihil nocet, vt
3. distinct. solicitudo, & extraua. de cleri. per sal. pmo.
c. vno minus hic nocere debet præposteratio, vbi min⁹
2 periculum vertitur. ¶ Item † testis iste bonæ famæ ha-
betur, ergo pro eius testimonio est psumendū, cū in-
continenti velit iurare vera esse quæ dixit, vt 4. quæst.
3. §. item in criminali, versi. item testibus.

CONTRA. Contrarium probo: Nam constat q
testis iste deposuit non iuratus, nec iuramentum fuit
remissum, ergo eius testimonium valere non debet, vt
quęst. 3. § item in criminali. ver. item iurisiurandi, & ex
3 tra. de testi. c. tuis. ¶ Præterea, † ordo semper seruandus
est in iudiciis, vt 2. quęst. j. in primis, & § his omnibus,
& si contra iuris ordinem fiat aliquid in iudicio, nó va
let quod factum est, vt C. de ap. l. j. & 2. quæstio. j. in pri-
mis, & extra de rescrip cum dilecta.

SOLVTIO. [illegible] mihi respondit, quod valet eius
testimonium, si incontinenti iurat, nec est iste talis or-
do qui noceat, quod satis credo, si testis ille sit bonę [illegible]
mę quidam tamen dicunt contrarium, vt T. tutius vi-
detur vt iuret, & posteat dicat quę vidit.

SVMMARIVM.

1 *Administrator ecclesiæ in contractu nomine ecclesiæ
per eum inito, super dubitatione an in testem reci-
piendus.*
2 *Canonici omnes ad testimonium super rebus ecclesiæ
admittuntur.*
3 *Syndici in causis syndicatus, vt testes non admittun-
tur.*

Quæstio 47.

1 ALIQVIS † erat administrator ecclesię, qui ec-
clesię nomine cum aliquibus contractum iniit.
Sed cum ille contractus postea in dubium reuocare-
tur, ecclesia super eo volebat inducere administrato-
rem in testem: modo quæritur, an posit.

PRO. Quod admitti posit, videtur manifeste p
bari. Nam iste administrator nulla lege à tali testimo-
nio prohibetur, ergo debet admitti, cum edictū de te-
stimonio sit prohibitorium, vt ff. de testi. l. j.
2 ¶ Præterea, † omnes canonici admittuntur ad testimo
nium super rebus ecclesiæ, vt extra. de testi. cum nun-
cius, & 14. quæstio. 2. super prudentia. ergo & iste cum
sit canonicus, admitti debet, & multo fortius si non est
canonicus ¶ Præterea, legatarij admittuntur ad testi-
monium pro testamento. licet intersit sua indirecte, vt
insti. de test. § legatarius. ¶ Pręterea, trib⁹ cócessa fuit
eligendi potestas, sed cum postea dubitaretur, quali-
ter electio facta fuerit, isti tres ad testimonium sunt ad
missi, vt extra. de elec. cum dilecti. ¶ Pręterea, casus vi
detur expressus ff. de iure fisci. differre, §. idem decre-
uerunt.

3 CONTRA. Contrarium probo: † Nam licet ca
nonici admittantur pro ecclesia, tamen eorum syndi-
ci vel actores non admittuntur in causis in quib⁹ sunt
syndici vel actores, vt extra. de testi. insuper.
¶ Præterea, aduocato, iudici, vel assessori nó creditur
super causa, quia interfuerunt, vt 2. quæstio 6. statuen-
dum, & ff. de testi. l vlti ¶ Præterea, sua interest, cū for-
te nó bene contraxit, vel dicitur ei quod precium rece
pit, quod ipse negat: ergo talis admitti non debet, vt 4.
quæst 3. §. item in criminali, ver. nullus idoneus, & C.
de testi. omnibus in re propria.

SOLVTIO. Videtur standum illi legi, deferre,
cum ecclesia fisco comparetur.

DE IVRAMENTO CA-
lumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Iurandum de calumnia nūquid sit in causa appella
tionis.*
2 *Appellationis causa an sit eadem cum principali*
3 *Appellatio extinguit pronunciatum.*

Quæstio 48.

1 QVAERITVR, † vtrum in causa appellatio-
nis sit de calumnia iurandum.

PRO. Et videtur quod sic: quia in causa ap
pellationis iurat aliquis se non mo-
uisse litem iniuste, vt C. de iura. calum. l. 2. in si primo
respó. sed potest esse q in causa princ. nó mouit iniuste
litē, sed in causa appel. moueret, quare iurabit uerum.
¶ Præterea, lex videtur hoc expresse dicere ff. de dā. in-
2 fec. qui bona. §. si quis stipulat⁹. ¶ Ité † aliud est iudiciū
appel. à principali, vt 16. q. 3. Osius, & 4. quæst. 6. si epi-
scopus. vnde procurator causam appellationis defen-
dere non tenetur, vt C. de procu. inuitus.

CON

CONTRA. Contrarium probo: Nam causa appellationis eadem dicitur cum principali, vt 2. quæst. 6. si quis in quacunque, & cap. possum, & C. ne liceat in vna eademque causa. l. vna. & ita cum sit eadem, nó est nisi semel iurandum. ¶Præterea hoc iuramentum est tantum semel præstandum, cum iuret in toto negocio nihil calumniose exigere, vt C. de iuramen. calum au-
3 thent. sed hodie. ¶Item † appellatione extinguitur pronuntiatum, vt ff. ad Turpil. l. j. in fi. ergo pro eodem habendum est, ac si nulla sententia lata esset, quare nó videtur iterum iurandum.

SOLVTIO. Dicit Hug. quod de iúre iterum debet iurare in causa appellationis, cú videatur alia causa. ¶Præterea, potest in ea calumniari, licet non fuerit prius calumniatus, quanuis secus de consuetudine obseruetur.

DE FIDE INSTRVmentorum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij cõfirmatio nũquid sufficiat sine primi exhibitione.*
2 *Iuramentum mentionatum in alio, an proponendũ.*
3 *Confirmatio priuilegiorum quid operetur.*

Quæstio 49.

1 SAEPE † contingit, quod dominus papa confirmat priuilegium alicuius, Nos inhærentes vestigiis prædecessorum nostrorum, confirmamus tibi priuilegium tuum. modo quæritur, vtrum sufficiat ista confirmatio ad probationem, cum sit ibi tenor primi priuilegij, vel vtrú teneatur ostendere authenticú.

PRO. Quod teneatur ostendere authenticum, probo: Nam si authenticam scripturam nó videmus, ad exemplaria nihil facere possum⁹, vt ext. de fide instrumé.
2 c. j. ¶Præterea, † si quis in alieno documento alterius fecerit mentionem, illud de quo fit mentio, necesse est exhiberi, vt C. de eden. authent. si quis in aliquo documento, & hoc videtur dicere decre. ext. de fide instru. cótingit. ¶Præterea, p cófirmationem nihil noui iuris acquiritur, sed vetus ius solummodo confirmatur, vt extra. de confir. vti. vel inuti. examinata.

CONTRA. Cótrarium probo: Nam priuilegiú primum est authoritate principis innouatum. cum tenorem primi non posuerit in confirmatione sua, ergo confirmatio talis vires perpetuas obtinebit, vt extra. de fide instrumen. c. vlti & C. de testa. publicata, & ita sufficit ostendere tantum confirmationem Papæ.
3 ¶Præterea, † licet priuilegium primum validum non esset, tamen per confirmationem Papę validum efficitur, vt extrau. de transact. c. j. quare videtur sufficere, si confirmatio ostendatur, immo videtur sufficere sola præsentatia principis, vt confirmetur inualidum, vt C. de testa omnium.

SOLVTIO. T. dicit, q si totus tenor primi priuilegij ponitur in confirmatione Papæ, quem tenorem dominus papa vidit, cófirmatio perpetuas vires habebit, & si primum priuilegium non ostendatur, cum videatur primum publicatum authoritate principis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum totũ nunquid corruat, si in aliqua parte sui non rite constet.*
2 *Regula, vtile per inutile quomodo procedat.*
3 *Scriptura etiã Augustini pro parte potest probari, & pro parte non.*
4 *Falsitas ibi est, vbi est quæstionis vis.*

Quæstio 50.

1 ALIQVOD † instrumentum erat vitiosum in aliqua parte sui. modo quæritur, vtrum totú instrumentum debeat dici falsum.

PRO. Et certe videtur quod sic: Nam si in testimonio alicuius inuenitur aliquid falsitatis, totum eius testimonium decoloratur, & nihil valet, 3. quæstion. 9. pura: & idé penitus debet dici in instruméto, cum nomine instrumenti significentur testes, vt ff. de fi. instru. l. j. ¶Præterea, ca. expresse dicit, q si in sacris scripturis inuenitur aliquid falsitatis, nihil veritatis remanebit in eis, vt 9. dist. si ad sacras. á simili idem erit in iudicio. calumniosa enim scriptura, vim in iudicio obtinere non debet, vt ff. de fide instru. l. 2. in fi. cum ex modico vitio totum instrumétum dicatur suspectum, vt ff. qué-
2 admo. te. aperi. l. j. in fi. ¶Item † propter vnius rei iudicium venditio tota rescinditur, vt ff. de ædil edi. cú eiusdem. cum vtile per inutile vitietur, vt 16. dist. canones ¶Præterea, si in rescripto domini Papæ aliqua falsitas depræhendatur, totum rescriptum iudicatur falsum, vt extra. de cri. fal. licet.

CONTRA. Contrarium probo: Nam sententia lata pro parte potest valere, & pro parte non, vt extr. de ar. cú tempore, & extrauag. de testa. R. y. utius de Clera. á simili. & instrumentum pro parte potest valere, & pro parte non. ¶Item si ex pluribus causis vel capitulis transactio facta fuit, falso instrumento interueniente, illud capitulum solum rescindetur, quod ex falso instrumento fuerit conuentum, vt C. de transac. si ex falsis. á simili ergo & ista particula instruméti debet dici falsa, & vitiari, in qua depræhenditur falsitas, cæteris
3 manentibus. ¶Item † vtile per inutile vitiari non debet, ff. de ver. obl. quæ extrinsecus, & 11. quæst. 2. si quos. ¶Præterea, scriptura aliqua etiá Augustini, potest approbari pro parte, & pro parte non, vt 8 distinct. negare. & c. quis nesciat. in fin. multo fortius instrumentú ab aliquo tabellione confectum, potest pro parte approbari, & pro parte non.

SOLVTIO. Si capitula sunt connexa. quod vnú est accessorium alteri, vno reprobato, connexa & accessoria cessant: secus, si sunt separata, vt pbatur, ff de mino. etiam. §. ex causa. vel distingue per decr. ex r. de fi. instru. ex literis. Io. Teutonicus dicit, quod totum instrumentum est falsum, si in parte modica inueniatur falsum, nisi probetur verum, vt C. de proba. l. penul B. & T. dicunt. quod tantum ille articulus erit falsus, &
4 ab aliis separatus. † sed ibi est falsitas. vbi est vis quæstionis, vt C. de transact. non ex falsis. Ego credo quod totum instrumentum erit suspectum qualitercunque falsitas depræhendatur, nec ei adhibebitur fides, nisi aliás de veritate constaret, vt ff. de fide instrum. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad quem fieri debeat, vbi vnus ex delegatis cõmittit totam causam. & alter partem tãtum. 3.*
2 *Appellatio de vno ad alterũ vbi sunt iudices pares, fieri an possit.*

Quæstio 51.

1 ESTO † quod duo sunt iudices delegati, vnus committat totam causam alij, & alius eius partem tátum: modo quæritur, ad quem appelletur.

PRO. Et certe videtur, quod ad dominum papá appelletur: quia delegatio facta in totum, exigit quod ad dominum papam appelletur: illa vero quæ fit pro parte, exigit q ad proximum delegantẽ, ergo tenebit appellatio facta ad dominú papá tanquá ad digniorẽ, extra. de appel. si duobus. ¶Præterea, si dicas, q teneat appellatio facta ad proximú delegantem, sed ipse sol⁹ non potest cognoscere, ergo cognoscet cum eo, á quo appellatur, quod esse non debet, vt extrauag. de sen-tent. excommunica. cap. per tuas, & extrau. de appella.
2 accepta, & 2. quæstion. 6. §. ab eo autem. ¶Præterea, † si

hoc contingeret, sequeretur quod fieret appellatio ad seipsum: quod videtur absonum. ¶ Item causa excellentioris dicitur potentior, vt de poe. dist. j medicamētū. ¶ Item sunt pares, ergo ab vno ad alterum non appellatur, vt 2. quęst. 6. §. illo.

CONTRA. Contrarium probo. Nam quandoq; appellatur ab ordine & pręside ad ipsum pręsidem, vt ff quando ap. sit. l. j §. sed pręses. ¶ Pręterea, quandoque appellatur à metropolitano ad concilium, in quo præsidet metropolitanus, vt 17. dist. multis. & 2. q. 6. omnes. ita non est inconueniens, si appelletur ab aliquo ad seipsum cum alio ¶ Præterea, decre. videtur expressa, extra. de offi. iudi. deleg. super quęstionum, in versi. illo. cum aūt aliquid. ¶ Præterea, †maius ad minus quando

3 que trahitur, vt C. de do. ante nup. l. cum multæ. in illo versu, disparibus etenim. ¶ Præterea, per illum qui cōmisit totum, non debet fieri deterior cōditio eius qui non commisit, vt ff. de regu. iur. non debet alteri.

SOLVTIO. Audiui Io. dicentem quod in hoc casu esset appellandum ad dominum papam tātum. T. dicit contra super decre. extr. de offi. iudi. deleg. super quæstionum. eadem est quæstio, si vnus socius alteri socio committat causam, licet aliquid sibi de iurisdictione reseruat, idem est & si sint tres iudices.

SVMMARIVM.

1 *Appellans simpliciter, ad quem videatur appellasse.*
2 *Ius ciuile simpliciter prolatum, de quo intelligendū.* *Calendarum nuncupatione prima veniunt.*
3 *Tutoris datio in dubijs corruit.*

Quæstio. 52.

1 ESTO † quod aliquis dicat simpliciter, appello, & nihil amplius: modo quæritur, vtrum intelligatur appellasse ad dominum papam, an ad proximum superiorem.

PRO. Et certe videtur quod ad dominum papā. Nā ecclesia Roma. excellentior est aliis, vt 9. quæstio. 3. cuncta per mundum, & c. per principalem. & extra. de priuil. antiqua. ergo cum dico, appello, intelligitur, ad Romanā ecclesiam: sicut cum dico, apostolus, intelligitur Paulus: & cum dico, propheta, intelligitur Dauid: & cum dico, poeta, apud Latinos intelligitur Vergili-

2 ús, vt institu. de iure na. §. sed ius. ¶ Præterea, †cum dico, ius ciuile: simpliciter intelligitur ius ciuile Romanorum: vt in eo §. dicitur, & sic videtur appellasse ad Rom. ec tantum.

CONTRA. Contrarium probo: Nam medius nō est prætermittendus, vt appelletur ad dominum papā, vt 2. quæstio. 7. metropolitanum. ¶ Præterea, gradatim appellādum est, vt 2. q. 7 §. illo videlicet. & ita videtur quod potius fiat appellatio ad proximū superiorē, quā ad dominū papam. ¶ Item cū dicitur Kalendis, intelligitur d e proximis tātum, vt ff. de verb. oblig. cum qui Kalēdis, qui ante Kalēdas, & ita videtur ꝗ potius fiat appellatio ad proximū superiorē, quam ad dominū pa

3 pam ¶ Præterea, †videtur ꝗ talis appellatio nō valeat. nam si duo sunt Titij pater & filius, & datus sit Titius tutor, nec apparet de quo testator senserit, nō valebit datio tutoris, vt ff. de testa. tute. duo sunt Titij.

SOLVTIO. Dicit T. quod intelligitur appellatio fieri ad proximum superiorem, & non ad dominū papam, cum ordinate debeat appellari.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus si non dederit ad diem, an post diē possit appellare.*
2 *Sententia ante conditionem existentem an liget.*

Quæstio. 53.

1 ESTO †quod iudex pronunciet sic: si 10. non dederis infra 10. dies, sis excommunicatus, post 10. dies vult appellare: modo quæritur, an possit.

PRO. Quod non possit, sic probò: Nā post 10. dies sententia transit in rem iudicatam, vt extrau. de sen. & re iud. cum inter, & extrau. de elect. cum dilecti. in fin. ¶ Pręterea, dies appellationis est computandus à tēpore latæ sententiæ, & non existentis cōditiōis, vt 2 q. 6. §. biduū. ¶ Præterea, videtur decre. expressa. extrauag. de senten & re iud. quod ad consultationem, quæ eundem casum ponit.

2 CONTRA. †Sed contra, talis sententia ante cōditionem existentem non ligat, vt extraua. de senten. excommunica à nobis, ergo potest per appellationem releuari, cum ex conditionali sentētia nulla actio oriatur, nisi conditio extiterit. ¶ Præterea, decre. videtur dicere quod ante conditionem possit aliquis appellare, vt extra de appel. præterea.

SOLVTIO. Non credo quod post 10. dies valeat appellare. per iura superius allegata, licet D. dixerit se dubitare, & ideo hanc posui quæstionem, cū mihi dubitabilis non videretur. idem dicit dominus T.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo, suffectus in locū ad quem, an cognoscat de causa eadem.*
2 *Filius potest in causa patris ius dicere.*
3 *Recusandus est, qui recusationis causam habet.*

Quæstio 54.

1 CAVSA fuit agitata coram episcopo, lata fuit sentētia ab eo, appellatum fuit ad archiepiscopum: mortuo archiepiscopo, loco eius substituitur episcop^9. quæritur, vtrum possit cognoscere de causa illa.

PRO. Et videtur quod sic: Nam episcopus iste substituitur loco archiepiscopi, ergo partibus eius fungi debet, & causam inceptam finire, vt ff. de iud. mortuo iudice, & ff. de regu. iur. qui in ius ¶ Præterea, in facto alterius personæ dignitas archiepiscopalis minorari non debet, vt ff. ce ali. iud. mu. cau. fa. l. j. in princi. & 16. quæstion. 6. si episcopum.

¶ Item aliquis potest aliquid ex alterius ꝑsona, quod ex sua non potest, vt C. de tempo. in integ resti. peten. & in fi. & institu. de inoffi. test. §. si tutor, & 3. quæst. 7. §. tria. versic. item si contra patrem.

2 ¶ Pręterea, † intelligi debet, si res permanserit in eodē statu, vt ff. de sol. cum quis. in princ. & 22. quæstione 2. ne quis arbitretur. ¶ Præterea, nō debet respici quod fuit ante, sed quod est modo, vt 50 distinct. ferrum, & ff. de adimen. leg si seruus. in fi. ¶ Præterea, dignitas facit, quod filius est iudex in causa patris, vt ff. de iudi. in priuati.

CONTRA. Nam erat causa recusationis contra ipsum, ergo potest legitime recusari, 3. quæstion. 5. quia suspecti, & C. de iud. apertissimi, circa medium, & extra. de appel. postremo, vbi dicitur, quod si aduocatus in causa fuerit aliquis, tanquā suspectus, recusari po

3 test. ¶ Præterea, decre. videtur expressa in hoc casu extra. de ap. ad hoc si invna. ¶ Itē iura indistincte dicunt, quod causa appellationis non debet ventilari coram eod. iudice, qui de principali causa cognouit, vt 2. q 6. §. ab eodem. ¶ Præterea, si aliquis dixit contra me testimonium in aliqua causa, possum eum repellere, vt ff. de testa. producti, & 4 quęstio 3. §. item in criminali, in princ. multo fortius hoc debet in principe cōtingere, quam in teste. ¶ Pręterea, semel functus est officio suo, siue bene siu emale, vt ff. de re iud. iudex, & extra. de offi. iudic. dele. in literis, in fi.

SOLVTIO. Ego credo ꝗ debeat causam alij delegare episcopus ita factus archiepiscopus, vt ff. de iu. om. iu. prætor. alioquin posset recusari.

de

DE OFFICIO ADVOCATI.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus in causa appellationis pro eodem salario*
nunquid teneatur patrocinari.
2 *Appellationis causa alia est à prima.*
3 *Procurator simpliciter datus, causam appellationis*
prosequi teneatur.

Quæstio 55.

1 QVERITVR, † vtrum aduocatus in causa ap-
pellationis pro eodem salario teneatur patro-
cinari.

PRO. Et certe videtur quòd sic: Nam
appellatione extinguitur pronunciatum. vt ff. ad Tur-
pill. l. j. in fin. ergo causa non potest dici finita. & sic te
nebitur patrocinari adhuc, non enim videtur condē-
natus qui prouocauit, vt ff. de poenis, l. a. §. mulier.
¶ Præterea, causa appellationis eadem est cum prima,
vt 2. quæst. 6. si quis in quacunque, & §. post secundam,
& C. de procura. ita demum.
2 ¶ Preterea, † pendente appellatione nihil est innouā-
dum, vt 2. quæstion. 6. §. appellatione, & ff. nihil. no. ap.
inter. l. vna. inuitus igitur consummare cogitur litem
quam incepit, vt C. de iudi. l. properandum, §. penulti-
nā nihil dicitur actum, cum quid superest ad agendum
vt C. quib. vt indig. l. penul. in fin.

CONTRA. Contrarium probo: Nam causa ap-
pellationis alia reputatur à prima, vt dicit ca. expres-
sè. 6. quæst. 4. Q sius. circa princ. & 2. quę. 6. si episcopus,
vbi dicitur, reuocetur, & ita aduocatus in causa appel-
lationis patrocinari non tenetur. Præterea sæpè in a-
liam prouinciam mittitur causa appellationis vel in
dioecesim, vt extrauag. de rescrip. cap. nonnulli, & 2. q.
6. §. illo. & ita secundum hoc, aduocatus defendere co-
geretur in alia prouincia, quod penitus est falsum, vt
3 ff. de procur. sed & hoc, §. non solum. ¶ Præterea, † pro-
curator simpliciter datus ad causam, appellationē pro
sequi non tenetur, vt C. de procu. inuitus. à simili nec
iste aduocatus.

SOLVTIO Consueuit dici ab omnibus, quòd
aduocatus non tenetur pro eodem salario patrocina-
ri in causa appellationis. & Pil. hoc dicit in quęstioni
bus suis, & licet dicatur eadē cā & idem negocium, ta
men aliud est iudicium, cum alij sint iudices, & sic nō
obstat l. C. ne liceat in vna eadémque causa. l. vna.

DE CONFIRMATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit absoluere, quem per suam sententiā*
à papa approbatam, excommunicauerat.
2 *Papa sententiam confirmās, an idem sit, ac si illam*
tulisset.
3 *Ius vetus per confirmationem reseruatur.*

Quæstio 56.

1 ESTO † quòd papa confirmet sententiam excō-
municatiōis latam ab aliquo iudice, nūquid idē
iudex poterit postea excommunicatū absoluere?

PRO. Et videtur quòd non: quia si dominus papa
aliquid confirmat, nullus de hoc poterit cognoscere si
ne speciali mandato ipsius, vt extrau. de confir. vti. vel
2 inuti. ca. j. & 2. ¶ Præterea, † postquam dominus papa
sententiam confirmat, idem est ac si eam tulisset, vt C.
de ve. iu. enu. l. j. §. omnibus quæ illo. ver. omnia enim.
sed si eam tulisset, nullus præter dominum papam pos
set eum absoluere, vt extraua. de elect. venerabilem in
3. col. & extra. de offi. iud. or. pastoralis. §. edoceri, & a-
lius iudex non poterit eum absoluere.

CONTRA. Contrarium probo: Nam decreta.
expressa est in casu isto, extraua. de institu. ca. 3 nisi vbi
ille qui tulit sententiam, soluit, licet dominus papa cō
firmauerit eam. ¶ Præterea, dominus papa non reserua
uit sibi absolutionem; ergo ille iudex qui tulit senten-
tiam, potest excommunicatum absoluere, vt extra. de
3 sen. excom. nuper versus fi. ¶ † Item per confirmationē
vetus ius reseruatur, vt 12. dist. præceptis, & extra. de fi
de instrum. inter. ergo qui ante confirmationem pote
rat absoluere, & nunc potest.

SOLVTIO. Credo quòd iudex possit absoluere
non obstante confirmatione domini papæ, per decre.
extra. de inst. c. 3.

SVMMARIVM.

1 *Rei à papa confirmatæ, an quicquam noui iuris ac-*
cedat.
2 *Priuilegia innouata an censeantur confirmata.*

Quæstio 57.

1 QVAERITVR, † vtrum aliquid noui iuris ac
cedat rei confirmatæ à domino papa.

PRO. Et certe videtur quòd sic: quia actione
sua non potest vti, nisi de mandato con-
firmantis, vt extra. de confir. vti. vel inutili. c. j. & 2.
¶ Præterea, transactio quæ personalis est, efficitur rea
lis per confirmationem papæ, vt extra. de transac. ve-
niens, versus fi. Item quòd aliquid operetur confirma-
tio papæ, legitur expresse extra de pact. c. veniens. & ex
tra. de confir. vti. vel inuti. venerabilis.

2 CONTRA. Sed certe contrarium probo: † Nā
per confirmationem domini papæ nihil noui iuris ac
crescit, vt dicit decre. expresse. extra. de fid. instrum. in
ter, & 12. dist. præceptis. circa medium, & extra. de con
fir. vti. vel inuti. ca. vlti. ¶ Præterea. innouando priuile
gia videtur ea confirmare dominus papa: & tamē per
talem confirmationem nil noui iuris accrescit alicui;
vt extra. de priuil. ex parte, & extra. de confirm. vti. vel
inuti. ca. cum dilecti.

SOLVTIO. T. dicit, quòd si cōfirmatio fiat cum
causæ cognitione, prodest: si autem dicatur, sicut iuste
lata est, nihil prodest.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla per appellationem, nunquid cōfir-*
metur. 3.
2 *Pactum quod nullum, non ratificatur. Idem de hæ-*
reditatis aditione.

Quæstio. 58.

1 QVAERITVR, † si appelletur à snia quę nulla
erat ipso iure, vtrū cōfirmetur per appellat.

PRO. Et certe videtur ꝙ sic, per ff. rem ra. ha.
l. 3. § falsus. vbi iudiciū quod nullū erat
cum falso procuratore, confirmatur per appellationē.
¶ Item cum falso procuratore iudicium nullum, vt ex-
tra. de procura. in nostra, in fi. & tamen potest haberi
ratum, vt ff. de iudi. licet.

2 CONTRA. † Cōtrarium probo: Nam quod nul
lum est, ratificari non potest, vt ff. de regu. iur. quod ab
initio, & extra. de elect. auditis. ¶ Præterea, lex videtur
hoc dicere expresse, & ff. de ap. si expressim.
¶ Item pactum quod nullum est, ipso iure ratificari nō
potest, vt ff. de pact. si tibi decem, §. si pactum. Similiter
aditio hereditatis quæ nulla est ipso iure, ratificari nō
potest, vt institu. de authoritate tutorum. circa finem.

SOLVTIO. Non credo quòd per appellationē
confirmetur sententia, & l. illa ff. rem rat. hab. l. tertia.
§. falsus. non obstat. quia sententia tenuit, quantum ad
procuratorem: & quòd sit aliqua, quantum ad eum, ha
bes ff. de re iudicat. l. si se non obtulit, circa princip.
3 legis. † tutius tamen est sic appellare, Ego talis sen-
tiens me grauatum, dico talem sententiam à tali iu-

dice latam, fore nullam, sed si qua est, appello.

DE ALIENATIONE RE rum ecclesiasticarum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor nunquid præscribat rem ecclesiasticam sine debita forma alienatam.*
2 *Ignorantia iuris vsucapionibus non prodest.*
Malefidei possessor est, qui contra legem interdictam mercatur.
3 *Error iustus vsucapientibus prodest. Item & titulus putatiuus.*

Quæstio. 59

1 ESTO, † quòd res ecclesiastica vẽdatur sine debita forma, scilicet à solo prælato: modo quæritur vtrum emptor possit præscribere.

PRO. Et certe videtur, quod non: Nam contractus nullus est ipso iure, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum, & 12. quæst. 2. sine exceptione, circa fin. & C. de sacros. eccles. iubemus, circa medium, vbi dicitur, pro eodem est ac si non esset vendita, ergo cum ex illa venditione titulus non oriatur, non poterit ex tali venditione præscribere. ¶ † Præterea, iuris ignorantia nõ prodest vsucapionibus vel præscriptionibus, vt ff. de vsuca. nunquam, & ff. de iur. & fac. igno. iuris igno. ¶ Item tempore male alienantis nulla currit præscriptio, vt 13. quæst. 3. sacerdotes. ¶ Præterea malæfidei possessor dicatur ille, qui contra legum interdicta mercatur, vt C. de agri. & cen. quemadmodum, in fin. lib. 11. & ita præscribere non potuit, vt extra. de præscrip. vigilanti.

CONTRA. Contrarium probo: Nam licet ecclesia de manu laici recipiatur, tamen possidenti datur præscriptio, vt extra. de iure pat. cura pastoralis.

3 ¶ Præterea † titulus putatiuus & iustus error vsucapientibus prodest, vt ff. pro emptore idest quod vulgo. Item licet donatio facta sit contra iura, tamen possidens per 40. ann. se poterit præscriptione tueri, vt ex. de dona. apostolicæ. vltra medium. ¶ Præterea, ignorantia iuris in dãno vitãdo nulli nocet, vt ff. de iur. & fac. igno. error facti, in fin.

SOLVTIO. H. dicit, quòd talis emptor nõ præscribit, per iura superius allegata. Idem dicit T. & in illa decreta. apostolicæ, vt dicit D. fuit ignorantia facti & non iuris. Quæstio enim erat, vtrum ecclesia læderetur enormiter, cum non esset apparens enormis læsio ecclesiæ. T. mihi respõdit quod talis titulus sufficit ad præscriptionem, si habuit bonam fidem emptor.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an restituenda, si rem vendidit tanti quanti potuit, & postea inuenitur qui plus offert.*
2 *Tempus venditionis inspicitur in emptione.*
3 *Ecclesiastica res quando alienabiles.*

Quæstio 60.

1 ESTO † quòd ecclesia dedit terram aliquam in emphyteusim, & vendidit eam tanti quanti potuit, sed postmodum apparet, qui vult plus exhibere: modo quæritur, vtrum Ecclesia restituatur.

PRO. Et certe videtur quòd sic: quia minor in hoc casu restitueretur, vt ff de mino. & sine, §. primo. ¶ Præterea, decre. videtur expressa in hoc casu, extra. de rebus eccle. alie. vel non ad aures, circa fin. Item † quæ de
2 nouo emergunt, nouo auxilio indigent, vt ff. de interrog. act. de ætate. § ex causa.

CONTRA. Sed contra: tempore venditionis nõ potuit plus habere ab aliquo, quod tempus respicitur in emptione, vt extra. de emptio. & venditio. cum causa, & ff. de euic. ex mille, §. j. in fin. & C de rescindẽda vendi. si voluntate, ergo ecclesia non potest dici læsa. ¶ Præterea, euentus facultatis non indulgent restitutionem, vt ff. de mino. verum, §. item nec restituetur. Item non videtur ecclesia læsa esse, quæ vtitur iure cõ
3 muni, vt C. de in integ. resti non videtur. ¶ † Præterea, ecclesia ab initio non fuit læsa, ergo emptor iste & cõductor sine culpa sua iure suo priuari nõ debuit, vt 16 quæst. 7. inuentum.

SOLVTIO. Non credo ecclesiam restituendam. Idem dicit T. in prædicta decre. ad aures. ¶ Item res ecclesiæ alienari non possunt nec obligari, nisi propter vtilitatem ecclesiæ, & cum debita forma, 12. q. 2. sine exceptione.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia nunquid teneatur de pecunia mutuo accepta, quam episcopus perdidit.*
2 *Ecclesia iure minoris fungitur.*
3 *Casus fortuiti non imputandi.*

Quæstio 61.

1 ESTO. † quod propter vtilitatem ecclesiæ, pecunia mutuo sit accepta, sed prælatus ecclesiæ casu perdidit eam: modo quæri. vtrũ eccle. teneatur.

PRO. Et videtur quod non: quia ille creditor tantum habet actionem de credito, qui probat pecuniam in vtilitatem ecclesiæ versam, vt 10. quæ. 2. hoc ius porrectum, in fin. ¶ Præterea, curiosus debet creditor esse quod pecunia eius reddatur, vt ff. de in rẽ verso, quod
2 si seruus, §. sed & si sic. ¶ Item † ecclesia fingitur iure minoris, sed minor non tenetur de mutuo, nisi inquantũ probatur locupletior factus à creditore, vt C. si aduersus credi. l. prima & 2. Item non dicitur versum, si non duret versum, vt ff. de in rem verso. si pro parte. §. versum.

CONTRA. Contrarium probo: Nam euentus damni, facto contingentis, non indulget restitutionẽ, vt ff. de mino. verum, §. non restitueretur, & ff. de solut. in pupillo. ¶ Præterea, accepta fuit pecunia mutuo in casu concesso, & cum debita solennitate, ergo periculũ rei creditæ desiit pertinere ad ipsum, vt ff. de rei
3 vendi. si nauis. in fin. in primo respon. ¶ Præterea, † casus fortuiti non imputantur, vt C. de pig. actio. quæ fortuitis. incendium enim ære alieno non eximit debitorem, vt C. si certum peta. incendium. Item si pecunia sit recepta in vtilitatem domini, licet casu perierit, nihilominus tenetur dominus, vt ff. de in rem verso, si seruus.

SOLVTIO. T. dicit, quòd ecclesia tenetur, si casu pecunia sit amissa, quod dicit T. intelligitur, si in traditiõe casu periit: secus, si alio modo perdita esset: quia tunc ecclesia restituetur. quod dicit H.

DE COTRNAHENDA emptione.

SVMMARIVM.

1 *Venditor nunquid agat ad supplementum, re minoris empta, apud emptorem pereunte. 3.*
2 *Periculum ad emptorem quod pertineat.*

Quæstio 62.

1 PONE † quód res empta min⁹ dimidia iusti precij, pereat penes emptorẽ: nunquid venditor poterit agere ad supplementum eius precij?

PRO. Et certe videtur quòd sic: Nam emptor ad duo tenetur alternatiue, vel rem restituere, vel supplere iustum precium, vt extra. de emption. & vendi. cum dilecti, circa fin. & in eodem tit. ca. cum causa ergo cũ vnũ iam facere non possit, tenetur ad aliud, vt ff. de

ff.de contrah.emp.& vendi.si in emptione.§.si empt.
2 ¶Præterea,†periculũ rei venditæ & traditæ, pertinet ad emptoré,vt ff.de peri.& com.rei ven.id quod.& C. eo.tit.l.j.& insti.de contrah.emp.& ven.§.cum autem.

CONTRA. Contrarium probo:Nã si mulier decepta sit in æstimatione dotis, & res æstimata pereat, maritus nõ tenetur nisi ad expressum precium.vt ff.de iure dot.si res æstimata.§.si mulier.& ff. sol.mat. si circunscripta.in fin.à simili & iste non debebit supplere: multo magis vbi pretium expressit,cùm in dotibus sit fauor maximus,vt extra.de pig.ex literis.circa finem.
3 ¶†Præterea,non debet aliquis duplici afflictione affici,vt 24.q.5.quid potest.& extra.de cleri.ægrotan.c.vi ti.& 55.distin.eunuchus.

SOLVTIO. Dicit H.quòd talis emptor tenetur ad supplendum iustum pretium.Idem T.dicit.

DE PERMVTATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio spiritualium nunquid concessa.*
2 *Ecclesia potest cum ecclesia permutari.*

Quæstio 63.

1 QVAERITVR,†vtrum permutatio posit fieri in spiritualibus.

PRO. Et certè videtur quòd non: quia præbenda non potest cum præbéda permutari,vt extra.de rer.permu.quæsitum.& extra.eo titul. cum vniuersorum.immò etiam quod plus est,tales merentur illis beneficiis spoliari, vt extra de rerum permu.cum olim.in fin.

2 CONTRA. Contrarium probo: Nã ecclesia potest cũ ecclesia pmutari,vt extrau.de rer pmut.ad q̃stiões, & 16.q.vlt.nemini:hoc enim solũ prohibetur, ne p spirituali detur temporale,vt extra.de transact. super eo.

SOLVTIO. Lau.dicit,quòd si res spiritualis possidetur tanquam beneficium,non potest fieri permutatio,sed tũquam proprietas possidetur,vt monachi qui habét capellas vt proprietatem:tunc potest permutatio fieri.idem dicit T.quòd nullus potest habere titulum canonicum sine episcopo, & bene permutant ecclesiam,& vendunt sine licentia episcopi,& tenet contractus de consuetudine.

DE REVOCATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus,nunquid possit reuocare mandatũ.*
2 *Amissa spontè non sunt reuocabilia.*

Quæstio 64.

1 ESTO† quòd iudex delegatus committat alij totam causam:ille recepit & etiam aliquantulum processit in causa:modò quæritur,nunquid poterit postea reuocare mandatum.

PRO. Et certè videtur q̃ non:quia mandatum non reuocatur nisi in re integrà,vt extra.de electio.in causis,& extr.de procu.ex insinuatione.C.de act & oblig. sicut in initio, ¶Præterea,nihil reseruauit sibi de iurisdictione iste delegatus,totam causam alij cõmittẽdo.ergo ex toto desinit esse iudex,vt extra.de offi.iud.
2 delega.super quæstionum,in illo versi.porrò. ¶†Item quod sponte amisit,amplius reuocare nõ potest,vt extra.de resti.spol.c.2.& extra.de renun.ex transmissa.

CONTRA. Contrariũ probo:Lex dicit expresse, quòd iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit, vt ff.de iudic. iudicium soluitur,& l.cum prætor,& ff. de offic.proconsul.solent.j.respon.§.sicut autem.

SOLVTIO. Si iste est ordinarius qui delegat, quandoq; poterit reuocare:quia licèt commiserit alij, non tamen desiit esse iudex. Si est delegatus,& totam causam alij cõmisit:si ille recepit,nõ potest posteà reuocare:si autẽ non recepisset delegans, poterit iterũ se intromittere: quia verba cũ effectu sunt intelligẽda, vt extra.de cleric.non residenti.c.relatum.Idem dicit T.

SVMMARIVM.

1 *Consentiens in iudicem extraneum, an possit resilire ante litem contestatam. 3.*
2 *Nulli contra pactum suum licet venire.*

Quæstio 65.

1 QVIDAM † consensit in iudicem extraneum, is ante litis contest.voluit resilire:modò quæritur an possit.

PRO. Quòd non possit,sic probo: Nã quod semel placuit,amplius displicere non potest, vt 32.q.5.horrendus,& 8.q.2.dilectissimi.& ff.de adult.l.si vxor.in fi. ¶Præterea,quod iudex semel electus recusari non possit,dicit decre.expressè, extra.de offi.iudic. deleg.super quæstionũ circa mediũ, & ca.insinuante.
2 & 2.q.6.a iudicibus. ¶†Præterea,nulli contra pactum suũ licet venire,vt dicit lex expressè C.de pact.si quis in cõsiderando.quæ loquitur in hoc casu. ab initio enim libera fuit potestas dissentiendi,& post cõsensum coarctatur,vt C.de actio.& oblig.sicut ab initio.

CONTRA. Contrarium probo: Nam iudex iste ex consensu istius habet potestatem iudicandi. Nã cessante causa,cessare debet effectus,vt extra.de appell.c. cùm cessante. ¶Præterea,omnis res per quascunq; causas nascitur,per easdem dissolui meretur, vt extra.de regulis iuris.omnis res,& extrau.de spons.præterea. ¶Item quod consensu contractum est,contrariæ voluntatis adminiculo tollitur,vt C.quãdo lic.ab empt.dis.
3 l.j. ¶†Præterea,cùm res sit adhuc integra, videtur q̃ à proposito valeat resilire,vt extra.de elect.in causis.vers.si. ¶Præterea,lex videtur hoc dicere ff.de iurisdict.omn.iudic.si conuenerit.

SOLVTIO. Io.An.& H.dicunt,quòd dissentire potest,vsque ad lit.contest.vt ff.sol.mat.si cùm dotem, §.eo autem.Guilielmus tamẽ de Camiano dixit,quòd post additionem dissentire non potest, per l.ff.de iurisdic.omn.iud.si conuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Donationes episcopi, in casu sibi permisso donatis, reuocari an possint.*

Quæstio 66.

1 ESTO † quòd episcopus fecit donationes plures in casu sibi concesso:per vltimam tamen donationem ecclesia multum læditur.quæritur, vtrũ omnes sint reuocandæ.

PRO. Et videtur q̃ tantùm vltima reuocetur:Nam per eã solã læditur ecclesia,& ea ei tantùm est onerosa, ergo illa debet reuocari,vt extr.de do.fraternitaté.Item si vnica est donatio,tãtùm illud quod excedit mensuram legitimã reuocatur,vt 12.q.2.si quem,de fortis.& 14.q. 4.a simili,& si plures sint donationes, tãtùm superflua reuocari debent. ¶Præterea,omnes præter vltimam legitimæ fuerunt,ergo reuocari non debét, vt 6.quæst.2 4.quod semel. ¶Præterea,vtile per inutile vitiatur, vt ff.de verb.oblig.qui extrinsecus. ¶Præterea, lex est expressa C.de his quæ in fraud.patro.l.j.

CONTRA. Contrarium probo. videtur enim q̃ de omnibus debeat fieri detractio,vt C.de inof.don.si totas. Præterea,si libertus plures donationes successiuè fecit, si minorem centenario prior ipso iure nulla est;posteriores per Fauianam & Caluisianam reuocãtur,vt ff.de iur.patr.si libertus circa fi.legis,& ita vel omnes reuocantur,vel de omnibus detrahetur. Item quòd totum reuocetur,dicit lex expressè C.de reuoc. do.si vnquam.& 17.q.vlt.quicunque.

SOLVTIO. Dicunt quidam illi legi C. de inoff. do. si totas. esse derogatum, & certè T. dicit, q tantum vltima reuocatur, & hoc credo verum. Nam non restituitur minor, nisi in quo decipitur, vt ff. de mi. ex quæ, & lex illa si totas, intelligitur in Falcidia, & hoc notatur extra. de donat. apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Minus pars, eligendi potestatem sibi à maiore concessam, an possit reuocare.* 3.

2 *Initium in procuratore spectatur.*

Quæstio 67.

1 PENDENTE electione, † minor pars contulit alicui potestatem eligendi, maior pars elegit indignum, posteà actum est ita, q translata fuit potestas eligendi ad minorem partem, modò minor pars vult reuocare potestatem eligendi quam tulerat, vel prohibere ne illa eligat. quæritur, an possit.

PRO. Et videtur q sic: minor pars tempore collatæ potestatis potestatem non habuit eligédi, ergo pro nõ data habetur talis potestas, vt j. q. vlt. Daibertũ. in fin. & extra de iur. patr. quod autem. in fi. & C. qui pro sua
2 iurisd. l. j. ¶ † Præterea, de hac noua potestate nõ fuerat cogitatũ inter eos vel actũ, ergo talis potestas nõ intelligitur ei collata, vt ff. de trãsac. qui cũ tutorib⁹. ¶ Præterea, initiũ spectat in pcuratore, vt extra. de pba. post cessioné. Ité talis potestas ab initio non valuit, ergo ex postfacto nõ cõualescit, vt ff. de reg. iu. quod ab initio.

CONTRA. Contrariũ probo: Nam licèt concessio non teneat, tñ eã reuocare nõ possum, vt ff. de seru. præd. per fundũ. ¶ † Præterea, quod semel est approbatũ, amplius reprobari non potest, vt 35. q. 9. hoc reddus. ff. de adult. si vxor. in fi. & 8. q. j. dilectissimi.
3 ¶ † Præterea, res iam nõ erat integra, cùm iam cœperit procurator de electione tractare, ergo mandatũ illud reuocari non potest, vt extr. de elect. in causis, & extra. de offi. iudi. deleg. c. licèt. ¶ Præterea, inconstãtia & varietas reprobantur à iure, vt extra. de præsump. literas, & 4. q. 3. item in criminali. ver. item qui filio.

SOLVTIO. T. dicit q reuocare potest minor, & eligere potest, quidam tamen dicunt contrarium.

DE REGVLARIBVS ET transeuntibus ad religionem.

SVMMARIVM.

1 *Probationis tempus secundo, cuiquam an sit concedendum.* 4.

2 *Inducia noua quando concedenda.*

3 *Probationis tempus ad quid inductum.*

Quæstio 68.

1 ALIQVIS † intrauit quoddam monasterium, vt ipsum probaret: finito tempore probationis, exiuit: post longum tempus idem monasterium vel aliud monasterium eiusdem religionis vult intrare, modò quæritur, an dandum sit ei secundum tempus probationis.

PRO. Et certè videtur q sic: Nã iura indistinctè dicunt, q intranti religioné, dandũ est tépus probationis, vt extra. de regu. & transe. ad religio. ad apostolicam, & 4. di. legem. ergo & huic intranti dandũ est, & vbi ius non distinguit, nec tu distinguere debes, vt 2. q. 6.
2 consuluisti. & 31. q. j. q si dormierit. ¶ † Præterea, tépus illud probationis inductũ est in fauoré intrãtis religioné, & in fauoré monasterij, vt in prædicta decr. ad apostolicam, ergo talis fauor debet potius ampliari, vt ff. de lib. & posth. cum quidã, & extra. de dona. c. cũ dilectus. in fi. Item factus debilior propter maiorem ætatem, vel fortè infirmitaté, ergo ex causa superueniente nouæ induciæ dandæ sunt, vt ff. de interrog. act. de ætate. §. ex causa, & ff. de iudi. edictum. in fi.

CONTRA. Contrarium probo: Nam iste certus est de regula istius monasterij, ergo de ea amplius certiorari nõ debet, vt ff. de act. emp. & vend. l. j. in fin. & ff.
3 de ædili edict. quæritur. §. pen. Præterea, † asperitas est causa quare datur tempus probationis, vt 19. q. 3. monasteriis, & extra. de reg. & transeun. ad reli. quia in insulis. Sed cũ asperitas monasterij sit bene nota, cessante causa, cessat effectus, vt 63. dist. § verũ. ¶ Præterea, secundum hoc res posset procedere in infinitum, si quandocunq; vellet habere tempus probationis, quod reprobatur à iure, vt ff. de testi. l. j. in fi. & extra. de testi. c. per tuas. & c. seq. ¶ Præterea, religio non mutata illius monasterij quã notã habuit, ergo frustra petit tép⁹ ad deliberandum, vt extra. de dilatio. præterea, circa finé.

4 SOLVTIO. † Videtur mihi dicendũ, q si conditio vel religio monasterij non sit mutata, q non sit ei danda dilatio, nisi fortè defectus personæ interuenerit, & propter hoc timeat se non posse pati asperitatem, & tunc modica dilatio dabitur ab probationem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus religiosus per annum tantum, nunquid interim capiat fructus præbendæ.*

2 *Beneficium ecclesiæ quibus debitum.*

Quæstio 69.

1 QVIDAM † clericus intrauit religioné, vt esset in religione per annum de licentia sui prælati, modò quæritur, vtrũ debeat interim habere fructus præbendæ suæ.

PRO. Et certè videtur q sic: Nã interim non debet esse onerosus monasterio, vt 16. q. 6. de lapsis. in fi. & 27. q. j. si quis rapuerit. Præterea, eo tépore non est monachus, & potest infra tépus exire & reuerti ad ecclesiã,
2 ergo fructus interim debet habere. ¶ † Præterea, decretum videtur hoc expresse dicere, vt 17. q. 2. Consaldus.

CONTRA. Contrarium probo. Nã tépore probationis non facit residentiam in ecclesia, de qua petit beneficium, nec illi seruit, ergo in ea beneficium petere non potest, vt extra. de cleri. non resi. ex parte. ¶ Præterea, illis debetur ecclesiæ beneficium, qui eis sunt reperiuntur præstare obsequium, vt 12. q. 2. charitatem. in fi. Sed ecclesiæ non seruit, ergo ab ea non potest bene-
3 ficium petere. ¶ † Præterea, consuetudo se habet in cõtrarium, quæ est optima legum interpres, vt extra. de verb. sign. abbate.

SOLVTIO. T. dicit q fructus habebit interim oẽs, cùm sit clericus ecclesiæ, & possit reuerti, si velit.

DE MATRIMONIO.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia nunquid per minores possint contrahi, cùm matrimonium intenderent contrahere.*

Quæstio 70.

1 ALIQVI † minores annis intendebant contrahere matrimoniũ, cùm contrahere non possent, modò quæritur, vtrum sponsalia sint contracta.

PRO. Et certè videtur quod sic. Nam licèt aliquis intendat facere acceptilationem, & si sit inutilis, fortè tamen ex ea pactum tacitum, vt ff. de pactis. si vnus. §. si acceptilatio. ¶ Præterea, decret. videtur expresse dicere hoc, extra. de despons. impube. tuæ. circa fin. hoc etiam innuit decre. in fine eod. titul. à nobis. potius enim debemus interpretari, vt res de qua agitur, magis valeat quàm pereat, vt ff. de reb. dub. quoties, & extra. de verb. sign. ab abbate. in fi.

CON-

CONTRA. Contrariũ probo: Nam matrimoniũ contrahere intendunt tantũ, & hoc non possunt: sponsalia non intendunt contrahere, ergo sponsalia nõ cõtrahunt, vt videtur lex dicere ff. de sponsa. quęsitum. & ff. de dona. inter vir. & vxo. cùm hic status. ¶ Prætereà, verba prolata spõsalia non significabant, ergo per illa verba, spõsalia cõtrahere nõ poterãt, vt ff. de reb. dub. in ambiguo sermone, in fi. ¶ Prætereà, verba sunt intelligenda in eo sensu, in quo rectè cõsueuerũt ab omnibus intelligi, vt extra. de sponsa. ex literis, ver. fin. Item quod potuerunt, noluerunt, & ita nihil factum est, vt extra. de offic. iudic. delega. cùm super abbatia.

SOLVTIO Ala. & T. dicunt, ꝙ sponsalia contrahunt iuris potestate, licèt ea cõtrahere non intendũt, vt C. de condi. app. super eo, in fi. quod verum videtur per decret. superius allegatam, extra. de despon. impu. ca. tuæ fraternitati. D. tamen dicit ꝙ sponsalia contrahunt, si hoc intendant.

DE ACCVSATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Purgatus de crimine, an possit super eodem iterum accusari.*
2 *Absolutio facta per iusiurandum, repertis probationibus, retractatur.*

Quæstio 71.

1 ALIQVIS † de crimine infamatus, purgauit se: modò quæritur, vtrùm super eodé crimine possit iterum accusari.

PRO. Et videtur ꝙ non: quia post canonicam purgationem semel, super eodem crimine amplius accusari non potest, vt extra. de accu. de his criminibus. ¶ Prætereà, maioris authoritatis est iusiurandũ, quàm res iudicata, vt ff. de iureiurand. l. 2. ¶ Prætereà, videtur hoc dicere decre. extra. de purgat. cano. cùm dilectus.

2 CONTRA. † Contrariũ probo: Nam absolutio facta per iusiurandum, repertis probationibus retractatur, vt ff. de iureiur. admonendi. ¶ Prætereà, videtur expressa lex ff. de iureiuran. l. si duo patroni, in fi. & C. de pœna iud. qui malè iudi. auth. si nouo iure. ¶ Prætereà, id videtur dicere canon. 2. q. 5. Mennam.

SOLVTIO. Non admittitur aliquis contra eum, nisi suam iniuriam prosequatur, & probet se nesciuisse, vt ff. de accusat. si cui. §. is demum. vel probet collusionem ibi factam, vt ff. de iureiur. eum qui, §. popularibus. idem dicunt T. D. & Ala.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus de crimine & absolutus, accusari iterum de eodem an possit.*
2 *Sententia lata super crimine, facit ius quo ad omnes.*

Quæstio 72.

1 ALIQVIS † fuit de crimine infamatus, vnde episcopus ad inquisitionem processit: & cùm ei de crimine non cõstaret, absolutus fuit: nũquid potest posteà de eodem crimine accusari?

PRO. Et videtur quòd non: quia de delicto eiusdé hominis non est sæpius inquirendum, vt ff. nau. caup. stabu. licèt, in fin. Item si denunciatum fuit in ecclesia, vt scientes impedimentum matrimonij, dicant vsque ad certum tempus, si postea velint matrimonium accusare, qui audierunt denũciationem, non admittuntur, vt extra. qui matr. accusa poss. in tua. à simili, & hic scientes de crimine inquiri, ampliùs non audiuntur: nam qui sciunt, certiorari non debent, vt ff. de act. em.
2 & ven. l. j. in fi. Prætereà, † sententia lata super crimine, facit ius quo ad omnes, vt extra. de accusa. de his, & 35. quæstio. 9. veniam, circa fi. nec admittuntur posteà alii qui contra absolutum, nisi in duobus casibus, vt ff. de accusa. si cui. §. is demum.

CONTRA. Contrarium probo: Nam veritas sępius exagitata, magis splendescit in lucem, & fructus diuinus est, iustitiam sæpiùs recenseri, vt 35. q. 9. graue. Prætereà, qui semel approbatus est, potest iterũ reprobari, vt C. de professo. & medi. l. grãmaticos. libr. 10. & ff. de mu. & hon. vt gradatim. §. reprobari. Prætereà, in inquisitione agebatur ciuiliter de crimine. vt extra. de Simonia, per tuas. circa fi. & c. dilectus. Sed actio ciuilis non præiudicat criminali, vt C. qñ ci. act. præiu. crimi. l. vna. Item casus inuenitur expressus, vbi est sępius de eodem crimine inquisitum, vt 2. q. 5. Mennam.

SOLVTIO. Non credo aliquos contra ipsum posteà admittendos, nisi in his casibus in quibus admitterétur, si fuisset directè accusatus, cũ fama habeatur loco accusationis, vt extra. de Simonia. licet Heli.

DE SIMONIA.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an agat contra episcopum, non obstante renunciatione beneficij non sibi conferendi.*
2 *Simoniaci deponendi.*
3 *Alimenta pacto renuntiari non possunt.*

Quæstio 73.

1 ESTO † ꝙ episcopus ordinet aliquem sine titulo, & ordinatus dicat episcopo, ꝙ nolit ꝙ persona episcopi sit sibi obligata ad beneficij collationem: modò quæritur, vtrum clericus postea possit agere contra episcopum, non obstante tali denũciatione.

PRO. Et videtur quòd non. Nam ipse iuri suo renũciauit: ergo non est amplius audiendus, vt extra. de elect. cùm inter, & extra. de renun. c. 3. & 7. q. j. quàm periculosum. ¶ Prætereà, videtur esse Simoniacus: cum per talia verba fuerit ordinatus, ergo deponi debet, cũ
2 nondum beneficium obtinere possit. ¶ † Item iste [illegible]tiit contraria, ergo non audiendus, vt extra. de appell. solicitudinem, in fine.

CONTRA. Contrarium probo: Nam ius videtur esse in fauorem clericorum introductum, vt si episcopus ordinet alique sine tit. ꝙ ei teneatur prouidere, vt extra. de præben. non liceat: ergo pacto ei renuntiare non potest, vt extra. de foro comp. si diligenti, & ff. de
3 pact. si vnus. §. item ne experiar. ¶ † Prætereà, hereditati quæ nondũ competit renuntiari non potest, vt ff. de acqui. here. quæ superstitis. & ff. de suc. edic. l. j. §. decretalis. ¶ Prætereà, pacto alimẽta renunciari nõ possunt, vt ff. de trãsac. cùm hi. §. ea transactione. in fi.

SOLVTIO. Credo dicendum, ꝙ si clericus iste spontè & post ordinem nulla pactione interueniente dixit sic, ꝙ sibi fecit præiudicium: si autem ordinatus fuit tali pactione interueniente, vterque est Simoniacus: & vterque est deponẽdus. & hic similiter Simoniacus, si quis conqueratur de tenui præbenda: & episcopus dixit ei, Renuncia, & ego prouidebo tibi in meliori: & sic renuciauit.

SVMMARIVM.

1 *Simonia nunquid sit: cùm quis episcopo pecuniã dat, ne amplius Simoniacè ordinet.*
2 *Sententiam emens, ab ea cadere debet.*
3 *Simonia ex parte accipientis tantùm, nonnunquam committitur.*

Quæstio 74.

1 QVIDAM † episcopus consueuit Simoniacè quemlibet promouere: postea dat ei aliquis pecuniam, vt de cæterò legitimè conferat: modò quæritur, vtrùm sit Simonia.

PRO. Et certè videtur ꝙ sic: Nã ex officio suo tene
batur episcopus hoc facere: ergo si super hoc pecuniã
recipiat, Simonia committitur, vt 10 q.3. nec numerus,
extra. de Simo. c. j. & in eo. tit. causam. ¶ Præterea, spiri
tuale fuit hic venditum: ergo ibi est Simonia cõmissa,
vt extr. de Simo. querelam, & in eod. tit. ad aures. præ-
tereà, ꝙ sit Simonia, videtur canon dicere expressè, vt
2 j. q. 3. vendentes, circa fin ¶ †Item si aliquis dat pecu-
niam, vt iusta pro eo sententia detur, peccat & cadit à
causa, vt ff. de condi. ob turp. causam. l. 2.

CONTRA. Contrarium probo: Nam si detur pe
cunia, vt ordines Simoniacè conferantur, peccatũ est:
ergo si detur pecunia, vt non Simoniacè conferantur,
non est peccatum: & sic iste dator Simoniam non com
mittit. nam si vnum contrariorũ est malum, reliquum
3 est bonum, vt 32. dist. hospitium, in fi. ¶ †Præterea, sæpè
contingit ꝙ Simonia tantũ ex parte accipientis cõmit
titur, vt 50. q. j. si cuius ergo, & c. seq. statuimus.

SOLVTIO. T. dicit, ꝙ Simonia est ex parte acci
pientis, & non ex partis dantis.

DE VSVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor iniuriatus, vsuras pro debitore soluens, nũ*
quid eas repetat.
2 *Fideiussor actionem mandati quando habeat.*
3 *Indebitum scienter soluens, non repetit.*

Quæstio 75.

1 VTRVM † fideiussor qui non est adstrictus iu-
ramento, si soluit vsuras pro debitore, repetere
possit eas.

PRO. Et certè videtur ꝙ sic, per decre. extr. de fide-
iusso. constitutus. ¶ †Præterea, quicquid fideiussor sol
uit occasione mandati principalis personæ, repetit a-
ctione mandati, vt ff. man. si mandato meo. §. si fideius-
sor. vbi ponitur casus iste. ¶ Item officium suum nulli
debet esse damnosum, vt ff. quemad. test. aperi. sed & si
quis. & 2. q. 6. hoc etiam placuit, & ff. de fur. si seruus cõ
2 munis. §. id quod. ¶ †Itẽ non debet aliquis dispẽdium
pati, vnde præmium meretur, vt extra. de renunc. sanè.

CONTRA. Contrarium probo: Nam vsurę inde
bitæ sunt iure diuino, vt extra. de vsu. consuluit, & ca.
super eo. ergo possunt denegari petenti. Nam cui da-
mus actionem, multo fortius exceptionem, vt ff. de su-
perficiebus. l. j. § quod ait prætor. in fi. & ff. de reg. iur.
inuitus. §. j. Item ista exceptio peremptoria erat: ergo si
fideiussor scienter eam omisit, non habebit actionem
mandati, vt ff. manda. si fideiussor. Si autem per iniuriã
iudicis non fuit admissa, habebit actionem mãdati, vt
3 C. man. si pro ea, & ff. de fideius. exceptione. ¶ †Itẽ iste
scienter soluit indebitum, ergo ei nõ dabitur amplius
repetitio, vt ff. de condi. indebit. l. j. donare enim vide-
tur, vt ff. de regu. iur. cuius per errorem.

SOLVTIO. T. dicit, ꝙ peti non possunt de iure
canonico. & etiam de iure ciuili, quia sciẽter soluit in-
debitum.

SVMMARIVM.

1 *Res empta de vsuris & donata, an possit vendicari.*
2 *Nummus ex re furtiua redactus, non est furtiuus.*
3 *Vitia praua ad successores non transmeant.*

Quæstio 76.

1 ALIQVIS † emit prædiũ de pecunia vsuraria,
& donauit illud: postmodum factus est non sol-
uendò: modo quæritur, vtrum is qui soluit vsu-
ras, possit vendicare rem emptam de vsuris. vel conue
nire possessorem aliquo modo.

PRO. Et certè videt̃ ꝙ sic, ꝑ decre. extra. de vsu. cũ
tu. in fi. ¶ Præterea, decre. videtur dicere ꝙ ad quemcũ
que bona vsurariorum deuoluũtur ꝙ ille teneatur, vt
in eo. tit. tua. Item alia ratione videtur ꝙ res succedat
in loco precij, vt ff. de lega. 2. imperator, in fine. & l. seq.

2 CONTRA. Contrarium probo: Nam nũmus ex
re furtiua redact⁹, nõ est furtiuus, vt ff de fur. qui vas.
§. cũ furẽ. à simili nec possessio empta ex pecunia vsu-
raria, vsuraria est. ¶ Præterea, res empta de pecunia
mea, nõ est mea, nec eã possũ aduocare, vt C. de rei vẽ.
si ex mea pecunia, & C. cõia vtriusq; iu. si patru⁹ tuus,
3 in fi. ¶ †Itẽ vitia praua non transeũt ad successorẽs, ma
ximè extraneos, vt consueuit notari C. de acqui. pos. vi
tia possessionum, & 56. dis. nunquã de vitiis, & c. nasci.

SOLVTIO. Ala. & T. dicunt, ꝙ vendicari potest
res ab eo: secùs, si habuisset ex titulo non lucratiuo.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius nunquid dicendus sit, qui ne vsura curre-*
rent, socio, vt solueret, tradidit.

Quæstio 77.

1 ALIQVIS † scholaris debebat alicui pecuniã
sub vsuris: & cũ apportarentur ei denarij de do-
mo, dixit socius eius: dimitte mihi pecuniã hãc,
& ego soluam creditori sortẽ & vsuras decæterò cur-
rentes: quæritur, vtrum sit vsura, quantum ad scholarẽ
cui pecunia fuit apportata.

PRO. Et certè videtur ꝙ non: quia scholaris iste
nõ recipit aliquod emolumentũ vltra sortem: ergo nõ
est vsurarius, vt 14. q. 3. pleriq;, & c. vsura. & q. 4. nullus.
¶ Præterea, iste volebat soluere creditori suo: nec vsu-
ræ ei amplius cucurrissent, ergo si soluit socio suo, hoc
non debet ei dãnosum esse, vt extra. de fideiuss. perue-
nit. & ff. quemad. testa. aper. sed & si quis. ¶ Itẽ pro eo-
dem est, ac si sortem creditori suo soluisset, & ille cre-
ditor pecuniam suis sociis accommodasset. & ita vi-
detur ꝙ teneatur respondere creditori in vsuris.

CONTRA. Cõtrariũ probatur: aut iste scholaris
stipulat̃ sibi vsuras, aut creditori suo: si sibi, constat eũ
esse vsurariũ: si creditori, hoc est impossibile: cũ nemo
possit alteri stipulari, vt insti. de inuti. sti. §. alteri, & v-
suræ fœnebris pecuniæ non debẽtur citra vinculũ sti-
pulationis, vt C. de vsu. quanuis. ¶ Præterea, iste pecu-
niã mutuauit, & petit vltra sortẽ, s. ꝙ soluit vsuras suo
creditori: ergo cõmittit vsurã, vt 14. q. 3. qui putauit.

SOLVTIO. D. dixit se dubitare, T. dixit ꝙ nõ po
test à socio suo petere, nisi sortem: sed fortè posset di-
ci, ꝙ actione mandati posset eum compellere ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Vsura an possit committi sub conditione.*
2 *Ecclesia suum recipit cum augmento.*
3 *Aurum ex auro nascitur.*

Quæstio 78.

1 IANVENSES † ita dant pecuniã, vt si nauis trãs-
ierit, promittis 5. sol. de libra: quæritur an sit vsura.

PRO. Et certè videtur ꝙ nõ. Nã periculũ suum
est: ergo nõ debet vsura iudicari. sicut in domo contin
git, de qua recipio pẽsionẽ, vt 88. di. ĩ palea, illa eiiciẽs,
in j. cõl Præterea, ratione dubitationis multa ꝑmittũ-
tur, q̃ aliàs nõ permitterẽtur, vt extra. de vsu, in ciuita-
2 te, vt ff. de nauti. fœ. ꝑ totũ. ¶ †Præterea, ecclesia suũ re
cipit cũ augmẽto, vt 10. q. 2. precariæ. & §. si œconom⁹.

CONTRA. Contrarium probo: Nam capitulum
dicit indistinctè, ꝙ si quid vltra sortem recipiatur de
pecunia numerata, totum est vsura, vt 14. q. 3. c. j. & 2. q.
4. si quis clericus. in fi. ¶ Præterea, aliud est esse in do-
mo vel agro, quàm in domo habitare, & agrum colere:
sed de pecunia deposita nihil possum percipere. simi-
liter ager & domus veterascit, & hæc omnia notantur
3 in illa palea, eiiciens. ¶ †Præterea, hoc aurum ex auro
nascitur: ergo est vsura, vt 67. dist. sunt hi.

SOLVTIO. Ioann. dicit vsuram esse, si aliquid
reci-

recipiunt vltra sortẽ.& de maiori auaritia possunt reprehendi,quia periculum pecuniæ in se recipit. hæc quæstio hodie determinatur,extra.de vsur.nauiganti.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum lucrum an cum vsuris restituendum.*
2 *Lucrum pignoris an cum pignore restituendum.*
3 *Vsurarius est qui vltra sortem petit.*
4 *Expẽsa & labor in vsurarũ restitutione deducũtur.*

Quæstio 79

1 ALIQVIS † accepit quinquaginta de vsuris,& ex illis quinquaginta,lucratus est alia quinquaginta:modò quæritur,vtrum teneatur illud lucrum restituere illi,à quo accepit vsuras.

PRO.Et certè videtur quòd sic:Nam si soluisti ancillam vel fundum indebitum,& fructus & partum teneor tibi restituere,vt ff.de cond.indebi l.indebiti,& ff.de cõdi.ob causam qui se debere §.vlti.

¶Item ista pecunia indebita fuit: ergo debet ab eo extorqueri,quicquid ex ea pecunia commodi sensit,vt ff.
2 de calumn.& generaliter. ¶†Præterea, si de pignore meo commodum vel lucrum habuisti, totum teneris mihi restituere,vt ff.de pigno.action.si pignore. Idem in commodato contingit,vt ff.de præsc. ip. verb.apud Labeonem in primo responso.

CONTRA.Contrarium probo:Nam istud lucrũ non est vsurarium:ergo restituere non tenetur. Nummus etiam ex re furtiua,furtiuus non est,vt ff de furt. qui vas §.vlti.ergo nummus ex pecunia vsuraria,vsurarius dici non potest.¶Præterea,sterilis fuisset pecunia si eam vsurarius repositam habuisset,vt 88. distinc. eiiciens,ergo iste lucrum ex labore illius quęrere non debet,cum ex alieno damno non debeat locupletari,
3 vt ff.de condi.indebi.nam hoc natura.¶Item iste petit aliquid vltra sortẽ suam,ſ v tra 50. ergo debet vsurarius dici,vt 14 q.3.c.1.2.& 3.¶Item dominium pecuniæ translatum est in illum,cùm causa præcesserit, & traditio sit secuta, vt C.de pactis.traditionis. & extr. de iureiur.debitores,ergo lucrum inde factum nõ debet ad alium pertinere,cùm non fuerit naturale.¶Prętereà,lex videtũr expressa ff.de condi.inde.l.j.

SOLVTIO. T.dicit ꝙ iste qui soluit 50.pro vsuris,non potest petere nisi 50.rationibus proximè pro-
4 positis,quod satis credo verum. ¶Theologus tamẽ dicit,ꝙ totum lucrum tenetur restituere, deducto labore suo & expensis:quidam tamen theologorum dicũt, quòd nihil retinebit,cum in rem alienam videatur impendisse.

DE POENIS.

SVMMARIVM.

1 *Innocens nunquid deponẽdus, qui pendente accusatione promoueatur.4.*
2 *Factum contra leges,per ll.dissoluendum.*
3 *Contemptus solus non sufficit ad depositionem.*

Quæstio 80.

1 ESTO † quòd pendente accusatione aliquis sit promotus:posteà apparet innocens: nũquid debebit deponi.

PRO.Et videtur quòd sic: Nam pendente accusatione,contra accusatum nihil est innouandum, vt extra.de accusatio. Deus omnipotens. & ff.de munerib. & honor.reus.immò videtur deponẽdus vterque,tam ordinans quàm ordinatus,vt 71.distinct.tantis Daniel.
2 ¶†Item factum hoc est cõtra leges,ergo per leges debet dissolui,vt 10.distinctione.vides.& C.de legib.& constitution.non dubium.¶Præterea, si pendente causa liberali aliquis fuerit factus miles, licèt posteà apparuerit liber,debet exauthorari,vt ff.de libe.cau.qui de libertate.j.respon.¶Itẽ non potest interim procurator esse,vt C.de procu.reum.multo minus promoueri.

CONTRA.Contrarium probo: Nam non videtur deponendus,nisi conuincatur,vt dicit canon anti-
3 quus 81.dist.tantis Daniel.¶†Prętereà,solus contemptus non sufficit ad depositionem,nisi & crimen detegatur,vt 81.dist.quicunq;.& c.si qui sine examina. quare sola accusatio non repellit.¶Præterea, quod ita sanatum est,vt in pristinum statum restituatur, perinde habendũ est,ac si nunquã fuisset morbosum,vt ff.de ędil.edic.quod ita sanatũ.ergo à simili ita iste habẽdus est,ac si nunquã criminosus fuisset: nõ enim debet respici quod fuit,sed quod est,vt 50.dist. ferrum de terra.in fi. ¶Præterea,veritas rerum, erroribus gestorum non vitiatur,vt ff.de offi.præsi.illicitas.§.j.
4 SOLVTIO.† T.dicit eum non esse deponẽdum, licèt D.videatur sentire contrarium.Ego credo T.melius dicere:nec illa l.quæ de libertate est,est contraria: quia vt ibi dicitur,si per calumniam petatur, in seruitutem non reuertetur.

SVMMARIVM.

1 *Heres an teneatur de maleficio defuncti,*
2 *Pœna tenere debet suos actores.*

Quæstio 81.

1 QVAERITVR,† vtrum heres defuncti teneatur ex maleficio defuncti,si lis non sit contesta ta cũ defuncto:nec aliquid peuenit ad heredes.

PRO.Et videtur ꝙ sic:per decre.extr. de rapto.in literis.quia ibi incendium factum erat,de quo nihil ad heredes peruenit,16.q.6.si episcopum.
2 CONTRA.Contrarium probo:†Nam pœna tenere debet suos actores,vt C.de pœnis.sciimus, & extra. de his quæ fiunt à maiori parte capitu.quæsiuit.in fin. ꝑtereà,lex est in hoc casu expressa,vt C.ne ex deli defun.l.vnica.¶Itẽ tantũ turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda,vt ff.de calum.in heredem. circa princi.

SOLVTIO.Secundum canones tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Lex an iuuet committentes in illam.*
2 *Fur cui sibi res furtiua est furata,an habeat actionẽ furti.*
3 *Prædo spoliatus,restitutione iuuatur.*

Quæstio 82.

1 VTRVM † committens in legem, lege debeat iuuari.

PRO.Et certè videtur quòd nõ:vt extra. de vsuris:quia frustra legis auxilium inuocat,qui cõmittit in legem,& ff.de mino.auxilium,in fi.& extra.de excep.cùm ecclesiasticę.in fin.& 3.q 7.in grauibus ¶Itẽ qui in legem appellationis committit,non admittitur ad appellandum,vt extra.de appella.an sit deferendũ.
2 ¶†Item si furi res furtiua subripiatur,nõ habet actionem furti,vt ff.de furt.itaque Fullo.

CONTRA.Contrarium probo: Nam prædo de-
3 linquit,& committit in legem: † & tamen si spolietur, petet restitutionem,vt extra.de restitut.spol.in literis. ¶Præterea, si Fullo vestimenta polienda alij commodauit,furtum cõmittit.& tamen si res subrepta sit,habet furti actionem,vt ff.de furtis qui ius.§.si ego.

SOLVTIO Quod dicitur in prima parte,est ius commune,& quod dicitur in secunda,casuale est.

SVMMARIVM.

1 *Accusator nunquid ad talionẽ teneatur.probato criminis fama,& infamato in purgatione deficiente.3.*
2 *Calũniator statim non censetur,qui crimẽ nõ probat.*

Quæstio 83.

1 QVIDAM † alium de crimine accusauit: non potuit probare de crimine, sed de fama: infamato fuit indicta purgatio, defecit in purgatione, & sic fuit depositus. quæritur, vtrùm accusator puniatur ad pœnam talionis.

PRO. Et videtur quòd non: quia probãdo infamiã, transtulit onus probandi in eum: vnde si ille deficiat, in-
2 telligitur accusator probasse intentionem suã. ¶ † Præterea, non censetur statim calumniator, qui non probat crimen, vt 2.q.3.§.nondum. ¶ Itẽex quo iste deficit in purgatione, videtur de crimine confiteri. vnde sententia fertur in ipsum, vt extra.de preca.cum p. ¶ Præterea, canon videtur expressus 2.q.3.Paulum.

CONTRA. Contrarium probo: Iste nõ probauit crimẽ, ergo puniri debet pœna talionis, vt 2.q.vlt.qui
3 crimen obiicit, & 2.q.3.qui non probauerit. ¶ † Præterea, accusator iste probatiões debuit habere paratas & luce clariores, vt 2.q.vlt.sciant. vnde si non probauerit crimen, suæ stultitiæ imputetur.

SOLVTIO. Potest dici, quòd pœna talionis est puniendus. idem dicit Tan.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta soluta pœna, an rem retineat, canone per annum non soluto.3.*
2 *Fauor læsionem operari non debet.*

Quæstio 84.

1 ESTO † quòd ecclesia ita paciscatur cum emphyteuta: si non soluas infra annum, soluas pœnam. rato manente contractu, nunquid soluta pœna, poterit emphyteuta rem retinere?

PRO. Et videtur quòd sic: secundum formã cõtractus, cùm sit expresè dictum, quòd soluta pœna, cõtractus maneat in sua firmitate, vt ff.de transact.qui fide & C.eo. tit.cùm proponas. ¶ Præterea, pacta sunt ab omnibus
2 obseruanda, vt extra.de pac.c.1.& c.qualiter. ¶ Item à significatiõe verborum nõ est recedẽdum, vt ff.de leg. 3.non aliter, & 37.dist.relatum.circa medium. & extra. de spon.ex literis. vbi dicitur, quòd ad communem verbi intelligentiam est recurrendum. ¶ Præterea, nullo modo videtur expellendus, nisi cessauerit per biennium in solutione pensionis, vt 10.q.2.antiqui rem huiusmodi conductam.

CONTRA. Contrarium videtur: quia hoc pactũ introductum est in fauorẽ domini: ergo ad eius læsionẽ retorqueri nõ debet, vt C de constitu.quod fauore, & ff.de leg.& se.cõ.nulla, & ff.locat.ea lege. Præterea,
3 † iste emphyteuta deliquit in legem contractus: ergo ex illo contractu auxilium non habebit, vt extraua.de vsuris, quia frustrà. & ff.de mino.auxilium, in fin. & C. de transac.si quis maior. immò videtur quòd ego possum eum expellere, nulla pœnæ promissione obstante, vt C.de iure emphy.l.3.cùm talis promissio intelligatur, si statuto termino soluit pensionem.

SOLVTIO. Potest dici, quòd vltimò dictum est, pro solutione tenendum. Idem dicit Hug. & ecclesia eum eiicere poterit post terminum. Si autem dixisset, quolibet anno permitto soluere pœnam: pœna soluta rato, &c. tunc post biennium expelletur tantùm: sed in primo casu pactum fuit inter eos speciale. H.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, quod alij eligendi munus dedit, an priuetur eligẽdi potestate, electore in electione delinquẽte.*
2 *Procuratoris factum, domino est nocuum.*

Quæstio 85.

1 CANONICI † cuiusdam ecclesię dederunt potestatem cuidam de canonicis eligẽdi, qui deliquit in electione: est in quæstione, vtrùm canonici priuẽtur potestate eligendi.

PRO. Et videtur quòd non: quia delictum procuratoris domino obesse non debet, vt extr.de in integ.resti. c.2.circa fin.& ff.si quis ius di.non ob.l.vna.§.vltimo. ¶ Præterea, pœna debet tenere suos actores, vt extr.de his quæ fi à maio.par.cap.quæsiuit, in fi.& C.de pœn. sancimus. ¶ Item non videtur mandasse, nisi quod iustũ est, vt extra, de elect.causam.& ff.de ritu nuptiarũ. quãquam. ¶ Præterea, ille cui fuit data potestas, bonus ab omnibus credebatur: ergo non est quòd canonicis valeat imputari, vt ff.quod cũ fal.tu.si id, & extr.de serui.cap.vno. ¶ Præterea, pœnę sunt emolliendæ potius quàm exasperandæ, vt de pœn.di.1.pœnæ. ¶ Præterea, decre.videtur hoc velle, extra.de elect.in causis, in fin.

2 CONTRA. Contrarium probo: † Nam factũ procuratoris nocet domino, vt ff.de tributoria, procuratoris.& extr.de cau.pos.& prop.cùm olim. & extra.de app.sæpè, in princ. ¶ Pręterea, qui per aliũ facit, per seipsum videtur facere, vt ff.de admi.tu.ita autẽ.§.gessisse.& ff.de fideiusso.& nomi & hered.tu.l.2.& extra.de præsum.mandato.sed si ipsum est, priuati essent potestate eligendi, vt extra.de cleri.cùm in cunctis.circa fi. & extra.de elect.innotuit. ergo sunt & modò priuati, cùm per alium elegerint. ¶ Præterea, non est pręsumẽdum eos ignorare iudicium vel negligentiam socij, vt 16.dist.quid dicitis, & extra.de præsum.quanto.imputent ergo sibi, quod malum elegerunt, vt ff.pro socio. socius socio.& instit.pro socio.in fin.

SOLVTIO T. dicit quòd non puniuntur canonici propter hoc, per allegationes primò positas: & ita notauit super decreta.extra.de electio.in causis.

DE FORNICATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Mulier contra exceptionem fornicationis carnalis, an possit replicare de spirituali.*
2 *Debitorum compensatio quomodo consideranda.*
3 *Fornicatio spiritualis differt à carnali.*

Quæstio 86.

1 ESTO † quòd mulier fornicetur carnaliter, & vir spiritualiter: nunquid mulier contra exceptionẽ fornicationis carnalis, poterit replicare de spirituali fornicatione?

PRO. Et videtur quòd sic, quia parificatur fornicatio spiritualis carnali, quantum ad dissolutionem mutuæ seruitutis, vt extra.de diuor.de illa.& 28.q.1.idololatria.& ca non solùm. ergo multo fortiùs parificantur, quantum ad conseruationẽ seruitutis mutuæ quæ est
2 fauorabilior. ¶ † Præterea, in compensatione debitorũ non exigitur quòd ambo debita sint commissa in specie eiusdem generis, vt ff.de cõpensa.si ambo. ergo nec in compensatione delictorum hoc exigetur.

CONTRA. Contrarium probo: Nam res diuersorum generum non veniunt in compensationem: quia non compensantur species cùm qualitate, vt ff.de pig. act.si conuenerit.& ff.de cond.indeb.si non sortem.§.
3 si centum. ¶ † Præterea carnalis fornicatio & spiritualis non sunt paria, vt extra.de diuor.quanto, in fine.

SOLVTIO. T. dicit quòd compensatio admitti possit: & dicit quòd propter fornicationem spiritualem bene perditur dos vel donatio propter nup.quod satis videtur.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Pater castigãs filium clericũ, an incidat in canonẽ.3.*
2 *Ordo diaconalis liberat à curiali fortuna.*

Quæstio

Quæstio 87.

1 QVAERITVR, † vtrum pater percutiens filiũ clericũ causa correctiõis icidat in canoné. PRO. Et videtur ꝙ non: quia pater potest filium verberibus corripere, vt 23. q. 5 circuncelliones, circa fi. de pœn. dist. j. aut facta. ¶ Itẽ, clericus non liberatur à patria potestate, vt in authen. de sanctis. epis. §. presbyteros. col 9 ¶ Prætereà, c. videtur hoc dicere. 24. q. 3 duo ista nomina.

2 CONTRA. Contrarium probo. † diaconalis ordo liberat à curiali fortuna, vt 54. dist. ex antiquis, & subdiaconalis similiter, vt extra. de æta. & qualit. à multis. ergo & à patria potestate, vt in auth. cõsti q̃ ex adscri. circa me. col 5. ¶ Item laici suppositi sunt clericis, vt 2. q. 7. oues. & c. j. ergo ab eis corripi non possunt. Nã maior à minori iudicari non potest, vt 2. q. 7 in sancta.

3 SOLVTIO † D. dicit ꝙ causa correctionis potest eũ percutere. Idẽ dicit T. licèt presbyter vel diaconus non sit in potestate patris, vt dicit T. & Vincen. extra. de æta & quali. sup decr. indecorũ est, in gl. quæ incip. qui ergo. quia talis man⁹ nõ videtur iniuriosa Laur. & legistę dicũt. ꝙ tales sunt in potestate patris, vt dicit illud auth. presbyteros. & C. de epis. & cle. sacrosanctę.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an sit, qui clericum percutere credens, percussit laicum.*
2 *Voluntas cum opere, constitutioni pœnali locũ facit.*
3 *Conatus non secuto effectu, an considerandus.*

Quæstio 88.

1 ALIQVIS percussit quendam laicum quẽ clericũ esse putabat, quæritur vtrùm sit excõicatus. PRO. Et certè videtur ꝙ sic: Nã si aliquis percutit clericũ quẽ putat laicũ, nõ est excõicatus, vt extr. de sent. excõ. si verò. ergo à contrario sensu, si percutit laicũ, quẽ putat clericũ, est excõicatus. Nã sola volũtas formauerat opus, vt ff. de fur. qui iniuriæ. circa princ.
2 & 32. q. 5. c. j & c. corpus. ¶ † Prætereà, volũtas cũ opere subsecuto, facit locũ constitutioni pœnali, vt extr. de bigamis, nuper. & ita cùm fuit voluntas cũ opere subsecuto, erit excõicatus, vt de pœn. dist. j si quis cũ telo.

CONTRA. Contrariũ probo: Nam iste nõ iniecit manus violẽtas in clericũ, ergo non est excõicatus, vt 17. q. 4. si quis suadente & extr. de sent. excõ. nõ dubiũ. ¶ Prętereà, verba cũ effectu sunt intelligẽda, vt de pœ. dist. j. hæc aũt verba, & ff. quod quisq; iur. l. j. §. hæc aũt verba ¶ Itẽ pœnæ extẽdendæ non sunt, vt ff. de pœnis.
3 l. pen. & ff. de pœn. dist. j § pœnæ ¶ † Itẽ conatus nihil debet obesse, si effectũ nõ habuerit, vt ff quod quisque iur. l. j. in fi. ¶ Prætereà, cogitatiõis pœnã nemo meret, vt de pœ. dist. j cogitatiõis. ¶ Itẽ si volebã facere iniuriã Titio, & feci Seio: teneor actiõe iniuriarũ Titio tantùm, & non Seio, vt ff de iniur. eum qui. § si iniuria.

SOLVTIO Potest dici, eũ non esse excõicatum: quod satis credo T. tamen respondit mihi contrariũ: sed dicit, si voluit percutere clericũ, & percussit eius equum, non est excommunicatus. quod verum credo.

SVMMARIVM.

1 *Mandato ad clericum verberandum, si ante verbera pœniteat, & reuocet, an sit excommunicatus.* 3.
2 *Mandatum turpe an obliget.*

Quæstio 89.

1 ALIQVIS mãdauit alicui clericũ verberandũ, ante tamen verberationem ille mandator pœnituit & reuocauit mandatum: ille tamen cui erat mandatum, hoc ignorans, verberauit clericum. modò quæritur, vtrùm mandator sit excommunicatus.

PRO. Et videtur ꝙ sic: Nam ex quo non peruenit reuocatio mandati ad illum cui mãdatũ est, tenebitur ei qui mandauit, vt ff. de procurat. si procuratorem. in fi. & ff. mandati, si mandassem tibi, & insti. mand. §. rectè, circa fi. Nam in culpa fuit, ꝙ citiùs non præuenit: quare puniri debet, vt extra. de sent excom. quãtæ præsumptionis. ¶ Pręterea, decre. videtur hoc dicere, extr. de senten. excom. mulieres.

2 CONTRA. † Nã mandatũ illud cũ turpe fuerit, nõ fuit obligatoriũ, vt insti. man. § illud. ergo mãdator ex tali mandato nõ debuit obligari ¶ Prætereà, mandatũ videtur reuocatũ, & si reuocatio nõ perueniat ad illũ qui recepit mandatũ, vt ff. de manu. vindi. si pater. & ff. de diuor. si pœnituerit ff. de acqui. here. quis mihi. circa fi. ¶ Item apud Deum non punitur iste: ergo quo ad ecclesiam. puniri non debet, vt 26. q. circa finem.

3 SOLVTIO. † Quo ad Deũ non punitur: tamẽ quo ad ecclesiã, est excõicatus, si reuocatio nõ peruenit ad eũ qui recipit mandatũ: si aũt peruenisset, non crederẽ eũ excõicatũ: sed si noie meo aliquis verberet, & ego ratum habeo, dicunt Io. & S. ꝙ sum excõicatus, vt ff. de vi & vi ar. l. j. § quoties, & extra. de resti. spol. cùm ad sedem. in fi. & extra de Simonia sicut circa finem.

DE RESCRIPTIS.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, absente episcopo, cognoscere an possit vi rescripti, capitulo & episcopo directi.* 4.
2 *Capitulum vices episcopi supplet.*
3 *Clausula rescripti, ꝙ si nõ omnes &c. quid operetur.*

Quæstio 90.

1 QVIDAM † impetrauit literas ad episcopũ & capitulum, vt inuestiretur de pbenda ecclesiæ, quod factũ est per capitulũ, episcopo absente: episcopus vult reuocare quod factum est, quæritur, an possit.

PRO. Et certè ꝙ irritare nõ possit, sic pbo: Nã dñs papa mãdauit istis tãquã vniuersitati: ergo quod factũ est à duabus partibus psentiũ, non põt ab aliquo irritari, vt ff quod cuiusq; vniuer. nulli permittit, & extra.
2 de elec. licèt, & C. de decu nominationi. lib. 10. ¶ † Prætereà, episcop⁹ absens erat, ergo capitulũ supplet vicẽ ipsius, vt extr. de hæret. ad abolendã. & 66. dist. c. vlti. & 7. q. j. põtifices ¶ Prætereà, extra prouinciã erat episcopus, ergo non debebat expectari vt extr. de elec. corã. & in eo. tit. cùm inter diuersas immò videtur ꝙ pnegociis vniuersitatis tantũ qui præsentes sunt in ciuitate, debeãt euocari, vt C. de legatio. l. quoti. lib. 10. ¶ Itẽ in dolo videtur episcopus esse cũ velit reuocare quod legitimè factũ est: ergo audiri nõ debet, vt 6. q. 4. quod bene semel. & extra. de resti. spo. audita.

3 CONTRA. Contrariũ probo: † Nã mãdatum fuit episcopo & capitulo, non adiecta ista clausula: ꝙ si nõ oẽs, &c. ergo quod factũ est ab altero illorũ, valere nõ debet, vt extr. de offi iud. dele. causam & ff. de iud. duo ex tribus. immò & si clausula illa fuisset apposita, tamẽ prius cõstare debebat capitulo: ꝙ episcopus interesse nõ posset antequã pcederẽt sine eo, vt extr. de offi. iud. dele. prudentiã ¶ Prætereà, plus nocet contẽptus vni⁹, quã cõtradictio multorum, vt extr. de elec. quod sicut, in prin. & extr. de ar. c. vlti. & 63. dist. obeũtibus. ¶ Item esto ꝙ nihil sit trãsmissum à papa, tñ sine episcopo nihil facere potuerunt, sicut in inuestituris, nec talia, vt extr. de iud. cãm. & ext. de pc. j. c. multo min⁹ sine ipso aliquid facere potuerunt, cùm iurisdictio erãt cõis.

4 SOLVTIO. † Satis videtur, quòd non valeat quod factum est: tamen cùm præsens fuerit episcopus, & mãdatum domini papę voluerint adimplere, solus episcopus non poterit contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia adhærens castro, nunquid transeat cum castro vendito.*
2 *Inalienabilia cum vniuersitate transeunt.*
3 *Laicus ecclesiam possidere nunquid possit.*

Quæstio 91.

1 MONASTERIVM † quoddam vendidit castrum in quo habebat ecclesiam, quę spectabat ad ipsum pleno iure: modò quæritur, vtrùm ecclesia trafeat cum castro.

PRO. Quòd transeat, probo: Nam ius patronatus quod est annexũ spirituali, vt extr. de iure patr. de iure trãsit cũ vniuersitate, vt eo. tit. cùm secundũ. & eo. tit. ex literis. à simili ergo & ecclesia transit. ¶ Prætereà, locus sacer vel religiosus transit cũ vniuersitate, vt ff. de
2 contrah. emp. & ven. in modicis. ¶ † Præterea quę aliàs alienari non possunt, transeunt cũ vniuersitate, vt ff. de acquir. rer. do. quædam quæ non possunt literæ etiam aureæ chartis accedunt, vt insti. de re. di. §. literæ.

CONTRA. Contrarium probo: Nam ecclesia est res spiritualis, ergo permutari nõ potest cum temporali, vt extra. de rerum permutatione. ad quęstiones. & c. vltimo.

¶ Prætereà ecclesia prætiosior est quàm sit castrum, ergo non accedit rei minus præciosæ, vt ff. de rerum di-
3 uision. si quis in aliena tabula. ¶ † Prætereà, esto quòd laico vendatur: nunquid posside bit ecclesiam: & certè non, cum sit res spiritualis, vt extra. de præsumptio. causam. & 10. q. j. nouerint.

SOLVTIO. T. mihi respondit, quòd ecclesia nõ transit, cùm sit preciosior quàm sit castrum. Sed certè contrarium videtur, per iura in prima parte allegata.

QVAESTIONVM VENERIALIVM D. Bartholomæi Brixiens. LL. Doctoris, Finis.

QVAESTIONES SABBATINAE NON MINVS DOCTAE QVAM FRVCTVOSÆ, ab eminentisimo tũ Ciuilis, tum Canonici Iuris interprete DN. ROFFREDO BENEVENTANO editæ.

PROOEMIVM.

CVM essem Aretij, ibiq; in cathedra residerem, post transmigrationem Bononię, Ego ROFFREDVS Beneuẽtanus Iuris Ciuilis professor Anno Domini 1215. Mense Octobri: & cogitarem quid vtile & fructuosum possem sociis de legum scientia ministrare: considerando quòd in scholis dominorum Bononiensium Sabbatinæ quæstiones D. Pilei tractarentur: & quia vtilius erat quæstiones de facto emergentes tractare in Sabbatis, quàm illas scripturas D. Pilei recitare, in quibus recitandis parua vtilitas, nisi quo ad astutiam, inuenitur: ideo quæstiones de facto emergentes, vtiles & fructuosas, & copiosè tractatas, ad rogatum meorum sociorum in scriptis redegi: quas quæstiones periti & sapientes mei socij in singulis Sabbatis tractauerunt. Verùm quia in legibus nostris fit furtum sine culpa laudabile, & opus & glosas quas fecerunt doctores antiqui mortui, iam multis retrò temporibus, viuentes doctores & domini sibi appropriant & asscribunt, vt consequantur laudem scholarium, gloriam omnium & fauorẽ, per hæc verba nullum reum in iudicium defero, pœnam metuens delatoris, sed remitto crimen inultum, vt socij agant pœnitentiam: vt redditis pennarum furtiuis coloribus, nudata moueat cornicula risum: & quia lucrari volũt, & semper aliena viuere quadra. nam species lucri est, ex alieno largiri, & ex alieno beneficio alium sibi acquirere debitorem, vt ff. de furtis. l. si pignore. §. j. Et ideo istud metuens, & illud quod dicitur: Sic vos, non vobis, fertis aratra boues. Timens de iure, ne aliquis inuitus & subtractor operis alieni, hoc meum opus sibi asscriberet: ideo nomen meum per initia quæstionũ appositum, studiosus lector poterit inuenire. In prima quæstione quæ sic incipit: Romana quidem ecclesia, &c. prima nominis litera apponitur: & sic seruato ordine, inspectis literis primis quæstionum inueniet ista nomina: Roffredus Beneuentanus iuris ciuilis professor factor operis. Accipite igitur studiosi socij, & studium ac solicitudinem antedicti offerentis: omnes enim sunt de facto quæstiones tractatæ præter quatuor: quarũ materia est de quæstionibus Pilei: sed sunt alio modò, iuribus & legibus pertractatæ. Prima illarum quatuor est, quæ ita incipit: Viuianus. Secunda, Aemilius: Tertia, Nicodemus: Quarta, Farulphus. Et ideo has inuenies hic positas, quia quidam ex meis sociis tyrones in legibus, non poterant dẽtibus panem durum manducare: ideo illas scriptas in medium proponebant. cesset liuor, & inuidia repellatur, bene sunt & diligenter quæstiones positæ, & legibus pertractatæ, & in singulis quæstionib⁹ adaptatæ sunt actiones legibus competentes. Incipiamus ergo in nomine Domini.

QVI SEMEL ELEGIT, AN posit secundo eligere, & si non vult, an cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Verba cum effectu accipienda.*
2 *Eligens, cuius electio non tenuit, ab eligendo non liberatur.*
3 *Eligẽdi ius suscipere, voluntarium est: susceptum verò, necessarium.*
4 *Petitione sola facti, stipulatio habere licere, non committitur.*
5 *Elegisse non videtur, cuius electio non tenuit.*
6 *Eligendi ius, eligenti non tollitur nominatione quæ effectum non habuit.*
7 *Non eligere, & electionem non tenere, paria sunt.*
8 *Eligere verbum, cum effectu accipiendum est.*
9 *Electoris ex quo semel elegit, officium eius expirasse videtur.*
10 *Factum aliquid esse, de facto semel sufficit.*
11 *Solutio quæstionis.*

Quæstio 1.

ROMANA quidem ecclesia dũ pastore vacaret, Titio est potestas eligendi collata, vt aliquem eligeret in pastorem. Hic Titius virum honestum elegit, qui electus noluit cõsentire: vult alium eligere: alij canonici dissentiunt: quęritur, an posit vel, si non vult alium eligere, an posit cogi.

PRO. Quòd alium posit eligere, vel etiam cogatur, ita probo: Istę Titius debuit eligere, sed nõ elegit: ergo

1 ergo adhuc eliget: verba enim † cum effectu sunt accipienda, vt ff. ne quis eum qui in ius voca. est, vi exi. l. 1. & l. penult. §. penul. & arg. ff. ad Velleia. non putat. §. si
2 mulier Nec † liberatur ideo quòd semel elegit: quia illa electio non durauit. nam nō videtur versum, nisi duret versum, vt ff. de in rem verso, si pro parte. §. versum. Item si aliquis debeat dare fideiussorem, & dedit talē qui poterat se exceptione tueri: vel fortè exceptionem opposuit: & ita liberauit se à fideiussoribus: tenetur iterum dare fideiussorem, vt ff. ad Velleia. l. quamuis. §.
3 si conuenerit. † Item licèt ab initio non cōpellaris necessitatem eligendi suscipere: tamen postquàm suscepisti, teneris consummare. sicut in mādato legitur, quod suscipere, est voluntatis: susceptum cōsummare, est necessitatis, vt ff. manda. si mandauero tibi. §. sicut autem liberum. Idem in commodato. vt ff. commo. in cōmodato. §. sicut aūt. Nonne hoc idem est in arbitro, quod ab initio non compellitur suscipere arbitriū, sed si susceperit, compellitur arbitrari, vt ff. de arbi. l. 3. §. j. Hoc etiam in iudice idē, vt ff. de iud. l. de qua re. procurator etiam qui susceperit procurationis officiū: si velit stipulationem de rato committi, tamē compellitur agere, ex quo semel accepit, vt ff. de procura. l. filius. §. procuratorem. Nec enim qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit: nam nihil actum credimus, dum aliquid superest ad agendum, vt C. ad Syllan. l. pe. §. fi. Electio tua quam fecisti, de facto fuit, & non de iure: quia effectum non habuit: & ideo iterū
4 eliges: sola † enim petitio facti non committit stipulationem habere licere, vt ff. de verbor. obli. l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui. Itē manumissio, quæ sola facti fuit, non inducit commissionem pœnalis sti-
5 pulationis, vt C. si manci. ita fue. alie. l. pe. † nam nō videris elegisse, ex quo vel elect⁹ est inutilis, vel electus renuntiat, arg. ff. de condi. & demonst. l. hæc conditio. Nam si legatum relinquatur alicui mulieri, si nuberet, si ea minor quàm viri potens nupserit, non ante ei legatum debebitur, quàm viri potens esse cœperit: quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest, vt ff. quādo dies leg. ced. l. quod pupillæ. Item vidi legem si relicta sit alicui optio mancipiorum, & ille eligat, si optio illa non tenuit, nō propterea vitiatur electio, vt ff. de optio. lega. l. quoties. Nec videtur adempta eligēdi potestas contra dominum: si frustrà contra procuratorem fuerit lis contestata, vt ff. de condi. indeb. l. cùm indebitum. §. creditor. certum est enim, quòd habebat
6 potestatem eligendi: vnde per illam † nominationem potestatem eligendi non admisit, cùm illa nominatio non habeat effectum: nam non tollitur patrono bonorum pos. contra tabulas, ex quo petitio ex testamento non habuit effectum, vt ff. de bo. lib. l. si viro. inutilis enim electio actionis, non impedit quo minus actio efficax possit intendi, vt ff. de euict. l. minor. §. j. & inutilis sententiæ probatio non impedit quo minus ipse & idem iudex debeat iudicare, vt C. quomodo & quando iudex. l. si præses. Item dico hunc non elegisse: ergo
7 iterùm eliget: ista † enim duo sunt paria, siue non eligat: vel si eligat, tamen nō tenet electio: sicut de eo qui ab intestato decedit, qui dicitur ab intestato decedere: siue nullum faciat testamentū, siue faciat tale quod sit irritum, vt inst. de here. quæ ab intest. defer. in prin.
8 † verbum enim eligere, cum effectu est accipiendum, sicut & verbum habere: vt ff. de verb. signi. l. nomen filiarum. §. vltim, Quid enim obfuit ista nominatio quo minus tenearis eligere, cùm electio nullum habuit effectum, vt arg ff. quod quisque iur. l. j. in fine. nec enim sufficit quod semel elegisti, nisi & iterum facias: nā sufficit quod semel legitimè factū est, &c. vt ff. quod met. caus. l. videamus. Nam qui debebat reddere rationem, non liberatur, nisi reliqua reddat, licèt semel rationes reddiderit, vt ff. de verb. sign. l. boues. §. vlt. & ff. de cōdi. & demon. l. cùm seruus.

CONTRA. Econtrà videtur, quòd iste nō possit
9 eligere: † expirauit enim eius officium: & siue bene, siue malè functus est officio suo, vt ff. de re iud. l. iudex. sufficit enim quòd semel eleg t, licèt illa electio non durauit, nec habuit effectum. Sufficit enim aliquid semel peruenisse, licèt illud quod peruenit, non durauerit, vt ff. quod metus causa. l. videamus. Si enim mulieri sit præstita semel dos, repellitur si iterùm petat, ff. de iure dot. l. cum pater. in fine. nec enim amplius potest cōditioni parere, cùm semel sit expleta, vt ff. de manu. testamento. si ita fuerit. §. j. Item ex quo debebas eligere, de prima electione est intelligendū: nam si promitto dotem mulieri, si nuberet, de primis nuptiis est intelligendum, vt ff. de iur. dot. l. dotis promissio. Item si mulieri promitto donec nupta erit, de primis nuptiis est intelligendum, vt ff. de verb. signific. l. boues. §. hoc sermone. illa enim electio quam primò fecit, omnem electionem consumpsit, vt ff. de option. lega. apud Aufidium. Item ex quo per illum electorem non stetit, habetur illa electio pro impleta, vt ff. de condit. institut. l. 3. & ff quando dies lega. ced. l. 4. item nonne à principio habuisti potestatem eligendi plures: ergo vno electo, alium non eliges: sicut in actionibus, vt de tributo. quod in heredem. §. eligere. & ff. de legat. 2. l. cùm filius. §. variis. hoc enim factum fuit tale, quod semel impleri debuit, vt ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. & sic vides ꝙ eligere non potest: & si velis eligere, su-
10 spectus videris. vt ff. de ꝓcu. quę omnia. sufficit † enim semel de facto aliquid esse factum: nā emancipatio facti, committit stipulationem, vt ff. de verb. oblig. quidam. Et manumissio facti implet cōditionem, vt ff. de condit. & demon. l. Mæuius. & ff de statulib. l. Stichus, si heredi. & C. de transact. vbi. Diuortium enim facti, repetitionem dotis inducit, vt ff. de cond. & demonst. l. quod seruus. Alienatio facti, inducit condictionem, C. de condi. ob caus. l. ea lege. & prodigū quod est partus facti, indicat impletam conditionē, vt ff. de verbo. sign. l. quæret aliquis. Et rescissio facti, Aquilianæ stipulationis pœnam committit: vt ff. de trāsact. l. vbi pactum. & ff. eo tit. l. pacto.
11 SOLVTIO. In † hac quæstione videtur mihi, ꝙ si ille qui debebat eligere, se offerat: quòd repellitur per legem illam ff. de procura. quæ omnia. si verò se nō offerat, & quæritur, vtrum cogatur eligere. Respondeo, si hoc actum est, quòd semel eligat, iterùm non eliget: alioquin eliget per l. ff. de condit. & demonstr. hæc cōdictio. Roffredus.

SI SCHOLARI VEL ALTERI collata est præbenda, qui putabatur peritus, si demum apparet imperitus, an ab eo possit auferri, & an idem in eo cui concessum fuit feudum.

SVMMARIVM.

1 *Causa qua cum effectu secuta non est, secuta non videtur.*
2 *Commendans se cum asseueratione falsa in alterius perniciem, de dolo tenetur.*
3 *Contractus cui dolus causam dedit, si est bonæfidei, ipso iure nullus est: si sit stricti iuris, licet teneat, per actionem de dolo rescindendus venit.*
4 *Ecclesia læsa, pupilli iure vtitur.*
5 *Episcopus de officio omnibus prouidere tenetur.*
6 *Episcopus vnde dictus.*
7 *Verba commendatitia suiipsius, non obligant.*
8 *Retenta in mente, repetitionem non inducunt.*

8 *Nullus contra factum suum venire, etiã si de iure non teneat, potest.*

Quæstio 2.

ODERICVS quidam scholaris inanis gloriæ
cupidus, multum in pompa verborum elatus,
recessit ad propria, pro sapiente, & multum se
de scientia commendabat, quòd vinceret Socratem, &
superaret Platonem, vel Pompeium præcederet, &
Pompeius retrò iret, episcopus ciuitatis illius, credé-
do bene illum proficere, dedit ipsi præbendam, cre-
dens bene per illum vtilitatibus ecclesiæ prouideri:
nunc scholaris iste insufficiens inuenitur, vult episco-
pus reuocare præbendam, quæritur, an possit. Eadem
quæstio poni posset in domino concedente feudum
alicui militi, quem probũ credebat, erat tamẽ inutilis.

PRO. Quòd possit reuocare, ita probo: Ad reuo-
candam præbendam vel feudum, condictionem sine
causa propono. quasi quòd causa quæ videbatur ab i-
nitio iusta, modò recidat ad iniustam, vt ff. de condi-
ctio. sine causa. l. prima, vel condictionem ob causam:
quasi causa patrocinij dedit, vel causa militię. & patro
2 cinium & militia sunt inutilia: & sic † causa non vide-
tur secuta, ex quo cum effectu nõ videtur secuta. Item
debet iuuari episcopus vel dominus ideò, quia certat
de damno euitando: scholaris vel miles de lucro ca-
ptando: & sic potior est causa episcopi vel domini da-
mnum vitarę volentis, vt C. de iure delibe. l. scimus. §.
legatariis. Non enim eadem est ratio, debita amittere,
& lucra non capere, vt C. de codicil. l. vltim. Præterea,
licèt causa non fuisset expressa, propter quam non se-
cuta non debet repeti: tamen tua temeraria asseuera-
tio inducit repetitionem: nanque venditor qui aliàs
non tenetur, tamen quia aliquando facilè asseuerat,
quod non debuit: lex dicit eum teneri, vt ff. de action.
2 emp. l. Iulianus. §. j. Cùm enim te † commendabas, hoc
faciebas in perniciem aliorum: ideo propter dolum te-
neris, vt ff. de dolo. l. quidam debitor. Etiam aliquis te-
netur in simili actione de dolo & ad interesse, vt ff. de
dolo. l. arbitrio. immò dico fortiùs, quòd præbenda i-
3 pso iure debet auocari: † quia dolus dedit causam cõ-
tractui. vnde ipso iure nullus est contractus, si est bo-
næfidei, vt ff. de dolo. eleganter in princ. si verò sit stri-
cti iuris, sicut contractus, licèt contractus tenuerit, de-
bet tamen rescindi per actionem de dolo, vt C. de inu-
tilib. stipul. l. dolo vel metu. sic ergo tua lingua afferat
tibi damnum. Nam

Lingua fuit damno, lingua faciente, loquaci.
Qui color est albus, nunc est contrarius albo.

Frater cur venisti ab Aretio, vbi hodie viget sciẽtia li-
terarum? non debebas probitates tuas nimium com-
mendare: nam si Catonem aliquando legisti, ita dicit:

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse. Et alibi:
Non velis rerum quicquam laudare tuarum.

Nisi sint ore alterius probatę priùs. quod enim dolum
commiseris, videas. Nonne dicit authoritas,

Multa fidẽ promissa leuant, vbi plenius æquo,
Laudat venales quas vult extrudere merces?

Cùm igitur debeat puniri de tali iactantia, quia patris
bona, non studendo, sed cum meretricibus luxuriosè
viuendo, & in tractatu de concessionibus pernoctan-
do, consumpsisti, quod nunc rei euentus ostendit: cùm
tibi debeãt ligari manus & pedes, pĩciq; in tenebras
exteriores: quomodo es ausus intrare ad nuptias non
habens vestem nuptialem? quomodo petis ergo remu
nerari, vel qua fronte defendis errorem tuum, cùm de
beas eoipso puniri, vt argumen. ff. de negotiis gestis, si
quis negotia, & ff. soluto matrimo. si ab hostibus. hæc
enim causa, s. scientia falso commendata, fuit causa fi-
nalis propter quam præbendam vel feudum fuit con-
cessum, vnde illa cessante, cessat effectus, vt ff. de dona.
l. j. & l. a. §. fi. nam

Causatum perimit causa perempta suum.

hoc etiam de Calphurnia legimus, vt ff. de postu. l. j. §.
sexum. si enim ego sciuissem te inscium, nullo modo ti
bi concessissem præbendam, vnde quia te tanquam i-
doneum aduocatum elegi, non tenuit collatio benefi-
cij, cùm reperiaris minus idoneus: sicut non tenuit in
stitutio filij, qui tãquam filius institutus est, cùm filius
non esset: sed potius si illud vitium sciuisset, te nunquã
instituisset, vt C. de heredib. institu. si pater. sicut enim
rescriptum impetratum tacita veritate, qua cognita,
priuilegium non daretur, non tenet, ita & hic, vt ff. de
ventre inspic. l. j. in fin. Cùm enim dolum in tui com-
mendatione commiseris, nec aliàs alteri in tui præiu-
dicium deberet prouideri: tamen ratione tui doli to-
tum commodum tibi debet auferri, vt argumen. ff. de
excus. tuto. l. qui testamento. Et licèt ecclesia secũdum
iura deficeret, tamẽ poterit subleuari restitutionis au
4 xilio: quia † læsa ecclesia iure vtitur reipublic. vt C. de
sacrosanct. eccles. l. vlti. & respublic. vtitur iure mino-
ris. vt C. ex quib. causis maio. l. respublica. & C. libr. xj.
de iure reipubl. l. rempublicam.

CONTRA. Econtra videtur quòd reuocari non
5 possit: imprimis, quia episcopus † tenetur ex suo offi-
6 cio omnibus prouidere. est enim dictus episcopus † ab
epi, quod est suprà: & scopin, id est, intendere: & sic si
concesserit præbendam, quod & argumentũ dicit of
ficium: nam nomina debent esse conuenientia rebus,
vt instit. de dona. & argum. C. de episco. & clericis. de-
cernimus. vnde si fecit episcopus, quod suũ dictat of-
ficium, non debet venire contra illud: quia ex suo de-
bet facere, vt argum. ff. si serui. vendice. l. altius. & ff. de
administra. tut. l. quoties. ff. de condi. indebit. frater à
fratre, si enim me commendaui, non sum damnandus
propterea: nam licitum est mihi me commẽdare, cùm
hoc inueniam de Vlpiano, qui dicit se fore nobilem,
vt ff. de censibus. l. j. sic enim inspiciens hoc negare nõ
potes, quod nescires, cùm te virum literatum ostende-
ras: & sic scienti & volenti dolus non infertur: vt C. de
transaction. cum donationis. volenti enim non fit in-
7 iuria, vt ff. de aqua pluuia. arcenda. l. in diem. † si enim
me commendaui, illa verba non me obligant, vt ff. de
contrahend. empt. l. ea quæ commendandi causa. Et si
ego me dixi aduocatum prouidum, non est in me sum
ma prouidentia summi philosophi attendẽda: sed suf-
ficit, si sum qualisqualis, vt ff. de ædilitio edicto. l. sciẽ-
dum. §. primo. Nam si promitto alicui cocum, non me
liorẽ pręstabo, siue præstare debeo: sed sufficit, si qua-
lemqualem exhibeam, qui sciat facere carnes lixas, vel
carnes cum calmazar, vt ff. de ædili. edict. l. si quid. §. fi.
Præterea, esto quòd illud gereres ĩ mẽte. scilicet quod
ideo dabas propter meam scientiam: tamen ex quo nõ
8 expressisti, repetitio locum non habet: ea enim † quæ
in mente retinentur, cùm à domino non exprimuntur,
repetitionẽ non inducunt, vt C. de condictio. ob cau-
sam. l. si repetendi. Nam si nepos remittit patruo actio
nem, quia hoc gerebat in mente, vt patruus eum here-
dem institueret: si eum non instituat, non propterea
transactio irritatur, vt C. de trãsactionib. l. si maiores.
Et licèt non sim summè peritus, tamẽ quotidianus v-
sus viros efficit approbatos, vt C. de iudic. l. certi. nam
& aliàs si hereditatem vendo, nõ debeo illam locuple-
tem præstare: sed sufficit, si sit qualiscunque hereditas.
vt ff. de hereditate vel actione vendita. l. cùm heredita
tem. Hoc idem in nomine vendito, vt ff. de hereditate
vel action. vendi. l. si nomen. & ff. de euict. l. si plus. §. vl
ti. Item ex quo concessisti præbendam, contra factum
tuum venire non debes, etiam si de iure non teneat, vt
ff. de adoption. post mortem, & ff. de seruituti. rustico.
prædio. l. per fundum.

SOLVTIO. In hac quæstione videt̃ mihi, episco
pum vel dominum à concessione præbendæ vel feu-
di fore submouendum, ex quo causa non fuit expressa,
licèt

licèt illã causam in corde conceperit, vt C. de condic. ob causam. l. si repetendi. & C. de transa. si maiores. verùm iure extraordinario, videlicet restitutionis, puto ecclesiã inualidam, sicut in allegationibus dictum est.

AN IS CVI DATA EST POtestas eligendi potestatem, poßit seipsum eligere.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi potestas, cui concessa est, si seipsum elegerit electio non tenet.*
2 *Potestas ex quo electus est, modò iuridicè, non refert.*
3 *Refertur ad omnes, quod pro voto primatibus indulgetur.*
4 *Benedictus Carus Romæ seipsum elegit.*
5 *Clausa. Quis vicem duorũ sustinere non potest, quãdo locus sit.*
6 *Honores qui ambit, vel omnem operam vt consequatur, in legem Iuliam ambitus incidit.*
7 *Author in re propria nullus fieri potest.*
8 *Electio sui ipsius non valet.*
9 *Imperatiuus quare prima persona careat.*
10 *Eligendi potestas cui data est, persona eligentis excepta videtur.*
11 *Electus & eligens relatiua, in eandem personam non cadunt.*

Quæstio 3.

FROGERIVS elect' fuit, vt eligeret Potestatẽ: ille elegit seipsum: quæritur, an teneat talis electio.

1 PRO. Imprimis videtur q sic: hic enim † pro eligendo Potestatem fuit electus, Potestatem elegit: ergo de iure tenet: ad nihil ergo aliud tendebant ciues, nisi q Potestatem haberẽt: vnde cùm hic sit electus, ergo de de iure tenet, à simili argu. tali: nam nihil aliud ait prætor, nisi vt respicerent à controuersiis litigantes, siue committendo iurisdictioni prætoriæ, siue alio modo fiat de communi voluntate & concordia, vt ff. de oper. noui nun. l. j. §. & post operis. Quid interest enim ciuitatis, vtrũ per me vel per alium ciuitatis commoditatibus consulatur? certè nihil. vt C. de natural. liberta. l. si
2 quis seu libe. in fin. † Ex quo enim Potestas est electus, non refert quòmodo sit electus: si tamen sit electus, sicut lex dicit. argument. C. de institution. & substitut. sub condition. fac. l. si mater. & si denuntiatio sit facta alicui in petitione hereditatis, efficitur malę fidei possessor: nec refert à quo fiat denũciatio: vt ff. de petitione hereditatis. l. item veniunt. §. petitam. Et si pecunia promittatur pro libertate præstanda, non refert à quo manumittatur, vel qualiter, sed an manumittatur, vt ff. de verborum obligationibus. l. cùm seruus. Item valet electio, quia videtur à tota vniuersitate electus: nã
3 dicit lex, refertur † ad omnes, quod pro voto primatibus indulgetur, vt ff. de regulis iuris. l. aliud. §. refertur. vnde cùm ego totius ciuitatis imaginem repræsentem, si me elegi, electio tenuit: vt ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. l. sicut municipij. §. vltim. si me elegi, tenuit: feci hoc non tanquam ipse, sed tanquam alius, sicut videmus auus adoptat nepotem, non quasi auus, sed quasi quilibet, vt ff. de adoption. si pater. §. qui duos. alias autem licèt pater & filius cẽseantur eadem persona, vt C. de impube. & aliis substitutionibus l. vltima. tamen pater elegit filium, & è conuerso: nec facit hoc quasi pater, sed quasi decurio: vt ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. l. item eorum. in principio. quantum enim ad ista publica munera, nõ consideramus ius patriæ potestatis quia quasi personæ publicæ admittuntur,

quæ aliàs repellitur, vt ff. ad Trebellianum. nam quod. Nec cassatur electio ideo, quia meipsum elegi: quia hoc iure cõceditur, nam si quęrimus, vtrum aliquis sit de iure electus, quem duę partes eligunt, dicitur quod sic, etiam si ille sit inter duas partes qui electus est, vt ff. quod cuiusq; vniuersi. nomi. l. plane. Item electio valet, licèt in te propriam pręstitisses authoritatem: sicut legimus de tutore, qui in re propria præstare authoritatem potest, vt ff. de contrahen. empt. l. fistulas. §. fundum. Cùm enim hic tractaretur de iure publico, bene aliquis potest fieri actor in re propria, vt ff. ad Trebel. l. j. §. fuit quæsitum, in fine. & si non directò, licèt mihi per cõsequentiam, vt ff. de autho. tut. l. j. facit hic enim quasi totũ collegium, non quasi ipse: sicut de patre qui fideiubet nõ quasi pater, sed quasi quilibet extraneus, vt ff. quod iussu. l. j. §. quid ergo. Item nonne consuetudo Romanæ vrbis debet inspici? certè sic, ff. de legib. l. de quibus. nam ius illud inspicimus, quo olim Roma-
4 na ciuitas vsa fuit; vt ibi: at † in Roma Benedictus Carus homo seipsum elegit, cùm esset sibi data potestas eligendi, & populus Romanus approbauit: vnde pro lege debet seruari in similibus. lex autem est, quòd populus Romanus &c. vt institu. de iure natur. gent. & ci-
5 uil. §. lex est. † Nec obstat quod dici posset: quia nõ possit sustinere vicem duorum: nam illud verbum est in contentiosa iurisdictione: at in voluntaria bene quis vti potest duplici officio, vt ff. de officio pretoris. l. j. & de officio consul. l. j. Præterea tenet electio: nam primò de ciuitate illa debet idoneus eligi, ad cuius potestariam quis vocatur. argumen. C. de episcop. & cleri. l. in ecclesiis. & si ibi non reperiatur idoneus, tũc alius eligatur extraneus, vt ff. de decurion. l. eos qui vtensilia: vnde cum me inueni idoneũ, tenet electio: & si primò me elegi, non vitiatur electio: nam & dicit authoritas: frange esurienti panem tuum, & carnem tuam ne despexeris. Item pro isto facit ff. ad legem Corneliam, de fals. l. si vxori.

CONTRA. Econtrà videtur quòd electio non teneat: Imprimis ideo, quia nunquã populus de tua personæ cogitauit, quando te elegit, vt eligeres te: sed tantùm de extraneo: si enim contrarium sibi placuisset, te elegisset, & sic euitatus fuisset iste circuitus, vt argumen. C. de caducis tollendis. l. j. circa finem. ergo si te elegisti, contra finés mãdati fecisti: vnde quod actum est, ipso iure non tenet, argument. ff. mandat. diligenter. Nam

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra citràque nequit consistere rectum.

Præterea esto quòd de te intellexisset populus, tu ta-
6 men te intromittere non deberes: † Nam incidit in l. Iuli. ambitus, quicunque honores desiderat, vel operam exhibet vt honorem possit habere, vt ff. ad legem Iuliam, ambit. l. j. Cùm enim per legem illam puniri debeas in quinquaginta aureis, quomodo honorem petis de crimine, cum non debet esse in pœna premium, vt argument. ff. soluto matrimon. l. si ab hostibus. nam licèt sis honestus homo, & talis cui officium potestariæ conueniat, te ipsum offerre non debuisti, nec eligere: nam quis debet cogi inuitus, rogari, cogendus: nam indignus est honoris regimine, nisi quis fuerit ordinatus inuitus, vt C. de episco. & cleri. l. si quenquam. Item nullus se tutorem dare potest: vt ff. de offic. prætor. l. fina. Item nec aliquis potest sibi legatum ascribere, vt ff. de fals. si quis legatum. honesti enim viri, vocati ad ciuilia munera, nedum non se ingerunt, immò à tali vocatione appellant, vt C. de appellat. l. hi qui. si enim fuisti electus vt eligeres, alium debuisti eligere,
7 & non te. † quia nemo in re propria author fieri potest, vt ff. ad Trebel. l. j. §. fuit quæsitum in princip. & ff. de author. tuto. l. j. Item nonne suspectus redditur, qui operas suas ingerit in inuitos, vt ff. de procurat. l. quæ
8 omnia. eo † enim ex quo te elegisti, non valet electio.

quia sicut dicit c. nemo à seipso potest initium sumere, extra. de iure patro. c. si per nostras. Arbiter enim in re sua aliquis esse non potest, nec iudex: quia sibi imperare non potest, vt ff. de arbit. l. pen. & C. ne quis in sua causa ius sibi dic. l. vnica. Nec testis quis esse potest in re propria, vt C. de testib. omnibus. & si aliquando legisti grámaticam, nonne
9 † ideo imperatiuus caret prima persona: quia nullus sibi imperare potest? Itē cum prohibeaturq; aliquis in prima causa & propria non sit actor & iudex, vel arbiter, vt dictum est: multo minus erit in publica: nam cum sit ibi maius periculū, & maius requiritur consilium, vt ff. ad Carb. l. j. §. sed & si quis. Praetereà, videtur lex quae hoc determinat: nam si tibi mandaui, vt dares centū cui velles, dare potes cui vis, tibi autem retinere non potes, vt ff. manda. l. si mādauero. §. si tibi. sic enim aliquando quaedam contingūt, q aliquis potest facere in persona alterius, sed tamen in sua non conceditur: sicut in creditore, qui potest pignus alij vendere, sibi tamen nō retinet, vt C. de distract. pign. l. & qui sub imagine, hoc in fideiussore, vt C. de dolo. l. j. hoc etiā in oeconomo, vt C. de sacrosanct. eccle. l. quibuscūq; modis. Praeterea, si tu allegas quòd ita Romae fuit factum, nō valet: non enim quod Romae fit, inspicitur: sed quod fieri debeat, vt ff. de iu-
10 sti. & iure. l. pen. † Item cum fuit tibi data potestas eligēdi, tua videtur persona excepta: quia in generali sermone non continetur persona loquentis, vt C. de sol. l. inquisitio. licèt contrarium generale pro alia parte possit allegari. Cùm enim affectas esse Potestas, hoc ipso censeris indignus: nam qui affectauit abesse causa reipublicę, hoc ipso priuilegio restitutionis non gaudet, vt ff. ex quib. caus. maio. l. & qui data. Nec enim tutori datur excusatio, qui tutelam affectauit, vt insti. de
11 excusa. tuto. † Item ista duo relatiua, electus & eligēs, in eandem personā non cadunt: sicut nec ista, emptor & venditor, vt ff. de rerum permuta. l. j. nec creditor & debitor. ff. de fideiusso. l. heres. & l. Vranius.

SOLVTIO. In hac autem quaestiōe videtur mihi sine praeiudicio melioris sententiae, q non possit hic esse Potestas, qui seipsum elegit: nam cum haberet potestatem eligendi alium, & non se, debuit eligere, per illud c. de iure patr. si per nostras. & per l. ff. mandati, si mādauero. §. si tibi. & quia res esset mali exēpli, quae vitāda est, vt ff. de custo. & exhi. reo. l. diuus. in fine legis.

AN REVOCATO VIRO PER vxorem à monasterio, videantur etiam reuocata bona, quae ingrediendo monasterio contulerat.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatione vtili vel condictione sine causa reuocatus à monasterio, experiri potest.*

2 *Monachatione cessante, bona quae inde data fuerunt, an reuocari debeant. & num. 5.*

3 *Ecclesia donari cum iactura aliena prohibitum.*

4 *Actus in parte approbari, & in parte reprobari non debet.*

6 *Obligatio an pro parte rescindi possit, & pro parte valere.*

Quaestio 4.

FARVLFVS intrauit monasterium sine voluntate vxoris: nunc vxor carnis stimulo agitata, maritum reuocat: quaeritur, an bona quae fuerint per ingressum monasterio quaesita, reuocentur.

PRO. Videtur quòd sic. Et quia sine actione nemo experitur, vt ff. de admi. tuto. quoties. §. item si tempo-
1 rali. & ff. de negotiis gestis. l. si pupilli. §. fina. † ideo ille reuocatus à monasterio, vtilem rei vendicationem vel condiction. sine causa proponit. Quòd enim vtilis rei vendicatio competat, probatur: Certum est, quòd hic fuit dominus, antequam traderet: vnde licèt dominium in ecclesia transferret, vt dicit authen. ingressi, tamen nunc vtilis rei vendicatio debet dari ratione prioris dominij: sicut video in eo qui donationem factam repetit ob causam alimentorum, vt C. de donat. quae sub modo. l. j. & in donatione causa mortis, vt ff. de donatio. causa mortis. l. si mortis causa. & sic in donatione sponsaliorum, vt C. de donat. ante nupt. l. cùm multa. Item quòd condictio sine causa locum habeat, vide. licèt enim ab initio causa fuit iusta, tamen nunc rediit ad iniustam, vnde locum habet condictio sine causa, vt ff. de condi. sine causa. l. qui sine. & l. seq. & sic actione proposita dico bona reuocanda: nam quare fuerint bona monasterio vendicata, hęc est ratio: quia
2 persona monachus facta fuit: † ergo desinente monachatione bona debent reuocari: eadem enim est persona obligandi & soluendi in contrarium ducta, vt ff. de verbor. obligationib. l. inter stipulantem. §. sacram. Praetereà bona possunt reuocari: quia quando iste monasterium intrauit, nō tenuit introitus: ideo quia cùm sint vna caro vir & mulier, vt ff. rerum amotar. l. j. non potest pars transire ad monasterium, & pars in seculo permanere, cùm nemo possit Deo seruire & mammonae. Quod enim introitus non valuerit, probatur ex diffinitione matrimonij: quia coniunctio est maris & foeminę, indiuiduam vitae consuetudinem continens, vt ff. de ritu nuptiarum. l. j. & institu. de patria potesta. si ergo vitiatur illud quod est principale, quomodo tenebat illud quod est accessorium, vel quod ex eo sequitur? certè non, vt dicit l. C. de legib. & constitu. non dubium. Item iste voluit illa bona offerre, si monachus factus fuerit: ergo cùm non sit secuta monachatio cū effectu, reuocantur data: sicut in donatione dotis quae data reuocatur, si matrimonium non sequutum: vt ff. de iure dot. l. promittendo. si enim non est monachatio, nec erit bonorum oblatio: vbi enim matrimonium non tenet, nec dos etiam dici debet, vt ff. de iure dot. l. j. sicut est dos, matrimonio legitimè contracto. Praetereà, te abbatem monasterij, alia ratiōe repello, quòd bona non retineas: nam cùm te fateris esse monachū, vincis auaricię cęcitate, & sic discordant inter se propositum & intentio: quòd enim non possis te defendere, ita laicorum exemplo poteris edoceri, vt arg. C. de mu. pat. libro 10. l. professio. Nonne prohibetur etiam laico, quòd non locupletetur cum aliena iactura? sic,
3 vt ff. de condiction. indebit. nam hoc natura: † hoc etiam in ecclesia multò fortius prohibetur, quae consueuit laicos à talibus erroribus reuocare, vt argum. ff. de condiction. indebit. frater à fratre. & ff. de administratute. l. quoties. ff. si seruitus vend. altius. Praetereà dicit generale, quòd si id quod ago, non valet vt ago, valeat vt valere potest, vt ff. de constitu. pecunia. l. j. cùm enim hic ingressus legibus & canonibus sit reprobatus, ergo & bona reuocantur. nihil enim teneri debet ex ea obligatione, quam obligationem totā senatus improbat, vt ff. ad Velleianum. l. si mulier. Praetereà, ecclesia liberatur ab onere: quia amicis monachi & sibi nō tenetur amodò prouidere: ergo & emolumentum non habebit: & sic cùm diminuitur labor, diminui debet commodum: tam enim labor quàm pecunia recipit di-
4 uisionem, vt ff. de annuis lega. l. Scio amico. † Praetereà, tu in partem reprobas, quod ingressus non teneat: in partem approbas, quia vis scilicet bona retinere: hoc
5 iura non concedunt. argu. ff. de bonis libe. l. vt si ex modico. & l. iam absurdum.

CONTRA. E contrà videtur, quòd bona non reuocentur imprimis ea ratione, quia quo ad bona, con-
6 tractum tenuit. ergo non debuit aliquo casu superueniente

piente vitiari, quod ab initio factum est legitime, vt C. de administr. tut. leg. sancimus. & ff. de itinere actuque priua. l. nec enim. Si enim reuocatur persona monachi, ideo reuocatur propter indissolubile vinculum matrimonij: quæ ratio in bonis reuocandis non accidit: licet enim sit inutile illud quod geritur, quo ad personam, tamen bona retinétur: quia dicit generale, si nõ valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest, vt ff. de transact. & post rem. & de condict. indeb. eleganter. licet enim principale sit inutile, tamen accidentia non
5 tolluntur, vt C. de prædiis minorum. l. & si is. † Præterea licet vitietur monachatio, bona tamen non reuocantur. ecce enim si vitiatur trãsactio propter alimenta tamen quod est solutum, nõ reuocatur, vt ff de trãsact. cum hi. §. si quis de alimentis. Item si vsusfructus legetur, & iter adimatur, inutilis erit ademptio: quia nihilominus debetur, vt ff. si vsusfuctus pet. leg. prim. Item nonne inutilis est remissio debiti, si fiat inter maritum & vxorem? sed tamen non est inutilis in pignore liberando, vt ff. de donatio. inter virum & vxo. l. si sponsus. §. si vxor. & C. ad Vellei. leg. etiam constante. & ff.
6 quib. mod. pigno. vel hypothec solua. leg. prim. † Præterea videtur, quod eadem obligatio pro parte rescinditur, & pro parte tenet: sicut legitur ff. de donatio. inter virum & vxor l. si sponsus. §. si maritus. Præterea videtur quod bene potuit propter talem causam ingressus separari, vt C. de episc. & cleric Deo nobis. Si ergo vir potest separari: dico adeo, quod monachus à monasterio non potest separari. vel si reuocetur persona, bona tamen remanent monasterio. ad illud, quod licet illud admittatur à iure, tamé bona à primo monasterio vendicãtur, vt in authent. de monachis. §. si quis auté. j. col. Cum enim illa bona sint monasterio quæsita, iam sine facto monasterij ad aliud transire non possunt, vt ff. de regul. iuris l. id quod nostrum est. Reliqua autem soluendo, dic vt in quæstionibus Pilei.

SOLVTIO. In hac questione distinguitur sicut distinguit dominus Io. Roffre. vtrũ aliquis dedicet se & sua bona expresssim, an bona tacite. In primo casu, si reuocatur persona, bona non reuocantur: in secundo sic, vt argu. C. si penden. appel. l. 3. & C. si reus vel accu. mor. fue. l. vlti. Decretistę tamen nostri dicunt, quod reuocata persona indistincte, reliqua bona reuocantur.

SI CANONICI QVI ELEGERUNT, moriantur antequam electus per eos confirmetur, an successores teneantur electum confirmare.

SVMMARIVM.

1 *Electio canonice facta eligentium morte vitiari non debet.*

Suffecti in locum aliorum factum illorum in quorũ locum suffecti sunt ratum habere tenẽtur.

3 *Subrogati in locum aliorum, eodem iure subrogati censentur.*

4 *Fiscus qui in iure priuati succedit, illius iure vtitur.*

5 *Episcopatum qui desiderat, bonum opus desiderat.*

6 *Episcopus dignus nõ videtur, qui precibus nõ interuenientibus ordinatur.*

7 *A munere repellendus est qui non initiatus, vltra se offert.*

8 *Forma dat esse rei.*

9 *Nominato ex sola nominatione ius quæritur.*

Quæstio. 5.

ROMANI canonici cuiusdã ecclesiæ, elegerũt quẽdã in pastoré: qui canonici, antequã electus cõfirmaretur, sunt oẽs mortui: alij sunt de nouo creati: electus nunc petit cõfirmari: canonici contradicunt: queritur, vtrum confirmationem petere possit.

1 PRO. Et videtur quod sic. nam certum † est q̃ fuit electus canonice: ergo electio non debet vitiari morte eligentiũ: nam morte cognitoris non debet perire publica fides, vt C. de re iudi. l. vlt. & si testamentũ sit semel publicatũ, licet primũ pereat: nihilominus tamen valet, vt C. de testa. l. 2. & ff. de administr. tut. l. chirographis. cũ ergo ab initio recte fuit facta electio, nõ irrita fit casu aliquo superueniente, vt C. de administ. tut. l. sancimus. & ff. de itinere actuque priua. l. 2. non enim
2 potest is contradicere: † nam cum successeritis prioribus eligentibus, tenemini factum ipsorũ habere ratũ: nec enim factũ testatoris heres rescindit, vt C. de testi. milit. qui à patre. & C. de reb. ali. non alie. l. venditrici. Cum enim sim à vestris antecessoribus quasi manumissus, tu heres me in seruituté reuocare nõ debes: vt C. de liberali caus. l. si ab eo. adeo hoc verum est, q̃ licet illi non habuerint ius eligẽdi. & vos de iure possitis eligere, tenemini tamen factum illorum approbare, vt ff. de except. rei vend. & tradi. l. si à Titio. Item, vos estis illi iidẽ qui me elegistis: populus enim qui est hodie, est ille idẽ qui fuit iam retro centum annis, vt ff. de iudi. proponebatur. ædificium enim positum loco alterius, idem céfetur: vnde & eadem seruitus durat, & sic est eadem electio, ff. de serui. l. seruitutes. §. si sublatũ. Et nauis refecta eisdem tabulis, eadẽ videtur: & stipulatio ante cõcepta, non vitiatur, ff. de verb. oblig. inter stipulãtem. §. sacram. & de solu. l. qui res. §. areã. Decuriones enim sunt iidẽ, siue durét primi omnes, siue sint mutati, vt ff. quod cuiusque vni. no l. sicut municipij. §.
3 vlti. † cũ enim vos sitis subrogati in locum illorũ, eodẽ iure censemini: nam & actio subrogata in locum alterius, eodem priuilegio gaudet, vt ff. de adopt. si is qui. & ff. si quis cau. l. si quis cum. §. qui iniuriarum. Ité non potestis contrauenire: nam nec iudex factum sui prædecessoris rescindit. vt C. sententiam rescin. non pos. l. prim. nec pupilla factum sui testatoris, C. de his quib. vt indig. l. Polla. Nonne tu es heres? ergo vna persona cũ defuncto censeris, vt in auth. de iureiur. à mor. p̃sti. colla. 5. in princip. Et quod sitis idem cum antecessoribus vestris, videas: nam eadẽ familia dicitur, licet omnes serui sint mutati, vel omnia nomina, vel ministeria, vt ff. de lega. 2. l. peculium. §. prim. quemadmodum eadem taberna dicitur, quæ fuit substituta in locũ prioris, vt ff. de fundo instr. leg. tabernam. item vide legem apertam: nam grex idem dicitur esse etiam si sint omnia capita renouata, vt ff. de rei vend. l. Marcellus. & ff. de lega. prim. leg. grege. & l. quod in rerum. §. vlti. & ff. de rei védi. l. si quis alienam nauem. Sed licet ponas q̃ tu heres non sis eiusdem iuris, sicut & antecessor: tamẽ ab eo inchoata teneris consummare: nam hæres socii, non est socius. tamen à defuncto inchoata tenetur cõsummare, vt ff. pro socio. l. heres. Item heres tutoris nõ est tutor: sed tamen compellitur explicare inchoata a defuncto, vt ff. de here. tut. leg. 1. Ea enim quæ vestri antecessores fecerunt, perinde est ac si vos fecissetis: arg. ff. de aqua plu. arcen. leg. si tertius. §. Celsus. Item cum tempore electionis non contradicebatis, mihi contradicere non potestis, vt ff. de decur. l. Imperatores. §. fi. Præterea, ex quo vos appellamini canonici, sicut & primi: sola impositio nominis facit vos eosdem, licet sitis alij, vt ff. de condi. & demonst. lege. filiæ. §. vltim. quod enim ordo semel decreuit, non debet illud aliquo modo rescindi, vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. quod semel. ex quo enim me semel elegerunt, amodo nõ possent cõuenire illi si superessent. arg. ff. de re iudi. l. iudex. nec etiã vos, qui in illorum loco successistis, cum eodem iure vtamini: anulus enim subrogatus in locum prioris anuli, codem iure censetur sicut & primus, vt ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. si donatę. §. fi. & l. si sponsus. Nec enim videtur de nouo ordinata canonia, sed antiqua videtur confirmata. qui enim ædificium fulsit & refecit, nõ nouum videtur facere sed veteri remedium ad-

hibere,vt ff.de no.ope.nun.l.j.§.si quis ædificium.Nec
en me euentus mortalitatis meam electionem reddit
inutilem sed tunc redderetur.si facta, minus vtilis es-
set:sicut legitur de minore:nam non euẽtus damni,sed
inconsulta facilitas restitutionẽ indulget,vt ff.de mi-
nori.l.verum.§ fi.& ff.de sol.l. in pupillo. cum enim in
locum eorum succeditis, eodem iure censemini, vt ff.
4 de edend.l.quædam sunt.§.nec interest.† Fiscus enim
qui in ius priuati succedit,illius iure vtitur,vt ff.de iu
re fis.leg.fiscus.l.3.§.si posteriori.nam cum sitis substi-
tuti in locum priorum,non potestis dicere in locũ ec-
clesiæ esse tãtum substitutos:immo in omnibus & per
omnia eadem intelliguntur: prætor enim qui in locũ
deficientis furti actionis, in factum actionem substi-
tuit,verisimile est cum in omnibus casibus substituisse,
vt ff.si is qui testa.libe.esse ius.leg.prim.§.hæc actio.Ex
quo enim semel voluistis,amplius pœnitere nõ potui-
stis,vt ff.de optio.lega.l.apud Aufidium.& ff. de verb.
obli.si ita stipulatus. Item non licet vobis reprobare
ꝓbatũ.ff.de nego.gest.l.Põponius.Nec si dicas,tu pe-
tis prælaturam:ergo eoipso es indignus,vt C.de episc.
& cler.l.si quenquam.& ff.de procu.l.quæ omnia.Res-
5 pond.immo bene facio:† quia qui episcopatum desi-
rat,bonum opus desiderat.Et etiam Barbarius Philip-
pus Romæ petiit officium præturæ,vt ff.de offic.ꝓto.l.
Barbarius.& arg.ff.quod cuiusque vni.no.l.item eorũ.
maxime cum hoc non fiat clanculum,sed palam: vnde
admittitur,arg.ff.de admini.tu.l.non existimo. & ff.de
ritu nupti.l.palam.

CONTRA. E contra videtur,quod isti noui cano
nici possint contradicere,repellentes eum ex suæ mẽ-
6 tis proposito. Nam † non videtur dignus episcopus,
qui precibus non interuenientibus ordinatur: ab am-
bitu enim antistes debet esse sepositus,vt quæratur co-
gendus: rogatus recedat: sola illi suffragetur necessi-
tas excusandi:profecto enim indignus est sacerdotio,
nisi fuerit ordinatus inuitus,vt C.de Episco. & cleric.
l.si quenquam.Item punitur l.Iul.ambi.vt C.ad legem
Iul.ambi.& ff.ad legem Iul.ambi l.prim. non est enim
petenda dignitas,sed potius merito prouocãda: vt C.
de episco.& cler.l.si quenquam.& ff.de orig.iur.leg.2.
circa finem.licet enim sit honesta concessio dignita-
tis,iniusta tamen est petitio prælaturæ: quædam enim
honeste tribuuntur,quæ tamen inhoneste petuntur,vt
ff.de variis & extraordi.cog.leg.2.§ est autem res. Nã
cum viri prætorij ab Imperatore peterent, vt liceret
eis de iure publice respondere: Imperator rescripsit,
non esse petitioni eorum aliquatenus deferendum, li-
cet talis dignitas soleat concedi,vt ff.de orig.iur. leg.
2.in fi.Legalis etiam scientiæ professores iniuste petũt
donaria,licet à scholaribus eis digne & iuste in recon
pensationem laboris & muneris offerãtur.vt ff.de var.
& extraordi.cogn.leg.prim.Mater etiam filiorum Ze-
bedæi quę postulauit à Domino, vnum ex filiis poni à
dextra,& alium à sinistra,non fuit admissa. Suspectus
etiam videris,cum operam tuam ingeris inuito:nõ in-
uitatus,venis prandere paratus:vt ff de procurato.quę
omnia. Et eoipso quod affectas,videris indignus,vt ar
gumen.ff.ad l.Corne.de fals.l.vxori §.primo.& de hoc
7 medio notaui supra in quæst.illa.Frogerius.† Repelli
tur enim quis à munere,qui nõ inuitat⁹ vltro se offert,
vt ff.de iure immu.l.semper.§.conductores. Præterea
nos qui successimus,non sumus idem cũ antecessorib⁹
nostris:vnde tãquam alij possumus contraire:nam na-
uis composita, alia nauis à prima creditur: & manu-
missus,alius homo creditur à primo,vt ff de solu.lege.
qui res.§.aream.Nam & nauis refecta eisdem tabulis,
alia nauis est:vnde vsusfructus amittitur, vt ff.quibus
modis vsufructus amit.l.quid tamẽ.§.in nauis. Forma
8 † enim rei,est esse rei:vt ff.ad exh.l.Iulianus.vnde for-
ma mutata,ius deperit primitiuum: nam licet pristi-
na qualitas scyphorum duret, tamen & quia mutati
fuerunt medio tempore,vsusfructus perit,vt ff. de vsu
fru.l qui vsumfructum.in princ.Nam & si domus de-
struatur,& alia in locum eius reponatur:tamẽ alia est,
nec debetur legatum,vt ff.de lega.1.l.si ita.§.si domus.
Præterea,& si sumus iidem cũ defunctis,& sumus he-
redes tamẽ facta ipsorũ possumus reuocare: nã potest
heres ꝙ defunctus nõ potuit,vt C.de euicti.leg.vltim.
Itẽ remittit cautionẽ legatario heres, vt vtatur & frua
tur arbitrio boni viri,ꝙ testator nõ potest,vt C.in pos.
lega.l.scire debetis.Præterea,si iidẽ sumus,tamẽ pos-
sumus reprobare,licet semel ꝓbauerimus:nã & medi-
cus qui semel fuit electus, reprobatur, vt ff. de mu.&
hono.l.vt gradatim.§.reprobari.& reprobatur doctor
qui semel fuit approbatus. vt C. de profes. & medi.l.
grãmaticos.Peti hæres etiã restitutionẽ, quã defunct⁹
petere non potuit,vt C.de resti.mili.l.si Valerianus. Itẽ
hæres remittit Falcidiam,quam testator nõ remittit,vt
ff.ad legem Falcid.l.potest,& l.quod de bonis.

SOLVTIO. In hac quæst.sine præiudicio melioris
sententiæ,ita dico:ꝙ electus potest petere cõfirmatio-
6 nem,maxime quia † ex sola nominatione ius illi quæ-
situ est,licet sit contra argum.ff.de testa.mili.l.penult.
& ff.ex quib.cau.maio.l.nõ enim ꝙ enim ex sola nomi
natione quæratur ius,dicit C.de appella.l.hi qui ad ci
uilia:& isti canonici nõ possunt contradicere, cũ iidẽ
æstimentur, vt ff.de iudi.l.proponebatur.

AN DONARIA A PRINCIPE nunciis seu legatis concessa,ciuitas quæ eos misit,posit ab eis petere.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quicquid ex lite consequitur, domino li-*
tis restituere tenetur.
2 *Donaria quæ legatis donantur, quod illis à quibus*
missi sunt,quærantur,vt quæ eorum contemplatiõe
donata sint:cum legati non nisi propter negocium do
natori cogniti sint.& nu.5.
3 *Legatis qui donat,ciuitati à quibus missi sunt, dona*
re videtur.
4 *Legatum templario relictum,templo quæritur.*
6 *Legatis quæ eorum contemplatione dantur, sibyipsis*
quæruntur.

Quæstio 6.

1 EVENIT tempore quodam, quod dum ciuitas
Mediolani guerram haberet cum Frederico,mi-
sit nuncios suos ad Imperatorem Cõstãtinopo
litanum,vt ciuitatem Mediola.iuuaret:Imperator mul
tum de auro Arabiæ misit per nuncios:& insuper maxi
ma donaria dedit legatis:vult ciuitas cõcessa donaria
à legatis petere:quęritur an possit.

PRO. Quod possit probatur:Imprimis proponi-
1 tur actio mandati.† Ecce enim procurator quicquid
ex lite consequitur,totum domino debet restituere,vt
ff.de procu.l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris.
quicquid etiam creditor consecutus est occasione pi-
gnoris,totum restituit debitori, vt ff de pign.actio.l.si
pignore.Et si possessor hereditatis aliquid est lucratus
totum restituere compellitur,vt ff.de petitio. heredit.
lege,sed si lege.Et quia quod occasione rei meæ habes,
debes mihi totum restituere,argumen ff.si cert.peta.l.
si eum seruum.nanque si aliquem quæstum facis,is qui
boues experiundos accepit,totum cõpellitur restitu-
ere,vt ff.commodati.leg.si is qui.§.primo.ex quo enim
te conuenio actione mãdati,nihil penes te retinere po
tes vel debes,vt ff.mandati.l.ex mandato, & l. idẽque.
§.j.Hoc idem in tutore attenditur,quia nihil ex tutela
lucrari debet,vt ff.de administra.tuto.leg.qui negocia
tionem

tionem.Incrementum enim quod facit alluuio,debet
restituere creditor debitori,vt ff.de pigno.l. si fundus
2 in princip.† Pręterea,ista donaria sunt ciuitati quæ-
sita:nam Imperator non habuit vos notos,nisi propter
istud negocium:ergo ciuitati quæritur. Nam & si ali-
quid donatur filio ab eo qui notus erat filio ex cogni-
tione patris,patri quæritur,vt ff.de castrési pecul.l. mi
les,& l.castrense.& leg. hæreditate. immo nec distin-
guo qualiter vos habuerit notos,vt argum.ff.de actio.
emp.l.prim.§.sed & si.Item maritus restituit vxori he-
reditatem,in qua dotalis libertus eum heredem insti-
tuit,vt ff.solu.matrim. l. si vero. Præterea, si donauit
3 † núciis, ciuitati Mediolani donasse videtur: nam qui
donat ciuitati vel ciuibus,ciuitati quæritur,vt ff.de re
bus dub.l. ciuibus.Et qui heredem instituit seruú Ti-
tij,Titium instituisse videtur,vt C.de iure delibe.cum
4 aliquis. Et si † legatum relinquatur templario,templo
legatum quęritur,vt ff.de annuis lega.l.annua. si enim
istud mandatum non suscepissetis, istud non habere-
tis:vnde ciuitati dabitur, vt argumento. ff. de furtis.
5 l.si seruus communis.Fuit † enim datum vobis gratia
ciuitatis:quia propter hoc mandatum vos habuit no-
tos:vnde ciuitati quæritur,vt argumen.ff.de vul. & pu
pillar.substit.leg.si plures.§.in arrogato. Emptor enim
compellitur restituere quicquid ad eum ex seruo em-
pto peruenit, vt & si peculium vel hereditas si postea
fiat liber seruus,vt ff.de actio.emp. si quis seruum. Et
si fiat redhibitio mancipij véditi,quicquid emptor lu-
cratus est,restitue,vt de ædil.edict.l.boué.§.si quis ser-
uum.Et si legatum relinquitur filio existenti in potesta
te,patri esse videtur legatú,vt ff.de códitio. & demon
stra.l.filio.Præterea legatus nihil debet tractare de ꝓ-
prio commodo,quandiu fungitur munere legationis,
vt ff.de legation.l.legatum.

CONTRA. Econtra videtur quod nuncij nó re
stituant,immo sibi donata ab Imperatore, retineát. Et
6 in primis,† quia beneficium collatum,ipsis nunciis ac
quiritur,non ciuitati:cum eorum contemplatione Im-
perator eis donauerit,argumen.ff.soluto matrimonio.
l.si vero.Item licet occasione mandati vobis fuit con-
cessa donatio,non tamen tenemur reddere:ná & actio
sepulcri violati,licet per hereditatem contigat,tamen
non competit ex defuncti voluntate,& ideo heres cre
ditoribus non tenetur,vt ff.de sepulcro viola.quæsitú.
Ista enim donaria non de bonis sunt ciuitatis: & licet
occasione ciuitatis venerunt,non tamen reddimus.
Quod enim est de bonis aui,sed propter bona aui,ac-
crescit nepoti,non confertur,vt ff. de coniungen.cum
eman.l.j.§.emancipatus.in fi.Item ista sunt quęsita nú-
ciis,cum eorum contemplatione eis dedit:nec distin-
guitur vnde istos nuncios notos habuit,vt ff. de vsufr.
l.sed & si quid.Item ea que accidunt extra hereditaté,
possessor hereditatis non pręstat sed illa tantum, quæ
ex ipsa re proueniút,vt ff.de petitio.heredita. item ve-
niunt.§.item non solum. Item nec restituit heres pœ-
nam quam habet occasione hereditatis, vt ff.de peti-
tion.heredita.l.at vbi.Item ea que habet hęres puta-
tiuus,licet habeat occasione hereditatis, tamé heredi
non restituit,vt ff.de transact.l.3.§.vlt. Nam illud quod
ex negociatióe,non hereditate.percipitur, id nó resti
tuit emptori véditor,vt ff.de hered.vel act.vend.l.vé-
ditor ex hereditate.& ff.de lega. 2.l. Titia. aliâs ad le-
gem Falcid.l Titia.

SOLVTIO. In hac quęstióe sine pręiudicio me
lioris sententię videtur mihi distinguendum, cuius
contemplatione donauit:vt si ciuitatis,ciuitati quæra
tur:si vero nunciorum,nunciis: vt ff.solut.matri. si ve-
ro.& ff. de vulga. substitit. l. sed & si plures.§. in arro-
gato. In dubio præsumo ciuitati acquisitum, vt ff de
rebus dubiis. l. ciuilibus. vel posset distingui vtrum
dixerit nunciis,& tunc ciuitati:quia præposuit appel-
latiuum: aut dixit,Seio, Titio & Mæuio,& tunc quæ-
ritur nunciis:qui præposuit proprium, vt argumen.ff.
de stipu.seruo.l.si communis seruus ita.

SI PATER DONAT VNI EX filijs in potestate prædium, retéto sibi vsu fructu: mortuo patre, si illud possidetur à fratre, vel altero, an possit ipse filius rei vendicat. vel Publicianam intétare.

SVMMARIVM.

1 *Filius rem à patre sibi donatam, qua actione vendicare potest.*
2 *Pater rei donata filio, vsumfructum retinendo, rem ipsam tradere videtur.*
3 *Intellectus regula, Quod ab initio.ff.de reg. iur.*
4 *Dominus rei contra eum qui possidet, rei vendicationem recte intentare potest.*
5 *Donatio facta filio à patre cum vsusfructus retentione, donationi causa mortis comparatur: qua legato similis est.*
6 *Dominium an quaratur filio ex patris donatione cũ retentione vsusfructus ipsi filio facta. & nu.8.*
7 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato &c. quemodo intelligatur.*
8 *Donatio patris facta filio, an in familia erciscunda iudicio veniat.*

Quæstio 7.

DONATVS prædium quoddam donauit Ti-
tio filio suo in potestate cóstituto: & illius ꝑdij
retinuit vsumfructum. hanc donationem non re
uocauit:nunc illud prædium possidetur ab aliquo ex-
traneo:vel à fratribus illius coheredibus:queritur, an
à iure possit Titius aduocare prædium.
1 PRO. Videtur,quod sic.† Et quia nemo sine actio
ne experitur,vt ff.de administra.tuto l. quoties.§.item
si temporali.Ideo rei vendicationem vel Publicianam
intendit:nó quod vtranque intendat,sed alteram tan-
tum,& alteram prosequatur,vt ff.de tribu.leg. quod in
heredem.§.eligere,& ff. quorú legato.leg.prim.primo
responso.quod enim dominium sit quæsitum filio, pa-
2 tet:† quia pater retinendo vsumfructum perinde ha-
betur ac si traderet,vt C.de donatio.quisquis. & leg.si
quis argentum: vbi dominium sine possessione quę-
ritur.Et cum hoc sit verum de iure communi, verum
erit & in filio. Et licet non potuisset quęri dominium
à tempore factæ donationis,tamé filio post tépus mor
tis patris quæritur,& ab eo tempore valet,vt C. de do
natio.inter virum & vxorem.l.donationes. licet enim
illa donatio ab initio fuisset inualida, tamen morte se
cuta confirmatur:sicut donatio facta vxori,quæ ab ini
tio est inualida,sed tamé morte secuta confirmatur:&
præsumo in dubio potius cófirmatá esse,quá eius có-
trariú,ff.de don.inter virú & vxo.cú hic status.§.1.& 2.
multa enim ab initio nó valét,quæ postea conualescút
vt vnú generale notari potest ꝑ l.vnicá.C.de cótracti-
bus iudicú.ná ibi contractus nó valuit ab initio,tamé
ex post facto valet.Potest etiam notari in matrimonio
contracto cum præside,quod licet sit ab initio cassum
& inutile,tamé ex post facto cófirmatur,vt C.de nup.
& si contra.Item in cótractu minoris,qui licet ab ini-
tio sit inutilis,tamen confirmatur ex tempore, vt C. si
3 maior factus.l.vlt.† Nec obstat regula ff.de regul.iur.
quod ab initio: quia locum habet illa quando solum
tempus adiicitur per legem,vt ff de acti & oblig.lege.
obligationum fere. §. placet. Et sic cum dominium
sit quęsitum filio, dico quæsitum post mortem: qua
confirmata, tacite transfertur dominium, sed non so-

la morte, sed cum illo contractu qui præcesit: sicut vi deo in iurisdictione tradita à populo, quæ non per electionem populi, sed per confirmationem populi conceditur, vt in authen. de defensor. ciuita. colla. 3. §. nūc
4 autem. † Ergo cum habeat dominium, merito rei vendicationem intendit contra possidentem, vt C. de alienatio. iudi. mutan. cauf. fact. lege 2. Præterea, nihil est quod possit obstare isti filio quo minus vendicet: nam & si pater nomine filij comparaui tres, licet fuerint in potestate, tamen illas filius habet præcipuas in familiæ erciscundæ iudicio, vt C. de famil. ercifcund. l. filiæ. Itē ista donatio quæritur filio: nā ista sunt paria, siue quis donet filio emancipato, siue in potestate constituto, si nō reuocet pater, quæritur filio dominum, vt C. de do-
5 nat. siue emancipatis. Præterea, ista † donatio comparatur legato: quia comparatur donatiōi causa mortis, cum morte confirmetur, vt ff. de donatio. inter virum & vxor. l. sed interim. & donatio causa mortis similatur legato. vt C. de donatio. causa mortis leg. prima. & vlti. ergo sicut pro legato datur rei vēdicatio adita hereditate, vt ff. de fur. l. à Titio, ita & hic datur rei vendicatio, cum mors inde sit secuta.

CONTRA. E contra videtur, quod iste filius repellatur: Imprimis, quia isti dominium quæsitum non est: ergo rei vendicatio non sibi datur, vt ff. de rei ven-
6 dic. in rem actionem. † Quod enim dominium non sit quæsitum, vide: nam aut dices esse quæsitum tempore factæ donationis, & hoc stare non potest: quia illa donatio impeditur ratione patriæ potestatis, vt ff. de donatio. leg. 2. aut dices esse quæsitum tempore mortis, & sic ex causa confirmationis: & istud stare non potest: nam confirmaretur, hoc fieret per ratihabitionem tacitam: at istud esse non potest: nam etsi ratum haberet expressim, tamen illa ratihabitio non traheretur retro quo ad dominium, sed quo ad vsumfructum tantum, vt C. de donatio. inter virū & vxorem. l. donationes, in fine legis: licet dicatur, † ratihabitio retro tra-
7 hitur, & mandato comparatur, & confirmat ea quæ ab initio inualida facta sunt, vt C. ad Macedo. lege. vltim. Verum est, quando est tale negocium, quod potuit haberi ratum ab ipso principio, argumen. ff. de pigno. l. si fundum. §. primo. at hòc, & si pater millies vellet quod donatio valeret, propter hoc tamen nunquam potuisset valere: sicut vides in casu simili, vbi ratihabitio expressa non confirmat illud quod ab initio minus vtiliter factum est, vt ff. de his qui not. infam. l. quid ergo. in princip. & quod dominium non sit quæsitum filio,
8 videas † nam res illa donata filio, venit in familiæ erciscundæ iudicio, vt C. de inoffic. don. leg. 2. si venit in iudicium, ergo remansit in bonis patris: ea enim quæ sunt in bonis testatoris veniunt in familiæ ercifcund. iudicio, & non alia, vt ff. famil. ercifcund. si id quod. & l. heredes. §. quod pro emptore. Præterea, tempore donationis non potuit quæri dominium illi filio: quia sic iam quæreretur patri, & sic esse non potest, quia iam sibi ipsi daretur quod iura nolunt, vt ff. de fideiussor. heres. & l. Vranius. Præterea, pater retinendo vsumfructum voluit donationem valere de iure communi tanquam cuilibet extraneo: vnde nō potuit: nam pater pascendo filio vt extraneo, nullam exceptionem quærit filio, vt ff. de pactis. l. si tibi decem, §. si pactus. Nam quod ab initio non valuit, non potuit ex post facto aliquatenus confirmari, vt ff. de regu. iur. leg. quod ab initio. & sic potest illud generale adduci. Item pater iste quod voluit, non potuit, scilicet dominium donationis tempore transferre in filium, per ea que dicta sunt: quod potuit, noluit: scilicet quia potuit emancipare filium & sibi donare, quod cum non fecit, non valet donatio, quia quod potuit, noluit: quod voluit, non potuit. vt C. si quis alteri, vel sibi. l. multum. Si enim pater donat filio in potestate constituto, si moriatur donatione non reuocata, tamen illam donationem nō habet filius præcipuā, vt C. de collat. si donatione.

SOLVTIO. In hac quæst. distinguo sine præiudicio melioris sententiæ: vt si pater donat filio vt bene merito, id est, quasi extraneo, donatio teneat: & dico ipsum filium dominum post mortē patris, & ita à quolibet possessore posse rem auocare. arg. illius l. C de donat. inter virum & vxo. l. donationes, & arg. ff. de dona. inter virum & vxorem, cum hic status, §. j. & 2. & per l. C. fam. ercifcund. filiæ. Si vero pater donauit filio, cōcedendo ei in peculium, tunc non est dominus filius: immo est communis res illa, vt C. de colla. l. si donatione. & tunc filium excludo à vendicatiōe. Si vero donet filio, conferendo in eo vltimū arbitrium: tūc eatenus cōfirmatur donatio morte, quatenus alij habeāt bonorū debitum subsidiū, vt C. de inofficio. dona. l. si pater. In dubio quid præsumemus? dico q nō sit quæsitū filio immo ex quo res est paterna, præsumam communē, nisi filius doceat quomodo res illa sit sibi quæsita, vt C. de probatio. siue possidetis.

COLONVS QVI CONDVXIT fundum in perpetuum, eo pacto, ne venderet, an possit alteri locare in perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *Venditiōis verbo, omnis alienatio cōtinetur. & nu. 10.*
2 *Locatio in perpetuū, an sub venditionis nomine cōtineatur.*
3 *Locatione perpetua conductori ius in re quæritur. & numero 11.*
4 *Pœna quando in contractu adponitur, quid intersit, nō attenditur: sed quid in stipulatione interuenerit.*
5 *Verb. Ne vendas: quod quandoque pro verb. ne loces, accipiatur.*
6 *Rem quam conduxit, alijs locare neminem prohiberi, regulare.*
7 *Rei propria cuique distributionem habere iustū est.*
8 *Locatio dominium mutare non solet.*
9 *Libertatem qui in vnum casum excepit, in alijs sibi cauisse non videtur.*

Quæstio 9.

VITERBIENSIS quidam nobilis Burgensis de Castro plebis, locauit in perpetuum fundum cuidā colono, id est, in vita sua, ea lege de pacto adhibito in cōtractu, quod colonus non venderet illū fundū, & si venderet, promisit colonus Viterbiēsis pœnā centū: nunc iste colonus alij colono istum fundum locauit in perpetuū: quæritur, an ista secunda locatio teneat: & an iste colonus commiserit in pœnam.

PRO. Quod enim secunda locatio non teneat, probo: Ecce ego qui fundū locaui, fui dominus, & legē apposui in re mea, & in traditiōe, vnde tenet, vt C. de pactis inter empt. & vēd. l. vlt. vnde certū est q hic cōductor non potuisset vēdere. Sed ille dicit, ego locaui: q potui facere, quia nemo prohibetur rem quam conduxit, alij locare, vt C. loca. & conducti. nemo. vnde cum non vendidi, non potes aliquid dicere de pœna. Respondeo, frater, immo aperte fecisti contra pactum: nā ex quo prohibui venditionem omnem, alienationem
1 videor tibi prohibuisse: verbo enim † venditionis vel emptionis, omnis alienatio continetur, vt ff. de statuliber. l. statuliber. à cæteris. §. j in fin. Nā quā rē quis emere prohibetur, & pign. accipere nō potest, vt ff. quæ res
2 pig. obli. l. j. §. eam rem. Si ergo † omnis alienatio continetur sub nomine venditionis & emptionis: ergo & locare in perpetuum, argumen. ff. de rebus alien. non
3 alien. l. sancimus. nam per istam † talem locationem ius in re acquiritur conductori, vt ff. si ager vectiga. l. j. Præ-

l.prim.Præterea,quãdo ego dixi,nolo quod védas:ista
verba videntur tibi interdixisse venditionem de facto
vnde in pœnam committis.nam de iure nõ posses ven
dere,vnde rem illam aduoco: nam dicit le ea lege,de
condi.ob causam,ne alicui facultas alienandi compe-
teret,id efficit,quod si non sit seruata conditio,compe
tit condictio,vt C. de condi. ob causam,l.ea lege.ergo
cum videatur interdicta alienatio , quæ de iure posset
fieri,scilicet ne loces:nam & si vendo mancipium tibi
vt non manumittas,tene illud pactum,vnde manumis
sio non tenet,vt C.si mancip.ita fue. aliena. ne ma. per
totum.Item si védo tibi mancipium ne prostituas, nec
potes habere illud in taberna , vt C. si mãcip .ita fue.
aliena. ne prostituas lege . vltim. ita & hic cum pro-
hibui ne venderes , videor etiam illud prohibuisse in
perpetuum ne loces:vnde si contra fecisti, licet illa lo
catio non teneat vel teneat , committis in pœnam:si-
cut vides si quis solo facto veniat contra transactio-
nem vallatam stipulatione Aquiliana, licet de iure nõ
possit, committi tamen in pœnam,vt ff. de transactio
4 nib. leg.pacto conuento.Cum enim † pœna apponi-
tur in contractu.non inspicitur quid mea intersit , sed
quid in stipulatione interueniat,vt ff.de verbor. obli-
gatio.stipulatio ista,§. alteri. ergo licet nõ itersit mea.
quod tu non loces:tamen committis in pœnam. quod
enim qui venerit contra pactum, committat in pœnã,
testantur iura C.de tra nsact.l.cum propona, ff de pa-
ctis rescriptum,§ si pacto & ff. de transact. leg. qui fi-
dem,& de doli except leg.apud.§ item Labeo, & ff.de
verbor.obligation.qui Romæ,§.vltim. Præterea,si vo
lumus adaptare verba ne venderes,siue ne védas,quod
intelligantur tantum de emponematibus : tamen illa
& sine pacto non vendis sine requisitione facta à do-
mino.vt C.de iure emphy.l.vltim. Idem videtur esse
actum ne locares:nam si vendo tabernam,videor ven-
didisse ius quod in ea habeo taberna , vt ff. de contra-
hend.emptio.l. qui tabernas. Et si lego domum, ius q
in ea habeo,videtur esse legatum,vt ff.de legat.prim.l.
si domus.nec enim vis est facienda in verbo,Ne védas:
5 ita † enim accipitur,Ne vendas,id est , Ne loces: nam
verba aliquando improprie ponuntur : nam & verbũ
donationis,ponitur improprie, vt si dicat locator con
ductori,ego dono,videtur cum illo transigere,vt ff.lo
ca.& conduct.l.si eo tempore. Item pactum appositũ
debet aliquid operari:nam & sine pacto fundum non
potest vendere:ergo videtur id actum, vt ius quod ha-
bes,non transferas.argu ff.de lega.j.si quando,& ff.de
liber.caus.si vsumfructum,§.j.

CONTRA. E contra videtur,quod locatio secũ-
6 da tenuerit. Imprimis , quia † nemo prohibetur rem
quam conduxit,alij locare,vt C.de loca.& cõduct ne-
mo.vnde & friuola esset cõductionis obligatio primo
cõductori,qui partem cœnaculi cõducti locauit,vt ff.
de pigno.actio,l.solutum.§. solutam. Nonne rei pro-
priæ administratio cuilibet debet committi? certe sic:
7 nam † iustum est cuique, propriæ rei distributionem
propriam concedi,vt C.de Iudæ. & cęlicol.nemo, &
ff.si quis à paren fue.ma.l.2 vnde propterea pactum il-
lud ,Ne vendas non valuit,vt ff de pactis,nemo.maxi-
me cum tua non intersit,vt ff.de seruitu l. quoties. si er
go pactum non tenuit ,nec pœnæ commissio locum
habet,vt argumentum C.de legi. & constitution. leg.
non dubium.quando enim pactum fuit appositum,sci
licet, ne vendas: videtur illud esse actum, ne dominiũ
transferatur.at istud nullo modo facere possum : quia
cum non sim dominus,in alium transferre nõ possum,
vt ff.de contrahend.emptio.leg. alienatio. & ff. de ac-
quiren.rer.domi.lege. traditio.& si facere possem , ta-
8 men non feci contra,quia locaui: nam locatio.† nõ so-
let mutare dominium , vt ff.locati.nõ solet. Item licet
locauerim, non tamen committo propterea in pœ-
nam . nam & si vendidi mancipium , ne manumittas:
& si feceris contra,pœnam promisisti:licet manumise
ris,tamen in pœnam non committis , sicut legitur C.
si mancip.ita fuer.alien.ne ma.l.pen. Præterea,locatio
ista tenet:nam pactum istud rem non afficit,sed perso-
nam,vt ff de contrahend.empti.l vlt. §.final.Præterea,
nullum interesse tuum est:ergo potius per malitiã,quã
per iustitiam insistis:ergo tuæ malitiæ nõ debet indul-
geri,vt argu.ff.de rei vendicat.in fundo.Item licet ꝓ-
hibita sit venditio,non tamen locatio:nam in quorum
finibus quis emere prohibetur,pignus accipere nõ ꝓ-
hibetur,vt ff.de pignor. in quorum. Item cum excepi-
sti ne vendam,non videris excepisse ne locẽ : quia qui
9 † in vnum casum libertatem excepit,in aliis non vide
tur sibi cauisse, vt ff.de euict.l.qui libertatis.& argum.
ff.solu.matrim.si cum dotem.in princip.

SOLVTIO. In hac quæst. sine præiudicio me-
lioris sententiæ,mihi videtur,quod ille conductor pri
mus qui rem conduxit ita,ne venderet,pœnamque ꝓ-
misit,si locauit in perpetuum,quod committit in pœ-
10 nam:vnde peti potest:verbũ † enim venditionis , om-
nem alienationẽ cõtinet, vt ff. de statulib. l.statuliber
à cæteris,§.j in fine.igitur si omnem alienationem.er-
11 go & locationem in perpetuum: † quia ꝑ illã locatio
nem ius in re quæritur conductori , vt ff si ager vect.l.
j.sicut & per alia quę prohibentur C. de rebus alie.nõ
alien.l. vltim.Pręterea, videtur inter se statuisse, quod
ius quod habet iste conductor,venderet , quod facere
non potest,vt C.de iure emphy.l.vltim.

AN ILLE QVI IN CONSTItuendo seruitutem.fecit pactum, quod seruitus tempore non tollatur,possit contra pactum præscribere.

SVMMARIVM.

Quæstio 9.

SERVITVTEM concessit Titius Sempronio
tigni immittendi:& in ipsa concessione seruitu-
tis pactum apposuit, vt seruitus illa tempore non
tollatur:tigna fuerunt immissa, & postea sunt remota,
& foramina clausa sunt per 10.vel 20.annos. Agit nũc
Sẽpronius pro seruitute,agit confessoria: excipit Ti-
tius,& dicit se præscripsisse:vnde illam confessoriam
dicit sublatam. Sempronius replicat de pacto apposi-
to in contractu:queritur, an Sempronius possit petere
seruitutem.non obstante pręscriptione.

PRO. Quod possit,ita probatur. Et in primis in-

1 tendit Sempronius confeſſoriam:quia † illa datur pro
ſeruitute vendicanda,cum ſeruitus iam eſt conſtituta
& habita:& datur contra dominum,& contra quenli-
bet poſſeſſorem.vt ff ſi ſeruitus vend.l.2. in princi.& §.
hoc autem in rem.& l.& ſi forte.§.hæc autem. & leg.ſi
quis diuturno.& ff.ſi vſusfru pet. l.fructuario.§.ſicuti
Præterea,licet de iure communi ſit ſublata ſeruitus,vt
ff.de ſeruitu.vrb.prę.l.l.hæc autem iura.reſpondeo,ra-
tione pacti,ſeruitus non eſt ſublata: cõtractus enim ex
conuentione legem accipiunt,vt ff.depoſiti. leg.prim.
§.ſi conuenerit.Nam præſcriptio inducta per legẽm,
2 † pacto contrahentium poteſt augeri & minui. Nam
certa ſunt tempora ſtatuta ad exigendam dotem, & il-
la tempora poſſunt augeri & minui, vt ff. de pactis. ſi
vnus ex argentariis.§.ſed ſi pactum. verſicul. quod &
in ſpecie.& ff.de ædil.edic.l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita.
Pretęrea,ex ipſa conſtitutione ſeruitutis durat adhuc
3 confeſſoria.nam † certum eſt,quod ſeruitus neque ex
certo tempore,neque ad certum tempus conſtitui po-
teſt,vt ff de ſeruit.l.ſeruitutes.ideo ſi tempore tollere-
4 tur,ad tempus videretur fuiſſe conſtituta:cum enim †
pactum ſit appoſitum in ipſo contractu, ergo prodeſt
ad agendum,licet ſit appoſitum in contractu ſtricti iu
ris.vt ff.ſi cert.pet.l.lecta,& C.de pact.l.petens.nam &
5 nouam parit præſcriptis verbis, & veterem informat,
vt C.de pact.inter emp.& vendito.l.2.prodeſt ergo ad
agendum, vt intẽtetur ex ſtipulatu,quæ fuit vetus: vel
præſcript.verbis,quæ eſt noua inducta p pactum. ſed
ego volo intentare confeſſoriam, que videtur ſuſten-
tata per pactum,vt tempore non tollatur. Nam pactũ
debitoris appoſitum,prgſcriptionem certam interrũ-
pit,vt C.de præſcri.30.annorũ cum notiſsimi.in prin-
ci ergo operatur q noua nõ inducatur.dicit enim ge-
nerale,multa impediunt ordinãda, quæ non impediũt
ordinata.vt ff.de pecul.leg.quam Tuberonis. & multa
impediunt contrahenda,quæ non impediunt iam con
tracta.vt ff.de his qui ſui vel alien. iur.l. patre furioſo.
5 Præterea, prgſcriptiones † iſtæ 10. vel.20. annor. ſunt
odioſæ:quia tantum contra deſides, & ſui iuris con-
temptores ſunt inductæ,vt C. de anna.excep.l.vlti. in
fi.ergo pactum appoſitum bene poteſt operari, ne illa
præſcriptio odioſa currat, maxime cum pactum ſit li-
citum,vt ff.de pact.l.iuriſgentium.§.ait prætor.& ideo
licitum, quia non inuenitur reprobatum,vt argu. ff.ex
quibus cauſis mai.leg.necnon.& de proba.l ab ea par-
te.& odium ſemper eſt reſtringendum,vt ff.de liber.&
poſthu.l.cum quidam.Vides enim & certum eſt,quod
præſcri.currit cõtra deſidem & negligentem.ſicut di-
ctum eſt.at iſte nõ videtur negligens & deſes, quia nõ
paruit liti interrumpenda prgſcriptione, quia crede-
bat ius ſuum vbique durare,& arg.ff quib.mod. pign.
vel hypoth.ſolua.l.ſicut.§ non videtur. Præterea,pa-
ctum appoſitum in cõtractu,& ſi nullam pariat actio-
nem,quod non eſt verum,ſicut dictum eſt:tamen obli-
gat te,quod non contradicas mihi volenti vti ſeruitu-
te: nam illud pactum ſaltem naturalem inducit obli-
gationem, & obſtaculum appoſitum vel apponendum
elidit:ſicut notatur plene ff.de pact l.ſi vnus. §. pactus
ne peteret. & ſic licet prgſcriptio ademiſſet Sempro-
nio confeſſoriam,tamen pactũ ſi fieret poſtea,illa prg-
6 ſcriptio non obſtaret:quia pactum † poſtea factum, in
duceret naturalem obligationem, & obſtaculum re-
mouet,vt dictum eſt.ergo multo magis facit pactum,
ſi fiat antequam præſcriptio inchoaretur. Item dicit
prgtor:pacta ſeruabo,vt ff.de pact.l. iuriſgen.§. pretor
ait.& ſaltem illud pactũ operari debet, vt præſcriptio
que cucurrerat,nõ obſtet:aliquid enim operatur adie-
ctio vt ff.de lega.3.l.ſi quando.Item eſto q per pactum
non ſit mihi ius queſitum:tamen te exceptione vel re-
plicatione repello,ſi præſcriptionem opponis, ſicut le
gitur ſimili arg.ff de ſeruit.ruſt.præd.leg.per fundum
nam & pactum de iure tenet.licitum enim fuit renũ-
ciare his que pro ſe introducta ſunt,vt ff.de mino.leg.
ſi iudex,& C.de pact.ſi quis in conſcribendo. Item li-
7 citum fuit † tibi renunciare iuri cõpetituro per pactũ
vt ff.a quibus appellare non licet leg.prim.& C.de tẽ-
pore.appellatio lege.vltima in fin.Præterea odioſa eſt
prgſcriptio & cum iniquitate inducta,vt inſti. de vſu-
8 ca.in princ.† ergo illud odium pacto tollitur, ſicut a-
liàs legum auſteritas pactis contrahentium mitigatur
vt leg.prędicta,C.de tempo.appellatio. leg. vltima. in
fi.Item ſpem futurę actiõis remittere poſſum, vt C.de
dona.l.ſpẽ.Item ſpẽ futuræ perceptionis,vt ff.de pact.
leg.pactum inter heredem. Item heres legis Falcidiæ
ſpem poteſt remittere,vt ff.ad l. Falcid.poteſt. cum er-
go feceris pactũ,contrauenire non debes:graue enim
videtur probo viro fidem frangere, & contra ſuum pa
ctum venire,& ad id venire,cui renunciãdum putauit
vt ff.de cõſtit.pecu.l.prim.& C.de reb.cred.ſi quis iuſ-
iurandum. & C.de non numer.pecu.l. generaliter. Et
non ſolum quia eſt ſecũdum ius pactum,vt dictum eſt:
verum etiam ſi contra ius eſſet,non venires contra,vt
ff de pact.leg pactum,& l.paciſci. & arg. ff.de adopt.l.
9 poſt mortem. Prgterea, pacto † contrahentium poteſt
remoueri prgſcriptio ne oriatur: nam ſic ꝓhibetur a-
lienatio,vt C.de rebus alie.non alien.l.ſancimus ergo
& inhibetur prgſcriptio,vt C.de verb.ſign.leg.aliena-
tionis,& de fundo dota.l.ſi fundũ. Prgterea,eſto quod
pactum ad actionem nõ valeat,tamẽ operatur ne poſ-
ſit præſcribere.nam in iſta præſcriptione eſt neceſſa-
ria bona fides,vt ff.quemadmodum ſerui.amit.l.ſerui-
tutẽ.ideo enim eſt neceſſaria bona fides, quia aliquid
debes facere,vt pſcribere poſsis, vt ff.de ſeruitu. vrb.
prę.l.l. hæc aũt.at tu habere bonam fidem non potes,
quia ſcis te mihi feciſſe pactum: & non potes allegare
ignorantiam in proprio facto,vt ff.ad Velleia.l quan-
quam.Vitium enim illud,habere malam fidem, eſt vi-
tium perſonale:& in præſcriptione procedit ſicut rea-
le vitium,puta poſsidere precario.vt ff.communia de
ſeruitu leg.vlti. & inſti. de vſuca.§. nouiſsime.& C.de
prgſcr.30.ann.l.malæ.

CONTRA. Econtra videtur. Titiusque ſe de-
fendit,Sempronium ſuis defenſionibus repellendo.Et
imprimis,quia actio incompetẽs ſit propoſita, ſcilicet
confeſſoria:ſi enim incõpetens eſt propoſita, ergo ab-
ſolutio fit. vt ff.ſi agri menſ.falſ.mod dixe.leg prim.li-
cet enim detur confeſſoria pro ſeruitute vendicanda,
vt in primis allegauit Sempronius,tamen omnis ſerui
tus debita,moderato tẽpore tollitur 10. annor. vel 20.
vt ff.de vſuca.l.ſequitur.§.vltim.& in caſu prgſenti lex
ſcripta eſt:quia ſi foramina ſunt clauſa tempero con-
ſtituto,ſicut propoſitum eſt in themate, tollitur etiam
ſeruitus tigni immittendi,vt ff.de ſerui. vrba. prædio.
l.hæc autem iura.in fi.Hoc etiam eſt in cõfeſſoria,quę
pro vſufructu competit:quia deperit nõ vtendo, vt in
ſtitu.de vſufruct. Et breuiter dicam, omnis † ſeruitus
10 debita,non vtendo amittitur: nam cum in ſeruitute
itineris ſepulcro debiti ſic inductum ſit caſuale,quod
non vtendo nõ amittitur,vt ff. quemadmodum ſeruit.
amittat. legi.ter. ergo in aliis ſeruitutibus cõtra emp.
quia amittuntur,vt dictum eſt:nam cum prætor vnum
ex iudicibus iudicare vetat,cęteris permiſiſſe videtur,
vt ff.de iudic.l.cum prgtor. Nec præiudicat mihi pa-
11 ctum quod feciti ideo quia † iam ius publicum muta-
retur pactis priuatorum,quod iura nolunt,vt ff.de pa-
ctum leg.ius publicum.Nam ille qui manumittitur ex
cauſa fideicommiſsi,non cogitur prgſtare operas, vt
C.de oper.liber.l manumiſsionis.& de bon.liber. leg.
prima.& tamen ſi perſonale pactum interponatur, vt
præſtaret: & ita teſtator præcipiat, non tenetur, vt ff.
12 de oper.liber.l.Cerdonem. † Præſcriptio enim fuit in
ducta de bono publico,ne dominia rerum eſſent in in
certo, vt inſtituta. de vſucapionibus in principio.
quomodo ergo tam bonum publicum pactis priua-
torum

torum mutari potuit?certe non. Nam ecce sacramen-
13 tum †calumniæ,de bono publico est inductum ad hoc
vt possint causæ merita aperiri:vnde pactis priuatorũ
remitti non potest,vt C.de iureiur.propter calumniã.
l.2.§ sed quia veremur. Est etiam de bono publico in-
ductum,ne milites signis supersedeant:sed patriam pa
rentésque defendant,vt C.loc.l.vlt.vnde & per specia
le pactũ non poterunt procurare,vt ff.de proc.l.filius.
§.veterani & de hoc quis exempla infinita notare po-
test,vt C.de pact.l si quis in conscribendo.Item pactũ
illud non valuit:nam per illud pactum præscriptio ꝓ-
14 rogatur,ergo non valet:†non enim potest pactũ præ-
scriptionem prorogare,sed abbreuiare,sicut legitur ff.
de pact.do.de die.Item cum testator non potest caue-
re,ne locum habeant leges in testamento suo,vt ff.de
leg.j.l.nemo.nam non potest cauere ꝙ heres non exi-
gat a legatario vsusfructus satisdationẽ, quod vtatur
fruatur arbitrio boni viri, vt C.vt in posses. leg.l.scire
debetis.ergo multo minus pactio cõtrahentium leges
tollit.Item pactum non valet:ius enim illud mihi non
competebat, ergo non potui illud repudiare, vt ff.de
acq hered.is qui & ff.de leg.j.l.si ita scriptum,§ si sub
conditione Nam heres si voluntatem accommodat le
gatario,possessionem rei legatæ occupanti propria au
thoritate ante aditam hereditatẽ,talis voluntas lega-
tarium non excusat,vt ff.quorũ leg.l.j.§.quod ait ꝑtor.
sublata est enim cõfessoria,sicut dixi,per tempus:& ꝙ
omnis seruitus sit sublata & tollatur, legitur C. de ꝑ-
scrip.long.temp.l.vlt.in fi ar. posses adducere C.de ser
ui.l.sicut vsum fructum.& l si. Nec obstat ꝙ non habui
15 bonam fidem:nam non †exigitur in libertate seruitu-
tis quærenda,vt ff.de vsuc.l.sequitur,§ vl.ꝙ vero tu op
ponis de l ff quemadmod serui.amit.l.seruitute: Ego
respondeo:illud verum esse quo ad acquirendam serui
tutem:ergo vides ꝙ confessoria non potest de iure in-
tentari,nec alia:nã ex pacto illo nulla est nata actio,cũ
ita sit conceptum negatiuis verbis,scilicet vt præscri-
ptio non obstet.

SOLVTIO In hac quæstione videtur Io ꝙ si Ti-
tius possideat,non possit se defendere contra Sempro
niũ,quo minus de iure cõfessoria intẽtetur : ideo quia
est necessaria bona fides:vt ff.quemadmod serui.amit.
l.seruitute.& de serui.vrb.præd.l.hæc autem iura.Nec
potest iste habere bonam fidem: cum in facto proprio
erret,vt ff ad Velleia.quanquã.Si vero alius possideat,
& habeat cãm à Titio similiter, & confessoria contra
eum intentatur,vt ff.cõmunia prædio.l vend.nã quic-
quid obstat vẽditori,& emptori,vt ff.si fa.fur.fec.dic.
l.quoties & de euict.l emptori Si vero alius possideat,
qui non habet cãm à Titio,tunc Semproniũ ab actio-
16 ne repellit : † pactum enim personale rem non afficit,
sed personã,vt ff.de contrah.l.empt.vlt.& ff de relig.l.
Neratius.Sed licet confessoria intẽtetur,& eam dicit
dominus meus intentandam:tamen melius credo ada
ptandam ex stipulatu præscr.verbis,quæ datur & com
petit propter pactum appositum, licet fuerit seruitus
sublata tempore,vt ff.qui.mo.vsusfr.amit.l.sicut in an-
nos.

SI DOMINVS NVDAE PROprietatis,intentat rei vendica.contra tertium possessorem,an in sententia veniant fructus.

SVMMARIVM.

1 *In rei vẽdicatione fructus etiã iudicis officio veniũt.*
2 *Locupletari cum iactura aliena non licet.*
3 *Rem alienam scienter detinens,puniendus venit.*
4 *Plus petens,in quibus condemnandus sit.*
5 *Iudicia ex petitoris iure desumuntur.*
6 *Iuris quod est in principali,idem est & in accessoriis quando locum habeat.*
7 *Possessio vitiosa,aduersus extraneos prodesse solet.*
8 *In rei vendicatione iudicis officium quando veniat.*

Quæstio 10.

BONVS Accursius nudæ proprietatis dominus
rei vendicationem intentat contra aliquem pos-
sidentem fundum:quæritur,an fructus veniant in
sententia iudicantis.

PRO.Quod veniant,in primis ita probatur:Certũ
1 est†quod qui agit rei vend.pro re aliqua, licet fructus
veniant in illa rei vendicatione, tamen iudicis veniũt
officio:adeo quod eadem die tenetur supplere de fru-
ctibus,vt ff.de re iud.l.Paulus respondit.& eodem er-
rore quo iudicauit de proprietate, iudicabit & de fru
ctibus:& etiam cõpellitur,vt ff.de rei vend.l.ex diuer-
so.& instit.de offi.iud.§.etsi & C.de rei vend.l.certum.
& l.more.& ff.eod.tit.l.præterea.licet enim si rei vend.
ageretur contra fructuarium, fructus non venirent
ideo,quia fructuarius ius habet in illis, tamen si con-
tra extraneum rei vendicationem intendo, nullo iure
se defendit:quantum enim ad te, rei vendicationem
habeo plenam sicut vides in casu simili.Si enim habeo
domum,quæ seruitutem Titio debet altius non ædifi-
cãdi,tamẽ possum altius ædificare, te non valẽte pro-
hibere ꝙ non ædificem:quia quãtum ad te, liberas æ-
des habeo,vt ff si serui.vend.l. loci corpus §. cuius æ-
des Item qua ratione vel fronte te defendis, cum ius
non habeas,& solam malitiam prætendas: vnde nõ de
bes audiri,vt ff. de rei vendic. in fundo. Locupletari
2 †enim vis cum aliena iactura,& cum alieno damno,&
de alieno,quod iura nolunt,vt ff de transact.l.cum hi.
3 §.si quis de alimentis Præterea,† puniẽdus es eo ipso,
quod cum scis rem alienam,eam retines, vel etiã quo
ad fructus:nam omnes scire debent,quod suum nõ est,
ad alium pertinere,vt C.vnde vi.l.cum quærebatur.
Præterea,ad nihil aliud posses agere contra me,nisi vt
& cauerem tibi,quod te defendam,vt ff.de rei vend.is
à quo.& ff.ad leg.Falci.l.dolo Præterea,quod iuris cẽ-
setur in principali,idem in accessoriis hoc dicit regu
la iuris ff.de reg.iur.l.cum principalis:ergo cum mihi
detur rei vendicatio pro re ipsa, debet etiam dari pro
fructibus officium iudicis. Item in rei vendicatione,
nonne iudex præcipit rem restituere?certe sic,vt ff. de
rei vendi.l qui restituere : ergo & fructus veniunt, vt
ff.de vsur.l.videamus.§ in Fauiana,& ff.de verb.sign.l.
plus est,& l.restituere.Item proprietarius non est fru-
ctuarius,vt ff.de vsufr.l.arboribus.§.vlt Item & condi
cit fructus,vt ff.loc.l.cum in plures.§ messem.Itẽ quã-
tum ad illum possessorem,cũ nullum ius habeat, vt ff.
de superficiebus.l j.& ff.qui potiores in pig.hab.l.cre
ditor,in princ.

CONTRA.Econtra videtur,quod non teneatur
hic ad fructus,nec iudex debeat condemnare.Certum
est enim.sicut est propositum in themate,ꝙ tu es domi
nus proprietatis nudæ: vnde fructus nullo iure petere
4 potes:immo si petis, † debes à causa cadere, vt C. de
plus petitio.l j.vel debes condemnari saltem in expen
sis,vt instit.de action.§.plus. & C.de plus petition. l.j.
non solet liti ferre patrociniũ male suasa conscriptio:
& per iniustitiam plures petendi,totius debiti summa
euacuatur,vt extr.de plus peti.cap.vnic.Præterea,esto
quod rem alienam possideo:tamen non restituam,nisi
suam intentionem impleuit,vt C.de rei vendic.l. vlti-
ma. Nec obstat l.illa ff de rei vendic.l.is à quo. quia
ibi causam probauit ille qui agebat de iure suo.
5 †Præterea,iudicia sumuntur ex iure petitoris, non ex
eo quod aliquis possidet, vt ff.si pars heredita.peta.l.j.

§.j.nam ibi licet quis tötam hereditatem possideat, si tamen ille qui intentat, non habet ius, nisi pro tertia,
6 tertiam tantum vendicabit. Nec obstat †quia quod iuris est in principali, idem in accessorio, vt C.de vsuris. eos qui, in princip. quia illud tunc est verum. quando accessoria principale sequuntur, quod hic est contra.
7 †Item vitiosa possessio aduersus extraneos prodesse solet, vt ff de acq. possess.l.vlt. Item illud solum debet venire in condemnatione, quod esset habiturus petitor lite contestata, vt ff.si certum pet. cum fundus, & ff.de vsur. quod vulgo, & de petit.hered. illud, & de verbo. signif. restituere autem. is autem fructus iure non percepisset, cum ad fructuarium pertineant, vt ff.de vsur. l.qui scit, & ff. de vsufructu legato, & l.si pendentes. Itẽ si ponamus ꝙ ille possit vẽdicare fructus: melius tamẽ est, vt apud possessorem remaneant, cum cogatur fructuario restituere, vt ff.de vsufruct.l.arboribus.§.fi. circuitus enim vitãdus est, vt hic possessor non teneatur restituere fructus, arg. ff.de cond.indeb.dominus in testamento. Item dicit lex. ꝙ fructuarius debet cõsequi licentiã officio iudicis fructus consequendi. proprietarius nihil aliud, nisi quod inquietari non debet, vt ff. si vsufr.pet.l.pe.§ j. Item lex dicit expressim, ꝙ nõ põt consequi fructus, nisi ab eo tempore quo ad proprietatẽ redigũtur, vt ff de vsur. videamus an in omnibus.

SOLVTIO. In hac quæstione videtur in primis, possessorem à fructibus absoluendum: nam cum nõ sit dominus nisi nudæ proprietatis: ergo nullũ ius habet quo ad fructus: vnde iudex in fructibus non condemnat: & est ratio nõne fructus veniunt in rei vendicatione per officium iudicis: vt inst. de offic. iud. certe sic: at rei vendicatio nudam proprietatem aduocat: vnde officium iudicis illi nudæ actioni seruire non põt: sicut nec seruit officium iudicis illi nudæ actiõi quæ sublata
8 est, vt C. depositi. si deposito. Quod ergo dicunt †iura, venire officium iudicis in rei vendicatione, subaudi, quãdo illa rei vendicatio competebat domino, qui iure dominus erat. Verum in hac quæstione ita pronũcio, sicut videtur domino meo, ꝙ multũ interest, vtrũ hic dominus nudæ proprietatis agat contra fructuarium: & tunc in fructibus possessor nõ condemnatur, nisi sit factus dominus proprietatis pleno iure, vt ff.de rei vend. fructus. §. hac ratione. at si agat contra extraneũ, qui nullum ius habet in fructibus: & tunc fructus veniunt in rei vẽdicatione, vt ar. ff. si serui. vend. l. loci. §. competit, & ff. vsufr. quemadmodum caue. l. vlt. §. ꝙ si forte.

CONSTITVTVS IN EXTREMIS, si donat alicui ea mente, vt incapaci restituat, ac demum conualeat, an possit reuocare donationem.

SVMMARIVM.

1 *Donator qui conualuit, contra donatarium, vt mortis causa donatio irritetur, & res donata sibi restituatur, condictione sine causa agere potest.*
2 *Donator, vtilis dominij ratione, vtilem rei vendicationẽ contra donatarium intentare potest, qua vtilis rei vendicatio etiam ex sola donatoris pœnitẽtia, vel quia conualuit, inducitur, & nu.3.*
4 *Donatarius quod ex donatione causa mortis recepit, quod statim atque donator conualuerit, restituere teneatur.*
5 *Donatio quando facta causa mortis dicatur, & nume.8.*
6 *Datum ob causam, causa non sequuta, repeti potest.*
7 *Patris bona ad spurium deuenire leges prohibent.*
9 *Intellectus l. qui mortis causa. ff. de mort. caus. dõat.*
10 *Donatio inter viuos, ex sola pœnitentia non reuocatur.*
11 *Cautela abundans non vitiat.*
12 *Donatio causa mortis, multis modis est irreuocabilis.*
13 *Conditio impossibilis vel turpis in legatis apposita, pro non apposita habetur.*
14 *Scriptura posteriori standum.*

Quæstio II.

AEGIDIVS dum laboraret in extremis, & haberet filium spurium, cum ei donare non posset inter viuos, nec in testamẽto dimittere: vocauit quendam amicum suum, & dixit: Bona mea tibi relinquo: nolo enim quod domus sine herede remaneat: sed volo quod illa bona post mortem meam filio meo spurio restituas. Respondit amicus, hac conditione nolo bona tua: sed si vis mihi dare precise, ego recipiam. Aegidius donauit omnia sua bona isti suo amico præcise & pure: & promisit quod nunquam veniret contra: immo dixit, bona mea illi amico meo relinquo, & constituit se possidere eius bona nomine illius, cui donauit: & factum inde est instrumentum signatum testibus, & tempore procedente conualuit Aegidius de infirmitate: agit contra amicum illum, & vult quod liberet eum ab illa obligatione, & repetit instrumenta per actionem in factum, vt ff. ad exhibend. leg. 3. §. interdum. vel condit. sine causa, vt ff. de condit. sine causa. leg. qui sine. Item ad res illas donatas intentat condictionem sine causa, an istas actiones possit intentare.

1 PRO. †Et quod ista competat, videtur: licet enim ab initio causa fuerit iusta in se, tamen quia isto pœnitente seu conualescente facta est iniusta, merito locum habet, vt ff. de condict. sine causa, l. prim. & l. qui
2 sine causa. Item & competere †posset vtilis rei vendicatio Aegidio, & hoc ratiõe prioris dominij: vnde vtilis rei vendicatio posset intentari, sicut dicit lex ff. de dona. caus. mor. qui mortis. licet enim dominium sit translatum directum, tamen ratione prioris dominij vtilis rei vendicatio competit: sicut & alias, si dono tibi causa alimentorum mihi præstandorum, licet dominium sit translatum, tamen si non pares conditioni, vtilis mihi vendicatio cõpetit, vt C. de don. quæ sub modo. l. j. Et si dono sponsæ, licet dominium in eam transferatur, tamen si matrimonium non sequatur, vtilis mihi vendicatio datur, vt C. de don. ante nup. l. cum veterum. Sicut ergo in donatione alimentorum conditionis defectus inducit vtilem rei vendicationẽ, & in donatione sponsalitia, quam matrimonium nõ sequitur:
3 ita & †hic inducitur vtilis rei vendicatio ex sola pœnitentia, vel ex hoc ipso quia conualuit, vt inst. de do. §. 1. & ff. de do. cau. mor. l. mortis causa, & l. qui mortis.
4 †Nam qui recipit aliquid ex donatiõe causa mortis, obligatur ad restituendum: tenetur statim conualescente donatore, vt ff. si cert. pet. l. non omnis. Certum est
5 †enim, ꝙ hæc fuit donatio causa mortis, quia donauit dum laboraret in extremis: vnde fuit mortis causa donatio: immo & si sanus esset, & donaret timendo futurum periculum, dicitur donatio causa mortis, vt ff. de dona. cau. mor. l. j. & l. senatus. §. mortis. vnde cum fuerit donatio causa mortis, tacitam habet causam iniectam, nisi conualuerit. cum ergo causa non sit secuta, in cuius euentum conualescebat donatio, merito poterit reuocari quod datum est: sicut dicit vnum generale, quod dicit, Quicquid datum est ob causam, subaudi, siue expressam, siue tacitam, causa non secu-

ta repetitio datur, vt C.de condi.ob cauſ.l. ſi militem.
Præterea, quod fuerit donatio cauſa mortis, ꝓbo: fuit
enim facta donatio coram quinque teſtibus, qui ſe ſub
ſcripſerunt in inſtrumento: ergo donatio fuit cauſa
mortis: vel alia quædam vltima volūtas: vt codicillus:
nam in his talibus quinque teſtes deſiderantur ad mi-
nus, vt C.de codicil.l.vlt. In contractibus autem inter
viuos, duo tantum ſufficiunt, vt ff.de teſtib.vbi nume-
rus. ergo cum donator adhibuerit quinque, præſumo
quod voluerit cauſa mortis donare: nam teſtator qui
exhæredat vel inſtituit, præſumitur facere teſtamentū
voluiſſe, & non codicillum, vt C.de teſta.l non codi-
cillum. nam ex ipſo facto præſumitur id quod aliquis
gerit in mente: nam ſi patronus intendat actionem cō-
tra libertam ſuam vxorem, quæ non ſolet competere,
niſi ſoluto matrimonio. videtur quod velit diuertere,
vt ff.de repudiis l vlt. Seruus enim qui pileatus antece
dit funus defuncti, præſumitur quod teſtator voluerit
eum dare libertati, vt C.de lati.lib.tol.l.j.§.ſed qui do
mini. Item licet videatur pura donatio & quaſi facta
inter viuos, ſcilicet quod non debeat reuocari: præſu-
mitur tamen facta ſub modo tacito, ſcilicet, quod iſte
amicus filio naturali.i.ſpurio daret poſtea: & hoc etiā
donator expreſsit, & dictum hoc fuit in præfatione:
vnde videtur in ſtipulatione repetitum, vt argum.ff.
de verbor.obliga.Titia. Præterea dixit donator: nolo
quod domus mea maneat ſine herede, ergo videtur ꝙ
de filio cogitaret: licet nomen heredis, comprælien-
dat omnem & hæredem heredis: vt C.de here.inſtit. l.
quoties. tamen hic de ſolo filio intellexit: & quod de
ſolo cogitaret quis, quando dicit, ſi ſine herede dece-
das, legitur ff.ad Trebell.l.ex facto.§.fi. Item iſte dona
tor alias non erat donaturus, ſicut ex ipſis verbis colli
gitur: niſi bona ad filium ſpurium deuenirent: ergo
6 †quia vel illud non eſt ſequutum, vel ſequi de iure nō
poteſt, repetitio datur, vt argu.ff.de dona.l.j.& 2.in fin.
& 3. verba enim quæ dixit amicus, ego non recipio, ni-
ſi pure donaueris: illa verba videntur appoſita ad hoc,
7 vt fraus legi committeretur: leges enim † prohibent
aliquid ex bonis paternis ad ſpurium poſſe peruenire,
vt C.de nat.lib.l.j. videtur ergo amicus ita dixiſſe, iſta
volo quod fiant mea & propria, & poſtea dabo ſpu-
rio: & ſic in fraudem legis fidem tacitam accommoda
bat: vnde puniri debet: & quia poſſet ipſe qui dedit, re-
uocare, cum hoc poſſent etiam conſanguinei eius, vt
C.de naturalibus libe.l.j.& ff.de iure fiſci.l.non intel-
ligitur. §. ſi quis palam. & de vulga. & pupil.ſubſtl.ex
facto.§. Iulianus. per verba enim præcedentia, verba
ſequentia declarantur: adeo quod illud quod fit loco
ſecundo, non valet. hic enim volebat dare amico ſuo,
vt bona ad ſpurium deuenirent: ſed quia illud facere
non potuit, donauit illi præciſe: Vnde illa donatio nō
tenuit: à ſimili. nam Pacumæuius Androſthenes ita fe-
cit teſtamentum: quia Pacumæuiam magnam habere
volui heredem, ſed non potui, Nonius Ruffus heres
eſto: certe & ſecundus inſtitutus heres non erit adue-
niente Pacumæuia: quæ falſo mortua ferebatur. &
hoc colligit Iuriſconſult. ex voluntate defuncti, qui
ita voluit tacite hoc præſumpto, quod Nonius Ruf-
fus heres eſſet, ſi Pacumæuia heres eſſe non poſſet, vt
ff.de hered.inſt.l.vltim. ita & hic voluit donator hanc
habere donationem: ita quod ad ſpurium deueniret:
nam & de inofficioſo teſtamento matris, quæ exiſti-
mans filium ſuum obiiſſe, alium heredem inſtituit, agi
poteſt, vt ff.de inoffic.teſtamento, l ſi inſtituta, §. vlti-
mo. fuit enim illa mens donantis, vt bona ad ſpurium
deuenirent: & non penes eum remanerent, licet ver-
ba videantur contradicere. vnde magis voluntatem
quam verba debemus attendere, vt Codic. de fidei-
com.cum virum. Per hoc induco ſimilia. nam ſi pater
qui dat dotem ꝓ filia, paciſcitur vt medietas dotis ad
ſuum fratrem rediret: ſi habebit filium, non habebit
petitionem illius dotis frater, ſed filius: quia hec fuit
voluntas patris, quod magis heredi quam fratri vellet
conſulere, vt ff.de pact.tale pactum.§.vlti. nec eſt veri-
ſimile, patrem qui donauit amico, cogitaſſe vt bona
apud amicum remanerent: immo quod ad ſpurium de
uenirent: vnde amicus bona non retinebit: nam & ita
interpretamur reſcriptum principis, quaſi hæc fuerit
ipſius voluntas, quod permiſit ſubſtitutionem mutuo
fieri poſſe, vt ff.de vulg.& pupi l.ex facto.in princip.
8 Item †quod fuerit donatio cā mortis, colligitur ꝑ ver-
bum, relinquo: verbum enim, relinquo, ad viui tabulas
non pertinet, vt ff.de tabulis exhib.l.j.in fi. Pręterea di
cit vnum generale, plus valere quod agitur &c. vt ff.ſi
certū peta.l.cum quid. Pręterea eſto ꝙ donare non poſ
ſum ſpurio, tu tamen donare debes, vt ar.ff.de cond.in
ſti.l.mulier.

CONTRA. Econtra ſe defendat amicus, vt reuo-
cari ab eo bona non poſsint. In primis repellit Aegi-
dium, proponentem condictionem ſine cauſa & vti-
lem rei vendi. iſta enim concurrere non poſſunt: nam
ſi eſt tranſlatum dominium, competit condictio: ſi nō
eſt tranſlatum, competit vendicatio, arg.ff.de pig.act.
9 ſi pignore.§.ſi prædo. † Nec obſtat quod dicit l.ff.de
mor.cau.dona.qui mortis cauſa, ꝙ condictio locum
habet, & vtilis rei vendicatio: quia illa duo locum ha-
bent ſecundum diuerſitatem donationis: nam ſi dona
tur ita vt ſtatim fiat accipiētis, locum habet cōdictio,
pœnitentia inde ſecuta vel ſanitate: ſi vero vt fiat do-
natarij tunc demum, quando donator decedat, tūc lo-
cum habet vtilis rei vend. vel directa: quia tunc domi-
niū in donatariū nō trāſit, vt ff.de do.cau.mor.l.2.& l.
ſi mortis cauſa. eligas ergo qua actione vis agere, vt ff.
trib.l.ꝙ in heredē.§.eligere.& ff.de le.2.l.cū filius.§.va
riis. Si ita tibi oppono obſtaculum, quo iure ages tu
contra me: certū eſt enim, ꝙ mihi donaſti: vnde dona-
tionē perfectam irritam non facies, vt C.de vſuca.pro
donato, l.irritā. ſicut enim eſt libera poteſtas alicui cō
trahere: ita obligationi ſemel cōtractæ, altero inuito,
quis non renunciat: vt C.de obl.l. ſicut contra factum
enim tuum venire non potes, licet illud factum de iu-
re non teneat, vt ff.de ſeruitu.ruſtico.prædior.per fun
dum, & ff.de adopt.l. poſt mortem. Iſta enim donatio
quæ fuit in me collata, fuit donatio inter viuos: vnde
10 †ex ſola pœnitentia non reuocatur, certi enim ſunt
modi per quos illa donatio reuocatur, vt C.de reuoc.
don.l.vlt. Nec obſtat, quod quinque teſtes fuerunt ad-
hibiti: quia ea quæ ſuperabundāt, nec vitiant, licet ne-
ceſſaria prætermiſſa noceant, vt C.de teſtam.l.teſta-
11 menta. abundans †enim cautela vel ſcutella, nō nocet,
ff.de nego.geſt.ſi pupilli.§ j.& ea quæ ſuperabundant,
non ſolent vitiare ſcripturas, vt ff.de reg.iuris.non ſo-
lent. Nec obſtat quod obiicis: quia ex quo dictum eſt,
ſine herede, quod de filio dicitur: illud enim hic at-
tendi non poteſt, cum filius ſpurius nec filius appel-
latur, cum ſit illicitos, Codic.de inceſt.nupt.authent.
ex complexu. & eſto quod fuerit donatio cauſa mor-
tis: tamen ſi actum fuit quod nunquam reuocetur, nun
quam poteſt reuocari: vnde nullo modo reuocatur.
donatio enim cauſa mortis, multis modis fit, vt res
12 illa, quæ datur, non reddatur. Item quod nullo ca-
ſu reuocetur: vt ff.de donatio.cauſa mortis.ſenatus.§.
mortis. Si enim quis donat alicui, ſicut hic donauit,
& promiſit ſe non contrà venire, non reuocatur do-
natio, etiam ſi teſtator conualeat, vt ff.de dona. cau-
ſa mort.l.ſenatus.§.pe. videtur enim talis donatio quaſi
non poteſt reuocari, quod ſit donatio inter viuos.
vnde inter maritum & vxorem non fit, vt ff. de do-
natio.cauſa mortis.l.vbi ita donatur, ff.de donatio.in-
ter vir.& vxor.ſed interim. Nec obſtat quod verbo,
relinquo, vſus [illegible]: non enim proprie ponitur, ſicut &
alias in verbo, don. vt ff. locati & conduc. ſi vno anno.
qui enim donat pure & ſine cōditione aliqua redhibē

di, cum absolute accepit, non tam accepit hic in donatione causa mortis, quã accepit à moriente, vt ff de dona causa mor. l. Seia. §. vltimo. Præterea licet hac contemplatione tu mihi donares, vt ego filio tuo naturali concederem: hoc non fuit expressum, sed in mente tantum retentum: vnde repetitionem nõ inducit, vt C. de condi. ob causam. l. si repetenti, & C. de transac. si maior. Item licet esset conditio illa vel modus appositus: tamen perinde debet haberi, ac si positus non fuisset. nam sicut tu fateris, ista fuit donatio causa mortis, & comparatur legato, vt C. de dona. causa mortis, l. vltim.

13 At † in legatis conditio impossibilis vel turpis apposita, habetur pro non apposita, vt inst. de here. inst. §. impossibilis, & ff de condi. instit. filius. Item licet illa conditio esset expressa, & si non paream conditioni, tu tamen non reuocabis. Nam & si maritus dotem vxori ꝓmittat, vt de ea testetur: licet mulier non testetur, tamé dotem dabit maritus venientibus ab intestato, vt C. de iure dot. l. si mulier. Nam si tu mihi donasti & promisisti nullo tempore contrauenire: vnde hanc donationem non reuocabis: quia fieri donatio à iure conceditur, vt ff. de don causa mor. l. & alienam. §. j. Præterea illa verba, vt non reuoces. debent saltem aliquid operari: aliquid enim operatur adiectio, vt ff. de legat. j. si quando. maxime cum sit licitum cuilibet renunciare his quæ pro se introducta sunt, vt ff. de mino. l. si iudex, & C. de pactis. si quis in conscribendo. & absurdum satis videtur ad id redire, cui quis renunciandum putauit, vt C. de non num. pecu. generaliter. & C. de rebus cre. si quis iusiur: ndum. maxime cum quis iuri sibi cõpetituro possit renunciare, vt C. de tempor. appel. l. vl-

14 ti. † Item scriptura posterior seruatur. de codicill. ff. l. diuus, & de leg. 3. si quis in prin. vnde licet fuerit prius conditio expressa, vt daret spurio: in datione pura non videtur repetita, quia vitiaret, vt ff. dicit. l. de ver. obl. Titia. Item non videtur repetita, vt ff. de adimen. leg. l. si tibi certam. Præterea cum spurius non possit accipere, debet penes donatarium remanere, vt ff. de his quæ vt indig. l. in fraudem. §. si quis. Ité condicere non potes: quia causa ista est turpis, vt Cod. de reuo. don. l. cum profitearis. nec videtur turpis illa conditio repetita: quia iam vitiaret contractum, vt ff. de verb. obl. Titia. §. idem respondit. Præterea ista prædixi, ego nõ recipio &c. vnde ista prædictio ꝓseruat me, vt arg. ff. nau. caup sta. l. debet. §. j. Præterea, non posses allegare de conditione illa: quia ideo donasti, vt filio tuo darem: quia illa causa turpis erat: vnde si non parui, vel non paream, non teneor: nam nec mandatum rei turpis tenet, vt ff mandati. l. rei turpis. nec etiam societas. vt ff. de tutelæ, & ratio distrah. l. j. §. nunc tractemus. nec obseruanda sunt aliqua, & si tibi promisissem. vt ff. de le. j. si quis inquilinos. §. vltimo. vt ff. de ver. obl. generaliter. si ergo turpis, ergo non ages: quia in pari cã turpitudinis, melior est causa possidentis, vt C. de condi. ob turpem causam. l. 3. in fi.

SOLVTIO. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ ita mihi videtur, quod iste possit reuocare donationem vel per condictionem sine causa, vel per vtilem rei védicationem. Nam aut fuit ista donatio causa mortis, & tunc reuocatur per illas actiões, vt ff. de donatio. causa mortis, l. qui mortis. aut donatio inter viuos, & tunc illa donatio similiter vitiatur: quia hoc fuit actum inter donatorem & donatarium, vt illa bona ad spurium deuenirent: & si nõ expressim tamen tacite, per illa verba quæ in præfationibus dicta sunt: quia ita donabat, quod bona ad spurium &c. vnde quia quod inter contrahentes agitur, tacite etiã pro cauto habetur, vt ff. si certum peta. l. cum quid. at illa conditio erat impura, quia contra legem, vt C. de naturali. lib. l. j. & ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis palam, & quia contra bonos mores, vt ff. de cond. instit. l. filius. vnde vitiat contractum, vt ff. de verb. obl. l. impossibilis. & hoc dico siue fuerit vere facta donatio inter viuos, siue causa mortis: sed actum fuit quod nunquam reuocaretur, quæ assimilatur donationi inter viuos, vt ff. de dona causa mortis. l. vbi. In hoc auté casu ꝓræsumo donationem causa mortis: & quia quinque testes interfuerunt, qui non solent interuenire, nisi in vltima voluntate, vt C. de codicil. l. vltima. & quia ibi fuit appositum verbum, relinquo, quod ad viui tabulas non pertinet, vt ff. de tabulis exhi. l. j. in fi. Item licet secunda donatio videretur pura, videtur tamen illa cõditio repetita, vt spurio daret, vt ff. de probatio. l. cum tacitũ. alias non daturus, vt argumento, C. de hered. inst. l. si pater.

SI AVVS DONAT NEPOTI spurio ex filio legitimo & naturali, auo succedẽtes ab intestato, an ipsi possint per auum donata reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Hereditatis petitio succedentibus ab intestato competit: item & rei vendicatio.*

2 *Condictionem ex lege, succedentes ab intestato, proponere possunt.*

3 *Patris appellatione auus, proauus, & omnis ascendens continetur.*

4 *Filio naturali donare pater non potest, item nec auus nepoti spurio.*

5 *Nepotes, liberorum appellatione in odiosis, non veniunt.*

6 *Alimentorum appellatione quæ veniant.*

7 *Donatio nepoti facta ab auo, si non valeat vt nepoti facta, valeat tamen tanquam extraneo facta.*

Quæstio 12.

NEROTVS quidam ciuis Aretinus habuit filium legitimum, & ex eo habebat nepotem spurium: isti nepoti spurio donauit omnia sua bona, quibusdam exceptis. nunc eo mortuo, veniunt succedentes ab intestato, & volunt védicare ab isto nepote spurio: quæritur, an possint vendicare vel petere.

PRO. Quod possint, ita probo. Et quia actio competens debet proponi: ideo pro illis consanguineis contra nepotem spurium petitionem hereditatis in-

1 tendo. † Certum est enim, quod illa competit, quoties aliqui ad successionem ab intestato veniunt, vt ff. de pet. hered. l. 3. possent & rei vendic. intentare. nam per aditionem quæ in sola animi voluntate consistit, vt ff. de acquiren. vel omitten. heredi. l. aditio. dominium hereditariarum rerum quæritur, vt ff. de acquirend. vel amit. possessio. cum heredes. vnde consanguinei adeant hereditatem: quia volunt esse heredes: merito possunt vendicare: cum per illam aditionem facti sint domini. Si dicatur, quod ille titulo possidebat, & ita non datur petitio hereditatis: Respondeo, immo: quia ille titulus pro non titulo habetur, vt ff. de peti. here.

2 l. etiam. † Item possent etiam proponere condict. ex lege. lex enim dicit datum filio spurio, à legitimo reuocandum: vnde condictio ex lege posset intendi, vt C. de naturalibus libe. l. j. lex enim illa dicit vendicari & peti posse: & cum non sit cautum à lege, quo iure peti possit: condictione ex lege agitur, vt ff. de condit. ex lege. l. j. Iura nostra prohibent dari aliquid filio illicito, ꝗ spurio, vt C. de natura. libe. l. j. hoc etiam dicit lex in corpore authenti, quibus modis natural. effician. sui. §. vltimo. col. 7. & habes illam authen. C. de incestis nuptiis. authent. ex complexu. Nec obstat quod dicis, quod iura loquuntur in filio: immo idem est in

nepo

nepote,nam si pater prohibetur donare filio, ergo a-
3 uus nepoti.appellatione†enim patris,& auus & proauus continetur, & omnis ascendens, vt ff. de in ius vocan.leg.quique,§.j.& ff.de gradib cogn.l.Iurisconsultus.§.parentes.Item appellatione liberorum & nepotes continentur,vt ff de verb signi.l. liberorum, & ff.de in ius vocan.l.sed si hac lege.§. liberos. æqualis est amor filiorum & nepotum, vt ff. de verbo.signi.l. liberorum,& Cod.de inoffic.testa.si quis filium. Pro-
4 hibetur†etiam donatio,siue ipse donet,siue fiat per interpositam personam,vt Cod. de natur.lib.l.j.& Cod. de incest.& inuti.nup.l.si quis incestas. Prohibet mihi lex donari filio,ergo prohibet in futurum in omnibus personis. prohibitio enim legis durare debet. Nam si vendo ancillam,& prohibeo eam prostitui,vel manumitti,durat prohibitio,& sic in centesimã personam,& in infinitum:vt C.si man.ita fuerit ali.ne prostituat, l. prima. Cum ergo prohibet lex donari filio, ergo idem in nepote: cum si hoc concederetur, quod esset licitum donare nepoti,hoc fieret contra legem alia via:quod iura fieri nolunt,quod esse non debet,vt ff.de tu.& cur.da.ab his.l.scire.& arg.ff.vulg. & pupil.sub.l. verbis ciuilibus.Item in crimine maiestatis repellitur pater criminosus,quia punitur:&eadem pœna durat in filio,vt C.ad legem Iul.mai.l.quisquis. filius enim spurius,filius non est,vt institut.de nupt.§. itaque. si ergo intelligitur filius spurius non habere patrem, ergo nec auum: cum nepos auo per patrem tanquam per mediam personam coniungatur.
Hoc etiam vides in consilio Galli Aquilij.& lege Vellei. quod ea quæ dicit consideranda in filio instituto vel exheredando, eadem sunt consideranda in nepote & pronepote,vt ff.de lib.& post.l.Gallus.nam licet pater sit legitimus,& de iure successor: nepos tamé quia spurius, censetur illicitus:sicut habes ff.de statu. ho. leg. Paulus.prohibetur etiam donari filio spurio,ergo idem in nepote:nam prohibetur dari vel relinqui deportato:similiter eius filio vel seruo,vt ff.de le.3.l.si deportari.

CONTRA.Econtra videtur,quod nepos spurius posit defendi:In primis,quia cautum lege non inuenitur,quod auus prohibeatur nepoti filij spurij donare:ergo cum non sit prohibitum, videtur esse concessum,vt ff.ex quibus causis ma.in integ.l. nec non. vt ff. de proba. ab ea parte. Omnes enim leges quæ prohibent patrem filio spurio donare,loquuntur tantum in
5 filio,& non in nepote.Nec†prodest vt dicas,quod appellatione filiorum & nepotes continentur:quia illud verum est sub appellatione liberorum, vt ff.de verbo. signi.l.liberorum appellatione enim filij non continetur nepos,vt institut.qui dari tu.poss §.vltimo. & esto quod continerentur,tamen hic non continentur:nam tunc illud verum est,cum fauor est in causa: alioquin si odium,tunc non continerentur,sicut lex dicit,appellatione masculi & fœmina continetur,vt ff.de leg.2.l. Si ita scriptum,& ff.de verborum sign.leg.j. & hoc ita cum tractatur de fauore.puta quod eis legatur,vel instituuntur.si autem exheredatur filius, non videtur & filia exheredata:nec cótinetur appellatione filij, ideo quia odium est in causa,vt ff.de ventre in pos. mittéd.
6 l.j.responso primo. Item sicut & alias†appellatione alimentorum, victus & necessaria vestimenta continentur,vt ff.de alimentis lega.l.j.& l.legatis,& de verborum signi.l.verbo victus. & hoc tunc verum, quando de fauore alimentorum tractatur.si enim de eorum diminutione,tunc illa non continentur alimentorum appellatione, vt ff.de transac.cum hi.§.qui transegerit. Valuit enim donatio: non enim donat mihi tanquam auus nepoti spurio,sed tanquam quilibet cuilibet extraneo: nam non fecit hoc quasi auus,sed quasi quilibet,vt ff.de adoptio.l.si pater.§.qui duos,& argu.
7 ff.quod iussu,l.j.§.quid ergo.†Præterea,licet nó valuerit donatio vt nepoti facta,valeat saltem vt in personã extranei:nam si quod ago,non valet vt ago,valet tamé vt alias valere potest,vt dicit vnum generale,arg ff.de transact.l.& post 16.Præterea valet donatio ideo,quia filius spurius,quantum ad patrem suum,extraneus est, cum non sit in eius potestate,nec ab eo alatur,nec eius forum sequatur,vt in auth.quibus mo.na.effi.sui.§.vl. co.7.& ff.ad municipales,l.j.in fi.Si ergo est extraneus patri,ergo & auo.si ergo fuit facta donatio isti nepoti, fuit facta extraneo:vnde valet.

SOLVTIONEM quære infra,in fi.sequentis q.

ECONVERSO SI AVVS DOnat nepoti legitimo ex filio spurio,an succedentes ipsi auo,possint donata per eum reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Donatio aui,nepoti legitimo ex filio spurio facta, an valeat,& nu.4.*
2 *Naturæ veritas ratione matrimonij contracti à filio spurio,non obumbratur.*
3 *Filius naturalis sicut patri non succedit, ita nec nepos,licet legitimus sit,auo succedere potest.*

Quæstio II.

EXAMINEMVS hanc quæstionem: in conuerso casu:pót esse q aliquis habuit filium spurium, & ex eo habuit legitimum nepotem, quia ille filius contraxit matrimonium: auus donauit sua bona isti nepoti legitimo:quæritur,an illa donatio valeat.

PRO PARTE NEGA. Quod non valeat illa donatio,& venientes ab intestato,possint vendicare,illas actiones possunt proponere quæ in superiori quæstione sunt propositæ.Quod enim donatio non valeat, ita pbo:Certũ est,q auus alias daturus nó esset,nisi esset nepos ex filio spurio:nã nó habet eum cognitũ alia
1 charitate vel affectione:vnde illa† donatio non tenet, sicut nec tenet donatio filij spurij:& alias distinguitur de eo qui donat filio familias,vtrũ patri qratur: refert vtrũ cum habeat notum ex militia,tunc patri non qritur:an ex consanguinitate,& tunc patri quæritur,vt ff. de castr.pec.si forte. hoc ét consideratur in filio arrogato,vt ff de vulg.& pupil.sub. l. ex facto.§.in arrogato.nam illicitus est pater,ergo & filius quo ad auũ: cũ psona patris & filij eadé reputetur,vt C. de impub. &
2 aliis sub.l.vl.Nec†enim ratióe matrimonij cótracti à filio spurio naturę veritas obũbrat,ar.ff.de lib.& posth. l.filio.nã aut ille filius spurius habet illũ nepoté in potestate,& tũc sine dubio nó valet donatio:quare? quia iam per illum nepoté in potestate, filio spurio quærebatur:cum quicquid per filiũ quæritur,patri quæritur, vt C.de bonis q lib.l.cum oportet,& inst. per quas ps. nobis acq.Nam si filius sit exheredatus qui ad bo.pos. contra tab.non venit quo ad bona aui,nec veniet eius filius,qui est nepos auo,vt ff.de bo.lib.l.quæritur:nam ibi nepos filij exheredati non habet bonorum pos.cótra tab.ad bona defuncti liberti, si pater suus erat exheredatus à patre.si autem non erat in potestate,& sic iure acquisitionis nó quæritur:similiter non valet donatio: nam filius spurius sicut exheredatus excluditur,immo magis excluditur à successione patris: sicut
3 ergo filius † exheredatus non succedit,nec etiam nepos suus succedit,vt ff.de bon.lib.l.filius.ex quo enim filius est spurius,adspergitur quadam infamia facti,vt ff.de decurio.leg.generaliter.§.spurios.& interim obest illa infamia,& illud vitium quod à successione patris repellit: nec etiam donationem à patre recipere potest,vt in superiori quæstione tractaui:nec illud pa-

ternum vitium obliterabitur in persona nepotis p:r matrimonium quod est sequutum. Illud enim matrimonium licet sit legitimum quo ad contrahentes, tamen quo ad auum, non est legitimum, arg. ff. de bo. lib. l. si filius qui patr. §. j. nepotes enim ita possunt vti beneficio dignitatis, si pater eorum aliqua infamiæ macula non adspergitur. vt C. de quæstionibus, diuo Marco. ex quo enim pater excluditur, ergo & nepos, nam qui ad iusiurandum contra legem libertum adigit, & ipse excluditur, & liberi eius, vt ff. de iure patro. l. qui contra. nam & auus repellitur ratione delicti á successione liberti: hic etiam nocet nepoti, vt nepos similiter excludatur, vt ff. de iure patro. l. diui fratres. Nam ex quo pater indignus est, & etiam filius eius similiter indignus. Remouetur enim filius ab omni eo quod patris occasione ad eum posset peruenire: sicut legimus de filio deportati, vt ff. de inter. & releg. l. 3. Præterea non tenet donatio: quia hæc est causa quare donauit nepoti, scilicet amor filij, non alia, & sic reuocatur. Illud enim præsumimus de iure, quod plerũque contingit, vt in auth. vt sine prohi. matres debit. §. 2. colla. 7.

4 CONTRA. E contra videtur, quod donatio† facta isti nepoti legitimo, non reuocetur: nam licet pater eius sit odibilis, odium tamen istud non extenditur ad nepotem, vt ff. de decurio. leg. 2. § nullum. nam licet pater repellatur ab illo beneficio, quod libertus eum vocat in ius, tamen nepotes illud beneficium nõ amittunt, vt ff. de in ius vocand. l. adoptiuum. §. vltim. nam licet patres comederint vuas acerbas, dentes filiorum non obstupescunt hodie per nouum testamentum. nam anima quæ peccauerit, ipsa morietur. nec enim pater pro filio, nec ecõtra, tenetur, vt C. ne filius pro patre. Crimẽ enim vel pœna paternę nullã maculam filio potest infligere, vt C. de pœnis, crimen. pœna enim quæ constituitur in emendationem hominum, ad heredem filium, non transit, vt ff. de pœnis. l. si pœna. nam licet sit pater perduellionis damnatus, iura tamen libertorum liberis non auferuntur, vt ff. de iure patro. l. iura. Et si filius natus excluditur à successione patris, tamen hoc nepoti non nocet, vt ff. de iure patro. l. filij. Metianus etiam refert, ex persona vel nota patris non excludi nepotem, vt ff. de iure patro. l. diui. nam licet filius iuste sit exheredatus: non tamen propterea nepos excluditur, qui ex illo matrimonio natus est, vt ff. de bo. pos. contra tabul. l. non tantum. §. si emãcipatus. Debet enim haberi ratio liberorum, licet pater sit puniendus, ne aliena admissio, hoc est, propter patrem spurium, grauiorem pœnam sentiãt filij, quos nulla culpa contingit, vt ff. de bonis damna. l. cum ratio. Præterea, dicit cap. quod si sacerdos habeat filium, & ex filio habeat nepotem, licet prohibeatur fieri concessio capellæ filio sacerdotis, non tamen nepoti, licet eius pater sit illicitus, vt extr. de filiis presbytero. per totum. Præterea si aliqua macula fuit in persona filij spurij, illa macula deletur per matrimonium legitime contractum ab illo filio. nam si aliqua fuit macula infamiæ in persona scenica, quæ etiam infamis est, delebitur per matrimonium postea contractum, vt C. de nup. l. imperialis. Item non videtur donatio reuocanda: nam licet pater sit illicitus, nepos tamen non propterea iudicatur illicitus: nam licet tutor delinquat, qui pupillam accipit in vxorem, illa tamen de iure capit ex testamento tutoris, vt ff. de legat. prim. l. vltima.

SOLVTIO. In his duabus quæstionibus sine præiudicio melioris sententiæ eadem mihi videtur adhibenda solutio vt ita distinguam: an nepos spurius, vel nepos legitimus ex spurio, fecerit tale seruitium auo, quod si fecisset extraneus, tantundem illi extraneo donaturus fuisset auus: tunc donatio nõ infirmatur, quia facta est vt extraneo: aut nullum seruitium contulerit auo, & tunc dico donationem non valere: quia nõ alia de causa motus fuit auus, nisi amore filij spurij. Ita distinguimus in donatione facta filio in potestate constituto. vt C. de dona. inter virum & vxo. l. donationes. Si enim nepos non fecit aliquid meritum auo, propter quod præsumamus donationem factam, tunc quia donatio fuit facta contemplatione filij spurij, ideo ipsam donationem reuocandam iudico, vt C. de naturalibus liberis. l. j. maxime quia idem ius debet habere nepos naturalis in bonis aui, quod habet pater, vt C. de naturali. lib. l. vltim. Et quia aliã de causa non habuit nepotem notum nisi propter filium spurium, vt argumento ff. de castrensi peculio, & si forte ff. de vulga. & pupilla. sub. si plures. §. in arrogato. Item donationem factam nepoti similiter reuocandam iudico quia illa persona est odibilis, non ratione patris, cum pater sit legitimus: sed ratione sui delicti: nisi forte tale seruitium fecisset auo, propter quod auus ille donaret, sicut dictũ est.

AN EXVSTA SEV DIRVta domo conducta, teneatur conductor suo sumptu eam reædificare.

SVMMARIVM.

1 *Locator aduersus conductorem qua actione experiri possit, & nu. 4.*
2 *Pactum appositum in contractu bonæ fidei, quod nouam pariat actionem, & veterem informet.*
3 *Obligatio tacita, extra id quod agitur, quandoque inducitur.*
5 *Incendium an sit casus fortuitus.*
6 *Fructuarius, ædificium quod corruit, reædificare non tenetur.*

Quæstio 14.

VIVIANVS colonus aream ædificandã conduxit: si domus postea sit combusta, quæritur an teneatur reædificare.

PRO. In primis videtur. quod sic: Sed quia nemo si ne actione experitur, vt ff. de admi. tu. l. quoties. §. Item
1 si temporali. ideo † actionem ex locato intendo, vel præscriptis verbis, quod reædificare compellatur: & quod actiones prædictæ locum habeant, probatur aperte:
2 quia pactum † appositum in contractu bonæ fidei & stricti iuris, & nouam parit actionem, & veterem informat, vt ff. de pac. iurisgentium. §. adeo, & C. de pactis, in bonæ fidei, & C. de transac. vbi pactum, & ff. si cert. peta. l. lecta. Et quod vtraque competat, lex dicis euidẽter C. de pac. inter emp. & ven. l. 2. ago ergo actione præscr. verbis, quæ ex nouo oritur: vel actione ex locato, quæ est vetus, informata per pactum: & sic vtranque intendo, quod ex vna agam, de altera protestando, quod facere possum, vt ff quorum lega. l. j. §. hoc interdictum, in fi. vel dic vtranque mihi competere, sed vnã eligo, scilicet ex locato, vt argum. ff. de trib. l. quod in heredem. § eligere. tu enim cõuenisti me recipere ista conuentione: grave est enim probo viro conuentionem frangere, vt ff de const. pec. l. j. nam sicut ab initio &c. vt C. de act. & obl. l. sicut. nec enim tua pœnitentia rescindit contractum, vt C. de vsuca. pro donato. l. irritam. Item licet inter nos expressim non sit dictum, quod debeas reædificare: tamen hoc fuit tacite actum
3 cum † aliquando extra id quod agitur, tacita inducitur obligatio, vt ff. commodati, si is qui. §. fin. vt te inuitum compellam ædificare, videas legem scriptam. Si enim debes mihi seruitutem, vt feras onera mea in parietem tuum, & sustinuisti aliquando, si cadat paries, teneris reædificare: quia hoc actum videtur, vt parientem in perpetuum haberes, vt ff. de serui. vrba.

vrban. prædi. l.cum debere. & cum Gallus conductor nollet eum reficere parietem, qui debebat onera sustinere, Seruius eum repræhendit, vt ff si serui.ven.l.& si forte, § j.& l.sicut. §.distant. Videas etiam in obligatione si enim tenebaris mihi cauere per fideiussores,& dedisti: vnus fuit mortuus, vel forte non erat idoneus: & teneris mihi dare alium æque idoneum: alioquin obligatione prima non libereris, vt ff.de constitution. pec. leg.qui autem, § sed si quis sustinuerit. Ex quo enim promisisti me recipere, teneris & nunc tempore isto: verba enim cum effectu sunt recipienda, secundũ hoc quod possibile esset, quod actum sit, vt argumento ff.quis eum qui in ius vo. l. pe. sed istud fuit actum vt me reciperes, quandiu durat locatio, non liberaberis: ideo quia semel receptus fui, cum non habeat locum de in rem verso, cum non durat versum, vt ff. de in rem verso, l. si pro parte. §. versum. nam ita videris ædificasse,& es liberatus, si ędificium durat, alias non, vt ff.quod cuiusque vniuersit. no. item eorum. §. sed si ita. Et si aliquis deberet defendi, ita videtur defendi, si duret defensio illius, alias non: licet aliquando defenderis, vt ff.ex qui.cau.in pos.ea.l. secunda. in fin. Item si vsumfruct.relinquo: licet heres inducat, non liberatur propterea: nisi inductio perseueret, quod liceat vsufructuario vti frui, vt ff.de vsufr.l.3. Insuper videas legem: nam si tibi relinquo vsumfru.in vita tua. si interim in medio tempore amittis, tamen intelligitur postea repetitus, vt ff.quib.mo.vsus f. amit leg.sicut in annos. §.j.& hoc æquitas suggerit, licet iure deficiamus, vt arg.ff.de aqua plu.ar.in summa §.item Varus. Item qua ratione vis excusari? ratione incendij? non: quia illud sine culpa fieri non potest, vt ff.de periculo & commod.re.ven.l si vendita. Item nec ratione terræ motus, cum hoc præuidere debuisti in contractu qui posset euenire: quia Deus prædixit, Erunt terræmotus magni per loca &c.

CONTRA. Econtra videtur quod non videatur teneri, nec teneatur. Sed in primis respon. actionibus, quæ incompetenter sunt propositæ: & illæ cum non esset firma agentis intentio, nonne absolutio fie-
4 ri debet? vt ff.si men.fal.mo.di.l.j. Quod † enim actio ex locato locum non habeat, vide: locatio enim sine precio non procedit, vt ff.loca.l.2.hic certum est, quod precium non interuenit. sed facta fuit locatio vt ædificares,& me reciperes!, & sic fuit contractus innominatus, scilicet, do vt facias: & sic competit actio præscriptis verbis, vt ff.de præscr.verbis.naturalis. Ita nec præscriptis verbis actio locum habet illa, quæ oritur ex illo pacto, sed illa quæ oritur ex illo contractu, scilicet, do vt facias: sed illa locum haberet, si ego tenerer: sed quod non tenear, vide aperte: cum enim pro te fuerit locatio & sic cõtractus bonæ fid. ergo casus fortuitus non patrocinatur, vt ff.de act.pig.l.quæ fortuitis cum non possint præuideri humanæ sortis consilio, vt C.de
5 præscript.30.anno.l.vlti. Quod † autem incendium sit casus fortuitus, patet: nam commodatarius non tenetur, vt habes ff.commodatar.l. si vt certo § proinde. Nec obstat l.tua.ff.de periculo & com.rei vendi.leg.si vendita: quia illud possibilitatem continet, quia damnum potest in rebus fieri culpa, & sine culpa, vt lex illa dicit, vt ff.de officio præfec.vig.l pri.2. & 3.si licet ab initio tenear ædificare, tamen ex superuenienti casu excusor, vt ar.ff.vt in pos.legati.l.plane.nam ea quę superemergunt, nouo auxilio indigent, vt ff.de interroga.actio.l.de ætate. Præterea, probo aperte quod nõ teneor: cum totum ædificium cecidit, si enim particulariter cecidisset, tenerer reficere: sicut in emphyteota, cui participatio damni ascribitur: sed si totum ædificium cadat, non compellitur reędificare, vt Cod.
6 de iure emphyt.l.j. † & hoc in fructuario idem, vt ff. de vsufruct.l.hactenus. Item si Marcius conduxit domum ædificandam à Flacco: & ædificium postea corruit, Marcius liberatur, vt ff.loca.l. Marcius. Item iste qui debuit ædificare, ex quo ædificauit, certũ est quod est liberatus per solutionem illius quod debebat: vnde incendium superueniens sibi nocere non debet, vt ff.de polli.l.j.in fine. Nec obstat quod de vsufructu opponis.ff.de vsufru.l.3.quia illud locũ habet in iuribus, quorum vera non potest traditio fieri, vt ff.pro socio.l.2.alias contra, vt instit.qui mo.ob.tol. Item nec obstat. l.illa cum debere.de seru.vrba.prædio.quia est speciale in seruitute oneris ferendi: alias contra, vt ff.de seruit.l.quoties,& ff.si serui.ven.l.sicut.§.distant. Itẽ nonne si tibi debebam vsumfructum vel seruitutẽ aliquã, & sublatum sit ædificium, liberor, nec ædificare compellor, licet si ædificauerim, seruitutem debeam? vt ff. de seruit.vrb.prædio.seruitutes.§.si sublatũ. Præterea, amice, nõ facio tibi iniuriam, si nolo reædificare: quia nullo incõmodo propterea afficieris, cum area ad sui primam conditionem redeat. vt arg.ff de pac.l.si vnus. § quod & in specie. sed si de casu possumus conqueri, magis possem de casu conqueri, cum maiori sim damno affectus,& tu nullo vel modico: & sic cum petas, quod tibi non prosit multum,& mihi multum officiat, audiri non debes vt ar.ff.de iureiur.si duo.§.2.& ff.de aqua quot.& æst.l.j.§.illud Labeo.& ar.C.de prob.l.ad probationem. Præterea, quod non tenear, videas. contractus enim iste fuit, vt dixi, stricti iuris: quia do vt facias,& sic non teneor, cũ nil sit dictũ, & sic videtur omissum, vt ff.de verb.obl.l.quicquid adstringendæ. leges enim omnes quæ dicunt extra id quod agitur &c. loquuntur in contractibus bonæ fidei.

SOLVTIO. Reliqua dic vt in quæstionibus Pilei notatur,& soluas vt ibi.

AN PECVNIA REPROBAta, soluta per debitorem creditori secundum arbitrium campsoris, liberet soluentem.

SVMMARIVM.

1 *Debitor soluendo pecuniam reprobam, an liberetur.*
2 *Pecunia reproba, pecunia non videtur.*
3 *Falsam monetam expendens, puniendus est.*
4 *Facti ignorantia plerunque prudentissimos fallit.*
5 *Excusandus venit, qui id fecit, quod publice fit.*
6 *Adprobatus, reprobari potest.*
7 *Solutio facti liberationem inducit.*

Quæstio 15.

AEMILIVS debitor accepit pecuniam mutuo: die solutionis adueniente, soluit pecuniam re-
1 probam creditori: † quæritur, an reproba pecunia liberet soluentem, quę fuit soluta secundum arbitrium campsoris.

PRO. Parte negatiua. Quod nõ sit liberatus, in pri-
2 mis allego ff.de pig.act.eleganter.nec † enim videtur pecunia, quæ est reproba: nam falsus modius non est modius: & testamentum falsum, abusiue dicitur testamentum, vt ff.quemadmodum testa.ape.l 2. in prin. & de ver.sig.l.Paulus respondit. Nam cum imago non sit & superscriptio in pecunia, iudicamus eam reprobam sicut & filium non iudicamus, qui conuerso humano more nascitur, ad monstrum declinans vel prodigium vt C.de post.her.inst.l.quod certatum est.ff.de verb.sig.l. quæret aliquis.ff.de statu hominum.l. non sunt liberi. Item si aurum debeo, soluendo æs, non liberor.ff.de solution.l.si cum aurum. Præterea quod non sim liberatus, probatur aperte. nonne mutuum in eodem genere debet recipere functionem? sic. vt ff.si certum peta. l.2. & tacite videtur hoc agi inter contrahentes, vt æque bonum reddatur, vt ff.si cert. peta.l.cum quid

mutuum.nam si non liberatur, qui pro vino veteri red dit vinum nouum:quare liberetur,qui pro pecunia ꝓba reddit reprobam, non est ratio iusta. nam quis pro pane redderet lapidem, aut pro pisce serpentē,aut pro ouo scorpionem? certe nullus,vt euangelium protestatur.Item cum res aliena,soluta etiam proba, liberationem non præstet,vt ff.de legat.primo,non quocunque. quomodo pecunia reproba præstabit? certe non. Præ-
3 terea videas rationem viuam.nonne † quia monetam falsam expendis.puniri debes? vt Codic.de fal.l.si falsos codicillos.si ergo puniri debes, quomodo petis locum habere lucrum,scilicet cum petas liberationem? non enim debet esse in pœna præmiũ, vt ff.de neg.ge. leg.siue hereditaria. Si enim maritus occidit vxorem,non lucrabitur dotem,cum propter illud debeat puniri,vt ff.soluto matrimon. l. ab hostibus. nam qua fronte petis liberationem, cum dando reprobam pecuniam,committas maximum delictum, & sic liberationem non habes:sicut nec tutor repetit aliquid à cõtutoribus,quando & proprio dolo conuenitur & soluit: vt ff de administra. tutor. leg. si plures.& ff.de tu. & ra.distra.l prim.§ nunc tractemus.Item audiri non debes,si liberationem prætendis:quia in hac liberatione prætendis turpitudinem tuam:quod iura nolunt.vt C. de transact.l.transactione.& de his qui in fraudem cred.l.filios.& de seruo pign.da. ma.l si creditoribus.
4 Nec obest si approbaui:quia erraui in facto, † cuius ignorantia prudentissimos fallit. vt ff. de iur. & facti igno.l.in omni parte. & si erraui in facto, erraui per alium ,in quo iusta & tolerabilis est ignorantia , vt ff. pro suo.l.vltim.in fine. Nam & si mihi male contingit,tamen excusari debeo,quia consului peritiores,vt ff. de iur.& facti igno.l.regul.& ff.quis ordo in bo.pos. ser.l.2.in fi.Item non fui in culpa,si credidi electori.putaui enim ꝙ sciret discernere, sicut hæc publice facie-
5 bat.vnde † excusor si facio ꝙ publice fit, vt C. de pign. act.l.pignus.nam non est in culpa,si casus aduersus sequetur,si aliquis credit celeberrimo mercatori , vt ar. ff.de administ.tu.si res pupillaris. Præterea damnum euitare contendo,& tu lucrum captare quæris : & sic mihi potius fauendum est,cum non sit eadem ratio,debita amittere,& lucra non captare, vt C. de codicil.l. vlt.& magis fauent iura creditori, qui certat de dãno vitando,quam legatario qui de lucro captando,vt C. de iure delibe.l.scimus,§.legatariis. Item non obstat
6 ꝙ approbaui,quia licitum † est mihi reprobare approbatum: vt reprobatur medicus,qui fuit semel electus, vt C.lib.10.de profes.& medi.l.grammaticos & reprobatur doctor, qui semel à scholaribus fuit electus vt ff.de mu.& ho.l.vt gradatim §. reprobari Nonne etiã cõsensi in iudicem,qui mihi erat inimicus. & ego nesciui,postea licitum est mihi ad iudicium declinare.

CONTRA.Econtra videtur ꝙ sim liberatus.nam certum est,ꝙ ego solui,& saltem de facto,& sic libera-
7 tus fui.nam solutio † facti liberationem inducit, vt ar. ff.de verb.obl.l.quidam.nam emancipatione facti &c. & dic vt not.ff.de verb.obl.stipulatio ista habere licere.§.hi qui.

SOLVTIO.Reliqua dic,vt not. in quæstionibus Pil.& solue vt not.ff.de pign.act.l.eleganter.

AN PROCVRATOR QVI PEcuniam debitam misit per nuncium prohibitum, amissa pecunia, teneatur domino.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum rei iusta & honesta valet.*
2 *Procurator de dolo,lata,leui & leuissima culpa tenetur.*
3 *Mandatum,re integra,reuocari potest.*
4 *Culpa vacat , qui fecit quod facere consueuerunt & alij.*
5 *Denunciatio an possit impune contemni.*

Quæstio 16.

NICODEMVS procurator misit pecuniã per nunciũ prohibitum:& postea pecunia est amissa:quæritur , an teneatur procurator domino actione mandati.

PRO.Quod possit actio mandati à domino intentari,probatur. Certum est quod sicut fuit in themate
1 positum,quod ego mandaui tibi,ne mitteres:& † mandatum fuit rei iustæ & honestæ,& non turpi ,ergo tenuit:si enim fuisset rei turpis,non teneret vt ff. mandati.l si remunerandi.§.rei certum est ꝙ teneris. Nonne
2 tenetur † procurator de dolo,lata,leui & leuissima culpa?certe sic.vt C. mandati l. à procuratore ergo teneris,cum fueris in culpa:quare ad mãdatum domini tibi prohibentis non attendisti?culpa enim est,quod potuit prouideri,& non est prouisum,vt ff. ad l. Aquil.l.si putator. Imputatur enim negociorũ gestori, qui post prohibitionem heredis vel domini ędificauit.vt C.de neg.gest.l.fi.nam si duo sunt socij,& vnus prohibet, ꝓhibitio operatur,vt ille qui expendit,nihil habeat. vt ff.de neg.gest.l.si ex duobus.intātum enim facit,ꝙ licet etiã iuste liberareris,si pecunia fuisset amissa per nuncium:tamen denunciatione interposita,non debes aliquatenus liberari.nam si aliquis iuste ædificet,tamē si post denunciationem ædificat,etiam iuste ædificatum tolli debet,vt ff.de operis no.nunc.prætor ait.in prin. Item nonne debitor qui soluit creditori proprio,liberatur?sed si ego cui cessio facta fuit, denunciem ne soluat,non liberatur soluendo,vt C.de noua.l.3.Itē licet mandassem,ꝙ per illum nunciũ mitteres,tamen licuit
3 † mihi re integra,reuocare mandatum:Nam si dedi tibi seruum,vt manumittas,& postea prohibui,si postea manumisisti,teneris vt ff.de condi.sine causa.l.si pecuniam.§.si seruum.Immo si alius tibi dixisset,noli mittere per talem nuncium,valuisset denũciatio,& ideo teneris.vt ff.mand.l.si hominem. ex quo enim misi tibi, vt per istum non mitteres,videtur tibi mandatum,vt per aliũ mittas:à simili.nã vxor quę cõmisit marito potestatē agendi in certis causis,videtur sibi adimere potestatem de aliis,vt C.de procura.l.maritus.nam ex quo cõmisi tibi,ꝙ per illum nuncium non mitteres, videtur esse mandatũ.ꝙ per aliũ idoneum mitteres.vt ar.ff.mãdat.l.si mãdato Titij § vlt.Quod fueris in culpa,vide: ex quo enim denunciaui tibi , ꝙ non mitteres per istũ: non debuisti mihi per istum mittere,nisi cautionē reciperes:vnde quia non fecisti,dolo non cares. vt ff.ad l. Fal.l.si dolo.Item nonne dicit authoritas,

Est modus in rebus,sunt certi denique fines,
Quos vltra citráque nequit consistere rectum?

Ex quo enim mãdaui,ne mitteres,videtur,quo ad hoc, reuocatum fore mandatum:& sic,si misisti pecuniam, imputa tibi:haberes forte exceptionem, si esset amissa pecunia:si denunciatio non pręcessisset,vt ff.de excep. rei ven l.1.& quãtum operatur prohibitio,dic vt alias notaui.

CONTRA.Econtra videtur ꝙ iste possit excusari.misit enim pecuniã,per quē mittere solitus erat,& fidelis est semper inuentus:vnde nõ est in culpa qui credidit celeberrimo mercatori, licet contrarius sit secu-
4 tus euentus:vt ff.de admi.tut.l.si res pupillaris. † Item non fui in culpa,si feci, quod facere consueui ego & plures alij,vt ar.C.de pig.act.l.pign.& ff.de ædil.ed. l.si quis sit. §. apud Labeonem. nec enim propterea sum in culpa , quod non credidi denunciationi commissę à te:& est ratio Imprimis enim dicit Ouidianus versus.

Nec

Nec cito credideris: quantum cito credere lædat,
Exemplum vobis non leue, Mundus erit.

Nam imputatur alicui φ cito cred. vt ff. de eo per quē factum est. l. j §. j. Imputatur ei qui fuit credulus, si seruus ab illo petat pecuniam. vt ff. de in rem verso. l. 3. §.
5 sed si sic. Denũciatio † enim potuit impune contemni. vt C. de rescin. vend. si maior. nam & denũciatio facta mihi, ne tradam rem quam vendidi, non tenet. vt ff. de pub. si quis prohibuerit. nisi enim iusta causa intercessit, quare denunciatio fiebat, non debet mihi præiudicare. vt ff. mand. l. si hominem. nec est mihi imputandũ si non diuinaui, scilicet pecuniam posse amitti. vt ar. ff. manda. si fideiussor. in prin. Præterea cum eodem casu esset peritura per aliũ, ego excusor: sicut vides in pos. animalis, φ si animal possessum, eodem modo perierit penes aliũ, non teneor. vt ff. de ædil. edict. l. ædiles etiã. §. Pedius.

SOLVTIO. In hac quæstione solue, vt in quæstionibus Pil. notaui.

DEBITOR QVI PECVNIAM mutuam certo loco accepit, vagatur, an in alio loco quam contractus, possit repertus conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Debitor vagabũdus cum monacha, si vbi inuenitur, conueniatur, quod fori exceptione non gaudeat.*
2 *Crimen raptus siue incestus detestabile.*
3 *Malitijs hominum non indulgendum.*
4 *Conueniri vbicunque locorum potest, qui sua substantia male vtitur, & ad inopiam vergit.*
5 *Actor, rei forum sequi tenetur.*
6 *Amorem retinere, perfecta est philosophia.*
7 *Paupertatis exceptione eliditur actio.*
8 *Domicilio nullus caret,*

Quæstio 17.

TANCREDVS contraxit cum Titio, & dedit ei pecuniã mutuo in ciuitate Aretina: qui Titius per orbem cum monacha vagatur. Nunc inuenitur Florentiæ, conuenitur à Tancredo certi condictione: Titius fori præscriptionem opponit: quæritur an possit.

PRO Par. neg. Quod nõ possit, certa ratiõe ꝓbatur. Certum est enim φ ego mutuaui tibi pecuniã: ergo mihi teneris, & sic act. i. certi condictio, intenditur de iu-
1 re: † nec oppones exceptionẽ fori, quia vilitas tuæ vitę ab obseruãtia legis te facit indignũ. vt ar. C. ad legem
2 Iul. de adul. l. q̃ adulteriũ cũ enim † detestabile crimen cõmiseris, quod est maius omni crimine. quia versus:

Cum non sit rectum, vicini tangere lectum:
Plus reor esse reum, zelotypare Deum.

Vt C. de epis. & cle. leg. raptores. quomodo ergo nunc legis auxilium inuocas, cum contra illam commisisti? certe minime: vt ff. de minori. auxilium. & dicit capitulum. Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate vel dignitate: licet quis sortiatur priuilegium fori ratione contractus. vt ff de iudi. l. heres. & l. omnẽ. tamen nihilominus quolibet loco te potero conuenire, vt ar ff. de cond. inde. l. qui loco certo. Et qui stipulatur se facturum insulã Capuæ, & ita in loco certo: quolibet loco conueniri potest. vt ff. de iud. l. eum qui. & sic vbi te inuenero, ibi te iudica-
3 bo. Præterea nonne dicit lex, φ non sit malitiis † hominum indulgendum? vt ff. de rei vend. in fundo. Si enim istud concederetur tibi, iam esset in potestate rei tollere mihi actionem. nam perimis actori actionem, dum vis reo seruare electionem, vt ff. de eo quod certo loco. l. non vtique. nũquam enim venires ad locum vbi contraximus. vt dicit l. j. ff. de eo quod certo loco.
4 Nonne male † incipis vti substãtia tua, & vergis ad inopiã? ergo te possum conuenire ẽt in alio loco, sicut mulieri permittitur dotẽ exigere ante tẽpus, marito vergente ad inopiã. vt C. de iure do. vbi. & in auth. de qualitate. dotis. §. illud. 7. col. Præterea nonne lex subuenit fideiussori, vt possit conuenire debitorẽ ante tẽpus, si debitor incipiat dilapidare bona sua? vt C. mand. l. si ꝓ ea. Tu fuisti, frater, euãgelij nõ surdus auditor, qui voluisti similis fieri ei filio, qui accepit partẽ substantiæ, & eam consumpsit viuendo luxuriose: nec enim hoc æquitas suggerit, & si iure scripto deficiamus. vt ff. de aqua plu. ar. l. in summa. §. idem Varus.

CONTRA. Econtra videtur, φ possit se defendere iste Titius: Tancredus enim intendit contra eũ certi condictionem, q̃ non videtur bene intendi, nõ ratio-
5 ne obligationis, sed & ratione loci: † cum actor forum rei sequi teneatur. vt C. de iuris. omniũ iud. l. iuris ordinem. Nonne in ciuitate Aretina cõtraximus? ergo ibi, & nõ alibi, tibi debeo respõdere. ar. ff. de bo. auth. iudi. pos. l. 3. ibi enim debeo tibi soluere, ergo ibi me debes cõuenire. Itẽ si afflictus sum amoris vinculo, nõ debet mihi alia addi afflictio. vt ar. C. de episc. audien. l. tam dementis. si enim propter dominam istam tã pulchrã, tãmque formosam vagabũdus accessi, excusari debeo, φ non conueniar: amor enim ille est qui me compulit:
6 quid enim est furore amoris vehementius? † quẽ retinere, est philosophiæ perfectæ, vt in corpore auth. quib. mod. na. effi. legi. §. illud. colla. 6.

Igneus ille furor nescit habere modum.

Nam & Virginius vir sapiẽs cuiusdam virginis amori immiscuit fas & nefas. ar. ff. de origi. iur. l. 2 §. placuisset: tu autẽ creditor, si scires amorẽ virginis vel Veneris, & quis est stimulꝰ qui me impellit, de iure mihi exceptionem concederes: sed tu vsuris deditus, amorem nescis: tu cum sis frigidus, & in corpore macilentus & vitiatus, qua ratione me conuenis? vadas Aretiũ, & bona mea per iudicẽ possidebis secũdum φ dicit l. C. de iud. properandum. & sic potes tibi consulere. Itẽ si proponis me nihil habere, qua ratione me cõuenis? cũ tuã
7 † actionẽ elidat exceptio paupertatis, ff. de dolo. l. nã is. nam personã non debes capere. vt C. de act. & obl. l. obæs. Item quid prodest tibi, si me conuenis? pãnicularia mea mihi non auferes, cum nec illa sint auferenda dãnato. vt ff. de bonis dam. l. diuus. Præterea, quia vado ꝑ orbem ludendo cũ domina, dicis me vagabundũ, & si-
8 ne domicilio cõstitutũ: male proponis & pessime. † nã nemo sine domicilio reperitur. vt ff. ad munic. eiꝰ qui. Et si ego vellem iam in locis omnibus respondere, iam esset maxima iniquitas, cum non sit necesse liberto: immo excusatur vt ff. de operis libe. φ nisi. in fi. & de annu. leg. Mæuia. §. vxore. & ff. de iud. l. heres.

SOLVTIO. Solue, vt in quæstione Pil. 19.

SI POSSESSOR FEVDI VEL rei emphyteoticæ, lata contra se sententia, postea alienauit, an possit executio fieri cõtra eum, in quem alienatio facta est, etiam si longissimo tempore possederit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua executioni mandari debet.*
2 *Possidet is, cuius nomine possidetur,*
3 *Missionem in bonis defuncti petenti missio fiet, etiã si ab alio possideãtur: nisi legitimus cõtradictor fuerit.*
4 *Res in emphyteosim data, in emphyteosim dari non, nisi cum prioris domini conniuentia, potest.*
5 *Amissum non videtur, quod alteri quæsitum non est.*

6 *Res cum suo onere transit.*
7 *Res inter alios acta, alijs non praiudicat.*
8 *Impensa. bona fidei possessori à vero domino, rei vendicatione agente, restituenda sunt.*
9 *Sententia lata contra condemnatum non citatū, non valet.*

Quæstio 18.

ALBERICVS quidā nobilis ab Arimathia decurio, egit contra Sempronium, petens ab eo tenementum quoddam, quod dicebat antecessoribus suis in feudum fuisse concessum, vel in emphyteosim. volebat istud à Sempronio auocare, dicens seruitia feudi non fore exhibita, vel canonem debitum nō esse solutum per tempora legibus constituta. vt C. de iure emphyt. l. 2. obtinuit in curia summi pontificis, & ita habuit sententiam, adeo quod Papa præcipit in virtute excommunicatiōis, sententiam istam executioni mandari: antecessores istius Sempronij vel ille Sempronius credendo illas res fore proprias, res illas alij pone Titio concesserunt in emphyteosim: qui Titius ædificia plura construxit in illo tenemento, scilicet turres & palatia, & illa possedit spatio 30. annorū: quæritur modo, an sententia debeat mandari executioni contra istū Titium: ideo quia possidet illud tenementum, quod obtinuit Albericus.

PRO. Quod possit sententia executioni mandari:
1 ita probatur. †Certum est enim, ꝙ sententia quælibet
dummodo sit diffinitiua, debet executioni mandari:
vt dicit rubrica illa de executione rei iudic. & ff. de re
iudic. à diuo Pio. si enim non mandaretur executioni,
iam essent delusoria decreta prætorum, & sentētiæ iudicantis: quod iura nolunt. vt ff. de iudic. l. si prætor. & ff. ne quid in loco publico. l. final. debet, dico, mandari executioni per res & bona condemnati: vt dicit Cod. de his qui ad eccles. confug. l. vlti. & C. de iudic. l. properandum. & hæc omnia sunt vera, si aliquis personali actione agebat. At hic cum fuerit actum reali, & obtineat actor in sententia, manu militari res debet à possessore auferri, & assignari petitori, vt ff. de rei vend. l. qui restituere. instit. de offic. iudic. §. j. Nec obstat, si dicas Sempronio, ꝙ non possidet istud tenementum. Respon. immo. Nam cum rem dedit in emphyteosim,
2 ergo eam possidet: nam is †possidet, cuius nomine possidetur, vt ff. de acquir. pos. l qui meo. §. j. Nam qui iussus est mitti in possessionem, manu militari inducitur in possessionem. ff. ne vis fiat ei qui in pos. l. si quis mis-
3 sus. †Item qui petit missionem in bonis defuncti, de iure fiet missio, etiam si bona illa ab alio possidentur: nisi ille qui possidet, sit legitimus contradictor, vt Cod. de edicto diui Hadri. tol. l. vlti. at tu possessor, non habes contradicendi licentiam: nam cum superaueris illum, à quo causam habes, ergo tu non contradices. maxime cum contra illum habeas regressum vt ff. si familia furt. feci. dica. quoties. Præterea cum res iubetur restitui, ille qui obtinet, in possessionem illius rei debet induci. vt ff. de admi. tu. l si sine herede. § interposito. Nec obstat quod allegas: quia titulo possedisti, & bona fide spatio 30. vel 40. annorum. vnde si actionem habui, illam amisi. vt C. de præscr. 30 annorum. l. sicut. & l. cum notissi. Responsio: quia istud mihi non præiudicat. vnde quia res istæ alienari non possunt, siue non potuerunt: siue ponamus ꝙ sint datæ in feudum & hoc cauetur per constitutionem Frederici in tractatu de feudis, in illa cōstitutione, Imperialem decet solertiam. Itē siue res fuerint datæ in emphyteosim, quia
4 †res in emphyteosim data, in emphyteosim dari non potest sine conniuentia prioris domini. vt C. de iure emphy. l. vlt. Si ergo res prohibetur alienari, ergo & vsucapi vel præscribi. vt ff. de verb. signi. l. alienationis.
Et si sequatur præscriptio, tamen mihi agenti non nocet: sicut nec obstat legatario, si res sibi legata medio tēpore alienetur ab herede: nā nō obstat legatario ꝑscriptio inducta à possidente: vt C. cōmunia de le. l. vlt. §. pe. Nec obstat si obiicis exceptionem ratiōe impensarū: quia istas non eram facturus: vnde non potes ad plus mihi auferre, nisi tantum velim dare quantum esses habiturus illis corrasis, vt ff. de rei vend. l. in fundo. Præterea licet possederis annis 30. tibi tamen ꝓdest, quia dominiū illius rei nō acquisiuisti: & sic nō omisi,
5 quia †nō videtur amissum, quod alteri quæsitū non est, vt ff. de min. l. denique. Item ꝙ sententia debeat executioni mādari, ita ꝓbo. ratione enim executionis ét nomē pignori capitur, vt C. de execu. rei iudi. l. ét. & ff. de re iud. l. à diuo Pio. § si itaq;. Item legatarius petit missionem in rebus testatoris. vt ff. vt in pos. le. l. si legatorū. Item hic secundus emphyteota vtitur accessione prioris: ergo quicquid ei præiudicat, ꝑiudicat & isti: nā cum vinco illum à quo cām habes, sic te vincere debeo, vt ff. de diuer. & temp. præscri l. de accessionibus. Item & alias hoc idem contingit: nā interdictum, quorum legatorum, datur cōtra successorem rei, vt ff quorum lega. lj. §. illud. Item ciuitas à quolibet possidente bona sui debitoris vendicat, ad quēcunq; bona illa ꝑuenerint, vt C. lib. xi. de debito. ciuitatum. l. apud eos.
6 res †enim quæ transiuit in te transiuit cum suo onere: quia nō potuit plus iuris in alium transferre, quā ipse habebat. vt ff. de acq. re. do. l traditio & ff. de reg. iur. l. nemo pōt. Item constitutio Frederici, dicit, ꝙ qua lege quis habet feudum, eadē dare pōt, & non aliter: vt in tractatu feudorum de pace tenenda. §. similiter nec vasallus.

CONTRA. Econtra videtur, ꝙ executio sentētię nō debeat fieri in prædiis illis. Et in primis, quia dicit
7 vnum generale, †res inter alios acta aliis non præiudicat. vt C. res inter alios acta. Præterea defendo me, ꝙ res ista licet fuerit feudi, vel data in emphyteosim: tamen dari pōt ét alij in feudum vel in emphyteosim: nemo enim rem quam conduxit, prohibetur alij locare. vt C. locati. nemo. & sic si ꝙ ius tibi cōpetet, illud est amissum præscriptione: quia iam annis 30. vel vltra possedi, quo tempore omne ius tollitur: licet enim emphyteota, quo ad dominium, non possit præscribere. vt C. de præscr. 30. annor. l. male. tamē quantum ad te, me exceptiōe defendo: quia talis præscriptio opponitur cōtra desides & sui iuris contemptores. vt C. de anna. excep. l. vlt. Præterea tu pēsionem emphyteoseos vel seruitia feudi non recepisti, iam sunt 30. anni. ergo non videris re illa frui, sicut in fructuario legimus, qui ita demum frui re videtur, si precio vtatur, alias non. vt ff. de vsufr. l. non vtitur. & l. quia qui precio. & l. quod si. Itē sententia lata contra meum venditorem, mihi non ꝑiudicat: nam factum mei venditoris, mihi non nocet. vt ff. de diuer & temp. præscr. l. an vitium ff. de doli exce. l. apud Celsum. §. authoris. Præterea si vis, ꝙ sententia mandetur executioni, restitue mihi impensas cum
8 emphyteota, si fuerit bonæ fidei: †nam bonæ fidei possessori à vero domino agente rei vendicatione sunt restituendæ impensæ. vt ff. de acqui. re. do. l. adeo. & inst. de rerum diui. §. certe illud & ff. de rei vendi. l. in fundo. Hoc etiam circa condictionem indebiti. vt ff. de condi. indeb. in summa. §. ei qui. Præterea si est iussum ꝙ sententia mandetur executioni: nō debet præsumi, nec est credendum, ꝙ dominus Papa vel princeps quā sententiam protulit, ꝙ mihi debeat iura mea auferre. ar. C. de his qui veniam ætatis impetra. l. j. & arg. C. de emanci. libe. l. nec auus. & C. de inoffic. testam. l. si quis suo. Primo enim conuenias tuum debitorem, qui est tibi condemnatus, quam veniatur ad pignorum possessorem. vt in auth. de fideiusso. col. j. §. sed neque. Præterea si Papa iussit executioni mādari sententiā in rebus istis, videtur mādata executio in eo iure tātum ꝙ

habbae

habebat Sempronius. vt ar. ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. & ff. de leg. j. si domus. Præterea non potes petere quod sententia mandetur executioni contra me: vigor enim executionis ideo inducitur contra contumaciam condemnati, & non restituentis: sed cum ego non fui nec conuentus, nec citatus, nec fui contumax:
9 vnde talis vigor contra me nõ debet mãdari: immo † si essem condemnatus, cum non fui citatus, non valet illa sententia: vt ff. de re iud. l. si cum nulla. & ff. quæ sentẽtiæ si. app. resc. l. j §. pe. Itẽ si credebas me aliqua actione tibi obligatum, debuisti cõtra me actionibus experiri. vt ff. ꝙ met. cã. l. extat. & si latitassem, bonorũ meorum tibi data fuisset possessio, & ẽt concederetur vẽditio. vt C. de bonis auth. iud. pos. l. cum proponas. & ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. Fulcinius. Item non obstat ꝙ obtinuisti contra illum, à quo cãm habeo: quia si nunc agis contra me, habes necesse iterum probare. vt arg. de iureiur. l. idem est. immo & si essem malefidei, tamen te repello. vt C. de rei vend. l. vl. & ff. si vsufr. pet. l. vtifrui. vnde cum habeamus ius, nõ debeo ius indefensum & inconcussum delinquere. vt ff. de pet. here. l. illud. nam ille Titius qui habuit ante pdia, potuit illa dare in emphyteosim vel in feudum: vt C. li. xi. de fundis pa. l. j. & inst. loc. §. adeo.

SOLVTIO. In hac quæstiõe videtur mihi, ꝙ sententia lata in rei vendicatiõe ꝓ tenemento, possit executioui mãdari cõtra illũ possessorẽ, per ea q̃ in prima parte ꝓ actore sunt ꝓposita: maxime, si res sic data in feudũ, alienetur. Nõ obstat pscriptio tẽporis, quo minus possit vẽdicari ꝓ cõstitutionẽ Frederici: si tamẽ is qui petit sententiã in bonis illis executiõi mãdari, offerat impẽsas ædificij: alioquin doli poterit exceptiõe repelli, vt ff. de rei ven. in fundo. & de cond. indeb. qui in aliena area. Inst. de re. diui. §. certe illud. ff. de acq. rerum do. l. adeo.

AN DOCTOR QVI RECIPIT salarium à communitate vel scholaribus, possit infra tempus recedere, relicto idoneo substituto, & si potest, an teneatur totum salarium receptum restituere, vel pro rata temporis.

SVMMARIVM.

1 *Fidem frangere viro probo, graue.*
2 *Personalia quæ sunt, ad heredes non transeunt.*
3 *Scientia inæstimabilis est.*
4 *Creditori inuito aliud pro alio non datur.*
5 *Contractũ pro parte adprobare, & pro parte improbare, non licet.*
6 *Obligatus in propria persona, per seipsum, nõ per substitutum, operas præstare potest.*
7 *Scientia boni & æqui, nummario precio dehonestanda non est.*
8 *Solutum laboris pensandi causa, repeti non potest.*
9 *Illustres per substitutos seruire possunt.*
10 *Iussus excusat.*
11 *Negocij proprij cura an excuset.*
Vtilitatem propriam vtilitati publicæ anteferre an liceat. ibidem.
12 *Labor sicut pecunia diuisionem recipit.*

Quæstio 19.

NICOLAVS quidã doctor in philosophia, vel in grammatica, vel in legibus, non curo: conuenit cum communitate Aretij stare vsque ad annum, accepto à cõmunitate salario. Item receptis similiter à scholaribus denariis: nũc magister Nicolaus vocatus à Titio ꝙ patriaret, vult recedere, & vult relinquere idoneum substitutum: q̃ritur, an possit: & si possit recedere, vtrum teneatur restituere salarium totũ, vel pro rata temporis ipsi cõmunitati: pone forte, quia iam seruiuit ibi per tertiam partem anni.

PRO Par. neg. Quod non possit recedere, pro scholaribus & cõmunitate allego in primis, & dico, ꝙ non
1 potes recedere ideo, quia hoc promisisti: vnde † graue est probo viro fidem frangere, vt ff. de consti. pec. l. j. in fi. prin. & nihil ita conuenit, quã ea quæ placuerunt inter contrahentes, seruari. vt ff. de pac. l. j ff. de act. emp. l. ex empto. Item tu teneris mihi ad istud, ꝙ stes vsq; ad annũ: & si teneris mihi ad istud ꝙ stes vsque ad annũ, seruare debes: & si teneris ad ista, nõ debet esse tua electio: quid solueres, vtrum salarium, vel subrogatũ, vel recedere. immo mei agentis debet esse electio. vt ff. de rei vend. q̃ restituere. hoc ẽt eligit, qui in possessionem mitti debet, quo auxilio agat: vt ff. ne vis fiat ei qui in possessio. mis. est. l. si quis missus. Item quoties mortuus est illatus in locum alterius, est agẽtis electio, vtrũ velit facere remouere mortuum, an petere pcium: & nõ est electio cõuenti. vt ff. de religio. l. is qui. Item tu magister obligatus es psonaliter: quia de tua scientia nos debes docere: vnde per istum seruire non potes, vt C. de c: du. tol. l. j. § ne aũt. Item nec iusiurandum de calũnia per alium fit, vt C. de iureiurã. ꝓpter calũ. l. 2. Item nec impetratio veniæ ætatis per alium fiet, vt C. de his qui ve. æt. impet. l. oẽs. Nec ẽt adoptare põt quis per alium, vt ff. de adop. l. post mortẽ. & ideo ista ꝑ aliũ nõ
2 ꝓcedũt: quia personalia sunt: adeo ꝙ † ea quæ sunt personalia, ad heredes nõ descendunt, vt ff. de re. iur. priui leg. & ff. de censibus. forma. §. j Præterea miramur magister & domine, quomodo cum leges doceas, de legibus non recordaris, cum hæc quæstio videatur soluta per l. ff. de sol. inter artifices. nã ibi induco in stipulatore, qui personaliter se obligat docere & regere, ꝑ aliũ illa facere volendo se non liberat: & est differentia inter doctores scientiæ & magistros alios fabriles, cum in scientiis nullus ita bonus & placens scholaribus inuenitur, sicut fuerat primitiuus, ẽt si in scientia longe sit melior, licet artificiũ possit fieri ab vno, sicut à reliquo, vt dicit l. illa, inter artifices. immo & si speciale pactum intercessisset, vt alium subrogares, tamẽ pacto non est standum. Nam & si paciscamur, vt heres in societate succedat, tale pactum non valet. vt ff. pro socio. l. adeo. in prin. Item ætas hominis robusta, ingenium, loquela, facundia loquendi, assiduitas legendi: faciunt quod eadem non dicatur scientia, sicut hæc faciunt, quod eadem opera non dicatur. vt ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. Item non debet hic esse in rei electione, vt restituat quod accepit, & à contractu recedat. vt ff. de contrahen. empt. l. non est. Item electio est actoris, & non rei, sicut in eo qui promittit sub alternatione locorum & rerum: vt ff. de eo quod cer. lo. l. non vtique. Item istud interesse, scilicet scientiæ, non est pecuniarium, quod ad illud posses damnari: nam sicut libertas inæstimabilis est. vt ff. si qua. pau. fecis. dicatur. l. ex hac lege. & ff. de his qui deie. vel effu. l. vlti. ita & scientia: nam homo literatus est alius homo, &
3 longe melior. ar ff. de solut. qui res. § aream. ergo † cum scientia inæstimabilis sit, æstimationem non recipit: vnde ad illud faciendum præcise teneris, vt ff. ad exhi. l. si liber homo. nec admittitur subrogatus: nam iudex per subrogatum non dicit sententiam, nisi sit illustris. vt C. de sententiis ex breuiculo reci. l. pe. Item nullus qui nexibus curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quamcumque personam curiales impleat functiones: sed ipse per se debitum patriæ munus exsoluat, & si spectabili dignitate sit decoratus, nisi speciali beneficio sibi remittatur. vt C. lib. 10. de decuri. l. nullus qui

nexu.si enim seruus sit iussus dare 10.operas,nullus dã
do operas illas poterit seruum liberare, vt ff. de statu
libe.l.Stichum.§.vlt.ideo quia seruus sit iussus dare,&
quia personaliter obligatus: si enim esset pecunia,ali⁹
illam dando liberat seruum.vt in d.§.diem.Item legati
ciuitatis vicarios pro se non dabunt. vt ff.de legati.l.
sciendum.§.legati.Item ex quo tuam personam elegi-
mus,non debemus recedere à persona:quia nec in cõ-
tractu stricti iuris receditur à persona,vt ff.de verbor.
oblig.si quis arbitratu.sicut nec in contractibus bonæ
fidei,vt C.de contrahen.empt.l.vltim.& ff pro socio.l.
si quis societatem. Item alium mihi dare non potes:
4 nam†aliud pro alio inuito creditori non datur,,vt ff.
si certum petatur,l.mutuum. Item & si licitum esset ti
5 bi recedere,ponamus:totam pecuniam reddes: † nam
non licet pro parte approbare,& pro parte improbare
contractum,ex quo recedis à toto contractu,totam pe
cuniam reddes.vt argumento. ff. de admi.tutor.l.cum
quæritur.& ff.de operis libe. l. si stipulatio. in fin.nam
& si partem deberes habere ratione quorundam men-
sium,quibus seruiuisti: tamen ex quo non imples,to-
tum restitues: quia aliter tecum contracturi non era-
mus,nisi per totum annum seruires.argumento. ff. de
ædil.edicto.quod si nolit,iam etiam ratione partis to-
ta vẽditio reuocatur.Item & ratione vnius vitij,quod
contingit in equis & mulis venditis,omnium aliorum
fit redhibitio.vt ff.de ædi. edic.l. cum eiusdem. Item
6 †non recedes,etiam si vis dare substitutum,cum sis in
persona propria obligatus: nam qui iubetur operas
facere,quas testator præcepit per seipsum fieri,non au
ditur,si velit dare pecuniam pro opere faciendo,vt ff.
de legat.3.l.fideicommissa.§.vltimo. Creditor enim
non compellitur recipere denarios in aliam formam,
vt ff.de solut.l.Paulus respondit creditorem.& Codic.
de solu.l.manifesti.Item qua ratione vis recedere:ideo
scilicet,quia vocaris à superiore: sed istud te non ex-
cusat,quia est parendum superiori, nisi is qui obedi-
re debet,alteri sit ante obligatus, sicut hic. non enim
superuenit in te senium,vt possis excusari,vt argumen
to,ff.de tute.l.solet. Item scholæ non sunt ampliatæ,
quod multum necesse debeas ampliare seu exaltare,vt
alius debeat subrogari,vt argu.ff.de administra. tut.l.
decreto.

CONTRA.Econtra dico,quod doctor potest re-
cedere:nam nullo iure est obligatus: nec ex contractu
vel quasi,nec ex maleficio vel quasi: ergo non tenetur.
vt ff.de act.& oblig.l.j.nam non cadit sub aliquo con-
tractu,nec nominato,vt emptio vel locatio:nec inno-
7 minato:vt,do vt des:quia† scientia boni & æqui num-
mario precio non est dehonestanda. vt ff. de variis &
extraord.cog.l.secunda, & quia est vera philosophia,
vt ff.de ori.iur.l.secund. Item & veri philosophi pecu
niam spernunt,& mercenariam operam non exhibẽt.
vt C.libr.10.de muner. patri.l. professio. sic ergo illud
quod fecit doctor,ex liberalitate fecit: vnde sufficit si
cui vel in paucis amici labore consulatur. vt Cod.de
negoc.gest.tutori.& ff.de ami.tut.l.tutores qui post.§.
8 j. Item quod soluistis,†non potestis repetere, cum il-
lud soluistis in causam laboris remunerandi. vt argu.
ff.manda.l.si remunerandi. sed esto quod teneatur de
iure adstrictus: tamen recedere potest relinquendo
idoneum substitutum:nam nihil interest,vtrum per fi
lium,an per generos, ciuitatis commoditatibus con-
sulatur,vt C.de naturalibus lib.l.3.in fin.Item & ascri-
ptitius,si fuerit honore presbyteratus consecratus, re
cte in ruralibus obsequiis pro eo admittatur subroga
tus,vt C.de epi.& cle.l.quisquis.& Cod.de decurion.
9 lib.10.l.neminem.†& qui illustrem consequuti fuerũt
dignitatem,recte pro eo per substitutum curiæ mune
ribus satisfiet.vt C.de episcopis & cle l.ad similitudi
nem.nam & hic substitutus est bonus ita, sicut & do-
ctor. nam & vnus faber inuenitur ita bonus, sicut &
alius:vnde vnus pro alio admittitur.vt ff.de duo.reis.
l.nemo.Item regere dicitur,& qui per alium regit, vt
argumento.ff.de admi.tut.l.ita autem. §. gessisse.& ff.
de fideiuss.tutor.leg. postulare. Item præstando æque
idoneum, liberor:nam locator liberatur qui præstat
domum æque idoneam,vt ff.loca.l.cum in plures.& l.
si quis domum. Item præstando quis fideiussores non
minus idoneos,liberatur,vt ff de constit. pec.qui au-
tem.§.sed & si quis.& ff.quod metus causa.l.illud.§ si.
& ff.de religi.l.2.§.locum. vnde cũ hic sit substitutus,
eiusdem fauoris & scientiæ debet censeri,sicut & pri-
mus:nam prætor qui actionem substituit, in omni-
bus causis substituisse videtur.vt ff.si quis testamento
lib.esse iuss.l.prima.§.hæc actio.nam & quoties subro-
gatur actio in locum alterius,eodem iure vti debet, si
cut & primitiua cẽsetur,vt ff.si quis cau.l. si quis eum.
§.qui iniuriarum.& ff.de do.l.qui in quod.& ff.vt leg.
vel fide.no.ca.l.j.§.si quis sub conditione. Item alia ra
tio cum excusat,etiam si substitutum non relinqueret:
quia vocatur à domino,cui necesse habet obedire. vt
arg.ff.si quis cau.l.2. §.vlt.& ff.ad legẽ Rhodi.de iactu.
l.vltim.§.idem iuris & ff.ad legem Aquil.liber homo.
10 †iussus enim excusat,vt ff.de his qui not. insa.l. furti.
§.qui iussu.& l.quid ergo. necessitas ergo me excusat,
in qua nemo etiam liberalis existit,vt ff.de adimen.le.
l.rem legatam & ar ff.de alie.iud mut.cã facta.l.nõ so-
11 lum.§.j.Tertio illud,quia trahor†cura negocij proprij
propter quod excusor,sicut arbiter excusatur ab arbi-
trando, vt ff.de arbitris.l.licet. & sicut procurator, vt
ff.de procu.l.aut si.& sicut in iudice.ff.de iudi.l.si lon-
gius.Et licitum est mihi, propriam meam vtilitatem
vestris vtilitatibus anteferre.vt ff.ad l.Aquil.si quis ho
mo.§.j.& ff.de præscr.verbis.qui seruandarum. Item
totã pecuniam vobis non teneor reddere:nam in loca
tionibus eius solius temporis fit restitutio pensionis,
quo fruiturus non fuerim.vt ff.loca.& conduc.l.si fun
12 dus.& l sed addes.Nam†tam labor quam pecunia di-
uisionem recipit,vt ff.de annu.leg.Seio.nam si quis vo
to obligatur,vbi fortissime obligatur persona, si rem
soluit,quam vouit,liberatur à voto. vt ff.de pollic.l.2.

SOLVTIO. In hac causa ita pronuncio, quod si
doctor vel magister nihil allegaret aliud,nisi quia vel-
let dare substitutum, vel restituere pecuniam, quod
non audiam magistrum:quia recedere nõ potest, quia
ipse in persona propria debuit docere.vt ar. C. de ca-
du.tol.§.ne autẽ.& ff.de sol.inter artifices. Verũ quia
allegat doctor mandatum superioris, cui habet ne-
cesse parere, sicut allegatum est: dico doctorem pos-
se recedere, relinquendo idoneum substitutum, ha-
bendo salarium,maxime cum scriptum sit,boui tritu-
ranti os non claudatur.& alibi,qui altari seruit,de al-
tari viuere debet.

POTESTAS PRINCIPIO OFficij iurauit se rationem redditurũ suæ administrationis. demũ lata est ei facultas faciendi statuta,& statuit quod Potestas non teneatur rationes reddere,an valeat statutum.

SVMMARIVM.

1 *Potestas vt rationes reddat, qua actione conueniri possit.*
2 *Procurator rationem sui officij reddere tenetur.*
3 *Præsides,deposita administratione,donec ratiões red diderint,in suis prouincijs residere tenentur.*

4 *Iusiu-*

4 *Iusiurandum seruandum est.*
5 *Rationem vt quis non reddat, an pacto fieri posit.*
6 *Ratihabitione generali ea quæ dolo commissa sunt, non remittuntur.*
7 *Libertus qui iurauit se daturũ operas patrono, quot arbitrabitur: si patronus iniquè est arbitratus, nõ nisi ad boni viri arbitrium tenetur.*
8 *Pactum ne ob res amotas agam, non valet.*
9 *Depositi ne agat, si quis paciscatur, re ipsa id pactus videtur, ne de dolo agat.*
10 *Iuri repetituro renunciare licitum est.*
11 *Liberatio si tacite vel expresse legetur, quod in obligatione mansit, legatum censetur.*
12 *Redire ad id, quod renunciatum est, ridiculum.*
13 *Periurium cum periurio compensatur.*

Quæstio 20.

VVLTERRANI elegerunt quẽdam sibi in Po
testatem, cui cõcesserunt potestatem statuta cõ
dere. Item electi sunt compositores ad illa statu
ta, quorum consilio Potestas statuta illa fecit: & iura
uerunt illa statuta ab eo facienda seruare. Potestas fa
cit vnum statutum inter omnia, quod nõ deberet syn
dicari: istud est vulgare Aretinum, id est ꝙ non exige
retur ratio de villicatione sua: sed iste dominus pote
stas primo iurauerat, ꝙ deberet reddere rationẽ: nũc
quæritur an posit compelli rationẽ reddere, non ob
stante statuto facto à dicto Potestate.

PRO. Quod posit contra Potestatẽ pro ciuitate
insisto. Verum quia sine actione nemo experitur, vt ff.
1 de negoc. gest. l. si pupilli in fi. ideo † actionem manda
ti contra ipsum Potestatem intendo, quasi procura
tor sit ciuitatis, & ciuitas sibi mandauit hãc procurã:
vel agam contra eum ex stipulatu, quia quilibet Pote
stas stipulatur & promittit, rempublicam saluam fore.
vt ff. de magi. conue. l. j. & ff. ad municip. l. 2. & si stipu
latio non intercesit, præsumo tamen eam intercesis
se, ad instar pupilli, cui ex stipulatu tenentur fideius
sores tutorum, eo ipso quod patiuntur se dari fideius
sores, & nõ contradicunt, vt ff. de fideius. tut. l. cũ ostẽ
dimus in fi. hoc etiam idẽ dicimus in re publica cuius
libet ciuitatis, quæ iuuatur ad instar minoris: vt C. ex
qui. cau. ma. in inte. l. res publica. Itẽ iuuatur sicut pu
pilla, vt C. libr. xi. de iure reipu. l. j. rem publicã. Quod
enim tenearis reddere rationem, videas hoc in omni
2 bus quod istud seruatur. † Nam procurator reddit ra
tionem sui officij, & nihil apud eum de illa ꝓcura re
manere debet. vt ff. de procura. l. qui proprio. §. procu
rator, vt in certis. & ff. mandati. l. ex mandato. hoc etiã
in nego. gestis. vt ff. de negoc. gestis. l. 2. hoc etiam in tu
tore & curatore, quod tenetur reddere rationem suæ
villicationis. vt ff. de tute. & ratio. per totum. & ne quę
3 ramus mẽdicata suffragia, lex loquitur expresim † in
præside, qui etiã post depositam administrationem te
netur in prouincia residere, vt rationem reddat. vt C.
vt omnes tã ciuiles quã mili. iudic. l. vni. & C. vbi de ra
tioc. agi oportet. & in authent. colla. 2. vt iudi. sine quo
quo suffra. §. necesitatem. & in authẽ. col. 3. de manda.
prin. §. coges. Præterea hoc exprese iurasti, scilicet ra
tiones reddere: & hoc sacramẽtum per legem notatur
vt in corpore auth. iusiurã. ꝙ præsta. ab his. nam ibi in
ter illa capitula istud est, scilicet fiscalia iũra bene tra
ctare. & purus existere. Si ergo iurasti, non contra ve
nies: nam nec minori conceditur, vt C. si minor se ma.
di. l. si alterius. & C. si aduc. vend. l. j. Et si legisti aliquã
4 do Catonem, ita dicit, † Serua iusiurandum. Et si legi
sti præcepta decalogi, ita cõtinetur, Non deierabis. Sa
cramentum enim est tale vinculum, per quod quis o
bligatur, & si alias non obligaretur. vt ff. de libe. causa
5 leg. vltim. Præterea, quod non † reddas rationẽ, istud
fieri non posset etiam pacto expresso: nam nec testator
præcipere potest, vt tutores filiorum suorum sint ana
logistæ, vt ff. de admi. tu. l. quidam decedens. Item & si
quis legauerit liberationem alicui, id est, quod ratio
nem non reddat, non continentur ea quæ dolo penes
se habet, vt ff. de libe. lega. l. non solum. §. si hæres Præ
terea, si iurauimus stare statutis à te factis & faciẽdis,
non videtur quod de illis iurauerimus, quæ dolo vel
fraude tua facta sunt & machinata. Nam aut statuta fe
cisti antequam iurauimus, aut prius: si prius, non tene
mur, nec videmur illud iurasse, nec deduxisse in pactũ.
& si fieret, non valeret: quia iam inuitarentur homines
ad delinquendum, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. Item
si ante fuerint facta statuta, & iurauimus illa seruare,
non pertinet sacramentum ad illa statuta, in quibus sta
tuisti, quod non redderes rationem, cum multa subtra
xeris de bonis meis, & illa habeas dolo vel fraude. nã
si legauerit quis alicui liberationem, ea quæ penes se
debitor habet, & ea quæ omisit dolo vel fraude, nõ vi
dentur esse remissa. vt ff. de libe. lega. lege, si quis ratio
6 nes. & l. Aurelio. Nam & † ratihabitio generalis nõ re
mittit ea quæ dolo sunt commissa, vt ff. de negoc. ge
stis. l. Pompon. si negocium. & argumento. ff. manda.
creditor. §. Lucius. & ff. de pactis. l. tres fratres. Præte
rea non obstat, quod tibi dederimus potestatem faciẽ
di statuta, quod propter hoc stare debeamus si iuraue
rimus: & vide legem scriptam: † nam si libertus iura
7 uerit se daturum operas patrono, quot patronus arbi
trabitur: si patronus aliquid fuerit arbitratus inique,
decurritur ad arbitrium boni viri: vt ff. de operis liber.
l. si libertus ita. Hoc etiam in contractu bonæ fidei, in
quo videtur insertum arbitrium boni viri, vt ff. pro so
cio. l. si societatem, cum legibus sequentibus. hoc in a
ctione ex testamento: nam si testator dicat heredi, do
legatario si volueris, videtur insertum arbitrium boni
viri. vt ff. de legat. 3. l. fideicommissa. §. quãquam. at quis
bonus arbitretur, quod rationem non reddat? certe
nullus: ergo si venimus contra, nõ deieramus: quia nec
etiam iurauimus, vt dixi. Et si iurauerimus, ex concessa
causa deserimus. vt ff. qui satisd. cogan. leg. vltim. Præ
terea iurasti reddere rationem. & sic si petas quod nõ
reddas rationem, allegas turpitudinem tuam. vnde
non audiris, vt C. de transac. leg. transactione. & C. de
reuo. dona. l. cum profitearis. & C. de his quæ in frau.
cred. l. filios.
8 Præterea, non valet † pactum, ne agam ob res amotas:
quia iam inuitarentur homines ad delinquendum: vt
ff. de pact. do. l. conuenire. Item nec valuisset pactum,
si actum esset vt tantũ de dolo tenereris. vt ff. de pact.
do. l. Pomponius.

CONTRA. Econtra videtur, quod non teneat
reddere rationem, ex quo collata est mihi potestas fa
ciendi statuta: & si male dixi, non tamen receditur à
persona, vt ff. de verborum obligationib. l. si quis arbi
tratu, cum enim contulistis potestatem in me faciendi
statuta, videmini tacite remittere, ne rationẽ exigatis:
9 nã qui paciscitur † ne agat depositi, vi ipsa ex dolo cõ
misso in deposito non agit, vt ff. de pact. si vnus. §. illud
licet enim forte pactum non valuisset expressum, ne ra
tionem reddam: valet tamen tacitum mihi factum per
potestatem statuti factam, & mihi concessam. nam ex
pressa nocent, non expressa non nocent. vt ff. de condi.
& demon. l. nonnunquam. & sic cum semel me appro
bassetis, remittendo mihi tacite ne rationes reddam
amodo, non licet contrauenire, quia non est licitum re
probare probatum, vt ff. de negoc. gestis. l. Pomponius.
si negociũ. & C. de testi. l. si quis testibus. Præterea vos
iurastis stare statutis, & seruare statuta à me facta vel
facienda, ergo cõtra venire nõ potestis, vt C. de trãsac.
si quis maior. & C. si aduer. ven. l. j. & C. si minor se ma.
di. l. 3. & licet ego primo iurauerim reddere rationem,

tamen ex quo iurastis seruare statuta mea, tacite re-
missum est primitiuum sacramétuũ? & sic ad illud pri-
mum habeo exceptionem pacti, saltem sicut in pacto
de non petendo factum intelligitur. vt ff. de pact. si v-
nus §. pactus ne peteret. Et pone quod aliquid subtra-
xi, & dolũ cómisi: potestis illud remittere, vt ff. de pact.
iure gentium. §. si paciscar. nã & si paciscar ne ædium
agam nomine incensarum, valet pactum. vt ff. de pact.
iure gentium. §. si paciscar. siue enim adhuc non admi
nistraui, & vos iurastis seruare statuendo à me: non ve
10 nietis contra, † cum licitum fuit vobis renunciare iu-
ri competituro. vt ff. à quibus appellatio. non licet. leg.
prima. & C. de tempo. appellatio. leg. vltima. circa. fin.
Item si administraui, & postea remisistis, tenuit remis-
sio: quia licitum fuit vobis præiudicare & renunciare
his, quæ sunt ꝑ se introducta. vt ff. de minori. l. si iudex.
& C. de pact. si quis in conscribendo. Præterea si male
administraui & dolo, tamen ex quo iurastis, non venie
tis contra. nam si bene administraui, & si non iuraui,
non possetis agere contra me. ergo nec in his quæ ma-
le: nam saltem debet aliquid operari adiectio sacramẽ
11 ti, sicut & alias argumẽ. de l. prim. si quando. Nã † quo-
ties aliqua liberatio legatur, tacite vel expresse vide-
tur legatum quod in obligatione mansit, vt ff. de lib. l.
cum heres. Nonne licitum est contrahentibus se deci
pere? vt ff. de mino. l. in causæ. Item ex quo illi qui e-
rant electi ad statuta facienda, consenserunt. tota ciui
tas videtur consensisse. nam dicit lex, quod non refert,
vtrum ordo elegerit, an ille cui ordo potestatẽ dedit.
vt ff. quod cuiusquæ vni. no. item eorum. §. si decurio-
nes. & argumen. ff si men. fal. mo. di. leg. prim. & ff. pro
socio. l. actione. §. renunciare. ex quo enim remiserunt
actiones suas, non est dandus regressus. vt ff. de ædil. e-
dict. l. quæritur. § si venditor. & quia alias pacta conuẽ
ta tuetur prætor, vt ff. de pact. iuris gentium. §. ait præ-
12 tor. † & ridiculum videtur reintegrare, vel ad id redi
re quod renunciatum est. vt C. de condict. insertis. leg.
vltima. ff. ad Trebell. l. nam quod. §. qui cópulsus & C.
de rebus cre. l. si quis. & de non nu. pec. l. generaliter.
Item nec potestis allegare fraudem vel dolum, quia
hoc sciuistis. vt C. de transact. l. cum donationis. & ff.
de aqua plu. arc. l in diem. & ff. de his quæ in frau. cre.
l. qui autem. §. præterea. & de act. empti. ven. & l. prim.
in fin. Item hoc factum est in fauore potestatis: ergo
non retorquetur in læsionem eius. vt C. de legi. & con
sti quod fauore, nec potestis dicere vos metum passos.
argumen ff. quod metus causa non est verisimile. Item
si ego deiero, quia rationem non reddo: & vos simili-
ter deieratis, quia venistis cótra. vnde periurium cum
periurio compensatur. sicut & alias dolus cum dolo.
vt ff. de eo per quẽ factum est leg. vltima. & culpa cum
culpa. vt ff. de compen. l. si ambo & delictum cum deli
cto compensatur. vt ff. solu. mat. l. viro. & argum. C. de
inoffi. testa. l. in arenam. vnde cum sumus in eodem de
licto, melior est mea conditio, quam tua agentis. vt &
ff. de verborum oblig l. si seruum. § sequitur. & ff. ad le
gem Aquil. item si obstetrix. in fin. & ff. ne quis eum qui
in ius voc. fu. vi exi. l. prima. & ff. de libe. causa. l. libe-
ris, in fin. Item si vultis conqueri, conqueramini de cõ
positoribus statutorum. & ita vestra mala electio fuit.
& fit in culpa. vt argumen. ff. de act. & obl. leg. prim. §.
is quoque. & ff. pro socio l. si socius. & ff si men. fal. mo.
di leg. prim. Item petendo à me rationem reddi, alle-
gatis vestrum periurium, & audiri nó debetis. & C. de
transact. l. transactionem. & C. de reuo. do. l. si profitea
ris. & C. de his quæ in fraud. cred. l. filios. Item cum cõ
mittis contra legem, veniendo contra sacramentum,
non petes legem in tui defensionem. vt ff. de mino. l.
auxilium. in fi. & cum sim reus, absolui debeo. vt ff. de
act. & oblig. l. Arrianus. sufficit ergo ciuitati, iura sua
seruari, non autem, quod suam conditionem faciat me
liorem. & ff. ad Trebel. l. ex asse.

SOLVTIO. In hac causa videtur mihi, ꝙ Pote-
stas sit in causa cõdemnãdus: & statuta ab eo facta, red
dãt rationẽ nõ tenere, quasi hoc vir bonus arbitratur
non fuerit vnquã: vnde non obstãte sacra. ciuitas cõue
nire potest. vt ff. de operis liber. si libertus. maxime quia
potestas iurauit præcise se redditurũ rationẽ, vnde ser
uare debet iusiurandũ. vt C. si aduer. vendi. l. j. & si mi-
nor se ma. di. l. 3. & quia graue est ꝓbo viro fidẽ frange-
re, vt ff. de cõsti. pecu. l. j. Nec videtur remissa redditio
villicationis per generalẽ potestatẽ concessam sibi fa-
ciendi statuta. vt ff. de libe. lega. l. si quis rationem. & l.
non solum. §. si heres. & l. Aurelio.

MARITO EXCOMMVNICATO AN DOS DE IVRE CIVILI PER VXOREM POSSIT REPETI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quando morte vel diuortio solutum est, quod directo ex stipulatu actio pro dote repetenda detur.*
2 *Excommunicatus, vt deportatus habetur.*
3 *Deportatus, pro mortuo habetur.*
4 *Matrimoniũ dissoluitur, si diuersæ secta sit maritus.*
5 *Matrimonij diffinitio.*
6 *Posse dicimur, quod cum honestate possumus.*
7 *Dos, mortuo marito vel illo ad inopiam vergente, repetitur.*
8 *Matrimoniũ propter excõmunicationẽ nõ soluitur.*
9 *Matrimonium sola morte soluitur.*
10 *Maritus & mulier vna caro sunt.*
11 *Dotis causa perpetua.*

Quæstio 21.

SIMBALDVS accepit vxorẽ. & ab ea recepit do
tem. longo tẽpore stetit cũ ea, & delictũ commisit
Simbaldus, ꝓpter ꝙ est excommunicatus: & in cõ
tumacia excõmunicationis perseuerat. nolens redire
ad mandatũ ecclesiæ: vxor non volens secum habitare,
ne participet cum excõmunicato, repetit ab eo dotem:
maritus contradicit. Quæritur quid iuris.

PRO PARTE AFFIR. Quod possit repete
re, mulier proponit vtilem actionẽ ex stipulatu. Certũ
1 est † enim, ꝙ si matrimoniũ esset solutũ morte vel di-
uortio, ꝙ directa ex stipulatu locum haberet. vt C. de
rei vxo. actione. l. vnica. ergo cũ hic matrimoniũ sit dis
solutũ non morte, sed diuortio, ita ꝙ voluntate cõmu-
ni vtilẽ actionẽ stipulatu intendo: certum est enim, ꝙ
2 † excõmunicatus de iure canonũ perinde habetur, tã-
quã deportatus in legibus: nã iure veteri interdiceba-
tur alicui aqua & igni, ꝙ erat alicui maximũ suppli-
ciũ de mundo, esse inter homines, & hominum carere
suffragiis. vt C. de apostatis. l hi qui. in cuius locũ succes
3 sit deportatio. vt ff de pœnis. l. 2. † & deportatus ꝓ mor
tuo reputatur. vt ff. de pœnis rei capitalis. in princi. ff.
de pub. iudi. l. 2. si reputatur ꝓ mortuo: ergo dotis repe
titio locum habet sicut in morte. Præterea stipu. dotis
reddẽdę cõmittitur, si vxor ab hostibus capiatur. vt ff.
solu. matr. l. si quis sic stipuletur. Itẽ si vxor mutat affe-
ctionẽ mariti deportati vel excõmunicati, matri. solui
tur: vnde idẽ maritus rediens iure postliminij, nó recu-
perat vxorem. vt ff. de capti. & postlimi. re. leg. non vt à
patre. & l. cum duæ. §. vltim. at constat quod ego vxor
affectionẽ matrimonij nó retineo, & quia hoc dico ex
pressim: & si nõ dicerẽ, eo ipso ꝙ dotem peto, videor
velle diuertere. nam si patronus intenderet cótra vxo-
rem liberalem actionem, quę non solet cõpetere durã-
te matrimonio, videtur voluisse diuertere. Et eo ipso ꝙ
aliquis instituit, vel exheredat, videtur velle facere te

stamentum,

ftamentum, vt C. de teftamentis. l. non codicillum.

4 Præterea illud eft verum. ꝙ † matrimonium foluitur, fi maritus fit diuerfæ fectæ, puta hæreticus, foluitur, dico, matrimoniū & iure canonū, & iure legū. verfus: Nā Cultus difparitas, vis, ordo, ligamen, honeftas, Hęc focianda vetant connubia, iuncta retractant.

Hoc etiā dicit lex C. de poftu. leg. vltim. At excommunicatus, cenfetur hæreticus, vt in authentica. collat. 8. de priuil. dot. hęretic. mulie. non pręftan. nam quicunque non communicat in fancta ecclefia, iudicatur hæreticus. vt in illa authent. at excommunicatus non cōmunicat, ergo eft hæreticus. cum ergo fit hæretic⁹, de iure mulier petit diuortium: & nō poteft fecum honefte & fine periculo animæ cohabitare, vnde & dotē repetit, maxime cum vult vitare peccatum animæ, ne hęrefi tanquam lepra inficiatur: & fic eft fibi fauendū, cū fint animæ hominum rebus omnibus cariores. vt C. de facrofanct. ecclefiis. leg. fancimus.

5 Præterea videas hoc ex diffinitione † matrimonij: nā matrimonium eft maris & fœminæ coniunctio, diuini & humani iuris communicatio. vt ff. de ritu nuptiarum. leg. prima. at cum meus maritus fit hæreticus, fecum matrimonium nō poffum retinere: cum fimul cū eo in diuinis participare nō poffum. Præterea ficut diximus. excōmunicatus fimilis eft deportato: at deportatus amittit omnia quæ funt iuris ciuilis, ergo & matrimonium. vt ff. de pœnis. l. quidam. Nec obftat, fi dicatur, potes habitare: † nam poffe dicitur quis, ꝙ falua

6 honeftate fit. vt argumen. ff. de condic. inftitut. filius. & ff. de verbor. fignif. Nepos Proculo. & ff. de ftatu lib. l. fi peculium. in fi. ergo repetam dotem propter duo. Primo, quia maritus non fuftinet onera matrimonij. cum propter illud dotem recipiat maritus. vt ff. de iure dotium. l. pro oneribus. Item quia intereft reipublicæ, ne mulieres maneāt indotatæ. vt ff. foluto matrimo. l. j. Item vxor nō debet adftringi infortunio mariti, vt C. de donat. int. virum & vxor. l. res.

CONTRA. Econtra defendo maritum, quod nō teneatur reddere dotem. Imprimis, quod iftæ funt caufe propter quas compellitur maritus foluere dotē: puta † morte mariti, vel illo vergente ad inopiam, vt C.

7 de rei vxo. ac. l. vnica, & C. de iure dotium. l. vbi. Item dos femper repetitur foluto matrimonio: ita intitulatur C. & ff. folut. mat. quemadmodum dos petat. † at

8 propter excommunicationem matrimonium non foluitur, vt C. repud. leg. prima. nam propter deportationem, quę deportatio excommunicationi afsimulatur non diffoluitur. Item & fi aliquis deportetur, vel etiam damnetur in metallum, matrimoniū propterea nō diffoluitur, immo remanet in nulla fui parte lęfum. vt in authent. collat. 4. de nupt. §. quod autem prius fo

9 la † enim mors matrimonium foluit, vt in authentica collat. 4. de nuptiis. §. deinceps. ergo cum matrimoniū non foluatur, dotem non repetes: immo & fi vellem foluere dotem, non poffem. vt C. fi dos conftan. ma. folu. fue. licet enim excommunicatio, ficut & deportatio, fit mors ciuilis, tamen propterea dos non repetitur: nam fi promitto tibi poft mortem meam, & fi ciuilis mors intercedat, non committetur ftipulatio, nifi naturalis mors intercedat. vt ff. de verborum obligation. l. j. ex eadem. Pręterea dotem non repetes: ideo quia & tu

10 mulier excommunicata es: † funt enim vna caro maritus & mulier. vnde fi ego fum excommunicatus, ergo & tu: nam ita eft infeparabile noftrum vinculum, quod nulla de caufa feparetur. nam quos Dominus coniunxit, homo non feparet: fed tamen euenientes fortunæ euentus fæpe contrarios operantur, vt in authentica. collat. 4. de nupt. §. quia vero hactenus teneris mecum effe in cafu ifto calamitofo: nam quid tam humanum eft, quam de fortuitis cafibus viri vel vxoris, vxorem vel maritum fore participes? vt ff. folut. matrim. fi cum dotem. §. fi maritus. Item dotem non potes repetere, & hoc ex diffinitione matrimonij. quæ eft cōiunctio maris & fœminæ, indiuiduā &c. & quos dominus coniunxit, homo non feparat. vt infti. de patria pot. fi ergo matrimonium non foluitur, dotis repetitio non habet locum: quia dos fine matrimonio non

11 eft. vt ff. de iure dot. l. 3. † Item caufa dotis ꝑpetua eft: nam datur, vt femper apud maritum fit. vt ff. de iure dotium. leg. j. Item cum certi funt cafus. in quibus agitur ad diuortium, & dos repetitur. vt C. de repud. leg. con fenfu. & ifte cafus non cōtinetur in illis, ergo dotē nō repetes. vt arg. ff. de iudi. l. cum pretor. licet enim excōmunicatio matrimonium impediret contrahendū, tamen contractum nō diffoluit, ficut & furor. vt ff. de his qui fui vel alie. iur. funt. l. patre. & ff. de fpon. l. furor. & de ritu nupt. l. oratione. §. vlt. Itē dignitas mariti, mulieri non pręiudicat, nec obeft. vt C. de nupt. fi libertā. ergo à fimili nec cafus mariti aduerfus, debet mulieri prodeffe. dicit enim, vnum generale multa impediunt ordināda &c. vt ff. de peculio l. quam Tuberonis. & ff. de poftu. l. j. §. cafum. Item hoc eft nouū, quod allegas ô domina, vnde nouum eft neceffariū cōfilium vt ff. de ventre infpic. l. j. & de interroga. actio. l. de ætate. §. ex caufa & arg. ff. de confti. princi. l. in rebus nouis. Item fi hoc effet, multa matrimonia diffoluerentur: & fic liberi non procrearentur, & ciuitas liberis nō repleretur. vt ff. folu. ma. l. j. Item nō eft pręfumptio, ꝙ matrimonia tanto priuilegio vallata, ꝑpter hāc caufam diffoluantur, vt arg. C. de inoffi. tefta. l. fi quādo. Itē malū eft, ficut dicis, vxorē cohabitare viro excommunicato: deterius tamen effet, fi ab eo fepararetur: vnde de his duobus malis minus malū eft eligendū. vt arg. infti. de vfu. in princ. & argu. ff. de periculo & com. rei vendi. l. j. §. licet Item eft confuetudo antiqua, ꝙ matrimonia ꝓpter hāc caufam non diffoluantur: ergo illa confuetudo ante eft fpectanda. vt argu. ff. de public. l. Imperatores. Item res effet mali exempli: ergo vitanda. vt ff. de cufto & exhib. reo l. diuus.

SOLVTIO. In hac quæft. iure ciuili maritum ad dotem reftituēdam condemno. ideo quia matrimoniū foluitur excommunicatione, ficut & deportatione: & ideo dico folui, quia nunc vxor nec feruat affectionem illi fuo marito vt C. de diuor. l. j. Iure autem politico, quo cafu vxor marito excommunicato cohabitat, & matrimonium propterea non foluitur, maritum à petitione mulieris abfoluo.

SI ALIQVIS OCCASIONE ALTERIUS exigatur inuitus, an habeat actionem contra eum cuius occafione fuit exactus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio quoties per legem inducitur: nec quo actionis genere experimur, cautum fit: condictione ex lege agendum eft. Idem, fi per ftatutum inducatur.*

2 *Negocia alterius vtiliter gerenti, negociorum geftorum vtilis actio datur.*

3 *Damni caufam qui dedit, rependere tenetur.*

4 *Statuta legibus derogant.*

5 *Locupletandus nullus eft cum iactura aliena.*

6 *Actio negociorum geftorum, an detur ei, qui debitū alterius etiam inuitus foluit.*

7 *Negocium, quatuor modis alienum dicitur.*

8 *Actiones omnes vnde oriantur.*

9 *Actionem qui habet, rem habere videtur.*

10 *Debitori tempora duplantur, fi creditor ante diem egerit.*

Quæstio 22.

INFORMATVS vir quidã Piſtorienſis ciuis,cõ-
traxit debitum Florentiæ.deinde prædictum debitũ
non vult ſoluere.vir quidam alius Piſtorięſis , pone
Sempronius,iuit (dico) Florẽtiam cum ſuis mercimo
niis:creditor Florentinus prædicti Informati,cepit il
lum Sempronium,& eum omnibus ſpoliauit:& in per
ſona propria flagellauit:nunc Sempronius agit contra
Informatum,cuius occaſione damnum ſibi datũ erat:
ideo vult agere , quia ſtatutũ erat in prædicta ciuitate
Piſtorienſi, vt quicũquæ haberet vel ſentiret damnum
occaſione alterius,quod ille cuius occaſione damnum
contigiſſet,deberet emendare.Nunc quæritur,an poſ-
ſit Sempronius agere contra Informatum, & qua a-
ctione.

PRO. Et quod poſsit agere,pro Sempronio actore
inſiſto.In primis contra Informatum actionem ex ſta-
tuto propono:ideo,quia nemo ſine actione experitur.
vt ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli. in fi.& l. Sempronius. &
de adm.tu.l.quoties.& C.de for.& impe.actio.l.prim.
quod enim condictio ex conſuetudine , vel ex ſtatuto
1 locum habeat,ita probatur.dicit enim lex,quod † quo
ties per legem inducitur obligatio aliqua,nec eſt cau-
tum ea lege,quo genere actionis experiamur:cõdictio
ne ex lege agendum eſt.vt ff.de condictione ex lege. l.
prima.Ita etiam in ſtatuto:nam cautum eſt per ſtatu-
tum,quod agere poſsim:nec actio per ſtatutum indu-
citur.condictione ex ſtatuto agitur:maxime quia ſtatu
tum pro lege debet ſeruari,& legem imitatur. vt inſti.
de iure nat.gen.& ciuili.circa fi. & ff.de legi. & conſt.
de quibus.Item videtur forte quod locũ habeat neg.
geſt.quod non approbo multum, ſicut in contrariis ra
tionibus apparebit : ſed ſuſtineri poſſet, quod locum
2 † habeat negoc.geſt.vtilis : ideo quia geſsi negocium
quod habebas neceſse gerere : nã habebas ſoluere ne-
ceſse debitum creditori,& per factum meum tu es li-
beratus.vnde vtiliter eſt geſtum : ergo debet haberi ꝓ
rato.ſufficit enim negocium geſtum , vt ff.de negoc.
geſt.Põpo.Itẽ iſtud fuit tuũ ipſo geſtu,quia feci illud
quod neceſse habebas ſoluere:vt ff.de neg. geſt.l.ſi pu
pilli.& ſic actione propoſita credo te teneri.& pro hoc
poteſt induci fere lex expreſſa ff. de neg. geſt.l. nam &
Seruius.nam qui occaſione damni dat,damnum dediſ-
ſe videtur.vt ff.ad l.Aquil.l.qui occidit.§.in hac actio-
3 ne.Ad idem facit.vt † ſi damnũ aliquod patiar perſua
ſione , quod ille tenetur,cuiꝰ occaſione paſſus fuerim,
vt ff.de dolo.l.cum quis. Item ſtatutum ciuitatis hoc
dicit,vt debeas damnum datum mihi occaſione tui. re
ſarcire:& ſic teneris mihi:maxime cum ſtatuta pro le-
gibus obſeruentur:vt C.quæ ſit long. conſuetu.l. con-
ſuetudinis. & vt omittam has allegatiões , quæ poſſũt
circa conſuetudinem allegari,iſtud eſt verum,quod &
4 iſtud obtinet,† quod ſemper ſtatuta legi derogant. vt
ff.communia de ſeruit.l.venditor.Item dicit regula iu
5 ris,nullum fieri † locupletem cum damno alterius. vt
ff.de condiction.indeb.l.nam. natura & alibi.ꝙ ꝑ aliũ
alij non debet iniqua conditio afferri: vt ff.de reg.iur.
l.non debet.at certum eſt quod tu à debito es libera-
tus:quia creditor ipſo iure cadit à iure ſuo. vt in auth.
col.9.vt nulli iudic.§. quia vero huiuſmodi. & §.quo-
niam vero contingit. ergo cum per me ſis liberatus:
6 merito mihi teneris. Item licet † ego ſoluerim debi-
tum tuum quo tenebaris : quia liberari aliter non po-
terã,& ita volui mihi proſpicere tãtum:& cum ex hoc
facto tu ſis liberatus.datur mihi neg.geſt. actio : Nam
heres qui voluit ſibi in futurum proſpicere,& domum
reficit,quia conditio fructuarij facta eſt melior , aget
contra illum.vt ff.de vſufructu.l.ſi abſente. Pręterea ſi
fideiuſſor recolligit pignora, à quo non tenebatur,ni-
hilominus agit etiam pro illis pignoribus. vt ff.de ne-
goc.geſt.l.fideiuſſor. Item ille qui accedit animo de-
prædandi ad negocium alterius gerendũ,habet actio-
nem neg.geſt.dummodo illius negotium ſit factũ me-
lius:vt ff.de negoc.geſtis.ſi pupilli.§.3. Cum enim con-
ſuetudo ſit in caſtro,ergo tenenda: nam & aliæ vide-
buntur occaſiones.immo exactiões ſingulis annis mu-
tari,niſi conſuetudo contradicat.vt C.de ſuſcep.& ar-
car.libro.10.l.neminem. Item quod locum habeat ne-
goci.geſt.videas.nam quis inuitus & ignorans libera-
tur,vt ff.de negoc.geſtis.l.ſoluendo.& ff.de ſolut.l.ſo-
lutionem. nam cum per factum & damnum meum ſis
liberatus,non debes locupletari cum aliena iactura.vt
argumen.ff.de inſtuto l.ſi quis mancipiis.§. Proculus.
vel poſſet forte intentari officium iudicis, cum omnis
deficiat actio.vt argumẽ ff.de minori.l.quod ſi minor.
§.vltim.nam certum eſt,quod occaſione Informati e-
go ſum captus,& deprædatus:vnde mihi teneri debes.
nam ſi culpa coloni damnum detur in re locata, tene-
bitur locatori colonus: & culpam coloni accipimus,ſi
propter eius inimicitas vicinus arbores excidit , vt ff.
loca.& cõdu.l.ſi merces.§. culpæ.& hoc damnum tua
culpa mihi datum fuit.nam ſi ſoluiſſes die ſtatuto, vel
ipſo interpellante:ego damnum iſtud non habuiſſem.
vnde quia non ſoluiſti,damnum iſtud paſſus ſum ego.
nam & maritus tenetur vxori de rebus peremptis in
guerram,ſi illa guerra culpa mariti contigerit vt ff. ſo
lut.matrimon. l.in his rebus Item ſi duo ſunt ſocij, &
vnius culpa maleficio damnum in ſocietate cõtingit,
ipſe ſolus damnum ſentiet, vt ff.pro ſocio.l. cum duo-
bus.§.penu.Et hoc etiam eſt in actione communi diui
dundo:vt ff.communi diuid. l. ſi is cum quo. Nam &
conductor. tenetur locatori, ſi eius culpa fuerit fracta
menſura.vt ff. locati.leg.item quæritur.§. ſi quis men-
ſuras.Item iſtud eſt verum,quod nullus pro alio con-
uenitur , nec teneri debet:niſi culpa intercedat quare
debeat teneri.& nemo tenetur de caſu fortuito : ſed ſi
culpa pręcedat caſum,tenebitur,vt ff.cõmo.l.ſi vt cer-
to.§.quod vero.Et non tenetur debitor de periculo pe
cuniæ nauticæ:ſed ſi culpa ſua pecunia pereat, tenetur
vt C.de nautico fœnor.l.4.

CONTRA. E contra dico quod nullo iure age-
7 re poteſt Sempronius contra Informatum : Imprimis
quod actio neg.geſt.non habet locum ideo,† quia ne-
gocium dicitur alienum quatuor modis : re ipſa, ipſo
geſtu,cura & ſolicitudine, & ratihabitione. at nullo p̃
dictorum modorum iſtud negocium fuit tuum: vnde
neg.geſt.non ages. Quod enim quatuor modis dica-
tur alienum,& non aliis,dicit lex ff.de neg.geſt.l.ſi pu-
pilli.ſic enim re ipſa non fuit negocium.quia non ædi
ficaſti.Item non cura & ſolicitudine,quia non fuit tu-
tor nec curator.Item non ratihabitione ,quia licet no
mine meo fuerit geſtum negocium , tamen ratum no-
lo habere. Item nec ipſo geſtu,quia non feciſti ex vo-
luntate,licet illud feceris,quod neceſse haberes face-
re:tamen ſponte geſsiſti.vnde directa locũ nõ habent.
vt ff.de neg.geſt.lege.3.§.hac actione. & licet ille dica
tur de neceſsit.teneri,nõ de hac neceſsitate loquitur,
ſed de neceſsitate tutoris & curatoris. Item cõdictio
ex ſtatuto locum non habet ideo,quia ſtatutum dicit,
quicquid occaſiõe alterius alter damni ſenſerit,quod
ipſe teneatur reſtituere.Reſpondeo:verum eſt,ſi occa-
ſio ſit proxima,non remota, alioquin faber teneretur.
nam de occaſione ꝓxima eſt exemplum.ff.ad l.Aquil.l.
qui occidit.§. in hac actione. Item habes exemplum
de culpa proxima.ff. vi bonorum. raptorum. l. prætor
ait.§ penult. Item licet per factum tuum ſim liberatus,
tamen contra me propterea non ages. Nam ſi vicinus
opꝰ fundi cauſa ſui faciat,& illud opus ſit mihi vtile,
tamẽ iterdicto cõtra me nõ agitur.vt ff.nequid in loco
publi.leg.ſecunda.§. idem Labeo.Item ſi ille creditor
meus te ſpoliauit, agere contra illum & recuperare
potes in quadruplum. vt in authentic. collat. quinta.
vt pign.non fi.in princip. Itemcum habeas actionem

contra illum, contra me non ages, sicut vides in tali ar
gum. quod si quis promisit sub pœna stare iudicio, &
fuit postea ab aliquo retentus, quod non venit: si agam cõ
tra illum ad pœnam, nulla se exceptiõe defendet: ideo
quia poterat agere cõtra illum. vt ff. si quis cautio. leg.
2. in fine. Ad idem facit l. ff. de eo per quem factum est
lege. vltim. Nec obstat. ff. de neg. gest. l. nam & Seruus.
quia illa loquitur in hostibus Romani populi, contra
quos nullam actionem habemus. at si a latronibus ra-
pti fuissent, licet illi soluãt pro alio recedente, non ta-
men agent aliqua actione: ideo contra latrunculos a-
gere possunt, & repetere, sicut ibi notat hanc quæstio-
nem dominus meus. Item nullo modo potes agere cõ-
8 tra me. nam non sum tibi obligatus, nec † ex contra-
ctu vel quasi, nec ex maleficio vel quasi: ergo nullo iure
nam ex his tantùm actiones oriuntur. argu. ff. de actio.
9 & obl. l. j. & insti. de obli. † cũ enim habes actionẽ con
tra spoliantem, ergo rem habere videris. vt ff. de regu.
iur. l. qui actionem. & ff. de in integ. resti. l. nemo vide-
tur. ergo contra me nõ ages: quia si ageres, iam bis idẽ
exigeres, quod iura nolũt, vt ff. de reg. iur. l. bona fides.
Nam & imputatur tutori, qui potuit agere contra de-
bitores. & non egit: vel si egit, & est victus, & non ap-
pellauit. vt C. de admit. tuto. l. si bonam. & ff. de euict.
l. Hærennius. §. Gaia. hoc & idem in procuratore. vt ff.
man. l. si procurator. Item ego video quod si emptori
fiat iniuria, qui habet rem a venditore, quod illa iniu-
ria venditorem nõ contingit. vt ff. euict. l. si per impru-
dentiam, & C. de euict. l. emptor fundi. vnde cum tibi
fuit facta iniuria, quia te sua authoritate spoliauit, quod
non debuit fecisse, cum iudicialis vigor ideo sit in me
dio constitutus, ne quis sibi sumere valeat vltionem. vt
C. de Iudæ. & cælico. l. nullus. & si aliquis se putat actio
nes habere, bene est, quod actionibus experiatur. vt ff.
quod metus causa extat. Item si tibi fuit facta iniuria.
ego non teneor. nam & si violẽtia inferatur emptori,
non contingit venditorem. vt C. de act. emp. & vendi.
l. vltim. & si fideiussori iusta competebat exceptio, &
iniuria iudicis fuit condemnatus, non eget contra de-
bitores contraria actione mandati. vt ff. de fideiussori.
l. exceptione. & argumen. ff. manda. l. si procuratorem.
§. si ignorantes. Et si per iniuriam iudicis cõtra hæredẽ
sententia lata sit, non nocet legatariis. vt ff. de lega. j. l. si
seruus plurimum. §. primo. Nam & licet occasione de
biti quia tenebar, damnum tibi datum fuit, non tamẽ
teneor aliquo iure. Nam & si socio damnum sit illatũ
occasione rei communis, non aget contra socium. pu-
ta, quia vulneratus fuit a seruis venalibus fugere volẽ-
tibus. vt ff. pro socio l. socium qui. § socius. nisi forte es-
set socius omnium bonorum. vt ff. pro socio l. cum du-
obus. §. damna. & ff. de noxalib. actio si communis. Itẽ
negociorũ gestor, si soluit aliquid indebite, non potest
imputare domino, cuius negocia gessit: immo sibi de-
bet imputare vt ff. de ne. gest. si quis negocia aliena ge-
rẽs. & ita hic. nam licet ad instar gerentis negocia fue
rit actum, quia ille soluit indebite, tamen non aget. Itẽ
videtur quod Informatus non fuit in culpa, quare sis
deprædatus & spoliatus. nã si erat debitor, aut dies sol-
uendæ pecuniæ venerat, aut non: si non venerat, ante
10 diem peti non † poterat: immo si petatur, tẽpora du-
plicãtur. vt inst. de excep. in fin. nam qui ante diẽ agit,
male agit. vt ff. quando dies leg. vsuf. ce. l. j. in fin. Item
si venerat dies, debuit creditor Florentinus venire Pi-
storium, & ibi Informatum conuenire, quia scriptum
est, actor rei forum sequi debet. vt C. de iurisd. om. iudi.
l. iuris ordinem. & l. in criminali. & C. vbi in rẽ actio. l.
vltim. Item debuit etiam per petere actionẽ competen-
tem hoc est, per certi condictionem de mutuo, non pro-
pria authorit. a non debitore, vel ab ipso debitore exi-
gere. vt C. ad legem Iul. de vi publ. l. in possessionẽ. nec
intelligor ego frustrator: cum etsi essem Florentiæ, ibi
non cogerer suscipere iudicium. vt ff. de iudi. l. nõ vide
tur. Nec obstat l. de neg. gest. soluendo. & de solution.
l. solutionem. quia locum habet quãdo sponte aliquis
sibi soluit. Item aut fuisti coactus soluendum, & tunc
contra me nõ ages, quia habes auxilium legis, C. vnde
vi. l. si quis in tãtam. vel in bonorum rap. vt insti. vi bo.
rap. vel condi. ex lege, & in quadruplum: vt in authẽt.
vt non fiant pign. col. 5. aut sciens soluisti illud indebi-
te: & tunc non repetes. vt ff. de re. iur. l. cuius per erro-
rem. vt C. de condi. indeb. l. indebitum aut ignorans,
& tunc repetes per condi. indebiti. vt ff. de condi. in-
deb. l. si pœnæ. §. j. & sic cum habeas actionem, rem ha-
bere videris, sicut superius dictum est. Item fortiori ra
tione Informatum defendo. nam tu qui agis, aut agis
nomine tuo, aut nomine creditoris: nomine tuo nõ po
tes, quia non procurator, nõ gestor negociorum, sicut
superius dictum est. Item si nomine creditoris, simili-
ter non ages, & si actionem tibi cessit, sine cuius ces-
sione non posses agere. vt ff. de solu. Modestinus. nam
eo ipso quo intulit tibi violentiam, cecidit a iure suo.
vt in authen. vt pig. non fiant. col. 5. vel cõdemnari de-
bet per sententiam, vt notantur hæc C. vnde vi. si quis
in tantam. vnde sum absoluendus.

SOLVTIO. In hac quæstione videtur mihi se-
cundum iura, quod Informatus sit absoluendus a peti
tiõe Sempronij: ideo quia Sempronius repetere potest
& cum augmento quadrupli a creditore, quod sibi sol
uit. vt in authent. vt pign. non fiant. col. 5. vnde cum re-
petere possit, actionem contra Informatum non ha-
bet. vt argumen. ff. si quis cau. leg. 2. in fi. & ff. de eo per
quem fac. l. vltim. non enim fuit negocium Informati,
nec re ipsa, nec ipso gestu, nec cura & solicitudine, nec
ratihabitione. Si autem volumus considerare statutũ,
quod ipsa ciuitas habet, vt quodcunque damnum alij
contingat occasione alterius, quod illud damnum ei
emendetur: tunc distinguo, de qua occasione intelle-
xerũt cõpositores statuti. si de occasiõe remota ipsi no-
mine alterius fiat aliqua pignoratio, vel aliud damnũ
alicui inferatur, sicut & olim fiebat, & hodie fit: tunc
tenetur Informatus restituere damnum pro Sempro-
nio per condictionem ex lege consuetudinaria, quę cõ
suetudo licet sit legi contraria, licet nõ de iure, sed de
facto in omnib. partibus pro lege seruatur. si vero de a-
lia occasione nõ intelligeretur, s. quod esset proxima,
sicut lex ponit exemplũ ff. vi bono. rap. l. prætor ait. §. pe.
tunc dico Informatum non teneri. In dubio quid præ
sumimus? dico reuertẽdũ ad compositores statuti, quę
fuerit eorum intentio, vt ff. de prætor. stipu. l. in prætoriis. &
ar. ff. de testamẽtis. l. heredes. Si autem cõpositores sta-
tuti non possint inueniri, præsumo quod de hac causa
intellexerũt maxime propter illius vitium: sicut olim,
ita & hodie Informatum condemno ad restitutionem
ex legis consuetudine: ita tamen, quod Sempronius ce
dat Informati actionem, quam habet contra credito-
rem violentum, scilicet condictionem ex lege illa. in
authen. vt pign. non fiant. colla. 5.

AN ADMINISTRATOR ECclesiæ vel ciuitatis, deposita administratiõe si producitur in testem, sit testis legitimus.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de testibus, prohibitorium est.*
2 *Omnia de iure licent, nisi vetita sint.*
3 *Testimonium dicere pro vniuersitate, etiam vniuersitatis particulares possunt.*
4 *Administrator vniuersitatis, administratiõe pendẽte, pro vniuersitate ipsa testis esse potest. & nu. 8.*
5 *Officium suum nemini damnosum esse debet.*

6 *Familiaris qui regulariter à testimonio repellitur, quãdoque tamẽ, ne veritas angustetur, admittitur.*
7 *Serui in probationum defectum, ad testificãdum admittuntur.*
8 *Tutor, durante administratione testificari potest.*
9 *Ratihabitio negocium, quod nomine meo gestum nõ fuit, vt meum sit, operatur.*
10 *Procurator qui se pro euictione obligauit, administratiõe deposita, obligatus adhuc remanet, & de euictione tenetur.*

Quæstio 23.

VITALIS administrator fuit cuiusdam ecclesiæ vel ciuitatis, tempore suæ administratiõis fecit cõtractum nomine ecclesiæ vel ciuitatis: deposita administratiõe, quæstio oritur de illo cõtractu. Vitalis administrator inducitur in testem: quæritur, an posśit redere testimonium.

1 PRO. Quod posśit, ita probo imprimis: † Edictũ de testibus, est prohibitorium. at hic non inuenitur ꝓhibitus, ergo admissus. vt ff. de testi. l. j. hoc idem in tit. de procu. quia omnis admittitur, qui non prohibetur. vt ff. de procu. l. mutus §. prim. Hoc idẽ in titulo de po
2 stulando. vt ff de postu. l. prim. † Omnia enim sunt à iure concessa, nisi inueniãtur prohibita, vt ff. ex quibus cau. ma. l. necnon. §. primo. & ff. de proba. l. ab ea parte. ad idem argumen. C. de testamentis l sancimus. Itẽ debet admitti. nam certum est, quod venditor ad testimonium admittitur pro emptore in quæstione finium regundorum. vt ff. finium regun. eos. ergo & hic multo magis: quia ad istum non respicit nec commodum, nec incommodum causæ: igitur admitti debet, cum admittatur venditor, ad quem respicit euictionis periculum, vt C. de euict. l. non dubitatur. & l. si finẽs. Nec potest dici, quod istius sit causa propria: quia ad eum non respicit nec commodum, nec incommodum causæ. vt ff. quando appella. sit l. prima. §. in propria. & si respiceret commodum aliquod, ideo quia clericus est de illa ecclesia, vel ciuis de illa ciuitate: tamen non debet ꝓpterea repelli: ideo quia non principaliter causa contingit eum, sed secũdario. sicut in legatario, qui admittitur ad testificandum pro testamento, in quo sibi lega
3 tum relinquitur. vt insti. de testa. §. legatariis. † Item causa est vniuersitatis vel ecclesiæ, & non istius: vnde admittitur. nam causæ vniuersitatis non sunt singulorum. vt ff. de rerum diuisi. l. in tantum. §. vniuersitatis: vnde libert⁹ vniuersitatis, singulos de vniuersitate vocabit. vt ff de in ius vocan. l. sed si hac. §. qui manumittitur. Nam & debitor vniuersitatis, non est debitor singulorum: nec quod debetur vniuersitati, singulis debetur. vt ff. ꝙ cuiusque vni. no. l sicut municipij. §. primo. Itẽ vide quia tabellio, cuius authoritate scriptura vires accipit, admittitur in testem. vt argu. ff. qui testa. fa ce. pos. l. Domitius. nam si quæst. vel cõtrouersia de instrumento emerserit, veritas per tabelli. debet probari auth. vt C. ad l. Cor. de falsis. l. si quis decur. in fin. im
4 mo: † si foret administrator: & duraret administ. administrator posset recipi in testẽ. Nã certum est, ꝙ ab ipso cõtractu nil est quæsitũ administratori, immo ciuitati vel ecclesię. vt arg. ff. de cõsti. pec. l. cũ qui Ephesi. §. pe.
5 & ff. de acq. here. l. placet. Præterea scriptũ est, ꝙ officium suum nemini debet esse damnosum. vt ff. ex quibus cau. ma. l. videlicet. & ff. de fur. l. si seruus cõmunis §. ꝙ vero. at si iste impediretur reddere testimonium, cùm quilibet admittatur, ad hoc iam officium suum sibi esset dãnosum. Pręterea, nonne iudex perhibet testimonium in his quæ sibi liquent tanquam iudici? vt ff. regund. l. si irruptione. Præterea tutor perhibet testimonium in testamento, in quo scriptus est tutor. vt ff. qui testa. fac. possunt. l. qui testamento. j. responso. Itẽ licet alias prohiberi posset, tamen hic in defectum admittitur: sicut & hereticus, qui licet alias repellatur, tamẽ ne probatiõis veritas angustetur, admittitur, vt C.
6 de hereti. l. quoniam. in fi. Item & † familiaris repellit à testimonio alias. vt C. de testi. l. iure ciuili. & ff. de testi. l. testes eos. tamẽ ne veritas angustuter, admittitur. vt C. de repudiis, l. cõsensu. § seruis. Itẽ tabularius perhibet testimonium in proprio instrumento, quod propriis manibus fecit. vt C. de testamentis. l. hac consultissima. §. vltimo, & in authen. de fid. instrumentor. col lat. 6. §. oportet. Item iudex prout potest, veritatem debet inuestigare. vt C de eden. l. is apud quẽ. Item proxeneta qui melius nouit factum, admittitur ad testimonium, licet inuitus nõ compellatur. vt in auth. de testi. §. quoniam vero. col 7 vnde videtur. quod durante administratione admitti posśit. ar. in auth. de fide instru. §. si vero neque administrator. maxime cũ per alios ve-
7 ritas probari non posśit sicut † in seruo, qui in defectum probationum admittitur. vt ff. de proba. l. cum ꝓbati. & ff. de testi. l. serui. & C. de quæstionibus. l. interrogari. ff. de ędili. edic. l. quęro § fi. sicut positum est in themate, deposita administratione, inducitur. vnde bene debet admitti, quia omnia iura transeunt in ciuitate vel in ecclesia. vt C. quando ex facto tut. l. prima.
8 † nam etiam durante administratione, potest testificari: quia facit hoc, non quasi administrator, sed tanquã quilibet, sicut plura argumenta notantur de tanquam ff. de adopti. l. si pater. & ff. quod cuiusque vni. no. l. itẽ eorum. & ff quod iussu. l prima. at cũ administratio sit deposita, recte admittitur: quia præsens tempus inspicitur in teste. vt ff. de verb. sign l. notionẽ. §. quę enim.

CONTRA E contra videtur, quod hic à testimonio repellatur. Nam prohibetur aliquis ferre testimonium in causa propria. vt C. de testibus. l. omnibus. Hoc etiam in iudice, vt C. ne quis in sua causa iudi. l. vnica. Hoc idem in arbitrio. vt ff. de arbi. l. pen. nec in causa vxoris vel sui familiaris, nec eorum quos secum habet: vt ff. de iurisdi. om. iudi. l. qui iurisdictioni. & ff. de iniu. l. lex Cornelia in princip. cum ergo prohibeatur aliquis ferre testimonium in causa propria, vt C. de testi. l nullus. ergo & hic repellitur. nam causa ista dicitur ipsius propria, cum eo administrante contractus fuit celebratus, quem contractum ipse celebrãdo
9 approbauit. † nam & alias ratihabitio facit tuum negocium proprium, quod nunquam fuit tuum. vt ff. de negociis. gest. l. si pupilli. § item quæritur. Et approbatio facta à prætore, facit ius esse prætoriũ, quod fuit ciuile. nam petitio hereditatis est ciuilis, vt ff. de peti. her. l. item veniunt. § preter hæc sed tamen interpretatione pretoris, dicitur pretoria. vt ff. si pars here. petat. leg. prim. Item & actio in factum de pauperie, ciuilis est inuentiõe. vt ff. si quadru. pau. fe. dic. l. prim. in prin. sed tamen dicitur prætoria per approbationem. vt ff si quadru. pau. fe. di. l. j §. ait pretor. Hoc idẽ in act. negocior. gesto. & commodati: nam istæ actiones de natiuitate sunt ciuiles, vt ff. commodati. l. in commodato. §. sicut. sed per approbationem dicuntur prætoriæ. vt ff. de neg. gest. l. ait prætor. & ff. commo. leg. prim. Itẽ lex Falcidia inducta fuit à Falcidio pretore, vel à legib. vt instit. ad l Fal prim. responso. & locum habet tantũ ad bona testantium: sed tamen dicitur inuenta à diuo Pio per extensionem, qui eam extendit ad intestatorũ successionem. vt ff. ad l Fal l. fi. ius in principio. Item acceptilatio de natiuitate inducta fuit à Gallo Aquilio. vt insti. quib. mo. tol. ob. §. præterea. sed dicitur iurisgentium per approbationem. vt ff. de accep. l. an inutilis. in fi. cum ergo tempore regiminis approbaueris contractum, modo cum produceris, nunquam diceres contra contractum: maxime cum non liceat reprobare probatum. vt ff. de nego. gest. l. Pompo. Nec
10 obstat quod administratio est deposita. † nam & procurator, qui pro euictione se obligauit, etiam deposita

admi-

administratione tenetur, vt ff. de procurator. l. procurator qui pro euictione. sic & deposita administratione conuenitur à creditoribus ille qui administrauit, si illorum obligationem nouauit, vt ff. de admini. rerum ad ciuitatem pertinentium. l. 3. §. præterea in eum. bene scis, quòd seruus durante dominio, in caput domini nõ torquetur, nisi in casibus: vt C. de quæstionibus. l. 1. immò & si desiit esse in dominio illius, etiã si postea vult, contra eum non torquebitur: & hoc in reuerẽtia prioris domini, vt ff. de quæstionibus. l. in ius. §. seruus. & l. etiam. & C. de quæstio. l. seruos. Item non admittitur hic ad testificandum. nam certum est, quòd semper in testibus status illius temporis consideratur, quando celebratur contractus, vt argu. C. de testamentis. l. 1. & ff. qui testa. fa. pos. l. ad testium. §. conditionem. at certum est quòd tempore illo, quando fuit celebratus contractus, non poterat admitti tanquam in re propria, sicut dictũ est: ergo nunc admittitur. licèt administratio sit deposita: ex quo enim semel quis repellitur, etiã si peruentat in eum statum, in quo possit admitti: tamen repellitur à testimonio. & si posteà reuertatur ad fidem, non obliterabitur prius factum: nam nec in testem recipitur, vt C. de apostatis. l. hi qui arg. ad idem ff. de ritu nuptia. l. palàm. nam & qui semel repellitur ab officio militari, putà missus ignominia, prohibetur posteà militare, licèt fuerit absolutus, vt ff. de re mili. l. qui cũ vno. §. ignominia missus. Itẽ reprobatur alia ratione. si enim fuit patronus administrator istius causæ vel ecclesiæ, vnde licèt nunc nõ sit, debet tamẽ repelli. Nã & si quis fuit ante aduocatus in causa quadã, & posteà fiat iudex in causa illa, in qua fuit aduocatus, repellitur à iudicando, vt ff. de iur. om. iudi. l. si prætor. & qui in causa aliqua fuit patronus, repellitur à testificãdo. ff. de testib. l. fi. ne, dũ ad vtrunq; festinat, neutrum bene peragat: & ne aduocationis memor, incorrupti iudicis nomen perferre nõ possit, vt C. de assess. l. fin. & si quis fuit aduocatus in causa fisci, in eadem causa non erit iudex, vt C. de aduocat. fisci. l. 1. nisi fauore pupillorũ, vt ff. de postul. l. vlt. Itẽ lites debẽt sine suspicione procedere. vt C. de iudi. apertissimi. ergo hic repelli debet, cùm sit suspicio, ne dicat pro ecclesia vel pro ciuitate. Item nec obstat, si dicatur: cessauit administratio, ergo rectè in testẽ inducitur: & posset induci ad illud generale, cessante causa cessat effectus, vt ff. de his qui no. infa. l. liberorum. & C. de epis. & cle. l. seruus. & auth. ibi signata, quia illud esset verum, quando causa esset ratio, quare à testimonio repellatur: & illa causa est finalis, non impulsiua, vt arg. ff. de postulan. l. 1. §. sexum. & C. de iure dot. l. mulier. & ff. de dona. l. 2. §. fi. Itẽ hic videtur ecclesiæ vel ciuitati domestic*, vt argu. ff. de ædili. edicto. l. ædiles. §. familiæ. at domestici testimonij fides improbatur, vt C. de testib. l. domestici. & C. de his qui ad eccle. confug. l. vlt. § penul.*

SOLVTIO. In hac quæstione visis & auditis allegationibus vtriusque partis & diligenter cõsideratis, ego Roffredus Beneuẽt. iuris ciuilis professor, ita pronuncio, istum debere admitti in testem, ideo quia administratio est deposita: nam & durãte administratione admitti posset, vt ff. de testi. l. ob carmen. §. 1. & alia ratione: quia edictum de testibus, est prohibitorium. & hic non inuenitur prohibitus, immò admissus per l. illam, ob carmen. Et est tertia ratio, ne veritas probationis angustetur, vt arg. C. de here. l. quoniam.

POSSESSOR REI ALICVI donatæ, mortuo donante, si conuenitur a donatorio, an possit ei opponere, quod non impleuit conditionem in donatione appositam.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius cõtra rei donatæ possessorẽ, quòd actione vtili rei vẽdicatione, vel vtili Publiciana agere possit.*
2 *Directum dominium non nisi cum possessionis traditione transferri potest.*
3 *Emptor nominis vtiles habet actiones.*
4 *Possessor rei donatæ, an contra donatarium rem donatam vendicantem, quòd alimenta non præstiterit, excipere possit.*
5 *Alimenta qui debet, nõ, nisi dies apposita sit, aut alimenta petita sint, morosus dicitur.*
6 *Rei vendicatio ei qui dominus est, de iure gentium vel ciuili datur.*
7 *Publiciana vtili quando locus sit.*
8 *Modus & conditio, quo ad effectum, non differunt.*
9 *Doli exceptio à quolibet possessore opponi potest.*

Quæstio 24.

RAINERIVS prædiũ habebat, quod prædiũ à quodã extraneo possidebatur: puta Titio. Rainerius iste hoc prædiũ Seio donauit: & hæc verba inseruit in instrumẽto obligationis: Ego Rainerius tibi Seio tale prediũ dono: & omne ius quod vel quale habeo, tibi cõcedo: & procuratorem te in rẽ tuã facio. verũtamen volo, vt quãdiu vixero, præstes mihi alimẽta. Tẽpore procedẽte, Rainerius nullo herede relicto, decessit. nunc Seius agit contra Titium fundi possessorem: quæritur, qua actione possit agere contra eum. Verùm istud pone in themate, quòd Seius Rainerio non præstitit alimenta: quæritur, an Titius possit excipere.

PRO. Quòd enim Seius possit agere contra Titiũ,
1 ita probatur. †Et imprimis actionẽ proponimus, s. vtilem rei ven. vel vtilẽ publicianã: vt ita concipiatur lib. Petit Seius factus procurator in rẽ suã à Rainerio fundũ talem designatũ per tales fines, positũ in tali loco: quẽ fũdum Titius possidet. vnde ab ipso Titio fundũ illũ petit vtili rei vendic. vel vtili Publiciana. Certum est enim, quòd vel vtilis rei ven. vel vtilis Publiciana, locũ habet. nã Rainerius qui donauit, aut fuit dominus: & tũc
2 in Seiũ trãstulit vtile dominium: †directum enim non potuit transferre sine possessionis traditione. nã ego
3 video quòd † emptor nominis habet vtiles actiões, vt C. de here. vel actio. ven. l. emptor nominis. si enim aliquis fiat procurator in rẽ suã, etiã in actione hypothecaria, vtilẽ actionẽ hypothecariã habet, quæ actio in rem est, vt C. de here. vel act. ven. l. ex nominis emptione. & C. de pign. l. pignoris persecutio. Item ex legato nominis, vtiles actiones legatariis dantur. vt C. de lega. l. ex legato. Item etsi nomẽ detur in dotẽ, maritus habebit vtiles actiones, vt C. de act. & obl. l. nominibus. Item si nomẽ debitoris pignoretur, vtilis actio cõpetit creditori, vt C. quæ res pig. ob. pos. l. nomen. Et si legetur nomen, vtilis actio datur legatario. vt i d. l. ex legato. Nec obstat, vtrũ actio sit personalis vel realis. nã & si realis actio acquiritur ei, cui cessio facta fuit, vt C. de hered. vel act. ven. l. vlti. intantũ enim mihi ius est quæsitũ ex tali donatione vel cessione, quòd mihi datur vtilis actio, quæ vtilis præfertur illi directè, quam habuit ille, qui cessit, vt ff. de procu. l. procuratore in rẽ suã. cũ ergo per cessionem in ius illius succedo, sicut ille poterat vendicare, ita possum & ego. vt ff. de regu. iur. l. qui in iur. licèt & ille posset agere directò, ego tamen agã vtiliter: inter quas actiones nulla est differentia, vt ff.
4 de neg. gest. l. act. †Nec obstat si excipis, quòd alimẽta non præstiti, vnde donatio poterat reuocari, vt C. de donat. quæ sub modo. l. 1. Respon. quia allegare nõ potes, cum non sis heres donatoris, nec ius habeas in re illa. immò & si esses heres, tamen non posses hoc allegare. nam si donatarius commisit causam ingratitudinis, propter quam donatio poterat reuocari: tamen si

testator non reuocauit,nec heres eius poterat reuocare quasi ab ingrato,vt C.de reuocand.donation.l. vltima.videtur enim donator remisisse huiusmodi conditionem vel modum,s.de alimētis præstādis,ex quo nihil dicit in testamento.Nam & dominus qui de seruis non fuit quæstus in testamento,qui eum tempore vulneris iuuare neglexerunt, videtur ei s illam offensam remisisse,vt ff.ad Sylleian.l.j.§.vltim. Item quātum ad te,plenum ius habeo:sicut & simile ff. si seruit.vendi.l. loci corpus.§ competit.Item per me nō stetit,quo mi-
5 nùs alimenta præstarem: † nam non fui in mora: quia non interpellatus,nec dies fuit apposita, vt C.de contrahend.& commi ttend.stipulation.l.magnam.nec aliquid interuenit,quod moram videatur inducere, vt ff.de vsuris.l mora.licèt enim intelligam me debere,illud non sufficit,licèt videatur cōtrarium, vt ff.si cert. petatur.l.quod te.debui enim facere petenti, sed non petenti non debui offerre,vt ff.quorum lega.l. final.§. quod ait prætor.& si heres debuit cauere legatario:ita videtur esse in mora,si ab eo petatur,& non caueat. non autem debet offerre.vt ff.vt in pos.lega.l.j.§.2. Itē iusiurandum debet præstari,ita tamen, vt exigatur, vt ff.de ope.noui nun.l.de pupillo.§.qui opus.& ff.de iureiurand.l.iusiurandum & ad pecunias.§ qui iusiurandum.ergo cùm per me non stetit,quia alimenta ad me petita non fuerunt:quantum ad me,debet haberi conditio pro impleta,vt argu.ff.de contrahend. emptio.l. Labeo ait,si mihi bibliothecam. vnde possum petere rem,licèt non præstiterim alimenta, sicut & alias quis petit legatum vel hereditatem,ex quo per eum nō stetit,quo minus per eum pareretur conditioni, vt C. de instit.sub condi.fact.l.j.Præterea licèt omnia iura deficiant,æquitas suadet mihi potiùs dari actionē,quàm tibi.vnde in factum actio posset intendi, vt ff.de præscriptis verbis.l quoties.

CONTRA. E contrà possessor Titius se hoc modo defendit contra Seium: imprimis, quòd nec vtilis rei vēdicatio locū habeat,nec vtilis Publiciana. quod enim vtilis rei vendi.non habeat locum,imprimis ita
6 probatur. Certum est,quòd † rei vendicatio datur ei, qui dominus est de iure gentium vel ciuili, vt ff.de rei vendi.l.in rem actio.at tu cùm non habeas dominium rei vendi. non intentabis.certum est enim quòd dominia rerum traditionibus & vsucapionibus acquiruntur,vt C.de pact.l.traditionibus.ex solo enim contractu si statum sit in finibus contractus, & non sit vltra processum,dominium nō quæritur,nisi ecclesiæ, vt C. de sacrosanct.eccles.l.vltim.cùm enim tibi donauerit donator,ius personale fuit tibi quæsitum, scilicet condictio ex lege hodie,vt C.de donation.l.si quis argentum.non autem reale:pacta enim apposita,rem non afficiunt:sed personam obligant,vt ff.de contrahen.emption.l.vltim.vnde cùm fundum possideam, & de intentione tua non constet,scilicet quòd sit tibi quæsitū dominium: ergo non restituam,vt C.de rei vend.l.res alienas.& si non vincam iure meo, vincere tamen debeo illo iure quo possessores sunt potiores, vt ff.si vsus fru.pet.l.vti frui.nam quoties sunt dubia vtrisque iura,semper pro possessore iudicamus,vt insti.de interd. §.commodum.Item nec vtilis† Publiciana locum ha-
7 bet,si res non tradatur:vt ex ea causa ex qua vsucapio, sequitur:sine traditione enim Publiciana non datur, nisi in casibus vbi dominium sine traditiōe quæritur, vt ff.de public.l.j.in princ.cum legibus sequent.& instit.de action.§.aliæ autem. ergo cùm inutilis sit actio proposita,sequi debet absolutio, vt ff.si mens.fals.mo. di.l.j. Item ego tibi non sum obligatus,nec ex cōtractu vel quasi,nec ex maleficio vel quasi: ergo non teneor,vt ff.de act.& obli.l.j.& insti.de oblig. Item ponamus, quòd tibi esset res acquisita: tamen si ius aliquod habuisti,amisisti.Nam aut fuit modus, aut conditio.modus,do tibi illum fundum, & te in rem meā procuratorem facio,vt des mihi alimenta: conditio, do tibi,&c.si dederis mihi alimenta. si enim fuit modus,scilicet res tradita:ex quo non paruisti, res potest
8 auocari,vt C.de dona.quæ sub modo.l.j.inter † modū enim & conditionem nulla est differentia, quo ad effectum, vt C.de his quæ sub modo.l.j. nam reuocatur quod est datum,ex quo modo non est paritum. vt ff.de alimen.lega.l.libertis.§.Lucius. & ff.de fideicommissariis libertat.l.cum in testamento. Item si fuit conditio,primo decuit parere conditioni,& postea rem petere,vt ff.de constit. instit.l.ei qui ita hereditatem. & l. mulier.& ff.de condition.& demonstr.l. qui heredi.§. vlti.Nec interest vt quia non sim successor,quòd istud non possim opponere,quasi mea nō intersit:immò possum. Nam si legatarius sit iussus aliquid facere,& heredis non intersit id fieri:neganda tamen est actio legatario,vt ff.de leg.3. si tibi legatum est. Nam & vides
9 alibi, quod † doli exceptio opponi potest à quolibet possidente:vnde propterea potest dici in rem,licèt contra hunc possidentem dolus nō sit commissus,vt ff.de doli exceptio.l.2.§.planè.sed & si non fauore mei hoc admitti debet:tamē propter tuum odium debeo audiri, qui fidem fregisti,quod graue est, vt ff.de consti.pecu. l.j.Nam & alias auditur seruus qui proclamauit in libertatem:auditur, dico,non sui fauore, sed ob venditoris iniuriam,vt ff.de libera.causa.l. liberis.§. si duo. & §.si quis. Nam tu fidem non seruasti: vnde fides nō debet seruari tibi,vt argumē.C.de pact.l.cùm proponas.Item tu alimenta non præstitisti,ergo per te stetit, quomodo ergo petes rem? nemo enim potest consequi rē sibi relictam,ex quo per eum stat quo minus pareat conditioni.vt ff.de condi.insti.l.vlti.vt ff.de condit.& demō.l.iure ciuili.Præterea dolo facis,quia petis quod restituturus es, vt ff.de doli except.l.dolo facit.certum est enim quòd restitues,saltem futuro heredi vel curatori dato bonis:quia hereditas sustinet vicem defuncti,vt ff.de acqu.re.do.l.hereditas.immò sustinet personam futuri heredis,vt ff.de noua.l.nouatio.Item audiri non debes,qui vis habere commodum, sed nō incommodum,cùm onus nō senseris, & ideo repelleris. vt argumen.C.de cadu.tollen.l.j.§.pro secundo. vnde cùm nullum ius habeas,licèt & ego nullum ius habeā, tamen potior debet esse causa mei possidentis, vt arg. ff.de ver.ob.l.si seruum.§.sequitur.& ff.de reg.iur.l.cū par. Item res ista fuit tibi sub conditione donata, vel modo:vnde antequam modo vel conditioni pareatur, non recesit de dominio donatoris,vt argum.ff.de rei vendi.l.non ideo minus.& ff.de condi.furt.l.si seruus. & ff.famil.erciscund.l.& post lit.§.res quæ sub conditione.vnde si penes donatorem remansit,in te transire non potuit. quia duo eiusdem rei in solidum domini esse non possunt,vt ff.commodati.l.si vt certo.§. si duobus vehiculum.Item nec debes audiri, si velis dicere, quòd fiat deductio alimentorum pro quāto precio potuissent alimenta præstari,& in reliquo condemner.ff. de fideicommis.liber.l. generaliter.§. si quia alienum. & ff.de leg.2.l.Imperator.§.si centum.ex hac enim donatione esto quòd modus non esset appositus, nō esset tibi quæsitum dominium:sed debes agere contra successorē donatoris,vt tibi rem tradat. imponitur enim tradendi necessitas,vt insti.de dona.& compelles illū condictione ex lege,vt C.de dona.l.si quis argentum. vnde expecta heredem,vt condictionem tibi cedat,& postea potes agere contra me.Nec obstat,si dicas, successorē non habet. nulla enim ferè potest inueniri hereditas,quæ heredem non habeat saltem fiscum, vt ff. de iure fisci.l.j.§.an bona.& C.lib.10.de bonis vacantibus.vnde præpostera est petitio tua, quòd primò vis agere contra me,quàm à tertio tibi cedatur. & sic debes repelli,vt argu.C.de here.vel actio.l.vt debitū.Itē per propriam cessionem nullum ius est tibi quæsitum: quia obligationes non possunt recedere à persona. vt ff.de

ff.de pecul.quis ergo casus.& ff.pro socio.l.3.
SOLVTIO. In hac quęstione videtur mihi, quòd
Seius possit agere vtili rei védicatione cõtra Titiũ. p
illã cessioné, vtilis rei vendicatio quæsita est vel Publi
ciana, vt ff.de here.vel act ven.l.vlt. Ité an possit obii-
cere exceptioné non præstitorũ alimentorũ iste posses-
sor, distinguo: quia aut est heres, vel ius habet in rem:
quia causam habet à defũcto lucratiuá vel necessariá,
& tũc obiicit oés exceptiones, scilicet non datorũ ali-
mentorũ, sicut poterat defunctus apponere: aliàs non,
vt arg.ff.de excep.l.exceptiões.& l oés.& ff.de reg.iur.
l.qui in ius. nam cùm defunctus haberet actionem ad
repetendũ propter alimenta nó præstita, multo magis
habet exceptionem iste. argu.ff.de superficiebus.l.j.

SI PACTVM FACTVM EST de dando prædio, quod valet puta centũ pro decem, minus si contingat vendi, an prædio nunc valente quindecim tantum, teneatur dare pro quinque venditor.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex stipulatu, vnde oriatur.*
2 *Factum omne hominis, incertum est.*
3 *Stipulatio omnis pactum continet.*
4 *Facto proprio contrauenire, nemini licere.*
5 *Casus fortuitus neque in contractibus bonæ fidei neque stricti iuris præstatur.*
6 *Delictum quod in societate socij culpa cõtingit, suum erit, & non commune.*
7 *Minus solutum intelligitur, & si nihil solutum sit.*
8 *Verb. Residui, totius repetitionem admittit.*
9 *Pretium præsentis temporis præstandum est, etiam in legatis & vltimis voluntatibus.*
10 *Verba pacti, quæ dura & aspera sunt, mitigari debẽt.*
11 *Donatio ex mera liberalitate procedere debet.*
12 *Conditio tacitè repetita quandoque intelligitur.*
13 *Casus fortuitus præuideri non potest.*

Quæstio 25

IVLIANVS fecit pactum Sempronio, q̃ si aliquo
tempore vellet vendere domum suam, q̃ domum il
lam daret Sempronio pro decé libris minùs, quàm
res illa communi precio æstimaretur. & istud pactum
fuit stipulatione vallatum, & domus illa tempore hu-
ius obligationis ponamus q̃ valebat centum: nũc tem
pore procedente domus illa non valet nisi 15. hoc con-
tingente vel casu temporis, vel delicto Iuliani. nũc Iu
lianus vult vendere illam domum: dicit Sempronius,
accipias quinque, & dimittas mihi domum sicut con-
uenisti. quæritur, nunquid compellatur.
PRO. Et videtur quod sic. & ad hoc intendo pro
1 Sempronio † actioné ex stipulatu, quæ oritur ex stipu-
latione ad hoc vt facias, vt instit.de verb.obli.in prin.
cùm enim agam ad factum, ergo ad incertum, vt ff.de
2 re iudi.l.si quis ab alio.§.vlti. omne † enim factum ho-
minis incertum est, vt ff.de verb.oblig.l.vbi autem nó
apparet.§.qui id quod. cũ enim dicat prętor, pacta ser-
uabo, vt ff.de pactis.l.iurisgentium.§. ait prætor. ergo
3 multo fortius debet seruari stipulatio: † cum omnis sti-
pulatio contineat pactum, vt ff.de pactis.l.j. & alibi di
cunt iura, q̃ contractus ex conuentione legé accipiũt,
vt ff.depositi.l.j.§.si conuenerit. vnde cùm facta sit sti-
pulatio, nemini licitum est cõtra pacta venire, vt C.de
pact.si quis in conscribendo. Nam
Verba ligant homines, taurorum cornua funes.
ab obligatione enim rectè constituta, altero inuito, nó
potest recedi, vt C.de actio.& obligation.l.sicut. adeo,
vt nec per rescriptum contraueniat, vt C.de rescin.vé-
4 di.l.ratas. † & non solùm cõtra factum suum legitimè
factum, nullus contrauenire potest: immò & si sit fa-
ctum minus legitimè, non potest quis contrauenire, vt
ff.de seruitu.rusticor.prædio.l.per fundum. & ff.de a-
dopt.l.post mortem. & ff.communia de seruitu.l. ven-
ditor fundi. Nec obstat, quòd modò domus sit diruta,
vel eius pretium diminutum: quia mihi non debet im
putari, quòd non diuinaui, vt ff.ad l.Aquil. si putator.
& ff.mandati, si fideiussor. Item pactus es quòd si vel-
les vendere, q̃ dares mihi pro decem minus, & vis ven
dere: ergo teneris ad æstimationem præsentis tempo-
ris. ad hoc enim videtur inter nos conuenisse, vt ff.de
verb.obliga.quoties ergo res tanti valet, quanti vendi
potest. dicit enim lex, quòd res tantum valet, quantum
vendi potest, vt ff.ad legem Aquiliam.l.si seruũ meum.
& ff.de furt.l.si quis vxori.in fin.l.& ff.ad leg.Rhod.de
iactu.l.2.§.portio. Quoties enim debet res æstimari,
præsens tempus inspicitur. ff. vt de triticaria.l. in hac.
ex quo enim res est facta deterior, scilicet domus, &
cursu temporis, tuum debet esse damnum, & nó meũ.
istud enim fuit casus fortuitus, ergo præuideri nó po-
5 test. † vnde nec in contractu bonæ fidei nec stricti iu-
ris præstatur, vt ff.commodati.l.in commodato.C. de
action.pignor.l.quæ fortuitis. & ff.de administrat.re-
rum ad ciuitatem pertinẽtium.l.2.§.si eo tempore. Itẽ
si domus ista fuit diruta & deuastata culpa tua, hoc mi
hi nó imputabis. nam & damnum quod quis sui culpa
sentit, de se queri debet, vt ff.de regul.iur.l.quod quis.
6 Hoc idem in societate. Nam † delictum quod contin-
git in societate culpa socij, suum erit proprium, & nõ
cõmune, vt ff.pro socio.l.cùm duobus.§.vlti. Hoc etiã
conductori imputatur, vt ff. locat.conduct. si merces.
§.culpæ, hoc etiã in communi diuidũdo iudicio, vt ff.
commun.diuidund.l.si is cum quo. Item istud pactum
fuit appositũ fauore mei, ergo non verti debet in læsio
nem, vt C.de legi.& consti. quod fauore. & ff. ad Car-
bonianũ.l.Carboniana.§.causæ. & C.de secundis nup.
l.generaliter.in fi.l. Item cùm domus sit diruta tuo ma
leficio, ponamus iam delictum tuum afferre tibi lucrũ.
& mihi damnum. nam si darem tibi pretium, quãti do
mus valuisset, ipse iam in nullo esses punitus. cùm pre-
tium loco rei succederet, vt ff.de petitio. heredi.l. si &
rem & pretium. & institu. de lega.§. si res. & sic malum
esset, cùm maleficium remaneret impunitum: quod iu
ra nolunt: vt ff.de fideiussorib.l.si à reo.§. fin. & ff.ad le
gem Aquiliam.l.ita vulneratus.in fin. Prætereà pona-
mus, quòd non valet nisi decem, tu dabis mihi domũ,
& nihil à me recipies. nã quando dixisti, dabo pro de-
cem minus: ergo si totum est minus, habeo rem illam
7 propter pactum. † nam minus intelligitur solutum, &
si nihil solutum sit, vt ff.de verb.signifi.l.minus. Et mi-
nus videtur tribuere etiã qui nihil tribuit. vt ff.de tri-
butoria.l.illud.§.minus. nam ex istis verbis, minus, to-
tum significatur. nam fideiussor acceptus vt quãto mi
nus possit habere de pignore: etiam si totum sit min⁹:
quia de pignore nihil potest haberi, in totum tenebi-
8 tur, vt ff.de fideiuss.admissi ruina. Nam † verbum, resi-
dui, totius repetitionem admittit, vt C.de hered.insti.
l.2. nam & quanto minoris agitur, & si totum minus,
vt ff.de ædilit.edicto.l.bouem.§ aliquando. Prætereà
pone, quòd domus pretium esset auctũ, quia valet nũc
mille libras, quæ tempore obligationis centum vale-
bat: si ego vellem emere, necesse haberem donare mil-
le libras minus decem & illud pretium petere tibi da
ri: ergo nunc non debes petere centum libras, quas va
lebat domus tempore obligationis: sed quantum va-
let nunc. Nam semper id debet aliquis desiderare,
cuius contrarium esset desideraturus, maximè in tali-
bus, vt C.de solutionib.l.penultima. Et ad hanc quæ-
stionem potest adaptari illud generale, tempus initij
esse inspiciendum. Item sufficit, frater, si id quod est

tibi conuentum,seruetur:non vt petas meliorem conditionem tibi dari.vt ff.ad Trebellianum.l.ex asse.suf ficit enim quòd tu damnum non pateris: non auté debes lucrum sentire,si ad præteritum tempus fieret relatio:cùm hodie non possis habere nisi 15.vt argum.ff.
9 de iure dot.l quoties.in fin Item lex dicit apertè,†præsentis temporis præstari precium, & circa legatum & vltimas volútates,quæ fauorabiliores sunt,vt ff.de auro & argento lega.l.cum certum auri.& ff.de aliment. & ciba.lega.l Mela.& ff.de legat j l.non amplius. & l. si domus Item nõne domo aucta.si vellem emere,omne commodū pertineret ad me,& cogerer maius præcium præstare?vt ff.de contrahend.emption.l.Rutilia. Idem & si esset diminuta res,sicut nunc, vt argu.ff.de pericu.& com.rei vendi.l.necessariò.ita quòd pactum de dando pro decem minus,semper sit firmum. & non postules illud, cuius contrarium non esses postulaturus.vt C.de rescindend.vendi.l.ratas.& C. de vsur l.si ea.Item non potes conqueri de fraude vel dolo, cum scienti & volenti nõ inferatur,vt ff.de aqua pluuia arcen.l.in diem & C de transact l cùm donationis. & argu.ff.de action.empt.l.j in fin & de his quæ in fraud.l. qui autem.§.prætereà.Item iniquum esset,si liceret tibi contra pacta venire:iam enim nullus finis litium esset.vt C.de transact.l fratris tui.quod iura nolunt, vt in authentico de litig.collation.8.§.omné.Item si aliquid fuerit obscurum,contra te debuit interpretatio fieri,qui potuisti legem apertius dicere.vt ff.de pact.l. veteribus. & de contrahenda emptio.l Labeo.si enim contrarium tibi placuisset,bene potuisses contrarium velle & dicere vt argum.C.de cadu.tollen.l.pen § sin autem.Item non obstat,si dicas,tempus contractus inspici,vt ff de constitu pecu.l.item.& ff.de legat.3.l.vxori.§.j.& de actio.& obliga.l.cùm quis.illud verum est, antequam contractus debeat celebrari & consummari:puta,quia solui debebat pecunia: tũc enim tempus illud inspicitur,vt ff.de re iudica.l.si Calendis fieri.& de actio.& obliga l.quoties & tunc contractus tépus inspicitur,quãdo cõtractus est consummatus & cóple tus.at hic in casu nostræ quæstionis contractus iste est conditionalis.vnde adhuc natus non est: debes enim dare pro decem minus, si venderes aliquo tempore. vnde te volente vendere,conditio aliqua contractus constitit.vnde ante hanc conditionem nullum ius habeo.vt argument.ff.de action.& obligatio l.is cui. Sis ergo contentus tuis,& noli inuidere alienis,vt C.libr. 10. de thesaur.l j.si enim res pluris valeret,illud commodum te sequeretur.ergo si minus valet, te sequetur incommodum:maximè, quia contrariorum eadem est ratio:& vbi eadem æquitas,idem est ius,vt C. de constituta pecunia.l.vltim.C.ad l Falci.l.vltim.ff. de fideiussor.tutor .l.si fideiussores ff.de iniusto rupto.l 3 ff. ad legem Aquil.l.illud.Item non debet decrescere obligatio propter causam postea contingentem,vt ff.de ædilit.edict.l.iustissimè.§. vlt. Quod enim ab initio factum est ritè,non debet ex euentu postea vitiari, vt C. de administrat.tut.l.sancimus.& ff.de itinere actúque priua.l.nec enim.Item videas legem quæ tempus præsens dicit esse inspiciendum.C.de inofficioso testamé. l.omnimodo.§.vltim.nam inspicitur status militię qui fuerit tempore status militaris.

CONTRA. E contra Sempronius contra Iulianũ
10 hoc modo se defendit:imprimis, quòd † verba pacti, quæ dura & aspera sunt,debeant mitigari nam & hoc æquitas suggerit,licèt iure scripto deficiamus,vt ff.de aqua pluuia arcenda.l.in summa §.item Varus. nam & iusta causa intercedente,mitigantur verba iuris, vt vides:senatus prohibuit mutuari pecuniam filiis familias:iusta tamen causa intercedente,cõcessit:puta causa studiorum,vel dotis, vt ff.ad Macedonianum.l. sed Iulianus.§.quòd si filius.Item ęquitas verba iuris stricti aliquando producit, aliquando coarctat, sicut & hic.nam litera occidit, spiritus autem viuificat. Et quare est licitum, quòd recedat à pacto?propter causam de nouo contingentem. Nam iure nouo superueniente,nouum consilium quærendum. vt ff.de ventre inspicien. l.j.Et quæ posteà emergũt, nouo auxilio indigent,vt ff.de interrog.action.l.de ætate.§.ex causa Nam si recepi fideiussores idoneos, & postea noua de causa fiam non soluendo,ex iusta causa succurritur mihi creditori contra debitores,vt alij dentur, vt arg. ff.vt in possess.leg.l.planè si noua.Nã si à debitore mulieris marito dos promittatur:& postea mulieris debitor desierit esse soluendo,subuenitur,ne ad eum pertineat periculum,vt ff.de iure dotium.l.promittendo.§. si à debitore.Et si tutor datus à magistratibus, facultatibus posteà labatur,subuenitur magistratui,ne possit conueniri,vt ff.de magistrat.conuenien.l.j.§. si magistratus.Subuenitur nominatori,si nominatus idoneus, facultatibus lęsus sit,vt ff.de administrat. rerum ad ciuitatem pertinen.l.2.§.si eo Nam nihil imputatur collegæ tutori,si collega idoneus subito facultatibus lapsus sit,vt ff.de admini.tuto.l.etiam.Nec etiam imputatur negociorum gestori,vt ff.de nego.gestis litis cõtest.§.j.Secundò allegat Sempronius,quia debet inspici tempus contractæ obligationis,vt argum.ff.de contrahen.empt.l.Rutilia.& de hered.vel actio.vendi.l.2. §.j.& ff.de euict.l.bonitatis. & hoc non solùm in contractu bonæ fidei verum est.immò etiam in contractibus stricti iuris,vt ff.de action.& obligatio.l.cũ quis. Item quando ego promisi,quòd darem pro decem minus:videtur tacitè actũ inter nos,si res maneret in eodem statu.nam & hoc generaliter contingit. nam qui promittit aliquem iudicio sisti, videtur promittere in eodem statu eum sisti,quo erat tempore promissionis: quia hoc tacitè actum videtur inter vtrunque, vt ff.si ex noxali causa agatur.l j.in princip. item enim videor tibi promittere,scilicet in eodem statu remanente, vt ius,nec tuum,nec meum,fiat deterius,vt ff.si quis cau. l si quis quenquam.Item nonne esset hæc summa iniquitas,si res quæ tempore contractus valebat centum, & nunc valet quindecim.si ego darem tibi pro quinq; facta computatione decem: vnde talis iniquitas à me iure non toleratur:subuenitur enim à iure.nã hæc deceptio re ipsa contingit.vnde cùm res ipsa dolum contineat,purgatur à lege,vt ff.de verbo.obligat.l. si quis cum aliter.nam & datur condictio ex lege, vel officiũ iudicis,vt C.de rescind.vendi.l.rem minoris. vnde cũ haberem actionem,si rem tradidissem: multo fortius habeo exceptionem,si possideo,vt ff.de superficiebus. l.j.& de regul.iur.cui damus Nam quis toleraret hanc iniquitatem,cum rem tibi quasi donarem,cùm donatio
11 tio non exigatur ab inuito:immò † ex sola mea libera litate procedat,vt ff.de donation l.j.Præterea emptio debet fieri precio interueniente,vt ff de contrahenda empt.l. pacta. & si desineret,emptio non valeret.ff.de contrahend.empt.l.j. Occurrunt enim iura circa iniquitates & damna intolerabilia.à simili, cùm locaui fundum colono,& fundus ille chasmate, vel per vitiũ graculorum,vel alio modo deterior factus sit,minoratur pensio coloni,vt ff.locat.conduct.l.ex conducto.§. sed & si labes.& § penultimo & fina.& sic vno tempore tua petitio malitiam continet.& sic non est malitiis indulgendum,vt ff.de rei vendicatione.l.in fundo. & iniquitas debet remoueri,vt argument.ff de eo quod certo loco.l.prima.Prætereà iusta ratione te conuinco:sicut enim diminutum est precium in re principali,ita etiam diminuatur illud precium,scilicet quasi in
12 illis decem videatur istud repetitum.nam † & aliàs conditio intelligitur tacitè repetita,vt ff.de conditio. & demonstrationib.l.prima.in fin.& dies etiã aliquãdo intelligitur tacitè repetitus,vt ff.de verborum obligationi.l.interdum.Item & aliàs labor & pecunia diuisionem recipiunt,vt ff. de annu.legat l. Seio amico meo.

meo. Itē si res sit facta deterior casu temporis, mihi nō
13 debet imputari: quia † casus fortuitus non potest prę uideri, vt ff. de admini. rer. ad ciuita. perti. l. 2. §. si eo tēpore. Item & si fuit facta res deterior vitio meo, nō debet propterea minui preciū, quia non est afflictio danda afflicto, vt C. de episco. audi. tam dementis. & ff. de tuto. & cura. da. ab his. Romanius Apulus. sicut enim diminuitur precium rei principalis, ita debet minui precium illud, hoc est, decem librarum, vt ff. de condi. & demonstra. l. Plautius.

SOLVTIO. In hac quęstione videtur mihi quòd iste Sempronius qui vult vendere prædium, teneatur dare Iuliano illud prędium pro decem minus, sicut cōuenit: maximè quia conuentio est legitima. & propter casum postea contingentem, non debet fieri mutatio. vt ff. de annuis lega. l. liberto. §. à liberto. & argument. ff. de legat. 2. heres.

AN HEREDES QVI RETINENT DOTEM, QUÆ CONSISTIT IN REBUS MOBILIBUS, INFRA ANNUM TENEANTUR INTEREÀ DARE VXORI DEFUNCTI ALIMENTA.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, iudicis officio petenda sunt.*
2 *Alimentorum fauor qualis sit.*
3 *Maritus quare dotis fructus habet.*
4 *Dos, proprium patrimonium mulieris.*
5 *Mulier vt alimenta ab heredibus mariti sibi prastētur, agere potest.*
6 *Appellatione pronunciatum extinguitur.*
7 *Alimentorum occasione hereditas diminuitur.*
8 *Mulierem alere tenetur is, penes quem dos est.*
9 *Mulier paraphernalia sibi proprias etiam constante matrimonio habet.*
10 *Maritus cur alimēta mulieri præstet, causa quæ sit.*
11 *Alimenta dare, personale onus est.*
12 *Mulier diues & sufficiens, alimenta petere ab heredibus mariti nō potest. Quid si mulier pauper sit & misera, ibid.*

Quæstio 26.

SINIBALDVS accepit vxorem quandam, pone libertam: tempore procedente, separatum est matrimonium iure fori diuortio & bona gratia, vel fortè solutum est morte. habet maritus vel eius heredes dilationem ad dotem reddendam pro mobilibus annum: immobilia debet statim reddere, vt C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. exactio. Nunc dote constituta in mobilibus, & soluto matrimonio, marit⁹ vel heres opponit exceptionem anni. mulier interim petit alimenta, dicens se debere à marito vel eius herede sustentari. & pone ꝙ hæc mulier est inops, nō habet vnde se alat: vel fortè diues est, & aliàs sibi sufficiens. quæritur modò, an possit petere alimenta.

PRO. Quòd possit, probo. Et imprimis actionem
1 propono ad alimenta petenda: † & propono officium iudicis, quo alimenta petuntur. Nam si quis ali deside ret, iudex de re illa cognoscit, vt ff. de agnosc. liber. l. si quis à liberis. in princ. Hoc etiam inuenimus & in alimentis pupillo pręstandis: quia per prætorem decernuntur. vt ff. vbi pupil. educ. debe. l. j. in prin. nam si nō præstantur alimenta pupillo, præses prouincię aditur, vt C. de alimen. pupil. præstan. l. j. Hoc idem in alimentis præstandis à filio patri nam competens iudex iubebit alimenta patri præstari à filio, vt C. de alen. liber. à pa. l. 2. Et sic per hæc iura patet, ꝙ officiū iudicis de iure intenditur ad petenda alimēta. Quòd enim possim
2 petere, iura omnia velle videntur. Imprimis † fauorem inducimus ex parte nostra. nā petitio nostra est ita fauorabilis, quod de eis scilicet alimentis agitur etiam die feriato, vt ff. de feriis. l. 2. Item tantus est fauor alimentorum, ꝙ solutio facta per triennium, inducit obligationem in futurum, vt C. de fideicō. l. j. licèt in aliis secus sit, vt C. de pact. l. si certis annis. Item si nō sit seruata etiam in alimentis conditio, res data reuocatur, vt C. de donat. quæ sub modo. l. j. Item esto ꝙ nullū ius habebam & petam: de tuo tamen mihi pręstare debes. nam ego video ꝙ fugienti ad ecclesiam, de alieno alimenta præstantur, vt C. de his qui ad ecclesi. confug. l. præsenti. Item & quando carbo. bono. poss. petitur, tātus est fauor alimentorum, ꝙ interdum vtitur & fruitur rebus alienis, vt ff. ad carbo. l. sed si is. §. an autē vescendi. Item video quòd alimenta præstantur de alieno in captiuitate retentis, qui pro crimine detinētur, vt C. de episco. audi. iudices. quare ergo, vel qua fronte impie marite mihi denegas alimenta? nonne recordaris de bono seruitio, quod tibi nocte & die præstabā? & ego alimenta peto nō de alieno, sed de meo proprio. nā dos ideo datur marito, vt oneribus matrimonij seruiat, vt C. de iure dotiū. l. pro oneribus. & ideo fructus dotis apud maritum sunt: quia sustinet onera
3 matrimonij, vt dicit l. illa, pro oneribus. Hæc † est enim causa, quare maritus habet fructus dotis: quia sustinet onera matrimonij, vt ff. de iure dot. l. dotis fructus. in principio. ergo cessante causa, quę est matrimonio soluto, dare debes mihi alimenta, cum fructus percipis? nam cessante &c. vt ff. de adoption. in omni fere. Vides enim, quòd gener vsuras dotis promissas à socero, non potest petere, si vxorem non exhibuit, vt ff. de doli except. l. pater. de propriis enim bonis peto alimēta, quæ
4 à te marito possidentur Nam dicit lex: † Dos est proprium patrimonium mulieris, vt ff. de minor. l. deniq;. §. sed vtrum. in fine. nam & inde sustentatur & alitur, & dotem maritus dicitur possidere. vt C. qui potio. in pig. habe. l. assiduis. Præterea cùm tu marite dotis fructus percipias, debes sentire onus, quod doti asscribitur scilicet dare alimenta, cuius est emolumentum, ipsius debet esse & onus: vt dicit vnum generale, & ha
5 bes institu. de legi. patro. tut. Præterea pone, † quòd matrimonium sit solutum morte, & agat mulier cōtra heredes mariti: bene potest petere alimēta. Ecce enim mulier post mortem mariti alium accepit: vnde quodammodo videtur sibi operam exhibere. si ergo exhibet operam, victu & sumptu mariti debet exhibere, vt ff. de operis liberor. l. operæ. Nonne duo fuimus in carne vna? dicit hoc authoritas, hoc dicunt iura, vt ff. rerum amotar. l. j. C. de crimine expil. hereditat. l. aduersus. licèt ergo vna pars recessit de seculo, alteri parti quæ adhuc remanet, quomodo alimenta negantur? Item video, quòd si mulier religionem seruat primo marito defuncto, id est, quia ad secundum matrimonium non accedit, omnia priuilegia retinet etiam quo ad dignitatem: nam ita remanet nobilis, sicut ante fuit nobilitate mariti illustrata, vt ff. de senato. l. fœminæ. Item ita succedit filiis sicut ante, vt C. de secund. nup. l. fœminæ. Item & tutelam filiorum gubernat, vt C. quando mulier tutor. officio fungi potest. l. vlt. Item curare debet iudex, & etiam vos heredes, ne defunct⁹ afficiatur iniuria, vt institu. qui ma. poss. vel non. §. valde. sed quæ esset maior iniuria, quàm si maritum meū cucurbitarem, cùm necesse habeam illud facere, cùm non habeam quid manducem? Item nonne vxor missa in possessionem causa rei seruandæ, potest diminuere de fructibus causa vescendi? ff. vt in possess. legat. l. penulti. Hoc idem in pupillo. nam licèt eius bona possideantur, tamen sibi alimenta vsq; ad pubertatem præstanda sunt, vt ff. de priuil. credi. l. si. Item qui mittitur in possessionē, agēdo peti. here. fructus diminuere potest, vt ff. ex qui. cau. in possess. ea. l. Fulcinius. §. pe. & si.

Item si pupillus agendo querela inofficiosi testamenti
obtinuit,& appellatio sit interposita ab herede: vnde
6 non videtur obtinuisse:quia †appellatio extinguit pro
nunciatum,vt ff.ad Turpill.l.j.§.si tamen.interim pu-
pillus propter inopiam percipiet alimenta,vt ff.de in-
officioso testamen.si instituta.§.de inofficioso.Nam si
cõtrouersia sit inter dominum & aliquem, quem dicit
seruum suum,& res dicantur surreptæ: interim rebus
depositis,alimenta arbitrio iudicis seruo præstantur,
vt C.de ordin.cogn.l.fin.Et si maritus negat mulierem
vxorem suam esse,interim tamen filiis ex ea genitis a-
limenta sunt præstanda,vt ff.de libe.agnos.si neget.Fi-
lius etiam dũ deliberat,alimenta percipit de heredita
7 tate,vt ff.de iure deliberand.l.filius.Item † & propter
alimenta fit diminutio de hereditate,licèt petitio he-
reditatis intentetur,vt ff.de petition.heredit.l. diuus.
Item tutor qui administrat tutelam de bonis pupilli,
dabit matri vel sorori pupilli,si non habent vnde se a-
lant,vt ff.de admini.tuto.l.tutor secundum dignitatẽ.
§ in soluendis.& de tutel.& ration.distrahen.l.j. Item
& si patronus nihil habet,petet alimenta a liberto , &
econuerso,vt ff.de agnoscend.liberis.l si quis à liberis.
§.si quis à liberto.& C.de operis libe.l.j.Præterea esto,
quòd sim aliàs sufficiens,& possim me sustentare : ni-
hilominus peto alimenta,à simili. Nam licèt filius sit
sufficiens aliàs,tamẽ si pater dat donationem propter
nuptias,de suo dat,non de bonis filij. Item & in filia
data dote,vt C.de dotis ꝓmiss.l.fi.& quare? ideo quia
8 patris est dotare filiam,vt C.de dotis promiss.l.fi. † vn-
de cùm præstare alimenta, sit onus dotis,vt C. de iure
dotium.l.pro oneribus.& propterea maritus habet il-
lam dotem præcipuam,vt ff famil.erciscun.si maritus.
& dos penes vos heredes sit,debet esse cum suo onere.
nam semper res transit cum suo onere,vt ff.de acquir.
rerum dom.l.traditio.& de contrahen.emp.alienatio.
9 † Item mulier etiam constante matrimonio,nonne ha
bet paraphernales sibi proprias? vt C.de pact.conuen.
l.vlti.& tamen nihilominus alitur à marito:Item cura
re debet iudex,ne dominæ,ratione inopiæ & fragilita
tis naturæ,incidant in peccatum. & si omnia ista cor-
da impij mariti & heredum non moueant,saltem mo-
ueat illos præceptum Domini, quo cauetur: Frange e-
surienti panem tuum, & carnem tuam ne despexeris.
Item tu me interficis,& homicidium cõmittis,ex quo
denegas alimenta,vt ff.de agno.liber.l.necare.Item fa
cit pro domina ff.solu.mat.l.si cùm dotem.§.vlti. & in
authen.de exhi.re.colla.§.in fin.

CONTRA. Econtrà defendo maritum vel here-
des contra vxorem,quòd non teneatur præstare alimẽ
ta.petita tamen à dominabus venia,quia cõtra eas pa
10 tronus assurgo.Imprimis hæc † est causa,quare mari-
tus pręstat alimenta,scilicet matrimonio constante,at
dissoluto matrimonio,alimenta non præstantur. nam
cessante causa,cessat effectus, vt dicit vnum generale,
vt ff.de adoption.l.in omni ferè. Item fuit illud onus
personale:vnde persona extincta,onus similiter cessa-
re debet,vt C.de caduc.tollend.l.vnica.§. sin verò ta-
11 lis.quòd autem dare † alimenta sit onus personale , le-
gitur ff.famil.erciscundæ.l.si maritus . beneficia enim
personalia,sicut & onera,cum persona finiuntur, vt ff.
de censibus.l.forma.§.si verò.& de regulis iur. in om-
nibus causis & si priuilegia. Præterea nos qui sumus
heredes,nullo modo tenemur ad alimenta præstanda,
licèt defunctus teneretur.nã hoc vides in liberto, qui
licèt teneatur alere patronum,vt ff.de liber.agnosc.l.si
quis à liberis.§.si à liberto.C.de ope.libe.l.j.tamen he-
res suus non tenetur,vt ff.de obsequiis.l.heres. maio-
ris enim priuilegij est heres quàm defunctus , vt C.de
euict.l.fin.Nam quo iure petas à nobis alimenta , non
video.nam non sumus obligati ex contractu vel quasi,
nec ex maleficio vel quasi:ergo nullo iure,vt ff. de act.
& oblig.l.j.insti.de obligation.Si tu opponis de patre
& filio,illud ideo fit,quia ius naturale compulit patrẽ
& filium inuicem inter se alimenta præstare, vt instit.
de iure naturali gent.& ciuil.in princip. & de iustit.&
iure.Itẽ nec obstat,si opponis de pupillo,qui petit Car
bo.& interim habet alimenta:illud est enim de bene-
ficio iuris prætorij , quod ius ciuile corrigit & coar-
ctat,vt ff.de iustitia & iure.l.ius autem. Nec est opposi
tio de liberto.ibi enim operatur quasi ius naturale pro
pter tantum beneficium,quod libertus à patrono re-
cepit,vt argu.C.de in ius voc.l.2.Item non est cõtra de
inofficioso testamento l. si instituta. & de iure deli-
berandi.l.filius.illa enim loquuntur in filio,quod spe-
ciale est, cùm filius dominus in vita patris intelliga-
tur,vt ff.de liberis & posthum.l.in suis.Nec obstat lex
ff.de peti.here.l.diuus.quia ibi loquitur de familia te-
statoris.Bona mulier,non inuitata venis prandere pa-
rata,& petis alimenta,quæ tibi non dabo. nemo enim
tibi inuitus compellitur rem suam tradere,vt ff.rerum
amot l.nec enim Nemo enim est pronus ad iactãdum
pecuniam suam,vt ff.de probationi.l.cùm de indebi-
to.Nam aut es diues & tibi sufficiens, aut non.In pri-
12 mo † casu nunquam petes alimenta, nec inuenies ali-
qua lege cautum:immò contrà:nam bene scis quòd pa
ter filium alere non cogetur,hoc tamen,si filius sit sibi
sufficiens,vt ff.de agnos.liber.l.si quis à liberis.§.sed si
filius.Auia etiam quæ impendia fecit in nepotes cau-
sa pietatis,non repetit:tamen si nepos sit aliàs sibi suf-
ficiens,poterit impensas repetere,vt ff.de nego.gest.l.
Nesennius.Nec obstat si opponis C.de dot. promiss.l.
vltim.quia illud ideo:quia dotare filiam,est paternum
officium.vt ff de iure dotium.l mater. Itẽ si es pauper
& misera,tamen alimenta tibi non præsto. nam licèt
dicat authoritas,Frange esurienti &c. bonum est soror
quod suggeris & inducis authoritatem,& iura multa:
tamen si illud vellem attendere,iam omnia mea con-
sumerem in cibis pauperum:& licèt esset,quo ad ani-
mam,meritoriũ,tamen corpus egestate periret.Quòd
autem non tenear,videas.certum est quod ego habeo
dilationem anni à lege:& hoc fauore mei inducitur,
non ergo debet ad mei læsionem retorqueri , vt C.de
legib.& constitut.l.quod fauore.quod enim esset meũ
commodum,si tibi deberem alimenta præstare? certè
nullum,cùm plus esset fortè in alimentorum exhibi-
tione,quàm in fructuum perceptione:& iam lex impo
neretur verbis & non rebus:quod iura nolunt, vt C.
communia de legat.l.2.in fine.& C.de vsuris.l.vltima.
Item non teneor dare alimenta,quia ad nihil aliud te
neor,nisi vt satisdem tibi dotem reddere die aduenien-
te,etiam non habita commoditate medij temporis,vt
ff.soluto matrimo.l.si constante.§.quoties.sic ibi dicit
Mela,ait,subaudi.& bene,secũdum dominum meum
Azo.licèt R.ibi glosauit.dicit ibi,Mela ait,& malè.Itẽ
ex quo diuortium factum est, alimenta præstari non
possunt.nam ideo dicitur diuortium, quia in diuersas
partes & mentes itur,& dicuntur verba talia,res tuas
tibi habeto,conditione tua nõ vtar,vt ff de diuortiis.
l.2.& ff.de verborum significatione.l.inter diuortium.
Et hæc vera sunt,quando viuente viro solutum est ma
trimonium. Verum si morte soluatur matrimonium.
similiter alimenta non præstantur.nam non obstat, ꝙ
tu infra annum non nubis:vnde simulatam videris o-
peram exhibere.istud enim facis timore pœnæ, quia
infamareris,vt ff.de his qui notantur infamia.l.j.& in
auth.de restit.§.virum.col.4.cùm enim non sis in ma-
trimonio,nec in dominio mariti,tibi expensas non da
mus.Nam nec episcopo dantur alimenta qui extra ec-
clesiam erit,vt in authentic.col.9.de sanctis.episcop.§.
interdicimus.Itẽ si præses prouinciæ necessitate coga
tur exire prouinciam,propriis expẽsis iter faciet, vt in
auth.vt nulli iudicũ.§.si vero aliqua necessitas.collat.
9.Item vide ꝙ non teneor alimẽta præstare. nam illud
tempus habeo immune,& ab vsuris,& à fructuũ præ-
stationem

ſtatione,vt C.de rei vxo.actio.§.cùm autem in exactio ne.& §.ſin autem.ſicut vides in tempore quadrimeſtri, quod eſt immune ab omni onere,vt C.de vſus.rei iud. l.vltim.

SOLVTIO.In hac quæſtiõe videtur mihi diſtinguendum,vtrum mulier ſit ſoluendo, aliàs vt ſe poſsit alere,an non. In primo caſu mulier non poteſt petere alimenta.argumẽ.l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.ff. de agno.liber.Si autem mulier non ſit ſoluendo, nec habeat vnde ſe alat,tunc dicemus heredem mariti alimẽta de æquitate præſtare debere,vt argumẽ.ff.vt in poſſeſ.lega.l.pen.& ff.ex quibus cauſis in poſſeſ.ea.l Fulcinius.§.pen.& vltim.de priuileg.credito.l. vlti.& argu. ff.de inoffi.teſta.l.ſi inſtituta.§.de inofficio.& ff. de iure delibe.l.filius.Hæc verba eſſent intelligenda, quãdo erãt multa in dotem mobilia: & parum dabatur in exhibitione alimentorum:alioquin ſi modica dos fuiſſet,pro æſtimatione præſtarentur alimenta, vt argum. ff.vbi pupil.educa.debeat.l.2 & l.3.

AN ILLE QVI FIDEIVSSIT pro vniuerſitate ad mãdatum concilii,& ſoluit, poſsit agere cõtra ſingulos. Et an poſsit quis admitti ad defendendum partem vniuerſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum habens ſi ad agendum admittitur,multo magis ad defendendum admittendus eſt.*
2 *Abſens à quibuſcunque defendi,vtile.*
3 *Appellãs quilibet in cauſa ſanguinis,pro reo etiã inuito auditur.*
4 *Iura autem indiuidua ſunt vſufructu ſeruato, & numero 13.*
5 *Vniuerſitas quæ ſub ſe corpora continet, & partes habet:pro parte defendi, & pro parte poſſideri poteſt.*
6 *Vniuerſitatis eſt,quòd ſingulorum.*
7 *Singuli propter debitum contractum ab vniuerſitate non tenentur.*
8 *Cõtumaciæ cauſa quis in bonorum poſſeſſionem mitti poteſt.*
9 *Bannum quando mittatur.*
10 *Banna odioſa ſunt.*
11 *Vniuerſitas ſi non defendatur,eius bona poſſidebuntur.*
12 *Ciuitas per adminiſtratoris contractum obligatur.*
14 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio,neque petitio.*
15 *Creditor ſicut particularem ſolutionem recipere non cogitur,ita nec particularem defenſionem admittere tenetur.*
16 *Intellectus §.Refertur.l.aliud.ff.de regul.iur.*
17 *Procurator ſi pro ſingulis de vniuerſitate interuenire velit,audiendus non eſt.*
18 *Vniuerſitatis bona quæ ſint.*

Quæſtio 27

CVM ciuitas Aretina habeat amplum & nobiliſſimum comitatum, inter omnia habet caſtrum mõtis ſanctæ Sabinæ.tempore quodam caſtrum prædictum conſulibus regebatur,quod caſtrum ratione delicti,à poteſtate Aretina fuit in banno poſitum: conſules caſtri prædicti,vt de banno exirent, mandauerunt Alberto ciui Aretino, quòd apud poteſtatem Aretinam pro illo caſtro intercederet,vel fideiuberet: qui fideiubens,in ducentis libris fuit à poteſtate Aretij condemnatus. nunc Albertus condemnatus agit contra vniuerſitatem prædicti montis, in illo monte non eſt nunc conſul vel Poteſtas, ſed illud caſtrum eſt diuiſum in partes, ſicut & talis diuiſio in qualibet ciuitate ferè contingit. agit Albertus contra communitatem illius caſtri. exiſtit vnus qui vult defendere, & cum mandato medietatem illius caſtri vel maiorem partem. quæritur, an debeat admitti: vel, ſi non admittatur, quæritur, an bona iſtorum ſingulorum poſsint poſsideri, qui ſe volunt defendere, ſi bona vniuerſitatis non inueniantur, vel poſſunt exbanniri.

PRO. Quòd admittantur ad defenſionem, vel ſi non admittantur,bona tamen eorum nõ debeant poſſideri,vel exbanniri,probo. Quòd debeant admitti ad defenſionem, ita probatur. Certum eſt enim
1 † quòd mandatum habet,quo interueniente,quis admittitur ad agendum,vt C.de ſatiſdando.l.vnica. vnde multo magis ad defendẽdum admittitur. nam ſi ad actionem admittatur,ergo ad defenſionem, vt argument.ff.de ſuperficieb.l.prima.§.planè. & quare ideo quia fauorabiliores,&c.ff de action. & obligationib.
2 l.Arrianus.Itẽ admitti debeo:† quia publicè vtile eſt, abſens à quibuſcunque defendi,vt ff.de procurator.l. ſeruum.§.publicè:quilibet enim verba faciẽs pro reis, debet admitti,vt ff.de appellation.l.non tantùm.Item licèt non ſim legitimus defenſor: tamen iuſtius & æquius eſt,me minus idoneum defenſorẽ admitti, quã illos tanquam indefenſos condemnari, vt argumento C.de procurat.l.exigendi.Hoc etiã inuenimus in cau-
3 ſa ſanguinis, quilibet † pro reo etiam inuito auditur appellans,vt ff.de appellation.l.non tantùm. Hoc etiã in cauſa liberali,vt ff.de liber.cauſa.l.1.in fine.& l.2.& 3 Nam & ſoluendo quis pro inuito & ignorante liberat eum,vt ff.de nego.geſt.l. ſoluendo.& ff. de ſolutio. l.ſolutionem.& l.Paulus.in fine.nam ibi de iudicij ſtipulatione,quam quis facit pro inuito,loquitur. Nec obſtat,ſi opponis,quòd non debet admitti,ideo, quia cùm ſit vniuerſitas,vendicatur,vt ff.de rei vendicatio. l.vendicatio,non vt gregis.Reſpõdeo,verum eſt quod
4 opponis,ſi ponis vniuerſitatem in eo quod eſt ius: † omnia enim iura ſunt indiuidua,præter ius vſusfructus, vt ff.ad legem Falcidiam.l.1.§.ſi vſusfructus.& ſic hac ratione conſiderata vniuerſitas pro parte, nec defendi, nec poſsideri poteſt,vt ff.de rei vẽdi.l.Pomponius.
5 alias,ſi ex æquis.in fin.at in † eo quòd vniuerſitas corpora ſub ſe continet, & partes habet: & pro parte defenditur,& pro parte poteſt poſsideri, vt ff.ſi pars hereditã.petatur.l.1.§.ſi ego.Item nec obſtat,ſi dicas,ego te non admitto,ex quo pro vniuerſitate non vis interuenire,ergo nõ te admittam velle defendere ſingulos: quia quod eſt vniuerſitatis,non eſt ſingulorum: ſicut allegabis in allegationibus tuis.verum eſt, quòd illud quod eſt vniuerſitatis,non eſt ſingulorum ideo, quia ſi res communis iam pro diuiſo poſsideretur, iam ciuitatis conditio deterior eſſet.at econuerſo regula vera
6 eſt. quia † quod eſt ſingulorum, eſt vniuerſitatis.nam quod legatur ciuibus, ciuitati videtur relictum,vt ff. de rebus dubiis.l.ciuibus. Et quod legatur ſacerdotibus hierophilacis,ipſi templo videtur legatum,vt ff. de annuis legatis.l.annua.§.1. Nec obſtat,ſi dicas, non debes admitti particulariter ad defendendum, quia res iſta partes non recipit Reſpond. verum eſt in his rebus,quæ vno ſpiritu continentur, quas res appellat Ariſtoteles ſpecies vel indiuidua. at in his rebus,quæ conſtant ex pluribus cohærentibus, vt ædificium, has appellat Ariſtoteles totum integrale: item & in illis rebus, quæ conſtant ex pluribus inter ſe diſtantibus,vt populus,grex: has appellat Ariſtoteles totum vniuerſale: iſta locum non habent hic: quia res tales pro parte poſſunt poſsideri & defendi,vt ff. de vſucapio.l.rerum mixtura. Et ſi non vis me ad defenſionem

admittere pro illis singulis partibus, vel medietate il-
lius castri.noli me exbanire,vel bona mea iubere pos-
sidere hócque ratione duplici:primò,quia nos singuli
non tenemur propter debitum contractum ab vniuer
7 sitate:† nam quod debetur ab vniuersitate, non debe-
tur a singulis,vt ff.quod cuiusque vniuersitatis.l. sicut
municipij. sicut tu plenius allegas in responsionibus
8 tuis.Item alia ratione.Certum †,est, quòd posset quis
in bonis mitti ratione contumaciæ,siue quæramus ex
causa damni infecti nam ideo quis mittitur,quia caue
re non vult,vt ff.de damno infecto.l.dies.§.primo.siue
ex causa legati:ideo,quia heres non vult legatario sa-
tisdare,vt C.vt in possessio.legat.l.certa.& ff.vt in pos
session.lega.l.prima.siue aliquis vocetur ad iudiciû,si
non comparet:mittitur aduersarius in possessionem,
vt tædio affectus,veniat responsurus.vt C.de præscri
ption.triginta annorum. si quis emptionis.§.vltimo.
Hoc etiam idem habes C.de bonis authoritat. iudicis
possidend.l.vltim.& authentic.ibi signata.& ff ex qui
bus causis in possession.ea.l.hoc autem & l Fulcinius.
9 §.j.Item † bannum tunc mittitur,quando aliquis cita
tur vt veniat,vt C.quomodo & quando iudex.authen.
qui semel.& C.vbi de crimin.agi oport.authenti. qua
in prouincia.Et hoc etiam cõtinet statutum ciuitatis,
vt contumaces tantum sint exbanniti, qui mandato
potestatis non obediunt. at ego non sum contumax,
cum me velim defendere:sicut ille non videtur contu
max,qui edicto parere non debet,vt ff de re iudicata.
l contumacia.in fine.Item non videtur frustrandę di-
lationis causa latitare,qui præsens iudicium pati non
compellitur,vt ff.de iudicus.l.non videtur. Et sic iu-
dex,licèt hoc de rigore facere non compellatur,scili-
cet me ad defensionem particularem admittere: tamẽ
de æquitate me debet admittere. nam æquitas sugge-
rit,licèt iure scripto deficiamus,vt ff. de aqua pluuia
arcenda.l.in summa.§.idem Varus.Interest enim rei-
publicæ.plures ad rei suæ defensionem admitti, vt ff.
de operis noui nunciatione.l.nam reipublicæ. & hoc
de necessitate habet iudex facere,vt certum est quòd
10 † banna sunt odiosa : vnde debent remoueri, sicut
melius potest iudex,vt ff.de liberis & posthumis. l. cû
quidam. boni enim prætoris est lites minuere,vt ff. si
certum petatur.l.quidam. Nam cùm necessitas sit in
causa,scilicet quia terra est diuisa,ne lites fiant ex liti-
bus.vt Cod.de fructib.& lit.expens.l.terminato. & ne
possimus ad rixas & arma venire, quæ debet prætor
sua iurisdictione compescere,vt ff.de vsufruct.l.æquis
simum.ideo melius est,me particulariter ad defensio-
nem admittere,sicut vides. Nam aliud pro alio inui-
to creditori non soluitur,vt ff.si certum petatur.l.2.ta-
men propter necessitatem recipit aliud pro alio,vt C.
de solution.l.eum qui.& authenti.ibi signata. hoc nisi
&c. Nam & lites debent minui.vnde & pro pluribus
hereditatibus vnum iudicium famil.erciscund. com-
petit ff famil.erciscund.l heredes.§. de pluribus.& de
pluribus societatibus vna proditur actio pro socio,vt
ff.pro socio.l cum duobus.§ si plures. Item debeo ad-
mitti si municipes ipsi non veniant, nec venire pos-
sunt:quia consentire non possunt.nam quid dolo face
re possunt municipes?vt ff de dolo.l.sed an in munici-
pes,aliàs est §.in l. sed & si ex dolo. Item, possidere
non possunt, vt ff.de acquirenda possessione.l. prima.
circa fin.

CONTRA.Econtrà dicit Albertus talem defen-
sionem non debere admitti: immò bona communita-
tis possideri, vel communitatem exbanniri. Certum
11 † est enim,quòd si nemo vniuersitatẽ defendat, quòd
bona vniuersitatis possidentur, vt ff.quod cuiusque
vniuersitatis nomine.l.j.§.vltimo. quòd enim sit iusta
mea petitio, videas. Certum est, quòd de manda-
to rectoris vel consulum castri fideiussi & solui. vn-
12 de contraria mandati mihi datur:† ciuitas enim obli-
gatur per contractum factum ab administratore,vt ff.
si certum petatur. l.ciuitas.nam quod feci de manda-
to consulum castri,videor de mandato omnium ciuiũ
fecisse:refertur enim ad vniuersos,quod pro voto pri-
matibus indulgetur,vt ff de regulis iuris l.aliud.§.re-
fertur.& quod cuiusque vniuersitatis nomine.l. item
eorum.§.si decuriones. Nec debet audiri vel admit
ti talis defensor:imprimis, quia certum est quòd vni-
uersitas est quoddam indiuiduum,vnde partes nõ ha-
13 bet: † omne enim ius est indiuiduum,præter vsumfru
ctum,vt ff.ad legem Falcidiã.l.prima.§.si vsusfructus.
vnde & secundum Aristotelem,cùm aliquid sit indiui
duum,partes non habet.si ergo non habet partes,quo-
modo debes audiri, si vis partes defendere, cum im-
possibile quid contineat tua petitio? vnde non audi-
ris.nam nec impossibile decretum iudicis auditur,vt
14 ff.quæ sententiæ sine appel.rescind.l.vltima. † impos-
sibilium enim nulla est obligatio. ergo nulla petitio,
vt ff. de regulis iuris. l. impossibilium. Contrarium
tamen inuenimus de facto. nam tunica Domini quæ
fuit inconsutilis, diuisa fuit, & recepit per Iudæos
perfidos sectionem,vt adimpleretur illud Diuiserunt
sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt
sortem. Præterea si admitteretur ipsius petitio,iam
damno afficerer, quod iura nolunt. vt ff. de eo quod
cert.loco.l.prima. nam ipsi possent ita defendere: ni-
hil vobis debemus,quia licet debuerit vniuersitas,ta-
men singulariter non debemus. & ita contra eos mea
petitio inanis esset,vt ff.quod cuiusque vni. no. l. sicut
15 municipij §.primo Item & alias video, quod † credi-
tor particularem solutionem non cogitur recipere,vt
ff.de vsur.l.tutor.§ Lucius:ergo nec particularem de-
fensionem.nam si reus decem deberet, & existant qui
volunt defendere, vnus in quina, & alius in quina: nõ
audiuntur, vt ff de procurat.l omnium.& l.sequent.
Item istud debitum fuit à tota vniuersitate contra-
ctum,ergo omnes ad defensionem debent venire.nam
quod omnes tangit,ab omnibus debet approbari. vt
C.de auth.præstand.l.vltim.& Cod.de communi agro
deserto.l.quicunque.lib.xi. Item sicut scitis,particula-
ris exactio non minima habet incommoda,vt ff.fami.
erciscun.l.plane.expedit enim potius agere cum vno,
quam cum pluribus. vt ff.de exercito. l. ne in plures.
Item si admittitur tua petitio, quod ad defensionem
admitteris, istud esset durum : quia iam defensio per
plures scinderetur. quod iura nolunt. Nam si plures
sunt rei.vnum debent dare procuratorem ad petitio-
nem actoris,ne in plures defensio scindatur.vt ff. iudi
catum solui.l.iam tamen.§.si tamen. Hoc etiam idem
habes ff.de redhibi.l.quod si nolit.§. si plures. Item
non debes audiri,qui cum tenearis in solidum,partem
offeras.nam compellitur creditor particularem solu-
tionem recipere.ff.de vsur.l. tutor.§. Lucius. nam ad
hoc,vt aliquis possit pro vniuersitate interuenire, ne-
cesse est quod à tota vniuersitate sit electus, aut à dua-
bus partibus, aut amplius quam duabus. vt ff.quod
cuiusque vniuer.no.l.item eorum. & ff. de decret. ab
16 ordi.fac.l.lege.†& ita intelligitur regula iuris, aliud.
§ refertur.& ff.ad municip. l. quod maior. & Codic.
libro decimo. de decurio.l.nominationum forma.&
ff.ad Trebellian.l prima.§ sin autem collegium. Item
minorari debent lites,vt Codic.de iudic.l. properan-
dum.& in auth.de litig.§.omnem 8.colla. Et non de-
bent lites ex litibus oriri,vt C. de fruct.& litis expen.
l.3. Et non debent obligationes oriri ex obligationi-
bus,vt ff.de re iud.l 4.§.ait prætor.quæ omnia fierent,
si iam istæ admitterentur,quia iam plures essent lites,
& plures defensores. Item potius expedit vnum ad
defensionem,quam plures, admitti. nam video in pu-
pillo, cuius deterior est conditio si per plures sua tu-
tela spargatur,vt ff.de admi.tutor.l.3.§.apparet igitur.
17 Præterea † non debes audiri, quod vis pro singulis
inter-

interuenire, & non pro vniuersitate: ideo quia illud quod est vniuersitatis,non est singulorum, vt ff.de rerum diuision.l.intantum. nam & libertus vniuersitatis,non est libertus singulorum,vt ff.de in ius vocand. l.sed si hac §.qui manumittitur.nec ergo audiris pro vniuersitate,qui vis pro singulis interuenire. Per hæc ergo quæ allegata sunt,apertè liquet, quòd ad defensionem pro singulis non debes admitti. Restat ergo ꝙ bona vniuersitatis possideantur, vt dicit l.ff.quod cuiusq; vniuer.nomi.l.j.circa finem.Nam illud est certum,quòd ille qui interuenit pro vniuersitate, non interuenit pro singulis,vt ff.quod cuiusque vniuersitatis nomi.l.si municipes.A simili ergo, qui interuenit pro singulis,non interuenit pro vniuersitate. si ergo bona
18 vniuersitatis inueniantur, illa possidentur. Et † quæ sunt illa?sunt stadia & theatra,& si quæ alia sunt communia ipsius vniuersitatis,vt institut. de rerum diuisi. §.vniuersitatis & ff.de rerum diuision. l. intantum.§. vniuersitatis,& si ista bona non sufficiunt,possidebũtur nomina debitorum vniuersitatis,vt ff.quod cuiusque vniuersitatis nomi.l.ciuitatis nomi.argumẽ.ff. de re iudi.l.à diuo Pio.§.j immò & si bona ciuitatis non sufficiunt,bona singulorum possidebuntur.sicut & in legatario,qui primò mittitur in possessionem rerum defuncti,si inueniantur,vt ff.vt in possession.legat.l.is cui §.qui in bonorum.& §.Imperator. & si non satisfit legatario,mittitur in possessionem rerum heredis, vt C.vt in possession.lega.l.certa. Præterea propter factum meum,facti estis locupletiores,quia liberaui totam communitatem:vnde teneri debetis.natura enim non patitur,vt cum alterius detrimento aliquis fiat locupletior,vt ff.de condiction.indebit.l. nam hoc natura.Præterea vtiliter gessi negocium vestrum:vnde necesse est vt ratum habeatis:& sic actio mihi de iure cõpetit,vt ff.de negociis gestis.l.Pomponius. & ideo cõpetit mihi actio.si ego sum creditor,possum petere bonorum missionem,ex quo debitor non defenditur, vt ff.de bonis authoritate iudicis possidendis l. si minori.& ff.ex quibus causis in possession ea.l. hæc autem. & l.Fulcinius §.j Præterea peruenit ad vos de bonis meis,quia ·stis liberati: vnde æquum est quòd teneamini.vt ff si certum petatur.l.si me & Titium. Itẽ possunt & debent exbanniri,ex quo enim citatus non paret,fieri debet citatio per præconem, vt C.vbi de crimine agi oportet,authentic.qua in prouincia. & licèt non sit per leges,tamen fit secundum statuta, quæ debent seruari pro legibus,vt instit.de iure naturali.gentium & ciuil.circa finem.

SOLVTIO.In hac quæstiõe videtur mihi,quòd hic defensor non admittatur,qui vult partem vniuersitatis defendere,& non totam· & ideo non admitto, quia maximo actor afficeretur incommodo, cùm per plures defensio scinderetur,vt argum ff. iudicatũ solui.l.iam tamen.§ in hac stipulatione.in fine. & argumento ff.de exercito.ne in plures.& ff.famil. erciscun. l.planè.& de procurato.l.omnium.Et qui sub vno, id est,cum communitate contraxit, haberet necesse cum pluribus & singulis litigare.Sed licèt hic non admittatur ad defensionem,qui vult interuenire pro singulis, & non pro tota vniuersitate, tamen bona singulorum non possent possideri ideo:quia quæ in ciuitate debẽtur,à singulis non debentur,vt ff. quod cuiusque vniuersita.nomi.l.sicut municipij.Nec debent singuli exbanniri,immò tantùm vniuersitas debet exbanniri, & bona vniuersitatis possideri.ita singuli non exbanniũtur,quia delictum vniuersitatis non est singulorum,vt argumento ff de rerum diuisio.l. intantùm. & ff.de in ius vocand l.sed in hac lege.§.qui manumittitur.vnde iudex sicut me non admittit volentem defendere singulos,ita nec nos singulos debet exbannire. Et debet adiicere iudex in sententia,exbãniri præcipio vniuersitatem,non tamen aliquem vel aliquos de prædicta vniuersitate,sicut in hac causa feci dari sententiam, cùm eram doctor Aretij ego Roffredus Beneuentanus iuris ciuilis professor,in quo fui aduocatus.

EX PRAECEDENTI QVAEstione stat dubium,quid si illa vniuersitas non habet bona,in quibus posit fieri executio,qualiter consulatur ei qui soluit.

SVMMARIVM.

1 *Missio bonorum quorsum fiat.*
2 *Castrum vel villa vniuersitatem habere potest.*
3 *De ciuitatibus ad villas vel castra argumentari licitum est.*
4 *Vniuersitas vici est legitima,*
5 *Burgi collegium habere possunt.*
6 *Castella locum communem habere possunt.*
7 *Vici vias habent,quæ vicinales dicuntur.*
8 *Vniuersitatis debitum,singulorum non est.*
9 *Collegium omne nisi à iure approbatum sit, illegitimum censetur.*

Quæstio 28.

IN legibus sic cauetur,ꝙ lites aliquando oriũtur ex litibus,& ex quæstionibus quæstiones, ex præmissa quæstione insurgit quæstio præsens.Pone quòd nõ inuenitur in communitate illius castri aliquid esse cõmune,nisi forum,viæ publicæ,fortes,theatra & flumina:quæritur nunc,an sit sufficiẽs creditori, mitti in bonis:vel si non sit sufficiens,an vniuersitas debeat exbãniri,& an ista sint talia bona,quæ possint possideri: & an castrum vel villa possit habere communitates tales vel vniuersitates.

PRO.Quòd bona illa possint possideri, ita probatur.Certum est quòd bona ista sunt talia,quæ sunt vniuersitatis,sicut est forum & illa prædicta,vt argumento ff de rerum diuision.l.intantum.§. vniuersitatis. & institut.de rerum diuision.§ vniuersitatis. quod enim inuenitur in bonis vniuersitatis,possideri debet,si vniuersitas non defendatur,vt ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine.l.prima.§.quòd si nemo. & si non inueniantur aliqua corporalia,sed tantùm nomina,in solis nominibus fit missio,vt ff quod cuiusque vniuersitat. nomi.l.ciuitates.In foro enim habet castrũ ius quoddam,scilicet quia recipit pensionem: vnde non videtur quòd forum sit illius castri.& sic nõ videtur quòd debeat fieri missio in bonis illius. Respon.immò debet fieri:& si fiat, videtur in iure tantum quod debet ciuitas.nam & qui domum legat,quæ non erat sua,sed ius ipse habebat, non videtur domus legata, sed ius tantùm quod ibi habebam, vt ff.de legatis primo.l.si domus.§.vltimo.& argumento ff.de contrahend. emptione.l qui tabernas. Nec obstat si dicas:quia talia non sunt in commercio priuatorum: vnde nec tenet emptio,vt ff.de contrahenda emption.l. sed & Celsus.in principio.si ergo non sunt in commercio. ergo possideri non possunt:vnde meritò communitas debet exbanniri. Respondeo:non sunt in commercio priuatorum,sed vniuersitatis:sic nanque res vniuersitatis,non sunt singulorum, vt ff.de rerum diuisione.l. intantùm. Quòd enim in istis debet fieri missio, vi-
1 deas.† Certum est quòd missio in bonis ideo fit, quòd aduersarius tædio affectus veniat responsurus,vt notaui in quæstione superiori pro parte actoris. at nulla causa posset esse maior, propter quam possent co-

gi,nisi ista interdicantur:scilicet fontes,theatra & fo-
rum.Item res istæ sunt tales,quæ possideri possunt, cũ
sint corporales.ergo cùm vniuersitas non defenditur,
in istis bonis fiat missio,vt ff. quod cuiusque vniuersi.
2 nom.l.j.§.quibus.†Quòd enim quodlibet castrum vel
villa possit vniuersitatem habere, ita probo. Certum
est,quòd ciuitates vniuersitates possunt habere, vt ff.
quod cuiusque vniuersi.nomi.l.j.& l.ciuitates. nam ci
uitates possunt habere defensores,vt intitulatur in au
thentico.de defen.ciuitatum,vt C. de defenso. ciuita.
Item licèt bona ciuitatum abusiuè dicantur publica,
& res illius abusiuè dicantur publicæ, vt ff.de verbor.
signific.l.eum qui. & l.inter.tamen publica appellan-
tur. nam & legatus ciuitatis,si est absens,ita restitui-
tur,sicut & legatus ciuitatis Romanæ, vt ff. ex quibus
causis maiores.l.sed si per prætorem.§.item inquit præ
tor.cùm ergo hoc ciuitatibus concedatur, ergo idem
3 villis vel vicis.† nam licitum est argumentari de ciui-
tatibus ad villas vel castra, sicut argumẽtatur de fisco
ad priuatos,vt C.de peti hered.l.j.& ff.quod cuiusque
vniuer.nomine.l.j.§.quibus.Item ego video, quòd ci-
uitatibus restitui potest hereditas,vt ff.ad Trebellia.l.
omnibus ciuitatibus.Idem etiam in vicis, quia eis re-
linqui possunt legata, vt ff.de legatis j.l.si heres.§.vi-
4 cis.† ergo vniuersitas vici est legitima:alioquin nec le
gari vicis posset,vt C.de hered.institu.l.hereditatis.&
ff.de rebus dubiis.l.cùm senatus. Item nec possent vi-
ci institui heredes,vt C.de heredib.institu.l.collegiũ.
Item ciuitati legari potest,vt argumen.ff. de rebus du
biis.l.ciuibus.Item si aliquis habet filium naturalem,
& vult eum legitimum facere, debet eum offerre ciui-
tati,vnde oriundus existit,vt in authentic. quibus mo
dis natu.effic.legiti.col.6.& C.de natura.liber.l com-
munium.§.idem & in burgis vel villis,non parifican-
tur ciuitates & villæ vel burgi.nã qui collegio vel cu-
riæ vel burgis vel aliis publicis corporibus per trigin
ta annos seruierint, illorum res dominica vel priua-
ta intentio non inquietabit.vt C. libr.xj.de fundis rei
5 priuatæ.l.eum qui curiæ.ergo † vides quòd burgi pos
6 sunt habere collegium.† Item castella possunt habere
locum communem: vnde si alius loco illorum sine au
thoritate principis possideat, capite punitur, vt C.lib.
7 xj.de fundis limitatis.l.2. Nam & † vici habent vias
quæ dicuntur vicinales, vt ff.ne quid in loco public.l.
2.§.vicinales.& sic probatur apertè per legem, quòd li
citum sit villis & castris habere communia vel vniuer
sitatem.sed & si lex scripta deficiat,tamen consuetudo
vim legis defendit:cùm omnes villæ & castra quæ ha-
bẽt aliquid,habent & vniuersitates,& eligunt potesta
tes:vnde pro iure seruatur consuetudo, & maximè ge
neralis,vt ff. communia de seruitut.l. venditor fundi.
§.ergo possunt habere communia: vnde res illa possi-
deas creditor,& non petas malitiam,scilicet totam v-
niuersitatem exbanniri,cùm non sit malitiis indulgen
dum,vt ff.de rei vendicatione.l.in fundo.sed si vis fra
ter concedere, quòd nostrum castrum vniuersitatem
habere non possit,non bene concedimus,& sic iam cã
tabit vacuus,cùm nulla vobis nos singulariter actio-
8 ne teneamur:quia † debitum vniuersitatis,non est de-
bitum singulorum, vt ff. quod cuiusque vniuersitatis
nomi.l.sicut municipij,cùm in baculo & pera transis-
ses Iordanem.

CONTRA. E contrà videtur, quòd bona illa non
sunt talia,in quibus debeat fieri missio.dicere enim &
dare mihi possessionem de foro, viis & fontibus ve-
stris,ita est mirabilis possessio bonorum, nec vsquam
legibus comprobatur. hac enim ratione dabis mihi
possessionem omnium planetarum & solis & lunæ &
venti.res enim istæ licet sint vniuersitatis, sunt tamen
quo ad vsum,non quo ad proprietatem.nam illa bona
non possunt alienari,sed prædia,si aliquando inueniũ-
tur: & fiet alienatio cum interpretatione decreti,vt
C.libr.xj.de vendendis rebus ciuita.l. vltima. quan-
tùm enim ad proprietatem, non est domina vniuersi-
tas bonorum illorum.nam si esset domina, iam posset
ordinare procuratorem:sed non potest ordinare pro-
curatorem,sed syndicum vel actorem,vt ff.quod cuius
que vniuersitat.l.j. & l.item eorum.§.actor. quantum
enim ad proprietatem,non possunt possideri. nam si
aliquid fiat in via publica,vt totum remoueatur, locũ
habet interdictum, ne quid in loco publico fiat, vt ff.
ne quid in loco public.l secunda.§. primo. & idem ff.
de itiner.publi c.reficiend.l.prima. Item ad nihil pro-
desset missio talis:semper enim quoties fit missio, fit
ideo,vt sic tædio affectus veniat responsurus: sed res
debet talis esse, vt possideri possit postea ex secundo
decreto,vel quòd fiat dominus ille qui mittitur: si ille
in cuius bonis fiebat missio, fuit dominus:vel si non
paretur vsucapiendi conditio,vt ff.de damno infecto
l. finita.§.Iulianus. at bona talia ex secundo decreto
possideri non possent. cùm ergo aliqua bona non in-
ueniantur idonea,debet vniuersitas exbanniri secun-
dum statutum ciuitatis. Prætereà esto, quòd ista es-
sent talia bona quæ possent possideri, tamen castrum
vel villa non est tanti fauoris,vt vniuersitatem consti
tuat:& talia,vt vniuersitas possideat.Nam aut vniuer-
sitas istius castri,est vniuersitas facti, & tunc nihil ad
nos:aut est vniuersitas iuris:si iuris, ostendas priuile-
giũ princip.argumen. Codic.libr.xi.de venden.rebus
ciuita.leg.si habes priuilegium,adducas.Item si vis di
cere iuris.j.per ipsas leges,leges illæ quas induxisti,nõ
obstant.omnes enim illæ loquuntur in ciuitatibus,er-
go non idem in castris & villis. & hoc ideo,quia dicit
9 lex, quod † omne collegium censetur illicitum, nisi à
iure approbetur.vt ff.de illicitis colleg.l.j. & 3.at istud
collegium castri vel villæ,à lege non approbatur.Nec
obstat quod opponis ff.de leg.j.l.si heres.§.vicis. & C.
lib. xi. de fundis limitatis.l quicunque. & C.lib xi.de
fundis rei priuatæ.l. cum qui curiæ. quia quod dicunt
leges illæ,quòd vicis possit legari: subaudi, quia non
vicis,sed ciuitati acquiritur.nam cum vicus nullus sit,
qui per se possit censeri,immo ciuitatibus subsunt, vt
ff.ad municipal.l.qui ex vico.& argumento Codic.de
epis.& cleri.l.nulli.§.quod si in vico.Sicut vides in ser
uo.nam si dico,lego seruo illius,valet legatum, non ex
persona serui, sed ex persona domini, & de domino
quæritur,vt Codi.de iure delib.l.cum aliquis.& sic &
vicus capit legata non per se,sed per ciuitatem, cui vi
cus ille subiicitur.Item si concederetur villis & bur-
gis habere cõmunia & vniuersitates, mille mala com-
mitterentur.

Versus.

Nam asperius nihil est humili,cum surgit in altum,
In dominum surgit truculentior aspide surda.
Obturat precibus aures,mansuescere nescit:
Sic partis opibus & honoris culmine seruus.

Præterea, esto quod confitear non esse vos vniuersi-
tatem, tamen mihi non nocet quo minus agam, cum
ego soluerim in vestris vtilitatibus, pro eo quem vo-
bis præposuistis in dominum & rectorem. vnde me-
rito tenemini,vt argumento.ff. si cer.peta.l. ciuitas.ff.
de regul.iur.aliud.§.refertur.& ff.ad municip. l. quod
maior.

SOLVTIO. In hac quæstione videtur mihi, vt si
castrum habeat forum, vel ius aliquod in eo, vel do-
mos, vel prædia, quod in eis fiat missio: & creditor
pro iure suo illa possideat. ideo cum dicat lex, quod
bona vniuersitatis possideantur, si vniuersitas non
defendatur,siue illa sint corporalia, siue iura, vt ff.
quod cuiusque vni.no. l.j. §.pe. & vltim.& l.ciuitates.
Si vero habeat castrum vias, quæ dicuntur vicinales,
habet flumina, habet fontes: quia ista sunt vniuersi-
tatis, quo ad vsum, non quo ad proprietatem, id
est,quod vniuersitas sit domina:& ideo in talibus mis

sio

sio non procedit. Verùm si alia non inueniuntur, talis communitas potest secundum statuta exbanniri, ita quòd singuli non exbanniuntur, vt in superiori quæstione determinauimus. De eo autem quod quæritur, vtrùm vicus possit vniuersitatem habere, credo quòd sic, vt arg. ff. de leg. j. l. si heres. §. vicis. & C. li. xj. de fundis rei priuatæ. l. eum qui curiæ. & arg. C. lib. xj. de fundis limitrophis. l. quicunq;. & argu. ff. ad Trebellian. l. omnibus. & de rebus dubiis. l. ciuibus. Roffredus.

AN FRATER, CVI PATER donauit omnia bona sua, teneatur alere fratrem inopem, vel dare legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta iudicis officio petenda sunt.*
2 *Iura naturalia, immutabilia sunt.*
3 *Alimentorum causa fauorabilior est.*
4 *Bonorum subsidium non nisi post patris mortem peti solet.*
5 *Pater filios alere de iure natura tenetur.*
6 *Quarta quando petenda sit.*

Quæstio 29.

VITALIS quidã erat qui habebat filios duos. vni de illis, pone Titio, donauit ferè omnia bona sua, & ita remansit non soluendò: non habet nunc quid manducet. nunc alius filius qui non habet aliquid, petit alimenta à patre: pater eum repellit propter inopiam paupertatis. quęritur, an possit iste filius agere contra fratrem, vt debeat sibi aliméta præstare: vel si non vult præstare: an bona possit vendicare pro parte dimidia, vel saltem pro debito bonorum subsidio.

PRO. Quòd alimenta possit petere, ita probatur: & actione tali proposita, scilicet vtili officio iudicis.
1 † nam officium iudicis intentatur, quando alimenta à patre petuntur: vt notauimus in quæstione illa, Sinibaldus accepit vxorem quandã &c. quòd enim possit petere alimenta, vide. Certum est quòd pater tenetur filio in necessariis prouidere, & hoc naturali iure, vt ff. de liber. agnoscend. l. j. & l. si quis à liberis. ff. de iustitia & iure. l. ex hoc iure. & institu. de iure natu. gen. & ciuil. in princip. vnde cùm hoc sit ius naturale, scilicet filio in necessitatibus prouidere: ergo istud ius naturale immutari non potest per alienationem bonorum. † iura enim naturalia immutabilia permanent, vt
2 institu. de iure natu. gent. & ciuil. §. penult. vnde videtur, q̃ onus istud sit annexum patrimonio ipsius patris & rebus: vnde propterea debebat filius habere olim quartã, hodie tertiam. nec in illa quarta, nec tertia potest grauari à parente, vt C. de inofficioso testaméto. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. & l. penultima. si ergo bona sunt alienata, & istud onus est bonorũ: ergo te sequitur: res enim alienata transit cum suo onere. vt ff. de acqui. rer. domin. l. traditio. §. j. Item certum est, quòd maritus tenetur alere vxorem: & istud onus annexum est rebus ipsius. Nam & si mulier vel vxor mittatur in possessionem bonorũ mariti, vel filia, vel neptis diminuet fructus causa vescédi, & petet aliméta, vt ff. vt in possession. legat. l. penultim. Hoc & idem in petition. hereditatis, vt ff. ex quibus causis in possess. ea. l. Fulcinius. §. penul. Præterea frater miser & auare & cupide, non audisti Euangelium Lazari, qui de micis cadentibus de mensa diuitis, desiderabat famé expellere? & quia non erat qui daret retributionem, inde male accipit diues postea in inferno. Item nonne dicit authoritas, Frange esurienti panem tuũ, & egenos vagósq; induc in domum tuam, & carnem tuam, i. fratres & consanguineos tuos ne despexeris? Item si non vis præstare alimenta, da mihi portionem substãtiæ quæ mihi contingit: hoc est medietatem in solidũ, si ponamus patrem nostrum decessisse: vel saltem da mihi debitum bonorum subsidium, quod quidem licitum ipsi patri est reuocare nomine filij, & venire cõtra, vt C. de inofficio. donatio. l. si totas. Præterea vide. nonne frater qui acceperat portionem substãtiæ eum contingentem, & eam viuendo luxuriosè consumpserat, rediens cùm non haberet aliquid quod manducaret, pater occidit ei vitulum saginatum, & recepit filium qui perierat? Præterea & si non vis mihi subuenire vt fratri & consanguineo, subuenias tãquam extraneo de quo canitur, Vidisti me esurientem, & cibasti: sitientem, & potasti: si dabis mihi, Deus dabit tibi vitã æternam: sin autem, eris cum diabolo & angelis suis,
3 nõ ad dexteram, sed ad sinistram. Præterea vide, † quomodo causa alimentorum est fauorabilis: quia repetitio datur rei donatæ, si non sint præstita aliméta, vt C. de donation. quæ sub modo. l. j. de causa etiam alimentorum, die feriato agitur in ff. de feriis. l. 2. Nam ego video quòd ratione paupertatis, quia laborat debitor meus, restituitur actione amissa contra alium, qui nõ tenetur, vt ff. de eo per quem factum est. l. ex hoc edicto. §. j. & ff. j. de lega. j. l. planè. §. j. C. de iudic. l. properandum. in fin. l.

CONTRA. Econtrà se defendit frater, quòd sibi non teneatur præstare alimenta, nec dare debitum bonorum subsidium: Imprimis, quia non est obligatus fratri, nec iure naturali, quia non pater: nec iure ciuili, quia non maritus, qui tenetur propter dotem alere vxorem, vt ff. de iure dot. l. dotis fructus. si enim vellem benefacere tibi tanquam fratri, certè iam multos tales fratres haberem. Item nec petes debitum bonorum
4 subsidium. illud enim † debitum nunquam petitur, nisi post mortem patris, vt C. de inofficio. donation. l. j. & 2. assimilatur enim ista querela querelæ inofficiosi testamenti, quæ non intenditur nisi post morté, & post aditam hereditatem, vt C. de inofficioso testamento. l. penultim. §. vltim. Item tu filius nullum ius habes vi-
5 uente patre, nisi quòd ab eo aliméta † petas, & hoc ius exigit naturale: pete ergo ab eo aliméta. Nec obest mihi, si contra te per ipsum elidatur intentio prætextu paupertatis oppositæ, vt argu. ff. de dolo. l. nam is. paupertas enim patris mihi suo filio non debet præiudicare, sicut nec eius prosperitas mihi prodest, nisi quo ad honorem. honor enim est habere potius patrem diuitem quàm egenum: nam virtutum præmia tribui merentibus conuenit: ita alterius factum præiudicare alteri non debet, vt C. de statuis & imaginibus, l. vt virtutum. & ff. de transact. l. 3. si enim dominus benefecit mihi, non debet bonum meum redundare in damnum meum. Nam

Non honor est, sed onus, species læsura ferentem.

6 Nec quartam † debitam tibi iure naturę petere potes: illa enim post mortem patris inspicitur, & petitur. vt C. de inofficioso testaméto. l. cùm quæritur. Item mihi impedimento patris est paupertas, quia oportet me ipsum alere, vt ff. de liber. agnos. l. si quis à liberis. & sic in hoc affligor: vnde non debet mihi in hoc afflicto dari afflictio, vt argumen. ff. de tutoribus & curato. datis ab his. l. Romanius Apulus.

SOLVTIO. In hac quæstiõe videtur mihi, quòd frater cõpellatur fratri alimenta præstare: si non vult sibi dare debitum bonorum subsidiũ, quod restituere tenetur fratri propter donationé immensam, quam recepit à patre, vt C. de inoffi. testamen. authé. vnde si parens. & C. de inoffi. don. l. si totas. & l. 2. & l. si mater. Sicut in ecclesia video, q̃ tenetur filiis monachi aliméta præstare, si nõ vult dare filiis legitimas portiões, vt C. de sacrosanct. eccle. authé. si qua mulier. Sed cuius erit

electio? credo fratris fore electionem: quia cùm teneatur ad duo, semper est electio disiunctiua debitoris. vt ff. de iure dot. l. plerunque. §. si.

SI FIDEIVSSOR CONDEMNATUS soluit, qui postea heres institutus, à tertio est grauatus liberare debitorẽ pro quo soluit, deinde eidẽ restituatur pecunia ab eo, cui soluta est, an possit a debitore principali conueniri ad pecuniæ restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Condictio certi, quando, & in quibus locum habeat.*
2 *Actio ex testamento, similis est actioni bonæ fidei.*
3 *In testamentis nomen vnius quandoque describitur, & alteri legatum quæritur.*
4 *Fideiussore conuento, conuentus principalis esse videtur.*
5 *Officium suum sicut nemini damnosum esse debet, ita nec proficuum.*
6 *Soluendo quis alium, etiam inuitum & ignorãtem, liberare potest.*
7 *Testantium voluntates largiùs interpretanda sunt.*
8 *Obligatio vbi nulla est, ibi nec actio esse potest.*
9 *Repetitio nulla est ab eo qui suum recepit.*
10 *Pœnæ causa quod soluitur, repeti non solet.*
11 *Obligatio vbi nulla est, ibi nec liberatio,*
12 *Conditio quæ defecit, adimpleri non potest.*

Quæstio 30

IOANNES Pabeyrani Potestas vrbicarius, præcepit cuidã, pone Titio, vt daret sibi recollectã, vel fideiussorẽ cẽtũ librarum propter maleficium quod commiserat, dedit ipse Titius fideiussorẽ Semproniũ. qui Sẽpronius exact9 à Potestate, centũ libras exoluit. tempore procedente quidam de ciuitate illa fecit testamentũ, & Sempronium prædictum sibi heredem instituit, rogans eum, quod Titium ab actione scilicet contraria mandati, qua sibi Titius tenebatur, liberaret, adiuit Sempronius hereditatem, non facto inuentario. deinde communitas ciuitatis illius, illas cẽtum libras quas abstulit Sempronio, sibi restituit, nunc Titius istas centũ libras petit à Sempronio sibi dari: quæritur an possit.

PRO. Quod possit ita probo. Et quia nemo sine actione experitur, vt ff. de administ. tut. l. quoties. § item si temporali. & de nego. gest. l. si pupilli. §. videamus. in fin. ideo certi condictionem generalissimam intẽdo, vel actionem in factum, vel cõdictionẽ sine causa, vel vtilem ex testamento. Quòd certi condictio locum habeat, ita probo. † Illa datur quotiescũque aliquid certum petitur, vt ff. si certum petatur. l. certi condictio. Item quoties aliquid ad te ex bonis meis peruenit, vel eorum occasione, dignum & ęquum est eam dari. vt ff. si cer. pet. l. si & me & Titium. hic autẽ certũ peto, scilicet centum libras. ergo datur. Item tantum tibi adest propter institutionem factam, sicut etiã probabo. vnde meritò mihi datur, maximè cũ institutio fuerit in contemplatione illa, ꝙ me liberares: vnde occasione mei videtur tibi tantũdem forè solutum. Quòd actio etiã in factum locum habeat, æquitas suggerit: hic autẽ dari hoc videt omnis homo: quæ æquitas iuuat hominẽ, licèt à iure scripto deseratur: vt ff. de aqua plu. arcen. l. in summa. §. Item Varus. in fi. Si ergo æquitas hoc suadet, licèt ius scriptum deficiat, actione in factum agẽdum est, vt ff. de præscri. verb. l. quoties. Item quòd locum habeat condictio sine causa, vide: Certũ est, quòd per institutionem & per aditionem hereditatis videtur quædam fictitia celebrata solutio, vt argument. ff. de fideiussorib. l. Vranius. & l. heres. §. seruo tuo. circa fin. §. & argumen. ff. de euiction. l. si ei cui §. si is qui fundum. ex quo enim adiuisti hereditatem & sine inuentario, omnes actiones, si quæ competierim, cõfunduntur, vt C. de iure deliberan. l. sancimus. §. si verò & ipse. cùm ergo per hereditatis aditionem & institutionem sit sibi facta solutio, non debes iterùm iam soluta habere: quia nec ius, nec natura patitur, quòd bis idẽ exigatur, vt ff. de regulis iuris. l. bona fides. Item quòd vtilis ex testamento locum habeat, ita probo. Certum est, quòd si non fuissent tibi restituti denarij, haberem contra te actionem directam ex testamento, vt me liberares. sic ff. de libe. leg. l. 3. circa princi. fuit enim hęc intentio testatoris, quòd voluit me lucro afficere, & te damnificare in hoc: scilicet in prædictis cẽtum libris. vnde si denarij sunt tibi restituti, mihi illos restituere debes. constat enim quod illos denarios amiseras propter mandatum testatoris: licèt potuisset illos à me repetere per contrariam mandati ante institutionem: vnde si illos retines contra voluntatem testatoris. & si
2 non expressam, saltem tacitam videris retinere. † Est enim actio ista ex testamento, similis actioni bonæ fidei: nam & fructus & vsuras admittit, vt C. de vsuris, & fructib. lega. per totum & moram parit, vt C. in quibus causis in integrum restitut. non est necessaria. l. in minorum. vnde talia veniunt, de quibus neque actum est, neque cogitatum, sicut in omnibus actionibus bonæ fidei. propositis ergo competentibus actionibus, probo quòd teneris mihi denarios restituere. nam eo ipso quòd te dedi fideiussorem, mãdaui tibi quòd solueres: vnde illa pecunia videtur facta mea. vt ff. de cõdictio. indebit. l. indebitam. & si de repetitione tractaremus, mihi repetitio competeret. vt in l. prædicta. Nã si procurator meus soluat pecuniam nomine meo, & ratum habeam, illam pecuniã iure repeto, vt ff. de condictione indebi. l. si procurator. si ergo illa pecunia facta fuit mea, sicut dictum est: quo iure, qua fronte tibi restitutam vis retinere? nam pro illa pecunia habebas contra me cõtrariam mandati, à qua sum liberatus per mandatum testatoris, qui te instituit: vnde si illa fuit tibi restituta, tanquam ministro meo, & mibi quæri-
3 tur. † Nam & aliàs in testamentis nomen alterius scribitur, & alij quæritur legatum. nam si legatum relinquitur publicano pro Titio, non publicanus. sed Titius habebit petitionem legati, vt ff. de legatis 3. l. fideicommissa. §. interdum. nam licèt tu fueris exactus, ego
4 videor exactus fuisse. † nam cõuento fideiussore, videtur conueniri principalis, vt C. de vsur. rei iudicat. l. vltima in fine. tu enim nihil amiseras, cùm actionem cõtra me habeas: & qui actionem habet, rem habere videtur. vt ff. de regulis iuris. l. qui actionem. Cum ergo incommodum me respiciat in soluendo, me debet cõmodum respicere in exigendo vel repetendo. nam cuius est emolumentum, ipsius est & onus: & econtrà, vt institut. de legi. patron. tut. nec debet esse quis tantum subiectus grauamini, cum & lucro subiectus non sit, vt C. de furtis. l. vltima. §. alia dubitatio. Præterea tuum mandatum vel officium quod pro me suscepisti, non debet tibi afferre damnum: est enim regula.
5 quòd † officium suum nemini debet esse damnosum, vt ff. ex quibus causis maiores. l. videlicet. & ff. de furtis. l. si seruus communis. in fine prime columnæ. Si ergo nec damnosum, ita nec lucrosum, vt ff. mandati. l. ex mandato. & ff. de procuratoribus. l. qui proprio. §. procurator, vt in cæteris. quicquid enim procurator ex lite consequitur, etiam si indebitum, restituere debet domino, vt in l. prædicta, & ff. solut. matrimonio. lege si verò. Certum est enim, quòd per aditionem & institutionem hereditatis, videtur tibi facta solutio,

6 tio,ſicut dictum eſt: poteſt † enim quis ſoluendo aliũ
inuitum & ignorantem liberare,vt ff.de ſolutio.l.ſolu
tionem & ff.de nego.ge.ſoluendo.ex quo enim fuit mi
hi in teſtamento liberatio legata,etiã ſi exegiſſes à me,
teneris mihi reddere,vt ff.de libe. lega.l.non ſolum.§.
vnde quæritur. Nam ſi relinquatur liberatio à ſubſtitu
to impuberis debitori.& poſtea à pubere exigatur ali
quid à debitore,tenetur exactũ debitori reddere ſub-
7 ſtitutus,vt l.prædicta. † voluntates enim teſtatorũ lar
gius interpretamur,vt argumẽto ff.de vino & oleo le-
ga.l.tertia.§.ſi vinum.

CONTRA. Ecõtra Sempronius ſe hoc modo
defendit.Imprimis,quod nulla actione Titio tenetur.
nam non eſt ſibi obligatus, nec ex contractu vel quaſi,
nec ex maleficio vel quaſi, ergo nullo iure,vt ff.de a-
ctionib.& obligationib.lege prima.& inſtit.de actio-
8 ni.cum † ergo non ſit aliqua obligatio,ergo actio nul
la poteſt eſſe:cum ex obligatione actio deſcendat, vt
inſtituta de actionibus in principio. & inſtituta de o-
bligationi.certi enim condictione non teneor:quia nũ
quam tecum contraxi.Si enim tu vis intentare actionẽ
in factum,illa locum non habet:non enim omnis ęqui
tas actionem in factum inducit. æquum enim eſt & iu
ſtum,vt cum vides nudum,operias eum: non tamẽ poſ
ſet te compellere per actionem in factum. Item nec ſi-
ne cauſa locum habet,quia illa forte competeret, ſi à
te cauſam habuiſſem,quod pecuniam tuam ſoluiſſem.
at cum ſolui pecuniam meam,quomodo eam mihi per
9 Dei gratiam reſtitutam vis petere,cum † repetitio nul
la ſit ab eo,qui ſuum recepit? vt ff.de condi.inde.l.repe
titio Nec etiam teneor tibi ex quaſi contractu,vt pro-
pterea actio ex teſtamento locum haberet: nam præce
ptum teſtatoris ſeruare volo. legauit enim tibi libera-
tionem actionis mihi competentis, & ego te liberare
volo:ſi enim illa pecunia fuit ſoluta propter malefi-
cium tuum,ſicut poſitum certe nullo modo à me vel ab
alio repetes? certe nullo modo,vt ff.de regul.l.iur.quod
10 à quo quam.† id enim quod cauſa pœnæ ſoluitur,nõ
ſolet repeti.vt ff.de condictione indebiti.leg pœnæ.ſi
enim tutor ſoluat propter communem dolum vel pro
prium, qua fronte recuperat ab aliquo? certe non re-
cuperat,vt ff.de adminſtratio.tuto.l ſi plures.ff. de tu-
tel.&ratio.diſtrahẽd. lege prima nunc tractemus. ver
ſiculo plane.Si enim illud contingit mihi ex gratia,quod
mihi fuerunt reſtituti denarij: quare vis hoc tuo com
modo reputare? beneficium enim vni collatum, ad a-
lium non porrigitur, vt argumento ff. de conſtitutio.
princip.lege prima.Si enim legata fuit tibi liberatio,
ita demũ habet effectum,ſi in aliquo eſſes obligatus.
11 at † vbi eſt nulla obligatio, & ibi nulla liberatio. ille
enim dicitur liberari,qui obligatus eſt.ſicut & aliàs il
lud dicitur rũpi,quod tenet.quod enim non tenet,rũ-
pi vel reſcindi non poteſt.vt ff de iniuſto vel irrito fa-
cto teſtam.l.nam & ſub condi. licet enim ſolui cẽtum
libras competeret, & nata eſſet actio mandati contra
teſtã.vt ff.mãdati.l.idemquæ.§.idemquę ait.& l.ſi quis
alicui.§.impendia.& l.qui mutuam § vltimo tamẽ re-
ſtituta mihi per communitatem pecunia,actio illa na-
ta eſt extincta:quare? quia nihil mea intereſt, cũ actio
mandati tam directa,quam contraria, ad intereſſe cõ-
petat.vt ff mandati.l.procuratorem § mandati. actio.
vnde ſi actio illa eſt ſublata,ergo te animo liberare nõ
12 poſſum.† non enim poteſt adimpleri conditio, quia
iam defecit,vt ff.de condi.inſti.l. quę ſub conditione.
§.penult. Item ſi legatur liberatio alicui in teſtamẽto,
& pecunie ſit exacta,nõ reſtituetur propter liberatio-
nis legatum,vt ff.de l.non ſolum.§.liberatio.
Nam & ſi creditor viuus exegit, non reſtituitur debi-
tori propter liberationis legatum,vt ff.de liber.leg.l.
creditor.in princi. Item cum legauit tibi liberationẽ
teſtator,tenebar quo ad factum, ſcilicet ad te liberan-
dum, ſi in aliquo tenebar,vt dicit l.de lib.l.no ſolum.
§.liberatio.vnde ſi ad factum teneor,quod eſt incertũ
vt ff.de verbor.obligat.l.autem non apparet.§.quid id
quod teneor tibi ad intereſſe tuum, quatenus intereſt
tua te eſſe liberatum.vt ff.de re iudi. l.ſi quis ab alio.§.
vltimo.at tua nihil intereſt,cum actio ſcilicet contra-
ria mandati mihi competens,ſit extincta propter pecu
niam mihi à communitate reſtitutam,ſicut dictum eſt
ſi ergo poſſes agere,poſſes agere ad intereſſe, vt dixi.
at tu petis aliud, ſcilicet pecuniam tibi reddi vel dari:
inde aliud petis,quam id ad quod teneor:& ideo ſum
in cauſa abſolutionis.

SOLVTIO. In hac quæſtione ſine præiudicio
melioris ſententiæ,videtur mihi diſtinguendum,cu-
ius contemplatione communitas reſtituit pecuniam
Sempronio:vtrum contemplatione ipſius Sempronij,
& tunc non reſtituet:an cõtemplatione Titij, qui fuit
reus principalis,& tunc tenetur reſtituere. vt argumẽ.
ff.ſolu matri.l.ſi vero.in princip & ff. de lega.3.l.fidei-
commiſſa,§.penultimo & ff.de vſufructu. l.ſi quid do-
netur Nec obſtat l.ff.de actio.empt.leg. Iulianus.§.
quid ſeruo.vbi non diſtinguitur,cuius contemplatio-
ne relinquitur.
Reſpondeo,non diſtinguitur, cuius contemplatione,
ſerui ſcilicet,an emptoris.In dubio quid dicemus? Di-
co Titium de æquitate poſſe agere, vel vtili actiõe ex
teſtamento,vel certi condictione generaliſsima,vel a-
ctione in factum,per ea quæ allegata ſunt. Nec obſtat
l.ff.de liberatio.leg.l.non ſolum autem.§.liberatio.&
l.creditor.in princip.nam ibi legata liberatione, pe-
cunia non erat exacta ab ipſo teſtatore: & ideo cõmo-
dum liberationis non potuit ad exactam liberationis
pecuniam pertinere.ſed ſi erat exigenda, & poſt libe-
rationem legatam fuit exacta, tenetur heres propter
commodum liberationis, exactam pecuniam reſtitue
re, vt ff.de libera.leg.l.non ſolum autem. §. liberatio.
& hoc maxime dico, cum voluntates vltimæ ſunt pro
rogãdæ,ſicut dictum eſt.Roffredus.

SI FILIVS FAMILIAS IN instrumento renunciat exceptioni non numeratæ pecuniæ,an ratione renunciationis poſsit intra etiã biẽnium cõueniri.

SVMMARIVM.

1 *Actio præſcriptis verbis, ex innominato contractu oritur.*
2 *Obligatio ciuilis & naturalis, ex contractu innominato naſcitur.*
3 *Confeſsio cauſata obligationem inducit.*
4 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ qui renunciauit, eam opponere poſtmodum non poteſt.*
5 *Contra renunciationem & confeſsionem qui venit, non auditur.*
6 *Qui ſine cauſa obligantur,certi condictione cõſequi poſſunt,vt liberentur.*
Obligatio quæ ſine cauſa interceſsit,per condictionẽ ſine cauſa.condici poteſt.
7 *Actio præſcriptis verbis,ad hoc vt locum habeat,rẽ interuenire oportet.& nu.ſequen.*
8 *Contractus cambij,quando contractus innominatus dici poteſt.*
9 *Renunciatio, exceptionis non numeratæ pecuniæ & confeſsionis inualidæ prætextu facta,non valet.*

f

10 *Stipulatio poſt mortem concepta ad hoc vt commit-
tatur, quod mors naturalis interueniat, oportet,*

Quæſtio 31.

LECTA eſt in auditorio Roffredi iuris ciuilis
ſcientiæ profeſſoris in ciuitate Aretij, cautio
hæc: Ego Lucius Titius confiteor me recepiſſe
à te Publio Mæuio vigintitres libras Senenſium, pro 24.
lib. Piſanorum, nomine cambij: quas 24 lib. Piſanorũ
promitto me proximis futuris Calendis reddere, renũ
ciando exceptioni pecuniæ non numeratæ & nõ ſolu-
ti precij. ita ſpopondi ego Lucius Titius, & ita ſtipula
tus eſt Publius Mæuius. Nũc Publius intra biennium
vel poſt conuenit Lucium certi condictione, quę ori-
tur ex ſtipulatione, vel alia actione, ſicut infra patebit.
Lucius exceptionem doli opponit, & dicit ſe filium fa
milias, & hoc conſtat: quæritur, an cum effectu poſſit
conueniri.

PRO. Et videtur quod ſic. In primis duæ actiões
poſſunt intentari: prima, quæ oritur ex primo contra-
ctu: alia, quæ oritur ex ſtipulatione. fuit enim iſte con-
tractus cambij, contractus innominatus, ſcilicet, do
1 vt des: † ex quo oritur actio præſcriptis verbis, vt ff. de
præſcrip. verbis. l. naturalis. §. ſin autem do. Item ori-
tur actio ex ſtipulatione, ſcilicet certi condictio: quia
certum eſt promiſſum, ſcilicet dare Piſanos: quæ qui-
dem moneta certa eſt. vt ff. de eo quod certo loco. l. ide-
ò. vnde certi condictio locum habet, vt inſti. de ver-
bor. obligatio. in prin. Quod enim cũ effectu poſsit pe-
tere, videas. nam certum eſt, quod fuit contractus inno
2 minatus, vt dictum eſt, † ex quo cõtractu oritur ciuilis
& naturalis obligatio, vt ff. de preſcrip. verb. l. natura-
3 lis. vnde cum effectu teneris. † ex quo enim confeſſus
es te recipiſſe nomine cambij, obligaris ex hac confeſ
ſione poſt biennium. vt C. de non numerata pecunia. l.
in cõtractibus. cautio enim iſta eſt diſcretiſſima, quia
cauſam continet: vnde obligationem inducit. ſi enim
eſſet indiſcreta, non valeret. vt ff. de probatio. l. cum de
indebito. §. fi. & ff. de doli except. l. 2. § plane. & §. circa.
Vides etenim quod mulier quæ gaudet multis priuile
gĳs, ſi confiteatur ſe aliquid accepiſſe in inſtrumento
quo obligatur, & ceſſat omne auxilium, vt C. de Velle-
ia. l. antiquæ. Et tutor ſi confiteatur quod tantum ha-
bet in bonis pupillus, ſtatur ſuæ confeſsioni. vt C. ar-
bi. tute. l. vltima. Et hæc ſunt vera ſine omni quæſtione
poſt biennium: quia ſecundum quoſdam bienniũ ſuã
numerationem inducit, & ita agitur de iure ciuili &
naturali, ſed ſecundum dominum meum, eſto, quod bi
ennium non numeret: agitur tamen poſt biennium ex
ſola ciuili, ſicut notauit dominus meus. ff. de pactis. l.
iuriſgentium. §. ſi paciſcar. non poteſt aduerſarius ali-
quid opponere. Sed eſto quod agerem infra biennium
tamen de iure ago, & cum effectu. licet enim ex ſola
confeſsione non obligeris, niſi ciuiliter, vt inſti. de li-
4 te. obliga. tamen non audes aliquid dicere: quia † in in
ſtrumento renunciaſti exceptioni non numeratæ pe-
cuniæ. vnde non potes contra renunciationem veni-
re, vt ff. de minori. l. ſi iudex. & C. de pactis. l. ſi quis in
cõſcribendo. & ff. de ædilit. edic. l. quæritur. §. ſi vendi-
tor. Nam & ſi fideiuſſor fori priuilegio renunciet, fori
priuilegium non opponit. vt ff. ſi quis in ius vo. nõ ier.
leg. prima. & ff. qui ſatiſdare cogan. l. ſi fideiuſſor. in fi-
ne primi reſponſi. Mulier etiã ſi renunciet auxilio Vel
leiani, eius priuilegium non habebit, vt C. quãdo mu-
lier tu. offi. fungi poteſt. authent. matrimo. & l. vltima.
Nec obſtat quod eſt filiusfamilias. nam cõtractus iſte
non fuit mutui, ſed contractus innominatus. vt dictũ
eſt: vnde obligatur filiusfamilias, ſicut paterfamilias
ex omnibus contractibus. præterquam in duobus. in
voto ipſo iure non obligatur, in mutuo obligatur, ſed
obſtat exceptio, vt ff. de actionibus & obligationib. l.
filius. & ff. de pollici. l. 2. §. voto. & ff. ad Macedonia. l.
prima. ex quo enim renunciaſti non numeratæ pecu-
niæ exceptioni, quomodo contra renunciationem ve-
nis iterum opponendo? certe non venies. vt C. de non
numerata pecunia. l. generaliter & C. de rebus credi-
5 tis. ſi quis iuſiurandum. † Contra renunciationem &
confeſsionem tuam veniens nõ audiris. nam graue eſt
probo viro fidem frangere, vt ff. de conſti. pec. l. prima.
& graue eſt contra illud quod fecit quis, venire. vt ff.
de pactis. lege prima. venire enim non potes contra fa
ctum tuum, etiam ſi illud de iure non teneat. vt argu.
ff. de adoptioni. l. poſt mortem ff. de ſer. ruſti. prædio. l.
per fundum.

CONTRA. Econtra Lucius Titius ſe iuſte de-
fendit: In primis, quod nulla actio intentata contra eũ
locum habere poſsit: Certi enim condictio quæ ex ſti
6 pulatione oritur, locum non habet, ideo: Certum † eſt
enim, quod ſi ſtipulatio intercedat & ſine cauſa, quod
illa obligatio poteſt condici per condictionem ſine
cauſa, vt ff. de condict ſine cauſa. l. qui ſine cauſa. Idem
eſt & ſi cauſa inferatur & iniuſta: in eodem titulo. l. 4.
& ff. de doli exceptiõne. leg. 2. §. circa. Quod enim nul-
la cauſa ſit illa, quæ eſt incerta, vide. Certum eſt enim,
quod ego promiſi reddere tibi denarios, & confeſſus
ſum me recepiſſe: quia expectabam te numeraturum:
& ſic confeſsio ſub illa ſpe fuit: vnde cum numera-
tio non interceſsit, obligatio illa nulla eſt. & ſi agatur
ex illa ſtipulatione vel confeſsione, ex qua cauſa nul-
la ſubeſt, obſtat doli exceptio. vt ff. de doli exceptione.
l. 2. §. circa. Nam & ſi iuraui reddere pecuniam, quam
confeſſus ſum me recepiſſe ſpe futuræ numerationis:
ſed numerata non eſt, non obſtante ſacramento, venio
contra vt C. de non numerata pecunia. l. Item ꝙ præ-
ſcriptis verbis actio locum nõ habeat, probo. Certum
7 † eſt quod ad hoc vt illa actio interueniat, oportet ꝙ
res interueniat: alioquin ex placito permutationis ſo-
la actio non oritur. vt C. de rerum permutatio. l. ex pla
cito & oportet vere rem interuenire. at hic non inter-
uenit, niſi diceres ita per confeſsionem, quod quidem
non ſufficit: quia eſt quoddam figmentum. vnde actio
præſcriptis verbis locum habere non poteſt, ſicut di-
ctum eſt. & ſic aliqua actionum locum non habet: vn-
8 de deſtructo fundamento, neceſſe eſt quod ædificium
deſtruatur. licet † enim ſit cõtractus innominatus, ſci
licet, do vt des, contractus cambij: verum eſt, ſi res ve-
re interuenit, vt dictum eſt. ſi ergo tu creditor agis cõ
tra me infra biennium, non eſt dubium, quod exceptio
non numeratæ pecuniæ, locum habet, vt C. de non nu
merata pecunia. l. in contractibus. Nec obſtat mihi re
nunciatio quæ continetur in charta: illa enim renun-
9 ciatio facta fuit ſpe futuræ numerationis: vnde † ſicut
non obligat me confeſsio, ita nec etiam renunciatio,
quæ ex confeſsione pendet. totum enim pendet ex fon
te eiuſdem ſchematis: vt in minore, cui nõ præiudicat
hereditatis aditio: nec etiam præiudicat, ſi debitores
exigat hereditarios, vt ff. de minori. l. deniquę §. ſcio il
lud. ſi enim quod eſt principale, vitiatur, & quicquid
ex eo pendet, vt C. de legi. & conſt. l. non dubiũ. ad hoc
enim vt præſcriptis verbis locum habeat, neceſſe eſt
10 ꝙ vera rei traditio interueniat, ſicut dixi. Nam & † ad
hoc, vt ſtipulatio poſt mortem concepta committatur
neceſſe eſt, quod mors naturalis interueniat, non ficta,
ſcilicet ciuilis. vt ff de verborum obligatio. l. ex ea par
te. §. in inſulam. Et ſi de ætate fit mentio, de vera ætate
intelligitur, ſcilicet vigintiquinque annorum, non de
illa quæ impetratur per veniam. vt C. de his qui ve.
æta. impe. l. eos qui. Nam & ſi legatum relinquatur
ſub ea conditione, ſi decem daret: vera ſolutio eſt ne-
ceſſaria, non fictitia: quæ per acceptilationem induci-
tur. vt ff. de condition. & demonſtra. l. Iulianus ait. &
argumento C. de nup. l. ſancimus. Et ſic ſi infra bien-
nium

nium agis,non eſt dubium,quod me de iure defendo. Sed videamus ſi agis poſt biennium,an me poſſum defendere.& certe ſic. Item etiam poteſt induci ad aliud quando quis conuenitur infra biennium . certum eſt quod tu agis certi condictione,quæ oritur ex ſtipulatione: vnde contra hanc habeo doli exceptionem, vel in factum.vt C.de non numerat.pecunia.l. cum vltra. vnde cum doli vel in factum ſit perpetua,etiã poſt biennium poteſt opponi & perpetuo.vt ff. de doli exceptio l.pure.§.vltimo.Nec obſtat renunciatio mea mihi,quia licet renunciando fuerim in culpa, tamen tu es in dolo:quia petis quod non numeraſti, vnde dolus tuus præponderat culpę meæ. vt ff.ad l. Aquil.l. item ſi obſtetrix §.vltimo.Ex quo enim filiusfamilias ſum, cóſtat ꝙ habeo exceptionem Macedoniani.fuit enim iſte contractus factus in fraudem mutui. Campſores enim noſtri temporis ne contrahant mutuum,propter repetitionem vſurarum faciunt cótractus iſtos in fraudẽ vnde non valet.vt ff.ad Macedonian.l.filius. & l.ſed Iulianus.

SOLVTIO. In hac quæſtione ſine præiudicio melioris ſententiæ videtur mihi referre, quando agatur: ſi agitur infra biennium,aut poſt. Si infra, locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ. Et ſi obiicias de renunciatione,non obſtat: quia in renũciatiõe fuit culpa,in petitione eſt dolus, qui culpæ præponderat. vt ff. ad legem Aqui.l.item ſi obſtetrix.in fine. Si vero poſt bienniũ agatur,refert adhuc qua actione agatur. vtrum certi condictione,quę oritur ex mutuo: & tunc nulla exceptio poſſet locum habere, quia biennio tollitur.vt C.de non numerata pecunia. l. in cõtractibus. aut agitur certi condictione,quæ oritur ex ſtipulatione:tunc doli exceptio locum habet, & durat in perpetuum,id eſt,vſque ad annos triginta .idem & ſi agatur præſcriptis verbis.Nec obſtat l. cum vltra, C. de non numerat.pecun.vbi in factum tollitur biennio. Reſpondeo.ibi petebatur pecunia certi condictione,quæ oritur ex mutuo:vnde merito exceptio in factum,quæ ſuccedit in locum exceptionis non numeratę pecunię tollitur biennio.Idem dicerem in doli exceptiõe: quia ſortitur naturam exceptionis non numera. pecunię & hæc vera ſunt generaliter.In quæſtione autem præſenti,cum filiusfamilias fuerit,qui contraxit, pręſumo cõtractum in fraudem ſenatuſcõſulti factũ: & ideo ipſũ per ſenatuſconſultum Macedonianum defendo, vt ff. ad Macedo.l.ſi filius.& l.ſed Iulianus.Roffredus.

AN QVI LONGISSIMO TEMpore recollegit pedagiũ in certo loco,dicatur ex tempore ſibi ius acquiſiuiſſe,ita vt deinceps non poſsit prohiberi recolligere.

SVMMARIVM.

1 Actio negatoria domino,volẽti ſeruitutem à prædio ſuo depellere,datur,quæ nulli alij præterquã domino datur.& num.17.
2 Actio negatoria vtilis ei,qui dominus non eſt,vt ſeruitus depellatur,competit.
3 Pedagium colligere,meri eſt imperij.
4 Ciuitas vectigalia ſeu pedagia imponere nõ poteſt.
5 Pedagium colligens ſine principis licentia, perpetuo damnatur exilio.
6 Pedagium colligere,ſeruitus eſt.
7 Venari in agris alienis,inuitis dominis non licet.
8 Præſcriptio 40. annorum in quibus locum habeat.
9 In pedagijs præſcribendis quod tempus requiratur.
10 Pedagia colligere,ius publicum eſt.& numero 18.
11 Ius omne quod triginta annis tollatur,in quibus procedit.
12 Exceptiones perpetuæ ſunt.
13 Pedagiorum collectoribus,licet pro præterito nihil obijci poſſit: pro præſenti vero prohiberi poſſunt.
14 Pedagium quod anno præterito collectum fuit,an cũ iſtius anni pedagio continuetur.
15 Actio negatoria quanto tempore præſcribatur.
16 Negatoria quando locum habeat.& nume.25.
19 Traditio quod in rebus corporalibus operatur ad acquirendum dominium, patiẽtia hæc operatur in ſeruitutibus.
20 Seruitutes traditionem veram non recipiunt.
21 Pedagium colligere an quis conceſſiſſe videatur, ex quo per tempus triginta vel quadraginta annorum collectionem permiſit.
22 Pedagium colligere,niſi principis beneficio concedatur,nulli licere,regulare.& nume.4.
23 Iura per deſuetudinem abrogantur.
24 Tempus non eſt modus inducendæ ſeruitutis.
26 Pedagium quando in via publica colligitur,vtilis actio in factum, locum habet. Item & iudicis officium.

Quæſtio 32.

IVLIANVS caſtrum habebat,in quo caſtro Titius per annos quadraginta recollegit pedagiũ:vult modo Ioannes dominus caſtri Titium prohibere,ne in caſtro recolligat pedagium:quæritur an poſsit.

PRO. Quod poſsit, ꝓbatur.Et in primis,quia nemo ſine actione experitur,vt ff de adminiſtratio tuto. l.quoties.§.item ſi temporali: ideo negatoriam propono directam,ſi eſt dominus caſtri: ſi non eſt dominus, vtilem. Quod negatoria locum habeat dicunt iura.
1 Certum † eſt quod illa competit domino,qui vult ſeruitutem à prædio ſuo depellere:vt ff ſi ſerui.vendice.l. ſecunda & nulli alij datur, niſi domino: vt l.prædicta:
2 † ſi autem non ſit dominus, competit vtilis negatoria ad ſeruitutem depellendam:vt ff.de public.l. ſi ego.re-
3 colligere † enim pedagium, eſt de mero iure imperij,vt a gu.C de vectigal.& commiſ.l.omnium.& l.vniuerſi.& l.ex præſtatione.adeo quidem eſt de iure imperij,quod nemo audet ſibi hoc priuilegium vendicare,
4 vt in legib.prędictis.† Nec etiam ciuitas poterit vectigalia ſeu pedagia imponere, vt C. noua vectigal. inſtitu.non poſ.l.2.Item iſtud pedagium aut fuit ex antiquo conſtitutum aut de nouo:ſi ex antiquo, ad imperium pertinet:ſi de nouo,ad aliquem priuatum non ptinet niſi de beneficio principis concedatur,vt C.noua vectiga.inſtitu.non poſſ.leg.prima & l.non ſolẽt im-
5 mo † quicunquę pedagium colligit ſine licentia principis,perpetuo damnatur exilio: vt C.noua vectigal.inſtitu.non poſ.l.vltima.cum propter perceptũ pedagiũ puniri debeas, non debes tibi ius ex pœna vendicare: non enim debet eſſe in pœna præmium, vt ff.ſolu.matri.l.ſi ab hoſtibus.nec ex dolo ſuo debet cõſequi quis
6 lucrum,vt ff de dolo l. nemo. † vnde cum recolligere pedagium ſit ius vel ſeruitus, nolo ꝙ in re mea me inuito illo iure vtaris:vnde certum eſt,quod cõpetit negatoria.Nam poteſt dominus prohibere volentem ingredi in ſuum prędium gratia aucupandi, vt inſtitu. de rerũ diuiſi.§.fere .Itẽ poſſum prohibere aliquem in lacu meo piſcari,vt ff.de iniuriis.l.iniuriarũ §. vltimo.
7 Diuus etiam Pius reſcripſit aucupius. † Non eſt rationabile,inuitis dominis & nolẽtibus, vos in alienis agris aucupari,vt ff. de ſeruit. ruſticorum prædiorum,

l.diuus.Item inuito domino,non debet quis in alienis
rebus pactum facere, vt C. de pactis lege vltima in fi.
Si enim protectum in meo immiseris,possum agere,ti-
bi ius non esse ita protectum habere:vt ff.ad legem A-
quiliam.l quemadmodum.§.si protectum. Nec enim
licitum,habere parietem in prædium vicini per semi-
pedé.vnde vt remoueat,per negatoriam prohibetur:
vt ff.si seruitu.vend.l.si quãdo. Et si noua tigna in meũ
parietem miseris,agere possum negatoria, vt tollas. vt
ff.si serui.vendi.l.si cum meus. Nec enim est licitum vi
cino meo aliquid immittere,nec lapides in suo ita cæ-
dere, quod fragmenta cadant in meo:vt ff.si seruit⁹ vẽ-
dice.l.sicut autem.§.Aristo. ff. de iniur. leg.penulti. &
ff.arbor.fur.cæs.l.si plures.possem ergo te mea autho-
ritate repellere,ex quo seruitute contra meam volun-
tatem vis vti in meo,vt ff.ad legem Aquiliã.l.quemad-
modum.§.aliud est. Nec potes te defendere præscri-
ptione temporis,puta 40. annorum, quasi quod sit ius
tibi quæsitum,cum illa præscriptio tueatur etiã malæ
fidei possessorem,vt C.de pręscriptio. 30. annorum.l.
8 cum notissimi.† istud enim quod allegas de tempo-
re,locum habet in his rebus,in quibus est continuata
possessio , vt C. de vsucap.trã.l.vnic. Et hoc etiam in
seruitutibus vide.nam illa tantum seruitus quęritur
tempore longo,quæ habet continuam causam, vt stil-
licidij,foraminis,& tigni immissi.vt ff.si serui.vendi.l.
si quis diuturno.& sic intelligitur.l. C. de pręscriptio.
longi temp.decem.vel 20.annorum.l.vltima. At si ser-
uitus sit talis,quę non habet continuam causam, sicut
vię, itineris:nec enim homo potest ire continuè. Item
sicut seruitus pedagij:nec enim homo continuè recol
9 ligit pedagium : † tunc necesse est quod tanto tem-
pore vsus sit quis,cuius temporis non extet memoria:
vt ff.de aqua pluuial.arcend.lege prima in fine. & l. in
summa.§ Item Varus.alioquin tempore triginta anno
rum non quęritur seruitus nam tempus nõ est modus
obligationis inducendę, ergo nec seruitutis , vt ff. de
actionib. & obligationib.l. obligationum fere.§. pla-
cet.Certum est enim,quod istud,scilicet † recolligere
10 pedagium,est ius publicum:vnde ad hoc vt pręscriba
tur , necessaria est pręscriptio centum annorum:vt C.
de socrosanct. ecclesiis.l. vltima. Nec obstat l.Cod. de
pręscription . triginta annorum. l. omnes. vbi innui-
tur,quod ius publicum præscribitur spatio quadragin
ta annorum:expone,ius publicum,id est,publicatũ,&
ius priuatum,id est, priuilegiatum. Nec obstat, si di-
11 catur,quod † omne ius tollitur triginta annis , vt C.
de præscriptione triginta annorum.l.omnes.& l.sicut
& l.cum notissimi. Respondeo:verum est in iure af-
firmatiuo,& iure agendi,non in negatiuo , nõ ius eun
di ad sanctũ Iacobum,& iure excipiendi: quia si certe
omnis exceptio tolleretur annis triginta , vel quadra-
12 ginta,quod esset absurdum : † immo perpetuissimæ
sunt exceptiones,& durant vsque in infinita secula se-
culorum,Amẽ.vt ff.de doli exceptione.l.purè.§.vltim.
& argumento C.de exceptio.l licet. cum ergo tibi ius
non sit quæsitum ex tempore , ergo ius meum, te non
prohibendo nõ amisi. non enim videtur amissum , ꝙ
alteri quæsitum non est.vt ff.ex quib.caus.maior.l de-
13 nique.licet ergo † propter triginta annos , non pos-
sum aliquid obiicere,propter præterita: tamen nunc si
vis habere pedagium , possum te prohibere: nec enim
pedagium ꝙ hodie vis colligere, est illud quod col-
legisti iam annis abhinc triginta . nec est continuatio
vnius anni recollecti pedagij ad alium annum : quot
enim pedagia recolligis, tot sunt mihi actiones nega-
toriæ,sicut in tali simili:quia quot sunt violentiæ , tot
sunt stipulationes:vt ff. de verborum obligationibus.
l.si sic stipulatus. Et in annuis promissionibus quot
sunt res,tot sunt stipulationes.vt ff. de verborum obli
gationibus.quod dicitur.& quot sunt solutiones rerũ
singulis annis faciendæ , tot sunt necessariæ præscri-
ptiones:vnde in initio cuiusque anni currit præscri-
ptio,vt C. de præscriptione triginta annorum.l. cum
14 nótissimi.§ in his.Nec potes dicere , † quod pedagiũ
quod fuit collectum anno præterito,cõtinuetur cum
pedagio istius anni : seruitutes enim vnius anni , non
continuantur cum alterius anni seruitute,vt ff. de ser-
ui.l seruitutes rusticorum prædiorum. Nec obstat si
obiicias,quomodo intentas negatoriam,cum negato-
ria detur domino ? vt ff.si seruitus vendicetur.l. secun
da.at viæ nõ sunt in dominio alicui⁹, sed publicæ sunt,
vt ff.ne quid in loco publico. lege secunda. §. ait præ-
tor. Respondeo,licet non sim dominus viæ,nihilomi
nus & si in via publica aliquid facias, proter quod iu-
risdictio castri læditur , prohibere possum , vt ff.si ser-
uitus vendicetur.l.fistulas.

CONTRA. Econtra defendit se Titius:Impri-
mis,quod negatoria locum non habeat, & ratione ta-
li: Certum est,quod omnis actio & omne ius tollitur
spatio triginta vel quadraginta annorum : vt Cod . de
præscriptione tringinta vel 40. annorum.l.sicut.& l.
omnes. & l. cum notissimi. si omne ius tollitur , ergo
15 † & negatoria. Certum est enim , quod præscriptio-
nes currunt & obiiciuntur actionibus competẽtibus:
vt Cod.de annali exceptione.leg.prima,in fine.& leg.
vltim.in fin.at quando ego cœpi colligere pedagium,
ab eo die cœpit tibi competere negatoria :vnde trige
simo anno finito,est sublata.pręscriptio enim opponi-
tur contra desides.& sui iuris cõtemptores:vt Cod.de
annal.exception.leg. vltima.vigilantibus enim & non
dormientibus iura sunt prodita : vt ff. de his quę in
fraudem creditorum.l.pupillus. Item non habet lo-
cum negatoria, & ratione tali: Certum est quod ne-
16 gatoria † locum habet,quoties aliquis est dominus lo
ci.& domino datur : vt ff si seruitus vendicetur. leg.se
cunda.in principio. & sic in casu pręsenti non habet
locum. Certum est,quod pedagium colligitur ratio-
ne vię publicæ & in via publica.at nullus est dominus
vię publicę,vt ff.ne quid in loco publico.leg.secunda.
§.ait pretor.publicę enim sunt vię, sicut litera illa di-
17 cit.† Item negatoria competit pro seruitute depel-
lenda,vel vt aliquis non acquirat : at loco publico in-
terueniente,seruitus non potest constitui, vt ff. de ser-
uitutibus .l. seruitutes rusticorum pędiorum.§. loco
publico.ergo negatoria locum non habet. Item esto,
18 quod † recolligere pedagium sit ius publicum , tamẽ
ius quæsitum est mihi per annos quadraginta , & esto
quod mihi ius non esset quæsitum , & in publico ali-
quid feci,tamen me prohibere non potes:vt ff.ne quid
in loco publico.leg.secunda.§.si quis nemine. Item li
cet sit ius publicum,colligere pedagium:quadraginta
annis vsus sum iure isto vnde mihi est quęsitum: vt C.
de pręscriptio.triginta annorum.l.omnes.& l. compe
perit. Sed esto quod non sit mihi quęsitum : tu tamen
me prohibere non potes,sicut & alias,vbi ius mihi nõ
est quæsitum:tamen me prohibere non potes:vt ff.de
seruitutibus rusticorum prædiorum. l. per fundum.
ex quo enim me recolligere pedagium videbas, & nõ
contradicebas,videris consentire:vt argumento Cod.
de acquirenda possessione.l minus.Pater enim & si nõ
iure emancipauit filiam,videndo illam viuere vt ma-
tremfamilias , licet materfamilias non fuerit , postea
contradicere pater non potest, vt ff.de adoptio. l. post
mortem. Et si delatam filio hereditatem ab eo agni-
tam,pater filium videat possidere longo tempore,con
sentire videtur:vt Cod.de petitione heredit. l. si filius.
& argumento.Cod.de bonis quæ liberis.l. cum opor-
tet.in fin.prima columna. Si enim te patiente immis-
sum habeam tignum,inducitur mihi seruitus:& exce-
ptionem habeo, si contra dicere velis, vt ff.si seruitus
19 vendicetur. l. si à te emero. † Quod enim operatur
traditio in rebus corporalibus,quantum ad acquiren-
dum

dum dominium,vt Cod.de pactis traditionibus, hoc
operatur patientia in seruitutibus,vt perinde habea-
tur,ac si traditio interueniat:vnde patientia pro tradi
tione habita,inducit officium prætoris: vt possim ser-
uitute acquisita per patientiam libere vti, vt ff.de ser-
uitut.rusticorum prædiorum lege prima.§.fina & ff si
seruitus védic.l.egi.& l.harum.ideo enim patientia ha
betur pro traditione,vt l.prædicta.& ff. de publi.l.si e-
20 go.§.primo.† quia seruitutes cum sint iura & res in-
corporales,traditionem veram non recipiunt. vt ff.de
acquirend.rerum domini. l.seruus. §. incorporales.in
his enim nulla vacuæ possessióis traditio fieri potest,
vt ff.de seruitutibus.l.quoties.cum ergo vsus sim peda
gio tempore longissimo,scilicet annis quadraginta,si
cut positum est in themate,licet non sit mihi ius quæsi
tum ex tempore:& quia non habet cótinuam causam:
& quia tempus non est modus inducendæ obligatio-
nis,vt ff.de actionibus & obligationibus.l. obligatio-
21 num fere.§.placet. tamen dico ius † mihi quæsitum:
quia concessisti mihi colligere pedagium, vel permi-
sisti:& ad hoc quod permiseris,induco tempus prædi-
ctum.nisi enim permisisses tanto tempore me recolli-
gere pedagium,ius mihi non fuisset quęsitum:pręsum
psit enim Imperator vsuras promissas,quæ longo tem-
pore solutæ fuerunt, vt ff. de vsuris. l. cum de in rem
verso. Si enim rusticus qui alias præsumitur indebi-
te soluere, vt ff. de probationibus. l. cum de indebito.
tamen si soluit triginta annis,præsumitur debitum sol
uisse ratione tanti temporis.vt Cod.libro.vndecimo.
de agricol.& censitis.l.litibus. Si enim aquam per fun
dum Martialis,eo sciente & patiente, longo tempore
duxisti, exemplo rerum immobilium tibi dominium
quæsisti.& Cod.de seruitutibus lege secunda. Et si cre
ditor cui pactæ erant vsuræ maiores,minores recepit,
videtur fecisse pactum de illis minoribus recipiendis:
22 vt Cod.de vsuris.l.aduersus. † Et licet pedagium de
iure non possit colligi, nisi per beneficium principis
alicui concedatur,vt allegatum pro actore fuit:tamen
cum consuetudo generalis contraria se habeat quod
in multis partibus & fere omnibus colligatur peda-
gium in ciuitatibus, villis & castris, sicut tota die de
facto videtis:videtur quod ius illud sit p desuetudiné
23 abrogatum: † iura enim per desuetudinem abrogan-
tur,vt ff.de legi.& constitution.l.de quibus. Sicut vi-
des in ecclesia.res enim ecclesiastica per legem præci-
pitur quod cum maxima solennitate alienetur, vt in
illa authentica.hoc ius porrectum. Co. de sacrosanct.
ecclesi.tamen hodie ecclesiæ dant in feudum & em-
phyteosim,non seruata predicta solennitate: & ita ius
prędictum per consuetudinem abrogatur.

SOLVTIO. In quæstione præsenti sine preiu-
dicio melioris sententiæ videtur mihi ita posse distin-
gui:quo iure se defendit Titius, qui recollegit peda-
gium contra Iulianum dominum castri. Nam si de-
fendit se sola ratione temporis, nulla est sua defensio:
quia tempus non est modus inducendæ obligationis,
vt ff.de actionibus. & obligationib. l.obligatio.fere.
24 §.placet ergo. † nec seruitutis,quæ seruitus ex obliga
tione constituitur.vt institut.de seruitu. Item quia ta
lis seruitus non habet continuam causam:vnde tan-
to tempore non quæsiuit sibi ius, vt ff. si seruitus. ven-
dicetur.l.si quis diuturno.& ff.de aqua pluuiali arcen
da,lege prima,in fine.& l.in summa. §. item Varus. &
de seruitu. l.seruitutes rusticorum. Vnde dominus
eum prohibere potest,non negatoria, sicut propositú
25 est. † nam illa locum habet quádo quis vult repello-
re,ne quis vtatur seruitute in prædio proprio:vt ff.si
seruitu.vendicetur lege secunda.in principio.vel quo
ties vtitur quis seruitute in via publica, & sua prædia
vel domus propter illam seruitutem damnum vel a-
liam seruitutem patiatur,vt ff.si seruitus vendicetur.l.
fistulas.& sic videtur,quod competat tantum ratione
interesse agentis:at pedagium recolligitur in via pu-
blica,quæ non est in dominio alicuius: vt ff.ne quid in
loco publico,lege secunda.§.ait prætor. Præterea nul
lum interesse est domini,nec ratione prædiorú,nec ra-
tione hominum:ergo negatoria non habet locum, vt
ff.de seruitu. quoties. & attenditur interesse circa pe-
cuniarium commodum,non circa lucrum,vt ff.de ser-
uis exportan.l.si venditor. in fine. & ff. ad exhibend. si
liber homo in fine. quid enim interest domini, quod
pedagium à transeuntibus non auferatur? certe nihil.
26 † Vnde locum posset habere vtilis actio in factum,
subrogata in locum interdicti,ne quid fiat in loco pu-
blic.ff.ne quid fi.in loc. public.l.secunda. §. secund. &
tertio.ideo dixi vtilem,quia directa locum habet,quo
ties aliquid fit in via publica ædificand. vel per opus
manufactum,quod transeuntibus nocet. at cum istud,
scilicet recolligere pedagium, nó fiat per ædificium,
non habet locum directa: sed quia damnum infertur
transeuntibus,locum habet vtilis actio:cum ergo pe-
dagium in via publica colligatur, vtilis actio locum
habet,vt dictum est. Vel si vis dicere,quod recolligere
pedagium sit de mero iure imperij, vt pro actore dixi-
mus:dicas quod tunc locum habet officium iudicis
ad prohibendum,vt dicit lex ff.ne quid in loco publi-
co fiat.lege secunda.§.hoc interdictum ad ea loca. &
argument.ff.de acquirend. rerum domin.quamuis.
Et hæc vera sunt,quando Titius se defendit ratione
temporis sola,vt dictum est. Si autem se defendit ra-
tione promissionis vel stipulationis,quod Iulianus si-
bi promisit recolligere pedagium,& ad probandum
stipulationem inducit tempus:tunc præsumo stipula-
tionem intercessisse ratione temporis.vt ff. de vsur.l.
cum de in rem verso.& tunc licet ius colligendi peda
gium non sit quæsitum Titio,tamen Ioannes prohibe
re non potest, vt argumento. ff. de seruitu.rusticorum
prædio. l. per fundum. & licet actio popularis compe
tat,vt dictum est:tamen eam non intentabit iste Iulia-
nus,cum stipulatio præsumpta ex tempore sit remissa,
& remitti potest:vt ff.de iureiurand.l.cum qui.§.in po
pularibus.Roffredus.

SI TESTATOR LEGATOR legat dotem filiæ vel alteri traden dam cũ erit nubilis,vtrũ fructus interim percepti, sint ipsius mulieris an eius qui est grauatus dare in tépore nubili.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta iudicis officio petuntur.*
2 *Pater filium naturalẽ alere tenetur, multo magis legitimum & naturalem.*
3 *Mater filium vulgo quæsitum alere tenetur,& econtra.*
4 *Filia,cui legata est dos tradenda cum erit nubilis,si non habet vnde se alat,ex dotis sibi legatæ fructibus alimenta petere potest.*
5 *Dotis legata,filiæ tradenda cum nubilis esset,commodum quod interstitio temporis ex dote illa percipi potest,filiæ præstandum est.*
6 *Pater filium necare videtur, cui alimenta denegat.*
7 *Voluntas testatoris pro lege seruanda est.*

ber.l.si quis à liberis.§.sed si filius. Ecce doceo te, quomodo es sufficiens & soluendo. potes enim filare, potes texere, & potes alia opera facere. quę sunt decentia sexui mulierum. nulla enim mulier ita nobilis in Tuscia & in Lombardia inuenitur, quæ prædicta non exerceat. vnde si facere potes quod habeas, perinde est ac si habeas, vt ff. de regul.iuris.l.qui potest facere. cum enim publice intersit, mulieres dotes saluas habere, vt matrimonia contrahant, & ciuitas liberis repleatur, vt ff. soluto matrimon.l.prima. tu petis rempublicam aboleri, quod fieri non potest. nam nec priuatorum pactis ius publicum remouetur, vt ff. de pact.l.ius publicum. Nec etiam per testatoris voluntatem ius publicum immutatur: vt ff de administration.tutor. l. quidam decedens. cum enim ista fuerint tibi relicta, vt in dotem darentur, nec ipsa petes, antequam nuptiarum accedat festiuitas, vt Codic. de nupt.l.sancimus. Sicut & alias. nam qui post mortem promittit, de naturali intelligitur, non ciuili, vt ff. de verbor. obligat.l.ex ea parte.§.vltim. Præterea, tu petis emolumentum interim quo valeas sustentari: certe non teneor. nam in pecunia nullum debet esse emolumentum, nisi vsura. sed ego fœnerare nolo, ne alligem animam in peccatis. tutor etiam non compellitur fœnerare pecuniam pupilli, vt Codic. de administra.tuto.authentic. nouissime. immo & si fœnerarem, vsur. inde perceptas non restituerem: quia fœneratur pecunia periculo meo sicut legitur in malæ fidei possessore, vt ff. de rei vendic. l. si nauis. Item si aliquod esset in legato commodum medio tempore, meum esse debet. Nonne sum loco fideicommissarij? sic. nam cum tenear restituere ad diem, medio tempore commodum percipiam, vt Codic. ad Trebelli.authent. contra rogatus. & argumento. ff. ad Trebel.l. Lucius. Nonne sustineo onus interim? sic. ergo & emolumentum, si quod est, habere debeo per regulam, cuius est emolumẽtum, ipsius debet esse & onus, vt inst. de le.patr.tu. & C. de furt.l.vlt.

SOLVTIO. In hac quęstione sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi ita posse distingui, cuius gratia tempus sit dilatum, vt si certum est, quod gratia legatarij, sibi quęratur commodum medij temporis: si gratia filiæ, ipsi filiæ quæratur commodum medij temporis, vt distinguit l. ff. de lega secundo si ita.§. Pegasus. & ita commodum dico pręstandum filiæ de pecunia, si posset inueniri mercator, cui periculo suo concederetur pecunia, & daret inde aliquid. In dubio quid præsumemus? præsumam tempus dilatum gratia filiæ: quia dixit, ꝙ daretur istud in dotem: & ideo commodum medij temporis filiæ quæritur, si aliquid pôt inueniri, vt l. prædicta. de leg.2.l.si ita.§. Pegasus. Roffredus.

SI QVIS HABVIT APPOSITum vel appensum in loco prohibito, & remouit: an eo ipso quod habuit, licet dãnũ non dederit, incidat in poenam. Item si iurauit non habere appensum, & habet nunc, si conuenitur ad poenam, an se possit iusiurandi exceptione tueri.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum, datur in eum qui appensum in loco prohibito habuit, licet remouerit. & nu.5.*
2 *Stipulatio semel commissa, non resoluitur.*
3 *De delicto vnius hominis sæpius quæri quando nõ debeat.*
4 *Positum qui nihil habere iurauit, & positum habere si inueniatur: quod ex præsenti positione nõ præterita puniatur. & nu.9.*
5 *Positum qui habuit, & remouit, si positum nõ nocuit: an is qui positum habuit, in edicti pœnam inciderit.*
6 *Verba cum effectu accipienda sunt.*
7 *Pœnitentia peccata dimittit.*
8 *Venia delicti pœnitenti danda est.*
10 *Iusiurandum an & quando retractetur.*

Quæstio 44.

PROCVLVS aliquid habuit in subgrũda appẽsum seu appositum, & remouit: quęritur, an eo solo ꝙ habuit, inciderit in pœnã 10. aureorũ. Item si fuit delatum sacramentum illi Proculo, ꝙ nõ haberet, & iurauit Proculus, si inueniatur, ꝙ habeat positũ, an possit conueniri ad pœnam decem aureorum, non obstante sacramento.

PRO. Quod enim possit cum effectu conueniri ad
1 pœnam, probatur. Imprimis proponitur † actio in factum, quæ oritur ex illo edicto prætoris. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderũt.l.si vero.§. prætor ait. ex quo enim posuisti, fecisti contra prohibitionem prætoris. vnde merito commisisti in pœnam: licet enim remouisti, non propterea liberaris à pœna. nam qui rem contractat, cõmittit furtum. verum si mutato consilio restituat domino, tali pœnitentia non desinit esse nocens. vt ff. de furt. l. qui ea mente. Nam & qui commisit rapinam, licet raptam rem restituat, & pœniteat: tamẽ per talem pœnitentiam non liberatur à pœna, vt ff. vi bono. raptorum.l.penultima. Et qui rem depositam vendit, licet eam redimat, tenetur etiam si sine dolo pereat, vt eam restituat, vt ff. deposit. l. prim.§. si rem depositam. Et qui aufugit à domino ea mente, ne ad eum redeat, licet mutato consilio redeat, nihilominus intelligitur fugitiuus, vt ff. de ædili. edict. quis sit fugitiuus in principio. cum enim sit nata actio, statim quod appendisti. per remotionem actio nata non est extin-
2 cta: cum hoc in contractibus inuenitur, † quod stipulatio semel commissa, non resoluitur, vel non rescinditur, vt ff. de euict.l.habere licere. in fi. siue enim nocuisti, siue non, puniris: ideo tantum, quia positum habuisti, vt ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt.l.si vero. §. prætor ait. Vide etiam de hoc alibi. nam & licet seruus non sit corruptus, vel furtum non sit factum: nihilominus agitur furti & serui corrupti: & quare? quia licet hic seruus corruptus non sit, potuisset tamen aliquis inueniri, quia de facili corrumperetur, vt Codic. de furt.l.si quis seruo. ita & hic pœna imponitur, non ideo ꝙ damnum sit datum, sed quia de facili dari potest. Item in actione aquæ pluuiæ arcendæ, vbi non consideramus ad hoc, vt aqua arceatur, vt noceat: sed tantum, vt nocere possit: vt ff. de statuliberis.l. Labeo. Aestimantur enim casus aduẽtitij qui venire possunt, vt in creditore qui habebat duos seruos pro decem pignori. si vnus surripiatur, licet & alius remaneat, qui valet decẽ: quia tamen posset de facili mori, ideo aget furti propter surreptum: vt ff. de furtis.leg. eum qui.§. Papinianus. Vxor enim agit contra maritum, quandoque male geruntur negocia sua, in solidum: quia periculum est, ne facere posse desinat maritus, vt ff. de neg. gest. diuortio. licet enim damnum non dederis, tamen puniris: si enim dedisses damnum, tunc punireris etiã & de damno, siue damnum detur in rebus, siue liber homo periisse dicatur, vt ff. de his qui deiecerunt vel effu-
3 derunt l.1. in princ. Nec obstat † ꝙ non debet quæri de licto eiusdem hominis sæpius, vt ff nautæ, caupo. stabu.l. licet. nec Deus iudicat bis in idipsum. Respondeo, verum est, quando vnum est delictum, tunc ratiõe illius delicti nõ agitur sæpius: sed si plura sunt delicta, tũc agitur de omnibus, sicut hic: plura enim fuerũt de

licta: vnum, quia posuisti: aliud, quia positum decidit,
& damnum dedit. argumento. ff. de action. & obliga-
tioni. l. qui seruum. in principio. & ff. de priua. delict.
l. nunquam. licet ius tibi competat, vt habeas positum:
tamen ex quo contra prohibitionem prætoris posui-
sti, punieris, sicut in nunciatione noui operis. Si nun-
cio tibi opus nouum, & si iure ædificabas, quia tamen
contempsisti nunciationem, teneris destruere, vt ff. de
operis noui nunciatione. l. prætor ait. §. primo. sicut in
excommunicatione vides, quę licet iniuste fiat: tamen
si condemnatur, ligat: vt vndecima, quæstione tertia,
cap. sententia & de sententia excommunication. per
tuas. Et hoc quando habuisti positum, & est remotum.
4 †Si autem iurasti, & inueniris habere positum, tene-
ris ad pœnam: non tamé teneris ex præterita positio-
ne, sed ex præsenti. sacramentum enim, tantum ad id
quod habuisti positum, prodest. sicut vides in parte, qui
conuentus de peculio, iurauit nihil esse in peculio. ta-
men si inuenitur habere, tenetur non obstante sacra-
mento, vt ff. de iureiuran. l. qui iurasse. §. si pater. Idem
in interdicto de libero homine exhibendo: quod si sui
absolutus, quia æstimationem prçstiti: nihilominus ab
eodem vel ab alio conueniar, si inuenior hominé pos-
sidere, vt ff. de liber. homin. exhibend. l. 3. §. penultimo.
Item hoc etiam in actione ad exhibendum. nam licet
quis absoluatur in actione illa, quia non possidet: si in-
uenitur possidere, nihilominus condemnatur, vt ff ad
exhibend. l. si ad exhibendum. Idem in rei vendicatio-
ne. nam & si conuentus rei vendicatione, absoluitur,
quia non possidet: si cœpit postea possidere, rei vendi-
catione conuenitur, vt ff de rei vend. l. si autem. § pri-
mo. Hoc idem in actione noxali, quod si quis sit abso-
lutus præstito iuramento, & postea possideat, nihilo-
minus conuenitur postea actione noxali: vt ff. de no-
xalib. l. quoties §. penultim. Quod enim ex præsenti
possessione agam & rei vendicatione, & ad exhiben-
dum: licet fueris absolutus, quia non possidebas, quia
tamen possides, condemnaris: vt ff. de rei vendicatio-
ne. l. si in rem. & ff. ad exhibend. l. si ad exhibendum. Et
vide rationem, quare debes condemnari: tu iurasti te
nō habere appositum: aut habuisti appositum tempo-
re iuramenti, aut non: si habuisti appositum, & sic est
vna appensio, non licet tibi excipere: quia excipiendo
allegas de periurio, & sic non debes audiri. nemo
enim audiri debet allegans turpitudinem suam, vt C.
de transact. l. transactione finita. C. de his quæ in frau.
cre. l. filios. quomodo enim iudex te audiret allegãdo,
cum alleges turpitudinem talem, quæ vergit ad interi
tum animæ propter commodum pecuniarium, cũ ani
mæ sint pferendæ rebus? vt C. de sacr. eccl. l. sancimus.
si postea habuisti, exceptio iusiurandi ad ista non por-
rigitur: quia de hoc non fuit cogitatum. arg. ff. de tran
sact. l. cum Aquiliana.

CONTRA. Econtra videtur, quod excusetur à
5 pœna. †si enim posuit & remouit, & positum, non de-
dit damnum: ergo non incidit in edicti pœnam: præ-
tor enim ideo illud edictum posuit, ne damnum con-
tingeret iter agentibus. vt ff. de his qui deiecerunt vel
effuder. l. si vero. §. prætor ait, cuius casus nocere ali-
cui possit, subaudi, de facili: alioquin omnes qui habẽt
porticus in subgrunda, tenentur illa pœna, maxime
Bononiæ & Aretij. Hoc etiam dicitur in prædicta l. §.
ait prætor. nã ibi exponit Vlpianus, quod nocere pos-
sit, & de eo solo punitur: non autem omne quod in sub
6 grunda ponitur, punietur: verba enim † cum effectu
sunt accipienda, dicit generale, vt ff. ne quis eum qui
in ius voca. vi exi. l. penultima. §. pe. quid enim obfuit
conatus vel positum, cum iniuria nullum habuit effe-
ctum? vt ff quod quisque iuris. l. j. in fin. Fuit ergo mens
prætoris, ne damnum detur: nō illud, ne positum quis
haberet. noli ergo verba attendere, vt Iudæi: sed vide
mentem & literæ spiritum, quia litera occidit, spiri-
tus autem viuificat. & noli in legem committere, ver-
ba legis amplectens, contra legis nitens voluntatem,
vt Codic. de legib. non dubium. ex quo enim pœniteo,
7 admittenda est pœnitentia mea. †Nam & pœnitentia
peccata dimittit: hæretico etiam pœnitenti datur de-
licti venia, vt Codic. de hæret. l. Manichæos. Deus etiã
pœnitentem suscipit: quia qua hora peccator conuer
sus fuerit, iniquitatum eius nō reminiscar. Hoc etiam
in appellatione contingit. nam & si appello & pœni-
teo, nec pœna aliqua mihi imponitur, ideo quia appel
laui, ne iuste pœnitentibus humanitas amputetur: vt
Codic. de appel. l. si quis libellos. Et qui plus petiit in
libello, punitur: verum si pœnitet, liberatur à pœna: vt
Codic. de plus petitio. l. vnic. & qui negat scripturam
propriam, punitur: verum si confiteatur, & negationis
pœniteat, liberatur a pœna, vt C. de non numerat. pe-
cu. authen. contra qui propriam. Et qui percussit fal-
sam monetam. si quidem pœnitet, quod non perseue-
ret, liberatur à pœna: vt ff. de fals. l. qui falsam. Et si li-
bertus vocet patronum in ius sine venia, punitur in au
reis quinquaginta. ff. de in ius vocand. l. penultim. ve-
rum si libellum dedit, & pœniteat, liberatur à pœna:
vt ff. de in ius vocand. l. libertus. Et qui libellum dedit
in publico crimine: si vult pœnitere, nō incidit in Tur
pillianum: vt ff. ad Turpillian. quæsitum. Et si maritus
pœnitet de accusatione proposita, pœnam calumniæ
euitabit: vt Codic. ad legem Iuliam de adulter. l. si sine
8 metu. † danda est enim delicti venia petenti, ne si de-
negetur venia, esset satis inhumanum: vt ff. de his qui
notan. infa. l. furt. § pactus. Præterea forte puniretur,
si positum fuisset, & dimisisset positum: sicut in actione
de in rem verso, quæ ita demum datur, si durat ver-
sum, vt ff. de in rem verso, si pro patre. §. versum. ex
quo enim est remotum, appositum non videtur posi-
tum à principio. simile argument. nam non videtur di
uertisse quæ statim rediit: vt ff. de repudiis. l. diuor-
tium. Nec videtur furor sublatus, qui statim rediit: vt
Codic. de curato. fur. l. penultim. & sic non videtur po
situm, quod incontinenti remotum est. Maritus enim
dando libellum repudij, matrimonium separat: si pœ-
niteat se dedisse libellum, matrimonium non separa-
tur: vt ff. de diuortiis. l. si pœnituit eum. Hoc dicimus
& allegamus, quando habuit & remouit. Sed in il-
9 lo articulo, †quando iurauit non habere appensum, &
inuenitur habere, vtrum teneatur ad pœnam, an se tu
eatur exceptione iurisiurandi? & certe sic videtur, ex
quo conuentus, iurauit se non habere appensum: & si
habeat, tamen liberatur propter iusiurandum. Iusiu-
randum enim præiudicat veritati, & pro veritate acci
pitur: vt ff. de iureiurand. sed si possessori. §. primo, se-
cundo & tertio, penultim. & vlti. & l. si duo patroni. §.
10 primo. Ex quo enim iuraui te deferente, aut † fuit
istud voluntarium, & tunc non retractatur etiam præ
textu periurij. vt Codic. de iureiuran. l. prima aut fuit
diciale, & tunc non retractatur, nisi prætextu nouorũ
instrumentorum, vt ff. de iureiurando. l. admonendi,
aut fuit necessarium, & tunc non retractetur nisi in ca
su, vt C. de iureiurando. l. vlti. & hoc secundum quos-
dam. licet quidam dicant, quod non retractatur in ali
quo casu. Item super quacunque actione iuretur, non
tractatur de sacramento, sed illud tantum quæritur,
an sit iuratum, vt ff. de iureiurando. l. non erit. §. dato.
nam ex quo iuratum est &c. vt ff. de iureiurand. l. nam
& postea. in principio. Item tu detulisti mihi sacramẽ
tum in hac actione populari, aut detulisti illud bona
fide, aut mala. Item aut tu es, qui venis contra, qui de-
tulisti: aut alius, si tu ipse venis contra, & bona fide de
tulisti: non potes, quia habeo exceptionem iurisiurãdi
contra te & contra omnem hominem, vt ff. de iureiu-
rando. l. cum qui. §. in popularibus. si mala fide detuli-
sti allegans tuam turpitudinem, non debes audiri, vt
pro actore dixi. Et esto quod mala fide detulisses: aut bo-
na fide

na fide iuraui, aut mala: si bona fide, & tu mala fide detulisti, non potes venire contra: quia iam dolus tuus esset tibi lucrosus, quod iura nolunt, vt ff. de dolo. l. ne ex dolo. Item si malam fidem habui in præstatione sacramenti, tu tamẽ agere non potes: quia cum simus in pari malitia & in pari dolo, deterior est agentis cõditio: vt ff. ne quis eũ qui in ius vocatur, vi eximat. l. 2. & beatus qui tenebit, vt ff. de ver. obl. l. si seruum. §. sequitur. ff. de liberali cã. l. liberalis. ff. ad legem Aquiliam. l. inde Neratius. in fi. & l. item Mela. in prin. Aut alius agit contra me: si alius, & bona fide iuraui, habeo exceptionem iurisiurandi: si mala, vel ille docere debet de mala fide mea, vel de præuaricatione istius, vt ff. de iureiu. l. eum qui. §. in popularibus. & ff. de præuaricato. l. præuaricatiõis. & qui dolum dicit, dolum probare debet, vt ff. de probation. l. quoties.

SOLVTIO. In hac quęstione sine præiudicio melioris sentẽtiæ, videtur mihi in primo articulo, quod eo ipso ex quo positum habuit, & si damnum nõ sit datum, quod teneatur ad poenam decem aureorũ: ita si taliter fuit positum, cuius casus periculosus timetur: prætor enim non considerauit vtrum sit datũ, an non, sed an damnũ dari possit, vt ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. l. si vero. §. prætor ait. licet enim positũ, sit sublatũ, tamẽ poena cõmissa exigetur per legem. arg. ff. vi bonorũ raptorum. l. vlt. & ff. de furtis. l. qui ea mente. In secundo articulo, quando iurauit se non habere positum, & inuenitur habere, distinguo: aut certũ est quod ante habuit positum, aut certũ est quod postea habuit: si ante habuit, vnica est appensio: tũc obstat exceptio iurisiurãdi. Nec valet si dicas, hodie habet appẽsum, hodie deliquit: nõ sequitur. sicut in furto iurat aliquis se non fecisse furtum: hodie non contrectat, nõ tenetur: vt ff. de furt. l. si quis vxori. § si iurauerit. In dubio quid pręsumo? certe præsumo quod ante habuerit, vt arg. ff. de iureiur. l. qui iurasse. §. si pater. Quis ergo probabit, quod postea habuerit? ille qui dicit eum postea habuisse, vt ff. de prob. l. verius. & ar. ff. de administ. tutorum. l. hoc autem. Roffredus.

QVI PARTEM PRAEDII NOmine proprio, & partẽ procuratorio nomine emit, si totum prædiũ possedit longissimo tẽpore, an videatur partem illius præscripsisse, ita vt sit dominus in solidũ totius prædii ex præscriptione: vel si dixerimus eum etiã longissimo tempore non præscripsisse, an possit vti retentione partis illius, donec precium ei soluatur, an vero fiat fructuum compensatio, vt extenuent sortem.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum inter dominum & procuratorem cõtrahitur, vnde mandati actio locum habet.*
2 *Mandatum sicut est liberum non suscipere, ita susceptum consummari oportet.*
3 *Actio mandati est bonæfidei.*
4 *Procuratorio nomine ex quo quis rem accipit, res illa domino statim acquiritur.*
5 *Vsucapio quod sine possessione non procedat, quomodo accipiendum sit, & nu. 14.*
6 *Præscriptio contra possidentem non currit.*
7 *Procuratorio nomine qui rem emit, de qua per annos triginta fructus percepit, an rei precium à domino repetere possit.*
8 *Rei vendicatio domino datur.*
9 *Actio mandati, cum personalis sit, longissimi temporis spatio tollitur.*
10 *Res ex mandato meo empta, non ante mea efficitur, quam mihi traditur.*
11 *Dominium citius quæritur, quàm possessio.*
12 *Proprietatem & possessionem rei commodatæ retinemus, depositæ vero proprietatem.*
13 *Commodatarius & depositarius si rem per annos triginta teneant, rite se defendere possunt.*
15 *Possessio rei emptæ procuratorio nomine, quod tradita videatur, ex quo procurator qui emerat, tenuit & possedit per triginta annos & vltra, sciente & non contradicente domino: immo ius quod habebat dominus tacite remisisse videtur.*
16 *Mandatum suscipienti neque proficuum, neque dãnosum esse debet.*
17 *Mandati actio contraria procuratori datur: vt quicquid mandati causa impensum est, à domino repetat.*
18 *Intellectus l. si pupillus. ff. de administra. tuto.*
19 *Procurator qui rem alterius nomine emit, si dominus rem petat, exceptione, nisi precium impensarum sibi restituatur, dominum repellere potest.*
20 *Res empta ex pecunia mea, est mihi pignorata.*
21 *Creditor is dicitur, cui ex quacunque causa debetur.*
22 *Procurator possessionis causam mutare non potest.*

Quæstio 18.

ROBERTVS quidam nomine, emit fundũ pro decem: medium pro se. & medium procuratorio nomine pro Titio vicino suo: completa venditione tradita possessione isti emptori, stetit emptor in possessione spatio triginta annorum & vltra. agit nũc Titius contra Robertum actione mandati, vt medietatem illius fundi debeat sibi dare: defendit se Robertus præscriptione temporis: vel esto quod præscriptio sibi nõ prosit, excipit & petit partẽ precij pro illo fundo. Titius replicat, Non potes petere, quia iam sunt anni triginta trãsacti, & sic præscriptione me defendo. vel esto quod prædicta præscriptio mihi non prosit, dico fuisse tibi solutum expensione fructuum. Quæritur quid iuris.

PRO. Quod possit agere Titius contra suum procuratorem Robertum, probatur: sed quia nemo sine actione potest experiri, vt ff. de administra. tut. l. quoties. §. item si temporali. ideo quod actio mandati vel
1 rei vendica. locum habeat, vide. Certum est enim † quod inter dominum & procuratorem mandatum contrahitur: vnde actio mandati locum habet, vt institution. mandati. & ff. manda. l. prima, si ergo mandatum fiat tibi, ex illo mandato apud te procuratorem nihil remanere debet, vt ff. manda. l. ex mandato. Hoc etiam in procuratore cõstituto circa iudicia: quia quicquid ex lite vel occasione litis consecutus est, reddere debet: vt ff. de procur. l. qui proprio. §. procurator. vt in cæteris. Item & maritus vxori restituet, quicquid occasione serui dotalis obuenit: si forte institutus sit, vt ff. sol.
2 matrimon. si vero. §. j. licet † enim ab initio fuerit tibi procuratori liberum renunciare, susceptum tamen teneris consummare, vt ff manda. l. si mandauero. §. sicut autem liberum. nec videtur consummatum, ex quo res empta mandato meo mihi nõ traditur. nã nihil actum credimus, cum quid superest ad agendum. vt C. ad Syllа. l. pen. & verba cum effectu sunt accipienda. vt ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exi. l. penult. Præterea vide,
3 † nonne ista est actio bonæfidei, scilicet mandati? certe sic, vt insti. de action. §. actionum. venis ergo contra fidem tuã ratione rei emptę: certe nõ debes hoc facere,

cum anima & fides tua sit rei cuilibet præferenda, vt
C.de sacrosanct.ecclesi.l.sancimus.& graue est probo
viro fidem frangere,vt ff.de constitu.pecu.l.j.Præterea
miser consule famæ tuæ,& rẽ restituas,ne ex hac actio-
ne damneris,quia postea infamis efficieris: vt ff.de his
qui not.infa.l.furti §.mandati.& instit.de pœna teme.
litig.§.ex quibusdam.sed circa hoc non est tibi defen-
sio,nisi de præscriptione temporis 30.annor. Sed vide
ꝙ ista præscriptio mihi non obstat. Certum est enim,
4 ex † quo quis rem accipit procuratorio nomine, quod
statim res illa acquiritur domino:hoc dicit l.ff.de do-
nation.l.qui mihi donatum.nam si procurator emit no
mine meo, mihi proprietas & dominium acquiritur
ignoranti.vt ff.de acquirend.rerum domi.l.si procura-
tor.Item rei emptæ per procuratorem & sibi traditę in
continenti acquiritur,etiam mihi ignoranti possessio:
vt C.per quas perso.nobis ac.l.prima.& C.de acquirẽ.
possess.l.j.& l.per procuratorem.& ff.de acquiren.pos-
sess.l.j.§.per procuratorem.& l.si me in vacuam posses
sionem.§ vltim.& l.possessio.§.vltim. Si ergo istud est,
quòd mihi domino acquiritur rei emptæ dominium&
possessio,sequitur ergo,quod nec dominium,nec pos-
sessio apud te potuit remanere:quia duo eiusdẽ rei in
solidum domini esse non possunt:nec duo eandem rem
in solidum possidere:vt ff.commo.l.si vt certo.§.si duo
6 bus.& ff.de acquiren.possess.possider.§.ex pluribus. †Si
ergo possessio non fuit apud te,tu non potuisti pręscri
bere.primò,quia vsucapio sine possessione non proce-
dit.vt ff.de vsucapio.sine possessiõe.ad hoc enim quòd
quis pręscribat,duo exigimus,maxime quod possideat
& continue,vt institu.de vsucapio.& C.de vsucapion.
transfor.l.vnic. Si ergo tu tenuisti tanto tempore,ti-
bi illa detentio prodesse non potest non enim possedi
sti nomine tuo,sed meo.nam is possidet cuius nomi-
ne possidetur:vt ff.de acquiren.possessio l.quod meo.
nec prodest talis possessio ad præscriptionem,quæ al-
terius nomine retinetur,vt C.de præscript.30.annorũ.
l.male agitur.nec enim tuo nomine possedisti,sed meo
vt dictum est.etiã si voluisses mihi mutare causam pos-
sessionis,non audiris.nam nemo debet audiri,si vult si
bi causam possessionis mutare nulla causa extrinsecus
accedente,vt C.de acquirend possessión.l.cum nemo.
& ff.de vsucap l.non solum.§.quod vulgo. Cum er-
go mihi fuit quæsita possessio & dominium per ea quę
dicta sunt,adeo etiam quòd nec aliquo momento facit
moram in personam illius per quam acquiritur, vt ff.
de acquirend.heredita.l.placet:quomodo ergo vis mi-
6 hi præscriptionem obiicere,cum contra †possidentem
non currat præscriptio?vt in l.prædicta, male agitur.si
ergo præscriptio temporis mihi non obstat,videamus
7 an possis †petere precium quod dedisti, & dico quod
non. Certum est enim, quòd tu percepisti fructus ex
precio,vel potuisti percipere.vnde sortem extenuant.
vt C.de pign.act.l.2.& in modum compensationis ti-
bi oppono,Codic.de compensation.l.si propter. Item
& alio modo me à precij petitiõe defendo.iam sunt an
ni 30.& vltra,quòd precium non præstiti:quo ergo mo
do petere potes, cum omne ius sit sublatum, & tolla-
tur sicut in tuis allegationibus confiteris?vt Codic.de
præscrip.30. annor.l. sicut & l.omnes.si ergo præscri-
psi,ergo solui:quia qui præscribit,similis est soluenti,
vt ff.de administr.tut.l.si pupillus Posset etiam ex par-
te actoris rei vendicatio intentari: nam cum sit mihi
domino per te procuratorem quæsitum dominium,se
8 quitur quod rei vendicatio mihi dari debeat. † Nam
rei vendicatio ei datur qui dominus est, vt ff.de rei vẽ
di.l.in rem actio.& mihi actori non potes præscriptio
nem opponere: quia non possedisti nomine tuo, sed
meo, sicut patet per ea quæ superius dicta sunt.in per-
sonalibus enim tantum actionibus locum habet,ꝙ ali
quis sine possessione præscribat actionem, sicut in
tuis allegationibus confiteris. Item esto quod non fue
ris procurator,fuisti negociorum gestor: ergo ex quo
habeo ratum negocium nomine meo gestum mihi q̃-
ritur: vt ff.de negociis gest.si ego.& l.si pupilli. §.item
quæritur.

CONTRA. Econtra se procurator tali modo de-
fendit: Imprimis,quod possit præscriptionem tempo-
ris obiicere,probat euidenter. Certum est,sicut con-
fiteris in allegationibus tuis,quod tibi datur manda-
9 ti actio contra me,quæ †actio cum sit personalis, meri
to tollitur spatio longissimi temporis,vt Cod.de con-
stitu.pecu.l.2. Certum est enim,quod ab eo die quan-
do emi,tibi competiit mandati actio:& eam cum ef-
fectu intentare poteras. vnde de iure sequitur, quod
pręscriptionem opponam. Aut enim actio nata est,sed
non potest intentari: & tunc præscriptio illi actioni
non currit,vt in filiosfamilias exemplum ponitur & v-
xore,quibus durante patria potestate & matrimonio,
actiones competunt:sed non dantur,vt C.de bon.ma-
ter.l.j.& auth.ibi signata,nisi & C.de annali excep.l.j.
in fi.& C.de præscr.30.annor.l.cum nouissimi.§.illud.
Aut actio est nata & competit,tunc præscribitur actio
ni,vt C.de annali except.l.j.§ ad hæc.contra enim de-
sides & sui iuris cõtemptores odiosæ exceptiones op-
ponuntur,vt C.de annali except.l.vltim in fin Multum
enim dormisti frater: vnde iura tibi non succurrunt.
vigilantibus enim & non dormientibus prodita sunt
iura,vt ff.de his quæ in frau.cred.l pupillus. Nec ob-
stant allegationes tuæ,per quas vis obiicere, vt mihi
non prosit præscriptio,scilicet quia non possedi:ergo
non potui præscribere. Respondeo, immo possedi,&
possideo.nam licet emi vt procurator, tibi tamen res
10 illa non quæritur. nam † res ex mandato meo empta,
non ante efficitur mea, quam mihi tradatur, vt ff.de
acquirend rer.domi l.res ex mandato. Nam etsi man-
dante Felicissima seruos emisse te dicis,dominium ser
uorum apud te procuratorem remansit:vnde eos ma-
numitti,vt C.de his qui à non dominis ma.l.2.Sequi-
tur ergo quod procurator sit dominus, ex quo tenet
manumissio:alio modo enim non tenet manumissio,vt
C.de testa.ma.l.seruo.Si ergo rei emptæ non quæritur
tibi dominium,nec etiam possessio. Nam video quòd
11 citius acquiritur dominium, † quam possessio, vt ff.
de acquirend.poss.l.cum heredes. quomodo enim po-
tuit tibi quæri possessio,cum possessio sit facti? vt ff.ex
quibus caus.ma.l.denique.& ff. si quis testamẽto liber
esse iussus.l.j.§.Scæuola.quæ nunquam acquiritur,nisi
specialiter fuerit appræhensa, vt in prædicta l cum he
redes. Nec obstat si dicas,immo possessio quæritur,vt
in legib.quas allegasti,vt ff.de acquir.poss.l.si me in va
cuam.§.vltim & l.secund.§ procuratorem.& l.posses-
sio § vltim. Respondeo,verum est quod acquiritur pos
sessio,i.causa possessionis, scilicet quia operatur mihi
illa ad vsucapionem quæ curret postquam sciam quæ
sitam possessionem:'vt C. de acquir.pos.l.j.vnde dicit
lex: Causa possessionis quæritur per procuratorem,
& non possessio,vt C.per quas perso.no.acqu.l.j. Item
lex dicit: Vtilitatis causa,possessio quæritur per pro-
curatorem:vtilitatis,s propter vsucapionem quæren-
dam,vt C.de acquirend.pos.l.per procuratorem.Item
nec obstant leges quæ dicunt, quæri dominium per
procuratorem, quia illæ loquuntur quando procura-
tor ministerium præbuit cum primo:ego cum illo cõ-
traxerã,qui mihi donare volebat: & sic per ministeriũ
procuratoris mihi quæritur,sicut & alias. ff. de vsur.si
quis solutioni.§ vlt. Vel esto sine præiudicio,ꝙ quæsi-
ta sit tibi domino possessio & proprietas, tamen mea
tua actione mandati defendo. Nonne id vides in com
12 modato? nam † rei commodatæ proprietatem & pos-
sessionem retinemus,vt ff.commo. l. commodatæ rei.
Item in actione depositi,rei depositæ proprietatẽ reti
13 nemus,vt ff.depositi.l.licet.§.rei. † & tamen cõmoda-
tarius & depositarius,qui tãtum tenẽt,si per 30.annos
teneant,

tenea nt,possunt se defendere, quia sunt illæ actiones
sublatæ.nam nulla personalis vltra annos 30.durat, vt
C.de constitu.pecu.l secunda,& C.de anna.excep.l.j.
14 §.ad hoc.Quod enim tu allegas,quod † vsucapio sine
possessione non procedit,verum est, si quis aliquam ré
corporalem vult præscribere.at si volo præscribere a-
ctioni,non est necessaria aliqua possessio,sed sufficit si
actioni temporis opponam obstaculum:cum enim a-
ctiones sint res incorporales,ergo non possunt posside
ri,vt ff.de acquirend. rer.do.l.seruus. §. incorporales.
Et hoc vide : nam si tibi competebat actio confessoria
pro aliqua seruitute rustica. & si non possideam, vel
quasi illam seruitutem,sufficit mihi, si per annos decé
vel viginti non ieris,vt ff.de vsucap.l.sequitur.§.si viá.
& §.libertatem. Item video quod hypothecaria, quæ
competit creditori,à secúdo tollitur contra primum,
ex quo in annos triginta non obtulit,vt C.de præscri-
ptio.30 ann.l.cum notissimi.§. 2. Opposita exceptione
15 †temporis,adhuc aliam exceptionem oppono.Per 30.
annos, & vltra steti in tenuta seu possessione rei istius
emptæ,te vidente,sciente,& non contradicente:vnde
videtur à te mihi possessio tradita, sicut fuit possessio
acquisita,vt C.de acquirenda.poss.l. minus. & ff.si ser
ui.vend.l.si à te emero.Immo plus dico,quia ius quod
habebas, tacite mihi remisisse videtur, video enim in
marito.qui cum posset dotem retinere ideo,quia vxor
ab eo sua culpa diuertit : si patiatur vxorem possidere
longo tempore,nedum longissimo,videtur sibi per ta-
citum pactum illa bona remittere, vt ff.de iure dot.l.
cum post diuortium.Et si pater permittat filio retinere
res per multum tempus,quæ patri erant quæsitæ: præ-
sumitur ius quod pater habuit,remisisse: vt Codic.de
bo. quæ libe. l.cum oportet. §. finautem. Præterea
esto sine præiudicio,quod ista mihi non prosint:resti-
tuas mihi partem prædij. Nam certum est,vt dicunt
iura, quod officium suum nemini debet esse damno-
sum,vt ff.de furt.l.si seruus communis.in fi.j.colum.&
ff.ex quib.cau.ma. l. videlicet,& ff.quemadmod.testa.
aper.l.si quis ex signatoribus.in princip.Pręterea sicut
16 allegasti,mandatum non debet mihi esse † lucrosum,
nec etiam damnosum, vt dicit l.ff.mandati. l. ex man-
dato. Præterea mandati natura non patitur aliquem
locupletari cum damno alterius,vt ff.de condi.indeb.
leg.nam natura.ex quo enim habes ratum contractum
illum,quem feci nomine tuo,teneris mihi soluere pre
cium.nam si pater habeat contractum filij ratum, te-
netur ex his quæ gesta sunt per filium, vt ff.de tute.l. si
filius.Et si gero negocium nomine tuo,necesse habe-
bis mihi reddere quod impendi,si negocium illud ha-
bes ratum,vt ff.de neg.gesto.l.si pupilli.§.item quæri-
17 tur.Item nonne possem † repetere per actionem man-
dati contrariam precij? certe sic,vt ff.manda.l.itéque.
§.idem Labeo ait.& l si vero.§.contrario.& l.qui mu-
tuam.§.vlti.si habeam actionem,multo fortius debeo
habere exceptionem, vt ff.de superficiebus.l. j. Nec
obstat quod dicis, ègo præscripsi, ergo solui, de malis
18 denariis vis mihi soluere. nam † quod dicit lex illa,si
pupillus.de administra.tutor.quod qui præscripsit,si-
milis est solventi.verum est,quia habet quod obiiciat
petitori: non autem est similis:quia qui soluit, libera-
tur ipso iure:vt institut.quib.mo.tol.oblig.in princip.
qui autem præscribit,liberatur per exceptionem. Sed
esto,sine præiudicio,quod mihi non daretur actio ad
19 precium:habeo †tamen exceptionem,nisi precium im
pensarum mihi restituatur, sicut in eo qui bona fide
in solo alieno ædificat,licet non habeat actionem pro
impensis:habet tamen exceptionem,nisi precium im-
pensarum sibi restitueretur,vt instit.de rer.diui.§.cum
autem in suo.& ff.de cond.indebi.leg.si in aliena area.
& ff.de rei vendica. l. sumptus. qua enim fronte petis
rem dari,cum precium non soluisti,nec velis soluere?
Ecce actionem mandati non habes, quia tempore
es exclusus.vel esto quod tibi non obstaret,nonne te-
neris mihi restituere precium? certe sic. vt dictum est
Item esto quod per me procuratorem sit tibi quæsitú
dominium,& sic rei vendicatio tibi competeret:quo-
modo eam intentabis, & poteris dicere te dominum,
cum precium nó solueris,nec etiam alias satisfeceris,
nec tibi sit fides de precio habita?vt ff.de trib.l. procu
ratoris.§.sed si dedi.rem enim quam emi,retineo loco.
pignoris,donec precium mihi soluatur:sicut in vendi-
tore,qui rem loco pignoris tenet, quandiu sibi solua-
20 tur precium,vt ff.de act.emp.l.Iulianus.§.offerri.Et †si
res ematur de pecunia mea,& mihi res illa pignori. vt
ff.in quib.cau.pig.tac.contrahi.l.j.& in auth.de æqua.
l.do.§.quia vero.coll.7.& C.de pig.l.vlt.ergo cum ha-
beam hypothecariá,datur mihi de iure exceptio con-
tra te. Item nonne tu mihi debitor es in his?certe sic.
21 nam creditor †appellatur ille, cui ex quacunque causa
debetur,vt ff.de verb.sign.l.creditores.si ergo sum cre
ditor tuus,possum rem istam,quæ ad me peruenit,reti
nere quandiu pecunia non soluitur,vt Cod. etiam ob
chirographa.pec.l.vnica & ff.de condi.indebi.l.si non
sorte.§.si centum.Nec potes mihi aliquid obiicere de
fructibus,quos percepi:quia illos lucror, cum tibi nó
petam vsuram pro precio,vt ff.de rei vend. emp.& in-
stit.de rer.diui.§.si quis à non domino.& ff.fini.regúd.
l. 4.§.j.si ergo fecerim tanquá procurator,tibi non te-
neor,vel si teneor, da saltem precium sicut dictum est.
Item si fui negociorum gest. similiter tibi non quæri-
tur per tuam ratihabitionem:quia habes ratum eo té-
pore,quo tibi quæri non potuit,vt ar.ff.rem ratam ha-
beri.l.pen.

SOLVTIO.In hac quæstióe sine præiudicio me-
lioris sententiæ videtur mihi, quod Titius non possit
agere contra procuratorem actione mandati: quia il-
lam sublatam dico spatio 30.anno.sicut allegatum est.
Verum si actor intentabit rei vendicationem vel Pu-
blicianam,credo actorem posse obtinere.Et vide ratio
nem:certum est enim,ꝙ quando procurator emit non
malignás mihi fuit res illa quæsita,vt ff.de do l.qui mi
hi donatum.vnde cum fui factus dominus,non potuit
currere mihi actori præscriptio: quia procurator tan-
quá procurator possedit,& nomine actoris,quia pos-
sessio & dominium fuerunt actori per eú q̃sita,vt C.de
acq.pos.l.j.& l.per procuratorem.vnde illa detentatio
facta à procuratore illo, actori proficit etiam quo ad
præscriptioné:vt C.de præsc 30.ann.l.male.& l.cú no-
tissimi.Nec posset dicere procurator.Ego possedi spa-
tio 30.an.vnde sublata est védicatio illa tua.Respódeo
22 non posses: †quia nó potuit procurator cám sibi pos-
sessionis mutare.vt C.de acq.pos.l. cum nemo.& ff.de
vsuc.non solum.§.ꝙ vulgo.& ff.si pars heredit.petat.l.
vlt.vnde actor vendicabit medium illius fundi, nó re
fuso precio,cum sibi procurator fructus debeat in pre-
ciú imputare:quia quátum ad illud precium, creditor
est,vt C.de pig.act.l.j.& 2.Roffred.

DEBITOR IN DIEM SVB poena credens,totum debitum per credi toré alij remissum, cui erat tantum remis sum pro parte:si existente die erranter sol uerit illi,cui credebat totú esse remissum, an inciderit in poenam,& si inciderit, an in solidum vel in parte.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in diem & sub pœna,si in illo die non soluat, in pœnam incidit.*

2 *Solutio facta alij quam cui debebatur,soluentem non liberat.*

tate gaudens: tamen soluit ei qui ius habebat, saltem pro parte, dico ipsum ad pœnam non teneri, vt arg. ff. de probati. l. cum de indebito. nam non videtur mihi falsum, quod iuuatur primordio veritatis, vt ff. de vulga. 2. l. cum filius. §. heres & sic liberatur propter iustã ignorantiam, vt arg. ff. de solut. l. qui hominem. §. si Titiũ maxime si persona cui fuit facta solutio, erat persona legalis, de qua nõ esset præsumptio, quod aliquid contra conscientiam dixerit. vnde quantum ad pœnã, excuso soluentem: licet eum non excusem, quãtum ad illud quod solutum est, cum inuenio ꝙ multis de causis excusatur quis à pœna, vt ff. si quis cau. l. 2. & ff. de lege commisso. l. vlt. Item si esset commissa pro parte vel
11 in toto, dico ꝙ † in totum committitur & exigitur per legem ff. de verbor. obl. l. stipulationum. §. vlt. Nec obstat. l. ff. si quis caut. l. si seruus. §. si plurium. quia illa loquitur de quodam facto, quod nec sequitur naturã diuidui vel indiuidui. nam si esset diuiduum, pœna committeretur pro parte, & ꝓ parte exigeretur. Item si esset indiuiduum, pœna committeretur in solidum, & exigeretur in solidum, vt ff. de verbor. obliga. l. eadem. §. Cato. & l. 2. at tibi committitur. In solidum pœna & pro parte exigitur, sicut ibi in illa lege per dominum meum notaui. in quæstione autem præsenti dico prædicta locum nõ habere, per ea quæ superius dicta sunt. Roffredus.

AN COMPROMISSVM FActum cum adiectione iuramenti & pœnæ in eum, quem vtraque partium scit inhabilem, valeat. & si tulerit laudum, & illi in parte sit paritum, an altera partium, non parendo incidat in pœnam & periurium. & id quod acceperit teneatur restituere.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, tutela finita, contra tutorem actione tutelæ experiri potest.*
2 *Arbitrium ratione personæ, qualitatis & causæ, non tenet. & nu. 6.*
3 *Monachus arbiter esse non potest.*
4 *Arbitrium, cum actus longissimus sit, à quolibet impedimento vitiari potest.*
5 *Minor quinque & viginti annis, in iudicio stare nõ, nisi cum curatore, potest.*
6 *Arbitrium iuratum ipso iure nullum est.*
7 *Iuramentum varie remittitur.*
8 *Arbitrium, à quo de cõmuni voluntate recessum est, ex toto sublatũ est: nec resuscitatur, nec aliquid quod ex ipso arbitrio pendeat.*
9 *Obligatio naturalis, solo pacto ipso iure tollitur.*
10 *Obligatio facta ex arbitrio nullo, non repetitur.*
11 *Liti mota de prædio postquã nunciatum est, instaurari litem ratio non permittit.*
12 *Arbitrium ex quo non durauit, prolatum esse nõ videtur.*
13 *Arbitrium de communi voluntate tolli potest.*
14 *Actio quæ ex re iudicata nascitur, si innouetur, nunquam sententia executioni mandabitur.*
15 *Actio in factum, ex arbitrio post decem dies datur: item exceptio.*
16 *Monachus succedit, agit & conuenitur.*
17 *Sacerdos arbiter esse potest.*
18 *Iuri competituro quandoque renunciare licet.*
19 *Iudicium vel arbitrium qui suscipit, contrahere videtur.*
20 *Arbitrium etiam nullum an approbare videatur is qui ex arbitri mandato centum accepit.*
21 *Arbitrium quod nullum est, cassari non potest.*

Quæstio 40.

FREDERICVS nomine olim pupillus, nũc adultus, voluit agere contra tutorem suũ quondam actione tutelæ. placuit compromittere in monachum de actione, quem vterque sciebat monachũ esse, renunciãtes in cõpromisso illi exceptioni, ꝙ erat monachus: compromisit adult⁹ sine curatore, & pœnam ꝓmisit tutori, & iurauit se arbitrium seruaturum, nec venire contra aliquo modo, nec occasione minoris ætatis: tutor etiam pœnam promisit, & iurauit se seruaturum arbitrium. monachus arbiter pronunciauit, ꝙ tutor nunc daret isti adulto centum, & ducenta daret hinc ad annum solutis centum ab illo tutore ex mandato arbitri infra annum; in quo ducenta erant soluenda: placuit adulto & tutori ab illo arbitrio de communi voluntate discedere. agit nunc adultus contra illũ suum quondam tutorem actione tutelæ. tutor opponit exceptionem arbitrij, & petit pœnam: vel esto quod arbitrium sibi non prosit, repetit centum, vel compensat centum, quæ soluit ipse tutor ex mandato arbitri: vt in illo arbitrio cõtinetur. quæritur vtrum adultus possit agere actione tutelæ, non obstante actione arbitrij, & non restitutis illis centum, quę recipit ex illo arbitrio.

PRO. Quòd possit agere, probo. Verùm istud pone in themate, quod ita continetur in constituto ciuitatis: Omne laudum & arbitria firma tenebo. Certum
1 est enim, quòd † pupillus finita tutela agere potest cõtra tutorem actione tutelæ, quòd hoc sit verum, dicit l. ff. de tute. & rat. distr. l. 1. in fin. & l. 2. & ff. rem pup. saluam fore. l. non quasi. §. hanc. & C. arbi. tut. per totum. & hæc quæstio esset expedita, nisi arbitrium interue-
2 nisset. Sed probo quòd arbitrium non obstat. † quia arbitrium nullum fuit multis rationibus: Imprimis, ratione personæ ipsius arbitri: scilicet quia monachus, qui quãtum ad ciuiles actus, pro mortuo reputatur, vt C. de episc. & cleri. Deo nobis. si ergo sibi ciuiles actus
3 interdicuntur, † ergo non potest esse arbiter. nam mulieres quibus ciuilia interdicũtur officia, vt ff. de reg. iuris. l. fœminæ. non possunt arbitrari, vt C. de arbit. l. vlt. cum enim clericus remouetur à publicis actibus, vt C. de episcop. & cleri. l. placet. ergò debet remoueri monachus: cùm tantùm debet agere, quod dictat sui significatio nominis, vt C. de episc. & cler. decernimus. adeo quidem hoc verum est, ꝙ etiã si ab initio fiat de iure arbitrium, pone, in laicum: superueniente tamen sacerdotio vitiatur, & fit arbitrium nullum, vt ff. de arbit. l. non distinguemus. §. compromisso. Item tãtę authoritatis est arbitrium, ꝙ si alia sit persona admixta, quæ arbiter esse non potest, quod vitiatur: puta si compromitto in liberum & seruum, vt ff. de arbi. l. Pedius.
4 §. 1. cùm † enim arbitrium sit actus legitimus, vitiare potest quodlibet impedimentum, vt ff. de regu. iur. l. actus legitimi. Item vitiatur arbitrium etiam si non esset renunciatum, ex quo nõ possum tutelæ agere, vt ff. de arbit. l. 3. nec datur ex eo pœnæ petitio: & sic vitiatur ratione personæ ipsius arbitri. Vitiatur etiã ratione personæ ipsius adulti: ecce enim si adultus compromittat minor 25. annorum sine curatore, nullum est cõpromissum, si contra eum feratur sentẽtia: vel si tenet, datur restitutio minori, vt C. de in integ. rest. l. si curatorẽ. & C. qui leg. perso. habe. stan. in iudicio. l. 1. 2. & 3.
5 & C. de procur. l. non eo minus. † minor enim in iudicio sine curatorę stare nõ potest, ergo nec in arbitrio,

S

cũ arbitria ſint redacta ad iſtar iudiciorũ,vt ff.de arbi.
6 l.j.Itẽ nõ tenuit †arbitriũ ꝑpter qualitatẽ vel cauſam.
ſcilicet quia fuit interpoſitum iuramentum:vnde ipſo
iure nullum.vt Codic.de arbi.authentic.decernimus.
& eſt in corpore authentic.de iudicibus.coll.6.§.quia
vero multæ.& §.& quia cognouimus.& quare non ſer
uatur ſacramentum; ideo,quia homines dum nolunt
ſeruare arbitrium,incurrebant periurium:& ſic repro
batur arbitrium,vbi interuenit ſacramentum propter
periurium:quia non debent leges viam periuriis ape-
rire,quæ periuria puniunt, vt Codic.de indic.vidu.l.
ſecunda.ibi enim quia periurium committebatur,im-
7 pune dimittitur ſacramentũ.† Itẽ alias dimittitur ſa-
cramentum,vt quia timor eſt ne poſsit periurium in-
curri,vt ff.de condi.inſtitution.l.quæ ſub conditione.
Remittitur etiam ſacramentum,vt in authentic.ſceni
cas non ſolum.columna quinta,& eſt poſita. Codic.
de nup.authentic.quod eis.Item remittitur Codic.de
legib.& conſtitution.l.non dubium.& ff.de legat.pri-
mo.l.ſi quis inquilinos.§.fin. & etiam iure canonico ſi
venio contra:pœna tamen pro periurio mihi imponi
tur,vt ſupra de iureiurando.cap.ſicut noſtris.& de iu-
reiur.cap.quintauallis.nec ſum propterea periurus,
quia qui authoritate legis peccat, peccare non vide-
tur.dicit cap.nec videtur deierare,qui ex cõceſſa cau-
ſa deſerit iuſiurandum,vt ff.qui ſatiſdat.cog.l.vltima.
vnde cum non teneat arbitrium ratione perſonarum
& ratione cauſæ vel qualitatis,vt dictum eſt:nec ergo
exceptio locum habet,nec pœna poteſt ex illo peti ar-
bitrio.vt ff.de arbit.l.ita demum.& l.Pedius.Item alia
ratione fortiſſima probo,quod tu non potes exceptio
nem opponere ex illo arbitrio.nec etiam pœnam pete
8 re,vel quod ſoluiſti,repetere:placuit † enim nobis de
communi voluntate ab illo arbitrio recedere.ſequitur
ergo quod illud arbitriũ ſit ex toto ſublatum.vnde nec
reſuſcitatur, nec aliquid quod ex arbitrio pendeat.
nam obligatio ſemel extincta, non reſuſcitatur. vt ff.
de ſolution.l.qui res.§.aream.tollitur enim actio pri-
mitiua per conuentionem ſecundo loco appoſitam.vt
Codic.de pactis.creditori.in fin.ex quo enim renunci
aſti,non venies contra. nam poſtquam liti de prædio
motæ renunciaſti,inſtaurari litem prohibent iura.vt
Cod.de pact.l.poſtquam.& qui dicit inſtrumento ali-
quo non vſurum,amodo vti non poteſt,vt Codic.de fi
9 de inſtrument.l.ſi aduerſarius.†per ſolum enim pactũ
ipſo iure tollitur naturalis,vt ff.de ſolution.Stichum.
§.naturalis.quomodo ergo redis ad id, cui renuncian
dum putaſti?vt Codi.de pact.ſi quis in conſcribendo.
& Codic.de non nu.pecun.l.generaliter.Sic ergo non
obſtat exceptio ratione prædicta.Item nec poteſt ſolu
tum repetere. Certum eſt enim, quod arbitrium nul-
lum fuit,& quia in monachum, & quia ego minor cõ-
promiſi ſine curatore,quæ omnia tu ſciuiſti: ergo ſci-
10 re debuiſti,quod ipſo iure non tenuit.† vnde ſi ſolui-
ſti ex tali arbitrio,non repetis,ſicut qui ſoluit ex eo te
ſtamento,quod erat inutile,nunquam repetit,vt Cod.
de teſti.l.non eſt dubium. Et ſi quis ſoluit ex eo teſta-
mento,ex quo poterat retinere Falcidiam, credens de
iure non poſſe retinere,nunquam ſolutum repetit: vt
Codic.ad leg.Falcid.l.error.niſi ſit minor,vt Codic.ſi
aduerſus ſolution.l.indebito.cuius enim per errorem
dati repetitio eſt,eius conſulto dati donatio eſt, vt ff.
de regul.iur.cuius per errorem.donari enim videtur,
quod nullo iure cogente conceditur,vt ff.de dona.l.j.
ex quo enim de communi voluntate receſsimus ab ar-
bitrio,quod latum fuit,omnia quæ facta ſunt,ſunt per
illud pactum eliſa, vt argumento.ff.de pact.l.ab em-
ptione.& ff.de reſcin.vend.l.cum emptor. quando e-
nim receſſimus de communi volũtate,tu mihi iam ſol-
ueras illa centum:& ſciebas te ſoluiſſe.nec potes alle
gare ignorantiam in tuo facto proprio. vt ff.ad Velle-
ia.l.quanquam.ex quo enim de communi voluntate re
ceſſimus ab arbitrio,illud arbitrium nullum eſt.Nam
& ſi prætor fecit nunciari nouum opus,& poſt nuncia
tionem prohibuerit,prima nunciatio habetur pro nul
la:& perinde habetur ac ſi facta non eſſet, vt ff.de no.
ope.nun.l.ſi opus nouum. Et ſi legatarius repudiaue-
rit legatum ſibi relictum, perinde eſt,ac ſi legatum nõ
eſſet,vt ff.de lega.j.l.legatarius.§.j.Et perlata querela,
perinde eſt,ac ſi hereditas adita non fuiſſet,vt ff.de in
offi.teſta.l.cum qui inofficioſi §.fin.& ſi legatam pecu
niam repudiat legatarius,perinde habetur, ac ſi lega-
ta non eſſet.vt ff.ſi cer.pe.l.perinde.Item eſto ſine præ-
iudicio,quod valet arbitrium:quomodo oppones ex-
ceptionem ex illo arbitrio,quod eſt remotũ de volun-
tate?libera enim fuit poteſtas eius, non caſſare arbitri
um:modo contra caſſationem venire non potes:cum
enim exceptio ſit mihi ſemel quæſita,eam mihi inuito
non tolles.vt arg.C.de actio.& obligat.l.ſicut, & ff.de
pact.l.nemo. Ex quo ergo renunciaſti ex pœnitentia,
11 non venies contra.†Nam poſtquam liti motæ de præ
dio quis renunciat, contra amodo venire non poteſt,
vt C.de pact.l.poſtquam. Et qui renunciat etiam pri-
uilegio fori,nunquam ex pœnitentia ex poſt facto ve
niet contra,vt Cod.de pact.l.ſi quis in conſcribẽdo.Et
mulier etiam quæ renunciat Velleiano, nunquam ex
pœnitentia veniet contra.vt C.ad Vellei.l.antiquæ.Et
ſi quis dicat ſe non vſurum inſtrumento quod primo
in iudicio proferebat,nunquam illo inſtrumento vte-
tur,vt C.de fid.inſtrum.l.ſi aduerſarius.Item pone ſine
12 præiudicio,†quod fuerit de iure arbitrium: tamen
ex quo non durauit,non videtur arbitrium eſſe prola-
tum. Nam eſto quod ſatiſdatio de operis noui nuncia
tione,ſit interpoſita:tamen ſi non durauit, perinde eſt
ac ſi interpoſita nõ fuiſſet,vt ff.de noui.ope.nun.l.præ
tor ait § pe.Nec videtur oblata defenſio,quæ non du-
rauit,vt ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eatur.l.2.in fin.Nec vi-
detur eſſe arbitrium,quod non durauit:quia non vide
tur verſum,quod non durauit, vt ff.de in rem verſ.l.ſi
pro parte.§.verſum.& omnia argumenta quæ ibi ſunt
ſignata,de tali materia poſſent hic allegari.Item eſto,
13 quod arbitrium ſine præiudicio,tenuerit, poteſt † ta-
men tolli de voluntate communi.nam & à tranſactio-
ne receditur de voluntate cõmuni.vt Codic.de tranſ.
l.ſi diuerſa.& à venditione,vt Codi.an liceat ab empt.
diſced.l.poſt perfectam.ff.de pactis.l.iuriſgẽtium.§.a-
deo.& l.ab emptione,& ff.de reſcind.vendi.l.cum em-
ptor. Eadem eſt enim cauſa ſoluendi & ligandi ducta
in contrarium, vt ff.de verborum obligation.l.inter
ſtipulantem.§.ſacram. Nec obſtat conſtitutum quo
cauetur,quod omnia arbitria &c. Reſpondeo,intel
ligendum omnia arbitria quæ de iure tenent: at iſtud
non tenet,vt dictum eſt:ergo non ſeruabitur per con-
ſtitutum. Vel aliter,omnia arbitria &c.verum eſt:niſi
arbitrium de communi voluntate ſit ſublatum. Et vi-
de legem qua cautum eſt,quod ſententia à qua non eſt
appellatum, debet executioni mandari actore peten-
14 te.†verum ſi placuit actori,illam actionem in factum,
quæ oritur ex re iudicata,nouare,nunquam mandabi-
tur executioni:vt C.de excep.rei iudica.l.2.Item licet
tu ea intẽtione caſſabas,vel dabas quod velles,quod amo
do quæſtionem non mouerem,debuiſti hoc in contra
ctu exprimere:alias ſi in corde retinuiſti, tibi imputa,
vt C.de condi.ob cauſam.l.ſi repetendi.& ff.de verbo.
obli.l.quicquid.Et hoc etiam in nouatione,quod licet
agatur inter contrahentes,quod fiat: niſi dicat.nõ va-
let,vt C.de nouati.l.vl.Nec valuit renunciatio,ſ.quod
non obſtaret quod eſſet monachus.quia hoc fieri non
potuit.cum ſit ius publicum,vt ff.de pact.l.ius publi-
cum.

CONTRA. Econtra defendit ſe tutor:Imprimis
opponit exceptionem arbitrij.Et quod poſſit opponi,
15 probatur.Certum eſt enim,quod †ex arbitrio poſt de-
cem dies datur actio in factũ:& datur exceptio, vt di-

cit

cit l.C.de arbi.l.cum antea.& l.ne in arbitris. Item ex
arbitrio agitur ad interesse, etiam si pœna non appo-
natur,vt ff.de arbitris.l.diem proferre.§ vlt.si datur a-
ctio,ergo multo fortius datur exceptio.vt ff.de super-
ficiebus.l.j.& de reg.iu.l.cui damus. Nec obstat,quod
opponis, quia non valet propter personam arbitri,sc.
quia monachus:immo valet.nam cum non inueniatur
à iure prohibitus,ergo est à iure admissus:cum omnia
de iure liceant,nisi inueniantur prohibita,vt ff. ex qui-
bus caus.maio.l.necnō.& ff.de prob.l.ab ea parte. Nec
obstat quod dicis,monachus est mortuus.ergo non va
let arbitrium,immo valet,& nō est mortuus,immo vi-
16 uit,†& succedit,& conuenitur, vt C.de episc. & cle.l.
Deo nobis.& authenti.cassa.& etiam agit monachus,
17 vt C.de episc.& cler.si qua per calumniam.† potest e-
nim esse arbiter.nam & sacerdos posset esse arbiter, vt
ff.de arb.l.non distinguemus.§.compromisso. Præte-
rea positum est in themate,quod nos scientes eum mo
nachum,compromisimus,vnde amodo reprobare non
possumus:nam non possum reprobare probatum.vt ff.
de neg.gestis.l.Pomponius. nam ex quo sciebas illum
indignum,& ex certa scientia compromiseris,non re-
probas.simile enim arg.C.de Episcopali audi.l.si legi-
bus.& Cod.de arris sponsa.l.vl. idem etiam in iudice:
quia si in non tuū consentias,ipsum non poteris repro
bare,vt ff.de iudi.l.j. Maritus etiam qui vxorem adul-
teram recipit,videtur eius approbare mores:nec eam
poterit accusare vt ff.de adulte.l.si vxor.§ vlt. Et si duo
eligunt agrimensorem & malum ex certa scientia,sibi
imputabunt,& de se queri debent, vt ff. si mensor fal-
sum mod.dixe.l.j. Et si minus diligenti vel inutili rem
custodiendam committo,de me queri debeo, vt ff.de
action.& obligatio.l.prima.§.is quoque.maxime cum
sit renunciatum huic exceptioni,contra quam nō po-
18 tes venire.licuit†enim renunciare etiam iuri compe-
tituro:vt ff.à quibus appel. non licet.l.j & C.de temp.
appel.l.vlti.in fin.vnde possum obiicere exceptionem:
componere enim pacem inter discordantes,istud non
prohibet religio monachi,sed affirmat.nam & domi-
nus dicit: Pacem meam do vobis,pacem meam relin-
quo vobis.nam ad quid aliud debet intendere, nisi ꝙ
respirent à discordia litigantes?vt argumento.ff.de o-
per.noui nunciati.l.prima.§.inde quæritur. Item nec
potes venire contra arbitrium, cum sit iureiurando
firmatum.vt ext.arbit.C.primo. & sic,quantum ad sa-
cramentum,lex tua succumbit. Nec vitiatur arbitriū
propter tuam personam, quia fuisti minor: nam cum
iuraueris,non potes contra venire,vt dicit l.Frederic.
sacramenta. Nec dicas, quod lex illa loquitur in con-
19 tractibus:idem est hic.†nam qui iudicium suscipit vel
arbitrium,videtur contrahere,vt ff.de peculio.l licet.
§.sed si filius.Item & si iurat,quòd erat maior,non ve-
niet contra, vt C.si minor se maiorem dixe.l.3.immo
qui venit contra sacramentum,infamatur:vt Codi.de
transactio.l.si quis maior. Item esto quod de iure non
teneat:tamen contra factum venire non potes,vt ff.de
seruit. rustic. prædior.l.per fundum & ff.communia
de seruitut.l.venditor fundi. & ff. de adoption. l. post
mortem. Item non venies contra arbitrium propter
constitutum,& hoc probo. nam constitutū porrigitur
ad arbitriū, quod non tenet.nā si teneret iure arbitriū,
& sine constituto valeret.vt argument.ff.de legat.pri-
mo.l.si quando.& ff.ad municip.l. prima. Nec obstat,
quod illud arbitrium fuit de communi voluntate cas-
satum:quia cassauimus propter illud,quod ego tibi de
beo dare ex illo arbitrio,maxime cum ad mei petitio-
nem sit cassatum,non est præsumptio,quod ego cassa-
rem arbitrium,in quo mihi prodesset:quia nemo præ-
sumitur iactare pecuniam.ff.de probation.l.cum de in
debito. & quod nostrum est sine facto nostro, à nobis
non recedit,vt ff.de regulis iuris.l.quod nostrum,cum
enim actio tutelæ per arbitrium erat saltem per exce-
ptionem sublata,tibi non remisi cassando: sed tantum
fuit remissum in quo tibi tenebar, quasi quod plus sit
actum,& minus scriptum:vt argument.ff.de hered.in-
stitu.l.quoties.primo responsó.Et hoc vide.Nam si ali
cui legatum est,ꝙ rationes ab eo non exigantur, bene
potest exigere reliquas.vt ff.de libe.lega.l.si quis ratio
nes.ad idem facit,& potest induci lex ff.de legat.pri-
mo.si quando. quia ibi confirmatio valet ad donatio-
nes,quæ non valent,non ad illas,quæ valent. sic & hic
cassatio valet ad illud ad quod tenebar, non ad aliud à
quo saltem per exceptionem liberatus eram: vnde nec
fuit illa intentio mea.vnde non venit in liberationem
vel cassationem. nā id tātum venit, de quo actum est,
vt ff.de transact.l. cum Aquiliana.& l.qui cum tuto.&
quod tacite agitur,pro cauto hadendū est,vt ff.si cer-
tum peta.l.cum quid mutuum. Præterea recipiendo
20 centum†ex mandato arbitri videris arbitrium appro
bare, etiam si nullum sit:sicut in herede qui soluendo
legata ex testamento minus solenni,videtur testamen-
tum approbare,vt Codic.de testamentis.l.non est du-
bium: & dominus appellando videtur approbare iu-
dicium,quod fecit falsus procurator, quod ipso iure
fuit nullum.vt ff.rem ratam haberi.l.Paulus.ff.de iud.
l.licet.vnde si recipiendo centum ex illo arbitrio vide
res approbare,non potes pro alia parte reprobare: vt
ff.de administration.tutor.l. cum quæritur. Præterea
21 de cassatione non potes obiicere.nam †secundum te,
arbitrium nullum est:si ergo nullum,ergo cassari non
potuit,nam quod non est, cassari non potest,vt ff.de in
iusto rupt.testamen.l.nam & si sub conditione.Sed e-
sto sine præiudicio,quod arbitrium mihi non prosit:ta
men illa quæ recepisti,teneris reddere.& hoc vide.
Certum est enim,quod aliquis non debet locupletari
cum aliena iactura.vt ff.de condi. indebi.l. nam natu-
ra.& alibi bona fides nō patitur,quod bis idem ab eo-
dem exigatur:vt ff.de reg.iur.l.bona fides.quod tu vis
facere,quantum ad illa centum, repetendo illa per a-
ctionem tutelę:non ergo debes audiri,quia non debes
tradere priuilegium tuum in alterius compendium,
vt Codic.de vsucap.pro empt.l. vltim. Præterea vide
in herede,quod si heres instituatur à suo debitore, il-
lud quod est hereditatis,computatur in debito,vt Co-
dic.de here instit.l.si compensandi. & de iure delibe-
rand.l.sancimus.Præterea si non possum excipere ex il
lo arbitrio sicut arbitrio,excipio saltem iure exceptio
nis.nam si quod ago,non valet(vt ago, valeat) vt vale-
re potest,vt ff.de transf.l.& post rem iudicatam.Itē ac-
ceptilatio,vbi est inutilis.& si non valet ratione acce-
ptilationis,valet saltem iure conuentionis,vt ff.de ac
ceptilationi.l.an inutilis.& ff.de rescind.vendi.l.cum
emptor. Præterea ex quo solui tibi centum ex illo arbi
trio,& si mile libras debuissem ex ratione tutelæ,reci
piendo illa centum, tanti videris æstimasse interesse
tuæ tutelæ, sicut in eo qui recipiendo seruum suum,
20.ad hoc,vt manumitteret,tanti videtur seruum æsti
mare,vt ff.de fideicommiss.libe.l.generaliter.§.si quis
alienū. Præterea arbitrium tenuit:consensimus enim
in ipsum,non tanquam in monachum,sed tanquam in
consanguineum & amicum,sicut multa arg.de tanquā
habente potestatem:nam pater vel auus si adoptat,nō
facit hoc quasi auus,sed quasi quilibet,vt ff.de adopt.
l.si pater.& dominus qui fideiubet pro seruo, nō quasi
dominus hoc facit,sed quasi quilibet,vt ff.quod iussu.
l.j.§.quid ergo.& si pater eligat filium, non facit hoc
quasi pater,sed quasi decurio,vt ff.ꝙ cuiusq; vniu. no.
Litem eorum.

SOLVTIO. In hac quęstione sine præiudicio me
lioris sentētiæ videtur mihi, quod pupillus quondam
possit agere actiōe tutelæ.& quia arbitrium illud fuit
nullum,& quia si fuisset aliquod, fuit illud cassatū de
communi voluntate,sicut in prima allegatione allega
tum est. Roffredus.

AN STATVTVM PVNIENS eum, qui duxerit in vxorem alii sponte desponsatam, intelligatur seu extendatur ad eũ qui illam duxit vxorem, quæ ab initio non sponte, sed inuita alii per patrem fuit desponsata, licet postea re vel verbo in eum consenserit.

SVMMARIVM.

1 *Cõdictio ex statuto, datur in eum qui matrimonium contraxit cum ea, quæ alteri voluntarie desponsata erat.*
Constitutum, pro lege habetur.
3 *Actio hac ex constituto, à quo intentari possit.*
4 *Pœna per constitutum imposita, si fiat contra, exigi potest.*
5 *Confessio realis, verbali confessione potentior est.*
6 *Voluntas hominis qualis sit, quandoque per exteriores actus cognoscitur.*
7 *Mulieres sensa suæ mentis potius per actus, quam per verba declarant.*
8 *Statuta ciuitatis, omnibus ciuibus nota esse debent: nec in his ignorantia admittitur.*
9 *Mulierem desponsatam alteri non de voluntate mulier is à principio, vxorem ducens, in constituti pœnã non incidit.*
10 *Ratihabitio in maleficiis non retro trahitur.*
11 *Mulieres passim indifferenter accipiunt id, quod sibi donatur.*
12 *Ratihabitio in maleficiis quando retro trahitur, & mandato comparatur.*
13 *Delicta semel commissa, venia digna sunt.*

Quæstio 38.

AEMILIA nobilis mulier, fuit desponsata à pa-
tre cuidam Sempronio, non de sua voluntate ab
initio interueniente: sed ex post facto, forte quia
ratum habuit: vel etiam re ipsa ratũ habuit, qui a à con
sanguineis sui sponsi donaria recepit: contractis istis
sponsalibus, domina prædicta cõtraxit matrimonium
cum Ioanne. continetur autem in constituto ciuitatis,
ꝙ quicũque acceperit in vxorem mulierem alij de vo
luntate ipsius mulieris desponsatam, quòd puniatur
in decem libris. nunc Iohãnes conuenitur ad pœnam
positam in constituto, s. decem librarum: quæritur an
possit.
PRO. Quòd possit conueniri, probatur & quia a-
ctio debet proponi, sicut sæpe iam dictũ est: ideo actio
1 proponitur, scilicet † condictio ex constituto. Quod ta
lis actio competat, probatur. Certum est, ꝙ per legem
inducitur, quod agere possimus. nec est cautum ea le-
ge, quo genere actionis experiamur, condictione ex le
ge agitur, vt ff. de condictione ex leg. l. j. sic etiam in cõ
2 stituto. † nam constitutum pro iure & lege seruatur, vt
C. de legi. & constituti. l. de quibus ergo si in constitu-
to continetur, quod possit agi: condictione ex consti-
tuto potest agi, vel condictione ex lege municipali, vel
3 consuetudine. † Item quod possit intentari vel à com-
munitate, vel à primo sponso, scilicet Sempronio, pro-
batur. Nam certum est quod constitutum pœnam im-
ponit, vt dictum est in themate si ergo imponit pœnã,
ergo potest exigi. nam pœna si per legem imponitur,
& fiat contra legem, pœna exigitur, vt per totum titu-
lum de pœnis. Nam quicunque recepit fugitiuum, pu
nitur in decem solidis, & exigitur illa pœna, vt Codi.
4 de seruis fugitiuis. l. quicunque. † ergo & pœna impo
sita per constitutum, si fiat contra, exigitur: cum con-
stitutum pro iure seruetur, vt Institution. de iure na-
tural. gent. & ciuil. §. pen. fuit enim mulier illa despon
sata de sua voluntate. nam licet à principio non con-
sensit, ratum tamen habuit ex post facto, quæ ratihabi-
tio retro trahitur, & mandato cõparatur, vt C. ad Ma-
ced. l. vlt. Habuit etiam ratum recipiẽdo munera, quę
5 quidem est realis confessio, † quę magis est efficax, quã
vocalis: vnde videtur consentire. Nam & scriptus he-
res qui administrat res hereditarias, videtur adiisse
hereditatem, vt ff. de acquir. heredita. l. gerit pro here-
de. & l. pro herede. Nam & si pater gessit tutelę nego-
cia, ad quem datus est filius, videtur pater agnouisse
tutelam, vt ff. de tutel. l. si filius. Hoc etiam in filio, qui
est electus decurio, vt notatur ff. ad munic. l. quoties
Et si filio mandaui quod negocium gereret, & pater il
lam gestionẽ agnouit, puta si administret, vt ff. de neg.
6 gestis. l. mandasti. Aliquãdo † enim & sæpius per actus
extrinsecos ostenditur, quid homo gerat in mente. vt
arg. C. de testamentis. l. non codicillum. & ff. de repu-
di. l. vlt. Et qui numerat pecuniam, videtur de consciẽ-
tia commissi criminis confiteri, vt ff. de his qui not. in-
7 fa. l. quoniam. † Mulieres cum sunt verecundæ, potius
per actus voluntates ostendunt, quam per verba: vnde
cum constitutum ita dicat, cum mulier ratum habuit,
non debet ille à pœna excusari: quia verba constituti,
sicut nec verba iuris ciuilis, calumniari non oportet,
vt ff. ad exhib. l. pen. Præterea de iure probatur, ꝙ quæ
est sponsa vnius, alterius sponsa esse non potest. vt inst.
de nupt. culpa est enim immiscere se rei ad se non per-
tinenti, vt ff. de reg. iuris. l. culpa. Et non debet quis im
mittere falcem in messem alienam: vnde si puniris, non
est mirum: & de te queraris: nam damnum quod quis
sua culpa sentit, & de se queri debet, vt ff. de reg. iur. l.
8 quod quis. Nec potes † allegare ignorantiam illorum,
quæ sunt in constituto, cum omnes de ciuitate scirent
vt ff. de iuris & fact. ign. l. reg. & ff. de institor. act. l. sed
& si pupillus. § proscribere. Item interest reipublicæ
vt maleficia non remaneant impunita, vt ff. ad l. Aquil.
l. ita vulneratus. & ff. de so. l. Stichum aut Pamphilum.
§. j. & ff. de fideiuss. l. si à reo. §. vlt. Debes enim puniri,
ne forte alij ita sumant simile exemplum: & quod pœ-
na tua sit metus multorum, vt C. ad l. Iul. repetund. l. j.
& ff. de custo. & exhibi. reor. l. diuus. §. vlti. Certe miser
tu non considerasti præceptum decalogi quo cauetur,
Non concupisces rẽ proximi tui: non bouem, nõ vxo-
rem, non asinum: immo agas gratiam illis, qui constitu
tum fecerunt, ꝙ tam pœna modica te punierint: cũ ẽt
deberes puniri corporaliter ꝓpter delictum maximũ
quod fecisti, sicut alias dixit Imperator, cũ tibi debet
gratulari aliquis, ꝙ furti contra eũ nõ agitur, vt C. de-
posi. l. si depositi. & sufficit ratihabitio ex post facto se
cuta. nam & sufficit authoritas tutoris, si ex post facto
interponatur, vt inst. de authẽt. tu. Nec excusaris pro-
pter ignorantiam, ex quo ita continetur in constituto.
nam licet quis dicat se ignorasse, non tamen euitat pœ
nã vectigalis: vt ff. de publ. l. vl. §. licet. Præterea cõmisi
sti in pœnam, si nunquam filia cõsentiret: quia est ma-
trimoniũ, & sunt sponsalia, etiamsi filia non cõsentiat,
dummodo pater faciat, vt ff. de ritu nupt. l. si pater co-
gente.
CONTRA. Econtra videtur, quòd hic sit excu-
9 sandus à pœna. Imprimis, † quia non recipit mulierem
alij desponsatam de voluntate mulieris. Positum est
enim in themate, ꝙ ab initio mulier non consensit, sed
ex post facto. vnde à pœna excusatur. Nec obest si di-
cas, ratihabitio retro trahitur: immo contra maxime
10 † in maleficiis: vnde si filius de voluntate patris ducat
vxorem infra tempus luctus, non infamatur. ꝙ si pater
ratum habuerit, nunquam ratihabitio retro trahitur,
vt ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. j. responso. Item
filius authoritate patris & iussu debet adire heredita
tem: quid ergo si pater ratum habeat ex post facto? non

valet

valet talis authoritas? vt ff. de acq. si quis mihi bona. §. iussum. Et si filius sit tutor, licet pater habeat ex post facto ratum, nunquam propterea postea obligatur? vt ff. de administ. tu. l. Lucius Titius Gaium. Præterea ignorans fuit, quod ita continetur in statuto, .C. de pœna de qua quereris: vnde non tenetur. pœna enim posita in statuto, tantum scientes tenet, vt ff. de decre. ab or. faciédis l. vlt. & vox etiã præconia paucis innotescit, ita & vox constituti, vt C. quomodo & quãdo iudex. auth. qui semel Nec obstat si dicas, quod mulier habuit ratum re vel verbo. nam si mulier recepit munera, non ideo recepit vt consentiret: sed ideo, quia genus mulierum auarissi
11 mum est. †Nam indifferenter accipit quod sibi donatur: & omnis qui venit ad eam, non eiicietur foras, vt ff. ad Vellei. l. sed si ego. & ff. de do. inter virum & vxo. l. si stipulata. Item omnis pœna odiosa, ergo restringẽda: quia odia sunt restringenda, vt ff. de lib. & posth. l. cum quidã. ergo restringere debes, quod ratihabitio retro trahatur, & mandato cõparetur, per ea quæ dicta sunt.
12 Nec obstat si opponis, quod in maleficijs †ratihabitio retro trahatur, & mandato comparetur, vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. quoties. in fi. Respondeo, verũ est, quãdo ex illo maleficio præstari debet pœna, quæ est pœna ex parte soluẽtis, & ex parte recipientis interesse. at si debet præstari pœna, quæ sit pœna ex parte vtriusque, tũc secus per legem ff. de his qui not. inf. l. quid ergo. cum ergo sit pœna, vt dictũ est, ergo sum absoluẽdus: quia in pœnis mitiores debemus esse ad absoluendũ, quam ad cõdẽnandum, vt ff. de pœnis. l. pe. Præterea vide quod secundum cõstitutum sum absoluendus. constitutum dicit, si quis mulierem alij desponsatã de voluntate illius mulieris &c. at ista nõ fuit desponsata de sui voluntate. ergo non incido in pœnã: verba enim constituti non sunt calumniãda, sed stricte recipienda, vt ff. ad exhib. l. pe. Itẽ cum semel deliquerim, esto sine præ
13 iudicio, debet mihi pœna remitti: delicta †enim semel commissa, sunt digna venia: vt C. de epis. audien. l. nemo. Et si tu aliter vis interpretari statutũ quã sonet, debes puniri, vt arg. C. de legi. & constit. l. 2.

SOLVTIO. In hac causa sine præiudicio melioris sentẽtiæ videtur mihi, quod reus sit absoluẽdus: ideo quia mulier nõ fuit de sui voluntate despõsata illi primo. Nec obstat ratihabitio, quia nõ trahitur retro per legẽ, quæ hoc determinat: vt ff. de his qui not. inf. l. quid ergo. & arg. l. ff. de acq. heredi. l. si quis mihi bona. §. iussum. Roffredus.

MARITVS QVI RENVNCIAuit exceptioni nõ numeratæ dotis, soluto matrimonio, si agat ad partẽ dotis stante statuto, quod vxore mortua vir succedat in parte dotis, an prædium datum pignori pro illa parte dotis, cum decreto prætoris posit per fratrem vel heredes defunctæ reuocari prætextu dictæ renunciationis.

SVMMARIVM.

1 *Condictio sine causa locum habet, siue cõtractus ab initio nullus fuit siue fuit, sed iniustus: vel fuit iustus, sed aliqua de causa iniustus factus fuit.*

2 *Pignus, obligationis accessio est.*

3 *Confessus in publico instrumento dotẽ recepisse, & renuncians exceptioni non numeratæ dotis: quod in posterum dotem petere non possit.*

4 *Dotem qui confitetur numeratã, quæ numerata non sit: & exceptioni non numeratæ dotis renunciauit, dotem donasse videtur.*

5 *Remissio dotis & renunciatio exceptionis non numeratæ dotis, vim acceptilationis seu pacti continet.*

6 *Decretũ siue authoritas quando interponitur, ad hoc vt valeat, quæ requirantur.*

7 *Res minoris cum venditur cum decreto, curatorẽ interuenire oportet.*

8 *Pactum curatoris factum in præiudicium minoris, minori non nocet.*

9 *Iuri competituro per pactum renunciari potest.*

10 *Rem suam condicere, præterquam à fure, nullus potest.*

11 *Pigneratitia non nisi soluta pecunia intentatur.*

12 *Exceptionem non numeratæ dotis maritus opponere potest, non obstante renunciatione, & dotis receptæ confessione.*

13 *Exceptio siue non numeratæ pecuniæ, siue non numeratæ dotis, opponi potest, siue instrumentum publicũ sit, siue priuatum.*

14 *Minor, nisi læsus sit, restitui non debet.*

15 *Venditio prædij minoris vel obligatio, prætore authorante facta, non nisi restitutionis beneficio rescinditur.*

16 *Prædium minoris pro debito non solum pa.. io vel ipsius minoris, sed etiam pro dote & donatione propter nuptias.*

17 *Minor sororem ex eodem patre natam dotare tenetur.*

18 *Donare non videtur, qui necessarijs oneribus succurrit.*

Quæstio 39.

SOLDVS curator cuiusdam adultę & cuiusdam minoris, adultam suam Titio maritauit, & pro ea in dotem 30. constituit, quæ 30. confessus fuit Titius in publico documento se recepisse, & renũciauit exceptioni non solutæ & non numeratæ dotis. tandem tempore procedente, solutum fuit matrimonium morte mulieris interueniẽte. agebat Titius contra Soldũ curatorem quondam suæ vxoris, vt sibi 30. daret, quæ debebat habere propter beneficium constituti, quod est, vt maritus pro medietate succedat vxori. curator non habẽs pecuniam præ manibus pro illis 15. quæ faciunt dotis medietatem, fundum minoris obligauit cũ authoritate prætoris: & fructus qui ex illo fundo percipiuntur, permisit Titium percip[ere] ex causa donationis: deinde celebrato tali contra[ctu, t]empore procedẽte Titius ex fundo illo multos fructus percepit: venit adultus factus maior, & agit contra Titium, & repetit fundum per condictionem sine causa: quæritur, an possit.

1 PRO. Quod possit, probo. †Certum est, quod illa cõdictio habet locum, siue contractus ille ab initio nullus fuit, siue fuit, sed iniustus: vel fuit iustus sed aliqua de causa factus fuit iniustus: vt ff. de condict. sine causa l. j. & l. qui sine. Quod autem contractus iste pigno
2 ris sit nullus, vide. Certum †est, quod pignus est accessio obligatiõis principalis: si ergo fuit debitum, tenet pignus: alias non, vt instit. quib. mod. re contrah. obl. §. creditor. nam si non subsistit principale, nec accessorium: vt C. de vsur. l. eos qui. & ff. de reg. iur. l. cum principalis. Certum est enim, quod tu confessus fuisti in publi
3 co documento recepisse dotem: & †renunciasti exceptioni non numeratæ dotis, amodo nihil à me nomine dotis petere poteras. Nam & si mulier renunciet in publico documẽto exceptioni Velleiani, eam amodo non opponet. vt C. ad Velleia. l. antiquæ. Et sacerdos si in publico instrumẽto renunciat exceptioni fori, eam amodo non opponet, vt C. de episco. & cler. l. si quis in

facit, qui petit quod petere non debet, vt ff. de doli. excep. l. secund. & l. dolo. si ergo ego fui in culpa, tu es in dolo: dolus culpæ præponderat. vt ff. ad legem Aquiliam. l. item si obstetrix, & l. item Mela. merito possum excipere vel replicare de dote non numera. Item de tali renunciatione, Deus nouit quid ego feci: quia nec esset præsumptio, quod quis ita renunciet, nisi expræssum inueniatur. vt ff. de proba. l. cum de indebito. maxime cum tabelliones talia ponant in instrumentis, de quibus partes nunquam cogitauerunt, cum dicunt, renunciabis omni priuilegio & iuris auxilio. immo deberent dicere: Vide frater, tale ius competit tibi, vis re-
14 nunciare? Item, quo modo venis contra? licet † enim sis minor, tamen non potes venire contra, nisi doceas te læsum, vt ff. de minori. l. verum. § item non restituitur. & ff. de iureiur. l. nam postea. § si minor. sed hic nulla læsio: ergo nulla restitutio. & ita respondeo, si velles restitutionem intentare, at tu intentabas ius commu-
15 ne: ergo non debes audiri. † nam venditio prædij minoris, vel obligatio facta cum authoritate prætoris, non rescinditur, nisi beneficio restitutionis, vt Cod. de prædiis mi. l. si quid. & sic venis per restitutionem, & non es læsus, prætor denegabit tibi suum auxilium. & non tuum, vt dixit B. Quod enim nõ sis læsus, vide. Cer-
16 tum est quod prædium minoris † potest obligari cum decreto pro debito. vt Cod. de admi. tu. l. lex. & ff. de rebus eorum qui sub tu. cur. sunt. le. prima. & non solum pro debito paterno vel ipsius pupilli, sed etiam pro dote & pro donatiõe propter nuptias, vt Cod. si maior fa-
17 ctus alie. ratã. l. vltim. § fi. † tenetur enim pupillus vel minor dotare sororem ex eodem patre natam. vt ff. de admi. tu. cum plures. § cum tutor. vnde cum tenebaris hoc de necessitate facere, non es læsus. Nec potes dicere quod donares: quia in necessitatibus nemo libe-
18 ralis existit, vt ff. de adimen. lega. l. rem legatam. † & nõ videtur donare, qui necessariis oneribus succurit, vt ff. de donati. inter vir. & l. vxo. l. si quis pro vxore. argumen. ff. de lega. secunda. vnum ex familia. § prim. Item tu dicis, quia prætor non inquisiuit de omnibus. immo præsumimus omnia solẽniter acta. vt insti. de fideius. ff. § vlti. & insti. de inutilibus stipula. ff. si scriptum. Item idem ipse curator qui dedit ipsam adultam vxorẽ, ipse idem fecit tale instrumentum. vnde non præsumptio, nisi quod discrete faceret. cum hodie vel cras possit actione tutelæ conueniri, si male tractaret. vt Cod. si tut. vel cur. tenetur. l. etiam & Cod. arbi. tutel. l. quicquid. Et est tali curatori credendum, qui suo duxit pudori parcendum, & voluit agnoscere bonam fidem. vt argumen. ff. manda. l. Quintus Mutius. Item nec audiri debes, si vis imputare fructus, cum illos fructus habeam ex causa donationis, non potes dicere, quod fuerit in hoc læsa tua conditio, immo facta est melior. cum plus faceret interusurium medij temporis, quã fructus percepti: sicut alias in marito bonum est argument. ff. sol. matri. l. si constante. § primo. Nam sunt fructus cõcessi Titio propter interusurium medij tẽporis: vnde non reuoca. argumen. ff. leg. secund. debitor. § primo. Item licet tutor vel curator non possit rem immobilem alienare, fructus tamen recte donat: sicut video in patre & filio, qui adinuicem non possunt sibi donare rem aliquam. sed fructus sic. vt Cod. de bonis quæ. lib. l. cum oportet. in fi. prima. col. Potest etiam tutor & curator sine prætore de fructibus disponere, vt C. de admi. tu. l. lex. Et cum hic totus contractus etiam sit factus legitime, non debet ex aliquo euentu suscitari. vt C. de admi. tu. l. sancimus. vt ff. de iti. actũque priua. l. 2.

SOLVTIO. In hac causa sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi, quod Titius ille sit absoluẽdus ideo, quia male fuit intẽtata condictio sine causa, cum contractus ille tenuerit. vnde debuit intentare officium iudicis, & petere restitutionem. vt C. de prædiis mi. l. si quidem. Quod officium iudicis proponatur, quando restitutio imploratur, habes ff. de minori. l. quod si minor. § vltimo. Sed quod impetretur restitutio, dicam illum adultum non esse audiendum. ideo quia læsus non est dotando sororem, vt C. si maior factus aliena. ratam. l. vltim. & ff. de administra. tut. l. cum plures. § cum tutor. Et dico posse Titium per exceptionẽ vel replicationẽ opponere exceptionem non numeratæ dotis propter illam rationem: quia ille dolo facit, qui petit, licet fuerit in culpa, quia renunciauit, sicut in allegationibus dictum est: maxime cum illam exceptionem opponam infra tempora, quæ numerantur C. de dote cauſ. non numera. l. vltim. & in authenti. ibi signata & in authentic. de qual. dot. septima col. Si tu diceres, quid operatur renunciatio? dico quòd operatur intantum, quòd non potest proponi in modum actionis ad hoc, vt pareatur iuri in contestando, vt notaui C. de non numerata pecun. Item & propter aliud dico ipsum Titium absoluendum: qua præsumo, quòd dos non sit numerata: ideo, quia ipse idem curator obligauit prædium pro illa dote, & authoritas interuenit, sicut in allegationibus dictum est. Item quòd de fructibus dicitur, dico quòd adultus sit audiendus. & si proponat condictionem sine causa, & dicat quomodo fundus sine causa est apud te: quia tibi est solutum de fructibus, vt C. de pigno. actio. l. 2. & C. de vsur. l. ex prædiis. & C. de partu pignor. & omni causa. l. j. & 2. hoc si tantum est perceptum de fructibus, quòd totum debitum sit solutum: alioquin si pro parte, secus: quia pignoris causa est indiuidua, vt C. de distra. pign. l. quandiu. & ff. de ver. obl. l. in executione. Roffredus.

SI DVOBVS EST DATA FAcultas eligendi consulem vel Potestatem & vnus, altero absente, elegit talẽ, in quẽ alter, si fuisset præsens, consensisset: & demum ratam habet electionem, an illa electio valeat.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta ab altero eligẽtium, altero absente, etsi nulla esset, absentis tamẽ ratihabitione confirmatur.*
2 *Nominatio, propter quosdam absentes vitianda non est, si illi qui præsentes sunt, faciunt, vel maior pars.*
3 *Coniecturis, in incertis, non certis, locus est.*
4 *Nominatio pro parte fieri non potest.*
5 *Dissentire videtur, qui expressè non consentit.*

Quæstio 40.

SEYO & Sempronio fuit data & commissa potestas eligendi consulem, vel Potestatem, vel Episcopum. elegit Sempronius absente Seio. veruntamen elegit talem, de quo certum erat, ꝙ ille consentiret. si electiõi interfuisset, & promisit eũ habiturũ ratũ: modo etiã habet ratum: quæritur, an valeat electio.

PRO. Quod valeat, probo. Nam certum est, ꝙ isti duo debent eligere. nõnne si vnus elegisset de mandato alterius, valuisset electio? sic, quia dicere videtur qui per alium dicit: & postulare, qui per alium postulat: & nominare, qui per alium nominat. vt ff. de fideiuſ. & nomina. tu. l. postulare. & gerere videtur, qui per alium gerit. vt ff. de admi. tu. l. ita autem. § gessisse. videtur ergo ab initio iste mãdasse, ex quo ratum habet. quia ratih. retro trahitur, & cõfirmat ea quæ ab initio
1 gesta sunt. vt C. ad Mace. l. vlt. licet † enim quãdo elegit Sempro. nulla esset electio: tamen ratihabit. istius vltimi interueniente cõfirmatur. sic vides, ꝙ restitutio hæreditatis facta ante conditionem, non valet. verum si conditione adueniente habeatur rata, confirmatur & valet. vt ff. ad Trebelian. l. sed & si ante diem. Nam si

tro,sicut alias.ff.de his qui no.infa.l. quid ergo. §.j. & ff.de acquir.here.l.si quis mihi bona. §.iussum. Item si duobus datur eligendi potestas,vnus nõ eliget sine voluntate alterius.vt extr.de officio & potestate iudi. de lega.c.causam.

SOLVTIO. In hac quæst.sine præiud.meli.sententiæ,videtur mihi,quòd electio facta ab vno altero ignorante vel etiã cõtempto,q̃ nõ teneat. sed si ali⁹ habet postea ratum,dico illã electio. confirmari,vt extr. de electio.c.quòd sicut.Quid autẽ si nõ habet ratũ,nec certi sumus,q̃ consentiret? in isto dubio dico electio. non valere per illã l.ff.de re iudi.duo ex tribus & ff. de arb.l.si in tres.& in auth.vt iudices non expect. sacras iussiones.coll.9.Roffredus.

AN COMPROMISSVM FActum inter adultum & tutorẽ quondam super omni quod adultus dicere posset contra eum occasione tutelæ,intelligatur etiã super alio debito,quo patri adulti tutor tenebatur ex causa aliqua ante dationẽ tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Certi condictio ex mutuo locum habet,quoties certũ petitur.*
2 *In compromisso ea tantum veniunt,de quibus vt expresse veniant,actum sit.*
3 *Certi condictio ex mutuo,temporalis est:tutela vero actio,perpetua,*
4 *Cõpromissum factũ super tutela,factũ videtur de eo, quod tutela occasione debetur,& non aliunda.*
5 *Arbitrium primam actionem non tollit: nec ipso iure,nec exceptionis ope.*
6 *Ex arbitrio an,quando,& qua actio oriatur.*

Quæstio 41.

OLDERICVS debitor datus fuit tutor filiis Titij sui creditoris,qui tenebatur ex mutuo ad centum. tandem administrata tutela & finita, cõpromiserunt in quendã P.super omni eo,quod adultus dicere posset contra quondã tuto.occasione tutelę pronunciauit arbiter,& cõdemnauit tutor. quondam in 20.illi adulto.nunc adultus petit illa cẽtũ, quę sibi debebat,certi condictiõe ex mutuo.tutor opponit exceptionẽ arbitrij:quæritur,vtrũ adultus possit petere.

PRO. Quòd possit,probatur,& imprimis intẽdit
1 certi conditionẽ,ex mutuo, quæ † locũ habet quoties certum petitur.vt ff si certũ petatur. l. certi.condic.& insti.quib.modis re contr.obli.§.j. Nã ex quo debitum fuit paternũ,datur actio hered.Nec obstare potest exceptio arbitrij.nos enim cõpromisimus de eo q̃ deberetur mihi occasione tutelæ: at istud non debetur occasio.tutelæ,sed ante tutellã debebatur: ergo nõ venit in cõpromissum,verba enim ita se habẽt,ergo nõ recedimus à significa.verbor.nisi manifeste constaret,q̃ aliter voluissemus,vt ff.de l.3.l.nõ aliter.si ergo nõ venit
2 in cõpromissum, quia † illa tantum veniũt,de quibus actũ est expressim vt veniant.& sic arbiter nihil potest extr.cõpromissum,vt ar ff.de iudi.l.solem⁹.& ff. de arbi.l.non distinguemus.§.de offic.licet enim fuerit cõpromissum de eo, q̃ debeas ex actione tutelæ.non veniet mutuũ : quia de eo non cogitauimus,vt habes in transac.generali,in qua non veniunt,nisi ea de quibus cogitauerunt transigentes vt ff.de trãsac.l.cum Aquiliana.& de hoc etiam vide quasi legẽ scriptã.Nam qui transigit cũ tutoribus super administra.tutelæ,aget cõtra tutorẽ ex alia causa,vt ff.de transac.l.qui cum tutoribus.ista enim centũ,quæ mihi debet tutor, debet ex occasio.tutelæ:& sic possum petere per actio.tutelæ,& debet actione primitiua:illa enim actio primitiua trãsfunditur in sequentẽ tutelæ.vt ff.negoc.gest. l. diuortio.§.vlti.& ff.de admi.tu.l.quotiẽs.per totũ. & in illo §.item si temporali. Item illud est dictum in fauorem meum:vnde ad læsionẽ meã non retorquetur. nam ita trãsfunditur,si volo q̃ trãsfundatur:quia interest mea, cum prima non erat vsuraria,secunda vsuraria,scilicet
3 tutelæ.† prima tẽporalis,secũda aũt perpetua, vt prędictæ leges dicũt.sicut video in pupillo, cuius quęstio status vel bonorũ differtur in tẽpus pubertatis, si voluerit minor,aliàs non.vt ff.ad Carbo.l. Carbonian.§. duæ.cum ergo sint debita illa cẽtum ex actione tutelę & ex certi condict.& sint duæ obligat. vna deducta in iudicium,alia integra remanet. vt ff.de accusa.& obligat.l.si is qui.Et si peto rẽ aliquam mihi deberi ex aliqua causa,si posteà partem ex alia, non obstat mihi excep. rei iudica.vt ff.de excep.rei iudi.l.si mater.§.eãdẽ. & §.si quis autem.& hoc locum haberet, si antè etiam de illis centum fuisset in arbitrium cõpromissum : sed hîc de illis centum nulla fuit habita mentio in cõpromisso:licet enim tu cogitares in corde,q̃ etiã ista deberent venire,debuisti exprimere:alioquin tibi non prodest,vt ar.C.de condi.ob.causam.l.si repetendi. ff. de ver.obl.l.quicquid.Item si aliquid est obscurum, cõtra te fiet interpretatio,quia potuisti legem apertiùs dicere,vt ff.de pac.l.veteribus.& de contrah.emp.l.Labeo. Item si tu vis innuere propter illa verba, quicquid ex actione tutelæ debebas, q̃ de illo cõpromisimus. ergo & de isto,non est verũ.dicit enim lex, q̃ si rogatus restituere quicquid habet de portione sua in hereditate, q̃ non restituet ea quæ sibi fuerunt prælegata, vt ff. ad
4 Trebel.l.Marcellus.§.quidam,† quando enim nos cõpromisimus, videmur cõpromisisse de eo q̃ debeatur occasione tutelæ,& non aliunde. Nã qui rogatur hereditatẽ restituere, id videtur rogatus restituere, q̃ fuit hereditatis,non aliud,vt ff.ad Trebel.in fideicõ.§.j. & ff.de lega.3.l.quod his argumẽ.ff. ad Trebel.l.heredes. Præterea,tu creditor potuisti te à tutela excusare,immo etiam non debuisti accedere.vt Co. qui dari tuto. pos.in authen.minoris debitor. & authen. vt hi qui oblig.se hab.perhib.res minor.colla. 6 §.sed si quis. cũ ergo sis puniendus ideo, quia tutelam administrasti: quomodo ergo petis præmium, scilicet quod mihi nõ tenearis? non enim debet esse in pœna premiũ,vt ff. sol.mat.l.si ab hostibus.& ff.de neg.gest. l. si hæreditaria.quomodo enim opponens exceptionem arbitrij, cũ etiamsi soluisses, nõ prodesset tibi facta solutio?vt prędicta auth.vt hi.qui ob.perhi.se res hab.minorum. Itẽ
5 † arbitrium primam actionem non tollit: nec ipso iure,nec exceptionis ope.vt ff.de arbi.l.si quis rem .actio enim mihi semel cõpetens,mihi non tollitur,nisi factũ meũ intercedat.vt ff.de euict.l.euicta re.§.si seruus.ex
6 † arbitrio enim nec actio,nec exceptio oritur. vt ff.de arbi.l.2.Item licet si tecum tutore transactum,nihilominus agi non potest contra ipsum,vt C.de iudi.l.licet.& C.de transact.l.si de certa re.Item tu es in dolo : quia non reddis debitum.vt argumen.ff.depositi.le.prima. §.est autem.si es in dolo, & generalia verba te non liberant. Nam si cui legetur liberatio, non videntur legata ea quæ dolo commisit, vt ff de lib.leg.l. Aurelio. §.fi.& l si quis rationes.& argumento.ff. mandati.lege creditor.& l.Lucius. Item generale pactum non porrigitur ad ea quæ sunt dolo commissa. vt ff.de pactis.l. tres fratres.

CONTRA. Econtra videtur, quod adultus non posſit agere: Imprimis, quia ex quo compromiſimus de eo, quicquid poſſet ipſe petere per actionem tutelę: ergo & illa centum, quæ debebátur, ex mutuo veniút: non actio prima transfunditur in ſequétem, ſcilicet tutelæ, vt ff. de admi. tu. l. quoties. §. non ſi temporali. & ratio quare transfundatur, eſt: quia prima, ſcilicet certi condictio, erat ſtricti iuris, nec admittit vſuras, niſi fuerunt promiſſæ. actio autem tutelæ vſuras admittit. Vel eſto quod prima actione veniunt vſuræ: tamen in hac veniunt maiores, quia cétesimæ: vnde de neceſsitate contingit, quod transfundatur in actione tutelæ: vt ff. de negociis geſtis. l. diuortio. §. penult. ſi ergo deuoluitur in actione tutelæ, & de tutela compromiſimus generaliter: amodo a me petere non potes, quia illa in primo arbitrio & petitione venerunt, ideo te exceptione repello. Nec obſtat de arbitrio, ſi dicis: ex arbitrio non datur actio, nec exceptio. immo datur, poſtquam eſt promulgatum expreſsim vel tacite, vt C. de arbitr. l. ne in arbitris. Item & actio datur & exceptio, vt ff. de arbit. l. diem pro ferre. § vltimo. Nec obſtat ſi dicis: poſſum agere, quia nunc ago ex alia cauſa: non obſtat exceptio, & ſic non ages. vt ff. de excep. rei iudi. l. & an eandem. §. actiones. Item nec obſtat, ſi dicas, poſſum agere de alia ſpecie vel cauſa, vt C. de iudi. l. licet. Reſpondeo ibi ideo, quia fuit tibi petitio ſpecialis & tranſact. ſpecialis, & ideo nó obſtat: at ſi ſit petitio generalis, arbitrium generale, (quia dictum eſt quicquid: & non fuerunt ſpecificata, quæ vndecúque & qualiter & qualitercunque tibi tenebar) venit in compromiſſum, vt ff. de exception. rei. iudi. l. ſi mater. §. eandem. in fi. & Cod. de tranſactio. l. ſub prætextu ſpecierum. Item ex quo ſum cõdénatus tibi per arbitrium in viginti, ſequitur quod iſta viginti ſucceſſerunt in locum illorum omnium, quæ debebantur occaſione tutelæ, & videor tibi ſatisfeciſſe. Nam cum aliud pro alio ſoluitur creditori de voluntate ipſius, id quod ſoluitur, cedit in locum primitiui debiti argumen. ff. de donatio. l. qui id quod. ex quo enim compromiſimus, quod quicquid debetur ex actione tutelæ, ergo etiam mutuum veniret. Nam qui rogatus eſt reſtituere quicquid habet ex hereditate, & præceptionis commoda tenetur reſtituere, vt C. de fideicommiſ. l. cum virum prudentiſsimum. Nam nullo modo agere potes. nam cum iam ſit tibi ſolutum per arbitrium, vt dictum eſt, amplius tibi ſolui non debet: quia bona fides non patitur quod bis idem ab eodem exigatur, vt ff. de regu. iur. l. bona fides. Item ſi eſt compromiſſum in arbitrum de actione tutelæ, etiam ex illa cauſa debitum non petitur, vt ff. de verborum. obligationibus. l. qui Romæ. §. vltimo. Item natura non patitur, quod aliquis fiat locupletior cũ iactura alterius. vt ff. de cõdictio. indebi. l. nam natura. Item tu pupille, nó debes trahere priuilegium ad iniquum compendium, vt C. de vſucap. pro emp. l. vltima. Item propter ipſam adminiſtrationé tenebar tibi ſoluere, & ſolui. vt ff. de admit. tut. l. quoties. §. item ſi temporali. ſicut in quolibet geſtore, vt ff. de negoc. geſt. l. ſi pupilli. §. vltim. vnde ſi ſolui per mandatum arbitri, amodo ſum abſolutus: cũ omnis ſolutio liberet ſoluétem. vt Inſtitu. qui. mo. tol. oblig. in principio. Item tu non debes poſtulare: cuius contrarium nó eſſes poſtulaturus, vt Cod. de ſolu. l. penult.

SOLVTIO. In hac cauſa, ſine præiudicio melioris ſententiæ, videtur mihi, quod adultus poſsit agere illa certi condictione de mutuo primitiua: quia illa quantitas non deuenit in arbitrium: ſed tantum illud, quod debebatur ex actione tutelę: nec illud debetur ex tutela, cum debitum primum præceſsit. nec deuoluitur in actione tutelæ, niſi minori ſit vtile: ſicut in allegationibus ſuis allegauit minor: & alia ratione, quia non deuenit in arbitrium, niſi de quo actum eſt. & quia in poteſtate tutoris erat apertius legem dicere, vnde contra ipſum interpretor, vt dictum eſt. Poteſt ergo minor agere primitiua actione, non obſtante arbitrio per l. ff. de actione. & obligat. ſi is qui. & ff. ad Trebellia. l. Marcellus. §. quidam. & l. in fideicommiſſariam. Roffredus.

AN VALEAT RESCRIPTVM impetratũ ad agendũ ab eo, qui alias non poterat agere, quia excommunicatus: ſi fuerit obtentum, conſentiente procuratore aduerſarij.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, hæreticus cenſetur.*

2 *Hæreticis omnes actus ciuiles interdicti ſunt.*

3 *Excommunicatus, ſeruo & deportato comparatur.*

4 *Reſcriptum obtentum tacita veritate, quã ſi expreſſiſſet, nullatenus reportaſſet, non valet.*

Poſtulare quos lex prohibet, ſi aduerſarius patiatur, non tamen poſtulare poterunt.

6 *Conſenſus priuatorum, facere non poteſt legitimum iudicem, qui iudex eſſe non poteſt.*

7 *Excommunicatus, etiam cũ procuratoris aſſenſu agere non poteſt.*

8 *Probatum reprobare non licet.*

9 *Maritus qui vxorem adulteram recepit, ipſam in poſterum reprobare non poterit.*

10 *Scientia conſenſum inducit.*

Quæſtio 42.

RVSTICVS, dum eſſet excommunicatus, iuit ad curiam, & impetrauit reſcriptum de aſſenſu procuratoris alteris partis: nũc agit ruſticus excommunicatus, contra Titium ſuum debitorem corã iudicibus delegatis. Titius opponit, & dicit ſe nó poſſe conueniri: ideo, quia reſcriptum nullum eſt, cum ſit ab excommunicato impetratum. quęritur, an ex illo reſcripto poſsit conueniri.

PRO parte negatiua. Quod conueniri nó poſſit ex illo reſcripto, probatur. Nam cum opponendo hãc exceptionem fiat actor, vt ff. de excep. l. j. ff. de proba. l. in exceptio. ideo eius partem primo defendimus. Nã
1 certum eſt, quod † excõmunicatus, vtroque iure cenſetur hęreticus. nam qui non communicauit in cõmunione ſanctæ eccleſię, hæreticus iudicatur, vt in auth. coll. 8. de priui. dotis mul. hær. nó pſtá. ſi eſt. §. j. in fin. hęretic⁹. ergo nó potuit priui. impetrare, vt C. de ſumma
2 Tri. & fid. catho. l. 2. omnes † enim ciuiles actus ſunt hęreti interdicti, vt C. de hære. l. oés, & l. Manichæos.
3 † excommunicatus enim cum ſit hereticus, ſeruo aſsimilatur, qui non habet communionem nec ciuilis, nec prætoriani edicti. vt ff. de teſtamentis. l. qui teſtamen. §. ſeruus. Item aſsimilatur excommunicatus deportato, quod pbo. quia olim erat pœna, ſcilicet, qua interdicebatur ei aqua & igni. in cuius locũ ſucceſsit deportatio, vt ff. de pœnis. l. 2. in locũ deportationis, hodie ſucceſsit excomunicatio: quia excómunicatio aufert alicui aquã & igné: quia nullus debet participare ſibi pręterquã vxor: vt extr. de ſentétia excómuni. ca. per tuas. & maior eſt hodie iſta pœna, quam deportatiõis: quia plus eſt, quo ad ſupplicium, conuerſari inter homines, & hominum carere ſuffragiis, quam eſſe aliqué deportatum, vt C. de apoſtatis. lege 3. ſi aſsimilatur deportato, vt dictum eſt: & deportatus omnia amittit, quæ ſunt iuris ciuilis, vt ff. de pœnis. l. quidam. ergo amittit impetrare priuilegium. cum tali, & ſi legetur, non valeat relictum, niſi quantum ad cauſam alimentorum vt ff.

4 vt ff. de his qui pro non scri.hab.l.si in metallum. † Itē
talis fuit veritas suppressa, qua scita, domin⁹ Papa nō
esset concessurus rescriptum: vnde non valet, vt extra.
de rescription.capitu.super literis. vnde in dolo fuisti,
sciendo te inhabilem, quantum ad petitionem, quam
tu impetrasti. vnde carere debes penitus impetratis, vt
Cod. si contra ius vel vtil.pub.l.& si legibus. Nec ob-
stat si dicas, quod impetrasti tantum de voluntate mei
procuratoris. nam non valuit talis procuratoris con-
5 sensus, quia nec meus valeret. † nam quos lex prohibet
postulare, & si aduersarius patiatur, tamen non pote-
runt postulare. vt ff. de postula.l.quos prohibet. Hoc
etiam vide in milite, qui prohibetur à procuratione.
vt Cod. de procurator.l. qui stipendia. vt Cod. locati.l.
vltima. nec tamen erunt procuratores, si etiam aduer-
sarius patiatur. vt ff. de procurator.l.filius. §. veterani.
Item nec erit tutor, etiam si testator hoc velit, vt C. de
lega.l.ab administratione. Item seruus contra domi-
num non testificabitur, etiam si dominus patietur. vt
C. de quæstion.l.seruos. Item cum filius repellatur à
iure in testimonio contra patrem: non poterit testifi-
cari, etiam si pater hoc vellet, vt Cod. de testi.l.paren-
tes. Sic ergo patet, quod voluntas mea vel procurato
ris non potuit te facere legitimum ad legendum, cum
per leges sis illegitimus. & hoc à simili. † nam nec pri-
6 uatorum consensus potest facere legitimum iudicē,
qui iudex esse non potest. vt Cod. de iurisdict. om.iud.
l.priuatorum. Item & si quis sit falsus procurator, li-
cet ego consenserim cum quo agebat, tamen nec iudi
cium vllum, nec controuersia vlla, nec sententia, vt C.
de procurato.l.licet. Nam qui non est capax, non pos-
sum per meum consensum facere quod sit capax: vnde
legatum relictum non tenet, vt ff. de his qui pro non
scri.hab.leg.j.& tertia. & ff. de libe.leg.l.si is qui duos.
Et qui non est de iure successor legitimus, nunquam
eum possum legitimum facere, si est illicitus ei resti-
tuēdo, vt Cod. de proba.l.cum tacitum. & ff. de iure fi-
sci.l.non intelligitur. §. si quis palam. & ff. de vulga. &
pupil.subst.l.ex facto. §. Iulia. Et qui est alias indignus,
ego consentiendo nō faciam eum dignum. vt ff. de his
quibus vt indig.l.hæres. Nam & si mulierem in adul
terio non damnatam, cum qua ipse commiserat adul-
terium: & hæredem instituat, & ducat vxorem: non va
let institutio, nec matrimonium: quia cum sit per leges
indigna, non potui per meum consensum illam face-
re dignam. vt ff. de his quibus vt indig. l. Claudius. &
l.mulierem. Item nec nocere debet consensus procu-
ratoris: ideo, quia non videor sibi mandare, nisi quod
literas impetret, vel impetrare volenti vt contradicat.
licet enim generaliter mādem, quod vadat ad curiam
pro literis impetrandis, nō videor sibi mandare, quod
excommunicatum admittat: nam hoc specialiter sibi
concessurus non essem, vt ff. de peculio. l. qui peculij.
7 & ff. de pign.l. obligat. cum enim † excommunicatus
non possit agere, vt extra. de iudi.capitul. intelleximus.
non admitteris etiam per consensum procuratoris. nā
non fiet cōtra legem per aliam viam, quod lex fieri no
luit, vt ff. de tuto. & curator.da.ab. his.l. scire oportet.
§. primo. Et qui non potest admitti vt substitutus, nō
admittetur vt adiectus, ne fiat per aliam viam contra
legis voluntatem, vt ff. de vul. & pupil.sub.l. verbis ci-
uilibus. Nec potuit procurator meus tibi consentire,
quia procuratori constituto ad agendum, non potest
solui, vt ff. de pac.l.sed si tantum. & ff. de solu.l. hoc iu-
re. Item transactionem non potest hic facere, vt ff. de
procura.l.mandato generali.

CONTRA. Econtra, quod possit agere: Impri-
mis certum est quod licet non possit agere excommu
nicatus, tamen per cōsensum procuratoris agit. Nam
miles qui alias procurare non potest, vt C. de procura
l.qui stipendia. ff. de procurat.l. filiusfamil. §. veterani.
& C. loc. & condu.l.vltima. tamen si patiaris eum pro-
curatorem, admittitur, vt C. de procura.l. ita demum.
Item sufficit solus procuratoris scientia vel cōsensus,
nec requiritur scientia domini. vt ff. de ædil. edic. l.
cum mancipium. prim. responso. Nam si sciente ser-
uo vel procuratore emitur fugitiuus, tenet emptio,
nec inspicitur scientia domini. vt ff. de contrahen.em-
ptio.l.in huiusmodi. Et si filius vel procurator scien-
tes emāt liberum, licet dominus vel pater eorū igno-
rant, illa scientia præiudicat patri vel domino, vt ff.
de lib.causa.l.immo. §. prim. ex quo enim impetratum
est rescriptum, nō refert per quem sit impetratum, sed
an sit impetratum. Nam & seruus qui non potest pre-
ces porrigere principi, si impetrauit rescriptū, tenet.
vt Cod. de precibus imper.offe.vniuersis. Nec refert, à
quo denunciatio fiat, sed an sit facta. vt ff. de petit. he-
re.l.item veniunt. ff. petitam. in fin. Nec refert, à quo
quis manumittitur, sed an manumittatur. vt ff. de ver-
borum obligationib.l.cum seruus. Item ex quo misisti
talem procuratorem, qui se passus est circumueniri, ti-
bi imputa. vt ff. de minoribus.l. cum mandato. §. fina.
Hoc etiam circa exercitoriam, in qua, si aliquis malum
præposuit, sibi imputet. vt ff. de exercitor.leg. prim. §.
vnde. Item in agrimensore, vbi male electio est in cul-
pa. vt ff. si mens. fal.mo. dixerit lege prima. Item in so-
cio qui de se queri debet, si malum elegit socium, vt in
stit. de societa. §. fi. Item de eo apud quem deponit, qui
de se queri debet, qui partim diligenti rem custodien-
dam committit. vt ff. de acquir. & obli. lem. prim. §. itē
is. & instit.quib.mo.re contrahit.obl. §. primo, & secū-
do. Item procurator tuus, ex quo vidit me impetrare
rescriptum, licet esset indignus, me amodo reprobare
8 non potest ipse, nec etiam tu. † nam non est licitum re
probare probatum, vt ff. de nego.gest.l.Pompo.si nego
cium. Et testem quem semel inducēdo produxi, non pos-
9 sum reprobare, vt C. de testi. l.si quis testibus. † Item
maritus qui vxorem adulteram recepit, nō poterit po-
stea reprobare, quia mores ipsius videtur approbare.
vt ff. ad l.Iulian. de adult.l.si vxor. §. vltim. Item & ser-
uus qui poterat aliàs puniri, quia opē domino inter-
fecto non tulit, si dominus viuendo non fuit conque-
stus, videtur sibi offensa remissa. vt ff. ad Sylla. l.prima.
§. vltim. Et si is qui donauit, & sibi fuit ingratitudinis
causa commissa: & videndo donatarium, donationem
non reuocauit: nihil poterunt heredes dicere, vt C. de
reuoc.dona.l.vltim. Idem in patre qui de filiis, qui cō-
miserunt causam ingratitudinis, nihil dixit, quod eos
videtur approbare. vt Cod. de inoffic.testa.l.liberi. & l.
omnimodo. Præterea adduci potest totum illud gene-
10 rale, quod † scientia inducit consensum. vt ff. de euict.
l.quidā ex parte. vt C. ad Velleia.l.si sine. Preterea pro-
curator tuus mihi participando incidit in excommu-
nicationem: vnde ipse fuit in eodem delicto: vnde mi-
hi de excommunicatione non obiicies. nā nil Iudæus
Iudęo, nil Catilina Cethego. vt ff. ne quid in loco pu-
blic.lege secunda. §. idē ait si in pub. nec arenarius cō-
tra arenarium dicet, vt C. de inoffic.testa.l.in arenā. &
hereticus contra hæreticum non admittitur. vt C. de
hære.l.quoniam. cum ergo procurator tuus cōsensit,
tu amodo non potes contradicere. sicut superius dictū
est. Nam & si procurator dolum cōmittat, nocet dolus
domino, vt ff. de doli exceptione. l. & si procurator. ff.
de dolo. l.eleganter. § penul.

SOLVTIO. In hac causa sine præiudicio melio
ris sententiæ videtur mihi, quod hic non possit agere, etiā
si illius procurator consentiat, quia per consensum pcu
ratoris non potuit ille litigare. Item nec potuit procu
rator per consensum ius publicum immutare, vt ar. ff.
de operis libe.l.cerdonem. & ff. de admi.tu.l.quidā de-
cedens. Item dolo fuit impetratū rescriptū: ergo nō va
let. vel si per simplicitatē, vel ignorantiam fuit talis veri
tas tacita: quia scita, dominus Papa non esset cōcessu-
rus, vt extr. de rescrip.capitul.super literis. Roffr. Beneuent.

AN STATVTVM QVO PRAEcipitur, vt qui habet petiam terræ liberam, teneatur illam vendere, & vicinis rẽ emere, extendatur ad petiã terræ, quæ partim est libera, & partim nõ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si dicat nos agere debere, & actionem non nouet, quod conditione ex statuto agendum sit.*

2 *Statutum ex quo aliquid præcipitur fieri, etiã inuitis parendum est.*

3 *Ex quo quis fundi partem vendere vel emere statuto dictante tenetur, an & reliquum emere vel vendere compelli possit.*

4 *Solutio particularis, quo minus pignus in solidũ vendatur non impedit.*

5 *Statutũ indistincte loquens, indistincte recipiẽdũ est.*

6 *Prædium ex patrisfamilias destinatione cõstituitur.*

7 *Prædij pars, quæ pensionẽ præstat, ex quo immunis est propter constituti beneficiũ: an pars alia quæ pensionẽ nõ præstat, eadẽ immunitate gaudere debeat.*

Quæstio 43.

FACTVM est constitutum ciuitatis, quod quicunque habet stariolum terræ iuxta prædia alicuius, quod ille tenetur emere, qui habet confinia prędia: & ille teneatur vendere, cuius erat prędiũ: verum si in illo stariolo præstatur affictum vel pensio, non teneatur dominus vendere, nec ille emere. contingit ita quod quis habet stariolum terræ iuxta prędia tua, ex quo stariolo partim pręstatur affictum vel pensio, ex alia parte non præstatur: quæritur an ille teneatur totum vendere, vel emere totum, vel partem.

PRO. Quod teneatur vendere totum vel partem, probatur: & quia sine actione nemo experitur, vt ff. quod metus causa. l. extat. ff. de admi. tu. l. quoties. §. item si temporali. ideo actionem proponit, scilicet condictionem ex consuetudine, vel ex iure municipali. † nam
1
cum per statutum hoc inducatur, & non est cautum quo iure agamus, condictione ex iure municipali agẽdum est. Sicut video in lege. nam si lex dicat quod agere possumus, & non dicit de actione: condictione ex lege agitur, vt ff. de condi. ex lege. l. prim. ergo ita in cõsuetudine, cum sit consuetudo pro lege. vt ff. de legi. & cõstit. l. de quibus. & insti. de iure na. gen. & ciuil. § pe.
2 Ex † quo ergo statutũ pręcipit, quod tu, inuitus licet, vendas vel emas, teneris: sicut video, quando lex pręcipit. nam lex pręcipit in pluribus casibus, quod quis inuitus vendat. habes ita ff. de religio. & sumptib. fune. l. si quis sepulcrum. Item si locus vnde via debebatur, periit chasmate, tenetur vicinus dare viam, & vendere, vt ff. quemadmodũ seruitus amittatur. l. si locus. §.
3 final. ex † quo enim teneris partem vendere per constitutum vel emere, ex qua non præstatur affictum, teneris etiam vendere vel emere illam partem, ex qua præstatur pensio vel affictum. Sicut vides in seruo communi, qui propter partem quam ibi habet vnus ex socijs, tenetur sibi alius vendere partem suam, vt C. de communi seruo l. prima. institut. de donatio. in fi. ti. Item si vendo tibi partem: & antequam tradã sim ad iudicium communi diuidundo prouocatus, & totus fundus mihi venditori sit adiudicatus, etiam aliã partem teneris emere vel vendere, quæ mihi fuit adiudicata, vt ff. de actionib. empti. l. Iulianus. §. idem Celsus. Hoc idem habes in creditore, vt ff. communi diuidundo. l. communi diuidundo. §. si debitor. Hoc etiam in marito & vxore, si fuit maritus ad iudicium communi diuidundo prouocatus, vt ff. de iure dotiũ. l. cum in fundo. §. si fundus communis. Et sic patet per ea quæ sunt allegata, quod tu tenearis totum emere vel vendere: vel saltem, quod tu tenearis ad partem. Probo: Certum est, quod pars illa vnde præstatur pensio vel affictum, nõ venit in iudicium. vnde saltem altera pars venire debet. sicut in iudicio familiæ erciscundæ, in quo si sit res aliqua quæ non possit diuidi, puta fauore religionis: quia erat ibi sepulcrum: illa sola pars deducitur de iudicio, & alia pars venit diuidendda, vt ff. famil. erciscund. l. fundus mihi. Item ex quo statutum præcipit quod vendas, teneris vendere. nam & si testator pręcipiat hæredi quod venderet, tenetur vendere. vt ff. de leg. prima. l. si fideiussor. §. vltimo. & ff. de acquirend. empti. l. si hæres. Item & si cõtrahentes paciscantur inter se de vendendo, tenẽtur vendere. vt ff. de actio. empti. lege prima. & l. exempto. & ff. de pac. l. in emptionibus. Si ergo est per pactum hominis, & etiam per legem & per testatorẽ, quod res debet de necessitate vendi: ergo & per constitutum, cum ista de pari concordant, vt Cod. de rebus ali. non alie. l. sancimus. Nec excusari debes ratione partis, quę præstat affictum: quia si totus fundus redderet affictũ, tunc excusareris a venditione totius: si ergo pars non præstat, ab illa non excusaris: nam idem est in parte quo ad partem, quod in toto quo ad totum, vt Cod. de rei vend. l. quæ de tota. & quantum facit ex toto denegata venditio, si affictum in solidum præstaretur, tantum debet pro parte facere, si pro parte non præstatur, quod pro illa parte teneat vendere, vt ff. de ami. tu. l. si duo. in fin. Item quia non præstatur affictum ex toto, licet præstetur pro parte, tamen illa solutio particularis te non liberat, quin tenearis vendere totum: nam & particularis solutio non liberat in aliquo debitorem, vt ff. de vsur. l. tutor. §. primo. † Item particularis
4
solutio non impedit, quominus pig. vendatur in solidum, vt Cod. de distractio. pig. l. quandiu. & ff. de verborum obligationi. l. in executione. Et particularis solutio non liberat te, quo minus pœna in solidum committatur. vt ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio quum. §. vltimo. & l. in executione. §. pe. & ff. famil. ercisc. l. hæredes. § an ea. & §. in illa. Item & particularis solutio non prodest, quod quis petitionem legati possit habere in solidum vel pro parte, vt ff. de cõdi. & demon. l. cui fundus. & l. qui hæredi. §. Plautius. Item cum constitutum dicat de vendendo seruo, quia seruatur constitutum quod de venditione loquitur, & etiam de constituendo salario, vt ff. communia de seruit. rusticorum & vrbanorum prediorum. l. venditor. § primo. Item ex quo soluit pensionem pro parte, nõ excusaris quin tenearis totum vendere: nam tunc excusareris, si ex toto pensio præstaretur: alias non sicut vides circa excusationem tutelæ, quod excusatur quis, si haberet tres liberos Romę: quia si duos, non excusatur. vt institut. de excusa. tu. Cod. qui numero libero. l. prima. Item libertus excusatur à pręstatione operarũ per legem Iuliam de maritandis ordinibus, si habeat filios duos: alias, si vnum habeat, non excusatur. vt C. de operis lib. l. nec patronus. §. primo.

CONTRA. Econtra videtur: quod non teneatur ad venditionem totius vel partis: Imprimis excusat se beneficio constituti. constitutum enim dicit, sicut positum est in themate, quod ille fundus vnde pręstatur pensio, quod nõ tenetur per cõstitutũ vendere: aut ex isto fundo pręstatur pensio: ergo nõ teneor vẽdere. & omnia quę allegata sunt pro constituto, quod seruetur in prima allegatione, & hic possunt allegari. Nam,

Vna manus nobis vulnus opemque feret.

Ex quo enim pro parte præstatur pensio, ergo non teneor vendere: nam perinde est, ac si totus fundus redderet: sicut video à simili, q̃ totum libertum videor in seruitutem petere, & si in parte peto, vt ff. de bo. libe. l. qui in seruitute. Et qui testamentum aperit pro parte, totum videtur aperire, vt ff. ad Syllania. l. si quis in gra ui. §. si quis tabulas. Item statutũ dicit, si pensio vel affictum præstatur ex prædio q̃ illud non teneatur em-
5 ptor emere, nec venditor vendere: & † hoc dicit indistinctè: vnde indistinctè est recipiendum, vt ff. de alea. l. j. & ff. de publici. l. de prædio. & ff. de lega. præstan. pe
6 tita bo. pos. contra tabu. l. j §. j. Item prædium ex † destinatione patrisfamilias constituitur, vt ff. de legat. j. quod in rerũ. §. vlti. licèt ergo olim fuerunt plura prædia, hodie tamen vnũ est: & sic cùm præstetur inde pẽsio, non teneor vendere, nec tu teneris emere, licèt tantum pro parte præstetur pensio: sufficit quia vẽdere nõ teneor, sicut vides. nam qui legat fundum pro parte, rectè dicitur fundus legatus: quia pars fundi, fundus est: vt ff. de lega. j. l. planè §. vlti. Item ita continetur in cõstituto, vt ex quo fundo præstetur pensio, quòd non teneatur venditor vendere, nec emptor emere: ex quo præstatur pro parte, sufficit: sicut circa cautionem damni infecti, vbi mittitur quis in possessionem illius rei: & rem illam accipimus, siue sit tota, siue pars. vt ff.
7 de damno infecto. l. dies cautioni. §. j. Itẽ ex † quo pars quæ præstat pensionem, est immunis propter beneficium constituti, & alia pars debet esse immunis, sicut video in prædiis: quia sicut istud prædium est immune à præstatione vel onere tributorũ: ita & aliud, quod illi prædio per alluuionem adiicitur, vt C. de alluuionibus. l. vltim. Ex quo enim isti prædio ideo, quia reddit tributum, per constitutum est cõcessa immunitas per rescriptum principis, vel etiam alia occasione, infringi non debet, vt ff. de testib. l. q. §. j. Item ex illo prædio antequam adderetur meo prædio, nõ præstabatur affictum: tamen modo ex quo est alteri prædio cõiunctum, videtur præstari pensio, & censetur quoddã totale: vnde non teneor ad vendendum: nam si crusta tua vel arbor meo fundo coaluit, licèt ante ab initio posses vendicare, tamen posteà cum fuit communita, non vendicabis, vt ff. de damno infect. l. hoc amplius. §. Alphenus. Itẽ si tua manica sit coniuncta meo vestimẽto vel prætexta, vel sigillum candelabro, nũquam postea vendicabis, vt ff. de rei ven. l. in rem actio. & institu. de rerum diuis. §. si tamẽ aliena. Item & si gemmam tuam possidebam, quam poteras vendicare: & post illam inclusi anulo, nũquam illam amodo vendicabis, vt ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. quid ergo. Item ex quo aliqua parte fundi præstatur affictum, sufficit: nec est necesse quòd ex singulis partibus præstetur: sicut sufficit, si te induco in aliquam partem fundi, ad hoc vt tibi acquiratur possessio. nec habes necesse fundi glebas singulas circuire, vt ff. de acqui. pos. l. possideri. §. j. nã & fundus qui est alius, cùm esset in finibus Cappadociæ propter curam villici, quia erant sub cura eius, debetur ille fundus, vt ff. de legat. 3. l. patronus Sempronio. Item agat ea, cùm sit alia propter vnitatem nominis, quia vocatur sicut & prima debebitur legatario, vt ff. de cõdition. & demonstra. l. filiæ. §. j. sic & in quæstione præsenti: cùm nomen sit idem in vtroque fundo, & sit facta vnio: meritò non teneor vendere propter beneficium constituti.

SOLVTIO. In hac causa sine præiudicio sententiæ melioris videtur mihi, ex quo isti fuerunt duo fundi à principio, quòd reus seu possessor teneatur illum fundum vendere, ex quo non præstabatur pensio licèt suo fundo adiunxerit. per l. ff. familiæ ercisсundæ. l. fundus. § vltimo. Et alia ratione: quia facta commixtione vtriusque fundi fit cum sua causa & onere, vt arg. ff. de acquiren. rerum do. l. traditio. §. j. & de acqui. possess. l. Pomponius §. vlti. nam licèt fiat vnio bonorũ heredis & testatoris, fuit vnio cum sua causa, vt C. de bonis autho. iudic possi. l. j. Item factum istud, scilicet coniungere prædia, alij ius habenti præiudicare non potuit, vt arg. ff. de stat. homi l. vlti. & ff. de transact. l. 3. Item ex quo pro parte præstatum affictum, illa pars sit exempta propter beneficium constituti, alia pars non erit exempta: sicut circa cautionem damni infecti, vt ff. de damno infecto l. si finita Roffredus.

QVI VENDIDIT REM COMMUNẼ, & promisit de rato, an ille qui habebat partẽ in re illa per istũ vendita, interpellando emptorẽ ad obseruantiã conuentorũ in venditione, videatur ratam venditionem habere, ita etiam, vt si emptor non impleat conuenta, non tamen possit vendicare.

SVMMARIVM.

1 *Certi condictio ex stipulatione, an rectè ab emptore intentetur ad pœnam contra eum, qui cùm de rato promiserat, præstare non potuit.*

2 *Emptorem, re euicta, contra venditorem agere, regulare est.*

3 *Pasci vel stipulari alteri, nullus, nisi sua intersit, potest.*

4 *Frater qui domum, quam frater suus vendiderat, sibi commodari petit an venditionem ratam habuit.*

5 *Voluntas expressa, aliquando ex sola nuda voluntate colligitur.*

6 *Emptor si exceptionem habet, quam domino opponere possit, venditor sibi non tenetur.*

Quæstio 44

ATRICIVS quidã nomine suo & nomine fratris absentis, vendidit domum Titio, promittens sub pœna centum librarum, fratrem suum absentem hanc venditionem ratam habiturum, verũtamen emptor fecit venditori tale pactum, quòd illa domus concederetur illi venditori & fratri contra omnem hominem: rediit frater absens. petit domum sibi concedi ab illo Titio, sicut fratri suo conuenerat: Titius noluit concedere domum: hic vẽdicat domum pro medietate: & fortè obtinuit, vel fortè mouet controuersiam: agit Titius contra venditorem, & petit pœnam, scilicet centum librarum: quæritur, an possit.

1 PRO. Quòd possit, probatur: & † ad pœnam proponit certi condictionem ex stipulatione: quòd enim locum habeat, dicit lex instit. de verbo. obli. in prin. & ff. si certum petat. l. certi condictio. & l. si quis certum. Ex quo enim frater tuus reuersus, noluit habere ratã venditionem, rectè ago ad pœnam. nam & procurator qui satisdat, rem ratam dominum habiturum domino non habente ratum, committitur stipulatio, vt ff. de procurato. l. non solùm. §. qui nomine alieno. & l. Pomponius. §. j. & 2. & ff. rem ratam haberi. l. si indebitum. & l. si procurator. tenuit enim promissio, ex quo promisit fratrem ratum habiturum, & pœnam promisit, vt ff. de verborum obligation. l. stipulatio ista habere licere, in princip. & instit. de inutil. stipul. §. alteri. & ff. de verbor. oblig. l. inter stipulantem. in princ. ex quo enim promisit, quia frater haberet ratum, videtur promisisse se curaturũ, quòd ille habeat, vt ff. de verb. oblig. l. quoties. in princi. Item & qui promittit aliquem iudicio sisti, tenet stipulatio: & si non exhibuit, agitur ad interesse, vt C. de fideiussoribus. l. sancimus. & ff. si

quis caution.l.2.& ff.qui satisdare cogantur.l.1.§ fina.
Statim enim quòd frater tuus incipit mihi mouere cõ
trouersiam,statim fuit commissa stipulatio illa,rem ra
tam haberi.vt argument.ff rem ratam haberi.l.si pro-
curator Item & si quis promittat se ratum aliquid ha
biturum,quod postea vel ipse vel heredes non habent
ratum,committitur stipulatio,vt ff.de verbor.obligat.
l.eadem.§ Cato.fuit enim ista stipulatio sub conditio
ne concepta,scilicet,si frater tuus non haberet ratum:
& sic,quia modò non habet ratum,cùm moueat con-
trouersiam: & tunc committitur stipulatio illa, quasi
sub quauis conditione concepta,vt institu.de verbor.
2 obligat.§ sub conditione.nam & hoc † generaliter est,
& etiam in emptore,quòd re euicta agit contra vendi
torem,vt ff.de euicti.l.euicta.& l.ex mille. Idem etiam
est in pacto transactionis,vt re data nomine trãsactio-
nis,si euincatur,quòd agitur de euictiõe.vt C.de trãs-
actionibus l.si pro fundo. Hoc etiam in iudicio fami-
liæ erciscundæ,vel communi diuidundo,quòd res di-
uisa si euincatur,agitur contra heredem vel socium.vt
C.familiæ erciscund.l.si familiæ.& C.communia vtr.
iudic.l.si fratres.Ex quo enim promisisti, quòd frater
tuus haberet ratum,statim ex quo dedit contra me li-
bellum,videtur ratum non habere:vnde stipulatio cõ
mittitur,vt ff.rem ratam haberi.l quo enim.§. vltimo.
Nec potest mihi culpa obiici,quia nolui sibi domum
concedere,sicut tibi conueneram: non enim debebat
propterea rem vendicare,sed ex pacto agere ad inter-
esse,vt argument.C.de rescindend.vendition.l.ea cõ-
ditione.Nec enim tenebar sibi domum concedere, cũ
3 ex pacto fratris sibi actio non potuit quæri quia † al-
teri pacisci vel stipulari nemo potest, nisi sua intersit,
vt ff.de verborum oblig l. stipulatio ista. §.alteri.& in
stitut.de inutilibus stipula § alteri.nec dicas, interest
fratris quòd frater haberet domum:quia tale interes-
se attẽdimus,quod est circa rem pecuniariam,vt ff.de
ser.export.l.quoties.& ff.ad exhibendum.l.si liber ho-
mo.Video enim in patre,qui si paciscatur, vt filio de-
tur,non eget filius ex illo pacto,vt ff.de pact.l.& here-
di.§.Iulianus.cùm ergo pactum patris nõ prosit filio,
qui sunt vna & eadem persona,vt C.de impub.& aliis
substi.l.vlti.ergo multo minus pactũ fratris,fratri po-
tuit prodesse.Item si tenerer sibi ex pacto commodare
domum,& non commodaui, teneor ad interesse, vt ff.
de re iudi.l.si quis ab alio.§.fi.ff.mandati.l.si procura-
torem.§.mandati actio.ergo si sua intersit,dicat mihi,
quid vel quale sit suum interess.:& certè modicum vel
nullum,vnde ad illud agat.

CONTRA.Econtrà videtur quòd hic possit se à
pœnæ petitione defendere, vel à petitione interesse:
4 Imprimis, † quia frater reuersus habuit ratam istam
venditionem:cùm enim petiit sibi domum commoda
ri,habuit ratum:sicut video in domino, qui statim eò
ipso quòd appellat,videtur iudicium, quod fecit fal-
sus procurator,quod fuit nullum,approbare, vt C.de
procuratorib.l.licèt.vt ff.rem ratam habe.l. Paulus. &
ff de iudi.licèt. vnde cùm habuerit ratum,sum libera-
tus ab ipsa promissione:eo enim ipso,quod petiit do-
mum sibi concedi,videtur ratum habere.nam & filius
eo ipso quòd præstat patrocinium,videtur habere ra-
tum iudicium testatoris,vt ff.de inoffi.test.l.vlti.Item
filius eo ipso quòd pecuniam accepit à statulibero,vi-
detur testatoris iudicium comprobare,vt ff.de inoffi-
cio.testam.l.Papinianus. §.si conditioni.Hoc etiam vi-
des in reo condemnato,qui licèt appellasset, petat ter
minum sibi ad solutionem concedi, videtur compro-
bare sententiam,vt C. de re iudica l.ad solutionem,ad
idem facit Cod.de iure domin. in pet l 2.& ff.de leg.
commisso.l.post diem. Item filius petendo legatum
sibi relictum,videtur approbare iudicium sui patris,
vt ff.de inoffi.testa.l.nihil.Item & qui domum pigno-
ri datam,sicut hereditariam retinuit, videtur heredi-
tatem adiuisse,vt ff.de acquiren.hęred.l gerit pro hæ-
rede.video etiam in parte,qui eoipso quod filio dato
tutori scripsit,vt diligenter tutelam administraret,vi-
detur agnouisse tutelam.vt ff.de tutel.l. filius.& ff.de
negotiis gest.l.mandasti. Item ex quo saltem voluit,
quòd domum sibi concederes,approbauit ipse contra
ctum totum:nec enim potuit pro parte approbare,&
pro parte improbare,vt ff.de administra tut.l.cum quę
ritur. Nec aliquis admittitur,si velit obligationem
pro parte approbare,& pro parte de iniqua queri,vt ff.
de operis liber.l.si ita stipul. Eo enim ipso quod vo-
luit,approbauit contractum,sicut & alias eoipso quod
dominus vult,videtur approbare seruo peculium,vt ff.
5 de pecul.l.peculium non id. † Ex sola enim nuda vo-
luntate,aliquando voluntas alicuius expressa colligi-
tur,& etiam ratihabitione, sicut bonum est argumen.
ff.ad Macedo l si filius.cum enim agat ex eo contractu
quia petebat sibi domum concedi,videtur illum con-
tractum approbare,vnde fuit tibi quæsita exceptio,vn
de tibi mutuo non potuit auferri.vt ff.de pact.l.vltim.
nam ex quo petendo approbauit,videtur remisisse ius
quod habuit:vnde sibi non fuit dãdus regressus, vt ar-
gument.ff.de ædilitio edicto.l.quæritur.§. si venditor.
sic ergo per ea quæ dicta sunt,apertè patet, quòd non
potest rem à te euincere:vnde habes exceptionem quã
6 opponis:& ideo desino tibi teneri.nam si † emptor ha
bet exceptionem,quam opponat domino,venditor si-
bi non tenetur,vt ff.de euiction.l.qui rem alienam. in
principio.si ergo non potest rem à te euincere, vel si
euincit amisit causam culpa tua,tibi non teneor,vt ff.
de euiction.l. Hærennius.in fin. vel si non intercessit
culpa tua,quia allegasti iura superiora: fuit ergo tibi
facta iniuria:vnde contra me non ages, vt ff de euict.
l.si per imprudentiam & ff.de fideiussorib.l.exceptio-
ne.Præterea vide rationes apertas, quare tibi non te-
neor.ipse enim quando petiit à te domum sibi conce-
di,tu noluisti sibi concedere: & sic fidem noluisti ser-
uare,vnde tibi fides seruari non debuit à fratre meo:
quia non seruanti fidem,fides seruanda non est, vt C.
de pactis.l cum proponas vnde cùm tu præstitisti cau
sam,quare partem illam tibi frater meus euicerit, tibi
non teneor:nam & actor qui causam præstat, quare dã
netur,non agit de euictione contra venditorem, vt ff.
de euiction.l.si ideo.Et fideiussor qui iustè damnatio-
nis causam præbuit,non agit contra debitorem actio-
ne mandati contraria, vt ff.de fideiussoribus.l.exce-
ptione.vnde tibi imputa:quia damnum quod quis sua
culpa sentit,de se queri debet,vt ff.de regulis iuris.l.
quod quis.

SOLVTIO.In hac quæstiõe sine præiudicio me
lioris sententiæ videtur mihi,quòd reus sit absoluen-
dus illis rationibus:quia frater reuersus habuit ratũ,
petendo domum sibi concedi:vnde liberatur ille, qui
promisit,sicut lex videtur per argumentum. ff.de eui-
ction.l.quidam ex parte.ergo si habuit ratam vẽditio-
nem,non potest auocare:quia non est licitum reproba
re probatum,vt ff.de nego.gestis. Pomponius,& non
licuit,quod quis approbauit,reprobare,& testimonio
proprio contradicere,vt C.de non numera. pecunia.l.
generaliter.vnde ille emptor non potuit amittere: vel
si amittit & culpa sua, quia noluit domum concede-
re,vel fortè per iniuriam iudicis, non tenebitur pro-
terea reus conuentus,per ea quæ dicta sunt,ex quo e-
nim petiit domum sibi concedi,videtur approbare cõ
tractum,vt argum.ff.de rebus eorum qui sub tutel.vel
cura.sunt.l.illicitè.Roffredus.

VNVM EST STATVTVM
ciuitatis,quod omnes sentẽtiæ dicantur
de consilio sapientum ciuitatis. Aliud

statutum

Statutum eiusdem præcipit, quod Potestas iuret omnes sententias exequi: modo reperitur vna sententia lata, in qua non est seruata prima statuti, an Potestas ratione iuramenti debeat illam exequi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæque, à qua non est appellatum: vel si nõ sit lata contra ius scriptum, de iure communi executioni demandari debet.*
2 *Pro sententia præsumendum est.*
3 *Sententia, quæ non nisi cum sapientum consilio ferri debuit, si sine sapientũ cõsilio feratur, valet & tenet.*
4 *Rebus iudicatis standum est.*
5 *Capitulum sequens, an primum corrigat.*
6 *Sententia lata contra constitutum, nõ tenet, sicut & contra legem.*
7 *Sententia, in qua solitus ordo omissus est, non valet.*
8 *Condemnatus dicitur, qui ritè condemnatus est.*
9 *Mandati fines diligenter custodiendi sunt.*
10 *Sententia ambitiosa quæ detecta fuit, est ipso iure nulla.*
11 *Speciale, de iure communi, generali derogat.*

Quæstio 45.

CONTINETVR ita in constituto ciuitatis, ꝙ prouisores debeant dare sententias suas cũ consilio sapientum, qui sunt in ciuitate. Item continetur in alio capitulo constituti, ꝙ omnes sententias iuro ego Potestas executioni mandare, non obstante aliquo capitulo constituti. Apparet postea quædã sententia lata à prouisoribus, non cum consilio sapientũ, sicut dicitur: petitur executioni mãdari: quæritur, an Potestas teneatur illam sententiã executioni mãdare.

PRO Quòd teneatur, probatur. Et imprimis cer-
1 tum † est de iure communi, quòd omnis sententia à qua non appellatur, vel si non sit lata contra ius scriptum, est executioni mandanda, vt C. de execution. rei iudicatæ l. 2. & ff. de re iudicata. l. à diuo Pio. Item est mandanda executioni propter constitutum, quod expressim hoc præcipit: quod constitutum pro iure & lege seruatur, vt ff. de iusti. & iur. l. ius autem. insti. de iure natu. gen. & ciuil. §. constat. & ff de legi. & constit. l. de quibus. Nec obstat quod dicitur, ꝙ non sit lata secundum capitulum constituti, Primò, quia ex quo nõ
2 probatur, debeo præsumere quòd lata sit: cùm † sit pro sententia presumendum, vt argu. ff. de re iudic. l. inter pares. & ff. de inoffi. testa. l. si pars. & ff. de regul. iur. l. in ambiguis. Item quia in re dubia potius debemus iudicare quòd res valeat, quàm pereat. vt ff. de rebus dub. l. quoties & ff. de verborum obligat. l. quoties. Item & in re dubia, melius est seruire verbis edicti seu sententiæ, quàm contra, vt ff. de exercito. l. j. §. si sciente. Item lex iudices bonos viros appellat. vnde multùm præsumit pro eis, vt ff. de verbo. obli. l. continuus. § cum ita. vnde præsumptio est pro eis, quòd omnia soléniter fecerunt, & nihil omiserunt de contingentibus, sicut & aliàs præsumimus pro tabellione, ꝙ sint omnia solenniter acta, vt insti. de fideiuss. §. vlti. & instit. de inuti. stipu. §. si scriptum. & ff. de verb. obli. l. sciendum. & C. de contrahen. & cõmit. stip. l. j. Item semper præsumimus pro instrumentis & pro sententiis, vt C. de contrahẽ. & com. stipu. l. optimam. Ex quo enim communitas eligit prouisores, eis dat potestatem iudicandi, vt in authenti. defen. ciui. Sed esto ꝙ per leges non habeant ex consuetudine, vnde tenet eorum iurisdictio & sententia, vt C. de emancipa. lib. l. j. vel esto sine præiudicio, ꝙ non sit seruatum capitulum cõstituti, nihilominus ta-
3 men valet sententia: nam licèt † sententia sine consilio sapientum non debuit ferri, lata tamen tenuit. nam & sententia non debet ferri sub conditione, lata tamẽ tenet, vt ff quãdo appel. sit. l. j. §. biduum. Et bonorũ pars non debet auferri relegato ad tempus, tamen per sententiam si portio auferatur, tenet, vt ff. de interdictis & relegat. l. relegatorum. §. ad tempus. Et curator prohibetur dari in testamento: datus tamen confirmatur, vt insti. de cura. & ff. de tut. & cura. da. ab his. l. j & adduci potest illud generale: Multa impediunt ordinanda, quæ non impediunt ordinata, vt ff. de his qui sui vel a-
4 lie. iur. sunt, l. patre. Item video † ꝙ rebus iudicatis stãdum est, vt C. de re iud. l. j. adeò ꝙ hoc verum est quod dicit lex, ꝙ rebus etiã perperàm iudicatis standum est, vt ff. de bo. lib. l. qui cùm maior. §. is demũ. Item sententia, & si per gratiã lata sit, tenet, vt ff. ad Trebel. l. seruo. §. cùm prętor. Item etiã & si perlusoriè detur sentẽtia, tenet, vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. j. quare non est mandanda executioni sententia, cùm sit tantæ authoritatis, ꝙ veritati præiudicat, vt ff. de stat. hom. l. ingenuum. Item esto ꝙ non sit seruatum primum capitulum constituti, tamen non obstat: quia propter sequẽs capitulum constituti, est executioni mandanda sentẽ
5 tia: † quia illud sequens capitulum corrigit primum. Hoc video in omnibus legibus, & maximè Iustiniani, vbi leges suæ vltimæ corrigunt alias. Video hoc etiam in testamentis, vbi vltimum tollit primum, vt C. de testamentis hac consultissima. § pe. & ff. ad Trebell. l. si quis priore. Hoc etiam in pactis, quia pacta posteriora tollũt prima, vt ff. de pact. l. si vnus §. pactus ne peteret. Nam & pacta nouissima seruantur, vt C. de pact. l. pacta nouissima. Video etiam generaliter in codicillis, ꝙ ea quæ posterius fiunt, prioribus derogãt. vt ff. de iure codi. l. diuus. Nam ex quo in secunda parte constituti apponitur, non obstante aliquo capitulo constituti, videtur primum sublatum: nam certum est quòd aliud capitulum non obstat, nisi illud: ergo illud videtur remotum, vt argum. ff. de lega. j. l. si quando. Est ergo sententia executioni mandanda, licèt alio modo sit lata, quàm ferri debuerit, vt argum ff. de feriis. l. j. maximè cùm vltimũ capitulum deroget primo, sicut circa constitutionem procuratoris: nam qui duobus temporibus diuersos dat procuratores, posteriorem dando, priorẽ remouisse videtur, vt ff. de procur. l. pluribus.

CONTRA. Econtra videtur quòd sententia illa non sit executioni mandanda. Imprimis, quia non fuit lata vt debuit, & secundum quod dicit constitutũ. vn-
6 de non tenuit. † nam sententia lata contra legem, non tenet, vt ff. quæ sententiæ sine appel. rescind. l. j. ergo & lata contra constitutum. quod seruari debet pro iure & lege, vt ff. de legib. & constitutio. l. de quibus. Cùm enim debuit ferre sententiam cum consilio sapiẽtum, & non est lata, non tenuit. Video enim quòd quando venditio prędij minoris debet fieri: quia nõ solùm lex mandat quòd credatur tutoribus, sed etiam iudex inquirat necessarios pupilli, vt ff. de reb. eorum quæ sub tutel. vel cura. sunt. l. magis. §. in primis. si mutatur, nõ valet quod agitur: cùm sit nihil de solénibus immutandum, vt ff. de in integrum restitutione. l. diuus. Item & si datur possessio in bonis alicuius, debent requiri necessarij, vt ff. ex quibus causis maiores. l. ergo & ff. ex quibus causis in possession. ea. l. hęc autem. §. j. & §. rectè. & si non mutatur, non valet: nam & hoc in transactione alimentorum attende, quòd nisi prætor seruet omnia quæ mandantur, non valet authoritas interposita, vt ff. de transactio. l. cum 2. §. arbitratu. & §. sequẽ. Item talis est ordo solitus, secundum quem debuerũt
7 dari sententiæ. † vnde si omittatur ille ordo, non valet sententia, vt C. de sentẽtiis & interlo. l. prolatam. Nec potest dici sententia, nec ille dicitur cõdemnatus, qui in illa sententia damnatus est. nam illam sententiam,

8 & † illū condemnatum dicimus, qui ritè condēnatus est. vt ff. de re iudi. l. si se non obtulit. §. condēnatū. hoc etiam circa authoritatē, quæ si nō rectè interponatur, habetur pro non interposita, vt ff. de auth. tu. l. 2. Quòd enim non sit ritè data illa sententia, probo: nā certum est, q debuit dari de consilio sapientū, sed hic non fuit habitum illorū consiliū: ergo sententia illa nulla, sicut dicit lex. Si iussit testator aliquid fieri coram Titio, & factū sit eo inconsulto, nō valet quod gestum est, vt ff. de verb. sig. l. coram. Item & si promitto tibi rem restituere Titij arbitratu, si nō arbitretur ille Titius, stipulatio non valet, vt ff. de verb. obliga. l. si quis arbitratu. & l. seq. Itē libertus debet petere restitutionē nataliū, domino consentiente: si autem petierit domino ignorante, non valet illa petitio, vt ff. de nata. restit. l. 2. & l. pen. & fi. Et si vendo tibi tanto precio, quanto Titius existimauerit: nulla est vēditio, si non æstimet, vt ff. de contrahen. empt. l. vlt. cùm ergo fuerit certum mandatum istis datum, q ita iudicarent, & non seruauerunt,
9 nulla fuit sententia: Nam † fines mādati sunt diligēter custodiendi, vt ff. manda. l. diligenter. Nam

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra citráq; nequit consistere rectum.

Vnde cùm non mereatur habere nomen sententiæ, nō
10 est executioni mandanda: cùm † ambitiosa sententia & detecta, fuit ipso iure nulla, vt ff. de minor. l. deniq. in principio & ff quæ sententiæ sine appellat. rescind. l. vlt. Adeo quidem est hoc verum, quod & si secundū iura sit data, non tenet: nam & miles. etiam si rem bene gesserit, tamen quia contra prohibitionē gessit, nō tenuit, vt ff. de re mili. l. 3. §. in bello. Nec obstat quod dicit, quòd per sequens capitulū, constituti, corrigitur
11 primum. Respon. non est verum. Nam † certum est de iure communi, quòd semper speciale derogat generali, vt extra. de rescrip. c. 1. in fi. Nam & doli clausula generaliter non pertinet ad ea, de quibus specialiter cautum est, vt ff. de verb. obliga. l. doli clausula. Et lex quæ generaliter pœnā imponit, non pertinet ad leges, quæ specialiter pœnam imponūt, vt ff. de pœnis. l. sanctio. Et generalis substitutio non pertinet ad specialem, vt ff. de vulg. & pup. sub. l. coheredi §. si qui patrē. Item si Basilicæ libertæ sint alimenta specialiter relicta, licèt postea alimenta libertis generaliter relinquantur, nō habebit aliquid ex sequenti legato Basilica: cùm istud generale non pertineat illi Basilicæ, cui specialiter fuerant alimenta relicta, vt ff. de alimentis & cibar. lega. l. alimenta §. Basilicæ. & l. Stichus. Item si alicui primò duæ statuæ marmoreæ sint legatæ, & postea in eodem testamento alij sit marmor omne legatum, primum per istud sequens generale nō videtur ademptum, vt ff. de lega. 3. l. heres. §. duæ. Item qui filios suos heredes primò instituerat, cùm tres haberet, & postea dicit, Sempronius filius exheres esto, duo tantùm videntur instituti. ff. de here. inst. l. cùm in testa. §. vlt. Item si quis primum faciat testamentum, in quo cautū erat, quòd mutari non possit, si aliud faciat testamentum, cōtrarium primo: ita tollitur primum, si expressim dicatur quòd primum tollatur. aliàs non, vt ff. de legatis 3. l. si quis in prin. & C. de testa. auth. hoc inter liberos.

SOLVTIO. In hac quæstione sine præiudicio melioris sententiæ, videtur mihi distinguendum, quòd aut certū est quòd prima sentētia lata à prouisoribus, non fuit lata cum consilio sapientum, aut est dubium. In primo casu, cùm non sit lata secundum capitulum, constituti, dico illam sententiam nullam, per legem ff. de re iudica. l. 4. §. condemnatum. & C. de sententiis & interloc. omnium iudic. l. prolatam. & dico non debere mādari executioni: nec primum capitulum tollitur per secundum. per l. ff. de verb. oblig. l. doli clausula. & ff. de lega. 3. l. si quis. in princ. Si autem sit certum, quòd fuit lata cum consilio sapiētum, tunc non est dubium, q mandabitur executioni sentētia. si autem sit dubiū, præsumendum est pro sententia, vt ff. de inoffic. testa. l. si pars. & ff. de regu. iur. l. in ambiguis. & extra. de elec. c. bonæ memoriæ in penul. col. præsumo omnia solenniter acta, & sic esse sententiam, & dico q sit executioni mandanda, & propter capitulum constituti sequentis, & propter authoritatem rei iudicatæ, vt C. de execu. rei iudi. l. 2. & ff. de re iudic. l. à diuo Pio. Roffredus.

QVI ADSCRIPTITIVM VEL colonum liberauit hoc pacto, quod præscriptio libertati eorum obstaret, si postea per longissimum tempus seruierit, an possit vendicari per dominum, quasi fuerit contra libertatem præscriptam.

SVMMARIVM.

1 *Actiones suas remittētibus regressus nullus dandus est.*
2 *Contrahere vel non contrahere, liberum est à principio: sed post obligationem cōtractam, aduersario non consentire, resilire non est licitum.*
3 *Præscriptio actioni competenti currit.*
4 *Homo liber neque vsucapi, neque præscribi potest, vt qui possideri non possit. & num. seq.*
5 *Seruitutes ex tempore constitui non possunt.*
6 *Vsucapio sine possessione non procedit.*
7 *Libertatis iura, sola temporis longinquitate non mutilantur.*
8 *Temporis obligationis inducendæ modus non est, & num. 13.*
9 *Adscriptitij vt nonnulli fiant, duplex scriptura requiritur.*
10 *Præscriptio non possidenti non currit.*
11 *Ius negatiuum non tollitur.*
12 *Actio omnis, triginta annorum spatio tollitur.*
14 *Tempus an actioni pactionali præualeat.*
15 *Ius publicum pactis mutari non potest.*

Quæstio 49.

TEBERTVS quidā habebat adscriptitios vel manentes suos, vel colonos. fecit eis chartam finis & refutationis: & hoc pactum apposuit in charta, quòd quandocunque vellent exire de fundis, possent, non obstante eis vel præiudicante aliqua temporis præscriptiōe, quę à domino vel eius herede posset illis opponi. Celebrato instrumento tali seu cōtractu, rustici prædicti remanserunt in possessionibus illius domini per annos 40. modò volūt exire: quæritur, an possint, quando dominus contradicit.

PRO Quòd possint exire, probatur imprimis: nam certū est q domin⁹ ius quod habebat, remisit: vnde nō debet amodo cōtra id, quod renunciauit, venire, vt C. de non nume. pecu. l. generaliter. & C. de rebus cre. l. si quis iusiurandum cùm nemini concedatur cōtrà sua pacta venire vel suum factum, vt C. de pact. l. si quis in conscribendo, etiam si factum illud de iure non teneat, vt ff. de adopt. l. post mortem. & ff. de seruitut. rusti. l. prædio. § per fundum. Ex quo enim semel remisit
1 actionem primitiuam, redire non potest. Nam † remittentibus suas actiones non est dandus regressus, vt ff. de ædil. edi. l. quæritur. §. si venditor. Item hoc est etiā in transactione, quòd aliquis cōtra eam nō venit, & si pœniteat, vt C. de transa. l. quāuis. Hoc etiam in donatione, quæ postquam perfecta fuerit, non reuocatur ex pœnitentia, vt C. de vsuc. pro donato. l. irritam. Sicut
2 † enim libera potestas est alicui habendi contractum, ita obligationi semel constitutæ, altero inuito, renunciare

ciare non potest, vt C.de actio.& oblig.l.sicut.& istud
planum est, & lippis patet & tonsoribus, nisi praescri-
ptio temporis esset impedimento. Sed probo aperte, ꝙ
3 prescriptio temporis non obstat. † Certum est enim,
ꝙ praescriptio currit actioni competenti. si enim actio
non competit, praescriptio non obiicitur, vt C.de an-
na.except.l.j.in fi.& C.de praescrip.30.anno.l.cùm no-
tissimi.§.3. At hic actio non fuit natá, nisi quando volo
recedere: ab eo hodie incipiet praescriptio, si praescri-
ptio locum habere possit. lex enim sine praefinitione
tẽporis dat mihi ius agendi ex tali pacto, scilicet quá-
docunque, vt C.de pact.inter empt.& vend.l. si fundũ.
Mihi enim volenti paratur actio & an:è, sicut heredi-
bus volentibus à communione discedere, paratur a-
ctio, vt ff.famil.erciscundę l.j sicut & in sociis, quibus
actio pro socio paratur, ex quo volunt eam intentare.
vt C.pro socio.l.tandiu.maximè secundum sentẽtiam
M non est quaestio: qui dicit, quòd nunquam actio ori
tur in praedictis casibus, nisi postquã praedictae personę
volunt actiones praedictas intentare.& haec sunt vera.
An pręscriptio posset locum habere, an non: videtur
ꝙ nunquam possit locum habere. Primò, ratione rei
4 quae est talis, quae nõ potest praescribi: puta † quia liber
homo, vt instit.de vsuc.r & ff.de vsuca.l.vsucapionem.
Certum est enim, quòd facta charta finis & refutatio-
nis, si aliqua erat nebula seruitutis in rusticis, quòd in
continenti recessit, vt insti.de Liberti.in princ.si ergo
sunt liberi, ergo non possunt vsucapi vel praescribi, vt
5 dictum est. Item † seruitutes ex tempore constitui non
possunt, vt ff.de seruitut.l.seruitutes. Item & alio mo-
do probo, quòd praescriptio nõ currit. nam certum est
quòd sunt liberi homines: vnde possideri nõ possunt.
Cùm ergo possideri non possint, ergo nec vsucapi vel
6 praescribi: † quia vsucapio sine possessione non proce-
dit, vt ff.de vsucapion.l.sine possessione. Item & tertio
modo probo, quòd nõ currit pręscriptio, scilicet pro-
pter pactũ. nonne praescriptio 30.annorum odiosa est?
certè sic. vt dicit lex C.de annal.exception.l.vltima. in
fine.& C.de edicto diui Adriani tollend.l.vltima. si er
go est odiosa, ergo debet restringi, vt ff.de lib.& post-
humis.l.cùm quidam.& ff.de ventre in possession.mit
ten.l.j.& §.sed & quis. Item est inducta praescriptio de
authoritate & rigore iuris: vnde potest pactis litigan-
tium vel contrahentium mitigari: sicut & circa appel-
lationem, quae potest per pactum tolli, vt C.de tempo.
appellatio l.vlti.in fin.& ff.à quibus appella.non licet.
l.j. Item & alio modo probo, quòd illa praescriptio nõ
7 prodest: nã † sola temporis longinquitate etiam si qua-
draginta anni transacti sunt, libertatis iura non muti-
lantur, vt C.de longi temp. praescriptio.quae pro lib.l.
8 sola. † Nam cùm solum tempus alleges, & certa alia, nõ
sufficit: cùm tempus non sit modus inducendae obli-
gationis, vt ff.de obliga.l.obligationum ferè.§ placet.
Item praetores fauent multum libertatibus, vt ff.de a-
lien.iudic.mutan.causa fact.l.quia. Item & dicit regu
la iuris, Libertas res fauorabilis, vt ff.de regul.iur.l.li-
bertas. Et interest potius reipublicae, quòd ciuitas libe
ris, quàm seruis, repleatur, vt C.de bonis liber.l.vltim.
Vnde per haec credamus bonam causam fauere: & iu-
dicem pro nobis dare debere sententiam. sic ergo ex
quo fuerunt rustici liberati, perfectè sunt facti liberi,
vt dictum est vnde postea propter solum tempus non
potuerunt fieri serui, etiam si voluissent, vt C.de libe-
rali causa.l.nec si volens. Item nec fiunt adscripti-
9 tij: † quia ad hoc vt fiant aliqui adscriptitij, necesse est
quòd duae scripturae intercedãt, scilicet priuata & pu-
blica, vt C.libr.xj.de agricol.& censi.l.cùm scimus. li-
cèt enim steterimus in praediis, tamen propterea non
poteris dicere, nos esse tuos manentes, quasi quòd sub
latum sit ius nostrum 30.vel 40.annis. Ratio inde est.
10 primò, † quia non possidenti non currit praescriptio,
vt C.de praescript.triginta annorum.l. malè agitur. Itẽ
11 secundò. † quia ius negatiuum non tollitur: quia quae
perpetua sunt ad agendum, magis perpetua sunt ad ex
cipiendum, vt ff.de doli except.l.purè.§.si.

CONTRA. Ecõtrà videtur, quòd rustici exire de
fundo non possunt: Imprimis, quia licèt fuerit ius sibi
quaesitum ex instrumento remissionis, tamen ex quo
siluerunt tempore tanto, amodò tacere debent: cum
12 de iure cõmuni omne ius † & actio tollatur spatio 30.
annorum, vt C.de praescript.30.annor.l.cùm notissimi.
immo & si quis, cùm posset agere de sua conditione,
per annos tacuit quadraginta. modò nihil dicere po-
test, vt C.de praescrip 30.anno.l.omnes. Item ex quo re
mãsistis per 30.annos in fundo de iure vos habeo amo
dò vt colonos, vt C.de agricol.& cẽsitis.l.cùm satis.§.
cùm autem. Item alibi scriptum est, quòd vigilãtibus
& non dormientibus iura sunt prodita, vt ff.de his qui
in fraudem credito.l.pupillus.& praescriptiones odio
sae, contra desides & sui iuris contemptores, inuentae
sunt, vt C.de annali exception.l.vlti. Nonne à princi-
pio poteratis libere recedere? certè sic: & sic cùm steti
stis spatio 40.annorũ, vllo iure recedere non potestis.
sicut video in debitore, qui si per 30.annos non afferãt
pecuniam, nũquam postea offerre poterit, & pignora-
titiam intentare, vt C.de annali exceptio.l.j.§.ad haec.
nam ibi dicitur, quòd tollitur pignoratitia: sed certum
est, quòd illa non oritur antequam sit soluta pecunia,
vt ff.de actio.pigno.l.si rem alienam §.omnis. Item vi-
deo in creditore secundo, qui cùm possit offerre prio
ri pecuniam & cõfirmare sibi ius pignoris, quod si nõ
fecit, quòd nunquã amodò poterit facere, vt C.de prae
script.30.annorum.l.cùm notissimi.§.2. Itẽ ex quo ste-
tisti per annos 40.praesumitur pactum illud, quod fuit
factum esse remotum. sicut enim video, quod per solũ
longum tempus praesumitur inducta stipulatio, vt ff.
de vsuris.l.cùm de in rem verso. praesumitur etiam re-
lictum legatum & validum, ex quo per aliud tempus
solutio facta fuit, vt C.de fideicom.l.j. Si ergo per tem
pus inducitur, & pręsumitur obligatio induci, ergo &
per tempus praesumitur obligatio sublata: vt argumẽ.
13 ff.de superfic.l.j. Et † quòd dicitur, tempus nõ est mo-
dus tollendae vel inducendae obligationis: subaudi, ve
rè: praesumptiuè tamen inducitur obligatio ex tempo-
re: vel aliàs tollitur non ipso iure, sed iure exceptionis,
vt C.de praescription.longi temporis.l.penulti.& ff.de
verborum obligation.l.eum qui ita.§.qui ita stipula-
14 tur 10 Praeterea magis † valet tempus, quàm actio pa-
ctionalis. nam per pactum non potest fieri, quòd non
diuidamur, vt ff communi diuidund.l.in hoc iudicio.
§.si conuenerit. sed per tempus potest fieri, vt C.de an
nali exceptio.l.j. sed illud pactum quod vobis feci, po-
tuissetis per aliud pactum tollere: vnum enim pactum
tollitur per aliud, vt ff.de pact.l.si vnus.§. pactus ne pe
teret. sicut ergo per pactum tolleretur, ita & per tem-
pus. Nec potest dici conditio vestra facta deterior, cũ
ad vestram conditionem redieritis: sicut nec condi-
tio dotis dicitur facta deterior, quae ad suam naturam
rediit, vt ff.de pactis.l.si vnus ex argent.§.pactus. in fi-
ne. Nec obstat pactio quae facta fuit, vt quandocũque
vobis liceret exire, non obstante praescriptione tem-
15 poris. Non † enim potuit per istud pactum ius publi-
cum immutari, vt ff.de pactis.l.ius publicum. & ff.de
operis liber.l.Cerdonem. Cùm enim pręscriptio lon-
gissimi temporis sit odiosa, vt ff.de annali exceptione.
l.vltima. non potui pacto meo renunciare: quia id de-
mum renuntiatur seu remittitur, quod mei fauore est
inductum, vt C.de pactis.l.vltima.& ff.de minorib.l.si
iudex. Video enim in testatore qui non potest facere
per suum mandatum, ne leges in suo testamento locũ
habeant, vt ff.de legatis j.l.nemo.& ff.de administrat.
tutel.l.quidam decedens. ergo nec contrahentes: cùm
voluntas testatoris, & pactio contrahentium, de pari
concordent, vt C.de rebus alienis non alie.l.vlti. Item

videoquòd si creditor facit pactum vt non liceat vendere, quòd non tenetur stare illi pacto, vt ff. de act. pig. l. 4. Item ex quo stetistis per annos 40. tollitur vobis ius competens. Nam & priuilegium concessum, tollitur tempore tanto, vt extra. de priuileg. c. si de terra. & ff. de nundinis. l. j.

SOLVTIO. In hac quæstiõe sine præiudicio melioris sententiæ videtur mihi, quòd rustici sunt absoluendi. Primò, quia per pactum & instrumentum dominus eos absoluit: vnde illam liberationem nõ reuocat, C. de action. & obligatio. l. sicut. Nec obstat, quia postea in fundo tempore steterit: quia illa præscriptio eis non currit, tamen propter illud, quia sunt facti liberi, facta remissione à domino: vnde amodò non possunt præscribi, vt ff. de vsucapionib. l. vsucapionem. Item & quia præscriptio non potuit currere, cum non potuissent possideri, vt ff. de acquirend. possession. l. cùm heredes. & si non potuit præscriptio currere vt ff. de vsucapion. l. sine possessione. Item quia nulla actio adhuc istis competit: & ideo actioni non competenti nõ currit præscriptio, vt C. de annali exceptione. l. j. in fine. Item ex quo sunt facti liberi per instrumentum & pactum refutationis, etiam si stetissent per quadraginta annos, non possent fieri serui: nec prodesset possessio, vt C. de longi temporis præscription. quæ pro libe. l. solam. nec potuerunt fieri adscriptitij, sicut in allegatione dixi Roffredus.

AN INSTRVMENTO, CONsensu partium vel mandato arbitri cancellato, adhibeatur fides, si antequam notario fuit denũtiatum, altera partium interea fecit sibi dictũ instrumentum fieri. Et an notarius sic faciendo commiserit falsum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento cancellato de partium voluntate, fides habenda non est.*

2 *Instrumento refecto à notario, quod per partes antè cancellatum fuerat, nulla fides habenda est: nec tabellio puniendus venit.*

3 *Instrumentum ex quo de partium voluntate aut arbitri cancellatum est, omnis obligatio quæ per illud inducta fuerat, extincta videtur.*

4 *Instrumenta ad quid conficiantur.*

5 *Falsum committit, qui est in dolo, non qui in lata culpa.*

6 *Tabelliones, de voluntate vtriusque partis, contractus facere tenentur.*

7 *Obligatio semel extincta, resuscitari nõ, nisi de vtriusque partis voluntate, potest.*

Quæstio 47.

ORDINATVM est à duobus contrahentibus, qui habebant inter se instrumenta communia, cancellari: vel fortè fuerunt per mandatum arbitri cancellata: quæritur, an alicui istorum instrumẽtorum sit fides habenda, si aliquando in iudicio proferantur. Item ponamus quòd vnus de contrahentibus, antequam instrumenta de facto cassarentur, postea tamen quàm arbiter mandauit, quòd cassarentur, accessit ad tabellionem, & fecit fieri sibi instrumentum, vel iam cancellatum de voluntate communi, vel cancellatum mãdato arbitri, est in quæstione, an isti instrumẽto secundo facto per tabellionem sit fides adhibenda: vel, an iste tabellio commiserit falsum.

1 PRO parte negatiua. † Et quòd instrumento can-
cellato non sit fides adhibenda, probatur. Ecce enim
dicit lex, quòd ex eo testamento fit missio in possessio
nem, quod non est cancellatum, non abolitum, non ali
qua sui parte vitiatum, vt C. de edicto diui Adrian. tol
lend. l. vltim. Item ex eo testamento peto bonorũ pos-
sessionem secundum tabulas, quod in prima figura es-
se dignoscitur, vt in l. prædicta, & ff. de bonorum pos-
sessione secundum tabulas. l. j. §. si quis in duobus. Nã
& si testamentum vel instrumentum sit deletum de vo
luntate testatoris vel partium, nihil ex eo testamento
vel instrumento peti potest, vt ff. de his quæ in testa-
mento delen. l. 2. Nec etiam poterit peti bonorum pos
sessio secundum tabulas, vt ff. de bonorum possession.
secundũ tabulas. l. j. §. si linum. Nec valebit aliquo mo-
do ad probationem istud testamentum, vt C. de testa-
ment. l. si vnus de septem. Item non solum si instrumen
tum est cãcellatum, non adhibetur fides: immò etiam
si aliquo modo est suspectum, non valebit: immò qui il
lo instrumento vtitur, retinetur & punitur sicut falsa-
rius, vt Co. de probationib. l. iubemus. & sic sine quæ-
stione procedat, quòd illi instrumento fides nõ debeat
adhiberi. Nam qui tabulas apud se depositas interle
uerit, tenetur lege Aquilia. & illæ tabulæ ad probatio-
nem non prosunt, vt ff. ad legem Aquiliam. l. qui tabu-
las. Item si deleuit tabulas quis apud se depositas, an-
tequam heres adiret hereditatẽ, tenetur de dolo, quia
& si proferantur ad probationem, non prosunt, vt ff.
de dolo. l. si quis tabulas. nam ex quo prima figura est
mutata, ferè mutatur tota ipsius rei substantia, vt ff. ad
exhibendum. l. Iulianus scribit. §. sed & si quis. Nam &
si consulto nomen heredis sit in testamento deletum,
ex eo testamento bonorum possessio non petitur, vt ff.
de bonorum possession. secundum tabulas. l. æquissi-
mum. §. si cõsultò. Nam & si signa testium sunt ab ipso
testatore turbata, illud testamentum nõ videtur signa
tum, vt ff. de testamentis. l. ad testium. §. si signa. immò
plus dico, quòd si pars aliqua inueniatur vitiata, vel
rasa, vel interlineata, quòd totum instrumentum vide-
tur suspectum. Nam quoties ratio sumitur ex vniuer-
so, si aliquid ibi reperiatur falsum vel suspectum, to-
tam reddit falsam vel suspectam, vt ff. de reb^o dubiis.
l. si is qui ducenta. §. vtrum. & de hoc multa possunt ar
gumenta adduci, vbi ratione partis totum vitiatur, &
vbi vtile per inutile vitiatur, & vbi vnum pecus mor-
bidum, totum gregem corrumpit, vt de action. empti.
l. vltima. in principio. & §. primo & secũdo. & vbi mo-
dicum fermenti totam massam corrumpit, vt ff. de ne-
gociis gestis. l. ex facto. sed sufficiat istud tetigisse, vt
prolixior disputandi copia allegatoribus relinquatur.
& quia principaliter ad quæstionem non pertinet, ac-
cedamus ad secundam partem quæstionis, vtrum si ta
2 bellio reficiat † instrumentum, quod fuit cassatum aut
cancellatum, an illi instrumento sit fides adhibenda,
& an tabellio possit de falso puniri. Quòd enim non
sit adhibenda, & quòd tabellio non puniatur, probo.
Certum est, quòd illud instrumentum primùm ex quo
fuit cancellatum, vel voluntate communi, vel per man
datum arbitri non est sibi fides adhibenda, vt dictum
3 est. † Nam ex quo fuit semel cassatum, omnis obliga-
tio quæ erat inducta per illud instrumentum, videtur
sublata, vt ff. de probationib. l. si chirographum. si er-
go fuit sublata, non potuit restaurari, vt ff. de solutio-
4 nibus. l. qui res. §. aream. Instrumenta † enim non fiunt
ad aliud, nisi vt rei gestæ memoria comprobetur. vt C.
de probationibus. l. cùm res. Si ergo probatur memo-
ria, cuius rei probatur? certè nullius, quia contractus
ille iam sublatus est: nec est adhibenda fides instrumẽ
to. quia debuit tabellio de voluntate partium scribere
instrumentum, vt argument. C. de fide instrumento-
rum. l. contractus. Quòd autem tabellio non commi-
5 serit falsum, probo. Certum est quòd † ille commit-
tit

tit falsum, qui est in dolo: at si cessat dolus, licèt sit in lata culpa, nunquam propterea tenebitur. nam lata culpa in maleficiis non est dolus, vt ff. ad l. Cornel. de sica. l. in lege Cornelia. Nec hoc est verum solummodo in accusatione legis Corneliæ de sicariis. immò in omnibus maleficiis, vbicúque agitur ex maleficio. Nam ecce in furto si cessat dolus, & si committatur lata culpa, núquam propterea teneor furti: vt si credo dominum permissurum, etiam si falsò, quando re sua vtor, non teneor: vt ff. de fur. l. inter omnes. §. rectè. & instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.

CONTRA. Econtrà videtur, quòd instrumento cancellato sit fides adhibenda: Imprimis, quia lex dicit, quòd si appareat instrumentum cancellatú in manu debitoris, præsumitur extincta obligatio primitiua, vt de probat. l. si chirographum. & ff. de pact. l. Labeo. Item & si emptionale instrumentú apparet in manu serui cancellatum, præsumitur q; dominus eum liberauit. eo saluo, quia ibi in casu illo est necesse, quòd probet cum quinque testibus, vt C. de Lati. liber. toll. l. j. §. ille autem. in pen. colum. Præterea lex dicit apertè, q; instrumento cancellato, sit fides habenda. ecce enim si creditor cassauerit instrumétum, debet apud se retinere, vt si debitor velit agere contra ipsum condictione indebiti, habeat creditor quod probet ex illo testaméto cassato fuisse debitum, vt ff. de furt. l. qui tabulas. in prin. & l. quidem tabularum. Item licèt testamentum appareat cancellatum, nihilominus fiet probatio quantum ad alia ex illo testamento: qua sola illa pars tollitur, vt ff. de his quæ in testam. delentur. l. j. in fi. & l. 2. Nam & si testamentum sit rosum à muribus, nihilominus ex eo petetur bonorum poss. secundum tabulas. vt ff. de bon. pos. secundum tabul. l. j. §. si rosæ. licèt enim per instrumenta cancellata non probetur aliquid futurum, probatur tamen aliquid fuisse. Ná ex quo fuit instrumétum cancellatum, ergo fuit aliquid: id enim quod tenuit illud cancellatum, & non aliud, vt argumé. ff. de iniust. irrit. testament. l. nam & sub códitione. Quòd autem & si tabellio faciat iterum instrumentum, licèt postmodú sit cãcellatum, quòd sit adhibenda fides, & quòd tabellio puniatur, probo. Ná certum est, quòd ea quæ gerútur coram tabellione vel iudice, ex quo semel valent, nunquam eorum fides intercidit, etiam morte tabellionis vel etiam iudicis, vt C. de re iudic. l. vlt. habent enim illa gesta perpetuam firmitatem, vt in l. prædicta. vnde si modò apparet illud instrumentum, debet sibi fides adhiberi: quia quod semel est verum, semper erit verum, vt argu. ff. de minor. l. ait prætor. § restitutus. ex eodem enim cótractu possum habere plura instrumenta, sicut & ex eodem testamento plura instrumenta habere possum. vt institu. de testam. §. pe. & ff. de bonor. poss. secundum tabul. l. j. & 2. Quòd enim sit tabellio puniédus, videtur quod pro-
6 bari ita possit. Nam † certum est, quòd tabelliones, sicut de facto videmus, & etiam de iure debent facere contractus de volútate vtriusq; partis, vt arg. C. de fide instru. l. contractus. vel esto q; lege non cauetur: tamé consuetudo ita docet: vnde seruandum est ita. Ná minimè sunt miranda, quæ interpretationé certam semper habuerunt, vt ff. de legi. & const. l. minimè. & ratio & æquitas suadet hoc, licèt fortè ius scriptú deficiat, vt arg. ff. de aqua plu. arc. l. in summa. §. idem Varus. ná si aliter fieret, posset fraus fortè de facili cómitti: quæ vt non committatur, maximè circa instrumenta, cautè attendit Iustinianus in auth. de fide instru. & eor. cautela. colla. 6. circa prin. Sed tu oppones: quomodo adhibetur fides? Respon. hoc bene. nam licèt aliquid bene factum sit & teneat, nihilominus tamen punitur quis. vt ff. de re milit. l. 3. §. in bello. Præterea esto, q; tabellio non fuerit in dolo, fuit tamen in culpa lata, quod dolus est, vt ff. depositi. l. quod Nerua. & ff. si mens. fal. mo dum dixe. l. j. vnde sicut puniri deberet, quando fuit in dolo, ita & nunc debet puniri cùm fuit in lata culpa.

SOLVTIO. In hac quæstióe licèt eam ita tractauerim, non sit nouum alicui, quia ita fuit à sociis meis in scholis proposita. Videtur mihi quòd instrumento raso vtrum sit adhibenda fides, distinguo: aut fuit rasum per casum, vel de voluntate partium: aut fortè dolo vel malitia alterius. si per casum: nihilominus valet, vt ff. de bon. possess. secundum tab. l. j. §. fin. si autem de voluntate partium communi, valet ad probationem, si volo probare aliquid præteritum: non, si volo probare aliquid futurum, vt ff. de furtis. l. qui tabulas. & l. quidam tabularum. Si autem per dolum vel per malitiam alterius, non adhibeo fidem, vt C. de edicto diui Adriani tollend. l. vltim. Quòd ita sit distinguendum, dicit l. C. de testament. l. si vnus de septem. si autem in instrumento sit interlineatura, similiter non adhibeo fidem, per l. prædictam, vt C. de edicto diui Adrian. tollend. l. vlti. nisi sicut faciunt cauti tabelliones, qui in vltima parte instrumenti apponunt antequam signent, Supra interlineatum est, vel rasum est tale verbú &c. In alia parte quæstionis, vtrum instruméto quod facit tabellio ad petitionem partis vnius, debeat adhiberi fides, cùm primum fuerit cassatum Respódeo, aut primum fuit cassatum de voluntate partium: & tunc isti instru-
7 mento non est fides adhibenda: † quia obligatio semel extincta non potest resuscitari, vt ff. de solutio. qui res. §. areá. nisi de voluntate vtriusque partis, vt C. de trásactionib. l. si diuersa. nisi sit actio talis, cuius primæ reliquiæ non remanserunt: tunc etiam de volútate communi non resuscitantur, vt ff. de pactis. l. si vnus. §. pacta Si autem fuit cassatum primum instrumentum mádato arbitri, tunc quia actio primitiua non tollitur, nec ipso iure, nec iure exceptióis, posset dici quòd debet fides adhiberi: sed credo potius, quòd non sit fides adhibenda. & vide rationem, quia aut cassauit postquá arbiter præcepit, & tunc non potest venire, ex quo approbauit arbitrium, vt C. de arbitr. l. ne in arbitris. aut fecit anté scribi instrumentum, quàm primum cassaretur, & tunc quia non debet suus dolus sibi patrocinari, vt ff. de dolo. l. non debet. ideo dico instrumentum non debere admitti. In alia parte qua quæritur, vtrum sit tabellio puniendus, distinguo: aut fuit sciens, aut ignorans. in primo casu dico eum puniendum crimine stellionatus: quia cùm crimen commisit, & non habemus nomé, illo crimine tenebitur, vt ff. de crimine stellionat. l. 3. in secundo casu eum à pœna excuso, per ea quæ in allegatione dicta sunt. Roffredus.

AN NATVRALIS TANTVM, cui à patre relictum est, si per certum tempus filio naturali & legitimo seruiret, possit habere relictum, etiam si non pareat conditioni. vel an habeat relictum & alimenta, si vult parere: vel an possit alimenta petere, si renunciet relicto.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex testamento, vel hypothecaria, pro legato petendo intentari potest.*

2 *Conditio, vt liber homo seruiat alteri ad tempus, apposita in legato, an remittenda sit. & nu. 7.*

3 *Concubinatus per legem nomen assumpsit.*

4 *Filius naturalis, cui pater decem legauit, si filio legitimo seruiret: parendo conditioni, an præter legatum alimenta petere possit. & nu. 8.*

5 *Filius naturalis, legitimo etiam existente, alimenta petere potest.*

6 *Legatum relictum sub conditione, antequam peti possit, conditioni parendum esse, generale est.*

Quæstio 48.

RADVLPHVS pater decedens, duos reliquit
filios ex vxore,& duos ex concubina, quam ha-
buerat antequam vxorem haberet:vnicam dico
habuerat & in domo,secundum quod iura volunt. fe-
cit testamentum:filios legitimos heredes instituit, fi-
liis naturalibus reliquit legatum,pone 20.si filiis legi-
timis illi naturales vsque ad quadriennium seruirent.
duo vertuntur in quæstione.primum, an isti naturales
possunt petere legatum,& si nolint conditioni parere.
Item,vtrum possunt petere legatum, & conditioni pa
rere,& petere aliméta:vel an possint alimenta petere,
dummodo velint renunciare legato.

PRO. Quòd possint petere legatum,& non parere
cõditioni,probatur. Verum quia legatum cum certis
actionibus petitur,ideo actionem proponant persona
1 lem,s. † ex testamento, vel etiam hypothecariam:rei
vendicatio in hoc casu non cõpetit,quia nec certa res
fuit legata,nec propria res testatoris. Quòd enim illæ
actiones cõpetant.dicit l.cõmunia de legat.l.j.& ff.de
legat.secundo.l.cùm filius.§.variis.sic ergo cùm testa-
mentum fuerit factũ,& hereditas sit ex testaméto adi-
ta,de iure possum legatum petere,vt C.de fideicom.l.
ea quæ.nec teneor conditioni parere.nam & hoc vide
aliàs.Nam si testatrix conditionem apponat, ꝙ filia à
marito diuertat,habebit hereditatem,nec tenetur cõ
ditioni parere,vt C.de insti. sub condi.fac.l.repræhen
denda.Item etiã remittitur conditio illa,si dixerit pa-
ter,tutores filiorum fore analogistas,vt ff.de admini.
tut.l.quidam decedens.Item etiam remittitur illa con
ditio vel modus à testatore appositus, ꝙ reliquiæ suæ
iactentur in mari,vt ff.de condi.instit. l.pen.Item & si
relinquatur alicui legatum sub illa conditione,si iura
uerit se facturum vel daturum,habeat legatum:illa cõ
ditio remittetur,vt ff.de condi.instit.l. quæ sub condi-
2 tione.Quòd † enim liber homo seruiat alteri,istud est
contra bonos mores:ergo impossibile,vnde remitten-
dum,vt ff.de condi.instit.l.filius. Præterea video ꝙ fi-
lius legitimus & naturalis debet quartam habere libe
ram ab omni onere,vt C.de inoffi.testa.l. quoniam. &
l.quę nuper.ergo & filius naturalis,cùm sit ex concu-
3 bina nat[9],debet habere legatũ sine omni onere, † quia
concubinatus per legem nomen assumpsit,vt ff. de cõ
cub.l.j.& 2.Vide quomodo illa conditio est contra bo
nos mores,s ꝙ.libera persona teneatur seruire.nam e-
tiam pro debito seruire liberos iura non compellunt,
vt C.de act.& obl.l.ob æs alienum. ergo multo minus
propter mandatũ testatoris:cùm enim nõ sit parendũ.
sicut dictum est,nam si teneretur seruire,ergo perinde
esset dicere, sicut si esset seruus. nã parũ distat à seruo
is,cui non datur libera facultas recedédi quo velit, vt
ff.de liber.homine exhiben.l.2.Nam & si Titio cétum
sunt relicta,vt à monumento non recedat, habebit le-
gatum,& conditio remittitur: quia illa conditio ius
libertatis infringit,vt ff.de condi.& demon.l. Titio.§.
Titio centum.quæ libertas est,quòd cuique facere li-
bet,nisi quod vi aut iure prohibetur,vt institu.de iure
personarum.Nam si legatum relinquatur alicui mulie
ri,ne nubat,legatum habebit omissa conditione,vt C.
4 de indict viduitat.l.2. † Item ꝙ possit legatum petere
parendo conditioni,& petere alimenta,probo. Certũ
5 est enim,†quòd filius naturalis,etiam existente legiti-
mo potest petere alimenta,vt in auth.quibus mod. na
tura.efficiun.legitim.colla.6.& est posita.C.de natur.
liberis.authé.licèt.vnde quantum ad hoc, filius credi
tor est.nam & arrogatus.cui debetur quarta,ex consti
tutione diui Pij deducet illam,vt æs alienum, vt ff.de
inof.test.l.Papinianus.l.meminisse. si deducitur vt æs
alienũ:ergo legatum relictum,nõ impedit petitionem
alimentorum,nisi relinquitur animò compensandi, vt
C.de here.insti.l.si non cõpensandi.vt C.de iure delib.
l.scimus.§.si vero & ipse cõtra defunctum.Vel esto ꝙ
possit legatum petere & etiam alimenta, patior fortè
exceptioné in bonis tãtum quantũ facit æstimatio rei
legatæ,sicut in creditore,qui in suo credito ꝓ ea par-
te,pro qua instituitur,habet exceptioné, & non vltra,
vt C.de bo.auth.iud.pos.l.si vxor.Nõne testator fauo-
re mei reliquit mihi legatum?certè sic.ergo contra me
retorqueri non debet,vt C.de leg.& consti.l. quod fa-
uore.retorquetur autem contra me, si legatum relictũ
à testatore legis.beneficium mihi auferret: & maximè
cùm beneficiis iuuari,& non decipi,nos oportet,vt ff.
commodati l.in commodato.§.sicut.in fi.

CONTRA. Econtrà probatur,ꝙ à legato repelli-
tur,si non vult conditioni parere.Imprimis,nam ecce
si legatum relinquatur sub ea conditione,si filio aut il
li nupsisses:nõ prius legatũ habebis, quàm conditioni
pareas,vt C.de insti.sub condi.l.j.Istud enim generali
6 ter verum est,ꝙ quotiescunq; aliquid sub conditione
relinquitur, ꝙ primò quis debet cõditioni parere,an-
tequam petat relictum,vt ff.de condi.& de l.qui here-
di.§.vlt.Adeo quidé est verũ hoc,ꝙ si de iure non pos-
sit impleri cõditio,saltē de facto impleatur, ad hoc vt
relictum possit consequi, vt vides.nam si te heredem
instituo,si seruum hereditarium ita manumiseris, li-
cèt de iure ante aditam hereditatem non possit manu
mitti,de facto tamen ante debet manumittere.ad hoc,
vt impleat conditionem,vt ff.de condi.insti.l. mulier.
§.j.Item si legaui fundum Mæuio,si ducéta daret Cal-
limacho:licèt Callimachus de iure non possit capere,
tamen de facto debet soluere Mæuius, & cõditioni pa
rere ad hoc,vt legatũ consequatur,vt ff.de condition.
& demonstra.l.Mæuius.Nam cùm ista conditio est ap
posita gratia heredis,non gratia legatarij, debet omni
no isti conditioni parere,vt ff.de condi.& demonstra.
l.Titio.in prin.ita etiã solet distinguere Pedius,cuius
gratia dies vel conditio apponatur, vtrum heredis,an
legatarij:si heredis,omnino est conditioni parendum,
vt ff.de legatis 2.l.si ita.§. Pegasus. Nam & si libertas
sit seruo relicta,si reddiderit rationes, non habebit an
te libertaté,quàm rationes reddat,vt ff.de cond.& de-
monstr.l.cùm seruus.licèt libertas sit res fauorabilis,
vt ff.de regulis iuris.l.libertas.& sic breuiter omnia ie
rè argumenta ex ll.de titulo de cond.& demonst.& de
cõdi.instit.hic possent allegari.Item si libertas relin-
quit sub cõditione,si libertus iuret se aliquid daturũ,
non remittitur illa cõditio,vt ff.de manu.test.l. si quis
libertatem.Idem etiam in municipibus, vt si eis relin-
quatur ita,si iurant,quod iurare debent. nec remitti-
tur illa cõditio ad hoc,vt habeant legatũ,vt ff.de cõd.
7 & demon.l.mmic. †nec est ista conditio impossibilis,
quasi contra libertaté sit.nã cum certũ tépus sit incer-
tum,sicut positũ fuit in themate, bene valet, cum va-
leat ét téporalis locatio operarum,vt C.loc.& con.l.si 2.
sed ꝑpetua forte nõ.Item video ꝙ si fiat pactũ,ne diui
datur vsque ad certum tépus, ꝙ illud pactũ valet.si aũt
fiat pactũ,ne diuidatur in perpetuũ,nõ valet. vt ff.cõ-
muni diuidũ.l.in hoc iudicium.§.si conueniat.vnde cũ
hic fuerit certũ tépus appositum,bene valet. Ité si pa-
ter in testamento certum tépus apponit, ꝙ nõ habeat
legatũ filia vsque tunc,post tale tépus valet,vt C. quã-
do dies le.ced.l.ex his.Ité & si dicat testator,relinquo
vobis aliméta, donec cũ Claudio morã facietis, valet
tale relictum.& ita habebunt,si morari volũt,alias nõ.
vt C.de le.l.j.Quod aũt non possit vtrunque petere,scã
licet legatum & alimenta,probo. Certum est ꝙ patre
ab intestato decedente,filius naturalis petere potest à
legitimo & naturali alimenta.vt dicit authent. posita.
Codic.de natural.libe.authent.licet.at patre morien-
te,ex testamento,si sibi reliquit legatum,videtur quod
alimenta sibi præstari noluerit. per argum. ff. de iudi.

l.cum

l.cum prætor.Ité alia ratio fortior potest allegari, scilicet q alimenta non sint præstanda: ideo, quia lex dicit, filium naturalem à parente posse alimenta petere, vt in prædicta auth. nunquid ergo à fratre? certè non. Et induco simile: patris officiũ est, dotare filiam, vt C. de dotis promis.l.vlt. nunquid ergo frater dotabit illam? certè non, vt ff.de admin.tut.l.cum plures.§.cum tutor. Item omnia iura possunt adduci, quę tu tetigisti pro parte tua. Nam video si creditor debitori succedit, quòd pro ea parte qua succedit, tollitur petitio debiti, vt C.de bonis auth.iud.pos.l.si vxor.

SOLVTIO. In hac quæstione sine piudicio melioris sententiæ videtur mihi, q naturalis filius si vult parere cõditioni, q habeat legatum: aliàs autem eum à legati petitione repello. fuit enim conditio nõ reprobanda: ergo sibi debet parere, antequam legatum petat, vt ff.de condi.& demonst.l.qui heredi.§.vlt. Quod enim dixit testator, si seruiret, non intellexit de seruitute: quia esset impossibile quòd liber homo fiat seruus, nisi per captiuitatem, vel precij participationé, vt institut.de iure perso. sed si talis fuit intentio testatoris, dico naturalem filium à legati petitione repellẽdum: ideo, quia conditio impossibilis apposita in persona eius cui relinquitur, vitiat legatum. vt instit.de leg. §. viti. si autem vult conditioni parere, & habere legatũ: aliméta petere nõ potest, per ea quæ in allegationibus dicta sunt. Roffredus.

SI CREDITOR QVI REM accepit pignori, eandem secundo pignorauit eo pacto, quod secundus posset vti pignore & res apud secundum periit: an posit debitor primus eligere contra quem eorum agat, & qua actione.

SVMMARIVM.

1 *Domino pro pignore deteriorato aut mortuo, quæ actiones competant? & si pignus à creditore subpignoratum sit, an cõtra vtrunque creditorem agere possit. & num. 8. 9 & 10.*

2 *Dolus pro possessione habetur.*

3 *Domino, qui debitum soluit pro pignore repetẽdo pignoratitia datur.*

4 *Creditor de leui culpa tenetur: & sic de damno pignori dato.*

5 *Pignus quod deterius redditur, redditũ nõ videtur. Res reddita non videtur, quæ deterior redditur.*

6 *Creditor qui pignore vtitur, furti tenetur.*

7 *Fures & raptores semper sunt in mora, & de casu tenentur.*

9 *Aquliana cui competat.*

11 *Creditor debitoris negociũ tãquã suũ gerere tenetur.*

Quæstio 49.

OBLIGAVIT Titius equum suum pignori Sempronio creditori pro 20. qui Sempronius equum sibi pignori obligatum obligauit Seio pro 20. & pactum fecit cũ Seio, q liceret Seio vti equo illo: quia fortè denarios aliàs mutuò ab eo habere nõ poterat: equus iste est deterioratus, vel mortuus propter vsum ipsius. quæritur, an posit agere Titius dominus equi contra primum vel secũdum creditorem, & quo iure.

PRO. Quòd posit agere cõtra primum, probatur: & contra secundum, & quod multæ actiones compe-
1 tant, probo. † Et imprimis, si est dominus illius equi ille Titius propter deteriorationem vel mortem posset agere lege Aquilia. nam lex Aquilia dominũ appellat. vt ff ad legem Aquil.l.item Mela.§.legis autem. Quòd auté specialiter cõpetat actio legis Aquilię pro pignore deteriorato vel mortuo dicit.l.ff.ad legẽ Aquil.quéadmodum.§.magistratus. & hæc actio posset intentari, & contra primum & contra secundum creditorem. Item habet locũ actio, s. pignoratitia, in qua habetur ratio damni dati, vt arg.ff.de act.pig.l.vlti.§.fi. & ff. [illegible] l.Aquil.§.sed & si is. posset etiã habere locũ rei vendicatio vel Publiciana, in qua habetur etiam mentio dãni dati, vt ff.de rei vẽdi.l.non solũ.cum l.seq. sic etiam competit Publiciana: quia omnia illa quæ dicuntur in rei vendicatione, dicuntur & in Publiciana, nisi inueniantur dissimilia, vt ff.de publi.l.eum qui à furioso.§. Publiciana. Sed pignoratitia locum habet contra primum creditorem. vt instit.qui.mo.re contrah.oblig.§. creditor. aliæ duæ actiones locum habere possunt cõtra primum & contra secundum, si res data pignori suppeesset & deterior, vel fortè dolo desisset primus vel
2 secundus posidere, quia † pro possessione habetur. vt ff.de rei vend.l.sinautem. & de noxa action.l.electio.§. item. & de peti.here.l.sed & si lege §.si ante litem. & §. sequenti. aliàs si sine dolo res sit illa perempta, contra secundum nullam habet actionem, sed cõtra primum habet pignoratitiam, sicut puto. Quòd enim posit a-
3 gi contra primum, probo. † nam certum est, q soluo pecuniam, q mihi datur pignoratitia pro pignore repetendo, vt ff.de act.pig.l.si rem alienam.§.omnis. vel esto q non soluerim, sed sum paratus soluere, videor pignus liberasse, vt ff.quib.mod.pig.vel hypoth.sol.l. ité liberatur.§.qui parat⁹. fuisti enim in culpa, qui pignus quod sine pacto habebas, vtendo illo pignore, alij concessisti apponendo pactum. Et hoc vide ex descriptione ipsius culpæ. Culpa est, quod à sapiente potuit præuideri, & non est præuisum, vt ff.ad legẽ Aquil.l si pu-
4 tatur. Certum est enim, q † creditor tenetur etiã de leui culpa, vt arg.ff.commod.l.si vt certo.§.j. vnde negari nõ potest, quin fuerit in culpa, si pactum fecit, vel apposuit, quòd creditor vteretur. de his enim quæ gerit creditor sine dolo vel culpa, de illis non tenetur, vt ff.de act.pign.l.si pignore.§.viti. Item excusatur creditor, si non potest culpa creditori imputari: at si aliqua potest imputari, vt hic, tunc tenetur creditor de dãno postea cõtingenti C.de act.pig.l.si nulla. Ité esto, quòd res sit perépta & casu fortuito: tamen ex quo culpa tua præcesit casum, teneris de casu illo vt argu.ff. cómo-
5 dati.l.si vt certo.§.quod verò. Item † si res extat, & deterior: & tu vis ita deteriorem reddere, non liberaris, quia non videtur res reddita, quę deterior redditur, vt ff.depositi.l j.§.si res deposita. & si aliquid desit circa rem, adhuc etiam res illa potest peti, vt ff de solutio.l. etiã. Ité posset probari, quòd creditor iste posset cõue-
6 niri furti. † Creditor enim qui pignore vtitur, furti tenetur, vt ff.de furt.l. qui pignore. ille enim videtur vti, ex quo per alium vsus est, & alij concesit potestatem vtédi. nam gerere videtur, qui per alium gerit, vt ff.de admin.tut.l.ita aũt.§.gessisse. vnde si res est perempta, Periculum peremptionis & deteriorationis adste spe-
7 ctat: quia † fures & raptores semper sunt in mora, & tenétur de casu, vt ff.de condit.furti.l.in re furtiua. & arg.ff.de vi & vi ar l.j.§.rectisimé. & §.denique. & C.
8 quod metus causa l.j. † Contra secundum etiam creditorem agere potest debitor. nam debitor offerendo quod primo creditori debebat, soluit ius pignori, vt C.si pig.pign.datum sit.l.vlt. ergo si rem inuenit deteriorem, agere potest cõtra illum, sicut dictũ est. Item si res perépta, similiter agit cótra ipsum, si res periit sua culpa. Item esto q posit pignus dari pignori, & aliter denarios habere non posset, nisi pactũ illud apposuisset. nõ tamen licuit sibi pactũ apponere in præiudiciũ meũ. nã ita demum quis vti debet re sua, q nõ officiat alieno, vt arg.ff.de dãno infect.l.fluminum.§.vlti. & ff.

de aqua plu. arcend. l. j. §. idem ait. & §. de eo opere. Itẽ video quòd factum heredis circa iudicia non nocet legatariis, quo minus debeatur legatum, vt ff. de legat. j. l. si seruus plurium. §. j. Item cùm tu non haberes potestatem vtendi, quare creditori alij faciebas? nec enim potuisti. & sic fuisti in culpa, cùm nemo posſit plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat. arg. ff. de acquir. rerum domi. l. traditio. & l. non est nouum.

CONTRA. Econtrà videtur, ꝙ non teneatur nec primus, nec secundus, & ꝙ actiones nullæ competant. Lex enim Aquilia non habet locũ contra primũ, quia ipse damnum non dedit, nec sua culpa interuenit. vnde si cessat culpa, cessat Aquilia, 9 †quia tũc cõpetit, quoties fit damnum culpa faciẽtis: vt inst. ad legem Aquil. § j. Item cessat pignoratitia. ex quo nulla creditori culpa potest imputari, vt C. de actio. pig. l. si nulla. Itẽ rei vendicatio, vel Publiciana nõ habet locum: quia cùm rem non posſideat, nec dolo feci quo minus posſideret: ergo datur, vt ff. de rei vendic. l. sin autem. Quòd enim non fuerit in culpa primus creditor, probo. Certũ est, ꝙ creditor pignus quod habet, pignori dare potest, & legitimè: vt C. si pig. pig. dat. sit. per totum. vnde quod legitimè fit, pœna non meretur, vt C. de adulte. l. Gracchus. & ff. de concubinis. l. j. Si enim fecit pactũ creditori secundo, quòd pignore vteretur, non fuit in culpa propterea, cũ aliàs pecuniam habere non posset: sicut nec fuit aliàs in culpa creditor, qui pignus vẽdendo duplã promisit, cũ aliàs pignus æquè cõmodè non posset vendere, vt ff. de pig. act. l. si pignore. §. vlt. Præterea tu fuisti in culpa, quare non recolligebas: vnde si dãnum est in pignore, tibi imputa: quia damnũ quod 10 quis &c. vt ff. de reg. iur. damnum. †Item contra secũdum non potest agere: quia scriptũ est, Contractus ex conuentione legem accipiunt: vt ff. depositi. l. j. §. si cõuenerit. & ff. de verb. obli. l. in conuentionalibus: vnde cùm iste fuerit vsus ex pacto, nulla sibi culpa poterit imputari: cũ ita excusatur vtendo, ex quo pactũ apponitur, sicut & legis mandato vteretur, cũ lex & pactum contrahentium sint paria, vt C. de rebus alie. non alie. l. vlt. & sic videtur quòd non teneatur de deterioratione. Itẽ nec de morte, si mortuus fuerit equus pignori datus: quia cùm tenebar in specie, interitu speciei liberabor, vt ff. de verb. obl. l. si ex legati causa. & ff. ad legẽ Falcidiã. l. in ratione. Nam & aliàs possessor malęfidei propter naturalem rei interitum liberatur, vt ff. de rei vendi. l. item si verberatum. § final. Hoc etiam idem in petitione hereditatis, in qua possessor fatum præstare non cogitur, vt ff. de peti. here. l. illud. cùm enim mors sit casus fortuitus, vt ff. cõmodati. l. in rebus. ergo à creditore illo non præstatur, vt C. de pig. actio. l. quæ fortuitis. cùm enim sit casus fortuitus, & prçuideri nõ potest humanæ sortis iudicio, vt ff. de administ. rerum ad ciuitatem pertinen. l. 2. §. si eo tempore. ergo à creditore non præstatur: nam licèt ita pereant pignora, nihilominus creditor poterit petere debitum: vt C. de pig. action. l. pignus. nec enim primus creditor est in culpa faciendo pactum, quòd ille secundus creditor pignore vteretur: cùm aliàs denarios habere nõ posset. vnde licitum fuit illud pactum apponere, vt damnum posset euitare: sicut & vicini domũ possum destruere ad hoc, vt posſim incendium coercere, vt ff. ad l. Aquili. si quis fumo. §. j. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. est autem. Idem & in naue vicini, quòd si nullo alio modo potui euitare periculum, nisi resciſsis funibus, excusor ab illo damno, vt ff. ad legem Aquil. l. quemadmo. §. itẽ Labeo. Præterea non fui ego nec in dolo, nec in culpa, cũ mihi prospicere volui, sicut nec ille videtur fraudare edictum, qui sibi voluit prospicere. argu. ff. de legat. 2. l. cùm pater. §. Titio.

SOLVTIO. In hac quæstiõe sine præiudicio melioris sentẽtiæ videtur mihi posse distingui. Potuit habere denarios primus creditor, aut non. in primo casu fuit in culpa, vnde tenetur de damnõ, in secundo excusatur. argumen. ff. de pign. actio l. si pignore subrepto. §. vlti. Verius tamen puto eum teneri, cùm ipse deprę- 11 hendatur in culpa saltem leui. †Debuit enim creditor negocium debitoris tanquam suum agere, vt ff. de sol. l. j. vnde ipsum dico. & l. Aquilia & actione pignoratitia conueniri posse, vt ff. ad leg. Aqui. l. sed & si is. Idem dico & si mortuus fuit equus propter vsum secũdi creditoris, ꝙ possum agere contra primum, cùm ipse videatur occidisse, ex quo dedit causam damni. vt ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. Posset etiã agi & rei vẽdicatione & Publiciana contra primum creditorem. si res extat & deterior est & etiam contra secundũ. si autem sit mortuus, tunc ipse rei vendicationẽ non haberet, sed Aquilianã vel pignoratitiã: & etiam furti, nisi diceret primus creditor. quia putaret dominũ permissurum, vt ff. de furt. l. inter omnes. Roffredus.

SI DOMINVS LIBERAT FILIUM SUI ADSCRIPTITII, & ei donat quæcunque bona eius pater ab ipso domino tenet, an valeat: & an illa bona sint liberata statim, vel post adscriptitii mortem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum inter dominum & filium adscriptitij valet & tenet. & nu. seq.*
2 *Adscriptitius an homo liber sit. & nu. 5.*
3 *Adscriptitium cum sua terra dominus à sua potestate liberare potest.*
4 *Filius qui est in potestate, quod acquirit: patri, quo ad vsumfructum, tantùm acquirit.*
6 *Libertas quid.*
7 *Adscriptitius sine solo, nec solum sine adscriptione alienari potest.*

Quæstio 50

PETRVS habebat adscriptitiũ, & filios ipsius. vnum de filiis adscriptitij liberauit ab omni adscriptitia conditione. & sibi donauit omnia illa quæ pater eius ab eo habebat, & ille filius erat in potestate illius adscriptitij: nunc quæritur, vtrum illa liberatio tenuit. & an bona illius adscriptitij sint liberata. quantũ ad dominũ. viuẽte adscriptitio, vel post mortẽ.

PRO. Quòd enim sit ille filius adscriptitij libera- 1 tus, & quòd bona sint liberata, probo. Nam† certum est, quòd pactum factum inter dominum & filium illius adscriptitij, tenet. nam aut dices adscriptitium fore seruum, aut liberum: si est seruus, & pactum fecit secum dominus de libertate præstanda, videlicet vt C. de liber. cau. l. cùm affirmes. vbi dicitur: hortabitur præses dominum, subaudi, & arctabit, argument. ff. de iudic. l. vix certis. Vel esto quòd solum pactũ non prodesset, tamen ex quo processum est ad libertatis dationem, non poterit dominus venire contrà. nam nec minor contra libertatem iam competentem poterit restitui: vt C. si aduersus liber. l. prima & 2. & ff. de mino. l. verum. §. pen. in fin. Et hoc verum est, si dicimus adscriptitium fore seruum. Si autem est liber, valet pactum 2 factum cũ liberto. Quòd † enim adscriptitius sit liber, probo. Certum est quòd potest fieri clericus: quod in seruo non est, vt C. de epis. & cler. l. quisquis. & l. iubemus. & authent. adscriptitios. & authen. si seruus. & in corpore de sanctiſsimis episc. §. adscriptitios. collat. 9. Item adscriptitius habet succèssores, vt C. de episc. & cler. l. si quis presbyter. quod in seruo contrà: quia seruus successores habere non potest, vt C. communia de successionib. l. j. Item adscriptitius dicitur habere bo-

na, vt

na,vt in l.prædicta,si quis presbyter. ergo non est ser-
uus:quia seruus testari non potest:vt ff.de testam.l.qui
testamento.§.seruus.Si ergo est liber,vt probatum est:
ergo pactum factum cum eo,valet: maximè cum per
pactum quis iuri de futuro & competenti possit renú
ciare,vt C.de temporibus appellat.l. vltim.in fin.& ff.
à quibus appellare non licet.l.j.& C.de pact.l.fi. Item
esto quòd sit dubium, vtrum adscriptitius sit seruus,
an liber:quia

Grammatici certant,& adhuc sub iudice lis est:
tamen tenet pactum seu remissio vel transactio, si in-
terponatur:cùm etiam super causa status possit trans-
actio fieri,vt C.de transa.l.vlt.Nec obstat quod dicis,
quòd adscriptitij parum vel nihil à seruis differunt,vt
C.de agri.& censi.lib.xj.l.ne diutius Respódeo,verum
est in duobus,quia est in potestate domini sui. & quia
potest adscriptitium cùm terra à suo liberare domi-
nio,vt dicit l.illa,ne diutius,& sic non per omnia ser-
uus secundum ea quæ dicta sunt. Præterea esto quòd
de iure non valuerit pactio vel liberatio,tu tamé con-
trà venire non potes: quia nemo contra factum suum
venit,etiam si de iure non teneat,vt ff.de seruit.rustic.
prædio.l.per fundum.& ff.communia de seruitu.l.ven
ditori.nec pater poterit dicere, quòd non sit rectè fa-
cta emancipatio.cùm ipse pater filiam emácipauit, vt
ff.de adoption.l.post mortem.nam si me liberasti à tua
potestate,etiam si specialiter non dedisses mihi pecu-
lium,ex quo non retinuisti,videris cócessisse, vt C. de
pecu.eius qui lib.me.l.vnic. maximè cum iam mihi có
3 cesseris quod potuisti facere:quia † potest dominus ad
scriptitium cum terra à sua potestate dimittere, vt C.
de agricol.& censi.l.ne diutius.vnde mihi filio quæri-
tur saltem post mortem patris.Nam si aliquid legetur
filio,quod post mortem patris filio posset quæri, post
mortem filio quæritur,vt ff.ad Trebellia.l. Imperator.
immò etiam patri acquiritur. Modò sic volo dicere:
4 nam cùm ego sum filius & in potestate,† si acquiro,si-
bi acquiro saltem quo ad vsumfructum,vt institu. per
quas personas nobis acquir.& C.de bonis quæ liber.l.
cùm oportet.cùm illud ius habeat adscriptitius in fi-
liis,quod habet alius liber in filiis suis: per ea quæ di-
cta sunt.Vel esto,quòd non possit patri acquiri iure di
recto,acquiritur tamé sibi per filium:habet enim quis
aliquando ex persona alterius,quod ex sua persona nó
habet.vt ff.quæ res pigno.obliga.non poss.l.Aristo. Et
si legetur liberatio capaci,& non capaci relinqui vide
tur:quia forté duo erant conrei, vt ff.de libe.legat.l.3.
§.nunc.in fin.Item & si quod ago,non valet vt ago, va-
let tamen vt aliàs valere potest,vt ff.de trásac.l.& post.
& ff.de condict.indeb.l.eleganter.Præterea esto quòd
nó potuisset quæri nec filio,nec illi patri adscriptitio:
tamé dominus qui remisit,repellitur.sicut video in v-
xore,cui maritus si vult possessionem donare,sibi non
quæritur:tamen maritus amittit,vt ff.de acqui.pos.l.j.
§.si vir vxori.Præterea cùm de libertate contendam,&
iura multum fauent libertatibus.vt C.de bon.lib.l.vl-
ti.& ff.de alie.iud.mut.cau fact.l.quia.& quia libertas
res fauorabilis est,vt ff.de reg.iur.l.libertas.pro nobis
est ferenda sententia.

CONTRA. Econtrà videtur, quòd dominus pos
sit agere contra eum, quem voluit liberare, non obstá
te illo pacto.& potest etiam omnia bona, sicut primò,
in suo dominio retinere.Imprimis,quòd illud pactum
5 non valuit:ideo quia † adscriptitius est seruus:quia di
cit lex,quòd nihil pené à seruis differunt,vt C.de agri
col.& censi.l.ne diutius.Item non potest adscriptitius
ire aliò,quin dominus eum reuocet,vt C.de agricolis
& censi.l.si coloni.libro xj.Item non potest à terra di-
scedere,vt C.de agric.& censi.l.pen.censetur enim res
immobilis,vt ff.de diuer.& tempo.præscrip.l. longé.si
ergo non potest pro sua voluntate recedere,cóstat er-
go quòd sit seruus,quia nihil vel parùm distat à seruo,
cui non datur libera facultas recedédi quò velit,vt ff.
de liber.homi exhib.l.2.Et hoc etiam probo secúdum
6 diffinitionem libertatis.& † quia libertas est natura-
lis facultas eius faciendi quod libet,vt institu.de iure
person.Nec obstat quòd potest fieri clericus: quia il-
lud casuale est,propter priuilegium clericorum: si er-
go seruus,ergo pactum factum cum domino suo, nul-
lum est:vt C.de transactio.l.interpositas.Item alia ra-
tione non valet pactum.In certis enim casibus inueni
mus,quòd potest agere seruus contra dominum, vt ff.
de iudic.l.vix certis.& C.de quæst.l.j quorum casuum
hic nullus est:quia nec etiam pro libertate agere po-
test,nisi quòd præses hortetur dominum,vt C.de libe.
causa.l.cum affirmes Item esto quòd valeret pactum,
quantum ad personam ipsius adscriptitij: tamé quan-
tùm ad bona,non valet,nam cùm iste adscriptitius sit
in potestate sui patris,ergo sibi acquirit,vt inst.de his
qui sui vel alien.iur.sunt. si ergo quæritur illi,& mihi
quæritur.nam cùm adscriptitius meus sit,& omnia sua
mea sunt.C.lib.xj. in quibus causis coloni cen.l.2. si er
go sunt mea,ergo pactum non valet,quia iá esset idem
creditor & debitor,quæ duo non cadút in eandé per-
sonam,vt argumen.ff.de fideiuss.l.Vranius.& l. heres.
§.seruo.Item venio etiam contra factum meum,quod
de iure nó tenet,sicut in œconomo,vt C.de sacrosan.
eccle.l.iubemus.Item & pater reuocat venditionem fi
lij,quam fecerat,vt C.de libe.cau.l.j.Item & iudex sen
tentiam suam malè latam reuocat,vt C.de accusat.l.si
accusationibus. ex quo enim tu non es capax stipula-
tionis,tibi non potuit quæri.nam nec stipulatio dotis
pupillo quæritur,cùm stipulatio non sit capax. Ité nó
potui te liberare,sicut volui:nec sicut volui,potui, vt
arg.C.si quis alte.vel sibi.l.multùm.Item quod egi, nó
valuit eo modo quo volui: nec valebit vt aliàs de iure
valere potest.vt C.de codicil.l.vlti.& ff.de cósti pecu.
l.j.Præterea adscriptitius cum solo,est quoddam indi
7 uiduum:† quia nec adscriptitius sine solo,nec solú sine
adscriptitio potest alienari:vt C.de agric.& censi. lib.
xj.l.cùm satis.& l.pe.vnde quia volui istum filium ad-
scriptitij liberare sine solo,cui solo pater suus erat ad-
scriptus,nó valuit liberatio illa,cùm sit indiuidua:vn-
de non separanda.Nam & si quis cùm deberet habere
viam iure seruitutis,accepto tulit actum vel iter,nulla
est acceptilatio,licèt illa sub viæ seruitute cótineatur:
vt ff.de accep.til.l.& per iusiurandum.§.j.

SOLVTIO.In hac quæstione sine præiudicio me-
lioris sententiæ videtur,quòd liberatio de iure valuit,& fi-
lius adscriptitij sit liber.potest enim dñs seruú manu-
mittere inter viuos,vel in testamento,vt insti.qui ma-
numit.pos.ergo multo magis à colonaria conditione
liberare. Nec obstat quòd dicis,quia pactú non valet
inter dominú & seruú Respódeo & dico, adscriptitiú
esse liberú,sicut primò allegatú est, vel esto quòd esset ser
uus,tamen ex quo præstita est,nó reuocatur: semel enim
causa approbata circa libertaté concessa,non reuoca-
tur,vt insti.qui manu.pos.vel non.§.deniq; iuris.& sic,
quantú ad pactú libertatis,non est quæstio:quia reuocari
nó potest.De illo quod quærit ff.de possessionibus,v-
trú scilicet liberatæ videãtur,& cui acquirant,videtur
mihi quòd bona illa sint liberata,maximè quia hoc domi
nus voluit,cuius volútas est multú attendenda, ná ni-
hil adeò tam naturale est, quàm voluntatem domini,
volentis rem suam in alium transferri, ratam haberi:
vt institut.de rerum diuis.§.per traditionem. Roffre-
dus.

SI PETITIO FVIT ALTERnatiua, & post litem contestatam super vno tantum processum est, super quo iudex pronunciare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Petitio licèt alternatiua fuerit, & super vno processum sit, quòd super illo, super quo processum est, iudicandum sit.*

2 *In alternatiuis qui super vno tantùm processit, in altero renuntiare videtur.*

3 *Creditor qui quemlibet creditorem pro se soluentem admisit: pactum fecisse videtur, ne alter pro altero cōueniatur.*

4 *Iudex de his quæ cognouit, iudicare tenetur.*

5 *In alternatiua licèt duo sint in obligatione, vnum tamen est in solutione.*

6 *Iudex de causa cognoscere dicitur, statim atque lis coram eo contestata est.*

7 *Conditio eorum qui litem contestantur, & in causa procedunt, deterior fieri non solet, quàm qui non contestantur.*

8 *Actio primitiua non videtur tolli, si lis frustratoriè contestata sit.*

9 *Prætor variantem non repellit, nec consilium mutuantem aspernatur.*

10 *Liti mota postquam renunciasti, litem semel omissam instaurare non potes.*

Quæstio 51.

AEGIDIVS quidā Pisanus petiit à Sempronio
10. aut 20. nomine pœnæ: fortè quia continebatur in instrumento, ꝙ illa 10. deberent solui hinc
ad diem talem sub pœna dupli: nec fuit actū ꝙ vtrunque deberetur: & lis fuit contestata super illo libello,
ita alternatiuè concepto, & iuratum de calumnia, in
processu causæ processit Aegidius super 10. tātum, est
modo in quæstione, in quo iudex debet condemnare,
vtrum in 10. an in 20.

PRO. Quòd debeat condemnare in 20 tantùm, vel
in 10. tantùm. Sed ꝙ in 10. quia hoc verius credo, probo Certum est enim ꝙ alternatiuè nō debet iudex ferre sententiā: sed tantùm in altero, sicut video in actione noxali, vbi tantùm in decem est facienda condēnatio: vt ff. de re iudica. l. miles. § decem. Item iudex debet curare, quòd certam ferat sententiam, vt instit. de
1 actio. §. curare. licèt enim † ab initio vtrunque peteretur, tamen si super vno fuisset tātùm processum, super
eo debet ferri sententia: sicut in compromisso, vbi licèt de pluribus compromittatur, tamē si super aliquo
speciali articulo procedatur, de eo debet arbiter pronunciare, vt ff. de arbitris. l. si cùm dies. §. plenum. Item
licèt actio tutelæ quæ generalis est, vt ff. pro socio. l. ꝓ
socio. arbiter ab initio ꝓponatur: & videat omnia cōprehendere: tamen si de speciali fuit actum capitulo,
super eo est ferenda sentētia. & non in alio, vt C. de iudi. l. licèt.
2 † Item ex quo in iudicio processit in decem
tantùm, videtur in aliis decem renunciare: per argum.
l. ff. de iudic. l. cùm prætor. & C. de procurat. l. maritus.
Item per ea quæ gerūtur extrinsecus, præsumitur quid
homo gerat in mente, vt argument. C. de testamentis.
l. non codicillum. & argumen. ff. de acquiren. heredit.
l. pro herede. Ex quo enim processisti in iudicio in decem tātum, de illius tantùm debet iudex pronunciare:
videris enim fecisse pactum tacitum, ne illa viginti pe
3 tas. † Sicut creditor qui admisit quemlibet debitorem
pro sua persona soluentem, videtur fecisse pactum, ne
quid vlterius petat, vt C. de pactis. l. si creditores. & optimum est argument. C. de vsuris. l. quanuis bassa. &
4 † de qua re cognoscit iudex, de eā pronuntiare debet,
vt ff. de iudi. l. de qua re. sed de decem tantū videtur cognouisse, ex quo super illis fuit in causa processum. Nā
si plura beneficia mihi competunt, & tantùm vnū persequor, videor aliis renunciare, vt argument. ff. de minorib. l. si filius. & argumen. ff. de seruitu. vrba. prædio.
l. si domus. Item iudex secundum allegata debet iudicare, vt argu. C. de rei vendic. l. vlti. & C. de edict. diui
Adria. toll. l. vlti. ergo sequitur quòd tantum in decem
debeat condemnare, cùm super illis fuerit allegatum:
de vtroque enim non potest iudex pronūciare: & quia
non fuit actum, ꝙ vtrunque deberetur, & sic alterum
tantum debetur, vt ff. de doli except. l. apud Celsum. §.
Labeo, & ff. de pact. rescriptum. § si pacto. & C. de trāsactio. cùm proponas. & ff. de transact. l. si fidem. Et esto
ꝙ vtrunque fuisset debitum, non fuit vtrunq; petitum,
sed alterum tantū sub alternatione: vnde in altero est
ferenda sententia. Nam esto ꝙ vtrunque tibi deberetur, & tua esset electio à principio petendi vtrunque
vel alterum, tamen hanc potestatem & electionē mihi
concessam non auocabis, sicut vides in creditore, cui
libera potestas est conueniendi quē velit: tamē ex quo
à principio alterum tantum conuenit, circa alium sibi
conueniendi facultas adimitur, vt C. de fideiusso. l. liberum. nec potes mutare consilium in meam iniuriam
vel damnum, vt ff. de reg. iur. l. nemo potest. Item nō licet alicui responsi pœnitere, in quo est captio actoris
vel alterius, vt ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. si. Vel
esto ꝙ fuisset tua electio ab initio, tamen ex quo illam
in libello mihi concessisti, erit mea electio: sicut in debitore, cuius erat electio ab initio antequam soluat, tamen post solutionem erit electio creditoris, vt ff. de solu. l. j. & 2. Item quid prodesset, si alternatiuè ferret sententiam? semper in decem viderer condemnatus: nam
qui damnatur de vi, semper de vi minori priuata videtur damnat⁹, vt ff. de pœnis. l. si præses. Et qui mittitur
ab exercitu, semper videtur ex illa missiōe missus, quæ
non habet infamiam, vt ff de his qui no. infamia. l. 2. in
prin. & §. ignominiosa. & argu. ff. de suspect. tut. l. hæc
enim. maximè cùm sim reus, cui iura fauent, vt ff. de action. & oblig. l. Arrianus.

CONTRA. Econtrà videtur, quòd debeat in 20.
cōdemnari, vel sub alternatione, sicut petitio facta est.
Certum est enim quòd vtrunq; debetur, licèt vtrūque
5 peti non posset: † quia qui tenetur ad duo, vtrūque est
in obligatione, alterum in exolutione, vt argumē. ff. de
verbo. obliga. l. vbi autem non apparet § qui illud aut
illud. & l. si duo rei. in fin. ego ab initio petij 10. vel 20.
vnde ita debet iudex dare sententiam: secūdum enim
quod formatur petitio, ita debet formari sententia, vt
institut. de actionib. §. sic itaque. & C. de sentētiis quæ
sine certa quantitate proferuntur. l. vltima. Itē de qua
re cognouit iudex, de ea pronuntiare debet, vt ff. de iu
6 dic. l. de qua re. † Et dicitur de causa cognoscere, postquam lis est contestata coram eo, vt C. de litis contestatio. l. vnica. & C. de iudic. l. rem non nouam. & in authen. de litig. colla. 8. §. omnem verò. lis enim fuit contestata alternatiuè, sicut & fuit facta petitio: scilicet vt
darem decem vel 20 ergo ita est ferenda sententia. Sicut video in actione noxali, vbi iudex debet dare sententiam: vel solue damnum, vel des seruum noxæ. vt instit de officio iudicis. in prin. licèt enim fuerit in causa processum in decem, non tamen videor iuri meo re
7 nunciasse: † quia non solet cōditio eorum deterior fieri, qui litem contestantur, & in causa procedunt, quàm
qui non contestantur, vt ff. de regul. iuris. l. nō solet. &
l. sequē. maximè cùm in iudicio videar omne ius meū
deduxisse, vt C. de annali exception. l. si quis ex multis.
& vigilantibus iura sunt prodita, vt ff. de his quæ in
fraudem credit. l. pupillus. & ius meum durare credā,
vt ff. quibus modis pignus vel hypothec. solua. l. sicut.
§. nō videtur. licèt enim in causa processerim, scilicet
in 10 tamen non videor renunciare illis 20. quę petita
8 sunt. † nam nō videtur quòd primitiua tollatur actio,
si frustratoriè sit lis contestata, vel instituta cum procuratore, vt ff. de condict. indebiti. l. cùm indebitum.
§. creditor. Nec videtur mihi eligendi ablata facultas,

quę

quæ mihi ab initio competit, licet vnum de seruis optauerim, vt ff. de optio. leg. l. 2. Et si patronus credit bene adiuisse, quia ex debita portione se credit institutum: non obstat aditio, sed recurrere potest ad suum auxilium, & petere maiorem portionem, vt ff. de bon. libe. l. si vero. in princ. Ad idem facit pro arg. ff. de inof fi. test. l. mater decedens. circa fi. immo plus. quod si deduxissem in causæ processu expressim tantum 10. nihilominus tamen possem petere 20. quæ mihi debebantur. Nam ecce debebas mihi Stichum aut Pamphilum quem volam: licet vnum volui, si volo pœnitere, possum: alterum demum petam: vt ff. de ver. obl. l. si quis stipulatus sit. Et filius qui aliquãdo dixit se nolle matris hereditatem adire, auditur si volet eam adire. vt ff. ad

9 Tertul. l. filij. §. j. maxime, †quia prætor variantem non repellit, & consilium mutantem non aspernatur, vt ff. de colla. bon. l. nonnunquam. Præterea vide rationem apertam, quod ad minus in 20. debeat condemnare: si debeantur mihi 10. & sub pœna 20. licet non esset actũ ꝙ vtrunque deberetur: petam tamen 20. nam pro sorte de illis 20. promissis, nomine pœnæ petam: in his enim excedit pœna sortem, vnde vtrunque petam. vt ff. pro soc. l. si quis à socio. & l. quod si ex stipulatu. & ff. de actionib. empt. & vendi. l. prædia. Nec obstant oẽs leges quæ dicunt, quod vtrunque non potest peti, & sors & pœna, sicut ex altera parte allegatum est. & adduci possunt l. si quis cau. l. 2. & ff. de eo quod certo loco. l. vl. nã leges illæ locum habent, quando tantum est in pœna, quantum est in sorte: alioquin si plus in pœna, illud ꝙ excedit, petam, vt dictum est. Et hoc etiã vide in actionibus venientibus ex delicto: quia cum omnibus agere non possum in eo quod quantitates concurrunt, at in eo quod excedit, agere possum. vt ff. de act. & oblig. l. qui seruum. & l. plura. & ff. de priuatis delict. l. nunquam.

SOLVTIO. In hac quæstione sine præiudicio melioris sentẽtiæ videtur mihi, ꝙ iudex debeat tantum in 10. condemnare per ff. de arbi. l. si cum dies. §. j. nam in procedendo in 10. videtur alteri iuri renunciare: vnde

10 ad illud ius redire non potest: †quia postquam liti motæ de prædio renunciasti, scilicet expressim vel tacite, litẽ semel omissam restaurare non potes, vt C. de pact. l. postquam. Item aliud mouet, & mouere debet sapientem: ab initio actor petere poterat 20. in ipso libello: tamen in contestatione litis dedit electionem reo, ꝙ solueret 10. aut 20. vnde sicut à principio, si sua fuisset electio, debet soluere ꝙ vellet. vt ff. de iure doti. l. plerunque. in fi. ita & nunc. Item quid prodesset, si iudex alternatiue pronunciaret, cum semper in 10. videatur condemnare? vt dictum est: nec patcit actor mutare consilium in alterius iniuriam: & non licet pœnitere respõsi, vt dictum est. Roffred.

SI FILIVSFAMILIAS IN causa criminali, patre sciẽte & non contradicente, fuerit conuentus & condemnatus, an valeat sententia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iuste lata, confirmari debet.*
2 *Filiusfamilias in delictis sine patre in iudicio stare potest.*
3 *Filiusfamilias in maleficiis sine patre conueniri potest.*
4 *Patris consensus quare, filio agente in ciuilibus, desideretur: in delictis autem non requiratur.*
5 *Filiusfamilias in omnibus causis sicut paterfamilias obligatur.*
6 *Pater sciens filium agere, & non contradicens, consentire videtur, & nu. 9. & 11.*
7 *Iudicium quod falsus procurator fecit, licet nullum sit, & domino non præiudicet: si tamen dominus appellat, illud iudicium confirmatur.*
8 *Filius vxorem de adulterio sine patre accusat.*
10 *Pater, legitimus filij administrator est.*
12 *Consensus expressus vbi desideratur, scientia non sufficit: sed vt expressus consensus interueniat, necessum est.*

Quæstio 52.

RAINERIVS filiusfamilias fuit cõuentus ex causa delicti in iudicio sine patre: patre sciente, & non contradicente: & fuit condemnatus, & appellauit. quæritur, an iudex appellationis teneatur confirmare vel infirmare sententiam primam.

PRO. Quod autem debeat confirmare, probatur.

1 Certum est †quod sententia quæ fuit lata contra filiũ, lata fuit iuste: ergo confirmanda. Quod aũt sit iuste la-

2 to, probo. †Certum est, ꝙ filiusfamilias si conuenitur ex causa delicti, ꝙ põt in iudicio sine patre: & sentẽtia lata contra eum valet: vt ff. de noxal. l. noxali iudicio. & l. quoties. Hoc etiam videtur in seruo, qui licet alias in ciuilibus non sit persona idonea standi in iudicio, vt C. de iud. l. seruus. tamen in delictis si conueniatur, & si à domino non defendatur, sed solus stetit in causa, tenet tamen sententia, vt ff. de statu homi. l. seruus. pater enim debet filio consentire, & dominus debet seruum in causa noxali defendere. vt ff. de pec. l. 3. §. idẽ scribit: vnde sicut tenet iudicium latum cõtra seruum sine domino, vt dictum est, ita etiam tenet iudicium factum cum filio sine patre. Præterea nõne si filius agit actione iniuriarum ciuili, stabit ipse in iudicio sine patre, cum illa actio sit ex causa delicti? vt ff. de iniur. l. lex Cornel. §. illud quæritur. & ff. de act. & obl. l. filiusfamilias, adeo ꝙ ẽt procuratorem dare potest, vt ff. de proc. l. filiusfam. vnde ecõuerso & sano intellectu colligitur

3 ꝙ †etiam in maleficijs ipse filius sine patre possit legitime conueniri, cum contrariorum eadem sit ratio: vt ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. j. & ff. de proc. l. Põponius. §. 3. & vbi ratio diuersitatis reddi non põt, idẽ ius statuẽdũ est, vt ff. de iniusto rupt. l. 3. & eadem æquitas diuersas species actionis non excludit: vt ff. de fideiuss. tu. l. fideiussores. in fi. & C. de const. pec. l. vl. &. Patere legẽ quã ipse tuleris, dicit Cat. & quod quisq; iuris in alium statuerit, ipse eodẽ iure vtatur. Non debes tu modo petere, cuius contrarium non esses postulaturus. vt C. de sol. l. pe. Nam & si sententia esset pro te lata, nunquam diceres eã non valere: quia pater tuus nõ interfuit: ergo nec modo cõtrarium postulabis, s. dicẽdo sententiam nõ valere propter absentiã patris. Nec obstat quod allegari posset, s. ꝙ cõsensus patris debeat interuenire, filio scilicet agente, vt C. de bon. quæ lib. l. vl. Respond. verũ est in ciuilibus, in delictis autem secus. Et vide rationem. Nam certũ est, ꝙ iure cauetur, ꝙ priuilegiũ meretur amittere, qui cõcessa sibi abutitur potestate: & frustra legẽ in sui auxiliũ inuocat, qui cõtra eam cõmittit, vt ff. de mino. l. auxilium. in fi. Video enim, si tutor à pupillo conuenitur in solidum, ꝙ poterit petere, ꝙ sibi actiones cedat contra alios contutores. vt C. de admin. tut. l. 2. in fi. verũ si conueniatur ratione delicti cõmunis vel proprij, nũquã poterit petere, ꝙ actiones sibi cedantur, vt ff. de admin. tut. l. si plures. & ff. de tu. & rationibus dis. l. j. §. nunc tractemus. interest enim reipublicæ ꝙ maleficia puniantur, vt ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. & ff. de sol. l. Stichum aut Pamphilum. § j. & ff. de fideiussori. l. fi. §. si à reo. vnde cum in delicto sit lata sentẽtia, quomodo petis eam

rescindi? ideo, quia sine voluntate patris lata est: non
enim debet per minorem quæstionem fieri præiudiciũ
maiori, vt ff. de iud. l. per minorem. & ff. de in integ. re-
4 sti. l. scio. † Est enim ratio, quare in ciuilibus si filius a-
gat, desideretur consensus patris, vt opponi posset. &
quare? quia in illis posset esse administratio, at causa
delicti non est in administratione, nec in peculio. ff. de
pec. l. licet. §. ex furtiua. & arg. ff de acq. pos. l. quod ser-
uus. sicut enim manumissio non est in administratione
patroni, vt ff. de manumis. l. seruus furiosi: ita nec deli-
ctum vel eius causa continetur in administratione pa-
tris, quæ defertur per legem de bonis filij, sicut dictum
est. tam enim ex contractibus quam ex delictis agitur
contra filium, vt ff. de iud. l. tam ex contractibus. Item
5 † filius familias ex omnibus causis obligatur tanquam
paterfamilias, vt ff. de act. & obli. l. filius. Item filiusfa-
milias etiam ex causa delicti obligatur, vt ff. de iud. l. si
filius. & inst. de obl. quæ ex quasi delict. nasc. vnde sen-
tentia lata contra filiumfamilias, tenet sicut contra pa
trem familias, & eo sine præiudicio, ꝙ cõsensus patris
6 exigeretur, tamen hic interuenit: † ex quo enim pater
scit filium agere, & non contradixit, videtur consenti-
re: vt alias. ex quo pater scit filium eligi in decurionẽ,
consentire videtur: vt ff. ad munic. l. quoties. Item cre-
ditor si credat pecuniã filiofamilias, patre sciẽte & nõ
cõtradicẽte, videtur pater cõsentire: vnde cessat Mace
donianum, l. si tñ sciẽte. nã cũ ibi ꝓpter scientiã patris
cessat Macedonianũ, & valet mutuũ, ergo hic valet iu-
diciũ factum cum scientia patris sine cõtradictione. &
de hoc multa possent allegari, vbi scientia inducit cõ-
sensum, vt ff de re iud. l. sæpe. Præterea deduco te ad in
cõueniens. Nam aut iudicium appellationis agit filius
sine patre, aut cũ patre: si sine patre, filium repello: quia
qua ratiõe tu fili dicis iudicium nullũ, quia pater tuus
non consensit: eadem ratione & istud iudicium appel-
lationis debet dici nullum, quia pater tuus non cõsen
sit. si autẽ pater tuus cõsentiat, ergo illud iudiciũ quod
retro actum fuit, valet: licet ab initio non valuisset. Nã
si filius vocet ad publicũ munus sine voluntate patris,
non præiudicat nominatio patri ꝙ teneatur: verũ si ap
pellat, causa amodo patris efficitur, & de iure tenetur,
vt legitur in 10. lib. C. de filiif. & quemad. patres ꝓ his
7 teneantur. l. 2. Et iudicium † quod fecit falsus procura-
tor, nullum est, nec præiudicat domino: vt C. de iudi. l.
licet. tamen si dominus appellat, confirmatur illud iu-
dicium. vt ff. rem ratam haberi. l. Paulus respondet. &
ff. de iud. l. licet. Itẽ in causa delicti filius sine patre cõ-
8 sistit. † nam vxorem de adulterio sine patre accusat. vt
ff. ad legem Iul. de adulteriis. l. filius. cum ergo in accu
sando possit consistere sine patre: ergo si ex delicto cõ-
ueniatur, debet sine patre conueniri, cum contrariorũ
eadem sit ratio, vt superius dictum est. Et esto ꝙ pater
9 debuit consentire, † tamen hic consensit, ex quo sciuit
& nõ cõtradixit: vnde sufficit Nã filius debet adopta-
ri, patre consentiẽte. qui cõsentire videtur, ex quo scit
& non contradicit: vt ff. de adopt. l. in adoptionib⁹. Itẽ
filius debet accipere pecuniam, & cũ consensu patris,
ad hoc vt Macedonianum cesset: & si pater scit & non
contradicit, vel consentit postea, sufficit: vt C. ad Ma-
cedonianum. l. vl. Item seruus exercitor debet contra-
here consentiente domino, qui satis videtur consenti-
re, cum scit & non contradicit: vt ff. de exercitoria. l. j.
§ magistrum. & ad idem. ff. de tributoria. l. j. §. scientiã.
& ad idem ff. de re iudi. l. sæpe. Præterea ꝙ debeant cõ-
firmari, iura generalia possent adduci: Ecce potius de-
bemus facere, ꝙ res valeat, quam pereat: vt ff. de rebus
dub. l. quoties. & de verb. obl. quoties. Item res quæ fa-
uorabilis est, semper debet valere, vt ff. de reg. iur. l. in
ambiguis. & ff. de inoffic. testa. l. si pars. & ff. de re iudi.
l. inter pares. Sententia enim res fauorabilis est. nã sem
per præsumitur iusta, nisi probetur iniusta. vnde qui ap
pellat, debet probare se iuste appellasse. vt C. de appel.
l. hi qui ad ciuilia. cum præsumatur iudex vir bonus, vt
ff. de verb. obl. l. continuus. §. j. Item rebus iudicatis stã
dum est, etiam si perperam iudicatum sit, vt ff de bon.
lib. si patronus. §. si quis & ad idem. ff. de lega. j. l. si ser-
uus plurium. §. j. & ff. ad Trebel. l. seruo. §. cum prætor.
& ad legem Iuliam de adulter. l. denunciasse. §. vlt.

CONTRA. Econtra videtur ꝙ debeat sententia
infirmari à iudice appellationis, vel pronunciari ipso
10 iure nulla. Imprimis certum est, ꝙ † pater est legitimus
administrator filij, vt C. de bon. matr. l. j. si est legitim⁹
administrator, ergo ipse debuit conueniri, & nõ filius,
cum ipse debeat sacramentum calumniæ subire, vt C.
de iureiur. propter calum. l. 2. & auth. ibi posita, princi
pales. Item hoc videtur aliàs: nam tutor seu curator de
bet ipse in iudicio cõueniri, vt dictum est: & dicit l. ff.
de admini. tut. l. j. § j. item lex dicit, ꝙ tam in ciuilibus,
quam in criminalibus causis debent adesse personę pu
pilli & adulti, tutores & curatores: ne forte aliquid di
cant vel taceant, quod si non esset dictum vel tacitum,
minoribus posset prodesse, & à deteriore eos calculo
eripere: vt C. de auth. præstan. l. clarum. ergo idem in fi
lio: maxime cum lex similem in eo rationem assignet.
nam melius est, iuueniles compescere calores, ne cupi
ditati dediti, tristem sentiant sui patrimonij exitum. &
ideo authoritas patris debet interuenire, vt C. de bõis
quæ lib. l. cum non solum. in vlt. col. Item nonne orpha
notrophus, qui est legitim⁹ administrator, & ipse aget
& respondebit & in causa, vt C. de episc. & cler. orpha
notrophos. Item nonne filio agenti & fugienti pater
debet consentire: vt ff. de bon. quæ lib. l. vl. in j. col. cum
ergo hoc sit legis mandatum & omissum, vnde quod
factum fuit, tenere non debet, cum nihil sit de solenni
tatibus omittendum. vt ff. de in integ. rest. l. diuus. si e-
nim valet sententia lata contra filium sine authoritate
patris vel consensu, iam leges quæ dicunt, patrem de-
bere consentire filio, imponerent legem verbis, & non
rebus, quod iura nolunt, vt C. communia de leg. l. om-
ne verbum. in fin. Nec moueat aliquem hæc allegatio:
quia l. de bonis maternis dicit, ꝙ pater legitimus sit ad
ministrator. & l. vlt. de bon. quæ lib. dicit, ꝙ debet con
sentire, quæ leges videntur contrariæ. Respondeo: pri
ma de bonis maternis loquitur secundum iura anti-
qua, cum sit Constantini. l. vlt. de bon. quæ lib. loquitur
secundum iura moderna, cum sit Iustiniani. Vel aliter
l. de bonis maternis loquitur, quod pater sit admini-
strator, & ipse erit in causa quando filius non est doli
capax, vel absens: alioquin filius conuenitur patre ta-
men consentiente, vel in l. vlt. de bo. quæ lib. Præterea
hoc est inductum in fauorem filij, ꝙ pater debeat sibi
consentire: vnde si sententia lata contra ipsum valeret
iam quod fauore eius inductum est, ad eius læsionem
retorquetur: quod iura nolunt. si enim esset sententia
lata pro filio, valeret: non autem, si contra. vt C. de pro
11 cur. l. non eo minus. † Itẽ non obstat quod dicis, ꝙ pa-
ter videtur consentire ideo quia sciuit Respondeo: ve
12 rum est in his quę tacitum consensum desiderant: † at
vbi desideratur expressus consensus, non sufficit scien
tia, nisi expressim aliquis consentiat, vt in constitutio
ne procuratorum. vt ff de procu. l. filiusfam. §. inuitus.
Item etiã circa constitutionem seruitutis, vbi quis di-
citur inuitus: nisi expressim consentiat, vt ff. de serui.
vrba. præd. l. inuitum. Idem in furto, vt ff. de furt. l. qui
vas. §. vetare. cum ergo hic consensus patris sit necessa
rius, debuit præcedere, non subsequi, vt ff. de acqu. hæ-
re. l. si quis mihi bona. §. iussum. Idem in authoritate tu
toris: vt ff. de autho. tuto. l. j. & institu. eo. ti. Præterea si
hoc admittis, ꝙ in ciuilibus patris consensus deside-
tur, sicut tu confiteris in allegationibus tuis: ergo mul
to fortius in criminalibus: quia vbi maius periculum,
maius debet adhiberi consilium: & vbi maior infirmi
tas, maior exigitur medicina, vt ff ad Carb. l. j. § sed &
si quis. Item vide in actione iniuriarum prætoria, quã
non

non intentat filius sine patre, vel eius procuratore: vt
ff. de iureiu. l. sed si vnius. §. filio. & ff. de proc. l. filius. &
ff. de iud. l. si lõgius. § 1. Nec obstat, si dicas, cum in ma-
leficiis nihil acquiritur patri: ergo stare poterit in iu-
dicio sine patre. Respon. non est verum. nam in l. illa de
bon. quæ lib. cum non solum. in prin. nihil acq. patri: &
tamen debet filius agere cum consensu patris.

SOLVTIO. In hac quæstione sine præiudicio me
lioris sentétiæ videtur mihi, q̃ iudex appellationis de-
beat sententiam confirmare per l. ff. de nox. act. l. noxa-
lib. & l. quoties. & ff. de adult. l. filiusfam. Roffred.

VASALLVS A DOMINO suo habet duo castra sub vno feudo, si vnum ex eis alienauit: an debeat toto feudo priuari.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in eo quod ius est, indiuiduum est.*
2 *Feudi natura est, quod quilibet feudatarius de vno fa-
cto quod est inseparabile, seruire teneatur.*
3 *Feudi partem qui alienauit, an priuari debeat, ac si
totum alienasset.*
4 *Verb. Residui, totius debiti commemorationem ad-
mittit.*
5 *Feudum vnum est, licet plures res sint in feudum con
cessa.*
6 *Pœna delictum excedere non debet.*
7 *Testamentum qui de falso accusat, toto legato priua-
tur.*
8 *Emphyteota rem in emphyteosim datã qui alienat,
non tenetur, modo pensionem domino praestet.*

Quæstio 53.

IOANNES quidam habebat duo castra in feudũ:
quorum vnum alienauit: quæritur, vtrũ toto feudo
debeat priuari, an pro parte.

PRO. Quod toto debeat feudo priuari, probatur.
Ecce si creditor rem singularem occupat debitoris, to
to debito priuatur, vt ff. quod met. cau. l. extat. & ff. ad
leg. Iul. de vi priua. l. creditores. Item & creditor qui
mulierem sibi obligatam prostituit: cadit à toto debi-
to vt C. de postlimi. reuersis. l. fœdissimæ. Itẽ vide arg.
fortissimũ, q̃ ratione modici delicti imponitur maxi-
ma pœna. nã qui vnum clauũ de naui surripuit, tene-
tur omnium rerum, quæ erant in naui: vt ff. de incend.
rui. nau. l. quo naufragium. §. senatus. Item vide in tuto
re, qui pro parte se excusat, & à toto legato repellitur,
vt ff. de leg. 3. l. etiam partis. Nam & si quis donauit par
tem bono. cognatæ viuentis, à tota eius hereditate re-
1 pellitur, vt ff. de don. l. quidam in iure. §. vlt. † Item feu-
dum in eo quod ius est, indiuiduum est, vt arg ff. de re
rum diuisi. l. 1. & insti. de rebus corpo. & in corpo. nam
omne ius est indiuiduum preter seruitutẽ vsusfruct. vt
ff. ad l. Falc. l. 1. §. si vsusfructus. cum ergo sit factum in
2 parte, contra totum fecisse videris. † Hæc est enim na-
tura feudi, quod quilibet feudatarius debeat seruire
de vno facto, quod est inseparabile: vnde aut totũ ha-
beat, aut nihil, vt ar. C. de iure delib. l. quidam. Itẽ eius
dem obligationis & rei factũ non debet quis pro par-
te probare, & pro parte reprobare: vt ff. de admin. tuto.
l. cum quæritur. Nec etiam patronus auditur, si vellet
ex parte reprobare, & ex parte approbare obligationẽ
vnde dicitur in solidum appropare, vel reprobare: vt
ff. de operis lib. l. si ita stipulatio à patrono. Item non-
ne alienatio feudi est prohibita per constitutionẽ Fre
derici? certe sic: vnde si alienat, dicit Fredericus, q̃ de-
3 beat amittere. † at hic alienasti, licet pro parte: vnde de
bes puniri, ac si totum alienasses. Nam dicit lex, q̃ qui
partem testamenti aperuit, videtur totum testamentũ
aperuisse. & ideo tenetur, ac si totum aperuisset: vt ff.
ad Syllani. l. si quis in graui. § si quis tabulas. Nam &
video libertinam seruitutem petere, etiam siue petam
totum, siue partem, vt ff. de bon. libe. l. in seruitutem. in
prin. ex quo enim per legem res est alienari prohibita,
etiam si pars alienatur, fit contra legis prohibitionem
vt C. de rebus alien. non alien. l. vlti. vnde licet partem
4 alienes, contra totum videris fecisse. † verbum enim,
residui, alias totius debiti commemorationem admit
tit, vt C. de here. instit. l. 2. Praeterea cum lex Frederici
pœnam imponat, quod qui feudum alienat, q̃ debeat
amittere: & tu alienasti: ergo debes puniri. nec distin-
guo q̃ dicis, ego alienaui vnam rem de feudo: immo
5 alienasti totum feudũ. † vnum enim est feudum, licet
plures res sint in feudum concessæ. nam & vnum iudi-
cium est familiæ erciscundæ, licet plures sint res in so-
cietate. vt ff famil. ercisc. l. heredes. §. de pluribus. & ff.
pro soc. l. cum duobus. § si plures. & ff de peti. her. l. itẽ.
Item licet in partem peccasses, debes in totum puniri,
vt pœna tua sit metus multorum. vt C. ad l. Iul. rep. l. 3.
Nam qui duos debuit in iudicium exhibere, licet vnũ
exhibeat: nihilominus committit in solidum in pœnã,
vt ff. in ius vocati vt eant l. vlt.

CONTRA. Econtra videtur, q̃ non debeat priua
6 ri nisi in parte. † Certum est, q̃ pœna nõ debet delictũ
excedere. vt C. de pœnis. l. sancimus. si enim totũ alie-
nasset, non puniretur, nisi in toto feudo. ergo si aliena-
uerit partem, in parte debet puniri. cum idem iuris sit
de toto quo ad totum, quod in parte quo ad partem, vt
ff. de admi. tu. l. si duo. in fi. & ff. pro derelicto. l. an pars.
& de rei ven. l. quæ de tota. Quod enim non teneatur,
nisi pro parte, dicit lex nam si subtraho vnum modium
de aceruo, an tenear furti pro toto aceruo, an pro mo-
dio? & non teneor nisi pro modio. Et si aliquid seco de
segete, non teneor furti nomine totius segetis, sed tan
tum illius quod secui. Et si rem aliquã de armario sustu
li, nõ teneor furti oĩum rerũ quæ sunt in armario, sed
tantũ illius rei quã sustuli. Et si de naui onerata frumẽ
to vnum sextarium tulero, non teneor furti, nisi nomi-
ne illius sextarij. Et si in naui erat multum de vino, vel
de aqua, & aliquid vini subripiatur, nomine illius tan
tum agitur furti, & non totius. Hæc omnia probantur
ff. de furt. l. vulgaris est quæst. §. 1. 2. & 3. si enim peccaui
in parte, quare sum puniẽdus in toto? iura enim dicunt
contrarium. Ecce enim qui subtrahit res hereditarias,
in rebus punitur. vel quartam non deducit. vt C. de le
gat. l. non est dubium. secundum quod vno modo po-
nitur casus ff. ad Treb. l. Paulus. respondit. Sed pone q̃
res quasdam subtraxit, nunquid punietur in tota Falci
dia? certe non. sed tantum in illis rebus quas subtraxit
non poterit vti lege Falcidia, vt ff. de his quibus vt in-
dig. l. rescriptum. Et qui accommodat tacitam fidẽ cõ-
tra iura, punitur, vt ff. de proba. l. cum tacitum. & ff. de
iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis palam: sed tamen
si in certis rebus accommodat tacitam fidem contra
iura, in illis solis rebus punitur, & non in totum. vt ff.
de vulg. & pupilla. l. ex facto. §. Iulianus Longinus. &
7 ff. de his quibus vt indig. l. heres qui tacita. † Et qui fal
sum testamentum accusat, priuatur toto legato, vt ff.
de his quibus vt indig. l. Polla. sed tamen si dicit codi-
cillos falsos, non amittit quod relictum est sibi in here
ditate: sed illud tantum quod relictum in codicillis, vt
ff. de his quibus vt indignis. l. heredi. Itẽ vide hoc alias
circa legata: quia si aliquid relinquitur alicui, & ille
cui relinquitur pro parte, liberatur ab onere pro par-
te: non petit legatum: cum tam labor quam pecunia di
8 uisionem recipit. vt ff. de annuis leg. l. Seio amico. Præ-

terea licet res ista sit alienari prohibita, tamen ea alienata etiam in totum non tenetur qui alienauit. † Nam re data in emphyteosim, non tenetur qui alienat, dummodo pensionem fisco reddere sit paratus, vt C. de fundis patri. l. prima lib. xi. Item optume facit, quod nō debeat in totum puniri, sed tātum pro parte. ff. de iur. om. iud. l. si idem. §. vlt. ita quod illud, eorum, quod ibi ponitur referatur ad primos Iuriscōsultos. Item si duos seruos debeam in iudicio exhibere sub pœna, si vnū exhibui, aliū non: pro parte teneor ad pœnam. vt ff. si quis caut. l. si seruus. §. si plurium seruus.

SOLVTIO. In hac q̄stione videtur mihi sine præiudicio sententiæ melioris, quod ille qui alienauit, non teneatur nisi pro parte. ita cauetur, vt dicitur in constitutionibus feudorum. quibus modis feudum amittatur. Sed videtur de iuris rigore, vt toto feudo priuetur: & vsus de feudis obtinet in regno Apuliæ. & est ratio. nā partem feudi quā alienat, dominus vendicat, cū sit factū contra feudi prohibitioné. aliā etiā partem ab illo feudatario vendicabit: quia cum ius feudi sit indiuiduum, faciendo contra partem, in totum fecisse videtur. vt arg. ff. de rebus dubiis. l. si is. §. vtrum. Roffred.

SI ILLE CVI EST MANDAtum de vendendo, vendit habita fide de precio ei qui postmodum efficitur non soluendo, vtrum teneatur mandati, an liberetur cedendo actionem contra emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Actionem qui habet vnde obnoxius est, cedēdo eam, liberatur.*
2 *Debitoris nomen qui vendit, credendo & præstando quod debitor sit, liberatur: etiam si soluendo non sit: cum illum locupletem præstare non teneatur.*
3 *Satisdatum si semel sit sat est: & liberatur qui satisdedit, licet fideiussores soluendo non sint.*
4 *Fortuna casus præuideri non possunt.*
5 *Debitor qui soluendo non est, nulla actione tenetur.*
6 *Iura quæ dicunt liberari aliquem, actionem cedēdo: quod de illa actione quæ exigi possit, loquantur, intelligenda sunt.*
7 *Cedere qui tenetur, si vitiose cedat: cedere non videtur, & sic cedendo non liberatur.*
8 *Procurator tenetur, si in culpa deprahenditur.*
9 *Casus fortuitus excusat.*
10 *Intellectus §. j. l. sed an vltro ff. de neg. gest.*
11 *Procurator officium susceptum ex necessitate gerit.*
12 *Procurator mandati formam attendere tenetur.*
13 *Procuratoris delictum, domino nocere non debet.*

Quæstio 54.

SOCRATES mandauit Titio, vt equum venderet pro 20. qui Titius Sempronio vendidit. qui Sēpronius tempore contractus erat soluendo, nunc autē factus est non soluendo, agit Socrates contra Titium, vt ei restituat equum, vel soluat precium, scilicet 20. Titius dicit, quod est paratus Socrati cedere actionem ex vēdito, quam habet contra Sempronium. quæritur, an cedendo actionem liberetur.

PRO. Et quod debeat liberari, pbatur. Ecce enim ille qui vendidit hominē seruo meo, si est paratus cedere actioné cōtra bonæfidei emptoré, liberatur. vt ff. si cer. pet. l. cū fundus. §. seruū tuū. in fi. iure enim cauetur, quod
1 quicunque tenetur in actionibus, cedendo eas liberatur. vt ff. de pec. l. quod debetur. nam in actione depositi seu commodati, si agatur, cedendo actiones liberatur, vt ff. de re iud. l. in deposit. Nec obstat si dicatur, quod nomen illius debitoris sit non soluendo. nā ex quo cedo tibi nomen, dummodo sit nomen, liberor. † Nam &
2 qui vendit nomen debitoris, etiā cedendo & præstando quod sit debitor, liberatur, & si sit non soluēdo: nec enim debet præstare illum locupletem, vt ff. de hered. vel act. ven. l. si nomen sit distractum. Et qui nomen vēdit, debet præstare vt sit debitor, non autem vt soluendo. vt ff. de euict. l. si plus. §. vltimo. Nam & bonum nomen facit creditor, qui inopem debitorem delegatum vel soluentem admittit, vt ff. mandati l. inter causas. §.
3 j. & ff. de fideiuss. l. 2. in fi. Præterea lege cauetur, † quod si sit semel satisdatum, quod sufficit: & liberatur heres, licet fideiussores sint non soluendo, vt ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. §. vltim. Item vide quomodo nullo modo teneor. Certum est, quòd procurator tenetur de dolo lata leui & leuissima culpa secundum quosdam, vt C. mandati. l. à procuratore. vnde videamus an fuerint in culpa, & certè nō. Nam certum est, quòd Sempronius tempore contractus erat soluendo: vnde si sibi vēdidi, non fui in culpa, licèt modò sit non soluendo. Nam si tutor mutuauit pecuniam celeberrimo mercatori, nō tenetur postea, si mercator fiat non soluendò, vt ff. de administratio. tutor. l. si res pupillaris. Quòd enim diues fiat pauper, hoc cōtingit ex fortuna. Versus: Nā &

Si fortuna volet, fiet de paupere diues:
Si volet hæc eadem, fiet de diuite pauper.

& alibi dicit authoritas:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu, quæ valuere, ruunt. Nam
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

4 † Quos fortunæ casus nullū fortis humanæ potest præuidere iudicium, vt ff. de admi. rer. ad ciuit. perti. l. 2. §. si eo tempore. & C. de actio. pign. l. quæ fortuitis. diuinare enim non tenebar, quòd hoc potuisset euenire. sicut & aliàs ff mand. l. si fideiussor. & ff. ad legem Aquil. l. si putator. maximè cùm aduentitij casus non sint æstimandi, vt ff. qui & à quibus manu. lib. non fiāt. l. Iulianus. Præterea si contrarium diceremus: iam officium meū mihi esset damnosum, quod iura nolunt. ff. de fur. l. si seruus communis. in fin. j. columnæ. & ff. ex quibus causis maior. l. videlicet. & vbi emolumentum nullum sentio, si sentirem, damnum hoc esset contra iura. vt C. de furt. l. vlti. §. alia dubitatio.

CONTRA. Econtrà videtur quòd non libereris
5 cedendo actiones. Certum est enim, quòd † ille debitor sit non soluendo. ergo nulla actione tenetur. nam eius periculo nihil est, qui nihil habet, vt ff. de furtis. l. itaque. Item nullam mihi cedis actionem, quia nullam actionem videtur quis habere, quam debitoris excludit inopia, vt ff. de dolo. l. nam is. Et non refert, vtrum quis actionem non habeat, an talem habeat, quæ per exceptionem elidatur, vt ff. de dolo eleganter. §. pen. &
6 ff. de regulis iuris l. nihil. † Quod ergo dicunt iura, liberari aliquem cedendo actionem. Respond. id verum esse, si actio sit aliqua quæ possit exigi. verba enim cū effectu intelligimus, vt ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exi. l. penul. & ff. ad Velleia. l. quamuis. quoties enim aliquis tenebatur cauere, & cauit minus idoneè, non
7 videtur cauisse, vt ff. qui satis. cog. l. quoties. ita † & qui tenetur cedere, si vitiosè cedit, cessio nulla censetur. nec enim aliquis cedendo actiones liberatur, vt ff. de nego. gest. l. nam & Seruius. §. vlti. & hoc generale. vbicunque enim culpa depræhēditur, non liberatur quis cedendo actionem. licet enim non fueris in culpa vendendo, fuisti tamen in culpa ab illo debitore non exigendo. dicit enim lex, quod tutor mutuando non peccat: sed postea non exigendo illud, imputatur tutori. adeo quod si fiant debitores non soluendo, tutori ascribitur. vt C. arb.

C.arb.tut.l.2.& de admi.tu.l. debitoribus. & ad idē ff. si certum pe.l.peri culū.Nā ecce non imputatur emptori,si res euincatur,& denuncietur venditori.verū si nō denunciatur,est quod ei imputetur.vt si bonam cām vitio suo perdidit.vt ff.de euict.l.Heren.l.sit sapienter ex aduerso propositum ab eo qui assimilatur Labeoni, qui confidens sententia & ingenij qualitate. vt ff. de orig.iur.l.2.in vl.col.

SOLVTIO. Quid proponam,ne pars nostra remaneat indefensa?prætor attendat qui sedet in cathedra iudicantis.Allegatum fuit imprimis,quod bonā fidem habuit procurator:vnde contra ius esset,si iste in

8 aliquo teneretur. †tenetur enim procurator,si in culpa depræhendatur,vt insti.mandati,nam illa culpa imputatur,scilicet quod alium nuncium elegit.sed illa non est culpa,quia illum idoneum existimauit.ar. de commodatario ff.commodati.argētum.Respon.non excusatur procurator propterea quia deceptus fuit in cogitatione sua. malus enim est inuentus, & sic tenetur: & quod malus præsumatur,ex facto conuincitur.vt ar. in auth.de rest.& ea quæ par.in xi.mense.§.vnum coll. 4.& de re.mili.l.non omnes.§.à barbaris Secundo excusari debet quod misit:quia ne filius fame periret,viaticulo non recepto,vt ff.de iudic.l.si longius.§. primo. Respondeo:debuisti ire.lex enim illa loquitur, quādo aliquis fecerat furtum viaticuli:& ideo filio actio datur,ꝙ esset in casu isto, si vellet filius agere contra furem Et sic patet tertio,ꝙ siue aufugit, siue nō aufugit, non &c.siue aufugit,non teneor,cum bonam fidem habui in electione eius,vt dictum est Item quia illū procuratorem facere potui,maxime ad negocia,vt ff.man. l.si procuratorem.§.j. Item quia non est imputandum mihi culpæ,si talem elegi, dicit iste, cum bonæ fuerit conuersationis & famæ:vnde non sum in culpa, sicut nec tutor qui credit celeberrimo mercatori,vt ff.de admi.tu.l.si res pupillaris.Respon.l.illa & similes ad quæstionem non faciunt de facto, vt dictum est, quia non fuit fidus nuncius secundo electus: quia ibi excusatur tutor ratione officij, quia tenebatur fœnerari pecuniam,licet hodie non teneatur,vt in auth. vt hi qui obres mi.perhib.se hab.§ qui autem.coll.6.& ff.de admi. tu.l.tutor secundum dignitatem.§.j.Allegatur & quar-

9 to:quia † casus fortuitus est in causa: vnde excusatur. vt C.de pig.act.l.quæ fortuitis.& quia non potest præuideri humanę sortis iudicio.vt ff.de admi.re.ad ciui. pert.l.2. Respon.verum est, si solus casus fortuitus immineret,at hic culpa præcedit casum:vnde de casu bene est vt merito teneatur.vt ff. commodati l.si vt certo. §.sed interdū.Allegatur & quinto:quia sufficit negocium cœptum vtiliter.& si res aduersum habuit euen-

10 tum.vt ff.de neg.gest.l.sed an vltro.§.j.†Respō.illa lex de neg.gest.loquitur:quando cum voluntate gerit ne-

11 gocium,& valde sit vtile:ideo excusatur.†at procurator ex necessitate gerit susceptum officium.vt ff.mandat.l.si mandauero.§.sicuti.at tu gerebas inutiliter ab ipso principio,cum illi nuncio dabas pecuniam transmittendam,sicut ex sequentib.apparebit. Allegatur & sexto:quia filius cau.fuit pecuniæ transmittendæ, ergo,ne indigeret filius, deferre pecuniam potuit & debuit:vt arg.C.de condit.insertis.l.legatum.Respon.verum filius fuit causa,quare pecunia mittebatur,& potuisses tu forte deferre:sed tu eam alij concessisti,vnde teneris, vt dictum est.Præterea videtur tibi interdictum,ne portares alibi,eo ipso quod locus fuit tibi destinatus Bononiæ:vnde teneris si longius portasti, vt arg.ff.de furt.l.qui iumenta.& de neg. gest. si negocia. Septimo,quia ipse videtur portasse. vt ff.de admi. tu. ita autem.§.gessisse.& quia eodem modo esset peritura.vt ff.ad l.Rhodi.de iac.l.qui leuand .Respon.verū est,si casus fortuitus contigisset in via Bononiæ nō aūt si alibi transmittebas,vt dictum est.Item & sicut positum fuit in themate,ipse aufugit,quod in te non con-

12 tigisset Hoc pro me induco imprimis,† quia debuisti mandatū attendere:non enim debuisti concedere alij: & licet hoc in procuratore sit scriptum, non tamē hæc in nuncio eadē ratio obseruatur.procurator enim cōcepit stipulationem in persona sua,vt ff.de consti.pe l. eum qui Ephesi.§.Iulia.nuncius autem in personā domini obligationem concipit.vnde vicem gerit epistolæ vel picæ,vt ff.de contrah.empt.l.j.in fi.vnde alij dare non potuit pecuniam nisi filio Et si eum procuratorem ponas,fines mandati excessit, quod sibi excedere non licuit:vt allegatum est per l.ff.mandati.l. diligenter.pecuniæ periculum meum fuit vsque ad Bononiā: postea si portasti alibi,te respicit,vt arg.C.de nau.fœno.l. cum proponas.cum enim tuum intercessit vitiū in pecunia deferenda,tibi imputa: & pecuniam mihi

13 redde.vt ar.ff.de publ.& vec.l.conten.§.dominus.†delictum enim procuratoris non nocet domino. vt ff. si quis ius dicenti non obtemp.l.j.§.si procurator. vnde non nocet domino,si oratorium in domo domini construat procurator.vt in auth.de ecclesia.tit.§ si quis in sua.col.9.immo procurator punitur. cum enim elegisti alium,de fide ipsius debuisti quærere diligenter. vt ff de reg.iur.l.qui cum alio.& si audiuisti de illo bonū aliquando,non debuisti temerarie credere: imputatur enim alicui,qui statim credul⁹ fuit:vt ff. de eo per quē factum est l.j & de te queraris,qui tam malum socium elegisti,vt ff.de act.& ob.l.j §.is quoq;.Præterea tu mihi teneris in eo quod est amissa pecunia.& tu agas contra illum,& ego id o cōtra te:quia illum imprudēter elegisti,vt ff.de neg.gest.l.nam & Seruius.§.vlt.à nuncio & procuratore nonne exigitur culpa leuissima? vt C.mand.l.à procuratore.& quod in culpa non fueris, excusari non potes, quia tibi locus alius,ne ires,fuit per omnia interdictus,vt arg.C.de proc.l.maritus. In secunda proponitur, ꝙ reuocari non possit. ideo quia vterque debet consentire ad reuocandum: sicut cōsensit ad alienandum:,vt arg.C.de auth.præstan.l.vlt.item & ff.de reg.iu.l.nihil.& de sol.l.prout.Respondeo, filij consensus non exigitur: cum donatio quicquid iuris habet,totum habeat à patre.vnde merito ipsius solius voluntas exigitur:cuius est enim concedere, ipsius est reuocare.vt arg.de iud.l.iudicium.Item allegat secundo,quod ad idem tendit ff.de acqu pos.l.quemadmod. Respon. sicut dictum est,aliud est consentire ad illud quod dictum,& aliud ad illud quod dicitur:sicut aliud est vendere,aliud est vendenti consentire, vt ff.de reg.iu l.aliud.& de manumissio.l.4.Vnde differētia est inter consensum & consensum consensus enim merito præiudicat:quia creditor,qui alienabat,saltem ius habebat in re:vnde merito alienat cōsensu domini.Idem in manumittente.at hic nullum ius habet filius, cum omnia bona filij pater occupet iure peculij.vt ff. de castrensi peculio.l.2.& quicquid habet filius, patri quæritur,vt & aliquid alienare non possit. vt C. de bonis quæ liber.l.vlt. Vel aliter,aliud est consentire,quia minus:nam si vendam, teneor de euictione: si consentio, non nisi precium recipiam.vt ff. de euict. l. quidam. Pro me induco,quod pater reuoaat, cum ipse donare videtur, vt ff. de iure dotium.l. profectitia .& argumento ff. de vulga.& pup.substi. l sed si plures. §. si arrogator.

Quæstionum Sabbatinarum Domini Roffredi Beneuentani

FINIS.

QVAESTIONES AVREAE DISPVTATAE PER DN. BARTOLVM DE SAXOFERRATO. CVM ADDITIONIBVS.

ARGVMENTVM.

VTRVM STANTE STATVTO, quod exbannitus impune possit occidi: & exbannitus Titius, pacem faciat cũ Sempronio inimico suo non bannito, de non offendendo eum sub poena: & nihilominus Sempronius Titium exbannitum interficiat, in poenam idem Sempronius inciderit.

SVMMARIVM.

1 *Pacta & conuentiones, quæ non sunt contra leges, sunt seruanda: & si contra fiat, pœnalis stipulatio his adiecta committitur.*

2 *Contractus pacis an sit de iure gentium.*

3 *Actiones & obligationes, quæ principaliter recipiunt vitæ sustentationem, cadunt in personam deportati, & etiam damnati in metallum, licet tales obligationes descendant à iure ciuili.*

4 *Exbanniti, dicuntur delinquere omittendo.*

5 *Quando aliquod ius respicit vtilitatem publicam, & priuatam mistim, si illi iuri renunciatur: talis renũciatio valet, prout respicit vtilitatem priuatam.*

6 *Fides etiam hosti seruanda est.*

7 *Sicut de iure municipali permissum est occidere bannitum, ita permissum est de iure communi, domino corrigere & percutere seruos suos.*

8 *Facultas pluribus & vniuersis concessa de iure publico, licet priuatorum pactionibus tolli non possit, quãtum ad omnes: tollitur tamen, quantũ ad ipsum promittentem, vt contra promissionem suam venire nõ possit.*

9 *Exbanniti æquiparantur excommunicatis, & excõmunicatus deportato.*

10 *Duo specialia non possunt in idem concurrere,*

11 *Illud quod principaliter inducitur ad publicam vtilitatem, pactione priuatorum tolli non potest.*

12 *Facta prius pace inter duos, postea secuto bãnimento: tunc exbannitus, non obstante pace iam facta, põt occidi.*

13 *Exbannitus pro homicidio, habetur pro confesso, ex forma statuti & consuetudine Italiæ.*

14 *Damnatus ad mortem, statim efficitur seruus pœnæ odiosæ.*

15 *Factum iudicis, & factum contrahentium, æquiparantur.*

16 *Exbannitus pro homicidio, æquiparatur hosti, latroni & desertori.*

17 *Pari affectu sunt diligendi & defendendi patres, & patria, immo maiori, patria.*

18 *Contractus, ex quo vltro citroque oritur obligatio, si interponitur super re alterius contrahentium, nõ valet, nec ex eo oritur obligatio.*

19 *Nullus per pactum obligatur ad pœnam corporalem.*

20 *Quando duo simul competunt, & vnum per aliud, vnum sine alio tolli non potest.*

Quæstio 1.

a LVCANAE (a) ciuitatis statuto cauetur, quod frangens pacẽ occidẽdo, capite puniatur. Alio statuto cauetur, quod exbannitus pro homicidio, possit impune occidi. Accidit quod Titius qui erat pro homicidio bannitus & condemnatus, quod si quo tempore in fortiam communis peruenerit, capite puniatur. fecit pacem cum Sempronio suo inimico non bannito, & promiserunt se non offendere sub poena statuti, & poena mille librarum, hinc inde stipulatione promissa, demum dictus Sempronius interfecit dictum Titium exbannitum. Quæritur, an incidat in poenam statuti, & an dicta poena pecuniaria sit cõmissa, an non.

PRO. Et quod incidat in poenam statuti, & poena pecuniaria sit commissa, probatur iuribus & ratiõibus
1 infra scriptis. ¶ † Et primo sic: Pacta & conuentiones quæ non sunt contra leges, sunt seruandæ, & si contra fiat, poenalis stipulatio his adiecta committitur: vt supra de pac. l. iuris gentiũ. §. prætor ait. & de his qui no. inf. l. furti. §. mandati de const. pe. l. j. in prin. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. alteri, C. de pac. l. pacta quæ cõtra. & quod ibi no. Sed ista pax, & conuentio de nõ offendendo, non est contra leges: sed secundum leges, quæ permittunt vnicuiq; qualitercunq; redimere sanguinem suũ, faciendo pacta & transactiones ẽt contra publicã vtilitatem: vt ff. de bon. eorum qui ante sen. sibi mor. con sci. l. j. C. de transact. l. transigere. & quod ibi no. & de acc. l. si quis homicidij, vbi gl. Si ergo tali exbãnito fuit licitum, facere talem conuentionem ad redimendum sanguinem suum: ergo talis conuentio est secundũ legem, & contra factum est, quia cõmittitur poena statuti, & conuentionalis. ¶ † Secũdo probatur sic. Certum
2 est quod contractus pacis est iuris gentiũ. ff. de iust. & iu. l. ex hoc iure. coniuncta l. j. de pac. Item patet quod postliminium est de iure gẽtium, vt ff. de ca. & postli. reuer. l. postliminiũ. in prin. & ibi nõ. Sed postliminium habet locũ tam in pace quam in guerra. ff. de ca. l. in bello. in prin. ergo pax est iuris gentium. Ex hoc sic arguo: Exbanniti nostri temporis, æquiparantur deportatis, secundum gl. inst. quib. mo. ius pa. po. sol. § relegati. & in l. j. de her. inst. quod tenet Dy. in l. eius qui apud hostes. §. fi. ff. de test. Sed relegati retinent ea quæ iuris gentiũ sunt: vt ff. de poenis. l. quidam. secundum quod per eos contractus, qui sunt iuris gentium, eis quæritur obligatio & actio: vt ff. man. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ergo talis bannitus licite potuit inire contractum pacis: & sic si rumpitur, habet locum poena statuti, & etiã poena conuentionis ipsi contractui pacis accessoria, vt
3 C. per quas pers. no. acq. l. 2. ¶ † Tertio ꝓbatur sic: Actiones & obligationes quæ principaliter recipiunt vitæ sustentationem, cadunt in personã deportati, & etiam in personam damnati in metallum, qui est seruus poenæ, licet dictæ obligationes à iure ciuili descendant, vt ff. de his quæ pro non scri. l. si in metallũ. de ali. le. l. si is cui. & l. seruos. de ca. dimi. l. legatis. & ibi no. ibi enim loquitur in legato alimentorum, quod pertinet ad vitæ sustentationem. & est iuris ciuilis, quia descendit ex testamento. ff. de test. l. 3. Si sic, igitur talis promissio de non offendendo, & poenalis stipulatio, cum pertineat principaliter ad vitæ sustẽtationem, ne occidatur competit in personã huius exbãniti: siue æquipares cũ deportato, siue damnato in metallum, quod plus est: & sic, si ventum est contra, committitur poena statuti, &
4 conuentionalis. ¶ † Quarto probatur sic: Exbanniti de-

linquunt

linquunt in omittendo. magis enim videntur exbāniti,& condēnati,quia nō venerunt,quā quia malā causam habuerunt:vt ff.de eui.l.si ideo.in prin.& de inof. test.l.qui repudiantis.in fi.& l.Papinian⁹.§ meminisse. ver.sed ꝓinde. Sed pœna delicti in omittēdo,pōt priuatorū pacto remitti.vt ff.ad Sylla.l.diui.& ibi no. per glo.& dicit.ergo in quæst.nostra,pœna quæ ꝓcesserit, quod potuerit impune occidi,potuit per tale pactū remitti:cum ergo sit ventum contra,committitur pœna statuti,& conuentionalis.

5 ¶ †Quinto ꝓbatur sic:Quādo aliquod ius respicit vtilitatem publicam, & priuatā mistim,si illi iuri renunciatur,renūciatio valet,ꝓut respicit vtilitatem priuatam,vt ff.de procur.l.licet. in prin.& l nō cogendum.§.qui ita.no.per glo.ff.de pac.l.iuris gentium.§.si paciscar.Sed istud statutum ꝙ exbānitus possit impune occidi, respicit vtilitatem publicam,vt prouincia purgata malis hominib⁹, remaneat in quiete:vt ff.de offi. præsi.l.congruit. in princi.& C. quādo li.se sine iudi. vin. Item respicit vtilitatem priuatam istius:qui pōt se vlcisci,& inimicum suum occidere:ista ergo renunciatio q̄ inducit talem pacē, valet quātū ad ipsam renunciationē.Si ergo venit cōtra publicam vtilitatē,quia talē bannitū interficiat nomine suo,non pro iure Reipub.erit cōmissa pœna statuti,& cōuētionalis.Sed cū in quæst.nō ponatur,cuius nomine interficit:ius ꝓsumit,ꝙ suo nomine,vt ff.de solu.l.& magis.cum aliās persona non intelligatur,vt l.stipulatio.§ Chrysogonus. de ver.oblig.ergo vtraque pœna est commissa.

6 ¶ †Sexto probatur sic:Fides seruanda est hosti:adeo ꝙ nulli licet occidere eum: ergo cū quo habemus pacem,multo minus licet,nisi solum ad defensionem sui corporis:vt ff.de pac.l.conuētionū.& de legi.l.fin.& expressim.10.col.de pace te.capi.j.§.j.si ergo fides seruanda est hosti,ergo exbannito: & tunc cū in quæst.nostra non proponatur,ꝙ talem bānitum interfecerit se defendendo, dicendū est esse cōmissam pœnam statuti,& conuentionalis.

7 ¶ †Septimo ꝓbatur sic: Sicut de iure municipali permissum est occidere bannitum,ita permissum est de iure cōmuni,domino corrigere & percutere seruos suos, licet nō cum magna sæuitia, vt C.de emē.seruo.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.l.2.& Insti.eo.§.sed si dominus præstat securitatem,& promittit non offendere seruum, suæ facultati ꝓiudicatur:& debet promissa attēdere.vt C.de his qui ad eccle.confu.l.ꝓsenti.§.plane.& in auth. de mona.§. si vero in triennium.j.col.& de san.episc.§.si quis autē ad monasticam.col.9.à simili ergo in q.nostra proposita valuit dicta ꝓmissio,& debuit obseruari.Si ergo nō est seruata,est cōmissa pœna statuti,& cōuentionalis.

8 ¶ †Octauo ꝓbatur sic: Facultas pluribus & vniuersis cōcessa de iure publico, licet priuatorū pactionibus tolli non possit,quantum ad omnes:tollitur tamen quantum ad ipsum promittentem,vt ipse contra promissionem suam venire non possit,vt ff.communia prædio.l. vēditor.in prin.facit de serui.rust.prædio.l.per fundū. Ita ergo in proposito: licet per formam statuti sit concessum oībus talem exbannitū occidere,& per pactionem priuatorum tolli non possit,quantum ad omnes, tamen quantum ad præiudiciū promittentis debet tenere,nec ipse posset contrauenire.Cum ergo cōtra fecerit, dicendum est, cōmissam esse pœnā statuti & cōuētionalē.

9 ¶ †Nono probatur sic: Exbanniti æquiparātur excōmunicatis,vt 10.col. hic finitur lex,deinde incipiunt consue.re.c.j.Itē excōmunicatus æquiparatur deportato,vt not.Insti.de capit.diminu.§.minor. & exbanniti deportatis,vt not. Inst.§.relegati.vt dixi supra in 2.ratione:ergo exbannitus excommunicato. Præterea,exbannitus fit per contumaciā,propter quod bānū quis separatur à communione ciuium: ita excommunicatio, ꝓpter quā quis separatur à communione fidelium,vt in capitulo. Ex parte in Christo.de verbo.significatio.ergo est bona æquiparatio. Sed certū est,quod licet excommunicato celebrare omnē contractū: solū enim esse in iudicio, ei interdicitur,vt extra.de iudic. capit.intelleximus.de sen.excom.si vero.& c.cū voluntate.§.prædicatores.Si ergo à simili,exbānito licet cōtrahere,& contractū pacis & stipulationis inire: si ergo ventū est contra, debet puniri pœna statuti,& conuentionalis.

10 ¶ †Decimo ꝓbatur sic, duo specialia non possūt in idē cōcurrere,vt C.de do.ꝓmis.j.& l.cū post. §.gene.ff.de iure do.& vtrobique nota. Hoc etiā ꝓbatur in l.si quis reum.§.si de polli.coniuncta l.fina.C.de sacrosan.eccle.Nam ex pollicitatione sola non trāsfertur dominium in rēpublicam,ne concurrant duo specialia,scilicet ꝙ ex pollicitatione teneatur,& ꝙ transferatur dominium sine traditione, sed in ꝓsenti quæst. si consideres istum potuisse impune occidi,cōcurrerēt duo specialia circa idē: videlicet ꝙ possit impune occidi, & pōt pax rumpi. Ne igitur concurrant ista duo specialia,quod ius non permittit : dicendum est, esse commissam pœnam statuti,& conuentionalem.

ADDITIO.

8 ¶ Lucanæ.De ista quæst.facit mentionem Bar. in l.2.C. quādo lice.se sine iudi.vin.in fi.in l j.in fi.C.de hære.insti.& ibi vide doct.& in 2.colu.ff.sol.mat.in ver.an autē exbanniti.& in l.eius.§.fi.ff.de testa. & in l.qui vltimo. in prin.ff.de pœnis & in extraua.qui sint rebel.in ver. rebellando.in pe.colum.& in l.ex facto. §.ex facto. in fine.ff.ad Trebel.& ibi vide Alexan.in l. à diuo Pio. §. sententiā.in 7.col.ff.de re.iu.& in l.quid ergo.§. si quis duos.ff.de l.j.& Iaso.in l.j.in pe.col.C.de hæ.insti.& vide Salic.in l.j.in 8.col.C.de hære.instit.& in auth.item nulla cōmunitas.in fin.C.de epi.& cle.& Pet.de Anc. in consil.276.incip.filio suo.in pe.co.& Ang. de Are.in §.cum autem.in 4.colum. Insti.qui.mod. ius pa.pote. sol.& vide Bartol.in l. qui seruiunt mihi.& ibi apost. meam.ff. de verborum obligatio. An autem bannitus vnius ciuitatis perdat patriam potestatē, vide ꝑ Alex. in l.si cum dotem.§.si patri.in j.colum. ff.sol.matr. & si statutum disponit quod bannitus non possit eximi de banno,nisi habuerit pacem ab hærede occisi,si Titius bannitus sit hæres occisi,mediante tertia persona,possit ex suamet voluntate facere pacem,& eximere à banno,vide Ale.in l.cum filio.in vltim.col. ff. de leg.primo. Tho Dipl.

ECONTRA quod non incidat in pœnam statuti,nec pœna pecuniaria sit commissa, probatur infra scriptis rationibus, videlicet primo sic: ¶ Illud ius, quod principaliter inductum est in odium alterius, non in fauorem renunciantis, priuatorum pactione non tollitur,vt ff.ad Maced.& ibi not.God.de pact.pigno.l.fin.

11 ¶ † Item illud quod principaliter inducitur ad publicam vtilitatem pactione priuatorum tolli nō potest,vt ff.de pact.l.ius publicum.& l.iurisgentium. §.si paciscar.& l.si vnus.§.pacta. quæ contra. & §.item ne experiar. de re iu. nec ex prætorio plene nota. in authent.vt sine prohi.ma.§.quia vero.colla.septim.Sed constat quod istud ius quod liceat exbannitum occidere,est inductum principaliter odio banniti.Item fauore Rei pub.vt ciuitates purgatæ malis hominibus,remaneant in quiete:vt Cod.quando li.se sine iudi.vin.l. secunda.& sic priuatorum pactione tolli nō potuit, & per consequens talis promissio non valuit. Si ergo ventum est contra,non committitur pœna statuti, nec cōuentionalis.

12 ¶ †Secundò probatur sic:præsupposito pro constanti quòd verum est , quòd si primò fuit facta pax inter duos,postea secutum fuisset bannimentum,quòd exbannitus,non obstāte pace iam facta,posset occidi.hoc probatur ff.de verborum obligationimus.l.qui seruum.& l.quidam cum filium.de lega.primo. l.quid ergo.§.si hæres. de pignora. acti.l. elegan-

ter,in fin.ff.loc.l.quæro.§.inter locatoré.in quibus le-
gibus præcedebat obligatio de non offendendo:& ta-
men ea obligatione non tenetur,si offendit ex causa le
gitima.Modo arguo sic: Hæc est regula infallibilis, ꝙ
ea,quę dirimunt contracta, etiam impediunt contra-
henda,vt ff. de verborum obligationibus l.inter stipu-
lantem.§.sacram secund.respon.§.pe.sed exbannimen
tum superueniens dirimit obligationem pacis iam cõ
tractæ,vt supra probatum est:ergo,impedit contrahen
dam:& sic ex tali pace non est contracta, cum factum
sit illegitime,non est commissa pœna statuti,nec con-
13 uentionalis. ¶ †Tertio probatur sic:Iste fuit exbanni-
tus pro homicidio,vt in quæstione proponitur: qui ex
banniti habentur pro confessis ex forma statuti & cõ-
suetudine Italię,cui consonat.l.consiliarios. C. de as-
sesso.ff.ad Sylla.l.lex Cornelia.§.post eadem. Sed lege
cauetur quod homicidiariis & aliis delinquẽtibus in
grauioribus,non est danda fiducia:& si datur, non de-
bet seruari.vt probatur in authẽ.de man.prin.§. nequẽ
autem homicidis colla 3. vbi videtur casus quæstionis
secundum intellectum glo licet quidam aliter intelli-
gant.Si ergo fiducia talis data nõ debet seruari, patet
quod licitum fuit talem exbannitũ occidere:& sic pœ
na nec statuti,nec conuentionalis est commissa.
14 ¶ †Quarto probatur sic:In quæstiõe ponitur quod oc-
cisus erat condemnatus,vt capite puniretur. Tunc ar-
guo sic :Damnatus ad mortem, statim efficitur seruus
pœnę odiosę,secundum veram opi vt no. C.de do. in
ter vi.& vxo.authent.sed hodie.ff de pœnis.l. qui vlti.
Sed ille qui est seruus pœnæ, quo ad effectum, perdit
omne ius obligationis iurisgentium & ciuilis,vt ff.de
pœnis.l.quidem.Hoc enim patet, quia non potest ac-
quirere,quia seruus.vt ff.de acquiren.re. do.l. acquiri-
tur.§.j. & insti ꝑ quas perso.no acqui.§.item nobis.de
reg.iur.l. ꝙ attinet.Item fisco nõ acquirit: quia non est
seruus fisci,sed pœnæ:vt ff.de iure fisci.l.in metallum.
& de his quæ pro non scri.l.si in metallũ.Si ergo omnẽ
perdit obliga.ergo in eum non cadit cõtractus pacis,
qui est iuris gẽtium:nec pœnalis stipulatio,quę est iu-
15 ris ciuilis:& sic in nullam pœnã incidit. ¶ †Quinto ꝓ
batur sic:Factum iudicis,& factum contrahentium,ę-
quiparantur,vt ff mandati l.seruus ea lege.C.de pac.
pign.l.fi.si in causam iud.pig.cap sit.l j.ff.de iureiu.l.j.
immo maioris authoritatis est factum iudicis,vt ff.de
iureiurã.l.2.& ibi no. Sed si iudex dixerit in sententia,
ꝙ nõ esset licitum,interficere talem exbannitum: talis
adiectio non valeret,nec hoc posset facere,vt ff.de iu-
reiur.l.non poterit.de iniu.l.diuus Nam facti quæstio
non est in arbitrio iudicis,sed imposita in arbitrio le-
gis,vt ff ad Turpil.l.j.§.j.Si ergo non licet iudici face-
re per sententiam,quod talis exbannitus non offenda-
tur,multo magis non licet priuato per cõtractum, qui
est minoris authoritatis:ergo videtur quod nõ sit com
16 missa pœna statuti vel pecuniaria. ¶ †Sexto probatur
sic:Ego † æquiparato exbannitũ ꝓ homicidio,& hostẽ
latronem,seu desertorem.sicut iste exbannitus non po
test impune occidi ex forma statuti, ita ex forma iuris
communis potest impune occidi hostis, latro, seu de-
sertor:vt probatur.ff.ad l.Cornel.de sica.l 3.§ fin.Cod.
quando li se sine iu.vin.l j & 2. & ista æquiparatio pro
cedit à paritate pœnæ,vt C.de epis & cle.l.si quenquã.
in fi.Item æquiparatur desertori. Nam sicut desertor
dicitur,qui dereliquit militiam,& contumax,& inobe
diens,vt C.de deser.l.j.lib.12.ita iste exbannitus: quia
propter suam inobedientiam & contumaciam,suã ci-
uitatem dereliquit. ¶ Modò sic arguo:Bonus est dolus;
qui adhibetur contra hostes,seu latrones: vt ff. de do-
lo.l.prim.§.non fuit.ergo bonus est dolus,qui adhibe-
tur contra exbannitos. licitum ergo fuit fingere cum
eo pacem,vt isto prætextu posset eum habilius interfi-
cere.si licitum, ergo non incidit in pœnã statuti, nec
17 pœna pecuniaria est commissa. ¶ †Septimo probatur
sic,Pari affectu sunt diligendi & defendendi patres &
patria,immo maiori patria:vt ff.de iusti. & iur.l.2. de
cap.& postli.reuer.l.postli.§.filius.ff.de n u & honor.
l.honor.§.plebeij.Sed ob defensionem parentum licitũ
est pacem rumpere,vt 10.col.de pa.tenen § prim.& ibi
not. ergo multo magis erit licitum ad defensionẽ pa-
triæ:sed iste occidit talem exbannitum defendẽdo pa
triam,vt probabo:ergo fuit licitum.hoc sic probo.Iste
exbannitus existens in contumacia, offendit suam pa-
triam.quod patet:quia ex contumacia pœna imponi-
tur:& omne factum ex quo pœna sequitur.est offensa:
vt ff.de manu.test.l.testamentum.§.j.facit ff. de re iud.
l.contumacia.Item inferre pœnam contumacibus,est
defendere iurisdict.ciuitatis.Casus est in l.j.in prin.ff.
si quis ius dicen.non obtem.Iste ergo,qui occidit talẽ
exbannitum,intulit ei pœnam cõtumaciæ: ergo defen
dit ciuitatem,& sic fuit sibi licitum,& sic non est com
18 missa pœna statuti,nec pecuniaria. ¶ †Octauò proba
tur sic:Contractus.ex quo vltro citròque oritur obliga
tio,si interponitur super re alterius contrahentium,nõ
valet,nec ex eo oritur obligatio,vt ff.de contrah.emp.
l.suæ rei.de pig.act.l.si debitor.in prin. de condi.inde.
l.seruum.C.de contrah.emp.l.cum res.& loca.l.qui rẽ.
in quibus legibus dicitur,quod emptio vel cõditio ali
cuius rei suæ non valet. Ratio,quia iste qui accepit rẽ
suam,nihil accipit ab alio: quia res ante erat sua.Esset
igitur iniquum,quod tenetur dare alteri.Modo in pro
posito isti duo fecerunt contractũ vltro citroquè obli
gatorium.Nam promiserunt se inuicem non offende-
re.sed iste Sempronius non exbannitus ex ista promis-
sione nihil recepit: quia etiam sine vlla promissiõe te-
nebatur ille Titius eum non offẽdere. Sed si ipse ex-
promissione tenetur nõ offendere Titium.aliquid da-
ret:quia Titius exbannitus poterat ante offendi. Cum
ergo nihil noui alter contrahentium recipiat,dicendũ
est contrahentium pactum non valere:& per cõsequẽs
pœna statuti vel pecuniaria non est commissa.
19 ¶ †Nonò ꝓbatur sic: Null9 per pactũ obligatur ad pœ
nã corporalẽ,vt ff.de custo.reo.l.diuus. & l.si quis reũ.
& rem ra.habe.l.procurator ad exhibendum.§.fi.& fa
cit quod no.de præto.stipu.l.si qui satisd. cog.l.prima
in fin. quod etiam patet: quia nemo est dominus mem-
brorum suorum:vt ff.ad l.Aquil. liber homo.in fin. Itẽ
pactum non potest quis effici seruus,nisi interuenien-
tibus illis quæ not.ff.de sta.hom.l. & seruorum.§.j.er-
go multo magis non poterit se obligare pœna mortis,
quę pœna inducit seruitutẽ,vt dixi supra in 4.ratione,
ꝓ hac parte allegata.Sed hic isti obligauerũt se ad pœ
nã statuti,q̃ est ꝑsonalis pœna:ergo non valuit obliga
tio.& ꝑ consequens nõ incidit in pœnam statuti.Item
quo dnõ sit comissa pœna pecuniaria,ꝓbatur ex forma
instrumenti: Ille ex paciscentibus incidit in pœnam,
qui offendit alium:sed occidere exbannitum, non est
offendere,vt ꝓbabo:ergo pœna nõ est cõmissa. ¶ Hoc
probabo:Illud factum dicitur offensa, ex quo infertur
pœna:& econtra,vbi nõ est pœna, ibi non est offensa,
vt ff.de ma.test.l.testamẽto §.j sed ex homicidio exbã-
niti nulla infertur pœna,ergo nõ est offensa: vt patet,
ꝙ conditio stipulationis pœnalis non existit:& si pœ-
20 na pecuniaria non est commissa ¶ †Decimo probatur
sic:Quando duo simul competunt, & vnum per aliud,
vnũ sine alio tolli nõ potest: immo sublatum, remanet
virtute remanentis,vt ff.de lib.& posthu.l.si ita.§.regu
la.& de adi.le.l.j.§.j de vsu & habi.l.per seruum §. j. in
fi.sed in quæst proposita duo sunt,scilicet ꝙ exbãnitus
impune potest occidi, & vnũ est per aliud:sed isti cõ-
trahentes egerũt,quod vnum solum tollatur, id est, ꝙ
vnus possit occidi alieno remanente. scilicet exbanni
ente,quod fieri nõ potest:ideo sublatum virtute rema-
nentis exbãnimenti perdurat,& sic potest impune of-
fendi. vt hic patet, ꝙ nec pœna statuti,nec pecuniaria
est commissa.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ suspenditur per aliquam conditionem tacitam, vel expressam, non inducit capitis diminutionem.*
2 *Excommunicatus an æquiparetur deportato.*
3 *Exbannitus an æquiparetur relegato.*
4 *Exbannitus an æquiparetur excommunicato.*
5 *Exbannitus qui secundum formam statuti impune offenditur, proprie potest dici transfuga & hostis ciuitatis.*
6 *Exbannitus, de quo in ista quæstione, propter suũ exbannimentum quid perdat.*
7 *Aliquis transfuga, vel reprobatus ab vno collegio, perdit iura propria illius collegij, & remanet in dispositione iuris communis.*
8 *Occisor istius exbanniti, an incidat in pœnã statuti.*
9 *An liceat priuato venire contra fidem datam hosti.*
10 *Quid prodest exbannito habere actionem, & nõ posse agere?*
11 *Exbannitus an possit facere testamentum, & an possit heres institui.*
12 *Exbannitus an possit succedere ab intestato.*
13 *Exbannitus, qui nõ potest impune occidi, an sit trãsfuga vel hostis ciuitatis.*
14 *De iure communi, an quis possit exbanniri: & talis exbannitus, de iure communi quid perdat.*
15 *Iudex si apponat in banno, quod elapso termino possit impune offendi, an valeat.*

a SOLVTIO. Saluatoris (a) Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato, dico dictum Titium pro homicidio exbannitum, potuisse impune occidi, & occisorem tanquam qui pacem rumpat, in pœnam statuti non incidisse, nec pœnam pecuniariam esse commissã: per rationes pro hac parte alleg. Ad hoc autem manifestius inuestigandum & ostendendum putaui. cui talis exbannitus æquiparetur: quid propter exbannimẽtum amittat, ex quo patebit solutio nostræ quęstionis. ¶ Primo igitur videamus vtrum æquiparetur damnato vltimo supplicio, vel ad bestias: & sic efficiatur seruus pœnæ. quod videtur, quia damnatus ad mortẽ, etiam hodie seruus pœnæ efficitur, vt no. Cod. de donat. inter vir. & vxo. auth. sed hodie ff. de pœnis. l. qui vltimo. Sed Titius erat exbãnitus, & dãnatus ad mortem, vt proponitur: ergo est seruus pœnæ, vt dixi in
1 quarta ratione facta pro hac parte. Contrarium dico, quòd non efficitur seruus pœnę. †Nam sententia, quæ
b suspenditur per aliquam conditionem tacitam vel expressam, non inducit capitis (b) diminutionem: vt ff. de iniust. testa. l. si quis exheredato. §. eius qui. de pœnis. l. 2. §. primo. Sed iste est damnatus ad mortem sub conditione, si in fortiam communis peruenerit. ergo &c. Præterea, nullus superueniens ex sententia hodie efficitur seruus pœnæ, vt dicta authẽ. sed hodie. & ibi not. sed iste exbannitus, condemnatus in absentia, superuiuit: ergo &c. Dices tu: Expresio conditionis, quę tacitè inest, non suspendit dispositionem: vt l. hęc verba. de legat. j. cum simil. Respondeo, illa loquitur quo ad transmissionem ad heredem: sed quo ad obligationis effectum, nulla est differentia inter tacitam & expressam, vt not. ff. de pact. Item quia secundo respons. fateor tamẽ quòd si esset in præsentia, & pure esset cõdemnatus ad mortem: etiam hodie efficeretur seruus pœnæ, vt dictis iuribus. nec valeret eius testamentum, vt ff. de test. l. ei° qui. §. fin. & not. per glo. & melius per
2 Dyn. quia glos. in aliquo non bene dicit. ¶ †Secundo videamus vtrum æquiparetur deportato. gloss. quæ est Inst. quib. mod. ius pa. po. sol. in §. relegati. tenet, quòd si bona exbãniti publicẽtur de iure, vel de consuetudine, æquiparatur deportatis. Idem videtur tenere glos. in 10. col. in fi. hic finitur lex Corradi. c. prim. Idem tenet Dy. in ea. l. eius. Et secundum hoc perderet exbannitus omnia quæ iuris ciuilis sunt: vt l. quidam. & dixi in 2. ratione supra. quam feci pro parte cõtraria. Cõtrarium credo verum, scilicet ꝙ nõ æquiparetur deportato. Quod sic ꝓbatur, Præses prouinciæ & magistratus municipalis nõ possunt deportare: vt ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. interdicere. & de le. 3. l. prima. §. qui deportatos. Si ergo non præses, ergo multo minus Potestas vnius ciuitatis. ergo exbannitus ab eis, nõ æquiparatur deportatis. Præterea, sententia deportationis non fertur in absentẽ. C. de accu. l. in absentẽ. ergo non æquiparatur deportatis. Præterea, deportatus perdit ius ciuium Romanorum, vt ff. de pœ. l. quidam. Sed si diceremus, talem exbannitum æquiparari deportato: talis exbannitus perderet ciuitatem Romanã & ius ciuium: & si iudex vnius ciuitatis, extenderet iurisdictionem suam vltram suum territorium. quod est contra l. inter pœnas. in prin. §. primo. & l. relegatorum. in prin. de interdi. & releg. cum si. Præterea, fama eius qui deportatur, non solum diminuitur quod efficiatur infamis, immo fama eius in totum tollitur, vt ff. de variis & extraor. cog. l. cognitionum. §. fi. sed exbannitus nõ efficitur infamis: quia edictum propositum contra absentem pro maleficio, non infamat, nisi de facto: vt C. de requi. reis. l. fi. not. expresse de istis exbannitis & cõdemnatis extra ordinem, per gl. de modo mulct. l. prima. quod tenet Dy. vt patet ex no. ff. de suspe. tu. l. 3. §. præterea. & quod ibi no. per glo. & Dy. ergo non æquiparatur deportato. Præterea, deportatum nemo potest restituere, nisi princeps, vel senatus: vt ff. de pœ. l. relegati. in fi. de postu. l. j. §. de qua. sed exbanniti, quotidie rebãniũtur per communia & eorum rectores: ergo nõ æquiparantur deportatis. Præterea hoc patet ex modo constituendi: nam exbannitus est ab ipso initio contumax, & extra obedientiã cõmunis: sed deportatus, omni tempore, etiam post sententiam, est obediens, adeo quod si ante sententiam efficeretur inobediens, capite puniretur, vt ff. de pœ. l. relegatorum. & l. capitalium. §. in exulibus. ergo non æquiparatur deportato. Præterea, nõ reperitur lege cautum, ꝙ deportatus possit impune occidi: ergo nõ ęquiparatur deportato. Et in hac opin. est do. Io. de Are. & do. Cy. & sic fuit determinatũ Bononię in publica disputione per d. Fred de Scalis, vt refert Cy. C. de hære. insti. l. j. licet non ponat dictas rationes d. Fred. de Scalis. & in hac sententia sunt com-
3 muniter omnes Moder. ¶ †Tertio est vidẽdũ, vtrum exbannitus æquiparetur relegato. Glo. quæ est in d. §. relegati. dicit ꝙ quando exbãnito nõ adimuntur bona ęquiparatur relegato. Idẽ videtur sentire gl. ex qui. cau. in pos. e. l. ad cognitionẽ. in fi. vlti. gl. Contrarium credo verum, an exbannitus aliquis propter solã cõtumaciam, nulla de delicto præcedente cognitione secundum statuta & cõsuetudines Italię, sed per sententiam relatorum, licet posset ferri in absentem secundum iura: vt ff. de pœ. l. absentẽ. §. j. tamẽ debet de crimine cognosci, vt ff. de requi. re. l. j. patet ex d. l. absentem. Nam ibi dicitur, ꝙ sententia non fertur in absentem, nisi plene cognito de causa: vt C. de iudi. l. properandũ. §. sin autem reus. & C. quomodo & quando iudex. auth. qui semel. Pro hoc facit quod no. in authẽt. de incest. nup. in prin. mag. gl. col. 2. quæ incip. ex hoc verbo &c. vbi dicitur, quod pœna relegationis non infertur sine dolo. Et ex his patet, quod exbannitus nõ æquiparatur relegato. Præterea, relegatus est infamis, vt ff. de var. & extraord. co. l. cognitionum. §. minuuntur. saltem interim dum est relegatus. vt Cod. de his qui in exi. dat. l. prima libro decimo. sed exbannitus non est infamis, vt supra dictum est. ergo &c. Præterea, relegato non potest dari licentia reuertendi, nisi à principe, vt l. relegati. in fi. ff. de pœn. Sed exbãnitus restituitur à ciuitate,

ergo &c. Præterea, non reperitur quod relegatus possit impune occidi: sed exbannitus sic, ergo &c. Concludo ergo, quod exbannitus æquiparatur relegato.

4 ¶ †Quarto est videndum, nunquid æquiparatur excommunicato, quod videtur per ea, quæ dixi supra in nona ratione facta pro parte contraria, & per tex. 10. colum. hic finitur lex Corra. capitulo primo. Contrarium credo, scilicet quod non æquiparatur excommunicato in omnibus: ita quod de vno ad alium arguitur. Nam isti exbanniti statim lapso termino banni habentur pro cõfessis de maleficio, nec possunt in nocẽtiam suam purgare secundum statuta & consuetudines Italiæ. Sed excommunicatus, præstita satisdatione de parẽdo mãdato iudicis, absoluitur: vt extra. quod met. cau. capit. prim. de sen. excom. capitu. nuper. & c. sacro. in fin. Ex effectu ergo patet, quod nõ procedat æquiparatio. Præterea, per excommunicationem perdit quis perceptionem sacramentorum, & communionem fideliũ: vt extra. de excepti. capitulo secundo de sent. excom. ca. pe. Certum autem est, exbannitum prædicta non perdere, ergo &c. Præterea sententia excommunicationis à suo iudice lata, ligat apud omnes, vt dicto capit. pe. de sen. excom. Sed exbannimentum nõ facit, quem videri pro exbannito, nisi in illa ciuitate vnde exbannitur, ergo &c. Præterea, non reperitur quod excõmunicatus possit impune occidi, ergo &c. Non obstat capitul. primũ titu. hic finitur lex Corradi: quia fateor quod quantũ ad illud, æquiparatur propter contumaciam, in multis aliis posset reperiri concordantia & discordãtia. quod canonistis relinquo. Non est ergo simpliciter arguendum de vno ad alium. Quid ergo dicendum?

5 ¶ †Dico talem exbannitum, qui secundum formam statuti impune offenditur, quod vere, recte, & proprie posset dici transfuga ciuitatis suæ. Item potest dici hostis ciuitatis suæ. & hoc probo ex forma constituendi, sic: Illi dicuntur transfugæ, qui ab his (sub quorum imperio sunt) desistunt, & in numero hostium se transferunt: vt ff. de capitis dimi. l. amissione. secundo respon. Sed exbannitus ideo ponitur in banno, quia inobediẽs sit his, sub quorum imperio & iurisdictiõe est: & in numero aliorum exbannitorum ad hostes ciuitatis suæ se transfert, ergo potest dici trãsfuga suæ ciuitatis. Item hoc probatur ex effectu statuti. nam licitum est transfugam impune occidere: vt ff. ad l. Cor. de sica. l. tertia in fi. & eodem modo licet iuste exbannitum. ¶ Sed tu potes instare: hostes sunt, quibus populus Roman. bellum publicum indixit. & ipsi populo Romano: vt ff. de capitis dimi. l. hostes sed exbanniti non sunt huiusmodi: ergo non contulerunt se in numero hostium: & sic non possunt dici transfugæ. Respondeo: Hostes, inter quos habent locũ iura captiuitatis & postliminii, sunt hi, de quibus loquitur dicta l. hostes. Sed alio modo loquendo, quælibet ciuitas potest habere suos hostes, vt si ipsum bellum indixit, ff. de capit. l. si quis ingenuam §. fin. & no. in dicta l. hostes, in princi. glos. Sed talibus exbannitis ciuitas indixit bellum, permittẽdo eos impune occidi: & statuendo officiales, & alios ad eos capiendos, & puniendos. ergo sunt hostes ciuitatis. Item quãdo subditus se rebellat domino. potest dici hostis, vt Cod. de his qui ad eccle. confu. l. si seruus. in fi. Ergo exbannitus, qui rebellis est ciuitatis suæ, potest dici hostis. ¶ Concludo ergo, quod talis exbannitus proprie potest dici transfuga ciuitatis suæ. Item potest dici hostis. nam sicut illi etiam subditi, quos senatus hostes iudicat, hostes sunt populi Romani, vt in dicta l. amissione. §. sed hi. cum sua glos. ita illi subditi, quos commune iudicat hostes suos, sunt hostes ciuitatis: sed exbanniẽdo eos iudicat suos hostes. vt probaui, ergo &c. sic possunt dici transfugæ & hostes ciuitatis suæ.

6 ¶ †Restat videre, quæ perdat talis exbannitis propter tale exbannimentum. Ad quod respondeo: Vos debetis scire quod transfuga & hostis ciuitatis Romanæ perdit ciuitatem Romanam, & omnia iura ciuitatis Romanæ: retinet tantum iura gentium, vt dicta. l. amissione. & argumen. dicta l. quidam de pœnis. hoc verum, scilicet quod perdit iura ciuitatis Romanæ. in quantũ respicit suum commodum: (c) sed prout respicit incommodum ipsius, iura ciuitatis Romanæ eum ligãt apud nos, vt no. glos. secundam vnam so. ff. de cap. & postli. §. filius. & etiã probatur: quia promittendo nobis obligatur ciuiliter, vt not. per glos. ff. de cap. di. l. tutelas. §. fin. Et hoc etiam patet: quia l. ciuitatis Romanæ, quæ permittit eos occidi, ligat. ff. ad l. Cor. de sica. l. tertia. §. fi. & ita dico de tali exbannito. Nam cum ipse sit transfuga & hostis illius ciuitatis, vnde exbãnitus est, vt supra probatum est, dico quod per exbannimentum perdit illam (d) suam ciuitatem, & omnia iura ꝓpria ciuitatis illius vnde exbannitus est, prout faciunt pro se: sed prout faciunt contra se, illis iuribus remanet ligatus, quantum ad illam ciuitatem & eius homines, sicut primo. iura vero gentium, & iura communia ciuitatis Romanæ seu Romani imperii, non perdit. Nam non est transfuga totius imperii, sed illius ciuitatis tãtum. & sic idem iuris sit de parte quo ad partem, quod est de toto quo ad totum.

7 ¶ †Præterea, hoc esse verum probatur: quia si aliquis transfugit, vel est reprobatus ab vno collegio, iura propria illius collegii perdit, & remanet in dispositione iuris communis, vt ff. de excu. tu. l. sed & reprobari Cod. de episcop & cleri. l. generaliter. de quæstio. l. milites. de tab. l. secund. lib. 10 ff. de cura. l. fi. cum glos. Item cum iste exbannitus sit ex delicto remotus ab vniuersitate illius ciuitatis, perdit iura priuilegia ipsius. Pro hoc facit Cod. si curia. reli. ciui. rus habita. maluerit. l. prim. lib. 10. Ad istam opi. cõfirmandam induco in testem Iacob de Are docto. eximi. cuius opi. vt plurimum de mente iuris procedunt, qui hoc tenet expresse ff. ad Treb. l. ex facto. vbi inter cetera his vtitur verbis. quod in exbannitis nostri temporis dicunt quidam idem quod in deportato: argumen. ff. de bo. dam. l. prima. sed contrarium videtur, quia sententia deportationis etiam à præsidibus dari non potest. ff. de pœ. l. secunda de leg. tertio. §. deportatos. mul to minus à ciuitatum rectoribus. non ergo perdit quæ sunt ciuium Romanorum propter bannum, sicut relegatus, si sibi bona adimuntur, quod interdum fit, licet regulariter non dicatur fieri: vt ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. § primo. Cod. de postulan. l. nemo: & argumen. ff. de pœ. l. interpretatione. Ea autem quæ sunt propria ciuitatis, à qua est exbannitus, amisisse credo: quia quantum ad illam, peregrinus est, vt C. de here. in sti. l. j. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege. § si perpetuã. Iac. de Are. ista sunt verba ad literã, qui (vt apparet ex his) posuit suam credulitatem, ponendo, non argumen. inducẽdo: patet ergo ꝙ iura suæ ciuitatis perdit, sed iura gentium nõ & iura communia, vt dictum est, ergo &c. Barto.

8 ¶ †Ad solutionem igitur nostræ quæstionis descendo: & dico, quod occisor non incidit in pœnã statuti: nam cum statutum sit proprium ius ciuitatis, vt ff. de iusti. & iur. l. omnes populi. illud ius perdit exbãnitus per bannum, cum ad ipsius exbanniti commodũ pertineat: & ideo occisor non tenetur de pœna iuris. de pœna (e) vero conuentionali est magis dubium. nam vt proponitur, fuit per stipulationem promissa: quæ stipulatio est de iure ciuili publico Romanorum, inducta à Gallo Aquilio: vt ff. de acceptila. l. vno. §. primo de transact. l. cum Aquiliana de pac. l. si vnus. §. pactus. de acqu. re. do. l. eadem quę ciuiliter. not. in l. hoc iure gentium: in vltim. glo. de iusti. & iur. vnde videtur quòd talis bannitus sit capax talis obligationis. Dico tamen ꝙ pœnalis stipulatio non est commissa. hoc tamen non accidit ex eo, ꝙ talis exbannitus nõ sit capax talis obligationis. nã capax est omnis obligatiõis, quę descendit à iure communi, vt dictum est: sed procedit defectus ex parte eius qui promittit, & eius quod promitti

mittitur,mistim:quia ille qui promisit,non potuit pro
mittere.nam talis promittens erat ciuis.erat exbanni-
tus.& sic iura suæ ciuitatis tenebat.& istud quod talis
exbannitus posśit occidi,est inductum pro quiete cō-
f muni suæ ciuitatis propter vtilitatem publicam:(f) vt
Cod.quando li.se sine iudi.vin.in l.secund.& ibi text.
Cum ergo tale pactum sit contra publicam vtilitatem
illius ciuitatis,non valet principalis, nec pœnalis sti-
pulatio sibi adiecta:vt ff.de pac.l.iuris gentium.§.si pa
ciscar.& §.generaliter. & quod ibi not. Cod. de leg.l.
non dubium.de pac.l.pacta quæ contra. & ibi no. & ꝙ
dixi supra in prima ratione facta pro hac parte.Prætę
reà,vt dictum est iste. exbannitus est transfuga & ho-
9 stis suæ ciuitatis.¶ †Sed licitum est priuato venire cō
tra fidem datam hosti à se.sec⁹,si esset data à duce bel-
li:vt ff.de dolo.l.prima.§.non fuit. & ibi tex & gl. quæ
videntur decidere hanc quæstionem,& hoc dixi supra
in septima ratiōe facta pro hac parte.Pro hoc enim vi-
detur tex.in authent.de man.prin.§.neque autem. col.
tertia secundum lec.glo.dixi supra in tertia ratione fa
cta pro hac parte.Sed ex illo §.non facio magnum fun
damentum:quia consueuit aliter intelligi,quam glos.
sentiat.& dicat.vt no.per Cy.C. de his qui ad ecclesi.
confu.l.præsenti.in fi. quia etiam alios docto. vidi te-
nere.pro hac opinion.firmāda, vtor testimonio Iacob.
de Belui in auth.de man. princi.§.sed neque.in quarto
contrario in quadam distinctione,quā ibi ponit,qui in
ter cætera vtitur his verbis: ¶Si vero prosequitur iniu
riam publicam & vindictam reipublicæ, & pacem fe-
cit cum hoste,cum non liceret, eam seruare nō debet:
vt dicta.l.prima.§.non fuit.ff.de dolo.Iacob. de Belui.
Ista sunt verba sua,sed constat quod iste occisor prose
quitur vindictam & iniuriam publicam,vt proxime su
pra dixi p l.secūdā,in fi.C.quādo li. se sine iudi. vindi.
& tetigi supra in sexta ratione facta pro hac parte. &
istud credo de quæst.præsenti.¶Sed si aliquis promit-
teret alicui tali exbannito pecuniam ex causa donatio
nis,vel ex alia causa quæ non veniret contra publicam
vtilitatem,non esset alias improbata de iure commu-
ni,vel ex statuto:tunc tali exbannito competeret obli
gatio & actio:cum,vt dixi,sit capax omnis obligatiōis
iuris communis. ¶Credo tamen quod si ageret corā
iudice illius ciuitatis, vnde exbannitus est, quod sibi
denegaretur iurisdictio, cum sit extra protectionem il
lius ciuitatis:hoc posset probari pluribus rationibus,
quas omitto,quia per Italiam cōmuniter de hoc sunt
10 statuta. ¶ †Et si dices, quid prodest habere actionem
& non posse agere? Respondeo, prodest si rebannire-
tur.Item prodest:quia potest alteri vendere actionem
prædictam,vel credere ex causa non lucratiua,& dicto
cessionario non obstabit exceptio,vt not.Dy. de exce-
ptione excommunicationis. extra.de regulis iur.capi.
si quis in ius.libro sexto. Idem tenet ff.de nouati.l.do-
li exceptio.in fine suæ magnæ distinctionis,vbi expres-
se ponit de exceptione banni.Idem sequebatur ibi do
minus Ray.de Forliui.quod credo verum,& dic vt ibi.
licet quidam contra,& male.¶Ex prędictis verbis no-
tabilibus apparet solutio,nō solum præsentis quęstio-
nis.sed etiam multarum,de quibus cōsueuit sæpissime
11 dubitari.† Ecce:quæritur,vtrum exbannitus posset fa
cere testamentum.Cyn.in l.eius qui.§. finali.ff.de testa
men.dicit,quod si exbannito auferuntur bona,æquipa
rantur deportato, secundum gloss.§.relegati.Inst. Idē
Specula.in titu.de instrumento edit. §.cōpendiose.ver
siculo,quid de exbannitis.Alij contra, quia negant eū
æquiparari deportato. Tu distingue: Aut fecit testa-
mentum secundum ius commune, & potest. Aut fecit
testamentum secundum ius propriū suæ ciuitatis, pu-
ta quia erat statutum quod posśit fieri cum minori nu
mero testium:& tunc tale testamentum nō valet: quia
tale ius perdit,vt ex prædictis apparet ¶Item consue-
uit dubitari,vtrum exbannitus posśit heres institui.

Et quidam dicunt quod non:quia æquiparatur depor
tato.Alij indistincte,quod sic,vt not.per Cyn. Cod.de
hęred.institut. leg. prima in vltima quæstion. Tu di-
stingue: Aut instituitur in testamento, quod de iure
communi sortitur effectum:& potest. Aut de iure pro-
prio ciuitatis,vnde est exbannitus: & tunc non potest;
quia illius iuris non est capax,vt patet ex prędictis.
12 ¶ †Item posset dubitari,vtrum exbannitus posset suc-
cedere ab intestato. Et videtur dicendum, quod aut
loquimur de succesśione,quæ venit de iure communi,
& succedit, aut de succesśione ab intestato,quæ venit
ex forma statuti:vt si per statutum diceretur,quod mas
culus pręferatur mulieri proximiori in gradu:& tunc
non succedit,quia huius iuris est omnino incapax, vt
ex prædictis apparet. quod tene menti. Multæ alię in
finitæ quæst.potuerant solui ex prædictis, si diligenter
inspiciantur. Prædicta vera in omni exbannito, qui
secundum formam statuti potest impune occidi.Nam
ille est ꝓprie trāsfuga & hostis ciuitatis Nā ei ciuitas
13 videtur inducere bellum,vt supra dixi.¶ † Quid ergo
dices de exbannito,qui non potest impune occidi, sed
cum occidens vel offendens punitur minori pœna,se-
cundum diuersorum locorum statuta. Respondeo
quod talis exbannitus non est transfuga, nec hostis
ciuitatis.nam l.amisśione. §. qui deficiunt. ff.de capi-
tis dim requirit duo copulatiue, scilicet quod desi-
stant ab eis,sub quorum imperio sunt,& quod in nume
ro hostium se conferant. Iste autem exbannitus bene
facit primum: quia desistit ab imperio & obedientia
eorum,quibus subest:sed non facit secundum, quia nō
contulit se in numero hostium, quod patet,quia ciui-
tas non habet eum pro hoste, cū puniat offendentes
eū,licet minori pœna.æquiparatur ergo talis personis
vilib⁹,in quas illatæ,in iure minus puniūtur,vt Insti.de
iureiur.§.pœna atrox.& ff.de iniur.l.fi. Retinet ergo
iura communia, & iura ciuitatis suę. solum perdit id,
quod ei expresse cautum est in statuto quod perdat.
Et si aliud diceres,oporteret te dicere,omnem contu-
macem esse transfugam & hostem ciuitatis suę: quod
14 esset iniquisśimum. ¶ † Sed pone, in statuto nihil
continetur de exbannitis: quid erit de iure communi?
Dico quod de iure communi potest quis exbanniri.
Nam annotatio,quæ olim fiebat, erat quoddam ban-
num. dicebatur enim,si non venerit intra annum,om-
nia bona ponantur in banno fisci: vt ff. de requirenda
re.l.prima.& no. glos. quæ incip. in requisitis. ¶Item
non est dubium quod iudices possunt mulctare, con-
tumaces inobediētes.vt ff.si quis ius di. nō obtemper.
l.prima.in princip.sed istud exbannire est mulctare:vt
ff.de vent.inspi.l.prima.§.quid ergo.in glos. super ver-
bo.mulctis, quæ in quibusdam bannis extraordina-
riis &c.facit Cod. de episcop. & cleric. authent. item
nulla.& quod no.Cod.qui bo.ced.pos.l.prima.in vlti-
ma.glo.¶Sed quid perdit talis exbannitus de iure cō-
muni? Respondeo illud perdit, quod est expressum in
banno:puta,fuit bannitus,quod si non veniret intra ta
le tempus,soluat centum,vel perdat omnia bona in ca
sibus,in quibus loquitur ti.de requiren.re.l.fin. Item
si tale est crimen,quod damnato irrogat infamiam,in-
terim erit infamis de facto: vt C. de requi.re.fi. in fin.
Est enim differentia inter hunc, & exbannitos nostri
temporis,qui secundum formam statuti habentur pro
cōfessis, nec post banni lapsum audientur ad aliquam
defensionem. Secus in bannitis de iure communi,qui
non habentur pro cōfesśis,vt ff.de custo.reo. l. diuus.
§.sic.versi. & diuus Pius.quod dic, vt ibi per Dy.
15 ¶ †Item quid si iudex apponit in banno, quod elapso
termino posśit offendi impune, an valeat. Dico
quod non valet, nisi sit permissum per statutum. Nam
cum bannum sit quædam mulcta,vt dictum est, sem-
per debet esse pecuniaria, vt ff.de verborū. significat.l.
aliud.§. inter mulctam. & etiam mulcta, quę à maio-

ribus iudicibus infertur, non potest vltra certam summam ascendere: vt Cod. de modo mulctan. l. eos. Iste autem iudex imponit pro mulcta pœnam corporalé, ergo &c. ¶ Et ex prædictis patet, quod secundum formam iuris communis, exbanniti non sunt trásfugę & hostes, quia non possunt offendi impune: & sic retinét iura ciuitatis Romanæ, & ciuitatis suæ Hæc de bannitorum materia secundum eam intelligentiam dixisse sufficiant: quæ licet mihi vera videantur, ea tamé scribo, vt licet forte ita non sint, aliis ad inuestigádum altius materiam tribuant: & sic per plurium inuestigationé hæc vtilis & quotidiana materia per me minus bene forsitan intellecta, lucem veritatis assumat. Vnúquenque ad quem præsens disputatio peruenerit, hortor in Christo domino nostro, vt hanc decisionem facientibus pacem cum exbannitis non faciant manifestam, ne forte contra meum propositum his tribuatur materia occasionis. ¶ Ad argumen. & rationes in contrarium factas, respond. ad primam, & dico ꝙ talis pactio non est permissa à lege, immo improbata: quia cótra publicam vtilitatem, vt supra dictú est Non obstat l. transigere. quia etiam ipse transigens admittetur secundum opi. Iac. de Are. quam ibi ponit Cy. sed quia illa nó tenetur, ideo dic aliter: quia lex illa loquitur in eo præsente & obediente. secus in contumace & fugiéte, vt in nostra quæstione, quæ solutio probatur ex cóiunctione duarum legum, quæ sibi inuicem contradicere videntur. ff. de sol. l. reo. de requi. re. l. fi. Vel dic ꝙ etiam permittitur transigi ante sententiam: & ante crimen liquidatum, quod patet, quia dicit transigere vel pacisci de crimine, &c. sed post sentétiam, vel post crimine liquidatum esset transigere de pœna, non de crimine, quod non licet, argumen. eius quod no. Dyn. ext. de regu. iu. capitu. in obscuris. in fi. glo. libro 6. ¶ Ad secundum patet responsio ex prædictis. ¶ Ad tertium patet responsio ex prædictis. Vel dic quod leges ibi allegatæ, loquuntur in his, quibus vita reseruatur ex iudicantis voluntate, quia obediés: in quęstione nostra, secus, vt dixi. ¶ Ad quartum respondeo. quod exbánitus deliquit in duobus, scilicet quia fecit homicidium, de quo habetur pro confesso. Item quia fuit contumax, & sic delictum cumulatur delicto: vt ff. de poe. l. relegati. quod patet ex dictis magistraliter positis in dicta. l. ideo. ff. de euic. Item quod videatur condemnatus propter contumaciam, est verum, quantum ad præiudiciú aliorum: sed quantum ad præiudicium ipsius contumacis, habetur pro condemnato de necessitate, vt dictis legib. patet. Item quia remisit ibi qui principaliter erat offensus ex illo non facto: hic secus. Nam ex contumacia principaliter respublica erat offensa. Præterea ibi de delicto erat dubium: hic iam erat certú per sententiam. ¶ Ad quintum respon. quod videatur fecisse nomine publico, quod est licitum magis, quam suo nomine, quod est illicitum: argumen. ff pro socio. l. merito. Ad l. & magis, respondeo, quod loquitur ibi de aliquo liberando: secus, si de aliquo obligando: túc enim si potest, in dubio præsumitur nomine alieno, vt ff. quádo ex fac. tu. in l. post mortem. & ibi not. ¶ Ad sextum respondeo, quòd fides seruanda est hosti data á duce belli: secùs, si à priuato, vt dixi in solutione. Ad capitu. primum de pace. Respondeo quod ibi loquitur de pace valida & approbata: hic autem fuit inualida, vt dixi. Præterea, hoc videtur accidere ad defensionem Reipublicæ, quia licet: vt dixi in sexta ratione facta pro parte contrária. ¶ Ad septimum & octauum respon. quod loquuntur in facultate, quæ competit priuatis ad vtilitatem priuatorum: hic competit ad vtilitatem publicam cui non licet renunciari. ¶ Ad nonum patet responsio ex prædictis, quia non æquiparatur. Præterea, nec excommunicatis licet facere pactum, per quod pœna excommunicationis tollatur: putà quod liceret cum priuato conuersari, & participare cum eodé

¶ Ad decimum respondetur, quod possunt concurrere duo specialia, quorum vnum veniat ad consequentiá alterius: vt ff. de sol. l. sub conditióe. Insti. qui. mod. ius pa. po. sol. § si ab hostibus. Vel dicas ꝙ nullum est speciale: quia etiam de iure communi licet occidere, & fidem nó seruare transfugæ & hosti, vt sup. probatur: ergo &c.

¶ Disputata fuit supra dicta quæstio per me Bartol. de Saxo ferrato, minimum inter legum docto. actu Digestum nouum legété in nobili atque regia ciuitate Pisarum, sub anno Domini 1342. die 12. mensis Februarij.

ADDITIO.

a ¶ Saluatoris. Vide plene de ista quæstione per Bart. in l. ex facto. ff. ad Treb. cum concor. de quibus ibi per dic. Alexan. in 3. col. in fi. & seq. Tho Diplo.

b ¶ Capitis. Vide dominum meum Petr. Corne. in cons. 175. incip. præsens consultatio. in j. vo. Tho. Diplo.

c ¶ Commodum. Vide Bart. Soc. in cons. 58. inci. visis priuilegiis. in pe. colum. Thomas.

d ¶ Perdit illam. Et per ista deciditur quæst. an exbanniti nostri temporis, possint testari, de qua per Bart. in l. eius. §. fi. ff. de testa. & Imol. in l. si quis mihi bona. §. fi. ff. de acquiren. here. vbi limitat. & vide Ang. ibi Bar. & Imol. in l. seruo. §. fi. ff. de leg. j. in l. qui vltim. ff. de pen. Bal. in l. j. in 8. col. C. ne ex delic. defunc. Bal. post Barto. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. Bal in l. fi. C. si à non cópe. iu. & in l. prima. in tertia. col. C. si penden. appel. & in l prima C. de hered. instit. & authent. incestas. C. de incest. nupt. Pet. de Ancha. in Cle. prima. de poen. Ang. Areti. in §. fi. Instit. quibus non est permis. facere. testa. Tho.

e ¶ De pœna. Vide Franc. de Aret. in capit. intimauit. in 2. col. de test. Tho. Diplo.

f ¶ Publicam vtilitatem. Vide Iaso. plene in l. vbi pactú in 4. col. C. de transact. Thom. Diplo.

AN QVIS COGI POSSIT AD compromittédum, ex decreto ciuitatis, quo cautum est, vt in omnibus litibus vertentibus inter coniunctos in 3. gradu, cópromitti debeat in arbitros qui super causa summarie ex æquo & bono cognoscát, citra obiectionem nullitatis, aut reductionem ad arbitriú boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem aduersus possidentem datur, & ex persona alterius, ipsius possidentis forum non declinatur.*

2 *Quicunque aliquid ponit, siue agendo, siue excipiédo, debet illud probare: aliter à petitióe excluditur.*

3 *Ex eo actu, quem quis facit inuitus, facienti præiudicium non paratur.*

4 *Quando aliquis alterius iudicium in se suscepit: túc suscipiés tenetur actione vtili, qua ille tenebatur directa.*

5 *Qui alterius defensionem suscipit, vicem rei, quá defendit, suscipit, etiam quantum ad tribunal.*

6 *Conditio aduersarij, per defensionem in nullo debet fieri deterior.*

7 *Priuilegium si concedatur alicui ratióe suæ propriæ personæ, si succedit non priuilegiatus, eo priuilegio nó vtetur.*

8 *Verba statutorum generaliter vel indefinite prolata, restringuntur & limitantur secundum ius cómune.*

9 Verba

9 *Verba statuti non debent extendi vltra propriam significationem.*

10 *Statuta recipiunt interpretationem ratione absurditatis euitandæ.*

11 *Quando alicui venditori, vel defensori fuit denunciatum, vt causæ agendæ vel defendendæ adesset: tunc inter ipsum qui agit, & eum cui est facienda denunciatio, dicitur esse lis & quæstio.*

12 *Quando aliquibus in ipsorum fauorẽ in aliqua causa datur aliquod priuilegium, illud videtur esse concessum, siue suo, siue defensorio nomine conueniatur.*

13 *Ille dicitur propriam causam & rem suam agere vel defendere, ad quem eius rei pertinet commodum & incommodum.*

14 *Exceptio quæ competit venditori, competit etiã emptori, siue procedat ex beneficio concesso in rem, siue à beneficio personali.*

15 *Venditor sicut tenetur emptori re euicta, sic fideiussori tenetur reus principalis facta condemnatione.*

16 *Lis seu quæstio tribus modis dicitur fieri alicui per aliquem.*

17 *Licet ex persona actoris nõ possit opponi exceptio meræ declinatoria fori, quæ merita causæ principalis nõ tangit: tamen quando simul cum mutatiõe fori mutatur natura ipsius causæ, tunc dicta mutatio potest fieri ex persona actoris.*

18 *Priuilegium, quod quis habet debet porrigi ad eum, qui statim est habiturus regressum contra habentem priuilegium, ne per mediam personam contra suum priuilegium inquietetur.*

19 *Quibus modis dicatur lis verti inter aliquos.*

Quæstio 2.

a PISANAE (a) ciuitatis consilium decreuit, quod in omnibus litibus vel quæstionibus vertentibus inter coniunctos in tertio gradu, teneatur iudex ad petitioné vnius partis hoc petẽtis, cogere alteram partem de prædictis cõpromittere in eorũ arbitratores, & amicos cõmunes, qui possint de plano, de bono & æquo, omnibus dilationibus & causandi ordinibus prætermissis, cognoscere, & arbitrari, & diffinire: & quod per eos fuerit diffinitum, obseruetur, & nullum dici non possit, nec possit peti reduci ad arbitriũ boni viri. postquam accidit quod Titius vendidit, & tradidit fundum cuidam extraneo, à quo emptore germanus dicti Titij vendicabat dictum fundũ. Titius prædictus, ab emptore requisitus, defensioni se obtulit, & iudicium in se suscepit. nunc dictus Titius petit cogi germanũ suum ad cõpromittendũ secundum formam dicti consilij: quæritur, an cogi debeat, vel non.

PRO. Et quòd nõ cogi debeat ad cõpromittendũ,
1 probant rationes infra scriptæ. ¶ † Primò hoc probat natura actionis propositæ, quia in rem actio. Et cùm hæc sit actio in rem, aduersus possidentem datur, & ex persona actoris, ipsius possidentis forum non declinatur. Primum, quòd detur contra possidentem, probant iura vulgaria. C. de ali. iu. mu. causa fa. l. prima. vbi in rem ac. l. prim. in fi. ff. de rei vẽ. l. officium. cum si. Secũdum, scilicet quod ex persona actoris non mutetur forum, probatur ff. de iudi. l. venditor C. vbi in rem act. l. j. sed in casu nostro emptor conuenitur tanquam possessor: & ex sua persona non potest declinare iurisdictionem primi iudicis, & petere compromitti quia extraneus: ergo nec ex persona actoris videtur posse forum mutari de iudice in arbitratores, & sic nõ debet cogi ad cõpromittendum. Si ergo aspicias in dictis duabus legibus vltimo allegatis, videtur casus nostræ quæstiõis. ¶ Secundò hoc probat in proposita actiõe causæ proximæ non facta expressio: antequam istud argumẽ. fundem, præmitto quod ratio potissima, quare ille defensor dicit debere cõpromitti, est quasi causę natura sua sit, cum ad eum pertineat commodum & incõmodũ, cum de euicti õe teneatur, vt infra dicam arguẽdo pro
2 alia parte. hoc pmisso, sic arguo: ¶ † Quicũquę aliquid ponit, siue agendo, siue excipiendo, debet illud probare: aliàs ab eo quod petebat, excluditur. vt C. de proba. l. prim. ff. eodem. l. qui dicit. & l. ab ea parte. & l. in exceptis. in princi. ff. de excep. l. prim. cum si. sed iste Titius qui petit cogi ad compromittendum, ideo petit, quasi inter eos vertatur causa seu lis, cũ ad ipsum pertineat commodum, vt prędixi. hoc autem ex themate nostro non probatur, vt ostendam: ergo &c. & quod non probatur, ostendo. Certum est quòd si res euinceretur ex causa, quę causaretur à facto ipsius emptoris, quod vẽditor de euictione non tenetur, vt ff. de euictio. l. si rẽ quam. & l. si mancipium. in prin. & l. si seruum eius. & l. fin. Item certum est, quod rei ven. licitum est proponere, non exprimendo causam proximam, quare dicat ad eum dominium pertinere, vt ff. de exce. rei iudi. l. an eadem. §. actiones & l. si mater. §. primo. no ff. de eden. l. prima in princi. sed sic fuit in quęstio. nostra: quia vendicauit causa non expressa, & sic non apparet, vtrũ dicat dominium suum ex causa, quę causatur à facto emptorio, vel non: & sic, an ad venditorem spectet periculum, vel non: ergo eius intentio non est probata: & sic
3 ab eo quod petit, excluditur. ¶ † Tertio hoc probat ius defensionis in vita facta receptio. hoc sic ostendo: Ex eo actu quem quis facit inuitus, facienti pręiudicium non paratur, vt ff. de his qui. vt indi. l. post legatum. §. aduocatus. eodem titu. l. tutorem. C. de admi. tut. l. cũ quidam. ff. de condi. fur. l. & ideo. secund. respon. fami. erc. l. si pignori. circa fin. facit ff. de lega. secundo. l. peto. §. prędium. sed iste actor recipit hũc Titium fratrẽ suum in defensorem illius causæ inuitus & coactus: nam iure cogitur eum recipere, vt ff. de petit. hæred. l. sed & si lege. §. item si rem. de noxa. l. de illo in fi. fa. ercis. l. plene. cum ibi not. saltem si est æquè legalis, sicut principalis, vt not. per Dy. infra de solu. solum facit quod no. per gl. de neg. gest. l. liberto. in fi. sic ergo ipsi præiudicare non debet: præiudicaret autem, si ageretur cõpromittere. tamen si litigasset cum possessore, non cõpromitteret, sed apud iudicem ordinarium litigaret.
4 ¶ † Quartò hoc probatur per susceptionem iudicij actionis facta mutatio. hoc fit, quando aliquis alterius iudicium in se suscipit: tunc suscipiens tenetur actione vtili, qua ille tenebatur directa, vt ff. de noua. l. delegare. & ibi not. de sol. l. solum & ibi not. per Dyn. Item certum est, quod actiones non dicuntur esse ex verbis, sed ex mente vel interpretatione, vt C. de negoc. gest. l. curatores. & de leg. l. legatorum. ff. si quad pau. fe. dic. l. pe. & de negoc. gest. l. actio. & ibi no. per Dy. in lec. super arbore actionum, licet Cy. aliter dicat. C. de act. & obli. l. prima. l & quod actio vtilis dicatur ex interpretatione, habet gl. not. ff. de verborum obligationibus. l. quæcunque. § fi. ¶ Ex his sic arguo: Verba statuti debenti intelligi secundum propriam significationẽ verborum, non secũdum interpretatiuam seu mentalem, vt ff. de verbo. obliga. l. quicquid. de exerci. l. prima. §. si is qui nauem. ad munici. l. constitutione. de mili. test. l. quod constitutum. sol. mat. l. si vero. §. de viro. qui & à quibus. l. prospexit. cum simil. Sed iste, qui suscipit iudicium, proprie teneri non dicitur, nec propriè cum eo esset iudi. sed interpretatiuè. Nam litis nomẽ ad actionem refertur: vt ff. de ver. sig. l. litis nomen. ergo nõ cõtinetur verbis statuti, quod debeat compromitti.
5 ¶ † Quintò probatur per hunc venditorem extraneũ suscepta defensio, sic: Qui alterius defensionem suscipit, vicem rei quam defendit, suscipit. etiam quantum ad tribunal, quia in eo tribunali debet defendere. vt ff. de procur. l. sed hæc. §. non solum. & §. defendere. &

eodem modo procedetur, vt l. qui bona. §. fin. de dam. inf. &c. eodem modo condemnatur, vt l. minor. §. prim. de procu pro so. l. verum §. videndum. so. ma. l. alia. in prin de re iudi. l. si cũ procu. ergo in casu proposito cau sa non debet compromitti: quia non ageretur corã eodem tribunali, nec procederetur eodem modo. Nam coram arbitris proceditur de plano, vt patet ex forma consilij supra dicti, nec fieret eodem modo condemnatio. Nam sermo iudicis ordinarij subiacet retractationi per remedium appellationis: sed hæc quæ datur ab arbitris, nullo modo potest retractari, vt patet ex verbis consilij supra dicti. ¶ †Sextò probatur: Per de-
6 fensionem deterioris actoris non est facienda cõditio. hoc sic: Lex dicit, quod per defensionem in nullo fieri deterior debeat conditio aduersarij. Nota verbum, in nullo, quod est signum vniuersale: vt l. tertia §. defendit. ff. ex quibus caus. in pos. eadem facit d. l. sed hæ. §. defendere. & l. minor. § primo supra alle. Sed cum oratio sumitur ex vniuerso, inde nõ debet esse aliquid falsum: vt l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. Cod. de præscrip. 30. vel 40. anno l. omne. & ff. de ope. nou. nun. l. prim. §. item nũciatio. & quod ibi not per Iac. de Are. sed si nos diceremus quod ex persona defensoris iste cogeretur ad compromittẽdum, ergo regula d. §. esset in aliquo falsificata: quia in aliquo eius cõditio fieret deterior, quod esse non debet: & sic non cogeretur ad cõ-
7 promittendum. ¶ †Septimò hoc probat successoris sui priuilegij vsus, non facta concessio. & hoc sic: Quãdocunque alicui ratione suæ propriæ personę priuilegiũ conceditur, sic succedit non priuilegiatus, eo priuilegio non vtetur. Hoc probatur ff. ex quibus. caus. in pos. eadem. l. apud Iulianum. § primo. de mino. l. prim. C. si aduer. ven. pig. l. secunda cum simi. not. in d. l. apud Iulianũ. §. sed cum huic fratri extraneo successit in hoc iudicium, detur hoc priuilegium, ratione suæ personę ei non prodest: quia frater isto priuilegio nõ vtetur. & pro hoc videtur casus ff. de iudi. l. heres absens in prin.
8 ibi, nullóque proprio priuilegio. ¶ †Octauò hoc ꝓbat statutum secundum ius commune facienda est restrictio: & hoc sic, Verba statutorum generaliter vel indefinitè prolata, restringuũtur & limitantur, secundũ ius commune, vt C. de noxa. l. secunda. ff. de mu & homo. l. vt gradatim. §. sed si lege. facit. C. de sacrosan. eccle. l. prima. & quod ibi no. extra. de regu. iur. capitul. generali. & quod ibi no. per Dy. Sed de iur. cõmuni hoc est, quando in casu vertente inter aliquos aliquid statuitur, intelligitur si suo nomine agat vel conuenıatur. hoc probatur ff. de in ius voc. l. quæsitum. probatur optime ff. de iudi. l. lis nulla cum glo. ibi: nisi hoc faciat alieno nomine &c. Facit ff. de his qui no. infa. l. furtis. §. qui alieno. eodem. ti. l. seruum. Hinc est quod iste cõuenitur alieno nomine, i. pro possessione apud alium constituta, quem Spec. dicit teneri cauere de iudicato soluendo, tanquam alieno nomine conuentus, vt not. Spe. de satis. §. expedito. ver. sed nunquid venditor. Cũ ergo consilium nostrum dicat, quod de causis vertentibus inter cõiunctos compromittatur, intelligo si vertuntur eorum proprio nomine. sed hic vertitur nomi-
9 ne alieno, ergo non debet compromitti. ¶ †Nonò probatur: In statutis vltra proprium significationẽ nõ est facienda extensio. hoc sic: verba statuti non debent extendi vltra proprium significationem, vt l. non aliter. de le. tertio l. si vero. §. solu. matri. de exercit. l. prima. §. si is qui nauẽ, cũ simili. not. supra in quarta ratiõe. deviro. Sed verba cõsilij dicunt de quæstio. vertentibus inter cõiunctos, sed illud dicitur fieri inter aliquos propriè quod agentes pro se & suo nomine faciunt, non pro alio. Hoc probat l. inter stipulantem. in princip. ff. de verborum obligationibus. Pro hoc optimè facit glo. de iuramẽt. calum l secund. §. quod obseruari. quę dicit, quod ad hoc vt sciamus inter quos lis, debet inspici in cuius personam, seu cõtra quem est formatus libellus, vt C. de iura. calum. l. secund. §. quod obseruari. in secund. gl. tangitur etiam per gl. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege. §. fina. in vltim. glo. videtur tex. de his qui no. inf. l. seruus. sic etiam videmus in rebus corporalib⁹: illud dicitur esse inter aliquas res, quod eas mediat absq; alio medio, vt ff. de ser. rusti. prædio. l. fin. & l. cui bona. §. cum inter de dam. infect. Sed in casu nostro dicta lex, seu quæstio, non potest dici inter dictos fratres aliquo modo: Primo, quia pro alio interuenit in iudicio. Itẽ nõ in persona sui, sed in ꝑsona extranei est conceptus libellus. Item nõ pertinet ad eum immediate sed per medium extraneum: ergo verba consilij non in eum cadunt, & sic non debet compromitti.
10 ¶ †Decimò probatur ex verbis statuti, absurditatis sit cta exclusio. hoc sic: Semper à verbis legis seu statuti, absurdum intelligitur esse exclusum, & ratione absurditatis euitandę, statuta recipiunt interpretationem: vt l. quæsitum. ff. de test. de offic. asses. l. liberti. de excu. tu. l. scire oportet. §. aliud. ver. & si maxime. de re. iu. l. aliud. §. absurdum C. de epis. & cle. l. repetita. de test. l. consulta diualia. Sed si hoc esset quod ex persona defensoris fieret compromissum, iam sequeretur, quod in potestate fratris vel alterius coniucti esset semper ire, & suscipere iudicium in se, vt l. solutionẽ. ff. de sol. & l. soluendo. de neg. gest. & facere omnem quæstionẽ compromitti: quod est absurdum, & sic non concedẽdum: & sic hoc casu non debet cõpromitti. vel ad compromittendum cogi.

ADDITIO.

8 ¶ Pisanæ Alias incip. cõcilium ciuitatis Pisanæ. ita est quinto volu. consil. char. 96. & vide Bar. in consil. 30. incip. consil. Pisanæ ciuitatis. & in secund. volum. & ita pro cons Bar. alle. Alexan. in l semel mora. in fin ff. sol. matri. & ibi vide omnino. Et adde quod de ista disputatione Bar. facit mentionem idem Bart. in l. vendita. ff. de iud. & vide Andre. Sicu. in capi. quoniam. §. in alijs. in 29. col. vt li. non conte & Ange. de Are. in §. actionũ. in 10. col. insti. de act. in ver. quæro, denũciaui. & Alex. de Imo. in consili. 65. in 7. volum. incipi. in causa & lite. in secund. colum. Tho.

EXADVERSO, quod cogi debeat ad compromittendum, probatur iuribus infra scriptis: Primò,
11 † probat huic defensori facta denũciatio. hoc sic: Nos ponimus in themate nostro, quod huic venditori, eidémque defensori fuit denuntiatum, vt causæ agẽdæ vel defendendæ adesset, vel si non fuisset factum, de iure fieri debuisset: vt ff de euic. l. si rem quam. §. fin. & l. fundo §. si cui posset. C. eo. l. emptor. cum si. Item inter ipsum qui agit, & eum cui est facienda dicta denunciatio, dicitur esse lis & quæstio hoc ostendo, quando lis seu quæstio debet esse inter pupillum & tutorem: tũc datur curator ad litem vt insti. de auth. tuto. §. si. ff. de tut l. qui habet §. pupillus C. de in litem dan. tu. per totum. Pone ergo quod tutor vult agere contra quendã, qui est denunciatus pupillo. Certe lex dicit, quod est dandus curator in litem. C. de in lit dan. tut. l. an tibi. per quod bene apparet, quod dicta quæstio dicitur esse inter tutorem & pupillum. Ad propositum igitur, cum dictus frater defensor fuerit denunciatus, & denũciari debuerit, & propter hoc quod defensionẽ suscepit, lis dicatur esse inter hunc denunciatum, eundémque defensorem, & fratrem eius agentem, & sic cogi debet ad cõpromittẽdum. per dic. l. an tibi vbi videtur casus.
12 ¶ †Secundo probatur priuilegij fauore coniunctorum facta concessio hoc sic: Quando aliquibus in ipsorum fauorem in aliqua causa datur aliquod priuilegium, illud videtur esse concessum, siue suo, siue defensorio nomine conueniatur. hoc probatur, siue loquatur de pri. quod datur circa causæ ordinationẽ, vt l. sed si hac leg. §. j. ff. de in iùs vo. siue loquatur de priuilegio circa substan-

substantiam actionis:vt l.licet.§.fina.ff.de obse. par.&
pa.præstan. quæ leges bene tangunt quæstionem no-
stram.Cum ergo in casu proposito istud beneficiũ de
compromisso.sit concessum cõiunctis,in eorum fauo-
rem intelligatur,siue suo siue defensorio nomine con-
ueniatur per dicta iura,saltem in casu isto, vbi defen-
sionem necessario suscepit: & sic cogat ad compromit
13 tendum. ¶ †Tertio probat huius causæ commodi &
incommodi præuentio.hoc sic: Ille dicitur propriam
causam & rem suam agere vel defendere, ad quẽ eius
rei pertinet commodum & incommodum, vt Cod.de
procu.l.si qui stipendia ff.eodem.l.procurator.quando
app.sit.l.prima.§.in propria. facit quod no.ff. de testib.l.
nullus.C.eodem.l.omnibus.sed ad hũc fratrem defen-
sorem pertinet commodum & incommodum:quod pa
tet,quia tenetur de euictione,etiam si non promiserit,
vt ff.de euic.l.secunda.C.eodem.l.non dubitatur.cum
simi.Si ergo dicimus ipsum fratrẽ suam propriã rem &
causam agere,sic & inter cõiunctos verti litem, & per
consequens alium fratrem cogi ad compromittendũ.
¶Quartò probat de venditore, ac si possideret, & sic
omnibus suis propriis exceptionibus vti.Casus est ff.
de pet.hære.l.sed si lege.§.item si rem. in fi.§. Pro hoc
etiam videtur text.ff.rem ra.ha.l. procurator ad exhi-
bendum §.si procurator.Ad propositũ ergo si iste fra-
ter defensor esset possessor,& conueniretur,& peteret
compromitti,non est dubium quod non audiretur:er-
go in casu proposito,& sic alter frater cogatur ad com
14 promittendum.¶ †Quintò hoc probat:Ad singularem
successorem extendẽda est exceptio. hoc sic:Exceptio,
quæ competit venditori,competit etiam emptori, siue
procedat ex beneficio concesso in rem,vt ff.de iureiur.
l.ait prætor.§.fi.cum l.seq.secundo responso & ff.qua-
rum re.ac.no datur.l.prima.§.si petitor.pro soc.l.idem
quæ.ff communi diuidun.l.in hoc iudicio §.fi.no.ple-
nè per Dy.de reg.iur.capitul.si quis in ius voc.lib.6,de
dam.infe.l.fluminum §.adiicitur siue procedat in be-
neficio personali,vt l.si tibi.§.pacta cõuenta ff.de pac.
vbi exceptio procedens ex pacto personali facta ven-
ditori,competit emptori,saltem viuo venditore. Sic
ergo in casu proposito, siue dicas hoc ius petendi, ꝙ
compromittatur esse personale,siue reale, cõpetit em-
ptori,maxime venditore viuo,& sic iste defensor vte-
tur ista exceptione tanquam competente ipsi defenso-
ri:merito ergo cogetur alter frater ad compromitten-
15 dum.¶ †Sextò probat venditoris rei principalis ęqui-
paratio.hoc sic:Ego ęquiparo reum principalem, quo
ad defensionem fideiussoris:& venditorem, quo ad de
fensionem emptoris. Nam sicut venditor tenetur em-
ptori re euicta,hoc est,condemnatione secuta, vt ff.de
euic.l.euicta.in prin.&.§.primo.de rei vend.l. vtique.
de negoc.gestis.l.at qui natura.§. cum me.sic fideiusso
ri tenetur reus principalis. facta condemnatiõe de fi-
deiussore,vt ff.manda.l.Lucius Cod. eodem si pro eo.
ff.de fideiussor.l.fideiussor pro venditore.Item sic in-
iuria facta emptori non nocet venditori,vt l.si impru-
dentiam ff.de euic.& iniuria facta fideiussori,non no-
cet reo principali,vt ff.de fideiuss.l.exceptione. Sic est
videre in exceptionibus, quæ sic transeunt de persona
rei principalis ad fideiussorem:vt ff.de exceptio.l. exce
ptio.§ rei.& l.omnes de fideiusso.l.ex persona. C. de
non numera.pecunia.l.tam mandatori.& ibi per Cy.
pluribus aliis exemplis esset inuenire. Sed in reo prin-
cipali hoc inuenio,quod ipse defensionem fideiussoris
suscipiat,siue suo nomine animo nouãdi,siue procura-
torio nomine:semper exceptiones, quæ sibi reo com-
petunt,licet tales sunt quæ ad fideiussorem non porri-
gantur,ipse reus ex sua persona poterit oppõere. Tex.
est no ff.mand.l.idem que.§.generaliter. not. in l.si fide
iusso.§.quædam. eodem titul. Sic ergo dicam in casu
proposito. Nam si venditor susceperit defensionem
emptoris animo nouandi, siue simpliciter procurato-
rio nomine petierit exceptionem, siue priuilegium,
seu beneficium ex forma consilij postulare ex sua per-
sona:& sic ille debebit cogi ad compromittendum.Pro
hoc videtur text. cum gloss. Cod. de euictionibus, l.si
parentes.vbi glos.parua sentit, quòd venditor ex per-
sona sua posset implorare beneficiũ personale,& cau-
sa agitata cum emptore, dum ibi dicit glos. nisi essent
16 minores.¶ †Septimò probat per resistentiam vertentis
quæstio.hoc sic:Ego dixi supra in proxima ratione, &
in quarta facta pro hac parte, quia iste defensor po-
test opponere exceptionem suo nomine, ex sua perso-
na,per iura ibi allega.Nunc arguo:Lis seu quæstio di-
citur fieri per aliquem siue agendo,siue excipiendo,si-
ue defendendo,vt ff. de procuratori.l. non solum.§. si
status.ff.rem ra.habe.l.quo enim.§.fina.& l.amplius.§.
fina.eodem titul.Sed si iste defensor opponeret aliquã
exceptionem ex sua persona,quod potest,vt supra dixi,
ipse suo proprio nomine absque dubio diceretur litẽ
inferre excipiendo:& tunc propriè dicitur litem infer
re.no.Cod.de iur.& facti ignoran.l.prima in prima gl.
& sic tanquam si lis inter eos verteretur, debent cogi
ad cõpromittendum. Et aduertatis quod ista ratio nõ
concludit,nisi quãdo iste defensor opposuisset suo no-
mine aliquas exceptiones antequam peteret compro-
mitti.Exceptiões autem quas posset opponere suo no-
mine,constat esse de illis quæ ad emptorem defensum
non transeũt.Sed quia istæ exceptiones raro accidunt
in iudicio, videamus,nunquid exceptiones quæ ex p-
sona venditoris transeunt in emptorem,sunt regulari
ter omnes quæ non cohærent personę exempla patent
in legibus allegatis supra in quinta ratiõe ꝓ hac par-
te. ¶Sed an venditor defendens posset defendere ex
persona sua,non insisto. gl. videtur tenere quod sic, in
dicto §.generaliter.in glo. super verbo,potuit. ibi, dũ
dicit,subaudi maxime.quod tene mẽti. Videbitis ergo
quod ista esset practica indubitabilis, ꝙ primo exce-
ptiões quas posset suo nomine opponere,tunc peteret
compromitti, quasi nũc lis inter eos proprio nomine
17 vertatur. ¶ †Octauò probat iudicis & naturæ causæ
iuncta mutatio.hoc sic:Licet ex persona actoris nõ pos
sit opponi exceptio mere declinatoria fori,quæ meri-
ta causæ principalis non tangit,vt dixi supra in prima
ratione facta pro contraria parte: tamen ego reperio,
quod quando simul cum mutatione fori,mutatur natu
ra ipsius causæ,quod dicta mutatio potest fieri ex per-
sona actoris. videtur casus Cod. de iure fisci. l. prima.
libro 10.quem sic induco. Certum est quod fiscus ha-
bet priuilegium sui iudicis:quia causæ fiscales agitan-
tur coram procuratore Cæsaris:vt Cod. vbi causę fisc.
per totum.Item vos scitis quòd in istis causis fiscus ha
bet priuilegium saltem hoc quod alius reddit ei, sed
ipse non cõtra se:vt ff.de edẽ.l. tertia. & de iure fisci.l.
in fraudem.§.neque & §.sequen. Modo pone quod fi-
scus vendidit fundum cuidam: extraneus vẽdicat hũc
fundum à priuato emptore:nunquid agitabitur causa
coram præside,qui est iudex inter priuatos, vel coram
procuratore Cæsaris,qui est iudex inter fiscum & pri-
uatum? Et certe coram procuratore Cæsaris: vt dicta.
l.tertia secundum vnum intellectum,quem glo.ibi vi-
detur tenere in glo.magna,ibi: sin autem emptorẽ &c.
Fit ergo mutatio, cum mutatur simul iudicium & na-
tura causę.sic in proposito istud compromittere in ar-
bitros,(videtur mutare forum, licet posset dici ꝙ non
mutetur, vt infra dicam in solutione contrariorum.
Item mutatur natura causę.cum iudex ordinarius co-
gnoscat secundum rigorem iuris, arbitratores autem
cognoscerent de plano,bono & æquo,faciendo edi in
strumenta hincinde,prout eis videbatur,nec eorũ sen
tentia subiacet retractationi: ergo ex persona acto-
ris debet fieri ista mutatio.Sic ergo cogetur ad com-
promittendum.Nec dicat aliquis,quod ibi est specia-
le in fisco:quia licet quantum ad iudicem & naturam

cauſæ,fiſcus habeat aliquid ſpeciale: tamen in hoc q̃
emptor ex perſona iudicij fiſci mutet iudiciũ. hoc nõ
eſt ſpeciale.ſed ius commune,vt innuit dicta.gl ſpecia
litates fiſci,& hanc non ponit. eſt ergo ius commune
vbicunque eſt eadem ratio, ſcilicet quod cum iudicio
18 mutatur natura cauſæ. ¶ †Nonò probat ſuadens iu-
rium ratio.hoc ſic:Ratio iuriũ hoc ſuadet,vt illud pri-
uilegium quod quis habet porrigatur ad eum,qui ſta-
tim eſt habiturus regreſſum contra habentem priuile
gium , ne per mediam perſonam contra ſuum priuile-
gium inquietetur:vt C.de vſu.rei iudi.l.tertia in fi.ff.ſi
fa.fur.fe.di.l.quoties.§.plane.de negoc. geſt.l. ex duo-
bus.de li.leg l.tertia.§.nunc de effectu. Sic ergo in pro
poſito priuilegium fratris porrigitur ad emptorem,
ita quod frater emptorem defendens,poſſet dicto pri-
uilegio vti.& ſic alter cogatur ad compromittẽdum.
¶Decimò probat verborum propria ſignificatio. hoc
ſic:Verba noſtri conſilij dicunt de litibus & quæſtioni
19 bus vertentibus inter coniunctos, &c. † Modo videa-
mus,quibus modis dicatur lis verti inter aliquos.Cer-
te vno modo dicitur reſpectu inſtantiæ , & iſto reſpe-
ctu ſolum inter perſonas quæ ſunt in iudicio , dicere-
mus eſſe litem.Videmus enim quod procurator qui li
tem conteſtatur,dicitur eſſe dominus litis inſtãtiæ : vt
C.de procurato.l.nulla.vbi glo.exponit litis,i.inſtãtię.
eodem titu.l.à procuratoribus.& l.neque.ff. de excep.
doli.l.ſi procurator.& ibi gloſ facit ſimilem expoſitio
nem:& ideo dicitur dominus litis. quod ſi velit trans-
ferre iudicium in ipſum dominũ , oportet quod illud
ius inſtantiæ cedat eidem:vt ff.de procura.l. in cauſæ.
§.ſi ex parte.in glo.ſuper verbo,transferri.licet ali⁹ mo
dus transferendi notetur in l. parua.quæ incipit,muta
ri.& præcedit l.quæ omnia.¶Alio modo dicitur reſpe
ctu commodi & incommodi, ſeu reſpectu actionis: &
iſto reſpectu in his,quorum cauſa agitur, licet ipſi nõ
ſint in iudicio. dicuntur eſſe domini litis , & lis inter
eos verti.vt C.de defen.ciui.l.prim.& appellatio.l.ci-
ues.ff.de procurator.l.Paulus reſpondit.& hoc no.di-
cit glo.ff.de appellatio.l.ab executore.§.fin.¶Sed cer-
tum eſt , quod duo proprie & recte non poſſunt ſimul
eſſe domini.iura ſunt vulgaria.oportet videre quis eo
rum ſit litis dominus directo & ꝓprie, & quis impro-
prie. Et certe dico,quod propriè dicitur ille dominus,
ad quem ſpectat commodum & incommodum, & eũ
pro quo lis fit,& inter eos proprie dicitur verti lis. Ad
hoc induco primo vnam gloſſellam, quæ videtur face
re hanc exceptionem inter eos,i.pro eis. ff. finium re-
gun.l quarta. §. non ſolum. ¶Si ergo exponamus in
quæſtionibus vertentibus inter coniunctos hoc, &c.
ideſt pro coniunctis ad eorum commodum vel incom
modum.Si ergo dicemus , quod leges vbique appellãt
principales perſonas eos , ad quos cõmodum ſpectat,
vt Cod.de iu.calum.l.ſecunda. §. primo. & authentic.
principalis.ſumpta ex corpore, vt litig.iurent.§.prim.
col.octaua quam alij qui ſunt in iudicio.Sed ſi ad eos
ſpectat cõmodum,dicitur proprie verti lis,vt dixi:mul
to magis ergo in iſto defenſore, qui in iudicio inter-
uenit,& litem eſt conteſtatus, & ad eum ſpectat com-
modum & incommodum,dicemus propriiſsimè & ve
re eſſe dominum litis , & inter eum & fratrẽ eius ver-
ti litem:& ſic verba ſtatuti ſecundum propriam ſigni-
ficationem debent intelligi, vt ſupra probaui.in eo ca
dunt.ergo cogi debet aliter ad compromittendum.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis ſuſcipit in ſe iudicium animo nouã-
di, tunc talis dicitur dominus litis , & non procu-
rator.*
2 *Sententia arbitrorum dicitur potius tranſactio , quã
ſententia.*
3 *In dubio non præſumitur fieri vendicatio ex cauſa,
qua cauſatur ex facto ipſius emptoris,ſed ex cauſa
præcedenti,ex qua venditor de euictione tenebitur.*
4 *Verbum,rite,donat proprietatem , & iuris ſolenni-
tatem .*
5 *Perſonale pactum quot modis dicatur.*

SOLVTIO. Inuocato nomine Domini noſtri Ie-
ſu Chriſti,totiuſque Trinitatis, ſaluo ſemper conſilio
vniuſcuiuſque doctoris,vel ſcholaris melius ſentien-
tis,vt accedat quod legitur ff.qui po.in pig.ha.l. Clau
dius.in fin.Saluo etiam conſilio domini & docto. mei
domini Ray.de For. Dico dictum fratrem cogi debe-
re ad compromittẽdum, & hoc potiſsime per aliquas
rationes factas infra proxime pro hac parte,ſcilicet in
1 4.6.8.& 10.& hoc oſtendo. † Aut enim dicimus iſtum
ſuſcepiſſe in ſe iudicium animo nouandi , & tunc non
eſt dubium:quia ipſe dicitur dominus,& non procura
tor,cum primum ſit liberatus ipſo iure. Et hoc notabi
liter dicit glo.de procurato.l.non ſolum,in prima ma
gna glo.ante fi.& ideo,cum lis ſit inter eos,debeat cõ-
promitti. Aduerte tamen quod iſtud nouare,non po-
teſt fieri inuito actore:vt l.ſi mandato meo.§ primo.ff.
manda.& hoc tenet gloſ. in dicta.l.non ſolum.circa fi.
primæ glo.alias per nouationem fieret deterior con-
ditio actoris eo inuito. contra l.aliam.ff.de noua.licet
alia gl.videatur dicere contrarium.ff.de negocis geſt.
l.libero.§.fi.ſed male,& etiam damnat Iac.But.&Cyn.
C.vbi in rem.act.prim.& hoc tenet do. Ray.in l.ſolu-
tionem.ff.de ſolu.ſed tãquam procurator in rem ſuam
non nominando primam,bene poteſt inuito actore,vt
l.ſolutionem.de ſo.& l.ſoluendo.de nego.geſt.& ita lo
quuntur iura alleg.in tertia ratiõe facta pro parte ne-
gatiua.Aut dicimus,quod iſte ſucepit in ſe iudicium,
vt procurator:& tunc eſt certũ, quod iſte venditor ſu-
ſcipiens iudicium, eſt procurator in rem ſuam. Nam
licet actio in rem , proponatur cauſa non expreſſa: in
dubio non videtur res vendicari ex cauſa quæ proue-
niat ex facto,vel ex culpa emptoris:ſed ex alia cauſa,ex
qua venditor de euictione teneatur. Tex.eſt no.& be-
ne facit quod no.ff.de fideicommiſ.l.exceptio.in gl.fi.
& ex neceſsitate mota lite, tenetur emptorem defen-
dere,vt ff.de euict.l.ſi plus vel minus. §.mora. Sed ille
qui ex neceſſitate efficitur procurator in rem ſuam nõ
dicitur alieno nomine eſſe in iudicio.De hoc, tex. eſt
clarus.ff.de procurator.l.ſeruum quoque.§.fi.in fin.cõ
iuncto.§.ait prætor.eadem.l.Si ſic, ergo proprio nomi
ne eſt quæſtio inter dict.fratres:merito debet cogi ad
compromittendum. ¶ Item dico , quod iſtud benefi-
cium compromiſsi non poſſet implorare emptor ex-
traneus ex perſona fratris vendentis.non enim tranſit
ad ſingularem ſucceſſorem , nec ad vniuerſalem : quia
eſt perſonale beneficium,ſcilicet ratione fraternitatis,
& coniunctionis. Hoc probat tex. expreſse ff. pro ſo.l.
verum.in prin.ff.ſoluto matrimonio.l.quia perſonale.
& quod ibi no.per Dyn.& Pe.& plene per Dy. extr. de
regulis iuris.capitul . priuilegium perſonale . libro
6.ſed ipſe frater,qui ſuſcepit iudicium ex perſona ſua,
hoc implorabit ſuo nomine,dicta.l. idémque. §. gene-
raliter.ff.mand.quod declara,vt dixi ſupra in 6.ratiõe.
Faciunt etiam leges allegatæ in quarta ratione. Nam
implorando tale beneficium , non videtur declinare
forum vel iudicem, vt infra dicam in ſolutione primi
contrarij. Non ergo hoc implorabit nomine eius quẽ
defẽdit,ſed ſuo proprio:& ſic habes practicé. Item di
co vt perfecta ſit ſolutio,quòd ſi iſte defenſor nõ tene-
retur de euictiõe,nõ tenet defendere:ſed ſuſcipiſſet vt
procurator in rẽ ſua,volens donare emptori quòd te-
netur ex perſona ſuá opponere de exception.loquor,
quæ reſpicit ipſam cauſam, vt infra dicam in ſolutiõ-
ne contrariorum. Iſte enim debet defendere eo mo-
do &

do & ordine,quo principalis qui defenditur, & ex per
sona huius defensoris in nullo modo debet fieri dete-
rior conditio actoris. & sic loquuntur omnia iura alle-
ga.in quinta, & 6.ratiōe facta pro parte negatiua.alias
sequeretur absurdum, quod ponitur in vltima ratione
pro dicta parte negatiua. Ad hoc induco Dy.qui hoc
dicit ad literam.ff.de fideiussor.l.Marcellus.in fin.ma
gnæ additionis:vbi intelligit dicta l.idemque §.gene-
raliter.in eo qui defendit fideiussorem, qui habet re-
gressum contra eum.quod tene menti. ¶Distingue er-
go in quæstio.nostra: Aut suscepit iudicium animo no
uandi actore volente: aut tanquam defensor seu procu
rator.& tunc aut est defensor necessarius,aut volun-
tarius,vt patet ex prædictis. Verum quia supra sunt fa-
ctę rationes,quæ multum obstant ad quodlibet prędi-
ctorum:ideo respondebo per ordinem. Et primo obsta
re videntur omnes rationes factæ pro parte negatiua:
sed non obstant in veritate. Non obstant.primum,cui
2 respondetur duobus modis.¶ †Primò sic,quod hic nō
est mutatio fori, neque iudicis. Nam vos scitis quod
sententia arbitrorum dicitur transactio magis quam
sententia,vt in authenti.vt dif.iudic.§. si vero contige
rit.collumna nona. & ibi no. Sed si ego implorarem à
iudice quod cogeret aliquem mecum transigere, vel
pacisci:non est dubium quod non esset declinare iudi
cem,immo tunc propriè ipse cognosceret,vt ff.de vsu-
fru.l.æquissimum.& ibi tex.& glo.præterea ille,qui de
iudice committit in arbitros, non dicitur iudicem de
clinare:& de hoc est tex.cum glos.simul vnita Cod.de
iudi.authent.si vero contingerit.& pro hoc videtur a-
lia.glo.ff.de iudi.l.vbi cœptum. Præterea quid si peto
quod.iudex committat obstetricibus,quod ventrem in
spiciant,vel mensori quod metiatur agrum? Certe ab
sit quod dicatur mutatio iudicis vel fori,vt ff. de vent.
inspi.l.prima.& §.primo si mens.fal.mo.dix. l.tertia.§.
idem Pomponius.&.§.sequen.¶Secūdo modo respon-
detur sic:Verum est quod nō potest iudex mutare, vbi
ex mutatione iudicis mutetur natura causæ,vt proba-
ui supra in 9.ratione facta pro parte affirmatiua.quod
3 tene menti.¶ †Ad secundum respondeo,quod in dubio
non præsumitur fieri vendicatio ex causa , quæ causa-
tur ex facto ipsius emptoris culpa : sed ex causa præ-
cedenti,ex qua venditor de euictiōe tenebitur. De hoc
est casus quem supra alleg. C. asser.tol.l.fi. in fin. facit
quod no.ff.de excep.l.exceptionem.in prim.glo. fi.vn-
de iste qui suscepit defensionem, habet fundatam intē
tionem suam,nisi contrarium probetur.¶Ad tertiū re-
spondeo,quod eius conditio non fit deterior,si non li
tigat coram iudice:sed coram arbitris, qui de bono &
æquo cognoscunt ibi enim habebit bonam fidem co-
gnoscere:& sic conditio eius nō dicitur fieri deterior,
vt ff.de administra.tu.l.quoties.§ sicut.ff. mand.l.fide-
iussor.§ quædam . Præterea non dicitur fieri conditio
eius deterior,si agit perinde ac si res non esset aliena-
ta.vt ff.de peti. hęred.l.sed & si lege. §. item si res.non
enim fit melior,sed deterior: quod sufficit de solutio-
ne legis,in pupillo cum si.¶Ad quartum respōdeo:ista
ratio cōcludit in eo,qui in se suscepit iudicium animo
nouandi:sed quæstio nostra hoc non ponit, sed loqui-
tur de eo,qui suscepit vt procurator in rem.Sed posito
quod in se suscepisset animo nouādi,ad hoc dico quod
licet defensor teneatur vtili,& vtilis sit ex interpreta-
tione:tamen lis & quæstio dicuntur esse inter defenso-
rem & actorem vere& proprie, vt supra probaui. non
enim sequitur:actio,qua tenetur,est vtilis, & ex inter-
pretatiōe:ergo iudiciū est ex interpretatione:vt proba
tur arb.fur.cæ.l.quinta.§. fin.in gl.secus in quęstion.de
emphy Pro hoc videtur text.ff.de procura.l. procura-
4 tor in rem suam. † Nam verbum rite,ibi positum,deno
tat proprietatem,& iuris solennitatem:vt not.ff.de in-
offic.testa.l.secū.ia & de peti.here.l.sed & si leg.§. sci-
re.& sequē.Hoc etiam probatur ff.de ver. signif.l.litis
nomen.& gloss.quæ dicit de offi.¶Ad quintum respō-
deo:in eo quod dicit de tribunali,dic vt supra in solu-
tione primi contrarij,&c.Ad alia dic,quod habet locū
in defensore voluntario:secus,in necessario:vt dixi su-
pra,in solutione quæstionis ¶Ad sextum respōdeo eo-
dem modo vel dic,quod non sit deterior, vt dixi in so-
lutione tertij contrarij. ¶Ad septimum respondeo.ꝙ
illud procedit in herede vel alio successore volūtario.
secus,in necessario. hoc videtur ex prædictis. & pro-
bat optime ff.de separata.l.prima.in fin. vbi heres ne-
cessarius inquantum in rebus suis damnificaretur, vel
tur suo iure.hoc tamen solue plene per Cy Cod.de sa-
crosanct.eccles.authenti.qui res iam dictas. Vel dic ad
l.hæres absens. quod loquitur ibi in priuilegio quodā
speciali,de quo non est factum ius commune quantum
ad eos:ergo &c. ¶Ad octauum respondeo,quod & fa
teor maiorem , licet multum sit dubia : nec pono eam
pro constanti.Ad minorem dico,quod litem esse inter
aliquos alieno nomine,potest dici duobus respectib⁹:
vno modo,id est,ad alienā vtilitatem:vt dicta l.prima.
§.impropria.quando appella.sit,& sic loquitur. l. quæ-
situm. & glos. in.l lis nulla. sed hic iste conuenitur ex
causa:per quam ad eum pertinet commodum & incō-
modum:& ideo isto casu non dicitur defendere alieno
nomine. Alio modo dicitur quantum ad infamiam cui
tandam alieno nomine,id est,ex facto quod habuit ini
tium in personam alterius:vt l.furti.§. qui alieno ff. de
infa.& iste nō est casus noster.nec enim hic tractamus
aliquid de infamia.nec obstat,quod no. Spec. Primo,
quia possum dicere,ipse non dicit verum:& contra ca
sum l.seruū quoque §.fina.cum iste defendat ex neces-
sitate,vt dixi.Item casus videtur cōtra eum ff. si ex no-
xa.causa.ag.l.cum vno.Sed ponamus quod dicat verū
secundum communem vsum : dico quod istæ cautiōes
emergunt ante litis contestationem , & sic antequam
iste defensor efficiatur dominus litis,vel nomen suum
aliquo puncto vertatur in iudicio : meritoque ergo cauit.
Sed istud beneficium,de quo loquimur potest opponi
post litis contestationem:& idem in aliis exceptioni-
bus cohærentibus personę venditoris : ex tunc enim,
id est,post lit.contesta. omnino dicitur lis esse suo no-
mine,vt dixi in præcedentibus.¶Ad nonum patet res-
ponsio:quinimmo secundum propriam significationē
dicitur esse lis inter eos. ¶Ad decimum respondeo,
quod non sequitur ista absurditas.nam, vt dixi , istud
beneficium non datur nisi defensori : ergo non erit in
potestate alicuius , nisi eius ad quē de iure spectat.ad
illud autem quod dixi,quod ipse emptor nō possit op-
ponere ex persona vēditoris,obstat quinta ratio facta
pro parte affirmatiua.Ad quod respondeo, quod pro-
ut illa ratio loquitur de exceptio.in rem,cohærētibus
personæ,non obstat,quia ista est personalis ad pactum
conuentum,quod loquitur de exceptione personali.
5 ¶ †Respōdeo,quòd personale pactum dicitur duobus
modis. Vno modo quod conseruat tantum personam
ei⁹ cui fit pactū.isto modo nō loquitur ille § sed loqui
tur l.idem in duobus.supra eodem titulo. Alio modo
intelligitur pactum personale quod licet sit in rem,do
nec ipse cui fit pactū, viuit:tamē finitur morte ipsius.
& isto respectu sumitur ibi,& ibi videtur tenere glos.
in fin.& ita tenet ibi Gul. Vel di cas illud esse validum
in persona ipsius,si opponatur à venditore suscipien-
te iudicium : secundum quod dixi in nostra quæstio-
ne,sed prima melio, &c. ¶Ad idem obstant quæ di-
cta sunt in nona ratione facta pro parte affirmatiua:
sed leges ibi allegatæ,loquuntur de exceptio. rei cohę
rentibus.¶Ad aliud quod dixi, quod voluntarius hoc
non posset opponere:videtur obstare, quod dixi secun
da ratione facta pro parte affirmatiua. ¶Sed respōdeo
primo ad l.si hac lege.§.fina. quod ibi sit speciale in il-
lo beneficio, in quo vertitur fauor patroni, & si impe-
tretur talis venia,nil liberto nocet in sua causa.& hoc

est beneficium quod posset obesse, & naturā causæ immutat. Non obstat l.licet.§.fi.de obsequiis à liber.præstan.quia illud loquitur quando conuenitur alieno nomine, tamē agitur vel excipitur de eorum proprio dolo. Et ita intelligunt ibi doctores. Cum ergo ibi ad eos de eorum proprio facto spectaret commodum vel incommodum, potius dicitur necessarius defensor, quā voluntarius. Et ita facit pro determinatione nostra. Barto. ¶ Disputata fuit per me Bart. de Saxoferrato minimum inter legum doctores in regia ac nobilissima ciuitate Pisarum circa annos Domini 1340. die 15. mensis Ianuarij.

AN STANTE STATVTO, quo cauetur quod filiofamilias committente maleficium, pater pro eo soluere teneatur condemnationem. Itē & alio statuto, quod si quis patiatur se poni in banno pro maleficio, elapso termino habeatur pro confess. & ideo condemnatur in certa quātitate pecuniæ. & si de eius maleficio aliter non constet, pater teneatur ad soluendum condemnationem de eo factā, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem mādatur executioni contra fideiussorem iudicatum solui.*

2 *Fideiussor iudicatum solui tenetur, siue res iudicata contra præsentem, siue contra absentem, re non defensa.*

3 *Sicut de iure communi pater ex contractu filij obligatur de peculio: ita ex forma statuti ex delicto filij pater obligatur in portione dicta.*

4 *Si dolus rei conuenti iudicio pendente commissus est, facit sententiam latā mandari excutioni contra eū, contra quem aliàs non mandaretur.*

5 *Sententia lata contra procuratorem, vel tutorem, de iure communi mandatur executioni cōtra dominū & pupillum.*

6 *Dispositio conditionalis, adueniente cōditione, sumit effectum.*

7 *Quando per eum qui ex euentu conditionis læditur, fit quò minus conditio impleatur, habetur conditio pro impleta.*

8 *Sicut per statutum inducitur ficta cōfessio, ita de iure communi reducitur quadā ficta filiatio per actū adoptionis.*

9 *Iuramentum est quadam ficta solutio, & habet vim solutionis.*

10 *Tantum operatur ficta confessio, quantum vera.*

11 *Contra purum debitorem condemnati, alijs bonis cessantibus fit exécutio, & ipsius nomen in causam iudicati capitur.*

12 *Sententia quantuncūque legitimis probationibus cōtra vnum lata, suum effectum retro ad ipsius authoritatem non porrigit.*

13 *Sententia lata contra vnum, alijs non preiudicat, quando effectus alicuius facti extenditur contra plures rationes connexitatis, nisi contra eum de nouo probetur.*

14 *De iure communi, aliquo condemnato existente non soluendo, peruenitur ad bonorum possessiones.*

15 *In vnoquoque iudicio præsentes sunt sententiādi, vel legitime citati. aliàs sententia nocet inter præsentes, & non nocet absentibus.*

16 *An & quando sententia lata cōtra filium, patri præiudicet.*

17 *Vera confessio filij, patri non praiudicat.*

18 *Maioris authoritatis est dictū & confessio alicuius deponentis, quàm sit simplex confessio.*

19 *Statutum disponens, quòd contumax habeatur pro confesso, quid importet.*

20 *Confessio vnius facta, non extenditur ad alias personas.*

21 *Verba statuti debēt intelligi secundum propriam significationem.*

Quæstio 3.

1 PERVSINAE (a) ciuitatis statuto cauetur, ꝙ si filiusfa. commiserit maleficium, pater tenetur pro eo soluere condemnationem, assignando filio dimidiam eius, quod habiturus esset ab intestato, si tunc pater decederet, &c. alio statuto cauetur, ꝙ si quis pro maleficio passus fuerit se poni in banno, elapso termino banni habeatur pro confesso. Contingit quod quidā filiusfamil. de maleficio accusatus, passus est se poni in banno. & elapso termino banni habebatur ꝓ confesso, cōdēnatus in certa quantitate pecuniæ nec aliter de eius maleficio cōstat. Quæritur, an pater teneatur ad soluēdū condemnationem de eo factam vel non.

PRO. Præsupposito quod ꝓcessus & sentētia teneat secundum formam statuti ciuitatis prædictæ, &
1 quod pater teneatur, probatur pluribus rationibus. ¶ † Primò probatur sic: Certum est secundum communē opi. ꝙ sententia lata cōtra principalē, mandatur executioni contra fideiusso. iudicatū solui. l.j. de fideiuss. l. Græce. §. & post litem. in fi. §. & no. in l.fi. C. de vsu. rei. iu. & ibi per gl. & doc. & no. ext. de iniuriis & dam da. c.j. li. 6. sed hic pater æquiparatur fideiussori filij, vt ff. de ver. ob. l. cum filius & de fur. l. eum qui. §. an pater. & potest dici fideiussor de iudicato soluendo, vt patet ex verbis statuti, cum dicit, teneatur soluere condemna-
2 tionem, &c. ergo contra eum fiet executio, & tenetur ad soluendum condemnationem. ¶ † Secundo probatur sic: Fideiussor iudicatum solui tenetur, siue sit res iudicata cōtra præsentem, siue contra absentem, re nō defensa, vt ff. iu. solu. l. iudicatum solui. l. cum querebatur. & l. si ex duobus. cum simi. Sed hic pater æquiparatur fideiussori iudicatum solui. ergo tenetur ad soluēdum condemnationem, etiam sententia lata contra cōtumacem. Et hoc est quod dicitur in l. iudicatum solui. ff iudi sol. scilicet, quod iudicatum solui stipulatio expeditam habet quantitatem in tantum, in quantum iudex pronunciauerit. Ex quibus concluditur, quod pa-
3 ter teneatur soluere dictam condemnationem. ¶ † Tertio probatur sic: Sicut de iure communi pater ex contractu filij obligatur de peculio, vt ff. de pecul. l. prim. §. fi. & l. tertia. § sed si filius. Cod. quod cum eodem leg. prima. Ita hic ex forma statuti, ex delicto filij pater obligatur in portiōe prædicta. hoc præmisso, sic arguo: Intēdāda actiōe iudicati contra patrē de peculio, solū hoc inspicitur, an sit iudicatum, & filius condemnatus: vt ff. de pec. l. 3. § idem scribit. & de noxa. l. noxali. cū duabus sequen. Sic ergo in proposito, cum filius sit condēnatus, pater de dicta portione tenetur soluere cōdem-
4 nationem. ¶ † Quartò, quia dolus rei conuenti, iudicio pendente, commissus est tantæ pecuniæ, quod facit sententiam latam mandari executioni contra eum, cōtra quem alias non mandaretur. ff vt in pos. le. l. si legato. § fi. Cod. eodem. l. certa forma. quæ leges probant, quod sententia lata contra eum qui dolo desiit possidere

fidere, mandatur executioni contra possidentem. Et hoc no. per Cy. C. de aliena. iud. mu. caus. fac. l. prima. in 8. quæstion. Sed certum est, quod si de maleficio filij cōstaret legitime, pater tenetur secundum formam statuti: ergo multo magis in casu nostro, vbi filius pendente iudicio, dolum & contumaciam adhibuit.

5 ¶ †Quinto sic: præmitto quod filiusfa. in hac lite habet legitimam personam, etiam in præiudicium patris. Nā sicut de iure communi sententia lata contra procuratorem vel tutorem, qui sunt legitimæ personæ, mandatur executioni contra dominum & pupillum, vt ff. de procura. l. Plautius. de re iud. l. 4. in princ. ff. & §. j. ita in nostro ex forma statuti sententia lata contra filiū, mandatur executioni contra patrem. Nunc arguo: Pœna quæ ratione contumaciæ tutoris, vel procuratoris infertur nocet domino & pupillo. vt C. de procu. l. eum qui res. de digni. l. quoties. lib. 12. ergo hoc casu pœna quæ infertur huic filio ratione contumaciæ, nocebit patri: & sic tenetur soluere condemnationem.

6 ¶ †Sexto sic, dispositio conditionalis adueniente conditione sumit effectum. vt l. cedere diem, de verb. sign. l. pecuniam. si certum. petat. de condi. & demonst. l. qui heredes. § fina. & quasi per totum tit. sed statutum hic disponit conditionaliter, quod pater teneatur soluere condemnationem, si filius commiserit maleficium. sed ista conditio extitit, vt filius cōmisit maleficium, ergo &c. hoc sic probo: Aut dices hunc filium commisisse maleficiū, de quo accusatus est: & habeo propositum. Aut dices non commisisse, sed ratione contumaciæ esse condemnatum: & tunc idem, quia contumacia est delictum seu maleficium, vt ff. si quis ius di. non obtem per. l. prima. de re iudicata. l. contumacia. ergo patet, filium commisisse maleficium: & sic pater tenetur soluere condemnationem.

7 ¶ †Septimo sic: Quando per eum, qui ex euentu conditionis læditur, fit quo minus conditio impleatur, habetur conditio pro impleta. vt ff. de condi. ob cau. l. 3. in fi. de regu. iur. l. iure ciuili. extr. de regul. iur. c. cum stat per eum. libr. 6. & ibi per Dyn. sed in quæstione nostra, per patrem qui ex euentu læditur, stat quo minus filius compareat, vt maleficium probetur. & probatio, quantum ad patrem, habetur pro impleta. Quod stet per eum, patet: quia habet eum in potestate, & ipsum iure patriæ potestatis, vbique existentem potest capere & præsentare, vt ff. de re iudic. l. qui cum vno. §. j. & ibi à patre postea exhibitus, &c C. de pa. po. l. 4. si ergo non exhibet, ergo stat per eum, & sic conditio habetur pro impleta, & tenetur soluere condemnationem.

8 ¶ †Octauo sic: Sicut in quæstione nostra per statutū inducitur ficta confessio, ita de iure communi reducitur quædam ficta filiatio per actum adoptionis, vt in toto tit. de adopt. ff. & C. de inst. & no. ff. de adopt. l. si pater. §. fin. in gl. quæ incipit, vtilis enim. sed illa ficta filiatio per adoptionem inducta, porrigitur ad oēs, qui nō veniunt per contumaciam. et contra patrē: & sic tenetur.

9 ¶ †Nono, sicut iuramentum est quædam ficta solutio, & vim solutionis habet, vt ff de iureiu. l. eum qui iurasse. in fi. & l. qui duobus. § j. l. tutor. §. j. ita hic per statutum inducitur ficta confessio ex contumacia. sed virtus illius fictæ solutionis, quæ venit ex iuramento, porrigitur etiam ad alios: quia si iurat principalis, prodest fideiussori, & econuerso. l. duobus. §. j. eo tit. & l. fi. ita in proposita quæst. virtus huius fictę confessionis porrigitur ad patrem & sic pater tenetur soluere condemnationem, ergo &c.

10 ¶ †Decimo sic: Tantum operatur ficta confessio, quantum vera: vt ff. de his qui nota infa. l. quoniam. & C. de assess. l. consiliarios. de her. auth. credentes. Sed certum est quod si filius condemnatus esset ex vera confessione, pater teneretur ex forma statuti soluere condemnationem. ergo & nunc, quando est ficta confessio.

11 ¶ †Vndecimo sic: Certum est quod contra purum debitorem condemnati, aliis bonis cessantibus, fit executio: & ipsius nomen in causam iudicati capitur. Nam inspecto qualiter principalis fuerit condemnatus, vt C. ne fisc. vel priu. l. j. & per totum ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. sic quoque. sed in proposito pater in illa portione, de qua fit mentio in statuto, eo debitor filij pure: quia lex omnem conditionem & dilationem sustulit, vt patet ex verbis statuti, & probatur in simili Cod. de con. ex lege. l. j. per quam illud iudicatur. ergo in patrē fiet executio.

ADDITIO.

a ¶ Perusinæ. De ista quæstion. Bart. vide Bart. in l. cum filiusfam. ff. de verbo. oblig. & ibi vide apost. meam in princ. & vide Alex. & Iason. plene & And. Barba. in l. si quis mihi bona §. quid vero. ff. de acqui. here. in addit. Bar. & vide Alex. in consil. 84. in 3. vol. & in consi. 60. visis dubitationibus. in eod. vol. ver. si vero illud. vide Alex. in l sæpe. 11. col. & in ver. secūdo limita. ff. de re iud. Tho. Diploua.

QVOD pater non teneatur soluere condemnationem, probatur: Primo, quia si esset plene probatum, filio defendente per testes: sententia contra eum lata, patri non præiudicaret, nisi contra eum probaretur. Secundo, quia posito quod sic præiudicaretur: tamen sententia diffinitiua lata per legitimas probationes, filio absente, patri non præiudicaret. Tertio, quia vera confessio filij, patri non præiudicaret. Quarto, quia posito quod vera confessio noceret, non tamen

12 nocet ista ficta confessio. ¶ †Primo probo sic: Sententia quantuncunque legitimis probationibus contra vnum lata, suum effectum retro ad ipsius authoritatē non porrigit, vt ff. de re iud. l. si à te. §. fin. Facit ff. quod quisque iuris l. 3. §. final. & de pact. l. fideiussor. sed non potest negari, quod in omni quod filius habet re, vel habere speratur in bonis paternis, pater fuit & est eius author: ergo sententia lata contra ipsum filium etiam legitimis probationibus, aduersus patrem non porrigit suum effectum.

13 ¶ †Secundò probo sic: Quando vnius facti effectus extenditur contra plures ratione connexitatis, tunc probatio talis facti, & sententia lata contra vnum, alij nō præiudicat, nisi contra eum de nouo probetur, vt ff. de adulter. l. denunciasse. §. fina. vbi sententia lata contra adulterum, non nocet adulteratæ, & econtrà: & tamen vnum non potest esse verum sine altero. Pro hoc C. de fals. l. j. & quod ibi nota. vbi sententia partus suppositi contra matrem, non nocet partui. Pro hoc ff. de iureiurand. l. 3. §. penultim. facit C. qui. res iudi non no. l. prima. & quod ibi not. res inter alios acta per totum. Sic in proposito maleficium filij extendit effectum suum tam contra filium, quàm contra patrem. probatio quātumcunque verissima, & sententia lata contra filium, patri non præiudicabit, nisi contra eum probetur.

14 ¶ †Tertiò sic: Sicut in quæstione nostra ex forma statuti filio cōdemnato & soluente, peruenitur ad patrem: ita de iure communi aliquo condemnato existente nō soluendo, peruenitur ad bonorum possessores, vt C. de pigno. authen. hoc si debitor. sumpta ex corpore, de fideiussor. §. si neque. col. j. & ff. de iure fisc. l. Moschis. in prin. Hoc præmisso, arguo sic: Sententia lata contra actorem meum, quantumcūque verissimis probationibus post ius & possessionem translatam, mihi non nocet, nisi contra me de nouo probetur eo iudicio, quo posset cōtra me agere, vt ff. de exceptio. rei iud. l. si mater. §. fin. l. iudi. §. fin. de pigno. l. si superatus. in princip. ergo in proposito sententia lata contra filium non debet nocere patri: quia ante dictam sententiam in bonis suis plenum ius habebat, & habet: nec ad eum po-

15 test perueniri, nisi de nouo probetur. ¶ †Quartò hoc probo per regulam generalem, quę est, quòd in vnoquoque iudicio debeat sentētiari præsentibus, vel le-

gitime citatis his,quos causa tãgit:alias sententia no-
cet inter præsentes,& non nocet absentibus,vt ff.de re
iudic.l de vnoquoque.de adop.l.nam ita diuus.de na-
tali resti.l.fin.de mino.l.in causæ.§. causa cognita.C.si
per vim vel alio modo.l.si. Sed in hoc iudicio pater
non fuit citatus,monitus,nec requisitus:ergo talis sen
16 tentia non sibi debet nocere. ¶ †Quinto probatur il-
lud,secundum quod dixi: quia posito quod sententia
lata contra filium,patri præiudicaret: hoc est verum,
si est lata filio præsente:secus,si contumace. Quod sic
probatur.Per hanc sententiam latam contra filiũ,tra-
ctatur de absorbendo & perimendo iure patris in bo-
nis suis:sed sententia lata contra vnum, per ius alte-
rius confunditur & perimitur:& ita demum aduersus
alios suum operatur effectum,si est lata contra præsen
tem.ff.de inoffi.testament.l.Papinianus.§. meminisse.
& l.qui repudiantis.§.fin.eod.titul. ergo in proposito
sententia lata contra filium absentem, patri non præ-
iudicat.¶Sexto probatur sic:Nos tractam⁹ in quæstio-
ne nostra,quod lata sententia contra filium,parat fisco
actionem contra patrẽ Hoc præmisso,sic arguo Quan
do ex sententia lata contra vnum,paratur actio contra
alium:illud ita demum est verum, si sententia feratur
contra illum præsentem.secus,si contra contumacem,
vt ff.de euict.l.si ideo.C.de peri.& commod. rei vend.
l.prima.Sed hic est sententia lata contra filium contu
macem,ergo non debet fisco contra patrem actionem
17 parare.¶ †Septimo probatur illud tertium,quod dixi,
quod vera confessio filij,patri non præiudicaret.quod
sic probatur:filiusfamil.confitendo,paciscendo, iura-
mentum deferendo, vel alio modo patris cõditionem
deteriorem facere non potest. vt ff de solut.l. filiusfa-
mi.de iureiurand.l.quanto magis.Codic. de pact. l.fi-
lius.& Codic.de iureiurand.l.neque filius. Si ergo po
neremus filium vere confessum esse, talis confessio pa-
tri non posset præiudicare:ergo multo magis non præ
18 iudicabit ista ficta confessio.¶ †Octauo idem proba-
tur sic: Certum est quod maioris authoritatis est di-
ctum,& confessio alicuius deponentis,vt testis legiti-
me recepti,quam sit simplex confessio Nam dictum
testis præiudicat ei,contra quem examinatur, vt in ti.
ff.de te.& C.eo.Sed simplex confessio alicuius non præ
iudicat,nisi solum confitenti:vt ff de interrog.action.
l.si defensor Sed de iure testimonium filij contra pa-
trem nõ valet:vt ff.de testi.l.idonei.& l testis idoneus.
Cod.eod.parem.Si ergo testimonium non valet, quod
est maioris authoritatis:multo minus admittitur con-
19 tra patrem simplex confessio filij,ergo &c. ¶ †Nono
probo illud quartum quod dixi:quia posito quod suf-
ficeret illa vera confessio,non tamen sufficit ista ficta,
quod sic probo: Statutum quod habet contumacem
pro confesso,aggrauat contumacem in hoc,quod con
tra eum sufficit leuior probatio. & sic sola contuma-
cia habeatur pro confessione. Hoc præmisso, sic ar-
guo: Quando aliquis propter ipsius dolum vel con-
tumaciam aggrauatur, vt contra eum leuior probatio
sufficiat:talis probatio solum ipsum contumacem ag-
grauat,& suas vires contra alios non extendit,vt patet
in probatione quæ fit per iuramẽtum in litem: vt ff de
in litem iur.l.j.quando ex facto tu l. prima. & de fide-
iuss.l.fina.Sic in proposito ista contumacia aggrauat fi
lium, vt habeatur pro confesso. & sic ista ficta confes-
sio non extendit suas vires vltra personam ipsius filij
20 contumacis:& sic patri non nocebit. ¶ †Decimo pro-
bo sic: Ficta confessio vnius,non extenditur ad perso-
nas alias:& si iure fisci habeatur loco eiusdem perso-
næ,vt ff.de iure fisc.l.eius qui delatorem. vbi si aliquis
habeatur pro confesso,quod delatorem corrumpit,ta
lis ficta confessio non transit ad heredes:vt eos aggra-
uet,quanquam censeatur vna persona cum defuncto:
ergo in casu nostro talis ficta confessio filij non se ex-
21 tendit ad patrem &c. ¶ †Vndecimo probo sic:Ver-
ba statuti debent intelligi secundum propriam signi-
ficationem,nõ secundum fictam & impropriam. vt ff.
de exerci.l.j §.si is qui nauem.de le.3 l non aliter. cum
simi.& quod illud quod est secundum fictionem, nõ in
telligatur in statuto,nisi exprimatur,est tex & gl.ff. de
neg.gest.l.3.§.hæc verba. Cum ergo statutum dicat q
filiusf.commiserit maleficium,intelligatur vere & nõ
ficte. Sed hoc casu eum vere commisisse non constat,
ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Verba statuti,quando arctant patrem soluere condẽ-
nationem pro filio,qualiter sunt intelligenda.*

2 *An & quando sententia lata contra filium,faciat fi-
dem contra patrem.*

3 *In quibusdã criminibus sententia lata contra crimi-
nosum,habet effectum reuocandorum omnium bono-
rum,alienatorum à die commissi criminis.*

4 *Sententia lata contra vnum, alteri præiudicat quan
do est lata contra præsentem: secus,si contra contu-
macem.*

5 *Ficta solutio an sit sufficiens ad dandam actionem
contra principalem.*

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine
inuocato, istam quæstionem tangit Dy. ff. quando ex
fac.tu.l.prima.& ibi videtur tenere,quod talis ficta cõ
fessio non præiudicat patri. Sed contrarium videtur
innuere ipse idem de verbor. obligation.l.cum filius.
in princi.Ad pleniorem ergo intellectum nostræ quæ-
stionis,& solutionem omnium contrariorum,dico iu-
dicem debere verba statuti diligentius intueri:An ver
ba statuti coarctent patrem ad solutionem condemna
tionis simpliciter,an sub conditione,si filius commise
rit maleficium, vt in casu nostræ quæstionis proponi-
1 tur.¶ †Primo casu,quando verba statuti coarctant pa-
trem simpliciter. Verbi gratia:dicit statutum quod in
casu maleficiorum teneatur pater soluere condemna-
tionem pro filio vsque ad legitimam ipsius filij: vt vi-
di in multis ciuitatibus:& isto casu verba statuti non
requirunt quod filius commiserit maleficium,sed suf-
ficit, solum ipsum seruum pro maleficio condemna-
tum,siue commiserit,siue non:& tunc pater tenetur,si
ue præsens,siue ex contumacia fuerit condemnatus fi-
lius.Et isto casu proprie æquiparatur fideiussori iudi-
catum solui,cuius stipulatio ex ipsa condẽnatione cõ-
mittitur,siue præsens,siue contumax condemnatur,vt
ff iudi.solui.l.j.& l.iudi.sol.stipulatio expedita.l. cum
quærebatur.in princip.coniuncta.l.cum filiis.in prin-
cip.de verb.oblig.& de fur.l.eum qui.§. an pater. quæ
leges æquiparant patrem fideiussori.Et isto casu pro-
cedunt duæ primæ rationes pro parte affirmatiua ¶Se
cundo casu,quando verba statuti coarctant patrẽ con
ditionaliter.si filius commiserit maleficium,vt in quæ
stione proposita: tunc oportet quod de maleficio filij
2 constet. ¶ †Et ideo est aduertendum,an sententia lata
contra filium,faciat fidem contra patrẽ. Ad quod ple-
ne inuestigandum sciendum est, quod filium condem
nari, potest accidere quatuor modis. Quandoque
enim filius se præsentat & maleficium negat, & con-
tra eum probatur plene. Quandoque filius comparet
& negat:contra eum nõ probatur plene, sed proban-
tur indicia sufficientia,propter quæ ponitur ad tortu
ram.& confitetur,& condemnatur. Quandoque com-
paret & confitetur sponte:& condemnatur. Quando-
que filius est contumax, & eius contumacia habetur
pro confesso secundum formam statuti: & condemna
tur & hic est casus noster De quolibet ergo videamus.
¶Circa primum,quando filius comparet, & negat, &
contra eum probatur, & condemnatur: tunc omissis
distinctionibus quas ponunt doct.specialiter ponit &
refer Cyn.Codic.quibus res iudic.non nocet.l.prima.
quantum

quantum ad propositum dico, ꝙ quandoque de vno maleficio plures condemnantur, & pariter principales: & isto casu probatio contra vnũ lata, aliis non praeiudicat: vt l. denunciasse. §. fi. de adul ff. Quandoque ex vno maleficio vnus conuenitur principaliter, ad alium vero peruenitur per quandam consequentiam: & contumacia, seu cõdemnatio vnius, quae est praeambulum executionis faciendae in alium, ex quadam consequentia respicit principaliter commodum & vtilitatem priuatam: & tunc probationes factae contra vnum, & sententia contra vnum lata, alij nõ nocet. vt C. de fa. l. j. & quod ibi no. s. quod sententia lata contra matrem in accusa. de partu supposito, non praeiudicat filio in quaestione bonorum. Si vero illud praeiudicium, per quod peruenitur ad alium ex quadam consequentia, respicit vtilitatem publicam seu bursam publicam: tunc probationes & acta facta contra illum principalẽ, faciunt fidem contra illum, ad quem peruenitur ex quadã consequentia. Casus est C. vbi cau. fis. l. j. vbi sententia lata contra homicidas, habet effectum cõfiscandorum bonorum contra heredes. & ita intelligit gloss. ff. ad Sylla. l. in cognitione. pro hoc satis aperte facit Cod. ad l. Iul. ma. l. quisquis. vbi sententia lata contra patrem, habet effectum inferendae poenae in personas filiorum. nec dicet aliquis. quod noua probatio delicti requiratur contra filios: sed satis est, de hoc patrem esse conuictum & condemnatum, vt ibi patet dum dicit, paterno
5 enim debent perire supplicio &c. ¶ † Pro hoc facit, ꝙ in quibusdam criminibus sententia lata contra criminosum, habet effectum reuocandorum omnium bonorum, alienatorum à die commissi criminis, & sic praeiudicatur tertio, vt d. l. quisquis. & l. fi. ad l. Iul. maie. ff. de accusa. l. ex iudiciorum. expressius extr. de hereti. c. cum secundum leges. in fi. lib. 6. Et sic in quaestione nostra, cum ad patrem peruenia tur per quandam consequentiam: & hoc respicit vtilitatem publicam, sententia lata contra filium: & probationes factae contra eũ, patri praeiudicabunt, per dicta iura vltimo allegata.

¶ Et licet hęc sint vera, puto iudicẽ cautius & consultius facere, si eo tempore quo agitatur iudicium contra filium, moneat patrem, vt intersit iudicio, si sua interesse crediderit: per l. si suspecta. in prin. ff. de inoff. test. & C. de litigiosis. auth. nunc si heres. tunc enim ei praeiudicaret sine dubio, vt l. saepe. ff. de re iudicata. vt not. in fi. per Cyn. C. de aduo. diuer. iu. l. j. circa fi.

¶ Circa secundum, quando filius comparet & negat, & contra eum probantur indicia sufficientia, per quae ponitur ad tormenta, & confitetur & condemnatur: tunc idem puto, quod hoc sufficiat contra patrem per dicta iura, quae videntur velle, quod sufficiat principalem esse conuictum. ¶ Pro hoc specialiter induco l. cũ probatio. ff. de proba. vbi videtur casus. ¶ Circa tertium quando filius comparet, & sponte confitetur & condemnatur, credo idem multo magis: vt d. l. cũ probatio. & per alias leges allegatas. Nam si statur dicto cum tormentis, multo magis sine tormentis hoc casu cum filius interrogatur principaliter contra seipsum, vt l. j. §. diuus. & quod ibi nota ff. de quaestion. pro hoc de aedil. edict. l. quaero. §. fi. Pro hoc, quia confessio filij & serui praeiudicat patri & domino, quando habet liberam administrationem peculij, vt ff. de iniu. l. seruus quod detulit. cum duabus legibus sequ. hoc verum, nisi pater vellet probare contrarium. quod dic, vt no. ff. si ex noxa. can. aga. l. 2. §. j. vbi est not. gl. ad istud. ¶ Circa quartum, quando filius est contumax. & ex forma statutorum habetur pro confesso, & condemnatur, vt in casu propositae quaestionis: tunc dico, quod talis ficta confessio & sententia contra filium lata, patri non praeiudicat sed est necesse, ꝙ contra eum probatur maleficium. Hoc probatur, quia ficta confessio etiam vbi de publica vtilitate tractamus, non egreditur personã eius qui habetur pro cõfesso, vt ff. de iure fis. l. etus qui
4 delatorẽ. in prin. ¶ † Praeterea illa est regula, ꝙ quoties sententia lata contra vnum, praeiudicat alteri: illud intelligitur esse verum, si est lata contra praesentẽ: secus, si contra contumacem: vt l. qui repudiantis. in fi. l. Papinianus. §. meminisse. de inoffic. testa. de euict. l. si ideo. in prin. C. de peri & commo. rei vend. l. j. in fi. Pro hoc induco gl. quae est ff. de iureiu. l. duobus. l. j. super verb. solutionis. hoc modo: Sicut hic ex forma statuti peruenitur ad patrẽ sub conditione, si filius commiserit maleficiũ: ita de iure communi fideiussor agit cõtra prin
5 cipalem si soluit, vt l. L. Lucius. ff. mand. ¶ † An ergo sufficit ad dandum actionem contra principalem quaedam ficta solutio, l. iuramentũ? Certe non, vt ibi no. Pro hoc facit optime gl. inst. de noxa. in fi. & per alias rationes, s. ꝑ hac parte allegatas. Hoc tenet Cy. in fi. C. vnde vi. l. si quãdo. Nec curo in isto casu, vtrũ pater fuerit sciẽs, necne: quia quando sententia fertur contra contumacẽ, dicta distinctio scientiae & ignorantiae non habet locum. C. de pign. l. praeses, & ibi no. Ad contraria ex praedictis de facili apparet responsio.

¶ Disputata fuit haec quaestio per me Bart. de Saxoferrato minimum legum doctorem in felici ciuitate Perusij, Anno Domini 1344 mense Ianuario, me tunc ibi Digestum vetus ordinarie legente.

AN EMENTI PEDAGIVM & omnes fructus & prouẽtus praediorum & molendinorum ad certos annos. pro certo annuo precio, remissio precii fieri debeat de vno anno, quo propter bellum, sterilitatem, ac insolitam inundationem nihil percipere potuit.

SVMMARIVM.

1 *In contractu emptionis periculum rei venditae pertinet ad emptorem.*
2 *Quando ius emitur, sufficit venditori praestare, quod illud ius sit, nec curatur quid ex illo iure percipiatur.*
3 *Quando emitur spes, vel futurus euentus, si nil percipitur, periculum est emptorum.*
4 *Non solum qui emit aliquam rem, habet vtile dominium, sed ille qui conducit ad non modicum tempus.*
5 *Emptio vna tantum est, quando precium vnũ ab initio constituitur, licet praestatio sit diuisa.*
6 *Emptio non contrahitur, si vendantur fructus, fructibus non natis.*
7 *Verbum, potest, de sui natura quid significet.*
8 *Qua sit ratio, quod in emptione & venditione venditor consequitur precium, etiam re amissa.*

Quaestio 4.

a PVBLICANVS (a) quidã emit à cõmuni Perusij pedagium, & omnes fructus & vsusfructus, reditus & prouentus qui percipientur & percipi poterunt per ipsum publicanum ex ipso pedagio, & ex praediis, & molendinis dicti cõmunis, positis in curia castri fossati vsque ad 10. an. & nõ vltra pro precio mille lib. soluendarum quolibet anno prout capit pro rata. Contingit ꝙ vno anno propter guerram ex dicto pedagio nihil est perceptum, & propter sterilitatẽ ex dictis praediis nil percepit. & propter insolitam superabundantiam aquarũ dicta molendina, & aedificia sunt destructa, nec possunt refici sine magna impensa, vnde ex eis similiter nihil perceptum est. quaeritur an pro dicto anno, debeat fieri remissio precij, vel non.

1 PRO parte negatiua. ¶ † Et primo quod remissio fieri non debeat, probatur. Nam natura contractus emptionis & venditionis est, vt contractu celebrato, periculum pertineat ad emptorem, vt ff. de peri. & cō mo. rei ven. l. id quod. & l. necessario. in prin. & C. eo. l. j. instit. de contrahen. empt. §. cum autem per Cy. cum fi. sed hic est huiusmodi. ergo &c. ¶ † Secundo proba-
2 tur ex natura rei emptæ: nam quando ius aliquod emitur, sufficit venditori præstare quod illud ius sit, nec curatur quid ex illo iure percipiatur, vt patet in emptione nominis vel hereditatis, vt patet ff de heredit. vel ac. vend. l. si nomen. & l. cum hereditatis, cum si. sed hic empta sunt iura, s. pedagiū, quod est ius percipiendi tantum à transeuntibus, vt C. de vecti. & com. l. vectigalia. C. vectig. noua. l. j. in fi. Item est venditus vsusfructus, qui est ius, vt l. j. de vsur. ergo non est curandum quid ex ea percipiatur, sed sufficit hoc ius constitutum esse. ¶ † Tertio probatur eodem modo, ex natu-
3 ra rei emptæ, quando emitur spes vel futurus euentus si nil percipitur, periculum est emptorum. ff. de hered. vend. l. quod si in venditione. & l. sequen. & l. nomine. de contrahen. empt. l. nec emptio de actio. empt. l. si iactum. sed hic empta fuit spes, seu futurus euētus, quod apparet ex eo, quod dictum est in contractu, s. qui percipi poterunt. quæ verba significant spem & futurum euentum. vt ff. de iniu. testa. l. j & ibi not. Item apparet ex eo, quod dicitur, quod pedagium potest significare ipsum actum percipiendi, vt l. cum in j lures § penult. & quod ibi no. ff. loca. & C. de vect. & com. l. ex præstatione. Sed quando ipse actus percipiendi emitur, semper videtur emi spes: vt d. l. nec emp. de contrah. empt. & l si iactum. de act. empt. ergo periculū est emptoris.
4 ¶ † Quarto probatur ex longinquitate temporis: quo non solum ille qui emit, sed ille qui conducit ad non modicum tempus, puta in 10 an. habet vtile dominiū: vt ff. si ager vect. l. fi. de superfi. l. j. § quod autem ait sed si dominium emisset, nō esset dubium ꝙ esset periculū
5 emptoris, vt supra in primis allegat. ergo &c. ¶ † Quinto probatur ex vnione emptionis. constat enim ꝙ hic pro omnibus annis vna est emptio, propter vnum precium constitutum ab initio: licet præstatio sit diuisa: & propter vnam annorum numerationem, vt l. cū eiusdem de ædil. edic. ff. de contrah. emp. l. si duos. de in diē addic. l si duo. de leg. j l. si ex toto. § si ita. & l Stichum. § stipulatio. de ver. obl. Sed & si ponamus esse vnam locationē vnius anni. & percipitur decima pars fructuū minus solito: certum est quod non fiet remissio mercedis in aliquo, vt l si vno § cum quedam loc. ita licet decima pars fructuum totius temporis sit perempta, nulla fiat diminutio.

ADDITIO.

a ¶ Publicanus. de ista quæstio. vide Bar. in l fi. in prin. C. de præd. decur. lib. 10. & in l. a. in 2 col. C. de iure emphy. & ibi apostil. meam, & ibi etiam vide dom. Iaso. in 20. col. & vide Pau. de Cast. in l. eotem. § qui maximos. ff de pu. & ibi vide Barto. in j. col. & Alex. in addi & vide Bartolo. Soc. in consil. 88. & Alexan. in consil. 98. & in consil. 108 in 3. volu. & Petr. de Anch. in consi. 315. & con sil. 400. Tho Dip.

CONTRA, quòd debeat fieri remissio, probatur: Primò ex natura cōtractus locationis & cōductionis: quæ est, vt propter sterilitatem & alios casus similes, fiat remissio mercedis. vt l. ex cōducto. §. j. & l. merces. § vis maior ff locati. & C. eodem. l. licet & l. excepto. cum simi. sed iste est contractus locationis, vt probo. Hoc sic probatur: Quando dominium ad emptorem non transfertur, non potest dici emptio. & venditio, vt ff de contrahend. emption. l. conuenit. & l. cum manu sata. §. fina. ff. de contrahend. empt. Insti. de loca. §. item quæritur. sed est huiusmodi, ergo &c. Præterea ad idem quando precium soluitur annuatim, non potest dici emptio & venditio: vt not. C. de iure empt. l. j. Et hic est modus cognoscendi emptionem & locationem, vt ibi no. & ff de superfici. l. prima. § primo. in gl.
6 super verbo, agendo sic est locatio, ergo &c. ¶ † Secundo probatur ex natura emptionis & venditionis. Nam posito quod sit emptio, eius natura sic est, vt si fructus venduntur, fructibus non natis, emptio non contrahatur: vt ff. de contrahend. emption. l. nec emptio. de verbor. obligat. l. interdum. in princip. de condi. & demonst. l. j. in fi sed hic fructus non sunt nati, ergo non est emptio: & sic precium non debetur pro illo anno. ¶ Tertio probatur eodem modo, sc. ex natura venditionis, quæ est, vt si sub conditione fuerit celebrata, ad emptorem non pertineat periculum conditione cessante vt ff de peri. & commod. rei vend. l. necessario. §. quod si pendente. de contrahend. emption. l. quod sæpe. §. in his. sed ista venditio est contracta sub cōditione. quod patet ex illis verbis, qui percipi poterunt: quæ faciunt conditionem, adeo vt eis non perceptis emptio nō sit facta, & precium non debeatur. vt l si debitor. § verisimile. de contrahen. empt. de vino, tri. & oleo leg. l. cum certum & quod vulgariter dicitur, relatiuum quis vel qui, iunctum verbo futuri temporis, facit conditionem l Stichum qui meus erit de legat. primo. cum si.
7 ¶ † Quarto probatur ex significatione istius verbi, potest, quod de sui natura non significat quandam possibilitatem, seu fortunam: sed requirit actum perfectū, vt l. statuliberos § si quis sic acceperit. de statuliber. ff. facit de verb. sign. l. inter illam. Et alibi verbum, poterit, intelligitur rebus sic se habentibus, & eodem statu durante: vt l. quod Seruius. in fi. de condi. ob cau. & ibi not. sed hic est mutatus status: quia guerra, sterilitas, & destructio ædificiorum superuenit, ergo &c.
8 ¶ † Quinto probatur ex identitate rationis Nam quæ est ratio ꝙ in emptione & venditione venditor consequitur precium etiam re amissa, sed in locatione & cōductione fit remissio mercedis: gl. assignat vnam rationem, quia venditor certat de damno. Nam si non haberet preciū, damnum suæ rei pateretur. Sed locator certat de lucro, cū nil de suo amiserit. Ita no. ff loc. l. quæro. §. item cum quidam. post medium gl. magnæ. Et idē no. Rofr. in titul. de act. ex loca. circa fin. Certe in isto venditore est illa eadem ratio, ergo &c.
¶ Aliam rationem assignant do. sc. quia de natura emptionis est, vt contractu celebrato, res perpetuo sit penes emptorem, & eius sit emolumentum. Non est igitur mirum, si eius est periculum: sed de natura conductionis est, vt emolumentum sit conductoris ad tempus: & ideo non debet inconueniens reputari, si damnum sterilitatis vel simile, communicat cum locatore, ad quem res locata debet peruenire, vt perpetuo sit penes eum. Et ita no. per Cy. C. loc. l. legē. sed in hoc emptore est eadem ratio, quæ in conductore, ergo &c.
¶ Aliam rationem ponit Iacob. Butr. quia res vendita debetur sicut spes: ideo eius interitu debitor liberatur vt l. si ex legati causa, de verbor. obligatiou. ff. Sed in locatione debetur patientia, quæ est de futuro: ideóque nec perire potest, quod non est: sed quia per eum factū non est, tenetur ad interesse secundū mercedis remissionem: vt ipse not. in d. §. item cum quidam. sed in hac emptione est eadem ratio, quæ in conductione & locatione: ergo &c. Et sic breuiter propter omnimodā similitudinem concluditur, quod illo anno debet fieri remissio precij.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis qualiter cognoscatur à contractu emptionis.*

2 *Ex modo contrahendi inspicitur quis contractus sit.*

3 *Ciuitas*

3 *Ciuitas quando vendit pedagium, in quibus nasibus*
sit fienda remissio precij.
4 *Refectio alicuius proprietatis si requirit magnam im*
pensam, ad quem pertineat, domino, an vsufructua-
rio.
5 *Vsufructuarius qua actione possit repetere expensas*
per ipsum factas à domino proprietatis.

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomi-
ne inuocato, saluo semper iudicio cuiuslibet, meliori-
bus rationibus mouentis: videtur ꝙ dictus contractus
locationis fuerit, & sic debeat fieri remissio precij pro
illo anno: sicut in locatione fit remissio mercedis, vt
dictum est supra in prima ratione facta pro illa parte.
1 ¶ † Et quia dico hunc esse contractum locationis, ad
hoc ostendendum præmitto, ꝙ quando agitur vt in a-
liū trāsferatur dominium rei vel vsucapiēdi conditio
pro certo precio. Et tunc constat ꝙ est emptio: vt l. cō-
uenit. & l. cum manu fata. in fi. ff. de contrahen. emp. Et
sic loquitur totus tit. ff. de contrahen. emp. & C. de in-
sti. Idem si agitur, vt transferatur aliud ius: vt seruitus
vsusfructus: vt d. l. cum manu fata. §. j. de peri. & cōmo.
rei vend. l. necessario. §. j. infra de vsuf. l. 3. ¶ Aliquando
agitur, vt ille qui pecuniam recipit. nullum ius in aliū
transferat: sed tantum, ꝙ aliquid faciat vel operetur.
& isto casu non potest esse emptio, sed locatio & con-
ductio: vt l. item si precio. §. j. ff. loca. de contrahē. emp.
l. conuenit. & d. l. cum manu fata. in fin. & isto casu non
refert annū precium, seu pensio cōstituatur toto tēpo-
re, an annuatim, vel singulis mensibus: vt l. qui operis.
& ff. loca. l. ea lege. §. locatum. Aliquando conuenit ꝙ
ille, qui pecuniam recipit, aliquid faciat, & ꝙ aliquid
det. & sic vtrunque: & tunc aut dare, seu rem transfer-
re venit principaliter, aut fieri per consequentiam: &
erit emptio, vt ff. loca. l. 2. §. j. institu. eod. §. item quæri-
tur. Nam ibi hoc principaliter agitur, vt artifex det mi
hi annulos certæ formæ: quod autem ipse faciat, hoc
venit ex quadam cōsequentia, quia ipse alias dare non
potest. Aut fieri, venit principaliter: rē tradi, venit per
consequentiam: & erit locatio & conductio, vt ff. lo-
ca. l. item si precio. §. insula. Nam ibi opera principali-
ter locatur: dare autem venit ex quadam consequen-
tia, s. quia ædificat in alieno, quando dubitatur quod
istorum veniat principaliter, vt in casu proposito. Nā
hic est dubium, vtrum principaliter veniat datio, si-
ue translatio dominij fructuum percipiendorum, vel
iure vsusfructus. patientia autem, sc. quod patiantur
istum emptorem vti frui, veniat ex quadam conse-
quentia, sicut in vsufructu: vt l. 3. §. dare. ff. de vsufruct.
an econtra, s. quod patientia principaliter, fructus au-
tem faciat suos ex quadam consequentia: sicut in quo-
libet alio colono qui conducit fundum: & dominus
principalis tenetur ad patientiam: vt l. qui merces. §.
qui fundum. & l. si in lege. §. colonus eum. ff. eod. tit. &
sic potest esse dubium, an sit emptio vel locatio & isto
casu glossa. singularis dat doctrinam, s. quod precium
& mercedis quantitas faciat discerni emptorem à con
ductore. Ita nota. ff. de superfi. l. j. § j. in glo. super ver-
a bo, agendo (a). Quid vult dicere? Certe non curat de
nomine, sc. an fuerint contrahentes vsi nomine precij,
vel mercedis: quia in hoc non est vis, vt in dicta gloss.
sed hoc alia gloss. declarat, sc. quod precium est vnum
b (b) & certum, merces vero per singulos annos solui-
tur. Ita nota. C. de iure emphyt. l. 2. & quod ibi tenent
doct. Si ergo precium vnum esset constitutum, quod
non solueretur annuatim, esset emptio & venditio: &
quid si esset emptio? dicam infra. Sed quando precium
debet annuatim solui, apparet ꝙ est mercedis consti-
tutio quæ fit pro patientia, & quæ singulis annis præ-
statur: & sic erit locatio & conductio: & sic debet fieri
remissio sicut in locatiōe. Et hoc ꝓbatur per dictas gl.
Hoc suadet etiā ratio, quando precium seu merces sol-
uitur singulis annis, non videtur dominus velle trans-
ferre aliquod ius ad hoc, vt si ille cesset in solutione
possit eum de prædio expellere, vt l. quæro. §. inter lo
catorem. ff. loca. de publi. l. vectigalia. §. fi. Secus, quan
do precium simul soluitur. & hoc etiam probatur in
l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. vbi de locatione
fundorum semper habetur respectus ad annuam præ-
stationem. ¶ Et hoc modo debet intelligi ff. de iu. dot.
l. si vsusfructus. vbi dicit text. vel locet, vel vendat, in-
telligendum est, locet, s. certa mercede constituta sin-
gulis annis, emptione constituta pro toto tempore. Et
ita reperi postillatum per quosdam doc. antiquos: Sic
intelligi debet de vsufruct. l. arboribus. §. vsufruct. ibi
locare vel vendere. de bo. author. iudic. poss. l. si vendi-
tis. §. primo. & l. ait prætor. in causa etiam sic debet in-
telligi in Cle. de reb. eccle. non alie. cap. j. in fine. dum
ponit de locatione & conductione fructuum. Hoc etiā
patet ex eo, quod omnes leges loquentes de locatione
fundi, regulariter loquuntur, cum merces annua vel
c menstrua (c) constituitur: vt C. loca. l. licet: ff. eo. l. item
quæritur. §. qui impleto. & l. si in l. §. si domus. & §. seq.
de pu. l. vectigalia. §. fina. de fideius. l. si à colono. & l. fi-
deiussores. §. pro Aurelio. cum infinitis si. Similis ar-
guendi modus ad contractus cognoscendos fit per gl.
2 & Cyn. C. de re. permu. l. j. in vltim. gloss. ¶ † Cū dubi-
tatur, qualiter cognoscitur contractus permutationis
à contractu, do vt des, inspice qualiter loquuntur le-
ges de hoc tractantes. Idem habemus in cōgnoscendo
vectigal à tributo. Inspicimus quomodo loquuntur le
ges de hoc tractantes: vt l. 2. §. primo. ff. de pub. ita hic
ex modo contrahendi inspicimus quis contractus sit.
Nam si solum inspiceres verba, vendo vel loco, esset
imponere legem verbis. & quod ista verba non sunt
curanda: quia si dicatur, do ad affictum, licet non vta-
tur verbo locationis, tamē erit locatio, non venditio:
vt extr. de loca. c. 2. sic & Spe. cum tractat de locatione
ponendo formas contractus, semper ponit de annua
præstatione. in titu de loca. Sed cum ponit de vendi-
tione fructuum, ponit de vno precio quod ab initio
soluitur. in titul. de emptio. & vendi. §. j. Et sic apparet
ꝙ est locatio & conductio: & sic debet fieri remissio
precij pro illo anno. Non obst. ꝙ precium vnum fuit
constitutum ab initio: quia si solutio diuisa per annos
soluatur, non curatur de modo constituendi. Ex hoc
enim apparet, illud vnum precium cōstitutum non es-
se ex precio singulorum annorum: & sic perinde est, ac
si precium esset constitutum singulis annis, vt l. ædiles
aiunt. §. fina. in gloss. quæ incipit, scilicet vnico de ędil.
edict. Nec obst. quod dicitur in cōtractu, emit &c. quia
accipitur, idest conduxit, vt C. lo. l. hi qui. ff. eod. l. ea le
ge. §. locaui. de pub. l. quoties. §. fina. Facit de act. empt.
l. veteres. & l. sequen. Nec obst. quòd vsi sunt verbo, pre
cio, &c. quia precium ponitur pro mercede: vt ff. loca-
ti. l. ea lege. § locaui. & l. insulam. §. qui ædem. ¶ Scien-
dum tamen est, quod est quædam gloss. quæ videtur ad
uersari prædictis. ff. quibus mod. vsusfruct. amittat. l.
Pomponius quærit. §. prim. in gloss. quæ incipit. sed qui
nocet, quæ videtur velle, quòd precium cōstituitur sin-
gulis annis, & tamen sit emptio: tamen illam non puto
bene dicere, vt ex prædictis patet. Est quædam alia.
ff. de contrahenda emptione. l. fundi partem. secun-
dum vnam lectionem quæ videtur sentire contra. ta-
men illa lectura non placet. posito tamen, quòd tan-
quam Iudæus, nolles à verbis recedere. sed si velles di-
cere hunc esse contractum emptionis: tamen, adhuc di
co idem iuris esse quod suprà dixi: quia iudicabitur, si-
cut de locatis propter solutionem quæ annuatim fit.
Quod sic probo. Certum est quòd superficies trāsfer-
tur in aliū, vel per locationē, vel per vēditionē. l. j. §. j. de
superfi. Sed cōstat ꝙ si superficiarius superuenire non
pōt vti, fit ei remissio eius quod annuatim est soluēdū.
inter quos §. damni. & ibi no. de damn. infect. ergo ap-

paret quod non est hoc præcipuum in locatione: sed idem in emptione, quæ habet similitudinem cum ea. Præterea emptio & venditio, locatio & conductio eisdem iuris regulis consistunt: vt ff. de loca. l. 2. in princ maxime vbi est eadé ratio. sed in emptione est per omnia eadem ratio, quæ in conductione vt probatum est supra in vltima ratione facta pro ista parte. ergo &c. Pro hoc faciunt leges supra allegatæ, quæ hoc videntur ponere pro eodem, s. locare vel fructus vendere. vt vt in d. l. in véditore. §. j. & l. prętor. §. in cū. de bo. auth. iud. pos. & in c. j in fi. de reb. eccl. non alie. in cle. & de vsufr. l. arboribus. cum simil. Præterea etiam si poneremus hunc non esse contractum locationis & cōductionis, nec emptionis & vēditionis, sed innominatum, in quo aliquid annuum prestatur, tamē pro illo debet fieri remissio, vt C. loca. l. licet. & est casus & gl. expressa C. eo. tit. l. excepto. Et sic apparet quod non est præcipuum in cōtractu locationis & cōductionis: sed idem in aliis contractibus habentibus eandem rationem. ¶ Præterea hoc video in tributis, quæ annuatim soluuntur, vt si fructus percipi non possunt, non debeantur, vt ff. de censi. l. forma. §. illam. & tamen constat ꝙ tributum non debetur ex contractu emptionis, sed ex lege. ¶ Et prædicta vera quando precium annuatim soluitur: sed si ponā totum precium vno tépore, vt in princ. esset solutum: tunc dicerem esse emptionem & venditionem, per gl. & ll. supra alleg. An autem tunc debeat fieri remissio, & quid iuris, tunc est aduertēdum quod sit illud quod emptum est. ¶ Et primo videamus de pedagio. Et certe pedagiū pōt accipi pro eo, quod ex pedagio percipitur, sicut dicitur de vectigali: vt ff. de pu. l. j. §. j. in gl. ibi: vectigal est quod præstatur &c. Itē no. C. de vect. & commis. in rub. Et si hoc modo accipitur, venderetur ipsum corpus nummorum, quod perciperetur ex vectigali. Sed istud verum esset, cum pedagium seu vectigal perciperetur à ciuitate. & ita daretur ipsi emptori: & sic id, quod percipitur, non videtur emptum: cum nunquam fuerit ciuitatis, vt statim dicam in fructibus. Secundo modo potest accipi pedagium, vt dicatur emisse ipsum ius percipiendi pedagium, quod ipsi ciuitati competit. Tertio modo potest intelligi, vt dicatur emisse ipsam perceptionem pedagij & commoditatem percipiendi, sicut videmus in vsufr. aliud enim est, emere ius vsusfructus: aliud, perceptionem fructuum. seu commoditatem vtendi. istud enim facti est, vt ff. de iure do. l. si vsusfructus. de peri. & commod. rei vend. l. necessario. §. fin. & ibi not. de vsufruct. l. arboribus. §. vsufruct. Quod istorum sit emptum, posset dubitari. Dico quod licet quando procedit contractus habilis & traditio, vt res tradita perpetuo sit penes recipientem, in dubio videatur transferri plenum ius. ff. de iure do. l. fructus. §. fin. cum l. seq. & pro dote l. j tamen in casu proposito, cum ista iura non possint transferri, nisi ad tempus, vt de serui. l. 3. intelligam venditam esse ipsam perceptionē fructuum, seu percipiēdi commoditatem: vt d. l. necessario. in fi. cum gl. de peri. & commod. rei vend. & l. si vsufructu. ff. de iure do. Ad hoc induco ff. de do præle l. pe. & quod ibi no. in vlt. gl. sic debet intelligi. l. cum in plures. §. pe. ff. loca. Idem, si diceremus venditum ius per id quod allegatum est supra. Cum autem ipsa perceptio, seu commoditas venditur, spes seu alea videtur empta: vt l. nec empt. de contrahenda empt. de act. empt. l. si iactum. ff. Aliud est enim, emere ipsam perceptionem: aliud est, emere illud quod percipitur, vt ex dictis legibus colligitur. ¶ †Et sic apparet, quod periculum est emptorum,
3 nec debet fieri remissio precij propter guerram, vt dictis legibus. Hoc autem verum intelligo, si guerra est sine culpa ciuitatis vendentis. vt puta propter guerrā, qua in Marchia ex pedagio nihil percipitur. Sed si ciuitas ipsa inferet guerram alteri, vel alia ciuitas sibi, siue iuste, siue iniuste: videtur perdi pedagium culpa ciuitatis: & sic deberet fieri remissio precij: vt ff. loc. l. si merces. §. culpæ. & quod not. sol. mat. l. pe. in princi. De illis autem verbis, quæ consueuerunt adiici, s. vendo pedagium, & fructus qui percipiuntur ex eo, nō curo: quia videntur adiecta causa tollēdæ dubitationis, & idem important quod ipsum pedagium. arg. eorum quæ statum dicentur, &c.

ADDITIO.

a ¶ Super verbo agendo. Vide Io. Sādo. in rub. ff. de re. dub. vbi plene ponit istam materiam. in 2. col. Tho. Diplo.

b ¶ Sed quādo preciū. Vide Ale. in cōs. 84. in 7. vol. inc ponderatis his. in 2. col. Tho.

c ¶ Vel menstrua. Vide Bar. in l. fi. C. de præd. cur. li. 10. & Ale. in cons. 63. inc. in causa alias vertente. 2. col. in 7. vol. Tho. Dip.

SECVNDO videndum est de eo quod dicitur, fructus & vsusfructus, reditus & prouentus, qui percipientur ex prædiis, & hoc aduertendum est: Aut enim venduntur fructus percipiendi ab ipso véditore tradēte emptori: & tunc ipsum corpus fructuum videtur deductum: quibus non perceptis, debet fieri remissio precij pro rata, quasi venditio pro illo anno non sit contracta: vt d. l. nec emptio de contrahen. emp. & l. debito. §. verisimile. cum si. allegatis supra, in secunda ratione pro parte affirmatiua, aut venduntur fructus percipiēdi ab ipso emptore. & sic ad ipsum pertinet cultura & cura: & tunc ipsum ius vsusfructus videtur venditum siue apponantur dicta nomina, siue alterum tantū, non curo quantum ad propositum: vt ff. de vsufr. l. cum ita. & de vsufruct. l. si quis ita. & ibi gloss. facit ad istam distinctionem. ff. vsufruct. quemadmod. caue. l. idem est. & ibi not. Et isto casu, periculum est emptoris, sicut in eo qui emit proprietatem, vt l. necessario. §. fine. de peri. & commod. rei vend. Prædicta vera, quando ciuitas vendens erat domina illorum prædiorum. Sed si haberet vsumfructum tantum, tunc videtur vendidisse solam perceptionem fructuum tantum. Idem videtur etiam in d. l. necessario. §. fin. & quod ibi not. Super tertio, quando venduntur fructus percipiendi, ex ædificiis & molendinis, secundum verba supra scripta, dico vsumfructum venditum esse, per eadem iura quæ supra dicta sunt in prædiis. tamen in effectu iuris est diuersitas. Nam si quædam ædificia, & molendina sunt ita destructa, quod desierint totaliter esse, tunc vsusfructus est extinctus: vt l. repeti § rei mutatione. ff. quibus modis vsufruct. amit. de vsufruct. leg. l. si cui insulæ. institu. eod. § pe. Et si reædificarentur, non deberetur vsusfructus: vt ff. de verb. obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. in fin §. & ideo hic non est tractandum de refectione. Dico ergo quod periculum est emptoris, sicut si emeret proprietatem, vt l. necessario. §. fi. de peri. & commo. rei vend. Et de vsufruct. lega. l. si cum vsufructuarius. §. fin. Si vero aliqua pars remanet, tunc vsusfructus integre remaneret, vt d. l. si cui insulæ. de
4 vsuf. ¶ †Et ideo est videndum, ad quem pertineat refectio, cum requirat magnam impēsam. Et videtur quod dominus proprietatis non cogatur reficere: vt l. hactenus. de vsufruct. Et l. si cum vsufructuarius. in fin. ¶ Primo videtur, quod ad ipsum vsufructuarium talis impensa pertineat, licet impensam à domino repetat: vt not. dicit gloss. de dam. infect. l. damni. §. ei cui. Et econtra videtur quod dominus teneatur reficere: alias teneretur ad interesse: vt l. ex conducto. in princ. eod. titulo. Sol. dico quod cum iste sit fructuarius, omnem rei curam recepisse videtur: vt l. j. in fin. Et l. seq. ff. de vsufru. quemadmod. caueat. Et in hoc videtur à domino proprietatis procurator constitutus in rem suā: vt l. j. in fine. & l. seq. ff. de ope no. nun. ¶ Ex hoc concludo, quod ipsa cura & solicitudo refectiōis indistincte pertineat

pertineat ad vsufructuarium,vt l.inter fructuarium.ff. de dam. infecto,vbi casus.Vnde si vsufructuarius vult agere contra dominū proprietatis, pro pecunia refectis,ne fortè ipse pro illa pecunia habenda cogatur vẽdere res suas,potest:vt ff.mand.l.si verò non re.§.fin.& l.si mandato meo.in princi. cùm habeat ad hoc mandatum,vt supra probatum est.Non enim est facile soluere,& postea repetere,vt l.si dubitetur.in princ.de fideiuss & l.stipulatus.in prin.eo.tit. de compen.l.j.& 2. Si verò ipse fructuari⁹,vellet reficere sua pecunia,posset:nec posset à domino prohiberi,vt l.hactenus.§. Neratius de vsufr.†Et illam pecuniã quam expendit, posset repetere,vt l.omnium.de vsufru.Et quod nota.in l. si cuius.§.idem quæsitum. de vsufruct sed qua actione?Gl.dicit,negociorū gestorū:vt no.in d.l.enim.& d. l.damni.§.ei cuius.de dam.infec.Vlterius puto ꝙ repetatur actione mandati,cum videatur constitutus procurator,vt dictum est,non enim potest agi neg.gest.cū hoc faciat ex necessitate,vt ff.fami.ercis.l. heredem.§. si vnus.cōmune enim negocium magis quàm alterius gessit.Probatur expressius de bo.auth iud.pos.l.prætor.§.& generaliter.& non ob.quod dicitur fructuarium posse cogi nō reficere,vt l.hactenus. quia verum est,si vult carere vsufructu:vt d.l.cū vsufructuarius.de vsufru.aliàs bene cogitur,vt d.l.inter fructuarium.de dam.infe.Nec ob.quod no.in d.l.damni.§.Titius.quia verum est quòd talis expensa ad eum pertineat. ita ꝙ cùm petere possit alia actione,& alio modo sibi consulere,cessat cautio dãni infecti,quæ est subsidiaria.Nec obst.quod dicitur,dominum non teneri:quia verū est, si vult carere iure dominij,an ipso iure reficiente expẽsas iure dominij priuatur:vt ff.de dam.infect. l. quamuis.in fi.& l.sibi proprietarius.¶Hoc præmisso in quæstione proposita,an debeat fieri remissio,dico ꝙ non: quia casus fortuitus nō potest imputari domino, vt supra probatū est.nec etiam culpa refectionis nō factæ, cum pertineat ad fructuarium, vt dixi.sed posset fructuarius petere interesse ratione quantitatis sibi nō solutæ.Simile in emphyteuta,vt not.per Cyn C.de iure emphy l.j.in fi.Ex his apparet responsio ad omnia contraria,supra in allegationibus facta,Restat vt respondeamus ad quædã,quæ possunt allegari cõtra id quod dixi,propter annuam præstationem est locatio. Et primò non obstat,ꝙ fuit vnum precium constitutum,licẽt solutio diuisa per tempora:quia illa inspectio primæ locationis habetur in legatis & aliis simplicibus obligationibus.Sed in obligationibus respectiuis vnitas precij non inspicitur, si fuit habitus respectus ad singula,vt ecce,si plures res emuntur vno precio, dicitur vna emptio,& probatur supra in quinta ratione primæ partis .Sed pone quòd emi plures res pro precio centum,s.decem pro tali,& decem pro tali,&c.ita ꝙ licẽt sit vnum precium,tamen est habitus certus respectus ad precia singularum rerū.Certè plures dicuntur venditiones,vt ff.de ædil.edic.l.ædiles autem.in fi. & in gl.quæ incipit,s.vnico,quã no.ita in proposito,licẽt ab initio fuerit vnū precium,tamen hoc fuit respectu cuiuslibet anni pro rata, vt patet ex themate:adeo perinde est, ac si singulariter pro quolibet anno esset constitutū precium,erit merces.Non obstat,ꝙ vsi sunt verbo,emit,& vẽdidit,vt dixi.nam verbum,emere, ponitur pro conducere,vt C.loca.l.ei qui insulam.§. qui ædem.de pub l.Cæsar.& hoc ponit Goffre.de iuramẽ. cal.in summa de loca.arg.l.veteris.de actio.emp.Non obst ꝙ vsi sunt hoc vocabulo,precio. Nam licẽt quædam gl.singularis velit dicere, ꝙ hoc nomen solùmodo contractui emptionis & venditionis congruat. vt C.de prædiis.cum l.fi.& ibi no.tamen hoc verbū precium,interdum ponitur pro mercede,vt not.per Azo. in summa.C.loca.§.j.& ꝓbatur ff.loca.l. qui insulam. §.qui ædem.& l.ea lege.§.locaui.& ff.de acquir.possessio.l.si quis ante.circa finem.

¶Disputata fuit hæc quæstio per Barto.de Saxoferrato minimum legumdoctorem.

CERTIS CONCESSA FACVLtate nomine communitatis, disponẽdi & ordinãdi super abundantia frumenti habendi in ciuitate Perusii, qui miserunt in Siciliam pro frumento quendam Florentinum, certa ei mercede pro quantitate promissa,& non dixerunt se hoc bene facere nomine dicti Communis,& datæ sibi facultatis & authoritatis prædictæ superabūdantia frumẽti habendi in ciuitate Perusina, Florentino ex parte sui implente quod conuenit, An Commune Perusii illi teneatur ad præstandam dictam quantitatẽ pro mercede promissa.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis habet potestatem aliquid faciendi, & illud facit, valet quod facit, licẽt non exprimat vnde authoritatem habeat.*

2 *Quando quis habet officium, aliquid gerit super re ad illud officium spectante: in dubio videtur gerere contemplatione officij non se obligandi.*

3 *Si mandatur alicui aliquid, & in eum plenum ius transfertur, tunc etiam si ille mandatarius gerat nomine proprio, valet quod agitur in præiudiciū mandantis.*

4 *Propositus ad aliquod negocium exercendum, an & quando obliget dominum.*

5 *Quando aliquis contrahit, videtur contrahere contemplatione officij quod exprimit.*

Quæstio 5.

a ADVNANTIA (a) generalis communis Perusij,concessit Prioribus potestatẽm & Baliam,ad certum tempus disponẽdi & ordinandi, contrahendi,& commmune obligandi super abundantia frumenti habendi in ciuitate Perusij, quod aliàs ad ipsorum Priorum officium nẽ spectabat:qui Priores miserant quendam Florentinum in Siciliam pro frumento,certa ei pro mercede quãtitate promissa, & non dixerunt se hoc facere ex authoritate & Balia eis concessa ab abundantia generali.per Florẽtinum ex parte sui impletum fuit quod conuenit Quæritur an commune Perusij sibi teneatur ad præstandam dictam quantitatem pro mercede promissa,vel non.

PRO.Et quòd commune teneatur,ostenditur plu-
1 ribus rationibus.¶†Primò sic,quando quis habet potestatem aliquid faciendi & illud facit,valet quod facit,licẽt non exprimat vnde authoritatem habet. immò,quod plus est,si disponens etiam ignoret se authoritatẽ habere,vt ff.de iudi.l.2.§.j de condit.& demon. l.multum.de instit.l.habebat.in princip.& in l.seruum Titij.in fi.ff.mandati.Sed isti priores habebant authoritatem:ergo licẽt non expresserint,commune obligatum est.¶Secundò sic:Quando aliquid potest geri duplici iure,semper videtur geri eo iure,quo res melius, valet,& quo melius gerenti licet:vt ff.de test. milit.l 3. extra.de præbẽd.c.nisi.vbi hoc videtur expressum.Pro hoc totum illud generale in dubio debemus intelligere vt res potius valeat,quàm pereat:vt l.quoties.de rebus dub.de verb.obl.l quoties.cum fi.Ergo in proposito videntur priores contraxisse authoritate adunatiæ

2 generalis,vt ſic valeat.¶†Tertiò ſic:Quãdo ille, qui ha
bet officium, aliquid gerit ſuper re ad illud officium
ſpectante,in dubio videtur gerere contemplatione of
ficij,non ſe alio nomine obligandi,vt ff.de nego. geſt.
l.Neſennius.de inſti.l.fi.& de admi.tut.l.cum poſt.§.j.
& no.quando ex fact.tu.l.poſt mortem.§.j. ergo hic in
dubio videntur priores contraxiſſe authoritate adu-
nantiæ generalis.¶Quartò ſic:Paria ſunt, mandatum
præcedere,vel ratihabitionem ſequi:vt l.fi.C.ad Mace
do.ff.de ſolu.l.ratum.de reg.iur.c.ratihabitio.lib.6.cũ
ſi.ſed quando aliquis contractus celebratur cum ali-
quo,qui alicuius negocia gerit,licèt hoc non fiat man
dato domini,tamen ratihabitione ſecuta dominus te-
netur:vt C.quod cum eo.l.ei qui.in fi.& not.de nego.
geſt.l.ſi pupilli.§.j.& not.ff.de admi.tuto.l.tutores qui
poſt,§.aduerſus.Si igitur ratihabitio ſequens faceret
commune teneri,ergo & mandatum præcedens: in ca
3 ſu ergo propoſito teneatur commune. ¶Quintò ſic:
Quando alicui aliquid mandatur, & in eum plenum
ius transfertur,tunc etiam ſi ille mãdatarius gerat no
mine proprio,valet quod geritur in præiudicium mã
dantis,vt ff.de donat.l.ſi tibi dederim.& ibi nota fecit
l.hoc iure.§.ſi quis dederit.eod.titu.ſed adunantia ge-
neralis concedendo prioribus cùm habeat poteſtaté,
tráſtulit in eos iuriſdictionem ordinariam ſuper hoc,
vt l.fin.C.de iuriſdictio.omn.iudic.& not.ff.eod.titul.
l.more. & ſic modò tanquam hoc competat officio
prioratus,poterunt ſuper hoc,vt priores, contrahere,
& commune obligabitur. Pro hoc optimè quod nota.
extra.de electione.c.in cauſis.& quod ibi not.per gloſſ.
& Innoc.vbi dicitur,quòd quando capitulum conce-
dit aliquibus quòd eligant prælatum,videtur eis iſtud
ius eligendi donatum, & ſic non eligunt authoritate
capituli,ſed ex poteſtate ipſorum.¶Sextò ſic probatur
ſingulariter per caſus plurium legum.Primò per l.res.
§.fi.cum l.ſeq.quæ incipit,non tantùm.& l.2.§.pe.ff.de
iure fiſci.vbi licèt delator non dicat ſe deferre alieno
mandato:tamen ille qui mandauit, punitur. & ſic non
eſt neceſſe quòd in executione actus, mandatarius di-
cat ſe facere mandato alterius. Secundò ſic probatur
per l.qui ſeruum.verſi.niſi quaſi defenſor.& ver.idem.
de interrog.act.vbi manifeſtè colligitur idem eſſe,ſiue
ego ſim in iudicio quaſi defenſor alteri⁹, ſiue ſim meo
nomine,ſi primò tamen in veritate mandatum pręceſ-
ſerit.Tertiò per l.poſt dotis.ſol.matr.ſecundum lectu.
Dyn.vbi videtur pater ſtipulari procuratorio nomine
filiæ,licèt non exprimatur. Quartò per l.is qui.§.vnde
quæritur.& §.ſin autem.ff.de manumiſſ.vbi quis emit
ſeruum proprio nomine,& tamen propter mandatum
quod præceſſit, tenetur.ac ſi fuiſſet expreſſum procu-
ratorio nomine alterius.Quintò per l.ſi mandato Ti-
tij.§.j.ff.manda.&.C.de dolo.l.j.vbi ille fideiuſſor qui
emit ſuo nomine,tenetur mandati, propter præcedés
mãdatum,ac ſi emiſſet nomine principalis. Ex quibus
omnibus concluditur commune teneri,licèt non fue-
rit dictum de authoritate & Balia adunantiæ genera-
lis.

ADDITIO.

a ¶Adunantia.Adde quòd iſta quæſt. eſt inſerta in anti-
quis lectu.Barto.in l.ambitioſa.in fi.ff.de decre.ab or-
dine fa.& ibi vide apoſtil.meam,& vide Bart.in l.quo-
ties.§.data.ff.de ope.leg.& ibi vide Alexan.in addit.&
apoſtil.Alex.in l.habebat.ff.de inſtit.& in addit Bald.
& Alex.in l.ſi per errorem.in 2.col.in ver.extra gloſſ.ff.
de iuriſdi.omn.iud.& Feli.in c.paſtoralis.§.quia verò.
in 2.col.de offic.deleg.& in c.cùm acceſsiſſent.in 4.&
5.col.de conſti.Tho.

CONTRA, quòd commune non teneatur, pro-
4 batur pluribus rationibus.¶†Primò,ſic:Ad hoc, vt
dominus obligetur per eum, quam propoſuit ad ali-
quod negocium exercendum, eſt neceſſe vt ille qui cũ
tali,qui præpoſitus eſt,contrahit, ſciat illum ad hoc
propoſitum eſſe,& etiam in hoc ſciat ſe contrahere,vt
ff.de exercito.l.1.§.primo & 2.not.eodem titul.l.j.cir-
ca princ.in 3.gloſſ.ſed in quæſtione noſtra non propo-
nitur,ꝙ ille Florentinus ſciuit prioribus eſſe conceſ-
ſam illam Baliam:nec eſt præſumptio, quòd ſciuerit,
cum eſt forenſis:vt l.fi.ff.de decre.ab ordi.fac.& extra.
de conſtit.c.j.& 2.Et quia eſt regula,ꝙ ignorátia præ-
5 ſumitur:ergo commune non tenetur.¶†Secundò ſic,
Semper cùm aliquis contrahit,videtur contrahere có
templatione officij quod exprimit:vt l.fi.de inſtito.&
l.cùm poſt.de admin.tut.& no.in l.poſt mortem.§.j.ff.
quando ex fac.tu.Sed hic priores contrahendo,ſolum
officium prioratus expreſſerunt, non autem adunan-
tiæ generalis,ſed ex officio,quod in contractibus non
poterat commune obligare.¶Tertio ſic Regula eſt,ꝙ
perſona in contractibus extrinſecus non ſubintelliga
tur:vt ff.de verb.oblig.l.ſi ſtipulatus.§.Chryſogonus.
& ſic magis ſuo nomine quàm nomine alieno quis pręſumitur gerere,vt l.& magis.ff.de ſolutio.& ff.mand.
l.Papinianus.de in rem verſ.l.ſi filius.ergo in hac obli
gatione nó ſubintelligitur,quòd hoc fiat authoritate
adunantiæ,ergo commune non tenetur.¶Quartò ſic:
Nomen officij vel authoritatis extraneæ nunquã ſub-
intelligitur:ſed in dubio quis tanquam ipſe contrahe-
re videtur,vt ff.de iure do.l.cum pater.vbi officiũ cu-
ratoris non ſubintelligitur,vt C.cred.euic.pi.non de-
be.l.j.& ſecunda.vbi non intelligit quis vendere iure
creditoris,niſi exprimatur:vt ff.loca.l.ſi quis.§.penul-
timo.vbi non intelligitur quis locare tanquã fructua-
rius,niſi hoc exprimatur.ſic hic non intelligitur face-
re authoritate adunantiæ generalis,niſi fuerit expreſ-
ſum,ergo &c.¶Quinto ſic:Quando alicui officiali có
ceditur,vt aliquid faciat quod alias ad ipſius officium
non ſpectabat,intelligitur quando faciat authoritate
ſuperioris concedentis,non authoritate propria,vt ex
tra.de reſcript.cap.cum aliquibus lib.6.& longa diffe-
rentia eſt,vtrum quis faciat authoritate propria,an au
thoritate apoſtolica,vt de ſupp.neg.præla.cap.primo.
in clem.cum concord.ibi poſitis.ſed hic non fecit au-
thoritate ſuperioris,ſed adunãtiæ generalis,ergo &c.
¶Sexto probatur per caſus plurium legum.Primo,per
l.Caſſius.ff.de ſol.cum ſi.ibi notatis.vbi illud quod mi
hi mandatur,ꝙ faciam nomine alieno,ſi faciam nomi
ne proprio,non valet.Secundo,per l.3.§.ſed & quando
de tutore.verſicul.ſed & quid ſi tutor.ff.iudic.ſol.vbi
non ſufficit quem eſſe tutorem, niſi vt tutor admini-
ſtret.Tertio,per l.ſi ego.cum ſua gl.quod vi aut clam.
vbi factum eius,qui à me habet mandatum,non nocet
mihi,niſi nomine meo agat.Quarto,per l.ſi vnus.§.j.ff.
pro ſocio.vbi factum ſocij non nocet ſocietati,niſi ſo-
cietatis nomine geſtum ſit.Facit quod not.eodem.tit.
l.act.§.j.Quinto,per l.ideo.§.pen.& fi.ff.de in rem ver-
ſo.vbi videtur,ꝙ nó aliter tenetur dominus vel pater,
niſi hoc animo geſſerit filius vel ſeruus,vt in ré domi-
ni vel patris verteretur:& illa actio æquiparatur actio
ni mandati.l.j.& de neg.geſt.& eo.ti.l.3.§.j.ver.regula
riter.Et ſic in mandato oportet,quod fiat animo expli
candi mandatum,quod hic non eſt factum. Concludi
tur ergo,commune Peruſij non teneri.

SOLVTIO. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine
inuocato,dico circa prædictam quæſtionem duo eſſe
conſideranda:¶Primo,an poſt reformationem præ-
dictam factam ab adunantia generali, prouiſio ſuper
abundantia,pertineret ad ipſorum Priorum officium:
vt ſic hoc poſſint,vt Priores ex officio Priorum,vigo-
re officij Prioratus,licet ante reformationem non poſ
ſent.¶Secundo eſt videndum,poſito ꝙ hoc nó poſſent
ex vigore ipſorũ officij, an ſi non exprimunt ſe facere
authoritate adunantiæ,commune teneatur.¶Et circa
a primum(a)dico, verba reformationis eſſe diligenter
inſpicienda.Si enim hoc conceditur officio,vt quia di
cunt ꝙ ad officium Priorum pertineat:& tunc Priores
poterunt

poterunt iure suo. Si verò dicerent verba, ꝙ hoc possit authoritate adunantiæ generalis, & similia verba: tūc hoc nō possent ex vigore eorum officij Hoc probatur in procœmio Insti. circa medium. de veteri iure enuc. l. j. §. omnia enim. ff. de offi. eius cui mād. est iur. l. j. §. qui mandatum. de iurisdi. omn. iudic. l. solet. Et hoc magis est expressum extra. de cle. ægrot. c. j. lib. 6. & de supplē. negli prælat. c. j. in cle. de relig. do. c. quia contingit. §. j. in cle. Si verò verba sunt dubia, & in nostra quæstione: tunc aut committitur ipsis prioribus vnum factum particulare, & inter certas personas, vel de certa re: & tūc in dubio intelligitur authoritate adunationis generalis, non ipsorum propria. Casus est expressus extr. de rescrip. c. cùm aliquibus. libr. 6. Iurisdictio enim ordinaria non conceditur in re certa vel particulari casu. ff. de test. tut. l. certa. sed debet dari cuidam vniuersali administ. atori, vt statim dicam. Si verò conceditur vnum negocium vniuersale, vt in quæst. nostra, vbi conceditur prouisio super abūdantia: tunc videtur cōcedi iurisdictio ordinaria, quod probatur, quia vniuersitas hoc potest. l. fi. C. de iur. om. iudi. ff. eo. l. & quia. & ibi no. sed concedēdo aliquam administrationem vniuersalem, in dubio videtur concedere iurisdictionem ordinariā: vt l. j. in prin. & §. & vrbem. ff. de offi. præfe. vrb. & C. vbi & apud quem. l. fin. ibi. certæ administrationi cum iurisdictio inest. & c. vt in auth habita. C. ne fil. pro patre. vbi doctoribus conceditur iurisdictio in scholares: & cōstat quòd illa est iurisdictio ordinaria. Et sic in casu proposito si hoc fecerunt tanquam priores, cùm hoc competat ipsi officio tāquam iurisdictio ordinaria lege municipali hoc concedente, non esset necesse quòd fieret mentio de authoritate adunantiæ generalis. Pro hoc est text. ff. quod vi aut clam. l. 3. non tantùm vbi planè ibi: hoc ita verum est, &c. ¶ Circa se-
b cundum (b) verò, posito quòd hoc non possint facere authoritate eorum officij, an si non exprimant authoritate adunātiæ generalis, commune teneatur. Hic est aduertendum: Quandoque contrahitur cum eo, qui
c habet (c) mandatum, vel administrationē ab alio simpliciter, hoc modo: Titius promisit, &c. nō adiecto nomine alterius. & hoc casu, quia contractus potest intelligi celebratus nomine ipsius proprio, ideo alius, à quo habet officium, fortè non est obligatus. Et ad hoc concludunt omnes rationes factæ pro illa parte. quod commune non tenetur sed si actus nō poterat celebrari nomine proprio, locū habēt rationes factæ pro prima parte, ꝙ cōmune teneatur: quod tamen hic nō examino: quia esset longū: sed examinabo in repet. quā intendo facere de l. si post mortē. ff. quando ex fa. tu. &c.

d ¶ Disputata fuit hæc quæstio (d) per me Bartol. de Saxoferrato minimum inter legum doctores.

ADDITIO.

a ¶ Et circa primum. Vide Bart. in l. ambitiosa. in vlti. col. ff. de decre. ab ordi. facien. & ibi apostil. d. Alex. & ibi vide apostil. meam. & vide Alex. in l. j. §. opus nouū. in prin. ff. de no. ope. nun. Tho.

b ¶ Circa secundum. Vide quod plene no. Bal. in l. falsus. C. de fur. Tho.

c ¶ Cum eo qui habet. vide Alex. in consi. 146. in 5. vol. incip. in causa. in fi. Tho.

d ¶ Hæc quæstio. Adde quòd hæc quæstio fuit disputata Perusij de anno Dominī 1346. de mense Februarij, prout inueni in 13. volu. consil. Th. Diploua.

AN CAPTVS AVTHORITATE iudicis iniuste, & deinde ad petitionē creditoris sui pro debito authoritate iudicis in carcere recommendatus ac retētus, docens de prioris capturæ iniquitate relaxari, vel pro non debito creditoris in carcere retineri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quādo aliquem iniustè capit, infert illi capto vim, & eum spoliat propria libertate.*

2 *Quando quis actione alterius vtitur, vti debet tantum cum sua causa, & cum suis vitiis.*

3 *Aliquem capi, duci, & poni in carceribus, dicitur vocatio in ius, & appellatur citatio realis.*

4 *In his, quæ sunt inseparabilia, vtile per inutile vitiatur.*

5 *Interdictum, quod datur spoliatis pro recuperanda possessione, non datur, nisi contra ipsum spoliantem.*

6 *Captura licèt sit inutilis in persona vnius, tamen potest esse praparatio vtilis in personam alterius.*

7 *Actus naturalis etiam per violētiam factus, licèt nō prosit facienti: tamen prodest alijs in interpretatione præscriptiōis, si aliquis per vim de fundo expellitur.*

8 *Quando fuga debitoris iustè timetur, debet capi & detineri, licet aliàs fieri non posset.*

Quæstio 6.

a LAPVS (a) fuit captus & in carceribus positus authoritate iudicis indebitè & iniustè. deinde ad petitionē sui creditoris, qui de iure communi vel municipali poterat eum facere capi, & in carceribus detineri, pro debito fuit authoritate iudicis cōpetentis recommendatus, & in carceribus pro debito supra dicto positus. nunc Lapus petit se à carceribus relaxari, & de iniquitate & iniustitia primæ capturæ & carceribus legitimè ostendit. Modò quæritur, an debeat totaliter relaxari, an verò pro debito dicti creditoris debeat in carceribus remanere.

PRO. Et primò pro parte dicti Lapi, ꝙ veniat totaliter relaxandus, probabo decem rationibus.

1 ¶ † Primò probatur sic: Certū est, ꝙ quando iudex aliquē iniustè capit, & in carceribus ponit: infert illi capto vim, & eum spoliat propria libertate, vt ff. de in ius voc. l. plerisq; in ff. de lib. homi. exhi. l. j. & l. 2. de cōdi. & demō. l. Titio centū. §. Titio. sed spoliatus ante omnia debet restitui. C. ad leg. Iul. de vi. l. si quis ad se fundū. de ord. cogn. l. fi. & C. vnde vi. l. meminerint. si per vim vel alio modo. l. j. ff. de vi & vi arma. l. j. circa princi. & ibi no. adeo ꝙ huic per vim spoliato, quasi nulla exceptio potest obiici, vt ff. quod vi aut clam. l. j. §. per vim. & no. per Dy. de reg. iur. c. qui ad agendū. Ex prædictis bene concluditur, ꝙ dictus carceratus debet pri⁹, quā aliud fiat, ꝓpriæ libertati restitui, à qua fuerat spoliatus: & sic debet totaliter relaxari. ¶ Secundò probatur hoc sic: Quando vis expulsiua, seu spoliatiua infert alicui per aliquā personā ex his, per quos nobis acquirit, vt per filium, seruum, tutorem, & sic tunc in eos datur interdictum vnde vi vtile, seu alia actio in eo quod ad nos peruenit: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. quod igitur. & §. seq. & §. filius. & l. si me in. & quod ibi no. C. vnde vi. l. meminerint. sed hæc vis est illata per iudicem, ex cuius persona, sicut & cuiuslibet officialis, nobis potest quæri, vt ff. rem pup. sal. for. l. non quasi. circa princi. de magi. conue. l. j. §. exigent. de adop. l. non enim. C. quādo mulier tut. offi. fun. potest. authen. matri & auiæ. & ibi no. Item ex alia violentia facta per iudicem ad illū creditorem peruenit illa prima detentio, quæ primò fuit per eum facta: ergo contra illum creditorem potest agi, vt restituatur pristinæ libertati. & sic dictus Lapus fit à carceribus totaliter relaxandus. ¶ Tertiò probo sic. Vna ex regulis interdictorum est, ꝙ interdicta licèt sint personalia, tamē sunt in rē scripta, vt competant nō solùm cōtra eum qui fecit, sed contra omnē possidentē, vt ff. de interdi. l. j. §. pe. no. C. de interdic. l. incerti. in gl. vlti. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. antepe. quod vi aut clam. l. cōpetit. §. fi. de oper. no. nun. l. pen.

in fin.Sed ad istum creditorem peruenit detétio istius
Lapi propri a libertate spoliati:ergo contra eum dabi
tur interdictum de libe. homi.exhib.vel quodcunque
aliud,quod ad hoc dicat competere:& sic erit à carce
2 ribus totaliter absoluendus. ¶†Quartò probatur sic:
Quoties quis adminiculo & actiõe alterius vtitur, vt i
debet tantum cum sua causa, cum suisque vitiis, vt l.
Pomponius.§.si cùm quis.ff.de acqui.pos.de re iudi.l.
in omnibus.§,non debet.& l.quod ipsis.& specialiter
vitiat realia,& res furtiua,& vi abrepta:vt insti.de vsu
cap.§.furti.ff.de vsuca.l.sequitur.§.quod auté.vi bon.
rapto.l.fi.C.de fur.l.si adducta.de acquir.pos.l.vitia.&
ibi not.sed iste creditor vtitur actione prioris captu-
ræ & incarceratiõis:quia nisi Lapus fuisset ibi immis-
sus,non potuisset ibi recommendari:ergo vtatur cum
suis vitiis,vt sic relaxetur ex vigore secundæ recom-
mendationis,sicut venit relaxandus ex primo, maxi-
mè cùm istud vitium est reale, cùm per vim fuerit li-
bertate priuatus.¶Quintò probatur sic:Quando fun-
damentum venit destruendum:quia iniustè ædificatũ
est,venit destruendum quicquid superędificatur,vt ff.
de aqua pluuia arcend.l.Atheius.§.final.cum l.sequẽt.
de exception.rei iudicatæ.l.egi.& quod dicitur de li-
bello & lit.contest.quæ sunt fundamenta iudicij, quæ
si sint malè cõcepta,totum iudicium destruitur, vt C.
de lit.contest.auth.offeratur.de sententiis.l.prolatam.
de accusat.l.libellorum §.j.si mensor fal.mod.l.j.§ j.C.
qui legi.personas.l.momentaneæ.sed in quæstione no
stra fundamentum totius negocij,est prima captura &
incarceratio:& tale fundamentum venit destruendũ,
igitur quicquid est supra ædificatum:& sic secũda re-
commendatio,vnde dictus Lapus venit totaliter relã-
xãdus.¶Sextò idem probatur per illud generale: Quo
ties aliquid fit cõtra ius,nõ valet,nec ipsum nec quod
sequitur ob id,vel ex eo:vt C.de legi.l.non dubium.de
pact.l.pacta quę contra.de fideiussorib.l.cùm lex.in fi.
sed ista prima captura & incarceratio fuit facta con-
tra ius,& ex ea seu ob eam sequuta est secunda recom
mendatio:ergo recommendatio nulla. & sic dictus La
pus erit à carceribus totaliter relaxandus.
3 ¶†Septimò probatur sic: Certum est ꝙ aliquem capi,
duci,& poni in carceribus,dicitur reuocatio in ius,&
appellatur citatio realis,vt ff.de in ius voc.l. plerique.
& l.sequen.& si is,& ibi not.C.quomodo & quand.iu
dex.l.consentaneum.& in authenti.de exh.& intro.re.
§.si vero.col.5.sed ille,qui pro vna causa habet necesse
certo loco stare,& stare non potest, pro alio capi & in
ius vocari non potest:vt ff.de in ius voc.l.2.in fin.Cùm
ergo iste Lapus haberet necesse,vt coactus staret cer-
to loco ex causa primæ captionis & incarcerationis:
per secũdum creditorem non potuit capi, & in carce-
ribus recommendari:& sic debet totaliter pristinæ li-
4 bertati restitui.¶†Octauò probatur sic:In his quę sunt
inseparabilia,vtile per inutile vitiatᷣ:vt ff.de aqua quo
tid.& æstiua.l.j.item quæritur.& §.Trebatius.de arbi.
l.Pedius not.in l.pecuniæ fœnebris.ff.de vsuris.C.de
agri.& censi.l.quemadmodum.lib.xj.& ibi no.p Dyn.
in c.vtile.extra.de regul.iuris lib.6. Sed in casu nostro
secunda recommendatio non potest separari à prima
captura & carceratione inutili: quia si prima recom-
mendatio non potuisset fieri, ergo secũda recommen-
datio propter primã inutilem vitiabitur: & sic Lapus
erit totaliter relaxandus.¶Nonò sic probatur: Com-
mentariensis,seu custos carceris,est quidam deposita-
rius carceratarum personarum,quod patet: quia sicut
depositario rei committitur custodia,ff.depositi.l.j. in
prin.ita commentariensi & custodi carcerum commit
titur custodia personarum,vt C.de custo.reo.l.cõmen
tarienses.& l.fi.& ff.eo. milites.& l.fi.sed per denũtia
tionem seu sequestrationem factam depositario, non
debet interdici depositi restitutio.C.depo.l.pen.& in
authent.sed ratio ibi posita,est ex cor.de deposito.§.j.
col.6.maximè quia ibi dicitur, quòd non potest interᷣ
dici officiali publico pars administrationis. Ad istud
ergo in proposito per recommẽdationem postea factã
non potuit commentariensi interdici,quin eum resti-
tuat pristinæ libertati,si ex prima causa carcerationis
venit liberãdus:& sic dictus Lapus venit totaliter ab-
soluendus.¶Decimò probatur per l.specialem.vbi vi-
detur casus ff.de bon.auth.iud.pos.l.cùm vnus.versic.
planè.nã si res est capta pignori iussu iudicis per vnum
ex creditoribus,omnes alij possunt ire in possessionẽ:
tamẽ si prima captura nõ valuit,quia primus non erat
creditor.etiam si aliqui qui non sunt creditores,intrẽt
in possessionem,nihil valebit. Ita in proposito captio
& carceratio personæ est loco pignoris:si non valet in
prima captura & carceratione,nõ valebit etiã secũda
recommendatio:& sic dictus Lapus erit relaxandus.

ADDITIO.

a ¶Lapus.De ista quæst.meminit Bar.in l.2.§.fi.in fin.
ff.de custo.reo.& in l.qui de crimine.in fi. C.de accus.
& in l.sed & si minor.§.j.ff.qui satisd.cog.& in cõs.221.
in fi.incip.an positus.in j.vol.& de ista quæstione vide
etiã Bar.in l.sed eximendi.§.fi.& ibi Paul.de Cast.ff.ne
quis eũ qui.cũ concor.de quibus per do.Ias.ibi, quã le
git sub l.j.§.quod prætor.in 3.col.eo.tit.Et vide Alexã.
in l.si finita.in prin.in antepe.col.ff.de dam.infec.& in
l.legata inutiliter.in 2.col.in prin.ff.de leg.j.& Angel.
de Are.in §.fi.in 3 col.instit.de act.& Bal.in cõsil.117.in
2.vol.& an per dationem fideiussoris videatur Lapus
tacitè cõfessus se fuisse bene captum & tacitè appro-
basse capturã,vide per do.Io.Bapti.Seue.in suo tra. de
debi.fugi.in pen.q. vbi plenè examinat.Tho.Diplo.

CONTRA,quòd pro debito dicti creditoris de
beat in carceribus remanere,probatur aliis decem ra-
5 tionibus.¶†Primò probatur sic: Nam interdictum (a)
a quod datur spoliatis pro recuperanda possessione, est
vt non detur nisi contra ipsum spoliantem: vt ff.de vi
& vi arma.l.cùm à te facti.& ff.de acqui. possef.l.fi.vti
possi.l.j.sed iste Lapus fuit spoliatus libertate sua per
istum creditorem, qui secundò facit recommendari
eum:sed per primam capturam & carcerationem: igi-
tur cõtra istum creditorem non potest agi,vt restitua-
tur suæ libertati: & sic pro eius debito iste Lapus de-
bet in carceribus remanere. ¶Secundò probatur sic:
Quando ad vnum putatiuum creditorem aliquid de
bonis debitoris peruenit indebitè & iniustè,alius quĩ
verè debitor est,potest agere contra ipsum putatiuum
creditorem,& facere sibi restitui antequam ipsi debi-
tori reddatur:vt ff.de condi.indebi.l.tutores. de bon.
autho.iudi.poss.l.non expedierit:§ fin. & ibi not.C.de
iure delibe.l.scimus.§.licentiam.Sed in quæstione no
stra,ad primum qui fecit Lapum capi,peruenit deten
tio personæ ipsius indebitè & iniustè.ergo iste secun-
dus,qui verè est creditor,potuit licitè illam detentio-
nem facere in se transferri, antequam restituatur La-
pus pristinæ libertati:& sic debebit in carceribus pro
debito remanere.¶Tertiò probatur sic:Quando vnus
actus venit ad præparationem alterius,licèt ille actus
non sit iuridicè factus,nec prosit faciẽtibus:tamẽ aliis
verè ius habentibus prodesse poterit: vt ff.de inoffici.
testa.l.posthu.§ si quis ex his.Ita in proposito,licèt pri-
ma captura & incarceratio fuerit iniustè facta, tamen
quia est quoddam præparatorium ad recommendatio
nem,proderit aliis creditoribus vere ius habentibus,
vt ibi possent facere recommẽdationem: & sic debeat
6 Lapus in carceribus remanere. ¶†Quartò probatur
sic:Licèt initium captionis,seu ipsa captura sit inuti-
lis & inefficax in persona vnius,tamen potest esse præ
paratio vtilis & efficax apprahensione in persona alte
rius,vt ff.de acquiren.rer.dom.l.naturale.§.illud. & l.
in laqueum.& quod ibi no.& instit.de re.diui.§.illud.
Ita in proposito, licèt captura & carceratio prima sit
inutilis,

inutilis: tamen potest esse præparatio secundæ recommendationis vtilis & efficax: & sic iste Lapus debeat in carceribus remanere. ¶ Quintò probatur sic: Regula est, q illud non præstat impedimentũ, quod de iure non sortitur effectũ: vt ff. de condi. & demon. l. hæc cõditio. quando dies leg. ced. l. pen. de reg. iur. c. nõ præstat. & ibi per Dy. sic: Inutilis sententia non est impedimento, quin alia feratur: vt C. quomodo & quãdo iudex. l. si præses. de senten. ex breuicu. recitan. l. 2. de sen. & interlo. om. iud. l. j. de senten. quę sine cer. quant. l. fi. sic stipulatio inutilis nõ impedit actionem nasci ex numeratione vtili, vt ff. si cert. pet. l. certi cõdictio. §. quoniam. de verb. obli. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. Ita in proposito, prima captura & carceratio inutilis, non præstat impedimentum secundæ recõmendationi vtiliter fiẽdæ. & sic Lapus debet in carceribus remanere.

7 ¶ †Sextò probatur sic: Actus naturalis etiam per violẽtiam factus, per quem aliquis impeditur ne locupletetur cum aliena iactura, licèt non prosit faciẽti, tamẽ prodest aliis in interruptione pręscriptionis, si aliquis per vim de fundo expellitur: vt ff. de vsuca. l. naturaliter. & no. C. de præscrip. 30. anno. l. si quis emptionis. §. sed si quis. sed ista prima captura & carceratio operatur, vt iste Lapus locupletetur cum aliena iactura, effugiendo debiti solutionem: ergo licèt non prosit primo faciẽti, prosit alij: & sic Lapus in carceribus remaneat. ¶ Septimò probatur sic: Quando ex facto vnius tertij aliquis damnificatur, & alteri cõmodum acquiritur: ille, qui est damnificatus, primò debet agere contra illũ tertium, quàm cõtra eum, cui commodum acquiritur: vt de eo per quem fact. est. l. j. in prin. si quis cautio. l. 2. in fi. cum l. sequen. & quod no. C. de instit. & substit. l. j. de cond. & demon. l. in testamento. ita scriptum. Cùm igitur iste Lapus fuerit priuatus sua libertate occasione primæ capturæ, prius debet agere ad suum interesse contra eum, qui fuit author primæ capturæ: non autem debet venire contra istum creditorem, nisi in subsidium, vt dictis legibus: sic debeat in carceribus remanere.

8 ¶ †Octauò probatur sic: Quando debitoris fuga iustè timetur, debet capi & detineri, licèt aliàs fieri non posset, vt ff. de his quæ in fraud. cred. l. ait prætor. § si debitorem. & in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatem. col. 2. & quod no. insti. de act. in princ. in gl. super verb. de iudi. & quod not. C. de feriis l. dies festos. in 2. gl. in 10. col. de pac. iura. fir. c. j. § j. gloss. super ver. potestatem. sed hic iustè timetur de recessu istius Lapi, quod patet in themate quæstionis, quia ante habebat ius faciendi capi & detineri, ergo posito quòd aliàs non posset detineri, hoc casu possit: & sic Lapus debet in carceribus remanere. ¶ Nonò probatur: Commentariensis seu custos carceris, est vt depositarius, vt dictum est supra in 9. quæstione, facta pro parte cõtraria: sed alio agente legitimè, & probãte legitimè de iure suo, interdicitur depositi restitutio, vt ff. deposi. l. bona fides. & quod ibi no. C. deposi. & auth. de depos. sed iam in casu nostro, qui legitimè habet ius faciendi capi, & in carceribus detineri, vt est propositum, licèt potuit custodi carceris interdicere depositæ personæ restitutionem: & sic Lapus debet in carceribus remanere. ¶ Decimò & vltimò probatur sic: Per legem, vbi videtur sic casus expressus ff. quod met. caus. l. fi. in fi. vbi dicitur sic, q æstimatio quæ est facta per nuncios authoritate iudicis, licèt indebitè: & tamen si in veritate id quod solutum est, debitè debeatur, non competit repetitio. Ita in proposito, licèt iste Lapus fuerit indebitè carceratus, tamen iste creditor qui fecit eum recommendari, in veritate habet ius faciendi eum capi. & sic non poterit repeti, vt restituatur suæ libertati: & & sic debet in carceribus remanere.

ADDITIO.

a ¶ Nam interdictum. Vide Paul. de Castr. in consilio 26. vlti. colum. in fine, Tho. Diplo.

SVMMARIVM.

1 *An debitor ad petitionem alterius creditoris, qui secundò fecit recommandari, possit detineri.*

2 *In delictis tutor, quantum ad pupillarem, reputatur extraneus.*

3 *Recommendatus ex vna causa, non potest citari seu recõmendari ex alia, si per hoc processus primus impediretur.*

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato, salua sententia cuiuslibet doctoris, aduocati, siue scholaris, qui melioribus ratiõibus moueretur: in quæst. præsenti videtur mihi aduertendũ: quia quæstio generaliter proponitur, q prima captura & incarceratio fuit facta indebitè & iniustè, nec declarat qualiter. Item non declaratur, vtrum prima captura fuerit ad petitionẽ eiusdem creditoris, qui primò fecit recõmendari, an alterius. Et ideo, vt omnia clarè liqueant, oportet distinguere: Aut enim prima captura fuit facta indebitè & iniustè, quia fuit captus extra territorium iudicis, & ductus & carcerat⁹ in ciuitate, in qua non habebat domicilium. & tunc in carceribus ad petitionẽ eiusdem vel alterius creditoris non poterit recommendari: qui etiam si iustè fuisset ductus, haberet ius reuocandi domum: vt l. 2. § legatum. cum §. seq. ff. de iudic. Sed si esset de casibus, in quibus non haberet ius reuocandi domũ, dic vt infra dicã in aliis mẽbris. Quòd autẽ in territorio alterius indebitè capiatur, probatur expresse de ædil. edic. l. quid si fugitiuus. §. idem scribit placere. cũ gloss. sua. Præterea, si executio realis non potest fieri in territorio alterius, vt l. cùm vnus. §. is qui. de bo. auth. iudi. pos. l. à diuo pio. §. j. de re iud. ff. multo magis non potest fieri personalis: & ideo quia ipse iudex nõ potest facere capi in alterius territorio, lex vult q scribatur iudici, in cuius territorio est, vt ipse, cùm expedit, capi faciat: vt in auth. vt nulli iudi. §. si quis verò compræhensorũ. col. 9. & C. de adult. auth. si verò criminis. Aut fuit captus & incarceratus in territorio iudicantis, sed aliàs indebitè & iniustè: & tunc aut prima captura & incarceratio fuit facta indebitè & iniustè respectu iuris partis, ad cuius petitionẽ fiebat: sed respectu iudicis fuit iusta, puta fuit carceratus primò pro debito soluto, nec constabat iudici, & statutum sibi permittebat: Aut ex parte iudicis primæ capturæ & incarcerationis fuit iniustitia.

¶ Primo casu, aut ius secundæ recommendationis fundatur ex vi primæ capturæ & carcerationis, quia aliàs ius recommendandi non haberet. Exemplum: Vidi in quibusdam ciuitatibus statutum, quòd ille, qui est in carceribus positus pro debito, possit ibi recommẽdari sine causæ cognitione: & post recommendationem cognoscatur de iuribus debiti. Sed si non est captus, non detur licentia capiendi, nisi præcedente causæ cognitione. ita est tenor statuti. & isto casu secunda recõmendatio assumit vigorem à prima carceratione. & ideo cùm primò non fuerit creditor, nec etiam secunda valet, siue sit idem creditor, siue alius. hic est casus ff. de bonis authoritat. iudic. possid. l. cùm vnus. circa prin. in ver. sed plura.

¶ Aut secunda recommendatio non capit vim à prima captura & carceratione: quia ante per se ius habebat faciendi capi & detineri, tunc secunda recommendatio valet, & pro secunda debet in carceribus remanere, siue ad petitionem eiusdem creditoris, siue alteri⁹. Istud probatur per casum, rectè intelligendo secundũ quod doctores intelligunt. ff. ne quis eum. qui in ius voc. vi exi. l. sed eximendi. §. item si quis. vbi dicitur, q si ille qui per calumniam ducebatur, fuit exemptus, eximens tenetur actione in factum, ex illo edicto: quod

datur etiam inquãtum in litem iurabitur interesse:sed
pro illa causa,pro qua faciebat eum citari per calum-
niam,non potest iurare:quia sua non interest. Opor-
tet ergo de necessitate poni quod sua ĩterest:ideo quia
per aliam causam eum fecit detineri.Et ita intelligunt
Iac.de Raue.& Iac.Butr.vt ipse refert in lect.sua.instit.
de act.§ pœnales.¶Præterea hoc casu nulla commissa
est ibi violentia,per quam possit dicere se spoliatum.
Nam iudex quantum est in se,facit legitimè, & iuris
executio non habet in se iniuriam,vt l.iniuriarum.§ j.
ff.de iniuriis.& quòd vis non sit commissa , est.expres-
sum.ff.de regu.iur.l.factum cuique,§.non videtur. sed
hic est solum dolus ex parte eius qui fecit eum capi,
cuius occasione potest conueniri actione iniuriarum,
vt dict. l.iniuriarum § si quis per iniuriam. Sed natura
simplicis doli est,vt non aggrediatur personam com-
mittentis,vt l.2.§.j.de doli exceptio.l. apud Celsum.§.
fin.eod.titu.& sic patet,quòd si aliud postea fecit recõ
mendari,sibi nõ nocet dolus & calumnia primi. Item
natura simplicis doli hæc est,vt in eadem persona pur
getur noua extrinseca superueniente causa iusta , vt l.
non solùm § quod vulgo.ff.de vsuca.de acquir. poss.l.
qui bona.§.j.C.eodem l.cùm nemo.sed in casu propo
sito ex noua recommendatione superuenit ipsi credi-
tori noua iusta causa retinendi,ergo etiam pro eo po
test in carceribus remanere.Præterea interdicto de li-
be.hom exhib.non tenetur qui detinet sine dolo,vt ff.
de libe.ho.exhi.l.3 §.si cùm quis.& §.sequ sed hic siue
sit idẽ,siue alius,detinet sine dolo,quia dolus est pur-
gatus:ergo &c.

¶Secundo casu.quando ex parte iudicis,seu executo
ris suæ familiæ,fiat iniustitia,vtputa,quia fuit extract⁹
de domo,vel de ecclesia,vel quia fuit captus tempore
quo non poterat,isto casu nõ fuit dolus purus,sed vio
lentia,vt dixit expresse tex.in l.plerique.in fi. de in ius
voc.& potest dici,quòd talis carceratus per vim spo-
liatus est sua libertate,vt ff.de lib ho.exhi.l.j. & 2.& i-
deo isto casu est aduertendum,si quidem ista talis vio
lentia cadit in vim compulsiuam , vt quia talis captus
& carceratus huic carcerationi consentit. quod appa
ret multoties:quia dant commẽtariensi cautionem de
non recedẽdo,vt staret habilius in carceribus,vel quo
cunque alio modo de consensu carcerati appareat, li-
cet per violentiam,& tunc tã ad petitionem alterius
creditoris ius habentis.quàm ad petitionem eiusdem
ius habentis ex alia causa,poterit in carceribus recõ-
mendari,& ibi debet pro tali debito remanere. Casus
est ff.quod met.cau.l.fi.in fin.vt si illud quod est inde-
bitum,peruenit ad me per violentiam compulsiuam,
factam ab officialibus , non debeat auocari.sed istud
ius detinendi talem debitorem pro debito, mihi com
petebat.ergo si detentio ad me peruenit,non reuoca-
bitur,& hoc ideo,quia natura actiõis,per quam quis
restituitur aduersus vim compulsiuam,hæc est,vt solũ
dãnũ persequatur:vt ff quod met.causa.l.sed & partus.
§.fi.vbi etiam videtur casus,licet hic non est damnifi-
catus,quia istud ius detinendi,erat debitum hic credi
a tori.ergo,&c.Si verò (a) talis violentia cadit in aliam
vim spoliatiuam,tunc ad petitionem eiusdem , qui eũ
primò capi fecit pro alio debito.sine dubio non pote
rit detineri:quia spoliatus sua libertate,ante omnia re
stituendus est.nec vlla iusta exceptio potest opponi,
quare non restituatur.l.2 C. si per vim vel alio modo.
ad l.iul.de vi.l.si quis ad se fundum §.quod vi aut clã.
l.j.§.per vim.no.de vi & vi arma.l.j.& per Dyn.de reg.
iur.c.qui ad agendum.libr.6.Præterea hoc videtur ex-
pressum in detentionem liberi hominis.ff. de probat.
l.si quis liberum. C.eod.l.vis eius.facit ff de li.cau.l. li
1 beris:§.fi.ff.de acquir.rer.domi.l.nemo seruum.¶ †Sed
si quæratur,an ad petitionẽ alterius creditoris,qui se-
cundò fecit recommendari.possit detineri,hoc est du
bium,quia videtur quòd istud iudicium recuperandæ
libertatis,quia priuatus est,detur solùm cõtra primũ,
non contra secundum,per l.cùm te.de vi & vi arma.&
supra dictũ est.tamen dico quòd debet relaxari,& pri-
stinæ libertati restitui ante omnia:& sic nõ potest pro
alio recommendari & retineri:quãquam alius habeat
ius in eum. Nam quando aliquis spoliatus est per ali-
quam personam,ex cuius facto potest nobis quæri,in
eo,quod ad nos peruenit,tenemur interdicto vnde vi,
vel alio iudicio restitutorio, sicut si spoliatio facta es-
set per nosmetipsos,vt ff.de vi & vi armata.l.j.§ igitur.
& § sequenti & l.si filius.& l.si vi à me. & quod ibi no.
eodem titul sed ista violentia illata est per iudicem &
offic iales,ex cuius facto potest nobis quæri , vt l.non
quasi.rem pup.sal.fo.& de mag . conuen.l.j. §.exigere.
ff C.quando mu.tut.of.fun.potest.auth.matri & auię.
& quod ibi nota.sed si ipse,qui modò detinet, fecisset
sic spoliari,nullam iustam exceptionem posset oppo-
nere,quin restitueretur:ergo nec modò,vt supra dictũ
est.Præterea de hoc videtur casus C.vnde vi.l.memi-
nerint.etiam spoliatione facta iudicis authoritate , si-
2 cut fuit hic.¶ †Certum est enim,quòd in delictis tutor
quantum ad pupillum.reputatur extraneus,vt l.neque
in interdicto.de reg.iur.ff.& tamẽ si tutor fecit per iu-
dicẽ spoliari aliquẽ re debita ipsi pupillo:ex qua spo-
liatione peruenit ad pupillum,ante omnia ipse pupil-
lus debet restitui,nec vllam iustam exceptionem po-
test oppenere,vt ibidem,ita hic. Pręterea de iure ca-
nonico spoliatus omnibus bonis vel maiori parte , ab
vno non poterit conueniri, nec executionem pati ad
petitionem spoliatoris,vel alterius,nisi prius restitua-
tur,vt in c.sequens extra de resti.spo.libr.6. ergo mul-
to magis est in eo qui spoliatus est libertate , quæ est
inæstimabilis,vt l.si procurator ad exhibendum.§.fin.
rem rat.haber.de reg.iur.l.non est singulis.§ j.l. liber-
tas.ff.& hæc spoliatio grauior est quàm spoliatio bo-
nõrum,vt in l.seruorum.in fi.de pœnis Præterea lex il
la,cùm à te.de vi & vi arma.locũ habet solùm quando
petitur restitutio per illud interdictum vnde vi.secus,
si alio iure agatur:quia tunc non solùm potest agi con
tra spoliantem,sed contra quemcunque,ad quem ali-
quid ex spoliato peruenit propter regulam interdicto
rum,quæ est,vt sint in rem scripta,vt l.j.§.penultim.de
interdict C.eod.l.incerti.& ne quid in loco publi.l.2.
§.antepe.& quod vi aut clàm.l.comperit.§.fi.cum sim.
& hoc apertè no.extra.de resti.spo.c.sæpè.pro hoc C.
de agri.& censi.l.si coloni.libr.xj.sed in quæstione no-
stra iste petit se restitui pristinę libertati,vel per officiũ
iudicis,per interdictum de lib hom.exhi.quia est con
tentio & detentio ipsius nõ propter se,sed propter de-
bitum,vt ff.de libe.ho.exhi l.3.§.hoc autem.& l.penul.
& quod no.de rei vend.l.j.§ per hanc. coniuncta l.j.&
3 2.de lib.ho.exhi.¶ †Ergo potest conueniri iste tertius,
ad quẽ detentio peruenit,nec potest dicere q̃ dolo nõ
detinet:quia eo ipso dolũ facit,quòd nõ restituit eum
pristinæ libertati: nec vllam iustam exceptionem po-
test opponere,vt d l.si coloni. vt supra probatũ est. Ad
vnũ tamen volo aduerti,q̃ licèt supra dixerim restitu-
tionẽ esse petendã per interdictũ,vel alia remedia:hoc
non intelligo q̃ debeat ordinariè procedi,sicut in or-
dinariis iudiciis:sed hoc debet expediri summatim p
officium iudicis,qui illã carcerationẽ seu executionẽ
fecit fieri,vt l.à diuo Pio §.si super rebus.ff.de re iudi.
Et iudex istas exceptiones expediet, secundum quod
ius vult,inspecta natura violentię adhibitę,interdicti
seu actionis vel alterius iuris,quod competit huic,qui
petit se restitui pristinæ libertati.Et illam executionẽ
vult impedire,vt colligitur in d.§ si super rebus. Ista
enim carceratio,est quædam executio,siue fiat de iure
communi,vt C.qui bon.ced.pos.l.j.siue de iure muni-
cipali.quod statuit,q̃ publica instrumenta mãdentur
executione:& sic facit instrumento habere vim sentẽ-
tiæ.Et hoc ad pręsens sufficiat ad solutionẽ quæstiõis.

ADDITIO.

a ¶Si verò. Vide quæ scripsi in l. Domitianus. post Bar. ff. ad Senatuscó. Turpil. & vide Paul. de Cast. in cósi. 39. in vlt. col. in fi. qui videtur sentire cótrariū. Th. Diplo.

RESTAT vt aliqua vtilia perstringamus ad solutionem cótrariorum factorum pro vtraque parte, quæ diuersis membris dictę solutioni videntur obstare. Ad argumenta facta pro prima parte, inquantum obstant illis membris, in quibus dixi posse retineri, sic respondeo per ordinem ¶Primum, secundum & tertium argumentum qualiter debeant intelligi, patet ex solutione quæstionis. ¶Non obstat quartum, quia non vtitur actione alterius, sed ad se & suo iure detinet, & à se incipit, & licèt ad secundum creditorem peruenerit detentio, quæ erat apud primum, tamen propter hoc nó dicitur eius actione vti, vt C. de præscri. long. tempo. l. 3. Sed tunc dicitur vti actione prima, quando tribueret aliquid iuris, vt dictum est in solutione. sed hoc nihil iuris tribuit secundo, sed quandam facultatem, seu facti habilitatem. ¶Non obstat quintum argu. quia hoc in illis membris, quibus dixi posse detineri: non discutitur ipsa detétio, prout facti est: sed discutitur ius seu causa primæ detentionis: sed id ius non est fundamentum secundæ detentionis, igitur &c. ¶Nó obstat sextum: quia non sequitur ex eo, vel ob id. sed ex nouo iure, vt dictum est. ¶Vel si dicas sequi od id, tamen in eo cessat causa prohibitiōis, ergo, &c. vt l. si his. de prædiis mi. ¶Non obstat septimum arg quia illæ leges loquuntur quando fit ad cognitionem & inuestigationem alicuius criminis & ad custodiam pendente pro-
4 cessu. † quo casu recommendatus ex vna causa, nó potest citari seu recommendari ex alia, si per hoc processus primus impediretur, vt no. in d. l. 2. de cust. reo. Sed quæstio nostra loquitur, quando carceratio fit ad executionem: sicut agitur vno creditore misso in possessionem ex primo decreto, alij possunt remitti: vt d. l. si cùm vnus de bon autho. iudic. pos. & l. fi. C. eo. ita recommendatus ad petitionem vnius personæ, potest recommendari ad petitionem alterius: nec subest impedimentum quod posset subesse, quando quis incarceratur ad cognitionem. ¶Nó obstat octauum, quia hęc sola causa discutitur, quæ potest separari ad detentationem, vt dictum est in solutione habiti argumenti. ¶Non obstat nonum: quia hæc pars non fecit simplicé denunciationem: sed perfectè docuit de iure suo: ergo &c. vt l. bona fides. ff depoſi. & not in d. authen. ¶Non obstat decimum, vt dictum est in solutiōe quæstionis. Ad argumenta facta pro alia parte, inquantum obstat illis membris, vbi dixi non posse pro secundo debito detineri: respondeo. ¶Ad primũ patet responsio ex solutione quæstionis. ¶Ad secundum respondeo, quòd verum est, quòd potest agere iure ordinario: non autem potest vti iure executiuo: sicut non potest fieri executio contra fideiussorem, vel contractus cótra pignorum possessores. ¶Ad tertium respondeo, quia in §. si quis ex his hoc accidit propter consensum eorum qui non opposuerunt, hic autem nullus fuit cósensus. Præterea ibi est casus, in quo sententia facit ius apud omnes: ideo omnis est idoneus, si non repellatur: acetiam ibi primus actus fuit sine violentia.

¶Ad quartum respódeo, quia ibi initium fuit licitum de iure gentium, hic fuit violentia illicita. &c.

¶Ad quintum respondeo, quòd verum est quòd non præstat impedimentum actui licitè & iuridicè fiendo: sed hic non fuit licitè factum, nisi prius restituatur pristinæ libertati ¶Ad sextum respondeo, quòd licèt talis violentia ꝓsit ad impédiédum vsucapionem & præscriptionem: non tamen proderit, vt alius possit illam rem sibi detinere, nisi spoliatus primò restituatur, vt supra probatum est. ¶Ad septimum respondeo, illud verum, si prius est soluendò: aliàs secus. sed hic prius non est soluendò, quia non potest me restituere libertati: ergo, &c. ¶Ad octauum respondeo, tex. illarum legum videntur loqui in eo, qui depræhenditur in ipso actu fugæ, non in eo de quo est suspicio, licèt glo. & Dy. dicant idem quãdo iustè timetur. Positò ergo quòd hoc sit verum in quæstione nostra, non potest allegari, nisi ille spoliatus primò restituatur, nec etiam illa executio est quæ impediat executionem ¶Ad nonum respódeo, quòd illa lex facit contrà: quia dicit quòd debet agere ordinariè, non facere executionem cótra depositarium, sicut fecit ¶Præterea hic de suo iure non potest docere, nisi primò restituatur. ¶Ad decimum & vltimum patet responsio, quòd ibi fuit vis compulsiua, vt dixi in solutione quęstionis.

¶Disputata fuit hæc quæstio per me Bartol. de Saxoferrato minimum inter legum doctores.

VTRVM VIR QVI DVXIT vxorem ampli patrimonii, nulla dotis habita mentione: & patrimonii prædicti adeptus possessionem, fructus eiusdé sciente & patiéte vxore recollegit, & in onera matrimonii cõuertit: vxore mortua sine liberis. vigore consuetudinis seu statuti, certam partem dotis seu patrimonii vxoris prædictæ. lucretur.

SVMMARIVM.

1 *Ad positionem alicuius actus, non sequitur positio alicuius contractus, vel quasi contractus, qui ab ipso actu potest esse remotus.*
2 *Postquam mulier est nupta sine dote, maritus nõ potest eam compellere vt se dotet.*
3 *Quãdo aliquis patitur aliquem aliquid facere in re sua, si ille est talis persona, quæ iustè reueretur, & timetur: patientia non habetur pro consensu.*
4 *In contractibus, qui consensu contrahuntur, lex semper subdit actus, per quos consensus declaratur.*
5 *Peculium sola patientia constituitur.*
6 *Contractus, qui contrahuntur consensu, sola patientia & vsu videntur esse contracti.*
7 *Patiẽtia habetur pro consensu, vbi de commodo patientis tractatur.*
8 *Causa alimentorum, & causa dotis, videntur esse pariter fauorabiles.*
9 *Talis videtur esse affectio inter virum & vxorem, quæ est inter patrem & filium.*
10 *Quod datur à muliere viro propter onera matrimonij, dicitur dos.*

Quæstio 7.

a MVLIER (a) habens magnum patrimonium, nupsit viro, nulla dotis habita mentione, qui vis dicti patrimonij possessionem adeptus est, & ex eo fructus recollegit, & in onera matrimonij cóuertit vxore sciente, & patiente per plura tempora. quæ vxor mortua est in matrimonio sine liberis: nunc vir vult retinere & lucrari certam partem dicti patrimonij ex vigore consuetudinis siue statuti loquentis quòd vxore mortua sine liberis in matrimonio, vir lucretur certam partem dotis. Quæritur, an possit. & quia maritus qui vult retinere & lucrari, sustinet partes rei, alij autem, qui dicunt maritum non posse lucrari, sustinét partes actoris: ideo pro parte actoris primò allegamus.

PRO parte negatiua: Primò, quod vir non possit retinere, nec lucrari, probatur sic: Ad hoc ostendendum est inuestigandum, an ex his quæ proposita sunt, dictum patrimonium intelligatur datum in dotẽ probatur per glossam quæ est ff. de iure dotium. l. mulier bona. sic inducendo: Certum est, quòd nos non debemus dicere vel asserere, quod in lege nõ dicitur: vt C. de collation. l. illam. in authentic. de trien. & semiss. §. consideremus. col. 3. Sed hoc nulla lege cauetur, quòd mulier videatur bona sua in dotem dare, nisi hoc sit
1 dictum, vt notatur in dicta gloss. ergo &c. ¶ †Secundò probatur sic: Ad positionem alicuius actus, non sequitur positio alicuius contractus vel quasi contractus, qui ab ipso actu potest esse remotus & separatus: vt ff. de acquirend. heredi. l. pro herede. §. j. l. Papinianus. §. fin. & l. cum bonis. & de sepul. violat. l. quæsitum. sed in quæstione nostra sunt duo actus, scilicet matrimoniũ, & dicta administratio facta per virum. Et vterque actus potest esse separatus à contractu dotis. Nam matrimonium potest esse sine dote, vt ff. de iure dotiũ. l. 2. C. de repud. l. fin. & de donat. ante nupt. l. fi. circa prin. facit de regul. iur. l. nuptias. de donatio. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. si mulier. Item administratio potest fieri per virum absq; eo quòd bona sint dotalia, & tãquam de bonis paraphernalibus: vt l. si ego. §. j. ff. de iure dotium. & C. de pactis. l. hac lege. & l. fin. ergo concluditur, quòd ex his quæ proposita sunt, bona non videantur in dotem data, & sic vir non possit lucrari. ¶ Tertiò probatur sic: De dote & dotis augmento pariter iudicamus: vt C. de iure dotium. l. etiã. ff. de pactis do. l. inter. §. cùm inter. Facit de leg. j. l. si ex toto. in princip. cum simi. Sed ego video, quòd si mulier dederit primo viro certam dotem, & postea patitur alias suas res administrare: non ideo videtur concedere in augmẽtum dotis, immò remanet proprium mulieri: vt ff. ad legem Falcidiam. l. penulti. in princip. & dicta l. si ego. §. j. de iure dotium. & C. de pact. conuen. l. fin. ergo vbi nulla dos constituta est permittẽdo administrationem, non videtur dotem concedere. & sic vir non poterit retinere, vel lucrari partẽ dicti ma-
2 trimonij, ergo &c. ¶ †Quartò probo sic: Certum est quòd postquam mulier est nupta sine dote, maritus non potest eam compellere, vt se dotet: in authenti. de nuptiis. § si quis autem dixerit. col. 4. & quibus modis natur. effic. legi. §. qui autem. colla. 6. facit C. de pactis conuent. l. hac lege. & de repud. l. final. sed de iure hoc est, quòd qui patitur alium ingredi possessionem rei suæ, quam sibi tradere non tenetur, patientia habetur pro contradictione: vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetare. cũ simil. nota. per gloss. de acquirend. possession. l. 2. Cùm ergo ista domina non teneatur tradere, ergo eius patientia habetur pro contradictione: & sic contractus dotis ex tali actu non videtur celebratus. meritò ergo vir non potest retinere, neque lucrari. ¶ Quintò probo sic: Donari dicitur quod nullo iure cogente conceditur: vt ff. de regul. iur. l. donari. C. de dona. nec ignorãs, sed cùm mulier nullo iure cogatur sibi dotem constituere: si hoc faceret, diceretur quædam donatio seu liberalitas. sed mulierum genus auarissimum est, nec præsumitur in dubio liberalitatem exercere: vt ff. de donatio. inter virum & vxo. l. si stipulatio. §. j. ad Velle. l. sed si ego. in fin. & C. de donation. ante nuptias. l. si à sponso. Concluditur ergo, quòd mulier ex tali patientia non pręsumitur habuisse animũ dotis constituen-
3 dæ: sic vir non lucrabitur. ¶ †Sextò probo sic: Quando aliquis patitur aliquem aliquid facere in re sua: si ille est talis persona quæ iustè reuereatur, & timetur patientia, non habetur pro consensu, vt videmus in filio, qui patitur patrem, in cuius est potestate, aliquem contractum in re sua agere: Nam sibi nõ præiudicat: vt C. de bonis mater. l. j. in fin. expressius in authentic. de nuptiis. §. si verò. col. 4. Sed non est dubium quòd vxor virum iustè reueretur & timet: ergo &c. Et pro hoc videtur gloss. nota. ff. quarum rerum actio non datur. l. j. §. quæ onerandæ. in fin. §. j in glos. super verba metus. & sic cùm non sit dos constituta, patet virum non posse lucrari. ¶ Septimò probo sic: Quando actus aliquis inter aliquos celebratur, qui potest cadere in speciem alicuius nominati contractus, vel actus videtur esse nominatus contractus, quando est expressum inter cõtrahentes, vel colligi potest ex eorum consuetudine, aliàs iudicatur contractus innominatus. ff. de condict. ob caus. l. si pecunia. in princip. & ibi nota. in illa gloss. de præscript. verb. l. naturalis. §. at cùm do. Instit. loca. §. j. sed in casu nostro non fuit expressum quod esset, nec mulier habebat in consuetudine se dotandi: ergo non potest dici contractus dotis esse celebratus: sed magis erunt paraphernalia, vel contractus innominati, si nõ est dos: ergo vir non potest lucrari, nec retinere.

¶ Octauò probo sic: Ista est regula, quod in vno non conceditur, in cæteris videtur esse prohibitum: vt C. de procurato. l. maritus. ff. de compen. l. Labeo. de con di. & demonst. l. cum ita § j cum simi. not. in d. l. maritus. sed ego reperio solum in vno casu permissum, vt dos præsumatur tacitè constituta, scilicet quando data fuit in primo matrimonio, vt in secundo intelligatur repetita, vt ff. de iure dot. l. dotem quæ in primis. & l. diuus. soluto matrimo. l. penul. §. vxor. ergo alio casu videtur esse prohibitũ: & sic hic nõ est constituta dos,
4 & vir non poterit lucrari. ¶ †Nonò probo sic: In contractibus, qui contrahuntur consensu, lex semper subdit actus, per quos consensus declaratur, scilicet per nuntium, vel per epistolam, vel nutu: vt ff. de action. & oblig. l. consensu. de adopt. l. pater naturalis. de legatis 3. l. nutu. instit. de oblig. ex consensu. in princip. sed hic neutrum horum interuenit, per quæ consensus manifestetur, sed sola patientia, quæ ad hoc non sufficit, vt probatum est: ergo &c.

¶ Decimò probatur sic: Tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis: vt ff. l. obligationum ferè. §. placet. de actio. & oblig. & de legat. j. l. nemo potest. Sed non est dubium quod cõtractus dotis est obligatorius hincinde. vt C. de rei vxo. actio. in prin. §. vt plenius. est enim similis emptioni, vt ff. de actio. & oblig. l. ex promissis. ergo manifestè cõcluditur, quòd per id quod vir possedit per plura tempora, non videtur esse constitutus contractus dotis: & sic vir non poterit retinere, nec lucrari: ergo &c.

ADDITIO.

¶ Mulier. Aliàs incipit, quædam mulier. & ita est ista disputatio manu scripta in libr. 10. consil. in charta 52. & vide no. consi. Barto. in consi. 137. incip. Factum est tale, mulier. in 2. vol. & pro consi. Bar. alleg. Alex. istam disputationem in l. si verò. §. penul. in fin. ff. solu. matr. & de ista disputatione meminit etiam Barto. in l. quæ dotis. in 2. col. & in. pen. §. vxor. ff. solu. matrim. & ibi vide apost. in verb. patrimonium. & Alex. in l. si minor. in additio. Bart. C. communi diuidund. l. quod autem. ff. de iure dot. & Alex. in l. sæpe. in 5. col. ff. de re iudi. & vide Paul. de Cast. in authent. præterea, & ibi vide Ia. in 2. col. & Phili. Decium C. vnde vir & vxor. & adde quòd aliquas dubitationes Bart. hic ista disputatione soluit Bal. in l. nulla. C. de senten. quæ sine cer. quanti. & in authen. res quæ C. commu. de leg. in d. l. pen. §. vxor. solu. matri. & vide Lud. Ro. in consil. 314. incip. in casu propositæ consultationis. vbi per ista dicta Bar. consuluit, vt ibi per ipsum Tho. Diplo.

CONTRA, quòd contractus videatur esse celebratus, vt omnia bona videantur esse data in dotem, & sic vir possit certam partem retinere & lucrari, probatur aliis rationibus. ¶ Primò sic: Licitum est in iure arguere ab authoritate Aristotelis, legis.

legis,vel alterius magni authoris,vt ff.de solut.l.si pa-
ter.de sta.ho.l.septimo mése.& ff.si pars here.petatur.
l.antiqui.sed authoritas Aristotelis dicit, q eo ipso q
mulier nubit,videtur omnia bona sua dare in dotem,
vt ipse dicit in Topicis,& no.per gl.ff.de iure do.l.mu
lier bona.in prin.ergo eius authoritati standum est:&
sic videtur dos constituta,& sic vir possit partem de-
bitam retinere & lucrari.Secundò probo sic:Cui com
petit diffinitio,vt diffinitum,vt ff.de dolo.l.j.§.j.& de
regu.iur.l.omnis diffinitio sed huic patrimonio com-
petit diffinitio dotis,& probabo:ergo est dos. Quòd
competat diffinitio dotis sic probo: Dotis diffinitio
hæc est:Dos est quod à muliere vel eius patre datur ma-
rito vel patri,propter onera matrimonij sustinenda,vt
perpetuò sit penes eũ.Ita diffinit Azo in summa de iu
re dotium circa principium,per iura ibi allega. Item
lex dicit,q nomen dotis consistit in iure, vt ff.de im-
pen.in re.dota fa.l.quod dicitur.in princ.in gloss.quæ
incip.id est,vniuersitatis.sed in his quæ iuris sunt,pa-
tientia habetur pro traditione.vt ff.de serui.l.penul.&
l.quoties.§.fin.de seruitu. vrba.prædio.l.seruitutes.in
princi.Sed hæc mulier passa est,ergo videtur tradidis-
se,& propter onera matrimonij,vt proponitur in the-
mate:ergo est dos.Pro hoc facit quod dicit,traditione
constituitur dos:vt ff.de iure dotium.l quemadmodũ.
§.j.si ergo est dos,ergo maritus poterit lucrari & reti-
5 nere,ergo &c. ¶ †Tertiò probo sic:De iure hoc est,q
peculium sola patientia constituitur,vt ff.de pecul.sci
licet quam Tuberonis.§.sunt quidam. & l.non solum.
in principio.eodem titulo.Sed dos & peculium æqui-
parantur,vt dicta l.quod dicitur.ff.de impen.in princ.
& ibi not.in dicta glossa.id est,vniuersitatis: ergo ipsa
dos potest constitui patientia.Cùm igitur hic patien-
tia mulieris interuenit,dicendum est,dotem constitu
tam esse,& iure posse retinere,& lucrari partem dicti
6 matrimonij.¶ †Quartò probo sic,Contractus qui con
trahuntur consensu,sola patientia & vsu videntur esse
contracti.Hoc videmus in locatione & conductione.
ff.loca.l.item quæritur.§.qui impleto.l.cùm in plures.
§.locator.C.eodem l.legem. sed contractus dotis solo
consensu constituitur,vt C.de dotis promissione.l.ad
exactionem.& de rei vxor.actio.l.j.in principio.§.j.er-
go videtur in casu nostro tacitè constituta maximè fa
uore dotis,pro qua in ambiguis interpretari debemus,
& in causa constituendæ.ff.de iure dotium.l. in ambi-
guis.& ff.soluto matrimo.l.j.& ibi not.sic ergo pote-
7 rit aut retinere,aut lucrari.¶ †Quintò probatur sic:Pa
tientia habetur pro consensu,vbi de commodo patiẽ-
tis tractatur.ff.mandati.l.si remunerandi §.si passus.eo
dem titu.l.qui patitur.& ibi no.Sed quòd hæc dos in-
telligatur constituta,est commodum mulieris,ex plu-
ribus rationibus ¶Primò,quia melius à suo viro tra-
ctabitur,si est dotata,quàm si esset indotata,& non ita
de facili repelletur.vt in authẽ.de nup.§.si quis enim.
col.4.& not.ff.solut.matri.l.j.Item in alio:quia dos nõ
poterit alienari,nec præscribi: vt in titul.de fundo do
tali,& de rei vxo.actio.§.& cùm lex.& propter ipsius
delictum non publicaretur,nisi in casibus:vt ff.de bo.
damnatorum.l quinque legibus.ergo videtur consen-
tire.& sic dos cõstituta,& sic vir poterit retinere & lu
crari¶Sextò probo sic:Accessorium regulatur secun-
dum naturam sui principalis:vt C. per quas personas
nobis acquir.l.2.ff.de vsucapi.l.eos. de pecul.l.j.& 2.ff.
de reg.iur.l.cùm principalis.extra.de reg.iur.c. acces-
sorium.sed dos est accessoria ad matrimoniũ,cùm sine
eo esse non possit,vt C.de dona.ante nup.l.fi.§.j.de ri-
tu nupt.l.incestas.de iure do.l.3.ergo dos limitatur &
regulatur secundũ regulas matrimonij,quod solo con
sensu liberæ mulieris contrahitur,ff.de ritu nuptiarũ.
l.liberæ.& de concubinis.l.in concubinatu. ergo dos
solo vsu constituitur & sic hoc casu patrimonium est
dos,& vir poterit lucrari partem.

¶Septimò probatur sic:Promissio,stipulatio,& solu-
tio,æquiparantur:vt ff.de do.l.si patronus.§.j. C.ad l.
Falcidiam.l.fin.& ff.de calumniatoribus.l.3.§.hoc ad-
iecto.sed in stipulatiõe hoc est,quòd stipulatio simpl-
citer facta,non adiecta causa, ex causa dotis intelligi-
tur,vt ff.de iure dot.l.si stipulatione.cum l.seq.quę in-
cipit,quod autem.ergo idem erit in ista patientia,quæ
habetur pro traditione, vt intelligatur ex causa dotis,
licèt non sit expressum:& sic vir poterit retinere & lu-
8 crari,&c.¶ †Octauò probatur sic:Causa alimẽtorum,
& causa dotis,videntur esse pariter fauorabiles in mo
do constituendi:quod patet,quia valet promissio do-
tis incertæ:vt ff.de iure dot.l.cùm post.§.gener.C. de
dotis promis.l.j.& ibi no.ff.de vsu.l.cùm de in rem ver
so.ergo dos per cursum triennij intelligitur legitimè
constituta,sed ex themate proposito apparet,quòd ta-
lis mulier passa fuit vltra triennium: quod patet, quia
dixit,per plura tempora.Nam cùm dico, tempora, in-
telligitur de duobus annis.C.de vsu.& ibi nota. Ergo
vt aditio plura operetur,intelligitur vltra triennium.
& sic videtur dos constituta,& poterit lucrari.
9 ¶ †Nonò probo sic:Talis videtur esse affectio inter vi-
rum & vxorem.quæ est inter patrem & filium,vt ff.de
libe.homi.exhi.l.j in fi.& l.2.de iniuriis.l.j.sed in patre
hoc est,quòd ex sua patientia possidendi præsumitur
filio donare,vt C.de bon.quæ libe.l.cùm oportet.§.sin
autem eos.& C.si quis alteri vel sibi.l.2.ff.de donatio.
l.donationes.§.pater.ergo hoc casu,ratione tantæ af-
fectionis præsumitur,mulierem passam esse virũ pos-
sidere ratione dotis,& sic poterit retinere & lucrari.
10 ¶ †Decimò probo sic:Id quod datur à muliere viro pro-
pter onera matrimonij,dicitur dos,vt ostensum est su
pra in secunda ratione:sed instrumenta fundi, dicun-
tur esse dos fundi,vt C.ad legem Falcidiam.l.si prędio
rum.ff.de fideiusso.l.omissione.§.fideiussores.& de in
structo & instru.lega.l.2.§.docere.& ibi no.sed instru
mẽtum quasi dos fundi cõstituitur ex solo vsu eo ipso
quòd paterfamiliàs patitur instrumẽtum esse ad vsum
talis fundi,vt ff.de instruct.l.instrumenta.& l.sequen.
& l.quæsitum.in principio & per totum. ergo & hoc
casu dos constituitur patientia sola: & sic vir poterit
retinere & lucrari.

SVMMARIVM.

1 *An ex patientia videatur dos constitui.*
2 *An ex patientia cum cursu temporis præsumatur titulus.*

SOLVTIO. Nomine Domini Iesu Christi inuo
cato,salua sententia cuiuslibet doctoris,aduocati, seu
scholaris,qui melioribus rationibus moueretur:mihi
videtur,quòd quæstio nostra habeat tria puncta. Pri-
mum, an eo ipso quòd matrimonium est contractum,
mulier omnia bona sua videatur dedisse in dotem, si
aliud non agatur.Secũdum,posito quòd matrimoniũ
non sufficeret,an ex patientia,quia passa est virum in-
trare possessionem,& fructus percipere, & in onera
matrimonij conuertere,videatur dos constituta.Ter-
tium,posito quòd prædicta non sufficerent, an ex di-
cta patientia cum cursu temporis, quia hæc passa est
per plura tempora,præsumatur titulus, & sic dos con
stituta.
¶Ad primum dico,quod gloss.istud tangit.ff. de iure
dotium.l.mulier bona.in princip.& ibi dicit, quòd A-
ristoteles tenet quòd sic.Mihi autem videtur sic distin
guendum. Aut mulier erat minor, & non videtur dos
constituta tacitè,quia si voluisset expresse,non potuis-
set immobilia in dotem dare sine decreto,vt Codic.de
administratione tutorum.l.lex quæ tutores.in princi.
& §.j.de prædiis mino.l.prædia.nota.ff.de iure dotiũ.
l.Titia. Aut erat maior,& tunc aut ista bona fuerunt

per eam in dotem data alij, fortè priori viro, aut nunquam fuerunt in dotem data. ¶Primo casu, aut ex primo matrimonio nulli extant liberi: & tunc dos videtur repetita in sequens matrimonium, vt ff. de iure dotium.l.dotem quæ in prius. & l.diuus.ff.solut. matrimonio.l.pen. §.vxor.de pact.do.l.cùm maritus. §.Titius.& quod not.per Cyn.C.de rei vxo.act.authen.sed quãuis.in 3.quæst.& hoc etiam si prius matrimonium solùm de facto tenuit, vt ff. de iure dotium.l.si seruus. in principio. Aut ex primo matrimonio extant liberi: & tunc dos in sequens matrimonium non videtur repetita simpliciter, sed ita demum, quòd vir non lucretur vltrà quàm haberet vnus ex filiis primi matrimonij, qui minus haberet: vt C.de secundis nuptiis.l. hac edictali.in principio.de donation.ante nuptias.l. si cõstante.§.penul.in auth.de nupt.§.de augmentis. col.4. facit quod nota.de iure dotiũ.l.nulla.¶Secundo casu, quando nunquam fuerunt in dotem data, tũc per matrimonium non videtur tacitè actum quòd sit in dotem. Casus est C.de diuor.l.fina.in authen.de nuptiis. §.si quis enim.versicu.& si mulier.vbi patet quòd mulier fuit accepta simpliciter, non cum scriptis dotalibus in instrumentis, & habebat propria bona, quæ nõ censentur dotalia. Et sic non curo de authoritate Aristotelis, de qua facit mentionem glossa in dicta l. mulier bona.quæ cùm sit contra legem, non est seruanda, vt l.intantum.in fine.cum l.sequen.ff. de rerum diuision.

1 ¶† Circa secundum, an ex patientia videatur dos constitui, multa possent dici: tamen quantum ad propositum, dico, quòd est quædam patiẽtia formis, quædam informis. Patientia formis est, quando circa meã rem, vel circa aliud, quod tunc tangit aliquis, facit aliquid quod cadat in certam speciẽ cõtractus, vel quasi: & vtrum scientia & patientia habeatur pro consensu. habent locum notata per glossam in l.Caius.ff. de pignoratitia actione.per Cynum in l.inuitus.C.de procurato.per Dynum in c.is qui tacet.de regu.iur.libr.6. & in multis aliis locis. Sed hæc nõ est materia nostra. ¶Quædam est Patientia informis, vt quãdo circa rem meam fit aliquis actus, qui non cadit in speciẽ seu formam alicuius contractus, vel quasi: puta, incipis tenere & possidere rem meam, & conuertere fructus in tuam necessitatem, vt in quæstione nostra. Nam onera matrimonij sunt de necessitate viri, & isto casu, an talis patientia habeatur pro consensu, sic puto dicendũ: aut præcedit contractus, de cuius natura ad hoc quis tenebatur, & patientia habetur pro consensu: vt C.de acquirenda possessione.l.3. Aut non procedit talis contractus: & tunc aut tractamus de his, in quibus vertitur modicum præiudicium, & patientia habetur pro consensu.ff.de peculio.l.quam Tuberonis.§.sunt quedam.primo respon.& l.non solum.in principio. vbi eo ipso quod dominus patitur seruum habere, videtur cõstituere peculium. Aut loquimur in casibus, in quibus tractatur de magno præiudicio, & tunc patientia non habetur pro consensu. vt dicta l.quã Tuberonis.§.alia causa.secundo responso.vbi ex patientia non videtur concedi libera administratio. Idem tenet glo. in d.l.2. C.de acquir.poss.in gl.quæ incipit, quod præsumitur, &c. Cùm ergo in casu nostro non præcessit cõtractus, cui⁹ natura mulier esset obligata se dotare, seu omnia bona sua in dotem dare, vt supra proxim. dictum est.& probatur in authent.de nupt.§.si quis enim. Item cùm hic tractatur de magno præiudicio, scilicet de amissione dominij & administratione suæ rei, credo patiẽtiam non habendam esse pro consensu, & sic per hoc bona non videantur data in dotem. Sed si tu poneres quòd vir dicebat, ista est dos mihi data: & his bonis expresse vtebatur in dote, tunc esset patientia formis: & quid esset tunc, habetur ex dictis dictarum glossarum & docto. Nunc non examino. Non obstat ff.de iure dotium.l.si stipulatione.cum l.seq.quæ incipit, quod autem: quia ibi licèt non exprimerètur in stipulatione quòd esset dotis causa, tamen hoc agebatur, & hoc cõstat, vt ibi sentit glossa, vel ibi loquitur de stipulatione, quam recipit vxor à viro, scilicet de quantitate data ipsi mulieri reddenda soluto matrimonio, vt ibi sentit gloss.merito intelligitur ex causa dotis. Sed si promitteret simpliciter restituere, nec adiiceret, soluto matrimonio: tunc secus crederem, nisi cõstaret, quod aliter ageretur inter partes.

2 ¶†Circa tertium (a), an ex patientia cum cursu temporis præsumatur titulus. Ad hoc, vt talis dubitatio procedat, oportet quòd talis titulus allegetur: & sic erit dubium, an fuisset celebratus contractus dotis, vel non. Item oportet nos ponere, quod mulier passa fuisset longo tempore, scilicet decem annis. alias si ex solo tempore maritus vteretur, vel cucurrisset minus de tempore, expeditum esset quod titulus non præsumeretur, vt C.de vsuris.l.creditor.ff.de oper.lib.l. operis. plenè no.de vsuris.l.cùm de in rem verso.

¶Nec obstat quod dicitur, quòd causa alimentorum & dotis, sunt pariter fauorabilia in modo constituendi.probatur per l.cùm post.§.gener.de iure dot.de do. promiss.l.1.coniuncta l.si cui.ff.de annu legat.& deleg. 3.& l.Stichus.& no.in d §.gener. Sed in causa alimentorum sufficit, quod aliquis nitatur ex solo tẽpore vel cursu triennij: vt C.de fideiussoribus.l.1.& nota.in d.l. cùm de in rem verso. ergo idem videatur in casu nostro de dote. Nam respondetur sic, quia in l.1. de fideicommiss.hoc facit duplex fauor, scilicet alimentorum, & vltimæ voluntatis, vt ibi not.quæ ratio, scilicet vltimæ voluntatis, hic cessat. Præterea illa lex loquitur in faciente, scilicet in soluente aliquid annuũ nomine alimentorum.quæstio nostra loquitur in patiente, contra quem non ita de facili præsumitur titulus, vt infra dicetur. Concedo ergo, quod si ex causa vltimæ voluntatis esset præstitum aliquid nomine dotis per triennium, esse idem quod in l.1.C.de fideicommiss.

¶Posito ergo in quæstione nostra, quod titulus allegetur, & ad probationem inducatur longi temporis cursus: an titul.præsumatur, est dubium propter diuersas opin.doctorum.& videtur quod sic.per l.cùm de in rẽ verso.in fin.vbi expresse loquitur in dote, & licèt text. ibi loquatur in faciente, seu soluente: tamen glossa ibi posita, intelligit idem in qualibet patientia. Idem not. ff.de seruitu.l.seruitutes.& de aqua pluuia arc.l.1 §.fi. Alij moderni doctor.sunt in contraria opi.dicentes q lex cùm de in rem verso, loquitur in faciente, hoc est in soluente: secus in patiente, contra quem non sic facilè præsumitur titulus. Ita not.Cy. C. de pact.l.si certis annis in 8.quæstione, quod tenent quidam doctores Bononienses. Sed per glo.videtur casus, quod idem in patiente.C.de petition.heredita.l.fi.& ff.de acqui.here.l.qui in aliena.circa principium, versi. sed & si non adierit. Sed contra glo.facit, quòd si possedi rem tuam longo tempore, te patiente, & vellem allegare q mihi vendidisti, vel alio titulo cõcessisti: & hoc probare ex patientia non possum secundum omnes docto & tangitur in gloss.l.pen.C.commu.diuidund.& ibi secundum omnes doctores, quod apparet esse verum: quia volunt iura, quòd in præscriptione talium rerum præcedat titulus, & sequatur possessio longi temporis: vt C.de rei vendi.l.nullo.de præscript.longi temporis.l. diuturna ff.de vsucap.l.Celsus.cum simil.

¶Ad solutionem igitur dictarum contrarietatum distingue duo verba, ex quib⁹ apparebit nostræ quæstionis solutio, tangendo solum quod pertinet ad propositum. Cùm ergo quæritur, an titulus allegatus ex cursu lõgi temporis præsumatur, distingue: aut loquimur in aliquid faciente, puta soluente: & præsumitur, vt C. de agricol.& censi.l.litibus.ff.de vsucapion.l. cum de in rem verso.quod dic, vt ibi. Aut loquimur in patiente: & tunc aut titulus allegatus principaliter respicit lucrum

lucrum & commodum patiétis:& præsumitur titulus, vt C.de peti.hered.l.si filius.& ibi not.nam ibi præsumitur,cui acquiritur hereditas per filium. Aut titulus allegatus respicit damnum patientis,& tunc aut respi
b cit magnum damnum,aut paruum.Si magnum(b), puta q̃ tractatur de amisione dominij rei suæ, tunc non præsumitur,vt d.l.nullo.C.de rei vendi.C. de præscri. longi tempo.l.diuturna.quod no.per gl.& doct.in d.l. pen.C.commu.diui.fallit in casu l.Proculo. ff.de proba.ratio,quia ibi plura interuenerunt,vt not.ff.de alimen.leg.l.liber.§.3. Si verò respicit paruum damnum, tūc titulus præsumitur:vt ff.si serui.vendi.l.si quis diuturno.quod not.per gl.in l.seruitutes de serui.de aqua plu.arcend.l.1.in fin.& illa fuit ratio illarum legum, & ibi tractatur de modico præiudicio,vt no.per Dynum extra.de regu.iur.c.possessor.versicu.item nunquid in seruitutibus præscribendis. & hic est casus in d.l.qui in aliena.versi.sed & si non adierit.de acquiren.hered. Ibi enim de modico præiudicio tractatur. Nam hereditas nó erat filij,sed habebat solam spem,quòd si ipse efficeretur sui iuris,poterat adire,& sibi acquirere: vt C.de iure delib.l.non est dubium.non ergo ibi amisit suum dominium,sed quandam spem fortè fallacem. ¶Item est spes,quod ipsa hereditas patri quæsita,ad ipsum filium reuertatur,vt l.si scripto herede. in fine ff. vnde liberi.& de adop.l.nec ei.§.penulti. sic etiam loquitur gl.d.l.pen.C.communi diuidund.vbi dicitur q̃ præsumitur diuisio,in qua est modicum præiudicium, cùm vna pars vice alterius fungitur.Cùm ergo in proposita quæstione loquamur in muliere patiente, & tractatur de magno præiudicio, scilicet de translatione dominij in virum cum spe lucrandi sibi, sic dico q̃ ex patientia longi temporis titulus non præsumitur.

¶Disputata per dominum Barto.de Saxoferrato egregium legum doctorem, Digestum vetus legentem in augusta ciuitate Perusij anno Domini 1347. de mense Ianuarij.

ADDITIO.

a ¶Circa tertium.Vide Barto.in d.l.cùm de in rem verso.in 3.col.& ibi Alex.in addition.ff.de vsur.& Felin.in c.illud.in 4.col.de præsump.Tho.Diplo.

b ¶Si magnum.Nota q̃ Bartol.hic vult q̃ vbi agitur de magno præiudicio,ex patientia longi temporis, nunquam præsumitur titulus.Vide multas concordantias per Felin.in c.sicut olim.in 18.col.de re iudic.& in c.illud.in 4.col.de præsump.in ver.secundò est aduertendum.& vide Alexan.in consi.118.in 6.volu.incipit,ponderatis narratis.in 2.col.Tho.Diplo.

AN ACCVSATVS DE CRImine, confessus factum, negans tamen qualitatē,qua cessante, poena cessat vel minuitur:vigore statuti per Italiam, quo confessi crimen,mitius,& negantes, grauius puniuntur:tãquam cõfessus, mitius,aut tanquam negans,grauius puniri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Sicut omissio totius,est causa priuandi quem beneficio,ita omissio partis.*

Quando aliquis probat factum,nec probat qualitatem facti,non habet beneficium quod datur probantibus.

3 *Quando pœna debet committi propter aliquam priuationem,ita committitur ex priuatione qualitatis, sicut ex priuatione substantiæ.*

4 *Omissio qualitatis rei,non priuat aliquem beneficio sibi competenti ex ipsa re.*

5 *Aggregatio pœnæ quæ fit propter negationem, semper intelligitur fieri,quando quis negat id,quod ex facto suo dependet:aliàs,secus.*

6 *Quando quis tenetur ad factum simpliciter, sufficit quòd factum fiat,licèt eius qualitas omittatur.*

7 *Quando aliquid prohibetur,semper intelligitur prohibitio respectu substantiæ,non respectu qualitatis.*

Quæstio 8.

a PER Italiam (a) communiter sunt statuta, quòd confessi maleficia,mitius: & negantes, grauius puniuntur.Contingit quòd is,contra quē de maleficio proceditur,confitetur factum,negat tamē qualitatē: qua cessante,poena cessat,vel minuitur.¶Quæritur,an sit condemnandus vt confessus, an tanquam negans,vel qualiter.

PRO. Et primò quòd veniat condemnandus vt negans,probatur sic:Negans dicitur ille, qui negat factum:& etiam ille,qui negat ius,hoc est, actionem & obligationem. Primùm de negante factum,probatur C.ad legem Aquiliam.l.contra negantem. de probation.l.actor.de non nume.pecu.l.asseueratio. & in authentic.contra qui propriam ff.ad legem Aquil.l.2.de procurator.l.2.cum simili De eo qui negat ius,probatur.C.de transactio l.age.ff.de don.l.quædam in iure. de probatio.l.ab ea parte.cum simil. Sed iste qui negat qualitatem maleficij,quandoque negat factum,quandoque negat ius,hoc est,maleficium, vel esse obligatum:quandoque negat actionem,hoc est,se non teneri actione proposita: ergo in omni casu habetur pro negante. ¶Primum quod negat factum, probatur in eo qui confitetur factum:negat tamen tempus,vel negat locum. Nam si probatur alius locus vel tempus, non est idem factum de quo agitur,vt probatur C.qui accusar.non possunt.l prima.prout ibi ponitur casus pro maleficio certa die commisso. & nota.ff.de publi. iudi.l.is qui reus.in gloss magna super verbo, permissum.ff.de acquirend.heredita.l.Pantonius.§.rei. & ibi clarius not.& est expressum extra.de iudic.ca. Abbate sanè circa finem libri 6. ¶Secundum in eo qui negat maleficium vel obligationem,probatur in eo qui confitetur factum, hoc est. se accepisse rem,negat tamen quòd contra domini voluntatem. Nam ex hoc sequitur q̃ non est furtum, nec furti tenetur: vt ff.de furt.l. inter omnes.§.rectè & instit.de obligation. ex delict. in §.placuit.¶Item in eo qui confitetur se occidisse,negat tamen se fecisse eo animo,quia sequitur quòd non tenetur lege Cornelia:vt l.1.C.ad legem Corn.de sica. & ff.eodem l.1 §.diuus.Et in eo qui accusatur de plagio,dixit se abduxisse,negat tamen alienū:vt C. de seruis fugiti.l.cùm seruum.& ad legem falcid. de plagia. l.1.& l.præses.sed alia multa exempla poni possent. ¶Tertium,quòd negat actionem seu accusationē, probatur in eo qui accusatur l.Pompeia.de parricid. confitetur se occidisse,negat tamen esse de personis enumeratis in l.1 ad legem pompeiam.de parricid.ff.Item probatur in l.prætor.§.docere.vi bonorum rapt. & de incen.ruin.l.1.§.fi.& l.2.Item in eo qui confitetur coitum,sed negat mulierem nuptam,vt l.penult.de adul. Quicquid agatur aut dicatur,apparet quòd iste habetur pro negante,& tanquam negans,debet condemnari.¶Secundò probo sic.Qui interrogatur cum aliqua qualitate,si respondet purè.non respondet ad interrogata,vt ff.de verbor.obligation.l.prima,§. si quis simpliciter.& Instit.de inutil.stipulat.§.1.& §.præterea.Si verò non respondet ad interrogata,ergo nō potest haberi vt confessus. Concludo ergo quòd tanquam negans veniat condemnandus, per prædictas leges, vbi

1 videtur casus expressus. ¶ † Tertiò ꝓbo sic: Sicut omissio totius, est causa priuandi quem beneficio, ita omissio partis: vt ff. de legatis j. & si equo. coniuncta l. tutor datus. §. j. ff de excusation. tutor. & notatur in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indign. sed si totum maleficium negasset, priuaretur beneficio, quod daretur confitentibus, ergo eadem ratione priuetur, si negat qualitatem maleficij. ¶ Quartò probo sic: Si in aliqua satisdatione aliqua qualitas omittatur, liberatio non contingit, immò totum petitur, ac si nihil esset satisdatum, vt ff. l. Iulia. §. j. de verborum obligat. de solutio. l. etiam. de lega. j. l. huiusmodi. § ædes. & plenè no. de dolo. l. & eleganter. § non solú. sed istud beneficium quod datur confitentibus, est quædam liberatio à parte pœnæ in eo qui confitetur. Si ergo in confessione omittatur qualitas maleficij. non contingit libe-
2 ratio. ¶ † Quintò probo sic: Quando aliquis probat factum, nec probat qualitatem facti, non habet beneficium quod datur probantibus: quia non dicitur sua intentio probata, vt l. habebat. in princip. ff. de insti. vi bonorum raptorum. l. prætor. §. docere. extra. de probationibus. cap. licèt. ergo & eadem ratione, qui confitetur maleficium, & non qualitatem, non debet gaudere beneficio confessionis. ¶ Sextò sic: Beneficium datur confitentibus, quia aliquem releuat confessio ab onere probandi: vt l. eum qui. in principio. de iureiurando. C. de pœna iudicis qui male iudicauit. authen. nouo iure. & quod nota. ad l. Aquiliam. l. cōtra negantem. Sed per hanc confessionem quis non releuatur ab onere probandi: quia debet probari qualitas maleficij, quæ non potest probari, nisi per illos qui viderūt maleficium: quia qualitas rei non potest cognosci, nisi ab eo qui habet notitiam rei, & ipsam viderit, vt l. j. §. j. de ventre inspiciendo. C. de fide instrumentorum. l. comparationes. ff. finium regundorum. l. si irruptione. & in authen. de non alien § quod autem. col. 2. Cùm igitur non tenet ab onere probandi, ergo in nullo con-
3 sequitur beneficiū confessionis. ¶ † Septimò sic: Quādo pœna debet committi propter aliquam priuationē ita committitur ex priuatione qualitatis, sicut ex priuatione substantiæ, vt patet in stipulatione habere licere. quæ committitur, si aliqua seruitus, quæ prædij qualitas est, ex iure minuitur, vt l. stipulatio ista. §. si quis fortè. de verborum obligatio. vbi videtur textus nostræ quæstionis in eo quod ibi in fi. text. dicit, quòd habere non licet ei, cui aliquid ex iure minuitur. Ita cùm aliqua qualitas negatur. nihil confessatum videtur: & sic nullum consequitur beneficiū confessionis. ¶ Octauò sic: Simplex & indefinita locutio æquipollet vniuersali, vt l. si pluribus. de leg. 2. & de leg. 3 l. plures. per Dynum, de regul. iur. super rubric. lib. 6. Cùm ergo dicat statutum, quòd confitentes, mitius puniantur, loquitur de confitentibus omnia. Sed certum est, quòd iste, qui negat qualitates, non confitetur omnia: ergo non potest beneficium confitentium habere: argumē. l. is qui ducēta. §. vtrum. de rebus dubiis ¶ Nonò, quia qui in vno deliquit, omnium factus est reus.

ADDITIO.

a ¶ Per Italiam. Vide & adde ad dicta Barto. hic quæ notat idem Bar. in l. qui vxori. §. qui tamen. & ibi apostillam meam. ff. de adul. & Alex. in l. eum qui. in 3. colū. de iureiurand. & Angel. de Are. in §. ex maleficiis. 7. colū. Instit. de actionibus. & Bar. in cons. 115. in 2. volu. incip. statutum ciuitatis Aretij. & an qualitate delicti adiecta & non probata, debeat sequi absolutio, vide Bart. in consi. 115. in 2. volu. incip. pūctus quæstionis talis est: quidam accusauit. Th. Diploua.

¶ CONTRA, quòd puniri debeat tanquam con-
4 fessus. ¶ Primo probatur sic: † Omissio qualitatis rei non priuat aliquem beneficio sibi competenti ex ipsa re. Hoc probatur: quia quis non priuatur beneficio propositæ actionis, licèt aliquam qualitatem non ponat, vel positam non probet: vt l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. & quod not. C. de edendo. l. edita actio. Nā eo non obstante, ex tali processu poterit sequi condemnatio. Facit de aqua pluuia arc. l. quanquam. §. Iulianus. & quod ibi not. per Dy. facit de rei ven. l. si post acceptum. Item non priuat quem beneficio præsumptionis facientis pro eo. Nam si confiteor solutum, tamen nego indebitum, & sic nego qualitatem. ex hoc non perdo beneficium præsumptionis facientis pro me, scilicet quòd debitum præsumatur: vt l. cùm de indebito. ff de probat. Item non priuat quem beneficio moderandæ condemnationis: vtputa, Cōfiteor me fideiussisse, nego tamen me conueniendum in solidum: quia dico alios fideiussores esse soluendo, & sic nego qualitatem. Certè per hoc non perdo beneficium diuisionis: vt l. si dubitetur. in principio. & § j. de fideiusso. Ex istis ergo concluditur, quòd si reus confitetur factum, negat tamen qualitatem aliquam, ex hoc nō perdat beneficium confessionis, sed tanquam cōfessus ve-
5 niat condemnandus ¶ † Secundò probo sic: Aggrauatio pœnæ quæ fit propter negationem, semper intelligitur fieri quando quis negat id, quod ex facto suo dependet. aliàs. secus, vt ff. rerum amotarum. l. Marcellus. de in litem iurand. l. videamus. §. j. extrauagan. de confes. cap. 2. lib. 6. quod not. de iuramen. calum. l. 2. §. quod obseruare. Si aliter intelligeretur, sequeretur quod quis puniretur sine delicto: quia cum in facto, quod nō dependet à se, sit tolerabilis ignorantia: vt l. si. ff pro suo. & l. si cùm falsum. ff. de acquirenda heredita. aliàs l. cū flumen. ff. de hereditat. vel action. vendita. meritò potest sine culpa negare: sed sine culpa nemo est puniendus: vt ff de verborum significa. l. aliud est fraus. & de poenis. l. sancimus. de regul. iur. c. sine culpa. libr. 6. Sed istæ qualitates vt plurimum non pendent ex facto rei, vtputa quòd ex vulnere sit remāsura cicatrix, vel quòd membrum sit remansurum debilitatum, vel quòd offensus sit nobilis vel ignobilis, & similia. Hoc patet, ꝙ propter negationem huius qualitatis non debet grauari pœna: & sic condemnandus est tanquam confessus. ¶ Tertiò probo sic: Pœna, quæ imponitur propter priuationem alicuius rei, nunquam committitur propter priuationem alicuius qualitatis ipsius rei: vt ff. de serui. l. quo ad serui. de legatis 2. l. Mæuius. §. fundo. vbi pœna quæ debet committi propter euictionem rei, nō committitur propter euictionem seruitutis, quæ est qualitas rei, vel quid aliud. de verbo. signi. l. quid ergo. & l. si in aliena. §. j. de vsucap. & commu præd. l. j. ita in proposito: si aliquis confitetur factum, licèt neget qualitatem facti: pœna, quæ propter negationem imponitur, non debet committi: & sic vt confessus veniat con-
6 demnandus. ¶ † Quartò probo sic: Quando quis tenetur ad factum simpliciter, sufficit quòd factum fiat, licèt eius qualitas omittatur: vt l. 3. §. falsus. ff. rem ratam haberi. vbi procurator tenetur cauere rem ratam dominum habiturū: & sic sufficit quòd dominus habeat ratum tanquam factum, non tanquam maleficiū. quod patet, quia potest appellare, & restitutionem in integrum petere. & sic qualitatem abnegat, & sic pœna nō committitur. Ad idem facit quod not. ff. de negot. gestis. l. Pomponius scribit. in gloss. magna. & per Dynū in c. ratum. de regu. iur. lib. 6. Ita in proposito cùm quis metu pœnæ teneatur confiteri, sufficit ꝙ confiteatur factum, licèt neget qualitatem facti, & sic cōfessus ve-
7 niat condemnandus. ¶ † Quintò probo sic: Quando aliquid prohibetur, semper intelligitur prohibitio respectu substantiæ, non respectu qualitatis. hoc probatur per l. generalitas. C. de non nu. pecun. coniuncto §. quod ferè. in l. iurisgentium. ff. de pact. & ibi not. in gl. vbi si aliquis prohiberetur probare contra instrumentum, intelligitur contra substantiam instrumenti, non

contra

cõtra qualitatem.Ita in proposito,cum quis metu pœnæ prohibeatur negare,debet intelligi de negãte substantiam,non de negante qualitatem, & sic cum substantiam sit confessus,debet vt confessus puniri.¶Sexto de hoc videtur casus expressus ff. ad l. Aquil.l.inde Neratius.§ fin.cum l.seq.vbi apparet, quod ad hoc vt euitetur pœna,quæ contra negantem est statuta per l. Aquil.sufficit quod factum confiteatur,scilicet me occidisse,licet negem qualitatem,vt puta,quia nego seruum esse talis æstimationis,vel tãtum interesse agẽtis. Ita in proposito,licet negem aliquam qualitatem, non debeo puniri vt negans, sed vt confessus debeo condemnari.¶Septimo sic:Ratio,quare mitius punitur,est quia releuat aduersarium ab onere probandi, vt dictũ est supra in sexta ratione aduersę partis. sed licet negetur qualitas,nihilominus pars remanet releuata ab onere probandi. Exemplum:Si aliquis confitetur occidisse,dicat tamen se fecisse sine dolo, certe ipse habet probare: vt Cod. de iniur. l.si non conuicij. ad legem Corn.de sica l.prima.& ff.eodem.l.prima § diuus. ergo cum supersit ratio,debet durare beneficium confessionis.¶Octauo sic:Indefinita locutio æquipollet vniuersali,vt l.si pluribus.de leg.secundo de leg.tertio.l.si plures.nota.per Dy.de regu.iur.super rub.li.sexto.Vnde cum statuta puniant acrius negantes, intelligo negantes omnia. Sed verum est, quod hic qui confitetur factum,& negat qualitatem,nõ negat omnia: ergo nõ debet vt negans condemnari, vt l.si is qui ducenta.§. vtrum.de reb.dub.¶Nono de hoc videtur glo. ordinaria Instit.de actio.§.item mista.vbi ille, qui confitetur delictum, negat tamen aliquam qualitatem, propter quam dicit non deberi, nihilominus habetur in omnibus vt confessus:modo in ea pœna, quæ venit ex delicto,sine qualitate puniatur:confessus in ea,quæ augetur ex qualitate,punitur,vt negans.probatur pluribus rationibus.¶Et primo sic: Qui partem delicti committit,non punitur contemplatione totius,sed contemplatione eius quod commisit,vt ff.de extraord.cri.l.prim. Cod.de ser.fugi.l.si fugitiui. & ita no. facit de pœnis. l.aut facta.§.euentus.ita in proposito,cum partim fuerit confessus,partim negauit: solum in ea parte quam negauit,puniatur vt negans.¶Secundo sic: Pœna non debet egredi delictum,ne sic in ea re,& eo tantum respectu quo quis deliquit,puniatur,& nõ vltr.ff.de his quibus vt indi.l.rescriptum.ad Treb.l.Paulus respondit,si certum.qui.ex cau.in pos.ea.l.Fulcinius. §. quod si aduersus.Sed hic non deliquit negãdo, nisi respectu qualitatis:ergo solũ respectu qualitatis debet puniri. ¶Tertio sic:Quando quis ad plura tenetur in iudicio sub pœna,si in vno est obediens, in alio non: in eo, in quo est obediens,pœna non committitur cum effectu: vt l.si seruus.§.si plurium ff.si quis cautioni. & quod no.de verborum obligationib.l. quinta. §. fi. & de reb. dub.l.si is qui ducenta. §. vtrum in glos.super verbo,in illo.Sed ista pœna,quæ imponitur neganti,imponitur circa ea quæ veniunt publicanda iudicio:ergo in effectu cõmittitur solum pro eo quod negauit ipse. Quarto sic: Quando quis eodem facto diuersis respectibus deliquit:eo respectu,quo deliquit,consequitur pœnã, alio respectu præmium:vt l prima de his quibus vt indi.Ita in proposito,respectu eius,quod negauit,consequitur pœnam:alio respectu premium.Facit l.relegatorum.§.fi.de interdic.& releg. ¶Quinto sic: Quando pœna debet imponi propter priuationem alicuius rei priuata qualitate, solum imponitur pœna respectu illius qualitatis,quod apparet in actione ex empto, vbi re euicta agitur pro toto interesse:sed euicta seruitute, agitur solum pro interesse seruitutis, quæ est qualitas fundi:vt l.quæ ad seruitutem.de euic.& ibi nota.& de contrahen.emp.l. cum veteres. ita in proposito solum respectu qualitatis actus puniatur.¶Sexto sic.Si quando aliquid alicui tribuitur propter laborem: diminuto labore,diminuitur id quod conceditur: vt l.Scio amico.in prin.de annu. leg. Sed præmium conceditur confitenti,quia exonerat aduersarium onere probandi:vt l.eum qui.in princip.de iureiurando. Ergo si pro parte eum exonerat,consequitur præmium accusatus: quia percussit tali loco & tali tempore, confitetur se percussisse dicto loco vel tempore. Certe si accusatio probabitur,punietur vt negans. Item iudex potest talem respõsionem non admitteretur. nota hanc conclusionem.

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato,in quæstiõe prædicta aduertendum est, quia quando quis negat aliquam qualitatem seu circunstãtiam, qua negata,negatur ipsum factum de quo proceditur,quod prima facie videbatur confiteri: verbi gratia,quis confitetur se percussisse Titium,negat tamen hoc se fecisse tempore vel loco, in accusatione vel libello contentis:tunc omnino aliud factum confitetur quam illud de quo proceditur. Nam factum vno tempore vel certo loco,differt realiter & secundum substantiam ab eo,quod factum dicitur alio tempore vel loco:vt l.si non sortẽ.§.libertus.de condi.inde.& quod no.Cod.de testi.l.testium.de acquiren.hære.l. Pantorius §.rei.cum sua glos. & est expressum extra. de fide instrumen.capitul.cum Ioannes.& de re iudi.capit.abbate sane.circa fi.ibi,locus & tempus,&c.quod ibi no. & dixi in l.denunciasse.§.quid tamen.de adul.illo casu non loquitur quæstio nostra. Nam iste sine dubio habetur vt negans, qui totum negat.immo dico quod si iudex vellet talem responsionem non admittere,posset licite:quia ad interrogata non respondit, vt supra patet.ergo &c.vt Institut.de inuti.sti.§.si de alia.Sed posses tu dicere non esse verum,quod locus vel tempus faciat differri realiter & secundum substantiam.Nam si Titius est vulneratus in facie,vbicunque factum fuisset illud vulnus,idem vulnus esset substantialiter,vt patet ad sensum:sicut idem est homo,licet de loco vel de tempore originis dubitetur:vt l.tertia. §. minorem.ff. de mino.& l.eius.§.pe.ad mini.Respondeo:nos possumus sumere actum,prout radicatur in faciente: & tũc illud est factum vno loco vel tempore, aliud factum alio:& tunc diuersitas talis inducit diuersitatem realẽ & substantialem,vt dixi. Quandoque accipitur actus pro effectu secuto ex actu.vt vulnus seu scissio quæ secuta est actũ percussionis:& tunc illud est vnum, vbicunque fuerit factum:quia non potest esse nisi in vno loco factum,vt ex prædictis patet. Alia circa hoc dixi in dicto §.quid tamen. Quandoque quis negat aliquã qualitatem seu circunstantiam, ex qua non inducitur diuersitas realis seu substantialis: & tunc procedit quæstio nostra. Pro qua declaranda est aduertendum,quod statuta Italiæ circa hoc procedunt diuersimode.Nam quandoque statuunt hoc in pœna,vt negans plus puniatur,quã sit alia simplex pœna pro maleficio.Quandoque hoc statuunt per modum præmij: & ei,qui fuit confessus,minuitur pœna, quæ alias statuta est pro maleficio,& isti sunt diuersi effectus. ideo de quolibet per se videamus.¶Circa primum,quando statutum hoc disponit in pœna: vt puta, quod negauit,puniatur in quadruplo pluri, vel similia verba: & tunc circa hoc consideranda sunt duo fundamenta.

¶Primo,quia istud statutum habet locum in pœna mẽtientis.Vnde si negaret aliquid, cuius haberet iustam ignorantiam:non puniretur, per regulam generalem, quæ,Vbi non est culpa,ibi nõ cadit pœna:vt C.de pœ. l.sancimus.& ff.de verbor.signiffic.l.aliud est fraus.in princip.de reg.iur.capitu.sine culpa.lib.sexto.¶Secundum fundamentum est, quod tunc negans puniretur, quando negationem grauauit aduersarium onere probãdi,ita quod aduersarius habeat necesse probare per testes vel aliis legitimis probationibus:alias nõ punietur vt negans:vt ff.de iureiuran.l.eum qui. in princi.

& ad leg. Aquil. l. secunda. §. prim. & ibi not. & C. ad le. Aquil. l. contra negantem. & ibi etiam no. Cum enim illa loquatur generaliter in qualibet actione, quę crescit per inficiationem: non est dubium quod extéditur ad statuta, vt no. in simil. ff. de legi. l. quod vero. & dixi plene in l. omnes populi. in materia de interpre. stat. circa interpretationem extensiuam. His præmissis, in casu prædicto quando statutum procedit pœnam imponendo, dico sic: Quandoque ille, qui confitetur factum, negat aliquam qualitatem seu circunstantiam, per cuius negationem aduersarius non grauatur onere probandi: vt puta, confessus est se percussisse, sed nó animo iniuriandi: vel se occidisse, sed sine dolo: vel se occidisse ad sui defensionem, quibus casibus cum prę sumptio sit contra eum, sibi incumbit onus probandi aliquas circúståtias, ex quibus esset dolus, & animus iniuriandi: & præsumitur ad sui defensionem fecisse Cod. de iniuriis. l. si non conuicij. ad legem Cor. de sica. l. prim. & l. eum qui. & isto casu negans talem qualitatem vel circunstantiam, sine dubio si non probat, non punitur vt negans: quia per confessionem factam releuat aduersarium ab onere probandi, vt dicta l. eú qui. Quandoque quis confitetur factum, & negat aliquam qualitatem seu circunstantiam, quam oportet aduersarium probare. Et hic est aduertendum, quod quandoque quis negat aliquam qualitatem seu circunstantiam, quam iuste ignorat: vt puta, confitetur se percussisse, negat tamen quod ex illo vulnere sit remansura cicatrix, vel quod ex ea membrum remaneat debilitatum, & si. Et tunc etiam eo probato, non puniatur vt negans: quia cum non sit in culpa, non debet pœnam, vt dictum est. Pro hoc ff. de interro. action. l. de ætate. §. interdum. & §. sequét. & est casus ad l. Aquil. l. inde Neratius §. fina & l. sequen. sic inducendo in libello proposito super actione legis Aquiliæ, debet exprimi quantitas damni, secundum gloss. quæ est in l. prætor edixit. § si dicatur. ff. de iniur. Pone: conuentus lege Aquilia, confitetur se hominem percussisse: negat tamen æstimationem damni esse illam, quæ in libello proponitur. Certé ille tanquam confessus veniet condemnandus: vt dicta l. inde Neratius. §. fina. cum l. sequen. Si enim ibi confessus fuisset æstimationem damni: ratio quæ ponitur in illa lege, non esset vera. ná nó esset amplius quærendum de æstimatiõe vulneris. Apparet ergo quòd conuenitur vt confessus: & tamé quæritur de æstimatione, quam negauit. Hoc modo debet intelligi gloss. quę est Instit. de action. §. item mista. vbi ille qui confitetur relictum piis locis, tamé aliquam qualitatem negat, vel admisit, per quam dicit se non debere soluere. Nam si rationabiliter hoc dicit, id est, iusta ignorantia motus, non punitur vt negans, vt ibi expresse dicit gloss. Quandoque negat aliquam qualitatem seu circunstantiam, quam iuste seu probabiliter ignorare non potest, vt quia pédet ex facto suo vel est publice notum, vel aliàs est præsumptio quòd sciat. ¶ Et hic est aduertendum, quòd quando negatur aliqua qualitas seu circunstantia, qua cessante factum non est delictum, seu non est punibile ex causa intentata, secundum ea quæ dixi in l. denunciasse. §. quid tamen. de adulter. & tunc ideo punitur vt negãs. & loquitur alia opin. posita in gloss. Institu. de action. §. item mista. ne inueniatur via, per quam negantes suam auaritiam exerceant, vt ibi nota. quod probatur: quia quando deficit aliqua qualitas, quæ respicit totum id est, de quo agitur, nil videtur esse factum: de eo quod debetur: vt l. Iulianus. §. primo de verbo. obliga. de sol. l. etiam. cum simi. Facit qui satisda. cogan. l. quoties. & de fideiuss. l. qui satisdare. Ad idem vi bon. rapt. l. pretor. §. docere. & l. denunciasse. §. quid tamen. facit etiam de verbo. obli. l. j. §. si quis simpliciter. ff. & quandoque negat aliquam qualitatem, qua cessante, pœna minuitur. Et hic est aduertendum, quod si quidem pœna, quæ propter illã qualitatem adiicitur, est diuersa & separata, vel saltem est diuisibilis & separabilis ab ea, quæ imponitur pro simplici maleficio, vt si dicat quod contra negantem pœna duplicetur, vel puniatur in quadruplo pluri, vel similia verba: & tunc pœna quæ imponitur pro simplici maleficio, vt confessus punietur. Sed illa quæ augetur propter illam qualitatem negantem, punietur vt negans. æquitas enim iudiciorum hoc admittit, vt l. si seruum. §. si plurium. ff. si quis cau. & quia eius contemplatione debet puniri, cuius contemplatione deliquit: vt dicto §. si plurium. & de his qui. vt indi. l. recte. ff. ad Trebel. l. Paulus respondit. si cert. Pro hoc optime facit de iniu. l. eum qui nocentem. §. fi. & pen. vbi punitur factum, & nó qualitas. & sic vnum separatim ab alio consideratur. Facit ff. de fur. l. is qui opem. vbi præstans punitur respectu furti, non respectu qualitatis, scilicet manifesti. Si vero pœna facti & qualitatis, non est diuisibilis seu separabilis, vt puta confessus punitur in corpore: & tunc propter istam connexitatem, nisi confiteatur totum, non habetur vt confessus: & sic punietur vt negans: argumen. de stat. lib. l. si duobus. §. primo. Istius enim negationis effectus in partes scindi non potest: vt l. in execu. §. secunda species. de verborum obligationibus. Nam in istis indiuiduis non potest nisi in solidum peccari, vt l. eadem. §. Cato. de verborum obligationi. ff. ¶ Ad hoc tamen aduertendum, quia vbicunque dixi negante qualitatem puniri, vt negans, vt vel in totum, vel in parte: intellige, si illa qualitas fuerit per aduersam parté probata plene: alias, secus: vt l. eum qui. in princip. de iureiu. & C. ad l. Aquil. l. contra negante. adeo quod, sic puto, nó sufficeret, si probarentur præsumptiones, ex quibus reus poneretur ad torturam, ex qua sequeretur có fessio. nam dictæ leges requirunt, quod istud quod est negatum, probetur. Sed iste non probauit illud quod est negatum, & præsumptiones eius non sufficiunt. vnde cum non extiterit conditio, quam leges requirunt, non potest puniri vt negans. ¶ Circa secundum vero quando statutum hoc statuit per modum præmij, vt ei, qui fuerit confessus, minuatur pœna: tunc indistincte dico, quod negans qualitatem, punietur vt negans: nec habebit beneficium cófitentium, vt l. etiamsi partis. de leg. primo. de ann. leg. l. Mæuius. in princip. de ma. test. l. si ita sit scriptum. & l. qui filium. §. fi. & ad l. Falc. l. beneficio. quæ leges hoc probant sic: Quando alicui cóceditur beneficium propter aliquid, nisi illud totum adimpleat, beneficium perdit. vt dicta. l. etiam si partis de le. primo. no. de his qui. vt indi. l. quæ post legatum. §. amittere. quod est verum, etiamsi totum factum adimpleat, sed in qualitate deficiat: vt dicta l. Mæuius. in princi. de ann. leg. & de manu. test. l. si ita sit scriptú. & l. qui filium. §. fi. Et prædicta vera, siue aggrauaret aliam partem onere probandi, siue pars in se susciperat. Sufficit enim quod ipse conetur effectum suæ confessionis infringere: quia tunc illo beneficio confessionis est indignus, vt dicta. l. beneficio. ff. ad l. Fal. Item hoc casu non est curandum de illis distinctionibus, an illã qualitatem poterit probabiliter ignorare, vel nó: quia quã do aliquis vocatur ad præmium sub spe certæ confessionis, intelligitur quod confiteatur simpliciter siue de eo quod pertinet ad se, siue ad alium. quod patet in præmio, quod est statutum his qui se deferunt. Nam intelligitur quod se deferant, etiam de eo quod ipsi poterant probabiliter ignorare, vt patet de iur. fis. l. secunda. §. fi. eodem. titu. ¶ Concluditur ergo, quod indistincte perdat tale beneficium, si venit condemnandus ex illa qualitate negata, factis probationibus. Et ex prædictis apparet responsum ad omnia cótraria. Et sic est finis. Bar.

¶ Disputata fuit hæc quæstio per dominum Bartol. de Saxoferrato minimum inter legum doct. in ciuitate Perusij, anno Domini 1356. die 21. mensis Decembris.

AN

AN IVDEX PER IMPERITIĀ contra ius litigatoris iudicans, appellante parte succūbente à tali sententia tempore sindicatus posśit ab hac efficaciter conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui per imperitiam male iudicauit, tenetur ex quasi maleficio.*

2 *Delictum quod in actu sententia perficitur, sententia lata & appellatione secuta, non dicitur esse perfectum.*

3 *Quando ab initio alicui competit actio propter aliquod interesse, si desinat interesse facto ipsius actoris, desinit actio effectu aliter competere.*

4 *Actio qua datur in magistratum, delinquētem in officio, dicitur subsidiaria.*

5 *Quando sententia non ladit partem, iudex non facit litem, nec tenetur ex quasi maleficio.*

6 *Quando sunt diuersæ actiones, vna pœnalis, & alia persecutoria, vna non tollitur per aliam, nec per exceptionem, nec electione.*

7 *Quando sunt plures actiones competentes ad diuersa, siue contra eundem, siue contra diuersos, ex diuersis causis, possunt simul agitari.*

8 *Sententia lata in causa appellationis qualitercūque, iudex veniet condemnandus.*

9 *Sū beneficium vni parti conceditur, illo beneficio alius contra illum, cui conceditur, vti non potest eo inuito.*

Quæstio 9.

IVDEX (a) per imperitiam iudicauit contra ius litigantis, & à parte succumbente extitit appellatum à tali sententia. Nunc quæro, an dictus Iudex tempore syndicatus ob hoc posśit effectualiter conueniri, vel non.

PRO. Et primo ad partem magis fauorabilem, scilicet negatiuam, quod non posśit effectualiter conue-
1 niri, probatur pluribus rationibus. ¶ † Et primo certū est, quod iudex qui per imperitiam male iudicauit, tenetur ex quasi maleficio: & persecutione facta ab vno, cæteri liberantur: vt Insti. de obli. quæ ex quasi malefi. in princip. & ff. de acti. & ob. l. ex maleficiis. §. si iudex. de va. & extraor. cog. l. fi. sed natura eorum, qui tenētur ex quasi maleficio, est, vt præceptione facta ab vno, cæteri liberentur ff. de his qui deie. vel effu. l. perceptiōe. & nau cau. stab. l. licet § possumus. Iste autem, qui appellauit, statim consecutus est quod voluit: quia scilicet appellatio statim iudicatum extinguit: vt l. prim. in fi ff. ad Turp ff. de his qui no. infa. l. furti. circa princi. ff. de inio. test. l. si quis exhære. §. hi autem. cum si. Si igitur iam cōsecutus est id, in quo est læsus, videtur quod talis iudex non posśit effectualiter conueniri. ¶ Secundo probatur sic: Quando culpa vnius trahit ad se obligationem alterius principaliter obligati, vt vterque pariter principalis teneatur, vnius electione alter liberatur: & maxime, quod vna actio est ordinaria, alia extraordinaria, vt C. de fur. l. manifesti. §. prim. nau. cau. sta. l. tertia. §. maximi. & l. licet. §. possumus ff. Modo in proposito, culpa iudicis trahit ad se obligationé principalem. facit enim litem suam, vt Institu de ob quę ex quasi malefi. in princ. cum si supra allegat. ergo principali electo, per appellationem iudex est liberatus: & sic tempore syndicatus non posśit effectualiter conueni-
2 ri. ¶ † Tertio probatur sic: Delictum, quod in actu sententię perficitur, sententia lata & appellatione secuta, non dicitur esse perfectum: vt ff. de bo. quæ lib. l. qui cū maior. §. accusasse. Facit eodem tit. l. seruituté. §. petiisse. de inoffi. test. l. Papinian⁹. §. meminisse. Sed hoc quasi delictum perficitur sententiando: ergo appellatione secuta, nō potest dici delictum esse commissum: & sic iudex non potuit effectualiter conueniri. ¶ Quarto probo sic: Quando ab initio alicui competit actio propter aliquod interesse, si deficit interesse facto ipsius actoris, desinit actio competitiua: vt l. siue manifestus. cum l. sequé. & l. ideo. ff. de condict. fur. sed in quęstione proposita actio competebat cōtra iudicem propter interesse: quia parté læserat: & istud desinit facto ipsius appellantis: ergo videtur quod non posśit effectualiter conueniri.

¶ Quinto probatur sic: Aliquid non esse ab initio, vel esse & tolli per actum, qui retro fingat non esse, paria sunt. l. proinde. ff. si cer. pet. l. si seruum filij. §. primo. de reb. du. l. quædam. ff. de sol. l. quæ res. circa. princip. de capti. l. retro. cum si. Sed per appellationem fingitur, sententiam non fuisse retro latam: vt ff. de his qui no. inf. l. furti. circa princip. & ibi no. ad Turp. l. prim. in fi. ergo habetur perinde, ac si non fuisset lata: & sic non
3 potest effectualiter conueniri. ¶ † Sexto probatur sic: Quando ab initio alicui competit actio propter aliquod interesse, si desinat interesse facto ipsius actoris, desinit actio effectualiter competere: vt l. siue manifestus. §. fi. cum l. sequen. & l. ideo. de condi. furti. Sed in quæstione proposita actio competebat contra iudicé propter interesse: quia partem læserat, sed desinit interesse facto ipsius appellantis: ergo videtur quod non posśit effectualiter conueniri ¶ Septimo probatur sic: Aut super illa appellatione fuit pronunciatum, bene appellatum: & sic prima sententia rescissa: & tunc desinit interesse, ergo iudex non poterit effectualiter cōueniri, vt supra dictum est. Aut fuit pronunciatum, male appellatum: & sic prima sententia cōfirmata: & idé, scilicet quod iudex non poterit effectualiter conueniri: quia in istis quasi maleficiis absolutoria lata super vno, parit exceptionem rei iudicatæ super alio, vt l. licet. § fi. ff. nau. cau. sta. At appellatio pendet: & tūc idé, quia non potest conueniri. Nam pendet talis causa principalis, & absolutoria lata in ea, parit exceptioné rei iudicatæ in ista: ergo &c. vt l. fundi & l. fundum. & l. sed si ante. ff. de exceptio. & sic nullo modo talis iudex poterit effectualiter conueniri. ¶ Octauo probatur sic: Non debet esse melioris conditionis actio sub-
4 rogata, quam ea in cuius locum subrogatur. † Nam actio quæ datur in magistratum delinquentem in officio, dicitur subsidiaria: & ita demum competit, si parti læsæ, contra principalem non potest aliter esse consultum: vt C. de magi. conue. l. prima. in princip. ff. de tu. & ra. dist. l. prima. § nunc tractemus. cum si. Sed huic parti læsæ poterit aliter esse consultum, prosequendo appellationem in aliquo contra principalem: ergo videtur quod iudex non posset ob hoc conueniri. ¶ Nono probatur sic: Quando vnus tenetur directo. & alius per quandam consequentiam ratione imperitiæ, doli, vel culpæ: & ille, qui principaliter tenetur, est paratus in se suscipere iudicium, alius liberatur, vt ff. de noxa. l. de illo. in princip. ff. de ali. iud. mu. cau. fac. l. tertia. §. fi. de peti. here. l. sed & si. item si rem. in fi. §. sed in quæstione nostra iudex tenetur ex quadam consequentia ratione culpæ, seu imperitiæ: ergo principali parato suscipere iudicium appellationis, iudex non potest cōueniri. ¶ Decimo probatur sic: Delictum iudicis male iudicantis, & procuratoris male procurantis, æquiparantur: vt C. de pœna iudi. qui male iudi. l. prima. & secunda. & de aduo. diuer. iud. l. prima. & ibi not. Sed ego habeo, quod si sententia dicatur male lata propter

factum procuratoris,& si principalis est paratus iudicium suscipere in se, procurator non potest conueniri:vt ff.de dolo.l.eleganter §.pen.& ff.man.l.si procurator.in princip.& ibi no. Facit ad hoc,quod dictum est supra proxi.argumen.ergo hic cum principalis iudicium suspiciat,iudex non poterit effectualiter conueniri.¶†Vndecimo probatur sic:Quando sententia non
5 lædit partem,iudex nõ facit litem,nec tenetur ex quasi maleficio:vt ff.de var.& extraor.cog.l.fi.& ibi not.in glo.ibi,sententia nulla. sed per appellationem sententia annullatur.Item pro hoc pœnæ,quæ statuuntur in iudicem inique iudicantem,habent locum, si sententia habuerit effectũ,vt l.prim.in fi.ff.quod quisque iur. Sed in quæstione nostra non habuit effectum propter appellationem partis:ergo iudex non potest effectualiter conueniri.

ADDITIO.

a a ¶Iudex. Alias incip.à sententia iudicis, qui per imperitiam.& ita alleg.Bartol.in l.item si res.in fi.princi. ff.de arbi.Et hoc dicit in summa:Iudex si per peritiam male iudicauit,tenetur parti ad interesse,si potuit appellare,& non appellauit. Si vero appellauit & obtinuit,tenetur ad sumptus & expensas appellãtis,vel tenebitur:quia propter delationem causæ appellationis, debitor est factus non soluendo in totum,vel in partẽ. si succumbit appellator,tunc iudex non potest conueniri.Aut appellatio pendet, & poterit cõueniri solum ad expensas & cætera damna Aut causa appellationis est deserta,& tunc si non detulit iudex appellatiõi,poterit conueniri. Aut appellatio est deserta per negligẽtiam partis,vel aliter est ei imputandum, & iudex non potest conueniri. Et adde quod de ista disputatione Bart.meminit idem Bartol. in l.fin.ff.de va.& extraor. cog.ibi vide apostil.& in l.si minoris.in secunda col.& ibi vide apostil. ff.de admi. tu. & in l. quia etiam. § ex quibus.& in dicta l.item si res.in fin.princ.ff.de arbi.& Bal.in capitul.primo §.iudices.in fi.de pa.iur. firma. Et de ista disputatione vide plene Fel.in rub. extra. de appel.Alexan.in l.prima.in tertia col.in vers.in eadem ff.quod quisque iu.& ibi vide plene per do. meum Iaso.in prin.in vltima columna.& in ea.l.prima.§.fi.eod. titu.& Ang.de Are.in l.prima in princip. in tertia & quarta columna.ff.de appel.Tho.Diplo.

¶ECONTRARIO,quod iudex possit conueniri,
6 probatur aliis decem rationibus. ¶†Primo sic:Quãdo sunt diuersæ actiones,vna pœnalis,& alia persecutoria:vna non tollitur per aliam,nec per exceptionem nec electionem:vt ff.de condi.fur.l.si pro fur.§ primo. de fur.l.ancillæ.Sed actio quæ datur contra iudiciem qui male iudicauit, dicitur pœnalis: ideo dicitur in tex.pœnam sustinebit,&c. vt Instit. de obligatio. quæ ex quasi delic.in princip.de var.& extraor. cog.l. fi. de act.& ob.l.ex maleficiis.§.si iudex.ergo electa appellatione,quæ est rei persecutoria,non tollitur pœnalis,& remedium quod datur contra iudicem: ergo effectualiter iudex potuit conueniri. ¶Secundo probatur sic: Delictum iudicis,quod in actu committitur, appellatione secuta non tollitur:sed quantum ad iudicem,nõ tollitur:pœna firma remanet:vt ff. de his quibus vt indig.l.post legatum §.sunt qui putant secunda respondeo vbi videtur casus nostræ quæstionis. Si igitur delictum iam per iudicem fuit perfectum tempore sententiæ,& remanet appellatione secuta:ergo potest cõueniri effectualiter.¶Tertio probatur sic:In his actionibus quæ ad interesse competunt, seu propter interesse,sufficit ab initio:licet postea desinat interesse.ff. de fur.l.inter omnes.in princip.& de eden.l.vbi autem §.primo.& ff.si quis cau.l.qui autem § prim. cum si.& ibi not.sed ab initio tempore sententiæ latæ interfuit licet postea per interpositionem appellationis desini interesse,debet actio remanere:& sic iudex poterit ef-
7 fectualiter conueniri. ¶†Quarto probatur sic: Quando sunt plures actiones competentes ad diuersa, siue contra eundem,siue contra diuersos, ex diuersis causis possunt simul agitari:vt l.si idem cum eodem.ff.de iur. om.iud.& l.fi.de anna exceptio.& not.per Dy.extra de regu.iur.capitul.nullus.& maxime cum sententia lata in vno, non parit exceptionem rei iudicatæ in alio propter diuersitatem rerum causarum,& personarum: vt ff.de exceptio.rei iud.l.cum quæritur.cum l sequen. Cod.qui.res iud.non no.l.prim. & per totum tit.res inter alios acta.in rubro & nig.glo.Sed hę actiones sunt huiusmodi:quia competunt contra diuersos,& ex causis diuersis:quia vna est ex quasi maleficio, alia ex alio. Item ad diuersa:quia ista quæ datur cõtra iudicem,datur ad id,quod æquum iudicantis religioni videbitur: alia ad aliud:ergo possunt simul proponi:sic iudex poterit effectualiter conueniri,&c. ¶Quinto probatur sic.Certum est quod si per factum iudicis iustitia partis differtur,iudex venit puniendus: vt Cod. de iud. l. properandum.§.sin autem.& in authent.de mãd. prin. §.tibi.& §.sequen.columna tertia & in authent.vt dif. iud.§.primo columna nona licet dicatur quod puniatur criminaliter pœna fisco inferenda:tamen idem de pœna inferenda parti,scilicet de interesse,ad quod datur actio in factum descendes ex quolibet crimine: vt l.quicquam.ff.pro so.& l qui nomen.ff. de fal. sed sine dubio iste iudex,qui malam sententiam tulit, distulit litem:quia facit partẽ appellare, & vocare per alia iudicia,ergo hoc saltem poterit effectualitur conueniri. ¶Sexto probatur sic:Vbi lex generaliter loquitur,& nõ distinguit:nec nos distinguere debemus,vt l.tertia. ff. de offi.præt.de pub.l.de præcio.qui & à quibus.l.prospexit.cum si.sed lex generaliter dicit, iudicem qui male iudicauit,teneri: nec distinguit vtrum fuerit appellatum,an non:vt dictis legibus,& Instit. de ob. quę ex quasi delic.nascun.in princip.& l.fi.de var.& extraor. cog.nec per aliam legem reperitur distinctũ: ergo nec nos debemus distinguere:& sic iudex poterit effectu-
8 aliter conueniri. ¶†Septimo probatur sic:Non debet esse melioris conditionis,qui est in statu dubio, quam qui est in statu certo:vt l.Iulianus verum debitorem.ff. de condi.iud.l.prima in princip.de leg.tertio ad Vellei .l.aliquando. Sed posito quod sententia esset lata in causa appellationis,qualitercunque iudex venerit cõdemnandus:ergo & nunc appellatiõe pendente. quod probo: Aut enim pronunciabitur bene appellatum:& tunc multo magis iudex condemnabitur,quia tũc detecta est iniquitas sua.vt l.à proconsulibus.in fi. C. de appel.aut econtra,fuit pronunciatum, bene iudicatũ, & male appellatum,& tunc iudex appellationis faciet iniuriam appellanti, quia nos præsupponimus in themate,quod sententia lata fuit iniqua,& sic illa iniuriosa sententia non egreditur personas,inter quas fuit iudicatum,vt l.si per imprudentiam.ff.de euic.de fideiu. l.exceptiones.ergo iudex illa sententia vti non poterit,& sic possit iudex effectualiter conueniri.
9 ¶†Octauo probatur sic,Si beneficium vni parti conceditur,illo beneficio alius contra illum,cui conceditur vti non potest eo inuito,vt l.si iudex circumuento.ff. de mino.& de excu.l.tut.amicissimos.in fi.facit ff.de le.l. nulla.Cod.eodem.l.quod fauore.sed in quæstione nostra beneficium appellandi est concessum parti succũbenti,vt l.prima.ff.de appella. ergo iudex poterit effectualiter conueniri. ¶Nono probatur sic, per l.si quis legatum.in princip.ad l.Corn. de fal. sic inducendo sicut iudex qui male iudicat,tenetur ex quasi maleficio, vt supra pluries est probatum,ita ille,qui sibi adscribit in testamento,tenetur de quasi falso, quia non est falsũ proprie,vt C. de his qui sibi adscri. in testamẽto. & ibi no.super rub.& eodem titu.l.senatus.& ff.ad l. Fal.l.j. in fi.

in §. fi. & l. diuus Claudius. sed qui sibi adscribit in testa
mento quod postea rumpitur, vel irritatur, nihilomi-
nus punitur, vt dicta l. si quis legatum. ergo iudex, qui
dedit malam sententiam, quæ postea rumpitur, poterit
effectualiter conueniri. ¶ Decimo probatur per casum
l. fi. C. de pœ. iud. qui male iud. sic inducendo: Certum
est, quod sententia lata per pecuniam, est ipso iure nul
la, vt l. venales. C. quando prouoc. nõ est neces. & ff. ad
Treb. l. seruo inuito. §. cum prætor. & ibi no. tamen iu-
dex, qui pecuniam iudicauit, tenetur parti, contra quã
sentẽtiam tulit, licet ipso iure sit nulla, ergo etiam hoc
casu, licet post appellationem extinguatur pronuncia-
tum, & sic iudex poterit effectualiter conueniri, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui per imperitiã male iudicauit, an tenetur partis, si pars potuit appellare, & non appellauit.*

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine
inuocato, ac eius gloriosæ matris virginis Mariæ Sal-
a uo semp. (a) iudicio cuiuslibet Doctoris, & scholaris,
qui melioribus rationibus & iuribus moueretur. Et
specialiter patris & domini mei Ray. de Forli. cui⁹ cor
rectioni me semper subiicio.

1 ¶ †Ad decisionem præsentis quæstionis inuestigandũ
est, an iudex, qui per imperitiam male iudicauit, tene-
tur parti, si pars potuit appellare, & non appellauit. &
hunc punctum tangit glo. in simili. quod quisque iur. l.
prim. ff. post princ. gl. magnæ. & ibi dicit, quod iudex
tenetur: quia potuit subesse causa, quare pars non ap-
pellauit. vt ff. de mand. l. si procurator. §. ignorãtes. sed
Guil. de Cug. dicit idẽ, si nulla causa subsit: quia iudex
non potest parti imputare, quare econtra ipsius sentẽ-
tiam non venit. nam suæ culpæ alij &c. vt l. cum in fun
do §. q. si mulier. de iure do. itẽ tenet ibi Cy. & Ant. de
Pisis. & hoc puto verum, & videtur expressum ff. de ap
b pel. (b) l. prim. in princip. cum sua glos. videtur quod
licet quis habeat beneficium appellandi, nihilominus
iudex facit litem suam. Et hoc etiam tenet glo. si bene
aduertatur, in dicta l. si per imprudentiam iudicis. vbi
si non appellauit nocet sibi, quãtum est in actione mo-
uenda contra venditorem. sed ei bene competit actio
contra iudicem. adeo quod iudex non possit obiicere
parti, quia non appellauit, sicut venditor non potest
obiicere emptori, cur contra se agentem non excepit:
vt ff. de euic. l. vendicantem cum l. f. quẽ. & quod in eis
not. Pro hoc videtur tex. in simili: ff. de alie. iud. mu.
cau. fac. l. item si res. in princi. facit C. si tutor vel cura.
interuenerit. l. etiã. Hoc videtur tenere Innoc. & Osti.
extra. de appella. capitul. sæpe. in glos. magnæ. Nec ob-
stat, si dicatur quod si non appellat, videtur sentẽtiam
approbare: vt C. de appellatio. l. prim. & C. quomodo
& quando iudi. l. ab eo. lem cum si. quia fateor quod vi
detur sententiam approbare tanquam sic latem, nõ tã-
quam bene latam. vt dicimus in ratihabitione negoc.
gest. vt no. ff. de negoc. gest. l. Pomponius scribit. in gl.
magna. Facit ad hoc quod dicimus, quod per appella-
tionem quis confirmat sententiam: vt l. quarta. §. fal-
sus. ff. rem ra. ha. quod intelligendum est, quod appro-
bat tanquam sic latam, non tanquam bene latam: alias
frustratoria esset appellatio. Hoc ergo posito pro con-
stanti, quod pars quæ potuit appellare, & non appella-
uit, habet actionem contra iudicem: apparet, quod du-
bium nostræ quæstionis procedit, an per appellationẽ
interpositam iudex possit se tueri. ¶ Et ad hoc decla-
randum adhuc aliud inuestigãdum occurrit, quod ha
betur Instit. de obliga. quæ quasi delic. in princip. & ff.
de var. & extraor. cog. l. fi. vbi dicitur, quod inquãtum
de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnã
substinebit, an illa sit mera pœna ex parte vtriusque,
an vero si pœna solum respectu iudicis, sed interesse
respectu partis: dico quod solũ respectu iudicis est pœ
na, & respectu partis est interesse. Et hoc probo per
tex. in fi. ff. de his qui deie. vel effu. l. prima. videtur, q.
ista verba, inquantum iudici æquum videbitur: referu
tur ad interesse. vt eadem. l. in princ. vers. si minor. cõ-
iun. cta l. fi. eodem titu. & Insti. de ob. quæ ex quasi deli.
c §. ab homine. & est expressum ff. de dam. infe. (c) l. quar
ta. & ibi no. Ad aliud autem quod dixit, inquantum re
ligioni iudicãtis videbitur, dat arbitrium iudici: vt ex
causa possit condemnare in minus quam sit interesse
partis, vt si est filiusfam. qui minus habet in peculio, vt
ff. de iudi. l. si filius. vel quia errauit in lege fortissima,
vt in l. Gallus. & ita debet intelligi glos. Instit. de ob.
quæ ex quasi delic. in princip. Sed si per dolum male iu
dicasset, illud totum esset mera pœna, etiam si partem
non læserit. si tamen per eum non remansit, vt si senten
tia est nulla, quia corrupt⁹ pecunia. l. fi. C. de pœna iu-
di. qui male iud. His pmissis, pro solutiõe nostræ quæ-
stiõis est sciendum: aut pars appellauit, & in causa ap-
pellationis obtinuit, ita quod sententia est rescissa: &
tunc dico quod iudex nihilominus poterit conueniri:
tamen nõ habetur ratio totalis interesse, quod erat ab
initio: sed habetur ratio sumptuum vel expensarum,
quæ factæ fuerunt in causa appellatiõis, quas alias nõ
sustinuisset, nisi quia contra eum fuit inique iudicatũ,
vt ff. rem ra. ha. l. si fine. §. cum autem. & §. Marcellus. a-
lias vero nisi in causa appellationis debitor est factus
non soluẽdo in totum, vel in partem: vt no. ff. de pe. he-
re. l. nec vllam §. pe. ibi, nisi petẽtis interest. & ff. si cert.
pet. l. periculum. & C. de arbitris. l. secunda cum fi. Ad
hoc optime facit extra. de sen. excom. capitu. sacro. vbi
licet ab initio interfuerit pluries, tamen definit inte-
resse facto ipsius actoris: ergo &c. vt l. & ideo. de con-
dict. fur. Item definit interesse per interpositionem ap
pellationis, quæ fingit retro non esse iudicatum: ergo
&c. vt l. si quis vxori §. fi. ff. de fur. Et hoc modo intelli
d go opi. not. ff. de var. & extraor. cog. l. fi. vbi dicitur. q.
quando sententia est nulla (d), iudex non facit litem
suam, scilicet quo ad totale interesse, sed quo ad expen
sas propter hoc factas, & cætera damna, sicut supra di-
ctum est. Aut in causa appellationis appellator succũ-
e bit (e) & sic sentẽtia prima fuit confirmata: & tunc iu
dex non poterit conueniri. Talis enim sententia excu-
sat iudicem. vt C. de appella. l. à proconsulibus. Facit
ad hoc C. si plures vna sent. l. prima. Et hoc videtur vel
le glo. prim. facit. ff. de exce. rei iud. l. prima circa prin.
Aut causa appellationis pendet & tunc, quia statim in
terposita appellatione extinguitur pronunciatum: vt
ff. ad Turp. l. prim. in fi. & sic definit interesse. Dico idẽ
quod poterit conuenire solum ad expensas, & cætera
f damna, cum primum ius remaneat (f) sibi illæsum: vt
ff. de alie. iud. mut. cau. fac. l. tertia §. ex quibus. vt illud
quod ibi dicitur, ex mutatione aduersarij: idem sit hic,
in mutatione iudicis. Ad idem optime ff. mand. l. cre-
ditor. in princip. Nec obstat si dicis, quod pendet cau-
sa præiudicialis: quia hoc est inter diuersas personas:
vt no. dicta l. creditor. Nec obstat l. minor. de admi. tu.
secũdum veram lec. & quod no. per Azo. in Sum. Cod.
si aduer. rem iud. quia ibi interposita fuit appellatio ab
ipso curatore, eodẽmque debitore: vnde non præiudi-
cat aliis adultis in actione eis iam quæsita. Hæc vero
appellatio fuit interposita ab ipso, qui actionem habe
bat contra iudicem. Secundum hoc ergo, quantum ab
alio possum exigere, non computatur interesse: vt ff.
de verborum obligatio. l. si quis stipulatus sit. §. fi. cum
aliis supra alleg. licet alias secus sit in quibuscũque præ
toriis stipulationibus: vt ff. qui satis. cog. l. secunda in
fi. aut causa appellationis est deserta per cursum tẽpo
ris: & tunc si quidem iudex appellationi non' detulit,
nil potest iudex parti imputare, & poterit conueniri,
sicut dixi supra in parte quæ potuit appellare, & non
appellauit, per easdem rationes, & hoc not. Inno. ex-

presse in dic.capitu.sæpe appel.in fi.gl.magnæ. Aut iudex detulit appellationi, & partis negligentia est deserta, vel alio modo pars renũciauit (g) appellationi: & tunc cum per interpositionem appellationis eo ipso sit quæsitum ius liberationis iudici respectu totalis interesse, licet remanserit obligatus propter sumptus, vt supra dictum est, non potest pars per suam renũciationem tacitam, vel expressam resuscitare obligationem contra iudicem, vt ff. de pac. l. fi. Ista enim partis negligentia iudici nocere nõ debet, vt C. de pig. l. præses. & ff. de euic. l. prim. in princip. & l. Hærennius. §. Caius. cum si.

¶Disputata fuit quæstio ista per dominum Barto. in ciuitate Perusij, anno Domini 1345. die 10. mẽsis Februarij, &c.

ADDITIO.

a ¶Saluo semper. Ista verba vsque ad illud verbum. ad decisionem, non sunt in liberis antiquis Bart. manuscriptis. Tho. Dipl.

b ¶De appella. Vide Barto. in dicta l prim. vbi voluit quod remedium appellationis non tollit regressum cõtra iudicem, qui male iudicauit. & vide Bart. in l. si minoris. in secunda columna ff de admi. tut. quæ videtur contrariari. & vide glo. & Doct. in l. prim. ff. quod quisque iur. Tho. Diplo.

c ¶De dam. infe. Vide Alexan. de Imol. in l. tertia in §. in eum. in fi. de dam. inf. Tho. Diplo.

d ¶Quando sententia est nulla. Vide Iason in l. prima in fi. in penultim. column. ff. quod quisque iur. Thomas Diplo.

e ¶Appellator succumbit. Contrarium videtur tenere Innoc. in c. pastoralis. de offi. delegat. Thom Diplo.

f ¶Ius remaneat. Nunquid possit agi contra iudicem à cuius sententia est appellatum: vide gloss in clemen. secund. in gloss. vltim. de appell. & vide Marian. Soci. consil. 24. incipien. visis ac diligenter. in tertia colum. in secund. quæst. princ. & Alexand. in l. 4. §. fin. ff. de dã. infect. Tho. Dip.

g ¶Renunciauit. Vide plene Felin. in rub. extra de appel. in vltim. column. vbi plene ponit de veritate istius dicti. & ibi ponit plures concord. & vide Ias. in l. prima in princip. in vltima. colũ. quod quisque iur. & Angel. de Aret. in §. prim. Instit. de ob. quæ est quasi delinasc. vide etiam quæst. quam ponit Barto. super qua cõsuluit in statuto Tuder. in l. tertia. ff. de oper. lib. Thomas Diplo.

DEBITORI IN DIEM, SCIENTI sibi creditoris hereditatem delatam, sed eandem se adire vel repudiare, non exprimente, & decedente, an adita & transmissa cẽseatur prædicta creditoris hæreditas, ad hæredes debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Qui hereditariam rem possidet, si nullam aliam iustam causam possidendi habeat, videtur ex hoc se gerere pro herede vel hæreditatem adire.*

2 *Non improbare, est approbare, quãdo de alicuius lucro vel commodo tractatur.*

3 *In dubiis declaratio voluntatis defuncti pertinet ad hæredem.*

4 *In dubio præsumendũ est, quod quis habeat animum faciendi id, quod in delictum non cadit.*

5 *Aditio hereditatis fit voluntate probata per actus extrinsecos.*

6 *Per aditionem hereditatis debitoris creditori contingit liberatio.*

7 *Illud quod potest fieri circa ius & nomen hæredis, nõ inducit aditionem.*

8 *Illi qui sunt inuicem debitores sine hæredes, dicuntur inuicem obligati ex quasi contractu.*

9 *Tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis.*

Quæstio 10.

a DEBITOR (a) in diem cognouit sui creditoris hæreditatem sibi fore delatam, in qua hæreditate aliud quam ipsum nomen debiti non erat, qui debitor dictam hæreditatẽ se adire, vel repudiare non expressit, & decessit. Quæritur, nũquid hæredes ipsius debitoris possint de iure dicere dictam hæreditatem fore per dictum debitorem aditam, & ad eos transmissam, vel non.

1 PRO. Et quod videatur adita, probatur sic. ¶†Primò: qui hereditariam rem possidet, si nullam aliam iustam causam possidendi habet, videtur ex hoc se gerere pro hærede, vel hereditatem adire: vt C de repu. here. l. prim. & secunda & de iur. deli. l prim. & quod ibi not. Sed debitor dicitur possessor rei, & iuris hereditarij: vt ff. de peti. hę. regulariter. & l. nec vllam. §. fi. cum l. sequen. & fa. ercis. l. fundus qui dotis. in fin. ergo ille debitor tanquam possidens rem hereditariam, videtur adiisse. ¶Secundo sic: Quando ad petitionem creditoris statuitur ei, cui defertur hereditas, terminus, intra quem adeat, vel repudiet: intra tempus nihil facit, videtur adire: vt C. de iu. delib. l. fi. § si quis autem temerario. no. ff. de acqui. hered. l. quandiu. Sed iste debitor in diem cui delata est hereditas creditoris, videtur habere dictam electionem: quia si vult esse hæres, nõ soluat: si non vult esse heredes, dies interpellat eum vt soluat. ergo nil faciẽdo videtur adire. ¶Tertio sic: Per cursum temporis eius nil faciendo inducitur præsumptio ratihabitionis, videlicet quod quis patiatur rem esse apud alium: vt l. fi. C. si ma. fac. rat. hab. ff. de iniust. test. l. filio præte. ad Treb. l. si impubes. §. fi. Si igitur præsumitur approbare eo casu quod est perdere, quod de facili nõ præsumitur: ergo multo magis in casu proposito præsumitur voluisse esse apud se, ex quo inducitur lucrũ suum, quod de facili præsumitur, vt statim dicã.

2 ¶†Quarto sic: Non improbare, est approbare, quando de alicuius lucro vel commodo tractatur: vt l. si absentis. C si cer. pet. & quod ibi not. per glo. & doc. & ff. rem ra. ha. l. quo enim. & quod ibi no. per gl. sic in proposito non repudiare, est adire & approbare, cum de suo commodo tractatur, scilicet de acqui. hered. ¶†Quinto sic:

3 In dubiis declaratio volũtatis defuncti pertinet ad hęredem, tanquam ad eum, qui melius debet cognoscere: vt l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de leg. 1. & ibi no. fami. erci. l. heres. §. si in certo. & ibi no. & Insti. de leg. §. si generaliter. & ibi no. & no. per Dy. in capitu. in obscuris. de reg. iur. li. 6. Sed dictus debitor potuit cessare in restitutione dictæ rei animo adeundi hereditatem: ergo &c. ¶Sexto sic: Hęreditatis aditio consistit in animo. ff. de acquiren. hære. li prim. C. de iud. delib. l. potuit. sed de iure præsumitur, quòd quis habeat animum quod nolit esse obligatus. quod patet, quia nõ valet remissio vel legatum quod confertur in potestate eius, qui debet obligari: vt l. senatus. §. legatum. de leg. prim. de act. & ob. l. sub hoc. & ideo dicit lex, quod quando promittitur quantitas maior vel minor alternatiue, quod minor quantitas est solum in obligatione: vt l. si stipulatus fuerit decem aut quindecim de verborum obligatio. & de leg. secund. l. si ita relictum. §. fin. Ratio est, quia lex non præsumit quod quis velit obligari de quantitate maiori, vt dictis legibus patet.

ret.& notat.Cy.C.de verb.sign.l.cum quidam.Si ergo præsumitur quod nolit obligari, ergo patet ꝙ habuit animum adeundi hereditatem sui creditoris: quia ex
4 hoc sequitur quod non est obligatus. ¶ † Septimo sic: In dubio præsumẽdum est, quod quis habeat animum faciendi id, quod in delictum non cadit, vt ff.pro soc. l.merito.de ser.corru.l. si quis seruum communem. de iniur.l.item apud Labeonem.§.si cau.de regul. iuris.l. semper in dubiis.ff.Sed in proposito, aut nos præsumimus illum debitorem in diem habuisse animum adeundi hereditatem:& habemus propositum: aut dicimus contrarium: & tunc per cursum diei appositæ fuisse in mora soluendi: & sic est in dolo & culpa, vt ff. l.quod te.si certum peta.& de reg.iur.qui sine. Sed hoc facere non debemus, ergo præsumendum est, ipsum habuisse animum adeundi hereditatem,& sic in mora esse &c.

ADDITIO.

a ¶Debitor. De ista disputatione Bar. vide plene dom. Fran.de Are.in cons.162.inci.verum est.in j.col.& vide Bar.in l.gerit.in 8.co.ff.de acq.he.in ver.venio ad quartũ.& vide Ale.ibi in antep.col.in ver.quæro quatuor.& vide Ale.& Mod.plene in l non hoc in pe.& vlt.col C. vnde cogn.& ibi vide Ias.& Phi Dec.in vl.col. in prin. & Ale.in cons.20.in 7.vol in 2.col.inci.circa consultationem.& in cons.23.in eo.vol.in pe.col.inci.considerātis.Tho Diplo.

CONTRA, ꝙ non possit dici hereditas adita, pro
5 batur rationibus infra scriptis.¶Primo sic: †Hereditatis aditio fit voluntate probata per actus extrinsecos. ff.de acq.her.l.mutuum.& ibi no.in l.pro herede.§.j.& C.de iur.deli.l potuit.Sed in quæstione proposita nullus ponitur interesse actus:ergo non potest dici hereditas adita.¶Secundo probatur sic:In dubio non præsumitur, ꝙ quis velit habere animum se obligãdi:vt probatur iuribus alleg.in 6.oppo.contrariæ partis,sed per aditionem hereditatis grauatur quis oneribus hereditariis: vt C.de acq.here.per totum ff.eo.tit.l.pro herede.§ si quid tamen.Insti.de auth.tuto.§.neque.& sic in dubio non præsumitur, quod habuit animum adeundi
6 &c.¶†Tertiò probatur sic:Sicut per aditionem hereditatis debitoris creditori contingit liberatio:ita per cõpensationem, quam debitor opponit creditori, contingit liberatio. Iura sunt vulgaria. Sed in dubio debitor non præsumitur, quod habeat animum compensandi, nisi hoc dicat, vt ff.de compen.l.si quid à fideiussore.& ibi no.& C.de compen.l.si constat.& ibi no.& Insti.de actio. §.in bonæ fidei. & ibi no.nec hereditatis aditio debet præsumi, nisi dicatur, licet per eam liberatio in-
7 ducatur. ¶†Quarto probatur(a)sic: Illud quod potest
a fieri citra ius,& nomen heredis nó inducit aditionem, vt l.pro herede.§.Papinianus.de acq.her.sed tacere factum ab illo debitore defuncto, potest fieri citra ius & nomen heredis:quia potest solutionem negligere, sicut quilibet alius debitor.Itẽ potest hoc fieri sine delicto. Non enim potest dici, quod cursus diei constituat ipsum debitorẽ in mora:cum nullus alius esset heres debitoris, cui solui possit:vt l.pecuniæ fœnebris.§.fi.ff.de vsu.ergo dici non potest dictam hereditatem fore aditam.¶Quinto per gl.quæ videtur dicere hac quæstione C.de rei vxo.act.l.j.§.exactio.vbi dicit gl.ꝙ si res æstimatæ sunt datæ in dotem,& maritus reseruauit sibi electionem:an restituat rem vel precium quod ipse debet eligere: alias trãsfertur electio in mulierem. Ex hoc concludo, quod si ex solo cursu temporis, marito nil faciente, maritus præsumeretur habere animum illum, ex quo in mora non incideret, statim præsumeretur habere animum soluendi pecuniam, nisi dicatur in mora soluendi fundum, ne videatur in mora soluendi æstimationem:tamẽ neutrum istorum præsumitur, sed in vxorem electio transfertur, vt ibi patet. ergo solo cursu temporis non videtur habere animum adeun-
8 di hereditatem.¶†Sexto probatur sic:Illi qui sunt inuicem debitores siue heredes, dicuntur inuicem obligati ex quasi contractu, vt patet per totum titu.famil.erciscun.ff & C.Sed si vno socio defertur hereditas alterius, licet inuicem non persistant, & diuisionem non petant:non præsumitur aditio, nec præsumitur ab illa obligatione, qua tenebatur, si propter coniunctionem voluerit obligatus, liberatum esse, vt l. duo fratres.ff. de acq.here.ergo nec in proposito debet præsumi con-
9 ditio, vt per hoc inducatur liberatio,&c. ¶† Septimo sic:Tẽpus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis, vt ff.de action.& oblig.l. obligationum fere. §.placet.Codic.de pact.l.si certis.& de vsu.l.cum de in rem verso. sed si ex solo cursu temporis induceretur aditio, tempus esset modus tollendæ vel inducẽdæ, ergo &c.

ADDITIO.

a ¶Quarto probatur. Vide Ale.de Imo.in cons.217.in 4 vol.incip.ponderatis his quæ in themate.in vlti.col. Tho.Diplo.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas an possit probari per non factum, sicut per factum: & quod possit probari per non factum, est expressum.*

2 *Aditio hereditatis fit solo animo declarato.*

3 *Si dominus est debitor serui, & ei cessat soluere, statim videtur habere animum adimendi peculiũ, nisi contrarium probetur.*

4 *Pater quando superest legitimus administrator filiorum, eo casu quo pro filiis potest adire: nam non restituendo dotem, videtur adire pro filiis sicut pro se.*

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato ad determinationẽ præsentis quæstionis,&c. Primo videndum est, an ad aditionem hereditatis sufficiat sola voluntas, an etiam requiratur actus. Et gl.ff. de acq her.l.j in prin. videtur dicere ꝙ requiratur voluntas declarata per actum. alibi videtur tenere ꝙ sufficit sola volũtas: vt l.pro herede.§.j.eo.ti.ff.de iud.de li.l.potuit.& ibi per gl.& doct. communiter tenent.
1 ¶†Secundo est videndum, (a) an ista voluntas possit
a probari per non factũ, sicut per factum. Et ꝙ possit probari per non factum, est expressum C.de iur.deli.l.fi.§. si quis autem temerario. vbi quando ad petitionẽ creditorum statuitur alicui tẽpus, intra quod adeat vel repudiet: tacendo per tẽpus illud, videtur adire: vt no. ff.de acq.here.l.quandiu.& dixi supra in 2.& 3.ratione facta pro parte affirmatiua.facit ff.de acq.her.l.recusari. secundum intellectum quem ibi ponit Iac. de Aret. ¶Hoc præmisso, dico in quæstione præmissa, heredes dicti debitoris posse dicere hereditatem per defunctũ fore aditam, & ad eos de iure transmissam. quod probo tribus rationibus. Prima est illa, præsumendum est quod quis habeat animum faciẽdi id in quo delictum non cadit, vt l.merito.cum si ff.pro socio.sed in proposito, aut nõs præsumimus illum debitorem in diem habuisse animum adeundi,& habeo propositum: Aut dicimus contrarium, & tunc per cursum diei appositæ, fuisset in mora soluendi, quæ mora est dolus vel culpa.ff.si cert.peta.l.quod te.de re iudi.l. quæsitum.ergo cum hoc facere non debemus, præsumẽdum est ipsum habuisse animum adeundi hereditatem, & sic in mo-
2 ra non esse. ¶†Secundo sic:sicut hereditatis aditio fit solo animo declarato: tamen, vt dictum est, ita compensatio fit ipso iure, si opponatur ab homine: vt insti. de act.§.in bonæ fidei.C.de compen.l.si cõstat. ibi no. hoc tamen fallit in casibus, in quibus cõpensatione nõ facta quis incideret in pœnam, moram, vel culpã: quis

tunc compēsatio intelligitur fieri ipso iure, nec requiritur factum hominis ad hoc declarandum. Præterea, lex præsumit hominem hoc velle, vt C. de compensa. l. si constante & d. l. si quis à fideiussione. & ibi plene. Ita in proposito non requiritur alia declaratio voluntatis, sed ex sola retētione inducitur aditio: ne alias incidat in pœnam, vel in moram ante aditionem hereditatis, si non restituat. Præterea. per hoc videtur casus recte intelligendo de pec. le. l. si peculium. §. sicut autem sic inducendo, sicut hereditas aditur solo animo: vt ff. de pecu. leg. l. Statius in fi.

3 ¶ †Sed si dominus est debitor serui, & ei cessat soluere, statim videtur habere animum adimendi peculium, nisi contrarium probetur: vt d. §. sicut autem. ita in proposito videtur habere animum adeundi hereditatem, nisi contrarium probetur. Hoc etiam probatur per omnes rationes supra pro hac parte inductas. Et ista quæstio procedit, & locum habet & sæpe de facto occurrit, quando mater decedit, & eius filij remanent qui sunt heredes patris: & sic debitores matris in dotem. Nam dico q si dicti filij steterunt per annum, q dictā dotem non soluerunt aliis, qui ab intestato succederent ipsi matri, hoc ipso tam ipsi quam ipsorum heredes possunt dicere dictam matris hereditatem fore aditam: maxime si in instrumento dotis esset apposita pœna, si non restitueretur debito tempore, sicut diximus supra de compen. quæ isto casu fit ipso iure, nec requiritur factum hominis. Hoc exemplum de cōpen. proprie procederet de hereditate materna, quæ dicitur quod cōpēsatio fit ipso iure, vt l. si mater. C. de suis & legi.

4 ¶ †Itē quod dixi, quando supersunt ipsi filij debitoris: idē dico quando superest pater legitimus

b administrator (b) filiorū eo casu quo pro filijs pōt adire. Nam non restituendo dotē videtur adire pro filiis, sicut pro se. Item si superest tutor filiorum infantiū: vt ff. de pe. l. sed si damnum. & l. seq. Et eadē ratione idem dico, siue debitor pōt adire ex persona sua, siue ex iure deliberandi ad se transmisso ex persona alterius per l. cum antiquioribus, siue alio quocūque modo. ¶ Et prædicta vera, quando ipse debitor vel ipsius heredes ex hac cessatione volūt dicere hereditatem esse aditā, sed si alius agens contra dictum debitorem, vel eius heredes cum ipse sui creditoris hereditatē negaret adiuisse, vellet conuincere hereditatem ex cessatione prædicta: hoc non posset. Prædicta vera, nisi de dicti debitoris voluntate appareret aliud expresse, vel per cōiecturas, vt dicit text. expresse, & gl. in l. 3. §. illud. de pec. leg. Et hoc probant oēs rationes factæ pro cōtraria parte, adeo q eis non est necesse responderi. Ad prædictā distinctioné, nota q ipso allegāte præsumitur C. de pb. l. siue possidetis. per gl. & doct. &c.

ADDITIO.

a ¶Secundo est videndū. Vide Bal. in l. cū antiquioribus. C. de iur. deli. & ibi omnino Paul. de Cas. in 3. cōs. & Ale. in cons. 2. in 3 vol. in 4. col. Tho. Dip.

b ¶Admistrato filiorum Vide plene per do. Franc. de Aret. in cons. 161. inci. in puncto consultationis. in 2. col. Tho. Diplo.

AN TESTATORE HABENTE filiam naturalem, & instituente extraneum heredem: legante autem quædam filiæ, vt filiæ, naturalem eam non nominando: mortuo testatore, filia prædicta possit se dicere legitimā: & tanquam præterita, testamentum dicere nullum.

SVMMARIVM.

1 *Si filius reperitur præteritus, qui erat legitimus, & suus tempore testamenti ante vel post ipsum testamētum est ipso iure nullum.*

2 *Testamentum imperfectum valet inter liberos, licet non quo ad extraneos.*

3 *Filius ex verbis positis in testamento contra ipsum, nil impedit quin dicat ipsum testamentum nullum.*

4 *Si liberi legitimi extant per talia verba, filij spurij, non intelliguntur legitimi.*

Quæstio 9.

a HABEO filiam (a) naturalem ex muliere, cū qua poterā contrahere matrimoniū extraneum heredem institui. & ipsi filiæ meæ quædam legaui, vt filiæ, nec eā naturalē nominaui: me mortuo, dicta filia dicit se legitimā, per auth. itē si quis. C. de na. lib. & tāquam præterita, dicit testamentum nullum. quæritur, quid iuris.

1 PRO ¶ †Et primo videtur q testamentum sit nullū. quod sic probatur: Si filius reperitur præteritus, qui erat legitimus & suus tēpore testamenti ante vel post, ipsum testamentum est ipso iure nullum. C. de lib. præ. p totū. & l. filius. & l. pe. ff. de in iu. test. l. posth. in princ. Sed ista filia reperitur legitima propter nominatiōem factam de ipsa in testamēto, vt d. auth. si quis. & in corpore vnde sumitur. est ergo sua, sicut si esset nata ex matrimonio, vt in auth. quib mo nat. effi. sui §. illud col. 7. ergo cum reperiretur præteritam, pōt dici testamentum nullum.

¶Secūdo probatur sic: Legitimatio quæ inducitur per d. auth. est ex quadam præsumptiōe, quæ inde resultat, s. q matrimonium contraxerit cum matre talis filiæ, vt in corpore, vt lice. matri & auiæ. §. ad hoc. coll. 8. vnde sumitur d. auth itē si quis. sed testamētum licet sit nullū & inualidum, tamē voluntatem testatoris probat: vt l. fi. ff. de reb. eo. & de fideic lib. l. in testamento: ergo ex hoc pōt dicere testamētum nullum, cum remaneat ex illo testamento probatum quod sit legitima.

2 ¶Tertio probatur sic: Testamentum imperfectum valet inter liberos, licet nō quo ad extraneos: vt C. de test. l. hac consultissima. § ex imperfecto ergo nil prohibet dictum testamentum valere, quantum continet idem. ex quo inducitur vel præsumitur legitimatio dictæ filiæ: sed quo ad illud. sic s quo ad institutionē extraneorū non valet vt ff. fa. erc. l. fi. C. de lib præte. auth. ex cā. vbi testamentum valet quo ad legata, non quo ad institutionem. facit ff. de hær. insti. l. fin.

3 ¶ †Quarto, nihil est impedimento quo minus filius ex verbis positis in testamento, contra ipsum filium dicat ipsum testamētum nullū, vt ff. de lib & posth. l. si posth. §. fi. ergo ita in proposito poterit dicere se legitimā ex verbis positis in testamento, & concludere testamentū esse nullum.

¶Quinto videtur casus expressus in d. § ad hoc. in corpore, vt liceat matri & auię. vbi si quis habens filios ex eadē muliere, & in suo testamento nominauit Titium filium, de aliis nihil dixit: alij ex illo testamento, quo præteriti sunt, poterunt se legitimos dicere: & per hoc ostendunt testamentum esse nullum, &c.

ADDITIO.

a ¶Habeo filiam Alias inci pater habens filiam. & de ista quæstione Bartol. vide Alex. in l. pe. C. de nat. lib. in apostil. Barto. & in l. si vxor. §. sed si ea. ff. de adul. in addit. Bartol. & Petr. de Anch. in consilio. 243. incipit, ex tenore priuilegij. & per Feli. in ca. illud. in 2. colum. & sequent. de præsumpt. & d. Lud. de Sardis in suo tracta. legitim. in charta 149 in 2. column. & vide plenum consil. Paul. de Castro. in consil. 85. incip. præsupposito. vbi plene examinat istam disputationem Bartol. Tho. Diplou.

CON

CONTRA videtur quod testamentum valeat, & non possit dici nullũ. ¶ Et probatur sic: ideo in d. auth. item si quis. & in corpore vnde sumitur, est: quia ex illis verbis præsumitur, testatorem voluisse filios legitimare. Sed in casu nostro dicta præsumptio voluntatis cessat: quia nõ est verisimile, quod quis eligat viam ad impugnandum iudicia sua. l. 3. ff. de testa. mi. Si ergo præsumitur, quod voluisset eam legitimari, voluisset esse testamentum nullum ex causa præteritionis, quod non est verisimile, vt dictum est: ¶ Secundo sic: Paria sunt, aliquid exprimere reb⁹ & factis. & exprimere verbis: vt ff. de lega. l. de quibus, in fi. rem rat. hab. l. Paulus pro so. l. coire. & gl. in l. 2. §. ignominia ff. de his qui no. infa. Sed si expressisset naturalem, siue dubio esset validum testamentum, licet nihil expressit verbis, sed factis. Nam non tractauit eam vt filiam: quia non instituit, nec exheredauit: vt l. qui cum filium. ff. de ver. obl. ergo non videtur legitima, vt testamentum irritetur. ¶ Tertio sic. Quando quis consequitur aliquid ex testamento, illud videtur comprobare, adeo quod contra illud venire non potest. ff. de inoff. test. l. pe. ante fi. Sed ista filia dicit se legitimam ex testamento, & consecuta est id quod petit, posito quod hoc sit verum. ergo nõ potest dicere testamentum nullum. ¶ Quarto sic: Ius superueniens ipsius filiæ facto ex voluntate sua, non põt irritare testamentum: quia inconueniens est, quod valor ipsius testamenti pendeat ex voluntate ipsius filię. Inst. de here. quæ ab intest. defer. § post mortem. facit communia prædio. l. fin. Sed constat, quod ex prædicta legitimatione facta per patrem in testamento, filius nõ legitimatur, nisi ipso iure ratum habẽte: vt in auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. generaliter. ergo ex tali legiti-
4 matione testamentum irritatur. ¶ † Quinto sic: Si liberi legitimi extant, per talia verba filij spurij, non intelliguntur legitimi: licet G. de hoc dubitet in d. authen. item si quis. causam Iacob. de Bel. hoc tenet expresse in auth. vnde sumitur. & probatur in authenti. quib. mo. na. effi. sui. § generaliter. vbi dicitur, quod liberis legitimis extantibus, solũm in duobus casibus valet legitimatio, scilicet per oblationem curiæ, & per matrimonium, si fiant instrumenta dotalia. ¶ Hoc præmisso, arguo sic: Par affectio iudicatur, quod liberi habent bona defuncti, & quod valeat testamentum factum ab eo: vt l. ex facto. de vulgar. & pup. Sed si sunt liberi, & non præsumũtur legitimi, vt dictum est: ergo nec hoc casu, quando testamentum irritatur, vt dictum est. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ possunt consistere eo tempore quo verba proferuntur.*

SOLVTIO. Et primo dico aliqua, quo ad intellectum auth. item si quis §. ad hoc in corpore, vt li. matri & auiæ, sunt necessaria. ¶ Et primo dico, quod vt filius sic nominatus sit legitimus: requiritur, quod mulier, ex qua natus est, tempore facti testamenti & prolatorum verborum, sit eius conditionis, quod cum ea potuerit esse matrimonium. Vnde si tempore testamẽti dicta mulier erat mortua, vel effecta religiosa, vel alias inhabilis ad matrimonium contrahendum cum testatore, ex dictis verbis non esset filius vel filia legitima: quia tex. authen. item si quis. dicit de libera muliere, quæ vxor ei esse poterat. & istud verbum, poterat potest esse futurum subiunctiui. tamẽ de verbis illius auth. non curo: quia sunt verba magistraliter posita, & in libro Nouellarum nulla fit mentio, cuius conditionis sit mulier. Sed de illo non curo: quia eo modo vtimur, nisi quatenus declarat librum authentic. tex. in d. §. ad hoc. vt li. ma. & aui. colla 8. dicit sic. De libera muliere, cum qua nuptiæ cõsistere possunt, istud verbum, possunt, est præsentis temporis. vnde requiritur, quod

1 † nuptiæ possint consistere eo tempore quo verba proferuntur: vt l. si ita. ff. de aur. & argum. leg. & si desinant morte vel aliquo alio casu nuptiæ posse consistere, dicta verba non habent locum. Casus est ff. de cond. ob cau. l. quod Seruius. & ibi not. in gloss. vulgar. & ibi dixit. Facit Codic. de ind. vid. tol. authentic. cui relictum ibi, nisi spes nuptiarum defecerit. expressius in corpore vnde sumitur, in authent. de nup. §. quia vero. col. 4. Vnde in quæstione nostra si tempore testamenti facti mulier, ex qua nata erat, decesserat dicta filia, non potest dicere se legitimam. & hoc est expressum in auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. illud. col. 7 & ibi dicitur, ꝙ muliere mortua vel si aliud impedimentum est quod non possit esse matrimonium, filius naturalis non põt legitimari, nisi per rescriptum principis. Sed in casu nostro poterat adhuc esse dubium, cuius decisio ex infra scriptis apparebit.

¶ Secundo sciendum est, quod illa verba, cum qua nuptiæ consistere possunt, etiam debent intelligi honeste secũdum mores ciuitatis. Vnde si talis esset mulier, cũ qua potest esse matrimonium, non tamẽ honeste: quia si eam acciperet, esset sibi verecũdia, inspectis diuitiis, dignitate, & nobilitate personæ mulieris, & aliis qualitatibus: puta aliquis nobilis habuerit filios ex quadam famula, quæ sibi & alteri famulabatur. tunc ex illis verbis filia non poterit dicere se legitimam: quia nuptiæ cum illa muliere non possunt consistere honeste. Non enim possumus, quod honeste nõ possumus. l. filij. ff. de condi. inst. Et pro hoc etiam est casus ff. de bo. poss. cõtra tab. l. 3. & l. si mancipatus filius. & de cõdi. & demõ. l. cum ita legatum. C. de spon. l. fi. § qui ita. in gl. super verbo, potestas. & in auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. illud tamen. ibi, legitimo iure non digna matrimonio. prædicti enim filij sic nominati, dicũtur legitimi: quia lex præsumit matrimonium, vt d. §. ad hoc. Sed hoc nõ est honestum, nec secundum bonos mores: ergo tale matrimonium non præsumitur, sicut si nullo modo posset consistere. Sed prædictis videtur obstare ff. de manu. vin. in l. rogati. § matrimonium. vbi gl. dicit quod indigne sumitur, quæ duci prohibetur. sed talis non prohibetur duci de iure. ergo &c. Sed dic, quod hic prohibetur duci secundum bonos mores. Vel dic, quod impedimentum, de quo dixi, matrimonium contractum non vitiat, sed in dubio facit, vt præsumatur non contractum, vt dixi. Facit optime de concus. l. in concubinatu. ff. de ri. nu. l. in liberæ. & sic ad præsumptionem quæ inducitur per d. auth. admittitur probatio in contrarium. Facit ext. de præsump. c. illud. vnde in quæstione proposita si ponamus mulierem viuam esse, & esse turpis vitæ, non præsumeremus matrimonium. nec filij essent legitimi: sed si hoc cessaret, remaneret adhuc dubium. Ad cuius declarationem videnda sunt quædam, quæ statim dicam ¶ Tertio est sciendum, ꝙ text. in d. § ad hoc. dicit: si quis dicat hunc filium suum vel filiam &c. quæ verba intelligo, quando dicta verba ꝓ-
a feruntur principaliter (a) propter se: secus, si incidẽter propter aliud: puta causa demonstrationis fuit in quęstione nostra, vbi dicit, lego tali filiæ meæ. nam illa oratio principaliter profertur propter legatum: illa vero verba, filiæ meæ, proferuntur, vt in persona legatarij clarius demonstraui. Quo casu dico quod ex illis verbis non inducitur probatio, quod matrimoniũ præ
b cesserit: & filij non sunt legitimi quod probo: (b) quia text. loquitur quando dicta verba propter se principaliter proferuntur, quoniam tunc inducunt quandam conditionem potestatiuam: & hoc modo erit legitimus, si pater dicat, &c. sed conditiones potestatiuæ debẽt scienter impleri actu ad hoc celebrato. nec sufficit impleri de facto, seu incidenter, ꝓpter illud l. 2. de cõd. & demonst. Ad idem C. de mi. test. l. ex his verbis. ff. de her. inst. l. ex facto est agitatũ. facit ext. de dolo. c. si ꝓpriam. vbi est casus, quod instrumentum quod non est

confectum principaliter pro matrimonio, non probat plene, licet vir & vxor inuicem se appellent: licet præsumptionem faciant, extra. de præsump. cap. illud quoque. & illud tenet Ber. Innocentius, Ostiensis. & Ioannes. Sed in proposito filius se dicit legitimum propter prædicta verba, quasi præsumatur matrimonium præcessisse: apparet quod illa verba proferuntur principaliter propter se, incidenter propter aliud, vt apparet.

¶ Quarto sciendum est, quod prædicta habent locum, quando quis habet filium ex muliere, quam tenebat in concubinatu indubitato affectu. Secus, si ex quadam alia causa, vt in authentic. quib. mod. na. effic. sui. §. si quis autem defunctus & §. sed ita. col. 7. Ostiensis. in Sum. qui filij sint legi. §. fi. circa fin. vnde in quæstione prædicta erit aduertendum, an mulier sit ei concubina, vel non.

¶ Quinto est sciendum, prædictam authenticã habere locum in filiis legitimis non extantibus. si enim filij legitimi extarent, & tunc per talia verba, quæcunque principaliter propter se prolata, non dicerentur legitimi. Ita tenet Ostiensis. in sum. in d. § fin. circa fin. & Ioannes Andr. qui filij sint legi. capit. per tuas. licet glossa iuris ciuilis in d. authentica, item si quis. de hoc dubitet. Iacob. de Bel. in d. §. ad hoc. tenet idem, siue legitimi essent, siue non. Sed præcedens opin. est verior, quia liberis legitimis extantibus, non prodest legitimatio, nisi fiat per oblationem curiæ, vel matrimonium, vt in authent. quib. mo. nat. effi sui. § & generaliter. & ibi no.

¶ Sed hic non est matrimonium verum, sed præsumptum de iure ciuili: & ideo talis præsumptio, quod per hoc, quod filium nominauit, præsumitur matrimonium, licet de iure ciuili sit, tamen de iure canonico non admitteretur, vt sola præsumptio sufficeret: vt d. c. illud quod videtur tenere Ost. in d. §. fi. in fi. Et hoc idẽ habui à pluribus doct. iuris canonici, quos super hoc interrogaui. Sicut igitur propter filios legiti. lex nõ admittit dictam præsumptionem, eadem ratione propter testamentum ne rumpatur: ar. ff. de vulg. & pup. l. ex facto. in princ. & ad hoc optime faciunt omnes rationes supra factæ pro hac parte: & illud quod dicitur in d. auth. testimonium datum vni, prodest aliis: intelligo ita, quod hoc testamentum non irritetur propter rationes prædictas. Et facit quod si testamentum esset nullum, non posset dicere se nominatũ in testamẽto: quia testamentum non est, & sic non est legitimus talis filius seu filia. & hæc sufficiant.

¶ Istam quæstionem disputauit Bart. in ciuitate Perusij Codicem legendo.

ADDITIO.

a ¶ Principaliter Not. quod verba narratiua, vel assertiua matrimonij, non probãt matrimonium facit quod consuluit Bar. in consi. 14. incip. processum. & vide Ale. in l. j. in fi. prin. ff. de ope. no. nun. & ibi apostil. & vide Car. Ale. in c. per tuas. in 4. col. & seq. qui filij sint legi. Tho. Dipl.

b ¶ Quod probo. No. quod dicit Bart. sic: quod quando verba non proferuntur principaliter propter se, sed incidenter, non probant matrimonium præcessisse. adde Bal. in l. neque. C. de nup. vbi voluit, quod quasi possessio matrimonialis nõ probatur per verba narratiua, vel assertiua, si non constat per verba de præsenti alle. Inn. in c. ex parte. de rest. spol. facit tex. in c. illud. de præsum. ibi, publicum instrumentum. per quem text. dicit do. Abb. apertissime approbari, quod per instrumentum donationis propter nuptias, licet in eo enũcietur matrimoniũ, non tamen per hoc probat matrimonium sine aliis adminiculis, & quod instrumentum dotis vel tale non probat matrimonium, tenent ibi Ost. Io. And. Bal. & do. Anto. Imo. & do. Abb. & vide per Fel. in cap. illud. in 2. col. & seq. de præsump. Tho. Diplou.

AN DONATIO FACTA MONACHO, EA CONDITIONE, VT NULLUM INDE IUS MONASTERIO SUO ACQUIRATUR, VALEAT.

SVMMARIVM.

1 *Quando in dispositione ponuntur duo, quorum vnum destruit aliud, primum tollitur per secundum.*

2 *Quando ex verbis dispositionis reperitur repugnantia, dispositio est nulla.*

3 *Si seruus est nullius, stipulando non potest acquirere immo stipulatio est nulla.*

4 *Conditio si de præterito vel de præsenti est impossibilis, vitiat contractum & vltimam voluntatem.*

5 *Dispositio quæ videtur continere repugnantiam siue contradictionem, tunc est nulla, cum nulla distinctione potest adiuuari.*

6 *Impossibilis vel turpis conditio vel modus reijcitur, ne vitietur dispositio in vltima voluntate.*

7 *Quando in contractu apponitur aliquod pactũ, quod est contra substantiam contractus, vel contra naturã rei quæ in cõtractu seu dispositione deducitur, tale pactum est nullum.*

Quæstio 12.

QVIDAM reliquit vel donauit aliquã rem monacho ea cõditiõe, & hoc pacto, vt monasterio suo nullum ius acquiratur. Quæritur, an valeat. PRO parte negatiua. Et quod talis dispositio nihil valeat, probatur. ¶ †Primo sic: Quãdo in dispositione ponuntur duo, quorũ vnũ destruit aliud, primũ tollitur per secundũ. Si dico, Titius, immo Seius, heres esto: solus Seius erit heres institutus, vt ff. de he. inst. l. si ita scriptũ fuerit, Titius, immo Seius. & de ma nu. test. l. Stichus. Sed ita est in proposito, quod per prima verba cũ donatur, vel relinquitur monacho, illud importatur quod monasterio quæratur: vt C. de sac. san. eccl. auth. ingressi. & auth. si qua mulier. & extr. de sta. mo. c. 2. & in c. cũ ad mõasterium postea vero dicit eo pacto, & ea conditione, quod monasterio nullũ ius acquiratur: idem est dicere, sicut si diceret, volo quod monasterio acquiratur, immo quod non quæratur. & sic dispositio nulla. Sed hic respondetur, quod secunda adiectio in donatiõe, est nulla: in relicto vero limitat, non destruit, præcedẽtia.

2 ¶ †Secundo sic: Quando ex verbis dispositionis reperitur repugnantia, dispositio est nulla: vt ff. de cond. inst. l. si Titius & ff. de re. iu. vbi repugnantia. & de he. inst. l. si Titius. & C. de fid. instr. l. scripturæ. Sed hic est repugnantia: quia vnũ dictũ aduersatur alteri, quia idẽ importat: ac si diceretur, & non quæratur: ergo nõ valet. Respondetur quod non est repugnantia, vt patet in solutiõe quæstiõis, &c.

3 ¶ †Tertio sic: Si seruus est nullius, stipulando non potest acquirere, immo stipulatio est nulla, vt ff. de stip. ser. l. quod seruus. Sed ista sunt paria, seruum non habere dominum, vel eũ habere cui quæri non potest. ff. de her. inst. l. non minus. de le. j. si mihi & tibi §. regula C. de here. inst l. neque per seruum. cũ si. Sed hic ex ipsa dispositione nihil possit quæri domino: ergo dispositio nulla, arguendo de seruo ad monachum, secundum quod dicit Innoc. de priuil. cap. cum olim. Sic videtur casus in dict. leg. quod seruus. quòd non obstãtibus dictis verbis, monasterio potest acquiri, vt in solutione quæstionis patet. ¶ Quarto sic: quia de hoc videtur casus de heredit. institut. l. alienum. in princi. vbi testator alienum seruum instituit heredem & liberum: per hoc, quod voluit eum esse liberum, dixisse videtur, quod non quæratur: & ideo institutio nõ valet. Et eodem modo in proposito fuit donatum vel relictum, vt monasterio nõ quæratur: sed non est idem,

quia

quia longe alius casus. non enim volebat in illa lege seruo quæri existenti in casu seruitutis. Idem si hoc expressisset, quod nolebat monacho quæri, monachatu durante: hic vero voluit quæri monacho, sed non monasterio: ideo debet intelligi, vt dicetur in solutione. ¶ Quinto sic: Quia videtur casus de vsu & hab. l. per seruum. §. primo. ff. vbi relinquitur vsusfructus sine vsu quodam, cum esse non possit, non valet relictum: ita in proposito cum donatum vel relictum sit monacho, vt monasterio non quæratur, cum hoc esse non possit: Respondetur, quod intelligendo verba secundum quod dicetur in solutione quæstionis, possunt simul esse &c.

4 ¶ † Sexto sic: Si conditio de præterito vel de præsenti est impossibilis, vitiat contractum, & vltimam voluntatem: vt ff. si cert. pet. l. cum ad præsens. & de here. institu. l. 2. & de iniu. test. l. cum in secundo. cum si. Sed in proposito illa verba, quod monasterio nullum ius quæratur, sunt temporis præsentis subiunctiui modi. Et impossibile est, quod monacho quæratur, & nõ monasterio: ergo non valet. Respondetur, quando aliquid donatur, vel aliquid monacho relinquitur, acquiritur monacho, & per monachum acquiritur monasterio statim. Et ideo differentia est, vtrum contrahentes tantum dicant, dono monacho: quia tunc procedit quod dixi: an dicant, dono monasterio: quia tunc acquiritur monasterio immediate: vt l. 2. de stip. seru. vbi no. Ex hoc apparet, quod ista verba, s. eo pacto, & ea conditione, quod monasterio non quæratur, non faciunt conditionem: quia respiciunt effectum qui sequitur post conditionem, quæ fit mõacho: quasi dicat, cum acquiritur monacho, monasterio non quæritur: & sic nõ cõditio, vt l. j. § fi. ff. de don. & de manu. test. l. Mæuiã. & de cõd. & demon. l. talis. §. Titius. Præterea & si dicatur esse cõditio, tamen est conditio de futuro, scilicet quod monasterio non quæratur post illud instans, quo mõacho non quæratur.

CONTRA. quod talis dispositio valeat, ꝓbatur.

5 ¶ † Primo, si dispositio, quæ videtur continere repugnantiam, siue contradictionem, tunc est nulla: cum nulla distinctione adiuuari potest: vt in prima constitutione Codi. § quibus est expressum. Probatur etiam de testi. cap. cum tu. ff. de stipu. ser. l. contra & l. sed & si quis. §. final. l. opus. de vsufructu. de duob. reis. l. si rem. §. si duo. in sol. aliorum contrariorum. cum si. Sed conditio quę videtur resultare ex prædictis verbis, s. quod monasterio non quæratur, potest multis distinctionibus adiuuari: ergo vt statim dicam, dispositio est aliqua & valida: distinctiones autem, per quas adiuuari potest, pono aliquas. ¶ Primo sic: ꝙ monachus habeat ista, quod nullum ius quæratur monasterio, s. monasterio suo quod est de præsenti, sed si transierit ad aliud monasterium, vt puta ad strictiorem regulam, vt licet de iure canonico, tunc valet donatio. quod autem ista verba, monasterio suo, intelligantur de eo monasterio quod est de præsenti. probatur ff. de aur. & argẽ. leg. l. si ita de leg. 3. l. nup. cum si. Respondetur, quod non est bona interpretatio: quia pro hoc precio inuitaretur ad aliud monasterium transire. quod tunc est simonia: vt extra. de simo. cap. non satis. & no. ff. de her. institu. l. illa autem. ¶ Secundo sic: Quod monachus habeat ista quod monasterio non quæratur, i. si monachus sui iuris esse cœperit, vt dicit text. ff. ad Trebel. l. vbi pure. & de lega. 3. l. fideicom. §. si filio. potest autem monachus esse sui iuris authoritate Papæ, vt extra. de sta mona. c. cum ad monasterium. vbi no. per Inn. Item cum promoueretur per Papam ad episcopatum. tunc enim nõ est obligatus alicui monasterio. Respondetur, quod nõ est bona interpretatio: quia cum hoc non posset fieri nisi per Papam: videtur impossibile. ff. de lega. 3. l. apud Iulianum. § fin. & ff. de verbor. obl. l. continuus. §. cum quibus. & sic non videtur se retulisse ad casum impossibilem. Tertio sic: Quod monachus habeat istud, itaꝙ monasterio non quæratur, hoc est, quod monachus sit nudus minister, & habeat aliis dispensare: sicut dicimus de seruo, cum habeatur vt adiectus, cum tunc nullum ius quæratur dominio: ff. de solution. l. Stichum & Pamphilum. §. vsufruct. in fin. Facit eo. titu. l. cum quis sibi. & sic monasterio nullum ius effectuale quæratur. Respondetur, quod non potest intelligi vt nudus minister, cum non sit persona cui debeatur: & persona extrinsecus non subintelligitur, vt l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verbor. obligation. ff. ¶ Quarto sic: Quod monasterio nullum ius quæratur, hoc est, quod non habeat vllam possessionem vel detentationem facti: vt ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. § hi. & inst. de inut. stipul. § sed cum factum. & sic monasterio nullum ius effectualiter quæratur. Respondetur, quod non est bona interpretatio. licet enim serui hoc possunt habere, sicut peculium, tamen monachus hoc non potest, vt extra. de sta. mo. c. 2. & cap. cum ad monasterium. Quinto sic: Quod monasterio &c. hoc est, quod Abbas patiatur monachum habere conniuentibus oculis, vt dicitur de seruo, vt ff. de manu. testa. l. 4 & sic non quæritur ius in effectu. sic no. in si. ff ad Treb. l. Lucius. §. tres heredes. Respondetur, quod Abbas non potest permittere monacho, vt est in præcedenti. ¶ Sexto sic: Quod monasterio &c. hoc est, vt quod relictum vel donatum fuit, non intelligatur contemplatione monasterij, sed contemplatione serui, vt C. de iur. deli. l. cum quis. ff. de vsu & hab. l. plerunque §. vsusfructus. de condit. & demon. l. si filio. cum si. Respondetur quod non est bona interpretatio, vt dicta verba habent modificare actum acquirendi, qui sequi debet contractum. Sed secundum prædicta dicta interpretatio limitaret causam delinquendi quæ præcedit: & sic verbis adaptaretur. ¶ Septimo sic: quod monasterio &c. hoc est, monacho. intelligendum est datum pro alimentis, quo casu non quæritur monasterio: vt l. seruus. ff de ali. & cib. leg. & de his qui pro non scrip. ha. l. 3. Respondetur, quod ista non est bona interpretatio: quia etiam tunc quæreretur monasterio, cui non videtur relictum, vt l. filio & de condi. & demon. Pro cuius euidentia scias, quod quandoque relinquuntur alimenta seruo & monacho qui est nullius: & tunc dicto seruo & monacho potest quæri ius, vt d. ll. Quandoque relinquuntur seruo vel monacho alicuius: & tunc aut relinquitur domino vel monasterio suo, & tunc etiam quæritur ius sibi: vt l. seruo alieno. in princip. ff. de lega. primo. Ratio, quia inter tales potest esse lis de alimentis, vt not. ff. de iud. l. lis nulla. aut relinquitur ab extraneo: & tũc ipsi domino vel mõasterio acquiritur sicut alia relicta. Et sic dicta interpretatio non est bona. præterea est extranea à verbis. ¶ Octauo sic: quod monasterio nullum ius quæratur, sc. ex tali dispositione, sc. donationis vel relicti, non prohibetur quin monasterio quæratur ex dispositione legis. Sed hoc, sc. quod donata vel relicta monacho quærantur monasterio, non est ex ipsa dispositione donantis vel relinquentis, sed ex dispositione legis: vt ff. de vulg. & pup. subst. l. qui liberis. §. hæc verba. ergo &c. & hoc videtur expressum extra. de testa. cap. requisisti. vbi si aliquis relinquit ecclesiæ, ita quod episcopo non quæratur, ista prohibitio non impedit quin episcopo debeatur portio per canones & statuta. Respondetur, quod monasterium habet ex dispositione legali: tamen habet statim & immediate nullo actu interueniente: & ideo donator vel testator potest legẽ imponere ipsi monasterio, cui acquiri debet sicut monacho, vt ff. de lega. 3. l. cum filio. in princip. & de lega. 2. §. si alienis. in princi. cum simi. & hanc acquisitionem quæ fit ex legis dispositione, voluit prohibere testator vt in simili ff. quando dies leg. ced. l. & vsusfructus. § si ita. & C. de bon. quæ libe. authentic. excipitur. Nec obstat de testamen. cap. requisisti. Nam illa portio debetur heredibus, etiam contra volũtatem testatoris, vt l.

Titia. ad l.Falcid. ideo testator non potest prohibere Falcidiam de iure aliquo,vt l.quod de bonis. § j. ad le. Falcid.Sic etiam nec portionem quæ debetur episcopo.d. c.requisisti.Sed ista acquisitio, de qua loquimur, ex voluntate defuncti,vt dixi,ideo potest sua voluntate prohibere:& valet prohibitio, nisi dicta verba aliũ
6 intellectum haberent. ¶ †Secundo p[illegible]ur sic:Impossibilis vel turpis conditio,vel modu[illegible]ur, ne vitietur dispositio in vltima voluntate.v. [illegible] de condi. & demon.l.obtinuit.de cond.inst.l.j.C. de inst.& subst. l.repræhendenda. Item reiicitur de contractibus bonæfidei,vt l.insulã.ff.loc.Sed quod monachus habeat, ita quod monasterio non quæratur,est turpe,& de iure impossibile,vt extr.de sta.mon.c.2.& c. cum ad monasterium.ergo reiicitur,& valebit relictum.Item donatio,quæ secundum quosdã est hodie contractus bonæfidei:Respondetur,quod nõ est impossibilis, neque turpis,secundum sanum intellectum:& ideo non rei-
7 citur,vt patet ex sol.¶ †Tertio probatur sic: quando in contractu apponitur aliquod pactum,quod est contra substantiam contractus,vel contra naturam rei,quæ in contractu seu dispositione deducitur, tale pactum est nullum:vt ff.de preca.l.cum precario.& ff.si vsusfruct. pet.l. j. §.j.Sed ita est in proposito ergo relictum & donatio est valida,& pactum:quod monasterio non quęratur,non valet Respondetur, quod recte intelligẽdo, non est contra substantiam eius de quo agitur,vt patet in sol. ¶Quarto sic:Sicut hic est quicquid monachis quæritur,monasterio quæritur:ita quicquid quærebat filius,olim quærebat patri,excepto castrensi vel quasi: vt ff.de acq.her.l.placet.& si à parente quis fue. manumis.l.j.Et idẽ hodie in profectitiis vel aduentitiis quo ad vsumfructum.Sed de iure antiquo si relinquebatur filio,hoc pacto quod patri non quæratur, valebat relictum:vt ff.quando di.leg.ced.l.si vsusfructus.§.si ita,& no.in auth.vt lic.ma.& auiæ.in prin. col.8. & etiã hoc põt fieri,vt d.auth.vt li. matr.& auiæ. & C.de bo.q lib. auth. excipitur. ergo eodem modo istud relictum vel donatio valebit.Respondetur quod non est bona æquiparatio filij ad monachum:cum de iure filiusfa.potest aliquid habere proprium:tamẽ d.§.si ita.bene facit, vt dicam in solutione.¶Quinto etiamsi Abbas fuerit præsens,& diceret quod monasterio non quæratur,tamen ipsi monasterio quæretur,vt ff.de ver. obl. l.seruus vetante.& de acqu.rer.do.l.etiam inuitis.ergo eadem ratione quando ipse monachus vel testator talem legem imponit.Respondetur,quod licet Abbas non possit facere ne sibi quæratur:tamen concedens potest facere, vt res sua transeat ad alium eo inuito,vt l.id quod nostrum.de reg.iur.¶Sexto probatur per legẽ,quæ dicit, Si testator relinquit vel donat aliquid ad aliquẽ piũ vsum,episcopus debet prouidere,vt executioni mandetur,licet testator vel donator prohibuerit, vt in auth. de eccle.ti.§.si quis aũt pro redẽptione.col.9.posita.C. de epis.&cle.super l.nulli.auth.licet testator.ergo eodem modo, si prohibet donator vel testator ne monasterio acquiratur.Respondetur: ibi testator,facit quandam prohibitionem circa quædã adminicula,quæ nõ dependent ex voluntate testatoris:hic vero fuerũt apposita ipsa verba circa substãtiam relicti,quia volebat quæri monacho,non monasterio,&c.

SVMMARIVM.

1 *Quando alienatio prohibetur in certam personam, si ad illum vadit iure legitimo,est locus reuocationi.*

2 *Monachus an possit esse executor sine licentia prælati.*

SOLVTIO.Christi nomine inuocato, dico prout dicta quæstio quærit de donatione,& si fuerit contractus celebratus cum monacho, quod dicta adiectio,quod monasterio nullum ius quæratur, in dubio videtur adiecta dolo monachi,& monasterio nõ præiudicat.Casus est ff.de stipu.ser.l.fi.& ibi no.Ad quod optime facit ff.de cast.pec. l. si forte.vbi licet in donatione adiiciatur,quod sit castrensis peculij,& sic patri non quæratur,tamen patri non præiudicat. Sed prout loquitur de relicto facto in vltima voluntate, & sic cũ monacho nil est gestum, tunc non cadit illa præsumptio fraudis.Dico tamen, quod dicta verba debent sic intelligi,quod monasterio nullum ius quæratur.sc.inuito monacho. Sed ipso monacho volente,monasterium potuit petere, vel etiam ipse monachus vt syndicus monasterij. Quod probo,in casibus in quibus solutio collata in monachum ex dispositione iuris,nõ refertur ad monasterium: illud intelligitur, nisi volente monacho,vt dicitur de seruo.ff.de ser.l. Stichus. § vsusfructus.versic.certum facit de condi. & demon. l.qui heredem.in princip. ita hic cum ex dispositione hominis relictum factum monacho, non refertur ad monasterium. Pro quo facit, quia quando testator rem legatam iussit simpliciter non alienari, talis prohibitio non valet: quia est nudum præceptum factum in fauorem legatarij.& sic alienando potest ei renunciare,vt ff de leg.1.l.filiusfam.§.diui.& de leg.3.in l.pater.§. Iulianus.ita in proposito talis prohibitio, sc. ne monasterio quæratur,fuit facta fauore monachi,vt ipse magis libere habeat.Potest ergo ipse ipsius voluntatem facere, vt monasterio acquiratur: & si monasterium sine eius voluntate peteret,puto quod repelleretur. hic est casus ff.quando dies le.ced.l.si vsusfructus. § si ita. ¶Postquam autem monachus semel voluerit,& sic ius fuerit quæsitum monasterio, mutare voluntatem non poterit:vt ff.de op.leg.l.apud Aufidium. Et prædicta, quando dicta verba,s quod monasterio non quæratur, sic nude ponuntur,vt supra dixi.Sed quid si adiiciatur, quod si abbas petierit, vel aliquod ius sibi vendicauerit,quod reuertatur ad concedentem, vel quod vadat ad tertium:tunc si quidem hoc fiat in contractu celebrato cum monacho.idem quod supra:quia præsumitur in dubio factum per fraudem, per eandem legem. Si vero alias,tunc quæstio habeat plus dubij.Et ostendo,quia etiam si voluntate monachi monasterium petat,tertius admittatur ad repetendum.quod probo.
1 ¶ †Quando alienatio prohibetur ad certam personã si ad illam vadit iure legitimo,locus est reuocationi. vt ff de leg.3.l codicilli.§ matre & de verbo.oblig l.si ita quis.§.ea lege.& ibi no Debuit enim curare monach°, ne ad monasterium perueniret.Præterea,quando prohibetur alienatio,& adiicitur persona,in quem vadat, si alienetur,tũc illius personæ fauore videtur facta ꝓhibitio: & facta alienatione, ille admittitur ad reuocandum.vt l.filius.§ diui.de legat j.& de leg.3. l.pe. in princip & per totam legem,nisi ille consensit: quia ad reuocandum posset admitti. l. nihil. §. omnibus.ff. de leg.j.& de leg.3.l cum heres.§ libertis Codic.de fideicom.l.quoties. Voluntas ergo monachi non impedit illos venire ad reuocandum. Contrarium puto. ¶Ad cuius euidentiam præmitto,quod l.codicil.§ matri.loquitur,quãdo fuit prohibitum venire ad illos propter odium ipsorum:quæ ratio cessat in monasterio, cum non possit causa odij vel ingratitudinis committere. Codic.de inoffic.testa.l.si quis in suo.§.legis. nec capitulum monasterij potest delinquere de facili: vt l. j.ff. quod cuiusque vni.no de dolo. l.j.§. primo. vnde non est verisimile ꝙ hoc odio mõasterij fuerit factum, sed fauore monachi,vt liberius dictam rem haberet,sicut dicimus in filio quando relinquitur filio, si morte fuerit effectus sui iuris:fauore enim filij dicitur. Et ideo etiamsi alio modo efficitur sui iuris, consequitur legatum,vt ff quando di.leg.ced.l.si ita.& C.de institut. & substi.l.si mater.cum si. voluit ergo testator per illa verba, ꝙ si monachus non haberet secundum suã voluntatem, ꝙ reuertatur ad suos vel ad tertium, licet in

in hoc fit etiam fauor serui, vel illius tertij: quia si cótra fiet, debet deuenire ad eos. ¶ Hoc præmisso, arguo sic: quãdo rei alienatio per testatorem prohibetur, adiecto quod si secus fiat, veniat ad alium, si illius rei fiat alienatio necessaria, ille tertius non admittitur ad reuocandum, etiãsi causa necessitatis veniat ex parte eius cui est relictum, vt ff. de leg. 3. l. peto. §. prædium. vbi expresse dicitur, quod non pōt reuocari in vita illius, cui relictum est: immo nec post mortem eius, si res deueniant ad legitimum. Sed in proposito hoc ꝙ acquiratur monasterio, ex necessitate est: ergo ille tertius non admittitur ad reuocandum viuo monacho, nec post eius mortem, cum hoc tanquam legitimus habeat. Sed dices: hoc fuit monacho volente, vt dictum est in præcedentibus: ergo est voluntatis, non necessitatis. Respondeo, si monachus vult pro se, necessitatis est quod sit monasterij. ¶ Secundo probo sic: In vsu & vsufructu est tacite per legem prohibitum, quod in alium transferatur: & si secus fiat, quod ad dominum reuertatur: vt Insti. de vsufruct. §. finitur. Pone ergo quod vsusfructus relictus est ei, qui non potest habere, nisi in alium transferatur, vt in seruo, quicquid quærit, acquirit domino: vt ff. de acq. re. do. l. acquiritur. & est certum, quod solum cõtemplatione serui factum est. Certe ipsi domino quæritur vsusfructus. tamen finitur eo casu quo finiretur, si ille seruus liber fuisset: vt ff. de vsufru. l. qui vsumfructum. §. fi. prout est ibi in litera, seruo Titij. & ff. de vsu & hab. l. plenum. §. vsusfructus. & C. de vsufr. l. fi. & ibi not. Ita in proposito dicendũ est, quòd per prædicta verba nõ impeditur, quin mõasterio quæratur ius eodem modo quo posset quæri, si monachus esset liber homo, scilicet ipso monacho volente, si illa verba, scilicet si monasterium aliquod ius petierit, vel vendicauerit in dicta re, intelligantur, si hoc sequatur monacho volente. ¶ Tertiò probatur: quia ista pœna imponitur monasterio, vt perdat res, si ipsas vendicauerit. & hoc fit in fauorem monachi principaliter, vt dictum est: ergo ista pœna non committitur, si monachus consentiat. sicut diximus in pœnis legalibus. de in ius voc. l. quanuis. de lib. ho. exhi. l. 3. §. si quis volente. de fur. l. inter omnes § pōt. de iniur. l. j. § vsqueadeò. ff. cum si. ¶ Sed contra prædicta opponitur, quòd monachus non habet velle nec nolle sine licentia Abbatis, etiam cum tractatur de acquirendo: vt 12. quæst. j. capi. non dicatis. & de elect. c. si religiosus. & de sepul. ca. fi. libr. 6. ergo dicta verba non possunt intelligi dicto modo, scilicet & si monachus voluerit. Respõdeo, verum est quòd monachus non poterit velle sine licentia Abbatis, quam Abbas debebit sibi concedere. Si vero cogeret monachum ad nolendũ, tunc vendicaret sibi ius in re contra voluntatem testatoris, & incideret in dictam pœnam, vt ad alium deueniret. hoc enim voluntate monachi ei personale est, vt dicitur ff. de verb. obliga. l. si stipulatus fuerim. & l. fi. in princ. facit extra.
b de testi. ca. fi. lib. 6. †Vbi licet monachus non possit esse executor sine licentia prælati. tamen officium executoris non transit in prælatum. & ita in proposito, licet monachus non possit velle sine licentia prælati, tamen ista voluntas non transit ad monasterium, sed ipsius monachi voluntas requiritur. Facit optime opin. eorum qui dicunt, quod prælatus poterit adire hereditatem vbi monachus velit, sicut dicimus in seruo. C. de her. inst. l. cum proponas. de quo per Ioan. And. ext. de prob. c. in pręsentia. ¶ Et sic concludo quod prędicta verba, si monasterium petierit, &c. intelligantur, ipso monacho volente. Et sic potest intelligi quod no. in l. Lucius. §. tres heredes. ad Trebellia. Et prędicta vera, quando sic expressit quod monasterio nullum ius quæratur. Si vero alias causas mendaces opposuerit in testamento, per quas sequeretur quod volebat monasterio quæri: tunc simpliciter monasterio non præiudicat, vt ff. de cast. pe. l. si forte. facit quod no. in auth. vt lib. matri & auiæ. in prin. & ibi per gl.

¶ Disputata fuit hæc quæstio per Bar. de Saxoferrato legum doct. in ciuitate Perusij, anno Domini 1356. mensis Februarij.

AN TESTATORE FILIVM suum adultum instituente, cum ea clausula, vt quandocunque sine liberis decesserit, executores quos nominauit, bona inter pauperes distribuant: Et filio sine liberis decedẽte, pauperes per executores nominati heredes prædicti filii, dictorum bonorum ergo valide conueniri possint.

SVMMARIVM.

1 *Per fideicommissarium vniuersalem ante restitutionem sibi factam re, vel verbo, non potest ius aliquod in alium transferri: nec delegãdo, nec procuratorem constituendo in rem suam.*

2 *Dispositiones inter viuos si non fiant parte præsente, non valent.*

3 *Quando legatum est vnum, non potest pro parte repudiari, & pro parte agnosci.*

4 *In legatis & fideicõmissis relictis ad pias causas trãsit dominium ipso iure, nulla expectata traditiõe vel restitutione.*

5 *Ille qui habet potestatem aliquem eligendi à testatore vel lege, potest illum eligere etiam eo absente.*

6 *Quando fit nominatio heredis, præsentia non est necessaria.*

7 *Fideicommissarius potest vnam rem ex tota hereditate petere.*

8 *Ille qui iussus est rem inter alios distribuere, potest ipsius rei partem distribuere, & partem omittere.*

9 *Isti, qui sunt nominati ab istis executoribus, videntur nominati in ipso testamento testatoris.*

Quæstio 12.

a FILIVM adultũ (a) testator instituit, & quandocunque sine liberis decesserit per executores quos nominauit, inter pauperes bona sua distribui mãdauit. Qui filius hereditati paternæ se immiscuit, & sine liberis decessit. Executores quosdam pauperes nominouerunt. & inter eos solo verbo distribuerunt certam quantitatẽ de bonis & hereditate prædicta. Quęritur, vtrum heredes dicti filij possint conueniri à dictis pauperibus nominatis cum effectu in quantitate prædicta.

1 PRO parte neg. Et videtur ꝙ nõ. ¶ †Primo, quia dicta substitutio fuit fideicõmissaria, ꝙ patet. facta fuit enim adulto, & post aditam hereditatem. Sed per fideicõmissarium vniuersalem ante restitutionem sibi factã re vel verbo, non potest ius aliquod in alium transferri, nec delegando, nec procuratorem constituendo in rem suam, vt ff. de iure dotium. l. si mulier. §. ex asse. & no. ff. ad Treb. l. restituta. in gl. super verbo, tua. & not.
b eo. ti. l. qui ita. §. j. ergo dicta nominatio vel distributio nullius est efficaciæ, & sic heres conueniri nõ pōt. ¶ Secundo quia ista nominatio vel distributio, quæ fit verbo solo, est actus inter viuos. quod apparet, quia etiam
2 in vita executoris sumit effectũ. †sed dispositiones inter viuos, si non fiant parte præsente, non valent: vt ff. de interro. act. l. fi. de concess. l. certum. §. si quis habẽte, de re iud. l. famoso & quod ibi not. de act. & obl. l. cõsensu. & quod ibi no. Sed in quæst. non præsupponitur dictos pauperes fuisse præsentes tempore dictæ distri

butionis & nominationis:ergo non valet, & sic here-
des conueniri non possunt. Tertio,quia videtur q; isti
executores seu distributores hoc debeant facere præ-
sentibus vel requisitis heredibus, l. vt videant quæ ven
duntur vel distribuuntur,vt ff.l.qui legatum.de vsufr.
le.de verb.oblig.l si quis arbitratu.& quod ibi dixi, &
quod no.Cy.C.de contrahen.emp.l.fi.facit de adopt.l.
nam ita diuus.de nata.resti.l fi.Sed in quæst nostra nõ
præsupponitur, quod heredes filij fuerunt præsentes
vel requisiti.¶Quarto,quia isti executores habent po-
testatem distribuendi dicta bona sub nomine vniuersa
li,ita quod cõtineat debita & credita:vt l cog.in prin.
ad Treb.sed hic distribuerunt certam quantitatem. &
sic aliter fecerunt quam testator iusserat:ergo illis pau
perib⁹ nil est acquisitum: vt ff.ad Treb.l.sed si ante,vbi
videtur tex.& d.l.si mulier.§.ex asse.de iure dotium.fa
8 cit ad Treb.l.nanq; §.non omnis.¶†Quinto,quãdo le
gatum est vnũ,non põt pro parte repudiari, & pro par
te agnosci:vt l.2.& l.neminem.de le.2.cum si.idẽ si sint
plura legata,& vnũ habet onus,aliud nõ, vt d.l. nemi-
nẽ.& l.seq ff.de le.2.Sed hic est vnum fideicõmissum,s.
quod bona distribuantur inter pauperes: & executo-
res partem tantũ distribuerunt,nõ totum:ergo non va
let.Præterea,distribuere est de emolumento, non autẽ
de onere hereditatis:& sic non valet,& heres non po-
terit conueniri.
¶Sexto,quia isti executores videntur fideicommissarij
vniuersales, vt dictũ est, & infra dicetur. & ab eis põt
peti relictũ pauperibus.Illi ergo pauperes electi debẽt
petere ab istis executoribus,non ab heredibus,nisi ces
sa action.l.legatarius.de le.3.l.Imperator.in prin.de le.
2.ff.quæ actio cessa non proponitur:ergo heredes con
ueniri non possunt.

ADDITIO.

a ¶Filium adultum Alias incipit,Titius filium.de ista
q.meminit Bar.in l.si quis Titio.in fi.princ.ff.de le.2.&
ibi vide apostill.in l.hereditas.in fi ff de her.inst.& ibi
apost.& vide Ale.in l.sed si.in addi.Bart.ff.de le.3.& in
l.fundi.in vlt.additio.ff.de vsufr.le.& Alex. in l.j.§.sed
quoties.in princi.ff ad Treb.& in l.centurio. in 23.col.
ff.de vulg.& pupi.& plenius in col.25.vt in cons.4.in 7.
vol.incip.attentis narratis.in 3.col.& in cons.51.in 10.
vol.inci.in casu præsenti.in pe.& vl.col.& Pet. Corne.
in consi.320.in 4.vol.inci.dubia quidem.in 8.col.Tho.
Diplou.

CONTRA.Heredes dicti filij possunt conueniri
probatur aliis rationibus,directe contrariis præcedẽ-
4 tibus.¶†Primo in legatis & fideicommissis relictis ad
a pias causas,(a)transit dominium ipso iure,nulla expe-
ctata traditione vel restitutione,vt C.de sacrosanc.ec
cles.l.fina.sicut ergo facta restitutione possunt paupe-
res eligere,& nominare:ita & nunc quando factum est
ipso iure:arg.C.ad Treb.l.pe.ff.de cond.inst.l.quæ sub
5 conditione.§.fi.¶†Secundo sic:Ille,qui habet potesta-
tem aliquem eligendi à testatore vel lege, potest illum
eligere etiã eo absente.quod patet: quia sufficit quod
eum nominet in testamento, vt C.de sec.nup.l.si quid
prioris.§.ceterum.de le.2.l.vnũ ex familia.§ si duo.Sed
constat quod ea quæ fiunt in vltima voluntate,non re
quirunt præsentiam personæ.nõ enim refert,cum quo
quis loquatur:vt de le.2.l.miles.in prin.& l.cum pater
§.donationis ergo patet q; non vitietur ratione absen
6 tiæ nominati.¶†Tertio sic:Quando fit talis nominatio
heredis,præsentia non est necessaria.quod patet, quia
fit in testamento,vt supra proxime dixi: ergo heredis
præsentia non est necessaria,vt l.non idcirco.C.de co-
dicil.hoc enim patet ex l.serui electione.in prin.cũ gl.
sua.de lega.j.vbi ponuntur omnia quæ requiruntur vt
valeat electio,tamen nõ requiritur præsentia heredis.
hoc etiam patet ff.de dote præleg l Theopompus.
¶Quarto sic:Isti executores sunt fideicommissarij vni
7 uersales,vt dictum est.†sed fideicommissarius põt vnã
rem ex tota hereditate petere:vt ff.ad Treb.l.restituta.
in prin.vbi no.Item põt petere,vt vna res alteri solua-
tur.vt l seruo inuito.§.fi.ad Treb.ergo possunt paupe-
res in vna re nominari vel in certa quantitate.Sic ergo
8 nominatio valet.&heredes possunt cõueniri.¶†Quin
to sic:Ille qui iussus est rem inter alio distribuere, põt
ipsius rei partem distribuere,& partem omittere: vt ff.
de leg 2.l.vnum ex familia.§.sed si duos.vbi valet distri
butio facta in illos duos de familia,licet in residuo nõ
valeat.Ita in proposito,licet pro parte distribuerit,pro
parte non, valet nominatio, & heredes conueniri po-
9 terunt.¶†Sexto sic:Isti,qui sunt nominati ab istis exe-
cutoribus,videntur nominati in ipso testamento testa
toris:vt ff.de le.2.l.vnum ex familia.in prin.§.si de Fal-
cidia.& ff.de hered.instit ut.l. asse. & sic heres poterit
conueniri,ac si testator ipse hoc expressisset,vt d.l.vnũ
ex familia.in prin.§.si de familia.vbi videtur casus ex-
pressus.

ADDITIO.

a ¶Ad pias causas. Vide Ias.in l.fi.in 3.col.ver.quinto
habes.C.de sacr.sanct eccl.& in 4.col.vbi plene exami
nat istud dictum Bar.Tho.Diplo.

SVMMARIVM.

1 *Heredes vniuersales ante restitutam hereditatẽ pos-*
sunt à legatariis conueniri.

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine
inuocato.Ante omnia est sciẽdum, q; tales executores
videntur fideicommissarij vniuersales.Hoc hi quibus
hereditas vniuersaliter debeat restitui. nam si heredi-
tas relinquitur pauperibus iure directo, & nullus he-
res instituatur,& dicti executores vicem heredis susti
nent:vt C.de epis.& cle.l.si quis ad declinandam.extr.
de test.c.cum tibi.& ibi per doct.& per.Io.And.eo.tit.
in c.Ioãnes & in Spec.de instr.edi.§.nunc vero aliqua.
versi.& scias.Eodẽ modo si relinquitur hereditas per fi
deicommissum vel omnia bona,vt in quæstione propo
sita ad pias causas:& non reperitur alius fideicõmissa-
rius vniuersalis:tales executores vim fideicõmissario-
rum vniuersalium sustinent. Casus est de epi. & cle.l.
nulli.circa prin.& in auth.de eccl.tit.§. si quis aũt pro
a redẽptione captiuorũ.col.9.¶Secundo(a)sciẽdum est,
q; licet regulariter in vniuersalem fideicõmissariũ non
transeant iura & actiones,nisi facta restitutione, vt ff.
ad Treb.l j.facta.& l.restituta.& C.ad Treb. l.pen.ta-
men quando fideicommissum vniuersale relinquitur
ad pias causas,incontinenti transeunt iura & actiones
sine restitutione.Casus est C.de sacr.sanct.eccl. l. vt in
ter diuinum ibi enim loquitur, si sit relicta hereditas,
siue legatũ,siue fideicommissum.Ex eo quod dicit,he-
reditas,intelligo de iure directo,vel per fideicommis-
sum:licet glo.intelligat iure directo.Sed non est ratio,
quare sic restringitur.& posito q; esset illud quod sequi
tur vel fideicom.intelligo particulariter vel vniuersa-
liter.Præterea in l.illa fit mẽtio de relictis,quod est no
men generale ad omne genus relicti: vt auth. nouissi-
ma.C.de inof.test.& in auth.de her.& fal.§ si vero nul
lus.in gl.super verbo,relictis.& ff.de here.institu.l.his
verbis.& ibi not.& est expressum in auth.de eccle. tit.
§.si quis autem pro redemptione.vbi episcopus,qui est
est executor legitimus,vẽdicat absque restitutione ali
quã.& licet d.l.vt inter diuinum.loquatur quando re-
linquitur ecclesiis,vel in redemptione captiuorum. ta
men idem iuris est,si relinquitur ad aliam piam cãm in
eo.titu.l.illud.& quod ibi no.& est expressum quando
relinquitur pauperibus: vt d.§. si quis aũt pro redem-
ptione.& sic huic electioni & nominationi non obstat
quod est supra primum allegatum pro cõtraria parte.
¶Tertio sciendũ est q; licet per tales executores,omnia
bona

bona distribui debeant inter pauperes, tamen pôt fieri distributio per res singulares, vel precium earú dando seu assignando, vt C. de epis. & cler. l. si quis ad declinã dam. & l. nulli. & de le. 2. l. vnũ ex familia. §. sed si duos. vbi valet distributio facta in illos duos de familia, licet in residuo non valeat. Nec obst. de le. 2. l. neminem. quia hoc non repudiatur pro parte, & pro parte agnoscitur: sed totum legatum, vt fideicommissum agnosci tur: agnoscendo in certa re vel quantitate, vt l. restituta. in prin. ad Treb. Distributio tamen est facta pro parte, quod non est prohibitum. Potest enim de voluntate fideicommissarij vniuersalis, certa res vel quãtitas solui alij, vt supra dixi. & probatur in l. seruo. §. ad Treb. Nec obstat, q hic non distribuit rem hereditariam, sed pecuniam: quia pecunia videtur esse in hereditate quæ est soluendo, vt l. si pecunia. in prin. de le. 2. & l. propemodum. de verb. signif. & q hæc distributio possit fieri de certa re vel parte, faciat quod inter heredes pôt fieri diuisio certæ rei vel partis aliis remanentibus, vt C. famil. ercisc. l. si filia. ¶ Quarto sciendum est, q quando fit talis nominatio seu distributio, non est necessaria præsentia personæ nominatæ, nec præsentia heredis. qui ex hoc poterit conueniri: vt de leg. 2. l. vnum ex familia. §. sed si duos. C. de secũ. nup. l. si quis priores. §. certum. vbi apparet q pôt fieri in testamento talis nominatio. ergo personæ præsentia non est necessaria, vt probaui supra in 2. & 3. ratione facta pro parte affirmatiua. & hoc dixi plene in l. 2. de leg. 2. ¶ Quinto sciendũ est, q ea quæ supra dixi, q isti actores habentur vt fideicommissarij vniuersales, & q habent actiones, etiã nõ facta restitutiõe, sunt vera ex priuilegio speciali in relictis ad pias causas. Nam de iure communi tales executores nõ possunt agere, vt l. Luci°. §. Meuia. ad Treb. ff. Sed pauperes electi & nominati per eos, possent de iure communi agere contra heredes, ac si testator eos specialiter in testamento nominasset. l. vnum ex familia. §. j. & § si de Falc. & §. rogo. de le. 2. & l. cum quidam §. à filia. ad Treb. de reb. du. l. vtrum. §. cum quidã. ¶ Ex prædictis in quæstione proposita concludo & dico, q si quidem dicti heredes restituerẽt hereditatem dictis executoribus tanquam fideicommissariis vniuersalibus, facere poterunt, vt dictum est, quod tunc dicti heredes conueniri à pauperibus nominatis non possunt: quia per restitutionem iam sunt liberati. ff. ad Treb. l. j. in princ. & l. ita tamen §. qui ex Treb. quod est vtile scire: quia sufficit heredibus quod probent se restituisse istis executoribus vel episcopo, quando ipse est executor legitimus. Si vero hereditatem ipsi heredes non restituerint dictis executoribus, tũc ipsi heredes à dictis pauperibus nominatis & electis, in illa quantitate poterunt conueniri, quia priuilegium non aufert beneficium iuris communis: vt ff. de capti. & postli. reuer. l. in bello. § si quis seruum. C. de sec. nup. l. generaliter. §. his aũt qui §. bene facit. & C. de legib. l. quod fauore. ff. de leg. l. nulla. & de re. iur. c. quod ob gratiã. lib. 6. & quod ibi no. per Dyn. Vnde cum de iure communi tales pauperes sic nominati possent conuenire heredes, posito quod tales executores non haberentur, vt fideicõmissarij vniuersales, sicut habetur fauore pauperũ: ita etiã pauperes poterunt modo istos heredes vniuersales cõ-
2 uenire. ¶ † Præterea heredes vniuersales ante restitutam hereditatem possunt à legatariis conueniri, vt l. ita tamen. §. qui ex Trebel. ff. ad Treb. & not. eod. tit. l. j. § fin. in vltima gl. licet non eo. ti. l. Marcellus. in princip. in gl. super verbo, ad heredem. ¶ Nec obstat quod supra dicitur in vltima ratione, facta pro ista parte: quia non videtur relictum ab ipsis executoribus: immo videtur relictum ab herede de iure communi. Sed in priuilegium videtur concessum, vt ipsi executores possint petere, & ipsi distribuere, vt dictum est. Per hoc apparet responsum ad omnia argumenta contraria, &c.

ADDITIO.

a ¶ Secundo. Vide Alc. in cons. 82. inci. prospectis. in 2. col. in 2. volu. & in l. centurio. in 25. col. vbi videas. ff. de vulg. & pup. Tho. Diplou.

¶ Disputata fuit per dominũ Bar. de Saxoferrato in ciuitate Perusij, anno Domini 1354. die 21. Februar.

AN TESTIBVS PER IVDICEM MALEFICIORUM EX OFFICIO EXAMINATIS CUM DEBITIS SOLENNITATIBUS, ADHIBENDA SIT FIDES, ETSI AB ACCUSATORE NON SINT PRODUCTI NEC NOMINATI.

SVMMARIVM.

1 *Qui non debent examinari, examinati non inducũt probationem, nec indicium.*

2 *Vnus non potest duo officia repugnantia gerere, vtputa, vt sit iudex, & pars.*

Quæstio 14.

a IVDEX (a) maleficiorum super accusatione coram eo producta, quosdam testes ab accusatore non productos, neque nominatos ex suo officio cõtra accusatum examinauit, omnibus tamen his solennitatibus obseruatis, qui testes cõtra accusatum plene deponũt. Nunc quæritur, an dictis testibus sit adhibenda aliqua fides vel non.

PRO parte neg. ¶ Et, p parte negatiua, q nulla fides sit adhibenda, faciũt primo quod in facto iudicis non sit permissa suppletio. & hoc sic: Certũ est q parti quæ vult probare, incumbit tale factum, scilicet testes producere & nominare. si vult probare. quod patet, quia ei ad hoc dilatio datur, vt probatur C. de dila. l. j. de probatio. auth. qui semel. & in auth. de testib. §. quia vero. col. 7. & no. in gl. super verbo, denunciatus. & ff. de arb. l. non ex omnibus. C. de testi. l. quoniã. & l. si quando. ff. eo. & l produci. & istud nominare & producere cõstat esse factum: ar ff. de cura. furio l. consil. in fi. de cond. & demonst. l. in factum. cũ simi. Sed certum est, q in facto iudex non pôt supplere defectum partis: vt ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. veritas. C. vt quæ desunt aduoca. par ti. l. j. & ibi no. de feriis. l. 2. in fi. ¶ Ex prædictis manifeste concluditur, q cum iudex in hoc non potuerit factũ partis supplere, quia dicti testes non sunt legitime examinati, nec examinari debuerũt. & sic nullã fidẽ faciunt: nullam dico, necquo ad plenam probationẽ, nec quo ad iudicium, vt ff. de q. l. j. §. item senatus. & l. mari
1 tus. eo. ti. & ibi expresse no. quia † qui non debent examinari, examinati non inducunt probationem, nec indiciũ. ¶ Secundo hoc probat officiorũ repugnãtia seu
2 contradictio. hoc sic: Vnus † non pôt duo officia repugnãtia gerere: vtputa, vt sit iudex, & pars, vt C. de post hu. l. quisquis. ne quis in sua cau. l. vnic. ff. ad Treb. l. ille à quo. §. tẽpestiuũ. de pac. l. si plures. & ibi no. per Dy. ff. de manu. vin. l. an apud. Sed cõstat q officiũ iudicis est vt ei fiat proba. ff. de prob. l. quinquaginta. & ibi plene no. C. de edendo. l. proc. de rei vẽd. l. decem. C. de cõdi. ob cau. l. j. Sed in qu. nostra iudex assumpsit sibi officiũ partis, & officium iudicis. Nam est eadem persona ille qui facit probationẽ, & ille cui fit probatio: & sic cum officia sint repugnantia, hoc facere non potuit. si sic, ergo dicti testes nullam faciũt probationẽ, nec indiciũ, vt supra proxime dictũ est. Facit ad hoc q lex dicit, accusatore non probãte, reus absoluitur, &c. quasi dicat, pars debet condemnari ex probationibus accusatoris C. de eden. l. qui accusare. sed hoc non probauit accusator, sed iudex, ergo &c.

¶ Tertio hoc probatur: Actore non prosequente, ho-

ſtio.l.de minore.§.p:nu.C.de teſti.l.etiam.& l. quoniã & auth.ſi dicatur.& in corpore,de teſti in prin.§.j.Sed iudici data eſt poteſtas inquirendi de tali conditione teſtium, mittendo pro vicinis & aliis hominibus honeſtis,& hoc ex officio ſuo:vt expreſſe not.ff.de teſti.l.3.in gl.ſuper verbo,inimicitiæ & in corpo. de teſti.§.j. in gl.quę incipit,artis laudabilis.& ff.de ma.cõuenien. l j.§.ſi curatores.& ibi no.Ex quibus gl manifeſte colligitur, quod iudici eſt data à iure poteſtas inducendi de nouo ex ſuo officio teſtes in cauſa. ſi ſic, ergo in q. noſtra tales ſunt legitime examinati, & faciunt plenã fidem. ¶Quarto hoc probat ratio publicę vltionis.hoc ſic:Reipublicæ intereſt vt maleficia puniantur,nec remaneant impunita.ff ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.de fideicom.l.ſi à reo.§.ſi de iud.l ſi longius.§. j. de interrog.act.l.qui ſeruum.2.reſponſo.cum ſimil. Sed in his, in quibus verſatur publica vtilitas,iudex põt ſupplere de facto,etiam parte non petente: vt ſupra de poſtu.l. quos prohibet.& ibi not.de proc.l.filius.§ veterani.& ibi etiam nota.ergo in quæſtione noſtra propter hanc publicam vtilitatem vt maleficium puniatur,iudex potuit ſupplere defectum partis,& teſtes inducere,& ſic dicti teſtes faciunt plenam fidem. Quinto hoc probat poteſtas repellendæ prçuaricationis.hoc ſic:Iudici eſt data poteſtas repellendæ præuaricationis in iudicio, vt patet C.de aboli.l.2.ibi,redemptæ miſerationis &c. de præuarica.per totum titulum ad Turp.l j poſt prin. de his qui not.inf.l.athletas.§.ſi.ff.Sed ne ille qui adeſt in iudicio,colludatur vel priuetur,põt etiã inuita parte teſtes nominare,& producere:vt ff.de inof.teſt.l.ſuſpecta.in prin.& ibi no.Ad quod facit in auth.de lit.& decim.§ hoc præſenti.coll.8.poſita C.de legi.auth.nũc ſi heres.ergo in noſtra quæſtione bene concluditur,ꝙ iudex qui debet intereſſe liti,ne colludatur, poteſt teſtes nominare & inducere.Cum ergo hoc fecerunt,dicta eorum faciunt plenam fidem. ¶Sextò hoc probat ob iudicis ſententiam ceſſatio conditionis.hoc ſic:illud,quod dicitur,quod in officio iudicis ineſt tacita conditio,ſi petatur,vt ff.de mag.conueniend.l.prima §.magiſtratus.& de damn.infec.l.4.in cauſa.& dixi ſuprà in tertia & quarta ratione pro parte contraria,habet locũ in his,in quibus iudex prætendere poteſt probabilem ignorantiam. Vnde ſi iudex ſciret pupillũ tutore carere,poſſet ſibi dare tutorem etiam nemine petente:vt ff.de tut.da.ab his.l.illud.& l ſequent & ff. ex quib.cauſ.maio.l.Fulcinius.§.adeo.licet gloſſ.ſecũdum vnam opinionem quam non firmat.aliter ſentiat in l.hoc autem.in princip.in prima gloſſ.tamen quod dixit,tenent Docto.hoc etiam probatur expreſſiuè C. de appella.l.eos.§.apoſtolos.& ibi etiam non petente &c.ergo in noſtra quęſtione ſi iudex ſciret quoſdam teſtes,quos accuſator non producebat, per hanc ſcientiam ceſſat illa tacita conditio,ſi petatur.ergo etiã parte nõ petente,potuit hoc facere,quod cum fuerint legitime examinati, faciunt plenam fidem. ¶Septimò hoc probat examinatio facta poteſt tempus conteſtationis.hoc ſic:in quæſtione noſtra teſtes producti fuerunt examinati poſt litis conteſtationem. Nam regulariter poſt litis cõteſtationem fit examinatio teſtium, licet in caſibus fallit,vt C.de teſti. auth. ſi quis ab aliquo.& ibi not.ff.ad le.Aquil.l.in l.Aquil.ſi deletum.de teſti.l.curent.extr.vt lite non conteſt.per totum.Sed in his quę poſtea poſt lit.conteſta.contingunt,iudicis officium multum poteſt,adeo quod partis petitio non requiritur. vt l ędiles.§.item ſciendum. de ædil.edict. de rei vendi.l.vtique.& quod ibi nota iudica. ſolui.l. ſi ſeruus.de re iudi.l.ſi homo. cum ſi. ergo in quæſtione noſtra cum examinatio ſit facta poſt tempus conteſtationis, quo tempore officium eſt corroboratum, & multum poteſt,nec expectatur partis petitio: iudex potuit ꝑdictos teſtes examinare legitime,ergo faciunt plenam fidem. ¶Octauo hoc probat virtus poteſtatis atque interdicti.hoc ſic:Tanta eſt virtus iudicis habẽtis iuriſdictionem in ſuos ſubiectos,ꝙ per eam eis põt quæri act.ff.rem pup.ſal.fo.l.nõ quaſi.C.quãdo mul.tu. officio fun.põt.auth.matri & auiæ.& ibi no.ſumpta ex corpore,vt ſine prohi ma.de.& credi.§.quia vero.coll. 7.& ibi nota.& nota.in auth,de execut. & his qui conue.& recon.col.7.in prin.poſita.C.de lit.conteſt.auth. libellum.& ibi etiam no.& not.C.de epiſ.& cler.auth. generaliter.hoc eſt quod dicimus,ꝙ illud, quod facit iudex,ipſa pars facere videtur:vt de act.& obliga.l.ob cãm.ff.de euict.l.ſi plus.§.ſi iuſſu.vbi ex vẽdicatiõe facta per iudicem,datur actio de euictione in partẽ,ſufficit,ſi ipſe vendidiſſet ¶Ex his concluditur,ſi per iudicem põt quæri actio parti,ꝙ id,quod facit iudex,videtur facere pars ipſa,& non eſt dubiũ,ꝙ ſi ipſa pars produxiſſet dictos teſtes,facerent plenã fidẽ.ergo in quæſtione propoſita pars ipſa videatur produxiſſe, & per ipſum iudicem producentem ei quęratur ius,& ſic faciant plenam fidem,&c.

ADDITIO.

a ¶Tamen iudex.Not.ꝙ iudex ex officio poteſt recipere teſtes ad coadiuuandum accuſationem.vide etiã Bal.in l.presbyteri.C.de epiſ.& cle. & Nellũ de ſancto Gemi.in ſuo tract.de teſti.in 9.col.in verſ.debet iudex inquirere.Tho.Diplou.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt ex ſuo officio teſtes inducere, vt quæras vtrum reus ſit nocens vel innocens.*

2 *Iudex ſuper accuſatione ex ſuo officio inquirit & inueſtigat veritatem maleficij.*

SOLVTIO.Inuocato nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſalua opinione cuiuſlibet doctoris & ſcholaris,qui melioribus rationibus & iuribus moueretur & ſpecialiter patris & domini mei do.Ray.de Forli.cuius correctioni me ſemper ſubmitto: Dico teſtes eſſe legitime examinatos,eiſq; adhibẽdam plenã fidem: & hoc per aliquas rationes & iura pro hac parte allegat. Hoc etiam probo euidentius per quaſdã leges ſpeciales.Primo per l.ſi non defenderetur.in ſi.de pœnis.videtur caſus.Nam ibi dicitur,ꝙ ſeruo accuſato permittitur ꝙ ipſe ſe defendat.Item domino ſuo, vt eum defendat.Item ipſi iudici ex ſuo officio vt de innocentia
1 ipſius ſerui inquirat.¶†Patet ergo ꝙ põt ex ſuo officio teſtes inducere,vt quærat vtrum reus ſit nocens vel innocens.Item ſi poteſt pro vna parte,ſ.pro innocẽte,ergo pro alia.ideo nanque teſtis debeat dicere pro vtraque parte,vt in auth.ſed iudex.C.de epiſ.& cler.Huic accedat gl.quæ eſt ff.de condi.ob cau.da.l 3.§ ſi tibi iudicium.vbi dicitur,quod iudex ex officio ſuo põt compellere,aliquem,vt indicet malefactorẽ,licet pars hoc non poſſet ergo poſſunt extraneas perſonas in iudiciũ inducere,vt malefactum deducatur in lucem. Item de hoc videtur caſus C.de aboli.l.2.vbi quis petit abolitionem,& ſibi non conceditur,& per conſequens re-
2 manet occaſio. † Et tamen iudex ſuper dicta accuſatione ex ſuo officio inquirit & inueſtigat veritatem maleficij,& ſic poterit teſtes inducere. Ita videtur intelligere d.l.do.Cy.C.de accu.l.ea quidem. in vltima. quæſtio.Item hoc videtur determinari per text. in authent.de tabel.in princ.col.4.vbi dicitur, quod inſtrumentum erat productum, iudex ex officio ſuo miſit pro tabellione & teſtibus,vt veritatem inquireret: dicit ibi gl.hoc optime ſumitur,quod iudex modis omnibus laboret ad inquirendam veritatem.Et ſic ex tex. & gloſſ.patet,quod ex ſuo officio poteſt teſtes induce-
re.hoc etiam fortificatur ex l.j.§.ſin.ff. de quæſtio.vbi
a licet reus de crimine ſit confeſſus,tamẽ iudex(a) alios

na eiusdem concurrunt plura iura, ea iudicare debemus perinde, ac si concurrerent in diuersorum personis: vt ff. de adop. l. si consul. & de offi. præt. l. secund. de his qui pro tuto. l. tutorem. cum si. Sed nō est dubium, quo si vnus ordinasset, & alius interfecisset quod ordinator veniret puniendus: quia casus est statuti, non obstante quod homicidium fuerit commissum extra territorium, vt ex his quæ infra dicā, apparebit. ergo cū ista ordinauerit & tractauerit, saltem tanquam ordinator puniatur.

1 ¶ † Quintò probo sic: Quando tractatur de pœna imponenda ex aliquo delicto, tunc initiū debemus inspicere: vt ff. de poe. l. prim. in princip. & C. de fal. l. si quis decurio. in fin. & nota. ff. de nego. gest. l. Pomponius in negociis. in prin. Sed principium huius delicti fuit in ciuitate: ergo debemus ipsum inspicere, & sic homicidam condemnare. ¶ Sexto probo sic: De iure hoc est, quod licet vnus actus veniat ad perfectionem alterius: tamen si ille actus esset sufficiēs per se ad pariendam actionem, eam parit. Nam si delatum fuit iuramentum, & ex eo fuit lata sentētia, ex vtroque nascitur actio secundum opi. glo. vt ff. de iureiur. l. nam & postea. §. fin. & Cod. eodem titu. l. prim. & ibi not. Cum ergo hæc ordinatio peruenerit ad prefectionem homicidij, dicimus hunc homicidam in eorū ordinatione, quæ per se esset efficax, vt supra dictū est, posse puniri. ¶ Septimò, de tempore ad locum licita est argumentatio, vt dictum est. Sed hoc est, quando aliqua dispositio collata est sub conditiōe, quę consistit in facto quod difficulter fit: tunc quocunque tempore impleatur, nō refert: vt ff. de condi. & de. l. conditionum quæ in futurum. & plene no. eodem ti. l. secunda & C. de insti. & substi. l. si quis hære. Sed dispositio huius statuti confertur sub tali conditione. Nam dicit quod ordinauerit in ciuitate vel territorio, puniatur prædicta pœna: & hęc dispositio, scilicet si maleficium fuerit subsecutum, habet cōditionem consistentem in facto difficili: ergo quocunque loco impleatur, non refert, arguendo de tempore ad locum. ¶ Octauò probo sic: Quotiescūque lex disponit, si aliquid factū sit, tunc non refert à quo illud sit factum: vt ff. de here. petit. l. item veniunt. de quo consueuit dici. ff. de verb. obligation. l. cum seruus. sed cum hoc statuto dicatur, ordinatorem debere puniri, si maleficium fuerit subsecutum, non debemus distinguere à quo sit factum: ergo est puniendus. Et istud argumentum complet argumentum suprà proximè. nam suprà probatur, quòd non refert quo loco hoc probetur: quia non refert à quo. ¶ Nonò, quando tractatur de vindicta publica: tunc licet plura facta habeātur pro vno, tamē ex quodlibet per se venit imponenda pœna, vt ff. de iurisdict. omnium iud. l. si famil. Sed certum est quod hic tractatur de iniuria publica vindicanda: quia publicum iudicis officium, vt ff. de publ. iudi. l. prim. & quia rei publicę vtile est, & c. ergo licet alias ista plura facta habeantur pro vno, tamen habentur nunc pro separatis, vt sic ex vtroque possit puniri, ergo punitur ex ordina. tanquam ordinator. ¶ Decimò probo sic: quando ex diuersis factis descendunt plura maleficia, vel quod plus est, quando ex vno facto descendunt plura crimina, in primo ex vtroque venit puniendus, in secundo erit in electione actorum. Primum probatur ff. ad leg. Aquil. l. illud. §. j. & de priua. deli. l. nunquā plura. cum simil. Secundum probatur ff. de publi. l. j. §. inde quæritur. vi bon. rap. l. j. ff. arb. fur. cæs. l. j. cum simi. Cum ergo plura sunt facta, scilicet ordinatio, & factum ex vtroque debet detineri, vel saltem ex quo velit actor.

2 ¶ † Vndecimò probo sic: & primò præmitto, quod ille qui tractat de homicidio, dicitur esse principalis: alij dicuntur accessorij: argum. C. de accusa. l. non eo minus. & ff. de iniur. l. non solum. in princ. suæ glos. Hoc præmisso, sic arguo: quando principale & accessorium cōcurrunt in personam eiusdem, tunc principale est inefficax, & in accessorio potest agi, vt ff. de fideiuss. l. heres à debitore. §. quod si sit. ver. nec is & no. eo. ti. l. generaliter. Cum ergo hic ex homicidio non possit agi, quia in alterius territorio factū dicimus, quod puniatur extraordinarie. ¶ Duodecimò & vlt. in honorē duodecim Apostolorum. De hac q. videtur casus de verbo ad verbum, quod non obstante quòd in alio loco sit factū, homicidium puniatur, vt ff. de adult. l. & si amicis. vlt. respon. Item non obstante quod fecerit ipse vel alius, vt ff. de verborū signi. l. sępe. in fin. cum glo. sua quę est vltima. Item videtur casus C. vbi de cri. agi opor. l. j. & pro determinatione huius q. facit quęstio quā format Cy. in dicta l. prim. C. vbi de cri. agi opor.

ADDITIO.

a ¶ Statuto. De ista q. Bar. facit mentionem idem Barto. in extraua. qui sint reb. in ver. rebellādo. in pe. col. in versi. ex prędictis patet. & Bal. in l. j. in 5 colu. C. de hæ. inst. vbi dicit, quod Bar. disputauit istam q. Pisis. & vide Bal. etiam ibi in 4 co. & adde ad Bar. hic quę ponit Alex. in l. Gallus. § ille casus. in 2. col. ff. de li. & posthu. de Cast. in l. ex facto. §. ex facto. in fi. ff. ad Treb. & vide q. quam ponit Barto. in l. si vt proponitur. ff. de fideiusso. & quæ ibi scripta sunt per Alexā. de Imol. in addit. & ibi. & apostil. meam. Tho. Diplo.

b ¶ Quem extra territorium. Vide q. quā ponit Paul. de Cast. in l. quicunque in 2. col. C. de ser. fu. Tho. Dipl.

CONTRA, & primo sic: Quando aliquid fit in vno loco, & eius affectus confertur in alium locū: ibi factum esse videtur, vbi confertur effectus. Item secūdum statutum & consuetudinem illius loci est iudicādum. Primo probatur ff. de acti. & ob. l. contraxisse: & de bo. auth. iud. pos. l. tertia & no. C. vbi conue. op. qui cer. lo. promi. l. prima secundum probatur ff. de iudi. l. exigere. Sic ergo in quæstione nostra cum tractatum sit in ciuitate vel in eius territorio, & effectus collatus sit in alterius territorio, ergo non debemus eum puniře secundum statutum ciuitatis illius. ¶ Secundo probo sic: In publicis iudiciis initium non spectatur: vt l. penul. ff. si ex noxa. causa aga. secundum opi. glos. licet quidam reprobent eam. sed homicidium publici iudicij est, vt l. prim. ff. de publ. iudi. ergo non spectabimus eius initium, quod fuit in ciuitate, sed finē qui fuit ext. territorium, & sic non poterit puniri tanquam ordinator. ¶ Tertio probo sic: Clausula pręcedens intelligātur repetita in sequēti: vt l. prim. ff. de re. du. & de verborum obligat. l. Titia. præsertim cum apponitur dictio repetitiua, de quibus est dictio. item: vt probatur ff. de leg. tertio. l. in repetendis. & l. si pure. cum multis si. Cū ergo in statuto sit apposita dictio, item, & postea sic dictum maleficium fuerit subsecutum, debemus intelligere in ciuitate vel territorio. Cum ergo fit alibi, non debet de illo tractatu puniri. & videtur expresse casus Institu. de leg. Aquil. §. hoc tamen capite. in fine.

¶ Quarto probo sic. Quandoque obligatio principalis & accessoria concurrunt in persona eiusdem: tunc accessoria occultatur, & principalis remanet. Hoc probatur. ff. de duo. re. l. si reus. & fideiuss. l. generaliter. & l. Vranius. Cum ergo hoc tractauerit ex quo ille qui tenetur, accessorie tenetur, & interfecerit: ex quo quis tenetur principaliter, dicimus solum de homicidio teneri, & non de ordinatione: & sic vigore huius ordinamēti in ciuitate non possit puniri, nec alibi, vt dixi supra in xj. ratione, & dicam in solutione earum.

3 ¶ † Quinto & vlti. quando ex pluribus factis sequitur mors ex primis actibus, quis nō venit puniēdus, sed solum morte: vt ff. de leg. Aquil. l. illud in fi. eodem titu. l. si plag. in prin. cū simi. Cum ergo ex tali ordinamento sit secuta mors, ab eodem facto solum de morte debet puniri: & sic vigore huius ordinamēti in ciuitate nō puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio sola non est potentior causa, nisi ad aliud perueniatur.*

SOLVTIO. Christi nomine inuocato, dico talē occidentem, pœna illius statuti non esse puniendū per iura supra allegata, & specialiter per duas vltimas rationes. Ad hoc etiam induco leges, dicentes quod non debemus inspicere conditionem, quæ est tempora cōtractus, sed quæ e[illegible] eodem tempore quo actio sumpsit effectum: vt ff. ad Mocedo. l. si filiusfami. §. fi. & l. seq. & contra quæ leges videntur decidere hanc quæstionē, considerando rationes earum. Præterea, cum aliquid statuitur simpliciter, videtur dicendum de eo qui est in territorio: vt dicta l. cum vnum. §. is qui. Cum ergo simpliciter dicatur, si maleficium fuerit subsecutum, intelligendum, scilicet in territorio. ¶ Ad argumenta contraria respondeo, & dico quod nō obstat primum, quia dico, quod illud habet locum, si talia verba non reciperēt limitationem & declarationem à iure. Nam statuta bene recipiūt interpretationem declaratiuam & restrictiuam: vt l. vt gradatim. § & si lege. ff. de mu-
1 ne. & ho. & l. secunda C. de noxa. ¶ †Non obstat secundum argumentum: quia dico quod ordinatio sola non est potentior causa, nisi ad aliud perueniatur, nec in quęstione nostra proponitur, quod in ciuitate vel territorio ad aliquam aggressuram peruenerit: argumē. eorum quę nota. in l. si quis non dicam. Cod. de episco. & cle. & l. qui ea mente. ff. de fur. ¶ Non obstat tertia ratio. quia in l. quod ait peruenit ad actum immediatum, scilicet ad aggressuram & in quęstiōe nostra peruenit ad actum remotum, scilicet ad ordinationē. Vel aliter, lex illa loquitur quādo habet locum illud, quod vertitur in fauorem rei: secus, si in odium, vt in quæstione nostra. Vel aliter, quod dicitur, de tempore ad locùm est bona argumentatio: dico verum, quando eadem est ratio. hic est diuersa ratio: nam omni tempore statuitur, non omni loco. ¶ Non obstat quarta ratio: quia habet locum quando sunt iura pariter principalia: secus si vnum principale, aliud accessorium in quæstione nostra. hanc solutionem facit textus in l. si reus. ff. de duobus reis. ¶ Non obstat quinta: quia secundum glos. illud habet locum in priuatis delictis tātum. Vel aliter, principale dicitur ibi tempus delicti, non tempus ordinamenti. ¶ Non obstat sexta ratio: quia opin. gloss. est falsa. vt not. per Cynum C. de iureiur. l. prim. vel aliter, ibi vnusquisque actus posset parere actionem, hic non. Nam ex solo ordinamento, non secuto interitu, quis non ponitur: vt ff de verbo. signific. l. semper in stipu. cum infinitis similibus. ¶ Non obstat septima ratio: quia verum est quādo nō refert quo tempore fiat, si tamen fiat, sicuti debet, vt ex suprà scriptis apparet. ¶ Non obstat octaua: quia dic vt nota. per Dyn. in dicta l. cum seruus. Vel aliter dic: non refert à quo fiat, si omnium facientium eadem sit ratio. Sed hic est ratio diuersa: quia diuersi bene possunt teneri: vnus principaliter, alter accessoriè, sed vnus non. ¶ Non obstat nona ratio: quia specialiter est in albo prætoris, vel vt ibi nota. ibi sunt plures personæ, hic vna tantum, quæ deliquit. ¶ Non obstat decima quia dico quòd verum est quādo descendunt plura crimina pariter principalia. Vel aliter dic, quod est verū, quando vnum factum non tendit ad perfectionem alterius, per l. illud. ad l. Aquil. ¶ Non obstat vndecima: quia principale non est vtile, cum possit puniri de iure communi: vt l. j. C. vbi de cri. agi opor. & per l. desertorem. in princip. ff. de re mili. Si opponis quod saltem quo ad bona, inutile est: dico ꝙ causa bonorum, cū veniat accessoriè, de his curare nō debemus: vt l. 3. C. si pen. ap. mors interuenerit. ¶ Nō obst. duodecima ratio: & primo non obstat. l. si amicis. si pluralitas personarum tollit contrarium. Nam si ego præbui domū: & illi tractarent de adulterio: licet postea illi fecissent alibi: ego tamen teneor. Secus, si pro meipso de adulterio tractassem: nam tunc possum teneri de lenocinio. Item non obstat l. sæpe. in fi. cum sua gl. fin. de verb. signif. quia nō dicitur, quod ille qui fecit furtum, teneatur tanquam præstans opem: quia non posset teneri ad vnum tāquam principale & accessorium Item nō obstat. C. vbi de cri. agi opor. l. j. quia secundum primā lectu. facit pro me: secundum secundā, non obstat: quia ibi in locum violentiæ fuit delictum perfectum & cōsummatum. nam ibi amisit possessionē. secus in quęst. nostra. nam in ciuitate vbi ordinamentū factum fuit, non fuit aliquod factum perfectum. nam ex solo ordinamento non poterat oriri actio siue accusatio.

¶ Hanc quæstionē disputauit do. Bart. in scholis domini Iac. Bu. anno Domini 1333. die 15 Decembris. Barto.

VTRVM IVDEX POSSIT IVSTE DECERNERE, VT PUPILLA ALATUR PER SPONSUM EIUS.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest decernere, quod pupilla alatur apud eum, qui eius pudicitiæ possit insidiari.*

Quæstio 16.

QVÆRITVR, vtrum iudex debeat iuste decernere. quod pupilla alatur per sponsum eius. PRO parte negatiua. Et ad partem negatiuam quod non possit, arguitur sic.

1 †Primò iudex non potest decernere, quod pupilla alatur apud eum, qui eius pudicitiæ possit insidiari. C. vbi pu. edus. deb. l. pe. Sed sponsus pupillæ posset eius pudicitiam lædere, & audacius hoc faceret quā alius, propter spem futuri matrimonij: vt extra. de spon. cap. tertio. & de despon. impub. capitul. attestationes. ergo &c. ¶ Secundo ex eadem lege probatur sic: Iudex non potest decernere, vt pupilla alatur apud eū, à quo malis moribus informaretur, & ad vitam impudicam induceretur, vt dicta l. pe. prout intelligit glo. facit. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. scire oportet. §. pe. & fin. & de suspec. tu. §. fi. Sed cum pupilla est apud sponsum, sponsus sæpe amplexatur & osculatur eam, vt no. extra. de despon. impube. cap. prim. & sic de facto videmus vnde malis moribus informaretur: ergo apud eum nō debet ali. ¶ Tertiò sic: Quicquid fit, per quod libera facultas contrahendi vel disponendi matrimonium impediatur, est contra bonos mores: vt ff. de verborum obligatio. l. Titia. in prin. & l. stipulatio ista. C. de sponsa. l. fi. & extr. de spon. c gemma. & de cōdit. & demonst. l. cū tale. § si arbitrio. & hoc, siue talis facultas impudiatur expresse, siue tacite: vt ff. de cōdi. & demonst. l. cum tale. § Mæuiæ. & l. cū ita. eo. tit. Sed in proposito si iudex decernat pupillā à primo sponsali, impeditur facultas cōtrahendi matrimonij vel etiā disponēdi, ergo nō pōt fieri tanquā contra bonos mores. Hoc etiā probatur sic: Spōsa pōt alij nubēdo prioribus spōsalibus renūciare: vt C. de spon. l. j. & extr. de spōsa. c. requisiuit. Sed apud spōsum, eius timore nō posset libere renūciare: vt ff. de adult. l. si. postulauerit. §. ratio autem. nā nō morari in tuto loco, est iusta causa timoris: vt ff. ad Treb. l. de ætate & de leg. pręstan. sciendū. & est exemplū in casu isto extr. de sponsa. c. cū locū. ¶ Quartò sic: Spes futuri matrimonij nō debet dehonestari: vt ff. de adult. l. vxor. §. diui. ideo mulieres quæ fuerūt malæ vitæ, deterius nubunt, quia dehonestauerunt se: vt C. de nupt. l. imperialis. & de ritu nupt. l. palā. §. quę in adulterio-

terio.& de mino.l.auxilium.in princip. cum simi. Sed in proposito si omnis alia ratio cessaret, ista adesset. Nã posito quod libere ab illis sponsalibus recedat, alius non recipiet eam in vxorem ita de facili propter multa: quia à primo sponso osculata & tacta, licet non perfecte corruperit, quod est communiter exosum. Item quia primus potest dicere se eam carnaliter cognouisse, & quod sit vxor sibi vel non: vt extr. de desponsa impube. capitu. continebatur. Item potest dicere secũdus non sine causa fuit à primo viro repudiata, & sic cõtra puellam orietur aliqua suspicio ignominiæ, sicut cõtra militem à militia remissum: vt ff. de his qui no. infa. l. secunda. §. ingominiæ. & §. fin.

¶Quinto, quia de hoc videtur casus expressus extr. de despons. impube. ca. secundo vbi excepto vno casu vrgentissimæ necessitatis, pro bono pacis nõ debet permitti vt puella sponso tradatur, &c. ¶Sexto, quia talis vnio sponsæ ad sponsum non sit licita, videtur casus ff. de condic. & demonst. l. hæc conditio. in prin. & quando dies leg. ced. l. penult. & de iniur. l. si stuprum. & de pœnis. l. si quis aliquid. §. nondum. sed facere sponsam ali apud sponsum, est causa huius, vt virgo non viri potens corrumpatur: quod est prohibitum & pœnale, vt dictis legibus. ergo iudex non potest.

¶Septimo sic: Maritus non potest esse curator vxoris: vt C. qui da. tu. pos. l. maritus. & C. de excu. tut. amplissimi. & l. licet. sic nec sponsus potest esse curator sponsæ: vt C. de excu. tuto. l. fin. & Instit. de excu. tuto. §. vlt. item rescripserunt & ibi nota. Sed si apud eum aleretur esset eius personæ saltẽ curator quod iudex facere non potest.

CONTRA, quod Iudex debeat, vel saltem possit, probatur. ¶Primo: Leges quæ loquuntur de viro, extenduntur ad sponsum: vt ff. de fun. do. l. lex Iulia. & quæ loquuntur de vxore, intelliguntur de sponso. Cod. de bo. quæ libe. l. non fine. & de priuileg. credito. l. spõsa. & quod not. qui pot. in pignor. hab. l. assidiuis. Sed vir potest petere, vt vxor stet apud eum: vt ff. de lib. exhib. l. secunda Cod. de libe. exhiben. l. si ad instar. ergo eadem ratione iudex debet facere, vt puella alatur apud sponsum. ¶Secundo sic: Certum est quod in educatione pupillorum mater præfertur cæteris: vt C. vbi pupil. educ. l. prim. ideo quia in ea est præsumptio maioris affectionis. Sed sponsus præsumitur ad personam sponsæ habere maiorem affectionem quã mater. quod patet, quia sponsus potest accusare iure mariti, & sic præfertur patri & matri: vt ff. de adult. l. si vxor. § diuus & § si minor. coniuncta. l. secunda §. fin. eodem titu. Si igitur est maior affectio sponsi, ergo apud eum debet ali. ¶Tertio sic: Quilibet debet facere vt inter virum & vxorem cõcordia & amor vigeat, prout potest. Contrarium vero est reprehensibile, vt Cod. de repudiis. l. dissentientis. & Cod. de fur. l. fin. in fi. & instit. & substi tu. l. reprehenda. & de inoffi. testemen. l. test. & l. filia. ff. de libe. l. prim. § fina. Sed per cohabitationem quam simul facerent sponsus & sponsa, magis inducuntur ad se inuicem diligendum: vt ff. de manu. vin. l. si collectaneus. & Instit. quibus ex cau. ma. nõ lib. §. eadem quod etiam patet, quia personæ domesticæ propter affectionẽ repelluntur à testimonio. Cod. de testi. l. etiam. Si ergo ex cohabitatione inducuntur ad amorem & dilectionem, ergo iudex qui hoc habet in sua potestate, vt ff. vbi pupil. educ. debe. l. prima. in principi. potest hoc facere.

¶Quatò sic: Si inter duos sunt contracta sponsalia, si quis eorum alteri nubat, licet matrimonium valet, cõsentiendo peccat, & ei imponitur pœnitentia de fide rupta. extra. de spon. capitu. sicut ex literis. & capitu. requisiuit. eodem. titu. vt in eis not. sed bonum est facere quod fides seruetur, vt ff. deposi. l. j. §. merito. & debet facere vt tollatur materia delinquẽdi deputãdo habitatiõem: vt ff. de offic. præfe. vr. l. j. §. quies. & §. penultimo. sed decernendo quod sponsa habitet cum sponso tollitur materia, ne frangat fidem nubẽdo alteri, & sic ne delinquat, & ne peccet. ergo iudex põt hoc iuste decernere. ¶Quintò sic: Ille iudex recte decernit, qui facit de filio id, quod faceret pater eius rectę & sanę mẽtis constitutus, vt Cod. de cura. furi. l. pen. adeo quod lex dicat, quod tutoris dati per patrem in testamẽto fides, est electa à testatore, nec requiritur alia inquisitio: vt Institut. de satisd. tu. in princip. de tute. §. fi. & C. de epi. audi. l. de curatoribus. & ff. de confir. tut. l. prim. & l. qui à patre. Sed ego video quod pater magno affectu paterno ductus, dat filiam suo sponso: vt ff. quod falso tut. aut. l. pe. & extra. de despon. impub. capit. ex literis. & capitu. duo pueri. ergo iudex potest hoc iuste decernere. ¶Sextò, quia de hoc videtur casus legum, ex quibus colligitur, quod sponsa licite traditur sponso, licet sit pupilla: vt ff. de priui. cred. l. secunda in fin. & quod fal. tut. autho. l. pe. & de adulte. l. si vxor. §. si minor.

¶Septimò, quia de hoc videtur casus Decretalium, vt extra. de spon. impube. capitu. continebatur. & cap. de illis. & cap. ex literis. & cap. pen. & eodem titu. capit. 3. lib. sexto & de test. capit. Raynutius. & si hoc licite potest fieri, ergo iudex potest iuste decernere per iura prędicta.

SVMMARIVM.

1 *Iudex iuste potest decernere quod pupilla alatur apud patrem vel matrem sponsi, vel similes personas in vna domo cum sponso. & numero 2.*

3 *Pupilla maioris septem annis an sit habilis cõsensu ad contrahendum sponsalia.*

SOLVTIO. Christi nomine inuocato, pro declaratione huius quæstionis præmittendum est, quòd pupillã ali apud sponsum, potest intelligi duobus modis. ¶Primò, apud sponsum principaliter, quòd ipsa sponsa principaliter nutrienda tradatur.

¶Secundò, quòd pupilla alatur vna cum sponso, non autem quòd sibi principaliter tradatur, sed eius patri vel matri vel fratri vel patruo simul cum sponso habitandi. Si primo modo intelligatur, dico quod regula est, quod iudex non potest iuste decernere quod pupilla apud sponsum alatur. fallit, si aliqua vrgentissima necessitas interueniret, vt extra. de despon. im-pub. capit. secund. vbi probatur regula & exceptio. & hoc probo de iure ciuili sic: Pupilla non posset tradi alicui, nisi ille esset talis, qui seipsum regere sciat: vt Codic. de legit. tut. l. fina. vnde si ponimus spõsum esse pupillum, vel pubertati proximum, non deberet ei tradi pupilla. Si vero ponimus sponsum esse maiorem: tunc posset eam verisimiliter immaturam corrumpere, & suæ pudicitiæ insidiari: ergo non potest iuste decerni quod apud eum alatur, vt ff. vbi pu. educ. debe. l. prim. & quod dictum est in prima ratione pro parte negatiua, probatur ff. de conditionibus & demonstrationi. l. hęc conditio. in princip. & quando dies legat. ced. l. patrem. & de iniur. l. si stuprum. & de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui nondum. Exceptio vero, scilicet quod hoc fallit ex causa vrgentissimæ necessitatis, probatur in dicto c. 2. de despon. impub. & ff. quod fal. tu. autho. l. penul. vbi pater, cuius affectio superat omnem, licite & ex causa filiam pupillã coniunxit sponso maiori: & probatur per ea, quę dicta sunt suprà in quinta ratione facta pro parte affirmatiua. Est autem vrgentissima causa, vt quia ratione pacis, vt d. c. 2. & idẽ si alia similis, vt quia apud aliũ nõ põt tute pupilla morari, vel forte est eius cõditionis, quod requiritur ita pręmature esse apud virũ. Ita intellige d. l. pe. extra. de despõ. impub. c. de illis. Si vero secũdo modo quæst. intelligeretur, vt dicatur ali apud sponsum vna cũ eo quod sibi principaliter tradatur: & tũc distinguo duos casus. Nam aut tutores, mater & consanguinei pupillæ, sunt de hoc in

concordia, vt patri vel matri, vel alteri in eadem familia cum sponso habitanti tradatur alenda, aut non.

¶Primo casu do regulam & exceptionem. ¶Regula est, quod iudex potest iuste decernere, quod pupilla apud sponsum alatur. Ratio, quia cum ad officium iudicis pertineat decernere, apud quem pupilla alatur causa cognita, & in causæ cognitione principaliter voluntas propinquorum attenditur: vt ff. vbi pu. edu. debe. l. prim. in princip. Et per hoc videtur casus C. de nupt. l. prim. vbi tunc recurritur ad iudicem, quando tutores & consanguinei non sunt in concordia: & vere intelligendo ibi loquitur de sponso, ad cuius domum pupilla debet mitti, & sic quodammodo contrahuntur nuptiæ. ideo lex illa posita est in titulo de nupt. & non in titu. de spon. alias illa lex non faceret ad titulum. Pro hoc facit, quòd quãdoque pater paterna affectione ductus, filiam mittit ad domum patris sponsi, vt extra. de despon. impub. capitul. ex literis. Pro quo facit, quod dixi suprà in quinta ratione pro parte affirmatiua.

¶Fallit hoc, si tutores & cõsanguinei pupillę essent viles seu inopes personæ, quæ de facili corrumperentur, vel manifeste, non bene eligant: tunc enim iudex ab earum voluntate recedet. quod patet, quia quandoque recedit à voluntate patris, vt ff. vbi pu. edu. debe. l. secũda in princip. multo magis à voluntate aliorum. Pro hoc etiam est casus ff. de lib. homi. exhiben. l. secunda. §. Iulianus. versi. si vero vtraque persona suspecta est.

¶Secundo casu quando tutores & consanguinei de hoc non sunt in cõcordia: tunc distingue duos casus. Nam quandoque sponso nihil potest obiici quod non sit dignus dictis nuptiis, nec ratio personæ, nec dignitatis, nec alia legitima causa. Quandoque circa personã spõsi est aliqua conditio, propter quam pupilla, si esset perfectæ ętatis & discretionis, in eum verisimiliter cõsentire non deberet. Primo casu pono regulam affir-
1 matiuam, quæ est, †quod iuste iudex potest decernere, quod pupilla alatur apud patrem vel matrem sponsi, vel similes personas in vna domo cum sponso. Item sunt personæ quę magis afficiuntur ad personam pupillæ: quia pater & mater sponsi, quo ad sponsam, parentis locum obtinent. vt ff. solut. matrimoni. l. quia patentis. & cessat omnis suspicio, ne insidiaretur pudicitiæ, immo magis fideliter bonis moribus informabũt, quàm alius prædicta ratione: non tamẽ dico quòd possit esse curator bonorum pupillæ: vt l. prim. in fin. de suspect. tuto. Sed solum personæ alimentatio ei committitur, in qua cessat ratio, quæ ponitur C. qui da. tu. pos. l. maritus. Et sic non obstat vltima ratio facta pro parte negatiua. & pro hoc faciunt omnes rationes factæ pro parte affirmatiua, & sic possunt intelligi leges quæ dicunt pupillam ductam in vxorem, quas in vltima ratione facta pro hac parte allegaui. Et per hoc cessant omnes rationes factæ in contrarium. Nam nõ insidiatur pudicitiæ, vt dictum est: nec informabitur malis moribus, immo bonis dominæ congruentibus, nec tollitur libertas matrimonij. Licet enim inducere mulierem vt nubat ei, cui honeste nubere potest: vt ff. de condictionibus & demonstrationi. l. cum ita. nec potest dici quòd per hoc spes futuri matrimonij dehonestetur: hoc enim est turpe, sperare quòd dicta sponsalia dissoluantur, cum nulla subest causa. Prædicta vera: quia iudex potest honeste decernere, nec impeditur ob hoc, quòd in domo est sponsus, nisi alia iusta causa impedimenti subsit. Illud enim non pertinet ad disputationem præsentem. Secundo casu quòd si esset perfectæ ætatis, in eum verisimiliter non
2 consentiret. ¶†Regula est, quòd iudex iste decernere non potest, quòd in eadem familia cum sponso alatur. ¶Primò, quia affectio paterna hoc non faceret, vt homini indigno nuberet, immo olim hæc erat iusta cã exhæredationis: vt ff. de bon. pos. cõtr. tab. l. 3. §. si emancipatus. ergo iudex debet facere, cuius affectio isto casu debet esse maior, quam paterna. Præterea, inhonestum est dare causam, vt fit vxor eius, cui non potest honeste nubere: vt dicta l. cum ita. de condic. & demonstra. Et hoc casu habent locum omnes rationes factæ pro parte negatiua. Nam sponsus timens, veniẽs ad ætatem, eum repudiet, cum causa subsit, eam ante tempus stuprabit, & pater patietur: & sic pluries factũ vidimus, & sic insidiabitur pudicitiæ pupille, & eam malis moribus informabit, nec erit libera in aliis nuptiis contrahendis, & spes futurarum nuptiarum fœdabitur: & multa alia mala sequentur. hoc etiam declarat æquitas.

3 ¶†Cum enim pupillę maioris septem annis sit habilis consensus ad contrahendum sponsalia, vt l. in sponsalibus. ff. de despon. & extra. de despon. impube. capit. primo lib. sexto forte puella propter vnum pulchrum vestimentum, vel propter aliud iocale consentire in aliquem tanquam in sponsum: quod verisimiliter non faceret, quãdo ad perfectos ætatis annos deuenisset. Nõ est ergo congruum vt apud alium alatur, nec facultas nubendi alij, sibi auferatur. Sic ergo officium iudicis isto casu nõ decernet, vt pupilla apud sponsum alatur, verum quod mulieres, & maxime pupillæ, de facili corrumpuntur insidiis & blãditiis: vt C. de rap. vir. l. j. circa fin. debebit ali apud personam nõ suspectam alicui partium quæ eam non subducat, nec inclinari faciat in aliquam partium persuasionibus, insidiis vel blanditiis. Sed cum erit voluntatis perfectæ, posset libere suã voluntatem exprimere, an in talem sponsum consentire velit, vel non. vt extra. de spon. capitul. cum locum. facit extra. de restitu. spoli. capitu. ex transmissa. & debebit esse ista mulier ad talem modum, non solum donec erit pupilla, sed & post, donec talis contentio finitur, an vxor esse velit illius sponsi: vt ff. de libe. exhi. l. 3. §. penul. Et prædicta vera puto, etiamsi pupilla sit apud sponsum. Nam poterit peti à iudice, vt decernat apud quem alatur, & ex causis prædictis iudex separabit eã à sponso. Facit ad hoc 33. quæstio secund. capitu. de matrimonio. Non obstat, si dicatur, spõsus est in quasi possessione sponsę, & non debet ea priuari, sed spoliatus debet restitui: quia hoc non est verum. vt no. per Innocen. & Ioan. And. extra. de restitu. spolia. capit. ex parte. vbi vide. Præterea spoliatus est ea iste, vt dictũ est.

AN STANTE IVRE MVNICIPALI, QUOD PERCUTIENS ALIQUẼ DE NOCTE, DEBEAT PUNIRI IN CẼTUM. AC ACCUSATO ALIQUO DE VULNERE COMMISSO, VULNERÉQUE PROBATO, SED NON DE NOCTE, ACCUSATUS IN ALIQUO PUNIRI DEBEAT.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio in nocte videtur esse collata, sicut stipulatio in diem.*

2 *In dubio magis est dicendũ, vt res potius valeat, quã pereat.*

Quæstio 17.

a IVRE municipali (a) cauetur, quod si aliquis percusserit de nocte, debet puniri in centum. Accusatus est aliquis de vulnere commisso de nocte: probatum est de vulnere, licet de nocte non.

¶Quæritur, nunquid debeat puniri in aliquo. Item si petitum est in libello, (vt quotidie petitur) cum puniri secundum formam iuris & statutorum, & est probatum, quo iure debeat puniri, & est contentus alteram tantum allegari, & vnam solam vel ambas, si sibi

sibi videbitur. Circa primum potest allegari pro vtraque parte.

PRO parte negatiua. ¶ Primò, pro parte accusata quod nó puniatur in aliquo, facit accusationis forma. Nam ab ea non est recedendum, vt l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exerc. & ff. de instito. l. sed & si pupillus. §. códitio Pro hoc facit quod habetur in l. qui habebat. ff. de instito. & l. tertia ff. ad leg. Aquil. & vide quod ibi not. per do. Franc. de Tigri. & si recederetur, non valet quod agitur: vt C. de prædiis decur. l. prim. lib. 10. C. vnde vir & vxor. l. prim. ¶ Mutatio enim rei seu formæ facit rem aliam. Nam si non est probatum de nocte, videtur aliud delictum obiectum quam probatum: quia sicut mutatio rei facit aliam rem: vt l. nil. §. sed & si quis. de actio. empt. & l. Seia. de auro & argen. leg. sic videtur aliud delictum, ex quo non est de nocte probatum. Nam ex eodem facto poterūt duo crimina nasci. l. vulgaris §. sed & si quis. ff. de fur. & Cod. de accusa. l. qui de crimine. & de adult. l. si adulterium cum incestu. & secundum formam accusationis danda est sententia. Pro hoc l. habebat. ff. de institu. secundum vnum modum. Idem facit temporis appositio. nam tempus noctis facit aliud delictum videri, vt l. aut facta. §. tempus. de pœ. ff. de iniur. l. prætor edixit. in fin & Cod. de cri. sacri. l. sacrilegij. & aliud intentatur. Nam aliud est delictum diei, & aliud noctis. l. Gracchus. Cod. de adult. & ff si quis test. lib. esse ius. l. prim. §. nunc autem improbato. ergo non est accusatus: vnde non debet puniri. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff de mune. & hono. Cod. qui accusa. non pos. l. tertia & sententia iudicis debet cógruere petitioni. l. vt fundus. ff. commu. diui. & benigna fit in delictis interpretatio. Nam quádo non constat delictum commissum, vel constat, sed ignoratur, quare absoluendus potius quam condemnandus est, vt absentem. & l. si præs. s. & l. interpretatióe. ff. de pœn. & l. hoc enim. ff. de suspec. tuto. ad leg. Aquil. l. sententiam. §. cum sacramenta. Præterea separatione improbata, iudex habet super toto pronunciare, nó super parte. ff. de arbi. l. qualem. §. adiicere. C. de appellation. l. eos. ibi: si cœperit, &c. ff. famil. erciscun. l. in hoc iudicio. & nota l. Pomponius. §. sed his. & ff. de procurat. ¶ Item facit temeritas accusantis. ille accusauit de delicto commisso de nocte. adstrinxit se ad duo: vnde nil videtur fecisse, nisi totum probauerit. C. de fal. l. fina. & l. cum hi. §. si prætor. ff. de transaction. ff. de eden. l. j. §. diem. sibi ergo imputet accusator, vt l. si fideiusso. §. necessaria l. de die. ff. qui satisda. cogan. Ná
1 tota accusatio in nocte videtur esse collata, sicut alias stipulatio in diem: vt ff. si quis cau. l. si cum. §. homo sisti. & ff. de verborum obligatio. l. in hac. Item facit certitudo maxima in delictis. si enim in ciuili vbi esset dubium, non fit condemnatio: vt ff. de rei védicatio. l. Póponius. §. fina. fortius in criminalibus. Non enim debet tanto crimine vagari, vt ff. de dolo. l. item exigit. ff. de iniur. l. prætor. in princip. & l. libellorum. ff. de accusa. Quid plura? præcauendo sibi in vno casu, non videtur sibi præcauere in alio, vt ff. soluto matr. l. si cum dotem. & de lib. & posth. l. commodissimè. Præterea vbi quæstio de re & tempore, non sufficit alterum probari: vt ff. de test. l. ob carmen. §. fina. pro hac parte sunt leges quæ optime faciunt, vt ff. de adult. l. denunciasse. §. quid tamen. & ff. vi bono. rapt. l. prætor. §. hoc auté. versi. docere. & nau. caupo. sta. l. debet. in principio. & de incendio, ruina, naufragio. l. j. §. si suspicio. Ex istis ergo & aliis quæ possent allegari, dicendum est, ipsum totaliter absoluendum.

ADDITIO.

a ¶ Iure municipali. Vide de ista quæstione per dominum Alexand. de Imol. in l. qui vxori. §. quid tamen. ff. de adult. in lect. Bart. in addi. magna in princip. Thomas Diplo.

ECONTRA, quod debet puniri, ac si non esset inserta noctis adiectio. nam adiectio noctis, non vitiat præcedens. vt argumen. ff. de ver. obli. l. j. §. si decem. §. mihi. & l. inter stipulantem. §. si stipulatur. & l. quæ extrinsecus. & ff. de confes. l. sed & si decem. de dolo. l. sancimus. Item probat verborum separata prolatio. Nam ex fictione iuris videtur duo dixisse, scilicet cōmissum delictum, & de nocte. duo sunt præcepta arbitri. licet ergo non procedat condemnatio ex eo quod de noctę, temen procedere debet de vulnere. ff. de arbi. Celsus. & ff. de lega. prim. l. si vnus. §. si seruus. & de condi. insti. l. si quis ita. & de diuor. l. patrono. Item hoc probat delictis identitas: nam idem videtur esse delictum. Videtur enim adiici, de nocte, potius causa aggrauandi delictum, quam aliud faciendi. l. prim. in fin. ff. de abigies. & sepul. violato. l. tertia. §. aduersus non dicitur ergo destruere quę aguntur. ff. de leg. prim. si cui secundū omnes. Item hoc probat accessorij parua potestas. Nam licet deficiat accessorium, nihilominus remanet principale. ff. de contrahen. emp. l. si emptióe. & l. quanius. de legat. prim. & l. si ancilias. & de pecu. lega. l. tertia. & de manu. testamen. l. si ita fuerit. in fin. de ven. in posses. mitten. vbicumque §. si. Accessorium enim non amouet principale, vt legibus præallegatis: sed principali amoto, remouetur accessorium: vt C. si reus vel accusator mortuus fuerit. l. fin. & Cod. si penden. appella. mors interue. l. tertia non enim respicimus accessorium, sed principale: vt ff. de in diem addict. l. tertia §. primo. In iudiciis enim pro actore interpretamur, vt ff. de iudi. l. si quis intentione. & de verborum obliga. l. inter stipulantem. § prim. ff. qui satisda. cogan. l. de die. in principio. Nam etiam in delictis in dubio fit condēnatio. l. item Mela. §. si plures. ff de Aquil. & tangitur. ff. de fruct. l. fin. Item actus separati, quorum vnus non vitiat alium, vt ff. de aqua quotid. & æsti. l. prim. §. Trebatius. & ff. quod fal. tut. auth. l. j. §. Pōponius. de stip. ser. l. sed & si. econtra immo quodammodo coniuncti vnus nó vitiat alium: vt ff. de testa. tute. l. quarto. Item optime facit ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta. Nam sicut ibi scientia vel ignorantia non est de substantia delicti, sic nec hic nox. Item quod nox nó sit de substātia, patet: quia nox non est apponenda in libello, sicut nec dies: vt ff. de accus. l. libellorum.
a ¶ †Præterea, in dubio magis est dicendū, vt res potius valeat quá pereat: vt ff. de rebus dubiis l. quoties. ¶ Ista sufficiant in prima quæstione, alia ad præsens soluere non intendo, & própterea allegare non curo.

SVMMARIVM.

1 *Scientia vel ignorantia non facit aliud delictum, considerata serui persona.*

SOLVTIO. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato, salua semper meliori sentétia, Dico quod non debeat in aliquo condemnari. & hoc per leges allegatas. Primò non obstant leges allegatæ. secundo scilicet l. prim. §. si mihi. de verborum obligation. §. si decem. & aliæ similes allegatæ, quæ loquuntur quando extrinsecus adiicitur, seu non attinens præcedétibus. secus vbi adiicitur necessarium, vt cohærens. arg. ff. de admini. tuto. l. cum quæritur. de dam. infect. l. prætor. in fin. & de procura. l. in causæ. pro ista responsione optime facit de verbo. obligatio. l. j. §. si quis simpliciter. Prçtereà in legibus istis est certitudo respectu stipulantis, hic vero respectu accusantis: quia non de nocte. ad aliam scilicet ad l. Celsus. de arbit. respondet, vt ibi not. argu. ff. de condi. & demonstra. l. hçc scriptura. ¶ Ad secundum nó videtur idē delictum: quia delictū cósideratur respectu pœnę, vt l. quod ad stat. ff. de pœn. & de public. iudi. l. secunda ad illud, accessorij parua potestas. quod vbi accessorium est separatum à princi-

pali,habent locum primo allegata. Ad illud in iudiciis pro actore &c. locum habent in his quæ pertinent ad decisionem, vt primo allegaui. Ad illud, actus separati, &c. satis est responsum: quia non dicuntur separati, immo coniuncti, argumen. de verborum obligatio. l. j. §. cũ adiicit. Ad illud, potius res valeat &c. dico, quod si ignoratur vel qualitas in quæstione proposita, non valet quod agitatur, vt in allegatione prima. Secus, vbi certum delictum vel delicti qualitas. l. item Mela §. sed & si plures ff. ad leg. Aquil. licet ignoretur de persona.
2 Ad §. si detracta. dico quod † scientia vel ignorãtia nõ facit illud delictum, considerata serui persona. Itẽ nec dominum, quia semper est in obligatione dandi, licet quandoque ex ignorantia domini in solu. sit datum noxæ in obligatione: vt ff. de re iudica. l. miles. §. decem. sed in quæstione nostra aliud potest dici, considerata persona delinquentis, delicti, diei, & noctis, & est aliud vt in prima allegatione satis est euidenter ostensum. Et vide hanc materiam in l. denunciasse. §. quid tamẽ. ff. de adult. & in cõpendiosa de questionibus circa materiam probationum in tertia quæstione.

AN PVPILLO, CVI ERAT extraneus substitutus, decedente post annum à morte Patris, cui non petitus erat interim tutor nec a substituto, neque etiam à matre: succedere debeat substitutus, vel mater, aut neuter.

SVMMARIVM.

1 *Ille, cui incumbit onus petendi tutorem, tunc tenetur quando nullus est cui legitima tutela deferatur.*
2 *Quando sunt duæ causæ, quarum vna est naturalis, & alia accidentalis, naturalis præfertur..*
3 *Non tenetur quis facere, quod factum non releuat.*

Quæstio 18.

a PVPILLVS, (a) cui erat extraneus pupillariter substitutus, decessit post annum à morte patris, nullo ei existente petito tutore, à substituto, vel à mate. Quæritur, an ipsius hereditas deferatur substituto vel matri, vel neutri. ¶ Et primo videamus de persona substituti.

PRO parte negatiua contra substitutum. Et quod ipse non admittatur, videtur casus in l. sciant. de legi. hæred. & pro ista parte non est aliquid contra eum allegandum. Econtra quod iste substitutus admittatur. ¶ Primò, quia videtur casus ff. de excu. tuto. l. amicissimos. in princ. vbi propter tutelam non administratã, non repellitur ab hereditate sibi delata ex substitutione. Facit eodem titut. l. tutor petitus §. primo. Casus etiam videtur in l. credendum. §. si vero maritus. infrà eodem vbi propter non petitum tutorem non perduntur ea, quæ debentur alicui iudicio defuncti.
1 ¶ † Secundo sic: Ille cui incumbit onus petendi tutorem, tunc tenetur, quando nullus est, cui legitima tutela deferatur: vt ff. qui pet. tuto. l. secund. & nota. in l. mater. C. ad Tertullia. Sed hæc mater est, quæ omnem legitimam præcedit. in authentic. matri & auiæ. quando mul. tuto. offi. fun. pôt. & in corpore. ergo substitutus excusatur, si tutorem non petierit.
2 ¶ † Tertiò sic arguitur. Quando sunt duæ causæ, quarũ vna est naturalis, & alia occidentalis, naturalis præfertur: vt ff. de tutel. l. qui habet. in princip. Sed hic est mater, cui incumbit onus petendi tutorẽ ex causa naturali. quia materna pietas facit eam teneri. Ad hoc C. qui pet. tut. l. matris pietas. & l. seq. Itẽ est substitutus, cui incũbebat onus petẽdi tutorẽ per accidens, quia substitutus: vt dicta l. sciant. ergo mater anteponi non potuit, ergo substituto negligentia imputatur, donec eũ præcedit mater. argumen. l. fi. Cod. qui admit. ad bono. poss. possunt de succes. edict. l. j. in princip. cum simil.
3 ¶ Quarto † sic probatur: Non tenetur quis facere quod factum non releuet: vt supra. si quis in ius voca. nõ ierit. l. secunda in fi. de arbit. l. arbiter qui Calendis. & l. hæc stipulatio. §. diuus. vt lega. no. cauea ff. Sed si substitutus petiisset tutorem, non releuaret aliquid: quia mater in petẽdo præfertur, adeo quod iudex debet dare illum, quem ipsa petit, vt in auth. de nup. § si quis autem tutelam. columna quarta glo. tenet in l. si quis sub condition. supra de testa. tute Secundum videamus de matre, quòd mater repellatur à successiõe, si nõ petiit tutorem. sunt casus multarum legum infra ad Tertyl. l. secund. §. si mater. qui pet. tuto. l. tertia. C ad Tertyl. l. mater. qui pet. tu. vel cur. l. fi. & Insti. ad Tertyl. §. pe.

ADDITIO.

a ¶ Pupillus. Adde ꝙ ista quæst. est inserta per Bar. de verbo ad verbũ in l. si minores. ff. qui pet. tu. & ibi vide. & vide Bar. in l. nepotibus. C. qui pe. tut. & in l quid ergo. § j ff. de his qui no. infa. & in consil. suo quod incip. an dies. Et de materia vide Pe. de Anch. in cõsi 99. pro declaratione quæstionum. & in consilo. 242. omnia iura. & Bal. in l. matres. C. ad Tert. & Ange. de Are. in §. actionum in 9. colu. Instit. de act. & vide etiam Mariã. Soc. in consil. 20. in primo vol. inci. visis. in tertia colu. vbi etiam dicit, quod istam disputationem habet pro consilio Bar. in ordine. 113 Tho.

ECONTRA, quod mater admittatur ad hæreditatem, probatur. ¶ Primò sic: Tutor testamentarius præfertur matri, vt C. quando mul. tut. offic. pot. auth. matri & auiæ. & in corpore vnde sumitur. colu. 8. ergo & eodem modo substitutus, cui incumbit onus petendi tutorem, in petendo præfertur matri: cum à testatore sit substitutus, non est ergo quid imputetur matri, si non petiit, cum ad petitionem non fuisset admissa.
¶ Secundo sic: Matri imputatur, si non petiit tutorem filiis, quando ipsa habet ius succedi, & in illo iure est prima: vt ff. ad Tert. l. 2. §. si mater cum si. & ideo dicit lex, ꝙ eis, quorũ causa in successione non est prima & potentior, non imputatur si tutorem non petierit: vt l. 2. §. fin. ad Tertyl. & C. qui pet. tut. l. si vero. C. de legiti. here. l. sciant. sed in proposito in succedẽdo causa substituti pupillo est prima & potior, ergo matri non imputatur, si tutorẽ nõ petiit. ¶ Tertio sic: Tunc matri imputatur, si tutorẽ non petiit filiis, quãdo filius decedit intestatus, vt infra ad Tertyl. l. 2. §. si mater. ibi, intestatorũ filiorum. Sed quando filius habet sustitutum pupillariter, non potest dici intestatus, ergo &c. videtur ergo in dictis legibus casus pro matre, cum nullo alio modo posit pupillus esse testatus, nisi quando habet substitutum, & sic in casu legis non grauatur mater in petendo tutorem. ¶ Quartò sic: Quando filius decessit pubes, matri non imputatur, si tutorem non petiit. Ratio: quia tunc iste filius potuit sibi prouidere testãdo & petendo curatorẽ. C. ad Tertyl. l. matres. qui pet. tuto. l. matres in fi. Sed illa eadem ratio est in casu proposito, quia prouidit pater filio pro eo testando, & dãdo sibi personam, quæ poterit tutorem petere, ergo nõ est quid matri imputetur &c. quod neutri debetur, probatur. ¶ Primo pluribus incumbit onus petendi tutorem pupillo, si vterque negligit, vnus non excusatur propter alium: sed ambo puniuntur, vt patet in matre & liberto: vt ff. qui pet. tut. l. secund. & C. qui pet. tuto. l. secunda ita in proposito, substitutus propter matrem non excusatur, & sic tanquam negligens non potest succedere, per l. sciant. Cod. de legi. here. Item mater propter substitutum non excusatur, & sic ipsa ab hæreditate excluditur per dicta iura, ergo & alij venien-

nientes ab inteſtaro ſuccedunt. ¶ Secundò ſic: Generaliter quandò plures tenentur ad aliquid dandum vel faciendum, vnus per alium non excuſatur: immo nihil prohibet omnes in mora conſtitui, & omnes incidere in pœnam, vt infrà de verb. obligat. l. 2. §. 1. & §. fi. l. ea. §. Cato. C. de duobus reis. l. fi. ita in propoſito nec mater propter ſubſtitutum, nec ſubſtitutus propter matrem excuſatur, ſed vterque incidit in pœnam legis, & ſic ſucceſsione priuatur, & alij ſuccedũt. ¶ Tertio ſic: Quandò pluribus incumbit onus aliquid faciendi, licèt ſit talis conditio, quòd vnus alteri præferatur donec vnus occupet, interim ambo dicuntur in mora: vt infrà de adult. l. ſi maritus præueniat. in princip. vbi videtur caſus quæſtionis noſtræ: licèt ergo in petendo tutorem, mater præferatur ſubſtituto, vel ſubſtitutus matri: tamen quilibet eſt in mora, donèc ad iudicium prouocetur: & ſic vterque excluditur, & alij ſuccedunt. Quartò ſic: Matri incumbit onus, petendi tutorem filij iure quaſi naturali propter pietatem maternam: vt C. qui pet. tuto. l. maritus. & eo. titu. l. fin. & ibi not. Sed hæc pietas materna nõ tollitur, licèt filius habeat ſubſtitutũ. Durat' ergo ratio legis: & ſic iſti ſubſtituto incumbit onus petendi tutorem propter ſpem ſucceſsionis: quia ſpes durat, etiam ſi ſit mater. Apparet ergo, cum ratio legis duret in vtroq;, q vterque excluditur, & alij ſuccedunt.

SVMMARIVM.

1 *Quis vult ſubſtitutũ excludere à ſubſtitutione directa pupillari: tũc excluditur, ſi intra annũ ceſſauerit.*

2 *Propter factum patris, poteſt omitti hereditas ex teſtamento impuberis, & ſic impubes inteſtatus decedat.*

SOLVTIO in quæſtione prædicta. ¶ Primò aduertendum eſt, quod de perſona ſubſtituti, circa quam dico, quòd ſi quidem quis vellet eum repellere: quia cũ tutor eſſet teſtamentarius vel legitimus, ſe excuſat, & non poteſt: vt ff. de excu. tu. l. amiciſsimos. in princi. & l. tutor petitus §. 1 eo. titu. & iſte caſus non pertinet ad quæſtionem noſtram. Si quis verò vult ſubſtitutum à ſubſtitutione repellere: quia, pupillo non habenti tutorem non petijt tutorem, tunc aut per hoc quis vult ſubſtitutum repellere à ſubſtitutione fideicommiſſaria, & non poteſt: quia illud conſequitur ex bonis teſtatoris, non pupilli: vt ff. qui pet. tuto. l. credendum. §. ſi verò maritus & intelligunt doct. in l. ſciant. C. de le-
1 gi heredib. ¶ † Aut quis vult ſubſtitutum excludere à ſubſtitutiõe directa pupillari: & tunc excluditur, ſi intra annum ceſſauerit: vt dicta l. ſciant. & no. ff. qui pet. tuto. l. 2. quod intelligo. niſi excuſetur aliqua iuſta cauſa, vt quia ſubſtitutus eſt minor, vel alia cauſa, vt diximus in matre: vt ff. ad Tertyllian. l. 2 § ſi mater. & § ſequen. & quod not. C. ad Tertyl. l. matres. intelligo iuſtam cauſam eſſe ſi ſubſtitutus ignorat ſe ſubſtitutũ. C. qui pet. tut. l. 2 §. ſi mater. verſi. ſed ſi fortè abſens. & propter abſentiam mater excuſatur: eodem modo propter ignorantiam. Facit l. prima. ſupra de iuris & facti ignorantia. & quis ordo in bono. poſſeſ. ſer. l. 2. in prin.
• nec excuſatus ſubſtitutus ideo, quia pupillus matrem habet, vt oſtendam reſpondendo rationibus factis pro hac parte, ſcilicet ad excuſandum ſubſtitutum non enim obſtat l. amiciſsimos. nec l. tutor petitus. ff. de excuſation. tuto. nec l. credendum. vt ſupra patet. ¶ Non
a obſtat ſecunda ratio (a), quæ dicit ſubſtitutum excuſari: quia mater eſt, cui legitima tutela defertur: quia illa non eſt nec cogitur, ſed ei permittitur ſi vult: vnde
b per eã nõ excuſatur ſubſtitut⁹, quin petere debeat (b). Ita determinat Dyn. in l. 2. ff. qui pet. tuto. quod verum eſt. non enim ſpes eius, qui poteſt eſſe, excuſat aliquem à petendo tutorem interim, ſed ſufficit quòd non habeat defenſores, vt d. l. 2. qui petant tuto. in principio.

¶ Non obſtat tertia ratio, ſcilicet cauſa naturalis præfertur accidentali: quia illud verum eſt, quando effectus illarum cauſarum ſe non compatiuntur ad inuicem, ſed quando ſe compatiuntur, vna concurrit cum alia: quod patet per omnia iura, in quibus concurrit obligatio ciuilis & naturalis. Ita in propoſito nihil impedit quin mater teneatur petere, & etiam ſubſtitut⁹: ſicut tenetur mater & libertus: vt dicta l. ſecunda. qui pet. tuto. ¶ Non obſtat quarta ratio, ſcilicet quòd ſi ſubſtitutus peteret, non releuaret eum, cùm iudex dare debeat petitum à matre: quia illud non eſt verum, vt dixi: licèt ſit opinio multorum: vt dicta l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tute. Sed poſito quòd illud eſſet verum, tamen propter hoc ſubſtitutus non excuſaretur: quia interim donec mater taceat, ſubſtitutus dicitur eſſe in mora, & ei currit tempus: licèt mater veniẽs præferatur, vt l. maritus. in principio. ff. de adulte. qui caſus eſt nota. ad hoc. ¶ Secundò videndum eſt excluſo ſubſtituto, an mater admittatur, an verò & ipſa excludatur, quia tutores non petiit: & loquor de matre maiore 25. ann. quæ nullam habet excuſationẽ de his, quæ ponuntur in l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tert. & quod not. C. ad Tertyl. l. matres. Solũm ergo hic inueſtigãdum, an iuſta cauſa ſit excuſandi matrem: quia pupillus habet ſubſtitutum. Ad hoc videndum præmitto, quod de iure Digeſtorum neſſitas petendi tutorem, incumbit ſolum liberis & matri: & nullus alius propter non petitum tutorem priuabitur hereditate, niſi mater & auia, vt expreſſe dicit text. in l. ſecunda qui pet. tu. & ff. ad Tertyl. l. ſecunda § ſi mater. ver. ſi filius. per iura verò Codicis fuit introductum, quod neceſſitas imponeretur venientibus ab inteſtato, & ſubſtituti & alij priuarentur hereditate: vt Cod. de legi. hered. l. ſciant. licet gl. in d. l. ſecund. qui pet. tuto. videatur velle intelligere illum tex. vt non contradicat illi l. ſciant. Veritas eſt, quod olim à libertis & matre & auia non cogebantur petere, vt ibi expreſſe dicit text. nec ratio quæ habet locum in matre, habebat locum in aliis ſuccedentibus ab inteſtato. Nam ratio eſt materna pietas, vt l. matres. & l. fin. Cod. qui pet. tut. quæ ratio habet locum in matre & auia, & non in aliis. ¶ Et per hoc concludo, quod d. l. ſciant. corrigat iura antiqua & in hoc, & ſic eſt contra ius commune: debet ergo ſtricte intelligi, vt non extendatur vltra id, quod in d. l. expreſſum eſt. Ita dicit tex. C. de app. l. præcipimus. in fin. & quod no. in l. quod vero. & l. in his. de legat. Sciendum eſt etiam, quod matri incumbit neceſſitas petendi tutores filio confeſtim, id eſt, cum primum poterit. ita quod annus non tranſeat. vt ff. ad Tertyl. l. ſecund. §. confeſtim. ſed aliis ſuccedentibus ab inteſtato, & etiam ſubſtituto datur annus, vt d. l. ſciant. licet quidam doct. Moder. dicant, quod d. l. ſciant, debet intelligi, quod loquatur de anno. ſecundum formam illius. legis, §. confeſtim, ſ. quod ſtatim teneatur cum poteſt. licet annus non poſſit tranſire. Pro quibus facit text. allegat. l. ſciant cum dicit, ſi ſecundum legem non petierint intra annum &c. Ex eo enim quod dicit, ſecũdum legẽ, videtur ſentire, & referre ad dictum §. confeſtim, ſed hoc non eſt verum. Nam illud quod dicit, ſecundum legem, refertur ad verbum, petierint. Eſt ergo ſenſus talis, ſi ſecundum legem, hoc eſt, ſecundum modum legitimum & permiſſum in eis petendo tutorem: & tunc refertur ad d. l. ſecundã. qui pet. tut. immutatur ergo d. l. ſecunda. hodie. qui pet. tut. in hoc, quia olim poterant, ſi volebant ex permiſſione legis. Sed hodie imponitur neceſſitas, & ſi non fecerint ſecundum quod eis lege permittitur, perdunt hereditatem. Item ſtatuitur eis tempus, vt hoc faciant intra annum. Nec eſt mirum, ſi mater plus adſtringatur, quam venientes ab inteſtato: quia in ea eſt duplex ratio, ſcilicet materna pietas. Item ſpes ſuccedendi in venientibus ab inteſtato, & in ſubſtituto eſt ſola ſpes ſuccedendi, & iſta in

terpretatiò tãquam verior tenenda eſt, vt l. benignius.
ff. de legib. maximè cum l. ſciant. ſit contra ius commu
ne & pœnale. ¶ His præmiſsis, dico matrem non tene
ri. ſi non petet tutorem filio intra totum illud tempus,
intra quod ſubſtitutus poteſt petere. idque ſic probo.
Certum eſt quòd mater propter ſubſtitutionem pupil
larem excluditur à ſucceſsione filij totaliter etiam a le
gitima, vt C. de impub. & aliis ſubſtitutio. l. precibus.
& l. Papinianus. ff. de inoffi. teſta. §. ſed nec impuberis.
& extra. de teſta. c. ſi pater. libr. 6. ſed ei qui excluditur
per teſtamentum ſibi debita portione, eſt licitũ omit-
tendo facere quicquid poteſt, vt ille inteſtatus dece-
dat. nec videtur dolo vel culpa facere, ſed iuſtè dicitur
facere, & ab omni pœna excuſatur, & iſtud eſt multũ
approbatum per iuriſconſultum, vt ff. de lega. 2. l. cum
pater §. Titio. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtamen. l. accuſatus.
& l. qui autem. §. non ſimpliciter, & ibi not. §. ſi patro-
a nus & de inof. teſtam. l. ſi Papinianus. §. 4. ¶ † Et etiam
propter factum patris poteſt omitti hereditas ex teſta
mento impuberis: & ſic impubes inteſtatus decedat: vt
ff. de acquirend. heredi. l. Iulianus. aliàs incipit, l. ſi pu-
pillus. Licitum ergo eſt matri intra illud temp᷑, quod
datur ſubſtituto ad petendum tutorem, tacere, vt ſic
ſubſtitutus excludatur à ſucceſsione, ſi pupillus inte-
ſtatus decedat. Si enim diceres, matrem intra illud tẽ-
pus petere tutorem, iam præueniret ſubſtitutum, & ſic
propter tutorem non petitum, non excluderetur ſub-
ſtitutus à ſucceſsione: vt ff. ad Tertil. l. 2. §. ſi mater. ver-
ſicul. ſi fortè abſens. quod eſſet abſurdum & contra ra
tionem præcedentem: non enim tenetur ſubſtitutioné
cõſeruare, ſed magis infringere. Ad hoc etiam omnes
rationes factæ pro matre. Sed ſi eſſet iuſtituta in tabu-
lis pupillaribus in legitima ſua, tunc ceſſaret ratio ſu
pra dicta: vt dicta l. excuſatus. & dicta l. qui autem. §.
ſi patronus. & ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtamen. Item ſi po-
namus ſubſtitutum eſſe talis conditionis, quod impoſ
ſibile ſit eum excludi propter ceſſationem prædictã,
vt ſi ſubſtitutus eſt minor, nec eſt poſsibile effici eum
maiorem intra pupillarem ætatem eius cui facta eſt
ſubſtitutio: tunc enim in matre ceſſat ratio prædicta: ſi
ceſſauit petere tutorem, priuatur hereditate pupilli, ſi
quo modo ad eam deuoluitur, ſubſtituto mortuo, vel
repudiante, per dictam l. 2. §. ſi mater. & ff. qui pet. tut.
l. 2. & ff. qui pet. tuto. l. matres. cum ſimilib. Nec excuſa
tur mater propter ſubſtitutum: hoc enim illa lege ca-
uetur. licèt enim ſit ſubſtitutus, adhuc tamen ſubeſt
materna pietas, quæ facit eam teneri, vt dictum eſt ſu-
pra pro tertia parte. ¶ Non obſtat prima ratio, quæ di-
cit ſubſtitutum in petitione debere præferri, ideo ma
ter debet excuſari: quia poſito quòd eſſet verum quòd
ſubſtitutus præferri debet. tamen interim cùm ambo
negligũt, vtriq; imputatur negligentia: vt l. ſi maritus
præuenerit. in princip. c. j. ff. de adulte. ¶ Sed an ſubſti-
tutus præferatur, poteſt eſſe dubium. pone matrem &
ſubſtitutum concurrere in petitione tutoris, & petũt
diuerſos tutores: quid faciet iudex? Reſpõ. nõ tenetur
ſequi conſilium matris, nec ſubſtituti: vt l. finali. ff. qui
pet. tut. & ibi no. dicam plene in l. ſi quis ſub conditio
ne. de teſtament. tut. Similiter non puto eum errare, ſi
præferatur ſubſtitutus. Nam in his quæ pertinent ad
tutelam, præfertur is, qui ſperat ſuccedere: licèt in e-
ducatione præferatur mater, vt C. vbi pupil. educ. deb.
l. fin. & ibi not. per gloſſ. ¶ Non obſtat ratio ſecunda:
quia illa ratio non procedit in matre, nec etiam ſi ſpe-
rat ſuccedere: nam materna pietas facit eam teneri ad
petendum tutores, vt dictum eſt. ¶ Non obſtat tertia
ratio: quia dictæ leges non imponunt neceſsitaté ma-
tribus petendi tutorem ſimpliciter. Sed ſi non petant
eum, priuantur ſucceſsione filiorum inteſtatorum: Vn
de ſufficit ad probandum eum pro tempore, quo ma-
ter vult ſuccedere, ꝙ filius reperiatur inteſtatus, quod
ſic fateor de iure antiquo, ſi mater eſt ſubſtituta, nõ pri
uaretur illa ſucceſsione, quia filius nõ eſt inteſtatus:
ſed hodiè priuaretur per l. ſciant. ¶ Non obſtat quarta
ratio: quia licèt teſtator prouiderit filio de hereditate,
non tamen prouidit ei de tutore, nec de eo qui petie-
rit tutorem directè, licèt ipſi ſubſtituto neceſsitatem
imponat petendi tutorem. ¶ Tertiò videndum eſt, an
aliquo caſu excludatur ſubſtitutus & mater, & veniãt
alij. Et conſtat quòd impoſsibile eſt ſubſtitutum exclu
di, quia tutorem non petiit. matris verò morte, vel re-
pudiatione Item econtra, matrem excludi propter tu-
torem non petitum ſubſtituto, repudiatione vel mor-
te: & tunc ſine dubio veniant alij: dubium verò eſt, an
ſubſtitutus & mater poſsint excludi propter non peti
tum tutorem, quæ dubietas deſcẽdit ex eo, quia lex vi-
detur velle quòd primo excluſo propter non petitum
tutorem, non excludatur ſequens: vt l. 2. in fi. ff. ad Ter-
tyl. qui pet. tuto. l. nepotibus. & l. ſciant. C. de legit. he-
redi. & hac l. ſiue ergo mater excludatur primò, puto
quòd non excludatur ſubſtitutus: ſiue econtra exclu-
datur ſubſtitutus, non debet poſtea excludi mater.
¶ Sed ad hoc dicendum eſt, quòd de iure antiquo aliis
à matre & auia non imponebatur neceſsitas petendi
tutorem, vt dictum eſt: ideo matre excluſa, ſequentes
agnati non poterunt excludi per negligentiam. Ita lo-
quitur l. 2. in fin. ff. ad Tertyl. & glo. ſupra allega. Sed ſi
eſſet mater & auia, cum vtrique imponatur neceſsitas
petẽdi tutorem, puto ambas poſſe excludi propter ne-
c gligentiam. per rationes ſupra dictas (c) pro hac tertia
parte: lex enim imponit neceſsitatem auiæ: nec diſtin-
guit, vtrum pupillus habeat matrem vel non. Credo
tamen quòd prius ad matrem debebat ſpectare, nec a-
uia debet celeri feſtinatione matrem præuenire: vt ff.
de iure fiſci. l. edicto. §. cum ante. C. de his quib. vt in
dign. l. ſorore. & quod ibi nota. & C. qui admit. ad bo-
no. poſſeſ. l. fi. Nec obſtat ff. de adulter. l. ſi maritus præ
uenerit. & quod dictum eſt ſupra Reſpon. ad illam le-
gem: nam mater & auia vocantur ex eadem cauſa pro
pter maternam pietatem, quæ cauſa reſpicit matrem
d per prius, auiam per poſterius (d). Ex iſto ordine incũ
bit vtrique onus petendi tutorem, ſed mater & ſubſti-
tutus vocantur ex duabus cauſis ſeparatis, quorũ quę-
libet habet ſe ad quemlibet per prius, & eis ſimul in-
cumbit onus petendi tutorem, ſcilicet matri, ratione
maternæ pietatis: & ſubſtituto, ratione ſperatæ ſucceſ
ſiõis. Simile in dicta l. ſi maritus. Prouocatur enim pa-
ter ad accuſationem ratione paternitatis, & maritus
ratione maritalis affectionis. licèt enim hæc ratio ſit
magis intenſa, vt l. 3. in fin. ff. de adulter. non tamen eſt
per modum prius & poſterius: ideo concurrunt, & ſi-
mul currit tempus, & prædicta de iure antiquo: de iu-
re verò Codicis, ſcilicet per legem ſciant. dico quòd
imponitur ſolum illis, quorum prima ſpes eſt ſucceſ-
ſionis patre mortuo: vt expreſſe ex text. illius legis col
ligitur. Si ergo primus excluditur propter non petitũ
tutorem, alius, cui poſtea incipit pertinere ſpes ſucceſ
e ſionis, non priuatur (e) ea, ſi tutorem non petiit: quia
illa lex hoc non dicit. nec debet extendi, cum ſit con-
tra ius commune, vt ſupra in puncto oſtenſum eſt. &
ſic gloſſ. in dicta l. ſciant, bene loquitur. Nunc ad pro-
poſitum dico, quòd poſsibile eſt, matrem & ſubſtitu-
tum ſimul excludi. propter non petitum tutorem: vt ſi
eſt ſubſtitutus, ſi matri in tabulis pupillaribus eſt reli-
cta legitima, vt ſupra dictum eſt in ſecundo puncto.

¶ Item & ſi ſubſtitutus eſt excluſus, primo, pro-
propter non petitum tutorem: tunc incipit currere
tempous matri. Ceſſat enim cauſa propter quam
excuſabatur. matri enim omni tempore quo filius e-
get tutore. ponitur hæc neceſsitas, ſiue tempore mor-
tis, ſiue poſtea. ideo leges vulgares ad hoc allega-
tæ, dicunt matrem etiam puniri, ſi prioribus reie-
ctis alios non petierit. Sed ſi poneres matrem ideo
excludi propter non petitum tutorem, quia primò
ei in

ei incumbebat onus: tunc est impossibile substitutum excludi. Exemplú: Pupillo est substituta mater primo loco, extraneus secundo loco: túc si mater excluderetur propter nó petitú tutoré, non excludetur substitut⁹: quia mortuo patre pupilli, prima spes successionis nó erat
f talis substituti: & sic ad eú nó porrigitur: d. l. sciant (f).

ADDITIO.

a ¶Non obstat secunda ratio. nota, quòd Bartolus hic vult, quòd substitutus non excusatur à pœna, propter hoc ꝙ subsit mater quæ est legitima tutrix, & ita intelligee Bar. in l. si minores. in 2. col. i ver. & per hoc determino tert. nostrum, in fine. ff. qui pet. tut. ꝙ si pupillus habeat legitimum tutorem, licèt non administret, ꝙ mulier q́ succederet ab intestato pupillo, excusaretur. & intellige illum legitimum tutorem, qui posset compelli ad tutelam: secus, si esset legitimus, qui non posset compelli: vt hic per Bar. Tho.

b ¶Quin petere debeat. Scilicet vt mater assumat tutelá, vel ei renuntiet, vt ad ipsum vel alios deuoluatur, vel vt alteri detur. Tho.

c ¶Per supradictas rationes. Tu dic subtiliter, vt not. Bal. in l. precibus. C. de impu. & aliis substi. & in l. 3. C. ad Ter. in ver. modò habui quæstionem de facto. Tho.

d ¶Per posterius. Vide quæ decidit per istam doctrinam Bar. doct. & præceptor meus Perusinus d. Pe. Phi. Cor. in consi. 234. in 4. volu. pro decisione præsentis cósultationis. in 3. col. Tho.

e ¶Non priuatur. Et contrarium videtur dicere idem Bar. in l. nepotibus. C. qui pet. tut. & vide Bald. in dicta l. sciant. C. de leg. here. Tho.

f ¶L. sciant. Adde quod ista quæstio fuit disputata per Bartolum Perusij, Anno Domini 1365. prout inueni in disputationibus Bartol. manuscriptis. Tho. Diplo.

EXPLICIVNT DISPVTATIONES Bartoli à Saxoferrato, Legum interpretis, & sunt numero xviij.

QVAESTIONES SEV DISPVTATIONES SVBTILISSIMAE ET VTILISSIMAE

Reuerendi domini Abbatis Panormitani, Ireconsulti celeberrimi, Senis & alibi per eum disputatæ.

SVMMARIVM.

1 *Papa habet in beneficijs plenitudinem potestatis, ratione cuius potest supra omne ius dispensare.*
2 *Papa non habet superiorem.*
3 *Papa habet ecclesiæ arbitrium.*
4 *Papa iura cælestis & terrestris imperij fuerũt cõcessa.*
5 *Papa ĩ vno episcopatu aliquãdo ponit duos episcopos.*
6 *Papa aliquãdo cõcedit duos episcopat⁹ vni episcopo.*
7 *Papa dissoluit matrimonium carnali copula nõ consummatum.*
8 *Papa non potest dispensare, quòd quis eodem tempore habeat duas vxores.*
9 *Papa potest concedere episcopatum, & alia inferiora beneficia ad tempus, & sub conditione.*
10 *Ecclesia sicut est vna, ita vnus episcopus earum.*
11 *Christus dedit claues cælorum Apostolis & eorũ successoribus.*
12 *Potestas toti ecclesiæ data fuit tanquam corpori, in personam Petri & aliorum.*
13 *Gesta per papam, consilio Cardinalium prætermisso, an veniant reuocanda.*
14 *Papa solus tanquam caput, potest exercere omnimodam iurisdictionem, exposcente causa rationabili.*
15 *Matrimonium spirituale, cõsistens inter ecclesiã & episcopum, non potest per hominem dissolui.*
16 *Filios temporales habere, non est licitum.*
17 *Papa, cessante legitima causa, an possit diuidere episcopatum in duos, sine consensu episcopi.*
18 *Appellari potest a qualibet parte mundi ad sedem Apostolicam.*
19 *Papa à toto clero & populo & Imperatore iudicari non potest.*
20 *Papa est Dei vicarius in terris.*
21 *Papa solus, potest errare, & esse hereticus.*
22 *Sententia summi pontificis potest in melius mutari.*
23 *Cõciliũ debet cõuocari in cõcernẽtibus totã ecclesiã.*
24 *Concilium repræsentat vniuersalem ecclesiam.*
25 *Imperatores an actibus synodalibus interesse debeãt.*
26 *Concilium generale appellatur synodus episcoporũ.*
27 *Laici non debent interesse in concilijs ecclesiasticis, nisi in tribus casibus.*
28 *Principes seculares an possint interesse concilio, eo inuito.*
29 *Episcopi regulariter soli vocantur ad concilium prouinciale.*
30 *Cardinales, mortuo papa, cum toto clero, excommunicant intrusum in papatum.*
31 *Concilium olim papam eligebat.*
32 *Petrus quare appellatus fuit Cephas.*
33 *Papa mortuo, ecclesia vacat.*
34 *Ecclesia militans est diuinitus exemplata ab ecclesia cælesti.*
35 *Christus apostolos fecit pares respectu consecrationis & ordinis, non iurisdictionis.*
36 *Electio facta contra concilium reluctantibus cardinalibus, an valeat.*

Quæstio 1.

CASVS.

EPISCOPVS & quidã rector curatus Proniensis. per Romanum põtificem eorũ prælaturis nulla rationabili causa priuati, ad futurũ conciliũ appellauerunt: congregato concilio, & in disputatione posito, an præfata appellatio esset admittenda, principes seculares & prælati inferiores episcopis, ac clerici sine prælaturis, episcopis reluctantibus, concilio interesse conabantur. deponitur interim Romunus pontifex, prædictique episcopus & rector proniensis, diem persoluerunt extremum: de quorum prælaturis ante creationem Romani pontificis aliquãdiu dilatam prouidet concilium quibusdam optime meritis, & tandem Romanum pontificem, cardinalibus contradicentibus, elegit.

EX PRAEDICTO themate quinq; subtilissi-
ma & pulcherrima eliciuntur dubia. ¶Primũ, nũquid
dicta priuatio valeat. ¶Secundum, an præfata appella
tio debuerit per cócilium admitti. ¶Tertiũ, si princi-
pes seculares & prælati ĩferiores episcopis, ac alij cle-
rici sine prælaturis, cócilio generali interesse debeãt.
¶Quartum, vtrum dicta prouisio de prælaturis tũc va
cantibus, Romano pontifice nondum creato facta, de
iure tenuerit. ¶Quintum, nunquid prædicto casu po-
terit conciliũ, reluctantibus cardinalibus, ad Romani
pontificis electionem procedere. ¶Venio iuxta ordi-
nem ad primum: ad cuius partem affirmatiuã proban
dam, primò adduco sex motiua principalia. ¶Primum
sic: papa hebet, præsertim in beneficiis, plenitudinem
1 potestatis, †ratiõe cuius, potest supra omne ius dispẽ-
sare, etiam si sit dispositio concilij generalis, vt clarè
probatur in c. proposuit. iuncto c. 2. de concess. præben.
vbi dicit tex. papã posse ex plenitudine potestatis inue
stire de vacãtibus beneficiis, licèt hoc sit prohibitũ in
cõcilio Lateranen. de quo in d. c. 2. hoc idem probatur
in c. 2. de præbend. lib. 6. vbi dicitur papam non solùm
posse conferre beneficia cũ vacant, sed etiã dare ius ad
vacaturam. & vide gl. no. in c. vbi periculum. de elect.
lib. 6. quæ dicit, papam posse de plenitudine potestatis
reuocare costitutioné totius concilij. Et ratio eorũ po
test colligi ex c. significasti. de elect. vbi dicitur, ꝙ con
cilia non possunt præfigere legẽ Romanæ ecclesiæ, cũ
omnia cõcilia per Romanæ ecclesię anthoritatẽ facta
sint, & robur acceperint, & in eorum statutis patenter
Romana excipiatᷣ authoritas. Et est ratio, quia ipsi Pe-
tro & per eum omnibus successoribus data fuit ple-
na potestas ligandi & soluendi. dicẽte Domino. Quod
cũq; ligaueris super terrã, ligatũ erit & in cælis. Et ha-
betur etiam originaliter Matth. 16. & transumptiuè 24.
q. j. quodcunq;. 21. dist. in nouo. & 19. dist. ita Dominus.
cũ similibus. Et cũ diceret quodcunq;. nihil excepit. de
maiorit. & obed. solitæ. 19. dist. si Romanorum. & cùm
ipse non distinxit, nec nos eius potestatẽ debemus di-
stinguere. 31. q. j. ꝙ si dormierit. Inn. in c. quanto. de cõ
sue. exponit illa verba Dñi, quodcunq; ligaueris &c. s.
per constitutiones & præcepta. Et enim in oĩbus obe-
diendum est: in spiritualibus, & in his quæ ad animam
spectãt, nisi fiant cõtra fidẽ, vel specialiter sint prohibi
ta. hinc Inn. in c. quod super his. de voto: dicit ꝙ per il
la verba generlia, quodcũq; &c. & per illa, Pasce oues
meas Ioan. vlt. & transumptiuè in d. c. significasti. rece
pit Petrus & eius successores potestatẽ non solũ super
fidelibus, sed etiam super infidelibus, iuxta verbũ Do-
minicum, Vnũ debet esse ouile & vnus pastor: & alibi,
quantũ ad materiã, bellissimè inquit, ꝙ si papa aliquid
ꝑcepit iniustum, cùm nõ habeat superiorẽ coram quo
agi potest, obediendum est sibi sed in spiritualibus &
ecclesiasticis personis præceptũ facit, quia nemini li-
cet de eius factis iudicare. 40. dist. si papa. nisi manda-
tum papæ hæresim contineret vel nisi ex præcepto in-
iusto præsumeretur vehemẽter perturbatus status ec-
clesiæ, vel etiam multa futura essent: quia tunc pecca-
ret obediendo, cùm debeat futura mala præcauere, nõ
iuuare. Si aũt præcipiat iniustum laico qui non est iu-
risdictionis suæ, nec ratione personæ, nec causæ, aliàs,
dicit se non videre: si tamen eum excõicet, debet ex-
cõicationẽ seruare. quia cùm in potestate papæ sit ec-
clesia militans, ad eius mandata debent sacramẽta mi
nistrari, nullus contra eius mandatum debet se eis im-
miscere. quod est valde notandum maximè in hoc vl-
timo, dum dicit, ꝙ ecclesia militans est in potestate pa
pæ, & ꝙ etiam respectu iusti præcepti deficit superior
ad quem habeatur recursus. Ad idem aliud pulchrum
dictum Inno. in c. cùm ad monasterium. de statu regu
la. vbi dicit quosdam dicere, & fortè non malè, secun-
dum eum: quia licèt in his quæ sunt contra votum ta-
citum vel expressum, & in aliis quæ sunt contra euan-
gelium, non prosit papæ dispensatio, nisi ex causa fiat.
& idẽ fortè intelligendum est secundũ eũ. si dispenset
in his quæ sunt contra generale statutũ ecclesiæ: nõ ta
men hoc verũ est in dispensationibus, quæ fiunt cõtra
ius positiuũ tãtũ, sicut apparet in statutis, q̃ facta sunt
super ordinibus faciendis, vel in tristitiis ipsorũ, & ꝙ
quis non potest habere duas curas. In his enim dispen
sationibus sufficit sola voluntas papæ etiam sine cau-
sa. Probatur hac ratione. sicut enim ex sola voluntate
potest constitutionẽ relaxare, quia eius est destruere,
cuius est condere: & princeps non ligatur legibus, l. di
gna vox. C. de legib. Osti. verò bellissimũ verbum in-
quit in c. quanto. de trãsla. præla. videlicet ꝙ Dei & pa
pæ idẽ est consistorium. ar. c. 2. & 3. de transla prælat. &
c. Romana. de appel. lib. 6. Ideo bene dici potest, de iu-
re papam quasi oĩa posse vt Deum, excepto peccato. de
pœn. dist. 2. charitas. Spec. in materia latè loquitur in
§. nunc ostendendum. vers. 60. in tit. de leg. vbi dicit, &
papa est Petri successor, & vicarius Iesu Christi, vicem
nõ puri hominis, sed veri Dei gerẽs in terris, vt in præ
allega. c. 2. & 3. vnde & oĩa regit & disponit & iudicat,
prout sibi placet. 9. q. 3. cuncta per mundum. & in c. per
principalẽ. licèt & quilibet episcopus sit, quo ad quæ-
dam, vicarius Christi. 37. q. j. c. mulieres. & de sacra vn-
ctio. c. vnico. ver. ad exhibendum. habet etiã papa ple-
nitudinem potestatis, ad quam vocatus est. Alij verò in
partẽ solicitudinis sunt vocati. de vsu pal. ad honorẽ.
& d. c. decre. 2. q. 6. dummodo contra fidem nõ veniat,
in omnibus & per omnia potest dicere & facere quic
quid placet, auferẽdo etiam ius suum cui vult: quia nõ
est qui ei dicat, cur hoc facis. 19. distinc. in memoriam.
Nam apud eum est ꝓ ratione voluntas. & quod ei pla-
cet, legis habet vigorem. insti. de iure natu. § sed & quod
principi. potest etiam ius tollere omnino, & de iure su
2 pra ius dispensare. ¶Item non habet superiorem, † de
elect. licè & ipse super oẽs est, nec potest ab aliquo iu-
dicari. 21. dist. in nouo. & c. nunc autem. 9. q. 3. cũcta per
mundũ. & c. nunc verò. & seq. 2. q. 5. audit. ¶Item habet
3 cæleste arbitrium. † C. de sum. trinita. l. j. ¶Item ei iura
4 cælestis & terrestris imperij à Deo concessa sunt. † 22.
dist. c. j. Hæc sunt dicta Specu. in loco præallega. & per
hoc dicit Io. And. in addi. in pręallegato §. nunc osten
dendũ. ver. 57. ꝙ etiam sine causa potest papa aliquem
suo iure priuare. Bald. verò videtur hoc expresse deci-
dere in l. repeti. C. de precib. impera. offer. vbi tractans
de potestate papæ, quo ad ꝓpositum, inquit, ꝙ omnia
beneficia mundi sunt obedientialia & manualia respe
ctu papalis potestatis. & ideo potest secundum eũ pro
libito voluntatis transferre episcopũ de suo episcopa
tu ad aliũ episcopatũ: & tunc si ꝓcedit ꝓuidendo, nõ
cogitur prouisus transire, quia præsumitur factũ eius
fauore. aut procedit iubendo, & cogitur transire, quia
præsumitur factum fauore ecclesiæ. alle. 7. q. j. eos.

¶Ad ꝓpositum prædicta reducendo, cùm episcopa
tum habuit iste Pronien. episcopus authoritate Papæ
vel eius cõstitutione, vt clare colligitur ex his, quæ le-
guntur & notantur in c. j. & 2. 22. dist. & 95. dist. c. olim.
potuit etiam sine causa eo priuari per Papam. Et idem
fortius est dicendum. Papa nunc est ipsius vicarius: vt
ꝓbatur in c. firmiter. ver. vna est. de summa Trinita. &
in c. Nouatianus episcopus. 7. q. j. & c. loquitur puden-
da, 24. q. j. & in canticis canticorum. 6. c. dicitur in ꝑso
na Christi de ecclesia, Vna est columba mea perfecta.
& habetur transumptiuè in dicto c. loquitur. & Apo-
stolus ad Ephes. 4. Vnum corpus, vnus spiritus, vnus do-
minus, citra rectorem curatum. ar. 14. q. j. c. j. Nam titu
li beneficiales non sunt de iure diuino, sed positiuo in
dicto c. j. & 22. dist. c. j. & 2. 80. dist. in illis. & 86. distin. c.
j. no. per Inno. & alios in c. nisi cùm pridem. de renun.
& in c. j. de Simo. & præsupposito ꝙ iniustè faceret, tñ
est ei parendum. ex quo nõ est contra fidem & Dei præ
ceptum, quantumcunq; præceptum videatur dictũ: vt
patet

patet per prædicta.& patet in c.in memoriam.19. dist.

¶Secúdò principaliter probatur per textú maximè iuncta glo.in c.à nobis.de deci.vbi patet,ꝙ sedes apostolica potest aliquem eximere à præstatione decimarum:& tamé decimæ debétur de iure diuino. de decitua nobis.& vt ibi dicit gl.contra ius naturale dispésare potest papa,remittendo decimas alicui specialiter, licèt nõ potest in totú illud ius decimãdi tollere:quia tunc esset tollere ius diuinum,quod papa tenetur vsq; ad sanguinẽ & animam defensare 25.q.j. sunt quidam.

¶Videmus etiam in simili ꝙ licèt dictum sit de iure diuino,in ore duorum vel trium testium &c. tamen papa & imperator ex multis causis quærunt quandoque maiorem numerum,quandoq; minorem.de cõse. dist. 4.paruulos.& c.cum itaq;.2.q.4.præsul.C.de testa.si vnus.& l.fi.C.de testa.cum aliis no.in c.licèt vniuersis. de test.Præsupposito ergo ꝙ hæc prælaturæ competát istis de iure diuino,tamen habito respectu ꝙ non oés prælatos vult remouere,sed tãtum aliquos, debet hoc sibi competere ex plenitudi ne potestatis.& pro hoc vt detur glo.expressa in ca.perprincipalem.9.q.3 quæ dicit,papam posse deponere vnum episcopum, sed non omnes:quia sic vniuersalem ecclesiam perturbaret. & nota hanc vltimam rationem.

¶Tertiò videmus, papam posse in vno episcopatu
5 ponere duos episcopos.† vt in ca.non autem.7.q.j.vbi hoc fuit gestum in persona Augustini,qui non successit,sed accessit,Valerio adhuc viuente:nec fuit deputatus simplex coadiutor,sed verus episcopus, vt ibi legitur & notatur.¶Item si duos episcopatus concedit
6 vni episcopo,ita vt sit episcopus vtriusq;,† vt in c.relatio.21.q.j.quque vnit duos episcopatus.& quandoq; diuidit vnum in plures:vt in c.1.& temporis.16.q 2.& in c. sicut venire.de exces.præla.& sic potest facere contra statutum & ordinationem concilij & beati Petri apostoli,que præcipit vt singulis ciuitatibus singuli,& nõ plures episcopi ponerentur,vt narrat beatus Clemens in c.in illis.38.dist.& Anacletus papa in c.seq.& ꝓ hoc authoritas beati Gregorij in c.singula.89. dist.vbi dicit,ꝙ sicut medicorum est in humano corpore, vt alterum membrum alterius fungatur officio: ita noxiũ simulque turpissimum est,si singula rei ministeria personis totidé nõ fuerint distributa:& tamen videmus ꝙ papa põt facere contrariũ, vt in iuribus præallegatis. ergo eodem modo poterit vnũ duos vel plures ꝑlatos priuare,constitutionibus contrariis non obstantibus.

¶Quartò arguitur sic:Papa dissoluit matrimonium,
7 carnali copula non consummatum, † vt communiter notatur in c.cõmissum.de spon.& quandoq; consummatum saltem inter infideles:& quãdoque alter coniugum redit ad fidem,altero nolẽte secum habitare sine contumelia creatoris.de diuor.c.quãto.inter quos est verum matrimoniũ,& eis dictũ fuit à domino. Quos Deus coniunxit,homo non separet.de consan.& affin. de infidelibus. fortius ergo poterit soluere matrimonium spirituale vel quasi,quod est inter prelatum & ecclesiam suam,cùm sit istud spirituale nõ fortius,quàm carnale.iuxta no.per gl.in c.2.de trãsla.præla. maximè cum lege positiua istud fuit ordinatum,& authoritate papæ isti fuerunt instituti.

¶Quintò ostenditur:istud matrimonium spirituale,quod contrahitur inter episcopum & ecclesiam suã spiritualem,fuit contractum non propter bonum priuatum ipsius ecclesiæ.datur enim sibi ecclesia non vt præsit,sed vt prosit,vt probatur in c.qui episcopatum. & in ca.in scripturis.8.q.j.Hinc dicitur, quòd prælati sunt procuratores & dispensatores,non domini: vt in c.de fraternitate.de dona.& vide bonum text.in c.videntes.12.q.j.¶Huius autẽ boni administrator principalis est papa,qui est vicarius Dei in terris. de trãslation.prælator.c.2.& c.3.si ergo papa vult prælatum remouere,nõ potest subditus reluctari,cùm eo ipso reddat se suspectum & remouibilem,ex quo vult se ingerere administrationi inuito domino papa. argument. optimum in l.quæ omnia.ff.de procura.hinc textus in d.ca.in scripturis.dicit,quòd debemus toto desiderio occupationes fugere.& quòd locus regiminis desiderantibus est denegandus,fugientibus offerendus.

¶Nec mirum,si non ita facilè soluitur matrimonium carnali copula consummatum.iuxta ea quæ notantur in dicto c.commissum.licet Ioan.And.disputauerit & non determinauerit in regula,actus legitimi.de reg.iur.lib.6.in Mercu.Nam inter vnum & reliquum,sunt tres differentiæ quo ad propositum. Primò matrimonium carnale contrahitur etiam propter bonum priuatum,iuxta illud Dominicum:Non est bonum, hominem esse solum:faciamus ei adiutorium simile sibi,Genes.2.c.Et Apostolus dixit:Vnusquisque habeat vxoré suam propter fornicationem euitandam.13.dist.nerui.

¶Item fuit inductum seu institutũ à Deo in paradiso & in statu innocentiæ,& ab ipso Deo recipit vnionem & indissolubilitatem.vt dicit text.in cap.vno.de voto. libr.6.efficiuntur enim vna caro,vt in loco præallegato.& c.debitum.de biga. ¶Item & tertiò, hoc matrimonium carnale post consummationem transit in sacramentum indissolubile.designat enim conformitatem quæ consistit in carne inter Christum & ecclesiã, vnde sicut signatum est indissolubile , quia carnẽ quã Deus semel assumpsit,nunquam diuisit,ita & ipsum signũ debet esse indissolubile.In matrimonio verò spirituali ista tria non reperiuntur.¶Primò,cũ hoc matrimonium contrahatur propter bonum publicũ,& non priuatum:& sic cùm non mutetur principaliter vtilitas priuata,non est de quo conqueratur priuatus prelatura.¶Secundò,non fuit institutum à Deo saltem respectu ecclesiæ spiritualis,de cuius dissolutione nunc quæritur:sed à lege positiua,vt in iuribus supra alleg. qua lege papa non est alligatus. ¶Tertiò,non transit illud in sacramentum indissolubile,quemadmodũ carnale:licèt potest designare charitatem,quę consistit in spiritu,inter ipsum Deũ & iustam animam , sicut dicimus de matrimonio non consummato.d.ca.debitum. Illud verò de facili soluitur,sicut signatum.quod dissoluitur per peccatum.iuxta no.in c.quapropter.27.q. 2.patet ex hoc alio.Nam bigamus in carnali,nõ potest promoueri.in c.nuper.de biga.sec⁹ in spirituali,vt patet de transla.præla.per totum.¶Item non potest quis
8 habere ex dispensatione papę duas vxores eodem tempore,† quia est contra legem diuinam: vt in c.gaudemus.de diuor.sed duas spirituales põt habere,vt duos episcopatus,vt in d.c.relatio.21.q j.

¶Sextò & vltimò videtur probari in c.si gratiosè. de rescript.lib.6.& c.pastorali,cum gl.sua.7.q.j.in quibus patet,papam vltra alios posse cõcedere episcopatum, & inferiora beneficia ad tempus,& vsque ad benepla-
9 citum suum & sub conditione,† vt in dictis iuribus. in c.veniens.in fine.de filiis presby.vnde dicit glos.notabilis in dicto c.si gratiosè.quòd in hisquę papa vult, est pro ratione voluntas.insti.de iure natu.§.sed quod principi.alius aũt hoc non posset.j.q 2 quam pio.7.q.j. quanuis.70.dist.sanctorum.55.dist.pręcepta.& optimè ad prędicta facit c.j.de renuncia.lib.6.vbi papa qui est vicarius Dei.& sponsus vniuersalis ecclesię, renunciat papatui sine alicuius licentia:quod facere nõ posset,si in personam suam esset papatus de iure diuino: quia sicut a iuramento,à voto.& à similibus absoluere se non potest,vt notatur in cap.cùm inter.p.de renunciation.& in c.quanto.de iureiurand.& per Ioannem Andr.in c.significasti.de foro competenti.ita nec à papatu,si in personam suam esset de iure diuino. licèt enim papatus in se sit de iure diuino,non tamen in personam alicuius vltra Petrũ fuit de iure diuino: sed ex electione humana,iuxta not.in d.c.vno.de renun.ideo potest renunciare,quia non est sibi de iure diuino. cũ

ergo papæ sit, dissoluere hoc vinculum etiam à seipso, & nulli dubium, quod in se est de iure diuino, fortius debet soluere vinculum quod est inter episcopum & ecclesiam suam, & maximè illud est inter rectorem curatum & ecclesiam suam: cùm certum sit, ꝙ non contingat in personam alicuius de iure diuino, sed ex electione humana, vel ex concessione ipsius papæ. nec etiam constat ꝙ in se sit de iure diuino: immò potius innuitur contrarium, vt colligitur in dicto c.j. & 2.22. distin. & c.olim.95.dist. & c.legimus.93.distinc. cum aliis supra allegatis. Causa breuitatis, ad contrarium non arguo: quia ex his quæ in solutionibus subiiciam, satis pars contraria patebit.

¶AD SOLVTIONEM igitur huius difficilis dubij, Iesu Christi redemptoris nostri, suæque gloriosissimæ genitricis Mariæ patrocinio humiliter inuocando condescendens, valde vereor propter ipsius dubij difficultatem, cùm potestas ecclesiæ veniat exponẽda, ne lingua transeunte super terram, os ponam in cælũ, iuxta id quod habetur in c. intantum 21. dist. Et vt vlterius veniam ad solutionem tam presentis, quàm aliorum dubiorum inferius, præmittam primò, quòd ex omnibus fidelibus constituitur vna ecclesia & vnum corpus mysticum de consecra. distinct.3. c. ecclesia. vbi dicitur, ecclesia, id est, catholicorum collectio &c. & huius corporis caput est verus sponsus pontifex ipse Iesus Christus redemptor noster: papa est ipsius vicarius, vt probatur in cap. firmiter. versic. vna est. de summa trinitate. & in c. Nouatianus. 7. q.j. loquitur. & cap. pudenda. 24 q.j. & in canticis canticorum 6 ca. dicitur in persona Christi de ecclesia, Vna est colũba mea perfecta &c & transumptiuè habetur in dicto cap. loquitur. & Apostolus ad Ephes. 4. cap. Vnum corpus, vnus spiritus, vnus Dominus &c. & alibi Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. & pro hoc vide bonam gloss. in clemen. ne Romani. de electio. in ver. non consonam. ¶Huius autem corporis multa sunt membra, vt particulares ecclesiæ, & cæteri prælati, & cæteri fideles boni.

¶Secundò præmitto, quòd sicut vna est ecclesia, ita
10 vnus est episcopus, † episcoporum multorum concordia & vniuersitate diffusus, vt dicit textus in dicto ca. Nouatianus. & cap. loquitur. & dicitur vnus episcopatus, quasi vnum caput seu vna cura seu intẽtio, episcopus enim est nomen Græcum, & Latinè interpretatur superintendens: vt in c. qui episcopatum. 8. quæstion.j. Et aduertas quòd licèt fuit etiam in veteri testamento hoc vocabulum, episcopatus: vt patet in psalmo, Et episcopatum eius accipiat alter & Actu.j cap. & capit. attamen non habebant episcopatus ita distinctos sicut hodie: nec distinguebatur hoc nomen episcopus, ab hoc nomine presbyter. & promiscuè omnes sacerdotes in pristina ecclesia immediatè post resurrectionẽ Christi appellabantur quandoque presbyteri, quandoque episcopi, & omnes in communi regnabãt in ecclesia Dei, sed postmodum cùm oriente schismate, ita vt vnus vellet alteri præferri, dicendo, Ego sum melior te, quia baptizatus fui à Paulo: alius dicebat quòd fui baptizatus à Petro &c. fuit ordinatum per Apostolos & alios seniores, quòd vnus de presbyteris præponeretur, qui vocaretur episcopus, cui alij obedirẽt, & sic episcopatus, prout hodie est, fuit inuentus ordinatione Apostolorum & aliorum seniorum, non autem iure diuino. ita apertè dicit Hieronymus, & multipliciter probatur in c. olim. 95. distin. & c. legimus. 93. distin. Vnde B. Petrus in prima epistola vocabat se presbyterum, sic scribẽs: Presbyteros qui in vobis sunt, precor ego compresbyter & testis passionum Christi &c. & cùm in singulis ciuitatibus ponerentur per Apostolos episcopi, & in singulis prouinciis archiepiscopi, vt plenius habetur 99. dist c.j. & c in illis 80. dist. tamen adhuc in effectu episcopatus erat vnus, quia subditi non erant distincti vnde quos vnus excõicabat, alius absoluebat, vt notatur in c. constitutis. de appella. & in c. cum causam de probatio. sed postea fuerunt distinctæ diœceses, ꝓuinciæ, & parochiæ, vt notatur in c.13 q.j. & sic hodie episcopus sine episcopatu specialiter est quasi inutilis in ecclesia Dei respectu administratiõis, licèt sit episcopus ecclesiæ vniuersalis, quo ad ecclesiã & dignitatem, vt no. Ostien. in c.2. de transla. prælator.

¶Tertiò præmitto, ꝙ Christus redemptor noster nõ dedit purè & simpliciter Petro potestatẽ, sed Petro & oĩbus apostolis, eorũmq; successoribus dedit tãquam capiti, aliis tanquã mẽbris. hoc ꝓbatur in c. loquitur. 24 q.j. & in c. in nouo. 21. & in c. ita Dñs. 19. distinct. In his enim iuribus apertè dicitur, ꝙ Christus post resurrectionem suam oĩbus apostolis parẽ tribuit potestatem, dum dixit Ioann. 20. Sicut Pater me misit, & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum &c. vnde hic erant cæteri apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio præditi & honoris & potestatis: tamen vt vnitatem Christus ostẽderet, voluit ecclesiam deriuari à Petro, eũ ostẽdendo pastorem & principem: & vt clarius habeatur hæc materia, prout ex Euãgeliis colligi potest, aduertendum ꝙ in translatione huius potestatis, tam ante resurrectionẽ quàm postea, variis verbis vsus fuit Christus tam ad Petrũ, quàm ad oẽs apostolos simul. Primùm enim ante mortem premisit Petro apostolatum & potestatem clauium, dum interrogauit discipulos, quem dicunt homines esse filium hominis: & eis respondentibus, Alij Ioannem Baptistam, alij aũt Heliam, alij vero Hieremiã, aut vnum ex prophetis: rursum interrogauit eos dicens: Vos autem quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Ego dico ꝙ tu es Christus filius Dei viui. Tunc dixit Christus: Et ego dico tibi, ꝙ tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam: & tibi dabo claues regni cælorũ. & quodcũque ligaueris super terrã, ligatum erit & in cælis: & quodcunque solueris super &c. vt habet̃ Matth. 16. nõ tamẽ ꝑ hoc dedit ei potestatem, nec fecit eũ principem, sed tãtùm ꝓmisit, vt patet per illa verba, & tibi dabo &c. ¶Item patet, ꝙ hæc verba fuerunt prolata ante resurrectionem: sed Christus fecit eum principem post resurrectionem, vt habetur in c. considerandum. & c. fidelior. 50. dist. no. in d. c. in nouo. & dum dixit, sup hãc petrã &c. voluit dicere, ꝙ super illo articulo fidei per eum cõfessato, dum dixit petrus, Tu es Christus filius Dei viui, vt notat glo. in c. ita dominus, prællegato.

¶Secundò videtur Christum dedisse adhuc ante mortem potestatem oĩbus apostolis, vt habetur Matth. 18. dum dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuũ: si aũt nõ audierit te, adhibe tecũ adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testiũ stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et immediatè subiunxit, loquendo omnibus apostolis: Amen dico vobis: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Post resurrectionem verò eãdem potestatem recensuit, dum sufflauit in apostolos, & dixit: Accipite spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt &c. vt habetur Ioan 20. Sed Petro postmodum dixit: pasce oues meas: & constituit eum principem aliorum, vt habetur Ioan. vltim. c. & transumptiuè habetur in capit. significasti. de electione. Demum in assumptione dedit omnibus exercitium, dum dixit: Ite & prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur &c. vt Matth. vlti. c. & Marc. c. fin. In Pentecoste verò per missionẽ spiritussancti omnia premissa confirmauit. Liquidè ergo patet ex præmissis, quòd non

soli

soli papæ fuit data potestas, sed omnibus apostolis tã quam membris, papæ verò tanquam capiti. Nec moueatur quispiam ad dicendum, quòd alij apostoli habuerint potestatem solùm respectu ordinis, & non iurisdictionis: quia dico quòd immò etiã respectu ordinis. Hoc clare intelligitur in illis verbis Matt 18. Nam voluit, vt reclamatio fieret apud ecclesiã: & immediatè subiunxit, Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo &c. ¶ Item patet in ca. noua. de pœniten. & remission. vbi dicit textus: Christus dedit claues regni cælorum omnibus apostolis. & idem ibi Ioann. And. ad idem facit d. ca. firmiter. in ver. vna est. in fin. vbi colligitur, quòd Christus dedit claues regni
11 cælorũ apostolis & eorum successoribus: † & successores fuerunt oẽs sacerdotes ritè ordinati, vt ibi colligitũ & notatur. licèt ex constitutione ecclesiæ episcopi qui etiam sunt presbyteri, habeãt iurisdictionẽ, cæteri sacerdotes repræsentent apostolos, quo ad administrationem sanctorum, vt notat gl. in c. videntes. 12. q. 1.

¶ Vnde dicendo clarius potest dici, ꝙ potestas data in personam Petri & apostolorum, fuit data ecclesiæ: alias illis mortuis, non potuisset illam potestatẽ ecclesia exercere. quod est absurdũ cùm non sit verisimile, ꝙ Deus voluisset ecclesiam suã dimittere sine pastore post mortẽ Petri, vt dicit Innoc. in c. ad Apostolicæ. de re iudicata. lib. 6. in fine. & pro hoc est textus Augustini. in c. quodcunq;. 24. q. 1. vbi dicit, quòd quãdo Petrus recepit claues, ecclesiã sanctam significauit. & ꝙ hęc potestas sit in ecclesia, sed in papa tanquã in capite. Vltra illud quod colligitur ex capitulis supra allega. adduco primò Actuũ 15. ca. ibi enim dicitur, ꝙ cum esset Antiochæ contentio, an conuersi deberent circuncidi, fuit missum ad apostolos & discipulos seu presbyteros qui erant in Hierusalem: & ibi conuenerũt apostoli & seniores, vt viderent & decernerent super illa quęstione. & dicitur quòd in illa cõgregatione Petrus fuit locutus tãquam vnus ex apostolis: postea vocatus fuit Iacobus, & fuit vsus vno iudice: & placuit apostolis & senioribus, vt nõ fieret circuncisio. & scripserũt epistolam ad Antiochiam sub hac præfatione: Apostoli & seniores fratres &c. Placuit nobis collectis in vnũ colligere viros &c. visum est enim spirituisancto & nobis, nihil vltra oneris vobis imponere. Et sic aduerte, quòd consultatio hæc, quæ non erat ordinis, nec fori pœnitentialis, non fuit facta ad Petrum tantum, sed ad apostolos & sacerdotes, quos ipsi ordinauerunt & deliberatio & respõsio fuit facta in communi. nec Petrus fuit præ cæteris nominatus. Si enim ipse solus habuisset potestatem, nõ acceptasset illos in communi, qui omnes erant repleti spiritusancto. quinimmò eodem c. dicitur, ꝙ Paulus postea perambulans Syriam & Ciliciam, præcipiebat custodire præcepta apostolorum & seniorum. Vnde nota verbum, præcepta, quod sapit iurisdictionem contentiosam. & pondera, quòd non solùm mandauit seruari præcepta apostolorũ, sed etiam seniorum & aliorum presbyterorum: vt colligitur ex verbis præallegatæ consultationis, dũ fuit missum ad apostolos & presbyteros.

¶ Item vt habetur Actuum 16. cùm Paulus & Timotheus pertransissent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erãt decreta ab apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. Et pondera verbum, decreta: quod sapit iurisdictionem contentiosam, iuxta notata in cap. final. de tempo. ordinand. & in capi. 2. de iudic. & 4. distinction. §. hæc & si legibus. in fine. Insuper legitur actuum 20. quòd Paulus vocabat maiores natu Ephesiorum, & inter cætera dixit: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quã acquisiuit sanguine suo. ¶ Item Christus hoc apertè designauit, dum dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: id est, ecclesiam. & sic apertissimè innuit, ꝙ potestas sit in ecclesia. Ad idem quod habetur in euangelio Matthæi, dum dixit discipulis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Iudicabit ergo Iesus in fine seculi cum omnibus apostolis. Sic dicẽdum in in hac ecclesia militante, vt ipsi episcopi & eorum successores habeant iurisdictionem cum papa, licèt papa sit loco Dei principalis. Hinc textus in clement. si quis suadente. de pœn. dicit, quòd episcopi dicuntur sanctissimi Christi legati, principales fratres existunt & coepiscopi papæ, columnę comprobãtur ecclesię, quę sunt verba notanda. Ad idem cap. mulier debet. el 2. 33. quæstion 2. vbi episcopus dicitur Dei vicarius, scilicet in parte. Et idem dicendũ in sacerdote, vt ibi notat gl. & probatur in c. inter: el secundo. de pœniten. distinc. 3. & d. c. vna. & pro hoc vide pulchra verba D. Bernardi ad Eugenium papam, quę refert Archidiaconus in ca. non decet 12. distinctio. qui sic ait: Consideres autem omniũ sanctam Romanam ecclesiam, cui authore Deo præes, ecclesiarum matrem esse, non dominam: te verò non dominum episcoporum esse, sed vnũ ex ipsis, porrò fratrem diligentium Deum, & principem timentiũ eum. & vide ibi latius. & quod ipse notat in ca. non liceat papę. 12. q. 2.

¶ Ex quibus verbis colligitur, ꝙ nedum apostoli, sed alij etiam fuerunt & sunt prælati per spiritumsanctũ. Probatur etiam & alio modo Nam si apostoli non accepissent potestatem pro se & successoribus etiam respectu iurisdictionis contentiosę, quomodo possent in causa fidei iudicare papam? quod tamen possunt ꝑ c. si papa 40. dist. & notat Archi. in c. in fidei fauorem. de hæreticis. libr. 6. cùm a Iesu Christo non receperunt potestatem nisi per illa verba generalia.

¶ Concludo ergo quòd in personam Petri & aliorũ fuit data potestas toti ecclesię tanquam corpori, & pa
12 pę tanquam huius corporis capiti, † & quòd propriè omnes sacerdotes erant successores apostolorum. sed propter schismata tollenda fuit ordinatum, vt non omnes sacerdotes haberẽt potestatem clauium, saltem iurisdictionalib⁹, sed aliqui eligendi ex eis, qui appellarentur episcopi, sed sacerdotibus reliquis adhuc fuit dimissa potestas respectu sacrorum administrandorũ. vt in c. videntes & colligitur apertè ex dictis Hieronymi & Pauli suprà allegatis. Hęc, vt puto, considerauit beatus Gregorius, cum humilitate resplendens, quando reprehendit patriarchiam Alexandrinum, qui in præfatione epistolæ quam miserat ad eum, appellauit eum vniuersalem papam: dicens, quòd illa verba vnitatem inflant, charitatem violant, cum per hoc detrahatur aliis prælatis. Nam si papa esset vniuersalis, alij pro nihilo essent. quod nõ est dicendum. & de hoc est textus pulcherrimus in c. ecce. 97. distin. & propter hanc potestatis vnionem, post resurrectionem Christi apostoli de nouo elegerunt Petrum in principem eorum & ecclesię, dando hanc formam cunctis successoribus, vt dicit textus in c. sacrosancta. in fine 22. distin. & Christi apostoli, potestatem & authoritatem acceperunt à Petro prędicandi, vt innuit textus. & clarius Hugo in prællegato c. ita Dominus. non enim debent mẽbra corporis seu ipsum corpus moueri sine dispositione capitis.

¶ HIS TANQVAM pro fundamento præmissis, venio ad solutionem huius principalis quęstionis, quam ampliando facio tria membra. Aut enim subest causa remouendi prælatos, & hoc constat. Aut enim nulla subest causa rationabilis & hoc est certum: Aut dubitatur de existẽtia causę: quia papa eos simpliciter remouit. Primo casu dico, quòd papa etiam solus potest remouere quemcunque prælatum, siue causa oriatur à priuando, quia deliquit: siue oriatur ex bono publico, quia nõ potest ille proficere plebi. pro primo

facit c.a.de transla.præla.& 9.quæst.3.cuncta per mundum.Pro secundo,quod legitur & notatur in cap.nisi. de renuncia.debet tamen illi remoto hoc secundo casu saltem ex honestate dari bonum cambium, vt dicit Innoc.in d.c.nisi.cùm ipse papa sit caput totius ecclesiæ ex dispositiõe principaliter diuina,vt in c.in nouo. & in c.sacrosanct.præal.& in euangelio supra recitato ponit pro salute totius corporis vnum membrum putridum vel inutile præscindere, ne inficiat aliàs corporis partes.Vnde Christus in euangelio: Palma quæ nõ facit bonum fructũ,excidetur,& in ignẽ mittetur, &c.Et Iuda propter suas iniquitates remoto,alius, scilicet Matthias,fuit positus in locum suum, Actuũ primo c. quinimmò & hac potestate amplissima quam â Christo recepit,potest solus etiam sine concilio deponere ex causa imperatorem:licèt de honestate requisiuerit concilium in depositione Frederici,vt clare legitur in c.ad opostolicæ.de re iudicata.lib.6. Nam solus regem Franciç tanquam inutilẽ deposuit,vt in c.alius. 15.quæst.6.Et ex quib⁹ causis potest deponi imperator seu rex,vide bonam glossam in c.si papa.40.dist.in d.c. alius.& plenius per Ostiensem & Ioan.Andr.in dictò c.ad apostolicæ.& per hoc etiam puto,quòd sol⁹ papa potest etiam deponere cardinalem ex causa,ita vt non sit necesse conuocare consilium.& si conuocatur, non est necesse ꝙ cõcilium deponat,sed ipse papa,vt sensit Innocentius in glossa in c.ex gestis.de cleric.non residentibus in eccle. vel præ licèt aliud senserit in cardinalibus Ostiensis ibi.sed primum plus placet,& hodie probatur aperte in c.vnico.de schismaticis.lib 6. concilium tamen collegij cardinalium in huiusmodi arduis requirendum est.Est enim quasi in possessione, vt ardua non explicentur sine concilio collegij,vt notat Ioannes Monach.in cap.super eo.de hæreticis.lib.6.& quòd illa possessio potest de iure defendi in dicto tex. valde singulari in ca.per venerabilem.qui filij sint legitimi.in versicu.rationibus &c.per quem textum potest ratione sustineri,maxime ex authoritate diuina, quæ ibi inducitur:ꝙ etiã cessante omni pactione, debet cõcilium Cardinalium in arduis per papam requiri, & per illũ textum potest sustineri vna singularis opinio Laurentij,quam recitat Archidiaco.in c.sunt quidam. 25.q.j.vbi dicit,ꝙ generalem legem, scilicet de vniuersali statu ecclesiæ,concedere non potest papa sine cardinalibus:sed particularem,sic.arg.9.distinctione. catholica.sed tu tene mẽti illud c.per venerabilem.quia non solet ad prædicta allegari.

¶ An autem prætermisso concilio cardinalium, ve-
13 niant gesta per solum papam reuocanda, †vide quod dixi in c.ex gestis.de cleric.non residen.in lectura. Per prædicta etiam dico,glossam nõ simpliciter verum dixisse in cap.Anastesius.19.distinction.quę dicit,papam arctari ad requirendum concilium,vbi de fide agitur: & tunc synodus est maior papa. quod ego simpliciter non fateor:quia expresse videtur contra text.in c.maiores.de baptismo.vbi patet,quòd quæstiões maiores fidei,debent referri ad sedem Petri,& sic papam,vnde notabilis textus 24.quæstio.j.c.hæc est fides.vbi patet, ꝙ solus papa potest corrigere errores circa fidem. Itẽ in nulla parte noui testamenti legitur, quòd conciliũ, papa non errante,sit supra papam in causa fidei: vel ꝙ concilium necessario sit vacandum. Fateor tamen vbi dubium esset maximum,ità quòd etiam papa dubitaret,tunc debet conuocare concilium:quia tota ecclesia errare non potest.¶Pro ea enim in persona Petri orauit Christus,vt est glossa singularis in capit.à recta. 24 quæstion.j.& notatur in dicto c.maiores. & in hoc casu dubio facta fuit conuocatio in Hierusalem super circuncisione fienda,Actuum 15.nec per hoc minuitur potestas papæ:quia istius potestas includitur in concilio,quia vt supra dixi,tota potestas est apud ecclesiã. sed papa est caput totius corporis,& per eum explicatur nomine ecclesiæ,iuxta illud Dominicum, Dic ecclesiæ &c.Matthæi 18.ad cap.Anastasius.quod videtur innuere contrarium:dico quòd debet intelligi, quando papa vellet aliquid statuere contra iam statuta per concilium in causa fidei.nã doctrina illius Acacij fuit damnata.23.quæstinone j.ca.j.Hoc enim casu,quando papa vellet statutere in causa fidei cõtra statutum per concilium,præsumeretur errare:quia ipse posset hæreticus esse & insufficiens:vt in c.si papa.40.distinction. & in c.j.de renuncia.lib.6.sed tota ecclesia non.& hoc casu potest intelligi,quòd synodus est maior papa, aliàs secus.dico etiam vnum,quod videbitur magis nouum,quòd si papa etiam in factis fidei moueretur melioribus rationibus & authoritatibus & diffinitionibus,quàm concilium,standum esset diffinitioni papæ. nam concilium potest errare,sicut errauit quando disponit vt inter raptam & raptorem non posset cõsistere matrimonium:& tamen Heronymus dixit contrarium,motus meliẽribus rationibus & authoritatibus iuris diuini,& dictum eius fuit prælatum dispositioni totius concilij,vt 23.quæstion.2.c.tria.iuncto cap.placuit.ibi glossa.& vide glossam meliorem & Archidia. in c.primo.20.distinstin.in verb.illorum.nec obstat, si dicatur,quòd tota ecclesia non potest errare,cũ Christus pro eius fide orauerit, vt supra dixi.dico enim ꝙ concilium generale licèt repræsentet totam ecclesiã, non tamen est tota ecclesia.Nam fides potest remanere nedum in papa solo,sed etiam in vna vetula,vt sic fides conseruaretur,sicut accidit post passionem Christi,quæ remansit apud beatam virginem, vt communiter dicunt theologi.& cùm iam Christus orauerat, vt non deficeret fides ante passionem.sed vt dixi,nõ deficit,ex quo conseruatur in vno,quicũque sit ille.& hac fortè ratione dixit glo.in c.quanuis 21.distinction.per illum textum,ꝙ vbicunque sunt boni, ibi est Romana ecclesia.nam ecclesia Romana nullã debet habere maculam vel rugam.

¶Ex quibus concludo,quòd papa solus tanquam ca-
24 put,potest exercere omnimodam iurisdictionem, †exposcente causa rationabili,nec est opus conuocare cõcilium pro consensu habendo. Alij verò prælati non exercent sine dispositione capitis,scilicet papæ,habẽt enim potestatem à Deo.sed in illa submissi sunt papæ tanquam capiti.& fortè ad hoc designandum, Petro dixit multa separatim,sed aliis apostolis loquutus est coniunctim & generaliter.vnde Petro dixit: Tu es Petrus.& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Idémque dixit,Pasce oues meas.& non semel,sed ter, & pro sua fide specialiter orauit,& eum admonuit, vt fratres suos in fide conseruaret dixit:Ego pro te oraui Petre,vt non deficiat fides:& tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.Item considera quòd in singulari dixit Christus,Fiet vnum ouile & vnus pastor.& sic vnum voluit esse pastorem,& non plures.sed hanc potestatem pascendi contulit Petro,dum dixit, Pasce oues meas.& sic fecit eum pastorem,nõ plures loco sui. ipse enim erat & est verus pastor & põtifex, vt de ipso dixit:Ego sum pastor bonus alij nanque apostoli fuerunt coadiuuantes & cooperantes:& ideo rectè dicitur,quòd papa fuit assumptus in plenitudinem potestatis,alij in partem solicitudinis:c.ad honorem.de authoritate & vsu pallij.

¶VENIO ad secundum casum,quãdo isto remouet sine causa rationabili & hic constat,& credo ꝙ remotio illa non valeat,nec sit papa sustinendus similia attentans.Primò ad hoc induco textum apertum in c. sicut alterius.7.quæst.j.vbi dicitur,quòd quemadmodum vxor carnalis viro viuente non potest ab alio disponi & desponsari:ita nec sponsa episcopi,quæ est ecclesia,cùm sit ei alligata,non potest illo viuente, ab alio disponi seu despõsari sine ipsius volũtate & cõsensu.aliàs adulterabitur.& post pauca subiicit: si aũt vo-

luntatis

luntatis causa ad aliam ecclesiam fuerit inuitatus, poterit non per se, sed authoritate Romanæ sedis se trãsferre: & sic Romana authoritas valet, vbi subest causa dissoluendi.

¶ Secundò induco alium bonum textum in c. quanto. de transla. prælato. vbi dicitur, q matrimonium spirituale cõsistens inter episcopum & ecclesiam, non po
15 test per hoiem dissolui, † & q cùm Romanus pontifex ecclesiarum necessitate vel vtilitate illud dissoluit, nõ puri hominis, sed veri Dei vices gerit. vnde pondero verbum, necessitate vel vtilitate &c. ¶ Ad idem c. 2. eo. tit. in vtroq; enim dicitur, q illius dissolutionem Deus præsumendus est reseruasse suo iudicio, sicut ibi reseruauit dissolutionem coniugij carnalis, sed obligationem & vinculum Dei authoritate in ecclesia non potest papa sine causa dissoluere. 23 q. 4. c. si is qui. sicut in simili dicimus de iuramento, voto, & aliis, quæ sunt de iure diuino, & sine causa à papa remitti non possunt, iuxta notata in c. quanto. de iureiurando. & per Innocen. in c. cùm inter p. de renunciat. nam dissoluere tale vinculum ex sola voluntate, esset cõtra dispositionem diuinam & ordinationẽ apostolicam, & sanctorum cõciliorum & aliorũ authoritatẽ Romanorum pontificũ: atq; contra rationem iuris naturalis & ciuilis. esset enim contra dispositionem diuinam, quia Christus in persona apostolorum misit episcopos & oẽs sacerdotes ad prædicandum, & sacramẽta ministranda. quare sine causa, ex quo semel sunt vocati, non debent reuocari: quia qui spiritu Dei loquuntur, non sunt sub lege: vt in c. cum ex iniuncto. de hære. & in c. licèt. de regula. & c. duæ. 19. q. 2. dignior est enim lex priuata, q scilicet infunditur in cordibus hominũ per spiritũsanctũ, quàm lex publica, quæ editur per papam. Christ⁹ enim Dei lex est, & nemo potest spiritui sancto resistere: vt dicit tex. in d. c. duæ. & si dices, q isti fuerunt vocati à papa, & non Deo: Respondeo, q immò à Deo. nam in ordinatiõe superior mittit manum. & Deus inuisibiliter administrat gratiam, & dat potest. item. prima, quæstione j. multi. & c. dictum. & facit c. cùm deputati. de iudic. ibi, gratia diuina vocati &c. nec Deus voluit remouere Iudam ab apostolatu, quem semel vocauerat, licèt subesset causa, ex quo illo nõ erat aliis nota. vt in c. si sacerdos. in fi. de offic. ordinar. immò cum misit ad prædicandum sicut alios. Matthæi 18. & expressius per textum in c. Christus. prima, q. j. nec apostoli surrogassent aliũ, nisi ille se suspendisset, Actuum j. & quanquã istæ administratiões speciales sint de iure positiuo, vt in c. 2. 22. distinct. tamen dico q succedunt loco administrationis generalis, ad quam Christus vocauit omnes sacerdotes. vnde debent esse loco illius, sicut de baptismo dicimus, q succedit loco circũcisionis. de baptismo. maiores. & quod in simili habetur in c. ecclesia. vt lite non contesta. & per Innocentium in c. ex ratione. de appellationibus. & quòd hoc sit verum, patet, quia dicimus Deum reseruasse sibi dissolutionẽ huius coniugij. vt in iuribus præallegatis. quod non esse, si prorsus esset de iure humano. & idem per omnia dico in aliis sacerdotibus respectu administrationis sacramentorum per supradicta. & contra ius diuinum papa sine causa venire non potest, vt in d. c. sunt quidã. & per Innocen. in c. quæ in ecclesiarũ. de constit. pro sacerdotibus verò vide bonum text. in ca. sicut in vna. 21. q. 2. vbi dicitur, q etiam inter presbyterum & ecclesiam suam contrahitur matrimoniũ spirituale. quia ex quo semel est collata vni, nõ debet dari alteri vel pluribus simul: quia debet esse vxor, non scortum: & dic q licèt non sit ita strictũ matrimoniũ, sicut inter episcopum & ecclesiam suam: quia ipse solus in signũ matrimonij portat annulum, iuxta notata in c. clerici. de vita & honestate clericorũ. tamen largo modo inter inferiores & ecclesiam cõtrahitur matrimonium, vt in d. c. sicut de elect. ne pro defectu. vbi per mortem abbatis etiam dicitur remanere viduata ecclesia. ¶ Item presbyteri inferiores etiam alio respectu sunt electi iure diuino, cũ ipse dñs vltra duodecim apostolos designauit septuaginta duos discipulos, & misit eos ad prædicãdum: vt Lucæ 10. & transumptiuè per Gratianum in § j. 21. dist. quorũ vicem & formam gerunt presbyteri inferiores hodie in ecclesia Dei, vt dicit tex. in § præal. & clarius in c. in nouo. 21. dist. in fin. & licèt tex. ibi dicat q apostoli elegerunt illos, debet intelligi q ministerialiter. sed deus elegit authoritatiuè: vt probatur in euangelio præallegato. & no. per glo. & doct. in d. §. j. & sic eadem ratio est in eis. & ex hoc solo capite potest talis remotio facta vitiari. Dixi etiam, q est contra ordinationem apostolorum. nam apostoli ordinauerunt, vt episcopi & alij presbyteri ponerẽtur in ecclesiis, & essent perpetui: ergo papa sine rationabili causa non deberet facere contrarium, cum hoc cõcernat statum vniuersalis ecclesiæ. Nam si posset remouere vnum, sic etiam alios & plurimos: & alteraretur status ecclesiasticus, vt probatur in c. peruenit. 11. q. j. vbi dicit tex. in fine. si sua vnicuiq; episcoporũ iurisdictio non seruetur, quid aliud agitur, nisi vt per vos, per quos ecclesiasticus ordo custodiri debuit, confusio datur? & cõtra ordinationem apostolorum papa venire non potest. tex. est apertus in d. c. sunt quidam 25 q. j. ¶ Quod autem apostoli hoc ordinauerunt, patet in c. j. 99. dist. & ca. in illis. 80. dist. & c. vidẽtes. 12. q. j. & Actuum 14. dicitur, q Paulus & Barnabas constituerunt in Derbem ciuitatẽ presbyteros per singulas ecclesias. & Apostolus ad Corint. 7. in ea vocatione quo vocatus quis est, maneat & transumptiuè 21. q. j. c. j.

¶ Tertiò dixi, hoc esse contra authoritatẽ concilij, & hoc apertè apparet in c. sicut. 21. q. 2. & in c. inuentũ. 16. q. 7. vbi fuit diffinitum in concilio, quòd nõ nisi pro graui culpa ab ecclesia sua amouendus sit quis. contra cõcilia vero concernentia statũ vniuersalẽ ecclesiæ, papa dispensare sine causa non potest, vt legitur & no. in c. q ad perpetuã. & c. contra. 25. q. j. Nam authoritas Pétri manet vbi imminet ratio, vt no. dicit tex in ca. manet. 24. q. j. & apertius in d. c. contra. ibi dicit tex. q cõtra statuta patrum cõcedere vel mutare, nec huiusmodi quidẽ sedis potest authoritas hinc Augustinus cũ successisset cum Valeriano episcopo in episcopatu, dixit sibimetipsi hæc verba, Adhuc in corpore posito patre meo & episcopo sene Valeriano, episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo. quod in cõcilio Niceno fuisse prohibitum nesciebam, nec ipse sciebat.

¶ Dixi quartò, q est contra authoritatem Romanorum pontificum. hoc clarum est. nam dixit text. Grego. 61. dist. Satis peruersum, & contra ecclesiasticã probatur esse censurã, vt frustra voluptatibus suis & cõmodis quis priuetur &c. & in c. præcepta. 55. dist. vbi dicitur, q beneficia debẽt esse perpetua, & nõ debet eis quis priuari, etiã si sit impotẽs ad seruiendũ, & latius habet in tit. de cler. ægro. & c. vno. de capel. monac. lib. 6. nec papa sine causa debet posse tale statutũ ecclesiæ alterare. tum quia concernit vniuersalẽ statum ecclesiæ, vel ad placitũ prælati nõ remoueatur: tũ quia decoloraretur status ecclesiasticus. nam alij videntes ad libitũ rectores remoueri, timerent: neq; de facili inuenirẽtur, qui vellẽt ecclesię militare, vt no. dicit tex. de cle. ęgro. & vbicunq; contingit ecclesiæ declaratio, papa immutare non potest aliquid, vt in c. & si illa. 2. q. 7. no. Archi. in d. c. sunt quidam. & facit quod no. Abb. in c. nulli. de senten. excom. vbi dicit, q papa sine concilio nõ potest tollere canonẽ. c. si quis suadẽte. 17. q. 4. & hoc facit illud c. nulli. vbi legitur & notat, q papa nõ potest sine causa dispẽsare, vt impunè quis cõmunicet cum excõmunicato cõtra doctrinã Apostoli. Ista enim quæ sunt fundata super doctrinam fidei & bonis moribus & a decorẽ ecclesiæ, non debẽt relaxari sine causa. nã tunc papa nõ diceretur oues pascere, sicut ei iniunctũ fuit

ſed diſperdere & necare & eccleſiam deprimere & de
teriorare.& ſic potius conuinceretur errare, quàm le-
gem dare.arg.c.j.49.diſtin.& d.c.ſunt quidã. & c.quæ
ad perpetuam.& c.contra.

¶Quintò dixi,quod eſt contra rationem naturalẽ &
ciuilem.ex quo enim ſemel placuit, nõ debet amplius
diſplicere.32.q.5.horrendus.& in regula, quod ſemel
placuit.de reg.iur.lib.6.& ſic in contrahendo hoc ma-
trimoniũ, requiritur cõſenſus perficiẽdi à principio:
vt in c.cùm inter canonicos.de elect.& de præbend.in
c.ſi tibi abſenti.lib.6.ita & forti⁹ debet requiri in diſ-
ſoluendo,vt ibi.nihil enim tam naturale,vt vnũquod-
que vinculum diſſoluatur eodem modo, quo ligatum
fuit:de regu.iur.c.j.& in l.nihil tam naturale.ff.eod.&
l.j.& 2.C.quando licet ab emp.diſce.¶Item etiã ſecun
16 dum leges ciuiles non licet habere filios tẽporales.† l.
ſi tibi.aliàs quæſitum ff.de adoption. & id quod nobis
acquiſitum eſt,ſine noſtro facto à nobis euelli non po
teſt in l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.& c.ab eo.de e-
lec.lib.6 facit c.2.de præbend.lib.6.vbi ſolùm dicitur,
ꝙ papa poteſt concedere beneficia vacantia,vel ex ple
nitudine poteſtatis dare ius ad vacaturam. non autem
dicit,ꝙ de facto poteſt aliquem priuare.

¶Sextò & vltimò per authoritatem gloſ.10.diſt.c.j.
& Archidia.ibid.vbi concluditur, papam nõ poſſe ceſ
ſante legitima cauſa.diuidere epiſcopatũ in duos ſine
17 conſenſu epiſcopi. † per c.multis.16.q.j. & contra id
quod ſentit Io.And.in c.quod ob gratiam.de reg.iur.
libr.6.in mercurialibus.in illa quæſtione, nunquid po
teſt papa aliquem prælatũ transferre inuitum,& vide-
tur cõcludere,ꝙ in cauſa nõ exiſtente.& fortè ob hoc
papa Alexander vltimus ſtatuit in concilio Piſano, vt
nullus epiſcopus transfertur inuitus.ad prædicta fa-
cit optimè c.conquerente.de reſtit.ſpoliator.vbi dici-
tur,ꝙ non decet honeſtatem ſuperioris,ſine manifeſta
& rationabili cauſa ſpoliare aliquem ſuis beneficiis,
cùm teneatur illis paterna prouiſione conſulere.facit
c.cùm ſecundum Apoſtolum.iuncta glo.ſi.de præben.
ad idem glo.in c.j.22 diſt.quæ dicit,papam non debe-
re ius vnius eccleſiæ ſine cauſa alteri dare.

¶VENIO ad tertium membrum,ſcilicet quando
dubitatur,an ſubſit cauſa,& multa in hoc poſſunt alle
gari:ſed non inſiſtam propter prolixitatem euitãdam:
ſed quod præſumi debeat, faciunt notata per legiſtas
in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.public.& in l.præſcriptio
ne.C.de preci.impe.offe.vbi communiter volunt cau-
ſam præſumi in principe,etiam ſi agat in his, quæ cõ-
petunt alicui de iure gẽtium,& etiam in his quæ ſunt
de iure diuino,ſi in illo reperitur aliàs diſpenſatum.&
not.per aliquos in d.c.quæ in eccleſiarum.Ego verò di
ſtinguo ſic,ꝙ aut papa diſponit perturbando vniuer-
ſalem ſtatum eccleſiæ nulla ratione apparente, & non
eſt ſuſtinendum.vnde pręſumetur tunc iuſtitiæ cauſa.
pro hoc facit no.dictum Inno.in c.quanto.de conſue-
tu.vbi dicit papam non eſſe ſuſtinẽdum, ſi ſine magna
cauſa & aliis nota.vult mutare vniuerſalem ſtatum ec
cleſię:vtputa ſi vellet auferre epiſcopis poteſtatẽ chriſ
mandi vel baptizandi,ſecundum Hum.

¶Idem dicerẽ in caſu propoſito, ſi vellet deponere
omnes epiſcopos vel maximã multitudinẽ & ſic iudi-
cio meo poſſet intelligi & ſaluari gloſſ.in c.per princi
palem.9.q.3.quæ dicit,papã nõ poſſe diſponere omnes
epiſcopos,ſed vnum,ſic,vt in vno præſumatur cauſa,
nõ ſic in omnibus, vel in magna multitudine propter
grauitatẽ præiudicij.argu.optimum in cle. paſtoralis.
de re iudic.nam & paulus ſolus reprehendit Petrum,
cùm videretur deuiare à regulis & doctrinis commu
nibus,euitando gentiles,iudaizando in moribus:vt in
c.Paulus.2.q.7.& originaliter habetur ad Galatas 2.c.
vbi dicitur.ꝙ Paulus reſtiſtit Petro in faciem,eo quòd
repræhenſibilis erat. multo ergo fortius hoc poterit
tota eccleſia.& hoc faciet etiam ex generali poteſtate
ſibi tradita à Dño,vt ſupra dixi.nã ſi caput dolet & er-
rat,debet totum corpus reſiſtere: quia nõ eſt tũc bon⁹
paterfamiliàs. vnde Hieron.93.diſt.legimus. Orbis eſt
maior orbe.& ſi diceremus contrarium,poſſet papa ad
ducere ad confuſionem totam eccleſiam.quod non eſt
dicendum,cùm Deus orauerit pro ea, vt ſupra dixi. In
aliis verò particularibus,vbi non perturbatur vniuer-
ſalis ſtatus eccleſiæ,& fides non violatur, præſumen-
dum eſt pro eo,ꝙ non moueatur ſine cauſa rationabi-
li.pro hoc c.cum à nobis.in fi.de teſtibus. & clem.lite
ris.de probat.vbi bonus tex.cum glo.& ſic ſalua dicta
legiſtarum.iſtar enim ſacrilegij habetur diſputare de
iudicio principum.17.q 4.§.qui autẽ.& in l.2.C.de cri-
mi.ſacri. & maximè dicendum eſt hoc in papa,quem
merito Chriſti & Petri aut ſanctum inueniunt,aut ſan
ctum faciunt.c.j.40.diſtin.&c.

¶NVNC RESTAT reſpondere ad cõtrario,ad
quæ breuitatis cauſa ſingulatim non reſpondeo.maxi-
mè,quia ſi quis bene prædicta librauerit,contrariã re
cipiet limitationem per ea,quæ dixi in ſolutione. Nã
fatendum,ꝙ papa poteſt ex cauſa diſpenſare quãdoq;
circa ius diuinum,diſpoſitionem concilij, & vniuerſa
lem ſtatum eccleſiæ & authoritatem ſummorum pon
tificum:ſed vbi omnino ceſſat cauſa,non poteſt,vt ple
nè liquet ex prædictis.& ad c.j.de renũcia. lib.6 dicit,
papa renunciauit ex cauſa.nam ſi ſine cauſa,peccaret,
per ea quæ habentur in c.niſi cùm pridem.de renũcia.
& per ea quæ notantur in d.c.j.

¶Et aduerte circa hoc coniugium ſpirituale.cõtra-
hitur enim primò coniugium cum eccleſia vniuerſa-
li,cùm vnicus ſit in ſe epiſcopatus,vt prædixi, & dici-
tur contrahi eoipſo,ꝙ epiſcopus cõſecratur.tũc enim
imprimitur ei character,qui per nullũ quàm per Deũ
deleri poteſt,& remenet poſt mortem:vt legitur & no
tatur in c.2.32.q.7.& hoc eſt illud coniugium ſpiritua-
le,quod fortius eſt quàm carnale,cùm illud diſſolua-
tur morte.in c.pen.& vlti.de ſecun.nup. & plenius de
hoc per Oſtien.in c.inter corporalia.de tranſla.præla.
qui ſic intellexit principium illius c.j.

¶Secundò contrahitur matrimoniũ ſpirituale, ſcili
cet inter epiſcopum & illã eccleſiam particularem cui
præficitur.& hoc coniugium nõ eſt ita forte ſicut car-
nale,tamen nõ poteſt diſſolui ab homine ad inſtar car
nalis,vt in d.c.2.ſed per papam ex cauſa poteſt diſſol-
ui,ſine cauſa verò non.quia ſaltem deſignat coniũctio
nem,quæ cõſiſtit in ſpiritu inter Chriſtum & fidelem
animã.vnde quẽadmodum inter Chriſtum & fidelem
animam,ſignatum non diſſoluitur ſine cauſa, ita nec
ſignum,non obſtat dictũ Spec.procedit enim,vbi non
decoloratur ſtatus eccleſiæ vniuerſalis:nec læditur di
rectè vel indirectè ordinatio Dei,vt ipſemet Specu.vo
luit eo.tit.ſub rubrica de diſpen.§.nunc breuiter.cir-
ca fin.vbi poſuit caſus plurimos,in quibus diſpenſare
nõ poteſt,& maximè in verſic.11. & ſequenti.vbi tenet
inter cætera,ꝙ diſpenſatio papæ non valet contra euã
gelia vel vniuerſalem ſtatum eccleſiæ:ſeu vbi decolo-
ratur ſtatus eccleſiæ,vel cõtra ea quæ ſancti patres diſ
finierunt bene per c.& ſi illa.j.q.7.& 25.q.j.quę ad per-
petuam.& c.contra & 15.diſt.c.2.cum ſimi.ſic etiam li
mitãdum eſt dictum Bal.maximè cùm ipſe nihil boni
allegat.& ca.omnis.loquitur in tranſlatione fienda ex
cauſa c.ſi gratioſè.non loquitur,vbi matrimonium eſ-
ſet contractum inter prælatum & eccleſiam.ſed quan
do diſpenſatio fit ad tempus propter vtilitatem perſo
narum,quam papa ex cauſa facere poteſt.argument.c.
de multa.de præbend.in fine.& hæc ſufficiant quo ad
primam quæſtionem,& non miretur quiſpiam de pro-
lixitate adhibita in hac prima quæſtione, quia non pa
rum eſt attingere & explicare fundamentum poteſta-
tis totius,vt ita dixerim,eccleſiæ:& quia ex ſuperi⁹ di-
ctis,facilius infertur ad deciſionem aliorũ quęſtionũ,
in quibus breuitatẽ cum hac prolixitate cõpẽſabo &c.

¶In

¶In secunda quæstione arguitur primo, quòd præfa
17 appellatio non debuerit per concilium admitti. appellatio enim est propriè de minore iudice ad maiorẽ prouocatio. 2. q. 6. anteriorum. adeo ꝙ etiam si per errorem appellatur ad minorem iudicem, non valet in aliquo appellatio: vt in l. j. ff. de appell. sed cõcilium non est supra papam: immò concilium recipit authoritatẽ à papa, vt in c. significasti. in fi. de elec. & 20. dist. quamuis patuit clarius ex multis supra in primo dubio deductis: ergo appellatio talis non erat admittenda.

¶Secundò videtur de hoc tex. expressus in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. vbi dicitur, ꝙ à qualibet parte mun
18 di ad sedem apostolicam appellari potest. † ab illa aũt nulli est appellare permissum. & quia nulla præcedente synodo, habet facultatẽ soluendi quos synodus vnquam damnauerat, & damnandi quos oportuit nulla synodo existente. & est ille tex. valde notabilis, & facit pro his quæ dixi in præcedenti dubio: & solus papa sine concilio potest ex causa deponere etiam Imperatorem. ad idem c. nemo. & c. aliorum. & c. per principalẽ. eadem causa & quæstione. ¶Ex quibus iuribus collig
19 tur, † ꝙ à toto clero & populo & imperatore papa iudicari non potest.

¶Tertiò probatur per argu. à maiori. cùm enim nec ab imperatore seculari, nec à sententia præfecti prætorio appellari potest, vt l. j. ff. à quibus appellare non licet. & l. vna. C. de senten. præfec. præto. multo fortius nec à papa appellatur. & cùm ipsius potestas est longè maior imperiali, vt in c. solitæ. de maio. & obe. & in c. duo sunt. 96. distin.

¶Quartò fortissimè facit: quia papa est Dei vicarius
20 in terris. † in c. 2. & 3. de translatio prælat. sibi enim in persona Petri dictum fuit, Pasce oues meas. & quodcũque solueris &c. de elect. significasti. & 34. q. j. quodcũque. & c. loquitur. ergo cũ omnibus vice Dei ipse præsit, à nemine, excepto Deo, corrigi & reprehendi põt, vt in d. c. aliorum. & in c. nemo. & c. cuncta. appellatio enim præsupponit maioritatem quãdam in eo, ad quẽ appellatur: vt supra dixi. adeo quòd de vicario episcopi ad ipsum episcopum appellari non potest, cùm sit idem tribunal & eadem iurisdictio: nec consuetudo in contrarium valet, tanquam substantiæ rei repugnans: vt legitur & notatur in c. 2. de consu. lib. 6. Sed maioritas contra papam nunquam fuit tradita concilio, cùm nullum verbum fuit apostolis dictum iurisdictiõis seu potestatis collatiuum, quàm fuerit dictum ipsi Petro: immò multa Petro fuerunt dicta, vt plenè dixi supra in primo dubio, per quæ ipsimet apostoli, qui erãt spiritu Dei pleni, & ad maiorem cõfirmationẽ hoc ipsum voluerunt, ꝙ ipse Petrus loco Dei omnibus præesset, 22. dist. sacrosancta. ergo hæc appellatio nullo iure seu iuris colore fundari potest.

¶Quintò & vltimò videtur probari in c. per venerabilem. in fi. qui filii sint legit. ver. rationibus. vbi ex lege diuina probat tex. ꝙ in omni dubio recurrẽdum est ad sedem apostolicam, & ipsius diffinitioni & mandato loco Dei obtemperandum est ab omnibus. nõ ergo licet concilio de ipsius definitione iudicare, cũ facta consilij sint per ipsum papam corrigenda vel approbãda, vt ibi. & in d. c. cuncta per mundum. Ridiculum enim esset dicere, cùm statuta concilij possunt tolli per papam, vt no. in c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & in ca. significasti. eo. tit. & à papa non potest appellari ad cõcilium. si enim cõcilium esset supra papam, nõ possent per eum illius statuta violari, vt in clement. ne Romani. de elec. quod tamen est falsum: vt supra dixi. Ipse enim papa superiorem in hoc seculo non recognoscit, vt in c. per venerabilem. præalleg. post princ. & in c. licet. de elec. in fi. vbi dicitur, ꝙ ad superiorem in facto papæ non potest haberi recursus. & est ille bonus tex. in materia appellationis. & facit c. significasti. eo. titu.

¶IN CONTRARIVM, quòd appellatio debuerit admitti: Primò concilium generale est maioris authoritatis, quàm solus papa. ergo à papa illud potest appellari. consequentia patet ex se. & infra melius corroboratur. antecedens probatur. nã in concilio generali non solum interest papa, sed omnes prælati orbis, vt in c. j. 2. & 3. & c. multi 17. dist. & repræsentatur ꝑ hoc cõcilium tota ecclesia vniuersalis, vt patet Actuum 15. facit c. sicut in fi. 15. dist. c. ecclesia. de consecra. distinc. j. sed nulli dubium, quin tota ecclesia sic iuncta cũ capite suo maioris authoritatis sit, quàm solus papa. nam vt supra in primo dubio dixi, potestas fuit tradita toti ecclesiæ. sed per papam exercetur tanquã per caput ecclesiæ, vt in c. manet. 24. q. j. & in c. ita dominus. 19. dist. vt plenissimè dixi supra, hinc est, ꝙ maioris authoritatis est constitutio totius concilij, quã solus papæ: vt colligitur per c. j. 20. dist. & ibi per Archid.

21 ¶Itẽ papa solus potest errare & esse hereticus. † 40. dist. si papa. & insufficiens ad regimen ecclesiæ: vt in c. j. de renuncia. lib. 6. sed tota ecclesia errare non potest, vt legitur & notatur in c. à recta, 24. q. j. & in c. 2. maiores. de baptism. hinc etiam est, ꝙ ardua non solet papa explicare sine præsentia concilij, vt legitur & notatur in c. ad apostolicæ. de re iudic. lib. 6. & per Ost. in ca. ex gestis. de cleric. non residen. consequentia satis corroboratur per optimũ simile. Archiepiscopus est maior episcopis suæ prouinciæ, adeo ꝙ super his habeat plenariam iurisdictionem, vt in ca. pastoralis. de offic. ordina. 6. q. 3. scitote. nihilominus de illo archiepiscopo appellatur ad concilium prouinciale, cui interest archiepiscopus tanquã caput: vt no. secundum vnum intellectum in dicto c. multis. no. gl. in c. à collatione. de præben. lib. 6. & 2. q. 6. omnis oppressus. ¶Item de ordine à præside appellatur ad ꝑsidium. ff. quando appellãdum sit. l. j. §. solent. de episcopo & capitulo appellatur ad ipsum archiepiscopum, vt in dicto ca. à collatione. sic dicendum in proposito, vt à papa possit appellari ad concilium, cui interest papa vt caput.

¶Secundò adduco c. veniam. & c. sententia. 35. q. 9. & maximè iuncto c. tum ex literis. de in integ. restitu. vbi dicitur ꝙ sententia Romani põtificis potest in melius commutari, quando iustitia primò lata non est. sed reformatio ipsius non potest in melius referri, quàm ad totam ecclesiam, vbi interest etiam ipse papa. nã & solus paulus restitit ipsi Petro in faciem, & ipsum reprehendit, cùm in facto suo sequeretur scandalum in ecclesia Dei 2. q. 6. Paulus Petrum reprehendit, vt latiùs legitur ad Galatas 2. c. & tñ Petrus primò comedebat cũ gentibus, nec discernebat cibos ab eis, sicut faciebant Iudæi. demum superuenientibus ibi quibusdam Iudæis. timens eorum scandalum, subtraxit se à gentibus, & discernebat ab eis cibos, sicut faciebant Iudæi. & sic indistinctè cogebat per exemplum suum alios Iudaizare. quod videns Paulus, eum reprehendit, eiq; restitit in faciem. fortius hoc poterit facere tota ecclesia: aliàs solus papa posset deducere ecclesiam ad cõfusionem maximam, quod non est dicendum. ad idem 2. q. 7. §. item cùm Balaam. vbi asina reprehendit Balaam prophetam. & per asinam designatur subditus, ꝑ prophetam Balaam ꝑlatus, vt ibi. ad denotandum, ꝙ cùm ꝑlatus cogit subditum ad malum, põt ab eo rep̃hendi.

¶Tertiò facit §. hinc colligitur. 17. dist. vbi dicitur, ꝙ conciliorum venerandorum authoritas singularem in ecclesia sedis apostolicæ addidit potestatẽ. & dicit ibi, ꝙ papa principaliter habuit potestatem à Deo. 21. dist. quamuis. & 97. dist. omnes. secundariò verò, à conciliis: ergo concilium est maioris authoritatis quã papa: aliàs non potuisset dare authoritatem papæ, cũ nemo dat quod non habet. j. q. 7. Daibertum. & c. quod autem. de iure patronatus.

¶Quartò videmus, ꝙ in arduis & cõcernentibus statum totius ecclesiæ, vt in causa fidei, recurritur ad cõciliũ: vt legit. & not. in c. Anastasius. 19. dist. & i c. sicut.

22 15.distin.& patet actuū 15.† cùm enim fuit in primiti-
ua ecclesia dubitatum,an conuersi ad fidem, deberent
circuncidi,missum fuit non solùm ad Petrum, sed ad
23 totam ecclesiam,† quæ erat Hierosolymis.nec legitur
quòd Petrus præstiterit maiorem authoritatem,quàm
reliqui apostoli & seniores sed omnes communi con-
sensu statuerunt,quòd non fieret circuncisio.& sic cō-
muni nomine facta fuit responsio,vt legitur vbi supra,
& plenius ibi dixi super primo dubio: ergo cum opus
erat,recurrebant ad concilium etiam inter illos, qui
erant spiritu sancto pleni,& satis informati de poten-
tia papæ & ecclesiæ:ergo potuit hoc casu nostro appel
lari ad concilium,videatur an episcopi sint sola volū-
tate papæ remouibiles.quod dubium satis est arduū.
cum episcopi dicantur legati Christi,confratres papę,
& columnæ ecclesiæ.vt in dicta clementi. de pœnis. &
sunt loco apostolorum,vt in c.videntes.12.quæstion.1.
& in c.in nouo.21.dist.& in c.legitimus.93.dist.& sunt
vicarij Dei,saltem in parte.37.quæstio.1 mulieres. non
obstat,si dicatur quòd speciale est in causa fidei,vt in
ea sit concilium supra papam,vt not.glos.in dicto c.si-
cut.& in c.Anastasius.& in c.papa.40.distin. quia hæc
specialitas non probatur iure diuino,vnde emanaue-
rat potestas papæ & ecclesiæ:non enim legitur, quòd
in causa fidei Deus dedit maiorem potestatem conci-
lio seu ecclesiæ, quàm in aliis casibus vel quàm papæ.
Christus enim in translatione potestatis fuit vsus ver
bis generalibus,vt plenissimè dixi supra in primo du-
bio.cùm ergo ecclesia vsa sit hac potestate in causa fi-
dei etiā supra papam,ergo & in omnibus aliis arduis,
vbi papa iudicio vniuersali erraret,vti potest: quia si
potest maius,ergo & minus concessum videtur:vt di-
cit tex.in c.ex parte,el 2.de decimis.Si enim cōcilium
repræsentans totam ecclesiam.vt dicā in tertio dubio,
disponit in causa fidei etiam supra papam,vt in c.si pa
pa.præalleg.& 2.quæst.7 § item cùm Balaam.ver.item
si maius.& quod ibi no.Archid.& expresse tenet idem
Archid.in c in fidei fauorem de hære.libr.6 & Ostien.
quem sequi videtur Io.And.in c.proposuit. de concess.
præben.& in c per venerabilem.qui filij sint legi. ergo
potestatem ipsam recepit a Deo:aliàs non posset iudi-
care,iuxta illud euangelicum: Potestatem non habe-
res in me vllam,nisi data esset tibi desuper, vt legitur
& notatur in c.nimis.de iureiurando.& 21.distin.infe
rior.de maio.& obed cùm inferior.nec obstat,si dica-
tur,quòd in causa fidei iudicat: quia tota ecclesia erra
re non potest.cùm Deus pro ea orauit, vt legitur in c.
maiores.de baptis & glos.in c.à recta 24 quæst.1.quia,
vt dixi in dubio primo etiam concilium posset errare.
nec per hoc deficit fides,cùm potest consistere in per-
sona vnius vetulæ,quæ nunquam inter fuit concilio,
sicut accidit in persona beatæ virginis per passionem
Christi.Apostoli enim & alij credētes defecerūt ante
resurrectionem,licèt eisdem dedit potestatem clauiū:
vt in c.officij.de pœniten.& remissio.vnde Apostolus
authoritatem habens in ecclesia,scribens ad Corin-
thios,sic in epistola scripsit: Nescitis quoniam ange-
los iudicabimus?quanto magis scelera?& dixit, ange-
los,id est sacerdotes,qui propter excellentiam ordinis
in numero angelorum computantur,vt 29 dist.in§.ec-
ce.versi.hinc & Malachias. & transumptiue habetur
in c.per venerabilem.ver.Paulus.qui filij sint legiti. &
quanquam Osti.ibi intelligat dictum de papa & cardi
nalibus,hoc ergo nō credo,cùm tempore Apostoli nō
essent adhuc Cardinales:sed potius videtur de tota ec
clesia,vt satis colligitur mens sua Actuum 20. prope
medium. vbi dicitur, quòd Paulus vocabat maiores
natu ecclesiæ Ephesinę & inter cętera dixit.Attendite
vobis & vniuerso gregi,in quo vos spiritus sanctus po
suit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit
sanguine suo &c.& sic videtur quòd regimen ecclesię
non sit in solo papa,sed in omnibus prælatis. & pro hoc.
bonus text.in c.bene quidem.96.dist. vbi in alia causa
quàm fidei,concilium discutiebat peragenda & diffi-
niuit.Papa autem loquutus fuit isti tanquam vnus de
concilio.ad idē facit c.1.de sponsa & c.Osius.de elect.
& in c.aduersus.post prin.de immu.eccle.1.quæstio.7.
conuenientibus.& c.Adrianus.63.dist.

¶ Vltimò videtur de hoc casus in ca.legitimus. 93.
dist.vbi dicit Hieronymus, quòd totus orbis est ma-
ioris authoritatis,quàm sola vrbs Romana. ex quo gl.
ibi colligit arg.quòd statutum concilij præiudicat sta
tuto papæ,si contradicant sibi adinuicem. Cum ergo
concilium sit maioris authoritatis quàm solus papa,
ergo ab eo ad concilium appellari potest.2. quæstio.6.
anteriorum.

¶AD SOLVTIONEM,Christi & eius matris,
cuius res agitur præcipuè,præsidio humiliter inuoca-
to,condescendens,arbitror sic dicēdum:quòd aut pa-
pa consentit,quòd appellatio recipiatur & examine-
tur.in cōcilio enim debet admitti.nam cùm princeps
non potest suam sententiam etiam non iustam reuoca
re:vt in c. venia.& in c.sententiam.35.q.9.& de in inte-
grum restit.tamen ex literis & c.cum olim.de re iudi.
& de dolo & contu.cùm olim.fortius potest consenti-
re,vt in concilio examinetur,vbi etiam ipse interest.&
multum bene facit c.nos si competenter.2.q.7.& per il
lum text.seu eius rationem,deberet papa velle.vbi di-
cit,quòd papa si competenter aliquid egit,& in subdi-
tis suis iuxta legis tramitem non obseruauerit, etiam
iudicio imperatoris paratus est illud emendare, red-
dens rationem.nam si nos,qui aliena debemus corri-
gere,peccata peiora committimus:certè non veritatis
discipuli,sed,quod dolentes dicimus,erimus præ cæ-
teris eorum magistri &c.

¶Si ergo ex humilitate papa ibi voluit se subiicere
imperatoris iudicio,fortius debet velle pati, vt factū
suum discutiatur per cōciliū.nam vt supra dixi,ibi est
maior authoritas,cùm ibi tota sit ecclesia repræsenta-
tiuè:neq; per hoc iudicatur à concilio,sed ipse & con-
cilium discutiunt,an bene egerit,sicut ab archiepisco
po appellatur ad concilium prouinciale,vbi ipse præ-
sidet vt supra dixi.& imperator dicit, Non erubesci-
mus,si quid melius hoc ùquæ prius ipsi diximus,inue-
niamus,competentem prioribus imponere correctio-
nem,ne ab aliis corrigi expectemus.in authē.de nupt.
circa princi.colla.4.facit huc quod legitur & notatur
in c.qualiter & quando.el 1.de accusa.& per iura præ-
dicta potest admitti appellatio de papa malè informa
to,ad eundem bene informatum. nam in papa nō de-
bemus iudicare secundum leges humanas, cùm eis nō
adstringatur:vt in c.proposuit.de concession.præben.
& c.innotuit & c.significasti.eo.titu.sed secundum le-
gem naturalem & diuinam,qua adstringitur 25.quęst.
1.sunt quidam.habet quis suum errorem corrigere,im
mò debet esse magnæ sapientiæ.22.quæstion.4.ca.ma-
gnæ &c.nos si,& videtur esse nō papa cùm malè agit:
vnde altera persona cēsetur,cùm postea bene est ædi-
ficatus,sicut in simili dicit tex non est iudex,si non est
iustitia in eo.de verbor.signifi.forus.nam & ipse Deus
suam sentētiam quandoque immutat, peccatore suos
mutante mores,vt legitur & notatur in c. incommu-
tabilis 22 quæst.4.vnde dicitur. Disce mutare mores,
quia Deus nouit mutare sententiam:vt ibi not. ita pa-
pa debet fortius reuocare quod malè fecit, ex quo re-
perit causam aliter se habere. fateor tamen quòd ista
non est proprè appellatio, de qua infra faciunt men-
tionem,cùm per eam non suspendatur sententia, nec
causa deuoluatur ad superiorem, quod est proprium
appellatiōis.sed est appellatio,generaliter sumpto vo
cabulo.appellatur enim, id est, prouocatur ipse papa,
vt diligentius examinet negocium, sicut dicimus de
appellatione extraiudiciali, quæ est quædam prouo-
catio ad causam de appellationibus.cùm sit Romana.

&

& obtinet vim cuiusdam supplicationis.argumen.authen.quæ supplicatio. C.de præcib.impera.offe.& facit bene in simili.c.pastoralis. de appellationibus. vbi dicit,quod si Papa inhibuit appellationē in aliquo negocio,nihilominus si appellatur,debet superior iustitiā reuocare, vel vi appellationis deuoluentis causam licet non suspendētis à iudice à quo, vel vi querelæ. Fateor tamen,quod Papa non cogitur talem appellationem admittere, vt in iuribus & rationibus prællegatis,& maxime in dicto capitu.vnia. & capit. sententiā. & capi.cum ex literis.cum simi.aut Papa contradixit, quod supradicta appellatio admittitur in concilio, & tunc est dubium:sed vt late habeamus materiam, ampliando terminos dico,quod quædam sunt, in quibus Papa habet plenitudinem potestatis,vt his quæ sunt iuris positiui, nec decoloratur status ecclesiæ.& in illis non debet admitti appellatio,quia nemo in illis potest ei dicere,cur ita facis? cum ipsi fuerit data Christo plena potestas disponendi.& si male disponit, væ animæ suæ,vt in capitu.aliorum.& in capitu.nemo.9.quęstio. tertia.& 19.distinction.in memoriam. & in his intelligo iura quæ dicunt,quod à Papa appellari non potest, vt in capitu.cuncta per mundum eadem causa & quęstione.quod sic loquitur,si bene pōderetur, in fine sui: maxime quędam sunt,quæ Papa attentare non pōt, & illis poterit quādoque admitti appellatio.& de his casibus vide per Spe.in tit. de legato. sub rubrica de dispēsatio.§.nunc breuiter.versiculo,hæc autē sunt vsq; ad finem,quæ singulariter prosequi longum esset.

¶ Sed ponam tres casus,in quibus credo appellationem admittendam, etiam inuito Papa. Primus, cum præcipit aliquid contra fidem.In hac enim causa concilium est supra Papam, & licite receditur à Papa.24. quæstio. prima.Acacius.19.distin.capitu.Anastasius.& dicto §.item schismaticus.cū simi.supra alleg. nam in eo q Papa est hæreticus,minor est quolibet catholico, vt dicit gl.in d.c Acacius.nec est caput ecclesię.sed extra ecclesiam.hoc autē cognoscere habet ecclesia, cui in persona Petri data fuit potestas à Christo,vt in dicto capitu.remanet.24.quæstion.j.& si diceremus contrarium,posset ecclesia deduci in nihilum, cum Papa posśit esse hereticus.dicto cap.si papa.& insufficiens, vt in cap j.de renun.libro 6.& iste casus iudicio meo non habet multum dubitationis,cum in hoc casu fere omnium sententia,potest iudicari à concilio, vt suprà dixi.fortius potest eius præceptum contra fidem, corrigi per concilium.

¶ Secundus casus magis dubitabilis,cū ex suo pręcepto seu sententia decoloratur seu immutatur vniuersalis status ecclesiæ.nam communiter tenetur, Papam hoc facere non posse:vt nota.in ca.literas.de restit.spolia.in versi.dispensare.& in ca.proposuit.de cō cess.præben.& Inno.in c.cum ad monasterium.de sta. regu.Specul.in loco prællegato in versi.11.& videtur text.in cap.si illa j.quæst.7.& ca.quę ad perpetuam.25. quęst.j.per Archidia.in dict.cap.sunt quidam.& facit quod nota.Abb.in d.cap.nulli.de senten.excommuni. glo.tamen decreti,in hoc videntur contraire.nam gl. in dicto cap.quę ad perpetuam.dicit,quòd contra vniuersalem statum ecclesię papa non dispensat,sed bene quando non est generale,sicut exemplum ponit in continentia sacerdotum.sed glo.Barth.Brixien.in ca.sunt quidam.eadem causa & quæstione.dicit, quòd quicquid dicat Ioan.quandoque papa dispensat contra generalem statum ecclesiæ.sicut fecit in capi.non debet esse.de consangui.& affi.sed concordando,dico quòd per illud statutum non decolorauit statum ecclesiæ, sed potius reformauit:nec solus fecit,sed cum toto cōcili.vnde dicerem quòd cum ex mutatione vniuersalis status ecclesię decoloratur ecclesia,nō potest papa etiam dispensare,vt in d.c.& si illa.secus, si nō mutaretur,sed potius reformaretur,vt sentit Inn.in c.quāto. de consue.vbi dicit,quod ex magna causa,& alias non potest Papa venire contra vniuersalem statum ecclesiæ,quod est not.& in hoc casu credo. quod valeat appellatio ad concilium,saltem vt concilium resistat Papæ,ne confundat Dei ecclesiam. nam vt notat.dicit Innoc.in dicto capitulo quanto.non est Papa sustinēdus, si vult venire contra statum ecclesiæ vniuersalem sine causa manifesta.non enim potest sibi congruētius resisti,quam per totam ecclesiam,sicut Paulus restitit Petro,vt prædixi.& sub hoc credo includi casum nostrū, vt plene tetigi in primo dubio.quare concludo, quod dicta appellatio, de qua in themate,fuerit admittenda per ea quæ satis plene dicta sunt supra:nec hoc casu iudicatur Papa,sed potius ei resistitur,ne destruat ecclesiam Dei.interest enim totius corporis, ne caput male agat.facit optime dicto §.item cum Balaam. secunda quæstio septima.

¶ Tertius casus, cum Papa præcipit id quod est in se malum,vel vehemēter ex suo præcepto presumitur scandalum futurum.nam tali præcepto non est obtemperandum,vt no.Inno.in capitu.inquisitioni.de sentē. excomm.probatur 11.quęst.tertia si is cui pręest.& capitul.qui resistit.& capit. Iulianus.& c. si dominus.40. distinctio.capitulo primo debet enim tota ecclesia resistere scandalis futuris,& ne mala contra legē Dei cō mittantur,ad instar Pauli, qui repræhendit Petrum,vt supra dixi.& asina quę donat subditū, repræhēdit Balaam prophetam,qui donat prælatum Et si quęris,vnde conciliū habet hanc pręrogatiuam cognoscendi & resistēdi? Respondeo,per ea quæ dixi in primo dubio, & supra in argumētis pro ista parte.& bene facit dictū Osti.in c.proposuit.de concess.præben.vbi dicit, q licet Papa non potest accusari vel cōdemnari ab homine,nisi de hæresi.dicto capitu.si Papa. potest tamē moneri secrete, si palam peccat mortaliter. nam velit nolit,subiacet euangelicę veritati,quo ad monitionē faciendam,quæ cuilibet data est secunda quęst.si peccauerit.dicit tamen,quod non subiacet, quo ad id quod ibi dicitur,dic ecclesię,nisi in hęresi.si enim est impœnitens,debet dici ecclesiæ secundum Deum,id est,Deū orādo,quod ipsum inspiret,& ecclesiæ triumphāti, vt oret pro ipso.nam si imperator & totus clerus & totus populus conuenirent,ipsum non poterunt iudicare. caueat tamen ipse,quia anima sua in manibus suis,& sibi terribilius iudicium imminet & intolerabilior cruciatus.10.quæstio.tertia nemo & capit. aliorum. In subditis autem habet potestatem secundū eum,quod eius pręcepto est obediendum,etiam si dubiū sit an sit mortale,dummodo vinci potest conscientia.Si autem certum esset,peccatum esse mortale, tunc ei non est obediendum,sed recognoscēdus est Papa cęlestis, scilicet Deus.dicto capitu.Iulianus.& ecclesia triumphās quę non fallit.& hoc vltimum placet & concordat cū dicto Innocen.in dicto capitu.inquisitioni.& facit quod no.Iohan.Andr.in c. significasti.de offic.ordi.& in ca. cum adeo.de rescrip.sed pręcedens dictum nō placet. nam si Papa stat in peccato notorio,& admonitus per concilium,non vult desistere: & sic scandalizat ecclesiam,potest puniri tanquam hereticus per concilium, vt dicit gl.singularis quam approbat totus mundus in capit.si Papa.pręalle & sic per hanc viam potest denūciare cōcilium crimen Papę.ad effectum, vt per ecclesiam amoueatur & corrigatur,pōt appellari ad concilium,vbi peccatum esset notorium. & hæc sufficiant, qua ad secundum dubium.

¶ IN TERTIO dubio videtur primo,quod tam principes seculares, quam clerici etiam sine prælatura,debent interesse concilio generali. de principibus secularibus videtur text.in ca.ad Apostolicę.de re iudicata.lib.6.vbi Papa pollicitus fuit se vocaturum ad concilium reges,prælatos & clericos,tam ecclesiasticos quam seculares,vt per se, vel per solénes nuncios

ad concilium conuenirent.de imperatore, ꝙ interfuit concilio, multum solenniter, legitur in capitul.nunc autem.21.distin.& quod plus est, ibi imperator propo fuit sicut quilibet prælatus.ad idem capi. Adrianus.63. dist.vbi dicitur, ꝙ Carolus rex Francorum constituit synodum generalẽ cũ Adriano Papa.& non solum interfuit, sed etiã fuit actor in cõstituẽdo. in qua synodo fuit translata in Imperatorẽ potestas instituẽdi prælatos.& in c.2.quod incipit, in synodo.legitur. ꝙ Leo Papa in synodo cõgregata Romę cõstituit cũ cuncto clero & populo Romano, ac cõfirmauit in personã regis Ottonis, ꝙ concesserat Adrianus Carolo.& sic probat ille text.quod nõ solum reges & principes, sed etiã laici inferiores ac clerici cuncti, etiam sine prælaturis, debeant admitti ad conciliũ generalẽ etiã vbi tractatur de rebus & iuribus spiritualibus.nam ibi fuit cõcessa potestas illi Ottoni eligendi Papam & alios prælatos. ad idem c.nos ad fidem 96. distin. vbi dicit imperator, nos ad fidem confirmãdã synodo interesse volumus videtur enim ꝙ nõ tãquã inuitatus, sed suo iure debeat interesse.facit quod de hoc no.glo.in cle.j.de offi.vic. facit c.j.16.dist.vbi concilium peractum fuit imperante Constantino Augusto.

¶Item non solum principes, sed etiam iudices inferiores, leguntur interfuisse concilio: vt in d.c.ad sedẽ. 35.q.5.vbi Papa vocauit ad cõcilium episcopos & clericos ac iudices diuersarũ prouinciarũ. & sic probat ille tex.partem affirmatiuam huius dubij respectu clericorum inferiorum & respectu laicorum saltẽ præexcellentium.& pro clericis inferioribus videatur vltra prædicta tex.in c.in nomine Domini. 23. dist.vbi legitur, episcopos, abbates, presbyteros, diaconos interfuisse, & cõcedisse cõcilio, vt in c.cõueniẽtibus.j.q.7. probatur de monachis vel saltẽ abbatibus, exponẽdo ibi monachos pro abbatibus: vt exponit ibi gl.& in c.Adrianus, el secũdo pręalleg.expresse dicitur abbatibus & in c. Anastasius.19.distin.expresse fit mentio de episcopis & presbyteris & cunctis ecclesiæ catholicis. ad idem ca. olim.95.dist.vbi dicitur, quod licet episcopus ex institutione ecclesię sit presbyteris maior, omnes tamen debent regere ecclesiam in communi, vt in ca.j.15.dist.fit specifice mentio de presbyteris in genere.Ex supradictis iuribus in vnum collectis, satis videtur probatũ, ꝙ reges, principes, & alij pręsidentes & prælati inferiores episcopis, & alij sine prælaturis, debeant interesse concilio generali.

¶Secundò principaliter probatur sic: concilium re
24 pręsentat vniuersalem ecclesiam, vt in cap.sicut.in fin. 15.dist.sed ecclesia, fidelium collectio dicitur.de consecr.dist.3.ecclesia.ergo quilibet fidelis deberet admitti, si hoc postulat.cum enim tractetur ibi de reformatione totius orbis, cuiuslibet interesset, vt admittatur: pro hoc facit quod nota.Innocen.in cap.vestra.de loca.& in cap.fin.de offi.lega.vbi dicitur, quòd cũ episcopus vel legatus vult facere statutum, tangens alios seu aliorum iura, debet hoc facere cum illorum cõsensu, etiamsi sint laici, vel saltem debent esse præsentes. arg.de consecra.distin.3.c.j.& c.fi.de feriis.& idem.de Senis consi.17.

¶Tertiò videtur hoc probari Actuum 15.vbi in cõcilio etiam rei arduæ non solum interfuerunt Apostoli, sed etiã alij presbyteri & seniores.& responsum fuit factum sub nomine Apostolorum & seniorũ. & quod placuit ibi concilio, dicitur placuisse toti ecclesię.vnde dicitur ibi, quòd placuit apostolis & senioribus cũ tota ecclesia & sic probatur, quod interfuerunt apostoli & presbyteri & alij honorabiles viri, qui repręsentauerunt totam ecclesiam.quod est nota.si enim apparet, quòd illi qui ducebantur sancto spiritu, hoc fecerunt, fortius debet fieri nunc, cum illorum actio, nostra debet esse instructio.argu.c.significasti.de electio.11.distinct.ecclesiasticarum. sic etiam in antiquis cõciliis præsumitur, spiritum sanctum illorũ os fuisse locutum 50.distin.si ille.

¶Quarto specifice pro regibus facit.cum enim vngantur etiam ex præcepto Dei in veteri testamento, & hodie etiam in nouo, vt in titul de sacra vinctio.& secũda quæst 7.§.item cum Balaã videntur personæ ecclesiasticæ.Item susceperunt in eorum dignitatem ecclesiam suam Dei tuendã, de quo tenetur in stricto iudicio rationem reddere, vt in c.principes.& in c.regũ. 23.quæst.5.eorum, ergo interest cõcilio interesse, vbi de regimine ecclesiæ & totius orbis agitur.

¶IN CONTRARIVM videtur primo text.apertus in c.vbi: am.96.dist.vbi dicitur.ꝙ etiam imperatores synodalibus actibus interesse non debent.

¶Secundo probatur contra omnes non episcopos, per c.satis euidẽter.ea causa.quæst.2 vbi dicitur, illicitum
25 esse, † eum qui non est in ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis immisceri tractatibus.

¶Tertio est hor us text.in §.hinc etiã.vbi dicitur, synodo congregata apud vrbem.& in disceptatione posita, an accusatores deberent audiri contra Symmachũ Papam, serenissimus Imperator quasi Deo spirante respõdisse: synodalis est arbitrij in tanto negocio sequenda præscribenti statuere: nec aliquid ad se, præter reuerentiam, de ecclesiasticis negociis pertinere: committens etiam potestati pontificum, vt siue positum vellent audire negocium, siue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur ecclesiæ: ergo ex verbis imperatoris per concilium approbatis, probatur primo quod laici non debent se impedire de factis concilij præter reuerentiam impendendam: & quod tantum pontifices constituunt generale concilium. ¶Quartò videtur tex.in capitu.primo & secũda 17.dist.vbi concilium generale appellatur synodus
26 episcoporum. † ad idem 15.dist.c.j.vbi dicitur, quod ante Constantinum imperatorem non erat data episcopis facultas conueniendi in vnum: sed Cõstantinus dedit potestatẽ Cristianis conueniendi: & tunc incepit generale concilium: & inter cætera cõcilia tunc peracta quatuor fuerunt venerabiles synodi: quæ totam principaliter fidem complectuntur quasi quatuor euangelistæ & totidem paradisi flumina, & dicitur ibi, quod harum prior Nicena synodus, 318.di.episcoporum, Cõstantino augusto imperatore, peracta est, & sic solum episcopi intelliguntur, & idem dicitur ibi de synodo Ephesina.scilicet quasi à ducẽtis episcopis fuit edita. si ergo illi spiritusancto pleni, non vocauerunt sacerdotes vel inferiores prælatos, videtur quod necessario non sunt vocandi.

¶VENIO ad solutionem huius difficilis dubij, quod non reperio in aliqua iuris parte scribentes examinasse, quod est valde necessarium, cum iura supra allegata, varie in hoc loquantur.& dum de facto in concilio Senis habito, tempore Martini, 1424.casus disceptandi accidissent varij, varia dicebant: nihil tamen circa hoc determinatum extitit. Ego autem prout ingenij mei capacitas, diuina gratia ministrãte, patitur, inferam quod mihi in dubio hoc dicendum videtur. Primo inferam respectu laicorum: secundo, respectu clericorum De laicis est glo magis.in c.vlti.de his quæ
fiunt à prælat.quæ dicit, nõ debere interesse laicos cõ
27 ciliis ecclesiasticis, nisi in tribus casibus. † Primus, si specialiter inuitãtur.allega.cap Adrianus.63. distinct. in fin.Secundus, si tractatur casus fidei. 96. distinct.ca. vbinam.Tertius si tractatur de terminatio: quia tales causę eos tangunt, possunt interesse.allegat 35 quæst.6. ad sedem Io.And.in d.cap. fi.dicit, quod in prædictis casibus interessent vt audiant, non vt iudicent vel vt doceant.62.dist.docendus. Item dicit, quod etiam ad prædicta non est necesse laicos vocari, cum ibi diffinienda poterunt eis postea in prædicationibus publicari;

cari: quæ prædicatio fieri potest etiam ex communica-
tis. de senten. excommu. prim. respon. dicit tamẽ quod
laici possunt ad concisilium venire pro iustitia petẽda
vel defendenda. de iudi. nouit. & no. hoc vltimum pro
quo ego allego tex. optimum in c. primo de sponsa. In
ecclesiasticis autem negociis & clericorum correctio
nibus sunt laici excludendi, secundum eum. arg. in c.
massana. de elect. & expressius in extrauaganti bonifa
cij. de offi. ordi. debẽt. & cũ his dictis Io. And. transeũt
communiter scribentes. Inno. autem in c. graue. de prę
ben. tractauit satis plene de debentibus interesse pro-
uinciali concilio & episcopali, & nil dixi de generali.
forte dubitauit propter iurium varietatem: nec etiam
Io. And. hunc articulum tetigit, nisi locorum respectu,
vt supra tetigi. sed ego reperio in decretis gl. deuiantẽ
à iudicio Bernardi & Ioan. And. scilicet in c. Adrianus.
63. dist. dicit enim quod ad causas matrimoniales laici
quandoque inuitantur, & sic intelligit dictum cap. ad
sedem. in causis autem fidei dicit, quod laici interuene
runt etiam non vocati. allegat cap. veniam præalleg. &
sic sentit, quod in causis matrimonialibus non sit spe-
ciale. nõ enim interer unt nisi inuitati. & in hoc deuiat
à iudicio Bernardi. in causis vero fidei, vult quod inter-
sint iure proprio. & in hoc deuiare videtur à iudicio
Ioan. And.

Ego dicerem quod vbi in concilio tractanda sunt
negocia ecclesiactica seu pertinentia ad iurisdictionẽ
ecclesiasticam, non est necesse laicos vocari: quia pote
stas de his disponẽdi est data clericis, & nõ laicis: quia
Petro & apostolis & in personis eorum suis successori
bus data fuit potestas de spiritualibus disponere: vt ple
ne dixi in primo dubio. facit ca. ecclesia. de constitutio
nibus. & capitu. bene quidem. 96. distinct. probatur in
iuribus pro parte negatiua allegatis, & maxime in di-
cto §. hinc etiam. & expressius in c. veniam. cum enim
ibi videatur excipere causam fidei duntaxat, satis vide
tur formare regulam in oppositum. 34. quæst. 7. domi-
nus. ad idem d. c. satis euidenter. & bene facit ca. prin-
cipes. 23. q. 5. vbi dicitur: in ecclesia non est necessaria
potestas secularis, nisi in defectũ, vt quod non valent
efficere sacerdotes sermone doctrinę, potestas secula-
ris imperet per disciplinę terrorem. In causa fidei di-
stinguendum. Aut quæritur, nunquid de necessitate
sunt vocandi per ecclesiam, & credo quod nõ: quia vt
dixi, potestas plene disponẽdi spectat ad clericos, maxi
me in causa fidei. est enim ista causa mere iuris eccle-
siastici, adeo quod secularis iudex nec directe, nec indi
recte potest de ea cognoscere: sed sola executio ad pe-
titionem ecclesiæ, pertinet ad laicum: vt not. singulari
ter in capitul. vt inquisitionis. § prohibemus. de hęre-
ti. lib. 6. neque possunt publice, neque priuatim de fide
disputare vt in secundo. §. inhibemus. de hęre. lib. sex-
to nec in conciliis principalibus, à sanctis patribus e-
ditis, legitur laicos fuisse vocatos: licet de fundamẽto
fidei fuerit actum. vt patet 15. distin. ca. 1. & per totum.
sed si laici sponte se offerunt ad concilium in causa fi-
dei, tunc puto quod debent admmitti. & si proprie lo-
quitur illud c. vbi nam. ibi enim imperator obtulit se.
& sic intelligo glo. in ca. Adrianus. cum enim fides po
test remanere apud simplicem laicum, vt dixi in aliis
dubiis: quia non põt ecclesia esse nulla, interest cuius-
libet, si vult interesse. vt admittatur. & tunc puto quod
non simpliciter audient, vt dicit Io. Andre. sed consu-
lent, & dicent opiniones suas. idem credo quod tracta
bunt, sed non decident ipsi sic intelligo illud capi. vbi
nam. ibi enim solum fit mentio de tractatu. qui est di-
uisus & separatus à decisione: vt in c. tua & c. si. de his
quæ fiunt à pręla. & in ca. vlti. de his quæ fiunt à maio.
par. capit. quod tractari debeant. facit ratio præallega
ta: quia posset laicus melius scire veritatẽ, sicut olim
penes beatam virginem fides sola remansit. Item facit
capit. ad sedem. vbi laici tractarunt illas causas matri-
moniales, sed clerici habent dicere: quia populus est
docendus, & non sequendus, vt cap. docendus. præalle
ga. & quia laicis non licet iudicare spiritualia, vt in di
ctis iuribus, habebunt ergo laici in causa fidei vocem
consultiuam, non autem decisiuam. in aliis autem ne-
gociis, si inuitantur, habebunt vocem consultiuam vel
decisiuam, quatenus eis permittitur per concilium.
Nam Papa potest eos facere capaces iurium spiritua-
lium, & maxime potestatis vocis dandæ: vt in c. Adria-
nus. 2. 63. distin. & in c. in synodo. 100. dist. legitur & no
tatur. 2. quæst. 7. Mennam. quinimmo potest dare laico
potestatem excommunicandi, vt not. glos. 32. distin. ca.
verum. & cap. bene. 95. distinctio. Iohan. Andr. in c. 2. de
præben. lib. 6. & sic per inuitationem ecclesiæ intelligo
omnia iura in quibus legitur, laicos interfuisse conci-
liis, vt apertissime probat text. iuncta glos. in dicto ca.
veniam. ibi enim dicit Papa, quod non legitur, impera
tores & alios principes seculares interfuisse tractati-
bus, nisi in causa fidei. quod videtur falsum, cũ in mul-
tis aliis casibus legimus interfuisse, vt supra plene alle
gaui in prima parte. sed vt dicit glos. bene interfuerũt
tunc, sed inuitati, nõ autem iure proprio. & sic probat
ille textus sic intellectus, quod in causa fidei intersint
iure proprio. quod intellige, vt dixi supra non obstat
quod ad iussum imperatoris fuit synodus pluries con
gregata, quia processit illud secũdum ea tempora qui-
bus nõ erat facultas Christianis tute in vnũ cõueniẽ-
di. sed postmodum statutum fuit, vt sine authoritate
Papæ nullo modo posset synodus congregari. 17. distin
ctio. per totum. & vide ibi bonam glos. in summa pro
supradicta conclusione, quæ dicit quod synodus gene
ralis constituitur a Papa & episcopis. & si nil dicit de
laicis. idem probat text. iuncta glos. in l. concilia sacer-
dotum. eadem distinctio. dicerem tamen, quod vbi cõ-
cilium vellet disponere super iuribus vel rebus laico-
rum vltra quã iurisdictio ecclesiastica patiatur, quod
deberet laicos seu eorum principes tunc conuocare:
sic intelligerem dicta Innoc. in dicto capitu. fin. de fe-
riis, & de consecr. distin. tertia capitu. prim. facit cle-
men. secund. de censi. & sic posset saluari mens gl. in di
cto capitu. fin. de his quæ fiunt à præla. nec obstat, si di-
catur quod reges non videntur puri laici propter vn-
ctionem quod est falsum nõ enim propter hoc aliquẽ
ordinem recipiunt in dicto capit. vno. de sacra vnctio.
& vide cap. secundo de pręben. lib. 6. in nouella.

¶ Item non omnes clerici intersunt in conciliis, vt
statim dicam. per hoc inferam, quod in casu thematis
nostris principes seculares non poterunt interesse in-
28 uito concilio, † cum non agitur de fide, sed de validi-
tate illius dispositionis: quod est negocium ecclesiasti
cum. & videtur text. in simili, in dicto §. hinc etiam. 17.
distinctio. & in capit. satis euidenter. 96. distinctio. sed
de prælatis & clericis inferioribus potest magis dubi-
tari, cum multum verie iura loquantur, vt patet in ar-
gumen. allegatis pro & contra. reperio glos. valde not.
in decre. 17. distinctio. in sum. quæ dicit quod concilio
rum quædam sunt vniuersalia, quędam particularia
siue prouincialia, quædam episcopalia. Vniuersale dici
tur, quod Papa vel eius legatus constituit cum omni-
bus episcopis. & sic vult apertissime. quod de iure alij
prælati inferiores de necessitate non sunt vocandi. &
quatenus illa gl. dicit de legato Papæ, intelligo ad hoc
habente speciale mandatum. alias secus vt not. glos. in
capitulo secũdo eadem distinct. & tertia dist. §. porro.
Et not. ex illa glos. quod Papa potest mittere legatũ lo-
co sui ad concilium generale. quod probatur in c. secũ
do eadem distin. Item probatur in capit. Adrianus. 63.
distinct. & ibi appellantur missi, alibi appellantur lo-
cum tenentes, vt in ca. conuenientibus 3. quæst. 7. & vi-
de ibi glos. in ver. vniuersalibus. & sic principes secu-
lares in casibus in quibus interesse possint, intersunt
personaliter, vel per solennes nuncios, vt est text. in c.

de apostolicæ.de re.iud.lib.6. Idem in vniuersalibus, cum per se facile conuenire non possunt, vt in ca.fi.de his quæ fi.à prælatis.prælati vero debent esse personaliter,nisi isto impedimento detineantur.& tunc debẽt mittere legatos.18 distinct. episcopus ad synodum. & vide quod nota.Ost.& Iohan.And.in ca.2.de procura. & vide text.cum gl.90.distin.c. tertio de aliis duobus conciliis glo.ibi prosequitur.Sed plenius de illis duobus vide per Innocen.& doctor. in cap. graue.de præben.& an hæc concilia inferiora possint cõdere canones particulares,vide bonam glos.in dicto §.porro. & 16.distinct.in summa.Et an legatus Papæ ex legatione generali possit concilium prouinciale celebrare.vide per glos.& melius per Archidiac.in dicto §.porro.

¶Ego autem hic solum prosequor primum membrum,scilicet de concilio vniuersali, quod non est bene diffinitum per Maiores nostros,licet enim illa glo. 16.distinct.in sum.posuerat opin suam,nihil tamen inducit,nec respondet ad infinita cõtraria, supra per me allegata:vt ipsemet glosator in dicto cap.conuenientibus.3.quæst.7.dicit,quod abbates debent interesse cõcilio.licet secus dicat de monachis simplicib⁹.& in 6. concilio.17.distinctio.sentit primum,faciendo mentionem de solis episcopis. Idem sentit in capi.nec licuit in glo. tertia quæ etiã not.prosequitur,ad quẽ spectat impetratio institutionis concilij. & not. in hoc illam glos. Ego dicerem,quod in concilio generali episcopi solum de necessitate sunt vocãdi per iura pro hac parte allegata.Idem puto de inferioribus prælatis habentibus episcopalem iurisdictionem , vt sunt magni abbates.hoc vltimum videtur probare text. in capi.conuenientibus.3.quęstio.7.vbi abbas tenuit locum Papæ in concilio.& multi abbates dederunt vocem decisiuam,quemadmodum episcopi.quod de aliis inferioribus non legitur ibi.ad idem c. Adrianus.2. 63.distinct. vbi dicitur,quod synodus illa fuit celebrata à centum quadragintatribus religiosissimis episcopis & abbatibus,& sic abbates illi æquiparantur episcopis. & vbi legitur,inferiores interfuisse, intelligo quod specialiter fuerint inuitati, sicut & laici quandoquè inuitantur,vt supra dixi.hoc probo rationes vlti.superius allegata.

¶Ad concilium prouinciale non vocentur regula-
29 riter,nisi episcopi.† vt plene nota. Inno.in c.graue.de præben.probatur in ca.sicut olim.de accusa. & 18.dist. quasi per totum,licet de capitulis ecclesiarum cathedralium dubitetur,nunquid debeant inuitari ad tractatus concilij:vt not.in d.cap.fi.de his quę fi.à prælat. ergo fortius ad concilium generale de necessitate vocandi non sunt.eadem ratio quæ est de toto,quo ad totum,debet esse de parte,quo ad partem,vt in capit.pastoralis.§.item cum totum.de offic.de leg. & l.quæ de tota.ff.de rei ven.si enim in factis prouinciæ nõ admittuntur clerici inferiores prouinciæ : ita nec in factis vniuersalibus vocandi sunt inferiores vniuersi. nam statuere,iudicare,& reformare, sunt iurisdictionis.de rebus ecclesi.non alienan.capitul. de accu. qualiter & quando.sed potestas hæc remanet penes episcopos & prælatos magnos.satis ergo est, quod episcopi vocentur.olim enim ecclesia regebatur p omnes sacerdotes. ideo non mirum , si omnes seniores vocabantur ad concilium : sed hodie non sic:vt 15.distinctio.capitul. primo nec obstat si dicatur,quod episcopi vocant inferiores ad synodos suas , licet iurisdictionem non habeant,vt patet in capitul.decernimus.18. distinct.quia dico,quod non vocantur ibi inferiores ad communicandum vel statuendum , sed principaliter, vt facta in prouinciali concilio intimentur, vt ibidem dicitur,vt in dicto capitulo sicut olim.

¶Item vt inquirat,corrigat, audiat querelas singulorum,& similia : vt ibi.& in dicto ca.concilia.ea.dist. Si autem clerici concurrerent sponte, & vellent admitti ad concilium,credo quod de necessitate non essent admittendi , nisi sicut supra dixi de laicis. hoc videtur probari in dicto capitulo final.de his quæ fiunt a præla.vbi speciale disponitur in capitulis ecclesiarum cathedralium respectu conciliorum prouincialium.Alij autem clerici inferiores episcopis,non sunt de necessitate admittẽdi,etiamsi sponte veniant.nam & de capillis ibi dubitatur.& dico quod tunc non habent ibi vocem decisiuam, sed solum consultiuam. vnde ibi fit mentio solum de tractatu , qui est separatus à decisiõe. vt supra dixi.honestum tamen esset , vt admitterentur ad tractatum saltem vbi deest copia episcoporum. vnde intelligo omnia iura, in quibus legitur inferiores interfuisse, quod specialiter fuerunt ibi vocati seu de gratia admissi , vt cum maturiori concilio procedere viderentur.

¶Et aduertendum quod quandoquè Papa celebrat concilium non ita vniuersale,& nõ vocat prælatos omnes de vrbe,sed aliquos speciales:vt probatur in capitul. in synodo.63 distinct.vbi celebrauit concilium cũ clero & populo Romano hinc est quod iura. quędam concilia Papę appellant vniuersalia , ad differentiam aliorum quę non sunt ita vniuersalia. & octo leguntur synodi vniuersales:vt in c.sancta.& in c. seq.16. distin. & in ca.conuenientibus.præallegat hinc est quod vna synodus dicitur maioris authoritatis quàm alia ,scilicet ex numero & qualitate eorum qui interfuerunt,vt in cap.in ea synodo.c.distinct.Sed hic potest probabiliter dubitari,nunquid sit in optione Papæ , qui ad synodum vniuersalem sint vocandi & admittendi.dicerem sic,quod in his quę consistunt in plena potestate Papæ,potest vocare quos vult:quia de necessitate non congregat illud concilium,sed de honestate,& nõ habet illorum concilium & sic potest intelligi dictũ capitulum,ad apostolicæ.de re iudi.lib.6. In aliis vero, puta in factis fidei dubiis,vel concernentibus vniuersalem statum ecclesiæ,& per quæ decolori posset status ipsius ecclesię,credo quod necessario habet vocare episcopos & alios magnos pręlatos habentes epicopalem iurisdictionem.nam isti sunt à Deo constituti , vt supra dixi in primo dubio,ad regimen vniuersalis ecclesię,licet Papa sit super omnes alias notabiles personas:& principes seculares & inferiores clericos etiã vocare poterit pro consilio habendo.argumen.capitu. fin.20.distinct.quia sic plerũque à sanctis patribus noscitur fuisse factum,vt in iuribus supra allegatis. non tamen puto hoc casu illis communicari vocem decisiuam sine consensu cõcilij.ex quo hoc casu iurisdictio pertinet ad concilium.argumen.in regula, in re communi.de regu.iur.lib.6.& l.Sabinus.ff. communi diui. facit opti.quod in simi.not. Iohan. Andre. post Compost.in capitulo scriptum.de elect vbi dicit,quod maior pars capituli non potest,etiam vno resistente, communicare vocem non habẽti:quia in re communi &c. sed bene potest maior pars admittere alios pro consilio habendo argu.in cap.obeũtibus 63.dist.& per hoc patet,quid dicendum in casu thematis nostri,& generaliter in omnibus conciliis. & satis patet responsum ad contraria superius formata.

AD QVARTVM dubium arguitur primo pro parte cõcilij. Potestas tradita à Cristo domino Papę, est penes ecclesiam,quanquam explicetur per Papam caput ecclesiæ:vt plene dixi supra in primo dubio . ergo mortuo Papa vel deposito,ecclesia potest hanc potestatem exercere & potest attentari , quòd etiam inuito Papa potest concilium legitimè congregatum de dignitatibus & beneficiis prouidere:cum Christus ordinandi & disponendi ecclesiam omnibus apostolis & in personis eorum successoribus potestatem contulerit,vt in primo dubio plenissime allegaui . vbi vide.& vltra ibi allegata,induco ad propositum vnum

notabile

notabile motiuum, quod colligitur Actuum primo.c.
vbi patet, quod vacante episcopatu Iudæ proditoris,
omnes apostoli & discipuli simul tractauerunt de suc-
cessore,& elegerunt duos ex omnibus, scilicet Barna-
bam & Matthiam : & posita super eis sorte,quis illorũ
duorum præferretur,cecidit sors super Matthiã : & sic
fuit ille assumptus in numero duodenario.vt patet in
loco præallegato.& licet tunc non essent episcopatus
ita sicut hodie,distincti,vt patet in ca.olim. 95.distinc.
habebat tamen eum in cura.j.quęst.j.episcopus.& no.
in capit.cum causam.de proba.& de episcopatu Iudæ
intelligitur dictum Psalmistæ.Et episcopatum eius ac
cipiat alter &c vt legitur in Actibus apostolorum.c.j.
præallegato.si ergo Petrus qui erat spiritusancto ple-
nus,passus est vt omnes prouiderent in communi, er-
go pręsumẽdum est,quod hæc potestas remanet apud
ecclesiam vniuersalem,quæ reprę̨sentatur per consiliũ
vniuersale.vt supra dixi.

¶Secundo probatur per ca.si quis pecuniam. 78.di-
30 stinct.vbi patet,† quod mortuo Papa,cardinales cum
toto clero excommunicant inuasorem seu intrusum
in papatũ:& sic collectio clericorũ exercet iurisdictio
nẽ vacante sede Romana.& facit cle.ne Romani.de e-
lec.vbi prohibentur cardinales exercere spectantia ad
Papã sede vacante.& de cõcilio nihil dicitur:ergo cõ-
siliũ talia exercere poterit.ar.l.cum prætor.ff.de iud.&
de pręsum.c.nonne.

¶Tertio facit argu.ab absurditate vitanda.nã si po-
testas non remaneret apud ecclesiam vniuersalem se-
de vacante,sequeretur quod Papa mortuo,ecclesia re-
maneret sine aliquo pastore in terris:quod non est præ
sumendum,quia secundum hoc,cum reuerentia loquẽ
do,Cristus dominus noster non fecisset tanquã bonus
paterfamilias.arg.c.pro humani.de homi.li.6. & quod
ibi no.per Inno.nam multa possunt grauissima occur-
rere ante creatiõem papę, in quibus necessarium esset
vti plenitudine potestatis.& forte de papa non posset
de proximo prouideri.valet ar. ab absurdo.de priui.c.
ex ore.l.3.C.de condi.inser.

¶Quortò probatur per illam authoritatem Chri-
sti:Si peccauerit in te frater tuus &c.cum dixit, quòd
si te non audierit,dic ecclesiæ.habetur de iudi.nouit.
& 2.quæst.j si peccauerit.& in euangelio supra allega
to in primo dubio denotauit ergo quod potestatẽ tra
diderit ecclesię:alias sequeretur,quòd vacante Papa-
tu non possit authoritas exerceri respectu totius Chri
stianitatis:quod quantum absurditatis sapiat, nemo
est qui nesciat:& contrarium videtur probari in capi.
si duo contra 89.distin vbi patet,quòd si est contentio
inter duos de Papatu,& ignoratur quis sit in iure po-
tior,concilium generale erit iudex,vt ibi not.in gloss.
& sic ecclesia exercet iurisdictionem in casu dubij:er-
go fortius,vbi nullus subest papa penitus ¶Item con
31 cilium olim eligebat papam†,vt in cap.si transitus.ea.
distinct.& si prouidet de papatu,fortius ergo de infe-
rioribus dignitatibus.¶Item apostoli euntes per mun
dum,ordinabant presbyteros per singulas ecclesias,
Actuum 14.prope fi.& per presbyteros vniuersalis ec
clesia gubernabatur.vt in c.olim.95.distinct.& per ec
clesiam fuit ordinatum.vt ex presbyteris eligerentur
qui essent supra alios,& appellarentur episcopi,vt in
d.c.olim.& c.legimus 93 distinct.

¶IN CONTRARIVM facit primum capi-
tulum,ita dominus.18 dist vbi dicitur quòd huius iu-
ris sacramenta ad omne apostolorum officium perti-
nere voluit,in beatissimo Petro apostolorum omniũ
summo principe tolerari,vt ab ipso quasi quodam ca-
pite suum velut in corpus omne diffunderetur.

¶Ex quibus verbis satis euidenter colligitur, quòd
omnes administratores debent à Petro,& sic à papa
successore deriuari.& sunt illa verba Augustini in li-
bro secundo de doctrina Christiana,Cum ergo eccle-
sia vniuersalis absque papa sit corpus repræsentatum,
papa vero loco Dei sit caput huius corporis : hinc Pe-
trus fuit appellatus Cephas,id est, caput & principiũ,
32 † vt in ca.2.22.distinct. ergo concilium non potest sine
Papa hęc dona Dei diffundere in corpus seu membra
ecclasię ¶Ad idem secundo inducitur capit.loquitur.
24.quęst.j vbi dicitur,quod vt vnitatem in ecclesia dõ
minus designaret,super vno scilicet. Petro, ecclesiam
fundare voluit per illa verba:Tu es Petr⁹, & super hãc
petram ædificabo ecclesiã meã &c. ipse enim fuit tãtũ
pręlatus,vt ca 2.22.dist.& c.in illis 80.dist.nõ ergo põt
conciliũ de dignitatibus prouidere, cum non aposto-
li,sed ipse Petrus tenuit in terris vicẽ Dei,vt in c.2.de
trãsla.præla.& sic in petra ratione vnitatis,ad quã de-
signandam dominus Petrum solum præfecit,vt in iuri
bus præalleg &c.

¶Tertio faciunt iura,quæ dicunt, quod mortuo Papa
33 ecclesia vacat,† vt in Cle.ne Romani.de elect.& in c.
vno de Schismati.lib.6.Si vacat,ergo potestatẽ papalẽ
exercere non põt. valet enim ar.à vi vocabuli. de præ-
ben.cum secundum.21.dist.cleros.

¶Quartò facit hæc ecclesia militans,quæ est diuini-
34 tus exemplata ab ecclesia cælesti,† vt in d.ca.ad hoc.
89.dist.vt plene per glos.in Cle.ad nostrum.de hæreti.
sed in cælesti curia est vnus qui cũcta ministrat, & cui
omnia parent,scilicet. Deus sine quo nihil fit.ergo in
hac nostra ecclesia militãte vnus debet esse,s.Papa,qui
omnia ministrat, & sine quo potestas papalis exerceri
nõ debet,& ouile debet esse distinctũ à pastore. eccle-
sia enim est loco ouilis,& Papa loco veri pastoris,scili
cet Christi.non ergo debet ouile pascere,sed paci, nec
occupare officium pastoris.Solutio.In hoc dubio non
memini me legisse expresse aliquam authoritatẽ: sed
ego meliori iudicio semper saluo, dicerem quod si nul
la vrgebat necessitas prouidendi de dignitatibus an-
te creationem Romani pontificis, non debet conciliũ
de talibus se intromittere.nam de iure & antiqua pro-
uisione ecclesiæ,potestas prouidendi de episcopatibus
pertinet ad Papam,vt dicit glos. not. in capitul. quan-
quam.de elect.lib.6.probatur in capitul.in illis.80.di-
stinct.vbi patet,quod solus Petrus de episcopatibus &
superioribus dignitatibus prouidebat ad id.capi.j.22.
distinct.potestas vero prouidendi de inferioribus be-
neficiis fuit tradita episcopis.de poeni.distict.1.omnes
basilicæ.& 10.quæst j regenda. non debet ergo conci-
lium sine Papa infringere antiquas ordinationes, nec
iura,nec pręeminentias Papæ violare. argu. Clemen.
ne Romani.de electio.&c.significasti. de elect. de ma-
io.& obedien.cum inferior.& ca.licet.in fine de elect.
& in c.per venerabilem qui filij sint legi. & faciũt no.
supra pro hac parte allegata.

¶Item sicut capitulum repręsentans ecclesiam ca-
thedralem.de testa.relatum. el secundo, non succedit
in potestate conferendi beneficia spectantia ad colla-
tionem solius episcopi: vt in ca.vno ne sede vacan.li.6.
Item nec concilium repręsentans vniuersalem eccle-
siam, debet succedere in potestate conferendi digni-
tates pertinentes ad prouisionẽ Papę. ita non potest di
ci plenum consilium & plena ecclesia sine Papa. 17.di-
stinctio multis & dicto capitu.significasti & hoc cre-
do generaliter in omnibus,quæ volũtarie gerũtur per
concilium,sicut in simili dicimus in ca.sede vacan.&
not.gl.in Cle.j.de here.& in c.vno.de maiori. & obed.
lib.6.sed vbi necessitas multum vrgeret, nec posset a-
liter prouideri,quam per concilium,nec necessitas pa
titur dilationẽ in euentum vacationis Romani ponti-
ficis.arbitror pronunciationem concilij valere per ea
quæ supra allegaui in prima parte, Vnde trademus in
hac materia hãc conclusionem, quod de omnibus per
tinentibus ad Papam,concilium potest se impedire,si
necessitas magna vrget de præsenti : nec aliter potest
per constitutiones iam positas prouideri:nec sine ma-

gno damno expectari post creationem pontificis.

¶Erit ergo cócilium administrator necessarius, nó autem voluntarius.& hoc est æquissimum, & cessant vere omnes absurditates & rationes ad inuicem confli ctantes.nec obstat quod dicitur de Matthia,quia in illo concilio seu congregatione fuit Petrus,& ipse tãquam principalis proposuit negocium,& fecit ad maiorem firmitatem,& propter ecclesiæ nouitatem. nam & postea ipse solus prouidet de episcopatibus, vt in dicto capitulo multis.17.distinctio. apostoli receperunt prędicandi potestatem ab eo,vt eum in superiorem recognoscerent:licet Deus misisset omnes,vt not. archi. in dicto capitulo ita dominus. & dixi supra in primo dubio:& sic Papa hodie posset facere in cócilio,si vellet,& ad ardua conuocat conciliũ,& vt not.in capitu. ex gestis.de cle.non residen. & in capitulo ad apostolicæ.de re iudic.lib.6.& illud factum substitutionis erat núc arduum.nec obst.quod Christus tradidit potestatem omnibus.potest enim responderi dupliciter.

35 ¶Primò , quod omnes apostolos fecit pares † respectu consecrationis & ordinis, nó autem iurisdictionis in illa enim Petrus præfuit omnibus , vt no.glo.in ca. in nouo.21.distin.& in cap.loquitur.24.quęst.1.& videtur bonus tex.in cap.in illis præalleg.& in c.per venerabilem.qui filij sint legiti.

¶Secũdò potest dici,tenẽdo quod dixi in primo dubio,quod licet potestas etiam iurisdictionis fuerit data omnibus,fundamentum tamé & caput fuit datum Petro,vt probatur in dicto capit.loquitur.non impropriando ibi literam,vt impropriat ibi glo. alij ergo habent iurisdictionem sub Papa,vt hodie est videre in episcopis,qui non solum habét ordinem,sed etiam iurisdictionem spiritualem in suis diœcesibus & olim exercebant per totum orbem antequã diœceses essent distinctæ: vt supra dixi,licet hanc iurisdictionem habent sub Papa.qui dicitur habere plenitudinem potestatis.Alij enim sunt electi in partem plenitudinis , vt in capitu.ad honorem.de autbor.& vsu pal.exercebát ergo episcopi potestatem sibi traditam in diœcesibus suis,& non alibi,nisi vt dixi,quando necessitas magna aliud postularet:quia tunc totum corpus gerit vicem capitis,& ipse Christus cuius negotia agũtur,erit hoc casu caput ecclesiæ,per se sine vicario.ipse enim Christus verus est pontifex & caput ecclesiæ.dicto cap.loquitur.papa autem est vicarius Christi,vt ibi.de transla.præla.per totum.sicut enim necessitate vrgente.vnum membrum vtitur officio alterius,&non aliter,vt in dicto cap.ad hoc.& c.singula.89.dictinct. ita & corpus totum,necessitate instante,& nó aliter,debet fungi officio capitis.sicut enim est videre in episcopo & capitulo,qui faciunt vnum corpus.& in c.nouit.& in cap.quanto.de his quæ fiunt à præla.& mortuo capite fungitur corpus,idest capitulũ ipsum potestate in necessariis,& non aliter & hæc sufficiant.Et potes addere ad prędicta motiua,quæ faciebat Osti.pro collegio cardinalium,an succedet vacante sede.quod vide per glo.in c.vno.de schisma lib.6.Sed contra cardinalium collegium emanauit hodie cle.præallega ne Romani. de elect.quæ notabiliter limitatur per ea quæ suprà dixi respectu concilij generalis.Ad prædicta vide gloss. no.in cle.ne Romani.de elect.in vers.non consonam. quæ dicit,ꝙ vicariatus fuit solum Petro & successoribus datus.& si diceremus contrarium,sequeretur absurditas,quòd nó esset necessarium,papã eligi:sed penes alios resideret plenaria potestas.

¶AD QVINTVM dubium & vltimum,nunquid valuerit dicta electio,facta per concilium reluctantibus cardinalibus. ¶Et videtur primò , quòd sicut constitutio prouidens in casu mortis non debet extendi ad aliam vocandi modum.vt in c.susceptum. de rescrip.libr.6.maximè quando venit correctiuè ad ius antiquum,cum nó debeat extendi iuris correctio etiã similitudine rationis:vt in regula, quæ à iure cõmuni exorbitant.de regu.iur.li.6.& in l.quod cótra.ff. de leg.no.Barto.in authent.quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.c.in nomine Domini 23.distinct.cap.licet. de elect. & communiter alia iura quæ dant eligendi papã potestatem cardinalibus,loquuntur,ecclesia vacante per mortem papæ.ergo non sunt extendenda ad hunc casum nostrum, in quo vacabat papatus per depositionem.& sic in casu non prouiso,remanebunt iura antiqua , secundum quod potestas eligendi papam consistit penes concilium generale,vt in capit.si transitus.79.distinctio.21.distinct.capitul.secundo vbi tex. no.dicit,quod omnes Apostoli de nouo elegerunt Petrum in pótificem & in eorum caput Et hanc formam suis successoribus & reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et sic episcopi qui successerunt in locum apostolorum,12.quæst.prim.videntes. 12. distinct.in nouo. 93.distinct.legimus.habent eligere perso nam ex ordinatióe etiam apostolorum. Ex ipsis enim constituitur cócilium,vt supra dixi in præcedẽti dubio. Et pro hoc l.præcipimus.in fi.C.de ap.vbi dicitur, quod à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus reperitur in nouo.

¶Secundo,pro hac parte videtur tex.in c.si duo.79. distinct.vbi el. ctis illis duobus, qui contendebant de Papatu,dicitur,quod ille erat in sede Apostolica permansurus ,quem notat numerus clericorum noua ordinatione,diuinum iudicium & vniuersitatis consensus elegerunt,quæ verba proprie adaptantur ad concilũ generale,non repræsentans vniuersitatem clericorum,sicut præstantiores ciuitatis & rectores repręsentant ipsam ciuitatis vniuersitatem.l.3.C.de iura.cal.facit quod no.Inno.in c.si.de maio.& obe.& iste intellectus ad illum tex. tanquam iuribus antiquis consonus recipiendus est,arg.regulæ,inspicimus in obscuris de reg.iur.lib.6.

¶Tertiò probatur sic:vacante ecclesia,potestas residet in habitu & in actu penes concilium vel eligere,per ea quæ dixi plene in primo dubio & penu ergo potuit concilium velle eligere,etiam in casu cardinalibus concesso:& maxime,quia casus iste nó fuit prę uisus & rogatus per papam , cum cardinalibus dedit potestatem eligendi.Non enim cogitauit papa ad casum,quo concilium esset congregatum tempore vacationis,sed potius videtur cogitasse difficultatem,quæ erat in congregãdo concilium.cum interim multa possunt ecclesiæ vacanti imminere pericula.pro hoc text. in d.c.in nomine Domini.in prin.constitutio auté non extenditur ad causam verisimiliter non cogitatam. pro hoc tex.not.in l.si hominem.ff.mãdati.& c.cum olim de re iudi.

¶Quartò adduco ca.si quis pecunia.79. distinct.vbi dicitur,quod si quis sine cócordia & canonica electione cardinalium & sequentium religiosorum clericorũ fuit Apostolicæ sedi inthronizatus , nó est apostolicus sed apostaticus. Et sic probatur; quod electio papæ nó spectat ad solos cardinales,vbi sunt alij valentes eligere,puta episcoporum concilium.Nã ipsi dicuntur religiosi,in d.c.ex multa.de voto.

¶AD SOLVTIONEM omissis argumẽtis pro contraria parte,descendo ad alia,quoniam satis apparebunt ex his,quæ satis in solutione submittam,credo equidem electionem, de qua in themate, non valuisse. 36 † & generaliter arbitror electionem summi pontificis spectare ad dominos cardinales, siue ecclesia Romana vacet per renunciationem, siue per depositionem hoc modo probo per clemẽt.ne Romani. de elect. iuncta glos. quæ est super verbo , moriente.ibi enim disponitur de electione papæ certo modo fienda in casu mortis.& glo.ibi dicit,idem est de papa cedente.nam tunc quo ad sedem , censetur mortuus.10. distinct.ecce.in quibus.eadem est ratio in casu successionis.

ſionis,ſ.fauore eccleſiæ,& cũ eſſet ambitio, dicitur ceſſare contrariũ.c.ſuſceptũ.de reſcr.li.6.Ita dico in propoſito,ad fauorẽ eccleſię vniuerſalis fuit inductũ,vt electio ſpectet ad Cardinales propter faciliorẽ expeditionẽ.vt in d.c.in noĩe Domini.& ceſſat hoc caſu ambitio.debet eſſe iã idẽ ius in alio modo vocãdi. & ꝓ hoc facit c.in noĩe Domini.vbi tex.nõ fundat ſe ſuper morte,ſed narratiue de ea facit memoriã,& habuit reſpectũ ad id,ꝙ cõmuniter accĩdit,& vt dixi, ſatis videtur mortuꝰ,quo ad eccleſiã,ille qui renũciat vel depõitur.

¶Secundo principaliter adduco theoricam Dy.in l.ex ea.§ inſulã.ff.de ver.obl quam ſequitur Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſc.& cle.& ſentit Bar.& dicit quod vbi mors ciuilis operatur omnem effectum,quem mors naturalis,diſpoſitum in morte,habet locũ in morte ciuili,ꝙ videtur probare in d. l. Deo nobis. & l.intercidit. ff.de condi.& demon.& in l act.§.publicatione. ff.pro ſocio.& in multis aliis ſimilibus. & quanquã Io. And. non approbet illam opi.aperte in c.cum ſit.de conuer. coniu.vbi tractat hunc articulum inferendo opi. contrarias, cum eam aperte videtur probare in dicta cle. ne Romani.in gl.ſua ſupra allega.

¶Tertio faciunt iura dicentia ex identitate ratiõis diſpoſitionem extendi,in c.cũ dilecta.de confir.vti.vel inuti.& in l.nõ poſſunt.ff.de legi.& ꝙ plus eſt,hoc procedit etiã in diſpoſitione pœnali,vt eſt tex.no in l.2.ad Turp.facit c.ſi poſtquã.de elec.lib.6.in fi.& per gl.in c.j.de temp.ord.lib.6.& in cle.j. de elec.non enim apparet aliqua ratio ſpecialis, quare electio debet ſpectare magis ad Cardinales in caſu vacationis per mortem, quam per renunciationem vel depoſitionem.

¶Quarto facit:ſicut enim inferiores eligunt prælatũ in omni caſu vacationis,ita & Cardinaliũ collegiũ, cum faciant vnum corpus cũ Papa & ſint pars ſui corporis.bene facit c.per venerabilẽ.qui filij ſint legi.ver. rationibus.& in c.fundamenta.de elec.lib.6.nõ obſtat contraria.Et primo ad primũ dicendum,ꝙ procedat in ambitioſis & odioſis:ſed conceſſio facta cardinalibus, eſt fauorabilis,& in fauorẽ eccleſiæ facta,vt citius fiat prouiſio.Ideo debet reputari fauorabilis, licet afferat præiudicium concilio.reputatur enim conſtitutio fauorabilis vel odioſa ab eo quod principaliter intenditur,vt legitur & no.in l.qui exceptionem.ff.de condit. indeb.&per gl.in c.faciãt.& in c.ſi.de elec.non obſtat, ꝙ per hoc inducatur legum correctio:quia ius abrogatiuum non debet extendi ad correctionem alterius iuris per identitatem rationis:ſed ius derogatiuum bene extenditur & in veritate põt dici,ꝙ nõ eſt extenſio.ſed potius venit ex mẽte.vnde declaratur potius mens cõſtituentis ex identitate rationis,vt ſentit gl. no. in d.c.j.de temp.ord.li 6 & plene per Bar.in l.ſi cõſtãte.7.& 9.q.ff.ſol.matri.nõ ob.ſecũdũ argumẽtũ de c.ſi duo.quia debet intelligi,ꝙ aut loquatur antequã poteſtas tranſlata eſſet in cardinales,aut de collegio cardinaliũ.nã ipſi faciunt vniuerſitatem ſeu collegium, vt in cle.ne Romani.& ꝙ ibi no.de elec.& per gl. magnam.c. vno. de ſchiſma.li.6 & ꝓ quia ibi non fuit facta aliqua diſpoſitio,ſed fuerũt electi illi,qui de facto ſe intruſerãt in Papatum.non obſt.ſecundum argumentum,quia vt plene dixi in præcedenti dubio.concilium nõ debet ſe impedire de pertinentibus ad Papã niſi vbi neceſſitas vrget.non poteſt tollere conſtitutionem Papæ,vt in c. ſignificaſti.de elec.cum per cardinales poſſet prouideri vacationi,& facilius quam per concilium:& hoc vide plenius in dubio præcedenti.Non ob.vltimum cõtrarium de cap.ſi tranſitus. nam religioſi vocantur ad conſenſum electionis factæ,& non faciendæ.vnde debet reduci ad terminos ca.in nomine Domini. Et hæc ſufficiant ad laudem totius cæleſtis curiæ. ¶Diſputata fuerũt hæc dubia per dominum Nicolaum de Sicilia, abbatem Monacenſem & decretorum doctorem Senis legentem. Anno Domini 1426.in eccleſia ſancti Marci:& ad vtranque partem dubiorum,ſumme reſpondit vir notabilis & magnæ ſcientiæ dominus Robertus de Calcantibus de Florentia.

SVMMARIVM.

1 *Superiori non obediens, peccat mortaliter.*
2 *Contractus prodigi cui bonis eſt interdictum,iuramẽto non confirmatur.*
3 *Legem contemnens,moribus abutitur.*
4 *Iuramentum ad hoc vt ſit licitum, debet habere tres comites.*
5 *Iuramentum tanquam ſpirituale,nõ ſubijcitur diſpoſitioni laicorum.*
6 *Iuramentum principaliter dirigitur in Deum.*
7 *Veritas potius quam fictio, in ſpiritualibus eſt attendenda.*
8 *Periurijs non eſt via aperienda.*
9 *Iuri pro ſe introducto cuilibet renũciare eſt licitum.*
10 *Contractus contra ſtatuta facti præſumuntur dolo & metu extorti.*
11 *Iuramẽtum ſuper vſuris, in altero extremo eſt prohibitum.*
12 *Statutum laicorũ, quod præſumamus contractũ vſurarium,non valet.*
13 *Renunciatio exceptionis fictionis & ſimulationis an valeat.*
14 *Votũ ex iuſta cauſa ſimulatũ,non obligat vouentem.*
15 *Turpitudinem allegãs in illuſione rerum ſpiritualiũ, non eſt audiendus.*
16 *Deus recipit verba qualiter extrinſecus proferũtur.*
17 *Iuramentum habet vim clauſulæ: ſi non valet quod ago,valeat vt valere poteſt.*
18 *Arg.à communiter accidentibus eſt validum.*
19 *Cõmodũ ex facto demeritorio quis reportare nõ debet.*
20 *Iuramentum ſunt de iure diuino.*
21 *Iuramẽtũ quãdo ꝓceſſit ex calore iracũdiæ,& ſeruari põt citra detrimẽtũ ſalutis æternæ,an ſit obligatoriũ.*

CASVS.

Quæſtio 2.

STANTE ſtatuto condito in Italia, prohibente minores 25.ann. obligari ſine certa ſolennitate obſeruata: quia poſtpoſito eodẽ ſtatuto, poſito quod contractus ipſi,in quibus reperirentur minores obligati, ſint ficticii & ſimulati,& pro ficticiis & ſimulatis habeantur, nec valet iuramentum ſuper eis præſtitum &c. Quidam minor ann. ſolẽnitate per ſtatutum requiſita poſthabita,contrahendo ſe obligauit, ac iureiurando firmauit,omnia & ſingula in inſtrumento cõtenta eſſe vera, & non venire contra, ac obſeruare, & in nullo contrafacere vel contrauenire. Demum tẽporis curſu diſpoſitione dicti ſtatuti mota, allegando inſuper veram ſimulationem contractus,nulla prætextu iuramenti abſolutione obtenta, contrauenire nititur,aduerſario reluctante & excipiente,quod ipſi reſiſtat iuramentum:& ideo minime audiendus ſit, iudicis eccleſiaſtici patrocinio inuacato pro obſeruantia dicti iuramenti.

¶EX QVO themate, vt latius tribuatur copia di-
sputandi, & quotidianas difficultates enumerādi: nun
quid stante dicto statuto in terminis prædictis, vera si-
mulatione contractus aliter non probata, iuramētum
necessario sit obseruandum, posito quod statutū in termi-
nis iuramētum impediat, probabiliter dubitari potest
ad materiā ampliandā: Quid si statutū simpliciter pro-
hibeat minores sine certa solennitate obligari, quā ces-
sante, decernat ipsos contractus irritos & inanes, maxi
me annullādo iuramentū præstitū in oppositū: aliter si
mulationē contractus non præsumet, semper posito in
casibus prædictis iuramēti vinculo, an saltē verā simu-
lationē cōtractus allegando sit audiēdus, absolutione
à iuramento prius nō obtēta. an stante obligatione iu-
ramēti, in casu prædicto saltē petendo iuramēti abso-
lutionē, à iudice ecclesiastico sit audiēdus, aduersis nō
obstantibus. In processu horū dubiorū hunc ordinem
seruabo: Nā propter nimiā cōmunionē quæ est inter pri
mum & secundum, vt dixi, & ex infra dicendis appare
bit, instabo simul circa ea inducendo præter septē mo-
tiua ad partē negatiuam. Secundo, totidē ad partē af-
firmatiuā, & cōmuniter annectam solutionē antequam
faciam transitū ad tertium. & deinde arguam ad vtran
que partem tertij dubij, & ibi soluā, & sic demum expe
dio quartum.

¶VENIO igitur ad primum dubium: & videtur quod
iuramentum non sit obligatorium. Nā ex quo lex diri-
git præceptum & probationē ad personam, prout facit
quæstio illa quæ ligat cōuenientes ad pactū. Nā nō obe
1 diēs superiori, peccat mortaliter † in c.2. de maio. & o-
be. et iā si superior laicus in c. qui resistit & c. Iul. 11 q. 3.
& c. duo sunt. 96. dist. statutū enim loci, lex illius loci cē
seri debet in l. oēs populi. ff. de iusti. & iur. & 1. dist. ius
ciuile. ergo iuramentum nō est obseruandum, cum si-
ne peccato mortali seruari non pōt. perseueratio enim
in actu contra legis præcepta, est neutritiua peccati iā
commissi, & sic nō debet iam compelli ad obseruantiā
iuramēti, ne cogatur persistere in peccato. pro hoc fa-
cit, quia ille cui prohibentur bona sua alienare, & aliis
obligare, pōt æquiparari illi, cui interdicitur admini-
stratio bonorū. vnde sicut ille non alienat nec valet cō
tractus, l. is cui. ff. de ver. obl. nec iuramētum prout ibi
no. Bar. quia deficiunt comites, quos habere debet iu-
ramētum, & deficiunt boni mores, vt ibi dicit Bar. fuis
se conclusum per Valentem canonistam: & sic sæpius
consuluisse. ergo idem in casu nostro. ¶Concludit er-
go, contractum prodigi, cui bonis est interdictum, iu-
2 ramento non confirmari. † adde quod idem tenuit Fred. de
Senis cōs. 30. & Bal. in l. qui habet. ff. de tut. Bal. & Ang.
post Bart. in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. & Ang. in l. si
quis pro eo. ff. de fideiuss. & Bal. in l. 1. C. de sacr. eccl. in
lec. in 4 col. & in l. 2. 10. q. C. de rescin. ven. & in l. 3. ff. de
cura. fur. vbi hāc conclusionem multum pulchre limi
tauit: & pro ista multa possent adduci, sed contrarium
tenuit Ant. de Bu. & Ion. in c. cum cōtingat. de iureiur.
& Ludo. Romanus in d. l. is cui.

¶Secundo ad idem sic: Vbicunque lex resistit cōtra-
henti, ex tali contractu, lege resistente inito, non nasci
tur obligatio nec naturalis, nec ciuilis vt in l. cum lex
ff. de fideiuss. & in l. non dubium. C. de legi. regula, qui
contra iura mercatur. & regula, quæ contra ius. de re.
iur. lib. 6. Cū ergo contractus sit nullus omni respectu,
nullo modo potest confirmari per iuramentum. esset
enim impossibilis confirmatio, nisi præsupponamus ali
quod subiectum confirmandum. de ele. auditis cap. ad
dissoluendum: de despon. impu. & Inn. in c. cū dilectus
de elec. per eundem in c. prudentiam de offi. deleg. vbi
dicit, quod actus nullus ex defectu solennitatis non potest
confirmari, nisi actus ex sola voluntate pendeat cōfir
mantis. l. adoptio. ff. de adop. facit 3. q. 6. hæc quippe. &
tunc plenitudo potestatis illū actum confirmat. Cum
ergo in casu nostro contractus sit prorsus nullus, nec
dependeat à voluntate contrahentis, non pōt iuramen
to contrahentis confirmari: nec iuramentū videtur ali
quod vinculum habere, cum sit præstitum super cōtra
ctu, & super actu nō dependēte à potestate iurātis. de
fo. comp. si diligenti. & in regula, accessoriū. de reg. iu.
lib. 6. immo expresse dicit lex, quod iuramentum interposi
tum contra legem, non tenet. l. iurisgentium. §. vlt. & l.
2. ff. de pactis. Inno. in c. pleriqu. de pac. vbi allegat il-
lam legē etiā in l. non dubium. C. de legib. ¶Tertio, cū
minor contraxit. qui enim legem contemnit, abutitur
3 † ff. de iusti. & iure. l. veluti. & l. iustitia. §. præcepta. er-
go tale statutū habetur tanquā obligatoriū reprobato
riū, vt in regula, non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6.
¶Quarto statutum contractum istum simulatū annul-
lat, & ipsum iuramentum nō potest ex causa fieri. & in
hoc lex ciuilis habet potestatē Apostolici, ad hoc text.
& gl. in l. adigere. §. quamuis. de iur. pa. & in l. si quis in
quilinos. de le. 3. & l. vt iurisiu. ff. de ope. lib. nam & prin
ceps potest interpretari & addere ex causa ad ius diui
num, sicut in illo, in ore duorū vel trium stat omne ver
bum. & cum lex ciuilis in testam. requirit septē testes,
adeo quod vno deficiente, corruit totum instrumentum:
(alias testamentum) in l. si vnus. C. de testa. & in donat.
causa mortis requiruntur quinque testes. l. fi. C. de do.
causa mor. facit. 2 q. 5. præsul. & quod no. in fin. C. si contra
ius vel vtili. pu. & per Inn. in ca. quæ in ecclesiarum. de
const. nā & statuit ius ciuile super voto. l. 3. ff. de polli.
¶Quinto, cum lex siue statutū præsumat contractum
simulatum & ficticium, quod potest l. qui ad certum. ff.
loca. & C. de do. ante nup. authēt. sed iam necesse facit
c. is qui fidem. de spon. c. ad nostrā. de emp. & ven. c. il-
lo vos. de pign. & l. testamentum. ff. de probat. & l. om-
nes. §. Lucius. quæ in frau. cre. ergo iuramentum super
tali contractu præstitum, non est obligatorium. ad hoc
gl. in l. 3. C. plus valere quod agitur. nā tātū operatur fictio
in casu ficto, quātū veritas in casu vero, vt in iure præ
alleg. & in l. 3. §. ait prætor. ff. de neg. gest. ¶Sexto arguitur
sic: ad hoc vt iuramētum sit licitum, debet habere tres
4 comites †: videlicet iudicium, veritatē & iustitiam. & si
ista deficiant, non iuramentum, sed periuriū est censen
dum. 22. q. 2. animaduertēdum. & in c. & si Christus. de
iureiu. sed in casu nostro non habuit hos comites, cum
fuerit interpositum contra legem superioris, & in casu
ficto & simulato, & à lege damnato: & sic nō habuit ve
ritatem, nec discretionem, nec iustitiam, ergo nec indu
cit vinculum. ¶Septimo & vltimo instatur: Solēnita-
tes sunt introductæ in fauorem publicum, siue intelli-
gimus de solēnitate probatoria, siue formali. hinc est,
quod priuatus nō potest eis renunciare vt in c. fi. de re iu-
di. lib. 6. C. de test. l. antiqui. C. ad Velleia. & c. quia pro
pter. de elec. ergo nec iuramētū remitti pōt: quia pacto
& iuramento priuato ius publicum remitti nō potest.
de fo. cōpe. si diligenti. & in l. ius publicum. ff. de pact.

¶IN CONTRARIVM deducūtur multa alia
arg. & primo nā sicut statutū prohibet hūc minorē sine
facta certa solennitate, vt C. de prædi. mi. nō ali. per to-
tum. & tamē si in alienatione interuenit quodcūque, nō
sortietur solennitates à lege requisitas, tenet alienatio
& sic iuramentū contra legem præstitum, est obseruan
dum. in auth. sacramenta puberū C. si aduer. ven. sicut
etiā prohibetur alienatio fundi dotalis. C. de rei vxo.
act. l. rem in præsenti. §. cum autem hypothecam. ff. de
fun. do. per totū. & etiam res donata propter nuptias,
vt in auth. siue à me. ad Velleia. & tamen multipliciter
mulier compellitur in casu seruare iuramentum, vt in
cap. cum contingat. de iureiuran. & cap. licet. eo. ti. li. 6.
¶Item seruatur in pacto de non succedendo, quod repro-
batur à iure. l. pactū. de coll. & tamen iuramento firma
tur, vt in c. quamuis. de pact. in 6. sed aliud videtur sen-
tire & minus bene gl. iuris ciuilis, vt d. l. pactum, & l. rē
in præsenti. §. & cum à me. ¶Secundo iuramentum tan
5 quā spirituale, non subiicitur dispositioni laicorum. †
spectat

ſpectat enim ad forū eccleſiaſticū diſcernere.valeátne
an non vt in c.venerabilē.de elec.& in c.nouit.de iud.
& c.tua.de ord.cog.& in c.lator.in fi.qui filij ſint legi.
ergo ſtatutum prædictum reſpectu iuramenti,nihil po
teſt ſtatuere vel præſumere.ergo iuramentum non re-
probatū lege canonica,neque diuina,neceſſario eſt ob
ſeruandum,vt in c.ſi vero & in c.& ſi Chriſtus.de iure
iur.¶Tertio,nō debet admitti indirecte,quod directa
via prohibetur.vt in c.tuæ.de procu.& in c.cum quid.
de reg.iur.lib.6.Sed directe nō pōt ius ciuile,ſeu laici,
ſe impedire de iuramento ſeu alia re ſpirituali,vt in c.
decernimus.de iud.& c.bene quidem.96.diſt.ergo nec
indirecte debet eis permitti.quod eſſet,ſi ſtatuta prohi
bentia vel præſumentia fictionem impedirent,vt ener
uarent vires iuramenti.¶Quarto.iuramentum princi-
6 paliter dirigitur in Deum †, & ei quæritur principalis
obligatio.vt in c.debitores.& in d.c.& ſi Chriſtus.nō
poteſt impedire,nec tolli per eundem,nec eius vicariū
in ſpiritualibus.ex cauſa tamen,non aliter,vt in prædi
cto c.nouit.de iudi.& quod legitur & no.in c.authori
tatem.15.q.6.& per gl.in c.cum pater.ſupra de renunc.
c.ſi is qui.23.q.4.¶Quinto,in ſpiritualibus inſpicimus
7 potius veritatem,quam fictionem †:vt not. Archi.in c.
vnico de voto.lib.6 Cum ergo minor iſte ex iuramen-
to ſuo vere ageret ſe obligare Deo, non debemus at-
tendere fictionem ſtatuti & hominum ſtatuentium.
Deus.enim cor reſpicit & id quod interius agitur,non
quod per homines fingere præſumitur.14 q.5.ſi quid in
ueniſti.vt in cap. cum æterni de re iudi.lib.6.& in c.vt
noſtrum vt eccl.benefic. ¶Sexto periuriis via aperiri
8 non debet †.in c.cum contingat.de iureiu.c.clericos.
de cohabi.cle.& in l 2.C.de iudi.& in concernentibus
periculum animæ.præſumimus in partem tutiorem.vt
no.in c.vnico.de ſeru.& c.iuuenis.de ſpon.ſed tenēdo
ꝙ iuramentum non valeat in caſu prædicto, aperietur
via periuriis, & quandoque periurium committitur,
ceſſante vera ſimulatione cōtractus:ergo debemus in
parte tutiorem inclinare, vt iuramentum valeat: nec
præſumetur ſimulatione,nec veritate ceſſante,iuramē
tum.ſi cauſa euincatur. ¶Septimo & vltimo arguitur
ſic:Vnicuique licet renunciare iuri & fauori pro ſe in
9 troducto.†vt in c.ad Apoſtolicam.de reg.& in l.ſi quis
in conſcribendo.C.de pact maxime cum interpoſitio-
ne iuramenti.vt in c.cum contingat.de iureiu & in c.
2.de pac.li 6,ſed hoc ſtatutum & ſimiles diſpoſitiones
emanant in fauorem minorum:vt de ſe patet. & ſenſit
Bar.in l.ſi quis pro eo ff.de fideiuſ.& Dy.in regula.non
eſt obligatorium.de reg.iur.li.6.ergo ſaltem cum iura
mento licuit renunciare.

¶AD SOLVTIONEM horum duorum dubio
rū cōdeſcendens,Chriſti eiúſq; matris,necnō Agathæ
glorioſæ patronæ meæ noībus inuocatis,Primo recita
bo opi.principales,quas in iure reperio.Secundo ſub-
nectā,quid ingenio meo breuiter videtur Et primo d.
Iac.de Bel.tam in filiof.quā in minore prohibito con-
trahere ſine certa ſolennitate,diſputauit quæſtionem,
quid iuris,ſi contraxit cum iuramento,non ſeruata ſo-
lennitate ſtatuti:& cōcluſit in filiof.ꝙ dicto caſu iura-
mentū nō dat robur actui,tum quia eſt acceſorium ad
contractum nullum:ergo nihil valeat,vt l.nō dubium.
C.de legi.tū quia contra bonos mores.nā tales contra
ctus præbent cām deprædandi parentes,& peccādi.l.j.
ad Mace.& in regula,non eſt obligatorium.de reg.iur.
li.6.ergo &c.De minore dicit idem de iure ciuili.ſed ci
uili.ſed de iure canonico dicit eum obligari per iura
vulgaria iuris canonici, & in hoc reſidet & incidit q̄.
ſtio.lege Perusina cauetur.de qua in addi.Spec.in ti.de
ſen & de his quæ ipſam ſequuntur.§.cum aūt.de reſti.
in integ §1 poſt fi j col.do.Bar.tāgit in auth ſacramen
ta puberum C.ſi aduer.ven.& latius in l.ſi quis pro eo.
ff de fideiuſ.& in l.ſi is cui bonis.ff.de verb.obl & in l.
Seius & Augerius.ff.ad l.Fal.& plene in repetitione l.
oēs populi.ff.de iuſt.& iure.& tandē videtur conclude
re:Aut lex dirigit verba prohibentia in perſonā,& tūc
nec contractus valet contra legē ſeu ſtatutum vel iura
mentum:quia peccat veniendo contra legē ſuperioris
vt plene tetigi in articulis primo loco factis,etiāſi ali-
quid non fingat. Aut verba conferuntur ad rem,& nō
ad perſonā:vt quia dicitur ꝙ bona minoris nō poſſunt
alienari &c.& tunc,ſi lex etiā nihil præſumit in cōtra-
rium,valet iuramentum:etiamſi ſtatutum expreſſe an-
nullet iuramentum.arg.c.cum contingat.de iureiu.&
in auth.ſacramenta puberum.ſecus,ſi dicatur in ſtatu-
to,ꝙ nemo aliter contrahens præſumatur dolo & frau
de inductus ad contrahendum.

¶Dominus Ang.ſimpliciter ſequitur illā diſtinctio-
nē Bar.an vero dirigantur in rem an in perſonā:vt pri-
mo caſu valeat iuramentum,ſecundo non.& ita con-
ſuluit in quodā cōſilio quod incipit,domine Cathari-
næ.do.Bal.tāgit in auth.ſacramēta puberū.C.ſi aduer.
ven & dicit,ꝙ etiā ſtatuta ſi nō fingant dolum & ſimu
lationem,tamen ſi habent rationem & æquitatem:pu-
ta quia malitia hominum illius loci erat multum prū-
pta ad decipiendum minores,talia ſtatuta annullantia
iuramentum valent.nec iuramētum eſt obligatorium.
nam cum habeant æquitatem & rationē naturalē,non
poſſunt dici iura cōtraria.Fatetur tamē bonā eſſe cau-
telam,quæ in multis locis ſeruatur,vt cōtractus cōtra
10 ſtatuta geſti,†præſumantur dolo extorti ſeu metu &c.
¶Sed idem Bal.in l.non dubium C.de legi.in pen.col.
videtur tradere aliam theoricā.dicit enim, de iure ca-
nonico eſſe dicendum,ꝙ ſi interdictum tollit cām pro
hibitionis iuris fictione:tunc ſeruandum eſt iuramen-
tum:verbi gratia:Si cauſa ꝓhibitionis eſt minor ætas,
iuramentum fingit maiorem:& ideo tenet contractus
ſecus,ſi non tollit cauſam prohibitionis. Exemplum:
Statutum prohibet minorem contrahere, quia fingit
dolum: certe ſecundum illud iuramentum non tollit
cauſam doli præſumpti:& ideo nihil operatur iuramē
tum.arg.de leg.j.ſi quis inquilinos.§ fin.tantum igitur
operatur iuramentum,quantum poteſt operari in cau-
ſa,& non plus.nec obſt.ſecundum eum c.2.de pact.lib.
6.quia ibi cauſa prohibitionis erat de iuſtitia poſitiua
& mutabili.& non de iuſtitia immutabili: & ideo ibi
iuramentum poteſt operari. Illa aūt eſt immutabilis,
cum trangreſſio non inducit peccatum de iure diuino
illa vero iuſtitia immutabilis, cuius tranſgreſsio non
inducit peccatum: quia ius diuinum eſt immutabile:
& in hoc fundatur.ſecundum eum,c.non eſt obligato
rium.de reg.iur.lib.6.hæc ſunt vera,quando agitur de
efficacia iuramenti reſpectu iurantis:ſed quando pro-
hibitio cōcernit alium quā iurantē.iuramentum vnius
alij obeſſe non pōt.vt no.C.de bonis quæ li.l.fi.§.filius
autē.¶Ex prædictis breuiter cōcluditur,ꝙ aut iuratur
cōtra ius tertii primo caſu,aut ratio prohibitiōis fun-
datur ſuper æquitate naturali,& non valet iuramentū
aut fundatur ſuper quadam æquitate poſitiua,& tunc
valet iuramentum.

¶Tertio caſu non valet iuramentum,quæ omnia bē
ne dicit notanda.ad c.debitores.de iureiu.Reſpōdeo,
ꝙ iuramentum ſuper vſuris, eſt prohibitum in altero
11 extremo †, ſ.in recipiente: ſed non eſt prohibitum in
promittente.ideo promittēs debet obſeruare iuramē-
tum,non in fauorem habens reſpectum, ſed reſpectu
diuini nominis, quia Deo iuratur: poteſt tamen peti
abſolutio in cap.primo.in eo.ti par Bald.in d.l.non du
bium.& demum per eum in l.fi.C.de non nume.pecu.
& in l.pactum quod dotali.Cod.de coll.& in l.Seius &
Augerius.ff.ad l.Fal.¶Freder.de Senis conſilio 145.a-
lias 4 in ſimili quæſtion. non videtur facere differen-
tiam an ſtatutum dirigat verba prohibitionis ad rem,
an ad perſonam. immo omni caſu ſentit, quod agens
contra ſtatutum, eſt tranſgreſſor legis: & conclu-
dis quod iuramentum eſt obligatorium: licet dicat

contrahentem secum teneri ad relationem iuramenti, de quo tamen infra dicam in penult. dubio. sed tamen nihi attingit ibi, quando statutum præsumit dolum siue simulationem. sentit tamen contra illam distinctionem Bar. & idem do. Pe. de Anch. in repetitione c. canonum. de constitu. dicit enim hanc distinctioné esse verbalem, quia statutum annullando contractum, satis videtur prohibere contrahentibus, ne attentent contrahere. c. qui contra iura. de regu. iur. lib. 6 & verba collata in rem, concernunt potius personam quã res. c. tanta de exces. præla. & nõ refert cum quo quis loquatur. in l. cum pater. §. donationis. de lega. 2. vnde concludit argu. obligatorium, siue concernat rem siue personam: non tamen attingit expresse, quando statutum præsumit dolum seu simulationem, vel metum, vel quid simile. sed satis videtur sequi Bal. in auth. sacramenta puberum. ex causa existente valeat tunc statutum reprobãs iuramentum. Et idem do. Cardi. refert, in hoc vltimo se consuluisse in c. cum cõtingat. quia statutum potest præsumere dolum siue aliam iustã causam: & quia tunc contrahens satis videtur in dolo. ar. c. qui contra iura mercatur. de re. iur. li. 6. & Io. de Lig. & d. episcop⁹ Vincentinus valentissimus canonista, ét reprobat illã distinctionem Bar. in prealle. c. cum contingat, prædicta ratione: quia quanquam lex prohibeat simpliciter, tamen contrafaciens transgreditur legem, licet verba non dirigãtur ad personam. d. l. non dubium. nec est verum, secundum Io. de Lig. ꝙ qui libet faciens contra legem, peccet mortaliter, etiam si lex sit prohitiua: nisi sit causa perpetua prohibitiõis, cum alias lex in casibus permittat: & sic non potest esse mortale.

¶Do. Anto. de But. in d. cum contingat. spreta illa distinctione Bar. concludit, ꝙ statutum habens fundamẽtum solum fauore illius qui iurat, quod iuramentum semper obligat, etiamsi in consequentias remotas adsit prohibitioni fauor publicus, veluti ꝙ liberi procreentur, vel ꝙ ciues diuites, maneant locupletes, & non depauperentur: quia inquantum præceptum dirigitur ad personam fauore personæ, præceptum sapit naturã consilij. ff. mandati. l. j. & in l. cum pater. § mandato. de leg. 2. l. Titio. in prin. ff. de condi. & demon. cum aliis similibus. pro hoc, quia præcepta intelliguntur secundum naturam materiæ subiectæ xi. q. 3. rogo. vnde secũdum eũ, talia iuramenta sunt seruanda, nisi lex statuendo, intellectum habeat ad aliud, quam ad fauorẽ & fragilitatem iurantis, dum tamen iurans sit doli capax. de delic. pue. ca. j. & 2. & hoc putat verum, etiam si statuta annullent iuramenta, vel prohibeant: quia prohibere iuramenta, non spectat ad iudicem secularẽ, nec ad legem ciuilem. pro hoc quod no. Osti. in c. quæmadmodum. de iureiur. cum Frede. in loco præalleg. Idem dicit, si annullaret instruméta, vel fraudem præsumeret, alia non apparente causa præsumendi, vel si ponerent pœnas, venientibus ad contractũ, quia omnia talia cõfingi possent ad excludendum iuramentalem obligationem, via indirecta vel directa fieri non potest contra regulam, cum quid. de reg. iur. lib. 6. & in c. quanto. de priuile. nec obstat secundum eum, quod dicitur de voto in l. 2. ff. de polli. quia non valent leges, inquantum infringunt totum. ad hoc quod no. gl. in c. mulier. 32. q. 2. & ꝙ scribit Fred. cõs. 144. sed hoc intelligitur secundum no. per Inn. & per hoc puto, ꝙ alio extrinseco non accedente, iuramentum obliget prodigum, dum tamen sit sensus capax, quicquid senserit Fred. in cons. 30. & Bar. in l. is cui. ff. de ver. obl. ad hoc quia inquirendo æquiparatur pupillo pubertati proximo, vt no. in d. l. is cui. & ex dicto obligatur, vt ibi no. ergo ex iuramẽto de delic. pue. c. j. & 2. non obstat quod interdicta sit ei administratio. nec per hoc interdictũ est iuramentũ nec interdici põt, nec obst. ꝙ lex æquiparat eũ furioso. quia nõ attenditur in hoc æquiparatio legis, & quia totum sit fauore suo. nec obst. ꝙ legis resistẽtia impediat naturalem obl. ff. de fideius. l. cũ lege. & in l. si nõ sortẽ. §. j. ff. de condi. indeb. pari ergo ratione iuramentũ, vt 22. q. vl. iuramenti. quia illud verũ est, quando illi prohibitioni consonat ius diuinũ, vt in locis præalle. ¶Itẽ licet põt infringere naturalem, inquantũ obligatur patri, & etiam iuramentalem, quo ad obligationem secundariã, quæ dirigitur in partẽ, nõ tamẽ infringit nec infringere põt obligationẽ iuramenti, inquantũ prius dirigitur in Deũ, nec in hoc tũc sunt paria, simplex loquela & iuramentũ: quia iuramentũ principaliter in Deũ dirigitur loquela in partẽ, quo ad eius cõmodum lex potuit obligationem impedire. ad hoc c. debitores præalle. & sic aperte cõcludit do. Ant. quantũ in primo dubio, quando lex præsumit dolũ seu fictionem, habuit verissimã cãm prohibendi, si secus fecerit mere fauore minoris. Hæ sunt pricipaliores opi. quas in materia reperio.

¶NVNC NE CAPTIVEM intellectũ, subijciam quid in his dubiis sentio. Vnde meliori iudicio semp saluo, cui me semper subiicio, sic puto distinguẽdũ: ꝙ aut statutũ sine aliqua præsumptione fraudis, prohibet aliã obligationẽ seu aliũ contractũ, ét annullando iuramentũ, nisi tota solẽnitate seruata, vt in secũdo dubio: Aut præsumit fraudẽ, dolũ, fictionẽ, metum vel quid simile, vt in primo dubio. Primo casu dico iuramẽtum indistincte obseruandum, & quod principaliter propter ipsius iura emanant statuta, licet in consequẽtiam & secundario concernit fauorem publicum. siue verba statuti dirigãtur in personam, vt nullus minor se obliget &c. siue dirigãtur in rem, vt ꝙ res minoris nõ põt obligari, nisi &c. & pro hoc c. cũ cõtingat, de iureiu. & c. licet. eo. ti. lib. 6 & c. 2. de pac. eo. li. & in auth. sacramẽta puberũ. C. si aduer. ven. nã in iuribus palleg. fit prohibitio fauore psonæ principaliter, & secundario, fauore publico, vt in iuribus præallegat. iuncta l. j. ff. solu. ma. & nota. Bartol. in l. si quis pro eod. ff. de fideiuss. & Dy. in regul. iuris non est obligatorium. licet enim lex potuit, quo ad commodum subiecti & incommodum, alterius impedire obligationem, quatenus acquiritur parti, nõ tamẽ potuit, quatenus acquiritur Deo principaliter, & est in iuraméto. & hoc cũ pstatur in materia concernente principaliter ipsum iuramentũ. ad hoc ꝙ not. in c. nõ est de voto. & in c. & si Christus de iure. & in c. si quis. 22. q. 4. ad hoc optime facit, ꝙ no. Inn. in c. 2. de re. & trans. ad reli. vbi dicit, ꝙ in his spiritualib⁹ ius naturale præfertur positiuo. Vnde concludit, quo ad offerendũ filiũ morti, non est differentia inter patrẽ & matrem. facit c. si annum. de iudi. li. 6. vnde cũ contractus minoris habeat suũ esse secundum naturalem æquitatem, & secundum ius gentiũ, vbi interuenit iuramentum, non est curandum de solennitate iuris ciuilis omissa. iuramentum enim supplet omnẽ defectũ solennitatis, à iure ciuili inductũ, vt in d. auth. sacramenta puberum. & per hoc vltimum contrarium factũ ad partem negatiuam. procedit enim in solennitate inducta in fauorem publicum principaliter. sed ista solennitas, de qua in statuto, fuit introducta in fauorem minoris, vt probatur in simili in auth. sacramenta puberum. alias autem iuramentum non valeret, cuius contrarium ibi deciditur. ad idem quod not. gl. in l. si is. C. de prædiis mi. non ali.

¶Ad prædicta facit, quod legitur & not. in l. j. Cod. de sacrosan. eccles. In concernentibus enim animam attendimus solennitatem iurisgentium, & non iuris ciuilis, vt ibi no. in cap. relatum. de testa. nec potuit lex ciuilis expresse reprobare iuramentum, etiamsi minores erant soliti in tali iuramento decipi, quicquid dicat Bal. in prealle. auth. sacramenta puberum. hoc non spectat ad legem ciuilem, sed ad Papam spectat, discernere inualiditatem vel validitatem iuraméti. Ad idem quod nota. in c. cum sit generale. de foro compe. & per Io. An. in c. fi. eo. titul. lib. 6. 96. dist. si Imperator. vbi ex-

presse

presse dicit, quod in istis spiritualibus debet etiam Imperator habere recursum ad ecclesiam. & facit quod ponit Frederic. consilio. 91. vbi dicit, non valere statutum laicorum, quod ex aliquo facto siue gesto præsu-
12 mamus contractum vsurarium † puta si apparet solutio de minore quantitate, quam contineatur in instrumento, intelligatur contractus vsurarius, quia nec tangit spiritualitatem. Ideo non possunt laici super hoc statuere, in cap. fin. de rebus eccl. non alie. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. de ordi. cogn. tuam. cum simi. facit etiam quod no. Io. An. in c. statutum. de her. lib. 6. vbi concludit, simile statutum non valere etiam respectu pœnæ, vt si imponatur pœna contrahenti matrimonium sine consensu parentum. & dico in proposito, quod licet per statutum laicorum prohibeatur contractus, non tamen decernetur inualiditas iuramenti, ex quo non præstatur super re turpi: quod non de foro seculari. sed ecclesiæ de indi. cap. nouit. nec in hoc habet authoritatem Apostolicam. immo in hoc immitteret falcem in messem alterius, seu alienam: nec deceptione seu læsione curantis curauit imperator in d. authētic. sacramenta puberum. nec Papa in cap. 2. de pac. lib. 6. & in c. cum contingat. Nam propter fragilitatem sexus & ætatis expositorum multis deceptionibus, emanarunt, illa iura in fauorem minoris & mulieris: & tamen non resistunt iuramento, ff. ad Velleia. l. 2. vbi dicitur quod prætor in hoc fuit secutus æquitatem naturalem: & tunc non resistunt iuramēto, vt supra nec etiam placet dictum Bar. an verba conferantur in rem, vel in personam: quia dico, ꝙ semper intelligitur collata in personam. si enim res prohibetur alienari, ipsa persona prohibita videtur, quod res per se alienari nō possunt. non enim debet inspici, cum quo lex loquatur: sed, in quem dispositionis effectum dirigatur, vt dicit text. in l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2. pro hoc quod no. gl. in l. j. C. ne fideiuss. do. den. q̄ dicit, ꝙ si quis prohibetur dare, alter prohibetur accipere. ad hoc quod not. Bart. in l. fi. ff. de acceptilat. in l. pen. C. de iureiu. Idem ergo & fortius dicendum, si res prohibetur alienari, quælibet persona intelligitur prohibita. Notarij ex seipsis & alij sub inuolutione verborum eripiunt iuramenta talia à minoribus & maximè fœminis. quæ nō intelligunt quid agunt. hæc aūt verba d. Ant. quæ sunt elegantia & quotidiana. in eo aūt quod distinguit intra maiorē & minorē, quātū ad hunc casum, ex toto nō placet. puto enim, ꝙ etiam maior poterit conuenire. quantumcunque illa verba fuerint latè concepta, data læsione enormi vel enormissima: quia notarij hodie communiter solent apponere illa verba ad maiorem validitudinem contractus. cōtrahētes tamē putant illud esse verum precium rei, nec putant in aliquo decipi. vnde sicut possunt conuenire & petere saltem absolutionem, si dolus interuenit ex proposito argumento in prædictis legibus creditor. & in l. ab aufidio. ita quòd dolus interuenit re ipsa. æquiparatur enim dolus ex proposito, & dolus re ipsa. vt in l. si quis. cùm aliter prę alle. & in l. 2. ff. de doli except. & hoc verum, nisi in aliquibus circunstantiis contrahentem appareat voluisse verè illud, in quo fuit læsus, donare, & sic potest intelligi l. si quis donationis ff. de contrahen. emptione.

¶ In dubio enim quantumcunque propter illa verba latè concepta, non præsumam animum donandi, sed potius apposita ex consuetudine notariorum apponentium hæc verba: siue plus valeat, siue non. valet enim argumentum à communiter accidentibus, vt in c. j. de cleri. non resid. & quod ibi no. ad prædicta facit dictum no. Spec. de empt. & vendi. §. nunc videndum. ver. quid si venderes equum? vnde ponit quæstionē de illo, qui vendidit equum qui dolebat, saluo quòd tamē erat calefactus in eundo, & venditor dixit: Ego do tibi istum equum pro strabone gibboso, dolēte spatulam, & pro habente omnes magagnias, nec volo ex aliquo teneri: an nihilominus teneatur, si alias specifice non propalauit: & concludit ꝙ sic, quia videtur fuisse deceptus emptor, ꝙ venditor falsitatem dixerat in aliis expressatis. vnde credit verisimiliter dixisse falsum de morbo spatularum, & sic dico ad propositum, cum notarij & contrahentes solent ad cautelam verba lata ponere, excludentia omnia remedia, certe in dubio iste nō videtur donare vere vel pati omnem læsionem.

¶ Vnde in simili si locus interdicitur, ne in eo celebrent clerici ibi existentes, videtur interdictum in isto loco celebrari adeò quod si celebrant contra interdictum, incurrit irregularitatem. vt in c. is qui de sen. excom. li. 6. & facit etiam in c. quanto. de priuil. debemus enim capere effectum verborū, & non verba duntaxat, vt in c. fi. de renun. lib. 6. & in l. non dubium C. de legi. resistit enim legi, qui resistit voluntate ordinationi legis. vt xi. q. 3. qui resistit. & in præalleg. regula fi. & ꝙ nō sit differentia, probatur optime alia ratione. lex dirigit præceptum ad rem, ꝙ res minoris nō alienetur sine iudicis decreto. dicit lex ꝙ est factum contra legis prohibitionem, vt l. non solum. & l si quidem. & in l. ad resoluendam. C. de prædiis mi. non ali hinc est, ꝙ nulla oritur obligatio nec naturalis, nec ciuilis, vt no. Bart. in l. cum lex de fideiuss. ergo minoris vendens rem sine iudicis decreto, peccat mortaliter, quia fuit transgressor legis. & sic non tenetur ad obseruantiam iuramēti, quod est falsum. vt in auth. sacramenta puberum. ad idem in c. 2. de pac. lib. 6. vbi dicit, quod lex ciuilis improbat pactum factum à filia de cōtemptu, vt nullum regressum habeat ad bona paterna. & probatur in l. pactum. C. de colleg. ergo filia paciscens, venit contra ius ciuile, & sic contra petitum per superiorem: & sic secundū Bar. tanquam peccans, non deberet compelli ad obseruantiam iuramenti, cuius contrarium aperte probatur in l. j. ff. de donatio. inter vir. & vxor. ne maritus & mulier mutuo amore se spolient donando. & interpositum iuramentum contra prohibitionem superioris valet, vt ipse Bar. no. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. falcidiam. & Guil. de Cu. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiu. & Canonistæ in dicto c. cum contingat.

¶ Item ad hoc optime text. in l. qui contra senatuscōsultum. ff. de fideiuss. & nomin. & her. vbi dicitur, ꝙ mutuans filiofamilias, facit contra senatusconsultum. & tamen verba senatusconsulti Macedoniani non dirigūtur præceptiue, sed prohibitiue ad personā sed tamen dicitur. ꝙ illi non detur action. vt l. 2. ff. ad Macedon. ergo aperte patet, quod ex quo simpliciter aliquid prohibetur, ne fiat satis, videtur prohibita persona ne fiat. & si facit, dicitur facere contra legem, etiam si prohibetur dare: ergo filiusfamilias prohibetur accipere, vt in simili nota. gloss. in præalleg. rubic. C. ne fide. den. & tamen si minor accipit & iurat, obligatur iuramento. vt ipsemet Bartol. voluit in l. si quis pro eo. & sic conclude. quod cap. cum contingat. procedit generaliter, vt ex quo lex aliquid prohibet principaliter fauore personæ iurantis, iuramentum in contrarium præstitum, est obseruandum, ex quo non imminet peccatum: nec est contra bonos mores. vnde dico, quod si iste, de cuius fauore principaliter tractatur, iurauerit, non peccat: & si in aliquo peccauerit iurando, non tamen peccat obseruando, immo peccat conueniendo. Primum, quod non peccauerit iurandō, probatur: quia cum lex prohibuerit principaliter in fauorem personę & eius commodum, non intendit ipsam personam illaqueare trāsgressione ad peccatum. sed potius ipsum priuilegiare, ne quod statutum est in fauorem, tendat in damnum & delictum contra legem. l. quod fauore. Codic. de legibus. & in regula. quod ob gratiam de regulis iur. libro sexto. Nam iuxta illud vulgare, cuilibet licet renunciare priuilegio suo. l. si quis in conscribēdo. C. de pact. & in c. ad Apostolicæ de regula. & trans. lib. 6. vbi hoc optime probatur iūcto principio.

in ratione decidendi. nam ibi principio dicitur, quod si potest fieri ante vnius anni probationem, regulariter institutio interdicitur. & tamen ibi deciditur, quãdo ante annum quis fuit admissus ad professionem, & efficaciter obligatur: quia vterque, scilicet recipiens & receptus, videntur renunciare fauori suo. annus enim fuerat inductus ad fauorem vtriusque. & sic aperte probat illud c. quod interdicto superioris emanato in fauorem priuatæ personæ, potest is de cuius fauore agitur, licite & sine peccato renũciare, iuxta illud: Qui non vult benedictionem, elongabitur ab eo. ad idẽ optime 4. dist. §. hæc & legibus. vbi idem probatur. non enim debemus inspicere ad verba legis, an sint præceptiua, vel prohibitiua, quo ad effectum illaqueandi ex transgressione. sed primo ad subiectam materiam. ad hoc cle. Exiui de paradiso. de verb. sign. & in j. dist. humanum genus. & quod ibi no. glo. & in cle. j. de testi. & in c. nam concupiscentia. de consti. ex quo enim lex intendit priuilegiare, seu facere homines meliores: licet vtatur verbo præceptiuo vel imperatiuo, non intendit illaqueare ex transgressione in peccatum, sed potius sapit in consilium: quia hoc est de natura talis materiæ vt no. in iuribus præalleg. pro hoc quod no. Inno. in c. primo. & de vi. & ho cle. & gloss. nona. distinct. quis & illud euangelicum, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. & illud, Omnia quæ vultis vt faciãt vobis homines, vos eadem faciatis illis, vt not. in cap. humanum genus. concordat prædictis l. cum pater. §. mando. ff. de legat. 2. sed vbicunque superioris præceptum est fundatum super publica vtilitate seu animarum salute & bonis moribus. & tunc bene contra faciẽs peccat mortaliter. & ibi debet intelligi c. 2. de maiori. & obe. & similia iura, tam canonica quam ciuilia. Ad prædicta bellissime adduco tex. in l. j. §. deinde quæritur. ff. de ope. no. nun. vbi nota. vult text. quod si post nouum opus nunciatum conueniat cum aduersario, vt opus fiat, valet conuentio. & no. subiicit tex. nec periculum priuatorum iussu prætoris anteposito videatur in l. aliud agebat prætor quam hoc, vt controuersias eorũ dirimat, à quibus sponte recesserit, debebit hoc ratum habere &c.

¶ Ex quibus verbis singulariter probatur, quod licet prætor siue lex iubeat in fauorem principaliter priuatorum, possunt tamẽ partes, de quarum fauore agitur, licite conuenire, ne pacto aliquo inuoluãtur. & sic iussus ex se importat necessitatem, vt in l. prima. ff. quod iussu. tamen secus est, si sit in fauorem priuati, consentiente eo, de cuius fauore principaliter gitur. Ad idem adduco text. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. vbi dicit tex. generaliter obseruandum, vt in concernentibus rem familiarem, valeat pactum vel conuentio, non obstante lege seu prætoris imperio: secus, si in respicientibus læsionem publicam. & sic pondera imperium, vt non necessitet seu illaqueet ad peccatum, si concernit rem familiarem, ergo idem in casu nostro dicendum, qualitercunque lex loquatur, ex quo principaliter concernit minorem: per quæ etiam dicerem, circũscripto iuramento valere contractum, nisi statutum diceret ipsum contractum nullum. Adduco etiam tertio tex. in l. prima. ff. de fer. vbi tex. loquitur per verba prohibitiua concernentia personam, dicendo, ne quis messium vindemiarumque tempore aduersarium cogat ad iudiciũ venire, vt in oratiõe diui Marci exprimitur: quia occupati circa rem rusticam, in forum cõpellendi nõ sunt. vt subiicit text. quod si fecerit aduersariũ accusari, & iste non opposuit, tenet iudicium. & tamẽ iste fecit contra præceptum legis, quod secũdario magis concernebat vtilitatem publicam, quã in casu nostro Itẽ vt dixi supra posito quod in hoc reperitur aliquod pactũ, non tamen debet permitti vt veniat contra iuramentum. ex quo in eius obseruantiam peccatum nõ nutritur, ne iterum peccet. & hoc probo apertissime: lex enim diuina prohibet iurare super creatura, vt in c. & si Christus. & si iurauit, cõmittere. 22. q. j. mouet. & præalleg. c. & si Christus. & nihilominus tenetur obseruare istud iuramentum, quod in eius obseruantia imminet peccatum, vt in præalleg. ca. mouet. & apertissime hoc ibi contra regulã do. Bar. Nam verba ista diriguntur ad personam, vt patet in præalleg. ca. & si Christus. ibi, Nolite iurare &c & tamẽ si iurat, commissum fuit peccatum in iurando, tenetur tamẽ ad obseruantiã iuramenti. & idem videmus in iuramento temerario: licet enim iurando temere, male fecit, tamẽ si in eius obseruantia non imminet peccatum, nec est contra bonos mores, istud est obseruandum, vt probatur in §. illicitum. 22. q. 4. vsque ad fi. facit quod no. in c. cum quid de reg. iur. Vnde puto circa hoc posse dari talem theoricam, quod quantumcunque iuramentũ sit temereriũ seu illicitũ, ex quo tamen non est contra bonos mores, nec in eius obseruantia imminet peccatũ, semper est obseruandũ. vt optime probatur per supra allegata: & ideo limitandum istud est, quod iuramentum non habens illos tres comites, est potius periurium: quia peccauit temere iurando. vnde exponit Archi. illud verbum, periurium, vel illicitum ex peruersis iuramentum, est tamen obseruandum, ne ex transgressione iterũ peccet, vt patet ex prædictis, quod est notandum. vnde cum minor obseruando tale iuramentum non peccet, cum ante veniat in sui præiudicium. c. 2. de pac. lib. 6. debet compelli ad obseruantiam, vt in præalleg. c. cum contingat. & in auth. sacramenta puberum. ad quæ facit c. fi. de resc. vbi Papa tollit generaliter omnes leges, omnia statuta, oẽm consuetudinem, quæ nõ potest seruari sine peccato mortali, vt in c. cum cõtingat. tollit legẽ, per quã aperitur via periuriis, nec potest seruari sine peccato per transgressionem iuramenti sponte præstiti. intelligi debet esse probatum & hoc, quo ad primum membrum. & sic patet decisio secundi dubij.

¶ Tertium membrum distinctionis fuit, cum statutum præsumit fictionem, siue simulationem, vel metũ, vel quid simile: tunc dic, quod aut in illa apparet specifica vel verisimilis coniectura præsumendi fraudem. & non valet. ergo quo ad enarrandum iuramentum, quia non apparente causa vrgente, non potest obligatio de eo quærenda, siue ipsum ius diuinum impediri. arg. optimũ 15. q. j. sunt quidã. & quod no. in c. quæ in ecclesiarum. de const. per Inn. & per eundẽ in c. quia plerique. de immu. eccl. & in l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pub. esset enim tale statutum causa perfidiæ & periurij, contra l. j. C. si aduer. ven. & c. cum contingat. Aut subest causa præsumendi, vt quia cõmuniter loco minoris decipiebantur & inducebantur dolo ad contrahendum, & sæpe fingebantur contractus obligatorij cõtra minores. vnde statutum est, arguendo à cõmuniter accidẽtibus, vt liceat arguere in c. j. de cler. non resi. & quod no. ibi latius Cal. & per glossa. & Cy in l. neque natales. C. de proba. introduxit quãdam solennitatem, qua omissa, præsumitur contractus simulatus siue dolosus. & tunc constat vere, per ipsum minorem, contractum esse celebratum verum, & non simulatum, & puto ipsum adstrictum ad obseruantiam iuramenti: quia in foro animæ credatur cõfitenti in præiudicium suum. de homi. significasti. lib. 6. & quod no. gl. in cle. j. de pœnis. & cessat ratio statuti. Nam ex quo est ad obligationem diuinam, cessante causa statuendi, cessat dispositio. ad hoc quod notanter ponit Innoc. in c. quia plerique prope finem sui apparatus de immu. eccles. & faciunt iura arguentia à causa cessante de appel. cum cessante. 16. q. j. generaliter cum similib. & optime facit. quod not gl. in c. non est de voto. & idem videtur dicendum. quo ad forum contentiosum. vt si aperto ore confitetur postmodum contractum esse verum & non simulatum siue dolosum, quod teneatur ad obseruantiam, cum cessat ratio & causa statuendi: quia sublata, rema-

ne

net iuramentum validum:nam & contra præsumptionem iuris: & de iure admittitur probatio in contrarium per confessionem eius, cuius fauore agitur vt not. in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. & in c. is qui fidem de spon. & per Inn. in c. quia plerique de immu. eccle. vbi singulariter dicit, quod etiam postquam sententia transiuit in rem iudicatam, si constat de eius iniquitate per confessionem partis, pro qua lata fuit, debet reuocari: quia cessat præsumptio, quæ operatur in rem iudicatam. multo ergo fortius debet hoc dici in iuramento, quod obligat principaliter Deo, vt in c. debitores. & in ca. & si Christus. de iureiur. non enim debet iste iurans contra conscientiam transgredi iuramentum, quia ædificaret ad gehennam, quãquam hoc sit occultum ecclesiæ militanti. arg. optimum in c. literas. de resti. spo & c. inquisitioni. de sen. exc. & hoc intelligo, quando de confessione minoris adhibita sit debita solennitas. & an & quando valeat dicendum. vt not. per Bartol. in l. certum. §. minorem. ff. de confes. & per Cy. in l. clarum. C de authentic. præstan. & in l. j. de confes. aut minor allegat præsumptam fraudem per statutum, seu non dicit contractum omnino licitum: & tunc poterit seruari opin. Bal. & aliorum, vt iuramentum tunc non sit obligatorium, quia iuramentum non tollit præsumptionem statuti inducti: nec dicitur iste venire contra contractum iuratum, licet veniat contra verba, ex quo non venit contra interpretationem. ad hoc tex. sing. in l. fi. C. de non nu. pe. vbi patet, q simpliciter confitens recepisse mutuum. potest. infra biénium excipere, confessionem emanasse spe futuræ numerationis: quia præsumitur confessio alias simulata, & quando iuramentum fuit interpositum, non vt ibi dicitur. vnde notanter probatur, quod omnis præsumptio quæ est in contractu, seu tacita conditio, tollitur iuramento super eo præstito. quod no. ibi Bal. & alleg. nota. per Inno. in c. veniens de iureiu. sed melius facit, quod idẽ Inn. not. in c per tuas. de arbi. vbi nota. dicit, quod si quis iurat simpliciter seruare arbit. intelligitur iuramentum cõditionaliter appositum, s. q si seruabit, non soluet pœnam, sicut est de natura arbitri, vt obligatio sit alternatiua. Ita & iuramentum per eum præstitum, recipit sensum alternatiuum. nam cum minor iurat post contractum, præsumitur eodem dolo, i. eadẽ fraude fuisse inductus ad iurandum, sicut & contrahendum ad quod no. in præalleg. auth. siue à me. C. ad Velleia. & in l. si mulier. C. eo. titul. vbi nihil sibi præiudicat, quia adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam lectu. inciderit &c. & facit quod not. Cy. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe. in illa. q. an valeat renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ. & per hoc remanet declaratum etiam primum dubium. contraria pro vtraque parte facta. remanent declarata, nec expedit aliter respondere. debent enim intelligi & reduci secundum prædicta.

¶Ad vnum tamen aduertendum, quod puto in materia speciale & singulare: nec negari potest per iudices seculares, q cum ex argumentis & opin. supra positis reddatur saltem probabile debitum super validitate iuramenti, non poterit iudex secularis de hoc cognoscere, sed debet deferre ad iudicem ecclesiasticũ, de ord cog. tuam. de sen. excom. si iudex laicus de iudi. nouit. de foro compe. cum sit generale. & per Ioan. An. in c. fi. eo. ti. lib. 6. & videtur probare tex. in c. venerabilem. de elect. q solus Papa hoc cognoscit, ex quo oritur probabile dubium. sed Spec. in tit. de loca. §. nunc de episcoporum. ver. item Papa fingit dicit, q etiam inferior à Papa, posset interpretari iuramentum, quando dubitat de eius validitate: allegat de appel. c. significante. ad c. venerabiem. Respondit dupliciter: primo q procedit in negocio arduo & inter magnas personas, vel quando vult dare licentiam sine permutatione & commutatione aliqua. & secundum hoc dictũ Spec. sequitur do. Ant. in c. quanto. de iureiu. & per hoc adduco dictũ Inn. in c. debitores. eo. ti. vbi tenet, q episcopus põt super iuramentis ex causa dispensare. & sic fortius interpretari. immo etiã per interpretationem expresse sentit, vt in exemplis per eum positis & per prædicta sint soluta prima duo dubia.

¶NVNC DESCENDENS ad tertium dubiũ, adducam quinque argum. ad partem affirmatiuam, & quatuor ad partem negatiuam. ¶Ad partem igitur affirmatiuam, quod debeat audiri etiam nulla petita absolutione, ex quo fundat se super vera simulatione contractus: Primo arguitur sic: Iuramentum obligat iurantem ex intentione ipsius iurantis. 22. q. 5. humanæ aures. §. si ergo ex his. & de iureiu. c. quanto. sed qui simulate contrahit, in veritate nihil agit: quia deficit ibi substantia contractus, s. consensus. vnde perinde est, ac si nihil fuisset factum, vt in l. emptio. & quod ibi no. ff. de aqua plu. & in c. illo vos de pig. & in c. ad nostram de emp. & vend. & in l. si ancillam. cum l. seq. Codic. de contrahen. empt. ergo ex iuramento super eo præstito, non obligatur. pro hoc tex. not. in l. fin. Codic. de non nu. pe. vbi not. probatur, quod iuramentum recipit omnes tacitas conditiones & qualitates contractus. si enim fuisset confessus spe futuræ numerationis, ita etiã præsumitur narrasse. ita dicamus in proposito, si cõtractus fuit simulatus, sic iuramentum, facit quod not. ponit Inn. in c. per tuas. de arb. quandoque quis iurat seruare arbitrium, vt intelligatur promisisse secũdum naturam contractus, scilicet seruare arbitrium, vel soluere pœnam.

¶Secundo ad id inducitur, quod not. Bar. in l. nemo. ff de legat. primo. illa q. an renunciatio exceptionis fi-
13 ctionis & simulationis valeat. †& concludit quod nõ, quia inter eos actum est. quod contractus sit simulatus & sic deficit in substantia, & sic nõ est contractus imaginarius. ff. de regu. iu. & in l. simulatæ nuptiæ. de ritu nup. & sic renunciatio simulationis in eodem contractu facta, valeret. ¶Item esset dicere, quod esset simulatum, & non simulatum, quod esse non debet. argu. in d. l. nemo. ff. de leg. j. & c. cum super de offi. dele. de appel. solicitudinem. vna enim & eadem res non debet operari contrarios effectus. de bapt. c. maiores. præterea secundum eum sicut cõtractus ipse fuit simulatus, & ita renunciatio fuit simulata, ergo non est renunciatio. Opponitur ergo quod totus ille cõtractus, & quicquid continetur in illo instrumento, est simulatum. Ad idem quod nota. Cy. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe. vbi concludit, non valere renũciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, in eodem contractu factã quia sicut inducitur ad confitendum, ita & ad renunciandum. argumen. l. si mulier. ad Velleia. & idem videtur in omni priuilegio inducto alicui per eius fragilitatem alias de facili auferetur prouisio legis. sed cũ non potest replicari, quod est renunciatum exceptioni simulationis, quia omnia ista fuerunt simulata secus tamen esset, secundum Barto. si talis renunciatio fieret ex interuallo. argum. l. 2. C. quod me. causa. ita dico in proposito, q ex quo actum fuit, vt contractus esset simulatus. ergo & iuramentum, & quicquid secutum est incontinenti. est simulatum. non enim est dicendum, q voluerunt valere, & non valere incontinenti. argu. in l. non ad ea. ff. de cond. & demonst. Non enim præsumitur quis incontinenti velle recedere à proposito suo: vt ibi. & arg. in c. maiores. de bap. & in l. eum qui voluntatem mutatam dicit. ff. de proba.

¶Tertio inducit cap. tua. de spon. vbi etiam patet, q in matrimonio, quod est fauorabile, & in multis præiudicabitur, de condi. appo. c. fin. de re iud. c. vlt. simulatio etiam eo quod ex vna parte, quod plus est, & dolosa & deceptoria, impedit vires matrimonij ex quo constare potest de simulatione. & hoc, quia defuit ibi consensus, sine quo certum nequeat perficere fœdus con-

iugale.vt ibi dicitur.& ad idē l.nuptiæ.de ritu nup.vbi dicitur,q̄ simulatæ nuptiæ nullius sunt momenti.facit q̄ no.gl.in c.tuarū de priui.de eo qui simulauit se monachum,vt corrumperet monialem,vt per hoc non sit notatus.de quo ibi latius per doc.& per gl.in c.vt clerici.de reg.& c.quod interrogasti.27.dist.ergo nec iuramentum obligare debet,constito de simulatione & de alienatione,cum obligatio nulla sit.

¶Quarto adducitur cap j.quod me.cau.vbi patet,q̄ etiā votum ex iusta causa simulatū,nō obligat vouentem.
14 †& facit,q̄ no.gl.in c.abbas.co.ti.quæ dicit:votū per metum factum non tenet, quia exigit liberum arbitrium in vouentē de voto: licet voluntariū militē sibi eligit Christus.15.q.j.non est.Vnde ex prædictis cōcluditur,q̄ etiā iure spirituali fictio vitiat, vt nihil dicatur actum.ergo iuramentū nō est obligatoriū:& per consequens,nulla petita absolutione,potest cōuenire.

¶Quinto & vltimo videtur probare per c. quacūq̧. 22.q.vbi 5.vbi dicitur,q̄ quacunque arte verborū quis iuret,Deus tamē qui cōscientiæ testis est,ita hoc accipit,sicut ille cui iuratur:& sic aperte ibidem probatur, q̄ Deus nō aliter recipit obligationē iuramenti, etiāsi ibi interuenit dolus ex parte iurantis. quā fuerit intētio recipientis.sed in casu nostro simulate cōtrahebāt, & sic recipiens non intendebat obligare iurātē ad obseruātiā cōtractus simulati nec Deus aliter recipit &c.

¶IN CONTRARIVM ad partē negatiuam,q̄ debeat audiri,absolutione nō petita,inducitur primo c.quod interrogasti.27.dis.vbi tex.ponit casum de quadam muliere,quæ post obitum mariti sacrum velamē super caput suum imposuit & finxit se sub eodem velamine factam monialem esse, postea vero ad nuptias rediit:& concluditur, q̄ quia per hypocrisim ecclesiā conturbare voluit,nec ferme in suo voto permansit,vt pœnitentiam agat de illusione nefanda, & reuertatur ad id q̄ spopondit,& in sacro ministerio maneat,quod inchoauerat.& bellissime subiicit hæc verba:Nā si cōsenserimus,q̄ omnia sacramēta ecclesiastica quisquis prout vult fingat,& non vere faciat,omnis ordo ecclesiasticus turbabitur: nec catholicæ fidei via subsistet &c.Et sic videtur ille tex.valde notabiliter probare,q̄ in spiritualibus adeo fictio reprobatur, vt attendatur non quod mentē simulata concipitur,sed quod hominum conspectu agitur,ne populus decipiatur,& res ecclesiastica & totus ordo perturbetur.Et per hoc gl.cōcludit ibi,q̄ si quis ficte fit monachus,ad hoc vt possit fieri abbas,nihilominus tenetur, licet ficta & non sincera eius sit intentio.& idē videtur sentire in aliis spiritualibus. ergo ad propositum, & præsupponendo q̄ ficte iurauit:ne inde abutatur re spirituali, & illudatur Deo,cui obligatio quæritur principaliter,fictio tollitur,& remanet veritas obligatiōis. facit quod in simili probatur in profitente cum conditione habēdi proprium.facit quod no.Io.An.in c.fi.de condi.appo.

¶Secundo adducitur illud simile.Nam sicut ficte accedentes ad baptismū,vel ad sacramentum baptismatis,non ficte,sed veraciter suscipiunt sacramenta,& obligantur,vt aperte vult tex in c.sicut ficti.j q.j.& c.maiores.de bap.& hic,vt puto:quia eorum fictio non potuit impedire virtutē sacramenti,ita ficte debet iurans obligari Deo veraciter, ad quem principaliter dirigigitur primaria obligatio iuramenti. nam ne populus vane decipiatur, idem videtur statutum de iure ciuili in libertate præstanda, vt fingens certo casu. & sic sequitur libertas,vt in l.vna.§ sed & qui pileati.C. de lati.tol.&c.

¶Tertio probatur sic:simulat contrahens & recipiens iuramentum à contrahente de non veniendo contra,& intendit iurantē illaqueare,vt saltem quæ in apparentiam contractus non veniat,non detegat vinculum simulationis.arg.in præalleg.c.illo vos. de pign.& c.ad nostram.de emp.& ven.& ca.debitores.& cap.ad nostram.2.de iureiur.& etiā si intendebat ad hoc obligare.ergo non debet audiri. allegando simulationem: quia tetigit vitium contractus, quod est contra intentionem recipientis iuramentum,q̄ esse non debet.arg. in c.quacunque arte.22.quæst.5.

¶Quarto & vltimo,allegans turpitudinem suā maxime in illusione rerum spiritualium, non est audien-
15 dus.†de concess.præb.cum super de don.inter dilectos. ff.de leg.j si seruus plurium.§.quid ergo,per iniuriā.& probatur plene in l.si post mortē.ff.de adop.sed iste allegando simulate iurasse, allegat turpitudinem suam, videlicet quod Dei nomen & eius religionem in vanū & deceptorie assumpsit.35.q.3.cōiunctiones. in fi. ergo non est audiendus.maxime cū iurauerit omnia in contractu contenta,esse vera.nā allegauit periurium,allegando simulationem.facit ca. cum in positionibus.de iureiur.lib.6.

¶AD SOLVTIONEM huius dubij descendendo,primo reperitur gl.in l.emptione. C. plus valere q̄ agitur.si simulant iuramentum,non obstat,cum potest opponi de simulatione quasi actum sit &c. C.de legi. l. non dubium.& C.de contrahē.empt.l.si ancillā.ex qua colligit ibi gl q̄ pœna simulato contractui adiecta, si contrafieret,non cōmittitur, quod dicit proculdubio verum, cum in hoc loco reprobatur quia vere agitur, alius simulatur.Dominus Ant.in d.c.cum contingat.late prosequitur,& iudicio meo valde intricate:nec cōprehēdit omnes casus,qui possunt accidere in materia cuius verba sunt hæc quæ sequūtur: Puto cōsiderandum modum simulationis,si simulant se agere,quod intendunt non valere,licet iurent:& sic.simulant iuramētum inter collectas.& condemnatio,fingo me tibi vēdidisse.actum est inter me & te, q̄ quandō contractus non valet,tunc iuramentum non obligat. quia deficit in voluntatem iurans & recipiens,licet sic fingant.vel iuramentum esset contra intentionē,& haberet quandam contrarietatem.& sic dicit se intelligere Bar.in d. l.nemo pōt.si simulatio ex vno contractu ad alium,est magis dubium si agant,& verus contractus subsistet, & ille seruetur,& non apparens.

¶Item ecce de contractu venditionis non soluitur gabella,sicut de contractu donationis agunt vendere, sed simulant donationem. Item quia voluntas se obligandi in apparentia deficit, si agunt vt seruetur apparens cōtractus,& non is,cuius loco simulatur, vt quia vsurarius simulat de pignore vēditionem, vt lucretur fructus, vel vt vsuras habeat: & tunc hic surrogatus succedit loco veri,& non est verus contractus, & hoc casu possunt.quod si vterque cōtractus pōt seruari ab vtroque pacto vel turpitudine,probat iuramētum,vt seruari debeat quod iuratur. Si autem surrogatur loco contractus turpis,vel qui non poterat seruari absque periculo animæ,tunc iuramentū nō adstringit iurantem seruare cum simulat:quia simulatio & iuramētum,sunt ad implementum primi contractus illiciti.& sic non obligat, sicut non obligatur respectu primi cōtractus illiciti.& illa remedia habet,quæ haberet contra primum verum contractum.si esset mercator. & in hoc & in præcedēti membro loquitur d. Ant.confuse. & videtur quodammodo implicare contrarietatem.si enim simulat vnū cōtractū in locū alterius qui agitur vt simulatus seruetur,& non ille in cuius locū simulatur,cum ille sit verus contractus,qui agitur inter partes,& non ille qui simulate concipitur.¶Item inquantū dicit.q̄ si vterque contractus pōt seruari absque periculo animæ, seruandū est. & vtraque ergo simulatio nihil operatur,q̄ videtur contra omnem rationem.de hoc infra subiiciam. ¶Sed nunc prosequor dicta sua, quæ dicit vera,inquantum iurasset simpliciter, & non veniendo contra contractum simulatum,& de illo obseruando: sed si præstitisset iuramentum, quod communiter præstari solet,vt quia iurasset omnia & singula esse

la esse vera, quæ in instrumento sunt quidem conteta, vt communiter hodie notarij apponunt: tunc iuramétum excluderet, inquantum cōtraueniret, contra ostendendo simulationem, non ex hoc deteget se periurum. & sic repellitur tanquam detegens turpitudinem. de donat. inter dilectos, nisi veniret per viam denunciationis euangelicæ ad exonerandum conscientiam aduersarij: quia in hoc obstaret turpitudo, inquantum animam insequitur, vt no. de testi. ex tenore. de iureiur. quemadmodum. hæc sunt verba do. Anto.

¶ Sed reperio do. An. de Peru. in prædicto cōsilio ꝙ incipit, Domina Catharina, sentire simpliciter, ꝙ si iuramétum simplex sit super contractu, debet simplex peti absolutio. loquitur tamen, quādo vnus cōtractus simulatur in locū alterius. Dicit enim, si quis iurat se soluere vsuras, aut nō venire contra contractū pignoratitiū factum in forma venditionis, immediate, cum est absolutus, pōt prosequi ius suum: quia tale iuramentum nō confirmat promissionem.

¶ Sed dominus Fred. de Se. cōs. 300. alias 289. etiā sentit absolutioné necessariā, & loquitur in casu, in quo do. Ang de Pe. & aperte sentit hoc procedere, vbi iurauit, oīa contenta in instrumento esse vera. ꝙ est contra do. Ant. qui hoc casu dicit absolutionem. Hoc vltimū ego expediā proximo sequenti dubio. Sed hic submittam, quid mihi in hoc dubio videatur, & procedā per enumerationé casuum qui possunt contingere. Iste enim procedendi modus est clarior, quam per viam distributionis, quæ nimis longa obumbrat intellectum.

¶ Primus quādo simulās intercessit ex parte vtriusque contrahentis, & actum fuit inter partes, vt tam cōtractus quā iuramentū, essent simulata: intercessit simulatio ex mixta cā, puta propter mixtū timoré, vel debitor obnoxius ad veniendū, mutuum congruit (alias cœpit) pignus sub forma venditionis, vt ille creditor lucraretur fructus: & tunc siue subrogetur in locū alterius cōtractus, siue nō, iuramentū non obligat. quia deficit consensus, & fuit iusta causa simulandi ad hoc c. j. de vo. & l. si C. de non nu pec. & 22 q 5 quacunque. & c. humane. & alia iura in prima parte inducta.

¶ Secundus casus, quādo interuenerunt oīa quæ ponuntur in præcedenti casu: quia cā simulandi fuit iniusta & praua, vt fraudetur gabella, finxerunt aliū cōtractū, & iurarunt vel ad deceptioné alterius. & tunc est magnū dubiū ꝑpter iura allegata supra in parte negatiua. sed in hoc casu dico aduertendū ad formā iurādi: aut enim iurauit singula cōtenta in instruméto esse vera, & tunc incōtinēti fuit periurus. licet méte conciperet illa esse falsa, quia simulatio intentionis ex iusta cā nō excusat, vt no. in præcedenti c. ꝙ interrogasti. sic cōtingit in illo, qui prece vel precio corruptus deponit falsum, vt in c. sicut de testi & in c. j. de cri. fal. vnde nō debet audiri allegās simulationé, cum fateatur turpitudinem suam, videlicet se periurum, & habuisse dolum ad deceptionem alterius. ad hoc c. cum super de concess. præb. & alia iura allegata supra in vltimo contrario. sed si iurauit non venire contra illum contractum, quem simulabat, & tūc puto quo ad Deum, licet grauiter peccet assumendo religionem iuraméti in vanum, & maxime ad detestationem alterius, cum transgreditur, non incidit in periurium. quia hic affuit intentio se obligandi. vnde respectu Dei nō exigitur absolutio. ad hoc c. tua de spō præalleg. & in l. nuptiæ. ff. de ritu nup. & quod no. gl. in c. tuarum de priuile. & Archi. in præalleg. c. quod interrogasti vbi post quosdam sentit, ꝙ illa non est vera monacha. sed propter sui culpā compellitur esse in monasterio. & maxime cum non poterat probare simulationem. Deus enim recipit verba,

16 qualia ex intus proferuntur †. 22. q. 5. humane. & §. si ergo. nec obst. c. sicut j q. 2. & c. maiores. vbi patet, ꝙ vere confertur baptismus. quia intelligitur quando ipse solus habebat intentionem: vt quia non perfecte intendebat recipere baptismum, sed dans credebat baptizare vt virtus verborum & sacramenti imprimatur, de quo tamen per Inn. in c. j. de ap. sed quo ad forum contentiosum, compelleretur seruare iuramentum, quatenus venit in sui præiudicium, & non imminet periculum: quia non debuit confundere ordinem rerum, & maxime spiritualium, & abuti iuramento maxime ad alterius deceptionem, vnde nō debet audiri, hanc turpitudinem allegans. ad hoc optime prædictum c. tua. de spon.

¶ Tertius casus, quando simulatio contractus interuenit ex parte vtriusque, & iuramentū fuit præstitū super tali contractu, & actū fuit vt non veniret cōtra apparenté contractū. sed in veritate seruatur verus cōtractus. puta pignoraticius. & tunc absque dubio nō pōt conuenire, non petita absolutione. Et hoc casu intelligitur dictū Ang & dictū Fred. & do. Ant. in tertio membro. Hoc enim iuratur ex parte, & secundū intentioné vtriusque obligat, & vt non detegatur simulatio, & vt seruetur verus contractus pignoraticius. forte & sub isto velamine recipiat fructus loco vsuræ. vnde idé est, ac si iurasset soluere vsuras. quo casu non licet contrauenire, absolutione non petita, vt c. j. & in c. debitores. de iureiu. & iste casus (iudicio meo) non habet dubiū, quando cōstat ꝙ iuramentū ad hoc fuit interpositū, vt contractus simulatus seruetur, quo ad apparentiam, & sic non detegatur simulatio.

¶ Sed dubiū est, ꝙ si iuramentū fuit simpliciter præstitū, & non apparet ꝙ non consenserunt contrahentes circa iuramentum. & de hoc in casu sequenti.

¶ Quartus casus est, quando fuit simulatus, & iuramentū fuit super eodé præstitū, si pōt constare de iuraméti simulatione. & istum casum reputo dubiū. & tūc puto dicendum, ꝙ quo ad talé obseruantiā contractus simulati non pōt obligari ex iuramento. quia est præsumendū ꝙ incontinenti ex interpositione iuramenti voluerit contractum valere, de quo actum erat vt non valeret, si ex interuallo iurasset, vt dicitur in simili per Bar. supra in j. parte secūdi articuli. vbi optime probatur hoc primum. sed quo ad obseruantiam contractus incontinenti, donec probetur ꝙ tacite fuit inter contrahentes actum. puto in foro animæ standū intentioni iurantis: quia generaliter sic interpretatur iuramentum in foro conscientiæ. vt notabiliter dicit Inn. in c. veniens de iureiu. facit c. significasti de homic. In foro vero contentioso ibi fit interpretatio secundum ius, & ex variis circunstantiis, vt ibi no. & facit c. veniens. & c. ad nostram. eo. ti. quia videmus præsumere ꝙ volunt abuti iuraméto, quia sic præsumemus peccatum, quod non est dicendum. arg eorum quæ no in c. inquirendū de pecul. clerico. iuncta l. si defunctus. C. arb. tut. l. etiā C. de do inter virū & vxo nam vt in prædictis iuribus patet, aliter præsumitur in acquisitis per tutorem, & aliter in acquisitis per clericum, seu per vxorem constante matrimonio. & hoc, ne præsumatur peccatum, vt in eis notatur.

¶ Item iuramentum habet vim clausulæ, si nō valet vt
17 ago quod ago, valeat vt valere potest. † l. cum patrem. §. filiis matrem. ff. de le. 2 facit c. ad nostram 3. de iureiu. no Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ꝙ no. Cyn. in præalle. l. si ex cautione C. de non nu pe. vbi concludit. ꝙ iurans non opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ obligatur. licet simpliciter renunciatio nō valeat. ergo in dubio se non obligat ad talem obseruātiā contractus simulati: sed propter contractioné quæ inde orietur, saltem obliget quo ad obseruandum colorem contractus.

¶ Item quia creditor solet sic caute iuramentum recipere, ergo arguamus à communiter accidentibus. va-
18 let enim tale argumentum †, vt in c. j. de cleri. non resi. vbi hoc no. Io. Cal. & per gl & per Doct. in l. neque natales. Cod. de probatio. ¶ Item quia hæc interpretatio

conuenit naturæ rei.ex se enim & ex sono verborũ habet obligare,& præsumitur ex actu cõtra voluntatem iurãtis,vt ipsum obliget, de renuntiatione super hoc, ¶ Item hæc interpretatio tutior est, vt euitet peccatũ. ergo amplectenda & alia fugienda,vt no.in c.veniens de sponsa.in Cle.exiui.de verborum significatione. & hoc dico procedere,nisi tot essent circunstantiæ ex aduerso,quod tollerent prædictas præsumptiones.quod no. in c.transmissæ.qui fil.sint legi.& prædictum casum intellige,quando ex iusta causa, non ad decipiendũ tertiũ,fuit facta simulatio.alias seruetur quod dixi in secundo casu. ¶ Quartus casus est de vno contractu ad aliũ, qui non põt seruari sine interitu animæ.vel est contra bonos mores:puta,agitur vere cõtractus simulatus, & alius concipitur & iuratur, & tunc ex tali iuramento non tenetur nec ad obseruantiã totalẽ contractus,nec quo ad apparentiam,ex quo ex obseruatione imminet peccatum.licet enim peccauerit tunc iurando, tamen non peccat contraueniendo.22.q.4.pro te & de iureiurando.si vero.facit c.fi.de pactis.& l.fi.ff.de verborum obligati.

¶ Quintus casus est,quando simulatio intercessit ex parte iurantis tantum, vt quia aliud gerebat in corde, aliud in ore,vel cal.idis est vius verbis iurando.& tũc iuramentum intelligitur secundum intentionem recipientis.& sic Deus videtur recipere,vt est textus in ca. quanto 22.q.4.& in c.omnibus.eadem causa & quæstione.& generaliter,qualiter iuramenta sunt recipienda, est bona gl.in §.quæritur.eadem cã & quæstione.¶ Primum,quando alter habuit rectum intellectum,& alter dolosum.¶ Secundum,quando vterque dolosum.¶ Tertium,quando vterque rectum,& verba sunt dubia. de his ibi,& aliquid in fine.in gl.in c.ex literis.de sponsa. & per prædicta tertium membrum remanet clare solutum.debet enim distingui secundum prædictos casus. & totalis materia remanet directa,quæ satis quotidiana est,& contraria omnia debent reduci & intelligi secundum casus prædictos.

¶ QVARTVM DVBIVM.an posita iuramenti obligatione in casibus prædictis, audiatur iste minor petendo absolutionem in iuramento,non obstante cõtradictione aduersarij. ¶ Et quatuor argumẽta faciam pro parte affirmatiua, & quinque pro parte negatiua. ¶ Ad partem affirmatiuam, quod debeat audiri, arguitur sic:Vbicunque enim iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis tale iuramentum est relaxandum.vt in c.i.de iureiu.vbi probatur de iuramẽto præstito de vsuris soluendis:ad idem c.verum & c.si vero. eo.ti.vbi absoluitur quis à iuramento præstito per metum in odium ipsorum metum inferentium.sed in casũ nostro continet turpitudinem ex parte recipiẽtis,quia contraxit cũ minore cõtra legis prohibitionem. & sic semper dolus intelligitur exceptus, vt in c.si vero & in c.cum contingat.de iureiu.& in auth.sacramenta puberũ.C.si aduer.vend.& in c.2.de pactis. li.6.cũ similibus.sed contrahens cum minore, videtur esse in dolo, contrahendo in casu à lege prohibito.vt in reg.qui cõtra iura mercatur de re.iu.li.6.& in l.quẽadmodũ.C.de agri.& censi.li.11.& c.quæ contra 8.dist.ergo hoc iuramentũ vel nõ obligatoriũ,vel saltem relaxãdũ. Tertio, ex facto demeritorio est quis recipiendus, & cõmodũ

10 reportare non debet † C.de do.inter virum & vxo.& si necesse.16.q.3.legi.ff.de neg.gest.siue hereditaria.de pi. eũ qui.li.6.sed contrahẽs cũ minore prohibito cõtrahere,tanquã veniens cõtra præceptum superioris, debet ex hoc puniri.vt in c.qui resistit 11.q.3.& in c.2.de maio.& obed.ergo non debet ex contractus in obseruantia commodũ reportare:& sic iuramentũ est relaxãdũ, ne indirecte aliquod cõmodum percipiat,cõtra c.tuæ. de procur.& regula,cum quis.de re.iur.li.6. ¶ Quarto, ad iuramentum seruãdum debet habere tres comites, veritatem,iudicium,& iustitiã.ca.animaduertendum, 22.q.2.& in c.& si Christus.de iureiur.sed in hoc iuramento non requiritur iudicium, nec iustitia, cum non sit iustum,neque discretum,se obligare contra leges superioris.arg.c.1.de his quæ fiunt à maio.pa.c.ergo &c. nec cõditio aduersarij habet in aliquo obesse tum propter rationes prædictas tum quia contra eum põt replicari,quod dolose excipiat contra absolutionẽ petitam, cum ipse teneatur hoc iuramento de reg.iur.lib.6.

¶ IN CONTRARIVM Ad partẽ negatiuã arguitur primo per auth.sacramenta puberum.C.si aduer.ven.vbi in iuramentis præstitis contra legis præcepta etiã minoribus, dicit imperator talia inuiolabiliter obseruari.vnde pondero verbum,inuiolabiliter.sicut in simili põderatur dictio,omnino, in cle.vt hi. qui de æta.& qua.quæ excludit etiã dispensationem.& sic per istud verbum,inuiolabiliter,videtur quod non debeat venire contra,etiã petendo absolutionẽ. Nam quemadmodum violat qui petit ab obligatione erui,ita violat qui absolutionẽ iuramenti petit.¶ Secundo induco c.cum contingat.de iureiur.& c.licet.eo.tit.lib.6.& c.quamuis.de pac.eod.lib.quæ iura simpliciter & absolute dicunt illa iuramenta, licet contra legis prohibitionem præstita,debere obseruari,nec vllam mẽtionem agunt de absolutione. vnde si in tali casu potest peti absolutio, Papa fecisset mentionem,sicut in simili facit casu,in c. 1.& in c.debitores.& c.verum.& c.si vero de iureiur.

20 ¶ Tertio,iuramenta sunt de iure diuino†, vt in c.& si Christus.de iureiur.ver.redde Domino iuramenta tua &c.sed cum hoc iuramentum sit obligatorium,nec reperitur promissum quod debeat relaxari. ergo obseruandum.arg.eorum quæ no.in c.quãto.de iureiu.& c.cum inter P.de renun.maxime, ne detur materia de facili iurandi.& plene veniendi cõtra iuramentum,contra c. si vero.& c.verum prælleg.

¶ Quarto,iuramẽtum repræsentat maiorem,minorem &c.vt no.in auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vẽ. c.pen.de emp.& ven.ergo incontinẽti quod interuenit iuramentũ,cessat ratio statuti,quæ prouidit tantum minoribus.& per consequens in tali cõtractu nulla reperitur turpitudo,ergo seruandum,nec indulgendũ absolutionis beneficium.¶ Quinto & vltimo:aut nullum peccatum hic imminet, aut sic: primo casu non debet fieri absolutio,quia cum ipse minor non obtemperando legi se obligauerat,fuit etiam in culpa 11.q.3.qui resistit.secus,si secum contrahens,concurrente paritate turpitudinis,iste non debet audiri,in reg.in pari cã.de reg.iu.li.6.sed cum culpa debet cõpensari,vt ff.de cõp. l.sed cũ ambo.vbi notanter dicit text.si ambo socij parem negligentiam societatis adhibuerunt, dicendum est desinere eos esse obligatos ipso iure,compensatione negligenti facta &c.& sic etiã dolum cum dolo, de adul.intelleximus.& iuramentalis obligatio remanebit in suo robore,maxime præsumendo minorem non fuisse captum,& quod vltro citroque nata sit obligatio.in delictis enim minoribus nõ subuenitur. l. auxilium.§. in delictis.ff.de mino.C.si ad delic.l.1. nec etiã in aliis quãdo nõ reperiuntur enormiter læsi.l.quod si minor. & l.non omnia ff.de mino. Idem & fortius dicendum est,vt non subueniatur contra iuramentum, maxime cum illud peruertetur maior.& sic cessat fauor minoris ætat.

¶ CHRISTI eiusque matris suffragio implorato, ad solutionem huius vltimi dubij veniendo, iuxta ordinem supra recitatum,recitabo per prius opiniones. Et primo dominus Fred.de Se.cõs.164.format vnũ punctũ quasi in terminis nostris,quãdo statuto ciuitatis cauebatur,quod siue cõcessio, siue promissio facta à filiofamilias sine consensu patris, non valet ipso iure, etiam si iuratum fuerit. & quidam filiusfamilias, hoc non obstante,compromisit &c. ¶ Concludit idem Fred.iuramentum obligatorium. sed quia iuramento fecit contra prohibitionẽ statuti ciuitatis ex causa facti,cui obtem

obtemperare debuerat,& non cõtrauenire.8.dist.quæ contra.xj. q.3. qui resistit. nec ex transgressione debet reportare commodum,sed potius puniri, ꝙ potest cõpelli ad relaxandum iuramentum, fatetur se esse obligatum iuramento,sicut accidit in eo,qui iurauit soluere vsuras,qui obligatur ex iuramento,& tamẽ petit relaxationẽ de iureiu.debitores.& c.j.sicut ergo recipiens iuramẽtũ super re illicita, quo ad se tenetur relaxare,ita hic,secundũ eum,erat illicitũ ex parte recipientis,propter probitionẽ legis municipalis debebat obtemperare:& in hac conclusione residet ipse.Idem videtur tenere Vin.in c.cum contingat. dicit enim ꝙ in terminis illius c.iuramentum obligat mulierem ad obseruantiam cõtractus, sed debet instare vt absoluatur. Si ergo in terminis illius c.tenet,mulierem posse instare pro absolutione,quia cõtra prouisionẽ legis cõsensit:multo fortius sentit,ꝙ poterit in casu thematis,vbi verba prohibitoria diriguntur ad personam.do.Anto. in prædicto c.cum contingat.dicit, ꝙ si non est aliqua deceptio, quæ nõ habet in se dolũ annexum saltẽ præsumptum,nullum remedium cõpetit contra iuramentum,per quæcunque verba loquatur statutum. sed vbi deceptio arguatur in contractu,tunc haberent remedia,si deceptio est enormis,de quibus in ca.debitores. ad hoc gl.in c.veniẽs.de iureiur.prealle.quia ex enormi læsiõe præsumitur dolus.subest enim causa sic præsumendi.vt in l.oẽs.§ Lucius.ff.de his q in frau. cre.& in l.qui testamentũ.de ꝓba.& quod ibi no.vnde adesset turpitudo ex parte eius,cum quo cõtraxit & cui iurauit.& idem putat esse,si contractus iuretur cũ verisimiliter consumpturo,vbi hoc constare euidẽtia facti, quia notoriẽ esset ꝓdigus:vel cui bonis,vt ꝓdigo,foret interdictũ:quia hic aliqualis est turpitudo ex parte contrahentis,qui materiã dat consumpturo ad ꝓpriũ consumendũ:& lex ex causa legitima fraudẽ in talem præsumit,vt ff.pro emp l.si quis cùm sciret ff de mino. l.ꝙ si minor.§ 6.ff.mand.l.l si verò non remunerãdi.§. adolescẽs & in l.2.quarum rerũ actio nõ da.vnde etiã concludit,ꝙ si mutuaret vel contraheret cum prælato ad ludum,vel corruptũ notoriẽ in actu ludi, vel in vanitatibus mulierũ,bene foret remedium aduersus iuramẽtum per iura prædicta ad hæc verba,satis placet. vt infra dicam latius do.Pet.de Ancha.in repeti.c.canonum.de consti. apertè non exprimit,quid senseat in casu quo minor aliter non esset læsus: sed attingit casum,quo interuenit deceptio & concludit idem quod Io.An.& quia casus est quotidian⁹,recitabo prius verba sua.firmat enim punctũ,super quo consuluit in hac ciuitate Senarum.Nam in hac ciuitate cauetur statuto, ꝙ nullus contractus finis & quitantiæ,si fieret per minorem xxv.annis,valeat:nec de eo ius reddatur,nisi intercesserit certa solennitas.hoc statuto præmisso, cõtingit,ꝙ patruus tradidit nuptui neptem suam, dans in dotem quingentos:& ista neptis renunciauit dicto patruo omne ius sibi competens in prædicta hereditate,quæ valebat prius in quadruplum,& iurauit nõ cõtrauenire.quærebatur,an esset aliquod remedium rescissiuum illius contractus finis & quitationis ¶Et consuluit ipse,quod poterit peti absolutio iuramenti siue relaxationis.Ad hoc primò inducebat regulam, quòd iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. ca. inter cætera.22.q.4.quod verbum,iniquitatis, multùm ponderabãt.

¶Item iuramentum debet habere tres comites,s.veritatem,iudicium,& iustitiam,eadem causa & quęstione, Animaduertendum in quæstione autem prædicta euidens apparet iniquitas, cùm modico quis renunciat hereditati paternæ,& ita locupleti. & paria sunt. ex dispositione dolum adesse,& ex proposito vel re ipsa,vt est casus in l. si quis cùm aliter.ff.de verb.oblig. & l 2.ff de doli excep.hic autẽ nõ solùm re ipsa saltem post graue dãnum.nedum enim vsque ad quadruplũ, sed vltra dimidiam veræ æstimationis,ac etiã iura subueniunt deceptis etiam maioribus.l 2.C.de rescin.vẽ. In casu autem proposito est cum enormi deceptiõe cõiuncta minor ætas & sexus fragilitas,quibus iura multum subueniunt incidenter propter naturalem æquitatem & deceptionem verisimilem tam in contrahendo quã in solennitatibus adhibendis.l.j.ff. de min. & in l. dolum ex insidiis.C.de dolo.Ex qualitate igitur personarum,& illius facti arg contrahens cum tali sua nepte,de dolo tenetur.ad hoc l.j.& quod ibi no.ff.de doli excep.ratione ergo euidentis iniquitatis & doli,saltem re ipsa inherentis illi renunciationi,videtur secũdum iuramentum relaxandum,sicut per metum renunciat quis bonis cum iuramento.ca.si vero de iureiu. & paria sunt,ad decisionem contractus, dolus & metus. c.pen.& c.abbas.quod me.cau.& ad hoc adducit præalleg.c.si vero qui vult in casu. cap. cum contingat, ꝙ potest mulier instare pro absolutione.ergo multo fortius in casu proposito,vbi cõcurrit sexus fragilitas, & minor ætas,& enormis lęsio,& etiam reuerentia,quam puella siue fœmina habere debet ad patruum suum,in cuius domo & gubernatione remanserat post mortem patris.ad hoc l j.§.quæ onerãdæ.ff.quarum rerum acti. non da.per Bar. 22.q.4. vnusquisque & secundum prædicta dicit limitari auth.sacramenta puberum.vt non habeat locum in casibus, in quibus potest contractus seu distractus argui de iniquitate euidenti & dolo re ipsa & perspicuis indiciis.l.dolũ.C.de dolo hęc sunt verba quæ satis placent.ideo seriatim recitaui &c.

¶Et aduertendum,inquantum supra recitaui opi.Vin. videtur eam probare & consentire,ꝙ nulla data lęsione,ex quo contraxit contra legem, potest petere absolutionem.& idem etiam recitando prealle.dictũ Fred. & cum eo transeundo. sed inquãtum supra dixi. auth. sacramenta puberum limitandam,quando contractus non potest argui de euidẽti iniquitate,aperte sentit,ꝙ in casu illius auth.non competit absolutio: alias non limitatio, nec reciperet hanc restrictionem: quia & quando apparet de iniquitate, requiritur absolutio:ergo cessante deceptione enormi, non fiet absolutio.& sic videtur in hoc recedere à dictis Vincẽ. Sed,vt dixi, aperte hoc nõ concludit.Bar.in l.si quis pro eo ff.de fideius.satis sentit,licet hoc aperte non dicat, ꝙ ex solo contemptu contra legem,non competit absolutio.dicit enim primo,ꝙ si contractus reprobatur odio creditoris,non firmatur iuramento,sed ipsum iuramentum est seruandum:competit tamen absolutio. sed quando contractus reprobatur fauore debitoris, tunc dicit ꝙ firmatur iuramento, vt in auth. sacramenta puberum. & nihil dicit de absolutiõe. sentit enim ꝙ hoc casu nõ competit absolutio.loquitur tamen quando verba statuti diriguntur ad rem.

¶EGO AVTEM ad totalem materiã clare enarrandam,procedam per casuum enumerationem,prout in præcedenti dubio feci.¶Primus ergo casus sit,quãdo iuramentum omni ex parte licitum est,tam ex parte iurantis,quam ex parte recipientis,etiam quã ex parte materiæ super qua præstatur & tunc absolutio non est imponenda,sed compellendus est iurãs ad eius obseruantiam.de iureiu.& si Christus. quinimmo in illa causa extrinseca,existẽte etiam Papa,à tali materia ab eius potestate non pendente, vt in fauorem tertij, ad hoc quod no.gl.in c.quanto de iureiur.Inno.in c.cum inter.p.de renun.& per gl.in simili.in ca.non est de voto. Immo puto, ꝙ nec in melius potest Papa hoc iuramentum commutare,inuito eo cui acquisita est obligatio quia vnum pro alio,inuito creditore,solui non potest ff si cer.pet l.2 insti.quib.mo.tol.obl.in princip. ad hoc quod no Io An.in regula,in malis.de regu.iur. lib.6.in Mercu.& Inno in c.2.de confir. vtil. vel inutil. & in cap.inquisitioni.de sent. excom & in cap. quæ in ecclesiarum de constitu. secus,si ad honorem Dei:quia

tunc posset in melius commutare.sic intelligo c.perue
nit.el 2.de iureiu.q̄ no.Inn.in c.debitores.eo.titul.vbi
vult quod etiam episcopus potest iuraméta in melius
commutare,sicut & no.de vo.cap.j & c.magnæ.cum si
milibus. ¶Secundus casus,quando iuramentum ex par
te iurantis potest seruari sine interitu & sine dispédio
salutis æternæ & tunc nulla petitur absolutio. pecca-
tum fuit enim,iurando,non transgrediendo, peccare.
c.in literis.de iureiur. ¶Tertius casus est,quando iura-
mentú potest seruari sine interitu & sine dispendio sa-
lutis æternæ:sed est contra bonos mores.& tunc etiam
nulla requiritur absolutio,in regula,non est obligato
riú.de re.iur.lib 6. ¶Quartus casus est,quãdo iuramen-
tum processit calore iracundiæ.põt tamen seruari sine
periculo & sine interitu salutis æternæ,vt si quis calo-
re iracundiæ iurauit,q̄ non loqueretur cum aliquo,vel
vna secum cibú caperet,vel quid simile. & tunc sentit
21 obligatoriú,† quia non habuit comitem discretiõis &
iustitiæ 22.q.j & iurabũt.& eadé causa.& q.2. animad-
uertendum.& tamen tenent alia iuramenta,licet com
petat absolutio.de quo no.in c.cum quidã de iureiu.&
satis põt teneri.q̄ si iracundiæ calor fuit tantus,q̄ deli
berate tale iuramentum nó præstitisset,sed non erat o-
bligatorium,quia voluntas non est discreta, dicimus
sic,q̄ confessio calore iracundiæ non præiudicat, nisi
detur perseuerantia.& bene dicit gl.in c.ex literis. de
diuor facit l.quicquid calore.de reg.iur.Nõ enim om
nino voluntarius, & sic non videtur Deus talem obli-
gationem indiscretam recipere.15.q.j.non est.vel si di-
cimus tenere de facili,debet per episcopũ absolui.arg.
in prælle.c quidã ¶Quintus casus,quando iuramen-
tum à principio est super materia indifferenti,sed po-
stea deuenit ad casum,de quo si cogitasset in principio
iuramentum non fuisset illicitum,vel non iurasset. &
tunc no.dicit Archi.in prælleg.c.animaduertendum,
q̄ potest propria authoritate transgredi iuramentum
nec requiritur absolutio.puta,si iuraui non negociari,
non recipere feudum à tali.& euenit casus,q̄ nisi nego
cier vel recipiã feudum à tali, aliter viuere nõ possum:
quia aut tempore iuramenti non cogitauit de isto ca-
su,& sic non ligatur vltra mentem suam.in c. veniens.
& c.quintauallis.de iureiur. Aut cógitauit illicitum,
ideo non seruandum.c.j.de vsu.lib.6.& faciunt hæc ad
quæstionem quotidianã de eo,qui iurauit nõ fideiube
re pro alio,certe iuramentum à principio est licitum,
maxime quia iurauit,quia pluries deceptus ab his,pro
quibus se obligauerat,sicut potest quis iurare pro vti-
litate proximi,ita pro vtilitate propria.ad hoc q̄ nota.
Arch.15.q.j.nõ est Io.And.in addi.Spec.de iureiu. post
principium dicit, q̄ si salus Christiana periclitaretur
ex non fideiussione,q̄ non tenetur ad obseruantiam iu
ramenti:quia vel hic sit casus, excluditur à iuramento
illicitum.& sic puto distinguendum in eo qui iurauit
non mutuare quid,simulare,facere. ¶Sextus casus,quã
do iuramentum fuit dolo aduersarij extortũ.& sic cõ-
sidera,q̄ si contractus super quo præstatur,est à lege re
probatus in fauorem iurantis,tale iuramentum nó est
obligatorium & sic est casus à contrario,non cauillan
do literam, quicquid ibi senserũt doctores in d.c.cum
contingat.& in c.quamuis.de pac.lib.6.& in c.licet.de
iureiur.eo.lib & in auth.sacramenta puberum.omnia
ista iura excipiunt casus,in quibus dolus interuenit.&
idem probatur,quãdo interuenit metus vel vis.ex quo
enim talia iuramenta veniunt contra legé,non ligant,
nisi sint omnia voluntaria.Fateor tutius esse. q̄ in his
casibus petatur absolutio,vt sentiunt ibi doctores.sed
primum notabiliter probatur ex illis iuribus,non ca-
uillando. Si vero iuramentum non venit contra disposi
tũ à iure,& interuenit dolus q̄ iurantis excludit men-
tem,& quia cessante dolo modo se obligasset, vt quia
dedit causam contractui:& tunc iuramentum non li-
gat,& põt contrauenire,nulla petita absolutione. arg.
optimum in l.tres fratres.ff.de pac.& in l.sorori.C. de
coll.& sic intelligo Fred.cons.144.alias 194.vbi hoc ex-
presse sentit,ponendo terminos in minori 15.annorum
quæ dotata à fratribus,& renunciauit hereditati pater
næ,quæ valebat longe plus quam habuit in dote.quod
est notandum pro limitatione cap. secund.de pact.lib.
6. quod non procedit,vbi dolus dedit causam contra-
ctui.nam vbi dolus,ibi excluditur voluntas. vt in iuri
bus prælle.& in l j ff.de dolo.& iuramétum non obli
gat vltra mentem iurantis,vt in c.veniens.& c.quanto.
& c.quintauallis.de iureiur.& quod no.Io.An.in c vno
de commo.vbi dolus interueniens non excludit cõsen
sum,& quia non dat causam contractui,vt quia me du
cis ad consentiendum hac arte: & tunc exigitur abso-
lutio,quæ debet præstari,non obstante aduersarij con
tradictione propterea eius turpitudinem & dolum.& sic
intelligi debent nota. in præallegat. cap. cum contin-
gat.& cap.si vero.& cap.verum.de iureiuran. & idem
intellige de metu & vi,vt requiratur absolutio,quæ de
bet impendi sine difficultate in odium aduersarij, vt
in iuribus præalleg.

¶Septimus casus,quando iuramentum continet turpi
tudinem ex parte suscipientis, & maxime concurren-
te etiam turpitudine materiæ super qua præstatur. &
tunc iuramentum obligat,& potest peti absolutio, nõ
obstante contradictione aduersarij. & iste est primus
casus cap.primo.& cap.debitores.de iureiur.& in cap.
verum.& in cap.si vero.eod.ti.& per istũ casum potest
decidi,quod dicendũ in filio familias renunciante Ma
cedon.& iurante non contrauenire.Bart. in d.l.si quid
pro eod.decidit quæstionem secundum casum prædi-
ctum,vt iuramentum obliget, & competat absolutio.
& hoc etiam sentit Io.And.in addi.Spec.in tit.de sent.
prola.§.hoc autem. Vbi etiam plus sentit, quod nec
iuramentum teneat, quia contra bonos mores. Do.
Ant.cuius dictum satis placet,in d.ca. cum contingat.
dicit,quod si statutum vel lex adesset in loco. vbi hoc
frequentatur,quod filij ex hoc inuitantur ad parentes
occidendos: quia talia iuramenta & turpiter præsti-
ta,& contra bonos mores, non obligarent iurantem
saltem respectu secundariæ obligationis, quæ dirigi-
tur in partem,& antequam solueret,potest peti absolu
tio, inquantum peteret. Vbi autem essemus in lo-
co,vbi communiter ex mutuis induceretur ad tantum
malum, & Christiani hodie talia valde abhorrent,
tunc iuramentum obligaret.nec potest peti absolutio
ad hoc,quod no.Inno.in c.quia plerique de immu.ec-
cle. in fine sui apparatus. & maxime hoc procederet,
vbi euidens necessitas esset in filio familias. Mace-
don.enim homicidium præsumpsit,quia tunc frequen
tabatur in loco: ex quo autem cessat hodie hæc præ-
sumptio,debet cessare legis præsumptio:concurrente
iuramento,attendi debet communitas,alias veritas &
Dei obligatio remanet inuiolata. Ex hoc patet, quid
dicendum in iuramento præstito super pacto legis
commissoriæ.de quo in c.significante.de pign.& in l.j.
& secunda.Codic.de pact. pign. & si. de quibus etiam
per Bar.in præallegat.l.si quis pro eo. ¶Octauus casus,
quando nulla alia turpitudo reperiretur in iuramento
nisi quia est præstitum contra legem. & in hoc distin-
gue. Aut enim lex resistit in fauorem publicæ vtilita-
tis principaliter, & non est necessaria absolutio: quia
iuramentum valuit, vt in cap. dilecti. de fo. compe.
Aut principaliter in fauorem iurantis, licet secunda-
rio in fauorem publicum,vt in muliere & in minore in
casibus dicti c.cum contingat.& cap.quamuis.de pac.
lib.6 auth.sacramenta puberum.cum similibus. & túc
sumus in casu dubij nostri. tamen lex seu statutũ pro-
hibens minorem obligari sine certa solennitate,prin-
cipaliter prohibet in fauorem minoris,vt nota. Dy. in
regula,non est obligatorium.de regul. iur.lib.6.& sen-
tit glo.in l.& si is.C.de prædi. mi.non alie. & sentiunt
doc

doct.in d.authē.sacramenta puberum.& satis patet ex sequentibus.Sed si principaliter non cōcernerēt fauorem minoris ætatis,suum in contrarium non valet argumen.c.si diligenti.cuius contrarium probatur in iuribus præallegatis, & dixi latius super primo & secūdo dubio.& tunc puto quod absolutio est deneganda per ea,quæ allegaui supra in parte negatiua.nā primo est regula generalis,quod iuramentum non est obseruandū,ex quo seruari sine periculo animæ non potest, vt in iuribus vulgaribus. ¶ Itē quia reperitur hic turpitudo.nam ex quo lex prouidet personæ,& talis persona renuntiat iurando fauori suo,nulla reperitur turpitudo in contrahente. nam lex Dei hoc nō habet pro turpitudine,vt seruet iuramentum:nec ex parte cōtrahentis potest argui dolus,nec aliqua alia deceptio,nec de se materia est turpis.argumē.optimum in simili,in præallega.c.ad Apostolicæ.de regul.& transl.li.6.Inducēdo,vt supra dixi in arg.& sic sumus extra terminos. c.debitores.& c.j.& c.verum.& c.si vero.de iureiurā. ibi enim reperitur turpitudo ex parte recipientis pactum iure prohibitum:quia de se male, de vsuris super eo.quæ omnia cessant in casu nostro.& si qua culpa reperitur,ipse minor non reperitur immunis, vt dixi in argumen.& satis est,quod statutum punit intricationem actus. ¶ Item si de eo quod contra statutum seu legem emanat,contractus peteretur absolutio,de facili eneruatur dispositio cap.cum contingat.petendo absolutionem à iuramento. nec est verisimile,quod ibi vel satis in c.j.eo.tit.lib.6.quia emanauit,cum in solēnitate nulla fuisset facta mentio de absolutiōe. nec in auth.sacramenta puberum. quæ inuiolabiliter mādat talia iuramenta seruari.Vnde non placet dictum Vincen nec Frede.& videtur casus pro hoc contra eos in prædicto c.cum contingat.intelligendo textum secūdum communem intellectum Doctorum, quia etiā in casu huius c.iuramentum dolo,vi vel metu extortum, est obligatorium.c.verum.& c.si vero. sed intelligunt argumen.à contrario sensu in effectu.quia cōpetit absolutio,cum iuramentum est sponte præstitum,nō cōpetit absolutio.alias nō esset differentia inter præstitū metu,& sponte.& tamen iura communiter in hac.l.loquentia,excipiunt quando interuenit dolus,metus, vel vis.ergo his cessantibus,nec tali causa existente,absolutio denegabitur. ¶ Quid autem , si interuenisset magna deceptio ex parte minoris, dicā in casu sequēti:antequam illa attingam, respondeo ad contraria in hoc casu posita.& hæc est responsio,cum in dubio non præsumamus minorem enormiter læsum. Non obstat igitur primum contrarium hic recitatum ex parte recipientis,in eo quod contra legē contraxit:quia vt supra dixi.statutum disponebat in fauorē minoris principaliter,& iurando renunciat fauori.& sic nulla turpitudo ,maxime respectu Dei,in actu spirituali,nisi reputatur maior.de iudi.si annum.lib.6.& ibi attenditur ius naturale & diuinum potius,quam positiuum & locale.vt no.Inno.in capitul.primo de regula.& per hoc etiam soluitur secundum argu.contrahentes cōtra legem publicam vel bonos mores. præsumuntur esse in dolo.secus,si contra edictum in fauorem ipsius cōtrahentis pro hoc textus apertus in dicto cap.cum cōtingat.& c.quanuis.& c.licet.& in authen.sacramēta puberum.vbi contractus fuisset gestus contra legem , vt dixi in primo dubio.& tamē excipiunt casum , quādo interuenit dolus ergo ex solo cōtractu cōtra tale statutum,non præsumitur dolus satis sufficiens ad eneruādum iuramentum.quod aperte facit contra Fred.

¶ Tertium argumentum etiam potest tolli prædicta ratione,quia ex quo lex erat condita in fauorem minoris cui potuit renunciari,non debet secum contrahēs aliqualiter puniri.& satis est, quod iuramento interueniēte nihil arguitur.& pro hoc iura allegata,quæ nullam culpam nec dolum notant in contrahentes puniri,in retractatione actus seu in absolutione impediēda.bene expressissent.facit etiam c.j.& c.verum.& c.si vero.de iureiuran.ad hoc quod plene tetigi super primo & secundo dubio.

¶ Non obstat quartum argumentum,q iuramētum debet habere comites,& veritate inspecta nō fuerint. Iustum est enim,vt seruet suum iuramentū, ex quo nulla reperitur turpitudo,cum licuerit fauori suo renunciare,nec sibi adfuit discretionis iudicium, ex quo nō temere,non calore iracundiæ processit , nec deceptus fuit,maxime enormiter.& pro hoc dictum ca. ad apostolicæ,de re iudi.per hoc concludendo respondeo ad vltimum,quod de conditione aduersarij quod verisimē potest excipere,cum sua intersit , saltē respectu secundariæ obligationis,vt teneatur ad relaxationē , cū nulla eorum turpitudo reperiatur.

¶ Nonus casus est,quando retentis supradictis terminis,vt quia statuto resistente contrahitur, datur læsio in contractu,vel datur læsio à statuto resistēti : quæritur,nunquid tunc poterit absolutio peti à iuramento.& tūc dico,quod læsio aut est modica,& de tali læsione iura non curant.ad hoc capit. abbas. quod met. cau & in ca.frequens.de resti.spolia.libr.6.& in ca.de resti.in integ.facit l.j.C.de rescin.vend. & c.cum dilecti.& c.penul.de emp.& ven. Aut læsio est enormis.& tunc si iuramentum fuit simpliciter præstitum de non veniendo contra , audietur allegando enormem læsionem:quia in tali enormi læsione præsumitur dolus, vt in l.omnes §.Lucius.quæ in frau.credi.& in l. qui testamentum.ff.de proba. Non enim videtur iurans ad hunc casum se obligasse.argu.in c.veniens.& c.quintauallis.ad hoc quod communiter iura excipiunt dolū in talibus iuramētis sed paria sunt, quod dolus interueniat ex proposito,vel re ipsa.l.si quis cum aliter de verbo.oblig.

¶ Item turpitudo reperitur ex parte recipientis: & pro hoc faciunt ea quæ dixi supra,secundum do. Ant. & videntur vera , non solum si iuramentum seu verba sint indefinita sed etiam si sint generalia, vt quia iurauit non contrauenire,nulla ratione vel causa quacunque: quia hæc verba debēt ciuiliter intelligi , & ab eis excipi tales exceptiones : argumentum optimum in l. creditor.§.Lucius. ff.manda.& in l.ab Aurelio.§.j.de libe.leg. Si autem verba sunt magis specifica & lata, ita quod aperte videantur excludere remedia, vt quia iurauit non cōuenire etiam ratione læsionis enormis. & tunc,si verba concludunt ad vnum duntaxat remedium,& non ad aliud,vt quia iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis,illud tantum remedium videtur exclusum,non aliud:vnde non poterit contrauenire tanquam maior.ad quod no.cap.penulti.de emp. & vendi.facit capitul. non potest de preben.libr.6. Et quod not.Barto.& Cyn.in l.secunda de rescin.vēdi.vt quia iurauit non venire cōtra nulla ratione, neque tāquam maior.& tunc tenet dom.Anton.in capitu.cum contigat,quod in maiore iuramentum excludit remedium contractus,& remanebit contractus validus,ex quo aliter annullatur à iure. idē tenet in minore,quo ad leuem læsionem:quo ad enormem, posuit non valere contractum & iuramentum. semper enim poterit petere absolutionem à iuramento in casu enormi & enormissimæ læsionis,quantumcūque dicat & in iuramento specificet,quod non veniet contra contractū ratione enormis læsionis. licet Bartol. & alij teneant contrarium in præalleg.l.secunda C.de rescind. vend. quod putat verum dominus.Ant. etiam si minor dixisset,quod illud quod plus valet,dat & donare intendit contrahenti secū & multa ponunt in contractu : quia nō est sine fraude & dolo qui contrahit nedum cū consumpturo , sed in actu male consumenti.ff. pro empt.

l.si quis cũ sciret.& l.si vero non remunerandi.§. si vero adolescens.ff.manda.ff.de hemo. l. quod si minor.§. fi.& l.2.ff.qua.rerum actio nõ datur.vnde cum fraus sit ex parte recipientis, canonica iura non assistunt talibus iuramentis.& hoc possunt, etiam si minor iurauit omnia & singula esse vera, & illud esse verum preciũ, quia constito de opposito talia possunt reuocari.de iureiur.cũ in positionibus.& quod ibi not.quia iuramentum præstitum censetur sub confidentia, quia illud sit verum precium quod statuit. vnde reperto, rem aliter se habere, non est periurus: licet taliter iurauerit.de iureiuran. quemadmodum.22.q.2. per totum. & sic de facto se cõsuluisse in causa cuiusdam puellæ, quæ à quodam suo attinẽte fuit inducta vt iuraret.nam talia verba si apponunt notarij à seipsis, & alij sub inuolutione verborum obripiunt iuramenta talia à minoribus, maxime fœminis, quæ non intelligunt quid agãt.hæc autem verba do. Ant. sunt elegantia & quotidiana.in eo tamen quod distinguit inter maiorem & minorẽ, quo ad hunc casum, ex toto non placent. puto enim quod etiam maior poterit contrauenire quantumcũque illa verba fuerunt late cõcepta, data læsione enormi vel enormissima: quia notarij cõmuniter hodie solẽt apponere illa verba ad maiorem validitatem cõtractus. Contrahentes tamen putant illud esse verum precium rei, nec putãt se in aliquo decipi. vnde sicut possent cõuenire, & petere saltem absolutionem, si dolus interuenit ex proposito.argumen.in præalleg.l.creditor.& in l.ab Aurelio.ita quod dolus interuenit re ipsa. æquiparantur enim dolus ex proposito, & dolus re ipsa, vt in l.si quis annualiter præalleg. in l.2.ff.de doli excep. & hoc verum, nisi in aliquibus circunstantiis contrahentem appares voluisse illud vere, in quo fuit læsus, donare. & sic potest intelligi l.si quis donatiõis. ff. de act. emp. Induco enim illa verba quantumcunque late cõcepta, non præsumant animum donãdi: sed potius apposita ex consuetudine notariorum apponentiũ hæc verba, siue plus valeant, siue non valeant. est enim arg. à communiter accidentibus, vt in clemen.j.de cler.nõ resi.& quod ibi not.

¶Et ad prædicta facit d.no.Spec.in titu. de empt.& ven.§.nunc dicendum.ver.quid si vendens equum.vnde ponit quæstionem de illo, qui vendidit equum, qui dolebat, saluo eo quòd quando erat calefactus in eundo.& venditor dixit, ego do tibi istum equum pro strabone & gibboso, dolente spatulam.& habente omnes magagnitas: nec volo ex aliquo teneri, an nihilominus teneatur, si aliter specifice propalauit. & concludit, ꝙ sic, quòd videtur deceptor fuisse vendens, quòd falsitatem dixerat, quòd in aliis expressatis. vnde credidit verisimiliter dixisse de morbo spatularum. & sic dico ad propositum, quòd cum notarij & contrahentes solent verba ad cautelã lata ponere, excludentia omnia remedia certè in dubio, iste non videtur donare vere seu pati omnem læsionem.in dubio enim quis non præsumitur iactare suum.l cum de indebito.ff.de probat. & ca.super hoc, de renuncia.accedant not.per eũdem do.Anto.in ca.quintauallis.de iureiurã.vbi dicit se de facto consuluisse, quod quantumcũque verba latè cõcipiantur in personis arbitrorum, vt puta quod possent ius vnius partis in totum vel in partem dare alteri & quod possent procedere altè & bassè & in modico lædere &c.quod nihilominus possunt & poterit enormiter deceptus, contrauenire: licet non appareat de dolo ex proposito, sed tantum de ipso in genere & effuso sermone probata videretur emanasse sub confidentia personæ, & amicitia arbitratorum.nõ enim extenditur intantum mens vt verba sonant.quia de verbis facile seruitur ad offendendum ꝙ hoc faciunt potius, vt arbitrorum captent beneuolentiam de non lædendum, quam ad lædendum.si ergo se deceptos conspiciunt in hac re, debet eis prouidere.facit institu. cũ exercuissent.vbi bonus tex & vbi no. pro ista generalitate verborum.& d.c.veniens.de iureiu.ff.de adop.l.libertus.& maxime hoc procedit, attento eo quod hæc verba multoties apponunt notarij præter voluntatem promittentium.Et idem disputando tenuit do.Pet. de Anch.præmissa ratione.quia dolus ex proposito, nõ tollitur propter hæc verba latissima, nec dolus re ipsa.

¶Fateor tamen ꝙ Bart.in l.societatem.§. arbitrorũ. ff.pro socio, sentit contrarium, quando verba sunt ita lata, vt non appareant ex proposito.& idẽ Ostie.in dicto c.quintauallis.& Io.An.in addi. Spe.in tit.de arbi. § vt autem.ver.item quid si compromissum.sed primũ dictum plus placet rationibus prædictis.

¶Decimus casus sit, quando turpitudo reperitur ex parte recipientis iuramentum, ita quod locus est relaxationi & absolutioni.sed iurans ante petitionem absolutionis incidit in periurium.nũquid hoc nõ obstãte, potest petere absolutionẽ? & in hoc cõsidero duos diuersos modos iurandi.quãdoque enim quis iurat nõ venire contra contractum, sed soluere vsuras directe. quandoque iurat omnia & singula contenta in instrumento esse vera, quæ verba erant falsa & facta in fraudem vsurarum. in primo modo iurandi aperte sentit Frede.de Senis consil.284.in fi.ꝙ non debet audiri absolutionem petens, ex quo incidit in periurium. dicit enim ꝙ petens absolui à iuramento, debet præuenire terminum solutionis faciendæ. quia post terminũ non debet audiri, cum inciderit in periurium. & frustra legis auxilium inuocet & c.de vsur.quia frustra allegat & c.ꝙ no. Io. An in d.c.debitores, tenet oppositũ. Mouetur, quia ad duo erat iuramento obligatus, ad soluẽdum in termino, & ad soluẽdũ simpliciter.ff.de arbi.l. Celsus.& de dolo & cõtuma.cum dilectus.& si nõ soluit in termino, in hoc peccauit & est periurus: inquãtum ergo soluere est obligatus post terminum, quod non peccauit, & sic petere poterit absolutionẽ, vel saltem poterat soluere, & postea repetere secundum eũ. & hoc vltimum, vt soluat & repetat, mihi plus placet. quia licet incidit in periurium, non tamen debet repelli à prosecutiõe iuris proprij.4.q.3.per totum.probare enim potest, quod ius repetendi sibi competẽs, sit sublatum ex eo, quod incidit in periurium.sed inquãtum dicit.quod potest etiam si velit petere absolutionem, id mihi non placet indistincte, prout loquitur, per ea quæ notantur in capitul.debitores. quod & statim subiiciam. Nec obstat ratio do.Anto.immo facit potius contra eum.Si enim etiam post lapsum remanet obligatus, ergo debet compelli ad solutionem per cap.debitores nec debet audiri petẽs absolutionem: quia petendo remaneret in peccato.semper enim post terminũ est in mora, vt præalleg.l.Celsus.& in dicto ca.cum dilectus.& ideo assidue peccaret, & peccatũ tãto grauius, quanto diuturnius.de consue. c.fin. ¶Item toties quis incidit in periurium, quoties quis venit cõtra iuramentum.c.ad Apostolicæ.de regula.in 6. ¶Vnum tamen puto, ꝙ si petendo absolutionem non perseuerat in peccato, ꝙ possit petere absolutionem post terminum, licet inciderit in periurium, & hoc ratione obligationis instantis.Pone exemplum in vendente rẽ per metum, & iurãte non cõtrauenire, quãquã postea cõtrauenirat.non petẽdo prius absolutionẽ à iuramẽto, cum illam petendo non peccet de vna, nec perseueret in peccato, cum tamen fuerit illud peccatum momẽtaneum, & non successiuum. quanquã enim quis non cõtrauenirret, nõ tamẽ peccat petendo adsolutionẽ: quia hæc non iurauit.arg.c.ad audientiam, ꝙ me. cau.& c.verum.& c.si vero de iureiur.intelligitur enim ꝙ non contrauenit stante iuramento.argu.c.sicut de spon. & sic potest reduci ad concordiam horum doctrina. ¶In secundo vero modo iurandi, scilicet omnia & singula vera esse & ca.quæ tamen sunt simulata & falsa, senti, aperte dominus Frederic. in dicto consilio proximo,

quòd

quod poteſt petere abſolutionem, & quod ex tali modo iurandi non incidit in periurium, & hoc ſentit, iũcto principio cum ſi.nihil tamen inducit.

¶Sed do.Ant.in d.c.cũ cõtingat.incidẽter ſentit oppoſitum,ſ.ꝙ iſte ſit periurus,ꝙ non debet audiri, allegãs ſimulationem,quia:in hoc detegeret turpitudinẽ ſuam,cum ex hoc allegaret ſe periurum.de dona inter dilectos.niſi,ſecundum eum,veniret per viã denũciationis euangelicæ ad exonerandum conſcientiã aduerſarij:quia hic nõ obſtaret turpitudo,inquantũ animam inſequitur,vt in c.quemadmodum.de iureiur.

¶Sed aduertendum,quia in hoc expreſſe ſentit contra Frede.nec de eo facit mentionem. ¶Item videtur contra illud,ꝙ ipſe facit in c debitores. vt ſupra recitaui.vbi tenet.quod etiam poſtquã incidit in periuriũ, põt petere abſolutionẽ,concordando dicta ſua dictis Frede.iudicio meo , ꝙ niſi quis aliqua neceſsitate ductus ſit,iurauiꝫ falſum.vt quia aliter auſus non poterat recipere mutuum,vel euadere metum ſibi illatũ,quod tunc habito reſpectu ad neceſsitatem in qua erat conſtitutus,& quia ex quo cõtractus fuit ſimulatus, quod audiat petendo abſolutionem,& quia ſic iurando fuit in aliqua culpa,aduerſarius tamen reperitur in maiori.ar.l.ſi obſtetrix.in fi.ad legem Aqui. & hoc caſu procedit dictum Frede.ſed ſi nulla neceſsitate ductus hoc fecit immo potius ad deceptionem alterius, tunc non audiatur,allegãdo ſimulationem ad commodum ſuũ, ex quo detegit turpitudinem ſuam in præalle.ca.inter dilectos.& in l.quis prædium.§.quid.ff. de leg.ſecũdo. & hoc caſu procedit dictum do.Ant.¶Et circa hũc caſum & præcedentem aduerte,quia quidam conſuluerunt per no.in c.debitores.quod in prædictis caſibus, in quibus competit abſolutio,non debet ſuperior abſoluere,niſi in ſubſidiũ, quando ille non vult relaxare. cum fuerit præſtium ad hoc.c.j.de iureiur.vt ſentit.In no.in c.debitores.& prima fronte videtur etiam ſequi Io.And.in addi.Spec.de iureiur.ſuper eo.c. ſed tamen videtur cõcludere in oppoſitum. Et apertius do.Ant. tenet in c.j.& in c.debitores.præalleg.& ſic principaliter põt adiri ſuperior pro abſolutione habenda. ¶Itẽ quod licet remedia ſunt æque principalia , non minus ad aliud ſubſidiarium, poterit ergo iuratus petere, vt creditor compellatur relaxare iuramentum. ¶Item ſi vult.poterit directo petere à ſuperiore,vt eum à tali iuramento abſoluat,qui abſolutionem debet etiam impedire , creditorem relaxando non contumacem: debet tamen vocari creditor in abſolutione,quia ſua intereſt,vt ipſe cõcludit:& ibi Io.An. Et probatur in c.ſi vero.& c.verum.de iureiurã.& c.ad aures.& ca.abbas. quod me.cau.in quibus iuribus patet , quod data turpitudine ex parte recipiẽtis,põt principaliter adiri ſuperior,& ſic ſunt duo remedia principalia.& hoc ſatis videtur ſentire Frede.de Se.in conſil.288.iuncto conſilio.194.qui de hoc ordine nõ videtur aliqualiter cogitaſſe.ſed immo præſupponatur,quod petebatur relaxatio ab aduerſario. In alio vero, ꝙ petebatur abſolutio à ſuperiore principaliter,& ibi per eum eleganter.An iudex eccleſiaſticus põt mittere indiſtinctè Inhibitoriam iudici ſeculari,vt non procedat ſuper inſtrumento,pendẽte quæſtione coram eo ſuper abſolutiõe &c.

¶Vndecimus & vltimus caſus,quando quis iurauit non repetere abſolui,nec aliquam querelam aut querimoniam ſuper his deponere.& tunc per not.in cap.ad noſtrã.el 2.de iureiur.cõcludo ꝙ duo erãt principalia remedia & tuta.vnum,quod iudex procedat ex officio ſuo:quod poteſt,ex quo intendit ad correctionem peccati,vt in d.c.ad noſtrã. & videtur caſus apertus in ca. tuas.de vſur. Secundum remedium, vt debitor procedat per viam denunciationis euangelicæ ſeu cuiuſdã intimationis. Nam hoc remediũ denunciationis.nullo remedio poteſt excludi,quia non poſſet ſeruari ſine periculo aĩæ , vt in c.quemadmodũ.de iureiu.& quod no.in d.c.ad noſtrã.& c.j ꝙ no.gl.15.q.6.authoritatẽ.& ſi elegit viã denunciationis requiritur præcedens monitio per.c.ſi peccauerit.2.q.j.de iud.nouit.Si verò per viam denunciationis ſimpliciter,tunc putat do.Antõ. in d.c.monitionem non eccleſiaſticã,quod ſatis placet & ſic facta mentione ſimplici , poteſt ſuperior ex officio ſuo procedere ad correctionem peccati.ar.24.q.3. ecce.¶Poſſent & alij caſus adduci,ſed ſatis reducibiles ſunt ad prædictos.& per hoc plene & clare habetur materia quotidiana abſolutiõis obtinendæ ſeu denegãdæ,quæ in variis locis ingerit difficultatem,maxĩme iuuenibus & librorum copiã non habentibus.

¶Diſputata fuit hæc quæſtio per dominũ Nicolaũ de Siciã.decretorum doctorem,in famoſiſsimo ſtudio Senarum,& ad vtrãque partem dibitorũ reſpondit peritiſsimus vir do.Petrus Anto.ciuis & canonicus Senen.ann.Domini 1421 die vero 29.Ianuarij.

SVMMARIVM.

1 *Impenſa funeris,de hereditate ſemper deduci debet.*
2 *Clerico habenti patrimonium,non eſt aliquid de bõnis Eccleſiæ largiendum.*
3 *Exequiæ Papæ debent fieri à clero & populo.*
4 *Impenſæ funerum ſunt duplices.*
5 *Epiſcopus ex redditibus ſui Epiſcopatus poteſt centeſimam partem ſuæ eccleſiæ dare inferiori,quam pro ſuis ſepulturis cupit magnificare.*
6 *Clerici in ægritudine conſtituti,poſſunt aliqua intuitu eleemoſinæ erogare.*
7 *Clerici ſepeliendi ſunt cum veſtibus ſui ordinis.*
8 *Expẽſæ neceſſa.quas Capitulũ ſede vacãte facit pro electiõis negocio,de bonis prælaturæ ſunt deducẽda.*
9 *Vir tenetur alere vxorẽ ſecundũ quantitatem dotis.*
10 *Vxor de bonis viri nihil diſponere poteſt.*
11 *Clerici nobiles licite poſſunt viuere de bonis Eccleſiæ.*
12 *Præmium ex delicto quis conſequi non debet.*
13 *Papa circa prouiſionem beneficiorum,habet maiorem poteſtatem quam capitulum circa electionem.*
14 *Patronus ex fundatione tria conſequitur.*
15 *Prælatus canonicè adminiſtrare non poteſt,inuentario minime facto.*
16 *Prælati cõparantur tutoribus,& curatoribus.*
17 *Conſuetudo loci eſt attendenda in reparatione eccleſiarum.*

CASVS.

Quæſtio 3.

SEMPRONIVS clericus bona matrimonialia obtinẽs,ad curiam Romanam proficiens,epiſcopatũ à Romano pontifice obtinuit,ad propriaque regreſſus, cum cuiuſdã hoſpitalis rectore , eidẽque per patronũ duntaxat profecto multifarie cõtraxit: ac inuentario de bonis epiſcopatus non confecto,quædã ipſius epiſcopatus bona locauit pro pluribus futuris annis ſuperioris authoritate intercedẽte penſionem recipiẽs.inſtat deniquẽ populus,vt epiſcopus quartã partẽ redituũ epiſcopatus,in eccleſiæ fabricam conuertat. Contradicit epiſcopus,in oppoſitum allegans contrariã conſuetudinem.demũ ante tempus locationis finitum obiit epiſcopus:oritur contentio inter ipſius heredem & eccleſiam , cuius impenſa funus curari debeat.

EX facto themate sex forte dubia oriuntur. ¶Primum, nunquid ad impensam funeris prælati teneatur ecclesia, an vero eius heredes. ¶Secundum, an expensæ factæ circa prouisionem dignitatis obtentæ, electione canonica prorsus cessante, sint ex bonis dignitatis deducendæ, ita vt etiam heres prælati mortui valeat eas repetere. ¶Tertium, vtrum solus patronus possit hospitali rectorem præficere, ita vt ex sola ipsius dispositione, possit hospitalis nomine rectoris contrahere.

¶Quartum, si prelatus inuentario de bonis ecclesiȩ prius nõ confecto, canonice administrare possit.

¶Quintum, vtrum dictus cõductor sit tutus, quo ad ecclesiam seu successorẽ, ex solutione facta pro futuro tempore prędecessori. ¶Sextũ, an episcopus teneatur quartam partem redituum ecclesiȩ ipsius fabricam cõuertere, contraria consuetudine non obstante, etiam si fabrica aliqua aliunde obtineat bona.

¶CIRCA ptimum dubium, pro parte ecclesiȩ & contra prælati heredem multipliciter arguitur. Et sic primo: Aut prælatus dicitur filius ecclesiæ vniuersalis sicut videtur innuere tex. in c. qui abstulerit 12. q quia ecclesia in baptismo nos oẽs regenerauit: Aut reputatur pater spiritualis illi⁹ ecclesiȩ particularis cui præest, vt videtur innuere tex. in c. sicut. de Simo. & 95. dist. Esto subiectus: Aut sponsus, vt in c. sicut alterius. 7. q. j. vbi dicicitur, ꝙ ecclesia dicitur sponsa vxorque prælati. Hinc est ꝙ eius morte ecclesia dicitur esse viduata. de elect. in c. ne pro defectu. & de transla. præla. c. 2. & §. vbi habetur, qualiter initiatur & confirmatur & cõsummatur matrimoniũ inter ecclesiã & prælatum, & certe diuerso respectu põt appellari filius, pater, & cõiunx: vt no. in iuribus supra allegatis.

¶Sed in nullo istorum casuũ ecclesia debet teneri, inquãtum reputatur filius. nõ enim debet teneri, quia parẽs nõ tenetur ad impẽsam funeris filij, si habet successorẽ suum: sed tenetur ipsius heres, vt l. si mihi filius sit. ff de relig. & sump. fu. ¶Eadẽ ratiõe teneri non debet, inquantum censetur pater, ꝙ filius non debet teneri, ex quo pater alium habet heredẽ. Nã regula est, vt im-
1 pẽsa funeris de hereditate semper deducatur. †& hęc impensa est adeo priuilegiata, vt omne debitum præcedat, vt l. impensa funeris. ff. eod. tit. ¶Idem dicẽdum si eum reputemus sponsum. non enim coniunx tenetur ad curandum funus coniugis, si habet bona in quibus alius succedit. solum enim tenetur quando instituitur heres, vel quando est diues, & pater est impotens. tunc enim tenetur, quia eius iniuria videretur, si quãdo vxor insepulta aut vir insepultus relinqueretur vt l. Celsus. & l. ꝙ si nulla ff. de relig. & sump. fun. ¶Sed nos presupponim⁹ istũ plã habere heredẽ aliũ ab eccl. ergo sibi incũbit onus impẽsæ, & nõ ecclesiȩ, per iura prædicta, quę multum videntur facere in hac materia.

¶Secundò ad idem facit, quia per mortem prælati soluta est ecclesia à lege ipsius, vt cui voluerit nubat in domino. Primum regulariter dicit tex. in c. sicut. 8 q. j. & clarius 8. q. j. c. 2. facit c. pen. & fi. de secun. nup. ergo ecclesia non debet obligari ad impensam, cum non sit amplius sibi alligata. & desiit esse illius vxor. maximè cum præsupponamus ipsum prelatum habuisse bona, & in nullo instituisse ecclesiam. non enim videtur ecclesiam teneri sibi ad aliquam humanitatem faciendã tanquã coniuncto, cum ipse ecclesiam quondã suam, vt extraneam tractauerit. in nullo eam instituendo: debebat enim ecclesiam saltem in numero filiorum computare, aliquam partem faciendo sibi, vt in simili dicit text. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. ecc. canonizata. 19. q. fi. si qua. si enim ecclesiam non tractauit in sua substantia, vt coniunctam personam, ita nec ecclesia eum tractare tenetur vt coniunctum. arg. opt. in c. esto subiectus. 95. dist. ibi, cur ego te habeam in principẽ, cum tu me non habeas vt senatorem &c. Ad idem id quod habetur in principio decre. Omnia quæcũque vultis vt faciant vobis homines, eadem facite illis. & in c. j. & quod ibi nota. de infan. & lang. expo.

¶Tertiò principaliter adducuntur multa iura, in quibus cauetur, quod clerico habenti patrimoniũ, nõ
est aliquid de bonis ecclesiȩ largiendum, † cũ illa bona sint deputata ad cultum diuinum, & sustentationẽ indigentium. & habenti dare nihil aliud est, quã perdere. 16. quęst. 1. c. vlt. j. quęst. 2. clericos. & c. pastor. & c. si quis propter. quinim mo innuunt iura prædicta, clericos grauissime delinquere, & sacrilegium committere, si habentes patrimonium sufficiens, ad bona ecclesiæ manus extẽdunt. hoc enim videtur apertissime probari ex mente c. sacerdos. j. quæstio. secunda vbi dicitur, quod clerici pauperes siue ex necessitate, siue ex propria voluntate licite viuũt ex bonis ecclesiæ, quia ad ea accipienda non cupiditas duxit, sed viuẽdi necessitas & singulariter ibi subiicitur, quod de talibus clericis videtur dicere Apostolus: qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edant: & qui altari deseruiunt, cum altari participent. ¶Si ergo clericis de suo viuentibus, & adhuc ecclesiæ ministrantibus, non est de opibus ecclesiæ ministrãdum, ex quo non indigẽt: fortius eis mortuis, & amplius non deseruientib⁹, nõ sunt bona ecclesiæ cõmunicanda, ex quo patrimonialia sufficientia ad impensam necessariam obtinent.

¶Quartò aduerte hanc considerationem: impensa funeris ex hereditate defuncti semper deducẽda est, vt dixit textus in præallegat. l. impensa. ff. de relig. & sump. fun. si ergo onus incumbit hoc casu heredi, iam non prælato mortuo, sed potius heredi hoc beneficiũ confertur. sed nulla ratio suggerit, vt heredem ecclesia releuet ad hoc onere, & subeat obligationẽ pro alienis debitis. ar. c. 2. de solu. & soluere idem est quod dare. in c. veniens. extr. de testi. & hæc donatio nõ apparet in casu licito fienda.

¶Quinto, pro hac parte adduci põt c. vbi periculũ. §. quia vero. de elec. in 6 vbi speciale inducitur in papa mortuo, vt ipsius exequiæ à clero & populo solenniter celebrentur. † secus ergo videtur in aliis prelatis 3
arguendo per locum à speciali, quod argumentũ satis validum est in iure. vt in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. 32. q. 7. dominus. & in c. 2. de coiug. le pro. l. cum prętor. de re iudi. ff. ¶Ad contrariã partem in fauorẽ heredis non arguo. satis enim ex his quæ in solutionibus subiiciam, argumenta patebunt.

AD SOLVTIONEM condescendo: Altissimi omnipotentis auxiliũ inuocando, & prius præmitto, ꝙ funerum impensæ sunt duplices. † quædam enim inten-
4 dunt remedium seu solatium animæ defuncti. vt impensa quę fit circa clericos cõfluentes ad officiũ sepulturę, seu in certis similibus. Quædã vero tendunt ad viuorum amicorum solatia, vt apparatus funeris, cõstructio sepulturę. preciosa exequiarum põpa. ꝙ multi induantur vestibus luctuosis & similibus. hoc probatur in c. animę defunctorum. iuncto ca. qui diuina. 13. quęstio. secunda.

¶His pręmissis, pro solutiõe pono talẽ cõclusionẽ. Intendẽtibus ad animę remediũ & solatium defuncti tenetur ecclesia, licet prelatus defunctus alium heredẽ habeat in patrimonialibus: In aliis vero concernẽtibus viuorum solatia, ecclesia non tenetur.

¶Ad primã partẽ conclusionis primo adduco cap. hanc rem. 12. q. 2. & c. Apostolicę. de dona. quę singulariter faciũt in hac materia. In eis enim dicitur episcopum posse ex reditib⁹ sui episcopatus centesimã partẽ
5 suę dare inferiori, † quã pro suis sepulturis magnificare cupit. ecce ergo causam, quã ex mente illorum canonum satis liquide apprehendere possum⁹, exequias prelati celebrandas expensis ecclesiȩ, cum ex causa sepulturę possit alienare etiã bona immobilia ecclesiæ vsque ad centesimam partem, dummodo ecclesiȩ suæ cathedrali graue damnum nõ inferat, vt in eis dicitur.

¶Secundo

¶ Secundò adduco c. vbi periculum. §. quia vero. de elect. in 6. ad istã partẽ, licet supra argumẽtãdo adduxerim illud pro alia sententia huic apposita. Sed aliter nunc induco, & sic eadẽ ratio quæ est de toto, quo ad totum, debet esse de parte quo ad partẽ. l. quæ de tota. ff. de rei vẽdi. & c. pastoralis. §. itẽ cũ totũ. & quod ibi not. de offi. deleg. Sicut ergo de Papa celebrantur solenniter exequiæ à clero & populo in omnibus ciuitatibus & locis insignibus. d. c. vbi periculũ, quia ipse est rector & prælatus totius orbis, vt ibi dicitur. ad idẽ c. cuncta per mundũ. & c. per principalẽ. 9. q. 3. eo. modo, eadémque ratione debẽt fieri exequiæ de episcopo seu prælato in ecclesia, vbi ipse fuit rector: & maxime hoc habeat locum in episcopo, quia dicitur vicarius Christi, quo ad suã diœcesim, vt dicit tex. in c. mulier. 33. q. 5. nam & episcopi tenent locum apostolorum, quo ad dignitatẽ, vt dicit gl. in c. videntes. 12. q. 1. & apostoli omnes simul à Deo receperunt ligandi & soluendi potestatem. sed Petrus recepit hanc potestatẽ tãquã caput, vt clare habetur in c. in nouo. 21. dist. & c. ita dominus. 19. dist. omnibus enim apostolis dictũ fuit, Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt, vt in euãgelio habetur. & de hac materia aliquid per doct. in c. translato. de consti. ¶ Sicut enim ecclesia vniuersalis per mortem Papæ soluta est à lege ipsius, sic etiã particularis per mortẽ prælati inferioris, vt c. vbi periculũ. & in cle. ne Romani. de elect. Vide ad hoc. glo. no. in §. his omnibus 8. q. 1 Papam non posse eligere sibi successorem, quia dispositio refertur ad id tempus quo non est futurus Papa. in l. eum qui. de iurisdi. om. iud. & c. a. de vxore. de sepul. ponit ergo id c. speciale in Papa, vt fiant exequiæ solenniter per vniuersam Christianitatem, nõ autem vt fiant in ecclesia particulari: quia idẽ esset in quolibet prælato per supradicta: & sic remanet solutũ contrariũ supra formatũ de illo c. vbi periculũ.

¶ Tertò ad hanc sentẽtiam facit ca. ad hæc. de testa. vbi dicitur, ꝙ licet clerici de acquisitis intuitu ecclesiæ nõ possint facere testamẽtũ tamen viuentes etiam in ægritudine cõstituti, possunt aliqua intuitu eleemosynæ erogare. ¶ Si ergo de acquisitis erogare possunt, eadem humanitate non est eis deneganda sepultura,
6 † & exequiarum solennitas, maxime cum hic sit actus pius humanissimus, & circa quemlibet Christianum per ecclesiã maxime exercẽdus. optime facit ad hoc c. aurum habet ecclesia. 12. q. 2. vbi dicitur, quod licite ecclesia expendit pecuniam pro cœmeterio ampliando ad requiem defunctorum: fortius ergo in prælatis hãc humanitatem exercere debet.

¶ Quartò facit c. hæc huius placiti. 12. q. 2. vbi dicitur. ꝙ in bonis dimissis per prædecessorem, debet successor disponere secundum Deum: & nonnulla cõmunicare his qui seruierũt prædecessori. & est ille tex. no. ex quo patet, ꝙ etiã post mortem prælati habeatur respectu ad familiam prælati non remuneratam ex seruitio impenso: ꝙ etiam videtur probare text. in c. relatũ. el 2. de testa. Fortius ergo haberi debet respectu ad ipsum prælatũ, qui iungitur ipsi ecclesiæ, cui seruiuit onera subeundo. arg. 8. quæst. 1. qui episcopatum. & ca. in scripturis.

¶ Quintò induco hanc considerationem: Prælatus licite propria bona relinquit cognatis & amicis, & multuit ex redditibus ecclesiæ cui deseruit, qui eligitur in partem domini, vnde clericus appellatur 1. q. 2. sacerdos. 12. q. 1 clericos. & c. cui portio. no. Inno. & cõmuniter doct. in c. si episcopus. de præben. ex quo in vita licite percipit de reditibus ecclesiæ, inhumanissimum esset dicere, vt mortuo prælato propria ecclesia denegaret exequias, maxime cum videã ecclesiã manumittere seruos benemeritos, & cum libertate dare aliqua de bonis ecclesiæ, vt in c. si quos de seruis. 12. q. 2. Fortiꝰ ergo prælato optimi meriti exequiarum solennitas denegãda nõ est. Et si diceres ꝙ impẽsa est necessaria, cũ sepultura debet esse gratuita ex parte clericorũ. 13. q. 2. c. quæsta. cũ pluribus sequẽtibus de simo. ca. suã. de sepul. c. pen. Respõdeo, in episcopo modica põt esse impensa, cum credã non solum clericos ecclesiæ cathedralis ad exequias teneri, sed etiã alij clerici subditi cõcurrere debent ad faciendũ officium arg. c. presbyteri. de pœnis. & d. c. vbi periculum. inducẽdo vt supra: nec pro sepultura, s. terra, aliquid est accipiẽdum, vt in dictis iuribꝰ maxime in prælato. 13. q. 2. ca. nullus mortuus. licet aliqua impensa veniat fiẽda in terris, in fodiendo sepulturã, & similia. sed in aliis prælatis ecclesiæ non collegiatæ maior impensa venit fienda. quia sacerdotes & clerici aliarum ecclesiarum non tenentur gratis venire, sed aliqua licite accipiunt in cõpẽsationẽ dãnorum, quæ substinent ibidẽ, tradãdo moram in exequiis: pro labore aũt eorum debent petere, non pro officio diuino. ad hoc gl. in d. c. pen. de sepul. & in cap. præterea. ¶ Item quæritur 13. quæst. 2. & in c. fin. iam allegato no. hoc in dicto c penult.

¶ Sextò possunt induci no. per gl. & doct. in c. nemo clericus. de cõsecr. dist. 1. vbi no. ꝙ clerici, maxime prælati & sacerdotes, sepeliendi sunt cum vestibus sacris
7 sui ordinis. † ꝙ in episcopis & sacerdotibꝰ non est prætermittendum, & sic patet eos sepeliendos cum vestibus ecclesiæ. ¶ Idẽ ergo & fortius dicẽdum est in aliis expensis necessariis, vt eas subeat ecclesia.

¶ Ad secundã partẽ conclusionis, vt ecclesia nõ teneatur ad ea, quæ sunt viuorum amicorum solatia, allego c. qui diuina. præalle. 13. q 2. vbi dicitur, ꝙ hi qui de hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo & psallẽtium vocibus debent ad sepulcrum deferri, nõ autem cum graui luctu, cum sit spes de resurrectione. & hoc maxime seruãdum est in clericis; vt ibi dicitur. ad idẽ c. quoniã presbyterorum. & c. quicunq;. & c. si. ea. causa & q. Nõ ergo teneri deberet ecclesia ad fabricãdum preciosam sepulturã, vel ad alias põpas exequiarum, vt in vestibus luctuosis & similibꝰ, argumento iuriũ præallegatorum. & maxime in d. c. animæ defunctorum. & c. qui diuina. & de sepul. c. sacris.

¶ Septimò & vltimò ad vtranque partem conclusionis argumẽtum bonum præstat c. vt prærteritæ. de elec. sic inducẽdo. ¶ Ibi enim dicitur, ꝙ expensæ necessariæ quas capitulum, sede vacante, facit pro electionis ne-
8 gocio, sunt de bonis prælaturæ deducẽdæ. † sed ipsæ expensæ quæ fiunt ad remedium & solatiũ animæ defuncti. sunt necessariæ, cũ sine eis non debeat quis duci ad sepulcrũ. d. c. qui diuina. nec corpore prælati inhumato, debet procedi ad electionẽ futuri prælati, saltẽ de honestate. vt in c. bonæ. el 2. de ele. ergo tales expensæ incũbunt ecclesiæ. ¶ Aliæ vero expẽsæ põposæ nõ sunt necessariæ, vt supra. merito igitur nõ debent de bonis prælaturæ deduci.

¶ Hæc omnia arbitror ꝓcedere, vbi episcopus elegit sepulturã in diœcesi sua, vel prælatꝰ inferior apud ecclesiã suã vbi præfuit. Si aũt episcopus extra diœcesim vel inferior prælatus extra ecclesiã quondam suã elegit sepeliri: tunc licet credam ecclesiam propriam teneri ad eius exequias, in eius ecclesia celebrãdas argumen. dicti c. vbi periculum. ad expensas tamen fiendas cũ funere deferendo ad aliam ecclesiam, nõ puto ecclesiam arctari: quia quodammodo iniuriã irrogat diœcesi suæ, vel prælatus inferior ecclesiæ quondam suæ. quamobrem indignum videtur sibi subueniendũ per ecclesiam. argumen. capit. esto subiectus. 95. distin. & in capit. prim. & quod ibi nota. de sepult. & optime faciunt c. bonæ rei. 12 quæst. 2. & ca. Apostolicæ de dona. vbi permittitur donatio pro magnificandis sepulturis, cum sit ecclesiæ diœcesis. secus, si extra diœcesim, vt ibi no. per doct. & hoc puto verũ, si habent bona patrimonialia: alias vbi expensa non sit multũ excessiua, puto ecclesiã teneri: quia cũ licitũ sit cuiq; etiã præ

legato, eligere alibi sepulturam, vt in c.j. de sepul. non debet ecclesia hãc humanitatẽ denegare prælato quũdam suo. arg. in c. aurum. 12. quæst. 2. & quod supra dixi de viro respectu coniugis.

¶NVNC RESTAT respondere ad contraria. Et primo ad primum dico, quod siue comparetur filio, siue patri, siue coniungi, nihilominus ex bonis ecclesiæ secundum distinct. prædictam sepeliendus est, per iura & rationes superius inducta. Non obstat quod dicitur in filio naturali, quia rationes quę sunt in prælato, non militant in filio: cum pater non teneatur sibi administrare alimenta, si habet vnde viuat, vt not. in l.j. ff. de lib. agno. quod est secus in prælato, vt supra dixi, cũ ipse ratiõe oneris & vigore seruitij, & quia trãslatus est in sortem Domini, licet viuat de bonis ecclesię, cum non debeat ligari os bouis triturantis, de prę ben. extirpande. & no. per Innoc. & alios in capitul. episcopus de præben. lib. 6. dixi plenissime in quadam alia mea disputatione, quæ incipit, Titius clericus &c. Idem dico eadem ratione, si comparatur prælatus patri filius enim non tenetur alere patrem de bonis quæ habere potest, si pater habet vnde viuat. ¶Item dico, si comparatur coniugi: nam coniunx non tenetur alere coniugem, si cõiunx habet vnde viuat, siue sit maritus, siue vxor. ¶De vxore respectu mariti probatur in c. per vestras. de dote post diuor. resti. & in l.j. C. de pact. dot. & l. maritus. C. de procura.

¶De marito respectu vxoris probatur in ca. salubriter. de vsu. & in d.c. per vestras. vir enim tenetur vxorẽ alere

9 secundũ quantitatem dotis. † vt in dictis iuribus, & in l. si cum dotem. § sin autem. ff. solu. matrimo. Et ratio est quia communis & reciproca seruitus & possessio est: quisque enim eorum possidet, & possidetur: nec aliquis eorum dicitur habere potestatem sui corporis, vt in capi. non debet de consangui. & affinita. & no. in c. ex trãsmissa de resti. spoli. sed aliud est in prelato. ipse enim est in perpetuo seruitio ecclesiæ, nec ecclesia est in perpetuo sua. ideo ratiõe seruitij percipit de bonis ecclesiæ, adeo quod ecclesiæ stipẽdia vocantur seu dicuntur eius subiecta seruitiis, vt notabiliter dicit tex. j. quæst. 2. ca. final. & facit quod ibi nota. per docto. qua ratione videtur inhumanissimum, vt ipsi mortuo denegetur officium sepulturę, cum seruus ratione pristinæ seruitutis, sepeliatur expẽsis domini, vt in l. filiusfami. §. qui seruum. de relig. & sump. fun. ff.

¶Item vxor de bonis viri nihil disponere põt etiam durante coniugio, adeo vt de bonis ipsius eleemosynã

10 facere non possit, † etiam si illa sint bona dotalia, vt legi. nota. per gl. in c. quod Deo. 33. quæst. 5. Nec maritus in vita vxoris de bonis suis vltra dotem aliquid disponere põt, vt l. hac. & l. vlti. C. de pact. conuen. tam super dote. & in l. maritus de procura. C. q secus est in prelato, cum ipse ratione coniunctionis & administrationis possit donare de bonis ecclesiæ his qui seruierunt, & aliis, moderate tamen, vt in c. relatum, el 2. & c. ad hæc. de testa. & c. cæterum. de dona. facit quod no. gl. 5 quęstio. 3. c. si. & põt haberi respectus ad eos qui seruierunt prælato, etiam post mortem ipsius prælati: licet de eis non possit condere testamentum, vt in d.c. relatum. & in cap. hæc cuius. 12. quæst. 2. fortius ergo debet corpus ipsius prælati per ecclesiam, cui præfuit, sepulturæ cõmendari.

¶Venio nunc ad secundum contrarium, cui respõdeo quod licet ecclesia absoluta sit à prelato. per eius obitum, attamen ratione pristini seruitij & cõiunctionis, quæ fuit inter eos, non debet sibi denegari hęc humanitas sepulturę & exequiarũ hoc apertissime probatur in cap. vbi periculum. de elec. lib. 6. inducendo, vt supra in solutione quęstionis induxi. Item facit ca. bonæ rei. 12 quæstio. 2. & c. Apostolicæ. de dona. vbi ex causa sepulturæ etiam permittitur donatio de rebus ecclesiæ, vt illa causa referatur ad tempus, quo soluta est ecclesia à lege prælati: & paria sunt, aliqua fieri illo tempore, vel ad illud tempus dispositionem conferre. l. cum qui ff. de iurisdi. om. iudi. & c. de vxore. de sepul. & per gl. in § his omnibus. 8. qu. ęst j.

¶Idem enim videmus in seruo mortuo, vt supra dixi, in vxore nil habente. Nec obstat quod prę latus tractauit ecclesiã vt extraneam, ideo debet tractari ab ecclesia vt extraneus. quia dico prælatum hoc facere posse iure permittente. permittitur enim sibi de ecclesia viuere, & patrimonium suis cõsanguinei & amicis relinquere. j. quęst. 2. sacerdos. vt supra dixi, & maxime in dicta disputatione. sicut enim hæc causa non est sufficiens ad negandum sibi alimenta in vita, ita nec ad denegandum sibi tam piissimum actum in morte, cũ cuilibet etiam de honestate hanc humanitatẽ ecclesia facere debet. 12. quæst. 2. aurum.

¶Ad tertium contrarium dico, cõsideranda tria tẽpora pro concordia multorum iurium, quæ iura videntur discordare. primum est tempus primitiuæ ecclesię quod Christiani, nedum clerici, nil proprij possidebãt sed erant illis omnia communia. Vnde conuersi vendebant prædia, & ponebãt ante pedes apostolorum & diuidebantur omnia prout cuique opus erat, vt legitur in Actibus apostolorũ. & ca. videntes 12. quæst. j. & hoc tempore non est quęrendũ, vtrũ sacerdotes & clerici habentes propria potuissent viuere de bonis ecclesię cum nil proprij possiderent.

¶Secundum tempus, paulopòst vidẽtes apostoli q vtilius esset, quod prędia oblata conseruarentur in dominio ecclesię cathedralis, quam venderẽtur, vt ex eorum fructibus & reditibus possit omnibus indigentibus vberius subueniri, statuerunt vt talia bona conseruarentur ecclesię cathedrali: & episc. haberet potestatem disponendi, prout cuique opus esset: tunc inceperunt Christiani & clerici seculares possidere, vt in c. certe 12 quæst. j. & illo tempore emanarunt iura, quę dicunt, clericos habentes patrimonialia, non debere participare cum illis bonis seruatis ecclesiis cathedralibus, cum illa essent reseruata solum pro subsidio indigentium: quinimmo adhuc videbatur tunc error, vt clerici possiderent proprium, vt in c. certe. 12. quęst. j. vnde satis erat, quod permitteretur eis possidere proprium, vt in c. illi qui. ea. cau. quęst.

¶Postmodum procedente tempore cum Christiani non essent ita feruentes in fide, cœperunt licite, omni scandalo cessante, possidere propria tam laici quã clerici: & ecclesię cœperunt construi & dotari non solum pro indigentibus, sed etiam pro ministris & seruientibus ipsis ecclesiis: & ita fuit statutum, vt aliter ecclesię non permitterentur constri. de consecra. distin. j. nemo ecclesiã. & c. pastoralis. de his quę fi à prela. & in c. fin. j. quęst. 2.

¶Vnde & nobile clerici possunt etiã viuere licet de

11 bonis ecclesiæ, † & cũ eis dispensari circa pluralitatẽ beneficiorũ. & etiã cum literatis personis, licet possent aliũde viuere, vt patet in c. de multa. in fin. de præbẽ. & hoc tempore vltimo consideratur respectu participationis, non indigentia, sed seruitium, cũ principaliter licite clerici habẽt bona, & viuunt de reditibus ecclesiæ: ita etiam & sepeliri debent, ne humanum officium denegetur mortuo, quod concedebatur viuenti. argu. capitul. sacri. de sepul. & per hoc reducuntur multa iura ad concordiam, quæ discordare videbantur: vt plenissime dixi in dicta disputatione, quæ incipit, Titius clericus.

¶Ad quartum articulum, vbi ponitur optima & subtilis consideratio, potest sic responderi, quod licet vtilitas huius impensæ cedat in vtilitatem heredis, tamen illud fit contemplatione defuncti. sicut enim clericus licite in vita viuit de bonis ecclesiæ, & sua suis conseruat, vt no. in dicto capi. episcopus. ita & fortius fieri debet in morte respectu huius piissimæ humanitatis.

ratis.nam & suis indigentibus clericus licite communicat bona ecclesiæ,vt in c.j.&quod ibi nota.de coha bi.clerico.& no.in ca.omnino.31.distinct.facit dictum c.relatum.el 2.de testa Non ita reperitur in alio defuncto,cum non possit alius bona sua relinquere, & alterius impensa sepeliri: quia qui sentit commodum, & onus sentire debet.in regula,qui sentit.de reg.iur.in 6. sed in prælato secus,quia vt supra dixi, licite sua cōseruat aliis, & ratione sui seruitij viuit de bonis ecclesiæ.

¶Ad vltimum articulum fuit satis supra respōsum in solutione quæstionis.Nam potius facit pro hac parte.inducendo prout supra induxi.

¶VENIO ad secundum dubium: & primo arguitur ad partem negatiuam,quod tales expensæ, de bonis prælaturæ non sint deducendæ, & per consequens nec heredi prælati competit facultas eas repetendi: & primo sic,Expensas quas quis facit principaliter ad sui vtilitatem,licet in consequentiam conuertantur, seu veniant in vtilitatem ecclesiæ seu alterius, illas repetere non valet,vt legitur & no.in capi. cum pro causa.de procu.quia non gessit alienum, sed proprium negocium:quo casu non habet locum actio negocior. gest. vt patet per totum titulum de nego gest.C.& ff.hic.& alibi dicitur,quod qui sui commodi causa abest, non pōt se defendere prætextu reipublicæ. ff. ex qui. cau. maio.l.secunda.sed iste clericus ad curiam profectus, beneficium seu prælaturam ad commodum propriū principaliter sibi,& nō ecclesiæ obtinuit,ergo non valet expensas repetere.quod patet ex prædictis,& breuiter probatur,quod nō procurat negocia ecclesiæ, qui venit contra ecclesiæ iura,vt per se patet.sed iste venit obtinere beneficium in curia contra iura ecclesiæ:ergo & c.consequentia patet.quia priuauit ecclesiā electione pro illa vice,cum in dubio præsupponatur,q ecclesiæ electio omnino cessauerit, contra ca j.de electio.& c.congregato.16.quæst.7.

¶Secundo probatur sic, ex delicto quis non debet
22 consequi præmium,† vt in c.& si necesse.de dote post diuor.re.nec ex improbitate sua debet actionem consequi quis.§.itaque fullo.de furtis. ¶Iste clericus deliquit porrigendo preces pro prælatura, quantumcūque fuerit idoneus,cum debuisset expectare quod vocaretur,non autem ambitiose se ingerere.8. quæstion. j.in scripturis.j.quæst.j.ordinationes.& optimus tex. j.quæst.j.nullus itaque.not.glos. in ca. tuam de æta.& qualita.& in d.c.ordinationes.ergo non debet habere actionem ad expensas ambitiose factas repetendas.

¶Tertio adducitur ca.vt præteritæ. de elect.iuncto c.cupientes.in fi.eo.tit.lib.6. vbi solum cauetur de repetitione fienda per electum vel postulatum, quia isti sunt vocati ab ecclesia, & sic videntur gerere negociū ecclesiæ.secus ergo in prouiso & impetrante, quia cōtra iura ecclesiæ commisit,& negocium propriū promouit.argu.de præsump.nonne.& in l.cum prætor.ff. de iudi.25.dist.qualis.ad idem l.quæ vtiliter.ff. de neg. gest.vbi quis soluit de suo expensas facta pro honore consequendo.

¶Quarto probatur sic: Aut iste fecit istas expensas ex pietate,quia compatiebatur ecclesię vacanti, & nō debet posse repetere,vt in c.sacrorum.12. quæstio 2. & in l.alimenta.C.de negoc.gest.Aut ad excellentiā sui, vt promoueretur. & idem quia (vt supra dixi) potius gessit negocium proprium,quam ecclesię.

¶AD PATREM affirmatiuā arguitur sic:Prouisio seu collatio habet vim electionis & cōfirmationis, vt patet in c.si tibi absenti. de præben.in 6.no. Inno.in c.cum olim de cau.pos.& propriet.& in cap. transmissam.de elect.& sic.in longe plus se habet prouisio,quā electio : quia per electionem non confertur ius administrandi saltem in actu, iuxta not.in c.quanto.63.dist. quinimmo.si administrat,cadat a iure sibi per electionem quæsito.de electio.auaritiæ lib. sexto sed per prouisionem sibi competit seu transfertur plenum ius.vnde potest dicere beneficium esse suum,vt in dicto ca.si tibi absenti.de præben.lib.6. & in c.ne pro defectu.de electio.sed electus seu postulatus,cui nullum vel modicum ius acquiritur seu acquisitum est, repetit expēsas:fortius debet posse repetere iste prouisus,qui fretus iure,in eum per Romanum pontificē translato, illas expensas fecit.

¶Secundò probatur: Quisque gerens negociū vtiliter alterius,expensas repetit.l.sed an vltro.cum multis simili.ff.de neg.gest.& ca.cum pro causa. de procu. sed iste gessit negocium ecclesiæ vacantis, acceptādo onus dignitatis sibi collatæ.nam principaliter episcopatus est onus,licet accidentaliter sit honor, inquantum administrat,vt legitur & notatur in c.qui episcopatum.8.quęst.j.ergo pōt repetere.Ea enim ratione qua repetit electus,debet posse repetere & prouisus,cū vterque adipiscatur honorem & onus: & vbi est eadē ratio vel maior,eadem debet esse iuris dispositio,vt in iuribus vulgaribus.

¶Tertio adducitur magis specifice ca.quicūque.12. quæst.4.vbi dicitur,quod si prælatus de rebus propriis aliquid expenderit in ecclesię vtilitatem, totum illud est reformādum de bonis ecclesię.sed iste prouisus soluit de suo pro honore incumbente ecclesię, puta pro bullis apostolicis,vel pro taxa communi, vel pro aliis similibus expensis, ergo debet posse repetere ipse vel eius heres.

¶Quod autem hoc onus incūbit ecclesię, patet ex his quæ leguntur & notantur in c.vt prętеritæ. de electio.& in c.cupientes eo.tit.lib. 6.

¶Quartò probatur hac ratione: Instar sacrilegij habetur,dubitare an is sit dignus, quem princeps elegerit.12.quæst.4.c.qui autem.Ex quo ergo papa approbauit istum vt idoneum,debemus pręsumere eum esse legitimum,& nō ambitiose motum: maxime autem hoc procedit in dignitatibus, in quibus prouidetur circa supplicationem,vt abbatibus & superioribus. Cum ergo legitime expensas fecit in fauorem ecclesię, nō apparet ratio,quare eas repetere non possit. Nec obstat quod non pręcessit electio, quia maiorem potestatem habet Papa circa prouisionem beneficiorum, quā capitulum circa electionem. † de pręben.c.2.& ca.dilecto.lib.6.immo ab ecclesia Romana habuit capitulum
18 potestatem eligendi,vt no.in capitul.quanquam.de electio.lib.sexto. ¶Ad solutionem huius dubij, Christi eiusque matris præsidio deuote implorato condescēdens,tres casus attendendos puto.Primus,cum iuit ad curiam principaliter ad hanc dignitatem impetrādā, & ad ipsius postulationē papa sibi de episcopatu prouidit.Secundus,cū iuit alia de causa:sed precibus suis intercedentibus obtinuit dignitatem. Tertius,cū papa sibi proprio motu prouidit.

¶Primò casu est examinandum,nunquid sit licitum petere dignitatem.Et circa hoc concluderem,quod si inducitur ad petendum, vt pręsit,hoc non est licitum: quia superba electio, videtur causa impetrationis. & hoc casu intelligo.in cap.tuam.de ęta.& qua.& in capit.ordines.j quęstion.j pro hoc est text j quęst.j.nullus itaque Hinc dicitur,neminem sibi debere honoré assumere.sed debet vocari à Deo tanquam Aaron.8.q, j.in scripturis & capit.qualiter.de elect Hoc etiam casu intelligo not.per Archi.in ca.ordines.¶Si vero inducitur ad petendum principaliter ob bonum publicum,non vt pręsit sed vt prosit,vt quia videt ecclesiam viduatā destitui, neque est spes de proxima prouisione:itaque ductus charitate,mouetur ad eūdum & impetrandum:& tunc satis puto impetrationé licitam & meritoriam: hoc videtur optime probari in c in scripturis prealle. vbi commendatur Esaias, qui instante necessitate vltro se obtulit,dicens:Ecce ego,mitte me.

& ex facto Esaię appetentis,& Hieremię fugientis,arguit ibi Greg. quod sicut toto desiderio debemus occupationes fugere,ita si desit qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est animo subire. & hoc casu procedit dictum Archi.ibi,quia videtur contrariú eis quæ ipse no.in c.ordinationes.pro hoc facit illud Euágelicum:Maiorem charitatem nemo habet,quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.Ioh.15.c.

¶HIS BREVITER præmissis,concludo quod aut iste iuit ad impetrandum motus bono zelo, & repetere poterit.quia negocium ecclesiæ gessit:& sic habet locum ratio eorum quæ not.in c.cum pro causa.de procura.& in dicto c.vt præteritæ. & in c.cupiétes. de elect.lib 6.& succedunt omnia allegata supra pro hac parte affirmatiua. ¶Si aút impetrauit vt præesset,vt in primo casu,& hoc constat,tunc non puto eum repetere posse:quia ipse potius gessit negocium propriú,quá ecclesiæ.facit 23.quæst.3.odi,& proieci. & allegata supra pro parte negatiua. Si auté dubitatur,quo animo iuit,tunc recurrendum est ad coniecturas.

¶Si autem incontinenti iuit post vocationem, nec expectauit vt personæ idoneæ prius quęrerentur:satis videtur fuisse ad gerendum commodum proprium.nó enim debuit præsumere se idoneú, & se præuenire.prouisioni ecclesiæ,cum bonarum mentium sit timere culpam,etiam vbi culpa non est.5.dist.ca.ad eius vero.facit in simili.quod legitur & notatur in c. 2.de renun.videtur tamen quod in foro iudiciali sit audiendus,repetens expensas factas post prouisionem papæ:quia ex quo papa acceptauit eum vt idoneum,nó debemus de eius idoneitate disputare.17.quæst.4.ca. qui autem.fecit ergo,prouisione facta,expensas incumbentes ecclesię:& sic debet eas posse repetere.12.quæst.4.quicúque sed in foro conscientię non puto eum tutum,si principaliter ob sui causam fecit.

¶Ex his infero ad decisionem secúdi & tertii casus. Si enim non iuit principaliter propter factum ecclesiæ,illas expensas non repetit,vt dict.ca.cum pro causa.sed de expensis factis post prouisionem factam ad ipsius postulationem,dicédum,vt suprà dixi in hoc casu primo.¶In tertio casu,in dubio dicendum est,eum posse repetere omnes expensas,quas fecit pro negocio ecclesiæ.Iste enim fuit inuitatus per superiorem,& sic pinguius ius habet in repetendo electus,quam postulatus,vt suprà dixi.vnde non obstant allegata pro contraria parte.nam ad primum argu.& secundum satis patet responsio per prædicta.

¶Ad tertium arg.de c.cupientes & de c.vt pręteritæ.respondetur dupliciter.Primò,quòd olim prouidebatur ecclesiis collegiatis per electionem & postulationem.ideo de expensis tunc factis vel fiendis dubitatur merito,num de his facta fuit mentio specialis.arg.nam ad ea.ff.de legib.sed eadem.& fortior est ratio in expensis factis per prouisum à superiore, vt suprà probatum est.¶Secunda solutio est,quòd de expésis factis in electione & postulatióe dubitabatur,quia authoritate superioris non intercedéte fiebant.In prouiso autem non erat dubium per cap.quicunque.12.q.4.&c. Item prouisio continet in se effectum electionis & cófirmatióis,vt suprà dixi. Ex quo ergo cauetur hic in electo,fortius videtur cautum in prouiso.Vltimum argu.non obstat.quandoque enim quis intuitu pietatis inducitur ad faciendum actum expensis suis,& nó habet locum repetitio,& militat contrarium:quandoque inducitur ad faciendum actum, sed non expensis suis,& habet locum repetitio.¶Similiter videmus in funerãte alium,in quo similis distinctio per legem fit. ff.de reli.& sump.fun.l.si quis hæc actio.ad idem c.vt pręteritę.de elect.& cap.quicunque.12.q.4.ita dicendum in casu nostro.

¶AD TERTIVM dubium.An solus patronus possit hospitali rectoré pficere:arguitur primo, quod sic. vnicuique enim licet in domo sua erigere hospitale de pauperes recipiendos:& de eius ordinatióe disponere,vt in re propria,sicut & oratorium ad orandú cóstruere,vt in ca.vnicuique.de conse.dist.1.no.Innoc.in c.inter dilectos.de dona. & ibi de hoc casus. vbi colligitur,quod nó solum rectorem præponere potest,immo & ipsum alteri subiicere & donare, cum hospitale nó habeat ecclesiam, nec sit res sacra. ergo rectorem eidem præficere potest.¶Secúdò de hoc videtur casus in authen.de ecc.tit.§.si quis autem ædificatior em. colla.9. vbi dicitur rectorem præficiédum patronus decreuit: sed episcopus habet videre, an ordinatio seu administratio recte procedat.& si inuenerit malã administrationem,poterit rectorem remouere,& aliú instituere: & sic videtur quod solus patronus per rectorem pręficiat,licet pro mala administratione possit episcopus illum remouere.¶Tertiò adduci potest cle.quia côtingit.de reli.domi. vbi tex.dat episcopo solum potestaté coercendi rectorem iam positum ad bene administrandum,non ad ministrandum seu confirmãdum: si enim episcopus habet confirmare præsentandum per patronum.tex.ibi dixisset.& episcopus non patiatur aliqué præfici,seu non confirmet præsentatú,nisi seruatis quę dicuntur.

¶Quarto fecit,quia secundú qualitaté beneficij patronus obtinet pingue vel tenue ius. videmus enim quod in conuétuali ecclesia habet duntaxat præstare cósensum electioni factæ, nec per eius côtradictioné cessante causa electionis canonice factæ,retractaretur: vt in ca.nobis.& quod ibi not.de iure patro. & sic habet ibi tenue ius.In ecclesia vero non collegiata,habet ius pingue:quia à principio habet pręsentare, nec episcopus pót,patrono spreto,aliú instituere.16.quæst.7.decernimus:& d.c.nobis.¶In hospitali ergo debet haberi ius magis pingue, cum ibi non fiat institutio seu collatio sicut in ecclesia,iuxta ea quæ leguntur & notátur per doc.in d.cle.quia côtingit:sed sufficit sola rectoris deputatio seu rectoris commissio.sunt enim isti rectores hospitalium,sicut tutores pupillorum & minorum: vt in d.cle.quia contingit.in d.auth.de eccl.titu.§.vltim. solus ergo patronus debet habere hanc deputationé, posse facere,cum in hac commissione non transferatur ius spirituale,sicut in institutione seu collatióe ecclesiæ.

¶AD PATREM negatiuam huius dubij arguitur sic: Ex quo locus ad hospitalis vsum & pauperum prouisionem authoritate pontificis destinatur, efficitur religiosus adeo,quod amplius múdanis vsibus deputari non potest.vt probatur in c.ad hæc.de reli.domi.no. in cap.inter dilectos.de dona.ergo. non est amplius in mera facultate & domino patroni antecedentis,vt supra probatum est,& consequentia clara patet l.intantum.ff.de re.diui.& insti.eo.tit.§.nullius.facit 12.q.1.c. nouerint.cum hoc hospitale sit locus religiosus,nó videtur amplius patrono licitum de eo disponere sine consensu episcopi.

¶Secundò probatur per c. de xenodochiis.de reli. do.vbi dicitur,quod xenodochia & similia loca ad vtilitaté eorú quibus deputata sunt per prouisioné episcoporú,in quorú diœcesibus cósistere ordinarij debent, ex quo tex.clarissime colligitur,quod episcopi cósensus requiritur in deputatione rectorú.ad idé c. requisisti.de testa.& d.c.inter dilectos.in fi.in quibus patet,hæc loca in episcoporú potestate cósistere,& c.cú ad sedé.de resti.spo.ergo solus patronus nó pót episcopo pręterito ibidé rectoré deputare.& optime facit ca.de iure præalleg.coniuncto c.ad hæc.de reli.do. ¶Tertiò fortius arguitur sic: Patronus ex fundatione cósequitur
14 tria † duntaxat:honoré in pręsentãdo rectoré episcopo,onus in defédédo ecclesiá,ne quis dilapidet ipsam vtilitatem,quia si vergit ad inopiam, piguius cæteris sibi subuenitur loco cóstituto,vt no.gl.16.quæst.7.pigmentis.

mentis.& c.nobis.de iurepatro.& hic sequitur ex gra-
tia,vt patet in c.de iure.eo.tit. & ibi per Doct.quia ex
quo locus efficitur sacer vel religiosus, nullã amplius
de mero iure in eo potestatem habet, vt d.l.intantum.
& d.c.nouerint:sed debet in plena potestate ecclesiæ,
sicut alia bona Deo oblata.12.q.2. nulli.& c.quicunque
patronus ergo hospitalis, debet esse contentus gratia
omnibus patronis facta,nec amplius vsurpare.ex quo
enim resistit sibi ius commune, vt patet per prędicta,
ostendat ipse potestatem suam in hoc.arg. dicto capit.
de iure.c.illud & c.cum loci.eo.tit.

¶Quarto adduco c.inter monasteriũ.16.q.7.vbi dici
tur,ꝙ in ecclesia vel oratorio patronus sine cõsensu e-
piscopi,clericũ deputare non põt,ne malus per eũ de-
putat⁹ existat.no.rationẽ illi⁹ tex.ne in aliis existat &c.
& no. verbum, oratorium. nam illa ratio est commu-
nis etiam ad hospitalia: quia habet episcopus videre,
vt hospitalia deputentur ad vsum deputatum,vt supra
dixi.debet ergo sibi fieri præsentatio per patronum,&
ipse episcopus habebit confirmare.

¶CONDESCENDO nunc, Dei auxilio inuoca
to, ad solutionem huius tertij dubij, distinguendo in-
ter hospitale religiosum & prophanum,t respectu, cũ
est prophanum,quia autho.episcopi non fuit ædifica-
tum,poterit patronus libere ibi rectorem præficere, &
de eo disponere ad libitũ,sicut de aliis rebus suis:quia
per hanc deputationem nõ desinit esse in plena facul-
tate sua,& potest illud destruere vel alteri subiicere,si
cut sibi placet,vt est casus secundum vnam lectur.quã
approbat Inno.ꝙ omnes scribentes in c.inter dilectos.
de dona.& hoc casu intelligo text. iuris ciuilis in di-
cta auth.de eccl.tit.§.si quis ædificationẽ cũ seq.col.9.
ad hoc faciunt no.per doct.in cle.2.de præbẽ.& in cle.
quia contingit.de relig.do.quę in hoc casu intelligũ-
tur,dum dispositionem liberã relinquunt patrono.ad
idem quod not.Phi.de consti.25.& consti.106.& proce
dunt ea quæ suprà allegaui ad partem affirmatiuam.

¶Et aduertendum,ꝙ hoc casu in prophano non po-
test propriè& strictè dici patronus:sed dominus,quia
patronus propriè appellatur respectu loci religiosi.
sed late sumpto vocabulo, potest patronus appellari
propter vsum spiritualium, ad quem locus deputatus
est,vt singulariter no.Inno.in d.c.inter dilectos & fa-
cit ibi text.secundum vnam lectu.¶Ex quo no. ꝙ in di
spositione restrictiua,appellatione patronorum nõ ve
niunt isti domini hospitalium prophanorum.argu.ca.
in nostra.de iniur.& ff.de nego.gestis.l.3.§.hoc autem.
Et circa talia hospitalia prophana faciunt hanc consi
derationem.Aut enim domini viuunt,& tunc non ha-
bet episcopus quoquo modo de eis se interponere:
vnde nec ipse visitabit.quia cum ipsi domini habeant
dominium loci,& plenam administrationem rerum:
& ea etiam destruere possunt,si volunt,vt supra dixi.
& no.Inn.in d.c.inter dilectos.præalle.Si vero non vi-
uunt,sed ordinauerunt,ꝙ post mortem conseruentur
seu deputentur tales ad vsum pauperum, tunc dico ꝙ
licet dominus,vel is de quo ipse disposuit in testamẽ-
to.possit rectorẽ ibi pręficere absq; consensu episco-
pi,vt in d.§.si quis ædificationem.tamen episcopuspo
terit hoc casu hospitale visitare & videre,si cũcta pro
cedunt secundum ordinationem defuncti.& si reperit
rectorem vel patronũ præfectum,perperã administra
re,eum mouebit,& alium instituet:quia ad eum spe-
ctat,vt defunctorum pię voluntates mandentur execu
tioni,etiam si testator interdixerit,vt episcopus se nõ
impediat.& vt dicit singulariter tex.in d.§ si quis ædi
ficationem.facit c.tua.de test.& c.requisisti.eod.titul.
¶Est enim id culpa patronus,talem rectorem nunquã
tollẽdo,ideo episcopus tanquam pater,supplet,tollen
do & alium instituẽdo.& sic patronus pro ea vice pri-
uabitur potestate rectorem deputãdi.secus puto in a-
lia vocatiõe.arg.c.cum in cũctis:& c.auditis de elect,
& sic puto intelligendum & distinguẽdum.d.§.si quis
ædificationẽ:sed alia iura episcopalia non poterit epi-
scopus à tali profano exigere,vt no. Frede.cons.25.&
cons.116.Si vero hospitale est religiosum,tũc dico pa-
tronum habere pręsentationem, sed confirmationem
spectare ad episcopum, ita ꝙ solus patronus sine con-
sensu episcopi aliquid de præsentatione facere nõ po-
terit per ea quæ supra dixi,arguendo ad partem nega-
tiuam.vt sensit Inno.in d.ca. inter dilectos. dum dicit,
talem locum spectare ad dispositionem episcopi.& sa
tis probatur in d.c.ad hęc.& cap.de xenodochiis.effi-
citur autem religiosus,si authoritate pontificis desti-
natur ad pios vsus,iuxta ea quæ no.in d.capi.ad hęc.&
tunc enim offertur Deo, & olim dominus nullã habet
potestatẽ nisi inquantum gratiose sibi concedatur ab
ecclesia,vel ex pacto apposito in fundatione.dicto c.3.
& c.præterea.de iure patro.facit c.cum dilectus.de cõ
sue.Si autẽ dubitatur, an interuenerit authoritas pon
tificalis,vel non debet recurri ad coniecturas.Si enim
habet signa religiosi loci,vt cãpanile cum campana,&
altare,& similia: reputabitur religiosum: alias secus.
ex quo est in possessionẽ seu quasi libertatis,vt not.Ar-
chi.in c.nemo.de conse.distin.1.& Frede.in dicto cõsil.
116.& doctores in dicto c.parentibus.de priui.& in ta-
li hospitali procedunt allegata supra ad partem nega-
tiuam. & per hanc distinctionẽ silent omnia allegata
supra pro parte cõtraria, & reducũtur ad cõcordiam.
& cle. quia cõtingit.debet reduci ad hãc distinctionẽ.
in ea enim nihil dicitur de potestate ponendi rectorẽ.

¶AD QVARTVM dubiũ arguitur primo,quod
inuentario non confecto,nõ potest prælatus canonice
15 administrare.† per capi.manifesta.12.q.2.cũ ca.seq.vbi
dicitur ꝙ ea quæ pertinent ad ecclesiam,manifesta es-
se debent & distincta à bonis clericorũ, ne occasione
patrimonialium,occupẽtur bona ecclesiastica,vel ecõ
tra:maxime,propter inopinatum transitum prælati.vn
de glo.in d.c.manifesta.dicunt, quod propter hoc de-
beat facere inuẽtarium.alle.ca.de Syracusanæ.18.dist.
vbi videtur hoc prima fronte probari.Secundo addu-
co.c.charitatem.12.q.2.vbi expræsse mandatur cano-
nicis & œconomis ecclesiæ cathedralis,vt mortuo vel
remoto prælato,debeant facere inuẽtarium de bonis
ecclesiæ.Idem ergo dicendum in prælato eadem ratio
ne,& maxime cũ in prælato habeamus iura supra alle
gata:quæ si expressim non faciunt mentionem de prę-
latis,satis tamen hoc innuunt, & expresse habemus in
cannonicis,qui vacante ecclesia succedunt in iurisdi-
ctione prælati:vt in c.2.de maio.& obe.lib.6 & c.cum
olim & ca.his quæ.de ma.& obed. ¶Tertiò probatur
ratione.nam prælati æquiparantur & cõparantur tuto
16 ribus & curatoribus pupillorum & minorum. † 3 q.2.
c.fi.in auth.de eccl.t.§.penul.col.vltima no.in c.audi-
tis.de in integ.rest.in gl.4.sed tutores tenentur cõfice
re inuentarium de bonis minorum:alias legitime non
administrant, cum aperte prohibeantur res minorum
prius attingere.l.fi.ff.arbi.tute.& l.tutor qui reperto-
rium de admini.tuto. quinimmo prius administrãtes,
tanquam suspecti,remouentur & efficiuntur infames,
l.3.ff.de suspec.tutori.& no.in l.tutor qui repertoriũ.

¶Quartò inducitur cl.quia cõtingit.de reli.do.vbi
expresse disponitur in hospitalium rectoribus,vt ad in
star tutorum & curatorum debeant facere inuẽtariũ
de bonis hospitalium,adeo vt ibi dicat Ioan.de Lig.ꝙ
prius administrare non possunt,sicut dicitur in tutori
bus & curatoribus in iuribus supra allega. sicut enim
tenentur illi, ita & prælati, cum bona ecclesiarum di-
cantur pauperũ,& ad hospitalitatis vsum principali-
ter reseruata.12.q.1.videntes.16.q.2.c.fi. Item ponderò
rationem illius tex.ad instar tutorum & curatorũ &c.
sed hæc ratio est in prælatis,vt supra dixi. ergo ipsi te-
nentur & hoc idem videtur tenere Specu.in tit.de in-
stru.edi.§.fi.ver.prælatis.

¶IN CONTRARIVM primo fortiter militat c.transmissam.& c.nostri.& c.qualiter & quando.& c. vlti.de elect.& c.auaritiç eo.tit.lib 6.cum multis similibus. In quibus iuribus expresse dicitur, q post electionem & confirmationem recipit prælatus potestatē administrandi & exercendi omnia quę sunt iurisdictionis.ad idem optime c.si suffraganeis.eod.tit.ergo ad facultatem administrandi non requiratur inuentarij confectio. ¶Secundo ad hanc partem adduco c. de Syracusanæ.28.distin.licet communiter soleat adduci pro contraria parte ibi enim propria & speciali ratione motus, & suspicione orta contra mouendum ad episcopatu ratione filiorum suorum, fecit ante omnia cōfici inuentarium non de bonis ecclesiæ, sed de bonis patrimonialibus ipsius promoti, vt sic liquidò apparerent bona propria ij fius, ne eorum obtentu occupentur bona ecclesiæ: vel postmodum acquisita, dicantur propria: ergo cessante hac suspiciōe filiorum, talis cautela non est necessario adhibenda.

¶Item cum ibi etiā contra suspectū nō fiat inuētariū de bonis ecclesiæ, sed solūmodo de bonis promoti: fortius ergo, cessante suspicione, nō requiritur necessario inuentarium de bonis ecclesiæ. ¶Tertio adducitur c. charitatē.12 q.2 per locum à speciali. Si enim speciale adducitur in canonicis & œconomis, vacāte ecclesia, ergo secus in prælatis.ar.l.si prætor.ff.de iud.& c qualis 25.di & nimirum si specialitas hæc inter eos no. Nā c.sede vacante licet succedat in iurisdictionem, nō tamen potest attingere & dispensare bona per prelatum dimissa, vel obtenta vacationis tempore.12 q.2.huiusmodi.& c.quia sęp æ de elect.lib.6.c.statutum.eod.tit. merito cōficit inuentarium, sicut tutor & curator, qui sunt puri administratores, & non dispensatores: sed aliud videtur in prælato, qui habet in bonis ecclesiæ plenam administrationem fructuum: & ex illis potest donationes facere; & etiā modica mobilia & immobilia alienare.12 q.2 terrulas. & no. eadem causa. & q.in summa.& de testa.c.ad hæc.& c.relatum.de dona.cæterum. ¶Quartò facit c.si tibi absenti.de præben.li.6. vt patet beneficiū dici ipsius prælati post collationem sibi factā, & sibi præstitum consensum.non debet ergo obligari ad inuētarij confectionem, cum beneficium dicat suum iura enim loquentia de inuentarij confectione, loquuntur de simplicibus administrationibus, vt de tutoribus & curatoribus.c.sede vacante de hospitalariis & similibus: secus autem dicendum in prælatis.pro hoc glo.notabilis 6 q 3 c.si.

¶IN SOLVTIONE huius quarti dubij arbitror tenendum, q inuentarij confectio in prælato necessaria nō sit aliud facere. & principaliter moueor; quia nullo iure cauetur, immo potius ex multis iuribus suprà ad partem negatiuam allegatis, innuitur oppositum.quandoque enim videntur iura canonica, vt ad prius retuli, quę de inuentario videntur facere mētionem, quæ omnia allegaui suprà ad partem affirmatiuam.& sunt c.manifesta.cle.quia contingit.c.de Syracusanæ.& c.charitatem.in locis allegatis.quæ si bene ponderentur, non probant id ad, quod adducūtur. nam c.manifesta.& c.sint manifestæ.non arctant prælatum ad confectionem inuentarij: sed solum disponunt, vt manifesta esse debeant bona prælati eius ecclesię, quę profectò manifesta fieri possunt aliter, quā per cōfectionē inuentarij de bonis ecclesiæ.vt describendo bona patrimonialia ipsius prelati, sicut fieri fecit Papa in c.de Syracusanæ. Itē dādo eorū administrationē suis attinentibus vel amicis, & promiscue de non vtēdo cum rebus ecclesiæ. Item illa capitula ponunt consilia non solum in fauorem ecclesiæ, sed etiam bonorū ipsius prelati: ne sub obtentu rerum ecclesiasticarū, inuadātur ipsius prelati bona, nec impediūt aliter administrationē prælati. quinimmo dico, q si illa capitula acutius ponderentur, fortius videntur probare contrarium. nā si semper prelatus teneretur ad confectionē inuentarij: frustra illa capitula dicerent, vt manifesta esse debeant bona prelati à bonis ecclesiæ: cum satis efficerentur manifesta per confectionē inuentarij. Item illa iura prouident quādo prælatus habet bona. si ergo illa nō habet, cessaret illorum capitulorū prouisio.non obstāte c.de Syracusanæ sed potius probat hāc partē inducendo, vt supra induxi, & apertissime videntur probari, vt cessante suspiciōe filiorū vel habitu bonorum patrimonialium, cesset omnis descriptio bonorum, c.charitatem.facit pro hac parte.& inducēdo per locum à speciali, vt supra induxi cle quia cōtingit.pōt etiam induci pro hac parte: quia si inducitur illud speciale in hospitalariis, quia sunt puri administratores ad instar tutorum & curatorum, aliud videtur dicendum in prelatis.non enim dixit ibi textus, ad instar prelatorum: sed ad instar tutorum & curatorum. si enim prælati tenerentur, fecisse ibi tex.mentionē potius de prælatis habentibus administrationem, quam de tutoribus & curatoribus rerum secularium.

¶Itē illa cle.j ver.pręmissa: iuncta gl.apertissime videtur probare hanc opinionem. ibi enim dicitur, q inuentarij confectio, rationis redditio, & iuramenti præstatio non habent locum in hospitalariis religiosorū. Si enim omnes prælati tenerentur ad confectionem inuentarij, nō excepisset ibi Papa religiosos, maxime in hospitalibus. Nec obstat q tutores & curatores ad cōfectionem inuentarij tenentur, quibus prelati comparantur: vt in ca.2.de dona.& in aliis iuribus supra allegatis: quia non per omnia æquiparātur, quia adeo multæ differentiæ sunt inter eos, vt gl.valde no 5.q.3.dicat, nullā esse comparationē inter tutores & prælatos: quia tutor est tēporalis, prelatus perpetuus: tutor non vtitur bonis pupilli, sicut prælatus bonis ecclesię: tutela est onus, prælatura honor: prælatus habet liberā & generalē administrationem in bonis ecclesiæ, & dare potest aliquā, si habet sic consuetudo ecclesiæ de donando. sed tutor non. hinc prælatus dicit beneficiū suum esse, vt in ca.si tibi absenti. nec sine caussa potest in vita priuari.56.dist.satis peruersum tutor nō habet ius proprium in tutela, immo est sibi onus, & expirat officiū suum adueniente pubertate pupilli. C. quando tu.vel cu.esse des.l.j.& 2. Non ergo mirum, si aliud sit in prelato: nec confectio inuētarij, quæ est onerosa & propter suspicionem inducta, debet extēdi ad prelatos, cū extensio debet fieri de similibus ad similia: quæ similitudo hic cessat. ad hūc quod in simili no.Io. An. in c.tue. de spon.& sufficit dare instantiam.j q 1.sicut vrgeri.& supra.q.j.item nūc. Patet ergo ex prædictis, nullo iure hoc caueri: sed contrariū potius innuitur ex prædictis, & ex his quę suprà allegaui pro parte negatiua: hāc opinionē cōfirmare videtur authoritas Inno.in c. trāmissam de ele.& in c.in literis.prope.fi. de rest.spo. & ca.cum super.de causa pos.& proprie. in quibus iuribus notabiliter vult, prælatum nō posse administrare & agere nomine ecclesiæ, etiamsi non sit in possessione dignitatis satis est enim, suam electionem confirmatam, vel prouisionē sibi fuisse factā, vt administrare possit. & per dictum ca.transmissam. cum superius allegatis. Idem tenent domini de Rota decisione 4. limitantes dictum Inno q licitum est confirmato seu prouiso, etiam possessionē nō adepto, administrare & agere pro prelatura, si alius non est in possessione: alias autē non licere: quia esset, possessorem sine iudicio spoliare, q non licet.c.cum quis de præben.li 6.6.q.3.placuit. & in l.si quis in tantum.C.vnde vi. Patet ergo ex prædictis, quod sine confectione inuentarij potest canonice administrare: cum impossibile sit, possessione non habita, inuentarium de bonis ecclesię conficere.

¶AD QVINTVM arguitur primo ad negatiuā q dictus conductor non sit tutus, quo ad successorem prelati, respectu vtilitatis percipiēdę ex beneficio.cōparatur

paratur enim vsufructuario, vel melius vsuario: quia participat de bonis ecclesiæ, quaten⁹ necessitas vrget. vnde ait Apostolus: Victum & vestimentum habētes, contenti sumus: vt in c episcopatus.11.q.3.no.glo.in c. præsenti.de offi.or.li.6.& alibi dicit tex.q̃ si nulla ecclesiæ necessitate compulsus, pręsumpserit aliqua de bonis ecclesię vendere, tanquā furti vel latrocini reus honore priuabitur. Sed contractus initus cum vsufructuario, extinguitur incontinenti post mortem ipsius: itaque dominus ad quem res reuertitur, nō stare tenetur illi contractui. potuit enim cōductor cogitare, hoc aduenire posse: vt no. probatur in l. si quis domum.ff.loca. ergo idem dicendum in contractu inito cum pręlato ad idem facit l. lex vectigalis ff. de pig. vbi videtur, quod resolutio iure actoris, resoluitur ius successoris. per mortem enim pręlati, resoluitur vinculum cum ecclesia.6.q j.& per consequentiā resoluitur ius cōductoris, cum illud dependeat à iure prelati, ergo &c.

¶Secundò videtur de hoc casus in c. secūdo. de preca. vbi successor non tenetur stare cōtractui precariarū irrationabiliter per prędecessoré concessarū, etiāsi pœna fuit appasita obligādo se & successores. & ferè consimilis casus ponitur in ca.2 de re.permut. sed iste defunctus irrationabiliter percepit pensioné pro pluribus futuris annis, non conuertendo eam in vtilitaté ecclesiæ: sed propriam: quia de conuersione non apparet: ergo successor non tenetur huic contractui stare, saltem respectu solutionis fiendę pro futuro tempore, sicut in dubio ponitur. & hęc pars videtur corroborari per glo. & doct. in c. querelam. ne pręlati vi. suas. vbi dicit gloss. in verbo, terminum. quòd si non pro vtilitate ecclesię contraxit: sed vt ipse tanquam prælatus, participet reditus pro locatione, successor non tenetur stare per dictum capitul.2. de preca. quia vltra tempus suum ecclesiam locare non potuit & si soluit aliquid vltra, sibi imputet: quia hoc prævidere debet. d. l. si quis domum. ff. locati. ¶Tertiò videtur casus in l. si filius. §. si vir in quinquennium. ff sol. matri. vbi dicitur. quòd si vir constante matrimonio locauit fundum dotalé in quinquennium, soluto matrimonio, quantūcunque maritus habuit legitimam administrationé & dominium vtile tempore locationis, tamen vxor non tenetur stare contractui respectu solutiōis factæ pro futuro tempore: quia non potuit maritus præiudicare vxori, recipiendo pensionem pro tali tépore, ita in proposito, cum prælatus censeatur maritus ecclesiæ.7.q.j. sicut non potuit maritus præiudicare vxori recipiendo pensionem pro tali tempore. ita in proposito cū pręlatus censeatur maritus ecclesię.7. quęstione prim. sic non potuit pręiudicare ecclesiæ recipiendo pensioné pro futuris annis post mortem ipsius. Quartò videtur bonus text in capit. alienationes.12. quęst.2. vbi dicitur, quod si clericus pręendam suam vel beneficiū alienare pręsumpserit, non valet, & non potest intelligi, nisi de alienatione fructuum ad tempus, vt intelligit ibi glo. nam nulli dubium, q̃ ipsum beneficium, cū sit spirituale alienari nō potest, cum nō recipit ęstimationem. j.q.j. per totum ad idem. l. emptorem. C. locati. vbi emptor rei locatę, & sic successor, non tenetur stare locationi factę per venditorem. nec obstare videtur authoritas superioris, quæ hic intercessit: q̃ cū ad vtilitatem ecclesię non intercessit. non habet præstare roboris firmitatem. non enim potuit pręiudicare beneficio & successori sine causa. argu. optimum de censi. cap. significauit. & c. prohibemus. eo. tit. Et alibi dicit tex. iuris ciuilis, q̃ vbi nulla authoritas superioris interuenit, an perperam interponatur. l. nulla. ff de autho. tuto facit c. j. de reb. eccle. non alie. lib.6. & 12.q. 2 sine exceptione. ¶Consensus enim superioris debet esse legitimus, id est, à legibus & moribus informatus. de consti. quę in ecclesiarum. facit cle. j. de reb. eccles. non alie. & quod no. Cal. in c. j. de integ. rest.

¶IN CONTRARIVM, quod successor tenetur stare etiam respectu solutionis factæ, probatur sic: prælatus habet in rebus ecclesiæ administrationé liberam, vt in c. cum nobis. de elect. ergo cōtractum initus nomine ecclesiæ, debet in successorem transire. antecedens probatū est supra. consequentia probatur in cap. dilecti. de fo. competen. vbi contractus initus cum pręcessore, & rescriptum delegatorium cōtra ipsum indultum, transeunt in successorem re integra. cōtractus enim initus cum ecclesia quæ non moritur, licite successori committitur.12.q 2. liberti. & de rescri. si gratiose libr.6. & optime facit quod notat Inno. in capitu. significauit. de testi. ad idem. c. prim. de solu. vbi successor tenetur soluere debita prædecessoris, sicut filius debita patris, sicut & cōtractus initi cum tutore, trāseūt in pupillum seu minoré finita tutela, nec remanet obligatus tutor. l. post mortem. ff. quando ex fac. tu. l. si tutelæ. ff. de admi. tut. ¶Secundo de hoc videtur casus in cle. j. de reb. eccle. non alie. in fi. vbi clarissime videtur probare, quod etiam sine consilio vel etiam sine cōsensu capituli & superioris, potest prælatus etiam religiosus, locare & fructus vendere ad tempus non modicū puta decennium. vt ibi no. in gl. & sic repetere preciū, cum non sit venditio sine precio. insti. locati. §. preciū. ergo successor talis ecclesiæ tenetur præstare: quia si diceremus oppositum, ecclesiæ adhiberent fraudem in suis actibus, contra capitul. per tuas. de dona quia darent potestatem locandi. & fructus vendendi ad tempus non modicum: & postmodum dissolueretur contractus, intercedente morte prælati: pœnam enim non meretur, qui authoritate legis contrahit. l. Gracchus. C. de adul. & c. qui peccat.23. q 4. immo iuste possidet, qui authoritate prætoris possidet. ff. de acquir. pos. l. iuste possidet. & per illud c. querelam. ne præla. vi. su. vbi licite locat ad septennium, tenetur stare contractui. licet glo. inuret difficultatem. quid si moriatur prælatus, non finito locationis tempore? nam nō videtur q̃ hæc contentio sit fienda. ex quo enim contraxit nomine ecclesiæ, quæ non moritur, vt dixi in præcedenti. Tertio adduco bonum textum in capi. ex præsentium. de pig. vbi patet, quod si prælatus pignorauit res ecclesiæ illicite, compellitur licite post eius mortem ipsius heres ad releuandum pignus & restituēdum ecclesiæ: ergo saltem idem & fortius dicendum in casu nostro: vt si pensionem pro futuro tempore conuertit in vtilitatem suam, vel remansit in patrimonio suo, non molestetur conductor, qui licite contraxit & soluit, & maxime intercedente authoritate superioris: sed compellitur heres prælati, ecclesiam reddere indemnem pro futuro tempore, sicut facit maritus vxori soluto matrimonio. l. si filius §. si vir in quinquennium. ff. sol. matri. ¶Quartò arguitur sic: successor vniuersalis tenetur stare contractui prædecessorum, vt in l. viam veritatis. C. loca. & c si. de preca. sed prælatus est successor vniuersalis, vt colligitur & nota. per gl. in ca. ad sedé. de resti. spo. & per Inno. in c. eam te. de rescri. ergo tenetur stare dicto contractui pręcessorum, etiamsi sit successor singularis, vt no. doct. iuris ciuilis in l. si filius. §. si vir in quinquennium. ff solu. ma. sed prælatus non est successor voluntarius, quia non succedit ex voluntate defuncti: sed necessarius ex legis dispositione, ergo stabit contractui successorum, &c.

¶IN SOLVTIONE huius quinti dubij considero, ampliādo thema, duos casus: Aut enim quęrim⁹, nunquid successor teneatur stare contractui pręcessoris, & sic non valet expellere conductorem: aut quærimus respectu solutionis factæ pro futuro tempore, sicut ponitur in dubio iuris. Primo casu, si prælatus nomine proprio contraxit, nō intendens obligare ecclesiam, sed seipsum rectorem, & sic ad vitam suam: tunc communiter tenetur, successorem non teneri ad obseruantiam illius contractus. Ita sentiunt communiter

doct. in c. fi. ne præla. vi. su. & gl. ibi sequuntur domini de Rota, deci. 225. vbi plus dicũt, q; hoc casu contrahit nomine proprio, ideo per eius mortẽ extinguitur eius cõtractus: & q;, etiãsi vellet, successor nõ põt, cõductore cõtradicente, ratificare contractũ, satis placet. nam quãtum ad cõmoditatẽ & ius prælati, idem in eo q; in vsufructuario. ar. eod. quæ not. in c. præsenti. de offi. or. lib. 6. ideo extinguitur contractus per eum initus, sicut obseruatur in vsufructuario. l. si quis domum ff. locati. optime facit ad propositum. c. veniens. de trãs. & c. cęterũ. eo. tit. de cẽsi. c. præterea. & c. significauit. ¶ Si cõtraxit nomine ecclesiæ, cõmuniter solet dici, q; si in vtilitatem cõtraxit, tenetur successor, aliter non: vt notatur in d. c. fi. ne præla. vi. su. quæ distinctio certe nõ videtur simpliciter vera: quia ex quo contraxit nomine eccl. & habebat administrationẽ & potestatẽ cõtrahẽdi, & non peccauit in solennitatibus, debet tenere cõtractus, licet eccl. læsæ cõpetat restitutio in integr. cle. de in inte. resti. c. j. eo. tit. j. & c. 2. li. 6 Idęo distinguitur sic; q; aut locauit ad tẽpus nõ modicũ, aut tẽpus modicum. Primo casu cũ constituũt ius in re, oportet quod fiat in casu licito, & obseruetur debita solẽnita. quę solet interuenire in alienationibus: & altero deficiente, nõ valet cõtract⁹, vt d. cle. j. & q; ibi no. facit c. nulli. de reb. eccle. nõ alia. Si vero vtrũq; intercessit, quia in casu licito, & de his casib⁹ per gl. 12. q. 2. Insuper & solẽnitate seruata, de qua 12. q. 2. sine exceptiõe. & in c. j de reb. eccle. non alie lib. 6. & in c. abbatibus. & ca. placuit. ea. causa & quæst. & tunc in dubio trãsit in successorem, cum talis alienatio præiudicaret successori, vt in iuribus prealle. Sed ecclesiæ cõpetit in integrũ restitutio, vt in c. j. & ibi no. maxime per Cal. de in integ. rest. & c. ad nostram. de re. eccle. non alie. ¶ Si vero tempus modicum, indistincte credo, q; contrarium tenetur etiam respectu successorum, cum in hoc non requiratur authoritas superioris, vel aliqua solennitas, vel casus vtilitatis vel necessitatis, vt expresse patet in clementi. j. pręalleg in fi. sed si ecclesia enormiter lædatur, dabitur restitutio in integrum. vt in c j. de in integ. restit. non apparet aliqua ratio, quare contractus non debeat transire in successorem, ex quo à iure habet hãc potestatem contrahendi. & contraxit nomine eccle. quæ non moritur. 12. q. 2. liberti. nec obst. c. 2. de preca. & ca. de re. permu. quia loquuntur in alienationibus seu cõtractibus ad integrum tẽpus, seu ad magnum tempus. nam sine causa legitima vel solennitate factus, ipso iure corruit contractus, vt d. cle. j & supra dixi. Sed nos loquimur in locatione, quæ in iure est permissa ad modicum tempus sine aliqua solennitate, vt suprà dixi. Nec obst. c. alienationes. 12. q. 2. quia loquitur, quando ad tempus non modicum fit venditio, vt ibi no. aliàs, secus: vt no. in d. c. fi. ne pręlat. vi. su. hæc procedunt in clerico habente administrationem. in non habente, vt in canonico, communiter tenent docto. in c. fi. ne prælа. vi su. & domini de Rota in pręall. loco. q; talis contract. non transit in successorem. quia ipse per omnia æquiparatur vsufructuario. habet enim ius personale, & non plenam administrationem rei. sed est penes ecclesiam, cuius ipsius prębendę sunt bona, vt probatur in c ex literis. de prob. ideo habet in eo locum l. si quis domum. ff. loca. vbi ex causa rationabili interuenit authoritas episcopi. vt no. Inn. in d. c. fi. & cõiter ibi doct. & domini de Rota in locis pręall. Sed hoc, quo ad primũ mẽbrum, quod non fuit actum in themate, seu in dubio: sed vt studens haberet perfectam materiã, ideo in secui. Et si generaliter vis dicere in quolibet successore, an teneatur stare contractui prędecessorum, vide plene per Bartol. & alios doctor. in l. si filius. §. si vir in quinquennium. ff. solu. ma. & per canonistas in d. c. fin. & per Arch. in d. c. alienatiões. 12 q. 2. vbi inuenies gl. in hac materia, quã reduces ad distinctionẽ factã & siẽdã. aliquid vide in l. emptorẽ. §. viam veritatis. C. loc.

¶ Quòd ad secundum casum magis difficilem, nũquid sit tutus conductor respectu ecclesiæ vel successoris, ex solutiõe facta prædecessori, vt ponitur in themate seu in dubio nostro, distingue sic: quod aut recepta pro futuro tempore sunt versa in vtilitatem ecclesiæ, & indubie iste conductor tutus est arg. in d. ca. j. de pe. & so. c. j. tenet glo: & doct. in ca. fi. ne prælat. vi. su. & hoc dico procedere, etiamsi nulla solennitas interuenisset, neque superioris consensus: quia ex quo locatio nõ fit ad longum tẽpus, solus prælatus hoc facere põt, vt in c fi. prealle. & in c. j. de rebus eccle. non alie. & dicitur ad non longum tempus, citra decennium. nam tempus decennij, dicitur longum, vt l. fi. C. de præscri. lon. temp. no. glo. in dicta cle. j. & no. Bal. in l quecunque. C. de bo. quæ lib. & in l. iubem⁹. de sac. sanct. eccle. Fateor tamen quod si ecclesia fuisset grauiter læsa, potest petere restitutionem contractus. de rest. iuncto capitu. j. prout dixi in præcedenti membro. Aut non cõstat, pecuniam illam receptam, pro futuro tẽpore fuisse cõuersam in vtilitatem ecclesiæ: & tunc præsupposita validitate contractus, quæ qualiter dicitur, colligitur ex dictis præcedentibus. si prælatus locauit nomine proprio tanquam rector, non autem nomine ecclesiæ, non tenetur ecclesiæ vel succecessor stare: quia & cõtractus expirat hoc casu, vt dixi in præcedenti membro. argumen. l. si quis domum. ff. loca. & de trans. capit. veniens & c. decętero.

¶ Si vero locauit nomine ecclesiæ, & non intercedente authoritate superioris, credo illum cõductorẽ esse tutum: sed ecclesia potest agere contra heredẽ prælati ad restituendum precium, quod defunctus perceperat vltra tempus vitæ suæ: quoniam cum iste contractus valuit, nec exigebatur authoritas superioris, ex quo ad modicum tempus contraxit, vt supra dixi, non adparet quare ecclesia vel successor nõ teneatur stare, ex quo ille cõtraxit in casu licito, nomine ecclesię quæ non moritur, vt dicto capi. liberti. sicut enim pupillus tenetur stare contractui inito per tutorem, licet possit agere contra tutorem actione tutelæ ad restiuendum quod percepit ex eo contractu. l. tutelæ. ff. de administra. tut. l. post mortẽ. ff. quãdo ex fac. tuto. & vxor stat contractui locacionis inito per maritum de rebus dotalibus, licet nunc soluatur matrimonium, agit tamen contra maritum vel heredem eius, ad restituẽdum vtilitatem quam percepit pro futuro tempore, vt no. in l. si filius. §. si vir in quinquennium ff. solu. matrimo. & l. diuortio. in prin. eo. tit. ita ecclesia seu successor debet stare contractui inito nomine ecclesiæ per prædecessorem, licet possit agere contra heredem defuncti, argumen. dicti c. ex præsentium. de pig. 11. q. 1. quicunque. & hoc tenuit Gof. in c. fi. ne prę. vi. su. Arch in ca. alienatis. 12. q. 2. & Bal. in l. iubemus C. de sacrosan. ecci. & sic limita gl. in d. c. fi. & c. alienationes.

¶ Si aũt heres non est soluẽdo, tũc agitur contra cõductorẽ respectu futuris tẽporis: quia potuit cogitare, hoc euenire posse. ar. l. si quis domum. sic tenẽt Gof. & Archi in dictis locis palle. ¶ Illa tamẽ lex, si quis domũ. quã allegat, nõ pbat id ad q; inducũt. loquitur enim in vsufr. qui cõtraxit noĩe psonali q; habebat: sed nos loquimur in plato, qui cõtraxit nomine eccl. in casu licito. nec recipere p prius pecuniã. est dãnũ: immo est vtile eccl. sed ex alio saluo, s. hoc dictũ, vt cõductor hoc casu nõ sit tut⁹: quia ex quo nõ apparet de vtilitate ecclesię & ei⁹ heres nõ est soluẽdo, satis cõstat, prælatum culpose & malitiose pecuniã p psens recepisse p futuro tẽpore. & ex culpa plati non debet ecclesia teneri, si aduersus platũ vel ei⁹ heredẽ ecclesia non põt seruari indemnis, vt in l. si ff. de admi. tu. & ita nota. voluit Inno. in c. cũ deputati. prope fi. de iud. vbi dicit, quod ex culpa pręlati adhibita tenetur locus religiosus insolidum, si potest seruari indemnis à pręlato, aliter non. Et credo quod si pręlatus dolose percepisset pecuniã pro

futuro

futuro tempore, vt ipse lucrifaceret, & constet de dolo per coniecturas, quod tunc ecclesia non tenetur stare, etiam si posset seruari indemnis aduersus heredem seu prælatum: quia dolus non nocet ecclesiæ, sicut nec dolus tutoris nocet pupillo, vt l. dolus. ff. quando ex fac. tuto. nota Innocent. in c. cum deputati. facit regula, delictum prælati. de regu. iur. lib. 6 & 16 quæst. 7. placuit. Si autem percepit pecuniam authoritate superioris, vt præsupponimus hic in themate, tunc est magis dubium: quo casu dico, quod si heres est soluendo, agetur contra hæredem, & non contra conductorem, sicut dixi in præcedenti membro, & fortius hic, vbi interuenit authoritas superioris. nec præsumam vere vel præsumptiue in vtilitatem ecclesiæ. licet enim authoritas prælati faciat prima fronte contractum pro vtilitate ecclesiæ præsumi. argument. c. eius quod no. Bald. in prima constitutione in vsi. feu. & argu. c. nisi de præben. non tamen præsumitur versum, nisi aliter probetur vere vel præsumptiue, vt ipsemet Baldus. voluit in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. & facit in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. 6 & quod not. in ca. quod quibusdam. de fideiu. Si autem heres prælati locatoris non est soluēdo, tunc satis potest dubitari propter authoritatem superioris. quo casu puto, quod authoritas superioris non fuerit interposita ex aliqua rationabili causa, vel sine causæ cognitione, conductor non erit tutus: sed procedit quod supra dixi, quādo authoritas non interuenit. argum. l. non est differentia. ff. de author. tut. & in l. magis puto. §. illud & in l. j. de rebus eo. nec superior sine causa potest præiudicare beneficio iuris interponendo suam authoritatem, vt in capit. j. de reb. eccle. non alie. lib. 6. & eo ipso, quod non apparet de cognitione, non præsumam legitimam causam, vt ecclesia obligetur pro futuro tempore. argum. in iuribus præallegatis, & in l. j. §. hoc autem. ff. ne vis fiat ei. & facit quod no. Innocen. in c. j. vt ecclesi. benefi. & Fred. consilio 23. facit secundum hos c. fin. ne præla. vi. su. Si autem fuit expressa aliqua causa rationabilis in interpositione authoritatis, quæ in veritate subeat non habuit effectum ex culpa prælati superuenientis, vt quia nō expendit pecuniam illam in causam expressam, tunc satis credo illum conductorem esse tutum, quia satis est quod legitime & pro vtilitate ecclesiæ contraxit. nec aliter tenetur probare versum: sed prælatus qui interposuit authoritatem, debet esse sollicitus, vt pecunia expendatur in vtilitatem ecclesiæ: vt dicta l. magis puto. §. illud. Si autem causa expressa erat falsa, tunc illa interpositio authoritatis nihil operatur, etiamsi fuit interpositum decretum: vt in dicta l. prima. & in l. magis puto. §. primo præalleg. & in l. prima. §. hæc autem verba. ne vis fiat ei. & in l. prima. cum no. in § subuenitur. ff. de fideicom. lib. facit quod nota. Bal. in l. j. C. de prædi. minor. sine decre. non alie. Fateor tamen quod si appareat de interpositione decreti, omnia præsumuntur legitime facta, nisi probetur contrarium, vt nota. Spe. in tit. de emptio. & vendi. §. nunc dicendum. versi. breuiter scias & Bal. in prima constitutione in vsi. feu. & quanquam hoc casu, cum locatio fiat ad modicum tempus, non sit necessaria interpositio decreti: tamen si interuenit, est valde vtile, quia non præsumo contrahentem in aliqua culpa dando pensionem pro futuro tempore & sic erit tutus conductor, etiamsi heres prælati non sit soluendo, vt supra dixi & facit quod not. Inno. in d. c. cum deputati. vbi dicit q cessante culpa prælati in contrahendo, ecclesia in eius contractu tenetur insolidum, nec ex culpa superueniente, in non cōuertendo pecuniam in necessariam impensam, debet nocere conductori, argum. regulæ, factum legitime. de reg. iur. lib. 6. secus putarem, si superior simpliciter interposuisset authoritatem suam suā, & non permisit causæ cognitionem, seu non appareat. tunc enim non præsumam pro authoritate iudicis in obligando ecclesiam pro futuro tempore. arg. d. c. j. de reb. eccl. nō alie. iuncta gl. ver. tractatur. in fi. Et est differentia inter decretum & authoritatem, quantum ad hoc: quia decretum præsupponit tacite causam fuisse allegatā, & probatam ipsi superiori, iuxta not. per Bart. in d. l. j. de prædi. mi. sine decr. non alie. & fertur sententia pro qua præsumitur. Sed authoritas est simpliciter consensus authorizabilis. vnde non includit in se, causæ cognitionē interuenisse, nisi aliud appareat. pro hoc, q no. in d. gl. in ver. tractatur, & facit q in simili no. Bar. in l. sciēdum. de ver. obl. & Inn. in c. innotuit. de eo qui fur. or. susce. & de decreto seu simplici authoritate. vide per gl. in c. j. de reb. eccl. nō alie. li. 6. per Bal. in l. quæcunque. C. de bo. quæ l. b. & per Inn. & Ant. de Bu. in c. cum consuetudinis. de consue. & hæc sunt quæ sentio de hoc difficili dubio & in hoc sunt reducenda omnia contraria superius formata: ad quæ aliter respondere necesse est.

¶AD SEXTVM dubium arguitur primo, contrariam consuetudinem episcopo non prodesse, & videtur hoc expressum in c. cognouimus. 12. q. 2. vbi singulariter probatur, cōsuetudinem introduci nō posse, non solum vt quæsita penitus subtrahantur, sed etiam vt detur de antiquis reditibus: sed de oblationibus & aliis postmodum obuenientibus nil detur. ergo cōsuetudine priuata & subintroducta non obstāte, solui de omnibus obuenientibus tam antiquis quam nouis prouenientibus in vna & eadem substantia, duplici quodāmodo iure censeatur, vt dicitur in d. c. cognouimus. 12. q. 2.

¶Secundo arguitur de c. j. de consue. vbi patet, consuetudinē ecclesijs grauosam introduci nō posse. Hæc enim consuetudo, vt episcopus quārtū cōferat, satis videtur grauosa & praua, quoniam vt dicit tex. in c. quatuor. 12. q. 2. nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrū suū præsul impendia his deputata cōuertat. ¶Tertio probatur sic: certum est, quartam deberi ex dispositione multorum iurium. 12. q. 2. concesso. c. quatuor. & c. de reditibus. & in c. cognouimus. & c. de vtilitate cū multis aliis. Si ergo consuetudo contraria non valet, tamen iuris dispositioni non præiudicatur ex consuetudine, nisi sit rationabilis, vt in c. fi. de consue. vbi immo cessat ratio & veritas, vetustas erroris dici potest: vt in c. consuetudo. 8. dist. constat enim hanc carere ratione. immo appellatur praua & nefaria, vt in d. c. quatuor. & c. cognouimus. & pro hac etiam parte multa iura adduci possunt, de his quæ fiunt à præla. pastoris. de eccl. ædifi. c. j. 12. q. 2. vnio. 16. q. j. monachus. cum multis similibus.

¶IN CONTRARIVM, q in talibus consuetudo sit attendenda, faciunt c. de his & c. antiquos. 10. q. j. vbi de hac quarta non fit mentio, maxime in dicto ca. antiquos. sed medietatem recipit episcopus, & aliam medietatē tribuit clericis. ad idē c. requisiuit. de testa. vbi patet, q de relictis episcopo vel ecclesiæ fit cōgrua diuisio inter episcopum & ecclesiam ad fabricæ vtilitatem. & sic de directo videtur contra illud c. cognouimus. supra alleg. ad partem negatiuam. ¶Secundo adduco no. per Ost. & Io. Andr. & fere omnes doctores sequentes in c. j. de eccle. ædifi. vbi dicūt, q in fabrica seu reparatione ecclesiarum, primo loco attende est cōsue
17 tudo. †nam in quibusdam partibus populus ad ista tenetur, quæ consuetudo tanquam laudabilis obseruanda est, vt in c. ad Apostolicam, de Simo. Secundo sequitur ad quartam deputatam fabricæ. ¶Tertio, adduco id q habetur in c. j. de eccl. ædifi. & idē Archidiaco. 12. q. 2. in c. quatuor. præalle. patet ergo, consuetudinem in talibus attendendam. ¶Quarto ad idem inducitur c. fi. de his quæ fi. à maio. par. cap. vbi episcopi & canonici de reditibus suis ex speciali prouisione conferunt ad fabricam ecclesiæ, & sic cessabit ibi ex consuetudine quarta pars fabricæ deputata. & ita intelligit Inno.

textúmque inducit, qui dixit consuetudinem in talib° obseruandā. de sepul.c.certificari. & sic videtur ibi casus de hoc, iūcta gl.in verbo, cōsuetudinē. sed ipse Inn. nullam mentionē facit de prαallegatis iuribus, quæ expresse talem consuetudinem reprobare videntur.

¶Quinto, pro hac parte facit generalis consuetudo totius fere orbis, quā Papa scit & tolerat. Nam hodie, vt videmus nō fiunt istæ diuisiones quartarum, vt vna detur episcopis, alia ecclesiis seu canonicis seruientibus tertia fabricæ, quarta pauperibus, prout traditur in illis iuribus, c.quatuor.c.de reditibus.c.cōcesso, cū similibus. sed canonici.vt plurimum habēt Præbēdas suas distinctas à bonis episcopatus, & episcopus possidet & distribuit bona episcopatus prout sibi videtur.

¶AD SOLVTIONEM Deo principio fauēte, ac saluatoris genitricis adiunctis precibus, cōdescendens, vt omnia prorsus sileant contraria. quatuor casus in hac materia considero. ¶Primus est, cū consuetudo hoc onus fabricæ in alium ab episcopo trāsfundit, puta in populum ciuitatis. & talis cōsuetudo laudabilis est & amplectēda.ar.de Simo.ad Apostolicā.& de quarta, fabricæ iure deputata, poterit per episcopum fieri aliud suum & meritorium opus.ar 12.q.j.vidētes.& 16.q.j.idem dicendum eadem ratione, si fabrica habet bona distincta, alias ad hoc onus sufficiētia. Ad prædicta vide bonum tex.in c.si propter tua debita.de rescr.lib.6.vbi probatur notabiliter, consuetudinem induci posse, vt fructus primi anni beneficiorum in certa diœcesi vacantium, debeantur fabricæ ecclesiæ cathedralis.

¶Secūdus casus, quādo nemini hoc onus fabricæ incumbit, nec episcopus vult prætextu consuetudinis fabricæ aliquid impendere, & sic ecclesiæ patiuntur ruinam seu deformitatem, & non valet cōsuetudo. & hoc casu loquitur textus in d.c.quatuor. vbi dicitur, nefas esse si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his deputata conuertat &c. ¶Tertius casus, quando prætextu consuetudinis vult impendere quartam, nō de antiquis reditibus, sed de nouiter obueniētibus: vel non vult conferre. & hæc etiam nō valet cōsuetudo, quia non est rationabilis, vt eadem substātia diu erso iure censeatur. & est ille proprie casus in c.cognouimus.12.q 2.& tenet Ost.in summa de eccl.ædifi.§.j.in fi. ¶Quartus & vltimus casus est, quando ex consuetudine episcopus non deputat quartam, sed aliam quotam, vel adiuuat quantum potest fabricam, si forte nimis sit impotens, ita quod nō lucrifaciat sibi. & talis consuetudo valet & tenet, & satis rationabilis est. & procedunt alia iura, quæ de quarta ista nullam mentionem faciunt. nā prælatus ecclesiæ non debet mendicare, vt reditus conuertat in fabricam: sed de his quę sibi supersunt, facere tenetur, vt c.de his.de eccl.ędi.& quātum facere potest iuxta possibilitatē suam, vt d.c.si monachus.16 q.j & si ecclesia fabrica indiget, potest hoc casu compelli populus ad restaurandum, iuxta no in c.j.de eccl.ædifi. Valet ergo in hoc cōsuetudo, vt non teneatur conferre præcise quartam, sed iuxta possibilitatem porrigere auxilium. ¶Et aduerte quod data possibilitate, episcopi tenentur conferre ad fabricam necessariam etiam vltra quartam, vt notabiliter dicit Innocent.in c.fin.de his quæ fi.à maio. parte capituli. quod intellige, siue consuetudo habeat vt non deputetur quarta, siue sic.ar.c.si monachus.16.q.j.vbi dicitur, prælatum debere conferre ad fabricam, data necessitate, quanto melius potest iuxta possibilitatem suam. ¶Eo autem casu, quo ista quarta de consuetudine non soluatur, vel non sufficiat, possunt compelli etiam canonici ad contribuendum. vt in d.c.fi.de his quæ fi.à maio.par.cap.& vide de hac materia per Iohan. Andr. in d.c.si propter tua debita vbi dicit, quod si considerato statu episcopi & capituli, non superest eis tantū, q̃ sufficiat ad necessariam fabricam ecclesiæ cathedralis, poterunt facere statutum, deputando fructus primi anni beneficiorum vacantium ad fabricam ecclesiæ. Et videtur hoc probari in illo textu, dum facit mentionē da statuto & facit cap.constitutus & quod ibi not. de reli.do.& in capitulo.j.de reb.eccles.non alie.lib.6.per quæ iura, vt puto, in eis etiam certam partem fructuum beneficiorum non vacantium poterunt deputare ad fabricam necessariam ecclesiæ cathedralis. scilicet ex reliqua parte rectores ecclesiarum honeste viuere, & onera ecclesiæ subire possunt. & idem dico de fructibus capellę respectu plebis cui subiaceret vt no Fre de.cons.16. Et hæc ad indiuiduæ Trinitatis gloriā sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem beneficij Ecclesiastici petens, an teneatur iustificare possessionem ex titulo.*

2 *Crimen notorium, beneficij priuatione dignū, an excludat ipsius beneficij restitutionē petentem. & nu.11.*

3 *Patrimonium & beneficium ecclesiasticum habens, an possit salua cōscientia, cōseruato patrimonio, de beneficio vinere.*

4 *Titulus in coniugio carnali probari debet.*

5 *Destitutio allegari non potest, vbi non fuit institutio.*

6 *Scientia & patientia superioris est sufficiens ad habendam possessionem beneficij.*

7 *Agens possessorio circa principale quæsitum, nunquid teneatur iustificare possessionem ex titulo.*

8 *Restitutionem coniugis petere quis non potest, nisi probet coniugium.*

6 *Beneficium ratione tituli debet iudicari tanquā res incorporalis.*

10 *Exceptio spontaneæ renunciationis, an obstat petenti restitutionem beneficij.*

12 *Crimen adulterij inducit priuationem ipso facto.*

13 *Res est constituenda ad vsum destinatum.*

14 *Clericus habens patrimonium, licite illud relinquit parentibus.*

15 *Ecclesia non debet construi, nisi prius dotetur.*

CASVS.

Quæstio 2.

TITIVS clericus ex sui beneficii ecclesiastici reditibus, patrimonio conseruato, vitam ducens, ab eodem beneficio eiectus extitit: & spoliatus existēs, dicto beneficio renūciauit sponte: & sibimet postmodum restitutionem petenti, tria obiecta fuerunt: Primo, quod possessionem petitam ex titulo vel alio modo, minime iustificabat. Secundo, post prædictam spoliationem renūciatio spontanea fuit secuta. Tertio, circuitu nomine petentis, facultatem priuandi, dicto Titio reluctante, tribuens, afferente eodem petente ante obiectorum discussionem, restitutionem fiendam.

¶EX PRAEDICTO themate quatuor, thematis ordine non seruato, dubia eliciuntur.

¶Primum, an ecclesiastici beneficij restitutionem
1 petens, possessionem ex titulo † vel alio modo iustificare teneatur. ¶Secundum, an petenti beneficij restitutionem spontaneæ renunciationie factæ post spoliationem, obstet exceptio. ¶Tertium, vtrum cri-
2 men notorium, beneficij priuatione dignum, † excludat

dat ipsius benefici restitutionem petentem.

¶Quartum, vtrum habens patrimonium & beneficium ecclesiasticum, valeat, recta conscientia salua, cō
3 seruato patrimonio, † de benefici reditibus vitam ducere.

¶AD PRIMVM dubium multipliciter affirmatiue arguitur. Primo sic: Vbicunque res non est vniformiter possibilis, sed certo modo, non tantum pōt probari illius rei possessio, nisi probetur ille modus, cuius respectu res possideri potest. hoc probatur in c. ex trāsmissa. & c. ex parte. j. de restit. spo. vbi petens restitutionem coniugis, habet probare cōiugium, saltem primo effectu validum, quantumcunque agatur possessorio. quod non cōtingit ex alio, nisi quia libera persona possideri non potest, etiamsi in vinculis teneatur, vt in l. cum heres. in fi. & in l. quamuis. ff. de acqui. possess. ideo habet probare, respectu cuius libera persona potest possideri. ad idem facit l. j. ff. de rei ven. vbi vendicans liberam personam, debet probare titulum legitimum, quia liberæ personæ dominium habere non potest. sed beneficium ecclesiasticum ratione tituli non potest haberi seu possideri, nisi mediante institutione canonica, vt in regula prima. de regu. iur. libr. 6. & in capitulo ex frequentibus. de institut. & pro hoc, quia id dicimus posse, quod de iure possumus. 22. q. 2. faciat homo. & l. filius. de condi. insti: ergo non potest probari possessio benefici, nisi probetur titulus, cuius nomine possideri potest.

¶Secūdo probatur ex identitate rationis. sicut enim
4 in coniugio carnali † titulus probari debet saltē primo adspectu iustus, vt in prædicto c. ex transmissa. & ca. ex parte. ergo idem dicēdum in coniugio spirituali. ar. c. inter corporalia. de transla. prælat. maxime cum in istis vertitur maius periculum ergo cautius & strictius est agēdū. de elec. vbi periculū. li. 6. facit tex. optimus in c. dudum. 2. de elec. vbi dicitur, q anima dānabiliter decipitur eius, qui sine titulo in ecclesiasticis beneficiis introducitur.

¶Tertio probatur sic: Vbi non fuit institutio, nō pōt
5 allegari destitutio, † & per consequens non pōt allegari spoliatio. de despon. impu. c. ad dissoluendū. & in l. decem. ff. de ver. obl. facit bene. c. q vero non formatū. 32. q. 2. sed cessante legitimo titulo, non pōt dici institutio. vt in d. c. ex frequentibus. & in regula prima, de re. iu. ergo nec destitutio & sic non potest prætendi spoliatio, nisi probetur in titulos, ratione cuius probatur institutio.

¶Quarto videtur aperte probari in l. 2. §. quędam. ff. de interdic. vbi dicitur, q interdictū de locis sacris & religiosis exhibendum, habet annexam cām proprietatis. & sic videtur ibi tex. q sit probandus titulus, etiam cum agitur de interdicto vel alio interdicto: quia in istis sacris non est dare nudum possessorium.

¶Quinto arguitur sic: Beneficium ecclesiasticū versatur circa incorporalia, & circa diuinorum administrationem & iurisdictionem in foro contentioso & pœnitentiali exercendam, id est, foro competenti. sed incorporaliū possessorium haberi non pōt, nisi cōscientia domini. l. quoties. ff. de seruit. l. 3. §. dāre. ff. de vsufr. leg. & de serui. & aqua. no. Inn. in c. bonę el. 2. de postul. præla. & in c. literis. de resti. spo. & de offi. ord. conquerente. & in multis aliis locis. ergo non sufficit probare nudam possessionem benefici, sed oportet q ad minus probetur possessio.

¶Vltimo adducitur c. constitutus. de fil. presby. vbi petenti restitutionem fuit opposita exceptio, q pater ipsius in eadem capella ministrauerat: sic fuit admissa exceptio, concernens defectum proprietatis. quod nō prouenit ex alio, nisi q in istis beneficialibus non est dare nudum possessorium.

¶IN CONTRARIVM ad partem negatiuam primo adducitur c. in literis. de restit. spo. vbi dicitur, prius debere agere de eiectione, quam de canonica institutione, quia prædo est secundum iuris rigorem restituendus. quæ verba satis clare innuunt q in beneficialibus est dare nudum possessorium partibus, vt in auth. sed iam necesse. C. de donation. ante nup. & quod no. per Inno. in c. plerique. de immu. eccl. & per doc. in c. is quæ sedem. de sponsa.

¶Secundo probatur per c. accepta. de restit. spo. vbi videtur casus, q exceptio spontaneæ renunciationis, obstat agenti interdicto recuperandæ in institutionibus beneficialibus.

¶Tertio probatur ratione. ex quo enim post spoliationem renunciauit sponte, purgat omne vitium violentiæ præcedēs: & ideo non debet posse agere de violentia præterita, cum videatur huic iuri agendi renunciasse, sponte renunciando illi rei, circa quam violētia fuit annexa, vt probatur in simili in c. 2. quod metus causa. vbi patet, q si quis primo promisit soluere per metum, postea soluit sponte: nō potest violentiam seu metum præcedentem allegare, cum sponte soluendo, sublata sit causa præcedentis turpitudinis. Ad idem l. si ob turpem causam. vbi dicitur q si promittens ob turpē causam conuenietur, potest vti remedio exceptionis, & repellere actorem: secus, si postea sponte soluit cum tūc ex solutione spontanea videtur sublata præcedens causa turpitudinis.

6 ¶Quarto arguitur sic: per renunciationem perdit renuncians omne ius quod habebat in beneficio. nam ex solo animo perditur dominium, possessione existente penes alium. vt in l. si quis. § differentia iuncta gl. ff. de acq. pos. videtur enim habere velle rem pro derelicto l. 1. & 3. pro dereli. facit quod no. in c. super hoc. de renū. 16. q. 6 ergo non debet posse petere restitutionem illius rei, quam à se sponte abiēcit, maxime in beneficialibus in quibus non pōt sine peccato tenere sine titulo. vt in regula prima. de reg. iur. in 6. & in c. ex frequētibus. de insti. & maxime hoc procederet, si tenens possessionem in beneficialibus, non posset habere sine titulo. tunc enim excipiendo de renūciatione, defenderet se super possessorio.

¶PRO SOLVTIONE huius primi dubij, examinandi sunt primo intellectus c. solicite. & c. accepta de resti. spo. ex quibus dependet huius dubij decisio. Nam c. solicite videtur velle, quod nō admittatur hæc exceptio: cuius contrarium innuit c. accepta de restit. spo. ¶Et sciendum quod pro concordia illorum capitulorum quatuor dantur solutiones. Prima, q decret. c. solicite. continet dispensationem ex eo, quia auditur ille contra iuramentum. de iure enim non debuisset audiri. per capitulo accepta. sed certe hæc solutio non est bona, quia intellectus iurium non sunt trahendi ad gratiam. vt no. Iohan. And. in c. ex parte. A. de testi.

¶Item ex solutione illius cap non potest colligi, q ibi fiat gratia. Ad idem quod habetur supra in procemio, vbi dicitur: resecatis superfluis &c. Nam sic intelligendo illud c. esset superfluum, cum non apparet an sit in gratia. ¶Secunda solutio est. quod in c. solicite. renunciauit metu. & non coram suo iudice. ideo non obstat renunciationis exceptio. sed in c. accepta. renunciauit sponte & coram suo iudice. hæc solutio colligitur ex gl. c. solicite. quæ mihi non placet, quo ad textum: quia nihil ibi de metu dicitur. nec ponderatur q non corā suo iudice fuerit facta.

¶Tertia solutio, quod in capit. solicite. agebatur possessorio tantum. hæc enim solutio nimis restringit text. c. accepta ¶Quarta solutio est, quod in c. accepta admittitur exceptio renūciationis factæ ante omnem spoliationem, quia illa concludit ad possessorium renunciando enim dum existeret in possessione, habuit rem ex toto pro derelicta, & perdidit proprietatem & possessionem. in d. l. si quis. §. differentia. ideo non pōt petere spoliationem. illa enim exceptio admittitur

tanquam concernens defectum proprietatis & possessionis. sed in capit. solicite. de resti. spo. non admittitur exceptio renunciationis factæ post spoliationem: quia concernit solum proprietatem, & non possessionem. Non enim potest renunciatio referri ad possessionem, quam non habebat illo tempore: ideo non debet admitti contra agentem possessorio. vt in capit. in literis. & in c. item cum quis. eod. titu. hæc solutio elicitur ex gloss. capitul. accepta. & videtur ibi placere Io. An. Inno. Et idem sentit Inno. in d. cap super hoc. de renunc. Nec obstat, si dicatur quod sponte renunciatio videtur purgasse proximam causam turpitudinis & violentiæ. ar. d. cap. 2. & 3. & in l. si ob turpem. supra alleg. pro affirmatiua. soluit enim hoc contrarium Innoc. multipliciter in d. capitul. super hoc. & vera & notabilis solutio est, quod in contrariis solutio obsequens, est executio actionis præcedentis. nec aliter potest fieri solutio ordinata, nisi propter promissionem præcedentem. ideo sponte soluendo, cum non tenetur, videtur libere tunc donare, & purgare omne vitium præcedens. argument. l. cuius per errorem. ff. de regul. iuris. sed renunciatio sequens spoliationem, non ordinatur ad actum præcedentem, vt executio illius, cum ad multa alia potest fieri renunciatio, quam propter spoliationem præcedentem. forte enim non poterat proficere in illo beneficio, vel alter sibi non conferebat, vel conscientia de iustitia tituli eum mordebat. Item propter renunciationem sic factam, non accessit ius spoliati, iuxta nota. per Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione. Sed in contrariis ius per solutionem accrescit ei, qui metum intulit, vel turpem promissionem recepit. Nec obstat, quod renunciando videtur rem pro derelicto habuisse, iuxta nota. in §. differentia præalleg. Nam ita sentit Inno. in d. cap. super hoc. procedit enim hoc, quo ad ius reale, nō quo ad ius personale inhærens personæ, & sibi acquisito ex violentia sibi illata. nam interdictum, vnde vi. est personale, licet in rem. in l. fi. ff. de interdic. & maxime; quia tali iuri, parte absente, renunciari non potest, iuxta no. in l. j. C. de pac. immo plus putat dominus. Antonius in d. capitulo solicite. quod etiam si præsente parte renunciasset beneficio, seu illi rei spoliatæ. non tolleretur ius agendi possessorio ex mente renunciantis. Ego puto hoc verum, nisi essemus in prophanis, & renuncians. cederet ius suum sponte spoliare. tunc enim obstaret agenti possessorio exceptio renunciationis: tum quia fundaret intentum excipientis super proprietate, & excluderetur agens, si essent notoria tum quia renunciando illi spoliationi, videtur voluisse purgare vitium spoliationis saltem respectu possessionis consequendæ, cum possessorium sequatur proprietatem, vbi notoria est. vt in cap. dilectus. de causa poss. & propriet. & in l. pupillus. ff. de author. tu. sed hæc videtur lectura communis ad illum text. ex qua infertur ad solutionem huius dubij, quod cum spoliatus existens renunciauit beneficio, non potest talis renunciatio referri ad possessionem, quam non habebat, quantumcunque esset spontanea. nam ratio decidendi supra posita, concludit pariter ad spontaneam renunciationem, sicut ad non spontaneam. sed magis concludit, quod non præsumitur spontanea. vt sentit tex. in d. c. solicite.

¶Sed contra hanc communem lecturam sic dispensatum ego fortissime oppono. nam per renūciationem spontaneam siue non spontaneam præsumptioné procedat, hoc est necessarium. facit quod nota. Archid. in d. c. j. de eo qui mit. in pos. lib. 6. Sed Innoc. variat in capitulo. bonæ. el 2. de post u. præla. solum requirit scientiam superioris, dicens quod licet scientia non sufficiat ad iustificandum possessionem, sufficit tamen ad hoc, vt possessio non appareat euidéter iniusta. & hoc sufficit secundum eum ad agendum possessorio, quod est verbum notatu dignum in c. ex parte. præalleg. solum enim requiritur, vt probetur exercitium actuum, canonicis tantum competentium, vel aliorum actuum, si exercuit vt canonicus. Ioan. An. in d. addi. quo ed omne beneficium, tenet primam opinionem, Innocentij scilicet, quod ad minus probetur se fuisse possessorem, potentia canonicorum admittentium istos ad tales actus, & sic secundum eum, quale refugium habet possessor, sibi debet sufficere in odium violentiæ. & sic procedit dictum Innocen. in capitul. ex parte. an sufficiat probare, illum sic fuisse habitum & reputatum. Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de testib. §. nunc videndum. in ver. multum videtur velle, quod sic probatur realis contractus: secus, si verbalis tantum. argu. cle. si vnus. de sen. excom & de priui. cap. si propter. lib. 6. dominus Anton. multum sentit in hac materia. dicit enim, quod possessionem beneficij, respectu tituli, nemo habere potest absque scientia & patientia eius, à quo pendet ius conferendi seu transferendi: quia hæc est impropria possessio, quæ non potest haberi nisi per patientiam illius. ad quem spectat ius transferendi. alle. l. 3. §. dare. ff. de vsufruct. & in l. quoties. de serui. quasi sentiat, quod ista possessio vel quasi, consistat circa incorporalia, cum habeatur respectu iuris administrandi. nec in canonico putat sufficere scientiam & patientiam canonistarum, nisi quando ab eis pendet potestas conferendi possessorium aut transferendi, vel inquantum agitur de acquisitione possessionis alicuius iuris, cuius translatio dependet à potestate canonicorum, vt in potestate eligendi, vel interessendi capitulo, & similibus.

¶Item licet scientia & patientia superioris suf-
6 ficiat ad habendum possessionem beneficij, † non tamen sufficit ad agendum possessorio, si ab illa possessione deiiciatur, quia oportet aliter possessionem colorare. ex quo enim non apparet authoritas superioris, est euidenter iniustus possessor, cui non competit possessorium, nisi superior aliquem actū fecisset, per qué illum probasset, vt admittendo ad osculum, & similia. vt in c. ex ore. de his quæ fi. à ma. par. ca. & de præbend. dilecto. vel nisi antiquissima sit possessio, quia eo ipso ex hoc coloratur. pro hoc quod no. Inn. in c. 2. de in integ. restit.

¶Item secundum eum sufficit, probare titulum primo adspectu validum. vult ergo do. Anton. quod respectu acquisiti beneficij sufficiat sola scientia superioris: sed respectu agendi possessorio, oportet quod aliter iustificetur possessio, vel probando authoritatem superioris, vel titulum primo adspectu validū. vel longam possessionem, vel quid simile. & hoc dicit procedere nedum iudicis officio, sed etiam ad instantiam partis, quia alias est euidenter iniustus possessor, cui non datur possessorium. Et idem putat dicendum, & fortius, si agat Vti possidetis. quia alias possessio præsumitur clandestina, vel euidenter iniusta, quæ nó parit possessorium. & hoc idé tenet Bal. in d. cle. si vnus. hæc sunt compédiosa, quæ in hoc articulo difficili reperio scripta.

¶EGO, MELIVS & acutius sentientis iudicio semper saluo primo puto, quicquid contrarium senserit do. Anton. quod possessio beneficij acquiri potest absque scientia & patientia superioris. & primo induco tex. apertum 3. quæst. j. §. patet. vbi dicitur. Speciale est in occupante illicito modo Papatum, vt possit inde expelli absque iudicio, cū non reperiatur superior hoc casu, qui possit adiri. sed in aliis qualitercunq;: & si per violentiam occupauerit beneficia episcopus, tamen non debet inde absque iudicis authoritate repelli. & si fuerint eiecti, possunt petere in integrū restitutionem possessionis & sic aperte sentit, possessionem in beneficialibus posse acquiri absq; scientia & patiétia superioris. & q etiā illa possessio sufficit ad agendum possesso

ſeſſorio recuperandæ. & licet dicta gratia non ſit au-
thorizata: cum non reperiatur approbata, iuxta not. in
c. 2. de reſcrip. per Iohan. An. tamen ſunt magnæ autho
ritatis.

¶Ad idem adduco authoritatem Innocen. in ca. bo-
næ. el 2. de poſtu. præla. vbi apertiſſime vult, quod abſq;
ſcientia ſuperioris poteſt acquiri ſaltem illicita poſſeſ
ſio. ſufficit enim ſciẽtia illius qui poſſidet beneficium.
& adhuc plus, dato quod ſine cauſa poſſeſſoris poteſt
acquiri poſſeſſio ſaltem naturalis, quæ erit ſufficiens
ad agendum poſſeſſorio, ſi repelleretur à tertio, vt not.
Bartol. in l. prima. ff. de acquiren. poſ. facit quod no. in
l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. & in l. peregre. eo.
titu.

¶Item & tertio, ex quo beneficium ex ſe eſt poſſidi-
bile, & perſona ex capax, quia clericus: quare debet im
pediri acquiſitio ſine licentia ſuperioris, cum talis ac-
quiſitio conſiſtat in facto? ſolum enim reperitur con-
trarium in laico, quia poſſidere rem ſpiritualem non
pōt: acquirit tamen denunciationem, & non poſſeſſio
nem. vt in c. cauſam. de præſcrip. & no. Cal. in c. ex par-
te. de reſtitu. ſpoli. facit quod no. gl. 14. quæſt. j. in ſum-
ma, vbi apparet hoc poſt Oſti. idem ſentit Arch. in d. §.
pater.

¶Quarto adduco tex. valde notabilem in l. j. §. ſi vir:
ff. de acq. poſ. & in l. j §. deiicientur. ff. de vi & vi. arma.
vbi patet, quod licet acquiſitio certæ rei interdicatur
à iure, nihilominus poſſeſſio acquiri pōt: quia poſſeſ-
ſio cōſiſtit in facto, vt dicit tex. in d. § ſi vir. & talis poſ-
ſeſio parit poſſeſſorium, ſi ab ea quis deiiciatur. vt in d.
§. deiicitur. licet enim donatio interdicatur inter virū
& vxorem, tamen ſi donatio de facto ſit, tranſit poſſeſ-
ſorium ſecuta traditione, vt dictis legibus. Nec obſtat
text. in l. ſi cum mulier. ff de don. inter vi. & vxo. vbi di
citur. mulierem non poſſe poſſidere ſupradicto caſu
de iure ciuili. Intelligitur enim dupliciter: Primo, q
non poſſidet ſcilicet ciuiliter, ſed naturaliter ſic, quia
poſſeſſio apta eſt ad reſtitutionem ſequendam, vt d. §.
deiicitur.

¶Secūdo intelligitur, q poſſidet etiam ciuiliter. ſed
tex. in d. l. ſi cum mulier. debet intelligi, quo ad effectū:
quia contractus fuit inutilis. & hæc opinio communi-
ter tenetur, vt ibi notatur facit q no. gl & Io An. in d.
c. ex parte. & 14 q. i in ſumma. Ita dicendum in propo-
ſito, q licet beneficium non pōt dici ipſius clerici ſine
canonica inſtitutione poſſeſſio tamen acquiri pōt. &
per hoc reſpondetur ad regulam primam, de re. iu. li. 6.
dum dicit, beneficium non poſſe obtineri ſine canoni-
ca inſtitutione: vt intelligatur, reſpectu habendi huiuſ
modi, & obtinendi, vt ſit rector.

¶Et ſi vis intelligere etiam reſpectu poſſeſſionis, di-
co q verbum, licite, ſoluit contrarium. Dicit enim, q li
cite non pōt obtinere: ergo illicite ſic, ſicut in dicta l. ſi
cum mulier. & in l. j. §. ſi vir: præallega.

¶Item inuaſor & prædo licite non poſſidet, tamen
poſſidet, vt in c. in literis. & d. §. patet. & l. cum fundum
& l. ſi colonus. ff. de vi & vi ar.

¶Item & quinto, ſicut ex poſt facto, ex empto titu-
lo, poteſt retineri poſſeſſio beneficij, vt ſatis colligitur
de mente capituli licet epiſcopus. de præbendis libro.
ſexto ita & à principio. facit capitulo eum qui eodem
titulo. & optime capitulo cum noſtris. & in capitulo.
literas. de conceſſion. præbendis vbi text. loquentes de
poſſeſſione beneficij, dicunt quod habent plurimum
facti. & ſatis innuunt, quod poteſt illicite acquiri poſ-
ſeſſio beneficij, & quandoque non, vt ibi nota gloſſa.
Ego adduco dominos de Rota deciſione quarta. in
principio, vbi hoc ſentiunt, dicentes quod ſi vnus eſt
intruſus, & alius habet legitimum titulum, non poteſt
iſte agere nomine eccleſiæ, quia videretur poſſeſſorem
ſpoliare. quod non licet. Ad idem capitu. per venerabi-
lem. qui fi. ſint legi. & ibi not. & quod no. Inno. in d. ca.
literis. de reſtit. ſpol. non obſtat. l 3 § dare. & l. quoties.
de ſerui. loquuntur enim in acquiſitione rei incorpo-
ralis, quæ non poteſt haberi ſine ſcientia & patientia
poſſidentis. l. 2. de ſer. & aqua. vt nota. Innoc. in d. c. bo-
næ. & in c. conquerente. de offic. ordi. & in multis aliis
locis. ſed beneficium eſt quid corporale ratione illius
poſſeſſionis adminiſtratæ. veniunt enim alia per viam
actionis, vt in d. c. per venerabilem. ibi, qui præeſt lo-
co &c. & quod ibi nota. ad idem l. ſi arrogauero. ff. de
preca. & l. arrogato. ff. de adoption & quod nota. Inno,
in c. in præſentia. de proba. & gloſſa. 19. quæſt. vlt. ſi qua
mulier.

¶Item hic in caſu noſtro poſſet habere patientiam
poſſidentis beneficij, etiam ratio tituli poteſt acquiri
abſque ſcientia & patientia ſuperioris.

SED DVBIVM eſt, nunquid circa principale
quæſitum agens poſſeſſorio, teneatur iuſtificare poſ-
7 ſeſſionem † ex titulo vel alio modo, vt ſupra dixi. com-
munis opinio eſt quod ſic. ſed certe iudicio meo licita
opinio nullo iure fulcitur ſeu æquitate naturali, vt ſa-
tis colligi poteſt ex adductis pro parte negatiua. & ex
his quæ ſatis ſubiiciam in diſtinctiōe. Dico ergo, quod
aut ius canonicum non obſtat petenti reſtitutionem
beneficij, vt quia eſt in vltima ætate ad illud benefi-
cium obtinendum, & habet alias qualitates à iure re-
quiſitas: de quibus in capitulo cum in cunctis. de elec.
nec poſſidet plura beneficia incorporalia: & tunc ſuf-
ficit probare nudam poſſeſſionem, nec eſt neceſſe ali-
ter eam colorare, ex quo notorie non conſtat de defe-
ctu tituli. hoc apertiſſime videtur probare dictum cap.
literas. de reſtitut. ſpo. dum dicit, prius de violenta de
iectione, quam de canonica inſtitutione, quærendum.
& alias dixi de poſſeſſione iuſtificāda, & licet quidam
dicunt, textum illum multum non facere pro iſta par-
te: quia dicit, non eſt inquirendum de canonica inſti-
tutione: & ſic ponderat verbum, canonizata: & ſic erat
ſatis iuſtificata poſſeſſio, ex quo conſtabat de inſtitu-
tione. certe iſtorum conſideratio ſatis colligitur per fi
nem capitul. vbi Papa arguens à minori, dicit quod
& prædo debet intelligere, quod etiam ſi opponeba-
tur, quod prorſus ſit intruſus: & quod nullam inſtitu-
tionem habuit, nihilominus ante omnia fienda eſt re-
ſtitutio: ſicut quando allegatur contra petentem quod
eſt prædo. & pro hoc dicto § patet 3. quæſt j. vbi aperte
vult Gratianus, quod qualitercunque quis fuerit ſedē
adeptus, ſi de facto ſpoliatur, eſt ante omnia reſtituen-
dus.

¶Sed dices tu: ſi ita intelligo largo modo illum tex-
tum, ſequeretur quod notorie intruſus ſit reſtituēdus:
quod videtur contra nota. per Innoc. & alios in capit.
conſtitutus. de fi. presby. & c. quoniam. eod. titul. lib. 6.
vbi non reſtituitur ille, qui habet iuris præſumptioné
contra ſe & quoquo modo. ergo reſtitueretur ille, de
cuius iniuſtitia & defectu tituli notorie cōſtat. & ma-
xime quia ſaltem iudex ex officio ſuo tali cū pacto re-
ſtituere deberet beneficium. argum. optimum in capi.
cum nobis: de elec. & c. conſtitutus. & c. oblatæ. de ap-
pel. & quod no. Iohan. An. poſt Oſtien. in c. conqueſtus
de reſti. ſpo. Reſpondeo, quod ille textus debet ſic in-
telligi, quod ſicut in rebus prophanis reſtituitur præ-
do. ita eadem ſubtilitate ſeu rigore debet in benefi-
cialibus reſtitui ille qui allegatur prædo, non autem
deberet intelligi, quod quando conſtaret eum præ-
donem, fienda eſſet reſtitutio: licet contrarium ſen-
tiat Inn. ibi. & expreſſius dominus Anto. dicens reſti-
tutionem nō fiendā cum pacto. ſed quod textus dicit,
debet intelligi quod reſtituendus eſt prædo, id eſt, ille
qui allegatur prędo; & eſt in veritate prędo ſed de hoc
nō conſtat, nec debet quis admitti ante reſtitutioné ad
hoc detegendum ſecundum eum. ſed certe illa litera
vult cōtrarium nam fundat ſe ſuper legibus ciuilibus;
quæ aperte volunt etiam in caſu certi prædonem re-

possessorem, non seruato iuris ordine, quia non deberet ante omnia prius fieri restitutio? alias enim de facili veniremus contra mentem illius ca. licèt episcopus. & c. ordinarij præallega. Et daretur materia spoliandi possessorem, quod sonat in absurdum. ex quo enim ius tolerat, ne spolietur iuris ordine non seruato: quia posset competere ius retinendi: quare si cõtra iuris dispositionem spoliatur, non debet ante omnia fieri restitutio: profectò nulla æquitas suggerit oppositum. & per hoc sustinetur glo. in c. ad decimas. & in c. j. de rescrip. lib. 6. Sed vbi notoriè cõstet de defectu tituli, puta per cõfessionem vel probationem vel sententiam, tunc fateor, quia deneganda esset restitutio, & iudex ratione facti manifesti debet spoliare ex officio. iuxta ea quę no. in c. cùm nobis. de elect. & c. abbate. & c. constitutus. de appel. & quod not. Inno. in c. ad nostram. el 2. de iureiur. & per Bar. in simili. in l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de damn. infect. & hæc sunt, quæ sentio hoc in vltimo & difficilimo articulo.

¶NVNC RESPONDEO ad rationes & iura supra allega. pro parte affirmatiua. & primò ad primum articulum dico, quòd procedit quando iura resistunt iuri habendi & possidendi sine titulo. & eo non apparente præsumunt iniustitiam, vt in iuribus allegatis in contrario. Non enim potest liber homo possideri, etiam si detineatur & ligetur. vt in d. l. si heres in fi. ff. de acquir. pos. ¶ Ideo non potest quis petere restitu-
8 tionem coniugis, nisi probet coniugium. † nam ex sola cohabitatione ius canonicum præsumit adulterium. 30. quæstion. 5. alter. ¶ Item ex parte restituentis datur incapacitas, nisi probetur titulus: igitur meritò habet probare ea, quæ tribuũt facultatem possidendi. sed in casu nostro beneficium ex se est possibile. & persona petens, cùm sit clericus, est possessionis capax. & in dubio præsumenda est iusta possessio, cùm clericus non deberet esse sine beneficio. de præbend. cap. cùm secũdum. & capi. episcopus. immò quod plus est, præsumitur iusta possessio, etiam cùm quis possidet plura beneficia incompatibilia, quo ad hoc, vt non spolietur iuris ordine non seruato. vt in dicto cap. licèt episcopus. & ca. ordinarij. & ad regulam primam. de reg. iur. in 6. ad quæ satis supra respondi. ¶ Et per hoc infero ad solutioné secundi argumenti. dico enim quòd cùm matrimonium carnale & spirituale procedunt à pari, sed in multis differunt, vt patet per Ioan. And. in cap. tua. de sponsa. & in ca. nostro. apertè patet dissimilis ratio per ea quæ proximè dixi. ¶ Ad ca. dudum. respondetur, quòd ex quo prius erat in possessione, præsumendum est quod legitimè possidebat, saltem quo ad hoc, vt prius fiat restitutio, vt probatur in dicto ca. ex insinuatione. & c. conquerente. ¶ Item superior, facta restitutione, poterit ex officio inquirere iuxta no. per glo. in prima regula de regulis iuris. lib. 6. & pro hoc in c. licèt Heli. de Simo. Item facit glo. in c. dudum.

¶ Ad tertium argumentum, quòd vbi non fuit institutio, non cadit destitutio &c. respondeo, quòd illud procedat respectu tituli, non autem respectu possessionis: quia ex quo habebat possessionem, & ab ea fuit deiectus, satis potest se reintegrare ad suam possessionem, vt etiam vult textus in dicto § patet. & ibi dum dat.

¶ Ad quartum argumentum de l. 2. §. quædam. ff. de interdict. de qua videtur facere festum Ioannes Andr. in addit. prædicta: dico, quòd non potest producere, nec debet intelligi in casu nostro. quia si haberet annexam causam proprietatis, esset contra clemen. istam de causa possess. & proprieta. vbi præsupponitur. quòd potest suspenso petitorio procedi in solo possessorio. q verba claré inducunt, quòd etiam in beneficialibus separata est causa proprietatis & causa possessionis. Ad idem tex. de rescript. ex parte. de restit. spo. cum ad sedem. cum similibus. & alia iura supra pro hac parte allegata. sic intelligo ergo illam l. quando quis nomine proprio, non vt rector ecclesiæ, agit, vt interdicto de locis sacris vel religiosis. quia cùm illa non sint in bonis alicuius, vt instit. de rer. diuis. §. nullius. non potest quis dicere se illis spoliatum, nisi probet titulum. Sed nos loquimur, quando petit restitutionem vt rector & administrator ecclesiæ: quo casu licet possidet, præsumi debet licita possessio: ex quo clericus est, vt possidebat. de præben. c. cùm secundum & supra plené dixi.

¶ Ad quintum argumentum, quòd beneficium ratio-
9 ne tituli debet iudicari tanquam res incorporalis. † & sic debet requiri patientia domini in acquisitione: dico, quòd beneficium est quoddã corporale, & eo ipso quòd habet corpus ecclesiæ, potest ratione illius administrationis, alias possessionis administrare. veniũt enim alia per viam accessorij, vt in dicto ca. per venerabilem. qui filij sint legi. hinc videmus, quòd expulsus à corpore ecclesiæ, iurisdictionem non exercet. & speciale in expulso episcopo. vt not. in clementi. j. de foro competenti. Ad prædicta facit l. cùm arrogauero. ff. de preca. & l. arrogato. ff. de adoption. & quod not. Inno. in c. in præsentia. de probation. & glo. 19. quęst. vltima. si qua mulier ¶ Item possit hic haberi patientia possidendi ipsum beneficiũ absque scientia superioris. iuxta notata per Innocen. in dicto c. bonę el 2. de postula. prælat. ¶ Ad vltimum argumentum dicti ca. constitutus. de fil. presbyt. dico, quod non facit ad hoc. ibi enim, si bene ponderetur, dicit, quòd petens restitutionem, debeat iustificare possessionem: sed admittitur exceptio defectus proprietatis. Obstat tamen aliter, inquãtum non fit incontinẽti restitutio probata nuda possessione. Sed respondeo quòd illud ca. multipliciter intelligitur, vt ibi not. Innocen. & Ioan. And. Aliqui verò intelligũt, quòd ibi fuit factum petitorio & possessorio, alij quòd possessorio. sed opponebatur notorius defectus proprietatis. quod si verum esset, non debet fieri restitutio. vt supra dixi. vel si non erat notorius defectus; oportet intelligi quòd ille actor de iure suo confidens, consensit vt discuteretur illa exceptio. simile in c. j. de restit. spol. vel hoc fecit papa, vt euitaretur circuitus. sed alius iudex hoc non potuisset. aliàs autem, si illud c. intelligeretur simpliciter, prout iacet, apertè essent contra c. in literis, & multa alia iura supra allegata, quod nõ esset dicendum, immò iura iuribus sunt concordanda. de electio. cùm expediat. lib. 6. & hoc de primo dubio dictum.

¶AD SECVNDVM dubium, quod est, an peten-
10 ti restitutionem beneficij †, obstat spontaneæ renunciationis exceptio: Arguitur primò ad partem negatiuam, quod non obstat: vt videtur de hoc casus expressè in c. solicitè. de restitution. spoliato. ibi papa mãdat inquiri, quo tempore facta fuit renunciatio, & constitutio facta post spoliationem. mandátque ante omnia restitutionem fieri. sed in casu nostro præsupponitur; quòd iste Titius renunciauit, spoliatus existens. ergo non est renunciationis exceptio admittenda. ¶ Secundò probatur ratione, quòd petenti restitutionem non obstat exceptio defectus proprietatis, vt in ca. in literis. de restitu. spolia. & in ca. literas. eod. tit. cum simi. sed renunciatio facta post renunciationem, concernit defectum proprietatis duntaxat. non autem potest referri ad possessionem quam non habebat, vt no. in d. c. solicitè. ergo non debet admitti contra petentem restitutionem ¶ Tertiò ad idem inducitur c. super spoliatione. de ordi. cogn. vbi generaliter videtur, quod cõuentus super spoliatione, non est aduersus restitutionem petenté, si eum conueniat, audiẽdus, nisi super possessione: sed huius renunciationis post spoliationem exceptio non concernit possessionem, vt supra dixi. ergò non est ipsam proponens ante restitutionem audiendus. ¶ Quartò arguit & aliter: renuntiatio beneficij facta in manibus superioris, qui potest inuitũ destituere, non valet, vt in cap. quòd in dubiis. & cap. ad-

monet &c. nisi cùm pridem. de renun. sed in themate nostro non præsupponitur, renunciationem fuisse factam in manibus superioris. ergo tanquam non præiudicans, etiam respectu proprietatis non est admittenda. Nec obstat, si dicatur, eam præiudicare quo ad renunciationem. quia vt dicit Ostien. in dicto c. quod in dubiis. hoc nullo iure probatur. quandoque enim superior cõsentit, & ad nihil valet talis renũciatio: quia non potest dissolui illud vinculum, quo obligatus est ecclesiæ sine licētia superioris, vt in dicto c. veniens fa cit l. legatus. ff. de officio præsi. vnde bonus textus pro dicto Ostien.

¶IN CONTRARIVM pro parte affirmatiua, quòd talis exceptio non obstet, videtur primò probari in dicto c. solicitè. de restit. spoliat. & licèt supra induxerim illud c. ad partem negatiuam, tamen nũc induco aliter. ibi enim papa repellit exceptionem spontaneę renunciationis, quando cõstat intercessisse post spoliationem reddens eam, quia ideo præsumitur spõtanea. Si ergo pro certo constaret, causam esse spontaneam, admitteretur ratione cessante quod est validum in iure. 16. quæstion. j. generaliter. & in l. generaliter. C. de episc. & cleri. sed in themate nostro præsupponitur quòd fuit spontanea, sicut in consimili dicimus, quòd contra præsumptionẽ iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per confessionem. & sic ad consequendam restitutionem beneficij nõ sit necesse probare titulum, nec aliter iustificare possessionem ex titulo, cùm nullum habeat.

¶Secundò videtur probari si vis non inferatur legitima. clem. vnica. de causa posses. & proprie. vbi dicitur, quem posse non solum principio agere possessorio, sed etiam si intentauit petitorium possessorium, suspenditur petitorium à se & ab aduersa parte intentatum. & procedetur in possessorio solo. & not. verbum, solo. excluditur ergo prorsus petitorium. argu. c. j. & quod ibi no. de hære. lib. 6. nõ ergo esset solum possessorium, sed haberet annexam causam proprietatis. vel si haberet iustificaret possessionem ex titulo. nam in solo possessorio quis non arctatur ad probandum, nisi possessionem & deiectionem. l. j. in prin. & §. interdum. ff. de vi & vi arma. & l. si quis destinauerat ff. de rei ven. ¶Tertiò hoc videtur apertè probari etiam in beneficialib⁹, in c. consultationibus. de offic. delega. vbi aperte text. innuit sufficere, probare possessionem & deiectioné. Quartò eleganter facit c. ex insinuatione. de procurat. maximè in fin. vbi papa mandat executionem beneficij. eo solo probato, quòd ad sententiam latam cũ procuratore reuocato fuerit facta spoliatio: & quòd restitutione facta, inquiri debet de institutione canonica. ¶Quintò facit c. conquerente. de restitu. spol. vbi ante omnia mãdatur restitutio. etiam si prius episcopus prætendens mixtam causam, spoliauit sine ordine iudiciario: & postea debet contẽdi de causa legitima fortius ergo, quando priuata persona spoliauit. ¶Sextò & vltimò faciunt omia fere iura, quæ habentur 2. q. 2. & 3. q. j. per totum. quæ indistinctè mandant prius restitutionem legitimam fieri in beneficialib⁹ & aliis, quàm de aliquo obiecto discutiatur: quia nõ debet litigare spoliatus. nec nudus cõtendere, nec inermis minimè proponere. de restit. spol. frequens. lib. 9.

¶AD SOLVTIONEM huius dubij, Christi eiúsque matris, necnon & deuotissimarum virginum Agathæ & Luciæ suffragio humiliter inuocato condescendens, sciendũ ꝙ varij varia & variis locis confuse & diminutè scripserunt super hoc articulo. Ego autem attingendo materiam, & si nõ profundius, saltem clarius cæteris eam sub quatuor pertingam opinionibus.

¶Prima opinio habet, titulum esse probandum, licèt agatur possessorio. pro hac opinione faciunt iura allegata pro contraria parte, maximè regula prima de regu. iur. lib. 6. & hanc opinionem refert Archid. in §. patet. 3. q. j. & c. eum qui. de eo qui mitt. in posses. libr. 6. Sed huic opinioni vehementer resistit text. in dict. c. in literis. & c. item cum quis. eod. titul. & alia iura supra allegata ad partem negatiuam. Vnde hæc opinio a doctoribus communiter non recipitur.

¶Secunda opinio est, quando ad instantiam rei conuenti, non sit necesse ostendere titulum vel colorem possidendi ante restitutionem. nec spoliatus petendo hoc quæstionem referre. sed iudex ex officio suo, antequam restituat, debet se de titulo informare. & si de titulo legitime constat. vel saltem per probabilem præsumptionem, debet eum restituere: si verò nihil constat de titulo, restitutionem non faciet. ¶Ex hoc infertur, quòd si proponat beneficium esse reseruatũ, iudex ex officio de hoc cognoscere potest antequam restitutionem faciat. & hanc opinionem tenet Lap. de Castil. in sua allegatione 25. & sic dicit viua voce se audiuisse à Ioann. Andr. in c. ex parte. de restitu. spol. & dicit quòd hoc firmabat pro vera conclusione. hãc eandem tenet Bar. in cle. j. de causa posses. & propriet. & sic fuisse obtentũ in palatio apostolico: quia in istis non datur possessio sine titulo, vt dicta regula de regu. iur. in 6. ¶Sed ex hac ratione infertur, quòd etiam ad instantiam partis tenetur iustificare appellationem. quia licèt cõuentus super spoliatione, non audiatur super proprietate: auditur tamen, volens se defendere super possessorio. & proponere potest quòd aduersarius non probat possessionem, vt in c. olim. el j. & clem. 2. de restit. spoliato. facit c. fi. de ord. cogn.

¶Tertia opinio habet, vt nec ad instantiam aduersarij, nec iudicis officio teneatur spoliatus probare titul. vel iustificare possessionem, vel sufficit docere de sola possessione per dictum cap. in literis. debet enim iudex excludere aduersarium in odium sui, & actorem restituere: & postmodum officio suo, si voluerit, poterit inquirere, sicut seruatur in simili, in ca. cùm nobis. de elec. facit c. ordinarij. de offic. ordi. libr. 6. vbi iudex ex offic. inquirit de tit. contra possidentem. hanc opinioné tenuit recolendæ memoriæ dominus meus, dominus Franciscus de Zabarellis olim cardinalis Florétinus. & hanc opinionem aliqualiter sentit Inno. in dicto c. ex parte. de restit. spolia. vbi reuocando quod dixit in c. ex literis. dicit, canonicum posse petere restitutionem iure canonicali, dato quòd non probet eũ possessorem fuisse ingressum authoritate superioris. vel exercuisse aliquem actum proportionabilem canonico dũtaxat, sed satis est, quòd doceat se exercuisse aliquem actum vt canonicum animo acquirendi, quasi possessionem iure canonicali scientibus illis quorum interest alibi autem, vt infra dicam, aliter sentit idem Inno. huic opinioni videtur obstare c. ad decimas. de restit. spoliato. & regula prima de regul. iuris lib. 6. sed infra plenius attingam.

¶Quarta opinio videtur esse communis, habens ꝙ non teneatur probare titulũ, seu debet iustificare possessionem ex titulo, siue aliter colorare. & hanc opinionem sentit gloss. licet non multum aperte, in clement. j. de causa posses. & proprie. & eam allegat totus mundus. Sed Ioan. And. opinionem suam circa hanc materiam melius declarauit, quàm alibi in additio. Spec. in tit. de restit. spol. super rubri. immediate post princi. & ibi apertissime firmat, ꝙ vbi non constat, petentem nõ habere ius, auditur petens restitutionem. sed habet iustificare possessionem, & hanc opinionem tenet Paul. in dicta clemen. vna. & dominus Ant. in d. ca. in literis: sed in modo iustificãdi variæ sunt opiniones, vt refert Ioan. And. in additione præalleg.

¶Quidam dicunt, petentem restitutionem probare debere titulum primo adspectu legitimum. non enim venit in possessorio omne quod requirit petitorium. Simile in matrimonio carnali, in quo petens restitutionem, non arctatur ad probandum titulum

necessario cōcludentem:sed satis est,quod probet matrimonium legitimum ex consensu. nec admittuntur exceptiones, defectum intrinsecum concernentes, vt no.in c.ex parte.& c.literas.& c.ex transmissa.de resti. spolio.& satis videtur hoc sentire glos.in cle.vna.dum dicit,aliud est, significare possessionem ex titulo: & aliud,agere petitorio Alij dicūt,quod satis sit ei, probare authoritate superioris se in possessionem induductum ad hoc,vt restitutionem consequatur. & hanc opinionem tenet Inn.in d c.in literis.vbi videtur velle,cum renunciare iuri quod habet in beneficio, iuxta no.per glos.in c.super hoc.de renun.in verbo,causam. 16.q.6.in gloss.2.tenent domini de Rota, decisione 362. & optime inducitur in arg.cle.2.§.sane.de pœnis. vbi illa renuntiotio metu extorta per captionem & detentionem secularium potestatum, pronuntiatur nulla,& inducitur ibi casus,vt ibi nota.cum ergo in illo capit. solicite. constaret, renunciationem interuenisse tam per probationes,quàm per confessionem partis,vt patet ibi in textu,vbi tantum mandatur inquiri, an præcesserit spoliatio:& sic non dubitatur interuenisse eā, quomodo fit illi restitutio ecclesiæ cum pacto, tamen nullum ius haberet respectu proprietatis. & sic notorie secundum illam datur vitiosus ingressus contra c. ei qui iuit in possessionem.& theorica communis est, vt nunquam saltem in istis beneficialibus fiat restitutio cum inductione.vbi alias notorie constat de defectu proprietatis,iuxta not.per Inn & Io. And.in c.constitutus.de filiis presbyt.& in c.cum ecclesia.de causa pos.& proprieta.¶Secundo ego arbitror per hoc contrarium, hanc communem lecturam restringendam, vt non procedat,quando renuntiatio fuisset facta etiā post spoliationem,in manibus superioris tamen, quia illa præsumi debet spontanea.argum.l.non verisimile. ff.quod met.cau.& eorum quæ not.glo.in l transactionis.C.de transactio tamen quia ex quo constat habere ius in proprietate,nō debet sibi restitui beneficium.licet enim talis renuntiatio non referatur ad possessionem quam non habebat, & ideo posset agere pro damnis & interesse tunc illatis, tamen debet fieri restitutio beneficij per supradictam rationem. Vnde in illo c.solicite. non ponderatur interuentus superioris, sicut in c.accepta.& sic videtur quod in d.ca. solicite. nō fuit facta renuntiatio in manibus superioris.quando autem fit renunciatio beneficij nō in manibus superioris,non perdit ius quod habebat in beneficio:immo talis renunciatio non tenet,iuxta not.per doctores in c.quod in dubiis.de renun. & in c.quanto.de restit. spo.nec etiam superior in casu huius c.solicite.potuisset illam ratam habere:quia ca.quod in dubiis. loquitur sponte, quando in manu laicali: sed in casu nostro non apparet,quod in manu laicali.¶Item quia fuit facta post spoliationem, & sic non præsumitur spontanea,vt ibi:ideo ad nihilum valet illa renunciatio, nec quo ad proprietatem,nec quo ad possessionem, merito talis exceptio non debuit admitti.& super hoc dico Io.And.post Goffre.non bene dicere, inquātum dicit, quod renunciatio illa non præiudicet renūtianti, quo ad possessorium:præiudicat tamen quo ad petitorium, per dictum c.quod in dubiis.& c.accepta.hoc enim dictum non procedit,quia aut interuenit authoritas superioris, & debet præiudicare:aut non interuenit, & non debet præiudicare,vt supra dictum est.& pro hoc habetur clare intellectus illorum iurium, & nullus remanet scrupulus.

¶ET INFERO nunc ad solutionem nostri secundi dubij.dico enim,aut hæc renunciatio istius fuit facta non in manibus superioris, & ea non obstante, potest peti restitutio:quia per talem renunciationem, licet spontaneam,non perdit ius quod habebat in beneficio iuxta nota.in dicto c.quod in dubiis.& in capi. quanto.quo ad se:quia non potuit à se abdicare beneficium,vt nota.in iuribus præallegatis.& facit l.legatus.ff.de offi.præsid.aut renuntiauit in manibus superioris,& tunc si de ea notorie constat,obstat exceptio, licet non fundet intentionem excipientis: quia superior ex renuntiatione beneficij, non debet restituere beneficium ei qui nullum ius notoriæ habet.arg.c. cū nobis.de eiec.& c.quoniam.de fil.presby. & quod not. in d.cap.constitutus.poterit tamen agere ad damna & interesse tunc illata,vt not. Inno.in d.c.super hoc. superior tamen,si constat de spoliatione,non debet spoliatorem dimittere in possessionem beneficij:sed supplēdo ex officio,illum spoliare:& licite alteri cōferre. de præbend.de mu'ta.Aut non constat notorie de renunciatione,& tunc non obstat exceptio tanquam concernens defectum proprietatis,vt in c.in literis.de ordin. cog.& c.fin.cum similibus.Et per hoc satis patet respōsum ad omnia supra allegata in contrarium,nisi ad argumentum à contrario sensu susceptum ex c.solicite. ¶Nam si ibi ponderatur quod non fuit spontanea, ergo si constaret de spōtaneitate,sicut præsupponitur in themate nostro,obstaret obiectum,& videtur argum. satis vrgens.¶Sed respōdeo dupliciter. Primo, quo ad argu.à contrario sensu,non vrget quando reperitur cōtrarium in iure vel resultaret.clarum enim in iure est, quòd vbi notorie non constat de defectu proprietatis, debet fieri restitutio in istis beneficialibus: & vbi notorie non constat,non debet admitti exceptio,defectū proprietatis concernens,vt supra plenissime dixi. Secundo potest responderi,quod consideratur ibi, quod non fuit spontanea.ad maiorem exaggerationem duo tituli impediebant illam exceptionem admitti.Primo, quia concernebat defectum proprietatis, vt supra dixi.Secundo,quia præsumitur talis renūciatio,post spoliationem facta,non spontanea. debet enim reduci illud c.ad alias iuris regulas indubitatas.& hoc, quo ad secundum dubium.

¶Ad tertium, quod fuit,vtrum crimen notorium,
11 †beneficij priuatione dignum,excludat ipsius beneficij restitutionem petentem:arguo primo ad partem affirmatiuam,& sic notorius criminosus est suspensus satis quo ad se,vt in c.fi.de coha clericor. & mulier. & amplius sine dispensatione administrare non potest.de tempor.ordin.c fina.ergo non potest petere restitutionem benefici,cùm non potest in eo administrare in c. fi.de cle.excom.ministran.vbi dicitur excommunicatum eligi non posse.pro eo,quia ad susceptionem corū eligitur,à quorum perceptione est priuatus. non ergo debet iste notorius criminosus audiri,cū nō potest,interdicto beneficio,administrare. Secundo de hoc videtur casus in d.c.ad petitionē.de accu.vbi processus agitatus contra illum abbatem, erat nullus propter iudiciarium ordinem non seruatum.sed quia constabat de criminalibus illius,noluit illum restituere, sed voluit eum manere priuatum.ad idem facit ca si constiterit. eod.titu.secundum vnum intellectum,vbi admissa fuit exceptio criminis contra petētem restitutionem, licet non induceret priuationem tituli ipso facto.

¶Tertio arguitur sic:iste propter notorietatem criminis,debet incontinenti priuari.de accusatio. euidētia,2.q.1.manifesta.& c.Lotharius.facit capi.quoniam. de filiis presby.ergo fortius debet sibi restitutio denegari:quia turpius eiicitur,quàm non admittitur.de iureiurando.quemadmodum & maxime hoc seruari debet in istis euidentialibus,vt euitetur circuitus.de rescript.cle.auditor. & infamibus portæ dignitatis non patet,de exces.prælato.inter dilectos.& in regulā,infamibus.de regulis iur lib.6 Quarto pro hac parte facit cap significasti.de diuor.vbi patet,quod contra coniugem petentem restitutionem, admittitur exceptio adulteri.& hoc ad partem affirmatiuam. Ad partem vero negatiuam non arguo:quia satis patebunt argumenta ex solutione,quam statim subiiciam. ¶In hoc

articulo reperio dominū Ant. in c. itē cū quis. de restit. spol. expresse tenentē istam partē. & idem sentit in cap. si constiterit. præallega. non tamen notatur per omnia supradicta, sed allegat duntaxat c. ad petitionem. & c. si constiterit. de accus. restringit tamen hoc dictum in beneficialibus. mihi tamen hoc dictum non placet, dū scriberem super c. item cum, quis. & hic infero ea, quæ ibi ordinarie dixi Mouetur primo, quia quantumcunque quis sit criminosus, nisi crimen inducat priuationem ipso facto. licite tamen tenet beneficium, antequā priuetur per sententiam. nam & posset secum ante sententiam dispensari. hoc est no. dictum Innoc. in c. cum nostris, de conces. præben. Et antequam dispensetur iuste, tenet antequā priuetur, vt ibi dicit Inn. si ergo iuste tenebit, iniuste fuit spoliatus per violētiā. ergo debet restitui in pristinum statum, cum sibi competat ius prælaturæ antequam priuetur: nec exceptio huius criminis est admittenda tempore, non elidens actionē in iudicio deductam. exceptio enim debet esse talis, ꝙ excludat actionem. l. j. ff de exceptio. c. à nobis. de exceptionibus. de ordin. cogn. c. 2. sed exceptio huius criminis non excludit hoc interdictum, nec reddit petentem incapacem: quia præsupposito quod crimen oppositum sit verū, nihilominus remanet in iure suo: nec potest dici, quod debeat priuari exceptione probata: quoniam exceptio non potest operari hunc effectum priuatiuum. solum enim de sua natura operatur effectū exclusiuum, vt probatur in ca. 2. de ordin. cogn. & optime ad materiam nostram facit c. super his. de accusat. vbi crimen probatum per viam exceptionis contra clericum, non probat facultatem priuandi ex suis beneficiis, sed duntaxat operatur electionem electi: quinimmo plus dico, quod etiam si ageretur petitorio, nō deberet admitti exceptio criminis, si non inducit priuationem ipso facto: vt not. per rationem supradictam. Concludit Inno. in c. inter dilectos. de exces. prælator. nec ratio notorietatis facit dictam rationem cessare. arg. 8. q. 4. nonne.

¶ Item huic sententiæ aperte fauet text. in cap. fi. de ordin. cog. vbi dicit, quod conuentus super restitutione, non est aduersus restitutionem petentem, nisi super restitutione audiendus, subiiciens rationem, quia restitutio petita in hoc priuilegiata dinoscitur, vt ipsum intentans, non cogatur ante restitutionem suis positionibus respondere. Pondero vniuersalem exclusionem spoliantis contra restitutionē petentem. Idem videtur innuere textus in d. c. item cum quis. vbi criminis exceptio repellitur indistincte aduersus restitutionem petentem. Ad idem allego, 2. quæst. 2. & 3. q. j. per totum. in quibus iuribus generaliter dicitur, quòd ante omnia etiam crimina tractanda restituendus est spoliatus: quia allegantur notorie. quæ non sunt de appella. consuluit. & iste non debet litigare spoliatus. maxime super crimine. arg. optimum in c. frequens. de restitut. spolia. in 6. vbi exceptio spoliationis quandoque competit etiam contra tertium proponentem crimina aduersus spoliatum, ne propter inopiam seu eius actionē succumbat, & contra spoliantem indistincte admittitur exceptio spoliationis ante restitutionem. Fortius ergo iste spoliatus qui præoccupat iudicium, non debet posse excludi à petitione restitutionis, propter exceptionem criminis propositam à spoliatore, qui est odiosus, & præsumitur venire ad excipiendum seu crimina proponendum non bono zelo: sed propter inimicitiam, vt valeat beneficium vsurpatum interim retinere, vt dicit textus in d. c. item cum quis. Sed multa statuta sunt contra spoliātem vt odiosum, quæ cessant contra illos. argumen. in clemē. vna. eo. tit. & quod not. in c. fi. de ordin. cog. & in c. literis. de resti. spo. & multo fortius non debet admitti exceptio criminis, si crimen non dicitur notorium. sed manifestum, vt est text. not. in c. quia suspecti. 3. quæstio. 5. ¶ Et aduerte, quia intelligo ꝙ capiendo manifestum pro notorio, sicut intelligit ibi glo. in vér. manifestum atque notorium crimē, non obstat petenti restitutionem. & illam glo. videtur sequi Archi. allegando pro cōcordia allegata per Inn. in c. inter dilectos. de exces. prælato. ¶ Sed nunquid iudex ex officio suo potest illum priuare, propter notorietatem criminis, deferēdo restitutionem? puto sic dicendum, quod aut vult priuare super eadem instantia iam inchoata in causa restitutionis, & alius iudex à papa hoc non potest, & ad hoc non fuit actum, nec agi potest: & sententia debet esse conformis petitioni, vt in simili notabiliter dicit Ioannes And. post compostell. in ca. mandatum. de rescriptis. Aut vult procedere omnino ex officio suo extra instantiam: & tunc si est notorium facti permanentis, ita quod nullo modo possit negari quod de facili non contingit: & tūc poterit iudex sententiare, alias priuare: quia in hoc notorio nulla exigitur probatio vel solēnitas in procedendo, vt in c. euidentia. de accu. & 2. q. j. manifesta, & ca. quoniam. de filiis presby. & no. per Inno. in c. ex parte. el j. de verbo. signi. frustra enim hoc casu fieret restitutio, & euidenter eam petens, incontinenti veniret priuandus, & circuitus euitandus est, maxime in istis beneficialibus. de rescriptis. clem. auditor. & respectu superioris cessat odium spoliatoris. & iste potest esse casus in ca. ad petitionem. de accus. & per hoc sit responsum ad illud ca. vlti. Papa hoc idem fecit de plenitudine potestatis, vt ibi not. glos. Aut non est tale notorium, & tunc cum exigantur probationes, vt in c. sicut de re iudica. & per glo. in præallega. c. manifesta. & defensio est experiētia rei. facit quod no. in c. j. de offic. deleg. lib. 6. debet ante omnia fieri restitutio, quia nec vidi contendere &c. & quia spoliatus per priuatum, habet priuilegium ne exigatur per sententiam iudicis ante restitutionem, vt in dicto c. frequens. & c. si constiterit. de accusa. quod facit pro cōtraria parte: dico quod hoc non probat id, ad quod inducitur. Intelligitur enim multipliciter, vt ibi not. non enim potest intelligi in delicto notorio. & satis colligitur ex tex. ibi, si conuentus fuerit &c. & quidam intelligit illum textum, quòd ideo contra petentem restitutionem admittuntur illa crimina, quia ibi facta fuit spoliatio post sententiam priuatam, latam super illis criminibus, vel secundum alios agebatur possessorio. ille de sua innocentia confidens, fuit contentus vt prius discuterentur crimina obiecta. argument. c. j. de restitu spolia. alias autem cum ibi crimina non essent notoria, de directo esset contra illud c. item cum quis. vel deducenda est illa decretalis ad distinc. quam supra formaui.

¶ NVNC RESPONDEO ad illa cōtraria supra formata. Et primo non obstat primum argumentū: quia ex quo non est priuatus licite, petit restitutionem ratione tituli quem habet. nam poterit alius administrare, donec priuetur, vel secum dispensetur, vt c. fina. de cleric. excommuni. loquitur de eo, qui de nouo acquireret beneficium: quod non potest: ex quo est suspensus. & idem in notorio criminoso. non enim valeret electio de eo facta, vt in c. cum in cunctis. de elect. Non obstat argumentum secundum, quia satis supra responsum fuit. ¶ Ad tertium vero dicendum, quod licet possit priuari, tamen antequam priuetur, non posset exceptio obiici, quia non elidit actionem, vt supra plene dixi. & quia ille spoliator tanquam odiosus, non est audiendus. ¶ Ad quartum argumentum d. c. significasti: respondeo, quod crimen adulterij inducit pri-
12 uationem ipso facto: † vnde potest coniunx sua authoritate alium repellere, vt not. gl. 2. in c. fin. de adult. sentit Inno. in c. inquisitioni. de senten. excommunica. facit c. Agathosa. 27. q. 2. & cap. dixit. 24. q. 3. Et hæc sufficiant, quo ad tertium membrum. ¶ In quarto & vltimo dubio, quod fuit, an habens patrimonium & beneficium ecclesiasticum, valeat, tecta conscientia salua, con-

ta,conferuato patrimonio, de beneficij reditibus vitam ducere. ¶ Arguitur primò quòd non:& videtur de hoc casus in c.fina.19.quæst.j.in fi.vbi dicit text. quòd qui bonis parẽtum & opibus sustẽtari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profectò incurrunt & committunt:& per abusionem talium, iudiciũ sibi manducant & bibunt. & per eadem verba loquitur text.in c.clericos.j.quæstion.2. ad idem.cap.pastor ecclesiæ. His quibus sua sufficiunt,non debet aliquid irrogari. Habenti dare, nihil aliud est quàm perdere. nec illi qui sua possideant, dari sibi aliquid volunt sine graui peccato suo,vnde pauper vicarius viuat. ad idem c.item cum quis.eadem causa & q.vbi inter cætera dicit,nõ est cum dicere, quale peccatum sit eorum,qui cibum pauperum præsumendum suscipiunt: quia qui ecclesiam suam iuuare propriis facultatibus debuerant,suis expensis insuper grauant &c. vbi ponuntur multa bona verba,ad eam materiam facientia. ¶Secundò videtur singulariter probari per textum notabilem & quasi singularem in materia.j.quæst.2.ca.sacerdos.vbi dicitur,quòd clerici pauperes siue ex facultate,siue ex propria voluntate,licitè viuũt de bonis ecclesiæ:quia ad ea accipienda non cupiditas eos ducit, sed viuendi necessitas cogit. & singulariter subiũgit, quòd de talibus clericis videtur dicere Apostolus:qui in sacrario operantur,quę de sacrario sunt edũt:& qui altari deseruiunt,cum altari participẽt. & vide ibi textum.qui latius prosequitur hanc materiam. Ad idem optimè videtur concordare textus in c.illi.12.quæstio.j.vbi dicitur,quòd illi qui tam infirmi sunt , vt possessionibus suis renuntiare non possint,simul capiunt de bonis ecclesiæ,& satis sine peccato illa retinent. & sic apertè innuit,quòd tũc debet clericus de bonis ecclesiæ viuere, quando non habet patrimonium vnde viuat.ad idem c.episcopus ecclesiasticarum.eadem causa & q.dicitur enim episcopus habere ecclesiasticarũ rerum potestatem ad dispensandum ergo omnes qui indigent,si tamen indigent.ipse autem participare potest quibus indiget,si bene indiget: & nota illa verba, si tamen indigent.qui ergo habet patrimonium,nõ dicitur indigere.concordat c.episcopus.10.q.2.

¶Tertiò principaliter induco c.episcopus. & c.tuis. de præben.& de rescrip.postulasti.quibus cauetur,episcopum non arctari ad prouidendum illis clericis,qui ex proprio patrimonio viuere possunt. ¶Quartò arguitur sic:deputata largitione fidelium ad certũ vsum, non possunt salua sedis apostolicæ authoritate ad aliũ vsum deputari,vt in clemen.quia contingit.de religi. domi. ¶Item quælibet res constituenda est ad vsum

13 destinatum † de appel.c.suggestum.& de iureiuran.c. quanto:sed bona ecclesię, tradita & conseruata sunt ecclesiis,vt ex eis omnes indigentes sustentẽtur: vt in c.videntes.vbi textus optimus.12.q.j.& aliis supra allegatis.cum infinitis similibus.ergo clerici habentes patrimonium vnde vitam ducere possunt,non debẽt percipere de bonis ecclesiarum facit c.sicut.46.distinc.nõ enim bona tẽporalia sunt seruata ecclesiis, vt propinqui clericorum ditentur,sed vt inopes subleuentur,vt d.c.episcopus.12.q.j.

¶IN CONTRARIVM pro parte affirmatiua, quòd possit pro reditibus beneficij conseruato patrimonio vitam ducere,induco c final.j q.2. vbi dicitur, quòd clerici omnes, qui ecclesiæ fideliter vigilant & deseruiunt,stipendia suis laboribus debita,secundum seruitij sui meritum per ordinationem canonici à sacerdotibus consequantur.ponderandum enim est verbum,omnes.includit profectò tam pauperes, quàm diuites:aliàs ad quid dixisset,omnes? ¶Item ponderandum dicit,stipendia suis laboribus debita:dãtur ergo stipendia clericis deseruientibus, non propter indigẽtiam eorum, sed propter labores sanctos quos sustinent. quæ quidem ratio verificatur tam in diuitibus, quàm in pauperibus.dignus est enim mercenari⁹ mercede sua.& qui ad onus eligitur,repelli nõ debet à mercede:nec ligari debet os bonis triturantis.de præben. extirpandæ.& cap.fina.de magistris.Sed dic,quòd ibi sentit textus & glossa quòd denario fraudari non debent in vinea domini laborãtes &c ¶Secundò arguitur sic:Episcopus visitans ecclesias sibi subiectas,licitè petit procurationem ratione visitationis,vt in capi. cùm ex officij.& de præscri.& ratione illius c. quia nemo cogitur suis stipendiis militare.Et quia secundum Apostolum,qui spiritualia seminat,non est magnum si terrena metat.Certum est enim , quòd quantumcunque episcopus abundet,licitè petit procurationẽ , quia nõ debet suis stipendiis militare. Si ergo episcopus qui habet episcopatum,& ipsius subit onera , non tenetur visitare ecclesias inferiores gratis, vt seruiat expensis suis:quanto fortius clericus inferior non debet obligari ad seruiendum beneficio suo cum reditibus sui patrimonij:si enim cum omnes sint vna ecclesia,7.quæstio.j.Nouatianus.facit quod no.in c.cùm apostolica. de his quæ fi.à præla.non videtur episcopus impendere officium inferiori ecclesiæ cum reditibus episcopatus,fortius nec clericus inferior cum reditibus sui patrimonij.Ad idem c.cùm secundũ Apostolum.de præben.qui altari seruit,viuere debet de altari &c.vt ibi.

¶Tertiò probatur sic:clericus habens patrimonium,

14 licitè illud relinquit parentibus, † vel pauperibus distribuit:& de rebus ecclesiæ vitam ducit: vt in cap.sacerdos.j.q.2. ergo potest à principio licitè dispensare patrimonium in consanguineos vel pauperes,& viuere de bonis ecclesiæ.ex quo illi debitum impendit famulatum.ita videtur quòd possit illud patrimonium conseruare,vt suis illud in futurum relinquat, vel necessitatis tempore communicet eis & pauperibus , & viuere interim de ecclesia,cui seruit pro hoc, vt victũ suum habeat.12.quæst.j.vbi dicitur,quòd Christus habebat pecuniam,vt necessitatis tempore suis & aliorũ necessitatibus subueniret.sic ergo iste pro tempore necessitatis poterit patrimonium conseruare,& de bonis ecclesiæ ad suum vsum participare.

¶Quartò deduco c.quatuor.& c.concesso.& ca.de reditibus.12.q.2.in quibus dicitur, quòd de bonis ecclesiarum cathedralium debent fieri quatuor partes: quarum vna debetur clericis deseruientibus secundũ eorum merita,& sedulitatis officium.nihil distinguit, si sint pauperes,aut non : nec dicitur,ꝙ tribuãt eis secũdum indigentiam,sed pro sedulitate officij,& secundum eorum merita.ad idem ca.charitatem.ead.causa & q.in fin.ibi:nanque iustum est vt ille sequatur stipendium, qui pro tempore suum commodare requiritur obsequium.concordat c.quicunque.& ca.ecclesiasticis. ead.causa & q.& 10.q.2.precarię.facit c.de multa.in fi. vbi cum scientibus & nobilibus beneficiorum gratia dispensatur:tamen certum est,vel saltem verisimile,ꝙ nobiles habent patrimonium: sed non tenentur illud expendere militando ecclesiæ , vt propriis stipendiis militent &c.

¶AD SOLVTIONEM condescendens huius dubij,Saluatoris inuocato præsidio,dico gl. & doc.in hoc multum variasse,& nimirum cùm iura & rationes multum pro vtraque parte videantur profectò vigere. Nam gloss.in c.quoniam.16.q.j.videtur velle intelligere,omnia iura prohibentia extensionem manus ad bona ecclesiastica habentibus patrimoniũ,quãdo clerici tales nõ deseruiunt ecclesiis:sed certe hæc solutio nõ satisfacit:tum etiam,quia pauperes clerici nil debent consequi ab ecclesia,si non deseruiunt.in cap.conquerente.de cleric.non resid.maximè habito respectu ad tempus illorum iurium,quando omne beneficium requirebat residentiam,cùm propter officium sit principaliter fundatum beneficiũ,vt in c.fi.de rescri.lib.6. & quod not.Io.de Lig.in cle.gratiæ.eo.tit.tũ quia multa

ex illis iuribus loquuntur expresse in deseruientibus, vt in d.ca.illi qui.& c.episcopus.& c.sacerdos. cum si. glo.in c illi qui.12.q.j.ponit quatuor solutiones. ¶Prima,quia iura prohibentia hanc accumulationem patrimonij & beneficij,loquuntur de constitutione: sed certè non satisfacit ista solutio omnibus contrariis, cùm ex eis plura dicant,quòd tales iudicium sibi manducant & bibunt. & quòd hoc non faciunt sine graui peccato,vt supra colligere potes ad partem negatiuã. ¶Secunda solutio huius est, quòd loquantur illa iura de clericis vagabundis.certe nec solutio ista satisfacit omnibus contrariis,cum multa loquantur de seruientibus,vt innuit illud c.qui accepturi erãt &c. Si enim essent vagabũdi,non fuissent aliquid accepturi, de appellation peruenit.& de cleri.non residentib.conquerente.& c fi.ad idem c præallegatũ.c.sacerdos.vbi expresse dicitur,quòd illi debent de bonis ecclesiæ participare,qui nõ habent vnde viuant.subiungens,quòd de his intelligitur dictum Apostoli: Qui altari seruit, de altari viuere debet &c. quæ sola verba luce clarius innuunt,ꝙ loquantur non in vagabũdis,immò in seruientibus.& facit d.c.episcopus.12.q j. ¶Tertia solutio datur pro illa glo.quod iura loquuntur de obligationibus,quæ talibus non sunt communicãdæ:hæc solutio etiam non satisfacit omnibus iuribus supra allegatis pro contraria parte.maxime ca.sacerdos.j.q.2.& c.episcopus.12 quæstio.j habentes patrimonium, possunt bona ecclesiastica habere,non vt sibi seruiant,sed vt distribuant pauperibus:sed hæc non est propria,immò sapit contrariam opinionem,& potest viuere ex redditibus beneficij glo.in c.clericos j quæst..2 cõfirmat aliqualiter de solutionibus præmissis, & vltra eas dicit,quòd illa iura quæ videntur probare vsum rerum ecclesiasticorum in habentibus, possunt intelligi de quarta pauperibus debita , quæ dari prohibetur habentibus.subiungens,quòd si habẽtes,de bonis ecclesię suscipiunt vel absentes,vel præsentes, licèt non debeat eis denegari portio,quia nemo cogitur suis stipẽdiis militare,mortaliter peccant,pręsertim si ex cupiditate,sua reseruant.Et aduerte quia in hoc vltimo nõ apparet,an loquatur illa glossa quando suscipiunt de quarta debita pauperibus,an de quibusdam bonis ecclesiasticis.

¶Sed contra solutionem pręcedentem facit aperte dictum c.sacerdos.quod videtur velle,quòd illud dictum,qui altari seruit &c.debet intelligi de nihil habentibus:& sic videtur etiam,quòd de quibusdam bonis isti abundantes nihil debent habere.Inno.in c.episcopus.de pręben.dicit,quòd licèt ordinarius nõ cogatur prouidere ordinaria habenti ex matrimonio,vnde viuere potest:tamen non credit,quòd habens beneficium,viuere debet de patrimonio,sed de altari,per c. cùm secundum.de prębend.Ad cap.pastoralis.pro cõtraria parte respondetur.quòd.ibi intendit actor canonico prouidere,ne de patrimonio auarè thesaurizet, & bona ecclesię expendat.alias autem,secũdum eum, bene licet bona sua conseruare heredibus, & bona ecclesię expendere.Idem sentit in capi.postulasti. de rescriptis.vbi dicitur,talem patrimonium non indignè accipere de rebus beneficij,si bene dispenset. ¶Sed aduerte,quòd licèt communiter allegetur & teneatur hæc opinio per illud capi cùm secundum Apostolum. quod allegat Innocẽ.tamen in veritate ad illud c.cum secundum,facilime respondetur per d.cap.sacerdos.j. q.2.vbi expresse tex.dicit illam authoritatem Apostoli,intelligendam de seruientibus nil habentibus.& sic toleratur dictum suum per d c.sacerdos.potest tamen dictum suum saluari,prout infra dicã: sed nõ per illud ca.cùm secundum.Ostien.in ca postulasti.præallegat. dicit,quòd qui ordinauit eum,ex quo habet patrimonium,habet contra ipsum exceptionem.& hoc est planum in c.tuis.& c.episcopus.de præben.titulo autem ecclesiastico possunt tales vti,dummodo tamen seruitium ecclesiæ faciant,honeste viuant,& prauam intentionem non habeant in thesaurizando,vel ditando parentes:nec etiam propriis stipendiis militare tenẽtur. de præscri.cum ex officij.alias,si seruitium non faciãt, vel in malos vsus expendant,pœna suos teneat auctores.& dicit Ostien.ꝙ si sibi non credant,credant Hieronymo.& pro certo.quorum dicta habentur in iuribus supra allegatis pro contraria parte, concludens tãdem,ꝙ si iura in hoc deficient,propria sciẽtia & naturalis ratio illos conuinceret. ¶Et licèt hoc dictum Osti.demulceat aures,& videatur in idem recidere cũ Inno.tamẽ huius dictum videtur cõtra præallegatum c.sacerdos.& ca.episcopus:quia prorsus debent abstinere secundũ illa iura,ex quo habent vnde viuant.nec consũmptio ad bonos vsus,eos excusat:quia non debet quis alere etiam vt bene dispenset,vt in ca.pcariæ. 10.q 2.debet enim,vt dispẽsator,ecclesia illa distribuere in pios vsus à iure deputatos:non autem capere tanquam sibi debita,& nomine proprio dispensare etiam ad bonum vsum,vt in d.c.precariæ.tamen opinio Inn. & Ostien communiter tenetur per omnes doctores,& per Io.de Lig in cle.gratiæ.de rescrip.& Archid.Hug. in c.clericos.j.q.2.illi qui.12.q.j.respondit Hug.in cap. clericos ad iura quæ videntur contraria,quæ loquuntur secundum antiqua tempora nam in primitiua ecclesia reditus ecclesiarum erant tenues & exiles,& ex eis prouidebatur indigentibus secundum quod vnicuique opus erat,arg.12.q.j.c.quia tua.& hæc respõsio videtur satis bona.Sed ego pro clarissima solutiõe huius dubij facio præsupposita.

¶Primum est,quia olim in primitiua ecclesia omnes credentes in Christo,habebant omnia communia, & sic clerici nihil habebant proprij 12.quæstio.j.cui portio.& c.certe.& de hoc per gl.ibi in summa. Sed postea fidei fauore quiscẽte,nedum lasciui Christiani, sed etiam clerici seculares inceperunt possidere & tenere propria:& nonnulli clerici hoc faciebant clàm,ostendebãtque se sanctiores quàm essent,vt in d.c.certe.& tunc videbatur valde indecens,vt clericus etiam seruiens ecclesiæ,reciperet portionem ab ecclesia,cũ haberet patrimonium,cuius detentio videbatur detestabilis,cum videretur illicitum,detinere proprium contra vestigia Apostolorum:multo magis videbatur detestabilius,tenere patrimonium,& cum hoc percipere de bonis ecclesiæ:sed si volebant tenere propria, & abstinere à bonis ecclesiæ:tunc aliqua tenus excusabãtur:quia quodammodo videbantur relinquere sua, cũ incontinenti propriis rebus abstinebant,vtentes aliis rebus ecclesiæ,quæ dabantur eorum labori: & iste est proprius casus,si bene ponderetur,in ca.illi qui.12.q.j. postmodum magis euaserũt tepidi,nec videbatur honor tenere bona temporalia,eísque non vti, & inceperunt licitè & passim omnes clerici & palã tenere propria,ex quo eis non renuntiauerant,vt in dicto c.certè:& in c.sint manifestæ.12 q.j.& 12.q.4.& incipit quodammodo cessare ratio illius c.illi qui.12.quæstione.j. posita in princ.

¶Secundum præsuppositum est,ꝙ olim in primitiua ecclesia tempore apostolorum,omnia bona oblata ecclesiæ videbantur,& eorum preciis, subueniebatur omnibus communem vitam ducentibus,& aliis pauperibus indigentibus.sed postmodũ apostoli & alij fideles videntes melius fore, si bona sic oblata conseruarentur ecclesiis matricibus.& ex eorũ reditibus subuenirent indigentibus.quàm si venderent,quia ex venditione,precio consumpto,sæpe imminebant necessaria,& nõ erat vnde subueniret:fuit statutũ,vt bona nõ venderentur, sed ad vsum prædictum conseruarentur ecclesiis matricibus,& ipsi haberent potestatem dispẽsandi.de hoc est text.nota.in c.videntes.12.q.j. & sic, si bene ponderetur,hoc ex primæua institutione rerum eccle

ecclesiasticarum fuit, vt subueniretur indigentibus: & sic nimirum multa iura dicunt, quòd clerici habentes patrimonium, non debent quicquam percipere ab ecclesia. quantumcunque deseruirent: quia in eis tûc causa deputationis cessabit & detentionis bonorum temporalium: sed postmodum creuerunt facultates in fide, vt vellét deseruire ecclesiis cathedralibus, fieréntque ex eorum bonis quatuor partes, quarum vna deberetur episcopo, alia clericis, tertia fabricæ ecclesiæ, quarta pauperibus, vt dicto cap. quatuor. & capitu. de reditibus &c. ¶Item fuit ordinatum, vt nulla eccle
16 sia ædificaretur, nisi prius dos † assignaretur pro ministris. de consecration. distinction. prima. capi. nemo. & de consecration. ecclesiæ vel altar. cum similbus. & sic hodie bona temporalia deputantur ecclesiis principaliter pro ministrorum subsidio. ad idem capi. pastoralis. de his quæ fiunt à prælat. & capi. de his. de eccle. ædifi.

¶HIS PRAESVPPOSITIS, infero ad claram decisionem huius dubij, & concordantiam omnium iurium variè ad hanc materiam loquentium, valet quòd habito respectu ad statum primæuæ ecclesiæ precedunt iura quæ videntur velle, habentes patrimonium, non posse participare de bonis ecclesiæ, vt quia videbatur horror & detestabile vt tenerent propria, quia tunc bona ecclesiastica fuerût deputata ad vsum duntaxat indigentium, vt supra dixi. Sed cùm succedenti tempore ista duo cessarent, quia & clerici palàm & permissione ecclesiæ inciperent habere propria. & bona ecclesiastica fuerunt principaliter deputata pro ministrorum alimonia, surrexerunt alia bona: & ratio naturalis vrget, vt quantumcunque clerici habeant bona patrimonialia, nihilominus possunt viuere ex bonis ecclesiæ, non tanquam indigentes, sicut in primo deputatione erat indultum: sed tanquam seruientes, quia dignum est vt non cogantur propriis stipendiis militare. ex quo enim licitè tenent propria, non sunt priuandi à propria mercede. c. fin. de magistr. & capit. extirpandæ. de præbend. cum similib. & ideo cap. fina. j. quæstion. 2. dicit, quòd omnes clerici qui ecclesiæ fideliter inuigilant. deseruiúntque, stipendia consequãtur, vnde pondera bene verbum, omnes. compræhendit enim tam diuites, quàm pauperes, vt ibi etiam not. doctor.

¶Item pondera verba sequentia, quæ volunt clericos stipendia consequi, non propter indigentiam, sed propter lobores & seruitium Et nota quia dicit secundum seruitij meritum, non autem dicit. secundum indigentiæ qualitatem. secundum ergo temporû diuersitatem, iura variè processerunt. simile not. 12. quæstio. j. in summa. & secundum hæc tempora potest defendi Innocent. & Ostiens. & per hoc clarè patet responsum ad omnia iura côtraria. possunt ergo clerici de bonis patrimonialibus disponere tam inter viuos, quàm in vltima voluntate ad eorum libitum, dummodo primã intentionem non inducant. pro hoc cap. j. & capi. quia de testamen. & 12. quæstion. 5. per totum. & de bonis ecclesiæ, cui seruiunt, vitam ducere debent. non autem possunt petere ab ecclesia vniuersali, tanquam indigétes. in hoc casu possunt intelligi multa iura, supra allegata in contrarium, vt c. quoniam. 16. quæstion. j. & ca. clericos. & c. pastor. j. quæstion. 2. cum similibus. sed de propriis beneficiis sic, quia tunc recipiunt nô tanquã indigentes, sed tanquam seruientes, vt laborum suorû mercedem &c.

¶Hæc quæstio disputata fuit per dominum Nicolaum de Sicilia, decretorum doctorem famosissimum, in amplo Senensi studio, Anno Domini 1423. die verò 25. Ianuarij, & ad vtranque partem dubiorum respondit spectabilis & generosus vir dominus Gandelphus Diarogonen. in iure canonico elegâter peritus. Et interessente in disputationis actu prælatorum, magistrorum & doctorum copia, qui Senas concilij generalis causa venerant.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Collatio patronatus sine consensu episcopi an valeat.*
2 *Ius patronatus ecclesiæ solum transit in heredes sanguinis.*
3 *Ius patronatus an laico conferri possit, & nu. 5.*
4 *Laicus in rebus ecclesiasticis nulla fuit data facultas. & vide supra num. 3.*
5 *Non est in potestate patroni, de iure patronatus liberè sicut de alijs bonis disponere.*
6 *Collatio beneficij patronatus per episcopum facta, patrono neglecto, an teneat.*
7 *Spes sola habendi aliquid vltra sortem, cõstituit hominem vsurarium.*
8 *Pensionem annuam recipiens pro locatione agri, nõ peccat.*

CASVS.

Quæstio 5.

AVGERIO patronatum in basilica Nicostrati iure sibi delatum, Plautius laicus mera liberalitate contulit ad eandem vacantem patrono neglecto imminẽte adhuc tẽpore electionis & præsentationis à iure statuto, Antiste actorẽ cleri cũ instituit. quadrimestrí denique elapso, Plautius filio herede superstite, diẽ persoluit extremũ. quo minime accersito, donationem paternã & ratificauit episcopus, & ipsius consensu preciosum precium basilicæ Nicostrati ab orphanotropho, cui tempore vtendum eidem ecclesiæ, quingentis aureis donatur, recepit Augerius ab ingenti & famoso orphanotropho alia quingenta quæ prorsus contulitita, vt ab eo in vita cõmuniter annis singulis reciperet quinquaginta.

EX FACTO constituto, quatuor in discrepationem adducuntur ¶Primam, nûquid dicta patronatus collatio iure subsistat, saltem à Senensi præsule, dicto tempore, accedente consensu. ¶Secundum, an basilica Nicostrati vacet, institutione non obstante prædicta. Tertium, vtrum contractus initus inter Augerium & basilicam Nicostrati, sit vndique licitus, iuris solennitatibus non neglectis. ¶Quartum, si conscientia refrãgante, valeat Plautius quinquaginta ab orphanotropho recipere. ¶Circa primum dubibm hoc procedam ordine. ¶Primo nanq; quinq; formabo motiua ad partem affirmatiuam, secundo totidem ad partem negatiuam, tertio solutionem subiiciam.

QVOD AVTEM huius iuris patronatus collatio iure subsistat, etiam submoto episcopi consensu, probatur primo ex eo, quòd liberum est cuique, de re sua ad libitum disponere per modos à iure non improbatos, siue velit disponere in religiosa loca, siue in priuatas personas, vt in c. de his in fi. infra de sepul. & l. in re mandata C. manda. & in §. per traditionem. institu. de re iudi. sed patronatus nullibi aperte reperitur prohibitus, quo minus ius sibi competens possit in alium transferre, ergo &c. quinimmò expresse videẽ sibi permissum, vt in c. illud. de iure patrona, & in capi. vnico. eodẽ titul. lib. 6. vbi expresse probatur, quòd loco religioso sine episcopi côsensu donari per patronû potest

quod etiam laicō donari videtur. probatur in c. ex literis. & in c. cùm seculum. eod. tit. Vbi transit in laicū cum vniuersitate villæ vel feudi. ergo sine vniuersitate. non debet enim hoc titulo gratuito cōsiderari vniuersitas. nam si non posset donari, seu aliter transferri in laicum, non transiret cum vniuersitate illata, cū posset illud ius exerceri absque eo quod eatur ad villam seu vniuersitatem ad hoc quod not. in l. si mercedem. in fin. ff. de action. emp. & satis est hoc iure expressum. non enim prohibetur, & materia est permissa ad hoc quod notatur supra in c. 2. de transla. prælato. & facit à contrario sensu per locum à speciali c. de iure. de iure patrona. vbi translato iure patronatus in quēdam laicum, papa mandauit, quòd si constaret illum sciuisse quòd contractus censeretur nullus, quod cùm sit annexum spirituali, vendi non potest, ergo à contrario per modum gratuitum potuisset in illum transferre & de hoc videtur casus ad literam in capi. ex insinuatione eodē titulo ¶ Secundò quòd saltem accedente &c. ex postfacto episcopi cōsensu valuerit. videtur expresse probari in cap. cura. & cap. suggestum. de iurepatro. vbi expresse dicitur, quòd ex donatiōe laici potest donatarius ecclesiam sibi retinere, si diœcesani episcopi habuerit postea consensum ¶ Tertio videtur probari per c. si qua de rebus 12. quæsti. 2. vbi dicitur, quòd per alienationem de rebus ecclesiæ, sede vacante factam, potest episcopus nouiter creatus ratificare & approbare, si decidit in vtilitatē ecclesiæ. & sic est ibi casus singularis, in quo cōsensus authorizabilis potest ex postfacto interuenire, ergo idem dicendum in casu nostro. ad idem cap. quod in dubiis. de renuntiation. vbi permittitur, quòd renunciatio beneficij in manibus laici præiudicat ipsi clerico renuncianti, adeo quòd episcopus potest ex postfacto illam renuntiationem ratificare, seu illum sic renuntiantem, illo beneficio spoliare. & dicit ibi gloss. quòd licèt quantum ad ecclesiam vel superiorem, illa renuntiatio non tenet, vt ibi & capit. admonet. eod. titul. ipse tamen renuntians non potest eam repetere: quia quo ad se, tenuit. licèt enim sit inutilis, habet tamē in se tacitum pactum, vt repetat sicut acceptilatione. ff. de acceptilatio. l. acceptilatum: & 7. quæstion 1. cos. hæc glo. quæ solet ibidem allegari, no. in c. quod Dei timorem de statu regu. dicit, quòd renuntians sine superioris authoritate tali beneficio, nō potest administrare. ita videtur dicendum in proposito, quòd sine episcopi consensu non potest patronus in laicum patronatum sibi competentem transferre: tamen quo ad se & sui præiudicium, debet dicta donatio valere, & per consequens ipsius heredis, cùm non potest heres venire contra factū defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vendication. not. in c. 1. de testam. & vl. potuit ergo episcopus ex postfacto danare, vel eius filio etiam herede non vocato, illam donationem approbare. ¶ Quartò adducuntur multa iura, quæ videntur probare, quòd saltem de iure canonico potest ratihabitio & consensus sequi, & actum inutilem validare. 16 quæstion 1 c. fin. de his quæ fiunt à præla ca. 2. & 3 & quod ibi nota. de electio. & iunge 9 quæstion 2 si tibi ex nunc, s. tempore adhibiti consensus: vt not. gloss. in regu. ratum. de reg. iur. in 6 ¶ Quintò & vltimò adduco tex. iuncta glos. quem sequitur ibi Cyn. in l. final. C. ad Macedonia. vbi dicitur, quòd si citra patris impressionem vel mandatum vel voluntatem pecuniam traditam accepit filiusfamilias postea autem pater ratum habuit contractum, perinde est, ac si ab initio voluntate patris vel mandato, filiusfamil. pecuniam traditam accepisset. ratio enim est, quia omnis ratihabitio retro trahitur, & confirmat ea quę ab initio secuta sunt. & quærit ibi, nunquid pater inuito filio potest habere ratum, & sic teneatur ac si esset filius. & concludit multum notab. quod sic. Idem ibi Cyn. dicens, quòd exceptio non tantū fuit inducta in fauorem filij, & odiū creditoris, quantum in fauorem parentum. l. 1. ff. eodē titulo. Pater ergo in cuius fauorem principaliter illud beneficium fuit inductum, vt in laicum sine episcopi consensu ius patronatus transferre non potest: præsupposito quòd ad hoc iure expresso cauetur: attamen ex quo episcopus nomine ecclesiæ vult appellare, non debet donator vel heres impedire, cū hæc prohibitio non emanauerit in fauorem patroni, sed episcopi vel ecclesiæ, cuius personā gerit ipse episcopus. & hoc videtur velle illa capitula, cura. & suggestum supra allegata.

¶ IN CONTRARIVM ad partem negatiuam, quòd dicta collatio patronatus non valuerit, arguitur primò: Pater nō potest preiudicare filio in iure patronatus liberorum. transit enim in filios, etiam si non sint heredes. l. filij. ff. de iure patrona. l. iusiurandum. in §. fina. ff. de oper. liber. etiam si patris bona publicarentur. l. eorum. ad legem iul. maiest. & nota. in l. 3. ff. de interd. & re. ergo idem in iura patronatus ecclesiæ, quod tenet glo. in c. constitutum. 16. quæstio 1 & Laud. vt recitat Archid. in c. 1. de iure patron. libr. 6. pro hoc facit, quia ius patronatus conceditur patrono gratiose propter ecclesiæ impensam, nō ergo debet transire in extraneum, qui est prorsus alia persona ab ipso priuilegiato. facit quod in simili habetur in authēt. de alie. & emphy. & loc. §. emphyteosim. coll. 9. vbi dicitur, quòd emphyteosis alicui concessa & eius heredibus, nō trāsit nisi in descendentes. ius ergo patronatus cōcessum fundatori & heredibus, videtur concessum filiis: quia in iure non trāsmissibili ad extraneos, appellatione heredum comprehenduntur filij tantum. vt nota. in l. gallus. §. etiam, de liberis & posthum. & in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. facit c. filiis ac nepotibus. 16. quæstione 7. ¶ Secundò de hoc videtur casus in c. præterea el. 2. de iure patro. coniungendo finem cum principio, coniuncta gloss. 1. vt ibi patet, quòd patroni non possunt pro sua voluntate ius patronatus in alium titulo donationis vel emphyteosis vel alterius contractus transferre. ad idem c. illud. eod. titu. maximè ponderato ver. licèt. quod venit aduersatiuè ad præcedentia, innuens quod laicus non potest dare, licèt religioso loco conferendo, liberam habeat facultatem. facit etiam c. illud. in fi. & c. nullus. eod. titu. ¶ Tertiò probatur, quòd episcopi consensus accedens, non habuit illam donationem validare. Cùm enim iste sit consensus authorizabilis, non potuit ex postfacto interuenire: vt in l. si quis mihi bona. §. in possessiōe. ff. de acquirenda heredi. & in §. tutor. insti. de autho. tuto. & in l. obligari. §. tutor. eod. titul. notat Innon. in c. cum consuetudinis. de consuet. & in c. 1. de reb. eccle. non alien. in 6. ¶ Quartò & vltimò facit: certum est saltem communi opinione, quòd ex donatione solius laici, ius patronatus non fuit donatario quæsitum, vt probat à cōtrario sensu. dict. c. 1. de iure patronat. libro 6 & text. in c. prętèrea. eodem titulo. ergo remansit patronus: quia dominium quod alteri non quæritur, ex iuris impedimento mihi non aufertur: vt in l. nec vtilis. ex quibus causis maio. no. in l. quod meo ff. de acquiren. pos. facit ratio l. si quis vi. eodem titul. videtur enim sub conditiōe donasse, scilicet si donatarius eam acquireret. trāsit ergo in filium heredem 16 quæstio. 7. ca. si plures heredes. de iurepatro. c. 1. & 3 & in cle. 2. eod. titul. cum simili. Ratificando ergo episcopus non potuit illam donationem nullam validare: non ex nunc, cùm interuenerit filij patroni consensus. 16. quæstione 7. monasterium. nec ex tunc, quia non potest illa confirmatio retrotrahi cum filij præiudicio, cui in eo tēpore fuit ius quæsitum. in c. quamuis. & c. si pro te. de rescrip. libro 6. facit quod notat Ioannes Andr. in regul. sine culpa. de regulis iur. in 6. vbi concludit, quòd legitimatio superueniens, non præiudicat secundo genito, cuius ius succedendi in totum erat vigore cōsuetudinis quæsitum.

& idem Bar. no. in l. ex facto. de vulga. & pupil.

¶AD SOLVTIONEM huius certaminis Iesu Christi Saluatoris, eiúsque piissimæ genitricis auxilio humiliter inuocato, códescendens. dico q duo principaliter sunt videnda ¶Primo, nunquid dicta patronatus collatio sine episcopi † consensu valuerit. ¶Secúdo, præsupposito q sine consensu episcopi non sit efficax, an episcopi consensus vel assensus donatoris, præsertim mortuo filio herede non vocato, accedens illa habuit roborare. Circa primum doctor. nostri in varias se diuisere sententias. Laur. quem sequitur Archi. in c. j. de iure patron. lib. 6. dicens patronum non posse in filiorum præiudicium à se ius patronatus abdicare. Respondeo, quod habetur in canone vnde trãsit ad filios, etiam si heredes non sint. arg. in l. filij. de iure patron. & quod no. in l. 3. ff. de interdic. & releg. hoc idem videtur firmare gloss. in c. constitutum. 16. q. j. sed hæc opinio merito reprobatur, nam si in aperto obuiat c. significauit. de iure patro. & tenuit renunciatio, & in præiudicium succedentium. ad idem c. j. de iure patro. lib. 6. & c. illud. & c. ex insinuatione. eod. tit. in quibus aperte dicitur, quod ecclesiæ seu religioso loco libere, etiam sine episcopi consensu, potest donari.

¶In hanc contrariam sententiam videtur postmodum inclinasse gloss. in c. considerandum. 16. quæstio. 7. nec verum est, quod ius patronatus ecclesiæ transit so-
2 lum in heredes sanguinis, † cum transit communi sententia etiam in extraneos: si enim transit in emptorem villæ cum vniuersitate illius villæ, ergo vt in capit. ex literis. & in c. cum seculum. & hanc opinionem, quod transeat ad heredes etiam extraneos, communiter sequuntur moderni. responsio tamen Inno. & Ioan. And. mihi non placet. non enim sequitur, transit cum vniuersitate villæ in extraneum, ergo & cum iure hereditatis. Do instantiam: iura sepulchorum, licet religiosa, transeunt cum vniuersitate villæ in extraneum, si per publicum non est ad illa aditus: vt in l. si mercedem. §. fi. ff. de actio. emp. & in l. in modicis ff. de contrahenda em. attamen non transeunt in heredem extraneũ, quo minus liceat filiis etiam heredibus non institutis ibidem habere ius sepelliendi, vt in l. familiaris. cum l. sequen. ff. de reli. & sumpt. fu. mihi tamen placet opin. vt transeat in heredes etiam extraneos. pro quã adduco c. filiis. 16. quæstio. 7. & c. considerandum. & cap. si plures. ea. cau. & quæ. & c. 2. & 3. cum multis similibus. in quibus similiter fit mentio de heredibus fundatoris. & cum in iure non habemus contrariũ, debemus verbũ, heredes, proprie capere: & sic veniunt omnes successores, vt in l. heredis appellatione. ff de verbo. sig. & in l. antiquitas. C. de vsufru. cum similib. A verbis autẽ non est recedendum, nisi aperte de intentione contraria constet. vt in l. non aliter. ff. de leg. 2. & c. fi. de verb. signific. & maxime probat dictum c. filiis. vbi fit mẽtio de filiis, nepotibus, & aliis honestioribus propinquis. ¶Secunda opi. fuit Inn. prorsus cõtraria huic, dicens patronũ etiã laico posse donare. licet episcopi consensus non accedat. hanc opi. firmauit in c. illud. & c. præterea. & c. nullus. de iure patro. principaliter per c. ex insinuatione. eo. titu. Ad c. præterea. quod suæ opi. videtur obuiare, respondetur dupliciter: Vno modo, q non loquitur in patronatu, sed aduocato. Et ratio diuersitatis secundum eum est, quia patronatus est quasi ex debito, sed aduocatio ex gratia tantum. ¶Secundò respondetur, quòd intelligendo etiam de patronis, debet intelligi, quod non potest donare eo modo, quo ibi donabat, scilicet cum potestate exigendi & grauãdi, vt ibi dicitur. hanc opi. originaliter tenuerunt Hug. & recitat Archi. in c. piæ mentis. 16. quæst. 7. & Ioan. And. vt refert Io. Mona. in c. illud præalleg. & etiam Vincen. vt recitat ibi gloss. & tenet glo. in c. nostri. 23. quæst. 4. sed potest illa gloss. intelligi, quando fit ecclesiæ, vt colligitur ex præcedentibus. ¶Tertia fuit opin. Bul. glossatoris, vt sine consensu episcopi laico donari non possit. vt no. in c. illud. & c. ex insinuatione. Respondetur, quia ibi interuenit episcopi consensus, vbi nõ fuit vera donatio, sed remissio. vt supra in articulis dixi. hanc tamẽ opin. sequuntur multi in d. c. illud. & Archid. in d. ca. piæ mentis. præalleg. & in c. vno. præalleg. lib. 6. eod. titu. & sequuntur communiter moderni in pia causa: & primo adduco c. prædictum præterea in fi. & d. c. vnicum. A contrario sensu, secus, si detur loco religioso vel ecclesiæ, vt in d. c. vno. & ca. illud. diuersitatis ratio est, quia ex donatione facta laico, ecclesiæ cõditio deterioratur, cùm soleant laici ecclesiæ esse nimium infesti. 2. quæstio. 7. laicos. & c. laici. Sic enim fit ecclesiæ melioratio, cum eripiatur à manibus laicorum. argu. c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à præla. ¶Item si clerici excedunt metam, facilius possunt compelli, quàm patroni laici. 59. distinc. iudicatum. & quod ibi not. requiritur ergo episcopi consensus in donatione fiendã laico, vt episcopus videat, an expediat ecclesiæ vel nõ. ¶Item propter timorem fraudis vel fictæ venditionis. argumen. de diuor. c. quanto. in fin. de hoc ergo inquiret: si non inueniet expedire. denegabit assensum. argu. ca. prouida. de elect. in 6. & hic fraudis timor multum mouet Io. And. ad hanc opin. seruãdam, quam sequitur Frede. consi. 208. dixit tamen Archidiaco. in locis præallega. quod clerico etiam proprio nomine accipienti, poterit sine consensu episcopi fieri donatio, & sic intelligit dictum c. præterea. aggrauatur omni prauitate. ad hoc ff de ser. vrban. prædio l. seruitutes. §. stillicidium. alias bene valet dictũ c. ex insinuatione. ¶Quartam opinio. sentit Hosti. in d. c. illud. dicens, quod cum episcopi consensu potest vnicuique ius patronatus donari. allegat c. nullus & c. præterea. de iure patron. sine consensu episcopi non nisi ecclesiæ vel clerico recipiẽti nomine ecclesiæ. remittit tamen ad ea quæ no. in summa eod. titul. §. qualiter transfertur. ibi tamen non distinguit, an clericus recipiat nomine ecclesiæ, vel non, sed simpliciter dicit, quod clerico donari potest. domini de Rota decisio. 254. in antiquis tangunt incidenter primum, sed principaliter secũdum sentiunt, tamẽ, quod sine episcopi consensu non valet donatio laico facta, vt ius patronatus ex sola laici donatione acquiratur laico, sed cum episcopi consensu.

¶Sed an consensus ille potest ex postfacto interuenire. maxime mortuo donatore, & herede filio non vocato fuerunt inter se varij: & hoc dubium non reperio per aliquem vltra eos tactum, & ob hoc principaliter hunc articulum disputandum assumpsi, quem difficilẽ reputaui: & præstitit mihi disputandi causam bonæ memoriæ doctor subtilis & bonus præteritus dominus Magnauellus vel Magnauellis Senen. qui cum hoc dubium in decora vrbe Senarum contigisset, humanitate sua me familiariter consuluit. & respõdi tunc simpliciter me non credere, talem donationem per subsequentem consensum sine temporis tractu valere. comperi dominos de Rota in decisione præallegata. varios extitisse. quidam ex eis in hanc sententiam negatiuam inclinabant, alij vero, & pro maiori parte contrariam sententiam amplexi sunt, moti principaliter propter duo. ¶Primo per capitul. cura. & per capit. suggestum. circa fin. de iure pa. vbi hæc pars videtur expressa secũdum eos. ¶Secundo, per hanc rationem: quia donatio in principio tenuit saltem in præiudicium donatoris & heredis: nam quantum ad eorum præiudicium, non requiritur necessarius consensus episcopi, cum donator disposuerit de re propria: & ideo, quantum ad eum & ipsius heredes, non debet admitti conuentio. argu. l. per fundum. ff. de seruitu. vrba. prædio. & ca. quod in dubiis. de renunciat. & ff. de donatione inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. si socer. & l. si is. C. de prædiis minor. sine decret. non alien. Requiritur ergo solus episcopi consensus secundum eos, quo ad trans-

quuntur iura per eũ allegata.sed nos loquimur in non quæsibilibus de iure communi regulariter per laicos, quæ tamen dicit,quòd si papa gratiose cõcessit alicui regi collationem beneficiorum : contra regem autem illud ius cõferendi præscribi non potest, cum nõ possit posideri,vt ipsemet no.in c.sane.& in c.peristi.cum similib.Secunda ratio sua etiam non vrget, quia dico quòd ius patronatus non est mere temporale, sed potius spirituale,seu spirituali annexum.sed dicitur partim temporale,quo ad intellectum,vt no.glos.in c.piæ mentis.16.quæstion.7.& ex priuilegio cadit in laicum. vnde ex hoc nõ efficitur mere temporale. quod patet, quia nec vendi potest, nec super eo transigi:nec iudex secularis inter laicos de illo cognoscere potest,vt in iuribus supra alle.non obst. quod trãsit in heredes, quia ex priuilegio concesso patrono pauci reperiuntur qui vellent ecclesias fundare & dotare.nec etiam obst. ca. ex literis.nec c.cùm seculum.nisi transeat in alium laicum illud ratione accessorij,cùm ius patronatus inhæret vniuersitati,ideo transit cum illa.ad hoc l.in modicis.ff.de contrahen.emp.aliàs autem per se non transiret.vt not.de iure patr.in c.j.lib.6.& in d.c.ex literis.& ratione annexionis,licet posidere duo beneficia incõpatibilia,vt in ca.super eo.de præbend. libro 6.Secundò principaliter ad hanc meam opin.induco text.not. in c.cùm apostolica.de his quæ fi.à præla.vbi habetur, quòd laicus habens ab antiquo priuilegio ecclesiæ decimas in feudum,non potest illas alteri concedere in feudum,nisi ecclesiæ vel loco religioso ex cõsensu episcopi,& per illum text.clare innuitur à contrario sensu,quod laico cõcedere non potest etiam de episcopi consensu. tamen quia alius laicus non est capax illius iuris spiritualis,vt facilius iura spiritualia redeant ad ecclesias,& tamen regulariter quis potest feudum infeudare alteri,vt in ca.j.§.similiter.de leg.Corradi.in col.10.not glo.in c.quæ in eccle.de consti.sed quia decimæ sunt iura spiritualia,& gratiose olim laicis concessæ,non possunt aliàs titulo licito alteri laico concedi etiam de consensu episcopi,vt per illum tex.& alias rationes.& per c.ad hæc.& c.quanuis.de deci.& c.prohibemus.eo.tit.communiter damnant gl.minus bene tenuit contrarium,quòd laico de cõsensu episcopi potest infeudari.

¶Tertiò principaliter me mouet,quia cùm multa iura de hac materia loquãtur,nullibi reperitur expressum nec directe,nec indirecte, quod laicus etiam de consensu episcopi donare posit.immò potius contrarium videtur textus approbare in c.nullus de iure patrona. vbi ponitur regula,quod laicus nihil potest ecclesiastici iuris sine consensu episcopi monasteriis vel canonicis conferre in ecclesiis.ergo in laicis illa regula non reperitur violata,nisi cum ius patronatus conceditur ecclesiæ vel laico: & tunc requiritur episcopi consensus.vt in c.ex insinuatione.de iure patron.& in c.j.eo.tit.lib.6.& hoc,quia conditio ecclesiæ melioratur. In aliis autem stat regula, vt duo requirantur copulatiue,vt dispositio fiat in ecclesia.ꝙ cleri & episcopi cõsensus accedat.& præsupposito sine veritatis præiudicio,ꝙ valeat donatio facta laico,episcopi consensu accedente,vt habet opin.communis,quam ego veritate fulciri minime puto.

¶Puto tamen in casu nostro nullo modo eam valere,quicquid dixerint domini de Rota,eorum reuerentia semper salua. Moueor enim primò : donatio facta priuato per solum patronum , nullam obtinet vim,vt aperte ponit text.in dict.c.præterea in fin.& sic nec ad translationem iuris, nec in præiudicium donatoris, cùm tex.ibi dicat.vim aliquã decernimus non habere. vnde pondero verbum,aliquam. quod aperte innuit, nullius penitus existere firmitatis.nec habere in se aliquam particulã validitatis.ad hoc c.solicite.de maio. & obed.& quod no.glo.in cle.j.de foro compe. in ver. aut eorum.nec obst.responsio Inno.ad illum tex.dum dicitur,quòd loquitur in aduocato & in patrono,quatenus prohibet donationem.hoc enim est falsum,cùm patronus appelletur aliquãdo aduocatus,vt est expressum in c.cum autem.eo.tit.Cùm autem illud c.non sit sub rubr.de spolia.debet intelligi de patrono,quia nigrum est adaptandum rubro,si fieri potest,vt no.glos. in c.bonæ.de confirma.vtil.vel inutil.& in c.quæ tibi. de rescrip.lib.6.& in c.si super gratia.de offic. dele.eo. libr.hoc etiã alio modo probatur ex illo tex. nam cùm in principio fecisset mentionem de aduocatis ecclesiarum,tum statim subiungit in ver.præcedenti,declarãdo & ampliando,ꝙ dixi,præsente decreto statim eos,siue aduocati,siue patrõi,siue vicedomini,siue custodes vel guardias habentes,vel quocunque alio modo censeantur.

¶Ex quibus verbis clare innuitur,quod id,quod dixerat in prin.intelligebat de patronis,qui diuersis nominibus secundũ varias locorum consuetudines nuncupantur,vt clare innuitur(alias colligitur) in illo relatiuo,eos.per quod patet,quia retulit se ad præcedentia.& ad idem illa regula,seu quocunque alio nomine censeantur,quæ innuit diuersitatem solum esse in nominibus,& nõ in substantia & ideo dicit Osti in sum. eo.tit.§ j.in fi.ꝙ patrono possunt conuenire omnia illa nomina,de quibus in d.capit.præterea.postea dicit, nisi contractus huiusmodi,quos fecerunt vel faciunt, in futurum vim aliquam decernimus nõ habere.& sic compræhendit omnes, de quibus præmiserat, & sic est ibi casus apertus.literam non cauillando,ꝙ donatio facta laico per solum patronum,nullam vim habet. ad idem videtur tex.in c.illud.ver.licet.eod.tit.iunctis præcedentibus verbis.hoc idem innuit iuris canonici regula generalis,quæ disponit,vt laici nullam facultatem habeant sine episcopo dispensare de iure spirituali vel ecclesiastico,vt in c.laici 16.quæst.7. & c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.& in c.bene quidem.96.dist. Dispositio ergo ista,inquantum voluit hoc ius spirituale vel spirituali annexum,in alium transferri,nullius penitus fuit momenti.nam pro non dato habetur , ꝙ ab illo datur,qui de iure dare non põt,vt dicit tex.in proposito in c.quod autem.in fin. de iure pa.& c. Daibertum.infra quæst.7.si ergo habetur pro non dato, ergo licitum contrauenire,vt ibi probatur.ad idem c.vnicũ eo.tit.lib.6.à contrario sensu,vbi innuitur , ꝙ talis donatio facta laico,inefficax est censenda.authoritas ergo episcopi superueniens,maxime post ius acquisitum filio,non potuit actum nullum validare. tum quia authoritas non potest ex interuallo regulariter interuenire,vt in iuribus præallegat.tum quia cum consensus episcopi fit hoc casu authorizabilis,cum præstetur super iure ad alium spectante,non potest validare actum nullum.vt in c.2.de re.permu. hoc præterea probatur inconuincibiliter.Aut enim consensus episcopi requiritur hoc casu & authoritas,aut per viam & modũ solennitatis, aut per modum simplicis consensus. si per modũ authoritatis,certum est ꝙ non potest interuenire ex post facto,vt in iuribus supra alleg.not.Inn. in c. cum consuetudinis.de consue.& in c.j.de reb.eccle.nõ alie.lib.6.& Bart.in l.si quis mihi bona.§.iussus: de acquir.her.& ipsimet do.de Ro.deci.357.probatur ex sono vocabuli.nã dicitur authoritas: quia illam præstãs, debet esse author & principalis in illo negocio, vt dicit Inn.in prælle.iuribus.& puto firmiter,ꝙ hic requiritur authoritas, cum sit probanda ab episcopo super iure patroni.nõ enim in translatione illius iuris habet episcopus aliquid participare.patet ex eo,quia sine illius consensu potest patronus ius suum dare loco religioso vel ecclesiæ.d.c.vnico.li.6. quod non posset episcopus prætendere aliquod interesse.¶Hinc dicit Inn. in d.c.j.ꝙ authoritas est maiorum consensus , non minorũ.& optime sentit dom.An.in d.c.cũ consuetudi-

¶Item contra hanc opin. Ioan. An. quem videtur ibi sequi Ioh. Gal. & communiter sequētes, vt in legato patroni potest episcopi consensus accedere ex postfacto, videtur tex. ad literam in d. l. fi. ff. communia prædi. vbi dicitur, quod si vnus ex pluribus habentibus fundum communem, legauit alicui seruitutem, & decessit, si adita hereditate consentiunt alij socij, nihil agunt. reddit tex. rationem, quia actus defunctorum nō possunt stare in suspenso. ex quo enim dies cedit legato, quod est in legato puro, adita hereditate oportet quod legatum acquiratur legatario. alias sit nullum, quia nō potest stare in suspenso. sed in casu nostro episcopus non consensit antequam filio esset hereditas acquisita, ergo statim fuit illud legatum extinctum & sic non potest procedere episcopi cōsensus, & ad hoc non aduertunt prædicti docto.

4 ¶Ex his omnibus concludo, † ꝙ patronus non potest donare laico patronatus, nec legare, etiam cum episcopi consensu: & præsupposito quod episcopi consensus sufficere, dico quod non potest interuenire ex postfacto. maxime mortuo donatore, & filio herede superstite, vt in casu nostro contingit, & patet ex his responsio ad aliqua contraria, supra in contrarium formata, quæ pro maiori claritate specifice sunt singulariter attingenda soluendo, vel ad supradicta remittendo. Et primo ad primū dico, quod hoc ius patronatus, cum sit spirituale, vel spirituali annexum, non est in libera potestate patroni, de eo sicut † de alijs bonis di-
5 sponere. patet ex eo, quia illud vēdere nō potest, vt in c. primo de iurepa. & nec super eo transigere. d. c. præterea. du trāsact. nec dicitur illius habere dominium, quia res sacræ & religiosæ non sunt in alicuius dominio. l. intantum. §. sacræ. ff de rerum diui. & sic nō ob. l. in re mandata. & c. de his. allega. in cōtrarium nec ob. capitu. illud. & c. vnicum. eo. tit. lib. 6. quia loco relioso vel ecclesiæ donare potest, quoniam per hoc melioratur conditio ecclesiæ, vt supra dixi. ¶Item cōfertur capaci, sed cum donatur laico, deterioratur ipsius conditio, quia non speratur saltem de proximo ipsius liberatio. ¶Item forte donatur laico deterioris conditionis, quam sit patronus. præterea donatur incapaci, cum laicus non sit huius iuris capax, nisi ex priuilegio & causa principalis non concurrit cum laico non patrono: non obst. quod transeat in laicum cum vniuersitate villæ. dicto capitulo ex literis. Ad hoc enim respondeo dupliciter.

¶Ex primo, quod ius, vt habens mixturam cum temporalitate, annectitur vniuersitati temporali, ideo trāsit in laicum per quandam consequentiam, & non principaliter. multa enim permittūtur in consequentiam, quæ non principaliter & per se permittuntur, vt aperte probatur in l. in modicis. ff de contrahend. emptio. & in l. si mercedem § fina ff. de actio. empt. vbi religiosa transeunt, vendito fundo, quæ per se minime transirent, vt ibi patet in hoc iure patronatus. transit enim cum vniuersitate in contractu non gratuito, dicto capi. ex literis. & c. cum seculum. eod. tit. & tamen principaliter per se transire non potest d. c. de iure. quinimmo dubitatur, nunquid vendita vniuersitate, pōt specialiter exprimi ius patronatus & cōsimilium. dicitur quòd non exprimitur. de quo plene per Ioan. Andr. in c. vnico. eo. tit. lib. 6.

¶Secundò potest respōderi, quòd ideo transit cum vniuersitate, quia patronus non potest amplius illius curam habere, cum ad illud amplius ire non potest: vnde satis probabiliter potest defendi opin. Bartol. in l. si mercedem. §. fin. præalle. vbi dicit, quòd ius patronatus existens in fundo, transit cum fundo ad capellam. non datur accessus, nisi per fundum. secus, si per viam publicā daretur aditus, sicut dicitur in iure sepulcrorum, vt in dicta l. si mercedem. & dict. l. in modicis. & quanquam Innc. & alij canonistæ sequentes communiter tenent oppositum, dicentes quod in venditione palatij vel fundi nūquam transit ius patronatus. oportet enim dicere, quod hoc facit vniuersitas rerum ad hoc, vt transeat: & reddunt rationem, quia ius patronatus potest haberi & possideri absque eo, quod vadat ad capellam, cum præsentatio fiat in absentētia. secus enim est in iure sepulcri. est enim vtile, vt ad illud habeatur accessus. Posset tament substineri contrarium. nam patronatus consequitur non solum honorem præsentandi, sed etiam onus defendendi ecclesiam & bona eius. habet enim ire ad ecclesiā, & videre an res bene custodiantur per sacerdotem. vt in c. filiis. 16. quæst. 7. no. glo. in ca. piæ mentis. ead. cau. & quæst. & ob hoc onus dubitatur, nunquid patronus possit in totū abdicare ius patronatus. vt no. per glo. eadem cau. & quæst. habet enim ius processionis, vt honoretur cum vadit ad ecclesiam. vt in c. nobis. de iure pa. & c. filiis. 16. quæstio. 7. quibus quidem iuribus iste patronus vti nō potest, si non habetur accessus. vnde satis potest acceptari, ꝙ ius patronatus trāsit cum palatio seu fundo, si ad capellam non potest haberi aditus ex iuramēto. quod non est contra opin. canonistarum, cum villa seu vniuersitas demum tunc transit, cum aliūde ad capellam aditus non habetur. alias autem non debet transire, cū sit ius commune omnino separatum & distinctum ab vniuersitate & videtur probari in dictis legibus proxime alleg. & si hoc est verum, est solennis noua limitatio ad c. ex literis. & c. cum seculum. & capitul. de iure alle. pro contrario. Respon. quod Papa se retulit ad propositum casum: ex verbis enim narratiuis nō debet sumi argumen. à contrario sensu, vt no. in capi. publicato. de ele. ad c. ex insinuatione. potest enim multipliciter responderi. Primo, vt ibi dicit, quod ibi nō fuit mera donatio, sed potius quædam remissio, cum illud ius competeret ambobus fratribus insolidum: sed mihi illa solu. non multum placet, propter verbum, habebat: quod est singularis numeri & verbum, cōtulit. & ideo satis potest teneri opin. Archi supra recitata, vt clerico possit donari, quia melioratur conditio ecclesiæ, & donatio fit capax.

¶Ad secundum principale argumentum de c. cura. & c. suggestum. in quibus clare dicitur, quod episcopi consensus potest interuenire ex postfacto: Respondeo, quod illa iura non loquūtur in donatione iuris patronatus, sed ecclesiæ, vt in eis patet: erant enim quidam, putantes quod vigore iuris patronatus possunt conferre ipsam ecclesiam collegio aut ecclesiæ, maxime in proprietate, nec illa iura loquuntur. pertinet enim ad episcopum, vt in cle. a. de reb. eccl. non alie & in capi. consultationibus. de dona. & capitul. pastoralis. de his quæ fi. à præla. requirebatur enim ibi episcopi consensus, non vt authoritas, quia non potest authorizare in facto proprio, sed vt causa agens. merito potest ibi cōsensus interuenire ex interuallo, & validare actū à tempore consensus prælati. vn not. glos. in regula ratum. de regulis iuris. in sexta. Sed in casu nostro secus est: quia episcopi consensus requiritur, non vt causa agēs, nec vt habens participium aliquod in iure patronatus, quia illud ius totum pertinet ad patronum. hinc est, quod sine episcopi consensu potest illud donare ecclesiæ seu loco religioso. quod non esset. si episcopus haberet participium aliquod, vt in capitul. pastoralis. de dona. non potest ergo in translatione illius iuris requiri consensus episcopi, nisi vt authoritas. Fateor tamen, quod iura quandoquè vtūtur promiscue & improprie his vocabulis. nam authoritatem quandoquè appellant consensum, quandoquè contra, vt patet in capitu. cum apostolica. de his quæ fi. à prælat. & 12. quæstio. secunda sine exceptione. & hoc ideo, quia authoritas nihil aliud est, quam consensus authorizabilis, vt no. gl. in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. 6. Hinc est quod ca. suggestum. appellauit authoritatem. & ca. cura ap-

pellauit consensum. & hunc intellectum ad cap. cura. sentit Io. An. in c. cum consuetudinis. de consue. & est verissimus. & sic tollitur fundamentum dominorum de Rota. Venio ad tertium contrarium, & primo ad c. si qua. de rebus eccl. non ali. Respondeo. intelligendo quod contractus ibi tenuerit à principio, licet potuerit rescindi per beneficium in inte. resti. & tenet ibi gl. non vrget in casu nostro Secūdo potest intelligi, quod contractus fuit à principio nullus: & tunc dicendum, quod fauore ecclesiæ potest ibi authoritas interuenire ex postfacto. hunc intellectum tenet ibi Hug. & sequitur glo. in capit. j. ne sede vacan. & Archid. in dicto c. si qua sed donatio fienda alteri laico, non cadit in vtilitatem ecclesiæ: & sic cessat dispositio illius c. Ad. c. quod in dubiis dico quod non probat. quod renunciatio valeat in præiudicium renunciantis immo dico, quod est prorsus nulla. quod aperte probat text. ibi, dum dicit, nullam obtinet firmitatem. & sentit ibi Ostien. & Ioh. An. in c. quanto de transla præla. vbi aperte dicit, per talem renunciationem renuncians non perdit ecclesiā immo subditi ei obedire tenentur. argumē. 8. quæst. 4. nonne. & optime facit l. legatus. ff. de offi. præsi. & fateor quod superior possit illum sic renunciantē expellere. dicto capitulo quod in dubiis. vel habere ratā illius renunciationem & hoc ideo, quia in hoc casu requiritur consensus, & non nuda authoritas episcopi. nam interest episcopi, vt ille renunciet, cum sit sibi obligatus ratione beneficij, vt in ca. cum capella. de priuileg. sed in casu nostro pure requiretur authoritas, quæ non potest interuenire ex interuallo, maxime post mortem prælati per supradicta.

¶ Ad quartum argu. satis patet responsio per prædicta. quia non loquuntur illa iura in authoritate, sed in simplici consensu.

¶ Ad quintum & vltimum argu. respondeo, quod in mutuo per filium contrahendo, non requiritur authoritas patris, sed nudus consensus. hinc est quod ratihabitio ibi trahitur retro: agebatur enim ibi de præiudicio pātris. sed nunc loquimur in authoritate interponenda. vt supra dictum est.

¶ AD SECVNDVM. dubium descendēs, formabo prius quatuor motiua ad partem affirmatiuam, scilicet quod dicta basilica Nicostrati vacet. Secundo, totidem ad partem negatiuam. Tertio ipsius dubij solutionem annectam. ¶ Primo enim, quod dicta basilica vacet, collatione per episcopum, patrono neglecto, facta non obstante, probatur per tex. apertum in capi. decernimus. 16. quæst. 7. vbi dicitur, quod talis est irrita. ad idem c. ex insinuatione. de iure patron. nisi secundū omnem intellectum instituti sine patroni præsentatione, dicuntur detentatores & occupatores. nam mandātur priuari, & beneficia compelluntur sic acquisita relaxare.

¶ Secundo adducet tex. in c. cum Bertoldus. de re iudi. non confirmatur seu instituitur præsentatus secūdo loco per verum patronum, nulla facta prius cassatione de institutiōe iam facta per episcopum ad præsentationem cuiusdam, qui non erat verus patronus, nec in possessione præsentandi. Si enim collatio facta per episcopum vel institutio, non præcedente præsentatione veri patroni, non tribueret aliquod ius. cū fuisset facta secunda, prima non cassata, etiam si prima habuisset aliquem saltem iuris decorem, vt not. in capit. inter dilectos. de exces. præla. & c. auditis. & considerauimus. de elect.

¶ Tertio certum est, quod institutio & præsentatio sunt diuersæ. & magna inter se dignoscitur differētia, vt dicit tex. in ca. in illis. de præben. libr. 6. præsentatio non pertinet ad patronum, vt in c. nobis & quādo per totum. de iure pa. sed in ecclesia patronata non collatio. sed institutio pertinet ad episcopum, vt in d. ca. decernimus. & de iure pa. per totum, hinc dixit Iohā. An. super regula, quod alicui gratiose. de reg. iur. lib. sexto in Mercu. q hodie episcopi fundant intentionem suā de iure communi non super collatione, sed institutione: quia omnia beneficia præsumuntur habere patronos, cūm non nascantur, sed per alios producuntur in esse. cum ergo collatio, de qua quæritur, fuerit facta à non habente potestatem, quia cūm ecclesia Nicostrati haberet patronum, non collatio, sed institutio pertinebat ad episcopum: ergo fuit ipso iure nulla: quia pro non dato habetur, quod ab alio datur, qui de iure dare non potest, vt in dict. cap. Daibertum. j. quæstion. 7. & cap. quod autem. de iure patr. & cum olim. de caus. pos. & propriet. & in cap. querelam. de ele & ca. ad aures. de tempo. or. per totum hinc est, quod si Papa mandat prouideri de beneficio spectante ad collationē alicuius, non venit beneficium ad illum pertinens respectu institutionis, nec econuerso, vt dicit text. in capit. cum in illis: quia hic sunt iura omnino diuersa. attentans ergo alterum non competens, nihil agit. de rescr. cum dilecta. de rest. spol. c. fin.

¶ Quartò & vltimò probatur sic: Vbicúque aliquid explicandum est cum aliquorum præsentia seu consensu vel consilio, non valet, si expeditur illis absentibus & irrequisitis. vt in cap. cum in veteri. de elect. & cap. nouit de his quæ. fi. à præl. & c. causam matrimonij. de offic. deleg. sed ecclesia patronata non est per episcopum ordinanda, nisi consentiente patrono: quinimmo patronus debet esse author & causa mouēs. episcopus habet instituere quem designarit & petierit, vt in cap. j. 19. quæstion. 5. & capit. decernimus. ea. cau. & de iure patr. nobis. & cap. illud in fi. ergo collatio facta per episcopum, patrono neglecto, debet esse nulla: & per cōsequens basilica Nicostrati dicenda vacare, collatione illa non obstante, &c.

¶ IN CONTRARIVM ad partem negatiuā adducitur. s. c. illud. in fin. de iurepatr. vbi text. videtur apertus, & collatio talis non sit irrita mero iure inspecto irritanda: sed de rigore iuris dūtaxat, quasi innuat ille text. quòd inspecto mero iure, quo cauetur, quòd vnaquæq; ecclesia est per episcopum proprium ordinanda. non deberet talis collatio irritari per absentiā patroni, sed de rigore secus.

¶ Secundò probatur ad idem sic: episcopus à iure primæuo dispositiue fundat intentionem super collatione & ordinatione omnium beneficiorum, vt dicit gl. no in c quanquam. de ele. lib 6. probatur in c. reggenda. & in c. nouerit. 10. quæst. j. & 16. quæst. 7. omnes basilicæ & c. nullus. & c. si quis deinceps. & melius in cap. j. de app. dispositio ergo gratiosa postea superueniens, prouidens patronis super iure præsentandi, & mādās episcopis super eis præsentātibus prouidere ecclesiis, nō habet inducere actus nullitatem episcopis cōtrauenientibus. ad hoc glo. quæ solet pro singulari alle. in cle. j. de iure patro quę dicit, q si mandatur alias potestatem non habenti, data certa forma, non valet actus formatus, non seruata forma. & sic loquitur c. cum dilecta. de rescrip & c. venerabili. de offi. dele. & ca. fi. de restit. spol. cum si. Aut mādatur alias potestatem habēti, & tunc tenet actus, licet non seruata forma: quia videtur hoc ille facere suo iure ex priori potestate, quā ille habebat: & sic loquitur ca. dilectus. el 2. vbi tenuit collatio beneficij facta per episcopū, licet Papa prius mandasset vt alteri conferret. ita videtur ad propositū inferendum, quod cum iura mandauerunt episcopo, alias per se potestatem habenti. vt conferat de consensu & voluntate patroni: si episcopus per se, & irrequisito patrono, conferat, quod nihilominus valet collatio.

¶ Tertio probatur validitas alia cōsideratione præsupposito sine veritatis præiudicio, q à principio fuisset nulla. attamē ex quo patronus nunquā contradixit, sed infra tempus sic præfixū ad præsentandum tacuit, videtur

videtur tacite collationi episcopi consensisse: quia est verisimile, quod neglexerit suũ ad hoc. c. 2. de his quæ fi. a præla. & quod ibi no. Ost. & Io. And. in c. ex ore. de his quæ fi. a maio. parte ca. Nam consensus patroni potest interuenire ex postfacto, vt in c. si vero de iurepa. Inn. in c. per vestras. eo. titu. & Osti. in sum. eo. titu. §. fi. circa fi. ver. quod si ecclesia. probatur ratione, vbi si in actu requiritur alicuius consensus, potest ex postfacto consensus intercedere, vt si actus valuerit à principio, confirmat actum, vt ex tunc. quod si valuit, confirmat vt ex nunc. l. per fundum ff. de ser. rust. præ. iuncta. l. fi. ff. communi. prædi. facit. c. Lugdun 12. quæst. 2. & capi. cura, & c. suggestum. de iure pa. & multæ cõcor. habentur in glo. in reg. ratum. libr. 6. & hoc videtur theorica Inn. & Io. An. in c. j. de re. eccle. non alie lib. 6. & secundum ibi no. debent limitari dicta Inn. in c. cum consuetudinis. de consue.

¶ Quartò & vltimo probatur alia consideratione: præsupposito, quod à principio nõ valuisset, nec quod patronus tacendo consensisset actui, ex quo lapso tempore præfixo, patrono episcopus stetit in eodem proposito. videtur tunc de nouo, cum potestas ad eum libera erat deuoluta, illam primam collationem ratificasse & confirmasse, seu de nouo fecisse, vt probari videtur in l. obseruare. in fi. in simili. ff. de off. procõ. vbi dicitur, quod si proconsul. delegauit causam tẽpore quo nõ poterat, scilicet ante ingressum prouinciæ, si postea ingressus prouinciam, in eadem voluntate fuit, credendum est, dicit tex. ibi delegatum habere iurisdictioné, non à tempore ex quo mandata est, sed ex quo prouinciam proconsul ingressus est, ad id quod no. in l. vna. C. qui pro sua iuris. & c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. & optime quod no. in c. fi. de coniu. ser. & c. j. de eo qui dux. in ma. vbi matrimonium nullum tacite confirmatur, sublato impedimento. ita dicendũ est in hoc quasi matrimonio.

¶PRO SOLVTIONE clara hui⁹ dubii, Christi nomine recensito, duo principaliter sunt videnda.
6 ¶Primò. nunquid collatio † beneficij patronalis per episcopum facta patrono neglecto, teneat, an sit nulla ipso iure sine alia cassatione. ¶Secundò, præsupposito quòd sit nulla, an conualescat patrono, infra tẽpus à iure sibi præfixum, illum præsentare. & in vtroq; dubio varia sensisse do. de Rota reperio, vt patet decisione 357. in antiquis quidam tamen ex eis maiorem partem facientes, vt recitat ibi collegium, distinguebant inter patronum laicum & clericum, dicentes ꝙ collatio facta infra tempus patroni clerici, sit nulla ipso iure: & quòd non validetur seu ratificetur, propter negligentiam patroni subsecutam: quia quod ab initio nullum est &c. secus in collatione facta infra tempus patroni laici Diuersitatis ratio, secũdum eum, hęc est: quia laicus patronus parum aut nihil habet iuris, vel saltem debile in dispositione beneficij: & quicquid habet, est de gratia. & totalis beneficij dispositio, potius censetur à lege ad ipsum pertinere. allegat not. in dict. capit. quia de iurepatr per Ost. & ideo collatio episcopi tunc censetur validior, præsertim quia plus iuris habet in concessione prælatus, quam in præsentatione. de offi. vica. c. dilectus &c.

¶Secunda fuit quorundam opi. indistincte tenentium collationem episcopi esse validam, ex quo patronus infrà tempus debitum nullum præsentauit, & dicebant eum tenuisse ab initio ipso iure, quantumcũque fuisset facta infra tempus patroni: fatebantur tamen ꝙ si patronus infra tempus sibi a iure concessum, alium præsentaret: tunc eo vel præsentato instante esset cassanda seu irritanda. arg. not. per Inno. in ca. cum Bertoldus. de re iud.

¶Tertia fuit opin ipsius col. & multorum aliorum vt ipse refert, dicentium circa primum dubium, quòd collatio episcopi facta infra tẽpus cuiuscũq; patroni siue clerici siue laici, sit nulla allegant 16. quęstio. 7. decernimus. & no. per Osti. de iurepa. c. ex insinuatiõe & sic debet intelligi, secundum eos, c. illud. in fi. eo. titul. Addebant tamen attingendo secũdum dubium supra formatum. quod licet talis collatio à principio sit nulla, tamen si patronus ei consenserat, siue tacite, siue expresse, quod per ius ratificationem validetur. arg. not. per Osti. in sum. de iurepa. §. fi. ver. circa fi. quid si ecclesia. vbi dicit, non interesse, an patronus à principio cõsenserit, vel ex postfacto, quo ad hoc, vt sine consensu suo ordinata non valeat: tunc ex quo cessat causa impediens, & superuenit causa confirmãs licet fuerit nulla à principio, bene potest validari. argumen. l. per fundum. ff. de ser. rusti. prædi. & in l. obseruare. in §. fina. ff. de offi procon. & no. per Dy. & alios in regula, non firmatur. de reg. iur. in 6.

¶Circa hoc distinguebant isti: Aut episcopus contulit iure deuoluto, aut iure suo ordinario & originali. Primo casu dicunt, quod nunquam valuit ex quo reuera ad episcopum nundum erat deuoluta potestas. ar. c. ex parte Astensis. de foro compe. cum ibi no. per Osti. nec sequens patroni ratificatio, vel tacitus consensus vel expressus validat eam: quia non fuit facta ipso iure seu ex illa potestate episcopi, ad cuius vigorem requiritur consensus patroni. nam episopus deferẽdo iure deuoluto videtur præsupponere patronum negligentem & priuatum: per consequens, cum nõ sit factum nomine patroni, non potest per patronum ratificari. vt in regu. ratum libr. sexto. nam talem collationem validandam, seu ius conferendum, noua collatione opus esset post tempus patroni secũdum eos. allega ad hoc quod no. Io. Mo. in capitulo statutum. de præben. libr. sexto cum enim dispositio episcopi se habeat hoc casu vt authoritas, oportet quod interueniat debito tempore: quia quæ sunt authoritas, non suo tempore facta, non valent: quia authoritas debet semper interuenire in ipso facto, tempore quo ipse actus potest & debet fieri. Secundo casu, quando episcopus contulit suo iure ordinario & originali, conualidatur ex subsequenti consensu patroni expresso vel tacito, vt puta non contradicẽdo infra tempus à iure sibi præfixũ, mouetur, quia hoc casu videtur episcopus in dubio disponere iure suo & sub tacita cõditiõe, si sibi placuerit: & sic debemus interpretari. ne aliter interpretando, videatur inutiliter disponere, & quasi eligere viam ad impugnandum suam dispositionem, quod non est in dubio præsumendum. argumen. l. tertia. ff. de mili. test. facit quod no. in c. ea noscitur de his quæ fi. à præla. vbi pręsumitur, quod si pręlatus actum seu præsentationem fecerit de capituli sui cõsensu, vt sic actus teneat, quod per consequens dicta collatio facta, potest per ipsum patronum ratificari. Ea enim quę circa beneficij dispositionem debent interuenire ex parte patroni, potius se habent iure consensus, quam authoritatis. ea enim quę sunt consensus, possunt interuenire ex postfacto. sed secus in his, quæ sunt authoritatis, iuxta not. per Inn. in c. j. de reb. ecc. nõ alie. & ibi per Io. An. in c. cum consuetudinis. de consue. vt dixi plene in præcedenti dubio. vnde potest patronus postea consentiendo tacite vel expresse validare collationem episcopi. ad hoc, quod in simili no. in c. cũ nos. de his quæ fiunt à præla. & in c. cum in ecclesiis. de præben. lib. 6. de iurepat. ca. cura. & c. suggestum. Hoc in effectu sentiunt domini de Rota deci. præall. qui ad hæc dubia nullam doct. authoritatem contra eorum morem & stylum introduxerunt, fortasse (vt arbitro) nullam pro tunc habẽtes. Sed ad primum dubium, quod collatio patrono nõ vocato sit nulla, allego primo Io. An. in capi. prim. de off. vica. vbi exprese tenet, quod per talem collationem nullum ius transfertur in prouisum: ideo etiam coram vicario episcopi potest peti per patronum, vt declaretur nullum ius ibi cõpetere. secundum eum voluerunt

idem Ostien.& Ioan. An. in ca. ex insinuatione. de iure patronatus & videtur ibi textus secūdum vnum intellectum. ¶ Item apertius voluit Freder. de Senis, in tractatu permutationis 150. vbi not. dixit, quod licet permutatio beneficiorum facta per episcopum, non vocatis his qui habent præsentationem vel electionem, valeat: licet veniat retractanda, illis contemptis postmodum contradicentibus. collatio tamen facta patrono contempto, est ipso iure nulla secundum eum, per dictum c. decernimus. 16. quæst. 7. Diuersitatis rationem assignat. quia permutādi authoritas principaliter pertinet ad episcopum, vt in c. quæsitū. de re. permuta. sed collatio nō sic. hoc idem sentit Inno. in c. cum Bertoldus. de re iudicata in gl. in verbo memorato. in ver. vel potes dicere.

¶ Circa secundum, præsupposita nullitate, an cōualescat patroni taciturnitate. Ostien.& Ioan. An. in similibus terminis videntur sentire quod sic. in ca. secundo. de his quæ fiunt à præla. dicunt enim, quod si contempti in collatione vel electione tacent infra tempus eis præfixum ad eligendum vel conferendum, videtur tacite electioni vel collationi consentire. argumen. de cōcess. præben. quia diuersitaté. & in c. ex ore. de his quę fiunt à maio. parte. c. idem secundum Ioan. An. si fuit edictū propositum, & nemo infra tempus comparuit ad contradicendum. vt in c. fi. de ele. lib. 6. saluo quod not. in c. fi. qui ma. accu. pos.

¶ Aliorum iudiciis sic enarratis, subiiciam breuissime, quod mihi videtur & in primo dubio, an patrono non vocato, collatio per episcopum infra tempus patrono affixū attenta, valeat. ampliando termino quæstionis. dicerem quod sic, si episcopus cōtulit ipsi patrono: tunc vel ex postfacto consentiente. hoc communiter tenent doct. in capitulo per vestras. de iurepat. non enim potest dici, sine consensu patroni, ex quo consensit, licet ex post facto, vt probatur in cap. si vero. de iure pa. no. Ioā. An. in d. c. per vestras. & regulariter hoc tenet Bar. in d. l. si quis mihi bona. de acqui. here. & Inno. in c. j. de re. eccl. non alie. lib. 6 & supra latius dixi. Aut collatio fuit facta alteri, quam patrono: & tunc aut patronus erat præsens, & potest probabiliter dubitari, an taciturnitas hoc casu debeat haberi pro consensu, qui in actu præiudiciali habetur regulariter pro contradictione: vt in l. filiofa. §. inuitus. ff. de procur. no. Inno. in c. in Genesi. de elect. & glo. in reg. qui tacet. de reg. iur. lib. 6. ad idem c. illud. in fi. de iurepa. vbi dicitur, irritādam fore collationem factam sine præsentatiōe patronorum.

¶ Contrarium credo posse attentari. quia hoc casu nullum præiudicium fiet patrono, cum ius suum patronatus remaneat illæsum, & per collationem clerici ecclesiæ vacantis. & sic tractatur de cōcupiscibili, & per consequens debet haberi patronus pro consentiente. l. qui patitur. C. mandati. nota. Inno. in dicto capitulo in Genesi. nam si collatio ibi displicuisset, nō habebat nisi contradicere. Et hoc indubitanter esset verum, si ex parte patroni tunc vel postea interuenisset aliquis actus positiuus approbatiōis collationis. ar. optimum in c. ex ore. de his quæ fi. à ma. par. c. facit etiam ad prædicta ca. decernimus. præalle. nisi decernatur collatio nulla, quando spretis patronis, episcopus ecclesiam cōtulit. sed in casu nostro, data patronorū præsentia, non possunt dicere quod fuerūt spreti: quinimmo propter vinculū charitatis & filiatiōis spiritualis, quæ est inter episcopum & suos diœcesanos, videtur patroni, ex quo non contradixerunt, episcopo cōsentire per tex. no. in l. si seruus cōmunis. de do. inter vi & vxo. aut patronus erat absens, & subdistingue: Aut enim contulit episcopus iure deuoluto, & non tenet collatio, ex quo in veritate patronus nondū erat priuatus per c. ex parte Astē sis. de conces. præben. cum ibi no. vbi patet, quod collatio facta eo iure, quo fieri non poterat, nō tenet, licet alio iure fieri non potuisset. facit quod in simili no. Bart. in l. si is ad quem. ff. de acquir. here. Aut contulit iure suo ordinario, & sic posuit ipsem expresse in patrono. & tūc patrono consentiente, valebit collatio, vt ex tunc, ar. reg. ratihabitionem. de reg. iur. lib. sexto. Si autē contradixit, puta quando simpliciter contulit, patrono absente demum infra tempus præsentationis contradicēte: moueor principaliter per capit. decernimus. 16. q. 7. vbi expresse per verba præsentis temporis dicitur, quod talis collatio est irrita, & ea nō mādata, aliter cassari subiicitur, vt alius ad verecundiam episcopi ordinetur & instituatur, quem ipse patronus condignum elegit: ergo oportet dicere, quod ca. illud de iurepat. vbi dicitur, quod est irritanda, debet exponi, i. irritāda nuncianda: vel potest stare proprie, sed debet referri ad effectum sic, vt reuocetur sicut de facto processit. pro hac expositione, vide in simili cap. accedens. el j. vt lit. non conte. in ver. cassamus. nam lex posterior debet referri ad priorem, vt in l. sed & si posteriores. ff. de legi. & per eā debet distingui & limitari. & facit quod ibi no. Bartol. & plenius in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, non obstantibus. Huic intellectui satis concor. c. cum Bertoldus. de re iudi. inducendo, vt supra dixi. Præterea hoc idem probatur & alia ratione: Vbicunquè enim collatio pertinet ad aliquem cum consilio alterius, nō valet ipso iure collatio, consilio non requisito, vt patet in c. nouit. de his quæ fiunt à præla. in fi. iūcta gl. fi. facit c. cum in cunctis. de ele. & c. cum olim. de arbi. & c. vnicum. loquuntur in episcopo, qui habet conferre cū consilio capituli. ergo multo fortius dicendum in casu nostro, vt non valeat ipso iure collatio attenta per episcopum vel alium prælatū, patrono non vocato, & postea contradicente, cum patroni sit habendum nō modo consilium, sed requiritur vt ipse tanquā causa mouens & primaria debet præsentare instituendū per episcopum, vt in iuribus vulgaribus supra alleg.

¶ Item & tertio hæc collatio reperitur attentata nō ab habente potestatem, cum hodie ad episcopum spectet institutio, quæ fit ad patroni potestatem. non autē libera collatio, vt supra dixi. factū à non habēte potestatem, est ipso iure nullum: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur & c. j. q. 7. Daibertum. & c. quod autem. de iurepa. ¶ Si autem patronus infra tēpus præsentationis consentiret, tunc puto quod collatio valeret, vt ex tunc, non autem vt ex nunc. Moueor, quia ad plenum ius conferendum vel transferendum in clericum requiritur factum patroni & episcopi, & ambo veniūt tanquam principales: & habētes participium illo iure transferendo licet episcopus habeat ius pinguis, vt in c. dilectus. de præb. vbi singulariter probatur, etiam quod patronus habeat in præsentatione aliquid iuris. ergo factum ab illo, valet ratione iuris sui tantūm: sed quia non habet ius integrum per se, conualidatur eo tempore, quo patronus asserit, & non prius. & optime probatur in simili. l. per fundum. ff. de ser. rust. prædi. vbi patet, quod vnus ex pluribus habentibus fundum communem, cōstituit seruitutem in fundo, licet valeat quo ad se, vt ipse contrauenire non possit, cum antea non acquiritur seruitus donatario, quam alij cōsenserint: & nouissima concessio concessiones præcedentes cōfirmat: aut patronus consensit, nec contradixit infra tempus ad præsentdāum iure sibi præfixum, & sic per negligentiam est priuatus iure suo: quo casu procedit secundum dubium meum, & puto quod collatio episcopi facta prius, immediate conualidetur absque alia collatione in futurum fienda: quia ipse episcopus non potest contrauenire. argumē. dicta l. per fundum. & c. veniens. de fi. pres. & c. diuersis fallaciis. de cle. cōiu. & c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. vnde aut patronus negligens habebitur pro consentiente. ex quo nō contradixi, nec alium præsentauit, vt in d. l. si seruus communis. aut ius suum est per negligentiā confusum in

in superiorem,qui haberet ius instituédi, iuxta no.gl. in cle.j.de sepul.& etiam episopus, qui cú sit collator, non potest contradicere & obuiare.& tenetur illá habere ratam,præsertim in casu nostro, in,quo conferés beneficium quod conferre tenetur, aliud conferre nó potest.vt in c.inter cætera.de præben, ad idem bene facit prout in simili habetur in l. excepione.de euic. & l. cum à te C.de rei ven.in quibus iuribus habetur, q̃ is qui tenetur ex persona sua,non potest contrauenire ex propria.præterea patrono negligente,cessat causa impediens,& superuenit causa confirmans,merito debet nunc irreuocabiliter conualidari.arg.eorum quę no. in regula,non firmatur de reg.iur lib.6 & per hoc patet responsio ad omnia cótraria supra allegata præterquá ad secundum ad hoc respondetur,q̃ procedit cum mandatur simpliciter aliquid fieri habenti alias potestatem sed in casu nostro nó solú mádatur episcopo,vt conferat ad præsentationem patroni:sed ipsa potestas fuit authoritate iuris in patronum tráfusa,& per consequés illud ius patroni q̃ includebatur in iure episcopi, scilicet in libera collatione,fuit ab eo abdicatú, vt de iurepa.quasi per totum merito factú solius episcopi.non debet tenere pro se tantum.arg.c.si capitulo.& c.si soli.de conces.præben.in 6.

¶CONTRA TERTIVM procedá magis succincte,tum propter prolixitatem euitandam,tum quia videtur mihi habere tantam facultaté sicut pręcedés. & primo adducam tria argumenta ad partem negatiuam: Secundo totidem ad partem affirmatiuá: Tertio solutionem aggrediar. Videtur náque primo.q̃ cótractus initus inter Augerium & basilicam Nicostrati,nó fuit omnino licitus, per tex. expressum in l. iubemus nullam.§.sane.C.de sacrosan eccle. ibi enim expresse cauetur,q̃ ad hoc vt alicuius ecclesię vsusfruct⁹ alicui ad vitá suam, vel ad minus tempus concedatur,oportet q̃ is cui fit concessio,promittat dare eidem ecclesiæ post mortem suam aliá possessioné de suo proprio, quo ad dominium, & vsumfructum æquiualentem.& eiusdé redditus,cuius est illa,quæ vsufructuáda sibi cóceditur & nisi in hoc pactum initum fuerit, non valet quod inter eos agitur Ideoq; ecclesiæ possessio remanet in iure & dominio ecclesiæ sicut prius.itaque secúdum quosdam,etiam possessio facti nó transfertur per traditionem,illo pacto non procendente.vt sentit Bar. in l.j.§.si vir ff.de acqui pos.& hodie per ius authé.videtur aucta & meliorata códitio ecclesiæ in hoc,quia vbi olim sufficiebat promittere relinquere suam possessionem post mortem, hodie non tenetur mox quo ad dominiú,remanente apud eum vsufructu tempore vitæ suæ:vt probatur in auth.de non alie.reb. ecclesię. &c.§.si quis aút voluerit.coll 2 sed in casu nostro dict⁹ Augerius hoc non seruauit,sed solú dedit pecuniá.ergo talis contractus nó est licitus,cum expresse sit à lege damnatus Et certú est,q̃ lex potest ex causa impedire validitatem contractus.vt l.cum lex ff. de fideius.facit regula,quæ contra ius fiunt.de reg.iur.libr 6. & 10. dist.vides.Secundo cótra dictum contractum adduco tex no.in ca.quicunque.14.quæst.4.vbi dicitur,quod si emitur vt carius vendatur, est turpe lucrum: ad idem c.eiiciens.88.dist.sed Augerius recepit istud prædium propter lucrum,vt plus inde recipiat, quam fuerit pactum.& quam dedit ergo talis contractus non est vndique licitus.

¶Tertio videtur quod talis cótractus sit vsuratius: quia sola spes habendi aliquid vltra sortem.constituit
7 hominem vsurarium.† vt in c.consuluit.de vsur.no.gl. 14.quæstio quarta in summa. quod iste Augerius inductus fuit hac spe.putauit enim tantum se posse viuere, vt plus recipiat quam dedit.ergo &c.nec obst.si dicatur,quod ex hac intentione non apparet:quia cum nemo faciat talem contractum,nisi propter lucrum,satis potest à communiter accidentibus argui: vt in capit. primo supra alleg.& quod ibi no.de cle non resi.In cótrarium ad partem affirmatiuam,quod talis cótractus sit licitus,primo probatur per c.precariæ.10.quæst.secunda vbi patet,quod de iure canonico possunt de bonis ecclesiæ fieri cócessióes precariæ gratiosæ.& in beneficium, vt si donanti rem suam ad ecclesiam in proprietate, posit ecclesia concedere duplum de bonis suis possidendis,vsufructuandis toto tépore vitæ suæ: si ergo hanc munificentiá potest facere ecclesia de bonis suis,multo fortius de redditibus alicuius possessionis:longe enim plus recipit is qui recipit duplú, retento vsufructu rei suæ,quam valebat res sua tépore mortis finge enim quod res sua valebat mille, & ab ecclesia recipit bona valentia duo millia, satis contingens est,quod de bonis ecclesiæ recipiat quolibet anno ducéta.& sic,si viueret longo tempore, recipiat plus quá valeat possessio sua.& idem posset contingere,habito respectu ad ius ciuile,scilicet ad l.iubemus. Cod.de sacrosan.eccle.nam licet ab ecclesia recipiant possessionem eiusdem valoris, cuius est sua,quam promittit relinquere ecclesiæ post mortem,tamen poterit faciliter contingere,data longitudine vitæ suæ,quod plus percipiat quam sua possessio & nihilominus hoc permittitur ecclesiæ,non in fauorem ecclesiæ sed etiá in beneficium illius cui conceditur.vt in dicto capitul.precariæ & in dicta l.iubemus.ergo fortius deberet admitti talis contractus initus inter Augeriú & basilicam Nicostrati,pręsupposito quod spem habeat plus recipiédi,quam dedit.

¶Secundo ad idem induco l.si ea lege.C.de vsu.& l. in ciuitate.eodem titu. vbi patet, quod cótractus in se alias illicitus vel vsurarius, toleratur ratione incertitudinis,cum dubium est,an quantum poterit percipere,& quantum valebit solutionis tempore. ita dicendum in proposito,cum dubium nunc sit, quanto tempore sit dictus Augerius victurus:cum nihil hora mortis incertius,vt l.prima ff.de cond.& demó.& per consequens probabiliter dubitatur, an plus vel minus,quá debeat,sit percepturus, debet contractus talis accusari, cum dictus Augerius potest habere ad lucrú & ad damnum.

¶Præterea & tertio bene facit capit. eiiciens.præal
8 le.88 dist.vbi patet, quod licite & sine peccato † quis, locando agrum suum, recipit annuam pensioné: quia videtur quodammodo lucrum,quod potuisset percipere toto tempore vitæ istius Augerij ex fundo seu prædio & cómutare cum istis quingentis aureis,quos núc in principio contractus recipit ab Augerio.nec debet iste contractus vitiari,cum se liberauit,cum ex hoc cótractus debet argui magis licitus, quam si omni anno aliquid solueret, cum magis hoc accedat ad naturam emptionis: videtur enim vsusfrctus illius prædij.ad hoc gloss.notab.in l.prima ff.de superfi.& latius & melius in l.cotem ferro.§ qui maximos.ff.de pub facit etiam dictum capitul.eiiciens sicut enim quis illicite posset emere aliquam materiam, vbi posset se exercere,reducendo illam ad aliquam formam,& inde lucrú consequi:ita iste Augerius licite poterat dare quingenta pro vsufructu illius prædij toto tempore vitæ suę,& sic habent materiam se exercitandi in colendo prędiú vt inde consequatur vt viuere possit. vnde potius videtur lucrum consequi ex sua cura & ad industria; quam ex sustantia proximi seu ecclesiæ. hinc dicit tex. in §.si quis autem à nó domino instit.de re.diui.quod possessor bonæ fidei, facit fructus suos procultura & cura ipsius possessoris.

¶NVNC SOLVTIONES aggrediens,Christi nomine inuocato,sciendum est,quod hanc quæstioném principaliter formauit Gof.in sum de vsu.& idé Ray. in summa. & ambo breuissime iudicarunt talem contractum vsurarium:eorum fundamétum fuit: quia homines sperant diu viuere: & sic sperant amplius se

percepturos ex prouentibus possessionum, quam sit pecunia quam dederunt. vsura autem sola spe contrahitur, vt in capitul. consuluit. de vsuris. secus, si quis dat vnam possessionem, & recipit aliam æquiualentẽ: quia tunc licitus est contractus, vt supra dixi in argumentis sed Ostien. in summa. eo. §. an aliquo casu. ver. quid de his qui emunt. istorum opin. refert & reprobat, dicens eos non bene sensisse: quia homines ita possunt sperare lucrum in hoc vltimo casu, quando recipiunt vnam possessionem, & dant aliam æquiualentem post mortem, sicut in primo, quando dant pecuniam: & ideo secundum eum est licitus primus contractus, cũ sit emptionis & venditionis: sic vltimus precariũ, nisi in fraudem fiat. nam vtraque approbatur à iure in ti. de contrahen. empti. & in tit. de preca. per totum. ¶ Præterea istorum opinionem confutat Osti. per eorum dictum: quia ipsi dixerunt quod contractus vsurarius non habet locum nisi in mutuo. & in casu nostro certum est, mutuo non contrahi. quare concludit Ostien. contractum istum ratione incertitudinis excusari. ar. l. prima C. de pact. & l. prim. ff. de condi. & demon. melius facit l. ea lege C. de vsu. hãc opin. Ost. secutus fuit Archi. in c. quicunque. præall. 14 quæst. 4. sentit Io. de Lig. in clemen. vna de vsu. hæc sunt quæ in ista materia reperio. Mihi autem placet hæc opinio Osti. vt talis cõtractus licitus sit etiam in rebus ecclesiæ, quia videtur quedã emptio vsusfruct. ad vitã recipientis, & allego pro hoc casum iudicio meo apertum & rotundum in cle. j. de re. eccl. non alien. vbi expresse dicitur, quod exigente necessitate vel vtilitate ecclesiæ, potest prælatus etiam religiosus, non seruata solennitate debita iuris, redditus & possessiones ecclesiæ ad vitam eius seu ad aliud certum tempus, pecunia inde recepta, concedere. & subiicitur postea in fi. illius tex. quod prælatus seu rector ecclesiæ potest solus, alia solennitate non seruata, locationes seu redditũum & fructuum venditionis ad tempus non modicum facere. vnde non video, ex quo capite sit talis contractus emptionis & venditionis vsusfructus, vt in cle. j. iuncto prin. cum fi. & quia tex. ibi respectu fructuũ ponit locationes & venditiones, vt diuersa: dico, ꝙ proprie locatio est, quando pro fructibus annuatim soluitur pensio, licet sit facta locatio ad magnum tempus ad hoc. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. & in c. propter. eod. tit.

¶ Hinc dicit Accursius in l. pen. § institutio. ff. de le. 2. quòd locatio potest fieri ad mille annos. vẽditio fructuũ propria est quandocũq; preciũ statuitur pro toto tempore. de quo per Barto. in dicta l. cotem ferro. ff. de public. in §. qui maximos. vbi hæc inter cætera voluit. Hinc dicit glo. singularis in l. j. ff. de superfi. ꝙ precium est mercedis quantitas, & facit discerni emptorem à conductore: quia debet intelligi secundum prædicta per text. dicto cap. j. patet: quia non solum fructuũ possessionis potest fieri venditio cum bona conscientia, sed etiam reditus iuriũ, puta gabellarum vel alterius, possunt vendi. quod etiam satis voluit Bartol. in dict. §. qui maximos.

¶ Fateor tamen, quod si ecclesia esset decepta in precio, quod possit petere restitutionem in integrum ratione læsionis propter ca. j. de in integ. resti. in 6. vbi patet, quod generaliter aduersus quemlibet contractum potest ecclesia petere restitutionem in integ. si eo sentit se læsam specialiter respectu locationis. probatur eo. tit. c. j. in antiquis. & respectu infeudationis. vt in c. penulti. de re. eccl. non alie. Et ad prædicta facit, quod notat Io. An. in c. fi. de eccle. ædifi. & dicit, quod etiam is prelatus qui iurauit non alienare, potest vendere fructus ad certũ tempus: quod tamen satis probatur in d. clemen. j.

¶ Secundò hoc idem videtur probari in dicto ca. j. de re. eccle. non alie. vbi patet, ꝙ pecunia recepta potest ecclesia dare in feudum. & licèt licitus sit contractus, licet ecclesia posset petere restitionem in integrũ si ex tali contractu enorme dispendiũ incurrisset, per infeudationem autem proprietas remanet apud dominum, vsusfuctus aũt illius rei transit in accipientem. vt in c. vnico. ex quibus cau. feu. amit. col. 10. Sicut ergo licite potest fieri talis cõtractus infeudationis: & ita fortius emptionis vsusfructus, cum pinguius transit in accipientem & infeudationem, quam ex fructuũ emptione: quia hoc vltimo casu transit possessio naturalis, vt l. naturaliter. ff. de acquirẽ. pos. & expirat ius istius per mortem. vt c. fi. de pig. & in c. fin. de vsur. Sed in priori casu feudum transit in heredem accipientis masculũ vel fœminam. ¶ Item transit vtile dominium ipsius, vt no. glo. & latius & clarius Bal. in c. j. de c. Corra. & no. in c. si diligenti. pe præscri. & in c. nuper. de do. post diuor. restl. & gl. in c. cum Bertoldus. de sen. & de re iud. Tertio probatur tali ratione: Sicut ecclesia pôt vendere exigere necessitate, vtilitate vel proprietate, bona ipsius quo ad directum vel vtile dominium, vt no. per gl. 12. q. 2. in summ. ita & fortius debet ex eisdem causis posse vẽdere bona, quo ad vtile dominium, vel quo ad vsumfructum, & minus læditur, & in hoc vltimo casu, quam præcedenti. ¶ Item sicut vsura non committitur ex venditione proprietatis, ita nec ex venditione vsusfructus. vsura enim non committitur, nisi in contractu mutui veri vel ficti, iuxta no. in c. cum in ciuitate. de vsu. & plene per glo no. 14. q. 4. in sum. & plenissime per Io. An. in regula peccatum. de reg. iur. in 6. in Mercu. & dicam specialius infra in sequenti dubio. Sed contractus, de quo nunc quæritur, non potest dici, ꝙ sit verè vel ficti mutui, cũ non potest aliquo casu impediri. nec Augerius expectat duas retributiones, sicut expectat vsurarius. sed solum consequitur vsumfructum toto tẽpore vitæ suæ: ergo talis contractus nulla parte potest dici vsurarius, vel aliter ex sua forma illicite talẽ contractũ permitteret indesinenter laicis, dummodo fraudem & dolum euitent. sed clericis non puto licere, nisi causa necessitatis moueor. per tex. not. in capit. peruenit. 86. distinct. vbi dicitur, quod causa lucri non licet clericis vel monachis conducere alienas possessiones. Ad idem c. fornicare. 66. dist. dicitur, quod ante clericatum licet negociari, postea non. & præsertim debẽt clerici à prædicto contractu abstinere propter opinionem illorum euitandam, qui dixerunt eum esse fœneratitium. debent enim abstinere ab omni sperantia, & non solum à mala re ipsa, sed & ab eo, quod est malum in opinione: de vi. & ho. cleri. cum ab omni. & in capi. terrulas. 12. quæstio secunda. & hæc pro solutione quæsiti sufficiant.

¶ VENIO nunc ad contraria supra ellegata pro parte negatiua. ¶ Et primo ad primũ respondeo, ꝙ l. iubemus, debet intelligi, quãdo quis vellet habere vsumfructum alicuius rei ecclesiasticæ, non dato competẽti præcio, sed vellet habere gratis, vel aliquid modicũ relinquat de suo tẽpore mortis, vel cùm necessitas vel vtilitas ecclesiæ non expostulat talem contractum. & idem dicendum ad authen. de non alien. vt in dict. cle. j. de re. eccle. non alie. cum aliis iuribus suprà allega. & facit auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. canonizata. 10. q. 2.

¶ Ad secundum contrarium de c. quicunque. 14. q. 4. dico ꝙ procedit. quãdo quis emit rẽ integrã, vt alij pro maiori precio vendat. talis enim contractus licet non sit fœneratitius, tamẽ nõ cõuenit Christiano, cum habeat in mente lucrandi sine aliqua industria cum sola iactura proximi, de quo est bonus tex. in d. c. eiiciẽs, cũ c. sequenti. 88. dist. & dicendũ vt no. Ion. in cle. j. ne clerici. vel mona. sed in casu nostro hoc non contingit. non enim emit vsumfructũ, vt alteri ipsum pro precio cariori vẽdat, sed vt annuatim percipiat fructus. Itẽ in cultura & cura se exercet, vt tũc ex pdio pcipiãtur fruct⁹ industriales, vt i §. si quis aũt à nõ domino, inst. de re. diuis.

¶ Ad

¶Ad tertium contrarium dico, quod sola mens facit hominem vsurarium, quando quis alias non esset mortuaturus, eo duntaxat proposito mutuat, vt plus sorte recipiat. vnde si ex hac intentione deprauata aliquid consequitur vltra sortem, tenetur ad restitutionem, vt in capitul. consuluit. de vsur. quod quidam intelligunt: vt ibi nota. quando praua sua mens innotescit debitori, ita quod licet dederit sine omni peccato, cum non sponte dederit, sed vt satisfiat menti creditoris. iste enim creditor fecit contra omnem zelum iustitiæ. qua cauetur, mutuum dantes, nihil inde sperantes: vt in dicto capitul. consuluit. loquitur ergo ille text. in contractu mutui: merito igitur iudicatur talis creditor vsurarius mentalis, quia sperat duas retributiones, scilicet sortem quam mutuauit, & aliquid vltra. sed in casu nostro non loquimur in creditore, cum iste Augerius non mutuauit, sed potius emit vsumfructum illius prædij tempore vitæ suæ: nec sperat duas retributiones, sed vnam duntaxat. quinimmo quod plus est potest se habere ad damna & ad lucrum, cum potest eodem anno mori. & sic extincto vsufructu, prædium illud redit ad ecclesiam, quæ habebit prædium & pecuniam. vnde ratione incertitudinis toleratur talis cōtractus, vt supra dixi & debet excusari, licet habuit propositum lucrandi, quoniam satis est quod exponat se periculo. nam & quilibet mercator habet propositum lucrandi. nec ex hoc damnatur, ex quo impendit operas suas, & exponit se periculo. vt in dicto capitul. eiiciens. & in sequenti. & per Innoc. in d. capitulo. j. ne cle. vel mona. sed vsurarius est certus de sorte sua, & expectat, vt dixi, duas retributiōes. nec se exercet in hoc lucro, sed illud vult consequi ratione pecuniæ duntaxat, cum tamen alias non sit acta nisi ad emendum, vt dixit tex. in d. c. eiiciens. & plenius per Io. An. in dicta regula peccatum. & per hoc remanet tertium dubium declaratum.

¶Ad quartum & vltimum dicam tria. Primum, ad partem negatiuam: Secundum, ad partem affirmatiuam: Postea solutionē aggrediar. & quod dictus Plautius non possit cum bona conscientia, dicta quinquaginta ab orphanotropho recipere: probatur primo sic, contractus iudicatur illicitus & vsurarius, non solum cum ex sui forma apparet vsurarius, sed etiam cum ex contractus substantia, vsuraria prauitas resultet. & probatur in capitul. in ciuitate. §. primo. de vsuris. nam & ibi legitur & notatur, quod non licet sine prauitate vendere rem plus quam valet: quia precij solutio ad certum tempus differtur, vel circa rem viliori precio, quam in præsenti valeat: quia rei traditio differtur, & cum talis contractus ex sui forma non appareat fœneratitius, cum hic non interueniat mutuum: sed fuit pura venditio, nec licet repetere pecuniam traditam, sicut contingit in mutuo. sed quia in effectu resultat vsuraria prauitas: quia vt ibi dicunt doctores, ius fingit pecuniam fore resultatam in præsenti pro competenti precio: & quod venditor talem pecuniam mutuat emptori, vt ab eo recipiat illud plus, quod promisit vltra communem æstimationem ratione temporis, ad quod est precij solutio collata. Ita dicendum in proposito, licet iste contractus initus inter Plautium & Orphanotrophum ex sui forma appareat fœneratitius: quia non interuenit stricte mutuum, cum non possint dicta quinquaginta amplius repeti ab Orphanotropho, tamen in effectu resultat vsuraria prauitas, cum videatur quoddam mutuum, toto tempore vitæ Plautij duraturum, & quolibet anno pro capitali recipiet iste Plautius decem pro centenario. & quanquam possit amplius repeti capitale, non tamen infra breue tempus recipiet capitale: & quanquam inde recipiet, erit sibi in effectu vsura pro illo capitali, quod tenuit apud Orphanotrophum per decennium. Ad considerandum enim cōtractum, maxime vbi initus est alias propter iuris proditionem, debemus inspicere effectū magis quā verba, vt in c. ad nostrā de emp. & vend. & in c. illo vos. de pig. facit. c. ea quæ de Simo. & l. si vno. ff. locati. & reg. fi. de reg. iur. lib. 6. & l. non dubiū. C. de legi. vbi patet, quod is cōmittit in legem, qui seruans verba, venit contra legis voluntatē & mentē. ergo dictus cōtractus non est licitus.

¶Secundo probatur per identitatem rationis. nam contractus vsurarius videtur propterea prohibitus. Primo, quod pecunia generat pecuniam, est contra naturam, cum pecunia non sit nisi ad emendum facta. Secundo, quia tempus est à Deo datum: & ratione dilatæ solutionis petitum lucrum vltra capitale. Tertio, quia expectat duas retributiones, videlicet pecuniam suam in nullo deterioratam, & vsuram vltra id quod dedit, & sic post tempus repetit suum, & tollit aliud quod non est omnino illicitum. ¶Hæc tria videntur subtiliter colligi ex capitu. eiiciens. 88. distinct. & est originaliter Ioan. Chrysto. super Matthæum: sed hæ rationes concurrunt in effectu in casu nostro: quia iste Plautius dedit pecuniam, vt pecuniam reciperet. ¶Item quodammodo vendit tempus: quia cū expectat Orphanotrophum in solutione integra per magnum tempus. consequetur maximum lucrum: quia, vt dixi, post decēnium recuperato capitali, recipiet annuatim quinquaginta sine aliquo onere cū sola iactura hospitalis: & sic locupletabitur cum iactura illius, contra regulam, locupletari. li. 6. & l. nam hoc natura. ff. de cōdi. indebi.

¶Tertio & vltimo probatur sic: Orphanotrophus facit hunc contractum ad vtilitatem, sperans super repentina Plautij morte, & non licet: quia debet pius locus, sicut & clericus, ab huiusmodi negociatione abstinere. 88. di. fornicari. facit c. qualitas. de pœ. dist. 5. maxime in sperando lucrosam alterius mortem. Aut facit hunc cōtractum necessitatis causa, scilicet propter illa quinquaginta habenda. Idem dicerem, cum iure caueatur, quod necessitate instante, debet ecclesia vendere bona immobilia, si de mobilibus nequit satisfacere. 10. quæstion. 2. §. hoc ius porrectum. nec debet inducere ad peccatum, iuxta no. per Innoc. in c. super eo. de vsuris.

¶IN CONTRARIVM, ad partem affirmatiuam arguitur primo sic annuus, redditus computatur inter immobilia, vt dicit text. in cle. exiui. in §. cūmque annus redditus. de verborum signific. & in authent. de non. alie. § j. col. 2. sed vtrobique licitum est emere bona immobilia, licet speret plus percipere tractu temporis, quam fuerit verum preciū, vt per totum ti. de emp. & vendi. maxime in c. penultim. ergo pari ratione licitum fuit Plautio dare quingenta, vt recipiat anno quolibet quinquaginta. tamen hoc nil aliud fuit, quam emere ab hospitali annuum redditum: quia si causa necessitatis vel vtilitatis licet vendere bona immobilia ex toto, fortius fuit licitum, annuum redditum in bonis hospitalis toto tempore vitæ Plautij. melius enim est, fructibus hospitalis annuatim satisfacere, quam vendere pure de præsenti bona immobilia, vt innuit text. in dicta authentica, hoc ius porrectum. nec obstat, si dicatur, quod iste Plautius plus percipiet, quam si emisset ex illis quingentis aliquem agrum sed fundum, cum non percipiat ab hospitali ad rationem decem pro centenario in anno. quia dico plerunque contingere, quia ager bene cultus reddat decem pro centenario. ¶Item sæpe res habetur in bono foro, nec ex hoc iudicatur contractus illicitus, dummodo fraus ex proposito non interueniat. l. in causæ. ff. de minor. Præterea & melius, si iste Plautius emisset fundum, vel habuisset illum in perpetuum pro se & suis heredibus. sed ista l recepit solum in vita sua: & sic veritate inspecta, potius decipitur seu læditur ipse, quam hospitale,

¶Secundò principaliter probatur sic: Vsura cómittitur in contractu mutui duntaxat, vt nota.14.quæsti.4 in sum.& plene per Ioan. And.in regula, peccatum. in Mercurialibus.sed in casu nostro nó interuenit mutuum vere,nec ficte.ergo non potest dici talis contractus fœneraticius.probatur in l.cum quid.ff.si certú peta.vbi dicitur,quòd in mutuo id agi intelligitur,vt id quod datum fuit,reddatur in eodem genere & eadem bonitate:sed in casu nostro Plautius non potest repetere id quod dedit.immo possibile est,eum perdere totum capitale puta si post contractum decederet, ergo &c Nec ficte apparet mutuum,quia vt dixit, iste Plautius efficaciter & irreuocabiliter transtulit quingenta in hospitale,& quandocunque eum mori contigerit,extinguitur omnis obligatio.¶Tertiò ad idem facit,quia veritate inspecta,in nullo iste contractus communicat vsurariæ prauitati nam vsurarius est certus de suo capitali,& quòd percipiet aliquid vltra: & sic repetiturus est suum cum alieno.sed Plautius iste non expectat veraciter,nisi vnam retributionem,scilicet quinquaginta annuatim,donec vixerit:nec post decennium petit alienum,immo suum,cum ille annuus redditur currit toto tempore vitæ suæ.& possibile est, quod etiam,quod dedit,perdet, vt si contigerit mori ante decennium.nil enim incertius hora mortis.vnde ratione incertitudinis non potest ille contractus in aliquo iudicari illicitus,argumen.l.si ea lege.C.de vsuris.cum similibus.

¶SOLVTIONEM huius quarti dubij,IESV Christi Saluatoris præsidio deuote prius inuocato,attingens,præmittam quæ per alios scripta reperio: demum,quid senserit ingeniolum meum,subiiciam. Innocen.principaliter hunc articulum tetigit in capitu. in ciuitate.de vsu.& per quinque fere opiniones retulit.Prima,quod si aliquis pro certa pecuniæ quantitate emeret aliquem redditum grani vel vini, vel etiam aliud simile,perpetuo sibi & suis heredibus dandum à venditore & suis heredibus ,vel ad certum tempus vitę alicuius,quod licitus est huiusmodi contractus, dummodo redditus annuus communi æstimatióe nó excedit redditum quem haberet,si terram de tanta pecunia emisset. ¶Si autem excederet communem ęstimationem,non est licitus contractus.argumen.in capitul.consuluit.de vsuris.& pro primo dicto adducit Innoc.text.illius cap.in ciuitate. ¶Secunda fuit opin. quorundam, dicentium quod quando in perpetuum emitur,nunquam potest esse illicitus contractus,quátumcunque magnus sit redditus,quia licitum est contrahentibus se decipere.l.in causæ 2 §.fin.de mino.

¶Tertia fuit aliorum opinio,& forte melius sentientium,secundum eum,quod si quis emit redditum constitutum ante contractum,siue cóstitutus fuerit in re, puta in domibus,vel possessionibus,vel aliis huiusmodi,siue in persona resp ectu liberti vel rustici,vel actio vel nomen. ¶Item siue sit certus redditus,puta quia reddidit decé:siue incertus,quia reddit quartam fructuum,quia recipiebantur de aliqua dómo, vel de operis alicuius personæ ¶Item siue sit perpetuus cótractus,puta extenditur ad heredes vtriusque contrahentium:siue sit ad vitam hominis, siue sit ad certum tempus, puta ad quinque annos. Item non refert,si redditus sit in pecunia,siue aliis rebus, siue in specie, semper in omnibus pręmissis deputatur contractus licitus,quia est purus & licitus contractus venditionis. Nam ibi est precium,scilicet certę pecunię quantitas. Item quia ibi est merces,scilicet certus redditus, vel census,vel annona.C.de sacrosanctis ecclesijs.l.iubemus.in princip.& quando venditur actio seu debitoris nomen,est ibi actio pro re vel mercede.ff.de here. vel act.vendi.per totum & C.e.per totum.& licet istorum opinio videatur obuiare tex.pręalleg.ca.in ciuitate.quia non est dubium,quod vsque ad certum tempus saltem longum,plus percipiet de reditu, quàm sit precium.& tamen venditur actio.clare constat,quod plus est in nomine debitoris, quam sit precium.hoc tamen secundum Innocentium,non obstat.quia hæc certitudo non facit illicitum contractum venditionis, cum etiam hoc sit in venditione alicuius possessionis, nisi certum est per inferiores causas,quod plus accipiat de fructibus eius,quam sit precium: quia pro eo datur etiam sine expensis vel labore,dando scilicet eam ad certum precium vel emphyteosim.

¶Ad capitul.in ciuitate.respondit Innocent. quod ibi reprehenditur contractus,cum carius vendit mercem propter tempus,quod dat prolixum emptori ad soluédam pecuniam, vel quia minori precio emit mercem, quia statim dat pecuniam, & prolixius tempus expectet merces. In his enim casibus vendit tempus pro illa pecunia,quæ verum & iustum precium excedit: quod éx eo patet,quia,si vtrunque paratum esset,preciú scilicet & merces,pro minori fieret véditio. Sed in casu nostro omnia sunt præsentia,nec véditur tépus. ¶Quarta fuit aliorum opinio, dicentium omnes præmissos contractus esse licitos:& si redditus vel nomen debitoris, de nouo constituatur in rebus vel personis aliis contrahentibus:quia dicit, tu constitues tales redditus in tali possessione vel seruo: vel facies quod talis confitebitur se debere mille vsque ad annum: & ego pro his mille,& magis pro actione de illis mille, dabo tibi quingenta. Et mouentur isti ad soluendum istos contractus:quia in eis non versatur mutuum,sed emptio. ¶Item quia multi casus possunt interuenire, quod iste emptor amitteret in isto contractu, puta si inops fieret nomen Innoc.tamen dicit, fore Christianis consulendum,quod ab huiusmodi contractu abstineant,scilicet quod de nouo propter hoc constitutum redditum vel actionem emant:& ponit in hac materia ipse fore quintam opinionem, dicens illum penitus videri illicitum,quod ipse idem qui dicitur venditor, in se constituat redditum vel actionem,qua se obligat ad plus dandum vel in pecunia,vel in specie,quam recepe rit,quasi velit dicere Innoc.quod præmissi contractus possunt colorari,quando annuus redditus vel actio véndita consistat in alia persona ad dandum annuum redditum,vel constituat debitorem in maiori quantitate, quàm receperit. ¶Hæc sunt quasi formalia verba Innoc. cum quo transeunt communiter doctores hic.& in cle.1.de vsuris.

¶EGO AVTEM meliori consilio semper saluo, ad maiorem elucidationem facio tria membra. Aut enim venditur annuus redditus iam constitutus per prius, antequam fuerit constitutus ipse contractus: aut venditur actio,seu nomen debitoris. Primo casu, aut quis vendit annuum redditum, prout ipse percipiebat:& non video quod contractus debeat iudicari vsurarius,nisi aliquid tacite agatur.Ratio est,vt prædixi. vt annuus redditus computetur inter immobilia. d.§.cumque in cle.Exiui de paradis.de verbor.signific. Vnde hic concurrunt vere precium & res vendita, ex quibus resultat venditio ff de contrahen. emptio. per totum.l.naturalis.ff de præscript.verbis. Nec aliquo modo potest dici mutuum,cum non potest amplius repeti capitale,& annuus redditus venditus stat periculo emptoris: potest enim ex toto perire persona, aut res in qua est redditus annuus, & sic perderet emptor precium.

¶ Aut vendidit quis annuum redditum aliter, quam ipse percepit: puta, quia ipse haberet in perpetuum, vendidit ad tempus incertum, puta ad vitam emptoris. & sic species puræ emptionis & venditionis, quia possibile est, illum emptorem non victurum vltra annum, & sic perderet precium. Item hic concurrunt precium & res. cum ergo hic sunt substantialia contractus emptionis, vt institu.

instit de empt.& vend.§.preciũ.& desũt ea quæ sunt de ratione vsuræ, quoniam vnum est materiale, s.mutuum.ex materia enim mutui gignitur vsura.

¶ Aliud est formale, scilicet ipsa exactio lucri, scilicet obligatio in pactum deducta. Nam his cessantibus nõ potest dici vsura, etiam si aliquid spõte detur vltra sortem.argumen.in cap.tua.& in ca.si quæstiones.de Simo. De his plene dicendum, vt not.Io.And.in d.regu. peccatum.de reg.iur.in 6.in Mercu.& per glos.14.q.4. in summa.

¶ In casu autem nostro non est mutuum, quia non obligatur recipiens ad tantundem reddendum, quod est substantia mutui.vt in l.cum quid.ff.si certum pet. Sed iste liberat se, ponendo illum.in possessione annui redditus: & stat amodo in periculo ipsius emptoris. nec est lucri exactio vel obligatio lucri consequendi in pactionem deducta, cum potest, vt dixi, perdere totum precium, si contingeret eum mori primo anno.

¶ Tunc ergo prædicta ratione incertitudinis, excusatur talis contractus ab omni labe prauitatis vsurariæ.argum.l.sancimus.§.si quis autem.C.de donatio. & in l.si ea lege.C.de vsur.cum similibus & hæc faciũt etiam ad infra dicenda. Aut vendat ad tempus certũ, puta ad vigintiquinque annos: & tunc ex quo plus est percepturus infra quindecim annos, quam dederit, præsumerem contractum vsurarium: puta, mutuauit sibi nomine precij centum, & debet per quindecim annos recipere decem annuatim: & sic infra illud tẽpus percipiet centum quinquaginta.nam hic recuperat capitale.& consequitur lucrum ex pacto dilatæ solutionis ad præmissum tempus.vnde in effectu concurrent quæ sunt de ratione vsuræ quæ proxime præmisi. & quãquam mutentur verba contractus, quia sub specie emptionis & venditionis, cum substantia debeat magis attendi, vnde ad palliandum contractum vsurariũ mutantur nomina.ad hoc capitul.illo vos.de pignor. & in capit.ad nostram.de emp.& vendion.l.si vno in princip.ff.loca. Et quanquam impugnando posset dici, quòd non debet dici contractus vsurarius, cum annuus redditus stet periculo emptoris, dico quòd per inferiores omnes satis potest dici certus de lucro & de capitali.eodem modo cum res in qua consistit, non est verisimile infra illud tempus peritura. Nam eodem modo in puro contractu mutui potest deficere per casum fortuitum capitale cum lucro, puta si bona debitoris & ipse debitor perirent, vel si bona sua inuaderentur, & debitor efficeretur non soluendo.

¶ Secundo membro principali, quando constituit annuos redditus nunc ratione contractus: & tunc dicerem, quòd aut constituitur in rebus istius debitoris aut in persona. Primo casu constituitur in perpetuum tunc satis præsumerem contractum licitum, cum hic concurrunt vere precium & res: nec potest præsumi vsura, cum ratio perpetuitatis excludit præsumptionem vsuræ.præterea quemadmodum licet domino vẽdere rem suam absolute, ita fortius potest constituere obligationem annui redditus, & illum vendere.argumen. Cod.quæ res pigno oblig.pos.per totum. aut constituit per tempus incertum, puto idem. ratione incertitudinis præmissa, in proximo membro: puta, cum vendit ad vitam emptoris seu venditoris. Aut ad tempus certum, ex quo certum est, ipsum percepturum capitale & vltra, & præsumitur contractus vsurarius, per ea quæ dixi in præcedenti membro, & fortius adhuc præsumerem propter nouitatem noui redditus.arg c.officij.de elec.& in l.lecta ff.si certum petat. Si autem constituit annuum in persona propria voluit Innoc.hunc contractum non esse licitum: non tamen rationẽ reddidit. Sed ego dicerem sic: quòd aut querimus, nunquid hoc casu contrahatur emptio & venditio. & credo quòd non, quia abest casu nostro res, sine qua non consistit venditio.d.§.precium. nam iste qui dicitur venditor, non potest personam suã vendere, cum nemo sit dominus membrorum suorum.l.liber homo.ff.ad l.Aquillia. nec potest ius in personam suam vendere ratione prædicta.& hoc modo potest intelligi dictum Innoc. Aut quærimus, nunquid potest se obligare ad dandum annuatim, quolibet anno certam quantitatem: & tunc indubitanter dico quod sic, vt in l.Stichum aut Pamphilum.2.responso.de verbor. ob.& in l.sancimus.§.fi.C. de don.& potest se obligare per stipulationem ad tempus certum seu incertum, & in perpetuum, vt in iuribus prealle.legitur & no.sicut igitur potest se obligare ex causa donationis, ita & fortius ex causa pecuniæ receptæ.vt sic sit contractus, Do.vt des.l.naturalis.ff.de præscri.ver.& pro hoc facit quia in d.l. Stichum. non dicitur quod ibi interuenit stipulatio causa donationis.vnde præsumendum est quod interuenit ob causam.

¶ Sed si quærimus, nunquid debeat præsumi contractus fœneratitius, distingue vt supra dixi in proximis membris: quod si obligauit se in perpetuũ vel ad tempus incertum, puta ad vitam se obligantis, vel recipiẽtis, & non debet præsumi tunc contractus vsurarius, secus, si tempus sit certum, ita quod sit amplius certitudinaliter percepturus, quam dederit: quia videtur hoc factum in fraudem vsurarum: & hoc casu procedit dictum Innoc.& probatur hæc distinctio per ea quæ dixi in præcedenti membro.& tanto fortius, quanto in hoc vltimo casu maior insurgit præsumptio, quia in personam suam cõstituit obligationem, ita quod non potest aliquo modo venditio dici. Et ad membra præcedentia vide pulchrum dubium Pe. quod refert Cy.in l. j.C.de iur.emphyt.vbi dicit quod licite monasterium capit prædium ab aliquo, & obligat se ad dandum illi alimẽta toto tempore vitæ suæ, adeo quod si prædium inundaretur, remanet nihilominus monasterium obligatum ad alimenta: quia cum dominium prædij transiuit in monasterium, cedit periculo suo.arg. in d. l.naturalis.post prin ff.de præscr.ver. Ita dicendum, vt possit quis eodem modo recipere pecuniam ad annuum redditum toto tempore vitæ alterius, vel in perpetuum.

¶ Tertio membro, cũ vendatur actio vel nomen debitoris, idem est in effectu. Aduerte tres casus. Aut enim venditur actio iam competens ante tractatũ venditionis, aut fuit de nouo inducta tempore contractus venditionis & hoc dupliciter: aut in persona venditoris, aut in persona alterius. Primo casu contractus est licitus secundum vtriusque iuris instituta, dummodo non sit actio litigiosa, vt C.& ff.de hered.vel act.vend. per totum.& in c.2.de ali.iudic.mu.cau.fac.& videtur prius contractus emptionis & venditionis, cum concurrunt res, scilicet ipsa actio & precium, vt in præallegat.§.precium. nec inducitur prauitas ex eo, quod pro minori precio venditur, quam sit quantitas, ad quam actio vendita competit: quia cum sit dubius euentus litis, l.quod debetur.de peculio.& ca.fraternitatis, de frigidis.ratione periculi & incertitudinis nulla deceptio potest in precio notari, saltem vt ex hoc resultet vsuraria prauitas: quinimmo propter incertitudinem & anfractus iudiciorum fuit opin.quod trãsactio non debet retractari, quantumcunque pessima facta fuerit, de quo per Baldum.& alios in l.2.Cod. de rescin.ven.notatur in c.pe.de empt. & ven.& in deceptione respectu quartæ partis est tex.no.in l.Lucius.ff. ad Trebell.consulendum est tamen omnibus, & præsertim clericis, vt à tali contractu emptionis se abstineant, cum à radice cupiditatis videatur procedere, vt dicit tex.in c.2.de ali.iud.mu.cau.fac.& bonus vir debet lites execrari etiam cum suo incommodo, vt in l. item si res.ff.eo.facit c.vnicũ.de syndi.& 10.q.j.sic quidam.

¶Secundo, cum constituitur de nouo in persona vēditoris, tenuit Inn. in d. c. in ciuitate. talem contractum omnino illicitum, ex quo obligat se ad plus dandum, quā ipse recipiat: & perfectè nescio talem contractum ab vsuraria prauitate excusare. Moueor, quia non potest quis in se constituere actionem, antequam alteri se obligat: tamen nemo posset sibiipsi obligare. ar. in l. tutor. ff. ad Vell. & in l pen. ff. de ser. vr. prædi Oportet ergo quod quis obliget se alteri: ideo non valet vēditio, cū ipse contractus non sit res quæ vendetur. Est enim, veritate inspecta, contractus mutui fœneratitius, cum recipiens constituat se debitorem in maiorem quantitatem, quam recipit: & sic concurrunt hic illa duo, quæ sunt de ratione vsuræ: de quibus supra. Tertio casu, quando actio constituitur de nouo in persona alterius & venditur pro minori quantitate: credo talē contractum fœneratitium. alias de facili daretur locus figmen is. quod non est dicendum. de diuor. c. quanto. na vole ns vsurariam prauitatem palliare, non haberet nisi dicere, induces talem, vt constituat se debitorem tuū in mille vsque ad annum: & ego pro illis mille dabo tibi nomine venditionis octingenta. quis enim dubitat talem contractum vere vsurarium? vnde ratione obligationis nouiter constitutæ præsumerem fraudem. ar. ca. officij. de elec. & in l. lecta ff. si cer. pe. & si ille nulla obligationis causa præcedente, sed vt solū amico seruiat, constituat se debitorem illius, vt nomen suum ficte valeat sibi vendere, indubitanter talis contractus est fœneratitius: & fit fraus de persona ad personam, iuxta illud quod plene legitur & notatur in c. quanto. de priuile. ¶In dubio autem ratione nouitatis præsumerem fraudem, vt prædixi Si autem constaret, quod non in fraudem factū fuit, sed ex aliqua legitima causa ille constituit se debitorem istius, qui actionem cōtra illum competentem haberet, licet pro minori precio vendidit, non iudicarem talem contractum illicitum. cum hic concurrant vere res & precium. dicto §. precium. & l. si merces. C. locati. Ex his deducitur id, quod quotidie Venetijs & Florentiæ contingit. tēpore enim quo communitas indiget, compelluntur ciues subuenire ciuitati: & ciuitas respondet vnicuique pro lucro ad rationē quinque pro centenario. Capitale autē nunquam valent repetere: sed possunt bene vendere alteri ius quod habent. An hoc sit licitum, dominus An. in c in ciuitate, dicit, quod licite fit alteri hæc vēditio, cum sit annuus redditus prius constitutus, vt patet ex dictis Innocentij & hoc ego habeo pro indubitato, respectu illius qui emit annuum redditū, per ciuitatem prius constitutū, vt ex prædictis patet. Sed dubiū est in istis ciuibus, qui pecuniam prius cum obligatiōe talis lucri intulerunt, cū videatur concurrere mutuū cum lucro: quicquid accidit sorti, vsura est. & sola spe lucri procedit. de vsur. consuluit. & 14 q. 4. c. j. & 2. ¶Sed his non obstantibus, credo non fore cōtractum illicitum, cùm hic deficiant illa duo, quæ sunt de ratione vsuræ: deficit enim hic, q̄ est naturale in vsura, scilicet mutuū ex quo gignitur. quia enim quis compellitur ad pecuniam tribuendam, tamen quia non valet amplius repetere ipsum capitale, sed solum annuum redditum, ergo non est mutuum, vt in l. cum quid, ff. si cer. pe. ¶Item deficit formale in vsura, scilicet lucrum. quia pactione cessante, ciuitas constituit illam annuā pensionem: vnde etiam præsupposito quod esset mutuum, ex quo ciuitas sponte donat, omni pactione cessante, cessat vsura, quia defi it formale. arg. j. q. 2. sicut episcopum. & c. quā pio in fi. de Sim o. c. tua. & in c. & si quæstiones. eo. ti. & no. Io An. in supradicta regula, peccatum. Et per prædicta satis † patet à supra f cto. Et hæc sufficiant.

¶Disputata fuit quæstio per dominum Nicolaū de Sicilia Monacen abbatem, & doct. decretorū in famosissimo Senarum studio, anno Domini 1427. Et ad vtraque partem dubiorum respondit subtilissimus scholaris dominus Ioannes de Alemania, nunc vero doctor egregius &c.

SVMMARIVM.

1 *Rector scholarium an debeat esse iudex clericorum.*
2 *Homines disparis professionis, non debent facere vniuersitatem.*
3 *Clerici non possunt consentire in iudicem non suum.*
4 *Scholares faciunt vniuersitatem, licet sint clerici & laici.*
5 *Scholares clerici, & laici etiam religiosi constituunt vniuersitatem.*
6 *Prælati in ecclesiis collegiatis sunt iudices.*
7 *Clerici prætextu professionis scholasticæ, an possint habere alium iudicem citra Episcopum.*
8 *Rector virtute l. fi. C. de iurisdict. omn. iud. an habeat iurisdictionem in scholares clericos.*
9 *Vniuersitas dat iurisdictionem Rectori.*
10 *Vniuersitas secularis non potest dare suo Rectori iurisdictionem ecclesiasticam.*
11 *Episcopus licet sit maior potestate, non tamen est superior in iurisdictione temporali.*
12 *Scholaris à quolibet grauamine appellare potest.*
13 *Appellatio vbicunque est interponenda ad superiorē ecclesiasticum, non valet statutum de non appellādo à sententia Rectoris, quantumcunque per ciuitatem confirmatum fuerit.*
14 *Appellare à tempore sententia cōditionalis, est vtile.*
15 *Iudicatis videtur acquiescere, qui intra decendium à tempore promulgationis silet.*
16 *Obligatio ex contractu conditionali oritur.*

CASVS.

Quæstio 6.

GANDVLPHVS clericus scholarū Senensium, pro maiori parte laicorū rector, Lambertum Florentinum clericum eiusdem vniuersitatis scholarē, in mille ex depositi causa condemnauit: à cuius sententia ad Senensem episcopum appellat Lambertus Gandulpho rectori sub excommunicationis poena latæ sententiæ præcepit episcopis, vt illam sententiam infra mensem, viribus non subsistere nunciaret. Gandulphus per triduum ante mensis elapsum, ad Apostolicam sedem prouocauit: & ad terminum veniens, minime præcepto satisfecit.

¶CONTINGIT de tribus ex præfato themate dubitari ¶Primo, an sententia rectoris corruat ex iurisdictionis defectu, iurisdictione census simpliciter inspecta. ¶Secundo, an ad præsidem Senensem potuit legitime appellari. ¶Tertio, an dictus Gandulphus in excommunicationem inciderit, sua appellatione non obstante: præsupposito, quod ex iusto grauamine fuit procuratus. ¶Veniens ad primum dubium, adducam primo ad partem affirmatiuam, scilicet quod dicta sententia rectoris corruit, quinque motiua. Secundo adducam totidem ad partem negatiuā, scilicet quod dicta sententia rectoris non corruit. Tertio, cum Dei adiutorio solutionem huius primi dubij annectam.

¶PRIMO igitur, q̄ dicta sententia sit nulla ex iurisdictionis defectu, pbatur sic: Sentētia a nō suo iudice proal-

prolata, vtroque iure disponente est nulla. in capi. at si clerici. de iudi. & quaest. 1. in primis. in c. ad nostram. de consue. & in l. fi. Cod. si à non compe. iudi. sed hæc sententia fuit lata à iudice non competenti, ergo est nulla. maior & consequentia patent. minor probatur ex iuris vtriusque dispositione, qua cauetur, vt solus episcopus sit iudex clericorum, vt probatur in capitu. si quis contra clericum. de fo. compe. vbi dicitur, quod habens causam contra clericum, non debet proprium episcopum ipsius clerici deserere: sed prius apud ipsum actio ventiletur. fortius ad idem facit ca. 1. cod. titul. vbi dicitur, quod nullus iudicum neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut minorem ecclesiæ, sine permissu pontificis, per se distringere vel condemnare præsumat: quod si fecerit, debet ab ecclesia Dei, cui iniuria irrogari dignoscitur, sequestrari. vnde diligenter ponderanda sunt verba huius capit. 1. quod in eo vniuersaliter denegat & interdicit iurisdictionem omnibus iudicibus cura episcopum in clericum exercendam: Secundo, in eo quod dicit iniuriam irrogari ecclesiæ, si clericus conuincatur per alium iudicem citra permissum episcopi, ad idem possunt multa iura allegari, vt 11 q. 1. de persona. & quasi per totam illam quæstionem. ¶De iure ciuili potest allegari text. in auth. vt cle. apud proprios epi. primum conuen. co. 6. in rubro & nigro post prin. vbi dicitur, quod apud solos ciuitatum episcopos clerici prius conueniendi sunt. facit tex. in auth. causa quæ fit cum monacho. & in auth. statuimus. C. de episco. & cle. Ex quibus clare infertur
1 †quod scholarium rector non debet esse iudex clericorum.

¶Secundo probatur per glos. in l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. quæ dicit, scholares non facere vniuersitatem, & per consequens, de iure non posse sibi eligere rectorem: ergo indubitanter tenendo illam glo. rector scholarium non habet de iure etiã ciuili iurisdictioné in scholares, & fortius nõ debet habere in clericos: & si quã hodie haberet, videtur habere ex forma statutorum terrarum, quæ non extenduntur ad clericos, vt in c. ecclesia sanctæ Mariæ. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti.

¶Tertio, præsupposito sine veritatis præiudicio, quod scholares faciant vniuersitatem de iure communi: tamen in casu nostro, in quo sunt laici & clerici scholares, non potest dici quod simul faciant vniuersitatem:
2 quia homines disparis professionis, †non debent facere idem collegium, vt in cle. 1. de elect. & 16 q. 7. in nona actione. facit c. si de regul. iur. & in c. causam. de elect. cum conuersione laicorum. vt in c. laici. & in ca. laicos. 2. q. 7.

¶Quarto probatur vniuersitas illa: Vbicunque in studio sunt plures laici, quam clerici: tunc illa vniuersitas est secularis, quia denominatio fit à maiori parte. minor autem venit iure accessionis, licet sit preciosior vt in §. si tamen alienam. institution. de rerum diuis. & l. si & si non sint. § perueniamus. ff. de aur. & ar. lega. tenet in terminis nostris Bart. in l. fin. C. de colle. illici. & Bal. in auth. habita Cod. ne fi. pro pa. sed in collegio & vniuersitate clericus nullum officium, nullam denique actionem seu aliquam communionem debet habere, vt in l. placet. C. de episco. & cleri. no Inno. in capitul. dilecta. de exces. præla. prope finem. vbi dicit, quod clerici alicuius ciuitatis vel castri, non possunt facere collegium ea ratione, quia sunt in eadem ciuitate vel castro: quia clerici non constituunt vniuersitatem castri vel ciuitatis, seu castrum vel ciuitatem, quod idem est: sed constituunt vniuersitatem ecclesiarum suarum, & ciues constituunt ciuitatem & vniuersitatem ciuitatis, seu castellum &c. sed bene possunt clerici constituere vniuersitatem causa religionis, vt Missas celebrent pro viuis & defunctis, cum similibus. hæc sunt formalia verba Inn. in dicto c. dilecta. ad idé facit quod not. Inn. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordin. vbi dicitur, duo requiri ad hoc, vt rector habeat iurisdictioné. Primo, quod ipse sit clericus: Secundo, quod vniuersitas quæ ipsum eligit, sit clericorum ac religiosorum: quasi sentiat, quod si rector est laicus, non potest recipere iurisdictionem spiritualem, quam non habet ipsa vniuersitas, quæ per electionem transfertur in rectorem, vt in c. ex literis. de consti. & facit quod no. Inn. in c. quanto. de offi. ordin.

¶Quinto bene facit c. significasti. de foro comp. vbi traditur regula, quod clerici non possunt consentire in iu-
3 dicem non suum, †nisi forte sit persona ecclesiastica, & ipsius diœcesani voluntas accedat. ergo sine voluntate episcopi non potest ipse Lambertus clericus cõsentire in rectorem, tãquam in iudicem: sed in casu nostro nil dicitur de voluntate proprij episcopi, ergo sententia fuit nulla.

¶AD PARTEM negatiuam, quod sententia non sit nulla, arguitur primo sic: Priuilegium alicui generi personarum, sub nomine appellatiuo laicis & clericis congruenter concessum, competit nedum laicis, sed etiam clericis, vt probatur in c. dilecti. de fo. compe. nisi priuilegium concessum laicis. vim suam porrexerit etiam in clericos. facit quod de statuto laicorum & de priuilegio notauit Bald. in l. prima Codic. de sacrosan. ecele. & Io. de Lig. in c. quod clericis. de foro compe. sed in authen. habita. C. ne fi pro pa. & in l. fi. C de iurisdi. om. iudi. emanarunt in priuilegium studentium, & exercentium professionem approbatam, vt in eis patet, in quibus disponitur, vt exercentes professionem scholasticam, possint certos iudices habere, inter quos est eorum rector: quæ quidem qualitas scholastica ita competit clericis, sicut laicis. in c. 1. de priuileg. in 6. eodem titul. cap. fin. cum similibus. ergo dicta sententia, lata à rectore vniuersitatis scholarium in Lambertum clericum & scholarem, non debet esse nulla ex iurisdictionis defectu. Secũdo probatur sic: Ex quo clericis permittitur de iure studium, vt in c. super specula. de magi. & in c. 1. eod titul. lib. 6. cum similibus. in quibus probatur, quod nedum in studio possunt clerici causa studij moram trahere: sed in multis studij fauore priuilegiantur, adeo quod etiam ad docendi officium possunt religiosi promoueri, dummodo ad illud legitime promoueantur, vt est communis Doctorum conclusio in c. nonnulli. de magis. ergo omnia quæ studij ratione indulta sunt, videntur eis competere. ar. c. prudentiam. & c. præterea. de offi. deleg. & in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procur. facit optime quod in simili legitur. & no. in l. si lõgius. ff. de iudi. vbi habetur, quod filiusfamilias in studio existens, potest agere & conuenire sine patris consensu sicut paterfamilias. Idem in religioso. not. in c. vt periculosa. ne clerici. vel mona. libr. 6. sed studij & professionis approbatæ causa emanauerunt, dicta auth. habita. & l. fin. C. de iurisd. om. iudi. ergo eorum dispositio videtur clericis permissa.

¶Tertio ar. per optimum simile. si enim ratione feudi quod habet clericus à laico, subiicitur clericus id consentientibus feudum iurisdictioni feudi sibi tributæ à lo. ciuili vt in ca. imperialem. §. præterea. de prohi. feu. ali. per fe. col. 10. iuncto eo quod legitur & no in c. cæterum. de iud. & melius in c. verum. de fo. compe. ita & fortius dicendum est in clericis existétibus in studio, vt ratione scholasticæ professionis subiiciantur iurisdictioni rectoris & aliorum, de quibus in auth. habita præsertim eo attento, quod domino feudi datur iurisdictio in vasallos in fauorem ipsius domini. hoc dicit gl. no. in d. §. præterea. quod vasalli non possunt sub alio iudice litigare sine consensu domini feudi. ¶Idem tenet Bar. in l. 1. ff. de iudi. & in l. 1. §. & post operis. ff. de no. ope. nuncia. Studentibus autem dantur iudices in eorũ fauorem, vt in d. auth. habita.

¶Quarto arguitur de c.quia in cauſis.de procu.vbi aperte colligitur,quod ſcholares faciunt vniuerſitatẽ,
4 †licet ſint clerici & laici.loquitur enim ibi,vt patet ex ſupradictis, de ſcholaribus videlicet Pariſien.qui pro maiori parte ſint clerici.ad idem tex. in prooemio li. 6. decr.& cle.vbi ſcribitur vniuerſis ſcholaribus Bonõiæ commorantibus,& compræhẽdit eos poſtmodum ſub nomine vniuerſitatis.eſt tamen certum,quod Bononię ſtudentes, ſunt clerici & laici, & credo plures laicos quam clericos.ergo ex quo faciunt vniuerſitatem, dicuntur habere omnia iura vniuerſitatis,vt in c.dilecta iuncta gl.de exceſ.præla.& in l.j.ff quod cuiuſque vniuer.ergo poterunt habere rectorem,arcam communẽ, ſyndicum,ſigillum. & ſimilia.hæc enim pertinẽt ad vniuerſitatem,vt no.in iuribus prealle.& in l fi.C.de iuriſ.om.iudi.

¶Quinto & vltimo arguitur ſic: Vbicunque clerici faciunt collegium approbatum,poſſunt eligere prælatum,cuius iuriſdictioni ſaltem in ciuilibus ſubiiciantur,vt in c.primo de elec.& in c.congregato.16 q.7.ca. primo.& 2.de iudic.cum ſimilibus.not.glo.in c.quanto.de of.& in c.cum ab eccleſiarum ſed clerici ſtudentes in ſtudiis generalibus,faciunt collegium approbatũ.in dicto c.quia in cauſis.de proc.& in prooemio ſexti. & cle. ergo poſſunt ſibi eligere rectorem, cuius iuriſdictioni ſubiiciantur.Ad idem optime facit c.ex literis.de conſti.vt patet ibi, quod doctores & magiſtri Pariſien.faciunt collegium & ſtatutum,ſicut alij facientes vniuerſitatem:& tamẽ illi pro maiori parte ſunt clerici.

¶AD SOLVTIONEM huius primi dubij,Ieſu Chriſti Saluatoris, eiuſque piiſſime genitricis Mariæ,beatarúmque virginem Agathæ & Luciæ,cæterarúmque, totiúſque cæleſtis curiæ inuocato præſidio, deſcendens, primo præmitto, ſi volumus ſequi op. in. glo.iuris ciuilis in l.fin.Codic.de iur.om.iudi.quæ dicit,poſt Azo.ſcholares non poſſe habere rectorẽ, quia non exercent profeſſionem, ſed ſub exercentibus ſunt diſcipuli pelli pariorum. ideo concludit, quod magiſtri vel doctores poſſunt rectorem eligere,quia ipſi,& non ſcholares, profeſſionem exercent. allegat in hoc conſuetudinem Pariſienſis hæc quæſtio eſt ſatis deciſa pro parte affirmatiua, ſcilicet quod hæc ſententia rectoris in clericum lata, fuerit nulla. Si enim non poſſunt ſcholares eligere rectorem, ergo electus per eos,nullam habet iuriſdictionem:cum eſſet diſpoſitio legis. ſimiliter & priuati,non poſſunt iuriſdictionem tribuere,vt in c ſignificaſti.de fo. compe.& in l.priuatorum.C.de iur.om.iudic.hinc dicit Inn. in d.capitul. cum ab eccleſiarum.de offic.ordi.quod ſi tot homines quot ſunt Romæ,eſſent collegij cauſa collecti, & non haberent expreſſum vel tacitum conſenſum à ſuperiore,quod facerent vniuerſitatem,non poſſunt ſibi iudicem facere,nec habere alia iura vel priuilegia vniuerſitatis,argu.ff.de colle.illici.l j. & quaſi per totum. ſed illam gl.non puto veram,immo contra illam eſt tex. in prooemio cle.vbi dicit,quod faciunt vniuerſitatem & quod poſſunt ſyndicum facere, Papa ſcribit vniuerſis doctoribus & ſcholaribus Bononiæ commorantibus: & poſtmodum in fine prooemij dicit, vniuerſitati veſtræ &c.& per illa verba not.Pan.de Liaza,quod ſcholares faciunt vniuerſitatem Idem voluit gloſſ.& doct. in d.c.quia in cauſis.& Inno.in d.cap.cum ab eccleſiarum.& c.dilecta.de exceſ.præla.& Bar.in d.l.fi.& Bald. in d.auth.habita.nec procedit ratio glo.illius l.fi.dum æquiparat ſcholares diſcipulis pellipariorum,quia illi diſcipuli tanquam ſeruitores ipſorum magiſtrorum. ſed ſcholares ordinantur ad iuſtitiam exercendam & prudentiam ampliandam.hoc expreſſe voluit imperator in d.authentic.habita vbi commendando & priuilegiando ſcholares,dicit,quod ipſorum ſcientia mundus illuminatur. & ad obediendum Deo & miniſtris vita ſubiectorum informatur. ergo ipſorũ vniuerſitas ordinatur ad iuſtitiam & prudẽtiam, & ſic differunt à diſcipulis aliarum artium.

¶Secundo principaliter poteſt decidi pro hac parte affirmatiua ſic terminus opin.quod homines diſparis profeſſionis non poſſunt facere vnum collegium, vt innuere videntur iura,ſupra in argument. deducta. Cum enim in caſu noſtro præſupponebatur, quod in hac vniuerſitate plures ſunt laici,quam clerici:ergo de iure cum ſint diſparis profeſſionis, vt in capitulo. duo ſunt genera Chriſtianorum. 12. quæſtione prima non poterant facere vniuerſitatẽ ſimul: rector ergo electus contra iuris diſpoſitionem,nullam in clericis debet habere iuriſdictionem:vt in regu.quæ contra ius.de reg. iur.in 6.l.non dubium.Cod.de legi & c. diſt.ca. vides. ¶Sed hæc opi.in caſu noſtro mihi non placet,per text. in prooemio.ſexti. & cle. vbi Papa nouiſſime ſcripſit vniuerſis ſcholaribus Bononiæ commorantibus,& eos poſtea ſimul compræhendit ſub vno nomine vniuerſitatis:& tamen certum eſt,quod tunc & nunc in illo ſtudio ſunt clerici & laici.¶Idem facit in ſcholaribus Pariſien.vt in d.capitul quia in cauſis. ad idem capitulo. ex literis.de conſti.vbi magiſtri & docto. Pariſien.faciunt vniuerſitatem approbatam.& tamen certum eſt, ꝙ inter eos aliqui ſunt clerici,aliqui laici.ergo ex iſtis iuribus euidenter concluditur, quod ſcholares diſparis profeſſionis,poſſunt facere eandem vniuerſitatem. & allegari poſſet in ar.l. fi.C.de iur om.iudi.vbi in eodem collegio præſupponitur, quod poſſunt eſſe milites in dignitatibus conſtituti, vna cum plebe ſeu priuatis.hanc opin.aperte ſentit Bart.in l.fin.C.de colle. illi.& Bald in d.authen.habita.vbi aperte voluit,quod
5 ſcholares clerici & laici,etiam religioſi, †conſtituunt eandem vniuerſitatem.& tenendo hoc.ad iura quæ innuunt quod homines diſparis profeſſionis non poſſunt collegialiter coniungi: reſpondeo, quod procedunt in collegiis realibus, non autem in perſonalibus.quod eſt bene notandum, quanquam in iure non reperiantur hæc vocabula,vt dicit Inno.in ca.dilecta. præallegat.tamen poſſunt ſic dici ad inſtar ſeruitutum realium & perſonalium.vnde ſic collegia, occaſiõe rei poſſunt dici realia, vt collegia eccleſiarum, monaſteriorum,& ſimilia.Ea vera quæ ſunt occaſione exercitij perſonalis,poſſunt dici perſonalia,vt collegium ſcholariũ,lanificum,cerdonum,& ſimilia in realibus enim dicuntur homines diſparis profeſſionis, ſed in perſonalibus ſecus.

¶Et poteſt eſſe diuerſitatis ratio,diſparis profeſſionis ratio,prohibens collegialiter ſociari:quia quorum ſtudia ſunt diuerſa,cohærere & coniungi non poſſunt in capitul in noua actione.16.quæſtio.7.quæ ratio ceſſat in collegiis perſonalibus.cum enim collegiatarum cum omnium collegiatorum reſpectu profeſſionis ſeu negociationis quam exercẽt,vnus ſit finis.& ſic diuerſitas profeſſionis non ob.ſed in collegiis realibus non. nam propter mutuum conuerſari, poſſet reſultare ſcandalum, quia ſecundum ſuam profeſſionem vnus tenetur ieiunare, alius non: vnus ad ſilentium, alius non,& ſic de ſimilibus. præterea iura quæ prohibent iſtos diſparis profeſſionis ſimul ſociari, non loquuntur indiſtincte.ſed regula monaſteriorum: vt loquitur tex.in capitul j.de elec.prealle.hinc eſt,quod gloſ. ibi dubitauit an hoc habeat locum in eccleſiis ſecularibus.non ob c. in noua actione.16.quæſt.7.vbi generaliter prohibetur,quod in eodem officio non ſint homines diſparis profeſſionis quia dico,quod ibi text. loquitur de generali & principali profeſſione. Nam generaliter,vt ibi dicit Archid. duæ ſunt profeſſiones & duo habitus,ſcilicet clericorum & laicorum.in c.duo ſunt genera.12 q j. & iſti non debent ſimul aſſociari in officio ſpirituali,vel in collegiis realibus.ſed profeſſio clericalis,ſicut & habitus, diſtinguitur inter clericos

ſecu-

seculares & monachos.vt ibi not.quare cõcludo,quod
per hanc considerationé quæstio nostra decidi nõ po-
test.

¶ Tertio potest dici,tenendo quod solus episcopus
sit iudex clericorum,sicut multa iura pro hac parte de
ducta,innuere videntur.sed hoc casu mihi non placet,
quia multi alij possunt requiri iudices citra episco-
pos. videmus enim quod ratione feudi dominus effi-
citur etiam iudex clericorum, vt in d.ca. verum.de fo.
compe.

¶ Item prælati in ecclesiis collegiatis sunt iudices,
6 †saltem in similibus,vt colligitur ex capitul.cum ab ec
clesiarum.& c.quanto.de offic.ordi.25.q.4.ca.1. & 2.de
iudi.cum similibus.voluit Inno.in d.c.cum ab ecclesia
rum.& c.quanto.de offi.or.& gl.ibidem.& c.de perso-
na.11.qu.1.probatur ratione:cum enim iura disponant,
vt ecclesiis collegiatis prælatus eligatur ad electio-
nem collegij,quod non fieret prælatio ista,si non com-
peteret sibi iurisdictio circa personas collegij,vt legi-
tur & notatur in d.c.dilecta.de exces.præla. facit ratio
naturalis,super qua fundatur l.fi.C.de iur.om.iudi.di-
cit enim iniquum esse & temerarium, quod quis sit de
vno collegio,& euitet iurisdictionem illius, cui data
est cura collegij.& ad iura quæ generaliter loquuntur
de tempore,dico ꝙ procedunt regulariter:quia cõtin-
git communiter,ꝙ clerici sunt sine alio prælato & col
legio.

¶ Item multa ex illis iuribus intendunt excludere
alios iudices seculares,non autẽ ecclesiasticos,qui cõ-
currunt cum episcopis, & inter eos est locus præuen-
tioni.iuxta no.in c.pastoralis.& in c.quanto.de offi.or
din. licet enim habeant prælatum collegij, non tamen
possunt declinare iurisdictionem episcopi,si ibidẽ cõ-
ueniantur,sicut dicitur in istis collegiis spiritualibus,
alias personalibus.vt probatur in dicta l.fi. & not.Inn.
in dicto capitulo cum ab ecclesiarum.& ideo cum istæ
considerationes non sufficiant ad decisionem quæstio
nis nostræ,est nunc generaliter videndũ,an clerici præ
7 textu professionis scholasticæ,†possint habere aliũ iu-
dicem citra episcopum. Et primo discutio ea quæ vi-
dentur respectu auth.habita.C.ne fil.pro pa.Secundo,
virtute l.fi C.de iur.om.iud.est enim inter ista duo iu-
ra,differentia non modica.nam l fi. tribuit secundũ cõ
munem intellectum,iurisdictionem rectori cuiuslibet
collegij causati.ob professionem vel negociationẽ li-
tium eorum, quæ oriuntur duntaxat occasione il-
lius professionis,& non alia consideratione.est autem
iudex inquantum lapifex seu scholaris, non autem in-
quantum est Titius vel Sempronius:hoc voluit gl.ibi,
& sequitur Bar & Bal.& communiter doct.& Inn.in d.
c.cum ab ecclesiarum.sed auth.habita. dat iurisdictio
nem indistincte in iudicibus,de quibus ibi,adeo ꝙ gl.
ibi voluit,quod etiam in criminalibus habere possunt
scholares illos iudices & eorum opi.licet in se, vt ibi
refert Bal.voluit,ꝙ nõ habeat locum in criminalibus,
motus ratione:quia text. ibi vtitur verbo, negocio. &
verbo,lis.quæ referuntur ad causas ciuiles,& non cri-
minales.Bal.ibi tenet,ꝙ idem sit in criminalibus ciui-
liter intentatis:secus dicit, si criminaliter. probat ex
qualitate episcopi cui datur iurisdictio, quia non põt
cognoscere de crimine criminaliter. vnde frustra ibi
dicere de episcopo.sed certe hæc consideratio est satis
debilis nam in proemis fforum.in fi. fit expressa mẽtio
de delictis:& respondetur,ꝙ iurisdictio præsidi detur
& episcopo ciuitatis.præterea episcopo non prohibe-
tur de causa criminali: sed quando venit imponenda
poena sanguinis,poterunt alij iudices eligi:vel ipse e-
piscopus electus poterit aliis causam delegare,sicut fa
cit cum haberet iurisdictionem in temporalibus. in
c.1.ne cle.vel mo.lib.6.

¶ Ad dictum factum de matre potest responderi,
quod verbum,lis.ponitur ibi large,vt no.in glos.vnde
puto,sequendo gl.præalle.ꝙ etiam in criminalibus ha
beat locũ ista auth.habita.C.ne fil.pro pa.& hãc opin.
sensit Spe.indubitanter in ti.de reo.post prin. Moueor
vltra alios hac consideratione auth.habita.venit post
dispositionem facti.in fin.& loquitur de iudicibus ibi
datis,licet loquatur magis generaliter,& det ibi opin.
scholaribus respectu illorũ iudicum. ergo debet in du
bio intelligi de omnibus causis, sicut loquebatur ius
antiquum.arg.in auth.de fi.ante dota.instr.natis.§.fin.
co.3.præterea,l.fi.differt ab auth.habita.quia in l.fi.iu-
risdictio datur solum rectori collegij: sed in auth. ha-
bita.secundum communem intellectum datur præsidi
episcopo ciuitatis,& magistro ipsorum scholarium,vt
infra subiiciam.vnde videamus primo,an authentica.
habita.habeat locum in clerico:secundo,de l.fi.præal-
leg. ¶ Circa primum(prout ex multis vtriusque iu-
ris professorum scripturis collegi) quinque principa-
les sunt opi.

¶ Primam sentit gl.in c.inolita 11.q.1 quæ sensit aper
te,ꝙ dicta auth. & ipsius priuilegiũ habet locũ, prout
iacet in ipsis scholaribus clericis, præsertim respectu
iudicum.& sic sentit,ꝙ etiam iudicem secularem pos-
sent eligere clerici seculares.

¶ Secũdo ibi fuit opi.Gof.in summa.de fo.cõpe.ver.
dubitari.qui tenuit totũ oppositũ.scilicet ꝙ illa authẽ.
nõ habeat locum in scholaribus clericis, sed solum in
laicis.& hanc opi.sequuntur Ostien.& Io.in ca.si dili-
genti.de foro compe & Archid.in c.inolita.moti,quia
imperator cum non haberet iurisdictioné in clericos,
non potuit illam aliis iudicibus tribuere. nec obstat
ꝙ contineat priuilegium,quia non potuit priuilegiare
clericos in præiudicium iurisdictionis temporalis epi
scopalis.

¶ Tertia opin.ꝙ illa auth.habeat locum in clericis
alienigenis respectu iudicum ecclesiasticorum dunta
xat. ergo doctor potuit esse iudex, si est clericus.alias
non.hanc opin.tenuerunt Io.de Deo.& Vber. de Bo.&
Spe.in loco præallegat.& Gof.in d.c.si diligenti.in hac
opi.domi.Cardin.Floren.dicit,hoc idem procedere ex
parte rectoris scholarium,licet in illa authẽ.de eo non
fiat mentio:sed hæc ratio processit,quia tunc temporis
scholares non faciebant rectorem: vnde verisimile est,
ꝙ si fecissent,hanc iurisdictioné tribuissent: & sic vi-
detur hodie rector adiũctus aliis iudicibus, de quibus
secundum eum,an sit verum,infra subiiciam hanc ean
dem opi.tertiam. Primo videtur sensisse dominus Ant.
sed postea dicit,quod illa authentic.non habet locum
in clericis, inquantum submittit eos iudici inferiori
episcopo, qui detrahit honori ordinis ecclesiastici.&
pro hoc videtur,quod illa authenti.in totum tollatur
respectu clericorum secularium, cum secundum hoc
ibi remanet solus episcopus ciuitatis,siue illa authen-
tic.habeat iurisdictionem in scholares clericos,in sua
dioecesi residentes,vt argument.in cap. super specula:
& quod ibi.no.ne cle.vel mona.& in ca. quod clericis.
de foro compe.cum similibus. nec ratio sua est vera;
cum in multis casibus de quibus supra, clericus subii-
ciatur iurisdictioni iudicis, non episcopi. & præser-
tim hoc probatur per c.significasti.eodem.ti.vbi clare
probatur,clericum posse cum licentia sui episcopi pro
rogare iurisdictionem iudicis ecclesiastici,licet nõ sit
episcopus.

¶ Quartam opi.posuit Io.Cal.in d.c.si diligenti. di-
cens hanc tertiam opin.posse defendi,si clericus est in
studio de licentia sui episcopi.arg.eorum quæ in simi-
li notan.in c cum pastoris.2 q.7.& in c.ex.ex parte. de
accu.tunc enim cessat præiudiciũ episcopi supra alleg.
quasi sentiat,quod tunc videtur per consequentiam ha
bere licentiam à proprio episcopo litigandi sub iudi-
ce alieno,dummodo sit clericus,argu.in dicto c.signi-
ficasti.

¶ Quintam opinio.posuit Innoc.Nico. de Mat.re-

fert & sequitur Bal.in auth.habita.qui in hoc fecit quatuor membra,dicens,quod aut clericus venit ad studiũ licentiatus à iure,vt quia ad studiũ theologiæ, vt in c. fi.de magist. Aut licentiatus à Papa,aut à prælato suo siue aliqua licentia. Primis duobus casibus tenet, clericum posse vti dispositione illius auth.habita.etiã quo ad iudicem laicum quia lex & princeps potuerunt super hoc disponere.& videtur disposuisse,dando licentiam veniendi ad studium.ꝙ patet ex eo,quia auth.habita.est inducta in beneficium scholarium. cum ergo concedat esse in studio, videtur dispensare super his quæ sequuntur ad illud.ff.de re iudi. quidam consulebat.& C. de nup.imperialis §. si miles. sicut monachus licentiatus ad studium, videtur habere licentiam ad agendũ super factis studij,vt no.in l.si longius.§.fin.ff. de iudi.

¶In tertio vero casu distinguit:aut eligit iudicem ecclesiasticum,& hoc potest propter licentiam sui prælati.& sic potest eligere magistrum,si clericus est:sed si est laicus,non:quia resistit c.significasti. de foro competenti.

¶In quarto casu cum legem offendat, non debet habere priuilegium scholasticum,vt in auth. vt differen. iudi.§.neque autem.col.9.& l.auxiliũ.ff.de minoribus. §.fi.& hoc dicit Bal.tenendum potius,quam ꝙ scripsit Ioan.And.in d.c.si diligenti.

¶EGO VERO pro decisione dubij nostri,primo examinabo authent.habita.an habeat locum in rectore scholarium. Secundo, quid in aliis iudicibus ibi contentis respectu clericorum &c. ¶Circa primum dom.Card.sensit,quod sic,vt supra dixi, non quod de rectore fiat mentio ibidem. sed videtur hodie subrogatus,ex tacita mente imperatoris. Contrarium sensit aperte Bald.in authent.habita.dicens, quod scholaris conuentus coram doctore,nõ potest eligere rectorem vniuersitatis:quia tex.ibi non dat optionem,nisi in tribus iudicibus,scilicet in potestate,episcopo & doctore.De rectore vero non meminit.arg.l. si vero.§. de viro.ff.solut.matrimon. Et credo quod dictum suum sit verius.moueor vltra eum,quia cum illa auth.sit ius priuilegiatum & speciale, non debet extendi ad non expressa, præsertim contra communis iuris regulã. vt in c.porro.de priuileg.& in c.sane.eo.tit.& 7.q. j. petisti.

¶Præterea posset dici,quod etiamsi tunc scholares fecissent rectorem, imperator non dedisset illi iurisdictionem quam dedit aliis:quia iuueni sodali non esset danda potestas in criminalibus, & etiam in omnibus ciuilibus,sicut datur in illa authentic.vt prædixi.quare etiam puto,quod scholaris conuentus hodie coram rectore,nõ potest mero iure inspecto illius iurisdictionem declinare,& eligere sibi episcopum,doctorem vel potestatem secundum formam illius auth.habita.Moueor principaliter,vt dixi,quia per illam auth.habita. non datur optio nisi in illis tribus: ergo conuentus coram rectore,non habet optionem. Non obstat, si diceres rectorem non habere potestatem supra scholares, cum illa authentic.habita.det eam illis tribus iudicibus,arg.in l.consulta diualia.de testa quia dico, quod illa authentica.dedit hanc iurisdictionem illis tribus in fauorem scholarium.vt ibi colligitur manifeste:ergo possunt scholares illi fauori in parte renunciando, eligere sibi rectorem,argument.l.si quis in conscribendo.C.de pact.& c.ad Apostolicam.de reg. cum similibus.Non esset præsumptio. ꝙ imperator priuilegiando ibi scholares,voluerit eis tollere potestatem eligendi sibi rectorem,ne ꝙ ob gratiam conceditur,trahatur in dispendium contra regulam iuris in c.C.de legi.l.ꝙ fauore.

¶Item iura volunt, quod faciant vniuersitatem, vt in iuribus supra allegatis. ergo concedunt, quod habeant iura vniuersitatum,inter quæ est istud,vt possint eligere sibi rectorem,vt in l.fi.Codic. de iurisdict. omn.iudic.& eligendo sibi rectorem,perdunt, quo ad eum,beneficia istius authentic.habita.tamen procedit dispositio illius l.fin.Codic.de iurisd om.iudi.qua cauetur,per iniquum & temerarium esse,quod illi de collegio,prætextu militaris dignitatis vel alterius qualitatis,debeant declinare iurisdictionem rectoris collegij.Nil ergo habent in hoc scholares, de quo conquerantur,cum per electionem rectoris recedant, quo ad eum,à prouisione legis,vt in l.fi.C.de pac.conuen.tam super do.

¶Nec obstat si dicatur,quod cum virtute l.fine.non liceat illis de collegio recusare iurisdictionem potestatis cum rectore collegij:& tamen prætextu authentic.habita:hoc licet,vt ibi.Si ergo licitum est,declinare iurisdictionem potestatis,eligẽdo alium ex illis tribus,ergo fortius debet licere declinare iurisdictiõem rectoris,eligendo aliquem ex istis tribus,cum potestas sit maior rectore,vt dict l.fin.& per Innoc.in capitulo, dilecta.de excess.præla.in fin. Nam si vinco vincentem te,ergo vinco te,vt capit.authoritate. De conces. præben.in 6.in authent multo.C.de epis.& cle. ad hoc respondeo,sic potestas erat iudex necessarius, vt d.l. fin. merito ius voluit prouidere scholaribus:sed rector est voluntarius, vnde eligendo sibi rectorem, recedunt à prouisione legis,vt prædixi. facit quod in simili legitur & not.in capitul.ab arbitris.de offic. delegat.in 6. Concludo quod mero iure inspecto, non potest scholaris conuentus coram rectore,declinare suam iurisdictionem. supponendo se iurisdictioni episcopi,potestatis,vel magistri.Et nota,quia nouum & verissimum est idem,si conuenitur coram aliquo ex illis tribus, vt non possit eligere rectorem vniuersitatis:& per hoc patet,quod vigore auth.habita, nõ potest decidi quæstio nostra,cum illo iure nõ habeat rector iurisdictionem. sed ad materiam ampliandam, & quia posset facere in argu.materiæ nostræ,quo ad secundum,scilicet an iudicibus illis contentis, habeat locum illa authentica. habita.in clericis dicerem sic,quod secundum iudiciũ laicorum nullo modo habeat locum: tamen quia laicus non est capax istius iurisdictionis cõtra clericum, vt in capitul.cum non ab homine.de iudic. vbi patet, quod etiam rex non potest habere iurisdictionem in clericum,quantumcunque in minoribus constitutum tamen quia imperator nõ potuit aliis dare iurisdictionem in clericum, quam non habebat. quia nemo dat quod non habet,in capitul.Daibertum.j.q.7.& capitu. quod autem de iure patro.nec obst.dictum Bald.in eadem materia:quia canõ seu princeps licentiando, videtur concessisse ea quæ tendunt ad fauorem studentium &c.vt supra dixi, quia dico illud non procedere in terminis nostris duplici motiuo.Primo, quia in generali licentia non videtur data potestas cõtra specialiter per iura canonica & diuina disposita,vt not.in simili Bartol.in l.ambitiosam. C. de decret.ab ordin fa. Iura enim canonica & diuina nolunt clericum discuti per laicum,vt in c.si diligenti.de foro compet. cum simili.& in c.si imperator.96.distin.& c nimis & quod ibi not.de iureiuran.& per Innocen.in c.a. de maio.& obed.

¶Præterea non est verisimile,ꝙ Papa voluerit præiudicare toti ordini clericali in fauorẽ studentium Nam læditur totius ordinis clericalis priuilegiũ,si vnus clericus conuenitur coram iudice seculari.vt probatur in d.c.si diligenti. nec est verisimile, ꝙ quis concedat in genere, quod similiter in specie non fuisset concessurus,vt in c.fi.de offi.vica.in 6.& in regula, in generali. de reg.iur.lib.6.

¶Præterea propter generalem potestatem eundi ad studium,videntur illa duntaxat concedi, sine quibus ipse commode esse non potest in studio, argumen. opti.in l.sed Iulian⁹.§.quod dicitur.ff.ad Mace.sed clericus potest esse commode in studio, absque eo quod eligat

eligat in iudicem laicum, ergo &c. Nec obst. contrarium supra formatum in domino feudi: quia dominus feudi cognoscit in re sua ratione directi dominij quod apud eum remansit.

¶ Praeterea imperator ab initio hanc iurisdictioné côcessit domino feudi, vt in l. imperialé. §. praeterea. de prohibita alienatione feudi per Fred. appositum est ergo hoc onus ipsi feudo. vnde si ecclesia vel cleric° vult feudum à seculari, oportet q cum illo onere recipiat, cù res transit cum onere suo. arg. c. pastoralis. de deci. hinc est, quod ecclesia seu papa hanc iurisdictioné approbauit: quia absque ea sentiebat dispendium, cùm aliter non potuisset feudum acquirere. sed in casu nostro cessat haec necessitas, cum clericus non necessitatur ad eligendum iudicem secularem ratione scholasticae professionis.

¶ Quo ad iudicem vero ecclesiasticum, dicerem sic: quòd aut quaeritur, nunquid habeat iurisdictionem super seculares clericos virtute illius authent. & credo, q non: quia imperator nô potuit dare iurisdictionem in clericos cùm eam non haberet, vt in d. c. Daibertú.

¶ Nec obstat si dicatur, q satis hoc permissum est de iure ciuili. argumé. c. j de noui oper. nuncia. quia illud procedit, quando in materia non est facta prouisio per ius canonicum. vt no. Inn. in gl. j. c. j. de rebus eccle. nô alie. in 6. Sed in materia nostra dispositum est per canones, coram quibus sunt conueniendi clerici, vt in iuribus supra deductis in argu.

¶ Aut quaeritur, nunquid potest iudex clericus cognoscere virtute prorogationis iurisdictionis fiendae per scholarem clericum. & puto quòd sic, si ei sit commodum, iurisdictionem illius prorogare: quia per generalem licentiam accedendi ad studium, videtur habere potestatem faciendi ea quae cedunt ad vtilitatem suam & commoditatem studij. arg. eorú quae habétur & notantur in l. si longius. ff. de iudic. & in c. vt periculosa. ne cle. vel mona. lib. 6. Et per hoc infero, quòd cùm clericus sit conuentus coram episcopo, laici non possunt ipsius iurisdictionem declinare, eligendo in iudicem doctorem clericum: quia prorogatio non habet locum, nisi fiat cum consensu partium. vt in l. j. ff. de iudic. cum simil.

¶ Qui autem sint iudices, qui deputantur per auth. habita. respondeo, text. ibi exprimit dominum magistrum & loci episcopum. & glossa ibi exponit magistrum, id est, doctorem legum, qui aliàs praeceptor appellatur, vt in l. in ędib° ff. de dã. infect. alias magister, vt l. qualem. §. dicere. ff. de arbitr. verbum, magistrum. intellexit ibi glos. pro doctore alicuius facultatis. ¶ Ex illa gloss. iuncto textu, nota singulariter pro omni consuetudine, secundum quam doctores iuris, appellantur domini: doctores vero alterius facultatis, appellantur magistri. & idem in simili gloss. in clement. 2. de magist. in ver. doctoratus. quae dicit, quod apud Italiá professores iuris appellantur doctores, in aliis vero facultatibus appellantur magistri. ¶ Ego autem. licèt praedicta procedant secundum consuetudinem, tamé exponerem text. in dicta auth. habita. Capio enim verbum. alias domino, pro praeside seu potestate loci, qui potest dominus loci appellari. vt ff. tex. in l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excusa. tuto. notat Barto. in l. j. prope finem. ff. de iurisdictio. om. iudic. & haec mea expositio competit text. in procemio digestorum. in fin. vbi praesides seu potestates numerantur in numero triú iudicum, vt ex dispositione quam fecit Bal. in dicta authen. habita. An hodie potestas sit exclusus, cum in dicta authentic. de eo non sit mentio. Concludit tamen post multa, quòd non. iurisdictio enim fuit sibi tributa vnà cum aliis, vt in procemio ffórum. & hoc nota, quia procedunt haec, quo ad dictam authen. habita. per quae patet, an & quãdo vel quomodo habere posset locum in scholaribus clericis.

¶ VENIO nunc ad secundum membrum, an virtute l. fin. Codic. de iurisdict. om. iudic. habeat rector iu-
8 risdictionem † in scholares clericos. in quo dubio distingue sic, quod aut rector est laicus, & habet iurisdictionem, quia magis dignum, trahit ad se minus dignum. vt in capitul. quod in dubiis huiusmodi iurisdictionis capax, vt in capitul. cum non ab homine. de iudic. facit optime, capit. secund. de foro compe. inquantum dicit vniuersaliter, nullus iudicum &c. vnde intédit excludere omnem iudicem laicum, nisi specialiter haec iurisdictio tribuatur. firmat Bartol. in l. fi. ff. de colle. illi. & Bald. in authentica. habita. praeallegata. sensit Innoc. in d. capitul. cum ab ecclesiarum. Vnde hoc casu, clerici studentes erunt de vniuersitate, & erunt exempti à iurisdictione rectoris. nec est hoc nouum, cum saepe contingit haec exceptio, vt in l. j. ff. ad municipa. nota. Bart. in d. l. fi. Aut rector est clericus, & tunc considero tres casus: Aut scholares in vniuersitate pro maiori parte sunt clerici: Aut tot sunt clerici, quot laici: Aut laici sunt plures clericis. Primo casu credo, quod rector sit iudex clericorum. Moueor, quia ex quo iura probant hanc vniuersitatem scholasticam etiam mixtam, vt satis colligitur in capitul. quia in causis. de procurato. & in proœ. cle. & 6. inducendo, vt supra deduxi. arg. ergo videntur velle iura, quod habeant vniuersitatem: & per consequens, vt possint habere rectorem syndicum, sigillum commune, & similia: quia qui permittit principale, permittit accessorium, seu quod ex illo sequitur, vt in c. cum M. de consti. facit optime cap. ex literis. eo. tit. cum ibi not. sic enim in realibus collegiis subiiciuntur laici praelato collegij, vt supra dixi. ita videtur dicendum eadem ratione in collegiis personalibus, quale est illud collegium scholarium, vt côpetat rectori haec iurisdictio in clericos directe ex dispositione legali, & ex approbatione canonica: vt in iuribus supra alleg. dico, quod si scholaris clericus conuenitur corá episcopo loci, ratione contractus vel delicti, non poterit ipsius declinare iudicium eligendo rectorem, per text. illus l. fi. C. de iurisdict. om. iudicú. not. Inn. in dicto c. cum ab ecclesiarum. & sic erit in optiône actoris, coram quo istum clericum scholarem conueniat.

¶ Item dico, quod coram rectore non poterit conueniri, nisi de his litigiis quae oriuntur occasione ecclesiasticae professionis, vt in dicta l. fin. no. Innoc. in dicto c. cum ab ecclesiarum, vt supra tetigi, alias vero debet conueniri clericus coram episcopo loci. & idé per omnia dicendum, quo ad secundum membrum, quando tot sunt clerici, quot sunt laici: quia vniuersitas censetur etiam túc ecclesiastica, cum magis dignum, trahat ad se minus dignum: iurisdictionem in clericos sibi nô vendicabit. quia non potest, vt in ca. aqua. de conse. ecclesiae vel alta. not. Bartol. in dicta l. fin. & Bal. in d. auth. habita.

¶ Tertium vero membrum, quando plures sunt laici quam clerici, contingit specifice dubium vnum, de quo non reperio specifice & in proprijs terminis per aliquem tactum. Bartol. enim & Bald. in locis praeallegat. similiter dixerunt, quod si rector est clericus, habeat iurisdictionem in clericos: sed non attingunt húc casum, quando maior pars est laicorum: tunc secundum eorum iurisdictionem quam faciunt ad alium effectum, dicunt quod talis vniuersitas censetur secularis, cum debeat considerari maior. minor autem, si dignior venit iure accessionis. argument. in l. & si non sint. §. peruenimus. ff. de auro & argen. legat. & institution. de rerum diuis. §. sed cum alienam. Et profecto hoc casu videtur de iuris rigore dicendum, quod talis rector non habeat iurisdictionem in clericum, & per consequens sententia de qua quaeritur, corruit ex iurisdictionis defectu: & hanc partem tenui in capitulo. si diligéti. in lectura motus principaliter per allegat. In

nocen.in d.c.cùm ab ecclesiarum.

¶ Item quia vniuersitas dat iurisdictionem rectori.
9 † vt not.glo.in l.& quia.ff.de iurid.& omn.iudicũ.no. Ioan.And.in c.quoniam abbas.de offic.delegat.nõ potuit hæc vniuersitas, cùm censeatur secularis, transferre in vniuersitatem iurisdictionem spiritualem, respe-
10 ctu clericorum, in rectorem suum, † cum illam iurisdictionem non haberet:sed tamen de æquitate cogitaui nouissimè, posse talem sententiã sustineri, vt sic saluemus consuetudinem communem, quæ hodie viget per omnia studia Italiæ, in quibus communiter plures sunt laici, quàm clerici: Et rectores, dummodo sint clerici, exercentes iurisdictionem in clericos.

¶ Moueor principaliter, quia iura canóica & ciuilia videntur hanc vniuersitatem scholarium approbare, quantumcunque sit mixta hominibus disparis professionis. vt in dicto capi.quia in causis.de procurator.& in procem lib.6 & clemen.& dixi supra latius.ergo videtur dare iurisdictionem, cùm iurisdictio sit apud principem indifferenter & rectorem talis vniuersitatis, ex quo est subiectum recipiés iurisdictionem, cùm iurisdictio sit apud principem: sed ipse princeps siue lex mortua, tribuit hanc iurisdictionem rectori, ministerio ipsius vniuersitatis omnis enim iurisdictio deriuatur à principe tanquam à maiori, vt legitur & no. maxime per Baldum in c.j.quis dicatur dux.collat.10. pro hoc optime facit dicta l.fina.C.de iurisdict.omni. iudi.vbi lex tribuit iurisdictionem rectori cuiuscunque collegij, quantũcunque illi de collegio sint diuersæ qualitatis, & habent iudices speciales: vnde disponitur, vt prætextu militiæ vel alterius dignitatis non posit quis declinare iurisdictionem rectoris & tamé certum est, quòd vniuersitas nõ habet iurisdictionem in milites, cum habeant proprios iudices. vt in l.cùm magistri.C.de iurisdic.omniũ iudicum.sed ex quo exercent illam professioné seu negociationem, iura submittunt eos rectori, quo ad istam professioné seu negociationem, distinctione fori non habita. Ita potest eleganter inferri ad propositum nostrum, ꝙ licet clerici dicantur milites, & habeant proprios iudices: tamé ex quo exercent hanc professionem studiorum, iura submittũt eos rectori collegij, quo ad illam professionem: & fortiter hoc sentiunt Bar.& Bal.in dictis locis, qui tantũ requisiuerunt, vt rector sit clericus: nec, quo ad iurisdictionem per eum exercendam, distinxerunt, an maior pars sit clericorum vel laicorum: sed hãc distinctionem fecerunt, quo ad effectum sciendi, cùm superiori ipsum corpus collegij subiacebat, quod examinabo in sequenti dubio.

¶ RESTAT nunc dictum Innocen.in præallega. ca.ab ecclesiarum.ad quod potest sic responderi, quòd Innoce.in ea parte loquitur de collegio ecclesiastico, cùm aliàs non posset esse rector vel prælatus ecclesiæ seu monasterij.arg.in dicto c.ex eo.in fi.lib.6.de elect. Vel secundò potest dici melius, quòd Innocen.non dicit simpliciter, quòd rector debeat esse electus à collegio ecclesiæ ad hoc, vt debeat habere iurisdictionem in clericos.sed requirit, quòd collegium sit ecclesiasticum ad hoc, vt rector habeat iurisdictionem spiritualem, scilicet excommunicandi, interdicendi, & similia exercendi.& ita proprie loquitur, quasi aperte velit, quòd talis rector non posit aliter censuram ecclesiasticam exercere, aliàs fulminare, nec de causa mere spirituali cognoscere.non autem negat, quòd in temporalibus seu prophanis posit cognoscere contra clericos, ex quo rector est clericus, & electus ab vniuersitate approbata.& hoc clarius videtur sentire idem Innocentius in capitul.quanto.eodem titulo. vbi dicit, quòd electus ab vniuersitate, non consequitur potestatem excommunicamdi, sed solum iurisdictionem, sed si confirmationem recepit ab episcopo. tunc nõ potest interdicere. hanc enim potestatem recipiunt ab episcopo confirmante, & non ab vniuersitate, cum excommunicatio sit mucro episcopalis, 16.quæstio.2.visis. Et pro honorabilibus infero ad decisionem quæstionis, nunquid rector scholarium possit excõmunicare scholares vel laicos. ad quod puto sic dicendum, quod si est laicus, nullo modo potest.arg.eorum quæ nota. in c.2. de iudic. ¶ Si vero est clericus, tunc potest duobus concurrentibus, scilicet quod vniuersitas sit ecclesiastica, vt puta sunt plures clerici, quam laici: vel saltem sunt pares numero.& quod rector sit clericus ab episcopo confirmatus: alias non poterit hanc iurisdictionem spiritualem exercere.& not facit, quod dixi in repetitione.capitul.si quis contra clericum.de foro compe. vbi generaliter tractaui, qui iudices possunt excommunicare.

¶ An autem electus per vniuersitatem, sit confirmandus à superiore, vide gloss.nota.in l.priuatorum. Cod. de iurisdict.om.iudi.quæ dicit, quod sic, & sequuntur doc.ibi. Electio enim vniuersitatis, dat iurisdictionem: sed confirmatio tribuit iurisdictionis effectum vel exercitium, secundum illam gloss.& de hoc vltimo, scilicet de effectu confirmationis, vide bonam gloss.quæ idem sentit in capitul.quanto.63.distinct.tenuit.multi in c.transmissam.de elect.sensit Bar.in l.ex eo.ff. de testa.mili.& Bald.in d.auth.habita. vbi loquens specifice de rectore vniuersitatis scholarium, dicit confirmationem necessariam.& no.in dict.l.priuatorum.vbi statutum vel consuetudo disponit, quod eo ipso quod est clericus, non habeatur alia confirmatio, nisi essent duo rectores electi in discordia: tunc oportet adiri superiorem de necessitate, quod aut compellat eos ad concordiam, aut deferat alteri.argumen.in l.huiusmodi. in §. fi.ff.de leg.j.dicit tamen, quod nunquam prius administrabit, quam iuret: licet enim à natura potestatem recipiat in excusatione potestatis.non recipit tamen antequam iuret.in authentic.iusiurandum, quod præsta. ab his in rubro & nigro.col 2. facit authent.de defensi.§.interim.col.3 & hæc sunt notanda.& ꝙ confirmatio sit necessaria, sensit Inn.in d.c.cum ab ecclesiarum. in prin.facit ꝙ in aliis collegiis realibus legitur & no. in c.qualiter & quãdo.& c.trãsmissam.de elec.& eo.ti. lib.6.

¶ Notandum tamen est dictum Bald. in eo quod dicit, valere consuetudinem, vt absque confirmatione consequatur iurisdictionem.quod potest procedere in istis collegiis personalibus, in quibus solum tractatur de præiudicio ipsorum priuatorum.sed in collegiis realibus, saltem ecclesiarum vel monasteriorum, non videtur valere consuetudo, per capitul.cum venerabilis. & quod ibi no.de consue.ne contingat indignum cum dispendio ecclesiarum præfici.consuetudo autem ecclesiis grauosa, non valet.vt in c j.de consue.quod firmat Ostien.in capit.transmissam.de elect.& videtur etiam tenere Innocent. licet prius inferat opin. contrariam. & vide per Oldra.consi.147.& per hæc habetur solutio primi dubij Et attende quod non omnes rectores collegiorum habét iurisdictionem: sed oportet quod sint collegia, propter aliquam negociationem vel professionem approbatam.ita loquitur text.in d.l.fin.Codic. de iurisd.omni.iudic.secus in istis collegiis deputatis pietatis causa vel similibus. Rector enim in illis non habet iurisdictionem, sed præeminentiam quandam friuolã, licet posset priuare beneficio societatis, vt no. Bar.in d.l.fi.ff.de colle.illi.in ver.sed contra hoc dubitatur.

¶ AD SECVNDVM membrum nunc transcendens, nunquid scilicet talis appellatio ad episcopum, à rectore interposita, valuerit, instabo duntaxat circa iurisdictionis competentiam vel incompetentiam.

¶ Et primo adducam quatuor motiua ad partem negatiuam. Secundo, totidem ad partem affirmatiuam. Tertio submittam solutionem. ¶ Quod talis appellatio

latio non valuerit, arguo sic: Vbicunque clericus iudicat vt laicus, nõ appellatur ad iudicem ecclesiasticum seu secularem superiorẽ in illa iurisdictione, vt probatur in capitulo Romana. §. debet. iuncta glossa. in ver. alio. de app. in 6. vbi patet, quod si episcopus iudicat ratione feudi secularis, appellatur non ad archiepiscopum, sed ad dominum feudi, licet secularem. idem tenet Innocent. & communiter doctor. in capitul. cæterum. de iudic. & Bart. in l. j. ff. de appel. sed ratione vniuersitatis iudicauit in casu nostro tãquam laicus, quia vniuersitas erat secularis, cum plures erãt laici, quam clerici, iuxta no. per Bartol. in l. fi. C. de colle. illi. & Bal. in authentic habita. C. ne filius pro pa. vt dixi plenius supra in præcedenti dubio habet enim iurisdictionem tanquam quilibet laicus, & non vt clericus, in l. fin. Codic. de iurisdict. omni. iudic. ergo debuit appellari non ad episcopum, sed ad potestatem loci. hoc argument. expresse videtur firmare Bart. in d. l. j. §. si quis in appellatione. vbi dicit, quod si clericus vel episcopus, est factus rector alicuius ciuitatis, quod debet tunc appellari ab eo ad dominum illius ciuitatis. Idem dicit, si rex iudicat in aliqua causa, vt comes, quod debet appellari ad superiorem ipsius, inquantum est rex. facit capit. cum appella. de priuile. hoc idem expresse videtur sensisse in d. l. j in alia quæstion. quæ incipit, quæro an aliqua ciuitas. vbi firmat, quod si aliquod collegium facit sibi rectorem, cui dat iurisdictionem quam potest, vt l. fi. C de iurisdict. om. iud. quod debet appellari ab isto rectore ad superiorem proximum illius collegij, quem dicit esse rectorem ciuitatis. arg. in d. §. si quis in appellatione.

¶ Secundo principaliter pro hac parte arguitur sic: Hæc collegia inferiora subdita sunt superioribus potestatibus seu iudicibus illius ciuitatis seu loci, vbi ipsa collegia consistunt. Si enim sunt secularia, subiiciantur domino seculari, vt in dict. l. fin. Codic. de iurisd. om. iudi. faciat l. j. & fi. Cod. de colle. illi. Si ecclesiastica, subiiciuntur iudici ecclesiastico, vt in c. ex literis. & quod ibi not. de const. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi.

¶ Hanc cõclusionem firmat Inn. in c. dilecta. de exces. præla. in fi. vbi dicit, ꝙ ista inferiora collegia & rectores eorum, subdita sunt maioribus & ordinariis potestatibus intantum, quod ad eorum dictũ possunt destrui & impediri vt fiant facit l. j. C. de colleg. illi. Et appellatio semper est interponenda ad proximum superiorem, vt in c. dilecti de appel & in dicta l. j. eo. titu. & c Romana. eo. tit. in 6. ergo debuit appellari in casu nostro ad superiorem secularem.

¶ Tertio arguitur sic: Vniuersitas secularis non potest dare suo rectori iurisdictionem ecclesiasticam, sed secularem duntaxat, vt no. Innoc. in d. cap. cum ab ecclesiarum. nemo enim dat quod non habet, j. quæst. 7. Diabertum. & c. quod autem. de iurepatro. facit l. traditio. ff. de acqui. re. do. Sed si iurisdictio ista est secularis, tunc appellari debet ad iudicem secularem, qui est supra illam iurisdictionem, vt in dicto ca. Romana. §. debet.

¶ Quarto & vltimo probatur sic: Rector studij seu alterius professionis seu negociationis, habet iurisdictionem per legem ciuilem duntaxat, in l fi. Codic. de iurisdict. omn. iudic. de iure autem canonico non legitur tributam esse iurisdictionem: ergo appellãdum est ad eum qui tribuit iurisdictionem l. j. Cod. vbi & apud quem. ergo ad Potestatem secularem, qui in loco est vice imperatoris. l. præcipimus. & quod ibi nota. Cod. de appel.

¶ IN CONTRARIVM ad partem affirmatiuam arguitur primo sic: Appellatio debet semper interponi ad superiorem illius qui iudicauit, vt in l. j. C. vbi & apud quem. & d. c. dilecti. & c. Romana. eo. titul. præalleg. Sed iste rector ex quo est clericus, in nullo est subiectus iudici secalari, nec esse potest tanquam rector, cum speciale sit in feudo. vt nota. in d. capitulo. quod clericis. & c. verum. de foro compe. Rector enim iste nihil tenet à iudice seculari, ratione cuius debet esse subiectus: sed subiicitur iudici ecclesiastico duntaxat, xj. q. j. quasi per totum. & c. si quis contra clericũ. de foro compe. ergo recte fuit appellatum ad episcopum, cum ab istis clericis inferioribus iurisdictionẽ habentibus sit ad episcopum appellandum. d. capitul. Romana. de ap. lib. 6. corroborat hoc argumentum dictum Barto. vt in l. 2. C. vbi & apud quem. vbi dicit, ꝙ si homines diuersarum iurisdictionum committunt in tertium alterius iurisdictionis, & si ex forma statuti potest appellari, à sententia arbitri appellandum est ad iudicem arbitri, & non ad iudicem partium: quia appellans conqueritur de sententia iniqua ipsius iudicis: & per consequens debet appellare ad ipsius superiorẽ: igitur ad episcopum, qui est iudex clerici, merito fuit appellatum. Preterea & secundo, sicut clericus iudicari non potest a iudice seculari in prima instantia causæ, vt in c. clerici. & in capitulo qualiter de iudic. & in capitul. vnico. de cleri. coniu. lib. 6. ita nec instantia appellationis, cũ appellatio in pluribus posset reformare sententiam, vt in capitu. Rainutius. & c Raynaldus. de testa. ꝙ succedit loco prioris iudicis, vt in c. vt debitus. de app. Sed in casu nostro reus erat clericus: nec desinebat esse reus in causa appellationis. sicut ergo non potuit etiam sponte subiici examini iudicis secularis in causa principali, vt in c. si diligenti. de fo. compe. ita nec in causa appellationis, recte ergo fuit ad episcopũ appellatum, qui fuit competens iudex iudicis, à quo & ipsius rei origo.

¶ Tertio arguitur & fortius sic: Iste rector non potuisset sententiam contra clericum istum ferre, nisi fuisset etiam ipse clericus. de iudic. at si cleri. dixi plene supra in præcedenti membro seu dubio. Cum ergo qualitas clericatus necessario concurrat ad validitatem sententiæ, ad potentiam iurisdictionis exercendæ: ergo poterit dici, quod iudicauerit non vt clericus, sed vt laicus, & per consequens debet recurri in causa appellationis ad superiorem suum respectu illius qualitatis, secundum quam, iurisdictionem exercere potuit. facit c. cum appella. de priuile. & l si quãdo C. de app. ¶ Quarto & vltimo probatur alia consideratione. authentic. habita. Codic. ne filius pro pa. dat scholaribus tres iudices. infra quos est loci episcopus: ergo qualitercunque iste rector iudicauerit, siue vt clericus, siue vt laicus, potuit iste episcopus tanquam competens, in causa secularium clericorum & laicorũ adiri. Si enim datur scholaribus optio in prima instantia eligendi episcopum dominum & magistrum. authentic. habita. etiam inuito & reluctante actore, vt in d. auth. habita, ergo fortius potuit iste in appellatione sua sibi eligere episcopum, cum appellantis, & non appellati, sit eligere episcopum iudicem, dummodo sit competens. 2. q. 6. ad Romanam.

¶ AD SOLVTIONEM, Iesu Christi, eiusque piissimæ matris, beatarũque virginum Agathæ & Luciæ, cæterarumque mearum inuocato patrocinio, condescendens, ad materiam ampliandam: Sciẽdum, quod materia ista potest discurri per quatuor casus: Primus casus, quando est ecclesiastica vniuersitas, & rector clericus. Secundus casus, quando rector est laicus &c. Tertius casus, quando vniuersitas est ecclesiastica, & rector laicus Quartus, cum rector est clericus, & vniuersitas secularis, sicut contingit in casu nostro.

¶ Primo casu indubitanter dico appellandum ad episcopum loci: tum quia ipsa iurisdictio est ecclesiastica, ex quo talis vniuersitas & appellatio interponẽda est ad superiorem in illa iurisdictione, vt nota in d. capit. Romana. §. debet. & dicto. ca. cæterum. tum quia

ipse iudex est clericus,& regula est,quod ab istis inferioribus citra episcopum est appellandum ad episcopum.dicto capitu.Romana.§.primo.nisi de consuetudine vel statuto iste rector recognosceret alium immediatum superiorem:quia tunc debet interponi appellatio gradatim,& non omisso medio. de quo tamen dicendum,vt le.& no.in c. dilecti.de appel. & hanc sententiam satis sentit Barto in dict.l.j.ff.de appel.vbi dixit,à rectore collegij appellandum ad superiorem proximum illius collegij & licet ibi dixit rectorem ciuitatis & proximum superiorem,illud debet intelligi,quando collegiũ est seculare:puta,quia omnes vel pro maiori parte,sunt seculares seu laici:secus autẽ, vbi esset ecclesiasticũ. vt quia omnes vel maior pars vel totidẽ sunt clerici,quot laici.nam tunc subiicitur episcopo loci,& non iudici laico,iuxta not.per eundem in l.fi Codic.de colle.illi.& per Bald.in auth.habita.C. ne filius pro pa.

¶ Secundo casu principali,quãdo rector est laicus, & vniuersitas secularis,satis videtur de mẽte Bar.quod appellandum sit ad rectorẽ ciuitatis.& facit quod not. Inn.in c dilecti.in fi.de exces.prælat Bal.in auth.habita. nõ attingit hunc casum, quando appellatur à rectore, sed quando appellatur à doctore seu potestate & sic restringit se ad alios iudices,qui deputãtur per illã auth. & dixit,quod si in ciuitate est deputatus generalis iudex pro omnibus appellationibus recipiendis, ad illũ poterit appellari.

¶ Si autem non est alius iudex,sed sint speciales iudices appellationũ in certis casibus,seu in certis iudicibus interponendis:ex tunc dicit,si appellatur à doctore,poterit appellari ad potestatẽ seu episcopum: quia licet isti iudices parificentur in d.auth.habita. tamen episcopus maior est potestate allega.gl.in l.ex ea.ff.de postu.& vbi deficeret iudex appellationis,appellandũ dicit ad dominos seu priores ciuitatis,per l.vbi absunt ff.de tu.& cura.

¶ Ego multum miror de his dictis Bal.quæ nec veritatem,nec veritatis saporẽ habere videntur.licet enim
11 episcopus sit maior potestate,† non tamen est superior in iurisdictione temporali.in c.nouit.de iudic.& in ca. causam.qui fi.sint legi.

¶ In hac autem iurisdictione in causis scholariũ ius parificat eos in processorum.& in d.authen.habita.ergo non potest appellari de potestate ad episcopum, cũ appellatio sit interponenda ad superiorem iudicantẽ, dicta l.prima ff.de appel.& in l.j.C. vbi & apud quem. Idem dico,cum est appellandum à sententia doctoris. pone enim illum doctorem sententiantem,esse laicum & litigantes laicos,dicemúsne appellãdum ad episcopum?certe hoc nullo iure persuaderi potest.nec obstat si dicatur, quod cum dentur illi tres iudices à iure in causis scholarium, intra quos episcopus,quemadmodum potest adiri episcopus in causa principali, ita in causa appellationis debet adiri posse. certe iudicio meo ista consideratio nihil valet,quoniam illi tres,scilicet episcopus, Potestas, & doctor, dantur iudices in causis scholarium: & sic cum principaliter conueniuntur ipsi scholares: & de ipsis conqueritur: sed in causa appellationis,non conqueritur appellans de parte,sed de iudice sententiante, vt l.prima ff.de appel.& ideo iura voluerunt,quod appellatio sit interponenda non ad superiorem litigantium,sed ad proximum superiorem ipsius iudicis sententiantis, vt leg.in dict.l. prima & secund.Cod.vbi & apud quem.hinc est,quod à sententia principis non appellatur,quia non reperitur superior:& quia præsumitur, quod recte iudicarunt.in c.cuncta per mundum.9.quæst.3. & l.j.ff. à quibus app. no.lic.

¶ Conclude ergo,quod aut quæritur de appellatione interponenda à rectore vniuersitatis, aut ab aliquo illorum trium,de quibus in dicta authentic.habita.¶ Primo casu teneo appellationem interpõnendã ad iudicem generalem appellatiõum,si talis iudex est in ciuitate.cum enim iurisdictio illa sit secularis, ex quo vniuersitas secularis,ergo debet secundum formam aliorum iudicum seculariũ iudicare.Si vero nemo est in ciuitate,debet appellari ad rectorem ciuitatis. Nam iste dicitur ciuitatis dominus,vt l.spadonẽ. §.si ciuitatis princeps.ff.de excu.tu.& in defectum,debet appellari ad dominum seu domines,nihil absint. ff.de tu.& cura.da.ab his.l.vbi absunt.Si vero appellatur à iudicibus datis per authentic.habita.& tunc dicendum,vt dicam infrà in fin.huius solutio.Primò enim expediam modum appellationis interponendæ à rectore.

¶ VENIO NVNC ad tertium casum, quem non puto posse de iure concurrere:quia ex quo vniuersitas est ecclesiastica modo prædicto,rector debet esse clericus,& non laicus.nam rector debet esse vniuersalis,non autem minoris partis:sed si omnes vel maior pars debet esse clericorum,iste non haberet iurisdictionem,nisi super laicis tãtum:& sic super minori parte,quod non est dicendum facit capitul.ex eo in fine. de elect.in 6.& hanc partem,quòd laicus non possit esse rector,hoc casu affirmauit Bald.in dicta auth.habita.sed vbi plures essent laici,quam clerici,tunc rector potest esse laicus:non tamen habet iurisdictionem in clericos & hoc casu intelligerem dictũ Bartolũ in l.fi. C.de colleg.illi.vbi tenuit, quòd isto collegio mixto clericorum & laicorum,potest laicus esse rector, licet à iurisdictione sua sint clerici exempti. ¶ Sed præsupposito,quòd etiam potest esse laicus rector in tali vniuersitate ecclesiastica:dicerem,quòd ex quo iudicauit de laico,& ipse est laicus,appellandum est ad superiorem laicum,licet episcopus sit iudex collegij, cum sit ecclesiasticum,non tamen singulorum de collegio, ex quo illi sunt laici.nam aliud collegium,aliud singuli. vt in cap.qui manumittitur 12.quæst.2.& l.lege.C.de in ius vocand.cum simil Et si diceres,cum iurisdictio est ecclesiastica,ex quo collegium est ecclesiasticũ:ergo appellandum est ad superiorem de illa iurisdictione.dicto capi.debet.Respondeo,quòd non potest dici ecclesiastica,si in laicum & contra laicos.arg.in c.causam.de præscript.

¶ QVARTO & vltimo casu,quando collegiũ est seculare,sed rector est clericus,vt in casu nostro contingit,certe est magis dubium:quia iste videtur iudicare tanquam laicus.& non clericus:ergo videtur appellandum ad secularem.

¶ IN CONTRARIVM facit, quod sine qualitate clericatus non potuisset iudicare in causa clerici,sicut in casu nostro iudicauit. concurrit ergo necessario qualitas clericatus in ista iurisdictione exercenda & sic sumus extra materiam tactam per Bartol.in l.prima Codic.de appel.ipse enim loquitur quãdo episcopus vel clericus esset rector ciuitatis:sic iudicabit vt laicus, nec qualitas clericatus erit necessaria in illa iurisdictione exercenda,meritóque appellabitur ad superiorem laicum.sed nos sumus in casu penitus diuerso, quem non reperio ab aliquo tactum. tamen potest quotidie contingere,cum in Italia diuersitas scholarium communiter est, vbi pro maiori parte scholares sunt laici,rector tamen ex forma statuti est clericus. Dicerem tamen sic: Aut appellatur in causa laici,& est appellandum ad superiorem laicum: quia in isto casu iste iudicauit vt laicus, nec qualitas clericatus necessario hoc casu concurrit ad sententiæ validitudinem. Aut appellatur in causa clerici, qui erat reus originarius, & puto appellandum ad superiorem ecclesiasticum , quia iudicauit contra clericum tanquam iudex ecclesiasticus. aliter enim in casu nostro poterat cadere iurisdictio contra clericum,iuxta not. per Innoc.in c.cum ab ecclesiarum.de offic. facit cap.

cum

cum nõ ab homine.& c.qualiter.& ca. clerici. de iudi.

¶ Præterea ad valitudinem huius sententię & potẽtiæ exercẽdæ iurisdictionis concurrebant in casu nostro duæ qualitates necessariæ. Prima qualitas, rectoratus: Secũda qualitas, clericat⁹. Respectu primæ, videtur appellandum ad iudicem secularem, quando est supra collegium: & sic est superior in illa iurisdictione. Respectu vero secundæ, videtur appellandum ad iudicẽ ecclesiasticum: tum quia reus, originarius est clericus, & quia etiam iudex est clericus, de cuius sententia exponitur querela nec debet iudicare vt laicus, vt supra plene dixi.

¶ Cum ergo concurrant istæ duæ qualitates diuersæ naturæ in facto indiuiduo, quia ad vtrunque iudicẽ non debet appellari, præualere debet tanquam dignior qualitas, clericatus, per iudicem enim secularẽ non potest expediri, obstantibus rationibus prædictis. expediebatur ergo totum per iudicem ecclesiasticũ, cui nulla obstat incapacitas. ad hoc not. dictum Bart. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appel. vbi per illum tex no. quod cõuentus maior in indiuiduis gaudet priuilegio maiori. facit l. si communem. ff. quemadmodum ser. amit. & vide bo. gl. in c. vnico. de iure pa. in sexta. Ex quo simpliciter infert Bart. ibi, quod si laicus & clericus sunt mihi obligati in causa indiuidua, licet causa ex sui natura sit prophana, ratione tamen clerici debet expediri coram iudice ecclesiastico. quod perpetuo notandum. Aliud simile notandum in l. prima. §. si quis in appellatione. ff. de appel. dicens, quod si in causa iudicarunt simul iudex ecclesiasticus & secularis, appellãdum est ad superiorem ecclesiasticum: quia ad secularem non potest appellari, cum clericus non potest se illi subiicere, etiam si vellet. vt in ca. si diligenti, de fo. compe. nec est æquum, quod ad vtriusque superiorem appellarent: quia forte in locis distantibus & separatis sunt, nec possunt de facili conueniri. congruẽtius ergo appellabitur ad superiorem ecclesiasticũ, secundum eum, cum iudex laicus potest se subiicere. & per ipsum tota causa decidi, ne causæ continentia diuidatur in hoc. ff. ex quibus cau. maio. in l. 2. & l. nullus. C. de iudi. & in l. si communem. ff. quemadmodũ ser. amit. quod est notandum. facit quod le. & no. in capit. per hoc. de hereti. in sexta. vbi patet, quod si ordinaria iurisdictio in aliqua causa cum delegata opposita ordinaria tanquam minor, assumit in diuiduis naturam delegatæ. vnde appellãdum est ab vtroque ad propriũ, & non ad iudicem ordinarij superiorem. ad id quod in simili legitur & no. in capitul. super quæstionum. in versic. si vero duo. de offi. dele. & per hoc patet responsio ad contraria superius formata. procedit enim respectu qualitatis rectoratus à parte iudicis sui. quia iurisdictio exerceri non poterit. Idem qualitas clericatus ex parte rei: quia non potest se subiicere sponte iurisdictioni iudicis secularis. ca. si diligenti supra alleg. ergo necessario appellandum est ad superiorem ecclesiasticum. hæc procedunt cum quæritur de appellatione interponenda à rectore vniuersitatis.

¶ SED NVNC restat examinare aliud dubiũ, scilicet cum appellatio veniet interponenda à iudicibus datis per auth. habita. C. ne filius pro pa. In quo quidẽ articulo sensit Bal. in d. auth. supra retuli. cuius dicta minime placent per rationes per me supra formatas.

¶ Mihi aũt videtur posse dici, quod ad solum imperatorem sit appellandum: quia cum ista iurisdictio circa scholares tribuatur eis, scilicet episcopo, rectori ciuitatis, & doctori, ex illa auth. & sic ab imperatore, nec in illa detur aliquis superior: ergo appellandum est ad illum, qui eos deputauit, cum semper ad maiorem & superiorem in iurisdictione sit appellandum, vt supra pluries dictum fuit. pro hac opin. facit quod in si. legitur & no. in capitu. ab arbitris. de offic. de lega. in 6. vbi ab arbitris iuris, appellatur ad solum Papam: quia cũ à iure habeãt iurisdictionem illam, ergo ad ipsum ius, à quo habent potestatem, appellandum est sic ad papã, qui est lex animata in terris, vt ibi no. in glo. 3. ergo idẽ dicendum videtur in casu nostro, scilicet quod durum est semper adire principem.

¶ Pono aliam opinionẽ, quæ mihi plus placet, ꝙ dicamus, quod cum hæc iurisdictio tributa sit ordinario cum tribuatur à principe seu lege certi generis personarum, vt not. Bartol. in l. 3. ff. de iudi. & l. ex eo. ff. de mili. testa. facit quod not. in c. cum ab ecclesiarum. de of. ordi. & sit incorporata eorum iurisdictio, appellandũ est ab eis in istis causis per regulas iuris, generaliter super appellatione interposita traditas, vt supra tetigi. vnde si est episcopus, appellandum est ad archiepiscopum vel papam. facit quod in simili not. Barto. in dicta l. prima. ff. de appel. vbi dicit, quod si episcopus habet iurisdictionem temporalem, incorporatam iurisdictioni ecclesiasticæ, vt quia illum non habet in feudo, appellandũ est ab eo in tali iurisdictione ad archiepiscopum. pro quo allego tex. apertum in dicto capitul. Romana. §. debet. ¶ Si vero appellandum est à rectore loci, appelletur ad superiorem suum, ad quẽ in aliis causis appellatur, cum de ipsius sententia exponatur querela, vt in d. l. 3. & 2. C. vbi apud quem.

¶ Si autem appellandum est à doctore, tũc si doctor est secularis, appellãdum est ad doctorem ciuitatis, qui est proximus superior. d. l. spadonem §. ciuitatis princeps. ¶ Si vero ecclesiasticus, appellabitur ad iudicem suum ordinarium. in d. c. Romana. §. 3. de app. li. 6. facit ꝙ no. Bart. in d. l. 2. C. vbi & apud quẽ. præsertim si causa fuerit mota contra clericum scholarem. Idem puto, si contra laicum, ex quo ipse doctor est clericus: quia cũ iurisdictio sit simpliciter tributa doctori in d. authen. habita: videtur data secundum qualitatem suam, sicut patet in episcopo.

¶ Sed circa hoc cadit dubitatio, de quo doctore intelligatur text. si scholaris intrat diuersas scholas. Solutio. tenet Bart. in d. auth. quod debet intelligi de principaliori, quod satis placet, argu. insti. de iure nat. gen. & ciuili. §. quoties.

¶ Præterea teneas menti ad materiã duo dicta Bal. quæ ponit in d. authẽ. habita. quia licet aperte ibi non probentur, facit tamen tex. ille optime in argu. vt pręsertim fauore possessioni scholasticæ sint recipienda.

¶ Primum est, quod scholaris potest à quolibet grauamine † appellare. licet enim de iure ciuili nõ appelletur ab interlocutoria, nisi quia nõ põt subleuari in appellatione à diffinitiua interponẽda, vt in l. ante sententiæ tempus. C. quorũ non app. non recipi. & l. 2. de app. reci. & c. super eo. de app. vbi plene dixi, fauore tamen scholarium hæc specialitas videtur in d. auth. habita deducta, dum ab omni iniuria dicit illum releuandũ. 12

¶ Secundum dictum, ꝙ licet ad imperatorẽ non possit regulariter omisso medio appellari, vt in l. imperatores. ff. de app. tamẽ scholaris in terris recognoscẽtibus imperatorem in superiorẽ, poterit ad eum appellare quia ipse imperator exhibet se paratum, ab omni grauamine illum protegere & defensare, vt in auth. habita. Ex quo infero, quod in terris non recognoscẽtibus imperium, poterit appellari ad dominũ seu dominos illius ciuitatis, cum ibi sint loco imperatoris in illis locis, iuxta no. per Bart. in l. infamen. ff. de pub. iudi. & l. hostes. ff. de cap. & l. vnica. C. ne quis in sua causa. & ꝙ ib ino. Cy. quod est notandum.

¶ Ex omnib⁹ prædictis infero, ꝙ vbicunque appellatio est interponenda ad superiorem ecclesiasticum, nõ valet statutum de non appellãdo à sententia rectoris, 13 † quantumcunque fuerit confirmatum per ciuitatem: quia in pręiudicium superioris ecclesiastici, non potuit statutum de hoc disponere, vt est tex. singularis in c. venientes. de iureiurand.

¶ Idem puto quo ad præiudicium superioris laici, si

ſtatutum non fuit factum ab vniuerſitate ſcholarium duntaxat,nec fuit confirmatũ per ſuperiorem:quia nõ potuit vniuerſitas hoc ſtatuere in præiudicium ſuperioris.quinimmo nec ciuitas potuiſſet ſtatuere, vt in ciuitate non appellaretur in præiudiciũ ſuperioris,ad quẽ de iure fuerit appellandũ.vt no.Bar.in l.omnes populi.ff.de inſt. & iure.in ver. iuxta præmiſſa quæro.& ſatis probatur per rationẽ dicti c.venientes.& per prædicta remanet plene ſolutum hoc ſecundum dubium.

CIRCA TERTIVM dubiũ, an dictus ſcilicet Gandulphus rector, in excõmunicationem ceciderit, cum appellauerit poſt decendiũ,ante tamẽ cõditionis euentũ,& antequã excõmunicationis ſentẽtia iniecisſet vinculũ, allegabo quatuor motiua ad partẽ negatiuam,& totidem ad partem affirmatiuam. Tertio ſolutionem huius dubij ſubiiciam. ¶Quod ergo in excõmunicationem non inciderit. arguitur primo ſic: Appellatio interponenda eſt infra decendium à tempore grauaminis,vt in cle.ſicut de app.facit c.quod ad conſultationem.de re iudi.ſed ſententia conditionalis cũ effectu,non grauat ante conditionis euentum, vt in c.à nobis.de ſen.exc.facit inſti.de ver.obl.§.ex conditionali.ergo non fuit neceſſe appellare quandocũquè antequã excõmunicatio iniiciat vinculũ.& tunc poſt infra decẽdium videtur poſſe appellari,quo ad deuoluẽdam cauſam,cum tunc incipiet curſus ſententiæ. arg. eius quod not.in c.ad reprimendam.de of.or.licet tũc non poſſit appellare,quo ad ſuſpendendum excõmunicationis vinculum.vt in c.paſtoralis. de app. & hoc eſt vltimum ſpeciale in excommunicatione, vt ibi.no.

¶Ad prędicta facit optime l.prima.§.biduũ.ff.quando app.ſit.vbi tex.dicit,vtile eſt appellare à tẽpore ſen
24 tentiæ conditionalis,† & non expectare cõditionis euentum,vt d.§.biduum.ergo non eſt neceſſe appellare ante cõditionis euẽtum.licet ſit vtile, vt ibi.ſed iſte Gandulphus appellat infra menſem: licet poſt decendium.ergo in excommunicationem minime incidit.

¶Secundo principaliter de hoc videtur tex.in c.prętere a.de app.vbi fuit lata excommunicatio ſub cõditione,niſi faciat infra 10.dies.dicitur ibi, ꝙ medio tẽpore appellando ſuſpenditur excommunicationis vinculum.qualitercũque autem ſumatur ibi medium tempus,pro toto eo tempore quod eſt infra primum & vltimum diem termini ſui pro tertio termino, diuidẽdo illum in tres terminos,ſemper eſt inuenire appelationẽ fuiſſe interpoſitã poſt dicẽdium à tempore promulgationis. Tertio arguitur ſic: Sententia excommunicationis conditionalis non trahitur retro ad diẽ latæ ſententiæ:quia ſequeretur abſurdum.nam exiſtente cõditione,apparet illum fuiſſe excommunicatum tempore præterito,quo nõ fuit culpa,nec fuit de intẽtione proferentis,ita ꝙ debuiſſet ilico vitari.præterea ſequeretur,quod medio tempore non valeret appellatio,cũ reperiretur interpoſita ab excommunicato. quod eſt cõtra dictum c.præterea trahitur ergo excommunicatio ad diem conditionis, ergo ſatis eſt appellare quandocunque ante conditionis euentũ,ad effectum tamẽ deuoluendi cauſam ad ſuperiorem,vt ſupra dixi.

¶Quarto & vltimo probatur ſic:Poſito quod ſentẽtia conditionalis grauet ilico,cum ſit lata, tamen quia vſque ad conditionis euentum reſpectu ſpei grauamẽ eſt ſucceſſiuum, debet poſſe appellari ex nouo grauamine vſque ad euentum conditionis, iuxta ea quæ no. in ſimili in ca. dilectus.ſecund.de reſcript. & per hoc gl.in c.ſæpe.de ver.ſig.verſi.partibus.quod not. in cle. paſtoralis.de re iudi.

IN CONTRARIAM partem,videlicet ꝙ dictus Gandulphus ceciderit in excõmunicationem,arguitur primo ſic:Quicunque infra decendium à tẽpore promulgatiõis ſilet, videtur acquieſcere iudicatis,
25 † vt l.abeo.C.quomodo & quando iudex & c.intra de re.iur.ergo iſte Gandulpus nõ appellando infra decẽdiũ tẽpore præcepti ſibi facti,videtur acquieuiſſe præcepto,& tacite fateri,pręceptũ & ſententiã iuſte fuiſſe promulgatã.non põt ergo appellare poſtea, maximè poſt cõditiõis euẽtũ,cũ ſit in illa executio quædã præcepti.ab executore autẽ nõ appellatur. vt in c.quod ad conſultationẽ.in fi.de re iud.& l.ab executore.C.quorum app.non re.facit optime.ꝙ in ſimili no. Inn in ca. ſæpe.de app.& Ioan.And.in c. venerabilibus de ſen.ex lib 6. ¶Secundo principaliter videtur de hoc caſus in c.ꝙ ad conſultationem. præalle.vbi ſententia lata fuit ſub conditione,vel ad diem. & tamen opus fuit appellare infra decendiũ à tẽpore promulgationis:alias videtur acquieuiſſe ſentẽtiæ,nec aduenictẽ termino datur appellãdi facultas. ¶Tertio pro hac parte facit optime in ar.c.Romana.§.caueant.de ſen. excõ.li.6. vbi habetur,ꝙ ſententia excõmunicationis non debet ferri pro futuris culpis,etiã ſub cõditione, puta ſi hoc feceris,te excõmunico,niſi præcedat culpa ſiue cauſa legitima.quia talis ſententia, licet ſub conditione lata, grauat ilico.alias nõ prohibetur illa forma fieri,& per conſequẽs eſt opus appellatione à tẽpore grauaminis.

¶Quarto & vltimo arguitur à ſufficienti partium enumeratione:aut talis ſentẽtia lata ſub conditiõe,grauat ante cõditionis euẽtum,aut nõ: ſi nõ grauat,nõ debet poſſe appellari,per c.vt debitus de appel.cuius cõtrarium ꝓbatur in d.ca.præterea.ſi grauat, ergo debet poſſe appellari infra decẽdium à tempore grauaminis dicta cle.ſicut.& d.c.vt debitus.cum ſimil.

IN SOLVTIONE huiꝰ tertij dubij primo præmittã,quæ doctores noſtri ſenſerunt. diuiſerunt enim in tres ſentẽtias. Prima Goſ.& Roſ.aſſerentium nullã eſſe differentiã,quo ad appellationẽ, interponendã inter ſententiam excommunicationis conditionalem,& alias ſententias. & ꝙ tempus ad appellandum, currit vtriſque ad euẽtu cõditionis: quia tũc incipit eſſe ſententia,& non ante.allegat dictum c. præterea. & inſti. de ver.ob.§.ex cõditionali.de voto.licet. ver. ſciturus. Nec obſt.ſecũdum eos §.biduum.quia ibi dicitur, vtile non eſt neceſſarium. Secunda fuit ſententia Tancredi & Bar.Brixien.in quadã ſua diſputatiõe,quę incipit, eſto ꝙ iudices.dicentium,ꝙ in ſententia excõmunicationis ſub conditione lata,non põt poſt decendium appellari.alias pro hoc caſus in d.c.ꝙ ad conſultanionẽ: & eis conſenſit.Pe.de Sam.exponens cum Vincenti.& Aegi.tex.in d.c.præterea qui videntur obſtare ibi medio tempore,i.ante 10.dies,vel in decima die.

¶Tertio fuit ſentẽtia gloſatoris in d.cap.præterea. Lau.Inn.Oſt.abbatis Garſi.& Io.An.Io.Mo.in ca.quicunque de here.li.6.vt intra ſententiã excõmunicationis ſit hęc differẽtia,vt in aliis ſit neceſſe appellare infra 10.dies à tẽpore latæ ſententiæ, quãtũcunquè cõditionalis:ſed in ſentẽtia excõmunicationis põt appellari,quãtũcunquè ante conditio.euẽtũ,& etiã per decem dies poſt extantẽ conditionẽ.hoc tamen vltimo caſu valet ſecundũ eos appellatio ad effectũ deuoluẽdi cauſam ad ſuperiorem,non autem ad ſuſpendium vinculum excommunicationis.per c.paſtoralis. de appel.

¶Pro ratione diuerſitatis inter has ſentẽtias,dicunt quia ſententia excõmunicationis trahitur ad diem cõditionis,ſeu ad diem quẽ lata fuit. alias ſequeretur,ſi fieret retro tractus,ꝙ ſtatim eſſet excõmunicatus,& ſtatim vitãdus:& ꝙ per appellationẽ medio tẽpore interpoſitã,non ſuſpenderetur,per dictum capitulum,paſtoralis.Cuius contrarium probatur in dicto capit.præterea.in aliis autẽ ſententiis ceſſat hæc ratio. ideo in eis appellatur vſque ad decem dies tantum. quare dicunt & principaliter Innocen. quod ſi conditio vel dies in aliis ſententiis exiſtat infra decem dies adhuc vſque ad decem dies poterit appellari. ſed in ſententia excommunicationis ſecus. quo ad ſuſpendendũ ipſius effectum,licet poteſt appellari quo ad negocium deuoluens.& nititur Ioan. Andr.hanc opin. defendere per

dictum

dictum.c.præterea sumendo illa verba, medio tempore, secundum propriam significationem vocabuli. est enim medium, quod æqualiter distat ab extremis. vnde qualitercunque sumatur ibi medium, reperitur appellatio interposita post decendium. nã dicere, quod in decendio fuit appellatum, est ponere tex. contra propriam significationem vocabuli: quia illud quod fit in decima die, non dicitur fieri medio tempore, habito respectu ad terminum decem dierum, qui ibi fuit præfixus: quoniam non distat pariter ab extremis, sicut debet proprie medium distare. dicit tamen, prædicta procedere in sententia sub conditione lata: secus, si per statutum talis excommunicatio sub conditione ferretur. tunc enim non vitiatur appellatio ante conditionem, vel infra decem dies postea interiecta. Ratio secũdum eum, quia à pœna iuris non appellatur in capitul. quia nos. de appella. & in l. si qua pœna. ff. de verborum significa. Item sententia hominis potest esse iniusta, 11. quæstion. tertia capitulo primo sed sententia canonis, non. Dicit etiam ibi notanter Innoc. limitando prædicta, ꝙ si quis excommunicauerit aliquem, nisi vsque ad annum soluerit, vnum tantum est mandatum. Vnde si vsque ad annum appellauerit quandocunquẽ, nõ solũ releuabitur, quo ad sententiam excommunicationis, sed etiã quo ad solutionẽ faciendã: quia sublato principali, scilicet excommunicatione, tollitur accessoriũ, scilicet solutio. supra de consti. translato. sed si cõdẽnasset pure, & postea redijsset. & nisi soluerit post annum, sit excõmunicatus. si iste appellauerit infra 10. dies, releuabitur à condemnatione & à sententia excõmunicationis. sed si vltra decẽ dies appellauerit, licet releuetur quo ad sententiã, ex tunc non tamen releuatur, quo ad condẽnationẽ, quæ trãsit in rẽ iudicatam. de re iu. ꝙ ad consultationẽ. sequitur enim diuersa mãdata. ideo nihil prohibet valere appellationẽ, in alio no arg. in c. Raynucius & Raynaldus. de testamen.

¶Hæc sunt quæ hic scripta reperio, cũ quibus transeunt communiter moderni scribentes.

¶Aduerte tamen antequam alia attingam, quia Io. And. in c. venerabilibus. in prima colum. de sen ex li. 6. ponit circa prædicta notabile dictum, dicens quod si iudex dixerit, excõmunico talem: quia fuit contumax in tali termino, licet ista non sit sententia diffinitiua, tamen non nisi appelletur, nõ audietur amplius super expensis & contumacia excusanda. de re iudi. capitul. quod ad consultationem. licet audiatur petens absolutionem quia quo ad illam obtinendã, nũquam excommunicatio transit in rem iudicatam. transit tamen illa quo ad intra inclusum in ipsa sententia excommunicationis, pro quo fertur ipsa, sententia ꝙ videtur prima fronte contra illud, quod supra dixi, tenendo Inn vbi dicit, quod si iudex excommunicauit aliquem, nisi soluerit infra annum, vnũ cum est mandatum. Ideo quandocunque appellando infra annum releuetur tam ab excommunicatione, quam ab solutione. videtur enim prima fronte, quod respectu huius solutionis inclusę, debuerit appellare infra decendium. quod puto verissimum, si in sententiando iudex in iudicio vel interloquendo dixisset illa verba: quia tunc resoluũtur in duo præcepta. ar. in c. Pisanis. de resti. spo. & in c. cũ delicti. de dolo. & contu. & hoc casu procedit dictum Io. An. sed si extra iudicium talem excommunicationis sententiam tulisset, procedit præcedens dictum Inn. quia talia præcepti extra iudicialia nõ transeunt in rẽ iudicatam, vt in c. concertationi. de appel. lib. 6.

¶VENIENDO tamen ad prędictũ principale, saluo iudicicio saniori, Christi nomine inuocato, eiusque matris præsidio, dicerem sic ꝙ aut quæritur de alijs sententiis sub cõditione latis, & tunc quicquid dixerint Goff. & Ros. puto ꝙ tẽpus decendij currit ad appellandũ statim à tempore latæ sententiæ, & nõ à tempore conditionis extãtis. & hoc primum probatur per dictum capit. quod ad consultatiõnem secũdum intellectum qui communiter tenetur. ibi enim in sententia lata sub conditione ponderatur in tex. quod nõ appellando infra decem dies videtur acquieuisse sententiæ nec ratione literæ ponderatur aliter consensus partis nisi interpretatus & victus ex taciturnitate. ad idẽ videtur tex. optimus in l. 1. §. biduum. ff quando ap. sit. vbi in hac quæstio. dicit iurisconsultus vtile fore, vt tempus debeat statim ad appellandum currere à die latæ sententiæ. Et pondera diligenter, quia tex. non dicit, vtile esse tunc appellare, sed vt vtile esse tempus debeat, statim à tempore sententiæ currere quasi innuat ꝙ licet potuisset dubitari propter ea, quæ allegata supra fuerunt ad vtrãque partẽ: tamen vtile visum fuit iuriscõsulto, vt statim debeat currere. est enim vtile ne sententiæ virtus & validitas stet in pendenti in futurũ. argu. in l fi. ff. commu. dia prędio & hanc opi. in istis sententiis apertissime videtur tenere Bar. ibi.

¶Tertio probatur, quia negari non potest, quin ex
16 sententia conditionali oriatur aliqua obligatio, † saltem respectu spei in contractu conditionali. est enim spes in obligatione, vt in §. ex conditionali inst. de ver. oblig ergo idem dicendum in iudiciali sentẽtia, cum in iudicio fiat quasi quidã cõtractus, vt in l. 3 ff. de pecu. ergo cum potest pars prętendere grauamẽ respectu spei, debet statim infra decendiũ appellare, dicto capi. quod ad consultationem. & cle. sicut de ap. Pręterea cũ in iure generaliter cautum sit, vt tempus decendij currat à tempore latę sententię, vt in c. quod ad consultationem & in cle. sicut de appel. & in ca. cum inter. de re iudi. & in sententia conditionali repertat contrarium dispositum, ergo idem in illa dicendum. pręterea cum tex. in dicto §. biduum. hanc sententiam videatur approbare. Aut quæritur in sententia excommunicationis sub cõditione lata: & si fuit lata in iudicio, puto idẽ dicendum, quod supra in aliis sentẽtiis dixi, vt tam respectu inclusi, quam respectu suspendendi obligatiõis vinculum, sit necesse appellare infra decem dies à tempore sententiæ, vt probatur primo per rationes, quas supra in aliis sententiis allegaui: & contrarium non reperitur in hac excommunicationis sententia, ergo idẽ in ista, quod in aliis, dicendum. nam saltem vbi fertur in iudicio. non potest negari quin assumat sibi naturã saltem sententiæ interlocutoræ, iuxta no. per Ioan. An. in c. venerabilibus. de sent. excom. lib. 6. Præterea excõmunicatio non fertur simpliciter, sed respectu certæ causæ, vt quia in iudicio dixit nisi solueris tali, te excõmunico. videtur tacite præcepisse de soluendo. & respectu istius interclusi præcepti, si nõ appellatur infra decendium, transit sententia in rem iudicatam. suprà post Ioã. An. nec respectu vinculi excommunicationis poterit appellari, ex quo ex taciturnitate illi præcepto acquieuit. pro quo facit excommunicatio lata sub cõditione, non habet amplius iustam causam appellandi facit quod in simili no. Inn. in ca. sæpe. de appel. vbi dicit, quod si iudex pronunciauit aliquem contumacem, licet nihil tunc dixerit de expensis, tamen quia veniũt accessoriæ ad pronunciationem contumaciæ, si postea cõdemnat in expensis, non potest ab ista condẽnatiõe appellare. debuit enim appellasse infra decem dies à tempore, quo fuit pronunciatus cõtumax. Ista enim cõdemnatio est executio illius pronunciationis, nisi nũc modum excederet in taxando. Ita dico in proposito, ꝙ ex iusta causa respectu inclusi debuerit iste appellasse infra decendium: quia si non erat obligatus, non poterat negari per supradicta, quando fuerit immediate grauatus, transiui illa in rem iudicatam, quia videatur acquieuisse præcepto de soluendo. ergo nec respectu excommunicationis suspendendæ poterit appellare: quia non habet amplius iustã causam appellandi: & ad hoc, vt appellatio suspendat vinculum excommunicationis, oportet ꝙ sit legitima, vt probatur in c. licet. de

sentent.excom.lib.6.& potest etiam attentare, quod respectu absolutionis fiendæ, præceptum inclusum fuit purum. argumen. in capitu. dilectus. de dolo & contu. & in l Celsus ff. de arbi. licet conditio fuit facta respectu vinculi voluit enim illum excommunicare, nisi soluerit infra terminum præfixum. Idem tamen posset dici, si fuisset solutio etiam conditionalis: sed primũ plus mihi placet. Et no. diligenter hanc rationem, quia nemo ponderauit.

¶ Ex his apparet, quod consideratio Inno. Io. And. & aliorum parum aut nihil valet: quia siue vinculum trahitur ad diem conditionis, siue retro: stant tamen pro me rationes supra factæ. ad tex. capitul. præterea. intelligẽdo quod fuerit illa exceptio in iudicio lata, potest responderi, quod per medium tempus debeat capi aliter, vt reducatur ad terminos iuris, scilicet quod ante elapsum decennium fuerit appellatum. vel dic, quod appellat medio tempore in medietate temporis. & sic decimo die, cum fuerit præfixus terminus in 20. facit quod legitur & not. per Bar. in l. nemo arbitretur Cod. de tempo. appella. aut talis excommunicatio sub conditione fuit lata extra iudicium. & tunc noua consideratione posset dici. vt sufficiat quandocũquè ante cõditionem existentem appellare: quia cum hoc casu sit contractus vt quasi contractus, cum sit factum extraiudiciale, à solo iudice factum, potest dici, talem sententiam sub conditione non grauare antequam existat conditio. vnde causatur hic aliqua obligatio etiam respectu spei argumen. in capitul. concernationi. de appel. libr. 6 pro hoc adduco singulariter tex. in præalle. §. j. & l. Caius. ff. de excu. tuto. vbi singulariter probatur, quod tutore vel curatore dato sub conditione, nõ currit tempus ad se excusandum, nisi à tempore cõditionis extantis, quasi tunc, & non prius, incipiat grauari. & per tex. in dicta l. pe. & l. non tantum. §. sub cõditione ff. de bo. pos. contrarium singulariter sentit Bart. in dicto § biduum. quod speciale sit propter authoritatem rei iudi. vt tempus ad appellandum, currat à tẽpore sententiæ, & non à tempore conditionis extantis ꝙ videtur innuere iurisconsultus, quasi secus est in aliis actibus extraiudialibus non reddit aliquam rationem diuersitatis. sed collige rationem ex supradictis: & est notabile dictum ad multa. & tunc intelligendo quod sententia excommunicationis in dicto capi. præterea. fuerit lata extra iudiciũ, non est vis tenere opin. Ioan. And. quod appellatio ibi fuerit interposita post decennium & si diceres, si non grauat ante conditionem extantem, qualiter admittitur appellatio ante sententiã suspendendam. vt ibi profecto contrarium videtur difficile. sed potest dici, quòd appellat à futuro grauamine, ex quo subest ius.ᵗ timor de præsenti. cle. sicut & c. bonæ. eo. tit. quod ro per hoc remanet soluta & declarata contraria formata pro diuersa parte.

Præterea vltimum, ad quod respõdeo & dico, quod procedat, nisi grauamen iteretur ex facto separato & distincto à grauamine priori, vt quia semel fuit citatus ad certum actum ad locum non tutum, iste nõ opposuit se pro nunc, subiicit se paratum periculo; si de nouo citatur ad aliũ actũ in eadem causa potest participare: & si non admittitur, poterit appellari. vt nota. in contrario suprà formato. Idem dicendum in similibus. secus autem, vbi grauamen est successiuum respectu eiusdem actus, à quo fuit infra decennium appellatum. tunc enim non potest amplius appellari, vt nota in contrario suprà formato: ex quo actus de sui natura non erit successiuus, videtur iste non appellando, illi actui secundum sui naturam consensisse, vt videtur tex. in capi. quod ad consultationem præallega. Idem videmus in condemnato. Nam super grauato si sententia fuit iniusta vsque ad mortem inclusiue, & nõ potest post decennium appellare, vt no. Bartol. in l. qui vltimo supplicio. ff. de pœn. & Specu in tit. de senten. excommunic. §. videndum. versicu. porrò. dixi plenius in capit. iurgantium de re iudica. Idem est dicendum in damnatis in metallum, seu ad opus metalli, vel aliã pœnam successiuam: nisi quis appellauit tempore debito, non potest releuari. etiamsi sententia fuit iniusta nisi à solo principe. vt in l moris. §. iuste. cum sequenti. & l. diui. ff. de pœ. Et hæc sufficiãt ad laudem Dei & omnium sanctorum.

¶ Disputata fuit hæc supradicta quæstio per dominum Nicolaum de Sicilia, abbatem & decretorum doctorem in felici Senen. studio, anno Domini 1430. & ad vtràque partem dubiorum respondit dominus Franciscus archipresbyter Funden.

¶ Laus Deo.

QVAESTIONES SEV DISPVTATIONES QVATVOR BARTOLI DE SAXOFERRATO, sumptæ ex libro II. Consiliorum eiusdem.

ARGVMENTVM.

VTRVM STANTE COMPROmisso, appellari possit in causa reductionis, à sentẽtia per iudicem tanquam bonum virum lata.

SVMMARIVM.

1 *Edictum appellatione est prohibitorium, & prohibitorij natura realis est.*

2 *A sententia principis cognoscentis nõ appellatur, & tamen à sententia ipsius delegati potest appellari.*

Quæstio I.

a PETITVM fuit (a) iudice, arbitriũ arbitratoris reduci ad arbitriũ boni viri: lata fuit sentẽtia per iudicẽ super reductione ipsa: nunc quæritur, an à senten. lata per iudicẽ tãquã bonũ virũ, possit appellari. ¶ In q. nostra teneo hunc ordinem: quia primo faciã argumenta, ꝙ possit appellari, & sic ad partẽ affirmatiuam: & faciam argumenta, quod non possit appellari, & sic pro parte negatiua.

PRO. Venio ad primum, & quod possit appellari,
1 probo: & primo sic: † Edictum appellatione est prohibitorium. & prohibitorij natura realis est, quod id ꝙ non est lege aliqua prohibitum, est permissum. sed edictum de appellatione. est huiusmodi: ergo &c. sed cum non reperiatur lex aliqua, in hoc casu esse prohibitum appellari à causa, videtur esse concessum. prima patet ff. de testibus. l prima ff. de procu. l. inuitus §. cum quãdo. & ibi de hoc ff. ex quibus cau. maio. l. nec non. §. quod eis. ff. de probatio. l. ab eà parte. cum similibus.

¶ Secundo sic: Certi sunt casus & causæ, quibus appelare nõ licet, inter quos nõ connumeratur casus noster. C quorũ appel. nõ recip. & ff. quãdo appel. sit. & ff. de appella. recip. vel nõ. & sic argumento à sufficienti partiũ enumeratione, ꝙ est validũ in iure nostro, vt ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. à patre furioso. & de actionibus. & obligationibus. l. obligationum fere. §. placet. cũ similibus. vnde concluditur quod appellarĩ possit.

posſit. ¶Tertio ſic: Speciale & ſingulare à ſententiis quorundam iudicum non licitum eſt appellare, à cæteris aliis ſententiis cæterorum iudicum prohibitum eſt appellari. & ſic hoc prohibitorium eſt ius ſingulare, cuius contrarium eſt ius commune: ſed in caſu noſtro non apparet de iure appellari prohibitum remanet ergo quod appellari poſsit. Facit ff. de legi. l. ius ſingulare. ad municip. l. prima cum ſimili. in corpore, appella. authenti. & ibi plene nota. in gloſ. magna. col. 4.

¶Quarto ſic: Non eſt alicui iuris auxilium denegandum, ſed appellatio eſt remediũ iuris, quo iniqua ſententia ſubleuatur: igitur &c. Nam ſi dicerem quod in caſu noſtro appellari non poſsit, iam appellare volenti denegaretur iuris auxilium. quod fieri nõ debet, igitur appellari poteſt.

¶Probatur hoc. Non enim expedit Reipublicæ, ſingulis legum adminicula denegari: nec eſt per legẽ iniquitas ſuſtinenda, nec debet via iniquitatibus aperiri: vt l. prima C. de his qui veni. æta. impe. & de iure deli. l. ſecunda & l. meminerint. C. vnde vi. cũ ſimili. ſed igitur eſt quod remota appellatiõe, ſequeretur iniquitas. igitur &c. ¶Quinto ab argumento identitatis rationis. nam iudices aliqua participiant in ratione & in iure. ſed ſententia iudicis & arbitri participant de ratione remediandi partem contrariatam. igitur participant etiam in iure: ergo qua ratione remedium adhiberetur contra arbitrium, ſcilicet per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri: ita & contra ſentẽtiam iudicis cognoſcentis & pronunciantis ſuper reductione ipſa, admittatur appellatio. Probatur hoc ff. de ſena. l. prima. §. quæſt. & de dolo. l. fi. & ad legem Aquili. l. illud. cum ſimili. ff. de verborum obligatio. Titio. cũ ſimi. Probatur hic: quia in vtroque prædictorum iniquitas eſt cauſa, vt patet ex coniunctione legis. vnde ſecundum rationem ff. pro ſo. & l. prima ff. de appella. & de minor. l. præfecti. cum ſimi. ¶Sextò ſic: In iudicando arbitrator inſtar obtinet appellatiõis, modo ſit certum quòd arbitramentum eſt quædam trãſactio à partibus facta, arbitratore mediante. Sed ſi præter naturam & ſimplicem tranſactionem proceſſum fuiſſet in cauſa, & lata ſententia ſuper eo, ſuper quo proceſſum appellari poſſet ab ea, ergo & à ſententia lata ſuper eo ſuper quo arbitrium præſtatur. patet ff. de arbitr. l. ſi de meis. §. recepiſſe. & in corpore, vt diffe. iudi. in princi. verſic. ſi vero declaratur. col. 9. l. elegãter. § ſi quis poſt ff. de condict. indebit. tamen ſi in cauſa procedatur & ſententietur. valida eſt, vt ibidem patet: quia appellari potuit. ſi non pro leui &c. vt lit. penden. l. fin. & quia prohibitorium eſt hoc edictũ, vt ſuprà probatum eſt: igitur ſic & in propoſito poterit appellari.

¶Septimò ſic: Ex ſententia ſequente ius appellandi firmatur hoc, ſicut quando actum ſiue actus non appellatio proprie ſequitur ex ſententia ſubſequente, nihilominus eſt licitum appellare: ita in propoſito. ergo poterit appellari. patet Inſtit. de excuſ. tuto. §. qui poſt autem. ff. quando appel. ſit. l. j. §. ſi quis tutor. cum ſi. Nam è motione tutoris qui ſe excuſat, ſi poſtea contra eum lata eſt ſentẽtia, appellari poteſt. declaratur hoc ex eo: quia hic actus retractatus ponitur contra arbitrium, & poſtea ſequen. ſententia iudicis.

¶Octauò probatur ſic: Certum eſt, quod à ſententia principis cognoſcentis non appellatur: tamen à ſentẽtia ipſius delegati, appellari poteſt. ſic in propoſito, licet à primo
1 † cognoſcente, ſcilicet ab arbitratore, appellari non poſsit: tamen a ſequente, id eſt, iudice, qui de reductione ad arbitrium boni viri cognouit, appellari poteſt. patet ff. a quibus appellare non licet. l. prima. coniuncta l. nouum. & l. eos. Cod. de appellation. Declaratur hoc, quia cum ex ſententia iudicis oriatur actio in factum, vt l. actori. C. de iureiur. cum ſimilibus, patet quod ab eius ſententia poteſt appellari. ¶Nonò ſic: in dubiis in benigniorem partem interpretamur. de quo ſic, cum dubitatur, an vt arbiter, an vt iudex in potentiorum partem arbitramur, videlicet quod vt iudex, & non vt arbiter videatur cognouiſſe. Sed cum in quæſtiõe noſtra poſsit dubitari, an vt arbiter, an vt iudex cognouerit: intelligamus ipſum vt iudicem conouiſſe, & ſic appellari poſsit. Patet ff. de iudi. l. j. in fin. magnæ gloſ. C. de epiſcop. audien. l. epiſcopale. cum ſimilibus. & hoc ſic declaratur, quia §. ſocietatem. in fi. non dicit, quod cognoſcat vt arbitrator alius, ſed nec vt iudex. ergo appellari poteſt, ſicut ab aliorũ iudicum ſententiis, vt ſupra dictum eſt. & de hoc videtur caſus in l. & in maioribus. C. de appella. & l. ex conſenſu. ff. de appel. prout habetur ibi in litera circà princip. coniuncta l. C. de euictio. cum ſimilibus.

ADDITIO.

a ¶Petitum fuit. Habeo multa volumina conſil. diuerſo. doctor. manu ſcripta, in quibus ſunt multæ repetitiones Bartol. tractatus, diſputationes, & præcipue in prima. vo. 19. & 20. Inter quæ inueni infraſcriptas quæſtiones. & iſta prima in 19. volu. in foli. j. & vide de materia iſtius diſputationes per Bart. & doct. in l. ſocietatem. §. arbitrium. ff. pro ſoc. Et an à ſententia arbitri poſſet appellari, vide plene per Iaſ. in l. fi. C. de iudi. & in l. nemo poteſt in 10. colum. ff. de lega. j. & Alexan. de Imo. in l. arbitro. ff. qui ſatiſ. cogan. & Raph. Fulgo. in conſil. 18. & Raph. Cuma. in cõſil. 43. & Lud. Roma. cõſilio. 12. Tho. Diplo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio eſt inducta propter iniquitatem ſentẽtiæ, vt iudicet per viam à iure traditam.*
2 *Iudex poteſt eſſe æquus, & non æquus, & ſic eſt vnum medium inter iniquum & æquum.*
3 *Arbitrator nõ pronũciat vt bonus vir, vt in eũ ſumat compromiſſum ab eius arbitrio.*

¶IN CONTRARIVM, quòd non poſsit appellari, probatur ſic, Odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari. Si dicam' poſſe appellari, producimus odiũ, reſtringitur fauor. &c. Patet ff. de li. & poſthu. l. cum quidam. & de regulis iuris, lib. 6 Declaratur ſic, In lite appellare tutius eſt: & periculoſum litis cauſæ an ius nos committi non debemus. ff. de minori l. in minoribus. de pec. l. quod de lege. ſed ſi ſeruus eius. nec ad quod ibi no. ergo &c.

¶Secundo probatur ſic: Iudex in cauſa reductionis ad arbitriũ boni viri additur vt vir bonus: tũc ſic, quãdo ad arbitriũ boni viri recurritur, ab eius dicto non appellatur. Sed ita eſt in propoſito, quod ab arbitratu arbitratoris recurritur ab arbitrium boni viri. igitur &c. ¶Tertio patet, quod non eſt reperire in iure caſus, quod in ■ li. caſu poſsit appellari. vnde erubeſcimus ſine lege loqui: vt in auth. de triẽ & ſemiſ. §. cõſiderem'. col. 3. ¶Tertio, quia appellationes ſunt inductæ † propter iniqui-
1 tatem ſententiarum, vt iudices per viam à iure traditã, & ordine debito proferant ſentẽtias. ff. de orig. iur. l. 2. § poſt originem. cuius iuris remedio, ſcilicet appellatio inducta nõ eſt: ergo mutat id, quod eſt improprie eiuſdem naturæ, aliud eiuſdem naturæ corrigere, alterius autem nõ poſſet, vt Inſtitut. de iure natu. §. penult. ff. de capi. dimi. l. eos. ſed arbitramẽtum ſeu arbitrium & eius poſteritatis ſiue poteſtas venit à partibus & ab hominibus ſingularibus, non vniuerſis coadunatis, vt patet. ff. de arbitro. l. non diſtinguemus. §. pro officio ff. pro ſocio. l. certa. & l. ſi ſocietatem in fine. & ff. locat. l. ſi merces. & l. ſed & ſi lege. in princip. ff. de oper. lib. l. ſi libertus. & ff. de verborum obligationib. l. ſi quis arbitratu. & de contrahend. emptio. l. venditor in princi. qui priuati, id eſt, partes prædictæ non poſſunt cõſti.

tuere propriè vt iudex cognoſcat, vt C. de iuriſd. om n. iudi. l. priuatorum. cum ſimilibus & pro tanto lex appellat arbitriũ boni viri. Partes enim quæ hũc eligũt, in eum, vt bonum virum conſenſerunt, vt patet: non autem vt ipſum iudicem facerent iuris ſubtilitate procedere: ſed per amicabilem compoſitionem fuit ergo vt ad bonum virum, id eſt, ad illud quod diceret quilibet bonus vir. & ita intelligitur in hoc bono viro l. ab arbitrio ff. qui ſatiſ cogan.

¶ Nec obſtat quod ibi debet appellari. & ita ſentit dominus Richar. in d. l. ſi ſocietatem. in fi. videlicet ꝙ iudex cognoſcat, vt quilibet bonus homo: non autem vt tãquam iudex cognoſcat proprie. Et quod vt de homine cognoſceretur, nõ autem vt de iudice proprie in-
a telligatur, probatur. † quia iudex poteſt eſſe æquus & non æquus, vt bonus & malus. Nam iudex eſt vnũ medium, ſe ad ęquum & iniquum referens, vt patet ff. de iuſtitia & iure l. plane. Viri autem boni appellatio nũquam ad iniquum ſeſe refert: quia quod accedit vni extremorum, videlicet bonitati, recedit ab alio, ſcilicet à militia & iniquitate. argument. ff ad l. Cor. de ſica. l. eiuſdem. in princip. & de rei vend. l. in fundo. de leg. ſecundo. l. igitur. Probatur hoc: quia quando vnum poteſt ad propriam & impropriam ſignificationem referri, refertur ad propriam: vt ff. ſi ager vectig. peta. l. penul. in fi. & quando appel ſit l ſi ſocietatem. in fi. & in §. vbi dicitur. Boni viri arbitrium ſic cognoſco obligatorium vt iudicis, id eſt. vt cum gloſ. dicam, cognoſcet is vt vir bonus quilibet, vt litera videtur ſonare prima facie ſecundum propriam ſignificationem.

¶Nec obſtat ff iudi. ſolui. l. vir bonus. cum ſimilibus: quia ibi vt iudex cognoſcit. Præterea, nec ibi dicit appellari poſſe vel non. Patet ergo ex prędictis, quod refert vtrum iudex cognoſcat vt iudex, & tunc appelletur. Aut iudex cognoſcat vt bonus vir, & tũc non appelletur. primo, quia ibi dicitur, vti ad iudicem & ad bonum virum, non econtra, ſi recte inſpiciatur. bonus autem vir intelligit vt quilibet homo: & ſic à iudice cognoſcatur proprie, vt dictum eſt ſuprà, & declaratur ex lege, ſi ſocietatem. ſuprà allegata.

¶Quartò, in locum arbitri ſubrogatio, de quo ſic ſubrogatum, ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur: ſed iudex hic ſubrogatur in locum arbitri: ergo ſapit naturam eius: & ſic à ſententia eius non appellatur, ſicut nec à iudice. Prima patet ff. ſi quis cau. l. ſi cũ
3 §. iniuriarum. cum ſimilibus ibi nota. † Secunda declaratur ex eo, quòd arbitrator non pronunciat vt bonus vir, vt in eum ſumat compromiſſum, ab eius arbitrio receditur. & ſubrogatur in eius locum iudex, vt bonus vir, vt iniquum arbitrium reformet in melius, nec ab eius dicto appellatur, ſicut nec à dicto boni viri, vt dicta l. ſi ſocietatem. in fine. & l. vnde ſi Neruæ. &c.

¶Quintò ſic: Actus ad vnum finem redactus, non debet in contrarium operari. de quo ſic: quoties aliquid ad vnum finem tendit, & ſic non debet in contrarium operari, ſed ad arbitratorem dirimẽdarum litium cauſa ex bona fide, quæ non ita dirimerentur, ſi appellaretur, ergo non debet eius contrarium operari, & ſic appellari non poteſt. Prima patet ff. de pact. l. ab emptione. in fine. de arbitr. l. Labeo. cum ſimilibus. Secunda declaratur tum ex l. ſi de meis. § recepiſſe. tum etiam ex eo, quia per appellationem extinguitur iudicatum, alias ſuſpenditur. ff. ad Turpil. l. j. in fine. & ibi nota. ſuprà de his qui notantur infa. l. furti. in princ. & ſequen. cum ſimilibus. & ſic tale negocium per viam appellationis cauſæ non debet vt C vnde vi l. meminerint. & de indic. vidui. tollen. l. a. & de fruct. & lit. expen. l. terminato. ff de vſufru. l. æquiſsimum. cum ſimilibus. & l. cum quid. ſi certum petat. Secundò, ex iudicis cognitione, de quo ſic: Quando ad iudicem, qui alias poterat de cauſa cognoſcere, habetur recurſus vt ad arbitratorem, a quo non appellatur, & ſic non ad ordinarium cognoſcentem recurſus habetur, ſed vt ad extraordinarium: & ſic ab eo non poteſt appellari. Prima patet ff. de arbi. l. ſed ſi in ſeruum. in fi. Secunda declaratur ex eo, quod habetur in dicta l. ſi ſocietatem. in fi & l ſequen. cum ſimilibus.

¶Septimo, à prohibitione & permiſsione argumentando, de quo ſic: Quoties aliquid in vno cõceditur, in cæteris prohibetur: ſed in ſentẽtiis iudex occaſione litis concedit poſſe appellari: ergo in aliis prohibetur, ſcilicet in arbitratoribus. prima patet ff. de iudi. l. cum prætor. in principio. de procura. l. maritus. cum ſimili. Secunda patet C. ne lice. in vna & eadem cauſa tertio prouo. in rubro & nigro.

¶Octauo, tranſactionis immutatio, de quo ſic: Certum eſt quod per arbitramẽtum immutatur tranſactio, & eſt illi ſimilis: ſed ita eſt in tranſactione, quod ipſa legitime fiat, vlterius illa non reſurgatur impediente excepione tranſactionis: ergo idem in propoſito. vt vlterius ipſa non refricetur impediente reformatione: & ſic legitime tranſactum apparet in præcedenti. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſecundo quod ibi nota. Secunda patet ex l. eleganter. §. ſi quis poteſt. ff de condic. inde. videtur ex eo quod pro reductione facta eſt legitimatio: quia iudicem vt bonum virum ad hoc electum, per l ſi ſocietatẽ. § fi. cum ſimilibus. reformatione eſt qui bonus vir intelligitur: nec refert an à principio aliquid fiat, an ex poſt facto: vt l. eum qui autem. cum ſimilibus: quomodo virum ſegitime factum ab initio. poſtea reformatum non vitiatur: vt patet ff. de iureiurã. qui per ſaltem. conuenit l. non enim. § dato. & l. nam & poſtea. §. iurare. eodem titul. cum ſimilibus. de operis libertorum. l. mancipiorum. de legatis primo l. ſerui electione.

¶Nono, appellati. euidens diſcretio, de quo ſic: Segregatorum ſegregata. & ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio: ſed ſeparata eſt cauſa reductiõis à cauſa appellationis: igitur &c. ſi à ſententia lata ſuper cauſa appellationis appellatio non ſequitur, ergo à ſententia lata ſuper cauſa reductionis appellatur: & ideo ſequitur contrarium, videlicet, non appellatur. Prima patet ff. de exerci. l. ſi emptor. § alius de dona. inter vir. & vxor. l. maritus. & ibi de hoc cum ſimilibus. Secunda declaratur ex eo, quod appellatio ex quacunque iniquitate magna vel parua fit: vt l. & in maioribus. & l. & in multis. C. de appella. & C. ne lice. in vna & eadem cauſa tertio prouoc. in rubro & nigro. coniuncta l. præſenti. ff de mune. & reductio ex magna & euidenti iniquitate tãtum fit, vt dicta l vnde ſi Neruæ. ſuper reductione ad arbitrium boni viri cõcederetur ſecundario, ſcilicet arbitramentum reſeruata, & in cauſa appellationis ex quacũque iniquitate: igitur appellari nõ poterit ne circunueniatur: vt d. l. vnde ſi Neruæ. & l. ſi de meis. §. recipiſſe. cum ſimilibus, quod eſſe non debet: vt ff. de tranſact. l. cum hi. § ſi cum lex. & de tuto. & cura. datis ab his. l ſcire oportet §. primo.

¶Decimo inducitur l. ex conſenſu in principi. ff de appellationi à contrario ſenſu ꝙ ibi habetur in litera circa cõpromiſſum, &c. Concluditur, ꝙ rationẽ cõpromiſsi daretur, appellari nõ poſſe, gloſſ. tertia intelligit legem illam.

¶Nec obſtat ꝙ dicit cõpromiſſum vnde ad arbitriũ non ad arbitramentũ ſic refert vt patet in fi. de meis §. recepiſſe. & d. l. ſed ſi in ſeruũ. §. fi & l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. & ibi dicit impropriè poni. vnde amodo inducit. l. inte. §. vnus. & l. fi. cum gl. ſua. hoc modo: Certũ eſt quod inter duos compromittitur, & diſſentiant: certam tertiam perſonam compelluntur eligere, cuius authoritate petatur: etiamſi diſcordent ab illis duobus primis, cuius ſententiæ ſtetur. Cum itaque hic arbitrator eligatur in defectum arbitrorum diſcordãtium, ſententiæ eius pareatur: patet quod non appellatur ab eo, tum propter dictam legem primam, tum

quia

quia si appellaretur, nõn pateretur sententiis: quia appellatio extinguit vel suspendit pronunciatum: vt l.j. in fi. ad Turpil. cum simil. si impediret sententiã, & executionem quando posset. nec enim est innouandũ &c. ff. nihil noua. appel. interp. in rubro & nigro. ita modo interposita quæstiõe propter discordiam arbitratoris, ab arbitrium boni viri legis authoritate recurritur ad iudicem vt ad bonum virum, & sic simile. Prima patet: quia sicut à principe non appellatur, ita nec ab hoc: ideo eius sententiæ pareri debet ante.

SVMMARIVM.

1 *A sententia lata per iudicem tanquam bonum virũ, non posset appellari: quia non est sententia.*
2 *Ruductio ad arbitrium boni viri, non est appellatio, sed habet cum ea similitudinem*
3 *Arbitria ad iudiciorum arbitramenta, ad transactionem instar sunt redacta.*
4 *An à sententia lata super supplicatione porrecta contra sententiam, à qua non erat licitũ appellare, possit appellari.*

1 SOLVTIO. † Dico appellari non posse, & sententiam proprie dici non posse, vt supra dixi, & clarius dicam. Et hoc ex rationibus supra dictis, quas coadiuuo ex eo etiam. quia ergo video ꝙ vbi arbiter in locũ iudicis cognouit, appellari potest. vt C. de iudi. l. apertissimi. & in casu speciali. ita à contrario sensu, cùm iudex subrogatur in locum boni viri, ab eius sententia, sicut ab arbitramento boni viri, non appellatur: quia naturam eius, in cuius locũ subrogatur, originaliter sapere debet, vt l. item veniunt. §. cum prędiximus. ff. de petit. hered. & no. in l. certi condictio. in princ. ff. si cert. pet. Item quia video ꝙ propter qualitatem actionis & materiæ, de qua seu de quo tractatur, verba mutant propriam significationẽ, vt ff. loca. l. si vno. in prin. & quod ibi not. sic in proposito propter naturã arbitri, de qua tractatur in l. qui societatem. §. fi. cum sequen. & aliis similibus, cum dicatur ad iudicem recurri ad bonum virum: ergo non proprie ad iudicem. Item ad euitandam assiduitatem, quæ sequitur: quia non peteretur reductio eius, & postea appellaretur.

¶ Secundò, ratio est in cęteris causis, non licet secũdõ prouocare, quod esset, si appellari posset, contra l. j. C. ne lic. in vna eadem causa prouoc. nam quodammodo dicta appellatio interponitur, vbi à iure aduertendum puto pro determinatione quæstionis & materię, ꝙ plura sunt, quorum remedio quod ante factum vel dictum est, restringatur, & nõ sunt idem, nec eiusdem naturæ, sed diuersa diuersæ naturæ, sicut est appellatio & reductio ad arbitriũ boni viri, cum à testa. quæ fuerit coram arbitro de quo nascitur exceptio etiam pœnæ. Item doli exceptio quæ opponitur contra petitionem, quando sententia dicitur sordibus vel euidenti gratia lata esse, in integrum restitutio, supplicatio, & appellatio. interponitur à sentẽtia diffinitiua. vel vim diffinitiuæ habentis occasione iniquitatum cuiuscũque in quacunque causa & casu regulæ, vt in pręalleg. l. & in maioribus. cum simili. secùndum ea quæ not. & quorum appel. non recip. l. ante sententiam tẽpore lata à iudice, ecõtrario petiit tanquam ius, & tametsi aliàs vt arbitrator vel alio modo cognoscat.

¶ Nam licet sit iudex, & cognoscat vt arbiter & arbitrator, à sua sententia non appellatur. Quod manifeste probo sic: Certum est quòd ipse de causa potest cognoscere, vt iudex ordinarius inter supradictos, & tũc appellatur à sententia sua. alioquin cognoscit non vt inter subditos, sed ex prorogatiõe iurisdictionis, & est tunc speciale in ipso contra regulam generalem possitam in l. & in maioribus. ■ in l. & in multis. & ff. de appellation. l. j. & quasi per totum, vt appellari nõ possit: sicut nec à perfecto. Quandoque cognoscit vt arbiter inter non subditos, & sic non vt iudex: & tunc iure cõmuni à sententia potest appellari, cùm alias ipse sit presens, & sit iudex ordinarius: vt hic habetur. & de episc. audien. l. si qui ex consensu. & quod ibi nota. in prima gloss. coniuncta l. j. & de arbit. l. & quia. de iurisdictio. omnium iudicum. & de episco. audien. authent. si quis litigantium. Alioquin cognoscit tanquam arbitrator & bonus vir, vel per amicabilem conuentionẽ de causa, de qua posset vt iudex cognoscere, vt in corpore, vt diffe. iudic. §. si vero. col. 9. & l. si seruum. & de arbitr. & tunc cum hoc sit transactio quædam potius, quàm sententia, non nascitur actio in factũ, quæ nascitur ex sententia, & sic per consequens non potest appellari: vt patet in l. j. C. de arbitriis. & quod ibi not. quia cũ ex sententia nascitur actio in factum, vt l. actori. ista non est sententia, vt supra probaui. & patet ex eo, quia transactio & sententia sunt species oppositæ, quarum neutra est altera vt patet in l. nam & postea. de iureiurand. & l. 2. C. commu. diuidund. coniuncto titu. de re iudicat. & de transact. Cùm ergo non nascatur actio, per consequens appellari non potest, licet quandoque petatur reductio ad arbitrium boni viri, vt proxime dixi, quãdo nec respectu transactionis nascitur actio, vt l. cùm mota. C. de transact.

¶ Colligitur ergo ex præfata theorica, quôd quandoque iudex cognouit vt iudex, & ab eius sentẽtia appellatur: quandoque vt bonus vir. tunc enim nec iudicialiter cognoscit, nec secundum formam, nec ordinẽ iudiciorum, cum sit transactio potius, nec actio iudicis, & nõ appellatur, vt dixi. Sed petitur reductio, quãdo arbitrium fuit iniquum ex magna & euidenti iniquitate, vt patet ff. pro socio. l. societatem. in fine. cum similibus. cùm ipsum arbitramentum vim transactionis teneat, vt supra satis est dictum, à quo appellari nõ potest, vt est supra probatum in superioribus rationibus. Nam contra arbitrium compromissarum inducitur doli exceptio, si agatur ad pœnam, quia non pareatur sententiæ. nõ tamen appellatur, † licet sit quædam 2
species appellandi: vt ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. cum quidam. ad finem. quod expone, id est, habet similitudinem cum appellatione, & tamen est alia species: vt ff. de re iudic. l. 2. & dicto §. cùm quidam. proxime allegat. Et ideo dicitur quædam species appellationis: quia sicut per appellationem fit retractatio sententiæ. sic per exceptionem doli. & alia est quæ opponitur, si agitur ad pœnam ex stipulatione: quia nõ pareretur sententiæ latæ sordib[us] vel euidenti gratia. & hęc non est appellatio, vt dixi: quia à sententia arbitri non appellatur: vt C. de arbit. l. j. Non obstat quod diciter, quòd hoc & superiori casu à sententia lata super oppositiõne exceptionis potest appellari, cùm nascatur actio. argument. l. & in maioribus. cum simili. supra allega. nam erubescimus sine lege loqui, vt in corpor. de trien. & semis. §. cõsideremus. col. 3. Sed dato quòd ità esset, dico quòd illa exceptio opponitur contra actionem ex stipulatu ad pœnam, vel ad aditionem, nõ contra sententiam arbitri. de qua nunquam fuit coram arbitro tractatum, vnde hic iudex super pœnæ petitione cognoscit vt iudex, non vt arbiter. Sicut enim contrahentes voluerunt coram iudice peti pœnam posse, si sententiæ arbitri non parebitur sine causa: vel nõ posse, si cum causa, vt patet C. de arbitris. l. arbitratorum. & ff. de arbitris. l. ita demum. coniuncto §. cum quidam. ibidem, cum apud iudicem pœna peteretur &c. In quæstione autem nostra non sic voluerunt partes, immo semper se arbitriò boni viri commiserunt. & in hac reductione reformatio agitur de eodem, de quo coram arbitro actum fuit. Vnde cum debeamus fidem de bono in arbitratorem se committẽdo agere volue-

runt:vt patet, non debet reduci in hac reformatione de iuris apicibus disputando in causa appellabili.arg. l.fideiussor.§.quidam ff.man.vt patet ex coniunctione legum de verbo.obliga.l si in seruum.§.si quis.cum
5 similib. †Item arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta,vt ff.de arbi.l j.arbitramentum vero ad instar trãsactiõis est redactũ.Vnde si super eo quod ex arbitrio nascitur,appelletur,& nõ super eo quod ex arbitratu, non est mirum,vt supra plene dixi.Preterea in integrũ restitutio petitur,cum quis sua facilitate vel dolo aduersarij se læsum dicit: & sic fauore ætatis appellatio non personam iudicis principaliter respicit iniquam sententiam ferentem,vt patet ff.de mune.l præfectus. & l.præses.Nec obstat quòd si dicatur,ꝙ à sententia lata super restitutione appellatur,vt C.si sæpi.in integr. restit.postul.l.j.quæ restitutio potest peti contra transactionem,vt C.si aduersus transact.l.j.& 2.Sicut ergo à sententia super restitutione & trãsactione potest appellari,sic super reductione,quæ petitur. sic & ad impediendum arbitramentum,quod translatio appellatur:quia in causa restitutiõis iudex ad. f. ,& cognoscit causa cognita:vt patet in l.in causæ.§. causa cognita. ff.de mino.& in dicta l.j.C.si sæpi.in integrum restitu. postuletur.

¶In quæstione autem nostra non vt iudex,sed vt bonus vir cognouit:vt supra plene dixi in hoc,quãdo iudicis officio petitur restitutio:quando vero iure actionis,dicitur ff.de in integ.restitu.l 2.& de dolo.& quod
4 metus causa.per totum †Supplicatio tantum fit etiam à quibus non potest appellari propter iudicis seu magistratus authoritatem : sic nec à sententia lata super supplicatione,vt patet C.de precib.imper.offeren.l.si quis & authen.quæ supplicatio.ibi posita & ff.de offi. prætor.l.j.& ibi not.C.de offi præfe.præto.l. vnica est & restitutio iudicis sed quia hoc potius ad impediendum fiendum,quàm quod iam factum est,tendit.& de hoc habetur de iudic.l apertissimi. posset addi etiam nullitas quod non prosequar.vt C.quando prouo.non est necess.l.j.& si à non competent.iudi per totum.Vnde cũ perfectæ species non sunt similes,sed diuersæ naturæ,nec eiusdem iuris regulis consistunt, patet quòd de vna ad aliam non est bona argumentatio,& c. vt supra dixi.Nunc oportet particulariter respõdere ad primum,quando dicitur prohibitorium edictum de appellatione.dico quòd verum est regulariter:sed in quęstione nostra sic est,vt patet supra in rationib⁹ pro hac parte factis:patet igitur,quòd non sequitur conclusio argumenti.

¶Nõ obstat secunda ratio cùm dicitur,illud est ius singulare actio.quod conceditur supra,in quibusdam iudiciis:quia dico ꝙ in hoc iudicio est prohibitum,vt supra dixi.¶Non obstat tertia ratio.cùm dicitur,certũ est ꝙ appellatio est iuris remedium,sed dicit ꝙ hoc cõtingit,vt sit litium finis:tum propter voluntatem partium,quæ voluerunt recedere à cognitione iudicis:tũ quia hæc sententia non est proprie iudicis: vnde hoc remedium non videtur hic locum habere iure prohibito rationibus p̃dictis,& aliis,vt supra probaui. ¶Nõ obstat cùm dicitur, quoties aliqua participant in ratione &c.conceditur,dico , quòd aliter remediũ vnũ. & aliter aliud,vt supra dixi proximè.¶Non obstat, cũ dicitur,certum quòd arbitramentum &c.concedatur: quia dico ꝙ illud est verum,vt iudice cognoscente: aliàs secus,vt supra dixi.¶Non obstat quod dixi, actus ad vnum finem &c.quia dico quòd ibi præterquam cognitum fuit à iudice hic.¶Nõ obstat quod dicitur,certum est quod hæc appellatio actui &c.quia dico,vt supra dixi,quòd vt iudex semper cognouit,ideo hanc rationem & præcedentem induco pro me sic : quia cùm illud sit singulare in hoc casu & pręcedenti actu,actus præcedens non impedit appellari à sententia sequenti:ergo in contrarium est ius commune,vt §.Titius.nã appellatio præcedens facit à sequenti nõ posse:vt l.ius singulare.cum simil.¶Non obstat cùm dicitur,quòd si dicatur actus,concedatur:sed hic dico nõ: quia lex vt viro bono commisit:vt d.l societati in fine.cum simili. Non obstat l in maioribus.quia illud verum, cum iudicialiter cognoscitur.hic autem de l.ex censensu.quia glo.generaliter intelligit,vt ibi patet per præcedentẽ rationem proximam.in fi.Non obstat glo.2.quæstio.5. à iudicibus.quia illud dictum Gratiani est falsum:vt ibi not.glo.nec secunda pars illius glos.obstat,vt dixi in proximis responsionibus.Bart.à Saxoferrato.

ARGVMENTVM.

CONDVCTOR CONDVCENS agrum ad certum tẽpus,an tempore conduxionis effluxo recolligere possit fructus agri illius,quem ille stante conductionis tempore conseuerit.

SVMMARIVM.

1 *Ea quæ ad tempus conceduntur,ad tempus prohibita intelliguntur.*

2 *Vsufructuario moriente ante fructuum perceptionẽ, nihil percipit heres.*

Quæstio 2.

2 QVIDAM conduxit (2) de mense Augusti vel Septembris quãdam petiam terræ aratoriæ, ad laborandum & fructus percipiendũ pro se,pro certa persione vsque ad calendas Martij secundi anni proximè sequentis possessionem:seminauit in principio conductionis de mense Septembris vel Octobris,& recollegit bladum tempore messium: postea arauit & seminauit alio mense Septembris vel Octobris:& factis seminationibus, venit postea tempus finitæ locationis seu conductionis calendis Martij.Modò quæritur,nũquid tempore messium poterit recolligere fructus,videlicet bladum,vel inquantum, cum lapsum sit tempus siue terminus.

1 ¶PRO parte negatiua. †Primò videtur quòd non possit recolligere,pluribus rationibus & argumentis: primò,quia ea,quæ ad tempus conceduntur, ad tẽpus prohibita intelliguntur seu esse videntur.ff.de iudic.l. 2.§.se l si iudex.C.quando prouoc.non est necess.l. cùm eo die ff.de re iudic.l.cùm prætor.extra.de offic.delegati.ca.in causis.¶Secundò propter tacitum pactum, quod videtur inesse post tempus:vt ff.de seruis expor. l.ea lege.institu.de verbor.obligat.§.at si ita ff.de verborum obliga.l eum qui ita.¶Tertiò propter liberam potestatem,quam lex concedit locatori post tempora conductionis finita.quòd verbum restituere,plenã habet restitutionem & significationem,vt omnes fructus ex ea contineantur:vt ff.de vsur.l videamus.§. item Fabiana.& de verborum signification.l.plus est restituere & l.restituere.¶Quartò propter annullationem cõtractus seu instrumenti,quæ annullatio cõtigerit propter fidem locatori præstitam vsque ad tempus locationis C.loca.l.inuitus.nisi in casu.vt not.eodem titu. l.si cùm miles.ita econtra inuitus locator retineri non potest:quod fieret.si conductor intra tempora conductionis remaneret:& sic contrarium.&c.vt ff de regu. iuris l.secundum naturam & de caduc.tollend.l.vnica.§.pro secundo.Instit.de legi.pat.tute.§ si.quod dic, vt not in regula,qui sentit.de regu.iu.per Dy ¶Quintò,propter interpretationem contra conductorem,& etiam contra emptorem fundi,vbi pactio est obscura. l.in emptionem.C.loca.l.ea lege.in princi.
2 ¶†Sextò,à simili eius quod dicit de fructuario quia eo moriente,

moriente,vel finito vsufructu ante fructuũ perceptionem,nunquam percipit aliquid:vt ff.de vsufruct.l.defuncta.de annu.leg.l.in singulos.in fi.ff quibus modis vsusfruct.amitt.l.vsus fructus.& ff.de vsufruct.l.quod sit.§.præterea.Ita dicendum est in conductore, qui minus ius habet in fructib⁹.ff.loca.l.sed addes.§. qui messem. ¶Septimò conductor potuit hoc perspicere euenire posse,ſ locatione finita: & ideo aliquos sumptus in seminando.durante adhuc locatione, facere non debuit:ergo si fecit,sibi imputet,vt no.ff loca.l.si quis domum,§.& hoc distingui potest.ibi:quid ergo,&c. cum concor.ibi allega. Ad idem facit ff de iurisd.omn. iud. l.si idem.maximè quia scienter in alienam rem impendisse videtur:& sic solo cedit.vt C.de rei vẽdi.l.mater. ff.de acquir.rerum domi.l. Labeo §.cùm quis. ¶Octauo,quia sicut ratihabitio, quæ regulariter solet trahi retro,nihil valet,nec aliquid operatur,nec prodest habenti ratum post tempora petendæ bonorũ possessionis,vt ff.rem ratã habe.l pen.sic & perceptio fructuũ, quæ fuit post terminum conductionis finitæ,nil prosit colono,quæ trahitur retrò ad tempus seminis, quo petere poterat bonorum possessionem.

ADDITIO.

a ¶Quidam conduxit.Istam disputationem inueni in 2.lib.consil.diuerso.docto.in fol 36.& de materia vide dom.Auge.de Peri.de Peru.in suo tractatu de palea & oliuis,per totum.& do.Petr.de Vbald.moder.& dom. meum de Prusio.in iure canonico, in suo tractatu de duobus fratribus.in 13.parte principali.in 10.quæst.in 4.col.cum seq.Tho.Diplo.

SVMMARIVM.

1 *Quando vno tempore est initiatum,& alio tempore est perfectum,perfectio consideratur secundum tempus initij.*

ET ECONTRA quòd posit recolligere pluribus argumentis & rationibus.¶Primò, quia inspecto initio,idem ius censetur seu videtur cẽsendum etiam tempore messium,non obstante aliqua mutatione status vel temporis,quod censeri poterat tempore seminis:sicut dicimus in negociis alicuius gestis,si tempore messium,&c.ff de neg gestis.l si idem Pomponius in negociis.& illa materia de initio.†Ex quibus etiam

1 infertur,quòd quando vno tempore est initiatum, & alio tempore est perfectum,perfectio consideratur secundum tempus initij.Et per hoc videtur argui in alia quæstione quæ incipit,cùm citatus & quasi ordinarius.sed hic fructus initiati fuerunt tempore seminis: secundum ergo illum tempus consideretur & sic tempore conductionis debebit recipere pro se, cùm sit tempus conductionis,l.diuortio § non solum.ff solu. matri.adeo quòd bonę fidei possessor lucratur fructus pro cultura & cura,vt instit.de rer.diuis.§.si quis autẽ à non domino.cum simi.¶Secũdo,quia in obscuris inspicitur quod verisimile est:sic & hic, si cõgruam pensionem dedit pro vtraque fructuum collectione ff. de reg.iur.l.in obscuris.extra.eo.tit c.inspicimus.l.j.

¶Tertiò,quia ibi quid apparet verisimilius,& maximè eo casu,vbi res valere põt secundũ vtrunq; intellectũ, vt est hic,interpretatio est fienda contra locatorem & venditorem.ff.de contrahen.emp.l.Labeo.& l.cùm in lege.no.ff.de pact.l.veteribus.& extra.de regu.iuris.l. contra eũ.lib.6.& ibi no.¶Quartò à simili, de eo quod dicitur,cui relictum est annuum legatum,quia quãuis moriatur in principio anni alicuius,totum fructum illius anni transmittit ad heredes.ff.de annu.leg.l.omnibus.non obstante q̃ in fine anni fructus sit legatus.

¶Quintò,q̃ ius percipiendi fructus consideretur ex tẽpore & iure seminandi,vt si tempore seminum potuisset facere suos,ita posset facere tẽpore messium, quãuis deueniat ad id tempus,in quo si seminaret,nõ posset facere suos:vt ff.de vsufru.l.quid sit.§.pen. ¶Sextò, quia si est finita tutela vel cura,coheret priori,nec diuisam propriam rationem habet,& iudicatur in eo idẽ quod in principio: vt ff.de administratio tutorũ.l.tutorem.ibi:sic enim & intellectus ff.de tutor. & rat.distra.l.si tutor post pubertatem.sic in quæstione nostra actus colligẽdi fructus coheret primo actui seminis, & ideo vnum dici potest.quod probatur pluribus modis.Primo,coloratione supra proximè facta, vn⁹ actus consideratur ex alio. Secundò, quòd vnus non potest esse sine alio,sicut ius percipiendi sine semine: & ideo vnum iudicari potest.sic in patre & filio.qui vna persona dicuntur.vt C.de impube.& aliis substitu.l.fi.sicut enim interrogatio & promissio duo actus dicuntur:& tamen pro vno reputantur,quia vnum sine alio operari non potest ¶Septimò,quia ista reputantur vna cura & cultura.Insti.de rer.diui.§.si quis autem à nõ domino.sicut poterat iudicari de tempore seminis, iudicetur de tempore percipiendi.¶Octauò,quia talis debet iudicari fructuum perceptio per colonum fienda,qualis est præstatio pensionis,si congrua sit fructibus duorum annorum.nam ex pensionis præstatione voluntas contrahentium colligi potest ff.ad Trebelli.l.quoties. cum simil.& ibi no.etiam in c.inspicimus. de reg. iur. lib.6.per Dyn.quòd si voluntas inspicitur in contractibus,vt ff.de verbo.obliga.l.in conuentionalibus.ff.de contrahend.emp.l sed Celsus.in fin.maximè etiam in contractibus bonæ fidei,sicut est in quæstione nostra; veniant ea,de quibus nõ est actum nec cogitatũ nam præsumitur cautum de euictione loco rei euictæ.item ne vsusfructus euincatur.ff.de contrahen.emp l.in vẽdendo.ff.de actio.emp.l.j.c.fi.cum l.sequen.

¶Nonò arguitur ex eo quod dicitur,& in cautione dãni infecti:quia si domus mea,pro qua est mihi ad certũ diem de damno infecto,cadat post diẽ percussa à domo vicina ante diem,quòd tunc non venit in cautione illud damnum.& l.damni.§.Sabini.sic in quæstione nostra,cum ius percipiendi consideretur ex loco & iure seminis,vt supra dictum est:cùm etiã ipsa perceptura cadat in conductione,sic & ius seminãdi.¶Decimò, quia in re dubia semper debemus interpretari in benigniorem partem:vt l.semper ff.de reg.iur.Sed in illo casu,quo pensio statuta esset æqualis fructibus duorum annorum,interpretari debemus in benigniorem partem:vt d.l.semper.& l.ea quæ.ff.de rebus.dub.¶Vndecimò, quia quorum nihil sine captione inuestigarĩ potest,&c ff.de regu.iur.l.nihil C.de inoffi.testa.l omnimodo.Vnde cum in quæstione nostra nullum malũ sit,dicere quòd post tempus conductionis finitæ conductor percipiat fructus,& magis malum sit, dicere q̃ percipiat,& locator habeat pensionem æquiualentem fructibus duorum annorum,& habeat fructus:dicendum est enim malum.

¶FACTIS ALLEGATIONIBVS ꝑ vtraque parte singulariter & per se,non restat,nisi allegare pro vtraq; parte simul & semel,videlicet pro vtroq; locatore & conductore,quod debeant fructus percipere pro rata tẽporis & oneris pensionis soluendæ,quod ꝓbatur pluribus rationibus ¶Primò arguo,assumpto simili de marito,qui sibi & mulieri diuidit fructus vltimi anni,pro rata temporis quo durauit matrimoniũ, quod sustinuit onera matrimonij, vt l.de diuisione.& l.diuortio.ff.soluto matrimonio. ¶Secundo arguo & sumo à simili de eo quod dicitur de seruo fructuario, qui locauit operas suas in plures annos, & stipulatur certam mercedem: quia pro huiusmodi annis, quibus durauit vsusfructus,acquiritur vsufructuario, & sequentium annorum proprietario.ff.de vsufru.legat.l. sed & si quis.aliàs l.si adhuc.§.operas.

¶Tertiò, quia si in medio anni finiatur vsusfructus, acquiritur vtrique pro rata, inspecto finali exitu.ff.de

ſtipul.ſeruorum.l.ſeruus communis Mæuij.§. cùm ſeruus.& ibi no.& in d.§.qui operas.

SOLVTIO. Ex quibus omnibus ſupraſcriptis,& quæ aliis legibus dici poſſunt, (ſaluo & reſeruato ſaniori conſilio) dicendum eſt, quòd aut apparet quid actum eſt expreſſe de prædictis fructibus inter cõtrahentes,& illud ſeruari debet quomodocunque apparuerit voluntas. nam voluntatem primò inſpicimus, ſi apparet.ff.de verborum obligation.l.ſi in conuentionalibus.de regulis iuris. l. ſemper ſtipulationibus. in princip ff.de condition.& demonſtra.l.ſacræ. in prin. & §.conductionum.de liberis prœteri.l.3.C.de codic. l.2.in fine. Si verò non apparet quid actum ſit, tunc inſpicitur conſuetudo regionis,ſcilicet qualis conſuetudo ſit in his,quæ arantur & ſeminantur,& ſi finitur tẽpus legationis ante recollectionem fructuum,vt dict. l. in ſtipblationibus ſecundo reſponſo.ff.de fundo inſtru.& l. cùm de lanionis.§.aſinam.cum ſimilibus. Si verò neutrum appareat:tunc inſpicimus,quod veriſimilius eſt actum fuiſſe, quæ veriſimilitudo accipitur ex quantitate & qualitate fructuum, habito reſpectu ad quantitem penſionis ſtatutæ:quia ex præſtatione penſionis poteſt colligi de quolibet, & de cuius anni fructuum perceptione fuerit cogitatum vſque ad quod tempus. argu.ff.de leg.1.ſi ſeruus plurium.§.fi.not. per Dyn. De regul.iur.cap.inſpicimus.libro 6. nam eo ipſo quòd penſio eſt ſtatuta æquiualens fructibus duorum annorum, videtur tacitè actum, quòd vltra tempus cõductionis,poſſit colonus colligere fructus ſeu bladum ſeminatum intra tempus conductionis: & hoc probari poteſt maxime argumento eius,quod dicitur infra in 8.& 10.ratione allegata. Poteſt probari & aliter: Nam vidimus in iure,quòd tacitum inter alias perſonas,ſumitur ex eo quod fit inter alios.C.de pactis.l. legẽ.ergo multo magis debet præſumi aliquid agi inter ipſos contrahentes ſecundum quod veriſimile eſt, ſicut & aliàs conuentio dotis datæ pro filia ſocij,præſumitur tacitè actum de reddendo ſocietati dotem recuperatam:& hoc contingit,quia iuriſconſulti ſic interpretati ſunt:aliàs interpretantur ęquitati potius,vt ſeruetur æqualitas,ſimile pactum in donatiõe propter nuptias C.de donation.l.fi.§.ſi autem donatio.poſſet probari multis aliis ſimilibus,quæ ſtudioſus inuenire poſſet,vt nota in l.cùm quid.ff.ſi certum petatur.

¶Præterea idem poſſet dici,ſi minor penſio conſtituta fuiſſet, vt pro rata penſionis æquiualentis propriè poſſet,vt quod iuris eſt de toto &c.vt ff.de rei vendic. l.quæ de tota.de condict.ſine cauſ.l.3.C.de libe.vacan. l.fin.libr.10.hoc etiam probari poteſt argumento eius quod dicitur de fructibus dotis,& de locatione operarum facta per ſeruum fructuarium, vt probatur in tertia parte ibi: factis allegationibus percipitur fructus totius anni. ergo & hoc forte poſſet dici,quia ex terra non percipitur fructus ſemel, ſed ſepius, videlicet bis vel ter, percipiuntur fructus in anno:tunc dici poteſt,quòd de eo quod venit percipiendum poſt calendas Martij,& poſt terminum vel percepit colonus: vt ff.ſolut.matrim.l.diuortio.§.quod in anno. nam ita eſt veriſimilis & de expenſis quas fecerat, in eo quod eſſet vltra terminum percipiendi, & de eo quod percipiendum eſt.dic vt ſupra proxime dixi.nam imputet ſibi,qui hoc euenire poſſe proſpicere potuit & debuit.

¶Item hæc verba quæ dixi,ſi in quæſtione iſta nõ fuiſſent poſita verba illa, ad fructus percipiendos. Sed cùm verba illa ſuppoſita fuerunt in quæſtione,& tempus percipiendi ſit limitatum:quia dictum, vſque ad calendas Martij.hic non videtur aliqua coniectura facienda:cùm in incertis & non certis, locus eſt coniecturis.ff.de verborum obligation.l.continuus.§.2.in fine.& ff.de aur & argent.lega.l.pediculis.§.argento.cũ ſimilib. Et hoc probatur etiam per argumenta in prima parte allegata. Itẽ illa verba,ad fructus percipiendos,vſque ad calendas Martij.obtinent vicem cuiuſdã taxationis,ſicut aliàs illud,quod natum erit.ff de vino & triti.lega.l.certum.nam limitantur tantùm fructus, qui naſcũtur ex eo.probatur,quia cùm dicit, vſque ad calendas Martij ſiue includat,ſiue excludat calendas, limitatum fuit tempus,ſicut ſi dixiſſet, tunc & non amplius: vt ff.de condi.& demonſt.l.4. Si ergo illa verba, quod natum,appoſita non fuiſſent:tunc non cõpræhenduntur quanticunq; poſtea nati ſunt:& in quæſtione illa verba,ad fructus percipiendos,obtinent vicem cuiuſdam taxationis intra tempus adiectũ,ſcilicet calendas Martij & ſic cõiectura de qua dixi,habet locũ, quando ſimpliciter conduxit ad laborandum pro certa penſione ſeu mercede,vſque ad calendas Martij, ita quòd de percipiendo & tempore percipiẽdi nihil fuit dictum,vt videatur ſic compræhẽdere fructus percipiendos & poſt calendas,in coniectura quam ſupra dixi,vt ff.de verb.obligatio.l.inter ſtipulantem.§.ſi quãdo.ibi.pro quo iſtud &c. Et ſic expreſſio illorum verborum,ad fructus percipiendos,nocet.ſic & illa,quod natum erit:ſic & aliàs expreſſe cum ſimilib. & pro hac parte quòd non poſſet percipere,facit gloſſa.ff.de vſufru.l.defuncta.ſed leges ibi allegatæ videntur inuenire contrarium eis quod dicit gloſſ.quia in text.illius l. ſed licet diſtinguendo.§.cùm fundum.in prin. dicitur conſultò,fructuum ſequentis anni, ita ꝙ de fructibus eiuſdem anni,qui ſpectant ad eum colonum, nihil dixi,ſi non apparet quid actum ſit,nec conſuetudo, nec apparet veriſimilis æquiualentia penſionis in totum vel in parte:quia ſolum fuit conſtituta penſio æquiualoris ad fructus vnius anni:& tunc poteſt dici,quòd ipſe colon⁹ nihil percipere poſſit. Et hoc probatur per illa argumenta,poſita & facta ſupra in prima parte,& maxime per ea quæ dicuntur in 9.allegatione. & facit ad hoc quod dicitur ff.loca.l.ſi in lege.§.ſi colonus. vbi dicitur,quòd ſi colonus frui prohibetur per dominum,aget tantum ad intereſſe quinquennij,pro quo facta erat locatio ſiue conductio. quæritur vltra quinquennium num interſit propter temporis limitationẽ, nec repetit expenſas,quas feciſſet in colendo & ſeminando.nam imputet ſibi cùm poſſit & debuit proſpicere hoc euenire poſſe,ſecundum finem conductionis ante perceptionem fructuum:immò certũ erat,vt probatur in l.ſi quis domo.§.& hoc ſubiungi.in fin.& dixi in dicta 9.allegatione,qui neminem ſibi obligare voluerit.ſed ſecum potius eſt ad legem Aquiliam.l.ſi ſeruus.ff.ſi ob viam communi diuidun.l. communi diuidundo.§.ſi hoc iudicio.vbi tenet identitas rei, quo caſu vti poſſet retentione,quamuis poſſit dicere malæ fidei poſſeſſor.ff.de petition.heredita.l.ſi à patre.§.fina. quia nullus caſus impedit impenſarum factarũ in perceptione fructuum repetitionem.ff.familiæ erciſcundæ.l.ſciendum.& l.quæ dotis,nec hoc caſu poteſt dici pactum obſcurum ratione penſionis vel fructuum vel temporis.nam tempus adiectum, limitat quantos fructus percipere debeat.ff.locat.l.ſi lege.§.colonus. & ideo non recurrimus ad coniecturas: quia in incertis, non certis &c.vt contra probaui in allegationibus ſupra factis, poterat eſſe obſcurum propter penſionem æquiualentem fructibus duorum annorum: & ideo ibi coniecturare poſſumus,vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ¶ Quęſtio talis eſt. Iſtam diſputationem inueni in 20.lib.conſi.in fol.40.& de materia vide plene per Bartol.in l.liberorum.in 4.col.in 6.quæſti.& ſeq.& præcipue in verſ.his præmiſſis.ff.de verb.ſignifi.Bal.& Moder.in l.maximum vitium.C.de liber.præte.Phili.Deci.in conſi.95.incip.Pro tenui facultate.in 3.col.& ſeq. cum concor, Thomas.

¶Diſputata fuit per dominum Bartolum à Saxoferrato

ferrato egregium legum doctorem, 1311.7. mensis Ianuarij, in felici ciuitate Perusij.

ARGVMENTVM.

VTRVM STANTE STATVTO, Si quis decesserit intestatus, relictis filiis masculis, filiæ dotatæ non succedant: & cauẽte eodem statuto, quod verba statuti accipi debeant secundum propriũ intellectum: Nepotes ex filio præmortuo ex vna, & nepotes ex filia dotata præmortua ex altera concurrere debeant in successione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium excludendi filiam dotatam, quod datur filio, an trahatur ad nepotem.*

2 *Si filia dotata excluditur ex statuto, an excludatur nepos ex ea.*

Quæstio 3.

3 QVAESTIO talis est. (a) statuto cauetur, ꝙ si quis decesserit intestatus, relictis filiis masculis filia seu filiæ quæ dotatæ fuerit, in bonis patris amplius nõ petant. Item alio statuto cauetur, ꝙ verba statuti intelligantur secundũ proprium & vulgarẽ intellectũ, absq; subauditione vel extraneo intellectu. Contingit ꝙ quidam decessit relicto ex filio masculo præmortuo, nepote, & item ex filia dotata, nepote: nunc nepos ex filio, solus vult succedere: nepos autem ex filia, vult concurrere cum eo.

1 ¶Ex hoc insurgunt duo dubia: † Primum est, an beneficium excludendi filiam dotatã, quod datur filio, trahatur ad nepotem. Secundò, an & qua ratione filia dotata excluditur, non excludatur nepos ex ea.

¶Et primò super primo argumento quòd nepos, filij appellatione, in statuto nõ contineatur. Certum enim est, statutum debere intelligi secundum propriã significationem: & maxime, quando statutũ ponit quid certum: vt l. j. §. his qui nauem. ff. de exerci. & l. eum qui. ff. de verbor. significatio. sed nepos, filij appellatione per interpretationem continetur: ergo ex proprio significato, ergo beneficio statuti nõ comprehenditur. ff. de verborum signification. l. iusta. ¶Secundò eadem lege probatur sic: Hæc lex iusta æquiparat ista duo, filium continere filiam, & filium continere nepotem, & per eundem modum comprehendit, sed certus filius non comprehendit filiam, nisi ex interpretatione: vt patet, quia masculinus sexus non comprehendit fœmininũ, nisi per interpretationem: ergo nec filius nepotem.

¶Tertiò sic: Nõ potest dici aliquid idem cum alio, seu esse illud à quo differt ipse, seu cui ponitur vt species opposita, vt probatur in qualibet iuris dispositione: vt ff. de statu homin. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. l. j. & de rerum diuisio. l. j. §. quædam. Institut. de action. §. omnium. & nota. in l. j. ff. de prætor. stipulatio. Sed ita est, quòd filius ad nepotem ponitur vt species opposita, vt institut. de hæredib. ab intestat. §. j. & §. cũ filius. & C. de collation. l. illam. ergo vnum appellatione alterius non continetur.

¶Quartò sic probatur: Si filij appellatio cõtineret nepotem, per hoc dispositio de filio, porrigeretur ad nepotem: vt quæ de filio dicta essent, & disposita porrigerentur ad nepotem. Sed ego habeo & video quod de filio lex disponit, vt sit primus gradus: sed de nepote sit in secundo gradu. Consequens est falsum: ergo & antecedens, vt l. Iurisconsultus. ff. de gradibus. & instit. de gradib. affini. §. j. & 2. cum sequenti. ¶Quintò sic, sicut se habent respectiue hi duo gradus, pater & auus, sic descendentium filius & nepos. Et sic probat text. de heredita. quæ ab intestato. Institutio. §. j. & 2. & dicta l. iurisconsultus. §. transeamus. & §. secundo grad. sed nemo diceret, patris appellatione contineri auum: ergo nec filij appellatione contineri nepotem.

¶Sextò probatur sic expresse in dispositione legis per iura, quæ filiorum dispositiones non porrigunt ad nepotem, immò disposita de filiis, prohibent porrigi ad nepotes. Casus sunt in l. lege Iulia ita. §. primo. ff. de ritu nuptiarum. & l. si definitus. ff. de legiti. heredi. & C. de collation. l. illam. & institutio. de heredi. quæ ab intestato. §. j. cum similibus.

¶Septimò probatur sic: Dispositione hominis in quà lex disponit, quòd filiorum appellatio non cõtinet nepotem: vt ff. de testamen. tute. l. quod si nepos. & institutio. qui dari tuto. possunt. l. fin. Si ergo in lege & hominis dispositione expressum & cautum est, disposita de filiis non porrigi ad nepotes, quis locus dubitationis relinquitur, cùm tot legum casibus comprobetur?

¶Octauò probatur per dispositionem rationum in cõtrarium facientium, sic: Filiorum appellatione nepotes contineri quidam tenentes, ideo dicunt contineri: quia pari amore similiter est nepos: ideo sub filiæ appellatione, quæ idem est quod amor, contineatur & nepos. hac amoris charitate paritate destructa, quod est antecedens: remanebit destructum, quod est cõsequẽs, vt non contineatur. probatur sic. Hereditates ascendentium deferuntur descendentibus ex charitate & voto: vt l. nam & si. ff. de inofficio. testamento. & l. scripto. ff. vnde liberi. de bonis damna. l. fina. in princip. C. de legi. heredi. l. de emancipatis. & extante filio nõ admittitur nepos ex eo. vt in authent. de here. ab intesta. §. j. & §. seq. col 9. & C. de legi. hered. auth. in successione. de lib. & posthu. l. Gallus. per totam legem. Si ergo destruitur consequens, quare nõ pariter succedunt: destruitur antecedens, quare non pariter diliguntur, nec pari charitate & voto irrigantur: nec ergo filij appellatione nepotes continentur. pari ratione probatur, & in qualibet successione ab intestato. Hereditas enim ex tacita voluntate & affectione morientium deferũtur, vt l. conficiuntur. ff. de iure codil. & l. j. §. final. ff. de legatis tertio. secundum hoc voluntas videtur inspicere secundum plus & minus successores & secundum ordinem gradus in authenti. defuncto. ad Tertyllian. & in authentica cessante. & in authent. post fratres. C. de legi. here. & in auth. de here. ab intest. §. j. & §. si vero. & l. Titio & Mæuio. § 2. & l. post emancipatum. §. idémq; de lega. 3. Cùm igitur sit filius primo gradu, nec pariter succedat nepos cum eo: ergo nec par affectio ac dilectio, ergo nec pariter sub filij appellatione coniunguntur. ¶Nonò probatur sic: Consuetudo est altera natura: ergo idem est ius & potestas consuetudinis & naturæ: vt C. de probationibus. l. actor. & l. j. §. j. ff. de aqua pluuia arcenda. & de liber. & posthum. l. si quis. sed naturalis sensus rei dat nobis proprium intellectum: ergo & consuetudinarius erit nepotis appellatione: ergo & proprius: vt dicta l. quod si nepote. & institutionib. qui testa. tuto. dar. poss. §. fin.

¶Decimò sic, vbi dubitatur de significatione verbi vel legis, consilium nobis est, recurrere ad intellectum nobis ex consuetudine datum: vt l. cum de interpretatione. & l. cum imperator. ff. de legibus. in fine. de episco. audientia. & si lenones. & ff. soluto matrimonio. l. dos à patre. sed vbi dicit lex de principe, quare succurrerẽt ad consuetudinem & eius intellectum, si non seruauerimus ipsum: vt C. de legib. l. fin. & l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petat. Sic ergo secundum consuetudinem & eius intellectum reiiciamus nepotem, & filiorum appellatione. vltimo probatur per leges expressas, quæ dicunt significationem rei dari ex com-

muni appellatione, vt l. Labeo. de supellect. lega. l. cum de lanionis. §. asinam. de fund. instru. & statutum dicit ad vulgaré intellectum. Item videtur probari sic: Non videtur verbum prolatum significare, quod veridicé non est agitatum, etiam si verbum videretur prolatũ, vt dicta l. Labeo. in fi. l. iam hoc iure. de vulg. & pupill. de uunc. & hono. l. vt gradatim. §. sed si lege. de iniust. testamé. l. in testamento. sed si communis oppositio in hoc tollit mentem vt sibi propria, remanebit verbum inutile, velut sine mente prolatũ. quod ad nepotes non porrigitur.

¶IN CONTRARIVM, quòd hoc beneficium porrigatur ad nepotes ex filio, probatur sic. ¶Primò dicit lex, quòd ex allusione vocabuli datur proprius verbi sensus: vt l. 2. §. appellata. ff. si certum peta. l. Pomponius. §. territorium. ff. de verbo. signifi. & eod. titu. l. tignum C. de episco. & cleri. l. decernimus. & ff. de testa. l. 3. si ex allusione verbi huius filius, continetur & nepos, cum dicatur filius à philos, quod est amor, & eadé amoris causa, idémq; amor ad nepotem vt ad filium, vt l. liberorum. §. sed quod Papinianus. de verbor. signifi. ergo ex propria verbi interpretatione continet filius nepotem. Igitur & in dicti statuti beneficio continetur, vt in corpore auth. de non eligen. secun. nub. §. cũ igitur. col. 3. & de leg. 3. l. vxorem §. concubinæ. ¶Secũdo probatur, coniungendo l. & gl. sic, dicunt iura: Aut tractatur de proprio verbi significatu, & secundum id filius continet nepotem. Si autem communi appellatione, & tunc non continet. & sic cõcordatur l. liberorum § sed quod Papinianus. & l. si nepotem. supra allega. & instit. qui test. da. tut. pos. §. si quis filiab. ¶Tertiò sic probatur, quòd intellectus qui habetur ex communi appellatione, est intellectus figuratiuus. sic probat l. Labeo, cum sua glo. ff. de stipula. seruo. Ex hoc igitur sic argu. sicut se habet figura rei ed reum, sic intellect⁹ figuratus ad proprium: sed figura rei non est ipsa res figurata: vt C. de iure annu. aure. l. 2. & de Latin. liberta. tollend. l. 3. in princi. & insti. quibus modis tolli oblig. § est autem. & de regulis iuris. l. imaginatio. ergo nec intellectus est ille proprius qui figurat. Si non ꝓprius, ergo nec in statuto sequẽdus. Si ergo patet ad sensum, figura hominis licet repræsentet, nõ tamen est homo: & acceptilatio, licèt sit imaginaria solutio. nõ tamen solutio. ¶Quartò probatur sic: Et si ex huius appellatione ex communi vsu & ex communi appellatione datur aliud intelligi, & repræsentatur: non tamé est idem cum eo quod intelligitur per id quod datur & repræsentatur ex illo: nec tamen vnum idémque significat, vel per modum significati comprehendit speciem, nec est, nec esse potest. Item dicit lex, quòd vtimur empto pro vendito, & nunquam sequitur quòd ex significatione vnius, vnum compræhemdat aliud. Certè nemo dicit, nec vsus communis facit. nec facere potest, licet vnum representetur ex altero. Sequitur ergo & communis opinio debet intelligere illi aliquid, seu repræsentet aliquid, non quod idem significet ex proprio intellectu: ergo ex tali appellatione not. argumé. in statuto. accedit his quod vltimis voluntatibus, proba: útque per legem, sunt vt tertio. § disponat. in authentic. de nupt. col. 4. Ecce testator dicit sic: si cui bis legauero, semel tantum deberi volo. sed per duo geminata legatum detur, vnum tamen intelligi nõ est ideo, quia duo geminata vnum tantum, sed duo. in l. si mihi & tibi. §. fin. ff. de legat. 1. sic concluditur quòd licet lex, vel testatoris dispositio, vel vulgi consuetudo, vel appellatio, dent nobis verbum repræsentare plus vel min⁹ vel aliter quàm sit eius significatum, non mutat propriam significationem rei, sed figuram quãdam facit & figuratos intellectus.

¶Sextò probatur, & videtur casus in l. 2. ff. de vsufr. ea. rerum quæ vsu consu. vbi expresse cauetur, quòd cùm in rebus, quę vsu consumuntur, non posit adaptari significatio vsusfructus secundum propriam ipsius naturam & significationem, non potest senatusconsultus nihil constituere vsumfructũ secundum propriam significationem vocabuli, sed vocabitur vsusfruct⁹. modò ex hoc sic arguendo, consuetudo & iura scripta paribus passibus ambulant. ff. de legib. l. de quibus. in fin. institu. de iure natu. §. ex non scripto. sed ius scriptum. id est, senatus, non potest: ergo nec consuetudo. Sic ergo inducit impropriam: ergo eius significatio nõ comprehenditur sub statuto.

¶Septimò sic: dicit lex, quòd ea quæ ex consuetudine sunt, non tollunt quod est, vel esse debet, vt l. fin. de seruitu. vrbano. prædio. & l. cum quidam. §. quod dicitur. de acquirenda heredita.

¶Octauò probatur sic: Species oppositæ non sunt, sed lex ponit propriã significationem per se, & ea quæ est ex toto appellatione illi opposita: ergo propria significatio cùm sit ex propria significatione, non debet dici esse sola: ergo propria in statuto recipitur, alia reiicitur. Item expresse opponit text. illa quæ est ex communi appellatione: tamen species oppositæ nõ debent dici, & inducere præsumptionem voluntatis, ne ex significato violenter inducatur. hoc probatur expresse in l. cùm de lanionis. §. asinam, ff. de fund. instruct.

¶Nonò videtur quidam casus hoc probare, & facit plura contraria cessare. Certum est, quòd maleficium propter allusionem continet malefactorem, sed ex vulgi opinione propter excessum in delicto maius maleficium vocatur.

¶Decimò sic probatur: & si ponamus quòd statutũ loquens de filio, non contineat nepotem: tamen beneficium datum filio, an ex eius persona descendat in nepotem, non est statuto dispositum, neque prohibitum: remanet ergo hoc ius, an beneficium datum filio, per statutum iuris causa recuperat in nepotem. quare hoc omissum probatur sic: Certum est quòd beneficium datum filio, priuilegium & honor, transit ad nepotes: vt C. de quæstionib. l. milites & l. diuo Marco. de senten. l. mancipatum. ff. manda. l. etiam. § licet. C. de priuileg. dot. l. 3. Hoc ergo priuilegium datum filio ex statuto, licèt ex eo & eius verbis non trãseat ad nepotem, quòd tamen hic trãsitus non est prohibitus nec permissus, sed est omissus, de iure communi debet concedi.

¶Vndecimò circa idem, nepos filio sublato de medio, locum primi filij incipit tenere vt institut. de exhere. lib. §. post mortem. & §. heredi ab intestato. § cũ filius. & l. Gallus. §. nunc videndum. ff. de libe. & posthu. Sed filius huius beneficij compræhensus in statuto vtetur: ergo nepos, eius loco succedens.

¶Duodecimò probatur ex vi subrogationis, sublato eius filio, nepos huius filij loco dicitur subrogari, vt supra probaui: sed subrogatio debet esse eius conditionis, in cuius locum subrogatur: vt l. 3. §. actio. si quis testam. lib. esse ius. l. item veniunt. § idem recte. ff. de peti. heredi. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. ergo eiusdem status beneficio vtitur.

¶Non obstat prædicta l. iusta. & de verborum signification. quæ videtur obstare in duobus, vt supra dixi: quod dico, quòd ibi sit similitudo in compræhendendo, non in modo, saltem per relationem ad speciem, licèt possit per relationem ad genus, vt verbum semel positum, propriè & impropriè sumatur: vt l. certi cõditio. in princip. ff si certum petatur. Cùm ergo masculinum compræhendat fœmininum, filiæ & filij nepotes, vt in hoc simili. Item possunt simulari vtrinque ex interpretatione, si filius nepotem comprehendit, sumendo pro vocabuli aperta significatione, sed filius filiam secundum apertam significationem extensiuam vltra significationem verbi. Non obstat quòd non conueniunt specie: quare non gradu. Item quòd ponitur ad species differens, quare est considerare filium, prout ex propria significatione communi ad filium & nepotem:

potem,& tunc est genus,& nõ species opposita ad nepotem:sic intelligitur,& sic allegatur,& est considerare,prout ex communi consideratione comprahendit filium primi gradus:& tunc non conuenit gradui vel speciei ad nepotem.non obstat,quia non est in eodem quo pater:quia in hered.& voto defertur,& non ad filium:& hęc sunt vera,filio deducto de medio.Vel dic, ea quæ deferuntur secundum plus & minus ab eodem significato abusionis:vt l.fina.de fund.instruc.& C.de malefi.& mathe.l.si excepta.institut.de tute.in princi. & de testament.in principio.Vel dic quòd dilectionis causa se habeat pariter ad vtrunq;,vt dicto §.sed quod Papinianus.sed quia cæteris paribus melior est conditio seu ratio prioris,ne concessum secundo,denegetur primo:ideo deferuntur primo,vt l.defunctus.ff.locat. & l.ex assiduis.§.ex tempore.nec tamen adimere,sed conferre nepotibus intelligatur propter mutuam successionem:quoniam affertur prioribus,nó tam ex eis vel eorum affectione,sed vt per eos posterioribus conferatur,vt l.prima.& l.via.§.si fundo.rustico. prædior. & eodem titulo.l.à quocunque.Non obstat lex seu hóminis appellatio filij comprahendat nepotem: quia illud contingit aut ex eo quod lex expresse restringit significationem,sumendo velut speciem appositam nepoti,vt hic exprimat,aut ex mente restringédo nos ex appellatione communi & vulgi.Nec obstat aliud statutum,quod dicit,ad vulgarem sensum: quia aliud sequitur ex ordine,quia extra significatum communem intellectum reiicit.Primò videtur mihi,quòd quæ prima facie videantur mihi quasi idem,diuersa tamen sunt,& communis opinio & intentio,seu voluntas & communis intellectus:& communis appellatio consistit in voce & appellatione,communis vsus consistit in exercitio:vt l.si seruus plurium.§.fina.ff.de legatis primo.& l.cum vnus.ff.de vino,tritico & oleo legato. intentio & voluntas nó vera vel præsumpta,sed propria verbi significatio,non concurrit ex his in l.cum de lanioni s.§.asinam ff.de fund.instruct.in versic.qua præsumptione,id est,ex præsumpta voluntate:quæ ex consuetudine tollitur.sic intelligitur illa lex,quòd si nepotes.de testament.tutel.& iste non idem cum prædictis patet.licet enim preferendo singulare ex communi vsu debet nobis intelligere de plurali,non tamen vulgaris intellectus nec communis intellectus vulgaris sic se habet ad plurale,vt sit intellectus verbi,sicut est in empto & vendito. hoc per vnum prolatum datur ex communi modo verbis sentire, de alio tamen non est vulgaris intellectus,nec vulgo habetur vt vnum significet aliud.& hoc est quod dicitur,quòd est quidam intellectus figuratus,vt supra probaui, licet figura det nobis sentire de significato.sic hæc communis appellatio dat nobis intelligere aliud pro alio,id est,verba prolata,non per hoc assumunt significationem vel intellectum vulgariter vel communem,quòd præterea vulgi appellatio fingat vel faciat aliud velle loquentem,quæ tamen voluntas abstracta à significato verbi & intellectu quolibet,non adstringit vt in statuto. & sic probant dictæ leges.hoc probat l.quarta.de legatis primo.dum dicit,immutabilia sunt.& glo.dum dicit, vbi actum erat inter te & me de equo,& tamen de mulo sentit.nec tamen per hoc sequitur vel inducitur intellectus secundum proferentes, nec equus significat mulum,vt sic fiat intellectus verbis.& gl. incontinenti subiicit,vel ita consuetudo & operando istos duos casus.& ita magis est intentio seu voluntas loquentis, vel relationem ad personam figuratam,seu figuratè repræsentare per verba,quàm ita intellectus vulgaris vel communis verborum.vel datur verbis per relationem ad verba:coniungitur nepos ad auum, per quem ius succedendi confertur,sed non est hoc ius in filio,impediente statuto:ergo nec nepotibus. Item dicit lex, quòd filia sublata,nepos quasi agnascens.incipit locũ tenere,vt institut.de exheredat.libe.§.posthumorum. sed si filia non succederet, ergo nec nepos locum filij tenere inciperet.Item sic probatur: Ea quæ subrogantur loco alterius,sapiunt naturam illius,in cuius locũ subrogantur:vt l.prima.§ hæc actio.ff.si quis testamét. lib.esse ius. fuer.& l.sicum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.sed licet nepos,deducta de medio filia,incipiat suum locum tenere:vt l.in successione C de legiti.heredib.& de collation.l.illam.& in authentic. de heredi.ab intestat.§.j.col.9 ergo eiusdem iuris & loci.cum ergo filia non succederet,ergo nec nepos. Item probatur,vbi ius deberet transire de primo intellectu mediãte,secundum impedimentum contingens in secundo, quod est in medio,impedit ius transire ad tertium, vt l.seruitutes.§ puta.ff.de seruitut.rustico.sed & l.in tradend.eodem titulo in §.interpositas.& de seruitut.vrbanorum prædiorum.l.si ædes.sed verum est,quòd ius coniunctionis & per hoc successionis, quod debet trãsire de auo ad nepotem, debet mediante filia transire: secundò,filiæ non procedit hoc ius:ergo transitus necessario ad nepotem,consequenter impedietur. Item probari videtur per legem quæ dicit,quòd iura corrupta in persona filij,impediunt ius succedendi transire ad nepotem,vt l.diui fratres.ff de iure patrona.& si de feudo controuersia fuerit.c.si vasallus.Item cum impedimentum venit à causa efficienti, siue sit effectus in fratre,siue non,nec inchoauit,impeditur. secus si in facto esset,vt l.patre furioso.de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.inter stipulantem.§. sacram.ff. de verborum obligatio.& de solutio.l.qui res.§ aream. sed hæc dotata fuit cum nupsit,secundum casus contingentes ante natiuitatem nepotis, & per hoc impeditur ius succedendi in personam filiæ,licet ipse sit causa efficiens coniunctionis & iuris succedendi ad nepotem auo:argument.l.si compensandi.C.de heredibus instituend. sed iure corrupto in persona filiæ,non poterit ad nepotem postea transire.item sic, quo ad sequẽtes, concludendo,non sunt hæc paria non extare præcedentes in gradu,vel extare & non posse succedere,vt in §.sed nostra.institut.de success.libe & ff de inofficio. testamen. l.Papinianus.§.in quarta.sed extante filia, nepos non obtinet ius succedendi:vt de liber.& posthum.l. Gallus.etiam si non posset succedere eodem modo,si extare desiit,per argumentum a pari.Idem est,si vinco vincẽtem te,& te vincam.vt l.de accessionibus.de diuer. & tempor.præscrip.sed nepos ex filio,vincit filiam dotatam,& filia nepotem ex ea.ergo nepos ex filio,& filius vincet nepotem ex filia.Item facere videtur mens statuti,quæ voluit ad filium non descendere vel suos filios successores.vt secunda pars apud mares & eorũ descendentès sit.Item probatur,corruptio hoc iure in personam medij,remanet corruptum in personam tertij:vt si pignus pignori datum sit.l.prima.& ff.de pignori.l secunda & de in diem addic.l secund §. idem Marcus.& decima colla.si de feudo fuerit controuer. capit.vbi autem.sed hic est corruptum ius successionis in personam filiæ,quæ media est:ergo in personam nepotis.

¶ In contrarium probatur sic:Cui non conueniunt verba legis,nec lex,maxime in statuto stricti iuris, vt ff.de flumin.l.prima.§.mater autem.& de administratione tutorum.l. ita autem.in principio. sed verba legis, quæ de filia dotata excludenda loquuntur, non conueniunt nepoti,cum ratione sexus fœminei, tum
2 quia illa † nepos non est dotata,neque dotatur. ergo verba legis & eius dispositio non porriguntur ad nepotem.Et secundo probatur expresse iure emendationis,quòd iura quæ debent trãsire in personam nepotis ab auo corrupto iure in personam filij medij non tolluntur.ff.de senator.l.emancipatio.& de quæstionib.l. diuo Marco.l.Paulus.§ Paulus.de bonis libe.Item sic Impedimentum naturæ, posterius est impedimento

accidentis.ff.de adoptio.l.2.& ff.de liber. & posthum. l.Gallus.sed naturali impedimẽto impediatur filia succedere:qua mortua non excluditur nepos,immò tunc magis vocatur,vt d.§.ita demum.institu.de heredi.ab intestato.& l.Gallus.per totam l.de liberis & posthu. ergo idẽ si impedimento iuris ciuilis statuẽtis. Quartò sic:Non debet idem effectus esse causa duorum contrariorum:vt l.cum his.§.j.de condiction.indebiti.sed certum est ꝙ in successione filiæ est obstaculum. successio & remotio filiæ à suo separat viam nepoti: ergo non debet excludere. ¶Quintò sic probatur: Licèt ius cõiunctionis nepotis ad auũ,causetur à media filia,tamen ius successionis non procedit à filia.sed ex naturali affectione,charitate aui ad nepotem : vt l.2.& l.nã & si.& de inofficioso testamento.pro filia subducta & dotata,nõ cessat etiam charitas:vt d.§.ita demum.sed magis augetur:ergo non tollit succedẽdi ius.Hoc autem esse verum fortificatur in multis casibus, pone ꝙ ius succedendi est hæretico,filij eius sunt hæretici,nõ succedunt:nunquid nepotes sequentes in gradu succedant? Certe sic:immo & vlteriores,primis exclusis,Casus est in l.cognouimus.C.de hæretic. Pone ꝙ pater filium exheredauit,qui causam ingratitudinis commiserat,& decedit filius viuo auo : nunquid nocebit nepoti exclusio filij?& quid de legitima propter ingratitudinem? certè nõ:quia venit nepos ad bona aui ex sui persona.Item pone ꝙ plus est,superuixit nepos auo,& si decesserit filius,non fit querela ex eius persona:esset tamen ex persona aui.Probatur in l.Gallus.ff.de lib.& psthu.& in l.si quis filium C.de inoffi.testa.Item duæ rationes fortiores sunt quàm vna.sed quælibet ipsarũ videtur parare viam sequentibus,scilicet si præcedens fuerit de medio sublata.Item si præcedenti fuerit via succedendi præclusa,vt l.posthumus.§.fi.& l.pater.ff. de inoffi.testamen.& l.Papinianus.§. quanquam.eodẽ titulo.vbi autem concurrunt hæ duæ causæ.quòd filia prædecessit,& eidem fuit via præclusa succedendi:ergo & nepos veniat.Item ratio excludens filiam,est ratio sexus & prohibitæ dotis,quæ non porrigitur ad nepotem:nec ex mente ergo, nec ex ratione excluditur. Bartolus à Saxoferrato legum docto.

ARGVMENTVM.

EMPTORI FRVCTVVM IN certum tempus,an propter casum fortuitum fiat remissio mercedis.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium quot modis accipiatur.*

2 *An in contractu pedagij vel vectigalis debeat fieri remissio.*

Quæstio 4.

a QVANDO ponimus (a) totum precium vno tempore,& in principio causæ solutum,tũc dicetur esse emptio & venditio. An autem tunc debeat fieri remissio,& quid iuris. Tũc est aduertendum,quid sit illud quod est emptum.

¶Et primò videamus de pedagio.& certe pedagium potest accipi pro eo,quod ex pedagio percipitur, sicut dicitur de vectigali ff.de publican.l.j §.j. & quod ibi nota.vectigal est quod præstatur &c.Item nota. C.de
1 vectigal.& commiss.l. prima.§. circa†. & si isto modo acciperetur, videretur venditum ipsum copus nudũ, quod percipitur ex vectigalibus. sed istud videtur esse,cùm vectigal seu pedagium percipiuntur à ciuitate,& traduntur publicano,ad hoc ponitur ab ipso emptore: & sic quod percipitur, non videtur emptum, cum nunquam fuerit ciuitatis,vt dicam statim in fructibus.Secundo modo potest accipi pedagium,vt dicatur emisse ipsum ius percipiendi pedagium,quod ipsi ciuitati competit.Tertio modo potest accipi, vt dicatur emisse ipsam perceptionem pedagij,scilicet ipsam commoditatem percipiendi, sicut vidimus in vsufructu. Aliud est enim,emere ius vsusfructus:aliud,perceptionem fructuum seu commoditatem vendi : istud enim est facti.ff.de iure dot.l.vsufruc.de peric.& commo rei vend.l.necnon.§ fi.vbi not.& de vsufruct.l.arboribus. §.vsufructuarius. & ibi not. quod vtrum istorum sit emptum,potest dubitari.dico ꝙ licet non præcedat contractus habilis & traditio,vt perpetuo sit penes percipientes, in dubio videtur transferri plenum ius:vt ff.de iure dot.l.dotis fructus.§.fin.cum l.sequen. & pro dote,l.j.tamen in casu proposito, cum ista iura non possint transferri ad tempus : vt ff.de seruitu.l.4. intelligo etiam venditam ipsam perceptionẽ seu percipiendi commoditatem,vt d.l.necnon.in fi.cum gl.de pericu.& commod.rei vendi.in vltima gloss.Sic debet inteligi l.cum in plures.§ penu.ff.loca.Idem si diceremus venditum ius,per id quod allegatum est supra.Cũ autem ipsa perceptio seu ipsa commoditas venditur, spes seu alia videtur emi, vt l.actum. aliud est enim,emere ipsam perceptionem: aliud,id quod percipitur: vt dictis legibus colligitur.Et sic apparet ꝙ periculum est emptoris, nec debet fieri remissio precij, propter
2 guerram,vt in dictis legibus.† Hæc autem intelligo,si guerra est sine culpa ciuitatis vendentis, vt puta propter guerrã,quæ est in Marchina,ex pedagio nihil percipitur. sed si ciuitas ipsa guerram infert alteri, vel aliæ sibi, siue iniuste, videtur perdi pedagium culpa ciuitatis:& sic debet fieri remissio precij:vt ff. loca.l.si merces.§.culpa.& quod ibi notatur& ff.soluto matrimon.l.penu.in princip. De alijs autem verbis consueuerunt addi, si vendo pedagium & fructus qui percipiuntur ex eo,non curo:quia non videtur adiecta causa tollendæ dubitationis, & idem importat quod ipsum pedagium.arg.eorum.quæ statim dicentur.

¶Secundo est videndum de eo,quod dicitur fructus, vsusfructus,reditus.& prouentus,qui percipientur ex prædiis:& hoc est aduertendum.Aut enim venduntur percipiendi ab ipso venditore,& tradendi emptori:& tũc ipsum corpus fructuum videntur venditum: quia de non perceptis debet fieri remissio pro rata.quasi vẽditio pro illo anno non sit conuenta:vt d.l.nec emptio de contrahen.emp.& l.debitores.§. verisimile.cum similibus allegatis supra.in secunda ratione pro affirmatiua. Aut venduntur fructus percipiendi ab ipso emptore,& si ad ipsum pertinet cultura & cura:& tunc ipsum ius vsusfructus videtur venditum,siue apponãtur dicta nomina,siue alterum tantum,non curo quantum ad propositum:vt ff.de vsufruct.l.legatum ita.& ibi gl. facit istam distinctionem, & vsusfructus quemadmodum tollatur.l.idem est.& ibi not.& isto casu periculũ est emptoris à die celebrati contractus seu emptionis, sicut in eo qui erit in proprietatem.l.necessario.§. fin. de pericu.& commo.rei vendi.Prædicta vera,quando ciuitas vendens erat domina illorum prædiorum,si haberet tantum vsumfructum : tunc videtur vendidisse, solam perceptionem fructuum. tamen idem videtur, vt d.l.necessario.§.fina.& quod ibi notatur.

¶Super quarto,quando vendunt fructus percipiẽdi ex ædificiis & molendinis secũdum verba.Dico vsumfructum venditum esse per eandem viam, quæ supra dicta sunt in prædiis, tamen in effectu videntur esse diuersa. Nam si quidem molendina & ædificia sunt destructa, quod desinant totaliter esse,tunc vsusfructus extinctus est: vt l. repeti. §. rei mutatione.ff.quibus mod.vsufruct.amit. l. si cui insulæ. & institution. eod.§.penul.& si reficerentur, non viderentur eadem edificia,nec restaurarentur vsusfructus:vt ff.de vsufr. l.qui

l.qui vsufructu.in prin.& de verb.obli.l.inter stipulãtem.§.sacram.in fi.& ideo hic de restauratione nõ est tractandũ:dico quod periculum est emptoris,sicut si emeretur proprietas.l.necessario.§.fi.de peric.& cõmo.rei ven.& de vsufru.l.si vsufructuarius.§.fi.si verò aliqua pars ædificiorum remaneret,tunc vsusfructus integer remaneret:vt d.l si cui insulæ.de vsufru.& ideo est videndum,ad qué pertineat refectio,cũ requirat magnã impensam.& videtur quod dominus proprietatis nõ cogatur reficere:vt l.hactenus.de vsufr.& l.sicũ vsufruc. in fin.immò videtur quòd ad ipsum fructuarium talis impẽsa pertineat,licèt postea à domino repetat:vt no. in gl.in l.damni infecti.§.ei cuius.de damno infecto. E contra quod dominus cogatur reficere,aliàs teneatur ad interesse vt l.ex conducto.in princi.ff.loca.& l.cũ plures,in princip.cod.titu.

SOLVTIO. Dico quod cùm iste sit vsufructuarius, omnem rei curam suscepisse videtur,vt l.j.in fin.& l.sequenti.ff.de vsufruct.quemad.caue.& in hoc videtur ad non proprietatem constitutus procurator in ré suã, vt l.j.in fi.& l.seq.ff.de oper.no.nun.vbi videtur tex & gloss.Ex hoc concludo,quod ipsa cura & solicitudo refectionis indistinctè pertineat ad vsumfructuarium,vt l.inter fructuarium.ff.de dam.infect.vbi est casus.Vnde si vsusfructuarius vult agere contra dominum proprietatis pro ecclesia reficienda,fortè pro illa pecunia habenda cogatur vendere res suas,potest,vt ff.mãdati,l.si verò non remunerandi.§.fi.& l.si mandato meo, in princ.cùm habeat ad hoc mandatum,vt supra probatum est.non enim facere.est soluere & postea recipere,vt l.si dubitetur.in prin.C.de fideiuss.& l.si stipulatus in princ.eo.tit.& de compens.l.j.& 2.Si vero vellet fructuarius suam pecuniam,posset,nec posset à domino prohiberi,vt l.hactenus.§. Neratius.ff.de vsufr. & quod ibi no.in l.si cuius.§.idem quæritur.eo.tit.Sed quia actio gl.vel actio negotiorum gestorum,& no.d. l.damni infecti.§.ei cuius.ff.de dam.infect. Verius puto quod repetat actione mandati,cũ videatur mandatum, vt dictum est,vel in factũ.non enim potest agi actione negociorum gestor.cum hoc faciat ex necessitate. vt ff.fami.ercis.l.heredes.§.si vnus. Cõmune enim negociũ magis quã alterius gessit.probatur expressius l.prætor.§.generaliter.de bo.auth.iud.pos. Nõ obstat quod dicitur.nõ posse vsufructuarium cogi reficere,vt l.hactenus.quia verum est,si vult emere viumfructum, vt d.l.cum fructuarius.Nã vsufructuarius aliàs bene cogitur,vt d.l.inter fructuarium. de damn.infecto. Non obstat quod dicetur dominum non teneri, quod verũ est,si vult cauere iure dominij priuatur,vt ff.de damn. infect.l.quanuis,in fi.& l proprietatis.

¶Hoc præmisso:in quæstione proposita, an debeat fieri remissio precij,dico quod non: quia casus fortuitus non debet imputari domino,vt supra probatũ est, nec etiã culpa refectionis non factæ,non pertineat ad fructuariũ,vt dixi.sed posset vsufructuarius petere interesse ratione quantitatis sibi nõ solutę,vt dictũ est.Deo gratias.BARTOLVS A SAXOFERRATO.

ADDITIO.

a ¶Quãdo ponimus. Istam disputationem inueni in 5.vol.consiliorum diuersorum doct.in fol.93. vbi sunt aliæ disputationes Bar.& de materia an & quando debeat fieri remissio conductori,vide Bar.in sua disputatione.quæ est in primo vol.quæ incip.publicanus. per totũ.& in l.conten.§.qui maximos.ff.de publicanis.& doct.in c.propter sterilitatem,extr.de locato.& in l si cét.C.eo.per mod.in l.incendiũ.§.naufragio.in fi.vbi plenè per Alex.de Imo.ff.de acqui.pos.And.Barb. in d. c.propter sterilitatem.in 8.col.& Frãc.de Aret.in cõsi. 140.inci.quia consultatio.cum concord.de quibus ibi per ipsos:& Bal.in cõsi.279.in 3.vol.inci.casus talis est. & in consi.448.in 3.vol.inci.propter guerras.& Ioã.de Ana.in consil.64 incip.Visis & ponderatis.Tho.

QVAESTIONES QVAEDAM

DOCTISSIMAE ET VTILISSIMAE IN MATERIA PETITORII, disputatæ per egregium Iureconsu. D. Philippum de Franchis, papiæ, sub Anno Domini 1461. ordinariè ibidem in iure Canonico legentem.

CASVS.

EX nobilissima vrbe Perusina Cornelio & Pamphilo coram apostolicæ sedis delegato, in petitorio inuicẽ litigantibus: Cornelius de quodam fundo, quem absque titulo & bona fide possidebat, contra se sententiam diffinitiuam reportauit, appellauit, detulitque delegatus appellationi, & ad prosequẽdũ terminũ statuit. Interea Cornelius de dicto fundo à Pamphilo spoliatus, corã delegato se restitui, & grauamẽ reuocari postulauit. Deinde fundũ ipsum statim bona fide & absque titulo possidere inuẽtus est. Cornelius vero cũ contra Statium agere instituisset, destitit: & parochiali ecclesiæ palatium cũ prædiis adiacentibus donationis titulo concedens in monasteriũ ingressus, infra probationis annũ diẽ suum clausit extremũ: Parochiali vero ecclesiæ palatiũ petenti, procurator fiscalis sic opponit prætextu legis municipalis, quod nullus subditus res immobiles de territorio perusino, in non subiectos & onera cõmunis subeuntes, alienare valeat, sitque primo alienatio ipso iure nulla, & bona ipsa confiscata deferantur in fiscum.

EX QVO themate de quatuor contingit dubitari.

¶Primum dubium, vtrum dictus Cornelius potuisset aliquo iure dictum fundum a Statio recuperare.

¶Secundum dubium, vtrum dictus Cornelius potuisset per delegatum contra pãphilum in præfato fundo restitui, & illatum sibi grauamen amoueri.

¶Tertium dubium, vtrum dicto Cornelio, sic ab intestato infra annum probationis defuncto, monasterium succedat.

¶Quartum dubium, vtrum stante dicta municipali lege, alienatio in ecclesiã, valida & inefficax sit censenda.

SVMMARIVM.

1 *Petitorio agere an possit, qui solùm bona fide possidet.*
Petitorium dominium ex parte agentis requiritur.
2 *Spoliator opponere de dominio contra spoliatum, agẽtem rei vendicatione, non potest.*
Publiciana sine titulo non competit, & quæ alia requirat.
3 *Publiciana agens, dicitur agere petitorio.*
4 *Hypothecaria agens, quid teneatur probare.*
Hypothecæ ius in re aliena non cadit.
5 *Possessor bonæ fidei quis dicendus.*
Possessor bonæ fidei ratiõe iuris quod habet, facit fructus suos.
6 *Electio ad eos pertinet, qui sunt in quasi possessione iuris eligendi, item & præsentatione.*
Remedium l. si me & Titium. ff. si certum petatur. cui competat. 13.
7 *Actio triticaria datur ad possessionem perditam.*
Violentia est vitium reale.
8 *Remedium l. si nulla. C. de acquir. possess. quod remedium sit.*
Lex in dubio secundum materiam tituli, in quo est sita, debet intelligi.
Intellectus l. si nulla. C de acquir. pos. 16.
9 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. quibus cõpetat. 17.*
Intellectus c. bona fidei. de appellationibus.
10 *Appellatio extraiudicialis quod impedimẽtũ pstet.*
11 *Beneficium l. si coloni. C. de agri. & censi. libr. 11. quibus concessum, & cuius sit effectus.*
12 *Possessor bonæ fidei contra alterum bonæ fidei possessorem, an habeat remedium.*
13 *Argumentum à sufficiẽti partium enumeratione, est in iure firmissimum.*
Dispositio l. si me & Titium. ff. si certum peta. quando locum habeat.
14 *Spoliatus desinens possidere absq; dolo vel culpa, tenetur ad æstimationem, & quid si non sit soluendo.*
14 *Dispositio l. 1. ff. de triticaria. quando locum habeat.*
17 *Interpretatio in claris, frustra adhibetur.*
18 *Peccatum non contrahit, quod iure permittente fit.*
Extensio ex identitate rationis, etiam in correctiuis fauore animæ fieri potest.
Detinere iniustè, & inuadere alienũ, paria sunt ad periculum animæ.
19 *Superfluitas in omni iure reprobata.*
20 *Argumentum à similitudine & identitate rationis, an procedat.*
Clericorum conditio dignior & fauorabilior est, quã laicorum.
21 *Remedia possessoria hic enumerãtur vigintiquatuor ad possessionem recuperandam.*
Intellectus c. accedens. de. 1. vt lite non contestata.
Ecclesia quæ culpa vel negligentia prælati cecidit à possessione, quomodo illam nanciscitur.
22 *Intellectus c. bonæ. de appellatio. & de remedio quod datur per dictum c. 24.*
23 *Attentatorum inhibitio & remedia, cõtra tertium innouantem non habent locum.*
25 *Attentatorum remedium, appellatione pẽdente, locũ habet in attentatis à partibus, vel à iudice à quo.*
Sententiæ executio, facta pendente appellatione, retractatur.
Intellectus ad c. ex parte Adæ. de testibus.
26 *Bona fides in dubio præsumitur ex titulo.*
27 *Limitationes plures ad §. ad alium. ca. Romana. de appellatio. lib. 6.*
Remedium attentati, est magis priuilegiatum possessorio recuperanda.
28 *Re litigiosa, lite pendente alienata, quod remedium detur contra possessorem habentem titulum à parte.*
29 *Intellectus l. si coloni. C. de agri. & cen. lib. 11. 32. 34.*
30 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
31 *Bonæ fidei possessor ex causa violentiæ vel furti, possideri non dicitur.*
32 *Dol⁹ ratiõe lucri p̃sumitur, qui aliàs nõ p̃sumeretur.*
33 *Titulum possessionis nemo cogitur dicere.*
Coloni dicuntur possideri.
34 *Serui ascriptitij vel censiti, pars fundi censentur.*
35 *Cõdictio sine causa, quod remedium sit, & cur detur.*
Condictio indebiti datur ad possessionem.
36 *Condictiones indebiti, incerti, sine causa quando oriri possunt.*
Obligatio sæpè oritur extra propositũ contrahentiũ.
Interdictum vnde vi. cui competat.
37 *Cõdictio c. sæpè. de restitu. spo. aduersus quem detur.*
Qualitas à lege inducta, probanda cum facto.
38 *Actio, quod metus causa, datur contra tertium bonæ fidei possessorem, etiam si titulo possideret.*
Actio, quod metus causa. est psonalis & in rẽ scripta.
Actio personalis non sequitur rem.
39 *Metus vitium nõ censetur reale, & præscribitur spatio decem annorum.*
Actio de dolo, est personalis, & contra quem detur.
Condictio l. si quis conductionis C. locati. in quo verũ habeat.
40 *Condictio l. non abs re. C. vnde vi. cuius effectus sit.*
Conditio l. fi. C. de acqui. pos. cõtra quẽ locum habeat.
Limitatio ad auth. hoc si debito. C. de pignoribus.
41 *Condictio l. si quis in tantam. C. vnde vi. an habeat locum in clericis & bonis ecclesiarum. Et quid de con ditione l. extat. ff. quod metus causa.*
Condictiones l. inuasor. C. vnde vi. & l. si cõstiterit. C. finium regund. contra quos dentur.
42 *Condictio l. 1. C. si per vim, contra quem competat.*
Intellectus l. meminerint. C. vnde vi.
43 *Actio in factũ seu officiũ, aduersus quos concedatur.*
44 *Dolus vel violentia tertij, bonæ fidei possessori nocere non debet.*
Possidentis conditio melior quàm petentis.
45 *Comparatiuum relinquit positiuum in ordine.*
Actio personalis quo casu non diuidatur contra heredes pro hereditarijs portionibus.
Intellectus l. de vsu. ff. de varijs & extraordi. cognit.

OMNIPOTENTIS Dei præsidio implorato. Pro examinatione primi dubij seu quæstionis, videndum est primò, si aliquo remedio petitorio potuisset dicto Cornelio esse consultum recuperandi dictum fundum.

1 ¶ PRO PARTE Negatiua. Et videtur quòd nõ: cum non sit dominus, sed solùm bona fide possideret. vnde petitorio agere non posset, cùm requiratur dominium ex parte agentis. l. 1. C. de alien. iud. & in c. exanimata. de iudi. Si enim ipse Statius spoliasset, mandasset, vel ratum habuisset, tunc Cornelius potuisset agere petitorio & rei vendicatione, & isto casu datur rei vendicatio non habenti dominiũ, & spoliato agenti rei vendicatione, non potest spoliator opponere de dominio. tex. est singul. in l. si quis emptionis. §. sed hoc
2 super illis. C. de præscript. 30. annorum. vnde patet, q spoliatus siue agat petitorio, siue possessolio cõtra spoliantem, nullo casu potest sibi opponi exceptio domini,

minij, sed est ante omnia restituẽdus, vt in d. §. sed hoc super illis, etiã si spoliatus incontinenti se offerret pro baturum de dominio, vt per gl. ordi. in c. j. de resti. spo. & habetur in c. in literis. eo. titu. & in l. si quis à se fundum. C. ad l. Iuliam de vi.

¶Secundò non potest agere Publiciana: quia caret titulo. ad hoc enim vt competat Publiciana, requiritur titulus: quo mediante, saltem præscribere potuisset. l. eum qui. §. prætor ait. ff. de Publi. & in c. abbate sane. de re iudic. lib. 6. vbi glos. ordin. in verb. domini. ponit omnia quæ necessario debent concurrere, vt competere possit Publiciana & vide textũ in l. si autem. §.
3 hæc actio. ff. de Publi. † agere enim Publiciana, dicitur agere petitorio. ita tradit Bald. in l. 3. C. si à non competen. iudic. colum 3 per text. in l. minor. §. si seruus. ff. de euic. pro quo etiã facit tex. in dicta l. eum qui. §. Publiciana. el primo. & §. i Publiciana. vbi dicitur, quòd actio Publiciana instar proprietatis, non possessionis, obtinet.

¶Tertiò non potest agere petitione hereditatis, cũ non concurrant extrema, de quibus in l. regulariter. cũ seq. ff. de petitio. heredidita.

¶Quartò non potuisset agere hypothecaria, ex quo non præsupponitur, quòd dictus fundus esset Cornelio hypothecatus, sed simpliciter, quia bona fide possi
4 deret: † agens enim hypothecaria tenetur probare rẽ sibi hypothecatam à domino, cum in re aliena non cadat ius hypothecæ ff. de pignor. l. si superatus. in princip. & in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pign. & per doctores in l. rem alienam. ff. de pigno. action. & vide ad prædicta textum not. in l. & si non dominus. ff. qui potio. vbi sit à duobus non dominis, ratione iuris quod habebant, accipiatur pignus. primò ab vno, deinde alter accipiat idẽ pignus ab alio secundo non domino: tunc primo cadenti à sua possessione, non datur remedium recuperandi possessionem contra secundũ possidentem, & facit textus in simili in l. siue autem. §. si duobus. ff. de Public. & ibi per gloss. nota. cum ergo Cornelius nõ haberet aliquod ius in dicto fundo, nullum remedium petitorium sibi competere potuisset: vidẽdum est ergo de remediis possessorii, quæ enumerat gloss. ordin. in l. fin. C. qui legi. perso. de quibus plenius infra apparebit.

PRO PARTE AFFIRMATIVA primi du-
5 bij, arguitur sic: Cornelius bona fide possidebat: † & ille dicitur bonæ fidei possessor, qui domini cogitatione possidet. textus est notabilis in l. apud antiquos. C. de fur. & 34. quæst. 2. si virgo. vnde poterat dici fundus ille esse suus, cum res dicatur nostra non solum ratione dominij, sed etiam si bona fide possidemus. ff. de legat. 3. l. seruos. plene per Barto. in l. quintus. §. argento. ff. de auro & augen. lega. hinc est quòd bonæ fidei possessor dicitur habere ius, cum possessio sit ius insistendi rei &c. vt per gloss. in l. j. in princip. ff. de acquirend. possession. ratione cuius iuris facit fructus suos. ff. de acquir. rerum dom. l. bonæ fidei. institu. de rerum diui. §. si quis autem a non domino quod procedit etiam in spiritualibus: ideo ad eos spectat electio, qui sunt in quasi possessione iuris eligendi, vt in c. cum ecclesia. &
7 c. cum olim de causa posses. & proprie † & presentatio pertinet ad eum, qui est in quasi possessione iuris præsentandi, licet alter esset verus patronus, vt in c. cõsultationibus. de iure patronat. Cum ergo possessio dicti Cornelij peruenerit ad Statium sine titulo, & sic non subest iusta causa, quare apud eum debeat remanere, & non sit æquum, quòd ipse Statius ex possessione dicti Cornelij locupletior efficiatur: certe videretur, quòd potuisset ipse Cor talem fundum recuperare agendo conditione l. si me & Titium. ff. si cert. pet. ex æquitate, vt est textus ibi, & ita tenet Bartol. in l. si coloni. C. de agrico. & censi. l. 11. dicendo quòd remedio d. l. si me & Titium. poterit bonæ fidei possessor, qui cecidit à sua possessione, recuperare à quocũque possidente. secus in malæ fidei possessore, in quo æquitas dictæ legis nõ haberet locum, secundum Bartolum in dicta l. si coloni. & hoc idem satis est de mente Ostien. & aliorũ doctorum in c. bonæ. de appel. vbi ad id adducunt dict. l. si me & Titium.

¶Secundò pro eadem parte, quod dictus Cornelius possit recuperare dictum fundum agendo triticaria,
9 † quæ actio datur ad possessionem deperditam, vt l. j. & 2. ff. de triti. & ita tenet Bart. in dicta l. si coloni. maxime quando res esset affecta vitio violentiæ vel furti: quod vitium est reale, vt institut. de vsucapion. §. furtiuæ. & in l. vitia. C. de acquirend. posses. & ibi per gloss. & in l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. ff. eo. titul. & tale vitium nunquam dicitur purgatum, quousque res in potestate possidentis sit reuersa, vt in dict. §. furtiuæ. & in l. partem. & in l. species. C. de vsucap. pro empto. competit ergo actio triticaria contra possidẽtem possessione amissa vitio violentiæ vel furti, vt est text. in d. l. 2. ff. de triticar.

¶Tertiò pro eadem parte facit text. in l. si nulla. C. de acquirend. possessio. vbi conditione illius legis videtur esse consultum bonæ fidei possessori, cadenti à sua possessione vitio violentiæ vel clandestinitatis recuperandi possessionem etiam contra bonæ fidei pos-
8 sessorem, vt est text. ibi. secundum intellectum glo. † & oportet intelligere illum text. de tertio possessore conuento: quia violenter non opponit præscriptionem cõtra spoliatum, vt dicta l. si quis emptionis. C. de præscr. 30. annorum.

¶Nec obstat si diceretur, quòd ibi agitur petitorio: quia certe agebatur possessorio, & ita in dubio illa lex debet intelligi secũdum materiam tituli in quo est situata. ff. de in diem adiec. l. imperatores. & per gloss. in ver. debitis titulis. in procem. 6. libr. & in c. tibi qui. de rescrip. eod. lib. Vnde in illo titulo C. de acquiren. poss. ponuntur remedia possessoria, non petitoria.

¶Nec obstat tex. in dicta l. si nulla. dum dicit, cũ omni causa: & sic videretur quòd ille esset possessor malæ fidei: quia certe loquitur post litem contestatam, vt patet ibi, petitio vestra, & sic fundatur in petitione & litis contestatione, vt patet in l. si fundum. ff. si certũ peta. vbi est similis tex. ¶Nec obstat in dicta l. si nulla. ibi, nulla iusta ex causa: quasi esset malæ fidei possessor, quia similiter hoc refertur ad merita causæ, vt patet in tex. præses reperierit &c.

9 ¶ † Quartò pro eadem parte videtur tex. 3. quæstion. j. c. 2. & 3. vbi bonæ fidei possessori cadenti à sua possessione vitio violentiæ aut ex iniusta alia causa, est consultum agendo contra quemcunque possidentem, & per quascunq; manus & mediatos possessores res illa ambulauit.

¶Quintò, pro eadem parte videtur esse textus apertus in capitul. bonæ. de appellationib. cum præsupponatur quòd Cornelius fuerit spoliatus, lite vel appellatione pendente, quo casu quicunque possessor succedens in ipsa re, attentata pendente appellatione, potest officio iudicis cogi ad restituendum, vt ibi dicitur.

¶Nec obstat, si diceretur quòd ibi hoc est virtute generalis appellationis: quia certe ibi spoliatus nõ veniebat restituendus virtute appellatiõis: ratio, quia appellauit ne quis molestaret eum in possessione. sed Archidia. ibi non turbabat eum in sua possessione, cum iam fuerit primò spoliatus, & iam primò possessionẽ amiserat, & sic virtute appellationis ille nõ veniebat resti-
10 tuẽdus: † appellatio enim extraiudicialis nõ impedit, nisi ea quæ de directo fiunt contra appellationẽ, & nõ alia: vt est tex. not. in c. cum vobis de appel. ita quòd virtute appellationis, spoliatus ibi non veniat restituẽdus, ex quo possidens non turbabat eum in sua possessione, cum de ea primò fuisset spoliatus: videtur ergo

in d.c.bonæ.eſſe prouiſú de ſpeciali remedio, quo ſpo
liatus, appellatione vel lite pendente, poteſt reintegra
ri a ſuam poſſeſsioné contra tertios & mediatos poſ
ſeſſores. & facit quod in ſim.li no.in c.ſi conſtiterit. de
accuſation.

¶Sextò & vltimò videtur dicto Cornelio compete-
re beneficium l.ſi coloni.C.de agric & cenſi.libro xj.
11 † vbi ex generali remedio illius l. videtur eſſe conſul-
tum cuicunque bonæ fidei poſſeſſori, qui cecidit à ſua
poſſeſsione iniuſte.licet careat titulo, quo mediante
præſcriberet, vt non obſtet ſibi exceptio dominij. ſed
ante omnia debet reintegrari ad ſuam poſſeſsionem.
& ita per illum textum tenet Innocentium in ca. poſt
electionem.in fi.de elect.& in d.c.ſæpe.& idem voluit.
gloſ.ordi.in l.in ciuilem.C de furt.& ita etiam ſequi-
tur Bar.in dicta l.ſi coloni.vbi tamen requirit duo con
currere, vt habeat locum æquitas d.l. Primò, quod fue
rit poſſeſſor bonæ fidei, vt ibi in text.ideo poſſeſſor ma
læ fidei non haberet beneficium d.l. quia in pari cau-
ſa potior eſſet conditio poſsidentis, ſecundum Barto-
lum ibi. Secundo requiritur, quod ipſa res peruenerit
ad alium cum vitio, & non aliter, & ſic quando primus
bonæ fidei poſſeſſor cecidit à poſſeſsione ex vitio fur-
ti vel violentiæ, & ita loquitur textus in dicta l. ſi colo
ni.ibi, vitio fugæ &c. Cum enim iſta ſint vitia realia,
tranſeunt contra quemlibet etiam bonæ fidei poſſeſſo
rem, vt dicta l.vitia.ſecus.ſi res non eſſet affecta tali vi
12 tio: tunc enim ceſſaret dicta l ſi coloni. † & bonæ fidei
poſſeſſor contra alium bonæ fidei poſſeſſorem nullum
haberet remediū, vt l.ſiue autem § ſi duobus.ff.de pu-
blic.& ita tenet Bartolus in l.manifeſtiſsimi §. ſinau-
tem.in 2 colum.C.de furt.& in l.rem quæ nobis.ff de
acquirend.poſſeſ.Sequitur Imo.in dicto ca.ſæpe.& ita
etiam tenet Bald.in d.l.j in ciuilem.in re affecta vitio
violentiæ vel furti, vt ſupra. Cum ergo Cornelius ceci
derit à ſua poſſeſsione vitio violentiæ, ergo videtur ꝙ
potuiſſet recuperare ſuum fundum agendo ex condi-
ctione dictæ l.ſi coloni.cōtra Statium, licet bonæ fidei
poſſeſſorem

¶SOLVTIO PRO PARTE negatiua. Et ve
ritas partis negatiuæ probatur a ſufficienti partium e-
13 numeratione, † quod argumentum eſt in iure fortiſsi
mum ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.l.patre furio
ſo.& inſtitut.de actio.§ actionum.ai diſtinctio.cleros.
nam reperio prodita eſſe vigintiquatuor remedia poſ
ſeſſoria. ex quibus à iure conceditur poſſe recuperari
poſſeſsionem deperditam, quorum neutrum compe-
tere poteſt dicto Cornelio, vt infra patebit, ergo &c.
& incipiam à remediis ſupra not pro parte affirmati-
ua. Et primò quod non competiiſſet condictio dict.
l.ſi me & Titium.quia diſpoſitio dictæ l tum habet lo-
cum, quando actori non poteſt eſſe conſultum, agen-
do contra eum qui principaliter tenebatur. Si enim
poſſet agi contra illum, non poteſt tunc agi contra ter
tium: quia ceſſat æquitas d.l ſi me & Titium & ita pro
batur per text.in l.ſi eum ſeruum.ff ſi cert.petat.vbi ſo-
lum re perempta, datur illa æquitas.ſi enim ipſa res ex
taret, cum eſſet tunc contra quem ageret, non poſſet
contra illum reum agi ad precium, vt d.l.ſi eum ſeruū,
& ita tenet Barto.& alij doctores ſequuntur in dicta l.
ſi me & Titium.Sed cum Cor.poſsit agere contra Pā-
philum ſpoliantē vel eius heredem.l j §.ex interdicto.
14 & l.ſi vi à me ff de vi & vi armata. † vbi licet ſpoliatus
deſieri poſsidere etiam abſque dolo vel culpa, tamen
tenetur ad æſtimationem, ergo ceſſat æquitas dictę l.ſi
me & Titium cum poſsit agi contra principalē. Quan
do autem ipſe ſpoliator vel eius heres fuiſſet non ſol-
uendo, tunc in ſubſidium bene poſſet agi contra ter-
tium qui non ſpoliauit, etiam bonæ fidei poſſeſſorem,
& ita tenet Bartolus in l.cum à te.ff de vi & vi armata.
& ſequitur Ange.in l ſi vi.& in l ſi ex fundo.eodem ti-
tulo.ita limitando dictam l.cum à te.per text.in l.itaq;
fullo ff.de furtis.& in l.his ſolis.ff.de condict in.debit.
&.ff.de eo per quem fac.l.ſi.quicquid aliter dixerit gl.
in d.l.cum à te.& in d.l.ſi ex fundo.& iſto caſu haberet
locum æquitas d.l.ſi me & Titium.ex quo dicto Cor-
nelio non poſſet eſſe conſultum agendo contra Pam-
philum, qui principaliter tenebatur: ſed in themate ſu
pra non præſupponitur, quod Pamphilus fuerit non
ſoluendo &c. Amplius ad hoc, vt habeat locum æqui-
tas dictæ l.ſi me & Titium. oportet quod reus contra
quem agitur, habeat rem ex cauſa lucratiua. tūc enim
æquum eſt, vt rē reſtituat, & non fiat locupletior: & ita
probat tex.in l ſi filius.ff ſi cert.peta.alias vero quando
res eſſet apud reum ex alia cauſa, quam lucratiua, ceſ-
ſaret tunc æquitas dictæ legis, & ita tenet Bart. & alij
doct in d.l.ſi me & Titium.& in d l.his ſolis.& cū non
appareat ſupra in themate, ꝙ apud Statium dictus fun
dus eſſet ex cauſa lucratiua, ideo concluditur ꝙ ceſſat
remedium dictæ l & ſic non obſtat primum argumen
tum ſupra. Et prædicta ſimpliciter not.ad intellectum
d.l.ſi me & Titium.
15 ¶†Secundum remedium, eſt actio triticaria pro re-
cuperanda poſſeſsione.l j.& 2.ff.de tritica.quæ locum
habet.quando poſſeſsio immediate peruenit ad alium
cum vitio furti, vel violentię, vel rapinæ.ita loquuntur
dicta iura.ſecus autem, quando res etiam affecta vitio
erat apud bonæ fidei poſſeſſorē, ſicut erat iſte Statius:
quia actio datur ſolum contra malæ fidei poſſeſſorem:
vt patet in dictis legibus, & in l.ſicut nec cauſam.§ res
pignori.& §.finali ff.ſi certum petatur.vbi contra ma-
læ fidei poſſeſſorem bene poteſt agi, vt eſt ibi text.not.
quem not.quia in eo eſt prouiſum contra malæ fidei
poſſeſſorem alio remedio, quam remedio dict.c. ſæpe.
Et ſic non obſtat ſecundum argumentum pro parte af
firmatiua ſupra.

¶Tertium remedium videtur eſſe cōdictio dictæ l.
16 ſi nulla.ſecundum vnum intellectum glo.ibi. † Sed cer
te poſſet reſponderi, quod ibi aut ageretur petitorio,
cum text.dicat petitio veſtra ſecundum gloſſ.fi.ibi per
tex.l.actio in perſonam.ff.de action.& obliga.& patet
etiam, quia tex.ibi dicit de exceptione pręſcriptionis,
quæ nō obſtat agenti poſſeſſorio, quādo res eſt affecta
vitio reali, vt dicto § furtiue.vel lòquitur ibi in malæ
fidei poſſeſſore, cum teneatur etiam de fructibus per-
cipiendis, vt patet ibi, cum omni cauſa. Vel poteſt di-
ci, quod ille textus loquitur dē poſſeſſore immediato:
quia dicit ingreſſum agrum, & ſic ille ingreſſus agrū,
cogitur reſtituere: & agitur ibi contra eum qui occu-
pauit clam: vnde non erat bonæ fidei poſſeſſor: & ſic nō
obſtat. & vide Barto in l.ſi duo.ff.vti poſ.dum allegat
l.ſi ſeruus.ff.quod cum eo.& Cyn.in l.j.C.vti poſſeſ.in
7.quæſt.
17 ¶†Quartum remedium eſt c.reintegranda.vt ſupra.
Sed certe ille textus locum habet ſolum in clericis, &
in rebus propriis ipſorum: vt patet ibi in textu.à cuius
verbis non eſt recedendum ff.de legatis 3 l.non aliter.
31.diſtin.omnino.facile enim fuiſſet exprimere de re-
bus laicorum, ſi voluiſſet.l j.§.ſinautem ad dif C.de ca
ducis tollen.& in c.ad audientiam.de decimis.l.ſi ve-
ro.§.de viro ff.ſolut.matri.vnde cum verba illius text.
ſint manifeſta & clara, alia interpretatio non cadit.l.j.
§ ſi is qui nauem.ff.de exerci.& in l.ille aut ille.§.cum
in verbis ff.de legat 3.& licet domi.An.in cap. ſæpe.&
in c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpo.& Bart.in diſputatiōe
ſua quæ incipit, Lapus teneant, quod æquitas dicti ca.
reintegranda habeat locum in rebus laicorum con-
tra bonæ fidei poſſeſſorem, tamen hoc de iure non vi-
detur procedere: quia qui poſsidet bona fide, non di-
citur poſsidere cum peccato vel periculo animæ, ex
quo, iure permittēte, facit fructus ſuos etiam in ſpiri-
tualibus, vt dictum eſt ſupra in primo articulo propar
18 te † affirmatiua. quod enim iure permittente fit, non
eſt in peccato.23.quæſtion.quarta, qui peccat.l.Grac-
chus.

chus.C.de adul.ff.de iniuriis.l.iniuriarum.vnde cessat
ratio domini Anto.dicẽdo quod fauore animæ debeat
fieri extensio ex identitate rationis etiam iuris corre-
ctini:vt voluit singulariter Bar.in auth.sacramenta pu
be.C.si aduer.vendi.& facit quod in simili tenet Ioan.
And.in capitul.penul.qui fil.sint legi. quia certe cõtra
possidentem bona fide cessat ratio peccati:nec est ea-
dem ratio. nec procederet argumentum à similitudi-
ne rationis.cum tex.in dicto capitulo.scire.dicat, quo
ad periculum animæ,paria esse iniuste detinere, & in-
uadere alienũ:sed bonæ fidei possessor non detinet in-
iuste,sed iuste,vt supra. Amplius etiam quod disposi-
tio dicti ca.reintegranda. non habeat locum in rebus
19 laicorũ.probatur per argumentum à superfluis,† cum
in iure nil debeat esse semper superfluum, vt in procœ-
mio decre.& Codicis:quia resecatis superfluis &c.sed
superuacuo emanasset noua dispositio dicti capi.sępe.
tam pro laicis,quam pro clericis,quæ solum habet lo-
cum contra scienter succedentem in vitium, cum fue-
rit noui iuris promulgatoria:vt patet ibi.in ver.sanci-
mus.quod verbum est noui iuris inductorium,& non
declaratorium veteris iuris,vt per glos.in ver.recepe-
rit in capitulo primo de cleri.non resid.libr 6.tenẽt do
cto.in capitulo secundo de iudi.cũ ergo papa in dicto
capitulo sæpe.asserat se inducere nouum remediũ con
tra talem succedentem scienter in re vitiosa, apparet,
quod de hoc remedio non erat prouisum per antiqua
iura,cum papa ediderit ius de nouo.non autem decla
rauerit antiqua iura.vnde si non erat prouisum per an
tiqua iura contra succedentem scienter in vitium, vt
dicto capitulo cum ad sedem. fortius non erat proui-
sum contra bonæfidei possessorem.nam si aliter dicere
mus,superuacua foret noua dispositio dicti c. sæpe cũ
Inn.tertius, author illius decretalis, fuerit posterior
quam fuerint conditores dicti capi.re integrãda.& di
cti ca.secundo & 3.iij.quæstio.j. prout patet ex not.per
20 docto.in c.fina.de proba.† Nec obstat argumẽtum ab
idẽtitate rationis, vt sit eadem ratio in rebus laicorũ:
quia certè dignior & fauorabilior est cœtus clerico-
rum,quam laicorum,vt patet in l j.C.de episc.& cleri.
& per Ioann.An.in c.j.de clericis coniug.lib.6.in ver.
in cæteris vbi enumerat multa & plura priuilegia cõ-
cessa tam clericis quam laicis,cum enim expediat,ser
uos Dei à strepitu causarum esse quietos,2.q.7.sicut sa
cerdotes.& in c.j.de syn.æquum fuit eis de pinguiori
remedio esse prouisum.Sic ergo conclusio,quòd dispo
sitio dicti c.reintegranda,inducat speciale remediũ,
in bonis ecclesiarum & in bonis propriis,vbicunque
quis ex iniusta causa cecidit à possessione:& per quas-
cũque manus & mediatos possessores ambulauerit pos
sessio:etiamsi tertius possessor sit cum titulo & bona fi
de,vt per glos.in d.c sæpè.& ista est communis deter-
minatio,vt in rebus clericorũ locum nõ habeat,prout
tenuit Ioann.de Lig.in d.c sæpè.& Ioan.Cal.ibi.& in
d.c.cum ad sedem.& idem Imol.& Panormi.in dictis
iuribus.& plenius vide per Panor.in d.c.cum ad sedẽ.
de intellectu dicti c.reintegranda.in 5.chart.& idem
tenuit Lap.in sua alleg 51.quæ incipit.Lætatus sum.&
ibi singulariter ad practicam libellandi in remedio di
cti.c.reintegranda.
21 ¶†Quintum remedium est per text.singula.secun-
dum intellectum Ostien.in capi.accedens.el primo.vt
lite non contesta.plenius prouidens quòd sic sit dispo
sitio dicti ca.reintegranda.videlicet quando quis abs-
que violentia vel spoliatione sua culpa vel negligen-
tia cecidit à possessione sua.& per negligentiã vel cul
pam non recuperauit vt possit officio iudicis implo-
rato recuperare possessionem suam, etiamsi ad alium
absque vitio,sit translata & ita sequitur Io.An.in d.c.
accedens.& alij docto.ibi.& Lap.in dict.allega.& do.
Anto.in d.c sæpè.Sed tamen hoc remedium procedit
in rebus ecclesiarum,non autem in rebus laicorũ,cum
tex.in d.ca.accedens.de rebus ecclesiæ loquatur.& ita
sequuntur doc. in d.ca.sæpe. & Panor. & Imo.ibi col.
penulti.Poterit ergo ecclesia,quæ ex culpa vel negligẽ
tia prælati cecidit à poss.ssione,& eius prælati negli-
gentia vel culpa non recuperauerit, facta fide de eius
pacifica & antiquiori possessione,illam recuperare of
ficio iudicis contra quemlibet possidentem: quod est
menti tenendum. ¶ Et aduertendum est,quia videre-
tur tale priuilegium competere minoribus,qui culpa,
administratoris vel negligentia,ceciderunt à possessio
ne:& similiter in absentib' ista absentia, quãdo ex cau
sa absentiæ ceciderunt à possessione: cum enim in tali
bus locum habeat restitutio in integrum,haberent ta-
le priuilegium & remedium.argu.c.ex literis.de in in
teg.restitu.secundum Osti.& Ioan.An.in d.c.accedẽs.
& Panor.ibi facit glo.no.4.q.pe.in summa circa finẽm.
volens quod ille qui ista absentia perdidit possessio-
nem, ꝙ per in integrũ restitutionem recuperet à quo-
cunque possidente.& bene facit ad hoc tex. in l.j. C.si
per vim vel alio modo.
22 ¶†Sextũ singulare remedium,ad recuperandũ pos-
sessionem etiam contra quẽcunque bonæ fidei posses-
sorem,est per tex.in ca.bonæ.de appel. omni casu quo
quis est spoliatus appellatione pendente.
¶Sed aduertendum est,quia ideo ibi datur officium
iudicis pro recuperanda possessione contra tertiũ pos
sessorem,eo quia ille tertius erat seu dici poterat pars
cum ibi appellatio fuit generalis,quod nullus turba-
ret possidentem in sua possessione.& si secus fieret,ap
pellauit.potest enim in extraiudicialibus appellari à
futuro grauamine.vt in c.concertationi. de appel. li.6.
& in c sicut.eodem titul.vnde dicit Innocen.in d.c.bo
næ quod non solum facit contra appellationẽ ille qui
spoliauit,sed omnis ille qui tenet rem spoliatam con-
tra voluntatem appellãtis. & sic vnusquisque dicitur
facere contra appellationem,& esse pars.ex quo appel
latio fuit generalis contra omnes:vnde non potest di-
ci,quod in dicto capitul. bonæ,agatur contra tertium
possessorem.nam prout ibi patet circa fi. papa fundat
se super probabili causa appellationis,& illius virtu-
te fit restitutio contra tertium possidentem alias autẽ
tertius ipse,qui ipse principaliter innouaret vel spolia
ret appellantem vel appellatum,pendente appelletio-
ne,non posset cõueniri remedio attentatæ à iudice ap
23 pellationis etiam post eius inhibitionẽ: † quia inhibi-
tio & remedia attentatorum, non habent locum con-
tra tertium innouantem.text.est nota.in capitulo. Ro
mana.§.in alium.de appel. libr. sexto nec potest iudex
appellationis in talem iurisdictionem exercere.& iste
sit verus intellectus dicti c bonæ. Cõtra tertium enim
innouantem appellatione pendente, debet agi coram
iudice ordinario, & iudicario ordine seruato, & per
ordinaria remedia à iure concessa:vt in c cũ teneamur.
de appel.& vide per gl.in dicto §. in alium. Et adde ꝙ
sicut inhibitoria & pẽdentia appellationis nõ extendi
tur ad tertium,ita e contra iudex à quo est appellatum,
poterit innouare contra tertium,non obstante appella
tione:vt est text.& glos not.in l.creditor.in princip ff.
manda. vbi pendente appellatione, cum fideius-
sore potest fieri innouatio cõtra reum principalem. &
de his vide singu. per Bart.in l. prima.in fi.C. de diuer.
rescriptis.
24 ¶†Patet & alius secundus intellectus ad dictum c.
bonæ quod vbi vltimus & mediatus possessor innoua
uit cum parte appellata:tunc enim quando tertius pos
sessor haberet causam à parte appellata innouante,te-
netur ex remedio attent.& ita sit text not. in dicto ca
pitul. bonæ.facit etiam tex.in l.chirographis.§.primo
ff.de admi.tuto.& quod habetur in capitul. cum M.de
constitu.& ita singu. limita tex in dicto §.in alium. vt
contra tertium innouantem non habeat locum reme-
dium attentati: nisi ipse tertius habuisset causam à

parte innouante,vt patet in dicto cap. bonæ. & ita se-
quuntur ibi doc.¶Tertius intellectus ad dictum ca.bo-
næ.fuit.quod ibi ille archidiaconus tertius possessor
mandauit vel ratum habuit: sed certe est diuinatio,
quia papa ibi fundat se super probabili causa appella
tionis,vt supra.Nō autem quod teneretur interdicto,
vnde vi.quia esset casus de indubitabili,contra l.quod
Labeo ff.ad Carbo & in c rursus.qui cle.vel vo.

25 ¶†Amplius aduerte, quod remedium attentatorū,
appellatione pendente,locum habet in attentis à par-
tibus,vel à iudice à quo.vt dicto c.non solum.de app.
in vj.Hinc est,quod executio sententiæ facta penden
te appellatione,retractatur & ad primum statum redu
citur.l.cum ex causa.ff.de appella.& in c.venientes.in
fi.de iureiuran.

¶Secundo habet locū in attentatis à tertio.haben-
te tamen causam à parte appellata vel appellante.vt d.
c.bonæ.& alienata per appellātem vel appellatū,reuo
cantur officio iudicis appellationis, vt d.l. chirogra-
phis.§.j.¶Vltimo locum habet contra tertium succe-
dentem in ipsa re attentata, dato q non habuerit cau
sam a iudice vel à patre innouante.text.est singu.in c.
ex parte Adæ.de testi.& ita ad hoc inducit illum tex.
Ioan de Imol.ibi colum.4 & facit quod habetur in c.
ex parte.supra de rescrip.& 2 quæstio. prim. in primis
censetur enim quodammodo tale vitium reale, adeo
quod agi posit contra quemlibet in ipsa re attentata
26 per successorem,etiam cum titulo & bonæ fide.†nam
in dubio bona fides præsumitur ex titulo secundum
no.per Bartol.in l.Celsus ff.de vsuca.vnde in dicto ca.
ex parte Adæ ille tertius possessor habebat titulum il-
lius ecclesiæ,cum esset sibi colata,secundum Ioan.An.
ibid.& tamen virtute appellationis fit contra eum exe
cutio,cum innouatio fuerit pendente appellatione,&
ipse successit in ipsa re attentata etiam cum titulo,li-
cet non habuerit causam à parte vel à iudice,cum pos
sideret ex titulo suæ collationis & confirmationis ob-
tentę iudices enim primo spoliauerunt appellantem,
ecclesia illa post appellationem ad instantiam partis
appellatæ & ille tertius ex post possedit, & successit
in ipsa re iam attentata & affecta,vt supra.ideo cōtra
eum fit executio,non ex nouo processu & iudiciario
ordine seruato,sed ex ipso primo processu & officio
iudicis appellationis.secus autem,quando tertius ip-
se primo & principaliter innouasset,non habens cau-
sam à parte vel à iudice:tunc enimverū est.q remediū
attentati non habet locum contra talem tertium in-
nouantem, appellatione pendente etiam post inhibi-
toriam.& ita procedat tex.in d §.in alium.

27 ¶†Ex quibus tene menti plures notabiles limita-
tiones ad dictum § in alium.cum etiam ex his habea
tur nomen & singulare remedium recuperandi pos-
sessionem,etiam contra tertium posidentem titulo
& bona fide,quando supra successit in ipsa re atten-
tata præcedente appellatione.& isto casu concludo,
quòd dicto Cornelio potuisset esse consultum recupe
randi possessionem à dicto S atio bonæ fidei posses-
sore,ex quo successit in dicto fundo iam affecto vitio
attentati per ipsum Pamphilum appellatum,penden-
te appellatione:vt supra in themate apparet. Ex qui-
bus etiam infertur,longe magis esse priuilegiatum re
medium attentati, quam possessorium recuperandæ
prout voluit glos.ordinaria in clementina secund.in
princip.vt lit.pendē.cum possessorium recuperandæ,
non detur contra tertium succedentem in re iam affe
cta vitio violentiæ:vt in dict.ca.cum ad sedem.& in l.
cum à te.ff.de vi & vi arma & tamen remedium atten
tati,datur contra tertium succedentem in re attenta-
ta,licet bona fide & titulo posideret. vt dicto capitu-
lo ex parte Adæ.& hoc est nouum remedium,quando
res attentata peruenit ad tertium bonæ fidei posses-
sorem,etiam cum titulo,etiam non habentem causam
28 à partibus vel à iudice.† Quando autē lite penden-
te alienatur res litigiosa, tunc contra possessorem ha-
bentem titulum a parte, subueniet alio remedio per ti
tulum C.de liti.vt habetur ibi in l. fin.& in capitul.se-
cundo & tertio.vt lite penden.cum lite pendente non
posit res in alium alienari.in authen.vt nulli iudi. §.su
per hoc colum.nona.& in dicto c.secundo & tertio.Et
similiter quando res alienaretur in alium causa mutā-
di iudij,est prouisum per remedium tituli.ff de C.alie.
iudi.sed titulus de liti.& titulus de alie.iudi. & remedia
illa procedunt, quando tertius possessor haberet cau-
sam à parte.Remediū vero dicti c. ex parte Adæ.& di-
cti ca.bonæ. habet locum contra tertium etiam titulo
& bona fide, etiam qui nullam causam haberet à iudi
ce vel à partibus.& hoc bene not.

29 ¶Septimum Remedium est cōdictio † dictæ l.si co-
loni.vt supra de cuius l.intellectu plene videndum est.
Nam Innocen.in dicto capitulo sæpe.& in ca.post ele-
ctionem.in fin.de conces.præben.intelligit illam l.ge-
neraliter.dicendo quod officio iudicis poterit quis pe
tere possessionem sibi restitui, quam primo bona fide
posidebat,etiam non probata spoliatione cōtra quē-
cunque agatur. Sed glo.in dicta l.in ciuilem.& Bal.
ibidem & Bart.in dicto §.sed cum in secunda. & Imo.
in dicto capitulo sæpe. intelligunt dictam l si coloni.
quando res affecta vitio, peruenisset ad bonæ fidei pos
sessorem.& ita loquitur dicta l.si coloni.ibi,vitio fugæ
alias locum non haberet, vt supra est dictum. Et quod
dicta.l.si coloni.loquatur etiam contra bonę fidei pos
sessorem,dupliciter ostendi videtur.Primo in text.ibi.
in versicu ad alios.& sic non solum ad primum imme-
diatum possessorem,sed apud quoscunque alios. † in-
30 definita enim æquipollet vniuersali.l.si pluribus. ff.de
lega.secundo glos.in versic.aliorum. in capitulo vt cir
ca.in princip. de elect. libr.sexto. Secundo, quia ibi
possessor contra quem agitur.prętendebat se dominū,
vt in tex.ibi.& tunc causam proprietatis & originis a-
gitari:& sic domini cogitatione posidebat, vt supra.
& sic non videretur ille tex. solum loqui in malæ fidei
possessore,aut quia res sit affecta vitio. nam licet pri-
mus possessor videatur habuisse cum vitio,cum domi-
nus quandiu seruus est in fuga, non perdit possessionē
quousque per alium posideat. l.rem quæ nobis & l.
si rem mobilem.ff. de acquirend. possessio. vnde licet
primus qui occupat, videatur immediate dominium
spoliare,& habere cum vitio: tamen alij mediati pos-
sessores non videntur spoliasse dominum, cum iam
primo possessionem amiserit: & licet quo ad præscri-
bendum,consideretur vitium reale: vt dicto §.furtiue.
& dicta l vitia.& l Pomponius. cum quis adminicu
31 lo: † tamen bonæ fidei possessor ipse non dicitur pos-
sidere ex causa furti vel violentiæ. argumen.l si duo.§.
non videor. ff.vti posid.tunc quia facit fructus suos,
vt supra.tamen etiam quia interdictum vnde vi.con-
tra eum locum non habet, vt dicta l cum à te.& simi-
liter nec actio furti, vel condictio furtiua,vt dicta l.in
ciuilem.cum ibi nota.ita quod considerato iure pos-
sessorij,quo ad auocandum rem à bonæ fidei possesso-
re, dicitur quodammodo purgatum vitium:& hoc re-
spectu.vitia realia nō sunt in cōsideratiōe, vt supra pa-
tet:vnde videretur q dicta l.si coloni. probaret indi-
stincte opinionem Innocen.ex quo loquitur tex.etiam
de mediatis possessoribus indefinite.
¶Verum pro contraria parte potest responderi primò
quòd ille textus & similia iura loquantur in malæ fidei
possessore, qui gratis suscepit colonum fugitiuū. † nā
32 intelligitur malæ fidei possessor, cum præsumatur su-
scepisse ratione lucri, ratione cuius lucri pręsumitur
dolus,qui alias non præsumeretur.argumen.l.elegan-
ter.§ si.cum l.sequen ff de dolo. Sed quādo merce-
de constituta suscipit seruum vel colonum alienum
non præsumitur sciens,sed ignorās:vt est text.in l.om-
nes

nes profugi.Cod. de agri.& censi.lib.xj. & in l.quicunque.Cod. de seruis fugi. & ibi gloss. in versicu.mercede.

¶Secúdo, quia in casu dictæ l. si coloni.& in aliis iuribus loquentibus de istis colonis,& in authent.de mã da.princip. § sed & suscipientes alienos agricolas.col. tertia licet is, apud quem est colonus fugitiuus, à principio fuerit bonæ fidei, tamen si postea incontinenti, cognita rei qualitate, non restituit, malæ fidei cẽsetur: & ad restitutionem tenetur, ex quo contra iuris dispositionem tenet talem colonum: vt est textus nota.in l. cum satis. §.fina.& l.quemadmodum.eodem titul.non sic contingit in aliis rebus non prohibitis possideri, in quibus etiam sola scientia rei alienæ non faceret teneri remedio possessori, nisi quando occupauit rem vacãtem, vt l.conquerebatur.C.vnde vi.In aliis vero secus,
33 † cum nemo cogatur dicere titulum suæ possessionis. secunda quæstióe sexta.§.primo.& in l.cogi.C.de petitione hereditatis, & satis est quod quis bona fide possideat.& non cogatur restituere, nisi probanti se dominum.l.fina.Cod.de rei vendica institu.de interdi.§.cõmodum.ergo dicendum est speciale esse in istis colonis, vbi non potest opponi exceptio dominij, & debẽt restitui primo possessori à quo aufugerunt eo ipso, cognita rei qualitate, vt dicta l.cum satis.§.fi.& dicta l.si coloni

¶Tertio, quia dicti coloni, siue sint serui, siue liberi, omnes quo ad hoc, æquiparantur seruis, & dicuntur possideri: vt est tex.in l.ne diutius.eodem titu.& fugiendo faciunt furtum sui sicut serui: vt dicta l.cum satis.in princip. eodem titul. ideo semper dicuntur esse cum vitio furti apud quoscunque, cum dicantur semper fuit furtum facere:& quilibet succedit in vitium, si cognita rei veritate non restituit, cum contra legum interdicta possidentur.dicta l.quemadmodum. ideo etiam vltimus possessor ad restitutioné tenetur, vt dicta l.cum satis §.fin.& isto casu ipsa res spoliata dicitur deliquisse, s ipse colonus vnde speciale in ipsis, nó
34 sic in aliis rebus. ¶ †Quartò dici potest, q in dict.l. si coloni.cum aliis similibus.sit speciale agrorum fauore, ex quibus tributum seu vectigal soluitur: vt sic inculti non remaneant:& ista ratio consideratur in dicta l omnes pro fugi & in dicta l.cum satis.

¶Quintò dicta iura loquuntur in seruis asscriptitiis vel censitis, qui pars terræ censentur, vt dicta l.ne diutius in fin.& dicta l.quemadmodum.ideo possessores terram auocant ab aliis possessoribus, etiamsi sine vitio huiusmodi colonos, quasi primi possessores videãtur vnquam eorum possessionem ex toto perdidisse, cũ terram possideant:& ipsi coloni non possint à terra & cultura separari: vt dicta l ne diutius.& dicta l cum satis.& dicta l quemadmodum.merito possunt auocari à quocunque possidente.non sic contingit in aliis rebus, in quibus possessio ex toto esset amissa. Et his modis potest responderi ad dictam l si coloni.cum aliis similibus loquentibus de istis colonis, quæ iura, prout patet ex præcedentibus.non probant opinionem glos. in dicta l.in ciuilem.& Innocentius & aliorum doctorum suprà.

35 ¶†Octauum remedium.est conditio sine causa, vt in l.prima §.constat.ff de conditio.sine causa.& per glo. in dicta l si me & Titium.in fine.& ipsa conditio datur ratione possessionis, vt l indebiti.§. sed si nummi. ff de condition.indeb.& id quod condicitur, non est meum, scilicet ipsa possessio deperdita, vt l.fin.in fine. ff.vsufructuarius quemadmodum capi.vbi ad hoc est glos.nota.

¶Nonum remedium est condictio indebiti, quæ datur ad possessionem, vt dicta l.indebiti § sed si nummi.Nec obstat, quòd nemo condicat rem suam prçterquam à fure.vt dicta l fina quia certé possessio ad quam agitur, non est sua, sed deperdita: vt per gloss.in dicta l.fi.in fin. Sed notanter tamen est aduertendũ ad intelligentiam conditionis indebiti, & actionis ex triticaria, & incerti, & etiam l.si me & Titium.quia nunquam habent locum prædicta, nisi quãdo aliquod negocium esset gestum inter actorem & reum contra quem agitur, vt est text.in dicta l.si me & Titium.ibi, nullum negocium mecum contraxisti:& ibi nota. per Angel.& idem in conditione sine causa: quia leges in illo titulo ponderant aliquod negocium esse gestũ immediate inter actorem & reum.& idem est in cõdictione indebiti, & in actione incerti text. est not.l.in area.
36 ff.de condi.indebiti. † Sed aliquo gesto tunc oriri possunt dictæ condictiones indebiti, incerti, sine causa: & condictio dictæ l.si me & Titium.& actio ex triticaria, vt patet in l.prima & secunda de tritica. & ita dicit & determinat singulariter Barto.& Ange.in l.sed si me putem.§ cum inter.ff.de condiction. indebit. quo casu aliquo negocio gesto inter actorem & reum, subsistente aliqua æquitate, oriuntur dictæ condictiones, & aliquando non secundum id quod agitur, sed extra id & propositum contrahẽtium sæpe oritur obligatio, vt in l.si is qui.ff.commodati.in fin.& hoc sumitur no.ad intelligẽtiam dictarum actionum. Et ergo patet clarissime ex prędictis concludendum. quod nullo ex prędictis remediis possessio auocari à bonæ fidei possessore, cum quo nullum negocium fuit gestum, nisi prout supra est dictum.

¶Decimum remedium est per interdictum, vnde vi. quod solum competit contra spoliantem, mandãtem, vel ratum habentem, vt in l.j. ff.de vi & vi arma.& d.c. cum ad sedem.non autem contra tertium, etiam possidentem rem affectam vitio violẽtiæ. vt in d.l.cum à te & d.c.cum ad sedem.

37 ¶Vndecimum † remedium est condictio c. sæpe.de restitu.spolia.quæ datur contra scienter succedentem in re affecta vitio violẽtiæ: licet sit tertius & mediatus possessor. Et aduertendum est, quod illa qualitas, q scienter successit in vitium, esset pro forma probanda per actorem agentem ex remedio dicto capitulo sæpe. quia illa qualitas, scienter.de qua in dicto capitu sępe. significat secundum tempus verbi cui adiungitur.l.in delictis.§ si extraneus.ff.de condi.indebi. & sic requiritur.quod concurrat illa qualitas: vt per Barto.in l.ex facto.ff.de vulga.& pupilla.& per glos.in verb.canonicis.in capitul.statutum.in princip.de rescrip.libr.6. & not.in c.decreuit.de hereti.eodem libro.intãtũ, quod non sufficeret probare quod possessor habuerit scientiam, quod res esset aliena. tunc enim haberet locum remedium l.conquerebatur.C. vnde vi. vnde requiritur quod probetur de scientia rei violentæ. & non de scientia rei alienæ simpliciter. Constat autem q quando à lege disponitur aliquid cũ certa qualitate, debet vtrunque probari:& sic factũ illa qualitate: vt est text. & ibi Bar.in l.prima.§ 3 ff ne quid in flumine publico. de quo tamen plenius vide per docto.in dicto capitul. sæpe.

38 ¶Duodecimum † remedium, est actio quod metus causa, & hęc datur etiam contra tertiũ bonę fidei possessorem.vt in l cum exceptione.§. aliquando. ff.quod metus caus.cum aliis similibus etiam si titulo possideret.nec distinguitur lucratiua ab onerosa, vbi agitur directo ad rem ipsã.vt per Bal.in dicto §. quãdo.& mirum videtur, quod cum vitiũ violentiæ sit reale, vt in dicta l.vitia & in dicto §.furtiuę. & tamen non datur contra tertium possessoré.& vitiũ metus est personale. prout not.in dicta l Pomponius.§ cum quis ademit, ff. de acquirend.possess.& l.tertia.Cod. quod metus causa.& tamen datur contra tertium possessorem vt in dicto.§ aliquando.& ratio differẽtię est, quia actio quod metus est causa.est personalis: tamen in rẽ scripta, vt dicto §.aliquando & in l metum eodem titul & in hoc excedit suos terminos, quia actio personalis nó sequi-

tur rem: vt in l. prima. §. si heres. ff ad Trebel. ideo exce
39 ditur à non suis terminis. † quia dictum vitium metus nó censetur reale, & præscribitur spatio 10. annorum, vt in dicta l. tertia. C. quod metus causa. & ibi per glo. & Bald. hanc rationem differentiæ assignantem. Si enim metum passus, potest agere contra tertium possessorem, & non agit, præscribitur spatio decem annorũ in hac vi compulsiua: sed in vi expulsiua, & sic in re affecta vitio violentiæ cum non possit agi cõtra tertiũ possessoré. vt dicta l. cum à te. nó præscribitur per longum tempus, vt dicto § furtiuæ. & in dicto §. cum quis admi. sicus alias dicitur in l. edicto. circa fi. C. de edic. diui Adri. tol.

¶ Decimumtertium remedium est per actionem de dolo. sed ista actio est personalis, & non datur nisi contra dolosum, & sic non contra tertium possessorem, vt patet in l. pri. ff. & C. de dolo.

¶ Decimumquartum remedium, condictio l. si quis conductionis. C. locati. quæ loquitur in re locata, vt cõductor teneatur ad restitutioné possessionis, nec possit referre quæstioné dominij locatori, prout plene habetur ibi.

40 ¶ † Decimumquintum remedium, est condictio l. non abs re. C. vnde vi. vbi contra possidentem nomine alieno potest agi ad restitutionem possessionis & eius æstimationem, si vsque ad sententiam fuerit contumax in restituẽdo. & in his duobus vltimis, illa l. est ad hoc singularis.

¶ Decimumsextum remedium, est condictio dictæ l. conquerebatur. quæ locũ habet contra eum, qui scienter occupauit possessionem alterius vacantem: & dic. prout ibi plene habetur.

¶ Decimumseptimum remedium, est cõdictio l. fina. C. de acquirenda possio. quæ locum habet in possidẽte nomine alieno, & possessionem derelinquente vel prodente, vt aliquando aperiatur via occupandi: quia contra talem possidentem & occupantem, prouisum est de remedio dictæ l. fina. per quam dixit singulariter Ange. ibidem, quòd conditione dictæ l. potest agere creditor contra ementem à debitore alienante rem obligatam, quam debitor constituerat se precario nomine creditoris possidere: & licet agatur contra tertium possessorem, nulla tamen in dicto casu est necessaria excussio: vt ibidem per Ange quod est notandum ad limitationem authen. hoc si debito. C. de pignor. licet alias, quando ageretur ad bona alienata in fraudẽ creditoris, requiratur excussio bonorum creditoris, antequam agatur contra tertium possessorem, vt in l. j. C. de reuo. his quæ in fraudem credi. vbi de his singulariter per Bald. in princip.

41 ¶ † Decimumoctauum remedium, est condictio l. si quis in tantam. C. vnde vi. quæ locum habet cõtra violentum, qui occupauit per vim rem ab alio possessam. de quo dic vt plenius not. ibi. Et an condictio dictæ l. habeat locum in clericis & bonis ecclesiarũ vide per glos. ordi. & no. in c. primo. de dolo & contumac. & ibi plene per doct.

¶ Decimumnonum remedium, est condictio l. extat ff. quod metus causa, quæ locũ habet in occupante per vim, aliquam rem sibi debitam Nam perdit omne ius quod habet in re ipsa, & ad restitutiõem tenetur, prout in d. l. plenius no.

¶ Vigesimum remedium, est condictio l. inuasor. C. vnde vi. quæ locum habet contra inuadentem rem ab alio possessam, etiam absque dolo: & condictione illius l. tenetur ad restitutioné possessionis, vt ibi per Angelum in princ.

¶ Vigesimumprimum remedium, est condictio l. si constiterit C. fini. regundo. quæ datur contra violentum, & de facto occupantem, pendente lite, rem de qua litigatur in iudicio. de quo dic, vt plenius ibi habetur.

42 ¶ Vigesimum secundum remedium recuperandæ possessionis, est condictio l. prima Cod. si per vim, vel alio modo quæ datur contra eum, qui occupauit possessionem absentis. nam absens reuersus, est ante omnia restituendus, & contra agentem condi. dicta l. non obst. exceptio dominij: vt ibi ex text not. & idẽ voluit glos. tertia quæst. prim. in summa. quod absens qui perdidit possessionem, potest eam recuperare à quocũque possidente.

¶ Vigesimumtertium remedium recuperandæ possessionis, est condictio l. meminerint. C. vnde vi. quãdo scilicet quis authoritate iniustæ sententiæ, vel iniusti rescripti, possessionem ab alio possessam ingreditur: & talis spoliatus est ante omnia restituendus, vt ibi habetur: quia spoliatus authoritate iudicis iniusti, habet remedium possessorij recuperandæ: & vide etiã text. no. in c. conquerente de resti. spoliato. An tamen contra conuentum cõdictione dictæ l. meminerint. sit necesse deducere & probare dolum, vide per Bartol. in l. 3. §. si fundum ff. de vsucap.

43 ¶ Vigesimumquartum & vltimum remedium, est actio in factum seu officium iudicis, quod datur nó solum possidenti, sed etiam alij detentori, cadenti à sua detentatione ex vitio furti vel violentiæ. & ideo cõmodatarius, depositarius, vsuarius, & similes detentatores agere possunt pro recuperatione detentationis amissæ. vt dicta l. & ideo §. Neratius ff de conditio. fur. & ibi per glos. & in l. non tantum. ff. de peti. here. & in dicta l. manifestissimi. §. sed cum in secunda Cod. de furtis. & in l. Aquilius. ff. de dona. quæ iura & glos. loquuntur, quando res peruenit cum vitio & mala fide. & sic contra immediatum possessorem. secus, si contra tertium bonæ fidei possessorem, quia cum officium iudicis detur ex æquitate. l. quod si Ephesi ff de eo quod certo loco cessat æquitas contra bonæ fidei possessorem. Patet ergo summatim sic examinatis omnibus remediis possessoriis, quod supradicto Cornelio spoliato, non sit prouisum aliquo iure contra statutum bonæ fidei possessorem, nisi ex remedio attentati per tex. singu. in dicto capitulo ex parte Adæ vt est dictum supra in sexto remedio, ad dictum capitulum bonę Et ita à sufficienti partium enumeratione demonstratũ apparet, nullum remedium petitorium vel possessoriũ dari. Nam iste Cornelius actor & petitor, nullum ius habens in dicto fundo, hypothecam vel titulum, caret omnibus remediis quibus supra: & consequenter etiam aliquam personalem actionem vel officiũ iudicis contra statutum bonæ fidei possessorem habere non potest, cum quo nullum negocium est gestum. vt
44 dicta l. in area. † nec dolus vel violẽtia tertij debet nocere bona fide possidenti. vt dicta l. de Publicia. l. eum qui. §. prætor. & in re non debet. libr. primo. Et pro hac determinatione facit tex. & eius ratio in l. siue autem. §. duobus. in fin ff. de pub. vbi bonæ fidei possessor cadens à sua possessione, remedium non habet contra alium bonæ fidei possessorem. & potior est conditio possidentis, quam petentis. vt ibi in tex. not. est expressum, quia par in parem &c. l. nam magistratus ff. de arbi. cum capitul. fin. de rescrip. libr. sexto pro quo bene facit ratio l. si duo. in princip. ff. vti possi. & licet Bart. in dicta l. rem quæ nobis. & in dicto §. sed cum in secũda. hic limitet, nisi sit affecta vitio: tamen contra tertium bonæ fidei possessorem nó nocet in remediis possessoriis prout suprà particulariter ostẽsum est. Et pro hac etiam parte bene facit text. in dicta l. non tantum. §. veniunt. ff. de peti. heredi. vbi bonę fidei possessor habet solam retentionem, non autem petitionem. dicit text. ibi, quòd si cadit à sua possessione, non habet petitionem cõtra alium bonæ fidei possessorem. ad idem etiam text. in l. sed si possessori. in princ. ff. de iureiuran.

vbi

vbi idem probatur. Nec prædictis obstat capitul. quia V. de iudi. & 2. q. 3. in primis. quia in dictis iuribus primus possessor erat cum titulo: vnde ratione tituli qué habet, agit contra tertium possessorem iniustū, per regulam primam libr. 6.

45 ¶ † Secundò respondetur, quòd dicta iura loquūtur contra malæ fidei possessorem, scienter succedentem in vitium: & ita pa. et in dicto capitul. quia V. idem in primis. vbi text. dicit quòd est leuioris culpæ. & sic cōparatiuum relinquit positiuum in termino l. vbi autē non apparet. ff. de verborum obligationib. vnde si fuit culpa, non erat bonæ fidei possessor patet etiam quia ibi sibi pœna imponitur. Item ad capitul. quia V. potest responderi, quod loquitur in successore in beneficio, vt in capitulo primo de solut. qui successor licet etiam non esset heres in solidum, tamen actione personali tenetur in solidum, si possidet rem affectam vitio violentiæ. & iste est casus notandus, in quo actio personalis non diuiditur contra heredes pro hereditariis portionibus. text. est nota. in l. si plures. ff. de vi & vi arma. ¶ Non obstat l. de vsu. & quod dicit Bart. ibi. ff. de variis & extraordina. cogni. quia loquitur in malæ fidei possessore, & sic apparet sufficienter ad contraria responsum.

¶ CONCLVSIO. Concludēdum est ergo, quòd bonæ fidei possessor absque titulo nullum ius habeat in re, si ceciderit sua possessione etiam vitio furti vel violentiæ: tamen contra tertium bonæ fidei possessorem remedium petitorium vel possessorium non habet, sicut ex præcedentibus patere potest. Et hęc de primo dubio.

¶ Finiui hoc dubium in die Natalis Domini summo mane, 1464.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus in Petitorio an possit, si aliquid lite pendente innouetur in possessione, iurisdictionem suā exercere. 9. 14.*

Iurisdictio iudicis à quo, per appellationē extinguatur vel suspendatur.

2 *Iudex à quo, deferēdo appellationi, vtrum queat virtute primæ iurisdictionis de causa cognoscere.*

3 *Iudex delegatus postquam detulit appellationi, potest assignare terminum ad arripiendum iter.*

4 *Processus iudicis à quo, per denegationē Apostolorū vanus est.*

Apostolorum denegatio vim delationis habet.

5 *Appellatio & appellationis delatio, iurisdictionem nō impediūt in his, quæ sunt in fauorē appellationis.*

Possessor, lite vel appellatione pēdente, commodo suæ possessionis non priuandus.

6 *Intellectus c. cum teneamur de appella.*

7 *Delegatus à principe per solam sententiam diffinitiuam, an dicatur functus suo officio.*

Delegatus à principe, sententiam suam exequitur.

Executio sententiæ, pars est iurisdictionis causæ.

8 *Iurisdictio, deserta appellatione, per lapsum termini iuris vel hominis, ad primum iudicem redit ad quē executio sententiæ spectat.*

9 *Delegatus in vna re, de alia diuersa nō cognoscit.*

10 *Rescripta & delegationes extenduntur ad causas habentes ortum post datam rescripti.*

11 *Delegatus, an cognoscat de causa nullitatis sibi non commissa.*

12 *Attentatorum reuocatio ad quem pertineat.*

Iudici vni concessum, ceteris prohibetur.

13 *Lex superuacuis remediis nunquam vtitur.*

Attentata, ante omnia reuocanda.

15 *Iudex delegatus interlocutoriam etiam de consensu partium quando non possit reuocare.*

Appellari potest ab interlocutoria, super competētia vel incompetentia iudicis lata.

16 *Iudex deferens appellationi, grauamen à se illatum reuocare an possit.*

Limitatio c. cum cessante. de appellationibus.

17 *Iudex ad quem, an possit abbreuiare terminū iuris.*

Iudicis ordinarij latissimum est officium.

Intellectus c. cum teneamur. de appel. supra. 6.

18 *Attentata post appellationem, sunt nulla.*

19 *Delegatus, quomodo de oibus incidentibus cognoscat.*

Delegatus per viam querelæ adiri non potest.

SECVNDVM DVBIVM SEV QVAEstio in materia petitorij.

VIDENDVM est nunc de secundo dubio. † Et pro eius parte affir. arguitur primo sic: Per appellationē iurisdictio iudicis à quo, non extinguitur, sed solum suspenditur. de iureiuran. capitul. venientes. & talis suspensio inducitur in concernētibus cognitionem vel decisionem causæ principalis in preiudicium appellationi, non autem in eius fauorem. ita probatur in l. appellatione. Cod. de appella. canonizata secunda quæstion. sexta & idem habetur in l. prima ff. nil noua. appellat. interp. sed in aliis concernentibus fauorem appellationis & appellantis non intelligitur esse suspensa iurisdictio per appellationem patet, quia non obstante appellatione, potest reuocare grauamē, & procedere in causa principali, vt in capitul. si à iudice de appella. libr. sexto. & in capitul. cum cessante. eodem titul. vbi text. de iudice delegato loquitur. Sed cum reuocare grauamen illatum dicto Cornelio, tendat in fauorem appellationis, & in faciliorem eius expeditionem: ergo delegatus hoc poterit, cū in istis sua iurisdictio non sit suspensa. dicto capitul. si à iudice & capit. cum cessante.

2 ¶ Secundo ad idem facit, † quia iudex à quo, deferendo appellationi: licet videatur, quātum in se est, abdicare à se communem iurisdictionem, & transferre ad superiorem, vt est text. in capitu. cum appellationibus. de appellat. lib. 6. tamen propter hoc non est extincta & finita eius iurisdictio, cum possit causa ad eum redire & remitti: & potest virtute eius primæ iurisdictionis de causa cognoscere. vt est text. in dicto capit. cum appellationibus. & ibi gl. not. in ver. refutari. Amplius per delationem allationis, ipsa talis suspensio & transfusio intelligitur esse, quo ad cognitionem causæ principalis & in præiudicium appellationis. secus in tendentibus ad eius faciliorem expeditionem: quia in his non intelligitur suspensa iurisdictio: quod patet,

3 † quia etiam iudex delegatus etiam postquam detulit appellationi, potest assignare terminum ad arripiendum iter, & ad prosequendum appellationē. vt est text. no. capitul. penult. §. post hæc de appellat. in sexto. & in cle. prima eodem titul. & in capitu. ad aures eodem titul. quæ iura etiam de iudice delegato loquuntur. vnde, si consideraretur ratio suspensionis & transfusionis iurisdictionis ad superiorem, esset dicendum, quod delegatus prædicta facere non posset postquam detulit, & sic abdicauit à se iurisdictionem. Verum quia ista tendunt in faciliorem expeditionem, dicitur in his retinere iurisdictionem cum exercitio, etiam si sit delegatus, & detulerit appellationi: vt dicto capitulo ad aures. & dicta clementi. prima ergo poterit dictus delegatus reuocare dicta grauamina, cum tendant in fauorem & expeditionem causæ appel. vt in dicta l. prima. ff. nil noua. app. interp. & in c. non solum. de appel. in 6.

4 ¶ † Tertio ad idem facit denegatio Apostolorū per

iudicem à quo habet vim delationis. patet, quia attentatus & nullus est ipso iure processus iudicis à quo, si denegauit apostolos: vt in c. vt super. & c. ab eo. de appellat. in sexto. & tamen retinete iurisdictionem: quia poterit causam reassumere, si renuncietur appellatiōi tacite vel expræsse: vt in dicto c. vt super. & c. ab eo. & cū præsupponatur in themate, q̄ iudex delegatus assignauerit terminum ad prosequendum. & sic est possibile causam ad eum redire per lapsum termini hominis, vt in c. personis & c. cum sit. de appel. & idem per lapsum termini iuris, cum ipso iure redeat iurisdictio ad iudicem ad quem deserta appella. vt l. eos. in prin. C de appel. & in l. j. & finali. C. de temp. appel. ergo ratione iurisdictionis quā interim retinet, poterit reuocare grauamen, cū eius iurisdictio non sit extincta, vt supra. nec etiam suspensa in his quæ tendunt in faciliorem expeditioné, vt patet supra in primo & secūdo argumēto.

5 ¶Quarto ad idem facit, † quia appellatio & delatio appellationis, non impedit iurisdictionem in his quæ sunt secundum naturam, & in fauorem ipsius appellationis. tex. est no. in c. 2. de matrimonio contracto contra inter. eccles. vbi licet iudex à quo, detulerit appellationi, potest prohibere q̄ nulla fiat innouatio appellatione pendente. & ita præcipere & mādare ipsius partibus, vt in d. c. 2. & ibi per glo. remanet ergo iudici iurisdictio, q̄ nulla fiat innouatio appellatione pendēte. & sic quod possessor non amoueatur à sua possessione. cū lite vel appellatione pendente, non debeat possessor priuari commodo suæ possessionis, vt in c. prim. vt lite pen. & in c. dudum de priuile. 16. q. 4. volumus. l. secunda C. de probation. & C. de petition. heredi. l. diuus. ergo iudex delegatus, licet detulisset appellationi, poterit reponere Cornelium sic spoliatū in possessione sui fundi: quia concessa iurisdictione, vt nulla fiat innouatio, vt in dicto c. 2. videtur concessum, quod possit innouata reuocare. arg. c. præterea. de offic. delega & l. 2. de iurisdi. omnium iudic. ff. de procur. l. ad rē mobilem. & l. ad legatum.

6 ¶ †Quintò pro hac parte videtur tex. apertus in cap. cùm teneamur. de appella. vbi iudex, à quo erat appellatum, potest spoliatum post eius sententiam diffinitiuam, appellatione pendente, in sua possessione reformare & restituere. & grauamen sibi illatum reuocare: vt est text. ibi: ergo ita dicendum in casu isto. Nec obstare videtur, si diceretur q̄ dictum c. 2. de matrimonio contracto, & d. c. cum teneantur. loquantur in iudice ordinario: quia certe eadem videtur ratio in delegato cùm etiam delegatus, non obstante quòd detulerit appellationi, retineat iurisdictionem in his quæ sunt in faciliorem exitum causæ appellationis, vt patet suprà in primo, secundo & tertio argumento, vnde non videtur in hoc differentia inter delegatum & ordinarium.

7 ¶ †Sextò & vltimò facit, quia per solam sententiam diffinitiuam quam tulit delegatus à principe, non dicitur functus suo officio, & eius iurisdictio non expirat ante executionem sententiæ, vt est text. in c. in literis, de offic. delega Delegatus enim à principe, absque dubio sententiam suam exequitur. vt dict. c. in literis. & c. quærenti. eod. tit. cum alijs similibus. cùm executio sententiæ sit pars iurisdictionis ipsius causæ. vt in c. si delegatus. §. de officio deleg. in 6. Apparet ergo q̄ dictus iudex delegatus, per sententiam diffinitiuam quam tulerat, non est functus officio suo: & durat eius iurisdictio, cùm sit possibile, causam ipsam ad eum redire pro sententiæ executione. Nam deserta appellatione per lapsum termini iuris vel hominis, ipso iure redit iurisdictio ad iudicé à quo. vt l. eos. in prin C. de appella cū habeatur tunc, ac si nunquā fuisset appella-
8 tū. vt l. 2. & l fin. C. de tempo appel. †& dicto casu deserta appellatione, executio sententiæ spectat ad iudicem à quo. vt d. l. 2. & ibi gloss. in versi. executioni. & in l. & si contra. C. de appellat. Amplius, licet ipse iudex delegatus detulisset appellationi, eius iurisdictio extincta non est: nec est etiam suspensa in concernētibus faciliorem exitum causæ appellationis, vt patet supra in secundo & tertio argumento. cum ergo dictus delegatus retineat iurisdictioné, interest sua quod pendente appellatione, nihil innouetur, cum sit possibile, causam ad eū reuerti pro executione, vt supra, interest sua quod appellans minus quam fieri pōt grauetur, vt causa ad eum redeat. argu. l. omnem honorem. C. quando prouo. & in ca. vt debitus. de appel. vnde cum retineat iurisdictionem, poterit ratiōe iurisdictionis, quam retinet, reuocare innouata, cum hoc tendat in fauorem appellationis & in faciliorem exitum: & maxime reuocare innouata concernentia futuram executioné suæ sententiæ, quæ ad eum pertinere potest, vt patet ex præcedentibus.

¶PRO PARTE vero negatiua dicti secundi dubij, arguitur sic: Iste erat iudex delegatus in petito-
9 rio: † sed delegatus in petitorio, non potest cognoscere de possessione. text. in l. si de proprietate. C. si à non competen. iudi. ergo non potest talis delegatus virtute eius iurisdictionis aliquid facere in dicto possessorio. licet enim si alicui delegaretur simpliciter causa vel controuersia, indiffinite intelligatur tam super petitorio quā possessorio: & sic vtraque causa commissa intelligatur, vt est tex. no. in c. j. de seque. pos. & fruc. tamen quando causa committitur distincte super petitorio aut possessorio, iudex delegatus in vna, non pōt de alia se intromittere. vt d. l. si de proprietate.

¶Secundo ad idem delegatus in vna re, non pōt de alia diuersa cognoscere. l. j. C. si a nō compe. iudice. de officio delega. cum olim. sed iste erat delegatus in petitorio, ergo non potest alio modo cognoscere de possessiōe, cum ista sint diuersa, & nihil commune habet proprietas cum possessione. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. cum aliis simil.

10 ¶ †Tertio ad idem rescripta & delegationes nō extenduntur ad causas habentes ortum post datā rescripti. vt in c. fin. de rescrip. & in cle. si. eo. titu. sed ista causa spoliationis & restitutionis possessionis est nouiter exorta post datam rescripti. immo post sententiā diffinitiuam: ergo nullo iure cadit sub iurisdictione & cognitione dicti iudicis delegati.

¶Aduertendum tamen est, quia ad ista tria argumēta posset responderi, vt procederent considerando ipsam principalem iurisdictionem: nō sic, si deducantur incidenter & hoc per regulam text. in capitulo. præterea. de offic. delega vbi notanter dicitur, quod ex eo q̄ delegato causa aliqua cōmittitur super omnibus quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam. recipit potestatem. vnde delegatus in petitorio poterit, si aliquid lite pendente innouaretur in possessione, iurisdictionem suam exercere, cū hoc ad causam ipsam spectet, quod nihil pendente lite innouetur, vt in c. j. vt lite pendente. vnde incidenter cognoscit de alia re, dependenti tamen ab ipsa causa principali. facit glos. in c. pastoris. de causa possessionis & proprietatis.

11 ¶ †Quartò ad idem facit: quia si delegatus in causa principali posset reuocare attentata pendente appellatione, non foret alia de causa, nisi quia attētata sunt nulla. vt in dicto c. non solum. & in c. cum venissent. de eo qui mit. in posses. ergo ipse delegatus non cognoscat de causa nullitatis sibi non commissa. Si enim haberet de hoc cognoscere & diffinire, nō posset facere, nisi iudiciario ordine seruato: quia quādo nullitas attentatorum deducitur cōram iudice à quo, debet seruari ordo iudicarius, vt est text. in d. c. cum teneamur. de appellationibus. & talis est noua causa, principaliter agitanda, sibi non cōmissa: merito delegatus ex sua iurisdictione facere non potest. & ita tenet gl. Ordinaria in dicto c. cum teneamur, de appella.

¶Quinto

12 ¶ Quinto arguitur sic: † Reuocatio attentatorum pertinet ad iudicem appellationis, cuius praetextu iurisdictio est ad eum deuoluta, text. est in dicto capitul. non solum. ibi, per appellationis iudicem. & in l. si cuius. §. si quid post. ff. de appellat. recipi. & in l. chirographis. §. primo ff. de administra. tutor. & est tex. nota. in capitul. solicitudinem. circa medium. de appella. ibi, nam ad officium eius qui de appellatione cogniturus est, pertinet corrigere quae contra ipsam inuenerit attentata: ergo iudex à quo, se non intromittit: quia quod vni iudici conceditur, caeteris prohibetur. l. cum ita. ff. de condit. & demonstr. & in l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de legat. primo vnde cum causa appellationis sit deuoluta ad iudicem ad quem, & reuocatio attentatorum dependeat ab ipsa appellatione, vt dicto cap. non solum. & dicto capitu. solicitudinem. iudex à quo, maxime delegatus, se intromittere non potest, cum ad eius officium non pertineat, vt dicunt iura praedicta. Sed ad hoc argument. posset responderi, quia licet dicta iura dicant, quod pertineat ad officium iudicis appellationis, propter hoc tamen non sequitur, quod ab alio iudice sit attentata iurisdictio, vt est text. no. & ibi Bart. in l. j. C. de offi. praefec. vr. & in c. per hoc. de here. lib. 6.

13 ¶ Sexto ad idem facit. † nam lex nunquã vtitur superuacuis remediis, vt in capitul. secundo. de proba. & ff. vt legat. not. cauea. l. haec stipulatio. §. diuus. Sed secundum eum, super reuocatione attentatorum est à iure proditum remediũ valde priuilegiatum, longe plus quam sit aliud remedium, & quam sit possessorium recuperandae: quia ante omnia debent ipsa attentata, per appellationis iudicem reuocari, & summario & absq; libello, & iuris ordine nõ seruato: vt dicto capitul. non solum. & per gloss. singu. in clement. secund. in principio. vt lit. penden. ergo superuacuum esset, quod delegatus iudex à quo, hoc posset, cum haberet id expediri ordinarie & iuris ordine seruato. vt dicto capitulo cum teneamur. Sed ad illud argumentum posset respõderi, quod hoc non inconuenit. alias sequeretur, quod iudex à quo, non posset reuocare grauamen illatum à se ipso, ex quo potest reuocari per iudicem appellationis, & tamen hoc potest, vt in dicto c. cum cessante. sed certe illud procederet in ipso principali grauamine, propter quod est appellatum: non sic dicendum in attentatis. quorum reuocatio ad officium iudicis appella. pertinet.

14 ¶ † Septimo ad idem supra in themate tria concurrunt, propter quae delegatus se intromittere non potest. Primo, quia lata sentẽtia diffinitiua, est functus officio suo, vt in c. in literis. & cap. venerabili. de offic. delega. & in l. iudex postquam ff. de re iudic. Secundo, quia per appellationem est suspensa eius iurisdictio. de appel. capitul. super eod. el j. & cap. saepe. & de iureiurand. venientes. ergo nihil ex sua iurisdictione facere potest. Tertio concurrit, quia detulit appellationi, ex qua delatione, quantum in se fuit, abdicauit iurisdictionem à se, & totaliter in superiorem est transfusa: vt est text. in dicto c. cum appellationibus. constat enim, iudicem delegatum faciliter suo facto posse à se iurisdictionem abdicare. text. est singul. de officio delegat. capitul. significantibus. quia deferendo appellationi, dicit se esse iudicẽ incompetentem in ipsa causa principali. sed postquam delegatus declarat se iudicem incompetentem, funditus & totaliter abdicat à se iurisdictionem, quam nullatenus postea reassumere potest etiam de consensu partium: vt est text. vnicus in iure,
15 in dicto capitulo significantibus. qui saepe allegatur, † quod iudex delegatus non potest reuocare interlocutoriam etiam de consensu partium, quando pronunciauit se iudicem incompetentem: & vide no. per Bal. in l. j. in fin. Codic. de pact. Sed ad hoc argumentum posse responderi, vt procedat quando à tali iudice non esset interposita appellatio. A sententia enim interlocutoria lata super cõpetentia vel incompetentia iudicis, potest appellari etiam de iure ciuili. gloss. est ordin. in authentic. habita. Codic. ne filius pro patre. quam sequitur Bartol. in l. 2. ff. de appel. recipi. col. 4. & Bald. in dict. authentica. habita. §. verum. col. 4. alias pendente appellatione, cum sit tunc suspensa iurisdictio iudicis delegati, & sit possibile causam ad ipsum redire, consequenter non potest dici quod sit finita eius iurisdictio, & posset tunc talem interlocutoriam reuocare. text. est singul. in capitulo. dilectus. el 3. de praebend. & ita communiter sequuntur docto. ibid. & ita etiam tenet Panor. in capitul. cum cessante. de appella. colum. 3. Idem etiam sequũtur domini de Rota. decisio. 86. quae incipit. Item si à pronunciatione ita limitantes. d. cap. significãtibus. vt possit reuocare interlocutoriam, qua pronunciasset se iudicem incompetentem, quãdo à tali interlocutoria erat appellatũ: & poterit causam reassumere & procedere. text. est singular. in dicto capit. dilectus.

16 ¶ † Octauo & vltimo ad idem facit, quia postquam iudex detulit appellationi, intantum abdicauit à se iurisdictionem, vt in dict. capitul. cum appellationibus. quod non posset reuocare interlocutoriam & grauamen illatum à se. & ita limitatur dict. ca. cum cessante. & c. si à iudice. prout tenuit Ioan. Andre. & alij docto. in dicto c. cum cessante. & Pau. ibi colum. 3. & dominus Flo. in clemen. 2. § primo. eod. titu. & Roma. in deci. 70. quae incipit. item si iudex concludens, quod postquam iudex detulit appellationi, non possit causam reassumere etiam de consensu partium: quia esset praeiudicare iurisdictioni iudicis appellationis, ad quem per delationem causa est totaliter transfusa, vt dicto c. cum appellationibus. non sic contingit per solam appellationem, vt dicto c. si à iudice. Si ergo iudex delegatus detulit appellationi, sicut non potest reuocare grauamen illatum à se, minus poterit illatum à partibus. & sic nõ obstat primum argumentum supra pro parte affirmatiua, & similiter etiam non obst. secundum argumẽtum: tunc enim iudex à quo, potest exercere ea quae tendunt in faciliorem exitum seu expeditiõem causę appellationis, scilicet super eo in quo non posset prouideri per iudicem ad quem. & ista est ratio, quia iudex à quo, etiam postquam detulit appellationi, potest assignare ter-
17 minum ad arripiendum iter & prosequẽdum, † cum id non possit fieri per iudicem ad quem, qui nõ potest ipse abbreuiare terminum iuris, cessante causa periculi: vt est text. nota. in c. oblatae. de appella. non sic in reuocatione attentatorum, quae proprie pertinet ad ipsum iudicem ad quem. vt dicto cap. non solum. & c. solicitudinem. & sic est diuersa ratio, cum in assignatione termini iudex ad quem, non possit se intromittere, vt supra.

¶ SOLVTIO PRO PARTE NEGATIVA.

Et ideo concludendũ videtur pro parte negatiua. nam iudex ordinarius, à quo [illegible] appellatũ, qui detulit appellationi, cum non possit à se abdicare iurisdictioné, l. legatus. ff. de offic. praesid. ratione iurisdictionis ordinariae quam retinet, cuius officium est latissimum, l. j. ff. de iurisdict. om. iudic. potest adiri principaliter per viam querelae super reuocatione attentatorem. & ita procedit tex. in d. cap. cum teneamur. qui de ordinario loquitur. & in dict. cap. secundo, de matrimonio cõtra-
18 cto. † Attentata enim post appellationem sunt nulla, vt in d. c. non solum. & in c. licet. de sen. excom. lib. 6. & in d. cap. cum venissent. & ibi per Ioan. An. & alios docto. vnde cum ordinarius possit principaliter adiri per viã querelae, vt in ca. j. de foro compe. in 6. & in c. Roma. de appella. eo. lib. & ipse ordinarius non valeat à se abdicare iurisdictionem, vt supra: poterit ratione iurisdictionis ordinariae, quam retinet principaliter super nullitate & reuocatione attentatorum. & ita sit text. in

d.c.cum teneamur.in versi.querela agendo de nullitate principaliter,& ordine iudiciario seruato.dic ibi in fi.& sic non per viam attentati:& summarie,& prætermisso iuris ordine,vt per text. in d.cle.2.vt lit penden. Sed delegatus non pôt adiri per viam querelæ,cum habeat limitatam iurisdictionē,vt s.ergo super tali nullitate cognoscenda seruato iudiciario ordine & per viā querelæ adiri non pôt, cum habeat solum cognoscere de causa sibi commissa.vt supra in primo,secūdo & tertio argumento pro hac parte,& cā sibi cōmissa iam sit decisa per sentētiā diffinitiuam:ideo principaliter per
19 viam querelæ adiri non potest. ¶ †Non obstat q̄ delegatus cognoscit de omnibus incidentibus,vt d.c.præterea,& supra in quarto argumento pro parte affirmatiua:quia iura ibi adducta,procedunt durāte cā principali,alias secus.l.4 C. depositi. & l. terminato.C. de fruc.& litis expen.¶Vel secundo dicta iura procedūt, quando incidentia habēt expediri officio iudicis mercenario deseruiente actioni principaliter propositæ. secus in casu isto,vbi per viam querelę imploiato officio iudicis super nullitate principaliter & seruato iudiciario ordine.vt d.c.cū teneamur. hoc enim fieri nō poterit corā delegato,qui per viam querelæ adiri non potest.vt supra Ex quibus satis apparet sufficienter responsum ad d.c.2.& d.c.cum teneamur.& ad alia argumenta,supra pro contraria parte adducta.& hæc de secundo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Conuersus aut translatus in monasterium ante professionem tacitam vel expressam an quis dicatur.*
Conuersus plene omnia iura habet monasterij.
2 *Habitus non facit monachum ,sed sola professio.*
3 *Professio tacita quomodo inducatur.*
4 *Succedentes ab intestato,qualiter aut quomodo dicātur succedere.*
5 *Coniunctio inter clericum & ecclesiā ,maior dicitur quam inter nouitium & monasterium.* 21.22.
Nouitius,dimisso monasterio,an redire ad seculum possit.
Clericis ab intestato decendentibus qui succedant.
6 *Voluntas in dubijs constare debet.*
7 *Status cuiusque vt est,ita reputandus est.*
8 *Bona ingressi quando in monasterium deferantur.*
9 *Ingressus monasterium,in anno professionis an præsumatur voluisse vitam mutare.* 24.
10 *Intellectus l.apud Labeonem.in principio ff.de præscriptis verbis.* 24.
11 *Professio nulla inducitur,nisi constet dec consensu.* 25.
Voluntas in mente retenta,nihil operatur.
Animi declaratio à defuncto in heredem nō transit.
12 *Mors dicitur esse casus fortuitus.*
Conditio nulla casu fortuito impletur.
13 *Nouitius quando dicatur incontinenti persona annexa & obligata religioni.*
14 *Religionem ingrediens,quo animo præsumatur esse.*
15 *Intellectus c.statuimus.& c.non solum.de regularib. in sexto.*
Perseuerantia est indicium voluntatis manifestum.
Voluntas facto datur intelligi.
Præsumptiones iuris,sunt liquidissimæ probationes.
16 *Religionis causa,plus est quam libertatis.*
17 *Existentes in probatione,seculum exiuisse dicuntur.*
18 *Voluntas à principio variabilis,morte confirmatur.*
19 *Religioni efficaciter obligatus,quando quis dicatur.*
Perpetuo,dicitur,durante vita.
20 *Mors quando operetur voluntatis perseuerantiam.*
21 *Intellectus auth.ingressi.de sacrosan.eccle.C.*
22 *Ecclesia præferuntur ,venientes ab intestato,in bonis clericorum.*
23 *Præsumitur in dubijs pro religione.*

TERTIVM DVBIVM SEV QVAESTIO in materia petitorij.

SEQVITVR videndum de tertia dubitatione. Et pro eius parte negatiua arguitur sic †Cor-
1 nelius ante professionē tacitam vel expressam, non dicitur plene conuersus,nec translatus in monasterijs, in c.ex eo q̄.& c nullus.de elect.lib 6.21 q 1.si quis iam translatus.conuersio enim dicitur plena & vndiq; conuersio.de pœn.dist.3.hoc idē circa prin.ver.conuersio. si enim esset plene conuersus,haberet omnia iura monachorum:& tamen hoc est falsum,vt d.c. nullus. & c. ex eo q̄.& si persona non fuit plene translata, ergo nec bona,cum bona veniant accessorie cūm persona:& facta translatione personæ,intelliguntur bona translata, & aliter non.ff.de precario.l.si adaptauero.C.de episc. & cle.l.si quis presbyter.in auth.de monachis.§.illud. col j ff de secun.tab.l.qui ex liberis.§.j.

2 ¶ †Secundo ad idem habitus sine professione nihil operatur,quia nō habitus,sed sola professio monachū facit.de reg.c.porrectum.& c.ex parte.qui cleri.vel vouen.c.consuluit sed ad hoc, vt bona dicantur acquisita monasterio,oportet q̄ persona sit plene translata, & sic monachus factus.C.de episc.& cler.auth.nunc autem vbi de hoc text.& 19 q 3.nunc autem. Cōstat enim quod religiosus,durāte anno probationis,retinet proprium ,nec bona nec ius aliquod perdit,& à sua persona non separantur.tex.est no.in c.beneficium de regula.li.6.sed iste Cornelius decessit in anno probationis, & sic nondum monachus factus: ergo retinuit apud se iura & bona,vt d.c.beneficium consequenter ad monasterium nō sunt transl ita.d.c.nunc autem sola enim perseuerantia in monasterio , dum est in probatione, non facit quem religiosum,cum possit quandocunque per multos annos semper ante professionem tacitā vel expressam ad seculum redire,de reg c.super eo. & c.statuimus.& eo.tit.c.j.lib.6.& per glo in cle.eos.eo.ti.referentem de eo, qui steterat per viginti annos in monasterio in probatione , q̄ licite potuit exire & redire ad seculum.

3 ¶ †Tertio ad idem bona deferuntur ad monasterium,aut ex professione expressa,aut tacita.vt in d. cap. nunc autem.& in auth.ingressi.C.de sacros.eccl.sed tacita professio inducitur interueniente quadā reciproca obligatione hinc inde,cum tempus probationis sit indultum tam in fauorem nouitij,quam monasterij, vt sic nouitius asperitates regulæ, & monasterium mores illius experiatur Maximum enim preiudicium inferretur monasterio inexpertos & improbos obsequiis associare ita dicit tex.in c.ad apostolicam.de reg.19.q.3.monasteriis.Ne si morbida facta pecus totum corrumpat ouile:vt in c.fi.de statu mona.45.dist.sed illud requiritur, quod interueniat obligatio ex parte conuersi . & acceptetur ex parte monasterij:& sic exigitur consensus vtriusque partis.l.in omnibus.la secunda. & l. 3.ff. de act.& obli & in d.c.ad apostolicam. Sed ex hoc solo,quod Cornelius decesserit in probatione,talis obligatio non fuit inducta,nec ex sua parte , nec ex parte monasterij.consequenter contractus non fuit habitus pro absoluto. l.contractus C.de fide instrumen.& cōsequenter bona non transferuntur ad monasterium,vt supra.

4 ¶ †Quarto ad idem, intentio venientium ab intestato,est manifeste fundata in iure: eo quia succedentes ab intestato,dicuntur succedere secūdum tacitam voluntatē defuncti,cum semper voluntas cuiuscunque morientis ab intestato,præsumatur fuisse & esse,quod eius

eius bona ad proximiores consanguineos deferantur, nisi aliud expresse disposuerit de suis bonis. tex. est no. in l. conficiuntur, in princip. de iure codicil. cum concor. allegatis ibi. in glos. sed iste Cornelius nihil disposuit de suis bonis. decessit in probatione, non declarata alia vltima voluntate, ergo eius bona ex sua tacita voluntate, & ex ipsa legis ordinatione, ad venientes ab intestato deferuntur: & maxime, quia qualis fuerit voluntas huius Cornelij morientis in probatione, si voluerit transferre bona ad monasterium, est dubia, cum non constet quid voluerit: quia nihil fecit vel dixit. prout dicit text. in dict. capitul. consuluit. animum enim suum non expressit, & animus soli Deo est notus. 24. quæstion. quinta si quod inuenisti. de simo. capitul. tua nos. de occultis vero non iudicat ecclesia. 32. dist. erubescat de simo. c. sicut tuis. ergo non posset monasterium in foro iudiciali bona vendicare, ex quo ecclesia non iudicat de occultis, vt supra voluntas aût dicti Cornelij quod fuerit, bona sua transferri ad venientes ab intestato, est clara & certa in iure. vt d. l. conficiuntur. ergo &c.

5 ¶ †Quinto ad idem: quia magis dicitur esse adstrictus clericus suæ ecclesiæ. & maior dicitur esse côiunctio inter clericum & ecclesiam, quam sit inter nouitiû & monasterium. patet, quod nouitius potest libere redire ad seculum dimisso monasterio. vt d. c. super eo. & d. c. 2. clericus. tamen nô potest recedere à sua ecclesia, nec ei renunciare sine licentia sui superioris. vt in cap. admonet. & c. quod in dubiis. de renuncia. Ideo dicit tex. loquendo in clerico seculari, quod nullus ei proximior inuenitur, quam ecclesia. quæ ipsum domino sociauit. vt in c. 2. de pœnis. & tamen si clericus secularis decedit ab intestato, eius bona patrimonialia non deferuntur ad ecclesiam. immo succedunt venientes ab intestato. tex. est 12. q. 2. c. fi. no. in c. fi. de succes. ab intesta. fortius ergo dicendû idem in nouitio nô professo, vt ab intestato nô succedat monasterium, cum quo est minor coniunctio, quâ sit inter clericum & eius ecclesiam, vt supra.

6 ¶ Sexto ad idem: Status Cornelij morientis in anno probationis fuit dubius, cum non constet. an voluerit vel noluerit tacite profiteri. de quo deberet euidêter constare. cum alias hoc non præsumatur. dicit text. in d. c. 2. & in c. beneficium. de reg. libr. 6. & in c. statuimus eo. tit. ibi, ad omnem ambiguitaté &c. sed primus status dicti Cornelij erat certus: quia non professus tacite vel expresse. vltimus vero eius status est dubius, tunc sequitur, quod debeat esse in côsideratione status qui est certus: non autem status personæ, qui est dubius. ff. de statuli. l. statuliberi & l. statuliber à cæteris in prin. in statulibero, cuius qualitas est incerta. inspicim' statum pristinum ita ergo dicêdum in isto Cornelio nouitio. vt debeat considerari status certus præcedês. & non dubius status de præsenti, qui forte fuit vel non fuit. ex quo decessit in probatione, nullo alio dicto vel facto: & paria sunt, non esse, & esse & non apparere. ff. de contrahen. emp. l. in lege. de consecra. dist. 2. solennitates

7 ¶ †Septimo ad idem: quisque reputandus & censendus est, in quali statu & habitu reperitur C. de seruis expor. l. moneor. cap. si iudex laicus. de sentent. excomm. libr. 6. sed Cornelius inuentus est mori in statu & habitu probationis, ergo nouitius est censendus. inde dicit text. in cap. religioso. de senten. excom. lib. 6. quod existens in probatione, cum effectu religiosus censeri non potest & consequenter eius bona ad monasterium non deferuntur. vt in dicto c. non autem. 18. quæstio 3.

8 ¶ Octauo ad idem facit †Bona non transferuntur in monasterium, nisi quando persona efficaciter est annexa monasterio per professionem tacitam vel expressam, vt in dicta authentic. nunc autem. & 19. quæstion. 3. nunc autem. & in l. si quis presbyter. sed professio tacita vel expressa non præsumitur, nisi probetur. vt est text. in d. c. 2. de reg. lib. 6. in ver. quod tamen non præsumitur. ideo qui allegat professionem, debet probare de succes. ab intesta. c. fin. & in capitul. nuper. de testib. & ita tradit Ioan. Andre. & Gemi. in d. capitul. 2. hinc est quod debet sufficienter constare de conuersione, vt c. in nostra. de sepul. in ver. nec sit sufficienter ostensum vel probatum. ergo necessario incumbit monasterio probare de professione, cum constet contrarium. Cornelium s. in anno probationis decessisse: & per solum ingressum monasterij non præsumitur quod voluerit absolute vitam mutare & ideo cum Cornelius decesserit in anno probationis, & in statu, & hoc côstat, côsequenter videtur quod bona ad monasterium non sint translata

9 ¶ †Nono ad idem: Cornelius per ingressum monasterij in anno probationis, non præsumitur voluisse absolute vitam mutare, cum de hoc debeat euidenter constare. vt dicto capitulo secundo & dicto capitu. beneficium sed præsumitur in animo fuisse, quod voluerit experiri obseruantiam regularem. d. c. ad apostolicam. vt ita demum, si sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinã: aut si forte nô placuerit, ad statum pristinû reuertatur. ista sunt formalia verba text. in ca. consulti. de regu. & pondera tex. ibi, si sibi placuerit, profiteatur tunc succedit doctrina text. not. in l. 2. ff. de in diem adiec. esse in consideratione, an contractus celebretur pure, tamen resoluendus adueniente conditione: an vero à principio contractus sit conditionalis, vt nô dicatur absolutus contractus, nisi adueniente conditiôe. Primo casu contractus est perfectus ab ipso principio: In secundo vero non. ita dicitur in d. l. 2. vnde in proposito ingressus religionem, non voluit à principio profiteri, & sic pure obligari cum potestate sub conditione, inquantum sibi non placeret, sed potius fuit in secundo casu supra, quia voluit conditionaliter experiri, vt si sibi placuisset, profiteretur. ita probat tex. in dicto c. statuimus & c. nô solum & c. beneficium. si enim à principio esset orta pure, certe interim esset vere religiosus, cuius contrarium dicitur in dict. capitul. beneficium ergo ante aduentum conditionis, bona non sunt translata in monasterium ff. de verb. signif. l. cedere diem. & ff. si quis omissa causa testa. l. si quis sub côditione.

10 ¶ †Decimo: pro hac parte facit tex. no. in l. apud Labeonem. in princip. & § 1. de præscript. ver. vbi quando contractus celebratur ad placitum. puta, si intra certum tempus placuisset, vel displicuisset interim durante tempore probationis, dicit ibi, ex not. quod experimentum debet esse gratuitum, & in illo tempore probationis & experimenti nihil debet lucrari, nec consequi. ita ergo dicendum in proposito, cum Cornelius decesserit in anno probationis & experimenti, apparet quod monasterium nihil inde lucrari debet: dicta l. apud Labeonem. intantum, quod in anno probationis monasterium tenetur expensas de suo & victum gratis concedere. & nihil repetere potest, etiam si professio non sequatur, & nouitius ad seculum redeat. ita tradunt docto. in cap. 1. de regul. lib. 6. per text. ibi.

11 ¶ †Vndecimo ad idem: Nulla professio inducitur, nisi constet de consensu saltem tacite, vt d. c. porrectum. & c. statuimus. & d. c. 2. & c. beneficium. Sed animus existentis in probatione, est dubius, cum debuit experiri mores: ergo in anno probatiôis præsumitur decessisse in illo animo dubio, in quo erat in eius vita. Præsumitur enim quis decedere & perseuerare in eodê dissensu, consensu vel animo, quo quis erat tempore mortis. 25. dist. qualis. de bap. c. maiores. in fi. cum nunquâ præsumatur mutari voluntas, nisi probetur. ff. de probat. l. cum, qui,

Sed status & animus Cornelij dum fuit in probatione, erat dubius, cum penderet ex futuro euentu, sicut in simili dicitur in l. quod debetur. ff. de pecul. & in l. sufficit ff. de condi. indeb. & voluntas in mente retenta, similiter nihil operatur. l. si petendi. C. de condit. ob cau. immo dubius habetur pro errante, & non cõsentiente. dicit text. in l. manifestissimi §. sin autem nescius & dubitans. C. de fur. ergo cum Cornelius presumatur decessisse in statu & animo dubio & incerto, quo primo erat. non videtur posse dici, quod per eius mortem ad monasteriũ sint bona deuoluta magis, quam à principio fuissent. super incertis enim non potest ferri sententia. ff de rei vend. l Pomponius scribit, si frumentú. § si & ibi gl. ordina. & no quod intantum animus dubius & incertus defuncti nihil operatur, quod declaratio animi non transit à defuncto in heredem, secúdum gloss.

12 ¶ †Duodecimo & vltimo pro eadem parte facit: Mors dicitur esse casus fortuitus. l. fin. in princip. C. de iure dotium. & in c quoniam frequenter. in princip. vt lit. non conte. sed nulla conditio dicitur esse impleta facto & casu fortuito ff de condi & demot. l secunda ergo non videtur posse dici per casum mortis, & sic fortuitum, vt non ex proposito inducatur actus consentaneus, quod voluerit profiteri, & non potest dici impleta conditio forte enim si reconualuisset, exisset de monasterio, & ad seculum redisset. prout habetur 17. q 2. Consaldus. & in c. ex parte abbatis de conuersione cõiugatorum ergo mors sequuta in anno probationis tanquá casus fortuitus, non inducat possessioné & implementum conditionis: & consequenter bona ad monasterium non deferantur. & hanc parté tenuit disputando Petrus de Ancha prout ipse refert in dicto c beneficium Idem etiam tenet domi. Panor. in d. c. in præsentia. col. 3 & idem Imol. ibi in fi & in c. 2. de testa. co. 6. & in hac sententia videtur residere Fulgo in auth. si qua mulier. in fi. de sacrosan. eccle. licet dicat, decisionem huius dubij relinquendam esse canonistis. & sic transit cum Bar qui similiter hanc quæstionem ibi non fuit ausus decidere, dicens hoc esse relinquendum canonistis.

13 ¶PRO parte affirmatiua huius tertij dubij, †præmittendum est pro notorio fundamento, quod quando possunt apparere indicia & signa, quod nouitius intrãdo religionem, noluerit amplius redire ad seculum, dicitur incontinenti persona annexa & efficaciter obligata religioni. ita probatur in dicto capitu. super eo. & capitu. statuimus. de regula & capitul non solum eodem titul. in 6. in quibus iuribus ponderatur, an possit ex indiciis apparere, quod noluit redire ad seculum. His sic præmissis, arguitur sic: In casu isto satis apparét vrgentia signa, quod Cornelius intrando religionem, voluerit absolute vitam mutare: cum primum disposuerit de suis bonis, donando ecclesiæ parochiali palatium cum prædiis adiacentibus. hòc enim censetur efficax indicium, ex quo ante ingressum disponit & ordinat de suis bonis per viam testamenti, vel aliter. ita dicit gl ordi. in ver. indiciis. in d c. non solum. & doct. ibi sequuntur, & patet ex se. ergo cum sit efficax indicium, quod voluerit absolute vitam mutare, nõ potest amplius redire ad seculum. & consequenter bona huius Cornelij censentur acquisita ipsi monasterio: quia trãslata persona, censentur accessorie bona ipsa translata, vt est dictum supra in primo argum. pro parte negatiua Sed ad hoc argumen posset responderi, quod nunquam disponendo de bonis, causatur à iure aliqua præsumptio, nisi quando de omnibus bonis vel maiori parte esset facta distributio. ita probatur in l. oés. § Lucius. ff quæ in fraudé cred. in l. propter litem. § j. ff. de excu. tut. in c. frequens. de restitu. libr. 6. Secus ergo, quando dispositio bonorú esset in re certa & particulari, vt in casu isto.

14 ¶Secundo pro eadem parte arguitur sic: †Qui intrat religionem, præsumitur intrare & in animo esse, vt velit esse religiosus, & talis præsumitur à principio fuisse & esse eius voluntas, nisi placuerit postea redire ad seculum & hoc probatur primo per text in capitul. primo in principio. de regul. libro. 6. ibi, vt monachus efficiatur. facit dict. c. ad Apostolicam. in versi. conuersi. & in versi. conuerti desiderat. pro quo etiam text. in c. commissum de spon. & in c. quod Dei. de sta. mo. ibi, desiderans frugem melioris vitæ &c. Ad idem tex. qui optime probat. 19. quæst. 3. monasteriis. ibi, sed hoc spatio vita & mores solicite comprobentur, ne forte quis eorum aut non sit contentus de eo quod voluit, aut ratum nõ habeat quod elegit: vnde pondera verbum, voluit. & verbum, elegit. Ex quibus patet, quod voluntas ingrediẽtis religionem à principio, est in esse deducta, quod velit esse religiosus & vitam mutare, licet nõ absolute, quo minus, si velit, possit redire ad seculum. ita loquitur text. in dicto capitulo statuimus. & capitulo non solum. & capitul. beneficium. cum aliis similibus. Amplius, quod voluntas ingredientis religionem sit à principio in esse deducta, & vt quis in dubio velit esse monachus & vitam mutare, sic probatur. nam in dicto capitulo statuimus & capit. beneficium. dicitur, quod nouitius non præsumitur, quod voluerit absolute vitam mutare: vnde præsupponitur, quod voluerit vitam mutare, sed non absolute. talis enim qualitas, de qua in text. ibi absolute non potest esse sine subiecto, immo qualitas semper præsupponit subiectum in esse, vt in c.
15 cum Marthæ de celebra. Miss. text. †ergo in dicto capitul. statuimus. & in dicto capitul. beneficium. dum dicunt, quod non præsumitur absolute vitam voluisse mutare, præsupponunt necessario quod voluerint vitam mutare, licet non absolute, quo minus ad seculum redeãt, si voluerint. Ex quibus omnibus supradictis iuribus & rationibus patet, quod voluntas & propositum ingredientis religionem sit, quod voluerit vitam mutare: præsupposita ergo & data tali voluntate in esse, tunc sequitur, quod moriens præsumitur mori in eadem voluntate & in eodem proposito. quo primo erat. text. est in dicto c. maiores in fine. & 26. distincti. qualiter. & licet illa talis voluntas non fuerit absoluta, quo minus posset redire ad seculum, si volebat: tamé moriendo constat, quod amplius redire noluerit, cum amodo aliud velle non possit. vt in l. prima C. de sacrosan. eccl & quia perseuerantia est efficax & manifestum indicium voluntatis, l 3 ff de diuor. de pœ. distinct, secundo diuortium. ex quo enim non rediit ad seculum, perseuerauit in religione vsque in finem, decessit in eadé voluntate, & ita præsumitur decessisse. vt supra. ergo satis dicitur nunc constare competentibus indiciis, vt in dicto capitulo non solum. facto enim datur voluntas intelligi. immo plus est, facto quam verbis demonstrare. vt in capitul. dilecti el primo. de appel. in l. si tamen. § ei qui ff de ædi. edict. & ff. de legi. l. de quibus. in fi. & præsumptiones iuris, sunt liquidissimæ probationes. l. licet imperator. ff. de le j. l. si tutor. C. de periculo. tu. C. de adulte. l. si qui adulterij. qualis enim fuerit animus alicuius, à iure præsumitur ex perseuerãtia. vt in d. l. 3 & instit. de rerũ diui. § seruus. si enim seruus non redit ad dominum, aut vxor ad virum, dicitur euidenter constare de animo: ita si nouitius non rediit ad seculum, & perseuerauit vsque ad morté, dicatur nunc constare euidenter de eius animo, quod noluerit redire ad priorem statum, cum præsumatur decessisse in eadem voluntate iã à principio in esse deducta. gl. in ver. expirat. & Io. And. ibid. in c si gratiose. de rescri. libr. 6. cũ hic versetur fauor animę & religionis, vt dicit glossa ibi.

16 ¶†Tertio ad idem, causa religionis & fauor animæ præpõderant fauori & causæ libertatis. 12. q. 2. pręcipimus. C. de sac. se. eccl. sed in fauoré libertatis voluntas

reuocatoria,& quæ alias censeretur reuocata per mortem,tamen dicitur durare,& præsumitur quis decedere in eadem voluntate.tex.est l.si pater.in prin.ff.de manumissionis.quanto fortius in fauoré animæ & religionis hoc est dicendum?prout tradit Io.And.in d.c.si gratiose.per dictam l.pater.licet ergo voluntas existentis in probatione sit reuocabilis,& si velit,possit redire ad seculum;tamen perseuerando & moriendo non dicatur reuocata per mortem, sed potius duret & firmata censeatur,vt d.l.si pater.per locum à maiori.vt in c.cũ in cunctis.de elect.& in auth.multo magis. de sacrosan. eccle.

17 ¶Quarto †ad idem adducitur tex.in c.consulti. & c. postulasti.& c.statuim⁹.& c.sup eo.de regula.vbi text. ad literam sic dicit.Verum si in probatione positi recedere voluerint,secundum regulam beati Benedicti nõ prohibentur ad priorem statum redire. Patet ergo,ꝙ existentes in probatione,iam seculum exiuerunt.alias non dicerentur redire,si non exissent.de consecra.dist. 4.qui in maternis.de hereti.c.accusatus.li.6.vnde perseuerando in monasterio & moriendo,& non redeundo ad priorem statum.constat ꝙ noluerit ad seculũ redire,& consequenter apparet nunc, competẽtibus indiciis absolute vitam mutasse,& hoc sufficit,vt d.c.nõ solum.

18 ¶Quinto ad idem.† Quoties in aliquo actu datur voluntas,licet inefficax,quia sit reuocabilis & ambulatoria vsque ad mortem:tamen data perseuerantia vsque ad extremum vitæ exitum,talis voluntas à principio ambulatoria,inefficax & variabilis,dicitur morte confirmari,vt est tex.in l.cum hic status.§.ait oratio.& §.si sponsus,ff.de donat.inter vi.vnde dicit text.in d.§. ait oratio.fas esse,eum qui donauit,pœnitere posse,cũ voluntas sit ambulatoria vsque ad extremum vitæ exitum postea subdit text.in dicto §.si sponsus,quod si talis volũtas,licet ambulatoria, durauerit vsque ad mortem,firmatur talis voluntas & efficax fit ipsa dispositio,sic in proposito voluntas nouitij & existentium in probatione,erat ambulatoria , quia poterat recedere & redire ad seculum:& rebus sic stantibus,talis voluntas non erit efficax,nec obligatoria:tamen ex quo durauit in eadem voluntate.& non reuocauit,nec rediit ad seculum,sed in ipsa religione decessit, confirmatur talis voluntas per mortem. vt bene probatur in dicto §.si sponsus,& §.ait oratio cum aliis similibus. Et ille qui intrauit religionem,videtur donasse causa mortis ciuilis vel naturalis se & sua,vt tenet Bartol. in auth. ingressi.C.de sacrosanct.eccles.& Panor. in c.pen. circa fin.de probat.& sic talis eius voluntas & oblatio bonorum tacita,vt in d.auth.ingressi morte confirmatur ex quo talis voluntas licet ambulatoria.non fuit reuocata.immo magis confirmata.d.§.si sponsus cum aliis similibus.

19 ¶Sexto ad idem.† Quoties apparet quod voluerit quis perpetuo seruire Deo in religione,dicitur esse efficaciter obligatus religioni,vt est text.in d.cap. statuimus.ibi , in religione perpetuo Domino deseruire. Sed nunc apparet,quod ipse Cornelius voluerit perpetuo Domino deseruire. ex quo stetit & perseuerauit in religione,dum vixit:quia perpetuo dicitur,i.dum vixit.tex.ex in l.j.ff.pro so.ergo præsupposita eius prima voluntate iam in esse deducta,vt supra in secundo argumento pro hac parte.& data perseuerantia vsque ad mortem,dicendum videtur, quod pro monasterio sit tex.in d.c.statuimus.iuncta d.l.j.pro socio.cũ moriendo in religione,amodo constet quod perpetuo voluerit Domino seruire,vt dicta l.prima ff.pro socio.& põdera rationem glo.in c.statuimus.quod sit præsumendum pro religione,data perseuerantia vsque ad mortem.

20 ¶Septimo & vltimo ad idem. † Quoties in aliquo actu datur à principio voluntas , & ad reuocationem eius requiritur actus contrariæ voluntatis , tunc constito de prima voluntate, licet reuocabili semper, per mortem dicitur firmata talis prima voluntas, cum per mortem amodo constet aliud contrarium velle,& reuocare non posse.tex.est in c.si delegatus.de offi.dele.li.6.cum aliis similibus.Sed in proposito,volũtas dicti Cornelij iam primo erat deducta in esse,nisi cõtraria voluntate,aut redeundo ad seculum , reuocaretur, vt supra in secundo argumẽto pro hac parte pluribus remediis demonstratur, ergo cum non mutauerit voluntatem , dicitur per mortem magis confirmata talis voluntas,cum constet amodo amplius reuocare,& ad seculum redire nõ posse.accedat quod no.dicit Io.An. ad hoc propositum in d.c.si gratiose.

¶SOLVTIO PRO parte negatiua.Ex quib⁹ omnibus iuribus & rationibus videtur in puncto iuris cõcludendum esse pro hac parte. & hanc sententiam firmauit Pe.& Cy.in d.authen.si qua mulier.& d.Ant.de Butr.in d.c.in præsentia.Idem etiam tenet d.Pe.de Perusio in d.c.2.de testa.

21 ¶Non obstãt †adducta supra in primo & secũdo argumento pro contraria parte:quia procedunt nouitio viuente.cum possit interim mutare voluntaté,& redire ad seculum.si velit secus,si morte & perseuerãtia firmata est eius voluntas.vt s patet.

¶Nec obst.tertium argumentum:quia satis dicitur interuenisse consensus vtriusque partis,ex quo monasterium non licentiauit talem nouitium , & ipse nouitius contrariam voluntatem perseuerando nõ ostẽdit, & ad seculum redire noluit.& hoc sufficit.vt d.c.super eo.cum aliis similibus iuribus supra adductis.

¶Non obst.quartum argumentum,quia ingrediendo religionem,dedicauit se & sua,vt d.auth.ingressi.licet non absolute,vt dicto cap.monasteriis,tamẽ sequuta morte.& data perseuerantia,bona sequuntur personam,vt patet supra in secundo argument.ita quod vna præsumptio tollit aliam.l.diuus.ff de integ.resti.& præsumptio iuris, quæ erat pro venientibus ab intestato, facilime tollitur per l.coniecturas.vt in capitul.requisisti.de testamen quæ coniecturæ & indicia sufficiunt, vt sic dicatur constare, quod noluerit amplius redire ad seculum.vt in dicto c.non solum.& dicto ca statuimus.ita quod,translata persona,veniunt bona accessorie, vt supra.

22 ¶†Non obstat quintum argumentum:quia procedit ipso nouitio viuente , qui interim potest libere disponere de suis bonis,& ad seculum redire:sed data perseuerantia vsque ad mortem,si non ostendit contrariam voluntatem , dicitur maior coniunctio inter religiosum & monasterium , quod habetur loco filiorum & heredis,vt in cap.in præsentia.de probationibus. & in auth.de sanctissimis episcopis.§.sed hoc præsenti.coll. 9.in quibus iuribus habetur , quod monasterium succedit in omnibus bonis,& venientes ab intestato,sunt totaliter exclusi. non sic in clerico seculari , in quo in bonis patrimonialibus veniẽtes ab intestato,præferũtur ecclesiæ.vt in d.c.si.12.quæst.5.& in d.c.2.de suc.ab intest.

23 ¶†Non obst.sextum argumentum,quia certe inspecto fine,status Cornelij est certus & non dubius,cum contrariam voluntatem,facto vel verbo non expresserit,vt supra.Et si diceretur,ꝙ status talis sit dubius,tũc in dubio debet præsumi pro religione:quia si in ambiguis pro libertate vel dote esset præsumendũ ac respõdendum,l.in ambiguis.ff.de reg.iu.& in c.fi.de re iud. ff.eo.ti.l.inter pares.quanto fortius pro religione,cum summa sit ratio,quæ pro religione facit?ff.de religio.l. sunt personæ.& in c.cum & plantare.in prin. de priuile.vbi dicitur,ꝙ plantare religionem, & plantatã fouere debemus.Amplius concurrit fauor animæ,qui præferendus est fauori venientium ab intestato,vt d.l.præcipimus.& d.l.sancimus.

¶Non obstat septimum argumentum: quia certe nõ considerat vr habitus. vt d.c.porrectum: sed solum, an voluerit absolute vitam mutare, ꝙ ex iudiciis deprahẽditur. vt d.c.non solum, & d.c.statuimus. quę indicia in casu isto concurrunt, vt supra in secundo argumento pro hac parte & pro hoc etiam non obst.octauũ argumentum supra.

4 ¶ †Non obstat nouum argumentum: quia in mo præsumitur fuisse in animo fieri monachus & religiosus, & experiri, vt si sibi displicuisset, rediret ad seculũ, vt in iuribus supra pro hac parte adductis in secundo argumento. & tex. in d.c.consulti. ibi, si sibi placuerit, profiteatur, scilicet expresse: tacite autem satis dicitur profiteri, dum subdit text. aut si forte non placuerit, ad pristinum statum reuertatur. cum iste Cornelius contrariam voluntatem non expresserit. & non placuit sibi redire ad seculum, fatendum tamen est, ꝙ a principio non sit orta efficax obligatio: sed ex quo non placuit redire ad seculum, voluntas illa firmatur morte sequuta vt supra.

¶Non obstat decimum argumentum, quia tex. in d. l. apud Labeonem. loquitur quando contractus nõ habuit effectũ, & interuenit expressus actus contrariæ voluntatis: vnde nõ mirum, si nihil debet lucrari: sed experimentum debet esse gratuitum, non sic in casu isto, in quo non interuenit actus contrariæ voluntatis, immo perseuerantia, vt supra.

15 ¶ †Non obstat vndecimum argumentum: quia certe animus à principio concurrit pro monasterio, & datur voluntas in esse, & licet non sit absoluta, sed variabilis: tamen ex quo non interuenit contraria eius voluntas, apparet tunc ex perseuerantia vsque ad mortem, quod res est certa, vt in iuribus & rationibus adductis ſ in secundo argumento pro hac parte. Ex quibus apparet responsio ad vndecimum argumentum, & finaliter ad vltimum argumentum: quia prout est demonstratum in dicto secundo argumento, si nouitius non ostendit signa contrariæ voluntatis, ꝙ velit exire & redire ad seculũ: tunc eius voluntas quæ non erat absoluta, sed ambulatoria, est confirmata morte. vnde per mortem dicitur sublata conditio, ex quo amodo nõ potest aliud velle, & non põt interuenire actus cõtrariæ voluntatis. vt d.c.si delegatus. & per Io. An. in d.c.si gratiose. ita ꝙ in casu isto non requiritur alia voluntas cõfirmatoria. sed satis est, ꝙ non interueniat voluntas reuocatoria, cui voluntati cõtrariæ & reuocatoriæ imponitur finis per mortem, vt d.c.cum Marthæ. & d.c.si delegatus. & in l. omnium. C. de testamentis.

SVMMARIVM.

Leges & statuta, fortiora sunt pactis priuatorum.
Statutum magis ligat quam pactum.
2 *Statuto fieri potest, quod per legem fieri potest.*
Lex commercium certarum rerum prohibere potest.
Statutum quid sit.
Facultas subditorũ potest limitari circa res subiectas ipsis statuentibus.
3 *Alienatio & translatio dominij, potest prohiberi per legem.*
4 *Alienatio rerum etiam in non subiectos prohiberi potest.*
5 *Statutum loci potest prohibere commercium rerum certarum.*
Bona omnia sub vniuersitate territorij, vsque ad extremum eius terminum, continentur.
6 *Statutum reale quando dicatur.*
Statutum laicorum ligat ecclesiam.
Legis proprium est, generalem esse.
7 *Prohibitio legis & statuti generalis, & in rem, includit ecclesiam.*
Lex generaliter alienationem rerum minorum prohibet & annullat.
8 *Alienatio facta de re litigiosa, est nulla.*
Prohibitio legis generalis, quando nulla sit.
Alienatio eius cui bonis interdictum est, nulla est.
9 *Ecclesia in prohibitione statuti & legis, quare includi debeat.*
Prohibitio statuti fauorem reip. respicit, & ideo interpretationem recipere non debet.
10 *Dispositio legis vel statuti generalis, qua non includat.*
11 *Quod expresse fieri non põt, minus potest fieri tacitè.*
Statutum laicorum expresse ecclesiam non includit.
Tacitum aliquãdo, quam expressum, plus operatur.
Clericus non potest prorogare iurisdictionem absque licentia proprij episcopi.
12 *Indirecto fieri minime potest, quod directe non potest.*
Propositum principale semper est inspiciendum.
Principale propositum statuti, est vtilitas ipsius reip.
13 *Respub. & ecclesia æquiparantur.*
Dispositio generalis pro repub. restrictiuam interpretationem non recipit.
14 *Appellatione populi, in odiosis non includitur clerus vel ecclesia.*
15 *Dispositio generalis statuti odiosi, non includit ecclesiam vel ecclesiasticam personam.*
16 *Statutum & consuetudo æquiparantur.*
17 *Statutum laicorum præiudicans ecclesiis, non valet.*
Damnatus ad mortẽ, cuius bona sunt publicata, vel ad pias causas, vel pro anima nihil potest relinquere.
18 *Statutum cõtra libertatem ecclesiasticam, est nullũ.*
19 *Intellectus ad l. fi. C. de sacrosan. ecclé.*
Minor alienando in ecclesiam rem immobilem, sine solennitate non transfert dominium.
20 *Statutum casibus hic enumeratis ecclesiam non includit.*
Causa pia est priuilegiata.
21 *Statutum, quod mulier non testetur sine consensu propinquorum, quem casum non includat.*
22 *Statutum prohibẽs cõtractũ, quãdo includat ecclesiã.*
23 *Ecclesia nullum habet priuilegium in contrahendo.*
24 *Statutum generaliter prohibens, etiam in non subiectos valet.*
25 *Ecclesia dispositione, quod sine insinuatione testamenta non fiant, non includitur.*
Dispositio generalis quando mitigari debeat.
Statutum prohibens sine certa solennitate contrahi, an clericos liget.

QVARTVM DVBIVM SEV QVAESTIO in materia Possessorij.

VIDENDVM est nunc de vltimo dubio. Et
1 pro parte affirmatiua arguitur sic: †Illud ꝙ põtest fieri pacto priuatorũ, fortius potest fieri per legẽ & statutum. l. fi. C. de fideiuss. l. j. C. de rei vx. ac. sed pacto & dispositione priuatorũ potest prohiberi alienatio inter certas personas. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. fi. C. de leg. de condi. appo c. vniuer. & redditur alienatio nulla, & includitur etiam ecclesia. vt in d.c. verum. no. in l. si ita quis. § si ea lege. ff. de verborum obli. ergo fortius id dicendum in statuto, quod magis ligat quam pactum, vt sic in ipsa prohibitione ecclesia includatur. sicut in generali prohibitione priuatarum personarũ.

¶ Secun-

2 ¶†Secundò ad idem: id quod potest fieri per legem,
potest fieri per statutum.l.j.C.de veteri iure enucle.&
not.in l.non impossibile.ff de pactis.& in rubric.C.de
decre.decu.lib.10.sed per legem potest probiberi com
mercium certarum rerũ,& alienatio esset nulla,& po-
test à lege induci publicatio dictarum rerũ.l.j.C. quæ
res expor.non debeant.l.mercatores C.de cõmerciis
& mercatoribus.si ergo potest fieri per legem,ergo &
per statutum,cum statutum sit lex municipij.l. omnes
populi.ff.de iusti. & iure.prima distin.ius ciuile l 3.ver
sicu.quid tamẽ si lex municipij.ff.de sepulcro viola.ff.
quod cuiusque vniuersitat.nomin.l.item eorum.§ j &
nemo diceret dictam l.j.& dictã l.mercatores.esse con
tra libertatem ecclesiasticam, licet in consequentiam
possit præiudicari ecclesiæ.cum facultas subditorum
possit limitari circa res subiectas ipsis statuentibus,vt
in dictis legibus patet.

3 ¶†Tertiò ad idem:Alienatio & translatio dominij po
test prohiberi per legem.institu.quibus aliena.licet.in
prin & in l.fi.C.de rebus alie.non alienan.vnde si hoc
potest induci per legem,id etiam per statutũ,quod in-
ter subditos lex censetur .vt supra in tali prohibitione
generali includeretur ecclesia,vt de se patet , & nemo
diceret illas leges esse contra libertatem ecclesiasticã.
Idem vero in dicto statuto sit dicẽdum inter suos sub-
ditos de rebus subiectis.

4 ¶†Quartò ad idem videtur tex.in terminis,in l.j.C.
non licere habitatoribus.libr .10. vbi per legem potest
prohiberi alienatio rerum in non subiectos & onera
subeuntes,ergo etiam idem per statutum. Et similiter
nemo diceret dictam l.j.esse contra libertatem eccle-
siasticam,vt infra patebit.

5 ¶†Quintò ad idem facit.Quia non solum per legem,
verum etiam per statutum loci,potest prohiberi com-
mercium certarum rerum,& alienatio & trãslatio do-
minij. textus est notabilis in l.si in emptione §.j.ff.de
contrahenda emption. ibi,vel mores ciuitatis &c. vbi
videtur casus pro hac parte bona enim cõsistentia in-
ter terminum(alias territorium) statuentium. censen
tur sub potestate ipsorum statuentium.C.de decu.l.ad
subeunda.lib.10 ff de mune.& hono l.rescripto §.fin.
C.de ædificiis priuatis.l.an in totum.per Innocent.in
c.postulasti.de foro competen.& omnia bona sub vni
uersitate territorij , & vsque ad extremum eius lapidẽ
continentur.l.j.§.cum vrbem.ff.de officio præfec.vrb.
l.ne quicquam.§.j.ff.de officio proconsul.& intantum
subiacent ipsa bona statuto,quòd possunt publicari &
confiscari,vt dicta l.mercatores ff.de publica.l.cõmis
sa.& in l.fin.cap.cum secundum.de hæreticis.libr.6.&
ibi per gloss.

6 ¶†Sextò tale statutum est reale:quia disponit in ipsos
subiectos in eius territorio existentes , ergo porrigit
effectum suum ad omnes.ff.de cõtrahenda emptione.
l.aquæductus.de seruitute rustic.l.viã constitu.§.si fun
dus.¶Nec obstat quòd statutum laicorum nõ ligat ec
clesiam.vt in capi.ecclesia de constitution. quia certe
tale statutum censetur quædam lex prædij, non autem
personæ:quia sententia statuti prædio datur.dicit tex.
notabilis in l qui in aliena §.fina.ff de negociis gestis.
vnde statutum disponit in suos subditos, & de rebus
subiectis ipsis statuentibus.vt supra dicitur. ergo sen-
tentia statuti lata in subditum.id est in ipsas res. quas
statutum potest afficere & publicare.vt supra. Et cum
dictus Cornelius esset subditus, & similiter bona sub
potestate statuentium,ergo statutũ validum & seruan
dum quod in loco tanquam lex seruari debet, vt dicta
l.omnes populi.cum aliis similibus,adductis supra in
secundo argumento. tale enim statutum est generale,
& sic habet illud quod est propriũ legis,quia debet es-
se communis & generalis.l.j.ff de legi.l.leges.ff.eo.tit.
4.distinc.erit.ibi.pro communi omnium ciuium vtili-
tate.secus foret,si specialiter disponeret in ecclesiam.

ff.qui & à quibus.l.si priuatus.& l.toties ff de possi. ve
rum in casu nostro statuit in suos subditos & res sub-
iectas,vt onera subeant.vt in d.l.rescripto.§.fi.& in d.
l.j.C.non licere habitatorib.lib.10.

7 ¶†Septimo,quando prohibitio legis & statuti est
generalis & in rem,includit ecclesiam.hoc demonstra
tur multiplici fundamento.& primo in l.lex quæ tuto
res C.de administration.tutorũ & in toto titulo.C.de
prædiis mino.prohibet lex,& annulla generaliter aliẽ
nationem rerũ minorum,& tamen ista generalis pro-
hibitio includit ecclesiam. hinc est quod minor intrando
religiònem,bene potest alienare eius bona absque alia
solennitate.text.est notab.in c.in præsentia.de probat.
sed in aliis casibus ad pias causas,aut alienando in ec-
clesiam,alienatio esset ipso iure nulla,facta per mino-
rem absque iuramento.vt est casus in dicto ca.in præ-
sentia.& Inno.ibid.patet ergo quòd generalis prohi-
bitio alienationis à lege,includit ecclesiam nec dicun
tur ipse leges contra libertatem ecclesiasticam,vt d.c.
8 in præsentia.& ibi per Innocẽt.¶†Secundò hoc idem
probatur,quia alienatio facta de re litigiosa est nulla.
l.2.& l.fin.C.de litigio.& tamen ista generalis prohibi
tio alienatiõis,inducta à lege,includit ecclesiam.text.
est in c.3 & 4.vt lite pendente.& 11 q.3.quia res.
¶Tertiò generalis prohibitio legis,quando fieret cau
sa mutandi iudicij,est nulla.vt in toto titulo ff.& C.de
alie.iudi.& includit ipsam ecclesiam, vt in cap.j.& de
alienatio.iudic.¶Quartò,si per statutum vel iudicem
esset alicui bonis interdictum,alienatio esset nulla l.
is cui bonis.ff.de verborum obligation.ff.de curat. fu
rio.l.Iulianus & nemo diceret quod ille cui esset bo-
nis interdictum,posset alienare in ecclesiã, vt de se pa-
tet.& patet etiam in dicto cap.in præsentia.& dicto c.
3.& 4.ergo cum prædictum statutum censeatur bonis
interdictum suis subditis.dicendum videtur,quòd in-
cludatur ecclesia.Et qua ratione in prohibitione lega
li rerum minorum & in prohibitione legali de rebus
litigiosis,& similiter quando esset bonis interdictum,
aut quando alienatio fieret mutandi causa iudicij, in
omnibus his casibus includitur ecclesia:eadem ratio-
ne debet includi ecclesia in prohibitione statuti & le-
9 gis,vt onera non mutentur & deficiant? †cum prohi-
bitio tituli C.de prædiis minor.& tituli de litigio. &
d.l.is cui bonis.& titu.de alienatione iudicij.respiciat
fauorem priuatorum.& tamen includit ecclesiã.quan
to fortius prohibitio dicti statuti, quæ respicit fauo-
rem rei publicæ,quæ est fortior,& non debet recipere
interpretationem in contrarium.l.iubemus nullam.C.
de sacrosanct.eccle.lex enim vtilis rei publicæ,iuuan-
da est interpretatione.ff.de condi.& demon.l.hoc mo
do.vbi tex.ad hoc no.

¶PRO PARTE negatiua eiusdem vltimi dubij
10 arguitur sic: †In generali dispositione legis vel statu
ti,non includuntur exempti seu loca exempta.l.decu-
rionibus.C.de silentiariis.libro 12.de officio ordinar.
cap.cum episcopus.libr.6 & in capit.cum instantia.de
censi.& l.omnes.C.sine censu vel reliq.vbi in illa gene
rali dispositione nõ includuntur prædia Italica.sic er-
go non includatur ecclesia exempta iurisdictioni lai-
corum.vt in dicto cap.ecclesia.vt lite pendente.vbi e-
rat statutum laicorum prohibens alienationem & ta-
men non includit alienationem factam in ecclesiam,
& reuocatur quicquid statutum est vigore dicti statu-
ti.de quo per dominum Panormitanum.Posset tamen
ibi ad illum text.responderi,quòd ibi statutũ faciebat
mentionem de ecclesia.vt patet in dicto ca.ecclesia.de
consti.quod est pars dicti ca.ecclesia.vt lite penden.&
ibi fuit facta executio non citata parte.vt patet in di-
cto c.ecclesia.de cõstit meritò irritatur quod est gestũ
alia ratione,vt supra.Item tunc est verum,quòd gene-
ralis dispositio non includit exemptos,quando in spe
cie agitur de exemptis vel rebus ipsorum, alias secus;

prout patet in c.j.de priuil.in 6.& in aliis iuribus adductis supra pro parte affirmatiua.

11 ¶Secundo † ad idem arguitur sic.Id quod nō potest fieri expresse,minus potest tacite. vt in cap. quanto.de priuileg.& in cap.fin.de immuni.eccle.in 6.& in regu. cum quid.eod libr.Sed statutum laicorum non potest expresse includere ecclesias,vt in dicto c.ecclesia.ergo multo minus potest tacite.¶Sed ad hoc argumentum posset responderi,quod multa possunt fieri tacite,quæ non expresse,& plus operatur tacitum aliquando, quā expressum.patet in l.modicis.ff.de contrahenda empt. de iure patronat.in literis.& c.illud.de re iudi c. cum Bartoldus.vbi ius patronatus non potest vendi. C. de iure patr.& tamen tacite cum vniuersitate includitur, vt in dictis iuribus.patet etiam in c.cæterum. de iura. calumn.& in c.j.eod.titulo.in 6.vbi iuramentum calumniæ non potest expresse remitti,& tamen tacite potest.Ad idem clericus potest prorogare iurisdictionē absque licentia proprij episcopi.vt in c.significasti.de foro competen.& tamen contrahendo aut delinquendo in loco tacite hoc potest.& sic potest conueniri in loco contractus vel delicti,absque licentia & consensu proprij diœcesani.textus est no.in c.dilecti de foro compet.plus ergo aliquando operatur tacitum.quam expressum.vt per gloss.in vers.euidentem.in c.si forte. in fi.de elec.in 6.licet aliquando secus sit,vt per glo.11. q.j.nolite.& per Ioan.And.in regula scienti.libr.6.

12 ¶Tertio † arguitur sic:Id quod non potest fieri directe,non potest fieri per indirectum.vt in c.statutum. de hæreticis.libr.6.vbi optimus text.pro hac parte.sed per statutum laicorum ecclesia per indirectum excluderetur à commercio rerum immobilium in territorio,vt de se patet,& probatur in l.& si fine. §. idem faciunt.& in l.quod si minor.§.non semper.ff.de minor. pro quo etiam textus in ratione sui.in c.quanto. & ca. post miserabilem.de vsuris.ergo tale statutum non includit ecclesiam.Sed ad hoc argument. posset responderi,vt procedat quando indirectum tendit principaliter ad id.secus,si in consequentiam : quia inspicitur principale propositum. vnde cùm in casu dicti statuti principale propositum non sit præiudicare ecclesiis, sed est publica vtilitas,licèt in consequentiam contingat posse fieri præiudicium ecclesiæ,id non debet esse in consideratione,sed ipsum principale propositum l. si quis nec causam.ff.si cert.pet.ff.de fur.l.verum.l.j.§. studij.cum ibi nota.ff.de iusti.& iure.& est tex.ad hoc no.in l.j.ff de autho.tuto.vbi si tutor authoratus pupillo adeunti hereditatem debitoris ipsius tutoris, licet per indirectum,præstet tutor authoritatem ad sui cōmodum,tamen hoc non est in consideratione,sed inspicitur principale propositum.dicit ibi text.no. ita ergo principale propositum statuti est fauor ipsius reipublicæ secundum not.in l.ambitiosa.ff de decre.ab ordin. fac.& in dubio non debet præsumi animus iniuriandi,etiam si in consequentiā sequatur alteri amissio lucri.l fluminum.§ fin.& l.Proculus.ff.de damn.infecto. ita q in d.c.statutum.principale propositum erat,præiudicare iurisdictioni ecclesiasticæ, non sit in statuto de quo agitur.

13 ¶†Quartò ad idem:Respublica & ecclesia æquiparantur.l.fi.C.de sacrosanct.eccle. sed dispositio generalis nunquam includit casum cōtrarium publicæ vtilitati:& si includeret,non valeret,vt d.l.iubemus nullam.ergo generalis dispositio dicti statuti,nō debet includere ipsam ecclesiam.Posset ad hoc argumentū respōderi,vt procedat nisi concurreret similis fauor reipublicę:quia talis dispositio non recipit interpretationem restrictiuam contra rempublicam,vt patet in d.l. iubemus nullam.

14 ¶†Quintò ad idem:Appellatione populi in odiosis, non includitur clerus vel ecclesia.vt in capi.si sententia.de sententia excommunication.in 6.licet secus in fauorabilibus.vt est tex.in d.c.dilecti.de foro cōmpet & in c.si de offic.delega.in 6.& ibi per Io And.in princip.ergo in tali prohibitione,quod res non possit alienari in non subiectos.non includatur ecclesia,cum talis prohibitio sit odiosa.Posset responderi,quod cap.si sententia.loquitur in interdicto, quod nō respicit nisi culpabiles,vnde non mirum,si interdicto populo,non intelligatur interdictus clerus.

15 ¶†Sextò ad idem:In dispositione generali statuti odiosi,non includitur ecclesia,nec persona ecclesiastica.text.est in c.j.de pœnis.lib.6.ergo idem dicendū in dicto statuto.pro quo facit etiam tex.in c.vestra. de locato.vbi episcopus non posset facere tale statutum in præiudiciū ecclesiarum:minus ergo possunt laici. Potest respōderi,q ibi directe disponebat de ecclesiis & rebus eius.vnde non valet.de constit.c.quæ in ecclesiarum.& similiter in d.c.j.loquitur in prohibitis & directe de rebus & personis ecclesiasticis.quod nō sit in statuto,de quo in themate:quia directe disponit ī personas & res sibi subiectas.

16 ¶†Septimò ad idem:Statutum & consuetudo æquiparantur.vt in c.j.de constitution.lib.6.sed consuetudo onerosa ecclesiis non valet,vt in c.j.de consuet.ergo nec tale statutum debet valere. Potest responderi, quod d.c.j.de consue.procedit quando directe in præiudicium ecclesiæ disponit.non sic in casu dicti statuti,cum inspiciatur principale propositum statuentiū, vt supra.

17 ¶†Octauò non valet statutum laicorum in præiudicium ecclesiarum,& non potest tolli immunitas concessa ecclesiæ in contrahendo.vt est tex.in c.fin.de immu.eccle.lib.6.& facit c.j.eod.titul.& lib. & quod habetur in c.non minus.eod.titu.& in c.quanto.de priuileg.sed tale statutum tollit immunitatē concessam ecclesiæ in contrahendo.ergo non debet valere. Posset responderi,quod dicta iura loquantur quando directe & principaliter disponitur in præiudicium ecclesiarum.& ita erat principale propositum.secus erat in casu dicti statuti,vt supra.aliàs enim sequeretur,q nullo casu posset per statutum induci publicatio bonorum, cum per indirectum & in consequentiam dici potest, quòd præiudicare posset ecclesiæ: quod esset absurdū. Ideo tenuit Ian.And.in c.2.de vsur.lib.6.& doctor. sequuntur,q damnatus ad mortē,quando bona sunt publicata ex forma statuti,non potest per viā contractus vel testamenti aliquit relinquere ecclesiæ, vel ad pias causas.seu pro anima.

18 ¶†Nono & vltimo,statutum contra libertatem ecclesiasticam.est ipso iure nullum.vt in authēt.cassa.C. de sacrosanct.eccle.& in c.nouerint.de senten.excom. sed dictum statutum est huiusmodi:quia tollit generale priuilegium à iure communi concessum ecclesiis in contrahendo.vt est text.in l.fina.C.de sacrosanctis eccle.& sic cum dictum statutum sit aduersus canonicas & legales sanctiones,ergo contra libertatem ecclesię, & consequenter nullum.& ad hoc propositū vide no. per Io.And.in d.c.fi.de immu.eccle.libr.6.vbi pro hac parte & i terminis dicti statuti facit quatuor vel quinque motiua.quod non operetur in præiudicium ecclesiæ.Sed ad ipsa argumenta posset responderi,vt supra in præcedenti argumento.& quia dicta authē. cassa & d.c.nouerint.loquuntur quando statutum sit aduersus canonicas & legales sanctiones: sed statutum de quo supra in themate,est potius secundum legales & canonicas sanctiones,cum sit de iure validum.& nō disponit in eccesiam,sed in res sibi subiectas & inter subditos,vt supra in quinto & sexto argumēto pro parte affirmatiua.

19 ¶†Nec obstat dicta l.fi.de sacrosanct.eccles.pro cuius legis intelligentia aduertēdum, quia dispositio d. l.non inducit à principio aliquod priuilegium in contrahendo, sed solum post contractum in executione

contra-

contractus,supposito quod contractus in se valeat, & sic in dominij translatione.vnde præsupponit contractum à principio validum, & tunc est quod in executione dantur priuilegia ibi expressa. vbi ergo contractu non teneret à principio d.l.final.nullum concedit in contrahendo priuilegium,& iste fuit singu.intellectus Baldi ad illum textum in l.j.C.de summa Trinita. in magna repetitione.& ita aperte probatur in l.final. in principio.ibi,vel legitimo modo donatæ sunt,& sic præsupponit contractum validum procedere.

¶Et amplius hoc demonstratur per text.in dicto c.in præsentia.de probation.& ibi per Inno.nã minor alienando in ecclesiam rem immobilem,sine solennitate non trans fert dominium,& non valet contractus.patet ergo quod ecclesia non est priuilegiata in contrahendo, per d.l.fin.sed solum post contractum in executione, præsupposito quod contractus in se sit validus, vt supra,ita quod d. authen.cassa.& d.c.nouerint.& d.l.fin. non obstant.

SOLVTIO.Soluendo ergo & distinguendo tres
20 casus,potest sic concludi,† quod aliquando statutum prohibet testamentum vel vltimam voluntatem sine certa solennitate:puta quod minor vel mulier nõ possit testari sine consensu consanguineorũ.& tunc nõ includatur ecclesia, & poterit in testamento vel vltima voluntate relinqui ecclesiæ,vel ad pias causas sine dicta solennitate.& ratio est, quia pia causa est priuilegiata ab ipso principio in vltimis voluntatibus, vt est textus in l.j.C.de sacrosanct.ecclesiis.vnde cõtra istud priuilegium,quod respicit ipsum Deum vel ecclesiam, non potest derogari per statutum laicorum. & ita decidit Baldus in dicta l.cũctos populos.in magna repetitione,dicendo quod in vltimis voluntatibus ecclesia vel pia causa est priuilegiata ab ipso principio.vt in d. l.j.Ideo si per statuta laicorum impediretur tale priuilegium,esset contra ecclesiasticam libertatem: quia cõtra canonicas & legales sanctiones & priuilegia ecclesiastica,vt in dicta authentica cassa.& in dicto cap.nouerint.& ita procedãt iura supra in nono & vltimo argumento.& ita etiam tenet Bald.& bene in hoc in l.ge
21 nerali.C.de sacrosanctis eccle.vbi concludit,† quod statutum,quòd mulier non possit testari sine consensu propinquorum,non includit casum,quando fieret testamentum ad pias causas:quia valebit sine tali solennitate,ex quo ecclesia est priuilegiata à principio in vltimis voluntatibus.& refert hoc esse de mente Bart. in dicta l.cunctos populos.in §.quæst.& bene facit quod idem Bar.tenet in d.l.j.C.de sacrosanct.eccle.circa fin. & similiter hoc idem tenet Bald.ibi in fin.quia huiusmodi statuta laicorum,nec in numero testium, nec in alia solennitate includunt casum,quando vltima volũtas esset ad pias causas.secundum Baldum & Bart. ibi. in fin.& hanc sententiam sequitur Fulg.in d.l. generali.idem etiam firmat Panor.in ca.relatum.el primo.de testa.2.col.& 3.c.quod clericis.de foro competẽ.col.9. in fi.vt in vltima voluntate non possit per statuta vel solennitates legales & laicorum impediri,si aliquis relinquit ecclesię,vel ad pias causas,& pro anima de suis bonis.quod tene menti.

22 ¶Aliquando & secundo † statutum prohibet cõtractum: tunc aliquando prohibet ratione imbecillitatis personarum, puta quòd minor vel mulier non possit contrahere vel alienare sine consensu consanguineorum,cùm fragile & debile sit mulieris consilium,dicit textus in cap.forus.in fin.de verborum significatio. Et isto casu concludo,quòd in tali prohibitione includatur etiam ecclesia,vnde non poterit minor vel mulier alienare etiam ad pias causas,vel in ecclesiam sine solennitate statuti iuribus & rationibus adductis supra in nono argu.& aperte probatur in dicto c.in præsentia. de proba.vbi prohibitio legalis ratiõe ętatis includit, quod etiã si alienatio fieret in ecclesiam, vel ad pias causas,sine solennitate non valeret,vt ibi probatur.& tenet ibi Innocen.Ioannes Andreas & cæteri doctores. & ita hanc sententiam tenet loquendo in cõtractibus Ludo.in repe.authen similiter.C.ad l.Fal.in 15.speciali in cõntractibus.licet Bald.velit contrarium in hoc casu,quo residet Fulg.in l.generali.& Panor.in d.c.relatum.& non bene,ex quo statutũ prohibet in specie ratione imbecillitatis personarum.vt dicto capi.in præsentia vnde non dicitur statutum cõtra libertatem ecclesiasticam,disponit enim in subditos suos & res sibi subiectas.vt supra in 6.& 7 argum.pro parte affirmatiua,& non disponit statutum contra id quod esset con-
23 cessum in priuilegium ecclesiæ:† ex quo ecclesia nullum habet priuilegium in contrahendo,vt supra.& tenet Fulg.in d.l.fi.col.9.ibi,vnum volo, vt consideretis &c.Nam si per statutum adimatur ecclesiæ, in consequentiam id quod est concessum de iure cõmuni,non dicitur statutum contra libertatem ecclesiæ,cũ omnibus de iure communi concessum est donari & vendi nisi aliud impediat.Sed ex quo statutum principaliter, non disponit in ecclesiam,vel de rebus ecclesiarũ. sed in suos subiectos & res sibi subiectas,non dicitur statutũ contra libertatem ecclesiæ,ex quo principale propositum statuentiũ non respicit ecclesiam,licet in consequentiam possit cõtingere in præiudicium ecclesiæ, vt demonstratur supra in tertio articulo pro parte negatiua:& cum statutum fiat ratione imbecillitatis personarum sibi subiectarũ,includitur ecclesia, vt suprà, & patet in d.c.in pręsentia.& est dictum in septimo argumento pro parte affirmatiua.

24 ¶† Aliquando & tertiò statutum loquitur generaliter.prohibendo alienationem simpliciter in non subiectos,prout est casus noster, & tunc valet tale statutum.vt est tex.in dicta l.si emptione.§.j.& tenet Barto. in dicta l.filiusfamilias.§.diui.& Ioan.Andr.in d.c.fin. & patet supra in quarto & quinto argumento pro parte affirmatiua.Nec potest dici statutum contra libertatem ecclesiæ,cùm ecclesia non sit priuilegiata in cõtrahendo,vt demonstratur supra in vltimo argumento pro parte negatiua.verum est tamẽ,quòd statutum laicorum sic generaliter loquens,debet mitigari,vt ad ecclesias & loca pia non extendatur.ita probat tex.ad hoc singu.in l.penultima.C.de sacrosanctis eccles.vbi Bald.hoc tenet per illum textũ.& ita sit decisio huius quarti dubij per text.in dicta l.penul.& Bald.ibi,quòd tale statutum non includat alienationem ad pias causas,vel in ecclesiam, & hoc non ex defectu,quòd non valeat statutum:quia immo valet,vt supra in quarto & quinto argumento pro parte affirmatiua:nec etiam ex defectu,quòd sit contra libertatem ecclesiæ, cum non sit, vt supra in vltimo argumento pro parte negatiua: sed ex hac ratione,quia generalitas dicti statuti nõ includit ecclesiam vel piam causam.& hanc sententiam in terminis dicti statuti,quòd non includat ecclesiam vel pias causas,sequitur Ioann.Andr.in dicto capitul. fin.& idem Lapus & Geminianus ibid.idem etiam sequitur Angel.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de lega.& in suo consilio 47 quod incipit,quidam Franciscus.Idem etiam tenet Bartol.in dicto §.diui.post medium. & in dicta l.fin.& in l.dudum.C.de contrahend.emptio.& idem Bald.in dicta l.fin.circa medium.& idem Ioann. de Imol.in c.ecclesia.de consti.in penultima colum.& sic communis sententia,quòd dictum statutum, quòd res non possit alienari in non subiectos, non includat alienationem in ecclesia vel ad pias causas.& bene facit quod tenet gloss.& Bart.in l.simili in illud C.de sa-
25 crosanctis eccl.† quòd generalis dispositio statuti vel legis,quod testamenta & vltimæ voluntates,seu donationes debeant insinuari,& aliàs non valeat.non includeret donationẽ in ecclesiam, vel ad pias causas.prout etiam tenuit Ioannes Andreas in addit Specu.titu. de instru.edi.§.porro.vers.item not.quòd donationes

& hoc idem ſequitur Oſti.in ſumma titulo.de teſta §. qualiter.verſic.cum igitur.& verſic.verum.& Imol.in d.c.eccleſia.de conſtit col.antepe.& bene facit, quod tenet Bald.in d auth.caſſa.ad hoc propoſitum.& idem tenet do.Anto.in d.c.relatum. vbi refert ſe ita conſuluiſſe.& hoc idem ſequitur Imo & dominus Panomit. quia generalis diſpoſitio legis vel ſtatuti, quando non eſt ratio imbecillitatis perſonarum, debet mitigari, vt ad loca pia non extendatur, vt in dicta l penulti. & ibi Bald.licet idem Bald.in dicta l.illud.& Fulg.ibi.& Angel.in dicta l.penul.C.de dona.velint cõtrarium, & nõ bene, ſi ſupradictæ rationes bene conſiderentur.& hęc tanquam vtiliſsima & quotidiana bene no. ¶ An autẽ ſi ſtatutum prohiberet contractum ſine certa ſolennitate, includat contractum f.ctum cum clerico, & liget clericos contrahentes, iſta eſt diuerſus articul⁹, de quo per dodo.in d.c.eccleſia.& in c.quod clericis. vbi plene de hoc & in d.l.cunctos populos. ¶ Ad argumenta vero facta in contrarium, patet reſponſio ex præcedentibus, cum tale ſtatutum de quo ſupra in themate, ſit de ſe validum: ſed eius generalitas non includit eccleſiam, vt ſupra demonſtratur.

D. ROB. MARANTAE, I. V. D. QVAESTIONVM LEGALIVM Diſputationes decem.

AN ORDINARIVS LOCI, ad mandatum delegati à principe, teneatur exequi ſententiam ipſius delegati cui denter iniuſtam.& an poſsit ſibi de facto reſiſtere.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus principis, in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocũque ordinario: & hoc qualiter intelligatur. & numero 40.*

Iudex inferior non cognoſcit de viribus ſententiæ ſuperioris: neque poteſt imponere legem ſuperiori.

2 *Iudex ordinarius habet firmiorem iuriſdictionẽ, ſed delegatus principis, digniorem.*

3 *Cauſa ſi eſt delegata per principem, cenſetur quo ad illa, ſublata omnis poteſtas ordinario, etiam delegato mortuo. & proceſſus per ordinarium factus ſuper ea, eſt nullus.*

4 *Delegatus principis poteſt mãdare ordinario, vt ſuã ſententiam exequatur. & nu.5. & 10.*

Princeps ſi mandat hominem occidi, debet ſibi obtẽperari ſiue iuſtè. ſiue iniuſtè faciat: quia non habet hominem, qui ſua facta diiudicet, & eius ſola voluntas habetur pro cauſa

6 *Delegatus principis repræſentat perſonam principis, & eius vice fungitur.*

7 *Delegatus principis poteſt mulctare executorem, & punire vnumquenque impedientem ſuam iuriſdictionem.*

8 *Iudex vnus an teneatur exequi ſententiam alterius, ſi fuit ab eo requiſitus. & nu.10.*

Iudex eccleſiaſticus poteſt implorare brachiũ iudicis ſecularis: & ſi non dat, excommunicat eũ. & nu.29.

9 *Iudicis authoritas facit licitum, quod aliàs erat illicitum. & nu.44.*

Iudex poteſt moueri ad ſententiandum ex confeſſione ſibi facta viua voce, & ex aliqua ſcriptura ſibi oſtenſa. licet in actis non reperiatur deſcripta.

10 *Delegatus principis habet merũ & mixtum imperium, & poteſt exequi ſententiam ſuam, & excõmunicare, & accipere manum militarem ab ordinario.*

11 *Præcepto ſuperioris qui non obedit, morte moriatur, & dicitur rebellis, & hoc qualiter intelligatur. numer 37.*

12 *Carceratum eximens de carcere, qui erat confeſſus vel condemnatus de crimine, tenetur lege Iulia maieſtatis.*

13 *Executor merus non habet cognoſcere de iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ.*

Appellatio fuit inducta ad releuandum grauamina officialium. & nu.45.

Appellari etiam poteſt à delegato principis.

14 *Appellans non poteſt verbo iniuriari iudici à quo.*

Ordinarium remedium facit ceſſare extraordinarium.

15 *Iudex ordinarius an poſſit reſiſtere delegato exequẽti ſententiam ſuam.*

16 *Iudex dicitur miniſter Dei in terris, & eius iudiciũ prodit de vultu dei.*

Iudex qui non facit iuſtitiam, dicitur miniſter diaboli.

Iuſtitia eſt magis accepta apud Deum, quàm immolare hoſtias.

17 *Iudex debet habere duos ſales.*

Iudex qui non facit iuſtitiam, numeratur inter animalia bruta, & non dicitur homo.

8 *Defendere oppreſſos omni iure præcipitur. & numero 21.23.*

16 *Literis principis iniuſta ſcribentis, an ſit obediendũ, & nu.20.21.*

20 *Obediri debet potius Deo, quàm principi iniuſta iubenti.*

22 *Iudici an & quãdo licitum ſit de facto reſiſtere, quãdo contra ius exiquitur.*

23 *Aſſeſſores debent contradicere & proteſtari contra officiales iniuſte exequentes.*

24 *Iudex inferior poteſt cognoſcere de facto ſuperioris, & illud impedire, quando eſt notorie iniuſtum.*

25 *Delegato volenti exequi ſententiã nullã poteſt reſiſti.*

26 *Brachium iudicis ſecularis, an & quando poteſt iudex eccleſiaſticus implorare.*

27 *Defendere offenſum, vel aliter oppreſſum vel expulſum de re ſua, quilibet tertius poteſt impune, etiam ſi ſit priuatus homo, & non ſolum amicus, ſed etiam penitus extraneus.*

Defenſio vbi eſt permiſſa. vbi etiam poſſunt conuocari amici ad defendendum. & nu 30.

Defenſio debet fieri incõtinenti, & quomodo intelligatur illud verbum incontinenti. quando offenſio fit perſona, vel in rebus. & quid in magnis dominis.

28 *Baiulo qui indebite expignorat aliquem, poteſt de facto reſiſti.*

Executori vltra modum exequenti poteſt de facto reſiſti, & defenſio eſt permiſſa toti populo. quãdo vnus de populo offenditur.

29 *Capienti aliquem in domo ſua, etiam ſi ſit officialis, poteſt cum armis reſiſti.*

Iudex

Iudex iniuste exequens, dicitur inferre violentiam, & potest sibi resisti.

30 *Spolium ita committit iudex, iniuste priuãs aliquẽ possessione, sicut priuatus, & potest sibi contradici, etiam si habeat literas papæ cum clausula, contradictores, &c.*

31 *Argumentum de contractibus ad iudicialia, validũ est, Et clausula, contradictores, &c. habet locum contra iniuste contradicentes, non autem contra iustè.*

32 *Vasallus tenetur defendere dominum in bello iusto: non autem quando dominus iniuste præliatur.*

33 *Delegatus principis, an & quando teneatur expectare secundam iussionem principis, & supersedere in exequendo.*

Princeps semper præsumitur moueri ex iusta causa: & eius sola voluntas habetur pro causa.

Appellatio deuoluit causam ad superiorem: & iudex à quo, remanet priuatus. & nu. 38.

34 *Iudex procedens extra iudicialiter, dicitur procedere vt priuatus, & potest sibi impune resisti. idẽ quãdo procedit in negocio sibi non commisso. & numero 35. & 42.*

36 *Executor iniustè, potest indistinctè impediri, quãdo est irretractabilis.*

38 *Appellatione pendente, si iudex vult exequi, potest sibi de facto resisti.*

39 *Resistere qui potest iudici iniuste exequẽti, potest ad hoc etiam conuocare amicos. & conducere stipendiarios.*

40 *Restitutio in integrũ, præsupponit sentẽtiam valere. Inferior prælatus potest amoueri per inquisitionem datam à papa.*

43 *Defensionẽ potest laicus implorare à iudice seculari contra clericum, qui ipsum expulit de possessione sua.*

Disputatio 1.

PLERVNQVE contingit, ꝙ summus põtifex, vel princeps secularis delegat aliquam causam alicui delegato: qui procedẽs authoritate principis, profert in illa causa sententiã euidenter iniustam. & vult illã exequi, pro cuius executione facit mãdatum ordinario illius loci: vt dictam sententiam exequatur. ordinarius autẽ videns sententiã iniquã, denegat velle ipsam exequi: immo vult resistere etiam armata manu, ne talis sententia executioni mandetur. Quæritur, quid iuris. Solet enim illud multoties euenire, ꝙ isti delegati principis seu apostolici, sub prætextu eorum authoritatis, & quod dicunt se maiores quocunq; ordinario, & excedunt modum iustitiæ, & exequuntur sententias notorie iniquas, in graue præiudicium subiectorum, & contra mentem delegantis.

1 ¶ † PRO. Et pro parte affirmatiua, scilicet, quòd dicto mandato sit obtemperandum, & non possit ordinarius resistere adducitur primò, quia delegatus principis in causa sibi commissa est maior quocunque ordinario. c. sane quia, de officio delegat. & c. pastoralis. §. præterea. de officio ordina. & tenet Franciscus de Are. in l. aduersus. C. si aduersus rem iudicatam. Quæ maioritas intelligitur respectu dignitatis: sed respectu firmitatis est firmior iurisdictio ordinarij: secundum Alexandrum & communiter doctores in rubrica ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. & Archid. in c. si quis episcopus. dist. secunda quæstion. 7. & Felin. in ca.

2 sane quia. † Nunc sequitur consequentia, quòd iudex inferior non potest se intromittere ad cognoscendum de viribus sententiæ superioris, & maximè delegati à principe: sed sol⁹ princeps cognoscit. vt dicta l. aduersus. & ibi Bald. & doctor. & Bartol. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiurand. Non enim potest inferior iudex imponere legem superiori. c. venientes. de iureiurando. & clemen. ne Romani & ibi notatur per glo. & Cardin. de elect. & Bald. in authenti. sed nouo iure. colum. 2. C. de seruis fugitiuis. Si ergo ordinarius vult dicere, Nolo exequi sententiam tuam, quia est iniqua: videretur se intromittere ad cognoscendum de sententia superioris. ergo hoc facere non potest, sed debet obedire superiori.

3 ¶ † Secundo, quia quando princeps delegat causam alicui speciali delegato, censetur tollere omnem iurisdictionem, & omnem potestatem inferioribus ordinariis: quia alias poterãt de illa causa cognoscere. Ita dicit Bal. in c. ad hoc. col. 4. de pace iur. fir. & Ludo. Rom. in consi. 330. col. 3. & in consi. 335. pro hoc videtur textus in c. pastoralis. §. præterea. & ibi Felin. de offic. delega. & Felin. in c. quoniam Abbas. in fi. eod. tit. & Imol. in l. si expressim. ff. de app. & Ias. in l. more. col. fi. ff. de iuris. omn. iudi. intantum quod dicit Bal. in l. si vt proponis, la prima. col. 3. versi. quæro papa &c. C. quomod. & quã do iudex. quod per delegationem principis intantum censetur auocata iurisdictio ab ordinario, quod etiam si moriatur delegatus, non reuertitur causa ad ordinarium: sed vadit ad papam, qui denegauerat. Nã per talem delegationem cẽsetur princeps aduocare causam ad se, quo casu quilibet inferior censetur in illa causa priuatus iurisdiction. c. vt nostrum & ibi Abb. & Philip. de appella. & l. iudicium soluitur. ff. de iudic. vnde sequitur, ꝙ cum iste ordinarius sit priuatus iurisdictiõne, & omni potestate super causa delegata, non potest aliter se immiscere in resistendo delegato volenti exequi, vel mandanti.

4 ¶ † Tertiò, hoc confirmo per text. in capi. pastoralis. §. quia. versicu. de officio delegat. vbi est casus de hoc, ꝙ delegatus potest mandare ordinario, vt suam sententiam exequatur. & tenetur illam exequi ordinarius. etiam si sciat illam esse iniustam, vt ibi expresse dicitur. Item probatur in ca. significasti. in fin. de officio dele. vbi delegatus papæ potest mandare ordinario, vt exequatur: & potest ipse delegatus resistentem compescere per censuram ecclesiasticam. vnde per ista duo iura clare probatur, quod est obtemperandum & non resistendum tali delegato.

5 ¶ † Quartò adduco text. in c. studuisti. de offic. legati. vbi loquitur in legato sedis apostolicę, qui est ordinarius: & tamen ibi dicitur, ꝙ non potest se impedire cõtra sententiam delegati ab eadem sede apostolica. Immò potest delegatus ipsi legato mandare, vt exequatur sententiam ipsius delegati: verum non potest compelli legatus, si non vult, secundum gloss. fin. d. c. studuisti. licet Abb. ibi in fin. dicat esse verius, vt possit etiam cõpelli: quia quo ad causam delegatam, censetur delegatus maior legato. ergo quanto magis alius ordinarius inferior, non debet se intromittere circa oppugnatiõnem sententiæ delegati principis.

6 ¶ † Quintò, quia delegatus principis fungitur vice delegantis, & repræsentat personam ipsius principis. dicto c. sane quia. de officio delega. & c. pastoralis. §. præterea: de offi. ordin. & Franc. de Areti. in dicta l. aduersus C. si aduer. rem iudi. Sed quando princeps mandat aliquid fieri, puta hominem occidi, vel aliud exequi, non quæritur, vtrum iustè vel iniustè mãdet: sed debet sibi indistinctè obtemperari, vt notat Andre. de Iser. in c. j. colum. 4. in fi. si de inuesti. inter do. & vasal. lis oria. & Felin. plene in ca. quæ in ecclesiarum col. 14. versic. quinta conclusio &c. de constitutioni. Nam princeps non habet hominem, qui sua facta diiudicet, vt dicit Andreas de Isern. in c. j. versi. flumina nauigabilia. col. j. in fin. quæ sint rega. & in procem. constit. colum. 5. Et quicquid facit princeps, præsumitur ex causa facere:

& eius sola voluntas habetur pro causa, secundum Felinum. vbi supra. & not. gloss. & Bartol. in l. relegati. ff. de pœnis. & Alexan. in consi. 2. col. 7. & penul. in primo volu. & Abb. in c. nisi specialis. de offic. lega. ergo idem est dicendum in eius delegato, qui principem repræsentat, per prædicta.

7 ¶ †Sextò, quia delegatus principis potest mulctare executorem per eum deputatum ad suam sententiam exequendam. l. 2. C. de sportu. Item potest punire vnúquenque impedientem suam iurisdictionem per censura & alia iuris remedia secundum Abbatem in cap. j. colum. fin. de officio delegat. & ibi etiam Felin. 7. col. fin. & Angel. in consilio 7. per quæ videtur dicendum, quòd ordinarius resistens suæ sentẽtiæ executioni, impediret eius iurisdictionem, & posset puniri, vnde resistere non potest.

8 ¶ †Septimo: quia quãdo vnus iudex requiritur, vt exequatur sentẽtiam alterius, & sumus in causa ciuili, indistinctè tenetur eam exequi: licet sciat eam esse iniustam secundum Innocen. in c. cum iure. de offic. deleg. & And. de Iser. in c. j. colum. fi. de controuer. inter vasal. & alium de bene & consti. Post mundi machinam. Tenetur enim vnus officialis alium adiuuare, vt notat And. de Iser. in consti. iustitiarios regionum. la 2. Item potest iudex ecclesiasticus implorare brachium iudicis secularis, pro executione suæ sententiæ. & si non dat, potest eum excommunicare: secundum Abb. in c. j. col. 2. in fin. & 3. de offi. ord. Ad hoc est tex in l. 2. C. de his qui latro. Item dicit Bald. in authent. clericus. in fi. C. de episcop. & clericis. quod quando iudex superior mittit sententiam suam exequendam inferiori, tenetur inferior exequi: & nõ debet aliud quærere. Et quòd vnus iudex teneatur concedere brachium alteri, tenet Paris in tractatu syndi. in ver. brachium. vnde in proposito dicendum est, quod ordinarius tenetur potius iuuare delegatum principis tanquam maiorem, quàm sibi resistere.

9 ¶ †Octauo, quia authoritas iudicis facit licitũ, quod aliàs erat illicitum l. j. §. idem Pomponius. ff. quod fal. tutor. author. & Andr. de Iser. in constitution. appellationum tempora column 3 Et potest iudex moueri ad sententiandum ex aliqua cõfessione facta sibi viua voce, & non redacta in scriptis, nec apparente ex processu: & valet eius sententia ita notanter tenet Baldus in l. j. colum. fin C de manu. vindi. & Felin. in cap cùm venerabilis. colum. 15. de exception. vbi etiam dicit, quòd potest moueri iudex ex aliqua scriptura sibi cognita, & in actis non producta Idem dicit Alexander in l. ait prætor. §. j. colum. 3. ff. de re iudic vnde quanuis sententia delegati appareat iniusta, tamẽ fulcitur authoritate ipsius iudicantis: qui potuit moueri ad ita pronunciandum ex aliqua iusta causa: ergo non debet sibi resisti, sed obediri.

10 ¶ †Nonò, quia delegatus principis habet merum & mixtum imperium, & potest exequi sententiam suam, mittere in possessionem, & excommunicare, vt not. in gl. in l. si quis missus. ff. ne vis fiat ei pro hoc est tex. in c. pastoralis. § præterea. & ibi Abb. in 3. not. de offi. ordi. & Barto. & doctor. in l. à diuo Pio. in princi. ff de re iudic. & Alexand. in l. 2. col. 3. in princip. ff. de iurisdi. om. iudic. Et potest implorare familiam à iudice, vt etiam manu militari & armata sententiã exequatur, vt notat Abb. in c. significasti. col. fi. & ibi etiam Felin. de offic. delegat. Si ergo ordinarius tenetur præstare auxilium & arma delegato exequenti: nõ debet ipsum impugnare, & contra eum resistere. non enim debet quispiã impugnare eum, quem defendere tenetur. l. vendicãtem. ff. de euictio. & no. Andr. de Iser. in c. j. §. item si fideliss. col. 2. quib. mod. feud. amit.

11 ¶ †Decimo, quia precepto superioris est obediendũ, & qui non obedit, morte moriatur. cap. 2. de maiorita. & obedi. & ad hoc est inductus totus titulus. ff. si quis ius di. non obtemper. & ibi Bartol. in l. circa fin. hic videmus, quod eximens carceratum, qui erat confessus vel condemnatus de crimine, tenetur pœna l. Iuliæ maiestatis. secundum Bar. in l. cuiusq. ff. ad l. Iul. maiesta. & Bal. in l. addictos. in fin. C. de epis. audi. ex quo impedit executionem officialis. Item, quia non obedit superiori, potest etiam dici rebellis, secundum Abbat. in c. sane quia. in 4. no. de offic. deleg.

12 ¶ †Vndecimò, quia merus executor nõ habet cognoscere de iustitia vel iniustitia causæ: quia hoc non spectat ad eius officium nisi solum exequi. text est c. decætero. & ibi Abb. & doct. de re iud. & in l si prætor. & ibi Bal. ff. de iudiciis. & l. executorem. C. de exec. rei iudic. & in l. si prætor. & ibi Bal. ff. de iudiciis. & l. executorẽ. C. de execu. rei iudi. & l. si vt proponis eod. titul. notat Bart. in l. à diuo Pio ff de re iudi. Vnde quia delegatus principis mandat ordinario, vt exequatur, ille dicitur merus executor: & nõ habet cognoscere de iniustitia, sed debet tantum exequi per prædicta.

13 ¶ †Duodecimò, quia quando iudex aliquid iniustum facit, est proditum remedium generale per viã appellationis: quæ appellatio fuit principaliter inducta ad releuanda grauamina illata per officiales. c. suggestũ. & c. cum speciali. § porro. de appel. Si ergo est proditũ grauato remedium iuris, non est recurrendum ad resistentiam facti. cum etiam à delegato principis sit permissum appellare. l. etiam C. de appe. aliàs frustra esset inductus titulus de app. si licitum esset de facto resiste
14 re officialibus. †Præterea, videmus quod appellãs nõ potest verbo iniuriari officiali, à quo appellat. l. iudic. ff. de iniur. & l. illud. la j. ff. de app. ergo multo minus facto, scilicet, per resistentiam, arguendo à fortiori. l. nec in ea. §. sed qui occidere. ff. de adu. Vbi enim competit remedium ordinarium, prout est appellatio, cessat extraordinarium. l. in causæ. la 2. ff de mino. & tanto magis, quando extraordinarium est contra ius. vt no. Abbas in c. ex parte. el 2. col pen. de rescri. prout est istud, resistere officiali de facto: quod est contra iuris regulas, prohibentes aliquem sibi ius dicere propria authoritate. l. extat. ff quod metus causa. & l. meminerit. & l. si quis in tantam. C. vnde vi.

15 ¶ †Decimotertiò & vltimò istud confirmo, per textũ in c. si quando. de officio delega. vbi videtur casus expressus, quod ordinarius non potest resistere violenter delegato principis volenti exequi sententiã, sed debet precibus apud eum instare, vt rescribatur principi, si sententia apparet iniusta.

16 ¶ †Pro parte vero cõtraria, negatiua scilicet, quod nõ sit obediendum, sed potius resistendum, adducitur primo: quia quilibet iudex dicitur minister Dei in terris. cap. non solum. & c. qui malos. 24. quæst. 5. vnde eius iudicium censetur prodire de vultu Dei. ca. vt nostrum. in princ. de appel. c. j. in princip. extra. vt ecclesi. benefi. & Paul. de Castr. consi. 33 in princip. in j. vol. Sed de vultu Dei nõ potest egredi nisi iustitia & veritas, cũ Deus ipse dicat: Ego sum via, veritas. & vita. vt habetur Ioãnis ca. 14. & Psal. 24. dicitur: Vniuersæ viæ domini, misericordia & veritas, &c. Ergo quãdiu iudex sequitur veritatem & iustitiam, dicitur minister Dei. vnde cum facit iniustitiam, nòn est minister Dei, sed potius diaboli: nec tunc dicitur iudex cap. iustum. 23. quæstion. 2. notat glossa in capi. cum æterni in versicu. iudex. de re iudic. libr 6. Et dicit Cassiodorus lib. 3. epistola 28. Tãdiu iudex dicitur, quandiu iustus putatur. Idem dicitur Prouerbiorum capit 16 quod iustitia est magis ac-
17 cepta apud Deum, quàm immolare hostias. † Et dicit Baldus in l. 2. column fina. C de sentent. ex breui. recit. quòd iudex debet habere duos sales. Vnũ, qui dicitur sal scientiæ: aliàs dicitur insipidus. & alium qui dicitur sal conscientiæ. alias dicitur diabolicus. Immo iudex qui non facit iustitiã, non solum nõ dicitur iudex, verum etiam nec homo poterit appellari: sed connumeratur

meratur inter animalia bruta, teste Aristotele primo
Politicorum, vbi ait, Sicut optimum animalium est ho
mo lege fruens, ita pessimum animalium est homo à
lege & iustitia separatus. nunc ergo in proposito, dele
gatus principis, tandiu est minister Dei & principis,
quandiu facit iustitiam: sed cum facit iniustitiam, non
dicitur iudex, sed remanet priuatus: & sicut cuilibet
permittitur resistere aduersus violentiam sibi factam
per priuatum, l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & l j. C. vn
de vi eodem modo aduersus talem delegatum iniusti
tiam facientem.

18 ¶ †Secundò quòd ordinarius possit dicto mandato
iniusto resistere, adducitur: quia hoc sibi precipitur de
iure diuino, vt habetur Ieremiæ c. 22 Hæc dicit Domi
nus: facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppres-
sum de manu calumniatoris. Item, præcipitur per le-
gem ciuilem: vt l. illicitas. in princ. & §. ne potentiores.
& ibi Bald. ff. de offi. præsi. vbi dicitur, quod ad officiũ
iudicis spectat prouidere, ne alicui fiat violentia, & ne
potentiores opprimant minus potentes. & dicit Bal. in
dicto §. ne potentiores. in fin. quòd iudex facit magnã
eleemosynam apud Deum, quando pauperes tuetur,
ne opprimãtur. Idem præcipitur ex lege canonica. tex.
est & ibi gloss. in c. scire. 23. quæst 8. vt dicitur, quod epi
scopi debent defendere subditos, ꝓpulsando iniurias:
prout etiam ipse papa defendit. probatur etiam in ca.
nostri. & cap non inferenda. 23. quæstion. 3. vbi ponitur
exemplum de Moyse, qui defendit Hebræum, ab Ae-
gyptio iniuriam accipiẽtem, & ipsum Aegyptium in-
terfecit, ergo eodem modo si delegatus principis vult
aliquid exequi contra iustitiam, debet & potest ordi-
narius loci non solum non obedire, sed etiam resiste-
19 re pro defensione subditorum. ¶ †Tertio, quia etiam
quando papa rescribit alicui, quod aliquod iniustum
exequatur: potest ille non exequi. & contrauenire lite-
ris apostolicis, si illud, quod iubetur, appareat iniustũ:
& debet rescribere papæ, & expectare secundam ius-
sionem. casus est in capitul si quando & ibi Abbas de
rescriptis. vbi plùs dicit Abbas idem procedere, etiam
si in mandato papæ sit pœna excommunicationis. Et
dicit notanter glossa in l puniri C. si contra ius vel vti
litatem publicam quod non debent temere miseri præ
lati veritatem sectari. & literis principis non obedire:
idem dicit gl. in vers. nuncios. in §. deinde. in authen.
de manda. princi. col. 3. si ergo ipsi principi iniusta iu-
benti, non est obediendũ, quãto minus eius delegato?
20 ¶ †Quartò, quia primò est obediendum Deo, & postea
principi. ca. quia resistit xj. q. 3. vbi dicitur non esse obe
diendum iudici, nec imperatori iniusta iubẽti, sed po-
tius Deo: quia quando principi iniusta petenti nõ obe
ditur, tũc Deo obeditur. hoc dicit expresse Bal. in auth.
habita. col. 4. in vers. nota. C. ne fil. pro patr. vbi ait: ꝙ si
princeps iubet aliquid, quod est contra conscientiam,
non est ei obediendum. & dicit And. de Iser. in consti.
vt participatio. col. 2. in fine. quod defensio est cuilibet
permissa, etiam contra principem: vt si fortè princeps
vellet aliquem occidere contra ius illicite, potest ille
se defendere contra eum.

21 ¶ †Quintò adducitur text. in §. deinde competens. in
authen. de manda. princ. colũ. 3. vbi mandat Imperator
administratoribus & iudicibus, vt si veniant aliqui of
ficiales de curia ipsius principis, non permittant eos
lædere subditos in aliquo, vel aliquid iniustè exequi.
sed possunt ipsi iudices ꝓhibere dictos officiales prin
cipis, ne iniustitiam faciant: & etiam punire, vt ibi ex-
presse dicitur. Et dicit ibi Bartolus, quod si princeps
scribit officiali, vt exequatur aliquod iniustum, nõ de-
bet illud facere: sed debet rescribere & expectare secũ
dam iussionem, prout supra dixi per dictum c. si quan
do. de rescriptis.

22 ¶ †Sextò, quia quãdo aliquis officialis, vult aliquid de
facto exequi contra ius, licitum est vnicuique etiã pri-
uato, nõ obedire. & de facto resistere. l. prohibitum. &
l. defensionis facultas. C. de iure fisci. libr. 10. Ad idem
est text. in l. omnes. l. j. C. de decur. libr. 10. vbi si officia
lis vult torquere decurionem contra ius, potest sibi re-
sisti. pro hoc etiam est text in l eis quidem. C. qui mili.
non pos. lib. 12. & l. deuotum. C. de meta. lib. 12. & l quo
niam iudices. & Bald. ibi C. de app. Et quod iudici fa-
cienti de facto contra ius possit impune resisti, tenet
Dyn. in c. quod quis. de regu. iur. lib. 6. & Bald. in l. addi
ctos. C. de episcop. audien. & Bald. in repeti. l. j. col. 8. in
12. q. C. vnde vi. & Card. in cle. pastoralis. ver. cæterum.
de re iudic. & Alex. & communiter docto. in l. sed exi-
mendi. §. item si quis. ff. ne quis eum, qui in ius vocab.
& Alex. in consi. 145. inci. post reditum. col. 2. in 2. volu.
& Alexan. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. col. 6. ff. de re
iud. & Paris in tracta. syndi. in ver. appellatio. col. 2. in
23 fi. †Hinc dicit Bal. in d. l. quoniam iudex. quòd assesso-
res & alij officiales potestatis, debent contradicere &
resistere potestati aliquid iniuste exequenti: alias si nõ
possunt resistere, debent saltem protestari, quòd nõ cõ
sentiunt: alias tenentur in syndicatu. Ita etiam dicit
Angel. in tractatu male. in ver. de consensu & delibera
tione, &c. & Bart. in tractatu repræsaliarum. in 6 quæs.
principali & Paris in tracta. sui syndi. in vers resistẽtia.
vbi plene de hoc. Et de hac materia sunt duo capitula
regni, vnum videlicet in nu. 41. quod incipit, Item ca-
ueant iustitiarij &c. & alius in nu 275. incipient. Item;
quod prædicti iustitiarij &c. vbi datur in mandatis, ꝙ
assessores resistant potestatibus iniusta exequentibus;
24 aliàs puniuntur. ¶ †Septimò, quia quando factum ali-
cuius iudicis est notoriè & euidenter iniustum, nõ te-
netur ei subditus obedire: immò tunc non obstante, ꝙ
causa sit deuoluta ad superiorẽ, potest iudex inferior
se intromittere in dicta causa, reuocando dictum fa-
ctum iniustum propter eius notorietatem. casus est in
cap. solicitudinem. ver. si vero. & ibi Philip. de appella.
Hinc dicit notanter Cardin. in clement. 2. in fine illius
princi. de pœnitẽ. & remis. quod iudex inferior potest
cognoscere de facto superioris. quãdo est iniustum &
nullum: declarando illud nullum, & obuiando, vt non
sortiatur effectum. Quod dictum, facit multum ad pro
positum: quia dico quod delegatus principis sit maior
ordinario: tamen potest ordinarius impedire eius fa-
ctum euidenter iniustum seu nullum, vt non sortiatur
25 effectum, per prædicta. ¶ †Octauo. adducitur text. iun-
cta gloss. in versi. denuncietis. in cap. ex literis. in fin. de
officio delegati vbi iudex delegatus non debet exequi
sententiam iniquam & nullam. & dicit ibi glossa. quod
potest sibi resisti etiam violenter. & illam glo. dicit es-
se singulariter notandam Abbas in c. si quando. de off.
delegat. & in d. c. ex literis. vbi dicit probari per illam
gloss. quod etiam tertius potest resistere officiali in fa-
uorem partis offensæ. Hinc dicit notanter Nicolaus
de Neapo. in l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. quòd
ordinarius potest resistere delegato, ne mittat in pos-
sessionẽ iniustè. per cuius dictũ videtur decidi casus
26 noster. ¶ †Nono, quia iure præcipitur. ꝙ iudex secula-
ris tenetur impartiri brachiũ iudici ecclesiastico pro
executione suæ sententiæ. c. j. & ibi per doct. de offi. or
di. & c. statuimus. de male. & l. 2 C. de his, qui latro. no.
Paris in tracta. synd. in ver. brachium. & Old. pulchrè
in cons. 39. incip. episcopus &c. intantum, ꝙ dicit Abb.
in d. c. j. col. 2. ꝙ si iudex secularis denegat, potest excõ
municari per ecclesiasticum: quia vnus iudex debet a-
lium adiuuare, porrigendo dictum brachium. Tex. est
& ibi gloss. in c. quoniam in fi. de offi. ordi. & text. cum
gloss. in c. nec licuit 17. dist. ¶ Super hoc tamen dat vnã
notabilem declarationẽ Old. in d. cons. 89. circa fi. vide
licet, ꝙ tunc demum debet inuocare iudex ecclesiasti-
cus brachiũ seculare, quando prius fecit quicquid po
tuit, & nõ habet vltra quid faciat: alias, secus. & ad hoc
põderat oĩa iura loquẽtia de huiusmodi brachio: quia

semper dicunt, si necesse fuerit. Et sic ponunt hāc im-
plorationem pro vltimo refugio. Ita dicit textus in d.
c.j.& c.quoniam.in fi.de offi.ordi.& in d.c. statuimus.
& probatur optimè in c.cum non ab homine. de iudi.
Hinc videmus semper in literis apostolicis cōcedi po
testatem implorandi brachium seculare conditionali
ter: scilicet, si opus fuerit. Et vide super hoc bonam di-
stinctionem Abb.in dict. c.quoniam.in fi. Quod nota:
quia vt plurimum isti delegati vel episcopi implorant
ita ex abrupto brachium seculare, vt scias opponere, ꝙ
non seruauerunt iuris ordinem, faciendo prius quic-
quid potuerunt. ¶ Hoc præsupposito, arguo sic: quādo
iudex secularis, cuius brachium imploratur, videt ca-
sum, super quo imploratur, esse iniustum, non tenetur
suum brachium impartiri: immò potest impune nō pa
rere. ita dicit Oldrad.in dicto consilio 89. idem tenet
And.in consi.275.vbi dicit, quod potest iudex tunc se-
cularis cognoscere de nullitate sententiæ, & ipsam nō
exequi: & si est appellatum, potest etiam impune resi-
sti, secundum Oldr.in d.consi.89.& Inno. & Abbas in
d.c.siquando.& ibi etiam Felin.de offi.deleg.& Ioan.
And.in d.c.j.& ibi etiam Abb.in pen.col.de offi ordi.
27 ¶ †Decimo, quia quilibet etiam priuatus potest de-
fendere tertium offensum ab alio iniuste, & non incur
rit aliam pœnam.l.3 in principio.& l.si quis in seruitu
te.in fin.ff.de furtis. vbi cuilibet licet depræhendere
furé cum furto manifesto, etiam si nihil ad eum perti-
neat de re subtracta. Et dicit Bartol.in dicta l.si quis in
seruitute.in fin.quod quilibet potest iuuare offensum,
non solum in rebus, sed etiam in persona. Idem tenet
Bar.in d.l.prohibitum.C.de iure fisci.lib.10.vbi tenet,
ꝙ amici & coniuncti possunt sine alia cōuocatione iu
uare offensum. Tamen potest offensus de consuetudi-
ne clamare, Succurrite, Succurrite, ad hoc vt citius ve
niant audientes. Idem tenet Barto.in l.prætor.§.si quis
aduentu, ff.vi bonorum rapto.& Paris in tractat.syndi.
in ver.resistentia.col.j.idem dicit Bar.in l.deuotum.C.
de meta.lib.12.ꝙ si aliquis vult me expellere de posses-
sione mea, possunt amici & consanguinei mei licitè ex
pellere, & etiam percutere expellētem pro defensione
mea: quod dictum dicit esse valde notandum. Et quod
possum conuocare amicos pro defensione mea & rerū
mearum, tenet gloss in l.3.§.eum igitur.ff.de vi & vi ar
ma. Verum ista defensio debet fieri incontinenti, secū-
dum Bart.in dicto §. cum igitur.& probat text.iuncta
glo.in l.sed & partus.§.j.ff.quod metus causa. Et istud
incōtinenti, potest intelligi, etiam post biduum, infra
quod potest quis se præparare, & cōuocare amicos, se-
cundum gl.& Bar.in d.§.eum igitur.vbi plus dicit Bar.
in magnis dominis spoliatis aliquo castro posse dici
incontinenti, etiam si infra sex menses fieret defensio:
immò etiam post decem annos, quando magnus appa
ratus requireretur, vt ita breuiori tempore non posset
expediri. Ita singulariter dixit Baldus in l.fi.C.de his,
qui à nō domino, cuius dictum sequitur Ias.in l.lecta.
colum.17.ff.si certum petatur. ¶ Hoc tamen singulari
ter limita procedere, quādo defensio fit ratione rei ab-
latæ, vel contra offensionem factam in rem: Secus, si fie
ret offensio in personam: quia tunc licitum est defende
re incontinenti, id est, ipso flagranti crimine tātum, &
non postea. Ita dicit Barto.in dicto §.eum igitur.in fi-
ne. quia postea censeretur fieri potius ad vindictam,
quàm ad defensionem. Ita tenet Bal.in repe.l.j.col.6.in
10.q.C.vnde vi. Et ꝙ quilibet potest iuuare offensum
etiam penitus extraneum, tenet gloss.in c.non inferen
da.23.q.3.& Abb.in c.ex literis.colum.2. in gl.pe.de of-
fi.delega.& Bald.in dicta repeti.l.j.in 8.q.cum septem
præcedentibus.C.vnde vi.& Cæpol.in consi.4. col.pe.
& fina.vbi generaliter concludit, ꝙ vbicunq; est licita
defensio alicui, potest etiam conuocare amicos & con
iunctos impune, & notat Andre.de Iser.in const.pacis
cultum, vbi dicit notabile verbum, ꝙ moderatio quæ-
ritur in defendendo, quando quis offenditur in rebus:
secus si in persona.& prædictis adde eundem Andreā
in constit.quicunq; mulierem. Si ergo priuatus potest
defendere iniuste oppressum, multo magis iudex ad
cuius officium spectat defendere subditos.l.illicitas.
ff.de officio præsi.l.& Felin.in c.quantæ.de senten.ex-
com.vbi tenet, quod superior tenetur defendere sub-
28 ditum. ¶ †Vndecimo, adducitur text.in l.contra.C.de
exec.& exact.lib.12.vbi habetur, quod si officialis facit
executionem vltra debitum modum, potest ei de facto
resisti.& ibi hoc dicit glo.in vers prouinciali.& infert
ibi Barto.per illum text.contra baiulos, qui vadunt ad
expignorandum aliquem: nam si accipiunt pignus vl-
tra modum, potest eis de facto resisti.& idem tenet Pa
ris in tractatu syndi.in dicto ver.resistentia.in fin.in c.
facientibus exactionem &c.Idem dicit Bar.in l.acto-
res C.de exact trib.libr.10.& dicit Lucas de Penna in
d.l.deuotum.C.de meta.lib.12.ꝙ toti populo licet resi
stere, cum alicui ex eis irrogatur iniuria: puta, si vadit
aliquis ad hospitandum in domo alicuius: nam potest
à quolibet expelli, etiam si per iudicem fuerit missus,
& illud dictum refert Paris in dicto vers.resistentia.in
c.excedunt plerique, &c. Adde prædictis Petr. Philip.
29 Corne.in consi.107.col.3.in j.volumin. ¶ †Duodecimo,
quia quando officialis facit aliquam executionem in-
iustam, & à iure prohibitam, dicitur inferre violentiā.
l.plerique.in fin.ff.de in ius voc. Per quem tex.ita dicit
Paris in versi.resistentia.cap.excedunt &c. Puta, si vel-
let citare aliquem realiter in domo sua, quo casu po-
test sibi impune etiam cum armis resisti. Ita tenet Bal.
& Ludo.Roma.in dicta l.plerique.quos ibi sequitur Ias.
in penult.col.in fi.vnde eodem modo est dicendum in
casu nostro, vt talis delegatus iniuste exequens, dica-
tur vim inferre. Vnde merito possit sibi resisti violen-
30 ter. †Quod confirmatur ex his, quæ traduntur in capi.
conquerente.de restit.spoliato. Vbi si iudex priuat ali-
quem possessione sua iniuste, dicitur committere spo-
lium sicut priuatus: & ita tenetur. Ad quod facit text.
in l.fi.C.si per vim vel alio modo.& Old.in consil.227.
incip.de toto &c.colum.j. Hinc videmus, ꝙ licitū est
vnicuique nolle dimittere possessionem, sine legitima
causæ cognitione: & potest contradicere: non obstan-
te, ꝙ in literis papæ sit clausula, contradictores &c.se-
cundum Ludo.Roma.in consi.482.in princ.& Gemin.
in cap.j.in princip.col.3.de concess.præben.lib.6 & Fe-
31 li.in c.causam quæ.col.4.de rescri. ¶ †Decimotertio &
vltimo validum est argumentum de cōtractibus ad iu
dicia, l.3 §.idem scribit.ff.de pecul.& l.omnem.ff.de iu
di.& no.Fran.de Are.in l.eum qui.in princ.ff.de acqui.
heredit.sed nos videmus, ꝙ ille qui promittit aliquem
defendere, intelligitur iustè: videlicet, quando iniustè
offenditur: secus si iustè. Ita tenet Pet.de Anch.in con-
si.83.incip.omisso, &c.& Felin.in c.causam quæ. col.19.
de rescrip.facit glo.in c.pro illorum.& ibi Abb.in col.
3.in fin.de præ.vbi habetur, quod delegatus licet possit
compescere contradictores & impedientes suam iuris
dictionem, etiam extraneos, per clausulam, contradi-
ctores &c.tamen hoc intelligitur, quando iniustè con
tradicunt: secus, si iustè. Facit quod dicitur in præcedē
ti argumento.
32 ¶ †Ad idem adduco, quia vasallus est obligatus de-
fendere dominum ex iuramento fidelitatis, aliàs feu-
do priuatur.capit.primo.item, qui dominum.& §.præ
terea, quæ sit prima causa benefici) amitten.& capi.j.
de noua forma fideli.& tamen hoc intelligitur in bel-
lo iusto: scilicet quando iniuste offenditur dominus:
alias secus. Textus est & ibi Andre.de Isern.& commu
niter docto.in cap.j in princip.hic finitur lex.&c. Sic
ergo in proposito in iudiciis: quia verum est, quod or-
dinarius tenetur defendere iurisdictionem delegati
principis: scilicet quando iniuste agit: secus, si iniustè:
quia hoc censetur dedisse princeps in mandatis, scili-

cet

cet vt iustitiam faciat.l.rescripta.C.de preci.impe.of-
feren.cum æterni.de re iudic.lib.6.vnde, quando vult
exequi sententiam nullam, non potest dici iudex in il-
lo actu.& merito potest sibi resisti vt priuato. Ita dicit
Abb.in c.pastoralis.§.quæstio vero.col.3.versi.& in fi-
ne l.& c.de offi.delega.& Bart.in extrauag.qui sint re-
belles.in gl.in ver.rebellando.in princ.¶Pro solutione
33 huius† notabilissimæ quæstionis cumulãdo veram &
communem cõclusionem, prout eam reperio in variis
locis dispersam, facio duo membra principalia: videli
cet, aut iudex iste delegatus procedit ad aliquam exe-
cutionem extraiudicialiter, non facto processu, & sine
causæ cognitione: aut iudicialiter, & in forma iud. Pri
mo casu, aut delegatus habet hoc expresse in commis-
sis à principe, vt ita extraiudicialiter & executiue pro-
cedat: & tunc debet sibi obtemperari: quia in principe
semper præsumitur iusta causa, vt not.Felinus in capi.
quæ in ecclesiarum. colum.24.ver.quinta concusio.de
constitu.Et ita procedat, quod dictum est supra in pri
ma parte, in quinto argumento. Fallit quando subesset
aliqua legitima causa, ex qua appareret mandatũ prin
cipis esse iniquum, & præsumeretur ignorantia prin-
cipis: quia tunc supersederi debet, & rescribi princi-
pi: & expectari secunda iussio principis. Ita loquitur
text.in c.si quando.cum ibi nota.per Feli.de rescrip.&
in §.deinde competens.in auth.de manda.princ.col.3.
Et ita procedant ea, quæ dixi in secunda parte, in ter-
tio, quarto, & quinto argumẽto. Si tamẽ ipse delegatus
vellet exequi & nõ supersedere, nec rescribere princi-
pi, an possit sibi violenter resisti? Dic quod non: ex quo
exequitur negocium sibi expresse commissum per prin
cipem: vt dicit tex.in d.extraua.qui sint rebelles, & ibi
Bar.in glo.in ver.rebellando.in princ.Fateor tamen, quod
possit appellari, ad hoc vt expectetur secunda iussio
vigore dispositionis iuris.per d.c.si quando.& d.§.de-
inde competẽs.& post appellationem, si vellet exequi,
tunc posset resisti: quia per appellationem negocium
est deuolutũ ad superiorem: & ipse remanet priuatus.
ita notanter tenet Innoc.in d.c.si quando & ibi etiam
Abb.& Felin.& Old.in d.consi.89.
34 ¶†Aut delegatus non habet in commissionem à prin
cipe expresse, vt extraiudicialiter procedat & exequa-
tur: sed est delegatus ad iustitiam: & tunc si procedit
extraiudicialiter, excedit ordinem sibi commissum: &
potest sibi impune resisti, etiam violenter & indistin-
cte: & in hoc concordant omnes doctores, & nullus di
screpat, siue grauamen sit reparabile, siue irreparabile,
ex quo tunc procedit vt priuatus. Ita tenet Abb.in ca.
conquerente.colum.2.ver nota.bene hanc glos.&c.de
restit.spol.& ita intelligitur tex.in l.prohibitum.C.de
iure fisc.lib.10.& quod not.Innc.& An.in dicto capi.si
quando.& Flo.in l.quemadmodum.§. magistratus.ff.
ad l.Aquil.& Bart.in dicta l.versi.rebellando.& Alb.
in c.dilectus.el primo.in quarto not.de rescrip.in qui
bus locis non distinguitur.an executio sit reparabilis,
vel non: & meritò, quia procedendo extraiudicialiter,
procedit vt priuatus, & potest sibi resisti sicut cuilibet
priuato: vt not.glos.in l.non videntur.§.qui iussu.ff.de
regu.iur Hoc etiam colligitur ex dictis Par.in tractat.
synd.in ver.resistentia.in prin.& ita procedat id, quod
dixi supra in secunda parte, in secundo argumento, &
in omnibus aliis sequentibus.
35 ¶†Quod autem dixi in iudice procedente extraiudi-
cialiter, idẽ dicas, si procedat iudicialiter in negocio
sibi non commisso: quia respectu illius negocij nõ ha-
bet iurisdictionem: & potest sibi impune resisti. ita di-
cit Abbas in dicto capit.si quando.in secundo not.re-
ferendo ibi Innocen.& ita procedit text.in dicta l.cõ-
tra.C.de execu.& exact.lib.12.& not.Bart.in dicta glo.
in ver.rebellando.in princip.
¶Secundo casu principali, s. quãdo procedit iudiciali
ter, & in forma iudicij, & vult exequi iniuste, & tũc aut
executio est irreparabilis, vt quia vult aliquem torque
re, vel mutilare, vel occidere iniuste.& tunc sibi potest
indistincte resisti, & ita communiter tenent omnes, &
in hoc nullus discrepat, maxime Felin.in d.ca.si quan-
do.colum.penult.in 3.fallen.& ibi etiam Abb. vbi sen-
tit, quod tunc non est opus appellatione, licet Bald.te-
neat contrarium in l.vt vim.in septima q.ff.de iustitia
& iure.vbi dicit, quod debet prius appellari, & postea
resisti opin.Bald.est potius ad cautelam: quia commu-
niter omnes doctores nõ requirunt appellationem de
necessitate in isto casu. & ita intelligitur l.omnes.C.
de decurion.libro 10.quod notat Ias.in dicta l.vt vim.
colun.6.in princip.
36 ¶†Aut executio est reparabilis, quia potest per appel-
lationẽ reuocari, vt quia sumus in causa ciuili, vel alia
executione pecuniaria & reuocabili, & tũc aut sentẽ-
tia est lata contra legem, & est euidẽter iniusta, vel est
alter ipso iure nulla. nam quando sententia est noto-
riè iniusta.& contra legem, dicitur continere nullita-
tem: vt habetur per Abba.& Felin.in ca.inter cæteras,
de re iudi.& in isto casu potest similiter indistincte re
sisti officiali volenti exequi, quia cẽsetur de facto pro-
cedere, non de iure: ex quo sententia nulla, nõ meretur
de iure executionem. Ita tenet Dyn.in d.c.quod quis.
de reg.iuris.lib.6.quem sequitur Bar.in d.l.vt vim.col.
j.vbi dicit, quòd nihil addit, sed ea quæ dicit Dyn.ibi.
& ita intelligitur glo.in c.ex literis.de offi.delegat.se-
cundum Abba.in d.c.si quando.eod.ti.vbi tenet hanc
partem & Abb.in c.pastoralis.§.quia vero.col.3.de of-
fic.deleg.& Alex.& doctor.in d.l.sed eximendi.§.item
si quis.ff.ne quis eum.& ita procedant omnia argumẽ
ta producta pro secunda parte.
¶Aut sententia est iniusta contra ius litigatoris, ex
qua iniustitia non potest oriri nullitas, quia valet, sed
est iniusta: & tunc si transiuit in rem iudicatam, vel nõ
fuit ab ea appellatũ, debet mandari executioni.& non
potest aliquo modo resisti.& imputatur ei, qui non ap
pellauit, & ita loquitur textus in ca.pastoralis.§.quia
37 vero.secundum Abbatem in princip.†& ita procedẽt
omnia iura, quæ dicunt esse obediendum præcepto su
perioris, siue iusto, siue iniusto: scilicet, dummodo non
sit ipso iure nullum, vel non contineat notoriam iniu-
stitiam. Ita enim procedunt ea, quæ supra allegaui pro
prima parte in 3.4.7.8.9.21.& 22.argumẽto. Idem tenet
Abbas in dicto capitul.si quando.de officio delegati.
Fateor tamen, quod sententia nondum transiuisset in
rem iudicatam, & delegatus committeret ordinario
sententiam exequendam, posset ordinarius sciens eam
esse iniustam, instare delegato precibus, vt eam nõ exe
quatur, sed principi rescribat.& ita procedat textus in
dicto capitul.si quando.ex quo ibi is, qui interesse præ
tendebat, aliter non resistebat: tunc ordinarius nõ po-
test aliud facere, nisi instare precibus, non autem vio-
lenter. Et hoc colligitur ex dictis Innocen.in dicto c.
si quando.secundum Abbatem ibi in 2.col.in fin. Et ita
procedat, quod dixi supra in prima parte, in 13.argum.
Idem est, quando est dubium, vtrum sententia sit iusta
vel iniusta: quia est obediendum, & non potest resisti
propter authoritatem iudicis, qui habet præsumptio-
nem pro se. ita dicit Dyn.in dicto capitu.quod quis.&
ita debet intelligi, quod dixi supra in prima parte, in
8.argumento.
38 ¶†Si vero à tali sententia fuit appellatum, & tunc
pendente apellatione nõ potest iudex à quo exequi: &
si exequeretur, posset impune sibi resisti l.quoniam iu
dices C.de appella.& not.Inno.Abb.& Felin.in d.c.si
quando.de offic.delega.& ratio est, quia post appella
tionem iudex à quo, efficitur incompetens, ex quo ne-
gocium deuoluitur ad superiorem: & sibi tanquam in-
competenti impune non paretur.l.fi.ff.de iur.omn.iu-
dic.& c.2.de constit.libr.6.ita tenet Bald.in l.addictos.
C.de epis.aud.& Oldra.in d.consi.89.

39 ¶ † Item, in omnibus casibus, in quibus tenui posse resisti iudici, potest procedere tam in delegato, quàm in ordinario iniuste exequête & in omnibus illis casibus, in quibus potest quis de facto resistere, potest etiã conuocare amicos & coniunctos & etiam côducere stipêdiarios pro defensione sui & rerum suarum: vt no. Baldus in l. si aquam. colum. 13 in princ. in versi. nota quòd triplex est bellum, &c. C. de seruitu. & aqua. per ea quę not. in dicta l. 3. § cum igitur. ff de vi & vi armata. quia hæc censetur quædã defensio, quę in omnibus est permissa, etiam contra officiales. vt tenet Pet. Phil Corn. in côsi. 107. col. 3. in primo vol. Et ita procedunt ea, quæ dixi supra in 10 argumento secûdæ partis Si ergo possunt côuocari priuati ad defensionem, quia de iure ciuili non tenentur alium extraneũ defendere, licet possint, si volunt, vt notat Felin. in cap. quantæ. de sentêtia excommu. quanto magis potest côuocari officialis, & sic ordinari⁹ loci, qui tenetur defendere subditos: per dict. l. illicitas. in prin. & § ne potentiores. ff. de offic. præsid. & Felin. in dicto c. quantæ. & dixi in secûda parte, in secundo argumento.

40 ¶ Superest † modò respondere ad argumenta contraria, adducta pro prima parte. Et primò, non obstat, quòd delegatus principis sit maior ordinario: quia intelligitur maior solum respectu negocij sibi commissi. Ita dicunt omnes doctores qui ad hoc allegantur in primo argumento. Sed per principem censetur commissum, vt iustitiam faciat. capit. cum æterni. de re iudic. lib. 6. vnde omnes illi casus, in quibus conclusi posse sibi resisti, sunt extra suam commissionem, & sic nô dicitur maior in illis: quia remanet vt quilibet priuatus

41 ¶ † Non obstat l. diuersis. C. si aduersus rem iudicatam, quam allegaui in primo argumento: quia ibi loquitur de restitutione in integrum, quæ præsupponit sententiam valere. ex quo datur ad rescindendam sententiam, quæ si esset nulla, non esset opus restitutione in integrum: vt in toto titulo. C. in quibus causa in integ. restit. non est necess. vnde quando valet sententia, verum est, quòd ordinarius non potest se impedire côtra eam, vt supra côclusi & est necesse, quòd adeatur princeps. Sed in casibus, in quibus conclusi posse resisti delegato principis, si resistunt aliqui, ideo est, quia sententia non valet vel continet manifestam iniustitiam, vel vult exequi in casu sibi non commisso, vt supra facit, quod no. Cardi in clem. 2. § not. de hæret. vbi prælatus potest amouere inquisitorem datum à papa, vnde non cêsetur inferior imponere legem superiori, sed exequitur legis authoritatem.

42 ¶ † Non obstat quod dicitur in secundo argumêto, quia fateor, quod per delegationem cêsetur ablata iurisdictio ordinario, vt non possit procedere in illa causa alteri commissa, non tamen censetur abdicata potestas ordinario, vt non possit defendere subditum à violêtia sibi inferenda à priuato per dictam l. illicitas. ff. de officio præsid. & per Felin. in dicto ca. quantæ. de sententia excommu. Nam in casibus in quibus conclusi posse resisti delegato, remanet delegatus: vt priuat⁹, non vt iudex: merito sibi, vt priuato, resistitur per modum cuiusdam defensionis: quia contra ius exequitur delegatus, quod non censetur esse sibi mandatum per principem, sed potius contrarium per dictum capitu.

43 cum æterni. sicut in simili videmus. † nam quando aliquis laicus iniuste opprimitur ob aliqua persona ecclesiastica, potest implorare auxilium iudicis secularis, vt per modum cuiusdã defensionis sibi adsistat, citando per edictum dictam personam ecclesiasticam, si sua putauerit interesse: & sic potuerit restituere laicũ contra personam ecclesiasticam in possessionem, qua fuerat spoliatus, non obstante, quod illa persona ecclesiastica non sit sibi subiecta. & de hoc est prouisum in regno per capitulum regni, quod incipit, Omnis prædatio. & aliud, quod incipit, Ad regale fastigium. & aliud, quod incipitur, Finis præcepti charitas. & habetur plene per Matthæum in decision. 1. & decisiô. 24. consi. Neap.

44 ¶ † Non obstat, quod dicitur in septimo argumento, quòd authoritas iudicis facit licitũ, &c. quia illud procedit, quando interponitur, secundum ius, & iuris ordine seruato: alias nihil operatur authoritas iudicis, secundum Abbatem in c. consultationibus, columna 2. de iure patrona.

¶ Non obstat, quod est proditum generale remediũ appellationis: vt dicitur in 12. argumento, quia illud remedium est inductum ad reparandum grauamen illatũ per iudicem: secus, si iudex procedit, vt priuatus extra officium sibi commissum, vel exequendo sententiã nullam, vel notorie iniustam, vel post appellationem: quia tunc per modum defensionis sibi resistitur, sicut cuilibet priuato. Ad alia argumenta adducta pro prima parte, satis potest colligi responsio ex his quæ dixi supra in solutione Et ex his sit impositus finis huic notabilissimæ & quotidianæ quæstioni, quã credo nô fuisse hactenus per quempiã ita plene examinatam. Laus Deo. Datum Venusij Die vigesimosecundo Iulij 1519. in die beatæ Mariæ Magdalenę. Disputatio tamen fuit per me Robertum Marantam postea in ciuitate Salerni in publico studio Salernitano Die 19. Octobris Anno 1519. Robertus Maranta Venusinus. I. V. D.

VTRVM IN REGNO SICILIÆ præsumatur, quilibet ciuitas viuere iure Longobardo, vel iure Romano: & an ius Lõgobardum præferatur iuri Romano in regno.

SVMMARIVM.

1 *Ius Longobardum an præferatur iuri Romano in regno: vel econtra & nu. 19.*

2 *Ius Francorum dicitur ius speciale & onerosum, & allegans ipsum debet probare, quia est contra ius cõmune. & nu. 45.*

3 *Ius Longobardum nõ est lex, neque ratio, & ideo recessit ab aula.*

4 *Ius Longobardum non seruatur, nisi in loco vbi esset eius consuetudo. & 6. & 9.*

5 *Ius Longobardum est ius asininum. & 34.*

6 *Ius Longobardum est lex inualida.*

8 *Ius Longobardum dicitur lex vulgaris.*

10 *Lex regni transfertur cum ipsa translatione regni. & 15.*

11 *Lex quamuis dura & iniusta, seruanda est*

12 *Consuetudo cõtra constitutiones regni, est reprobata.*

13 *Scire, & scire debere, sunt paria.*

14 *Andreas de Isernia dicitur legum euangelista, & est maioris authoritatis. quàm Lucas de Penna.*

15 *Notarius vnius comitatus potest facere instrumentũ in alio, volente domino illius.*

16 *Intellectus verus ad constitutionem, Puritatem, reprobata opinione Matthæi. & numero 17. 19. 20. 21.*

19 *Dictio, videlicet. quid importet.*

18 *Iuris communis appellatione in regno, venit etiã ius municipale.*

20 *Ordo scripturæ designat ordinem obseruantiæ: item dat regulam & ordinem intellectus.*

Et

Et si reperiantur duo instrumenta in eadem charta, præsumitur prius, illud quod præcedit.

21 *Ordo scripturæ non inspicitur, quando mens deponẽtis est certa.*

22 *Clausula inserta in medio vnius cap. ad illud tantum refertur.*

23 *Consuetudo habet vim legis, & dicitur lex municipij.*

24 *Clausula refertur ad vnum tantum capitulum, quã do potest assignari ratio, quare non referatur ad alia.*

25 *Ordo positus gratia exempli, non est seruandus.*

26 *Ordo scripturæ non inspicitur, vbi habemus ordinẽ intellectus.*

27 *Ordo scripturæ non attenditur, quando perturbat ordinem necessitatis.*

28 *Iuris appellatione simpliciter venit ius Romanum per antonomasiam. & 30.*

29 *Correctio legum est euitanda.*

31 *Dignior censetur ille, qui prænominatus est in disputationibus.*

32 *Dignius præfertur minus digno. Ius Romanum est dignius iure Longobardo.*

Dignitas maior est illa, quæ acquiritur à principe, quàm quæ ab inferiore.

33 *Leges imperatorum dicuntur procedere à Deo, quia imperator dicitur diuina prouidentia cõstitutus: & est sicut Deus in cælo.*

34 *Leges iurisconsultorum fuerunt factæ cum tanta iustitia, vt in eis iniustitia inueniri non possit.*

Iuris Longobardi obseruantia non est necessitatiua præcisè. & 35.

35 *Dictio, prout, est relatiua & limitatiua.*

36 *Mundualdus datur mulieribus, tantum viuentibus iure Longobardo. & 37.*

Argumentum à contrario sensu, habet locum in statuto.

37 *Testamentum mulieris, an valeat sine mundualdo. & 38.*

38 *Cõsuetudo cuius initij nõ extat memoria, habet vim priuilegij & legis.*

Consuetudo generalis est in regno, quòd iure Romano viuatur.

Ius Longobardum excludit cognatos à succedendo.

Amittit filios naturales.

39 *Probatio, quod viuatur iure Frãcorum, sumitur ex eo quòd aliàs ita vixerunt illi de domo.*

Consuetudo notoria est illa, quæ probatur ex inspectione plurium instrumentorum: & sufficit eam allegari.

40 *Consuetudo nulla est fortior, quàm illa, quæ est cõformis cum iure communi.*

Consuetudo dubia recipit interpretationem à iure communi generali, non à locali.

41 *Ius Longobardum probari debet per eum, qui ipsum allegat.*

42 *Inter viuentes iure Romano, deciditur secũdum ius Romanum, inter viuẽtes iure Longobardo, secũdum ius Longobardum.*

43 *Ius Longobardum non fuit confirmatum per Imperatores in regno, sed potius reprobatum.*

44 *Authoritates doctorum sunt probabiles, sed non necessariæ.*

45 *Ius Longabardũ potius præsumitur, quàm ius Frãcorum.*

Disputatio 2.

AMBIGVA & diutissimæ inter regnicolas ventilata est quæstio, an ius Longobardum præferatur iuri Romano in hoc regno Siciliæ: secundum quod ius debet prius iudex iudicare. Et quoniam ista quæstio fuit mihi visa nõ solum vtilis, verum etiã necessaria, in hoc regno maximè, & ipsam hactenus bene discussam non reperio, ita, vt claram conclusionem haberemus, propterea cogitaui eam pro viribus examinare: & ad veram conclusionem, prout mihi iuris esse videbitur, redigere, vt in futurum faciliorem viam
1 aliis considerandi aperiam. ¶ † Et primò pro parte affirmatiua, quòd ius Longobardũ præferatur iuri Romano in regno Siciliæ, adducitur cõstitutio regni quę incipit, Puritatem. qua cauetur, quòd iudices iurẽt de sententiando prius secundum constitutiones regni: deinde, secundum consuetudines approbatas: & deinde, secundum iura communia, Longobarda videlicet & Roman. Et sic in ordine præmittit ius Longobardum, & postea Romanum. vnde ille ordo verborũ datus per illam constitutionem designat ordinem executionis: per ea quæ habentur plene per Abbatem & Felinum in c. cum dilecta. de rescriptis. & ex consequenti iudex debet in iudicando pręferre ius Longobardum iuri Romano intantum, quòd dicit And. de Iser. in dicta consti. Puritatem. quòd illi qui non vtuntur eo iure propter consuetudinem, non excusantur: quia esset consuetudo contra constit. regni, quæ consuetudo reprobatur in proœm. constitutionum. §. fi.

¶ Secundò adduco authoritatem Andreæ de Isern. in prælud. feud. in tertia quæstione princip. vbi expresse tenet, quòd in regno Siciliæ seruatur ius Longobardum: quia constitutio regni hoc præcipit. Et ibidem circa finem illius quæstionis dicit, quòd illi, qui non seruant dictum ius, non excusantur consuetudine per rationem prædictam. ¶ Tertiò adducitur authoritas gloss. in constitutio. vt vniuersis. in gloss. in versi. aut in defectu &c. quæ in iudicando similiter præponit ius Longobardum iuri Romano. & magna est authoritas gloss. ¶ Quartò adduco authoritatem Andreę de Isern. in constit. pręsenti lege. la 3. & in constit. si quando cõtigerit. vbi similiter dicit. ꝙ ius Longobardum præfertur iuri Romano. cuius Andreæ magna est authoritas in hoc regno, quia appellatur legum euangelista.

2 ¶ † Quintò adduco eundem And. in c. Imperialẽ. § præterea ducatus. col. 2. fi. de prohi. feud. alien. per Freder. vbi expresse dicit, ꝙ in regno viuitur iure Longobardo: & ille qui allegat ius Francorum, debet illud probare, cum sit ius speciale in regno. ¶ Sextò adduco eũdem And. in c. j. in ver. bona vacantia. quæ sint reg. vbi pluries dicit, ꝙ in regno seruatur ius Longobardum. ¶ Septimò adducitur authoritas Matth. de Afflict. doctoris Neapolitani in deci. 248. consi. Neapoli. in 2. col. vbi dicit, quòd in regno præsumitur, quòd viuatur iure Longobardo: vnde qui dicit contrarium, probare debet. ¶ Octauò adducitur authoritas Alexan. in l. pro herede. §. fin. ff. de acquirend. heredi. vbi. Alexan. refert Andreas de Iser. in prælud. feudorum: & concludit de mente An. quòd saltem Longobarde leges quæ fuerũt conditę ab imperatoribus, seruari debent, cum sint generales. ¶ Nonò extat authoritas eiusdem And. in constit. vt vniuersis. circa finem. vbi dat ordinẽ quomodo procedatur in regno, s. vt primo iudicetur secundũ cõstitutiones, deinde secundũ consuetudines: & demum secundum ius Longob. & postea secundum ius Rom. ¶ Decimò idem A. in consti. speciale dicit, ꝙ prius seruatur ius Longobar. & postea ius Roma. ¶ † Pro parte
3 vero contraria negatiua, ꝙ istud ius Longobar. nõ sit in vsu, adduco primo authoritatem Odofre. & Bald. in authen. dos data. C. de don. ante nup. vbi dicunt, ꝙ lex Longob. non est lex neq; ratio, & ideo recessit ab aula.

4 ¶ † Secundò adducitur idem Bald.in l.si inuita.in fi. C. de nupt.vbi dicit,quòd de iure isto Longobardo non est curandum,nisi in loco vbi esset eius obseruantia,secundum consuetudinem loci:sed in hoc regno est potius contraria consuetudo:quia non seruatur,vt infra.
6 ergo de eo non est curandum.¶ Tertiò adducitur † dictio Andr.de Iser.in c.j §.fin.in fin.de no.feud.vbi dicit,quòd ius Longobardum est ius asininum,& caret
6 ratione:& ideo non seruatur vbilibet. ¶ † Quartò dicit idem Andr.in c.j.colum.de feud.cogni. iudex cessantibus consuetudinibus debet vti lege Romana vel Longobarda,vbi illo iure viuitur. Vnde præponit ius Romanum iuri Longobardo & dicit, quòd ibi seruari debet ius Longobardum,vbi illo iure viuitur.vnde innuit,quod est ius speciale,sicut dicimus de iure Francorum.Ergo probari debet, quod eo iure viuitur per ea quæ not.And.de Iser.in d.c.imperialem.§.præterea ducatus.dum loquitur de iure Francorum.

7 ¶ † Quintò,adducitur authoritas Archidia.in ca.quicunque.xj.q.j vbi dicit quod lex Longobarda, est lex inualida,& non potest confirmare aliam legem inualidam.¶ Sexto,adducitur authoritas Aluar.in prælud.feud.in ver.collat.in 4 quæst.& vbi confirmat dictum
8 Bald.in authen.dos data.& in d.l si inuita.¶ † Septimò, dicit Archidiaco.in cap.cum deuotissimam.xx.quæst. 2.quod ista lex Longobarda appellatur lex vulgaris: prout etiam textus ibi appella,ex eo, quia ab hominibus vulgaribus & rudibus fuit composita: vnde tanto
9 minus debet seruari.¶ † Octauò,adducitur authoritas Lucæ de Penna in l.j.C.de procuratorib.& conducto. libro xj.vbi dicit, quod ius Longobardum non debet præferri iuri Romano,nisi vbi seruatur de consuetudi
10 ne.¶ † Nonò,adducitur dictum Bald.in cap.translato. de constitutionib.vbi dicit,quod translato regno siue imperio,transfertur etiam lex regni. vnde licet illud ius Longobardum potuisset seruari tempore,quo erant illi reges Apuliæ:tamē quia regnum fuit postea ab eis translatum,debet censeri translata etiam lex eorum: & sic dicta lex Longobarda non debet seruari, sicut dicimus de lege Mosaica,quæ fuit translata in legem euangelicam,vna cum trāslatione sacerdotij.in Christum.

¶ Decimò & vltimò,adducitur authoritas Matthæi de Afflict.doctor.Neapolitani,in dicta constitutione, Puritatem.in quarta column.vbi firmat opin Lucæ de Penna.scilicet quod ius Longobardum non præferatur iuri Romano.ibi dicit,quod ista opinio semper sibi placuit,& dat vnam expositionem ad dictam constitutionem, Puritatem.quæ in rei veritate, salua ratione recti sermonis,non potest procedere, vt infra dicam.

¶ Habemus ergo hucusque decem authoritates pro vna parte,& decē pro alia.vnde quæstio redditur valde dubia.Si quis tamen vellet tenere primam, quæ videtur fulcita authoritate authentica, scilicet per textum in dicta constitutione,puritatem.posset respondere ad omnes decem authoritates contrarias. Et primò ad dictum Bald.& Odofred.in d.authen.dos data posset dici,quod Bald.& Odoffred.non fuerunt regnicolæ:vnde verisimiliter non potuerunt habere notitiam constitutionum regni:quæ non seruantur in regionibus eorum.Dicta ergo eorum procedunt de iure communi.quod postquam superuenit ius cōmune Romanorum,illud Longobardum recessit ab aula, sed quia ius municipale huius regni, prout est dicta constitutio,Puritatem.iubet illud seruare,tenemur nos regnicolæ obedire illi constitutioni.Et eodem modo potest respōderi ad dictum Bald. in dicta l.si inuita.C.de nuptiis.Vel potest dici,quod illud dictum Bald.facit pro prima parte:quia dicit,quod de eo non est curandum, nisi in loco,vbi tali lege Longobarda vtuntur: sed in hoc regno necessitamur ad vtendum tali lege,per dictam constitutionem, ergo est de tali iure curandum.

11 ¶ † Ad dictum Andreæ de Iser.in dicto capit.j.de notis feud.potest responderi,quod Andr.est sibi cōtrarius,quia in pluribus locis tenet,quod seruatur tale ius in regno, vt supra retuli in prima parte.vnde dici potest, quod melius fuit tunc loquutus:ex quo habet pro eo text.dict. constitution. Nec obstat,quod illud ius sit asininum & sine ratione:quia in lege hoc non consideratur.nam licet lex aliqua sit dura vel iusta, tamen seruanda est: quia ita vult legislator,vt dicit text.in l.prospexit.ff. qui & à quibus.

12 ¶ † Similiter ad dictum And.in c.j.de feud.cognit. potest responderi,quod nō debet inspici ordo scripturæ ipsius And.cum habemus ordinem legis.& si And. dicit quod debet seruari,vbi eo iure viuitur,debet cōcordari cum aliis suis dictis.Et facias consequentiam cum minore:In hoc regno viuitur eo iure,ergo in regno seruari debet.& si negares minorem,quod non viuatur eo iure in regno,hoc esset ex contraria consuetudine,quæ est reprobata cōtra constitutionem:per textum in procem.constitut.§.fin.vnde si ita non viuitur, sufficit quod ita viuere debent homines & ita necessi
13 tantur:per d.constitut. † ad quod facit illud,quod dicimus:scire & scire debere,sunt paria.l.quod te.in fin.ff. si certum petatur.& c.vasallus si feudum.& ibi Aluar. in primo nota.si de feud.fue.contro.& gloss.in l.penul. C.de pericu.tut.

¶ Ad dictum Archi.in d.c.quicumque.& in d.c.cum deuotissimam.& ad dictum Aluar.in prælud.feud.responderi potest eodem modo,quod loquuntur de iure cōmuni,sicut dixi de dicto Bald.

14 ¶ † Ad dictum Lucæ de Penna,potest responderi eodem modo,prout dixi ad dictum Andreæ supra Dicit enim,quod vbi seruatur de consuetudine, præfertur iuri Romano:sed in hoc regno seruatur vel seruari debet per dictam constitutionem, Puritatem.ergo præfertur.Præterea in regno est maioris authoritatis An. Iser.qui appellatur legum euangelista,quàm Lucas de Penna,vnde debet præferri dictum Andr.qui contrarium tenet,maxime in prælud.feu.in 3.q.¶ Ad dictum
15 † Bald.in c.translato.responderi potest,fatendo dictū suum,quod cū translatione regni,transferatur & lex: nisi nouus regnator legem veterem confirmet: quia tunc seruatur lex vetus ex noua constitutione, quia ita vult nouus dominus.Ita proprie dicit Andr.in prælud.feudorum.in quarta quæstion.& ibi subdit exemplum de notario vnius, qui potest facere contractum in alio comitatu,volēte domino illius comitatus. Sed nouus dominus in regno translato,qui fecit dictā constitutionem voluit conferre ius Longobardum, ergo
16 seruari debet.Ad † dictum Matt.in dicta constitutione,Puritatem,potest responderi,prout responsum fuit ad authoritatem Lucæ de Penna.ex quo ipse imitatur, & confirmat opinionem Lucę.Et dum ipse Matthæus dat nouam expositionem ad dictam cōstitutionem,faciendo vnam extraneam cōstructionem,dico quod talis sua cōstructio,vitiat penitus literam illius constitutionis,& non posset saluari salua ratione recti sermonis. Nam verba constitutionis sunt hæc formalia, videlicet,Ac demum secundum iura communia,Longobarda videlicet & Romana, &c. Et sic primo ponit dictum in genere,scilicet secundum iura communia: deinde illud genus exemplificat per dictionem, videlicet Et in illa exemplificatione ponit æqualiter ius Lōgobardum,& Romanum, designans, quod ambo sunt iura communia & præponit in ordine ius Longobardum. Illa ergo determinatio, scilicet iura communia &c relata ad ista duo determinabilia, scilicet ad ius Longobardum, & Romanum, debet ea pariformiter determinare: scilicet, quod ambo dicantur iura communia.lege nam hoc iure.& lege Lucius ff. de
17 vulgari & pupillari. † Et hoc perpenditur ex illa dictione,videlicet:quæ est dictio declaratiua & restrictiua pr

ua præcedentium,secundum Bart.in l.j.ff.ad l.Aqui.&
Fran.de Arc.in l.si fundum.no.in capitul.statutum. &
ibi Gemi.el 2.de heret.lib.6.& est text.in capitul.trans-
missa.de eo,qui cognouit consanguineam vxoris suæ.
& in l.cum quidam.§ j.ff.de vsur.& Ias.in l.idē in duo-
bus.§.personale.in primo.nota. ff. de pac.& in l.iusiu-
rando,quod ex conuentione.§ procurator.colum.4.ff.
de iureiuran.Vnde conclusiue per illam dictionem,vi-
delicet,illa iura communia declarantur, & restringun
tur æqualiter ad iura Longobarda & Romana cum or-
dine suo,qui colligitur ex ipsa scriptura:per quam de-
clarationem,quæ est verissima,prout verba & mens le
gislatoris sonant,apparet non procedere illam exposi-
tionem,quam facit præfatus moder.Neapolitanus dū
dicit,debere illa verba consti.ita cōstrui. videlicet,Ac
demum secundum iura communia Romana & Lógo-
barda,& sic vult peruertere ordinem constitutionum.
Assignat ipse rationem:quia ius Longobardum nó est
commune,sed est speciale in hoc regno : & ideo illud
adiectiuū, communia,non potest referri ad ius Lon-
gobardum,quod nó est ius commune : vnde de neces-
sitate refertur ad ius Romanum : & sic reperitur prius
in ordine literæ ius Romanum,secundum eum.

¶Mihi videtur quod talis cóstructio non procedit:
quia non potest,salua ratione recti sermonis, procede
re , vt supra dixi:nam peruertit ordinem illius consti.
contra mentem Imperatoris.Ad rationé domini Mat-
thæi respondeo,quod immo illud adiectiuum,commu
nia,potest referri ad ius Longobardum:nā dato quod
sit ius speciale in hoc regno,quia tamen seruatur,facit
ius commune in regno:& cum dicta constitutio inté-
dat ponere legem in hoc regno tantum , quia extra re-
gnum non extendit vires suas,voluit loqui de iuribus
18 seruandis in regno:† in quo omne ius municipale seu
speciale totius Regni,dicitur ius commune, ex quo de
rogat iuri communi. Ita dicit Alex. in l.post dotem.
columna decima.ff solu.mat & Alex.in addi. ad Bal.in
l.constitutionis.in fin.vbi etiam Bart.senti.C.de bon.
quæ libe.& Bal.in l.illa institut.in fi.ff.de here.institu.
& Lud.Ro.in rub.ff.de arbi.vbi dicunt,ꝙ si est cópro-
missum in arbitrum,qui debet pronunciare secúdum
ius commune,debet talis arbiter pronunciare secun-
dum ius municipale illius loci : quia tale ius facit ibi
ius commune,secundum eos Sic ergo in proposito:li-
cet ius Longobardum sit speciale in hoc regno,tamen
facit in eo ius commune.Vnde per prædicta merito il
la verba constitutionis debent intelligi,prout iacent:
quia possunt referri tam ad ius Longobardum,quam
ad ius Roman.Hæc autem salua excusatione dixi,non
vt audeant attentare contra interpretationem domini
ac preceptoris mei recolendæ memorię,qui nempe iu
ris huius regni illustrator merito potuit appellari:sed
quia credo veritatem dicere,quæ cūctis rebus est præ
19 ferenda.¶Et licet hæc †prima pars videatur bene de-
fensata ab impugnationibus contrariis tamen pro so-
lutione & conclusione huius vtilissimæ.quæstio.ego
teneo 2.partem contrariam, scilicet ꝙ immo in regno
ius Longobard.non preferatur iuri Rom.immò ipsum
ius Roma.est in viridi obseruantia:& eo iure quilibet
præsumitur viuere in regno,nisi ex aduerso contrariū
probetur.Et firmo hanc conclusionem ꝙ alleganti , ꝙ
in regno viuatur iure Longobar.incumbat onus pro-
bandi. Quam conclusionem probabo non solum per
ll.iuris communis,sed etiam per ipsámet const.regni,
& etiam rationibus vrgentissimis. Et quia omnes au
thoritates contrariæ,quæ fouent primam partem,ni-
tuntur ex sola decisione illius const.Puritatem.quæ vi
detur esse principale fundamentum opinionis contra
riæ,prius nitat tale fundament.delere:& sic omnes au
tho.corruent,quæ per eam fundantur.capi.cum Pau-
lus.j.q.j.¶Assumo ergo verba dict.const.Puritatem.&
venio ad ipsius interpretationem,per quam clare de-
monstrabo,quod illa consti. non meretur allegari pro
20 illa j.parte,sed potius pro hac 2.quam teneo.Et † præ
suppono,quod dubium faciebat ille ordo scripturę,in
quo ius Longob.prius nominatur , quam ius Roman.
vnde debet prius seruari:argumen.l.quoties.ff.de vsu-
fru.& l.generaliter.§.siquidem.ff.de fideicom.li.Hinc
dicit Bal.in l.aduersus.C.fur.quod prior in ordine scri
pturæ,præsumitur prior de tempore, & dicit Bald.in l.
prima C.de im pub.& al.sub.quod ordine scripturæ da
tur regu.Et dicit Bar.& Bal.in prima consti. C.col.fi.ꝙ
si reperiuntur duo instrumenta scripta in eadem char
ta,præsumitur prius illud , ꝙ procedit ex ordine scri-
pturæ.& Bal.in l.si duas.in princi.ff. de excu. tut. dicit,
quod ex ordine scripturæ præsumitur ordo intellectus
Idem notat plene Felin.in capitulo.cum dilecta. col.4.
de rescrip.

21 ¶†Ad hoc præsu.respondeo,vt incipiam tollere du
bium & dico sic : Quando mens disponentis est certa,
non curatur nec inspicitur ordo scripturæ in lege. Ita
tenet Bar.per illum text.in l.cum pater.§.fidei. ff.de le.
secund.& idē Bar.in l.2.§.prius.in fin.ff.de vulg.& pup.
& ita intelli.text.in l.nec enim.ff.de solut. Idem tenet
Bal.in dicta l.si duas.vbi dicit,quod quando dispositio
loquentis est certa,non curamus ordi. verborum.sed
in terminis d.constit.Purit.mens disponentis est certis
sima , qualiter & quando velit seruari ius Longob.vt
modo declarabo : ergo non debemus curare illū ordi-
nem,quod sit certa mens disponentis. Probo : Nam
verba formalia constit.sunt hæc:videlicet,Ac demum
secúdum iura communia,Longob.videlicet & Roma.
prout qualitas litigantium exegerit,iudicabunt , &c.
Nota ergo,quod illud verbum, iudicabunt, determi-
nat totam orationem præcedentem:& tamen ante quá
oratio sit perfecta,est inserta illa clausula, prout quali
tas litigantiū exegerit, &c.Quæ clausula debet referr-
ri ad hoc vltimum capitul. scilicet dum loquitur de
22 iure communi Long.& Roma.pluribus de causis.† Pri
mo,quia est inserta in medio ipsius capit.scilicet,ante
quam oratio esset completa : quo casu ad ipsum tātum
capi.refertur,& non ad alia præcedétia secundū Bart.
in l.talis scriptu.col.2.circa fin.ff.de le.primo & Bar.in
l.fi.ff.de reb.dub.per tex.& ibi glo.in l.filium. ff.quan-
do di.leg.ced.& per Phi.Deci.in cons.14.col.3.in fi.ver.
& cum talis &c. Secundo,quia supra præcesserunt in
d.const.secundo alia ca.Primum scilicet,quod iudices
iudicent secundum constit. secūdum quod in defectu
earum, iudicent secundum mores approbatas : ac de-
mum secundum iura communia.&c.& ad illa 2.c.præ-
cedentia referri nó potest illa clausula, prout qualitas
litigan.&c.quia resultaret legum contrarietas : quia lé
gislator vult,quod omnino seruentur consti.regni, nō
attendatur qualitas litigantium , nec consuetudo cō-
traria:vt in procem.cōst.§.fi.Item † vbi est consue.ap-
23 probata in ciuitate,illa habet vim legis: & illam tenen
tur omnes de illa ciuitate seruare,quia dicitur lex mu-
cicipij.l.prima Cod.de eman.li.& l.de quibus,cum ibi
not.ff.de.leg.& insti. de iure natu. §.ex non scripto.&
capitu.cum consuet.& capitu.fi.de consuet.vnde non
attenditur qualitas litigantis contra antiquam cōsue.
24 † Ergo sequitur,quod stante contrarietate , quæ sem-
per euitanda est illa clausula non potest ad alia capit.
referri ,nisi ad hoc vltim. possit assignari ratio , quare
non referatur ad alia, vt dicunt Bart. Bal.& ibi comm.
doc.in l.prim.Cod.de li.præ.& Bartol. in dicta l.talis.
ff de leg.prim.& in l.si idem cum eodem.§.fin.ff de iu-
ri.om.iu & Alex.in consilio.48.colum.tertia ver.sed ita
prim.vol.Cum ergo d.clausula de necessitate refera-
tur ad vltim.c.clare patet de mente disponentis , quod
non vult iura Longob.præferri ius Roma.sed illa ser-
uari secundum qualitatem.litigantium: prout ibi po-
nit And.de Is.scilicet quod ille, qui viuit iure Lógob.
iudicetur per ius Longo.ille vero, qui viuit iure Ro-

ma. ergo sequitur, quod si litigator viueret iure Roma.non compellitur iudex iudicare,secundum ius Lõgob.& sic non præferet ius Longob.iuri Roma. vnde quia apparet de mente disponentis, non est curandus nec inspiciendus ordo verb.sed sola mens. & ex prædictis colligitur prima ratio in fauorem huius secũd.
25 c.partis,quam sequor ¶ Secundo principaliter,quod† dictus ordo non sit curandus,adduco aliam regul.scilicet,quando ordo ponitur in aliqua dispositione gratia exempli pro doctrina. nunquam censetur positus pro forma,nec seruari debet. Text.est in capitu.decernimus & ibi Card.de iudic.vbi episco.& Abb.præferuntur in ordine archiepicop. & tamen nulli dubiũ est,quod archiepiscop.est dignior,& debet primo nominari:& non est alia ratio,nisi quia illa nominatio fit gratia exempli,vnde non inspicitur ordo. Ita tenet etiam Feli.in dict.capitul.cum dilecta columna.6 ver. secundo declarata &c.de rescrip.sed in dict.constitut. Puritatem.illa nominatio iurium Longob. & Roma. fuit facta gratia exempli. Quod patet per illam dictionem,videlicet.quæ est dictio declaratiua,vt supra dixi. Nam primo dicit secundum iura communia: & postea exemplis declarat,quæ sint ista iura communia: ergo sequitur quod ordo ille non est inspiciendus.

26 ¶ Tertio quia† vbi constat de ordine intellectus,nõ curratur nec inspicitur ordo scripturæ. Ita dicit Bart. in l.ita tamen.§ qui suspectam. & in l. Scæuola in fine. ff.ad Treb sed ibi cõstat de ordine intellectus,qui est, vt in viuentibus iure Longob tantũ seruetur ius Longob & non in aliis,per illam clausulam, Prout qualitas &c ergo non curatur ordo scripturæ.

27 Quartò,quia† quando ordo scripturæ perturbat ordinem necessitatis,non attenditur:immo reducitur ad ordinem necessitatis.ita tenet Bart.in l.Gallus.§. quidam recte.col 2 ff.de lib.& postu. & ibi per alios doc. & Bar.in l.j.in fi.C.de exec rei iud.sed in d.const.est ordo necessitatis:quod in viuentibus iure Romano,cesset ius Longobardum: sed tunc præferatur, quando litigantes eo iure viuerent:ergo iste ordo est attenden
28 dus,non ordo scripturæ. ¶ Quintò,q dictus† ordo non sit substantialis,nec inspiciẽdus, pondero vnam aliam const.videlicet cõsti.Vt vniuersis.vbi sunt similia verba,& nulla fit mentio de iure Lõgobardo: dicit enim, q iudices iudicent secundum constitutiones,& deinde secundum cõsuetudines, ac demum secundum iura:nõ specificando,quæ iura:quo casu in dubio,appellatione iuris simpliciter venit ius Romanũ, per antonomasiam,vt § sed quoties.insti.de iure natu vnde illa consti.sentit totum contrariũ.& sic facit pro parte nostra:quia cessante consuetudine,debet iudicari secundum ius Romanum:ergo præponitur iuri Longobardo.Et hanc ponderationẽ sentit etiã Matth.ad d.cõsti. Puritatem.

29 ¶ †Sed posset aliquis dicere,quod illa constitution. Vt vniuersis.est correcta per constitution.Puritatem quæ est posterior. Respondeo,quod immo non est correcta:quia dicta constitut.puritatem.dicit illud idem:nisi quia addit illam limitationem, in viuẽtibus iure Longobardo:vnde est potius limitatiua,quã correctiua:semper enim in dubio vitanda est legum correctio.l.præcipimus C de appel.& l.sancimus.C.de testa.Dicamus ergo sic,iungendo vtranque consti.quod iudex cessante consuetudine,debet iudicare secũdum iura,scilicet Romana & ita loquitur d.consti. Vt vniuersis.Fallit,quando qualitas litigantium aliud exigeret:quia tunc procedit consti.Puritatem.vnde d.cõstit. Vt vniuersis.ponit regulam.sed consti. Puritatem ponit limitationem.cui regulæ standum est,donec probetur fallentia ca ad decimas.de restit.spo.libr.6.& nota. Bar.& doc.in l.2 ff.si quis in ius vo.non ier.

30 ¶ Sexto,quod dictus† ordo non sit inspiciendus,neque formã inducat,pondero nouiter vnam aliã consti. ab aliis non ponderatam,qua incipit. Cum circa quæ mandat iudicibus & officialibus,vt decidat causas iuxta tenorem constitutionum,& iura, & consuetudines approbatas.& sic primo dicit,secũdum iura: & postea secundum consuetudines. certe si vellemus inspicere ordinem verborum,deberet præferri ius cõmune consuetudinibus:quod est falsum,vt supra dictum est: ergo patet,quod non inspicitur ordo scripturæ, prout etiam dicit ibi gloss.Vnde minime debet inspici in d. constitution.Puritatem.cum de eodem loquatur.Præterea,illa constitu.Cum circa.est posterior:& dicit,secundum iura simpliciter. Vnde intelligitur de iure Romano,vt supra dixi in præcedenti argumento.& sic facilius tollit illud motiuum supra factum,cum sit posterior.

31 ¶ Septimò,pondero† aliam constitution.quæ incipit, Speciale.quæ vult, quod vnus sit ordo iudicij in omnibus personis & nominat ibi singulatim,siue quis fuerit Francus,siue Romanus aut Longobardus. Vnde in ordine nominat vltimo loco Longobardum: ergo est minus dignus, tanquam vltimo loco nominatus. Nam primo nominatus, censetur maior & dignior,secundum Baldum in l.cum quidam.col.j.Codi. de verb.sign.per l.prima ff.de albo.scriben. Et Bald. in authentic.hoc amplius.colum.pen. Cod. de fideicom. Facit l.quoties.ff.de vsufruct Vnde merito Longobardus tanquam minus dignus,est postponendus. Et per hæc septem argumenta est sublatum omne fundamentum,quod fiebat ex d.constitut.Puritatem.super qua se fundat prima pars: & per consequens remanent sublata omnes rationes adductæ pro prima parte,& magis corroborata hæc secunda,quam teneo. Quam vltra corroboro per alias rationes vrgentissimas.

32 ¶ Octauò igitur† confirmo hanc secundam partem, & assumo vnam regulam,quæ se habet:Omne id,quod est magis dignum & nobile, debet præferri minus digno & minus nobili:vt in § fi.instit.de iure natu. & in c.quod in dubiis.de consecra.eccles.vel alta.Facit tex. in c.episcopus.95.distinct.Sed negari non potest,quod ius Romanum est dignius iure Longobardo,pluribus de causis.Primò,ratione causæ efficiẽtis: quia ius Longobardum fuit pro maiori parte conditum à quibusdam regibus Apuliæ,vt dixi supra in princip. Sed ius Romanum fuit conditum & compilatum ab Imperatore Iustiniano: qui fuit dominus totius mundi.l.deprecario ff.ad l Rhod.de iac. Et tanto nobilius ac dignius dicitur opus,quanto à nobiliori & digniori procedit.vnde dicimus magis dignum eum, qui acquirit dignitatem immediate à principe,quam eum, qui acquirit ab inferiore,vt inquit Spe.in titu.de & ratione. §.iam de citatione. columna quarta versi.porro si sunt plures &c.Pro hoc est text.in dicta.l.secund.ff.de albo scib.& text.cum gloss.in ca.per tuas.de maio.& obe.& c.cum in distribuendis.de tempor.ordin.† Vnde leges Imperatorum censentur procedere ab ipso Deo: quia Imperator dicitur diuina gratia constitutus,secũdum And.de Ise.in rub.de prohi fue.alie.per Lotha. Et est Imperator in terris,sicut Deus in cælo:& dicitur habere diuinum numen,secundum And.de Iser.in capitul. primo in versicul.ad felicem, quæ sint rega. Secundo,
34 ratione iustitiæ & melioris† rationis. Nam ius Romanum,& præsertim leges iurisconsultorum.fuerunt factæ cum tanta iustitia & ratione,vt in eis iniustitia nõ possit inueniri:vt testatur And.de Iser.in consti.si dãn. col.fi.in princ.Hoc etiam probatur insti.de lege Fusia Canin.tollen.per totum tit.vbi imperator sustulit illã legem tanquam sine ratione, & in quampluribus aliis similiter sublatis in corpore iuris. Ius vero Longobardum,est ius iniustum, & sine ratione factum: vnde appellatur ius asininum,secundum And.in c.j.§.fin. de not.feudo.& Odof.& Bald.in auth dos data.C.de donat.ante nupt. merito ergo est iuri Romano postponendum.

nendum. ¶Nono hanc partem confirmo per d.constit.
Puritatem. retorquendo ipsam contra primã partem,
quã pondero in duobus locis. Primo, dum dicit, prout
qualitas litigantium exegerit. exponendo, prout expo
nit ibi. And. de Iser. & supra dixi nã per illa verba per-
mittit, quod in regno viuatur iure Romano & iure Lõ
gobardo permissiue, & non imperatiue. Vnde non im-
ponit necessitatem, quod quilibet viuat iure Longo-
bardo. Item permittit q̃ iudices præferant ius Roma-
num iuri Longobardo in viuentibus iure Romano. er-
go male allegatur illa constit. per eos qui dicunt, quod
de necessitate in hoc regno viuatur iure Longobardo
& q̃ illud præfertur iuri Romano: quia si esset ista ne-
cessitas, illa constit. loqueretur præcise, q̃ iudices indi
stincte seruent ius Longobardum: siue aliquis viuat eo
iure, siue non: sicut dixit præcisam obseruantiam con-
35 stitutionum & cõsuetudinum. † Sed quia noluit loqui
præcise, sed permissiue, referendo se ad qualitatem ho
minum, per dictionem, prout, quę est dictio relatiua &
limitatiua, secundum Bart. in l. edita. col. pen. C. de edẽ.
& est text. in l. prout. ff. de sol. & in cle. j. §. volumus. de
for. comp. & Bart. & in extra. ad reprimendam, in ver.
prout. & Phi. Decium in consi. 63. col. 4. sequitur, q̃ to-
ta obseruantia iuris Longobardi dependet à qualita-
te viuentium: ergo non est præcisa, neque necessaria.
Vnde illa constitu Puritatem facit potius pro ista par
te, quam teneo. Aliam ponderationem dictæ const. di-
cam infra in 13. ratione.

36 ¶Decimò hanc †partem confirmo: quia ritus magnę
curiæ vicariæ dat mundualdum in regno mulieribus
tantum viuentibus iure Longobardo, vt dictat ritus
magnæ curiæ in nu 48. incipiẽs Item q̃ curiæ ipsæ &c.
ergo à contrario sensu mulieribus viuentibus iure Ro
mano non dat mundualdum, cum etiam in statuto ca-
piatur argumentum à contrario sensu, quando dispo-
nit super casu non prouisio à iure communi, prout est
ille ritus. Ita tenet Ale. in l. j. col. 12. ver. secunda cõclu-
sio, &c. ff. de offi. ei⁹, cui man. est iuris. & Bal. in l. apud an
tiquos. C. de fur. & in l. 2. C. de cond. inser. mũdualdus
est inductus à iure Longobardo: & tamẽ ille ritus, qui
facit ius nouissimũ in hoc regno, coarctat hanc obser-
uantiam in mulieribus tantum viuentibus iure Lon-
gobardo. Ergo à cõtrario sensu permittit mulieres hu
ius regni viuere iure Romano, si volunt: & q̃ non vtan
tur mundualdo.

37 ¶Vndecimò hanc †partem cõfirmo per id, q̃ fuit de
cisum in sacro consil. Neapol. vt refert Matth in deci.
sacri consilij 200. scilicet q̃ mulier viuens iure Longo
bardo, non possit facere testamẽtum sine mundualdo:
ergo si viuit iure Romano, potest facere sine mundual
do. Vnde permittitur viuere iure Romano: quia alias
fuisset indistincte decisum, q̃ nullum testamentũ mu-
lieris in regno valeat sine mundualdo.

38 ¶Duodecimò confirmo †per generalem consuetudi-
nem huius regni & obseruantiam notoriam temporis,
cuius non extat memoria in contrarium: quæ habet
vim legis & priuilegij principis, secundum Abba. in
capitulo super quibusdam. §. præterea. de verbor. sign.
& An. de iser. in capitul imperialem. § præterea duca-
tus. column. pen. in princip. de prohi. feu. alie. per Fre-
deri. & in capitul. j. versic. flumina nauigabilia. colum.
2. quæ sint rega. & in constitut. si dubitatio. col. 3 & in
const. quadragenalem. col. j. & habetur in l. hoc iure. §.
ductus aquæ ff. de aqua quo. & æsti. Quæ obseruantia
est, vt solo iure Romano viuatur: & quod penitus sit iu
ri Longobardo derogatum. Et hoc patet euidenter:
quia quamplures dispositiones iuris Longobardi non
solum non seruantur in regno, verum etiam seruatur
totum contrarium: vt videmus in testamentis mulie-
rum: quæ in omnibus fere ciuitatibus regni fiunt sine
mundualdo: & hoc est notorium per omnes schedas re
bellionum. Similiter in successionibus, cognati exclu-
duntur de iure Longobardo: vt nec etiam mater suc-
cedat filio tanquam cognata. Item filij naturales non
excluduntur totaliter per filias legitimas & naturales
vt nota. glossa & doct. in capitul. j. §. hoc autem. de his,
qui feud. da. poss. Et tamen in regno seruatur contra-
rium per authentic. cessante. Codic. de legiti. hered. &
sic sola dispositio iuris Romani attenditur. Et patet ex
quampluribus aliis exemplis & disputationibus, in
quibus differt ius Romanum à Longobardo, & tamen
solo iure Romano in eis vtimur, ergo censetur abroga
tum ius Longobardum, saltem ex generali & antiqua-
ta consuetudine huius regni. vnde merito dicit Bal. in
d. authentic. dos data. quod tale ius recessit ab aula,
quia abiit in desuetudinem. vnde quando esset disce-
ptatio, quo iure viuatur in regno, sufficeret allegare
hanc notoriam obseruantiam: quia si ius Romanum ser
uatur in istis exẽplis præpositis, præsumptio est, quod
seruetur etiam in omnibus aliis, nisi in contrarium
39 probetur † per ea, quæ tradit And. de iser. in d. c. impe-
rialem. § præterea ducatus. col. 2. in fi. versi. sed quo
modo probabitur, &c. vbi dicit, quod ad probãdũ ius
Francorum, sufficit probare, quod alias illi de domo
seruarunt, quod primogenitus succedat: quia ex hoc so
lo transfunditur onus probandi contrarium in aduer
sarium, ergo patet q̃ ex sola probatione vnius capitu-
li iuris Francorum, præsumitur & probatur, quod viua
tur iure Francorum: quanto fortius id dicendum est in
iure Romano, cuius obseruantia probatur notorie ex
mille & infinitis capitulis & antiquissimo tempore: vn
de succedit dispositio l. minime. ff. de legi. & quod ista
generalis obseruantia & consuetudo tanquam noto-
ria, non indiget probatione, sed sufficit allegari, est
decisio in terminis Bald in l. 1. col. 2. in fin. vers. sed hic
quæro. &c. C. ad Velleia. vbi expresse dicit, quod con-
suetudo notoria dicitur, quæ liquet ex inspectione om
nium publicorum instrumentorum, & non oportet eã
probari.

40 ¶ Decimotertiò † pondero nunc iterum dictam
constitut Puritatem. quam retorque pro ista parte, &
ista est noua ponderatio: & ab aliis hactenus non cogi
tata Nam vult illa constitu. quod primo iudicetur se-
cundum cõstitutiones, postea secundũ consuetudines
approbatas: & postea secundum iura, &c. per hoc dico
quod stante consuetudine generali in hoc regno, q̃
causæ decidantur secundum ius Romanum, prout in
præcedenti argumento probaui: illa const. decidit ca-
sum nostrum pro ista parte, quia præponit consuetu-
dinem iuri Longobardo: sed nulla potest esse consue-
tudo fortior & melior, quam illa, quæ est confor-
mis iuri communi: vt est tex. notabilis in c. sopitæ. &
ibi notatur extr. de censibus. & in c. cum dilectus. de
consue. & quod possit esse consuetudo conformis iuri
communi. tenet Abb. in c. fi. col. pe. in prin. de consue.
ergo ista generalis obseruantia iuris Romani contra
ius Longobardum, induxit quandam notoriam & ap-
probatam consuetudinem, conformem iuri communi
Romanorum. vnde secundum hãc consuetudinem de-
bet prius iudex iudicare, & ea cessante, tunc demũ re-
curret ad ius Longobardum. & ita subtiliter bis pon-
derata illa consti. Puritatem. facit pro ista parte: immo
si quid dubij haberet dicta consuetudo, reciperet inter
pretationem à iure communi. Romanorum, quod est
ius generale. l. si serui vestri. C. de nox. ac. & habetur in
d. c. cum dilectus. non autem reciperet interpretatio-
nem à iure Longobardo, quod est ius locale. ita tenet
Bal. in c. j. §. & quia videmus col. 6. in fi. de his, qui feud.
41 da. pos. ¶Decimoquarto † & vltimo, pro ista parte ad-
duco omnes illas decem authoritates, quas supra col-
legi, arguendo pro ista secunda parte, quod ex omnes
remaneant in suo robore. Et dato, quod eis supra dis-
putando voluerim respondere, nũc tamen attingendo
veritatem, dico dictas responsiones non esse sufficien-

tes:vnde inquantum ad primam,secundam, quintam, sextam,septimam,& octauam, dicebam eas procedere de iure communi. Secus est in regno, per d.constitut. Puritatem.dico quod est mala responsio, ex quo in regno nihil reperitur innouatum contra dictas decisiones,vt supra probaui. & dicta constitution. Puritatem. facit potius pro ista parte: immo est conformis cum decisione Bald.in dicta l si inuita. Codic.de nupt. qui dicit,quod de tali iure non est curandum, nisi in loco,vbi seruatur de consuetudine Vnde fateor istud, quod quando in aliqua parte regni probaretur, quod illud ius seruatur,vel quod eo viuitur,ibi esset seruandum,& non alibi. & hoc proprie vult dicta consti. Puritatem.vt supra dixi. Tamen onus probandi semper incumbit alleganti illud ius, cum sit ius locale, vt supra declaraui.vnde remanent dictæ quinque authoritates in earum robore & obseruantia,cum iure communi vtamur.

42 ¶Item,ad †tertiam authoritatem And.de Iser.in c.j. de notis feudorum. dico non bene esse responsum, ꝙ immo melius fuit locutus ibi, quam alibi. ex quo tale ius sine ratione non debet seruari Nec procedit argumentum de l.prospexit.ff.qui & à quibus.quia non reperitur dictum ius præcise approbatum per consti.regni,nisi in loco,vbi viget.& ita dicit Andr. in d.c.j.de feu.cog.& ibi etiam Bal.magis clare dicit,ꝙ inter eos qui viuunt iure Romano,causa deciditur secũdum ius Romanum:sed inter eos,qui viuunt iure Longobardo causa deciditur secundum ius Longobardum.vnde habuit Bal.ibi sensum dictæ consti.

¶Nec valet responsio data ad quartam authoritatẽ: scilicet And.in d.c.j.de feu.cog quia non est verum,ꝙ constitutio necessitet homines vt viuant iure Longobardo.immo ponit hoc in eorum arbitrium, vt supra probaui.

¶Similiter ad octauam authoritatem Lucæ de Penna,reprobatur responsio eodem modo,quo præcedens. Nec obstat,ꝙ An.est maioris authoritatis,quia cũ sibi ipsi contrarius sit in pluribus locis,tenenda est iuris authoritas,vbi melius dixit.

43 ¶Ad nonam†authoritatem Bald.in d.c.translato. de consti.minime valet responsio,quia nego quod successores in regno cõfirmauerint præcise & necessitatiue ius Longobardum,sed vt supra dixi: immo si placuisset illud ius imperatoribus,inseruissent illud in voluminibus iuris ciuilis.Vnde quia nõ inseruerunt,apparet quod tale ius reprobauerunt,prout in simili arguit Alua.in prælud.feud.in 4.q.itẽ responsio data ad decimam authoritatem Matt.in d.consti.Puritatẽ.quæ sequitur Lucã de Penna, minime procedit per easdẽ rationes.Et sic remanet ista pars totaliter confirmata.

¶Superest modo respondere ad illas decem authoritates adductas pro prima parte.Ad quas satis patet responsum ex prædictis: quia quatenus expresse dicunt, ꝙ ius Longobardũ præferatur,male loquuntur,& veriores sunt authoritates contrariæ.

44 ¶†Cum authoritates doctorum sint probabiles,sed non necessariæ,secundum Bar.& doc.in l j.ff.si cer.pet. & maxime,cum vtplurimum sint authoritates And.de
45 Iser.qui tenet alibi contrarium. †solum respondeo ad quintam authoritatẽ Andr.in d.§.præterea duca nam loquitur ibi de iure Longobardo, & Francorum, non autem de iure Romano.& verum est,ꝙ ius Francorum est ius speciale & onerosum,& cõtra ius commune, vt dicit And.in d.§.præterea ducatus.col.3.in addi.vnde debet probari:alias non præsumitur. Et ideo,quãdo esset differentia inter ius Francorũ & Longobardum,fateor ꝙ potius præsumatur Longobardum,maxime succedendo:quia est conformæ cum iure communi,in eo ꝙ admittit omnes filios æqualiter ad successionem:secus est,quando differentia esset inter ius Longobardũ & Romanum:prout est q.nostra: quia tunc Romanum potius præsumitur per prædicta.

¶Vltimo non obstat,ꝙ dicit An.in dicta consti. Puritatem & in prælud.in 3 q.in fi.vbi dicit,ꝙ ista consuetudo,per quam aliqui non seruant ius Longobardum. non valet,quia est contra constitutiones Nam dico sine dubio,ꝙ And.male loquitur.& dicit contra casum dictæ consti.Puritatem.ibi ita,prout qualitas litigantium,&c.quia immo dicta consti.approbat hanc consuetudinem, vt supra declaraui. vnde melius locutus fuit And.& ibi etiam Bal.in c.j.de feud.cogni. Ex quibus omnibus remanet firma conclusio & vera, ꝙ ius Romanum præferatur in regno iuri Longobardo: & qui dicit,ꝙ viuitur iure Longobardo, debet hoc probare.Et per hæc sit impositus finis huic vtili & quotidianæ q quæ inter regnicolas quotidie ventilatur, & hactenus ita plene discussa non reperitur. Laus Deo.
Robertus Maranta Venusinus, V. I. D.

AN IVDEX IN POENIS arbitriis possit imponere poenam mortis naturalis.

SVMMARIVM.

Dispu-

Disputatio 3.

QVOTIDIANA est q. in iudicijs, vtrũ iudex
1 procedens in aliqua †causa criminali, in qua ex iuris dispositione irrogatur pœna arbitraria, possit suum arbitrium extendere vsque ad mortem naturalem inclusiue. Et quoniam quæst. est præiudicialis, cum tractetur de vita hominis, ideo intendo eam plene discutere. recitabo primo opiniones diuersas & contrarias, quas reperio inter doct. & posteà ponam veras conclusiones.

¶ Primò igitur pro parte affirmatiua, ꝙ iudex possit huiusmodi pœnam mortis imponere, adducitur gl. quæ communiter solet ad hoc allegari, in §. in summa. in ver. extraordinaria. insti. de iniur. quæ dicit, ꝙ iudex potest imponere pœnam capitis in suo arbitrio. videtur & communiter exponitur pro pœna mortis. & ita illam gl. intelligit & sequitur Bal. in c. j. iniuria in primis verbis. de pace iur. fir. & Bal. in l. j. in fi. C. de his, qui latro. & Bar. in l. fi. in fi. ff. vbi pupil edu. deb. & Ab. in c. ex literis. co. fi. de cõst. & Fel. in c. cum te. col. 2. in prin. de re iud. & ibi etiã Ab. Idẽ tenet Fel. in c. inquisitiõis. in fine illius prin. de accu. & in d. c. ex literis. col. antep.

¶ Secundò, pro ista parte adducitur tex. in l. saccularij. §. sunt quædam ff. de extraor. cri. vbi dicit tex. ꝙ illa pœna arbitraria extẽditur vsque ad pœnam capitis. & sic vsque ad mortem.

2 ¶ Tertiò, adducitur †tex. in 2. l. ibi, non ignaro iudice &c. in vers. accerrima condẽnatione pro arbitrio &c. C. de his. qui latr. vbi pœna arbitraria extẽditur ad acerrimã pœnã. quæ accipitur ꝓ pœna mortis, vt not. in l. j. C. de seditio. & l. j. C. nemini licere signum salua.

¶ Quartò, adducitur tex in l. lex Iulia §. hodie. ff ad l. Iu. repe. vbi loquitur de pœna extra ordinem, ꝙ dicit ꝙ capite puniri debet: & sic patet, ꝙ pœna extraordinaria extenditur vsque ad mortem.

3 ¶ Pro parte †vero contraria, scilicet ꝙ iudex nõ possit arbitrari pœna mortis, adducitur primò dictũ Bal. in l. & si post tres. in prima lec. col. 7. ver. item facit ad aliã, quæ &c. ff si quis cau. vbi dicit, ꝙ si iudex vigore statuti põt punire ad pœnã mille. vel ad aliã, prout suo arbitrio videbitur, non põt imponere pœnam decapitationis. Idem tenet Car. in c. de causis de offi del. & Lu. Ro. in rub. de arbitris. ver. item an statutũ &c pro hoc facit, ꝙ not Bal. in l. j C. ne sine ius. prin. & Bal. in c. 1. co. §. in prin. de pace tenen. vbi dicit, ꝙ iudex vigore arbitrij non potest imponere pœnam publicationis bonorum: ergo minime pœnã mortis quæ est maior & hanc partẽ negatiuã tenet Ale in cons. 7. col. fi. in primo vol. & Card. in c. ex literis. de consti.

4 ¶ †Secundo pro parte adducitur tex. in l. j. in ver. temporarij. ff. de furt. balnea. vbi dicitur, ꝙ fures nocturni puniuntur extra ordinem. verum eorum pœna non debet excedere opus publicum temporarium: ergo si dãnarẽtur ad mortem, excederet pœnam operis publici.

¶ Tertio adducitur tex in l. j § expilatores ff. de effrac. vbi primò ponitur pœna in liberum arbitrium iudicis, & posteà in fine dicitur, ꝙ plebeiis pœna irrogãda non debet excedere opus publicum. Nobilibus vero non debet excedere relegationem.

5 ¶ Quartò adducitur †tex. cum ibi no. per gl. & doc. in c. inquisitionis. in prin. de accu. vbi est decisum, ꝙ de iure canonico, quando proceditur per inquisitionem, iudex non imponit pœnam ordinariam delicti, sed extraordinariã, & sic arbitrariã, & tamen per hanc pœnam arbitriã non põt imponere pœnã ordinariam, sed mitiorẽ & ita declarat Abb. in fi col. ergo cõclusiue sequitur de necessitate, ꝙ nõ põt imponere pœnã mortis quia nõ est minor. sed maior & acerbior cęteris pœnis.

6 ¶ Quartò confirmatur †ex dicto Bal. in l. quicunq. col. 4. C. de ser. fugi. vbi dicit, ꝙ iudex in arbitrariis debet eligere minorem pœnam.

¶ Et sic per tot iura & authoritates contrarias redditur ista decisio valde dubia. Et vt ipsam reddam magis dubitalẽ, si quis vellet tenere hanc secundam partẽ tãquam benigniorem, iuxta l. pen. ff. de pœnis. possit respondere ad iura contraria, adducta pro prima parte.

7 ¶ Et primo, non †obstat gl. in d. §. in summa. insti. de iniur. quia illa loquitur de pœna capitis: non autẽ de pœna mortis & in iure est clarũ, ꝙ pœna capitalis intelligitur altero de tribus modis, scilicet de morte naturali, de morte ciuili, & de exilio seu deportatione. l. 2. in prin. ff. de pœnis. & l. 1. ff. de publ. iudi. & no. gl. in l. hos accusare. §. in omnib⁹. in vers. capitis. ff de accus. & tex. cum gl. in l. sed & si quis. §. j ff. si quis caut. In dubio autẽ, quando lex irrogat pœnam capitalem, intelligitur de minori ex illis tribus, scilicet de exilio seu deportatione. Tex est, iuncta gl. in l. j. C. ne Iudæ. manci. Christia. & tenet Bal. in l. fi. in fi. C. quæ res ven. nõ pos. Ioã. de Imo in d. l 2. ff. de pub. iu. & Bal. in d. l. quicũque. col. 4 ver. scias etiam &c. C. de ser fug.

8 ¶ Secundò non †obstat d l. saccularij. §. sunt quædam. ff de extraor. cri. quia ibi non dicitur de pœna mortis, sed de pœna capitis. vnde ꝓt intelligi de pœna mitiori, vt dixi modo in præcedẽti. Immo dico, ꝙ de necessitate debet ita intelligi ille tex. quia loquitur de delicto non consummato: loquitur enim de illis qui tenebant quosdam lapides ad offendendum, non tamen sequuta fuit offensio. Quod patet, dum dicit ibi, quod ipsa res mortem cõminatur Sed vbi sumus in delictis non cõsummatis, nunquam imponitur pœna mortis in arbitrariis. Ita pulchre tenet Bal. in cons 443 col. 2 3. vol. q̃ consiliũ incipit, Cechus &c & Fel. in d. c. ex literis. col. pen. versi secunda declaratio. &c. de consht.

9 ¶ †Tertio nõ obstat d. l. fi. C. de his, qui latro. quia ibi expresse ex legis dispositione datur ista potestas illis iudicibus imponendi dictam pœnam in illo crimine. vnde tunc cessat dubium, an pœna arbitraria se extendat ad mortẽ: quia quando lex dat amplũ arbitrium iudici, vsque ad mortem, non est dubiũ, ꝙ potest imponere dictam pœnam: quia cẽsetur id facere authoritate legis. Ita dicit Io. de Imol. in d. l. 2 ff. de publi. iu. quem refert & sequitur Ang de Are. in d. §. in summa. sed nos loquimur in casu dubio. scilicet quando simpliciter fit mentio de pœna arbitraria, seu extraordin.

10 ¶ †Quartò non obstat d. l. lex Iulia. §. hodie. quia potest pluribus modis responderi: Primo, quia loquitur de pœna capitis, quæ potest verificari in mitiori, vt supra dixi Secundò, quia posito ꝙ intelligeretur de pœna mortis, ibi lex hoc expresse concedit, attenta immanitate criminis: loquitur enim de iudice, qui iniuste interfecit innocentem, vnde est homicida propterea nõ est mirum, si morte puniri debet. & sic potest dari eadem responsio, quam dedi ad l. 2. de his qui latro Et sic pœna extraordinaria potest comprahendere mortem quando lex hoc dicit expresse, vt ibi.

11 ¶ Si quis †autem vellet tenere primam partem, posset respondere ad iura adducta pro secunda parte. Et primo non obstat l. j. ff. de furi. balne. quia ibi lex expresse loquitur limitatiue, per dictionem, dummodo, &c Dicit enim illos fures esse puniendos pœna extraordinaria, dummodo non excedat opus temporarium: quo casu, quia lex dat potestatem limitatam iudici in casu certo, liquet quia iudex non potest præterire formam legis, vt not Fel. in d. c. ex literis. col. pen. vers. quinta declaratio. &c. de const. licet ipse non considerauerit hãc responsionem. Plus dico, quod ille tex. potest retorqueri in contrarium: nam ex eo, quod lex restrinxit potestatem iudicis ad opus temporarium, est signum, quod iudex habuisset largiores habenas procedendi vsque ad mortem, quando lex specialiter eum non prohibuisset: quia alias frustratoria fuisset illa restrictio legis, quando sine ea iudex fuisset restrictus, quod non est dicendum. l. quod Labeo. ff. de Carbo. edi.

¶Secundo non obstat d.l.j.§.expilatores in fin.ff.de effracto. quia similiter ibi lex loquitur limitatiue per dictio.dummodo &c vnde dic,vt modo dixi.

12 ¶Tertio† nō obstat d.c.inquisitionis.de acc.quia ibi lex loquitur per verbum,moderari.& quando lex concedit arbitrium iudici per hoc verbū,ꝙ habeat moderari pœnas,nunquā pōt imponere pœnā mortis : quia illud verbum,moderari, importat diminutionem pœnæ.Ita tenet Marian.Soc.in d.c.inquisionis.& Fel.in c.ex literis.co.pen.vers.tertia declaratio,&c.

13 ¶Quartò †non obstat dictum Bal. in d.l.quicunque. inquantum dicit,ꝙ iudex debet eligere pœnam mitiorē:quia illud intelligitur,nisi qualitas & atrocitas delicti aliud suaderet.vt si quis daret alapam officiali,debet puniri pœna mortis,secūdum Bal.in c.j.§.iniuria.in de pace iur.fir.Non enim esset æquū,quod tūc stante crimine atroci & enormi,iudex imponeret pœnam mitiorem:quia non esset pœna conueniens & æqualis delicto,iuxta l.sancim⁹ C. de pœnis. & hoc sentit Ale. in cons.111.col 4.in j.vol & Ang.de Are in d.§. in summa.& Abb.in d.c.ex literis.col.fi.

14 ¶†Quinto nō obstat dictum Sal.in d.l.& si post tres. quod fuit allegatum in primo argumento secūdæ partis:quia ibi statutū loquitur de pœna mille,vel de alia ad arbitrium.& sic illa dictio,alia,est repetitiua similis pœnę,scilicet pecuniariæ.& ideo non potest imponere pœnam mortis,quæ est longe dissimilis:vt not.gl.& Bal in l si fugitiui.C.de ser.fu.& Fel in c.sedes.col.fi.de resc.& Ias.in l si vnus.in prin.col.fi.ff.de pa Et ad dictū Bal.in d.c.j de pace tenen. & alia allegata in d. j. argumento,posset responderi, nisi atrocitas criminis aliud suadeat,vt supra dixi : & quia pœna amissionis bonorum nunquam imponitur, nisi vbi lex hoc mandat expresse.

¶Ex quibus pro vtraque parte adductis redditur ista q multū dubia, adeò quod merito Cæsarea decisione opus esset.Vt igitur in tanta varietate ponam verā cōclusionem,dico ꝙ prima opinio affirmatiua est magis communis,cum infra scriptis tamen limitationibus.

15 ¶Pono igitur† conclusionem per modū regulæ:quæ talis est.ꝙ iudex in arbitrariis pōt imponere pœnam mortis naturalis.Hæc cōclusio probatur per l. sacrilegij sit arbitraria,quia pro qualitate personæ irrogatur tamen quādoque aliqui sacrilegi combusti fuerunt: & sic probat,quod iudex in pœnis arbitrariis potest imponere pœnam combustionis, & sic mortis naturalis. & ita ad hoc illum text.ponderat Abb.in d.c.ex literis. col.fi & ibi etiam Fel in fi verbis.de consti.

16 ¶Istam conclusionem † declara & limita primo procedere in delictis consummatis & perfectis:secus,in attentatis tantum & non consummatis:quia in eis iudex nunquam ex arbitrio imponit pœnam mortis. Ita procedit dictum Bal.in d.cōs.433.incip.Cecchus &c.co.2. in 3 vol & Fel.in d.c.ex literis.col.pe.vers.secunda declaratio,&c.Et ratio est in promptu:quia hodie ex generali consuetudine non punitur delictum attētatum, sicut consummatum,sed mitius & sic non punitur affectus,nisi sequatur effectus,etiam in atrocioribus.Ita tenent Pau.de Ca.& Ale.in l.j.§.fi.ff.quod quisque iur. & Car.Alex.in c.j.§.si vero voluerit.in fi. de c. qui cur. ve.& Ang.in cōsil.14.col.j.vbi dicit ꝙ ista consuetudo est approbata per totum mundum.& Bal. in l. si fugitiui.C.de ser.fugi.& Sal in l.is qui cum telo.ff.ad l.Corn de sicar & Bar.in l.j.§ si diuus.eo tit.Vnde si iudex imponeret pœnam mortis in attentatis , puniret affectū, sicut effectum,quia maior pœna dari non potest,quam sit pœna mortis.

17 ¶Secundo† limita,dummodo delictum sit ita graue, attentis ipsius circunstantiis ,quod mereatur pœnam mortis:exemplum potest poni in eo,qui dat alapam officiali : nam est iniuria. Verum attenta circunstantia qualitatis personæ,censetur atrocissima , & sic in hoc casu iudex potest procedere ad mortem secūdum Bal. in d. ca.j §.iniuriam.in prin.de pace iur.fir.& sequitur Io.de Ana.in c.inquisitiōis.in fi.illios prin.de accu.ita tenet Fel.in d.c.ex literis.col.pe.in prin.vers.j. declaratio &c.de consti.ita debet intelligi dictum Bal. in d.l.j. in fi. C.de his, qui latro vbi dicit quod potest procedi ad supplicium,si hoc desiderat criminis magnitudo. Ex hoc sequitur, quod si ex iniuria modica verbali iudex vellet procedere ad mortem, non posset : quia non esset pœna conueniens delicto , sed maior , per prædicta:immo tunc posset iudici exequenti de facto resisti, per ea quę dixi supra in prima dispu & hoc tenet Ang. de Are.in d.§.in summa & Ab.in d.c.ex literis.co.fi.alias posset appellari:vt no.gl.& Bar.in l si qua pœna.ff. de ver.sig.Et hanc limitationem tenet in effectu Ale in cons.11.col.4.in primo volu.& And.de iser.in constit. comite.

18 ¶Tertio† limita , nisi expresse lex vel statutum limitaret arbitrium iudicis , vt non possit excedere talem pœnam:quia tunc non imponit pœnā mortis.Ita procedat text.in l.j ff de furi. balne.& in l.j.§.expilatores. ff.de effracto.prout supra declaraui.

¶Quartò limita,nisi lex diceret,quod iudex pœnam moderetur,quia tunc non potest imponere pœnā mortis.Ita procedit d.c.inquisitionis. cum ibi no.vt supra declaraui.

19 ¶†Quintò limita.quando arbitrium datur iudici in pœnis a iure expressis:prout est in actione iniuriarum in qua est statuta pœna corporalis & pecuniaria ad arbitrium iudicis.l.fi.& l.iniuriarum æstimatio ff.de iniur & l.Pędius.§.j ff.de incend.rui.& nau.tūc enim iudex propter enormitatē iniuriæ potest arbitrari mortem:secus est,vbi iudici datur simpliciter arbitriū puniendi in pœnis non à iure expressis:quia tunc nō pōt facere crimen capitale,quod non est capitale: nec potest imponere pœnam mortis,vbi crimen est capitale. Ita declarat Feli.in d.c.ex literis col.pe.vers.quarta declaratio &c.

20 ¶†Sexto limita non procedere,quando in similibus delictis esset consuetudo,quod non imponatur pœna mortis , sed mitior pœna : quia tunc iudex non potest imponere pœnam mortis:sed tenetur sequi consuetudinariam pœnam,& cessat arbitraria.Casus est singularis in l.si quis reum.ff.de custo.reo Facit tex.cum ibi no.in l.hodie.de pœnis.Ita tenet Bald.in l.quicunque col.4.vers.scias tamen &c.C.de ser.fugi.& Fel. in c.de causis.col.j.de offi.dele.& Abb.in c.inquisitionis. col. fi.de accu.& Ale.in cons.5.col.fi.& cōs.3.col.4.in j.vol. & Paris in trac.synd.in ver.cōpositio.12.in prin.in c.an si delinquens &c.& in text.de off syndica.col.4 & 5.in c.an si potestas &c.vbi plus dicit , quod si iudex excedit pœnam solitam,dicitur grauare partem, & potest appellari,& tenetur in syndicatu. Et per hoc infert , ꝙ in regno si quis condemnetur ad vnam vnciam,nō solet exigi tota vncia.sed tantum vnus tarenus vel duo, maxime attenta paupertate condemnati. Et per hæc sit expedita ista quæst.Laus Deo.Robertus Maranta V. I. D.

VTRVM SI IN CAVSA SVMmaria sit processum per partes ordinarie, censeatur recessum a via summaria. ita quod ineptitudo libelli , vel alius adfectus vitiet processū, non obstante,quod alias in regno procedatur sola facti veritate inspecta.

SVMMARIVM.

1 *Causa quæ de iure erat summaria, si fuit incepta per partes via ordinaria, an videatur renũciatũ viæ summariæ.*
Summaria causa an fiat ordinaria ex voluntate partium. & 11. & 13.
2 *Libellus si interuenit in causa, in qua nõ requirebatur an debeat ordinarie discuti illa causa. & 5.*
3 *Causa quanuis sit commissa summariè, potest nihilominus iudex procedere ordinarie.*
4 *Testamentum in scriptis si non valeat, an valeat vt nuncupatiuum. & 13. Contractus sine scriptura non valet, quando partes elegerunt viam cõtrahendi in scriptis: & quando censeatur hanc viam elegisse.*
5 *Arbiter qui erat etiam arbitrator, si incepit procedere vt arbiter, potest prosequi vt arbitrator inordinate, & valet processus.*
6 *Testamentum militis factum iure communi, si nõ valeat, an valebit iure militari.*
7 *Libellus ineptus non vitiat in causa, in qua nõ requirebatur.*
8 *Testes inhabiles probant informationem in casibus, in quibus non requirebantur.*
Actus qui poterat geri sine aliqua persona: non vitiatur, si illa interuenit inutiliter.
9 *Viam per quam actus impugnatur, nemo præsumitur elegisse.*
10 *Processus siue ordinarie, siue summarie fiat, semper potest in regno super eo ferri sententia, dummodo liqueat de veritate.*
12 *In confesso non requiritur sententia.*
14 *Causã ordinaria an possit fieri summaria de voluntate partium.*

1 FVI sæpe interrogatus stãte † iure municipali in
hoc regno, quod in causis ciuilibus procedatur
sine figura iudicij & sola facti veritate inspecta,
per capitu. detestantes. & per regiam prag. primã, quæ
incipit, dispendia. Si partes processerunt in causa ciui
li via ordinaria, dando libellum, item contestando, &
alia acta solenniter & ordine faciendo, cùm potuissent
ista iudiciorum solennia omittere, & procedere in via
summaria, ob dicta statuta: An per hoc videantur viæ
summariæ renunciasse, & amplecti viam ordinariam,
quando non apparet de expresso consensu seu conuẽ-
tione partium: ita vt si aliquis defectus emergat in iu-
diciis, puta ineptitudinis, vel alius, qui de iure cõmu-
ni vitiaret processum & sententiam, habet etiam talis
defectus vitiare talem processum ordinaria via initia
tum: & sic an tali processu debeat seruari ius commu-
ne, & non municipale. per ea, quæ not. glos. & doctor.
in l. vinum. in fin. ff. si cert. pet. ¶ Et pro prima parte af-
firmatiua, videlicet, quòd cẽseatur recessum a via sum
maria, & per consequens debeat seruari ius commu-
ne, adducitur primò dictum Bald. in l diffamari. col. j.
in fin. ver. secund. op. & c. C. de inge. & manu vbi dicit,
quòd quando partes possunt procedere summariè, &
eligunt viam ordinariam, causa efficitur ordinaria. &
sic videtur hoc dependere ex voluntate partium.
2 ¶ Secundò adducitur † gl. in l. proinde. §. notandum. ff.
ad legem Aquil. quæ dicit, quòd quando in causa non
requirebatur libellus, & si interueniat libell⁹ & si fuit
cœpta via ordinaria, debet solenniter per sententiam
diffiniri: & sic innuit, quòd causa efficitur ordinaria,
& debet ordinariè determinari. & ita per illã gl. tenet
Franc. de Cur. in addi. post Alex. in d. l. vinũ. col. fin. ff.
si cer. pe. in addit. quæ incipit, tamẽ fallit &c. vbi dicit,
ꝙ tunc non valeret sentẽtia super libello inepto. ¶ Ter
3 tio, pondero † dictum Bald. in l. quod fauore. col. j. C.
de legi. & Bald. in l. nulla. ff. de legi. qui dicit, quod si
princeps cõmittit causam iudici, quod summarie pro
cedat, & ille procedit ordinarie: valet processus, tan-
quam ordinarius, & ordinarie factus. Idẽ tenet Lanf.
in cle. sæpe columna tertia in princip in 15. conclusiõe.
4 de verborum significa. ¶ Quartò † adducitur: qui testa
tor, qui poterat testari nuncupatiue, elegit viam testã-
di in scriptis solenniter: & non valuit testamentum in
scriptis, ob aliquem defectum: minime valebit vt testa
mentũ nuncupatiuum, ex quo illã viã solennem elegit.
Ita tenet Bar. in l. fi. ff. de iure codici. Facit etiam, quod
dicimus de cõtractu in scriptis: nã quando erat in pos
se contrahentiũ, contrahere in scriptis & sine scriptis,
& elegerunt viam contrahendi in scriptis, non valet
contractus sine scriptura l. cõtractus. & ibi Bal. in pri-
ma col. in fi. C. de fide instru. vbi plus dicit, quod eo ip-
so, quod partes dicunt habeamus notarium, vt cõficiat
scripturam de contractu, censetur velle contrahere in
scriptis, in tantum, quod ante, quam scribatur, potest
eas pœnitere, vel alteram partẽ pœnitere, & nolle cõ
trahere, vt habetur in decis. 36. consil. Neap. per Matt.
vers. tertio &c. Ita etiam videtur dicẽdum in casu no-
stro: quia erat in potestate partiũ procedere summarie
secundum iura municipalia, & elegerũt viam ordina-
riam, debet eis imputari: vt si deficiat aliqua solẽnitas
iuris communis, videtur processus, iuxta illam regulã,
Via, quam elegisti, tibi placet, &c.
5 ¶ Pro † parte vero contraria adducitur dictũ Bal. in
l. 3. ff. de testa. mili. vbi dicit, ꝙ si is qui põt procedere
summarie & de plano, incipit procedere ordinarie per
libellum, potest omittere viam ordinariam, & reliquũ
processum expedire summarie: quia eligẽdo ius com-
mune, non censetur priuilegio renũciare. Vnde infert
ibi Bal. quod si est compromissum in aliquem tanquã
arbitrum & arbitratorem, & ille incepit procedere, vt
arbiter, & procefsit inordinate: valet nihilominus eius
laudum, tanquam arbitratoris. Et hoc dictum videtur
decidere casum nostrum, vt si processus fuit initiatus
ordinarie, & fuit non rite compositus, debet valere,
tãquam summarius, propter dicta statuta, seu iura mu-
nicipalia. † Et hoc videtur tex. in d. l. 3. ff. de test. mili.
6 vbi miles, qui poterat testari iure militiari, si voluit te-
stari iure communi, & omisit solennitates. adeo quod
testamentum non potest valere iure communi, valebit
saltem iure militari: & sic non videtur renunciare pri-
7 uilegio, adeundo viam iuris communis. ¶ † Secundo,
pro ista parte adducitur illud, quod voluit Alex. in d. l.
vinum. col. fi. & ibi est glos. singularis, vbi dicitur, ꝙ in
causis, in quibus nõ requiritur libellus, si interueniat,
& ineptus, non vitiat processum. Sic etiam possemus
dicere in quolibet actu substantiali iudicij: vt si inter-
ueniat, & ineptus, non vitiat processum. Idem, si peni-
tus omittatur, ex quo non requirebatur de necefsita-
te. Si enim esset vera prima opinio nunquam posset ve-
rificari illud dictum glo. & Alex. in d. l. vinum. quod est
communiter approbatum: quia semper quando quis
præsentat libellum, videretur eligere viam ordinariã:
& sic essemus in dispositione iuris communis, secundũ
quam libellus ineptus vitiat processum, & esse contra
illud dictum.
8 ¶ † Tertiò adducitur ꝙ not. Bal. in l. qui testamẽtó.
§. per contrariũ. ff. de testib. vbi dicit, ꝙ valet informa-
tio capta per testes inhabiles in casibus, in quib⁹ testes
nõ requirebãtur. Facit etiã tex. iuncta gl. in ver. in trã-
situ. in §. seruit. Institu. de liberti. quæ probat, ꝙ quan-
do actus poterat geri sine interuentu alicuius personę
si illa persona interueniat, & inutilis, nõ vitiat actum.
Pro hoc est tex. in l. j. in prin. C. de rei vxo. action. Sic
etiã dico, in q. nostra: quia causa poterat expediri sum-
marie, & sine solennitate iuris: si interuenerũt dictæ so
lẽnitates, & inutiliter, nõ debet ꝑ hoc vitiari ꝓcessus.

9 ¶ †Quartò, quia nemo censetur elegisse viam, per quam actus & voluntas sua impugnetur: vt dicta l. tertia. ff. de testa mili. & Alex. in l. hac cōsultissima. ff. per nuncupationem. C. de testa. & Soc. in cons. 142. col. tertia primo vol.

¶ Pro solutione huius quæst. adhæreo secundæ partis: quam puto esse veriorem: maxime in hoc regno, cū sint rationes efficaciores pro ea, intelligendo tamen, quando partes non exprese declarauerūt se velle procedere ordinarie: sed tantum inceperunt ■ de facto ordinarie procedere: ex quo processu potest resultare tacitus consensus non autem expressus: quia iste tacitus consensus nō debet ita interpretari, vt partes voluerint facere actum inutilē & iudicium frustratoriū, argumen. l. quoties, la 2. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. de verborum obligatio.

10 ¶ †Et vltra dictas quatuor rationes, confirmo hanc partem in regno, per dicto capit. detestantes. vbi mandatur, quod quando in processu liquet de sola substantia veritatis, non posit opponi aliqua exceptio de nullitate defectu omissæ solennitatis iudicij. Et illud mādatum dirigitur iudici, vt patet ibi ex suprascriptione. Vnde non est curandum quomodocunque partes procedant in causa, siue ordinarie, siue summarie: quia dummodo liqueat veritate, de veritate, semper iudex poterit proferre sententiam validā: etiamsi aliqua substantialia omittantur, quia de his non est curandum. Et per dicto capitul. detestantes. apparet responsio ad omnia quatuor argumenta adducta pro prima parte.

11 ¶ Præterea, etiam de † iure communi puto sustineri posse iusta secundam partem, per iura & argumēta superius adducta. Et in specie responderi potest ad omnia allegata pro prima parte. Et primo, non obstat dictum Bal. in dicta l. diffamari: quia nihil facit ad propositum. Dicit enim quod partes possunt procedere ordinarie, vbi poterant summarie: & valet processus ordinarius. Istud est clarum & expeditum per clementi. sæpe. §. fin. de verborum significat. quia tunc res reuertitur ad naturam suam, & sic ad ius cōmune: vnde de facili fit, vt not. in dicto §. fin. Non tamē dicitur, quod si in aliquo omitteretur aliquid substantiale, vitietur processus: & ita etiam respondeo ad ■, quod dicit Bald. in dicta l. quod fauore. & in d. lege nulla.

12 ¶ Secundo, non † obstat gl. in dicta l. proinde. §. nocendum. quia loquitur in casu, in quo non requirebatur sententia, vt quia sumus in confessio: in quo solum fit preceptum, vt soluat l. prima. C. de confess. Verum est, quod si actor vigore confessionis rei voluerit formari libellum solenniter & petere id, quod confessus est, tunc requiritur sententia, ex quo causa est initiata in formam iudicij: & sententia debet esse conformis libello. & hoc dicit illa gl. Nō tamē ibi fit aliquod verbum, ꝙ si interueniret libellus ineptus, vitiaretur processus, vel si aliter processus fuit non rite factus. Sed solum sentit, quod si fuit fabricatus processus, est solēniter per sententiam determinandus, quod est ex quadam necessitate: quia omnis processus expectat diffinitiuam sententiam regulariter.

13 ¶ †Non obstat ꝙ dicimus de testamēto in scriptis: quia illud procedit quādo testator exprese declarauit, quod volebat testari in scriptis: quo casu si non valet vt testamentum, in scriptis, minime valet vt nuncupatiuum. Secus, quando hoc exprese non apparet: quia tūc si potest valere vt nuncupatiuum, vt quia interuenerunt omnia requisita in nuncupatiuo, valebit vt nūcupatiuum. Ita sentit Barto. in dicta l. fin. ff. de iure codicill. & Cyn. Alex. & Iaso. in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem C. de test. & Angel. & Imo. in l. j. §. sin autem. ff. de here. insti. & Alexand. in consilio. 176. colu. 2. in 5. volum. & consilio. 113. in 7. volum. & Paul. de Castr. in consilio. 415. in 2. volum. & Socin in consil. 142. in primo volum. & habetur aliquid in decis. 69. const. Neap. Et eodem modo respondeo ad l. contractus C. de fide instru. & quod ibi nota. Bald. scilicet quod loquitur quando exprese apparet, quod partes voluerunt contrahere in scriptis. Et per hoc dico, quod quādo exprese partes conuenirent, quod procedatur ordinarie coram iudice: & renunciarent illi ca. detestantes. tunc propter expressum consensum dicerem, quod non valeret iudicium, si aliqua solennitas omitteretur

14 per prædicta. ¶ †Quid aūt econtra, posint partes facere, ꝙ in causa ordinaria procedatur summarie? Spe. cul. in titul. de libell. concept. §. nunc diceddū. ver. nono. tenet ꝙ sic. sed contrariū tenet Car. in dicta clemē. sæpe. in prin. in 12. q. & Alexan. in addi. ad Bart. in dicta l. si societatem. §. arbitrorum. in 2. col. in addi. quæ incipit, Adde ad hoc, &c. ff. pro socio. & est ratio, quia ꝙ ordinarie procedatur, est iuris publici: & partes nō possunt iuri publico renunciare. l. ius publicū. ff. de pact. Idem tenet Lucas de Penna in l. de submersis. colu. pe. in fi. & sequen. C. de naufragiis. libr. 11. per eandem rationem. Dicit tamen Card. in dicta 12. quæst. & Lucas vbi supra, quod, si partes vellent, quod iudex procedat tanquam arbitrator, possunt hoc facere. Et sic per hūc modum possunt facere causam summariam, faciendo compromissum eo modo. Et ex his remanet expedita ista vtilis quæstio. Laus Deo. Rob. Maran. Venus. V. I. D.

VTRVM IN CRIMINE VSVrarum posit iudex ecclesiasticus, vel secularis inquirere, & procedere ex officio, nemine accusante, & vsurarium punire aliqua poena: & quid seruetur in hoc regno Siciliæ.

SVMMARIVM.

1 *De vsurario an posit inquiri per iudicē ex officio, & condemnari ad aliquam pœnam, nemine accusante.*
Vsuras ne recipiat creditor, potest per iudicem impediri, & receptas compelli restituere.
De vsurario suspecto potest inquiri per iudicē ecclesiasticum, vt imponatur sibi pœnitentia.
2 *Causa si fuit cœpta via ordinaria, debet solēniter per sententiam definiri.*
3 *Vsurarius potest excōmunicari, non restituit vsuras.*
4 *Vsuras est delictum punibile: & super eo potest procedi per inquisitionem & accusationem per iudicē ecclesiasticum. & 11.*
5 *Vsurarum crimen est in regno publicum: quilibet admittitur ad accusandum. & hoc qualiter procedat.*
6 *Vsura sunt permissa de iure ciuili.*
7 *Vsurarius an posit criminaliter puniri. & 12. & 13.*
8 *Vsurarius punitur tribus pœnis de iure canonico.*
9 *Vsurarius, restitutis vsuris, an teneatur ad aliud.*
Vsurarius pauper qui non potest restituere, an teneatur in aliquo. & 22.
10 *De vsurario nullo modo pōt hodie inquiri per iudicē secularem: nisi accusetur ab eo, qui suam vel suorum iniuriam prosequitur.*
11 *Inquisitio potest fieri per iudicē ecclesiasticū de vsura, & de omni alio crimine, fama precedente.*
13 *Vsurarius recipiendo vsuras committit dolum: & debet teneri crimine stellionatus.*
14 *Vsurarius pluries delinquit.*
15 *Iudex ecclesiasticus potest coadiuuare canones addendo nouam pœnam.*

Vsurarius

Vsurarius an possit pecuniariter puniri. & 17.
16 *Vsurariorũ temeritas excreuit hodie, & acrius exercent vsuras Christiani, quam Iudæi.*
Pœna augeri potest ob delicti frequentiam.
17 *Pœna illa irrogari debet quæ magis timetur.*
Pœna pecuniaria est valde conueniens vsurario propter eius auaritiam.
18 *Vsura est crimen, & non reperitur ea maius malum.*
Crimen dicitur omnis operatio mala, quæ potest accusari & puniri.
19 *Pœna arbitraria puniri debet omnis, qui delinquit contra prohibitionem legis, quando lex certam pœnam non irrogat.*
20 *In dubio sequẽda est opinio illa, quæ magis fauet publicæ vtilitati.*
21 *Vsura prohibentur recipi etiam à sponte soluente.*
Vsuras soluens non peccat: sed solũ is, qui eas recipit.
Debitor soluens vsuras, videtur sibi eruere oculum.
23 *Tortura an possit irrogari in crimine vsurarum.*
Vsurarius an possit torqueri stantibus indicijs.

Disputatio 5.

FISCALES iudices solent quotidie inuestigando anhelare, vnde possint pecunias extorquere & prouentus facere: hinc quandoque nemine conquerente formãt inquisitiones ex officio contra vsurarios, vt possint eos ad legitimam pœnam cõdemnare. Quæritur modo, an possint ex officio procedere & inquirere ac punire, nemine accusante. Ista quæst. habet multa capita, quæ venient inferius decidenda. & multa argumenta possunt adduci hincinde ad partes.

1 ¶Et primo pro parte affirmatiua, † quod possit inquiri ex officio etiam ad commodum priuati, adducitur text. in capitul. cum in diœcesi. & ibi Ioh an. de Ana. in secundo no. de vsur. vbi iudex ecclesiasticus etiam nemine petente potest inquirere cõtra vsurarium: & ipsum compellere ad restitutionem vsurarum. Idem tenet Abb. in capitu. tuas. in secundo no. de vsur. vbi plus dicit, quod non solum potest iudex cogere ad restitutionem vsurarum receptarum: verum etiam ante solutionem, potest ex officio impedire creditorem, ne recipiat seu exigat, & hoc causa vitandi peccatum. idẽ tenet Io. de Ana. in d. c. tuas. in vltimo no. & glos. in ca. ex literis. de sponsa. & Abb. in c. ad nostram. el 2. col. secũda de iureiur. vbi dicit de mente Innocen. quod iudex ecclesiasticus potest procedere contra eum, quem habet suspectum de vsura, ad pœnitentiam imponẽdam. & erit vtile per consequentiam parti: quia nõ poterit imponi salutaris pœnitentia, nisi vsuræ restituãtur parti. idem tenet Bal. in consilio 183. in fi. in 1. vo. & Soc. in
2 consi. 209. in 2. vol. ¶Secundo adducitur, † quod voluit Bal. in l. ea quidem. col. antepe. ver. item quæritur, an in ciuili, &c. C. de accus. vbi dicit, quod in ciuili causa regulariter non proceditur per inquisitionem, nisi cõtra vsurarium, & idem Bal. in capitul. primo § si tres de pa
3 ce tenen. ¶ † Tertio adducitur dictum Abb. in capitu. præterea. de vsur. vbi dicit, quod vsurarius potest cõpelli ad restitutionem vsurarum: & si non restituit, po-
4 test excommunicari. ¶Quartò adducitur † dictũ Pet. Phi. Corn. in consi. 19 in litera E. & litera F. in 3 vol. vbi dicit, quod crimen vsurarum, est delictum punibile: & super eo potest iudex procedere. tam per viam accusationis, quam inquisitionis. intelligendo de iudice ecclesiastico, præcedente fama, iuxta cap. qualiter & quãdo de accusa. & plures bonas rationes allegat in dicto consilio & concludit, quod iudex vltra pœnas Lateranensis concilii traditas, in capitul. quia in omnibus. de vsur. potest etiam imponere pœnã arbitrariã. ¶Quintò adducit nouissima dispositio tradita in regno per constit. vsurariorum, quæ vult, quod crimen vsurarum vt publicũ, & quilibet de populo admittitur ad accusandum: ergo saltem præcedente fama, quæ habetur loco accusatoris: vt dicto c. qualiter & quando el secundo debet posse iudex procedere per inquisitionem, sicut in aliis quam pluribus criminibus publicis procedit. ¶Pro parte vero contraria, quod immo nullo modo procedi possit per inquisitiõem, adducitur primo: nam quantum ad iudicẽ secularẽ, qui habet sequi ius ciuile. non põt procedere nec punire: ex quo vsuræ de iure ciuili sunt permissæ, & non prohibitæ. l. eos. C. de vsur. vbi Iustinianus Imperator, qui fuit vir catholicus, permisit vsuras. Et hoc tenet Bartol. in l. prima colum. tertia C. de sum. Trin. & fide catho. & Card. in cle. prima colum. tertia in 2. quæst. de vsur. Phil. Decius consil. 170 vnde quod fit lege permittente, nõ punitur nec inquiritur, l. Grachus. C. de adul. & l. fin. ff. quod quisque iuris. ¶Secundo, quod saltem ad pœnam imponẽdam non possit inquiri, adducitur dictum Bal. & Salic. in l. improbum C. de his, qui not. infa. vbi dicunt, quod vsurarius nullo modo potest criminaliter puniri: ex quo nulla lege cauetur. nam recipit vsuras de consensu soluentis. Io. de Ana in capitul. qui perniciosum. colum. 3. de vsur. & Phil. Decius in dicto consilio 170.

8 ¶ † Tertio adducitur, quia solum ius canonicũ introduxit quasdam pœnas spirituales cõtra vsurariũ, quæ traduntur per Lateranense concilium in dicto capitu. quia in omnibus. de vsur & sunt tres. Prima, quod priuatur cõmmunione altaris: nam non potest recipere corpus Christi: nec debet stare in ecclesia, quãdo celebrãtur diuina. Secũda, quia non debet sepeliri in ecclesia. Tertia, quia non admittitur ad oblationes faciendas. vt in dicto capitul. quia in omnibus. & ibi per Abb. & Io. de Ana. vltra istas pœnas spirituales non reperitur aliqua lege cautum, quod vsurarius puniatur criminaliter. ergo contra eum inquiri non potest: quia frustratoria esset inquisitio, & non debet fieri, quod factũ nõ releuet. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt le. nomi. caue.

9 ¶ † Quartò adducitur tex. in capit. cum tu. de vsur. qui tex. multum stringit in tribus locis. Primo enim dicit in princip. quod pœnæ inductæ per Lateranense concilium contra vsurarios, habent locũ, donec vsuras restituant: ergo sequitur, quod illis restitutis, cessant pœnæ Secundo pondero illum tex. in vers. illi autem. vbi dicit, quod vsurarij pauperes, qui vsuras restituere nõ possunt, non debent vlla pœna mulctari, Tertio, in fin. illius capitul. dicitur, quod restitutis vsuris liberãtur vsurarij, tam à peccato, quam à pœna. Et sic patet per dicto capitul. quod tota vis iuris canonici consistit in faciẽdo restitui vsuras pro salute animæ: & ille qui nõ potest restituere, non punitur aliqua pœna. nam si posset criminaliter puniri, si nõ haberet in ære, deberet luere in corpus: cum obligatio descendat ex delicto, vt habetur in l. si quis id, quod ff. de iu. om. iud. & in l. quicũque. C. de ser. fugi. sed lex canonica dicit expresse, quod nulla pœna puniatur: & idem, quando vsuras restituit, vt d. c. cum tu. in fi.

¶Quintò adducitur authoritas Philip. Deci. in d. cõs. 170. vbi hoc tenet expresse, per plures rationes. ¶Pro solutione huius quæstionis facio duo membra principalia. Primum est, an iudex possit inquirere ex officio. Secundum est, an possit aliquam pœnam irrogare criminalem saltem arbitrariam, ne delictũ pertrãseat impunitum. Et pro habenda vera conclusione in vtroque membro. oportet distinguere iura.

10 ¶ † Super primo mẽbro, si quæris de iure ciuili cõmuni, concedo hanc secundã partẽ, quod iudex secularis non põt inquirere, nec aliquo modo procedere, etiam per accusationẽ: ex quo de iure ciuili vsuræ non sunt prohibitæ: ergo non est crimen vnde nec per accusationem, nec per inquisitionem puniri põt, quod nõ est delictum, per ea, quæ modo dixi in primo argumento secundæ partis. Si quæris de iure constitutionũ regni, se-

cundum

cundum quod ius est prodita poena publicationi bonorum:vt d.const. vsurariorum.& tunc dico,quod per accusationem vniuscuiusque de populo,etiamsi suam iniur.non prosequatur, potest iudex procedere:quia crimen est publicum. & hoc expræsse dictat d. const. sed per inquisitionem specificam nullo modo procedere potest. Primo, quia illa const. hoc non permittit. vnde stamus regulæ iuris,quæ est,quod nemo sine accusatore damnatur.l.rescripto. §. si quis accusatorem. ff.de mu.& hono.&ibi glo.& habetur in l.secunda.§.si publico ff de adult. Secundo, quia alia constit.quæ incipit,Hi qui.§.de specialibus.prohibet speciales inquisitiones,nisi in certis casibus, intër quos non numeratur iste:ergo stamus regulæ, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.l.quæsitum. §. denique.& ibi glo.ff.de fund.instruc.& l.cum delationis.§. cui fundum eodem titul.&l. nam quod liquide. ff. de penu.lega.Si vero quæris de iure rituum magnæ curiæ vicariæ,tunc est sciendum,quod de hoc habemus in regno duos ritus:Vnum in numero 14.qui incipit, Item quod nullus laicus.quo cauetur, quod nullus admittatur ad accusandum,nisi suam vel suorum iniuriā prosequatur.vnde corrigitur cōstitutio regni in eo, quod admittebat quemlibet de populo ad accusandū.Alius ritus est in numero 15.qui incipit,Item quod nullus admittatur &c.quo cauetur,quod iudex secularis nō potest inquirere de vsuraria prauitate:nisi interuenit accusatio in forma,adeo quod non sufficit sola denūciatio. ¶Et ex prædicta discussione iurium remanet firma conclusio, quod iudex secularis nullo iure potest procedere per inquisitionem contra vsurarium,nisi interueniat accusatio eorum,qui suam vel suorum iniuriam prosequūtur.Et hoc vltimum procedit in regno, vigore dictorum rituū.& ita tenet Paris in tract.Syndi.in versic.inquisito columna tertia in versic.& hodie in regno sunt sublatæ. ¶Si vero quæris de iure canonico in curia ecclesiast.tunc concludo,quod iudex ecclesiasticus indistinctè potest procedere per inquisitionem contra vsurarium manifestum contra quem fama laborat:& ista inquisitio fit principaliter ad expugnandum peccatum,& resultat ad commodum priuati,quia vsuræ receptæ restituuntur,& nondum solutæ impediuntur solui.alias potest vsurarius excommunicari,si non paret mandatis iudicis ecclesiastici.Ita procedant omnia iura adducta in primo & tertio argumento primæ partis.Idem potest procedere ad imponendas illas pœnas spirituales,de quibus in dicto capitu.quia in omnibus.Et ratio est,quia de iure canonico de omni crimine potest inquiri fama præcedēte, vt dicto capitul.qualiter & quando el 2.de acc.& ibi Abba q. docto.Et ita puto debere intelligi dictum Bal.in dicta l.ea quidem.C.de accu.&in dicto.§.si tres.quod fuit allegatum suprà in secundo argumēto primæ partis:quia de iure ciuili non posset procedere per rationem suprà dictam,scilicet,quòd ius ciuile non prohibet vsuras.vnde de necessitate intelligi debet de inquisitiōe,quam facit ecclesiasticus iudex ad commodum priuati,& pro salute animæ subditorum,& sic appellatur hæc inquisitio in causa ciuili,vt dicit Bald.ibi.

12 ¶Super 2.membro † principali,scil.an possit irrogari pœna criminalis cōtra vsurarium:dico, quòd de iure ciuili communi non est dubium,quòd nulla pœna irrogatur,ex quo lex ciuilis non prohibet vsuras:sed de iure constitutionum regni irrogatur pœna publicationis bonorum,vt suprà dixi,per d.const.vsurariorū. & est ritus magnæ curiæ in numero 15.incipiens,Item quòd nullus.& alius ritus in numero 13 incipiens,Itē
13 quòd procura.¶Sed † totum dubium consistit,quid de iure canonico: in vltra pœnas illas spirituales possit iudex ecclesiasticus irrogare vsurario aliquā pœnam criminalem arbitrariam.in hoc sunt ista duo consilia repugnantia,videlicet consilia domi.Philip.Deci.170. vbi tenet,quod non,eô,quia nulla lege cauetur. Aliud consilium contrarium est Pet.Philipp.Cor.in consi.19. tertio volumi.vbi per bonas rationes tenet, quod sic, istam partem affirmatiuam tenet Iac. Bute. in dicta l. improbum.C.de his,qui no.infa.assignat rationē,quia vsurarius exigēdo vsuras,committit dolum.ergo tene
14 tur crimine stellionatus.¶Et hæc † secunda pars affirmatiua mihi videtur verior. Quam confirmo primo per tex.in capitul.cum diœcesi.de vsur. vbi probatur, quod crimen vsurarum potest in iudicium deduci per via accusationis: ergo debet puniri aliqua pœna naturali,conueniente illi delicto. Item vsurarius pluries delinquit. Primo enim delinquit mutuando sub vsuris : quia facit contra præceptum diuinum & canonicum,quod dicit,Mutuum date,nihil inde sperātes.&c. capitul.consuluit.de vsur. Secundo delinquit vsuras recipiendo, quia tunc exequitur suum malum propositum. Tertiò delinquit vsuras non restituendo: sed omnes pœnæ inductæ per ius canonicum,tendunt cōtra hoc tertium delictum.ergo alia duo si non puniūtur,remanerent impunita,quod esset contra publicam vtilitatem l.ita vulneratus.ff.ad l.Aqui.& hanc ponderationem facit Philip.Cor.in d.consilio 19.

15 ¶Secundo pro † ista parte adduco,quod iudex ecclesiasticus ex ista causa sibi visa potest coadiuuare canones,addendo nouam pœnam:licet non possit totaliter statuere contra canones.glo.est in clement. ne Romani.in versi.tolli.& ibi Car.in prin.in 3.quæst.de eccle.& Abb.in capi.licet.colu.secunda circa fi.versi.aut subest statutum,& c.de pœnis & Fel.in c.irrefragabili.§.cæterum col.secunda vers.limita hanc conclusionem,& de offic.ordi.vbi dicit,quod potest addere nouam poenam pecuniariam.& idem Felin.in c quod super his.in versi.col.versi. fallit septimo, & c.de maior. & obe.vnde licet non caueatur expresse per canones, quod vsurari⁹ puniatur criminaliter,tamē dico,quod episcopus potest addere nouam pœnam coadiuuādo canones, & punire ipsum arbitrio suo ad pœnam pecuniariam ex iusta causa,scilicet ne tale delictum pertranseat impunitum: & vt alij vsurarij capiant exemplum,& cessent formidine pœnæ à committendis vsuris:vt dicit text.in l.si operis.C.de poenis.& l.quicunque §.quod si fecerit C. de heret. Solent enim pœnæ exacerbari.vt alij capiant exemplum.l.aut facta §.fi.& l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœnis.l. prima.
16 C.ad l.Iul.re. ¶Tertiò † hanc confirmo:quia hodie multum inoleuit vsurariorum temeritas,& instigante diabolo acrius exercent vsuras nonnulli Christiani, quam Iudæi & infideles:quo casu propter delicti frequentiam est permissum iudici pœnas ordinarias augere,& nouas addere.text.est & ibi Bart in prin.in d.l. aut facta.§ fin ff.de pœnis & l.1.in princi.ff.d.abigeis. & text.cum gl.in l.tertia in fi.C.de epi. audi. Facit tex. in l.hodie.ff de pœnis.stante ergo vsurarum frequentia, est permissum episcopo augere pœnas canonicas, & punire vsurarium ad suum arbitrium pœna competenti,per dicta l.hodie.¶Quarto,quia iudex ecclesiasticus potest & debet pœnam irrogare,quæ magis timetur:cuius timoris ratione censendum est, ipsum delinquentem fore à delinquendo cessaturum. gloss. est in capitul.licet.in glo.magna circa fin.& ibi Ab.de pœnis.& tex in capitul quoniam frequenter. in fin. & ibi glo.in ver.magis timeri,& c.vt lite non contest.& glo. in capitul.de causis.in ver.certa.in fi.de offi.deleg.& Fel.in capitul irrefragabilis.§.cæterum.colu.prima.& ibi etiam Abba.in 3.not.de offic.ordin.vbi Abba.& Felin.de mente Ostiens.videntur proprie decidere hunc casum. dicunt enim, quod iudex ecclesiasticus pro crimine ecclesiastico, etiam contra laicum potest irrogare pœnam pecuniariam : si illa magis timetur, quam pœna spiritualis. sed in illo casu potest magis conuenire pœna pecuniaria, quam contra vsurarium,

vsurariũ,qui peccat ex rabie auaritiæ,vnde in eo,in quo
deliquit, puniri debet: vt pœna sit delicto conformis.l.si fugitiui.C.de ser.fugi.& l.sancimus.C.de pœ-
nis. Ad quod habentes respectum Imperatores huius
regni,imposuerunt pœnam pecuniariam contra vsu-
rarios,scilicet publicationis bonorũ:vt supra dixi.per
d.constit.vsurariorum. Et semper est credẽdum,quod
vsurarius nullam pœnam magis timebit:quã pecunia
riã,quia semper auarus eget. & c.ex quo incipit fabri-
care in gehennam,non curabit pœnas spirituales, vt
tenet Abb.in ca.vt clericorum.in fi.de vita & ho.cler.
vt ergo irrogetur pœna quæ magis timetur,& delicto
conueniens:dico ꝙ episcopus poterit pecuniariã pœ
nam imponere:quam debet postea erogare in fabricã
ecclesiæ,vel in aliũ pium vsum,ne ipse etiam de auari-
tia arguatur.secun. Abb.in d.c.vt clericorum.in fin.&
in d.§.cæterum.& in c.delectus.de of. ordi.& in d.c.li
18 cet. ¶Quinto adduco,† quia ius canonicum appellat
vsuras crimen:vt d.c.quia in omnibus &c.super eo.de
vsur.Sed crimẽ dicitur omnis operatio mala, quæ pót
accusari & puniri criminaliter in hoc seculo.c.pecca-
tum.de reg.iur.li.6.& Fel.in c.testimoniũ.col.3.de test.
Et quod vsura sit crimen,apparet ex ordine titulorum
& rubricarum in decretalibus:quia post titulũ de fur-
tis,est immediate situatus titulus de vsuris.& dicit Ab
bas in continuatione rub.ibi,ꝙ vsura est species rapi-
næ,& ideo continuatur in rubrica de furtis. hic dicit
Io.An.in c.peccatum.de reg.iur.lib.6.ꝙ non reperitur
maius malum,quam sit vsura.& idem dicit Io.de Ana.
in c.j.in fi.de vsur.Si ergo crimen, sequitur consequen
tia necessaria,ꝙ debet aliqua condigna pœna puni-
ri nam impunitas parit ausum ad maius malum & de-
licti multiplicationem, vt inquit Seneca.
19 ¶Sextò,quia † omnis qui delinquit contra prohibitio
nem legis debet puniri pœna arbitraria,quãdo lex nõ
statuit aliam pœnam certam,secundum gl.& Bar. in l.
nemo martyres C.de sacros.eccle.& gl.in cle.2.in fi.in
ver.sanctioni.de vita & ho.cle.& Alex.in addi.ad Bar.
in l.hodie.ff.de pœnis.vbi dicit,quod venire cõtra prę
ceptum legis,est pœna arbitraria.Sed cõmittere vsu-
ras,est facere contra præceptum legis, quia sunt iure
prohibitæ:ergo vsurarius puniri debet pœna arbitra-
ria,ex quo venit contra præceptum legis,per prædict.
& no.Bal.in l.legis virtus ff.de legi.& habetur per Ab
ba.& Feli.& doct.in c.2.de maio.& obe.
20 ¶†Septimò confirmo,quia quando casus est dubius,
& sunt opiniones hincinde, debemus in dubio sequi
illam opi.quæ magis fauet publicæ vtilitati: & magis
coadhæret regulis iuris communis.Ita tenet Barol.&
docto.in l.j.ti.ff.sol.mat.& est tex.& ibi Bart.in l.j.§.fi.
C.de coduc.tol.Ad idem tex.formalis in hoc modo ff.
de condi.& demonstr.vnde hic stantibus istis duobus
opin.contrariis,magis fauet publicæ vtilitati,hæc quę
tendit ad puniendum delicta,quam alia opin.quæ in-
ducit impunitatem: & auget materiam delinquendi:
ergo ista opi.est tenenda.Et tanto magis hæc opi.pro-
cederet in isto regno,vbi vsuræ puniuntur criminali-
ter per consti.regni:& sic quod deficit in pœna iudi-
cis ecclesiastici,potest suppleri per secularem,vt tenet
Gemi.in c.j.de vsu.li.6.facit tex.in c.statuimus.in fi.de
maledi.Vbi contra blasphemãtes statuitur pœna pecu
21 niaria vltra alias pœn.spirituales.¶†Nõ obstãt ea quæ
in contrariũ adducebantur,maxime per Philip Deciũ
in d.consil.170. Et primò,inquantum dicit,quòd vsu-
rarius petit vsuras ex conuentione & voluntate par-
tis,vnde nullam iniuriam facit volenti,quia ad hoc de
facili respondetur:non lex prohibẽs vsuras,prohibet
eas recipi etiam à sponte soluente:quia is, qui soluit,
non peccat:sed tantum is,qui recipit.vt not.glos.in c.
debitores.in versic.reddere.de iureiur.vnde in mate-
ria vsurarũ tota prohibitio legis est recipiente.c.con-
suluit.de vsur.& propterea non consideratur voluntas
soluentis. quia semper recipiens venit contra præce-
ptum legis:& merito venit puniẽdus,tãto magis,quia
semper præsumitur debitor inuitus soluere:& soluen-
do vsuras,videtur sibi eruere oculum:vt dicit glo.in l.
j.ff de sol.& Bal in l.indebitas.C.de vsur. Sic in simili
videmus in quolibet actu à lege prohibito,quod nõ ex
cusat voluntas partium,quin remaneat prohibitio, &
sortiatur locum pœna legalis.l.non dubium.C.de le-
gi.Non enim excusatur adulter,si dicat se adulterasse
de voluntate mulieris dato enim, quod non offendat
proximum propter eius voluntatem,tamen offendit rẽ
publicam: quia attentat actum à iure prohibitum, &
pœnalem.
22 ¶Non obstat d.c.cum tu.de vsuris.supra † pondera
tum in tribus locis:quia totũ loquitur de pœnis Late-
ranensis cõcilij inductis ad restitutionẽ vsurarũ ciuili
ter tantũ: vt patet ibi in princip.Et illud ꝙ dicitur in d.
ver.illi autẽ.quod si vsurarius est pauper, non punitur:
confirmat hunc intellectum: quia si illæ pœnæ sunt in
ductæ ad compellendum vsurarium ad restitutionem,
cessante satisfactione propter paupertatẽ,cessante etiã
& illæ pœnæ:& similiter facta restitutione cessant, vt
ibi dicitur in fi.quia cessat peccatum,quo ad Deum; &
illæ pœnæ solum respiciunt animam & corectionẽ pec
catoris.Sed quatenus fuit offensa Respublica per rece
ptionem vsurarum,& patrationem delicti, requiritur
alia satisfactio per pœnam criminalem, vt pluries fuit
dictum superius.Vnde quia illa non est naturalis pœ-
na delicti,nec sufficiens,solum tendit in fauorem pri-
uati,vt vsuras recuperet:dicẽdum est,posse irrogari a-
liam pœnam sufficiẽtem arbitrariam,pro eo,quia fuit
contrauentum præceptis iuris diuini & canonici, pro
satisfactione reipublicæ. l. licitatio §. quod illicite ff.
de publica.Et præsertim,quia, vt supra dixi,illæ pœnæ
Lateranẽsis concilij puniunt solum delictum in nõ re-
stituendo.vnde delictum in mutuando sub vsuris,& in
recipiendo commissum,remaneret impunitum: quod
esse non debet,per prædicta.Et ex his apparet respon-
sio ad tertium,quartum,& quintum argumentum se-
cundæ partis.
¶Ad primũ argumentũ secundæ partis pót respon-
deri per confessionem,quia fateor ꝙ de iure ciuili cõ-
muni non irrogetur aliqua pœna,ex quo nõ sunt pro-
hibitæ:sed per ius canonicum ita, vt sup.interpretatũ,
puniri potest vsurarius per episcopum.
¶Ad secundũ argumentũ secundæ partis respõdeo,
per reprobationem,& dico ꝙ omnes illæ authoritates
reprobantur per alias authoritates contrarias, & per
rationes supra allegatas:& per ea,quæ dicit Pet. Phil.
Cor.in d.cons.19.in 3.volu. cuius dicta melioribus fir-
23 mantur rationibus.¶An † autem stantibus iudiciis in
crimine vsurarum,possit deueniri ad torturam, Soci.
cons.219.col.fi.in 2.vol.tenet ꝙ sic.Idem tenet Ioan.de
Anna.in ca.quia in omnibus col.19.de vsur. Tamen in
regno puto,ꝙ hoc non procederet:quia tormenta irro
gantur solum in delictis imponentibus pœnam vltra
relegationem, vt in ca.regni, quod incipit.tormenta.
Sed pœna publicationis bonorum,quæ irrogatur vsu-
rario,non censetur vltra relegationem.Ita tenet Paris
in tracta.syndi.in ver.tortura.in ca. an in causa pecu-
niaria, &c. Et ex hoc remanet expedita ista subtilis
quæst.Laus Deo.Robertus Maranta.V.I.D.

SI PRAESENTATVR PRIMO INSTRUMENTUM CIUILITER SUPER ADSISTENTIA, AN LITE PENDẼTE POSSIT CRIMINALITER PRÆSENTARI, SECŨDŨ FORMÃ RITUS MAGNÆ CURIÆ; AN VERO OBSTET EXCEPTIO LITIS PẼDẼTIÆ.

SI PRAESENTATVR PRImo instrumentum ciuiliter super adsistentia, an lite pendẽte possit criminaliter præsentari, secũdũ formã ritus magnæ Curiæ; an vero obstet exceptio litis pẽdẽtiæ.

SVMMARIVM.

1 Causa cœpta ciuiliter, an possit lite pendente inchoari criminaliter vigore instrumenti, an vero obstet exceptio litis pendentiæ.

Executio instrumenti & sententiæ æquiparantur.

Exceptio litis pendentiæ, an obstet contra executionē instrumenti.

2 Actor habens plura remedia executiua, vno intentato, non præiudicat sibi in alijs.

3 Clausula, quod electa vna via, alia non tollatur, quid operatur in instrumento.

Notarius censetur rogatus, vt apponat clausulas consuetas in instrumento.

Clausula qualibet in instrumēto posita, debet aliquid operari.

4 Actione hypothecaria intentata, an possit lite pendente agi actione personali.

Cumulatio actiōis hypothecariæ & personalis, an fieri possit. & 30.

Sententia lata super actione hypothecaria, præiudicat super actione personali.

5 Agens via ciuili an possit pro eadem re agere criminaliter.

6 Procurator non admittitur etiam ad media, quando præsentatur instrumentum secundum formam ritus.

7 Debitor suspectus potest capi etiam lite pendente.

8 Instrumentum operatur, vt debitor possit carcerari: & debet dicere causam in vinculis.

Instrumentum & contractus in quo differant.

Instrumenti executio, an impediatur per exceptionem, quod metus causa vel doli. & nu. 11.

9 Iuramentum in contractu meticuloso seruari debet, nisi petatur absolutio.

10 Spontanea volūtas an probetur per illam dictionem, sponte appositam in instrumento. & 35.

Verba notarij stipulantis censentur proferri de voluntate contrahentium.

12 Fideiussionis contractus duas producit obligationes.

13 Fideiussionis contractus dicitur damnosus pro fideiussore, adeo q̧ per hoc censetur dilapidare bona sua, eo ipso quod fideiubet.

Maritus fideiubens dicitur vergere ad inopiam: & vxor repetit dotem.

15 Contractus celebratus inter officialem & subditum, est nullus: & præsumitur factus per metū & impressionem, si est damnosus subdito.

16 Officialem sola preces erga subditos inducunt iustum metum.

17 Metum iustum inducit solus vultus terribilis officialis.

Præsumitur in dubio contra officiales indebita seruitia extorquentis.

18 Instrumentum quando extrahitur in forma publica, debet interuenire consensus creditoris & debitoris pariter.

19 Fides hosti seruanda non est.

20 Causa præoccupata per maiorem iudicem, non potest ventilari coram minori.

Præuentio seu præoccupatio iurisdictionis fit per solā citationem.

21 Causa si est delegata per principem, censetur quo ad illam, sublata omnis potestas ordinario: & processus per eum factus, super ea est nullus.

22 Citatio obtenta, non facta mentione de litis pendentia, dicitur surreptitia.

Causa deuoluta ad curiam principis, non potest inde extrahi sine licentia principis: alias nihil valet quod agitur.

23 Litis pendentia coram vno iudice, impedit eam agitari coram alio.

34 Agens via ordinaria, censetur renunciare extraordinaria executiua.

25 Inhibitio facta iudici, operatur vt processus postea per eum factus, sit nullus.

26 Præuentionis excep. est declinatoria.

27 Instrumentum guarentigiæ an æquiparetur sentētiæ.

28 Contumax potest pluribus remedijs coërceri.

29 Instrumentum quando est nullum, omnes clausulæ in eo contentæ sunt nullæ.

30 Actio hypothecaria quando cumulatur cum actione personali, debet fieri coram eodem iudice.

Causæ continentia quando diuidi non debet, nō valet processus coram diuersis iudicibus.

31 Cumulatio actionis ciuilis & criminalis, an & quādo fieri possit.

32 Procurator in criminalibus tunc nō admittitur, quādo discutitur causa principalis: secus, quādo opponit declinatoriam vel nullitatem libelli, vel calumniam aduersarij.

Calumnia habetur loco libelli inepti, & potest ex officio repelli per iudicem.

33 Exceptio nullitatis oriens ex instrumento, non censetur sublata per statutum tollens omnem exceptionē. de exceptione inhabilitatis personæ.

Creditoris appellatio in statuto intelligitur de efficaci.

34 Iuramentum metu extortum, in actu à iure prohibito non obligat.

35 Clausula, sponte &c. censetur metu extorta in contractu meticuloso.

Notario non creditur de ijs quæ consistunt in animo contrahentium.

36 Velle non dicitur, qui per metum vult.

Disputatio 6.

ILLVSTRIS dominus Vicerex ciuitatis Neapolis, & locumtenens generalis huius regni, fuit aditus per supplicationem cuiusdam actricis, vt deberet sibi ministrare iustitiam contra quendam suum debitorem vigore instrumenti præsentati super assistentia ciuiliter contra bona debitoris: fuit causa cōmissa in sacro consi. vni ex regiis consiliariis, vt iustitiā faceret, in sacróque cōsilio referret. corā quo regio cōmissario fuit fabricatus processus vsq; ad publicationē inclusiue: & per debitorē fuit plene probatū in defensionibus, q̧ promissio & obligatio instrumētalis, quę erat ducatorum mille, fuit extorta per metum & impressionem superioris. Demum lite pendente in sacro cōsilio, præfata actrix præsentauit illud idem instrumētum in magna curia vicariæ criminaliter secundum formā ritus: & fecit capi debitorem. Opponitur de litis pendētia in sacro consilio: & q̧ causa fuerat occupata per superiorē iudicem: quæritur, an dicta exceptio impediat viam criminalem, ita vt debitor debeat liberari. & procedi in causa cœpta in sacro consilio.

1 ¶ Et primo pro † parte negatiua, quod dicta exceptio litis pendentiæ non obstet, immo quod procedi possit criminaliter adducitur: quia executio sententiæ, & executio instrumenti, habētes executionem paratam, æquiparantur. Ita dicit Bart. in l. cum vnus in fine illius prin ff. de bo. autho. iud. pos. & Bal. in l. fin. col. 2. C. eo tit & Lud. Ro. in consi. 76. col. 2. Sed quando fit executio sententiæ, non impeditur per exceptionem litis

litis pendentiæ secundum Innocen.in ca.cum in iure de officio delega.& Lud.Ro.in d.consi.76.in fi.verbis. Ergo minime debet retardari executio instruméti, cuius vigore potest deueniri ad capturá personæ authoritate dicti ritus, sicut per instrumentum guarentigiatum, vt notat Bartolus in l.Titio centum § 1.de condi. & demonstr.& Inn.in c.ex rescript.de iureiur. & Ale. in addi.ad Bar.in d.l.cum vnus.& Ludo.Roma.in consil.133.colú.j.Quia ergo per ritum magnæ curiæ instrumentum habet executionem paratam, non poterit op

2 poni litis pendentia. ¶ †Secundò, quia quando actor habet plura remedia executiua contra reum, vno intentato, non præiudicat sibi, quo ad alia. Vnde si actor habuit possessionem bonorum, potest etiam recurrere ad capturam personæ, donec sibi satisfiat. Ita tenet Bartol.in l.consentaneum colum.fin.C.quomod.& quando iudex.& Bald.per illum text.in l.qui legati. G, vt in possess.lega per l.j § quid ergo.ff de ven.inspi.& Bal.in l.2.in fin.C.de restit mili.& habetur in c.quoniam frequenter.§.fin.vt lite non contestat.nec pendentia litis super vno, videtur posse super alio præiudicare: vt no. Ias.in l.nulli.colum.3 in 6.fallentia C.de iudi. vnde licet dicti actores intentauerunt viam executiuam ciuiliter super assistétia, scilicet procuratores dictæ actricis, non debet talis pendentia litis impedire aliud remedium executiuum contra personam, donec integrè satisfiat, per prædicta.

3 ¶ †Tertio, quia in instrumentis communiter apponuntur illæ clausulæ: videlicet, quod creditor possit præsentare instruméntum ciuiliter & criminaliter: & quod electa vna via, alia non tollatur: ergo censetur data potestas creditori, quod possit redire ad criminalé causam secundum formam ritus, non obstante prima via ciuiliter electa. cum quælibet clausula, & omne verbú in instrumento appositum, debeat aliquid operari, vt dicit Bald.in rub.C.de contrahen.empt.in 9.q.& gloss. in c.solitæ.& in ver.tanquam.de maio & obed & Iaso. in l.2.§.creditum.in fi.ff.si cert peta.& Pet.Phil. Corn. in consi.156.col 4.in 4.volu.& notarius semper censetur rogatus, vt apponat istas clausulas consuetas.l.fin. & ibi Bal.C.de fideius & Bal in l si quis sub códitione. in fi ff.de condi.insti.& in l.huiusmodi in prin.ff.de lega.j.& Alex in consi 89.col.pen.3.volu.& Ias. in l.certi condictio.§.nummos.col.5 ff.si cert.peta.

4 ¶ †Quartò, quia quando est intentata actio hypothecaria, potest actor etiam pendente iudicio intentare actionem personalem contra eundem debitorem. & hoc est speciale in istis duabus actióibus: quia possunt cumulari tam in eodem libello, quàm in diuersis: tam in eodem tempore, quàm diuerso: non obstante, quod sententia lata super vna, pariat exceptionem rei iudicatæ super alia. Ita tenet Barto.in l.edita.colum.4.in fi. C.de edend & in l.fundum.versi.oppon.extra glo.&c. ff.de excep.per textum in §.sed neque.in authent.de fideius.coll.j & Bar.in l.mulier.C.qui pot.in pig.hab.& Paul.de Cast.in consi.448.in j.col.in 2.vol.Sed in proposito licet dicti actores seu procuratores actricis primò egerint actione hypothecaria, intentando assistétiam, potest nihilominus pendente alio iudicio intentare actionem personalem dicta actrix, præsentando personaliter instrumentum secundum formam ritus contra eundem debitorem. Pro hoc videtur casus in l.2.& l.omissis.C.de fideius.

5 ¶ †Quintò, quia quádo ex eodem facto oritur duplex modus agendi, vnus ciuiliter, & alius criminaliter, nó ad vindictam principaliter: sed circa persecutionem rei familiaris, tunc intentata via ciuili, potest etiam agi via criminali: quia vna per aliam nó tollitur. Casus est in l.ex morte, C.ad l.Aqui.& in l.prætor.§.j.ff.vi bono.rap.Sed dicta actrix egit primò ciuiliter, vnde potest nunc agere criminaliter, præsentando instrumentum secundú formam ritus, quo casu dicitur causa criminalis propter periurium, vt habetur in deci.64.cósi. Neap.Et sic exceptio litis pendentiæ super causa ciuili, nó potuit ei præiudicare in criminali pro hoc est text.

6 cum glo.in l.de fide C.ad l.Cor.de fal. ¶ †Sextò, quia dicta litis pendentia fuit allegata per procuratorem: & quando præsentatur instrumentú secundú formam ritus, non admittitur procurator, etiam ad media. vt dicit ritus magnæ curiæ.& habetur in d.deci.64 consili. Neap.& sic non debet obstare litis pendentia, cú non

7 fuerit allegata per legitimam personam. ¶ †Septimò, quia etiam lite pendente licitú est creditori impetrare capturá debitoris suspecti, licet ab initio ipsum capi facere noluerit, secundum Ang.in l nemo carcerem. circa medium.ver.item quæro, quod si lite pendente, &c. C.de exact.tribu.lib.10.& Alex.in consi 106.col.fina.in princi.in 3.volu.quia ergo per dictam nouam præsentationem instrumenti secundum formam ritus intenditur ad capturam debitorum, sequitur quod lite pen-

8 dente fieri potuit. ¶ †Octauò, quia ritus magnæ curiæ fundat se super instrumento: videlicet quod quádo de debito apparet publicum instrumentum, statim debitor carceratur: & debet dicere causam in vinculis. vnde non habet obstare exceptio, quæ interuenerit, metus seu impressio: quia ista exceptio respicit contractú debiti, non autem instrumentum: quod consistit in solennitatibus, scilicet in interuentione iudicis, notarij, & testium, & in subscriptione, sigillo, anno, die, mense, inuocatione nominis Domini, & in aliis solennitatibus contractus verò consistit in substantia negocij. vnde si ex cótractu meticuloso fiat instrumentum, debet habere executionem paratam: quia non eliditur per istam exceptionem, quæ nó respicit instrumentum sed contractum. Ita notanter tenet Bart.in l.j §.& parui. ff. quod vi aut clam. quem refert & sequitur Petr Philip. Corn.in consi.241 col.3 in litera H.in 3.volum.& tenet Bal.in l j.col.fi.C.plus vale.quod agi.vbi distinguit.vnde sequitur, quod dicta exceptio metus, non habet impedire exceptionem instrumenti.

9 ¶ †Nonò, quia in dicto instrumento interuenit iuramentum: quo casu, etiá si extaret metus, non potest debitor contrauenire, nisi primò faciat se absolui à iuramento.c.si vero.de iureiu.cap.ad aures & ibi no.extra. quod metus cau.vnde dictus debitor citatus super tenore instrumenti, opponendo exceptionem metus, nó debet audiri tanquam periurus, cum nó sit absolutus.

10 ¶ †Decimo, quia in dicto instrumento dicitur, quod dicti fideiussores sponte & voluntarie fideiusserunt: per quæ verba excluditur probatio metus: quia vbi est cónsensus & spontanea voluntas, cessat præsumptio metus: cum sint duo contraria, quæ non possunt esse in eodem subiecto.l.j.C.de furt & omnia verba, quæ profert notarius censetur proferre de voluntate cótrahentiú, quia debet contradicere ille, cui verba displicent. Ita dicit Bald.in l.mater.versi.quid ergo si tabellio &c.C. de rei vend.& Bal.in l.j.colum fin.C.de priui.do. Cum igitur hic agatur contra vnum ex fideiussoribus in solidum, qui se sponte obligauit. sequitur quod cessat exceptio metus per prædicta.

11 ¶ †Vndecimò, quia quando instrumentum habet executionem paratam, vigore statuti, non admittitur contra tale instrumentú exceptio doli nec metus ad impediendá executionem. Ita tenet Ang.in cós.324. incipiente, visis statuto & contractu &c.col.pen.vers sed licet. Sed certum est, quod vigore dicti ritus instrumétú habet paratá executioné: ergo exceptio metus, eá non impe-

12 dit ¶ †Pro parte vero contraria adducitur: Et præsuppono primò, quod in contractu fideiussionis duę oriuntur actiones seu obligationes: Vna videlicet, quæ cótrahit inter fideiussoré & creditoré, quæ est ex stipulatione. l.blanditus.C.de fideius.alia est, quæ cótrahitur inter fideiussorem & reú principalem: quæ est obligatio & actio mádati.l.rogatus.& l.qui fide.& l.si remuneràdi.§.si pas-

sus.ff.de manda & l.mandati.& ibi gloss.C.de fideius.
13 & insti.de fideius.§.si quid autem.¶ † Secundò, præsup
pono quod contractus fideiussionis, est contractus o-
nerosus & damnificatus, adeo quòd in eo nullum lu-
crum speratur, intantum quod ille qui fideiubet, cen-
setur dilapidare bona sua; & hæc est causa sufficiēs, vt
vxor possit in constantia matrimonij repetere dotem
à marito suo, secundum Angelū in l.in personam.§.j.&
ibi etiam Ias.ff.de pa & Alexā.in l si constante.col 7.ff.
so.ma.pro hoc est tex.in l.3.§.si filius.ff.de lib.& posth.
14 ¶ † Tertiò præsuppono, quod domini temporales, vt
sunt duces, comites, & marchiones, & eorum vicarij,
censentur principes in suis terris, & habent illam po-
testatem in suis terris cōtra subditos, quam habet im-
perator in toto regno, maxime quando habent rega-
lia, prout omnibus baronibus huius regni, vt plurimū
concessa sunt. Ita tenet Lud.Rom.in consil.59.& Petr.
Phil Cor.in cōsi.200.col.j.& 2.in j.volu.& Ang in cōs.
217.col.2.in fi.& 3 & Paul.de Cast.in consi.34.colum.3.
in 2.volu.¶ His præsuppositis, dico pro parte cōtraria,
quòd dictum instrumentum in casu de quo quæritur,
non meretur executionem & præsertim, quia probatū
est de metu & impressione superioris.

15 ¶ † Et primò, pro ista parte adducitur, quod officiales pro-
hibentur in illa prouincia, quā regunt, contrahere cū
eorum subditis: & contractus eorum, maximè quando
tendunt in læsionem subditorum, sunt inualidi l.j.C.
de contra iudi.& habetur in l.fi.C.de rescin.ven.& in
l.principalibus.ff.si certum pet.& hoc sine dubio pro-
cedit, scilicet quod tales contractus sunt nulli, quando
fiunt metu, & per impressionem superiorū, ita vt non
sit necessa intentare actionem, quod metus causa, ad re
scindendum: secundum Baldum tit.de pace constan.in
versi.pactiones.& in versi.pro infectis & Ias.in § qua-
drupli.col.9.instit de actio.& Paris in tract.synd.in 15.
chart.col j. Hic dicit Bal.in l.decernimus. C.de sacro-
sanct.eccle quod contractus celebratus cum tyranno per
ipsius impressionem, non valet: præsumitur autem fa-
ctus per impressionem, quando subditus cum eo con-
trahens læditur ænormiter, & illud dictū sequitur Alo
xādet in l.si per impressionem.C.quod metus caus.sed
dictus contractus fideius.fuit celebratus inter superio
res & eorum subditos, & per eorum iussum: quia ipsi
superiores fuerunt rei principales, & iusserunt dictis
fideiussoribus subditis, quod pro eis fideiuberent. &
ita fideiusserūt: certe ex tali iussu facto per superiores
vnà cū contractu onerosο ac damnoso, prout est con-
tractus fideiussionis, vt supra dixi, satis probatur im-
pressio & metus. Nec obstat l.ad inuidiā C.quod me-
tus causa vbi dicitur, quod sola dignitas officialis nō suf-
ficit ad inducēdam præsumptionem metus: quia illud
procedit in officiali non habente iurisdictionem. Ita
intelligit Bartolus in l.aufertur.§ quod à præside.ff.de
iure fisci.& Alexā in dicta l.si per impressionem. Item
ibi non interuenit metus seu impressio, secundū Bart.
in dicta l.si per impressionem.

16 ¶ † Secundò, quia non solum iussus, immo solæ preces
superiorū officialiū, inducūt iustum metū: quando offi
cialis est talis, qui solet sæuire in suos subditos, secun-
dum Abb in c.insinuante.in fi.& ibi gl.qui cle.vel vo-
uen & Abb.in c.2.col.j.quod met.cau.& Alex.in cōsil.
16.col.pe.in 3 volu.& ita intelligitur quod not in l.j.ff.
quod iussu.& gl.in cle.j.in ver.exhortamur.de testi. &
And.de Iser.in c.si quis miles de feu.sine cul.nō amit.
Vnde à fortiori iussus debet inducere metū: & si dict⁹
contractus nō valuit, vt habetur in deci.49.cōs.Neap.
17 ¶ † Tertiò, quia solus vultus terribilis potestatis, indu
cit iustum metum. Ita dicit Ioan.And.in nou in c.quia
propter.de elect in pen.col.& Bal.in c.j § iniuria.col.
pen.de pace iur.fir.& Ias.in l.de pupillo.§.si quis præ-
tori.col 2.ff.de oper.no.nuncia. Item indebita seruitia
extorta per principes à subditis, præsumuntur extorta
per metū, secundum Ioan.And.in c.j.de præscrip.lib.6.
in nouel.& Bal.in tit.de pace Cōstan.in ver.pactiones.
& in dubio in hoc præsumūtur contra potestates, secū
dum eū l.volumus.C.de testa.& l.qui per potentiam.
C.de omni agro deser lib.xj. Vnde idem est dicendum
in dicta fideiussiōne, cum sit indebite extorta per supe
riores officiales & barones in damnum subditorum.
18 ¶ † Quartò, quia instrumentum dictæ fideiussionis nō
fuit extractum de voluntate fideiussorum: nam in ex-
trahendo instrumento debet creditor & debitor con-
sentire: & non sufficit solus creditor. Ita tenet Alex.in
consi.110 incip Eximie doctor &c.in 2.volu.& Abbas
in c.j col.antepe.& pen.de fide instr.& Bal.in rubr.C.
de fide instr col.3. Vnde non debet habere executionē.
19 ¶ † Quintò, quia proponitur, quod fideiussores tempo-
re contractæ obligationis erant hostes publici, cū di-
cta actrice. vnde cum sint personæ priuatæ, non tenen-
tur seruare fidem hosti, secundū Bartol Iaso.& docto.
in dicta l.cōuentionū.ff.de pact.& Bar.in l.j § nō fuit.
20 ff de dolo.¶ † Sextò, quia causa fuit prius occupata per
illustrissimum viceregem generalem. per quē fuit de-
legata in sacro consilio, vt supra. Vnde pēdente lite in
sacro consilio, & sic coram maiori iudice, non potuit
dicta actrix adire magnam curiam vicariæ. & sic iudi-
cem minorem pro eadem causa. Ita tenet Bald.in d.l.2.
§ j.ff.si quis cau.& Bald.in l.senatus.in fi.C.qui accus.
non pos.& in auth.sed nouo iure.col.8.C.de ser.fug.&
habetur per Felin.in c.ex tenore.col.8.de rescri.& hæc
præuentio iurisdictionis fit per solam citationem, cap.
proposuisti.& ibi Abb.de foro compet.& cle.fin.vt li-
te pendente. multo fortius hic, vbi in sacro cōsilio fuit
processum vsque ad publicationē inclusiue. Facit text.
in l.vbi cœptum.& l.si quis postea & ibi Bal.ff.de iudic.
21 ¶ † Septimò, quia ex quo dictus princeps aduocauit ad
se causam, & illam delegauit, censetur super ea sustu-
lisse omnem iurisdictionem cuicunque ordinario infe
riori Casus est in cap.vt nostrum.& ibi Abb.& Philip.
de appellat. intantum quod processus factus per infe-
riorem, est nullus tanquam factus à priuato, vt ibi ha-
betur: probatur in l.iudicium soluitur.ff.de iudi. & eo
ipso, quòd princeps delegat causam alteri, censetur ad
se illam aduocare, secundum Bal.in capi.ad hoc.col.4.
de pace iu.fir. Pro hoc est tex in c pastoralis.§ præter-
ea.& ibi per Fel.de offi dele.& Fel.in c.quoniā Abb.in
fi.e.tit.& Ias.in l more maiorū.col.fi.ff.de iur.om.iud.
& Imo.in l.si expressum.ff de app.& Lud.Ro.in consi.
133 col.j.& consi 335.& Bal.in l.si vt proponis.la prima.
colum.3 versi.quæro.papa &c C.quomodo & quando
iudex. vbi plus dicit Bal.quod etiam mortuo delegato
Prin. intantum censetur causa aduocata. quod non re-
uertitur ad ordinarium, sed ad ipsum principem oc-
22 cupantem.¶ † Octauò, quia emanauit citatio à magna
curia, quæ fuit obtenta. nulla facta mentione de litis
pendentia in sacro consilio, & sic fuit surreptitia & in-
ualida, secundum Felin in cap.super literis.col.9.& in
c.cæterum.col 2.de rescrip.& Ludo.Rom.in cons.330.
& idem Felin.in c.ad audientiam.el 2.col.17.in 6.fallē.
de rescript. vbi decidit casum nostrum, concludens, quod
quando causa est deuoluta ad curiam Principis, nō po
test inde extrahi sine certa sententia pricipis. aliàs cō-
missio causæ alibi dicitur surreptitia, & non valet, se-
23 cundum eum.¶ † Nono, quia exceptio litis pendentiæ
coram vno iudice, impedit litem agitari coram alio iu
dice, vt plene declarat Soci.in consi.38.in j.vol.& habe
tur per Alex.in l.nulli.C.de iud.& Bal.in c.j.in fine.de
controuer.feud.apud partes maxime, quando sentētia
lata ab vno, parit exceptionem rei iudicatæ corā alio,
secundum eum, prout est hic.& ita habetur in decisio.
354.consilij Neapo per Mat.de Afflict.
24 ¶ † Decimo, quia quando actor habet duas vias agē-
di, vnam scilicet ordinariam, & aliam extraordina-
riam, & executiuam, intentando ordinariam, censetur
tenun-

renuntiare extraordinariæ. Ita tenet glos. in l. proinde.
§. notandum. in gloss. fina. ff. ad l. Aquil. & colligitur ex
25 dictis Ludo. Roma. in consi. 133. ¶ † Vndecimo, quia sa
crum cõsilium inhibuit magnæ curiæ, quod se in causa
non intromittat, ex quo venaret in sacro consilio. quod
potuit secundum Baldum in l. j. in fi. C. quomo. & quã-
do iudex. quo casu si inferior inhibitus, procedit ad a-
liquem actum, est processus nullus secundum Fran. de
26 Aret. in consi. 75. in prin. ¶ † Duodecimo, quia exceptio
præuentionis, est declinatoria: quia per eam declina-
tur iurisdictio tanquam incompetens, secundum Bal.
in auth. sed nouo iure. col. 3. C. de ser. fugiti. vnde stan-
te præuentione Principis, & exceptione declinatoriã
apposita, dicta magna curia fuit effecta incompetens:
& per consequens omnia per actitata, sunt nulla: vt to
to titulo C. si à non cõpet. iudice. per ea, & quæ haben
tur in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ie. ¶ Pro solutione in
casu, de quo quæritur, adhæreo huic secũdæ parti, per
rationes modò adductas pro ista parte.

27 ¶ † Superest solum respondere ad argumenta in con-
trarium adducta pro prima parte. Vnde, non obstat
primum argumentum: quia licet dicatur, quod instru-
menta Garentigiæ habent vim sententiæ, non tamen
per omnia æquiparantur sententiæ, & eius executioni,
quod patet, quia contra executionem sententiæ, non
potest opponi exceptio peremptoria, sed contra exe-
cutionem instrumenti sic: secundum Bald. in l. perem-
ptorias. col. 3. C. sent. rescind. non poss. & est ratio, quia
in instrumento nulla præcessit lis: vnde non pótuit ex-
ceptio opponi. istud magis in terminis tenet Alexand.
in l. 4. §. condemnatum. col. 4. ff. de re indi. vbi propriè
loquitur de exceptione litis pendentiæ, quæ potest op
poni contra executionem instrumenti. allegat Frederi.
de Senis in consi. 122. incip. in quæstione domini Ioan.
Pauli &c. Præterea, posito quod æquiparent, nos videmus
quod quando causa est legitime deuoluta ad superio-
rem per remedium appellationis, obstat litis penden-
tia ad impediendam executionem, vt in toto tit. de ap.
ergo eodem modo quãdo quis deuoluit legitimè cau-
sam ad superiorem, debet obstare litis pendentia con-
28 tra executionem instrumenti. ¶ † Non obstat secundũ
argumentum, quia loquitur contra contumacem: nam
contra eũ potest iudex pluribus remediis vti ad ipsum
conuincendum: sed nos sumus in eo, qui legitime de-
fendit. Præterea, licet secundum remedium in casu no
stro sit executiuum secundum formam ritus, tamen pri
mum fuit ordinariũ super adsistentia: quia ipsa actrix
dicit in libello suo, volens vrbanius agere, quod venit
per viam iuris &c. Item illud contrarium procedit in
eodem iudice, non in diuersis: vt fuit hic, & maximè,
quia causa erat præuenta per principem. Ita sentit Ias.
in d. l. nulli. in 6. fallen. de iudiciis.

29 ¶ † Ad tertium argumentum respondeo, quòd in dicto
instrumento non sunt dictæ clausulæ, ex quo fuit ex-
tractũ à prothocollo notarij mortui, prout iacet. Præ-
terea, quia instrumentum est nullum vt supra fuit pro
batũ per rationes adductas pro hac secunda parte ra-
tione metus: similiter & omnes clausulæ in eo conten
tæ, sunt nullæ, vt not. Ludo. Roma. in cons. 42. colum. j.
Præterea, dato quod vna per aliam non tollatur aut suspẽ-
datur, tamẽ debet adiri idem iudex, scilicet princeps,
qui fuit primò aditus: quia alia curia inferio censetur
priuata iurisdictione per præuentionem principis, vt
30 supra dixi. ¶ † Ad quartum argumentum respõdeo, quod
illa cumulatio debet fieri coram eodem iudice: nã cũ
actio personalis & hypothecaria tendant ad eundem
finem, non debet diuidi continentia causæ coram di-
uersis iudicibus: vt d. l. nulli. vbi denegat lex audiẽtiã.
per quæ verba, etiam si non excipiatur, non valet pro-
cessus qui fieret per secundum iudicem, secundũ Alex.
in l. j. §. j. ff. ad Treb. in l. nam & postea. ff. de iureiur. &
hanc dicit esse communem opi. quam tenet etiam Io.
An. in addi. Spe. in tit. de prolatione sen. §. iuxta. super
ver. item est nulla &c. & habetur per Math. in decisio.
354. consi. Neapol. idem tenet Bald. in l. scire oportet. §.
consequens. ff. de excusa. tuto. Vnde omnia capitula, at
tentata per magnam curiam, sunt nulla, quia lex dene-
31 gabat audientiam d. actrici. ¶ † Ad quintum argumen
tum respondeo, quod ciuilis causa non præiudicat cri
minali, quando est finita: secus, pendente ciuili: quia
non potest per eundem intentati criminalis. Casus est
in l. interdum. ff. de publi. iud. & ibi Bart. & idem Bart.
in l. j. in fin. versicu. 3. not. &c. C. quando ci. actio præiu.
cri. Præterea obstat, quia coram diuersis iudicibus, vt
32 supra. ¶ † Ad sextum argumentum dico, quod in cri-
minalibus non admittitur procurator, quando compa
ret ad discutiendum ipsam causam princip. Secus est,
quando compareт ad opponendam declaratorias fo-
ri, & ad opponendum ineptitudinem libelli, & annul-
landum iudicium: quia tunc admittitur etiam in cau
su capitali, ex quo per hoc non examinatur crimen, ita
tenet Barto. in l. penulti. §. ad crimen. col. pen. ff. de pu-
bli. iud. & Bal. in d. l. j. colum. 2. C. quomo. & quand. iud.
sed in proposito, dicta exceptio præuentionis & litis
pendentiæ, est declinatoria, secundum Baldum in au-
then. sed nouo iure. colum. 3. C. de ser. fugi. ergo pótuit
opponi per procuratorem. Item procurator in crimi-
nalibus admittitur ad obediendum quod aduersarius
calumniatur, & opponendum quod nomen rei non re
cipiatur inter reos, secundum Cynum in l. reos. C. de
accusa. & Feli. in l. 2. C. vt nemo priua. plus etiam dicit
Bal. in d. l. j. col. 2. C. quomo. & quando iud. quod iudex
potest ex officio supplere, quando videt accusatorem
calumniari. nam calumnia habetur loco libelli inepti.
sed nulla est calumnia maior, quàm temere vexare di-
ctos fideiussores coram diuersis iudicibus: cùm sit fa-
bricatus processus, & liqueat de causa in sacro cõsilio:
ergo non tantum procurator potuit interuenire, sed
etiam iudex debuit repellere actores calumniantes ex
officio. ¶ Ad septimum argumentum respondeo, quod
procedit coram eodem iudice, & superueniente noua
causa suspicionis ita loquitur Angel. in dicta l. nemo
carcere. Ad quod facit l. in omnibus. ff. de iudiciis. quæ
omnia cessat in casu nostro.

33 ¶ † Ad octauum argumentum respondeo, quod ritus
magnæ curiæ loquitur de creditore, scilicet quod ad
instantiam creditoris fiat executio. quod debet intel-
ligi de creditore efficaci, cui nulla obstat exceptio. Ita
tenet Ludo. Roma. in consilio 204. in fin. sed creditrix
non erat efficax stante exceptione metus. vnde ad eius
instantiam non potest fieri executio. præterea, quãdo
exceptio nullitatis contractus apparet ex inspectione
ipsius instrumenti, potest opponi ad impediendã exe-
cutionem, etiam si statutum tolleret omnem exceptio
nem: quia intelligitur de instrumento valido, secundũ
Ludo. Roma. in consi. 42. & consil. 294. & penul. Philip.
Corne. in consi. 93. in 4 vol. & Bald. in l. in ementis. in 3.
not. C. de contrahen. empt. & Bald. in l. sancimus. C. de
dona. & Alexan. in con. 99. col. 2. vers. ad idem. in primo
volum. & in consi 77. col. pen. in fin. in 3. volu. vbi plus
dicit, quod iudex pót etiam tunc ex officio repellere agen
tem. & Bald. in l. si non sortem. §. j. ff. de condiction. in-
indebit. & Imol. in l. fin. ff. à quib. appell. non lic. & Ias.
in l. iurisgẽtium. §. quod fere. col. fi. ff. de pact. Item po-
test opponi exceptio resultans ex inhabilitate contra
hentis, prout in casu nostro, secundum Ioan. and. in ad
di. Specu. in titu. de senten. §. vt autem. & Iaso. in l. 2. §.
prætor ait. versicu. septimo &c. ff. qui satisda. cogan. Ex
isto enim instrumẽto apparebat, quod rei principales,
pro quibus recipiebatur fideiussio, erãt viceprincipes
& superiores fideiussorum, quo ad iurisdictionem. vn-
de contractus apparet nullus, & per præsumptam im-
pressionem factus, vltra quod per testes fuit plenè pro
34 batum in sacro consilio. ¶ † Ad nonum argumentum

respondeo, quòd iuramentum nó obligat in casu, quo metus reddit actum nullum, prout in casu nostro. ita tenet Feli. in c. si verò. col. fin. de iureiur. & gloss. & Ab. in c. 2. de eo, qui dux. in matrim &c. præterea, quando actus est aliàs à iure prohibitus, ibi iuramentum per metum extortum, est ipso iure nullum, & non obligat. ita tenet Abbas. in c. cum contingat. in vltimo nota. de iureiur. Item communis opin. ciuilistarum in authent. sacramenta. C. si aduer. ven. est, quòd iuramentum metu extortum, non obliget. & hanc opin. sequitur deci. 263. consil. Neapol. in decisionibus Matth. ¶ Ad deci-
35 mum † argumentum respondeo. quòd licet in instrumento dicatur, sponte &c. non tamen per hoc creditur instrumento, quòd actus fuerit sponte factus, nisi ex quadam iuris præsumptione. Ita notabiliter tenet Bald. in addi. Spec. in tit. de app. in §. restat in addi. quæ incipit, Confessus in tormentis &c. & dicit pulchrè Soc. in cons. 263 col 6. in princip. in 2. vol. quòd dicta clausula, sponte, &c. præsumitur metu extorta, sicut omnes aliæ clausulæ appositæ in instrumento meticuloso. & potest addi ratio: quia spontanea voluntas consistit in animo contrahentiũ, de quo notarius non potest testificari. Non enim tenetur scire animum contrahentium, secundum Baldum in rubric. C. de fide instrumen. colum. 5 & contra ipsam præsumptionem resultanté ex instrumento, apparent probationes de metu in sacro consilio: quo casu, probato metu, est impossibile probare spontaneam voluntatem. ita dicit Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. & in l. fina. in
36 fi. C. de here. insti. † Hinc dicimus, quòd plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, quã mille deponentibus de spontanea voluntate, secundum Inno. in c. super hoc. de renun. & Ias. in §. quadrupli. colum. 9. insti. de action. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in 23. quæstion. in prima lectu. ff de offic. procon. Non enim dicitur aliquid velle is, qui per metum vult, secundum Bal. in tit. de pace constantiæ. in ver. item volentibus &c. ¶ Ad vndecimum argumentum respondeo, prout dixi respondẽdo ad octauum: quia ista discussio esset facienda in sacro consilio: sed quia ibi agitur ordinarie, ideo cessat hic & ibi. & sic per prædicta remanet confirmata hæc secũda pars in fauorem fideiussorum contra actricem. Laus Deo. Et ita fuit per sacrum consilium Neapolitanum iudicatum, referente excellentissimo I. V. doctore, celsæque doctrinæ ac sanctimoniæ, patre domino Martiale, regio cõsiliario, & in ipsa causa regio delegato, ac domino meo colendissimo, &c. Robertus Maranta Venusinus, V. I. D.

AN MARITVS, QVI IN CApitulis matrimonialibus promisit curare & facere cum effectu, quod vxor sua renũtiet bonis paternis, & maternis, cum iuramento & poena, teneatur de periurio, vel ad poenam, vel ad interesse, si fecit omnẽ suum conatum, & vxor noluit renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Maritus promittens curare cũ effectu, quòd vxor sua renuntiet bonis paternis, &c. an si fecit posse suũ, excusetur, si vxor non vult renunciare.*
Iuramentum facit quem præcisè teneri ad factum. & 19.
2 *Iuramentum debet impleri in forma specifica. & 19.*
3 *Promittens præsentare aliquem sub pœna, tenetur ad pœnam, si non præsentat.*
4 *Promittẽs p alio de iudicio sisti, tenetur ad interesse.*
5 *Fideiussorem dare promittens, tenetur ad interesse. si non dat. & 14.*
6 *Promittens se curaturum & facturum, dicitur promittere factum proprium.*
Promissio facti alieni cum iuramento, valet.
7 *Promittens factum alienum cum clausula, quòd non possit excusari fecisse suũ posse, &c. tenetur ad interesse: quia videtur renũciasse difficultati. & 23. & 27.*
Iuramentum operatur, vt quis censeatur deliberatè accedere ad actum, & cogitare omnes casus qui in genere poterant cogitari.
9 *Imputatur ei, qui non pspexit id quod euenire potest.*
10 *Promittens factum alienum cum iuramento, excusatur à periurio propter difficultatem.*
Difficultas excusat à pœna, à mora, à periurio, & ab interesse in obligationibus facti, & 11. 12. 13. 17. 18. 19. & 20.
Iurantis solum animum inspicit Deus.
11 *Promittens factum alienum sub pœna, an excusetur à pœna vel ab interesset, si fecit quicquid potuit. & 12. 13. 17. & 18.*
12 *Interesse dicitur pœna legalis, & an differat in aliquo à pœna.*
13 *Moram non incurrit quis propter difficultatem.*
Obligatus ad factum, tenetur ad interesse post morã, non ante.
15 *Promittens factum alienum, tenetur solum adhibere illam operam quam potest.*
16 *Promittens se curaturum & facturum, tenetur solũ facere suam diligentiam sine fraude, & bona fide, vt promissum impleatur. & 20.*
21 *Difficultas non excusat à pœna in obligationibus iudicialibus.*
22 *Promittens factum alienum, ad quod ipse promittẽs erat principaliter obligatus, non excusatur propter difficultatem.*
24 *Promittens factum alienum cum quacumque clausula, excusatur, mortuo illo cuius factum promittit.*
25 *Promittens se curaturum. facturum, &c. non obligatur ad interesse.*
26 *Pœna conuentionalis hodie non exigitur, nisi quatenus cum interesse concurrit: & an exigatur in foro cõscientia.*
Pœna applicãda fisco, exigitur vltra interesse partis.
27 *Pœna quãdo promittitur, succedit loco interesse: & quid si est plus in pœna, quam in interesse, vel ecõtra.*

Disputatio 7.

MARITVS quidam contraxit matrimonium. in capitulis matrimonialibus promisit fratri vxoris suæ dotanti, se curare & facere cum effectu, ita quòd non excusetur fecisse suum posse, & alienum factum promisisse, quòd vxor sua tempore desponsationis ante fores ecclesiæ renunciare habeat dicto eius fratri omnibus bonis paternis & maternis & in forma solita & cauta. Modo adueniente tempore dictus maritus fecit omnem suum conatum, cogendo vxorem, vt renuntiet, deueniẽdo vsque ad minas & verbera, vxor vero nullo modo vult renunciare, nec parere marito: quæritur, vtrum maritus ex sua promissio-
1 ne teneatur, & ad quod teneatur. ¶ † Et quæstio ista habet tria capita: Vnum scilicet, an teneatur de periurio: ex quo in dicta promissione fuit appositum iuramentum, prout communiter apponi solet: Secundum est, an teneatur ad poenam: quia in instrumento capitulo-

rum

rum fuit apposita pœna vnciarum centum, prout cõmuniter in huiusmodi instrumentis apponi solet. Tertium, an teneatur ad interesse propter eius moram, in non adimplendo factum promissum.

¶Pro prima parte affirmatiua, scilicet quod dictus maritus teneatur primò de periurio, adducitur, quia iuramentum est tantæ efficaciæ, quòd facit què teneri præcise ad factum, nec liberatur præstando interesse. ita limitatur regula tradita in l. stipulationes non diuidun tur. versicu. Celsus. ff. de verborum obligationib. & l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. gloss. est communiter approbata in l. si pecuniam. in vers. necesse. ff. de condict. ob causam. & ibi Alexan. & communiter doctor. idem tenet Baldus in j. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. & Ant. de But. in c. veniens. de iureiuran. Ang. & Paul. de Castr. in l. si conuenerit. ff. de iur. omn. iudi. & Alex. in consi. 91. col. 2. 2. vol. & Anto Corset. in repe. rub. extra. de iureiurã. in primo priuilegio iuramenti. ergo si non adimplet illud, ad quod poterat præcise compel-

2 li, venit contra iuramentum, & est periurus. ¶ † Secundò, adducitur textus in ca. ad nostram. el primo, de iureiurand. vbi qui promisit factum cum iuramento, tenetur illud adimplere i forma specificata: alias est periurus. & probatur in c. quære. quod not. Abb. per illum text. in c. cum tempore. in 2 nota. de arbitr. vbi tenetur quis præcise ad obseruantiam laudi propter iuramen-

3 tum. ¶ † Tertiò, quòd teneatur etiam ad pœnam, adducitur text. in l. sancimus. C. de fideiusso. ponderando verbum, non poterit, positum circa princip. illius l. vbi si quis promisit præsentare aliquem sub pœna, & non potest illum præsentare, tenetur soluere pœnam. saltem elapso illo tempore semestri. & sic difficultas non

4 excusat à pœna. ¶ † Quartò, quod teneatur ad interesse, adducitur tex. in l. 2. §. fi. ff. qui sat. cog. vbi promittẽs de iudicio sisti pro alio, si nõ adimplet, teneatur ad interesse. Idem probatur in l. fin. ff. si quis in ius voc. non

5 ie. ¶ † Quintò adducitur textus in l. qui autem. §. sed si quis. ff. de constitu. pecu. vbi si promisi dare Titium in fideiussorem meum, & Titius non vult fideiubere, teneor ad interesse: non obstante, quòd promisi factum alienum, vel teneor præstare alium fideiussorem æquè idoneum, & ille text. multum stringit Pro ista parte.

6 ¶ † Sextò quia ista promissio non dicitur facti alieni, sed facti proprij, ex eo quia maritus promisit se curaturum & facturum cum effectu &c. quo casu valet stipulatio, & tenetur contrauenien s ad pœnam vel ad interesse. Casus est in l. quoties quis. ff. de verbo. obligat. & tenet Alexan. in l. stipulatio ista. in princip. in j. colũ. & ibi communiter moder. in limitationibus. eod. titu. præsertim, quando interuenit iuramentum: nam valet tunc promissio facti alieni, vt ibidem per Alexandr. &

7 Iasonem. versic. quintò fallit. ¶ † Septimò, quia hic non solum promisit se curaturum & facturum, immò etiã adiecit illa verba, scilicet, ꝗ non possit excusari fecisse suum posse &c. quo casu censetur renũciasse omni difficultati: vnde non potest nunc dicere, quòd fecit totũ suum posse vsque ad minas & verbera: quia huic difficultati renunciauit, & promisit curare & agere cũ effectu. Vnde negari non potest quin saltem teneatur ad interesse propter effectum non sequutum: & imputandum est ei, qui se posuit in necessitate. l. si fideiussor. §. si necessaria ff. qui satisd. cogan. & l. cùm postulassem. in fin. ff. de dam. infect. & l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus.

8 ¶ † Octauò, quia in conuentionalibus potest quis assumere periculum omnium casuum fortuitorum: & obligatur cum effectu: ita tenet Alexander in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. pen. & ibi communiter doctores ff. si quis in cau. pro hoc est text. in l si quis fundum. in prin. ff. loca. & in l. quæ fortuitis. in fi. C. de pign. actio. sed dictus maritus dicendo, quòd non possit excusari fecisse suum posse, &c. cẽsetur expresse assumpsisse periculum huius difficultatis, quæ difficultas potuit de facili per eum cogitari. Vnde iste casus non potest dici improuisus & incogitatus: tanto magis propter iuramentum propter quod censetur quis magis deliberatè accedere ad actum faciendum: & cẽsetur quis cogitasse omnes casus, qui saltem in genere poterant considerari in illo negocio, vt tenet plene Alexan. in cõsil. 133. col. 3. in 5. volu. & etiam in 4. col. versi & eo fortius, &c. & Alex. in l. j. §. si quis ita. col. 3. ff. de verbor. obliga. & per docto. communiter in l. sciendum. cod. titu. & in d. §. quæsitum. & in l. si conuenerit. ff. de iurif. om. indi.

9 & Alexan. in cons. 27. col. 3. in primo volu. ¶ † Nonò adducitur textus in l. si quis domum. §. j. ff. locat. vbi imputatur ei, qui non prospexit id quod euenire potest. Similiter hic potest imputari marito, qui debuit prospicere quod vxor sua noluisset renunciare: maximè quia hoc de facili erat prospiciendum: quia nemo præsumitur velle iactare suum. l. cũ de indebito. ff. de probationib. non ergo potest dictus maritus allegare aliquam deceptionem, qui posuit se in necessitate, quam de facili cogitare potuit: tanto magis cum iuramento, vt supra. Quod corroboratur ex his, quæ notat Bartol. in l. Titius. in principio. ff. de liberis & posthumis. Pro

10 parte vero † contraria negatiua adducitur primò, ꝗ non teneatur de periurio: glos. in terminis in ca. ex rescripto. in glo. fin. de iureiuran. vbi expresse dicit, quòd promittens factum alienum cum iuramento, non est periurus, si fecit quicquid potuit. Et si diceres, quòd hic promisit factum proprium. scilicet se curaturum & facturum: dico idem in facto proprio: quia difficultas excusat quem à periurio. textus est in cap. breui. & cap. ego enim. & in c. querelam. & ibi Abbas & Feli. de iureiurando. Deus enim solum animum iurantis inspicit. capi. si quid inuenisti. 14. quæstio. 5. & sola facultas adimplendi inspicitur in iuramento. c. beatus. 22. quæstio. 2. quia igitur dictus maritus fecit quod potuit, vt vxor sua renunciaret. & illa noluit & non est periurus, quia de facili excusatur propter hanc difficultatẽ, maxime in obligatione facti. & not. Bart. Alex. & communiter moder. in l. quod te. ff. si certum petatur. & in l. fi. ff. qui sat. cog. & gl. in d. c. beatus. & glo. in c. vbi. 30. quæst.

11 2. & notat Barto. in l. labeo. ff. de iureiur. ¶ † Secundò, ꝗ minimè teneatur ad pœnam, adducitur textus in l. si vehende §. pen. ff. ad l. Rhod. de iac. & l 2 ff. si quis cau. & ista est communis conclusio, quam tenet Bar. in consilio 236. incipien. Martinus promisit &c. & Abb. in ca. significantibus. in fin. de offic. delega. vbi proprie decidit hunc casum. & idem Abb. in c. j. gemma. col. penul. de sponsa. & An. de Butr. in c. ex literis. de sponsa. & habetur in deci. 265. consi Neapol. & hanc dicit esse communem opin. Franc. de Aret. in l. si ita stipulatus. § possum. ff. de verbo. obligat. vbi dicit, ꝗ ista est communis opini. & seruatur in practica, licet ipse in puncto iuris innouat contrarium. Idem tenet Bal. in l. si pater. C. de colla. & Ioan. de Imol. in l. Titia. ff. de verbo. obliga. & Socin. in consil. 4. col. penul. vers. duodecimo. in primo volu. & Bar. Alex. & docto. in l. quod te. ff. si cert. peta. & in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. in quibus locis communiter deciditur, quod difficultas excusat à pœna, maxime & in obligationibus facti.

12 ¶ † Tertiò, ꝗ minime teneatur ad interesse, adducitur, quia non potest assignari recta ratio inter pœnam & interesse. nam interesse dicitur pœna legalis, secũdum Ang. & Alex. in l. si insulam. col. 3. ff. de verb. oblig. vnde sicut communis conclusio supra in præcedenti arg. relata est, quòd difficultas excusat à pœna, eodem modo

13 ab interesse, & sic à pœna legali. ¶ † Quartò, quia in obligationibus facti difficultas excusat à mora: adeo ꝗ quamdiu durat difficultas, nunquam censetur quis esse in mora: glossa communiter approbata in l. quod te. in versi. in potestate. in fin. ff. si certum petatur. & ibi Bar. Alexan. communiter docto. & Bart. in d. l. continuus §

obligatus:in se cùm potuisset se liberare soluendò, vel dando æquè idoneum fideiussorē, & non fecit, meritò tenetur ad interesse. Sed in casu nostro fuit facta ꝓmissio de mero facto alieno super eo, ad quod promittens non tenebatur: nec poterat alio modo hanc promissionem explicare, nisi faciendo quicquid potuit, vt fecit. & hanc responsionem sentit Francis. de Aret. in dict. §. possum. & est de mente Bald. in dicta l. qui autem. §. sed si quis. in lect. antiqua ff. de consti. pecu vbi facit mentionem de ista difficultate: quādo aliquis promisit extrahere fideiussorem de obligatione: nā faciendo quicquid potest, excusatur, vt ibi per eum. & est de mente Lud. Rom. in consi. 510. col. 7. in fi.

¶ Nonò obstat sextum argumentum: quia licet ista promissio sit facti proprij, tamen difficultas excusat à facto proprio, vt supra dictum est, & etiam à periurio.

23 ¶ †Si verò in contractu conuentionali sunt addita illa alia verba, videlicet, quod dictus maritus non possit excusari fecisse suum posse, & alienum factum promisisse &c. & tunc quo ad periurium, dico idem vt supra dixi, scilicet, quod nō teneatur, per rationes supra allegat. Sed totum dubium stat, quo ad pœnam & interesse: nam in rei veritate vrgent multum illa tria argumenta restantia, videlicet. septimum, octauum, & nonum primæ partis: quibus non potest dari congruū responsum. Per ea quæ videtur dicendum, quod tunc maritus teneatur ad pœnā vel ad interesse: ex quo per dicta verba suscepit periculū difficultatis, & exclusit seipsum ab eius allegatione, per ea quæ no. Alexander & doctores in dicta l. sed si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & per hoc patet responsum ad omnia argumenta secundæ partis, inquantum obstarēt huic conclusioni: quia in isto casu difficultas nō excusatà mora, ex eo, quia censetur per dicta verba illi renunciatum. Nec obstant adducta per Abbatem in dicto cap. gemma. & per Franciscum in dicto §. possum. quia ibi nō dicitur, quod promissor adiecerit illa verba, scilicet, quod non possit excusari fecisse suum posse &c. & eodem modo respondeo ad id, quod dicit Franciscus in dicto consi. 142. & sic non fuit susceptum periculum difficultatis.

24 ¶ †In vno tamen casu promissor excusaretur sine aliquo dubio, etiam vbi essent adiecta dicta verba, scilicet, quando vxor esset mortua ante moram promittentis: & idem in quolibet alio, de cuius facto est promissum: nam tunc excusatur promissor ipso iure, propter impossibilitatē per ea quę habentur in d. l. sancimus. & in l. si decesserit. ff. qui satisdare cogan. & est textus in dicta l qui autem. §. sed si quis. ff. de constituta pecunia.

25 ¶ †Sed contra prædicta in secundo membro videtur esse deci. 295. cōsilio Neapol. vbi figuratur proprie iste casus, scilicet, quod maritus promisit, vt non excusaretur fecisse suum posse &c. & tamen concludit ibi Matthæus de æquitate, quod si fecit omnem suum conatū, non teneatur. Verum licet in figurationem casus apponat illa verba in principio illius decisionis, tamen mouetur per illud cōsi. Aret. 242. & per nonnullas alias doctrinas, quæ loquuntur solùm quando quis promisit se curaturum & facturum, sine adiectione illorum verborum. & per d. l. si vehenda. Nec dicitur in d. decis. quod ita fuisset decisum in pleno consi. sed solum referuntur ibi opin. vnde per ea, quæ dicuntur in d. decisi. non tollitur obstaculum de d. §. quæsitum. & de illis tribus vltimis argumentis primæ partis, scilicet, quando est susceptum periculum difficultatis. Præterea, d. decisio 295. loquitur solum de pœna, non autem de interesse. licet hodie nullam facerem differentiam inter pœnam

26 & interesse: † ex quo secundum communem conclusionem de æquitate non exigitur pœna, nisi quatenus cū interesse concurrit, secundum Angelum in consili. 219. colum. fina. & habetur in decisi. 135. consil. Neapol. vbi dicitur, quod hoc est, de stylo sacri consilij, qui pro lege seruatur: idem tenet Ioan. de Ana. in ca. fin. de vsur. doct. in l. cum allegas C. de vsur. & Alexan. in cons. fin. in quarto volumine. Hinc dicit gloss. in capit. fraternitatis. 12 quæstio. 2. quod in foro conscientiæ non potest exigi pœna conuentionalis. & Socin. in consil. 133. col. 3. in fin. in primo volumine. & Abb. in capit. cùm dilecti. de arbitr. & Petr. Philip. Corn. in consil. 169. colum. 2. in litera C. in quarto volumine. Quod procedit in pœna applicanda parti: sed si venit applicāda fisco, exigitur vltra interesse partis. Ita de hoc est alia decisio 234. cōsil. Neap.

27 ¶ †Quia igitur per dictam decision. 295. non remanet euacuatum motiuum de assumptiòne periculi, sequitur quòd remanet conclusio firma, quod quando maritus apposuit illa verba, ita quod non excusetur fecisse suum posse, & alienum factum promisisse &c tenetur ad interesse, dato quod non fecerit omnem suum conatum. & ita teneo: quia rectum responsum in contrariū

28 dari non potest. †Quod interesse petitur, vbi pœna nō est promissa sed vbi est promissa, illa succedit loco interesse. l. fin. ff. de stipulat. prætor. & not. Bartol. in l. 4. §. Cato. in 9. & 10. oppo. ff. de verbo. obligatio. & illa tantum petitur, etiam si excedat interesse de rigore iuris, vt not. Alexan. & doct. in dicta l. stipulatio ista. in prin. & in §. alteri. & Bartol. in l. Lucius. ff. de action. emp. & est tex. & ibi Bald. & doct. in l. si quis à socio. ff. pro socio. si tamen interesse est plus, quàm pœna, potest peti illud plus vltra pœnam, secūdum Bart. & doct. in locis præalleg. pœna enim non debetur, nisi intersit: sed non curamus quantum intersit, quia etiam si modicum sit interesse. potest peti magna pœna, si promissa est. Ita tenet Barto. in d. §. Cato. in 9. oppo. in fi. & vide Iaso. in §. omnes. col. 4. insti. de act. & in d. l. stipulatio ista. col. 4. De æquitate autem hodie nunquam exigitur per partem, nisi quatenus cum interesse concurrit, vt supra dixi. & per hoc sit expedita ista quæstio. Laus Deo Rob. Maranta Venus. V. I. D.

STANTE IN REGNO DIspositione cōstitutionis, Sancimus. de iure prothomiseos, vtrum si clericus emat rem immobilem, possit conueniri iure congrui: & an habeat locum ius congrui contra clericum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus emens fundum, an possit conueniri iure congrui per vicinum.*

2 *Statuta & leges laicorum contra libertatem ecclesiasticam, vel clericis onerosa, non ligant clericos. & 3.*

3 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam, quando dicatur. & 7. & 43.*

Libertas quid sit.

4 *Ius congrui est prohibitum à iure communi: & eius obseruantia dicitur iniuriosa.*

Vendere rem suam alteri inuitus quis non compellitur. & 42.

5 *Deligere debet quis magis seipsum, quàm proximū.*

Ordinata charitas incipit à seipso.

Eleemosynam quis vult facere, debet incipere à seipso.

Charitatis ordinem peruertit, qui præfert bonū alienum proprio.

Damnum in rebus alienis potest quis facere, vt euitet damnum proprium.

Iudex potest dilatare iudicium propter periculum rerum suarum.

7 *Clerici non ligantur legibus laicorum, quãdo per eas efficiuntur timidiores.*

8 *Statutum principis secularis coactiuum personarum non ligat clericos.*

6 *Compromissum quod debet fieri vigore statuti laicorum, non ligat clericos passiuè: sed actiue potest clericus eo uti. & 14.*

10 *Statuta preceptiua laicorum non ligant clericos.*

11 *Statutum, quo prohibentur laici negociari cum clericis, non valet. & 45.*

12 *Statutum prohibens vendere non subditis, non includit clericos.*

13 *Clerici sunt priuilegiati in personis & in bonis.*

Bona clericorum sunt priuilegiata, sicut bona ecclesiarum: & eo ipso quòd veniunt à laico in clerũ, sunt exempta ab oneribus laicorum. & 46.

14 *Statuta laicorum, quatenus sunt fauorabilia clericis, includunt clericos.*

Clericus potest vti actiue statutis laicorum, sed non passiue. vnde potest præsentare instrumentum secundum formam ritus contra laicum: sed contra eũ præsentari non potest.

Clericus excludit sororem à successione patris vigore statuti.

15 *Statutum requirens certam solennitatem in contractu, an includat clericos. & 48.*

Statuta non includunt personas non subditas.

16 *Ius nobis quæsitum sine facto nostro, à nobis auelli nõ potest. & 49.*

17 *Lex Imperatoris quæ non tractat materiam spiritualem, non obuiat canonibus, seruanda est etiam in foro ecclesiastico. & 20. & 47.*

18 *Statuta laicorum approbantur per papam, quando sunt rationabilia. & 27.*

Papa censetur approbare leges laicorum, quãdo sunt rationabiles. & 27.

19 *Leges ciuiles sunt diuinitus prolatæ per ora principum.*

20 *Statuta laicorum, quæ possunt afferre commodum & incommodum clericis, non dicuntur contra libertatem ecclesiæ.*

21 *Clericus an teneatur vltra vires hereditarias, si non fecit inuentarium.*

Clericus ligatur vitio litigiosi per legem ciuilem.

22 *Clericus an teneatur ad obseruantiam l. quoties. C. de rei vendi.*

23 *Clerici ligantur lege ciuili, quando non facit eis notabile præiudicium.*

Ius congrui fuit factum cum maxima æquitate ad euitandas rixas.

Ius congrui fuit introductum de iure diuino.

24 *Statutum, quòd mulier non possit alienare extra filios suos, habet locum etiam si alienaret clericos.*

25 *Statutum ob rationabilem causam, licet per consequentiam faciat aliquod incommodum clericis, debet seruari inter clericos.*

Statutum imponens solutionem euntibus ad macinandum, extenditur etiam ad eos, qui vadũt ad molendinum ecclesiæ.

Testator non potest instituere ecclesiam, & filiũ exheredare.

26 *Statutum excludens fœminas propter masculos, cẽsetur excludere etiam fœminam monialem.*

Statutum ligat clericos, quando iniecit vinculũ ante clericatum.

27 *Imperator dicitur dominus totius mundi, & omniũ rerum temporalium: & potest imponere legem, quã vult in dictis rebus.*

Legem cõdere est iurisdictionis de maximo imperio.

28 *Alienatio quando est prohibita contemplatione certæ personæ, non potest fieri etiam ad pias causas: alias admittitur illa persona ad reuocandum. & 37.*

29 *Bona debitoris quando venduntur, præfertur creditor & consanguineus in emendo.*

30 *Iure congrui quando agitur, quod dicatur iustũ pretium.*

Fiscus habens rem communem cum priuato, potest illam vẽdere totam inuito socio, qui socius præfertur omnibus in emendo.

31 *Emphyteusis finita debet renouari descendentibus illius qui primò habuit, alias potest appellari.*

32 *Colonus tenetur vendere partem suam fructuum domino potius, quàm extraneo.*

Fiscus tenetur rem sacerdotis confiscatam locare potius spurijs illius sacerdotis quàm extraneo.

33 *Vicinitatis causa multa conceduntur etiã contra ius commune, quæ aliàs non concederentur.*

34 *Statutum quòd res vendatur consorti, ligat clericos.*

35 *Constitutio, sancimus. de iure congrui, inducit duas principales prouisiones, vnam scilicet contra venditorem, & aliam contra emptorem.*

Actio oriens ex iure congrui, est realis, & datur contra emptorem.

Dominium in iure congrui transfertur reuocabiliter, & quid importat hoc.

36 *Traditio nuda, si non habet causam præcedentẽ habilem, non valet.*

37 *Statutum requirẽs insinuationem in donatione, operatur, vt non valeat donatio laici facta clerico sine illa solennitate.*

Contrahere non potest subditus, spreta lege sui superioris.

38 *Testamentum debet habere solennitatem statuti, etiam si in eo instituatur clericus.*

39 *Lex quæ potest afferre commodum & incommodũ, per hoc non dicitur clericis onerosa.*

40 *Conductor antiquus si offert tantum, quantum vult dare nouus, an præferatur nouo. & 41.*

41 *Gabellarius anni præcedentis, præfertur nouo licitatori, si tantundem offert, quantum nouus.*

43 *Statutum vt dicatur contra libertatem ecclesiæ, eo quia clerici efficiuntur timidiores, quæ timiditas consideratur. Metus vanus non est in consideratione.*

44 *Laicus venditor potest compelli per legem Imperatoris.*

49 *Dominium nostrum sine facto nostro, an & quando à nobis auferri possit.*

50 *Clericus an possit testari sine solennitate statuti laicorum: & quid, si alium clericum heredẽ instituat, & 51.*

51 *Ius congrui non habet locum, quando clericus vendit clerico.*

Testamentũ clerici non eget solennitate statuti, quãdo in eo est institutus alius clericus.

52 *Nũciatio noui operis, est approbata per ius canonicũ.*

53 *Consuetudo ciuitatis ligat clericos ex eo, quia est mista clericorum & laicorum, ex quo per populum introducitur.*

54 Con-

54 *Constitutio, Sancimus. de iure congrui, an dicatur compulsiua personarum.*

55 *Ius congrui an habeat locum in clerico agente cõtra clericum emptorem, qui similiter emit à clerico.*

56 *Ius congrui non habet locum cõtra laicum, qui emit pro ecclesia. idem si clericus emit pro ecclesia: quia ecclesia nec actiue, nec passiue habet ius congrui.*

57 *Ius congrui an habeat locum contra laicum, qui emit rem ab ecclesia.*

Bona clericorum an & quando gaudeant priuilegijs rerum ecclesiarum.

59 *Ius congrui an detur laico, qui emit rem ab ecclesia, post venditionem alterius rei, super qua petitur ius congrui.*

Ius congrui competit ei, qui habebat rem vicinam tempore venditionis: secus, si illam emit.

Ius congrui competit ex persona venditoris, qui vendidit post rem venditam.

Disputatio 8.

ASSIDVE in palatiis ventilatur quæstio vtilissima & hactenus indiscussa,† vtrum clericus emptor alicuius fundi possit per vicinum molestari & conueniri iure congrui super dicto fundo, offeréndo idem precium vigore constitutio. Sancimus. de iure prothom. cuius dispositio communiter seruatur in regno. Et quia ista materia est particularis, quæ in paucis libris habetur, & nullus doctor eam tractat magis diffuse, nisi Modernus, ac vtilis doctor regnicolis Mathæus de Afflicto. Neapol. in suo notabili commento super d. consti. Sancimus. in quo bis tetigit hãc quæst. in specie. & contrarias decisiones ponit. Nam in prin. illius consti. in 4. col. firmat conclusionem cõtra clericum, s. q teneatur iure congrui. Sed in §. fi. eiusdẽ constitu. in 5. colũ. mouet iterum istam q. & firmat conclusionem contrariam, scilicet in fauorem clerici, q non teneatur iure congrui. Ex quibus contrariis decisionibus quæstio ista redditur magis dubia, adeo quòd vidi plures iudices & aduocatos super ea hæsitare. vt tamé habeatur in futurum super ea vera conclusio, decreui ipsam plene per argumenta ad partes disputare.

2 ¶ †Et primò, pro parte negatiua in fauorem clerici, quòd non teneatur iure congrui, adducitur. Nam leges & statuta laicorum, quando sunt cõtra libertatem ecclesiasticam, & clericis onerosa, non ligant ipsos clericos: vt in authen. cassa. & ibi plene per Salic. & doct. C. de sacrosanctis ecclesiis. & Anton. de Butri. & Abb. in c. fi. de vita & honesta. cleri. & in ca. quòd clerici. de foro competen. Abb. & Felin. plenissime in ca. ecclesia sanctæ mariæ. de constitu. Barto. in l. cunctos populos. in quinta q. C. de summa tri. & fide catholica. & Alexã. in consi. 213. & 214. in 2. vol. & Pet. de Anchara. in capit. canonum statuta de constitu. & Cardina. in c. perpendimus de senten. excommu. Ioan. And. & Abb. in capi. j. de oper. no. nunciat. Sed dicta lex inducens ius congrui, est principis secularis, & clericis onerosa. ergo

3 non debet adstringere clericos. † Et quòd sit onerosa, probatur. nam illa lex dicitur contra libertatem ecclesiasticam, quando per eam prohibentur clericis ea, quę sunt sibi concessa de iure communi. Ita tenet Felin. in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 27. versi. tertia fuit opinio &c. & ibi etiam Anto de Butr. & Imo. & in ca. cum terra de electio. & Fulgo. in dicta authé. cassa. & Alex. in d. consi. 213. col. 2. in fi. & colum. penul. & in dicto consi. 214. colum. 3. in fin. in 2. volum. Sed iure cõmuni vnicuiq; licet disponere de re sua prout sibi placet. l. in re mandata. C. mãda. l. nec emere. & ibi per doctores. C. de iure deliberã. & per ius congrui priuatur ista libertate, quia tenetur quis volens vendere, requirere consortem. Item tenetur emptor reuendere vicino. per dictam constitutionem, Sancimus. vnde respectu clericorum dicta lex est onerosa, & contra libertatem ecclesiæ. Nam libertas nihil aliud est, nisi naturalis facultas eius, quod cuique facere libet &c. l. libertas. ff. de statu homi. sed per dictum ius congrui, impeditur quis facere voluntatem suam, à iure cõmuni permissam. ergo dicta constit. Sancimus. cum priuet clericos libertate sibi à iure communi concessa, satis dicitur contra libertatem ecclesiasticam, & seruari nõ debet inter clericos.

4 ¶ †Secũdò, & magis in specie in terminis nostris adducitur, quia per ius commune in specie prohibetur ius congrui. Probatur primò per l. j. & ibi Bald. in primo notab. C. communi diuidund. vbi potest quis vendere non requisito cõsorte. probatur etiam in l. ne cui C. locati Item probatur magis clare in l. dudum. C. de contrahend. empt. vbi Imperator annullat omnes obseruantias, quæ per prius erant super isto iure cõgrui: & concedit liberam facultatem vendendi & emendi. Item, probatur per l. inuitum. C. de contrahend. empt. vbi nõ compellitur quis inuitus vendere alicui. Item, in dicta l. dudum. Imperator appellat obseruantiã iuris congrui iniuriosam: & in rei veritate non posset cõsiderari melior textus in fauorem clericorum: nam per illam l. ostenditur, quòd non solum dicta constitutio Sancimus. est contra libertatem ecclesię, sed etiam est iniuriosa clericis: ergo nullo modo inter eos est obseruanda. patiuntur enim iniuriam clerici eo ipso, quòd compellerentur vendere rem emptam, contra dictam l. inuitum. & sic priuantur libertate iuris communis, contra ea quæ notat Abbas & doctores in c. j. de contrahenda empt.

5 ¶ †Tertio confirmatur, quia per talem legem clerici priuarentur beneficio sibi concesso ex diuina & humana lege: quod est, vt quilibet diligat magis seipsum, quàm proximum suum. nam ordinata charitas incipit à seipso. l. præses. C. de seruitu. & aqua. capit. non satis. 86. distinction. & glos. in cap. quiescamus. 22. distin. pro hoc est text. in cap. qui vult. de pœniten. distin. 3. vbi dicitur, quòd qui vult dare eleemosynam, debet incipere à seipso. & tex. cum gloss. in vers. semetipso. in ca. si non licet. 23. q. 5. & dicit Ang. in consi. 253. col. 3. quod peccat contra ordinem charitatis, qui præfert charitatẽ alienam charitati propriæ. Idem tenet Spe. in titul. de ad-

6 uocato. §. primo. versicu. sed nunquid clericus.† Hinc videmus, quod à iure permittitur alicui facere damnũ in rebus propriis. l. qui seruandarum. ff. de præscriptis verb. & l. si quis fumo. ff. ad legem Aquiliã. Item causa vitandi periculum rerum suarum, potest iudex diuertere, & dilatare iudicium. l. si lõgius. in principio. ff. de iudi. Sed per dictum ius congrui, peruertitur iste ordo charitatis: quia cõpellitur quis potius dare alij, quàm sibi: quod est contra omnia iura diuina, canonica & ciuilia: cum nemo compellatur de suo facere beneficiũ. cap. cum ex officij. de præscript. & l. inuitum. C. de contrahenda emption. ergo sequitur, quod non debet ligare clericos.

7 ¶ †Quartò cõfirmatur, quia tunc lex vel statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam, quando clerici efficerentur timidiores ad aliquem actum faciendum: secundum Bartolum in authentic. cassa. C. de sacrosanctis ecclesi. & Bart. in l. j. § quæ onerandæ. ff. quarum rer. act. non dat. & Abb. in ca. conuenerint. de sen ten. excommuni. & Feli. in dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 27. versi. secunda fuit opin. &c. Sed per dictam consti. clerici efficiuntur timidiores ad emẽdum, quia scientes rem posse sibi auferri à vicino, non emerent, ergo non debet seruari inter clericos, vt habeãt liber-

8 tatem emendi. ¶ †Quinto adducitur, quia quando lex vel statutum principis secularis est coactiuum personarum ad aliquid faciendum, non ligat clericos. Ita

tenet Abbas in cap.quod clericis.in 7.column.in fine. de foro competenti.& Felin.in dicto cap.ecclesia sanctæ Mariæ.collatio.38.versicu.quintus & vltimus &c. ex quo vendicaret sibi iurisdictionem in clericos,princeps secularis,qui potius clericis debet obedire.capi. cum ad verum& c.nonnunquam.96.distinct. sed dicta constitutio,Sancimus.est coactiua personarum ad aliquid faciendum,tã respectu venditoris,quàm emptoris.nam compellit venditorem ad requirendum vicinum.Item compellit emptorem ad reuendendum vici

9 no:ergo non debet seruari inter clericos.¶†Corroboratur ex his,quæ in simili dicimus de compromisso,ad quod adstringuntur litigantes per statutum. nam non ligat clericos, secundum Alex.in consil.213.col.12.in 2. volu.& Soci.in consi.71.col.3 in 4.vol. & hoc ex illa ratione,quia est coactiuum personarum,vt plene per So

10 cin in d.consi 71.¶†Sextò adducitur,quia statuta præceptiua laicorum,non ligant clericos,secundum Alexan.in d.cons.213.col.pen.& cons.214.col.2.in 2.volu.& Gemi.in c.fi.in prin.de offi.dele.lib.6 & tex.in c. clericis.& c.fi.de immu.eccle.lib 6.&in clemẽ præsenti.de cẽsi.& ibi Car.& per Abb in c.innouamus.de cẽs.sed dicta constitu.sancimus.est præceptiua.quia præcepit requirere consortes.Item præcepit reuendi rem vicino,ergo non debet seruari inter clericos.

11 ¶†Septimò adducitur textus fere in terminis,in c.fin. de immuni.eccle.lib.6.vbi non valet statutum, quo laici prohibentur vendere clericis & dicit ibi Gemin.in principio,quòd siue hæc prohibitio fiat directe, siue indirecte,procedit dispositio illius capi.Nam dicitur contra libertatem ecclesiasticam, quando clerici non possent libere negociari cũ laicis.sed per ius congrui, saltẽ indirecte,prohibentur clerici emere: quia quãdo clericus non est vicinus, repellitur per vicinum, ergo non debet ligare clericos.& hoc proprie dicit Bald.in l dudum.in principio.C.de contrahen.emp. vbi dicit, obseruantiam iuris congrui, esse onerosam & contra

12 libertatem.¶†Octauò adducitur,quia statutum quod prohibet vendere certis personis, puta non subditis, non includit clericos:& dicitur contra libertatem ecclesiasticam.Ita tenet Ioan.And.& Gemi.in.fi de immuni.eccle.lib.6 & Alex.in consi.214.col.2.in 2.volu.& Feli.in dicto c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.4 versic.Nonò quæro &c.vbi dicit,quod ista est communis opinio & Barto.in l.filiusfamilias.§.diui.columna 3.ff.de lega.j.Sed in proposito d.consti.Sancimus prohibet vendere certis personis,scilicet non coniunctis,ergo nõ debet includere clericos.

13 ¶†Nonò adducitur,quia clerici sunt priuilegiati non solum in eorum personis,sed etiam in eorum bonis:in tantum ꝙ licet aliqua bona,dum sunt penes laicũ. sint subiecta oneribus statuti laicorum:tamen eo ipso, ꝙ peruenit in posses.cleri,efficiuntur exempta,& gaudẽt priuilegio clericorum,& iudicantur per iura canonica.Ita tenet Bald.in l.placet.vers.quæro iuxta hoc &c. C.de sacrosan.eccle.& ibi etiam Bar.Francis.de Are.& Ias.& gl.in l.incola.ff.de municip.Nam mutatione personæ mutatur qualitas & conditio rei.l.Paulus respondit per procuratorẽ.ff.de acqui.hered.& l.j.C.quando & qui.quar.pars debe.lib.10.& tenet Andr.de Isern.in titu.quæ sint rega.in vers.& plaustrorum.col.2.Quantum enim ad hoc priuilegium exemptionis à statutis laicorum,bona laicorum & ecclesiarum parificantur: vt est textus in clementin.præsenti.& ibi Cardinal.in 2.notab.de censi & cap.fin.& ibi Anton.quod Abb.de vi.& ho.cleri.& in cap.aduersus & cap. non minus.de immu.eccle.& Barto.in l.j.column.4.C. de mulie.& in quo loc.& Specul in titu.de cleri.coniug.column.3.& Archid.& Gemi.in cap.j.de immu.eccle.lib.6.& quod bona clerici sint priuilegiata.sicut personæ, tenet etiã Abb.in dicto capit.ecclesia sanctæ Mariæ.col. antepe. Nunc in proposito licet fundus qui venditur, dum est per es laicum,sit subiectus oneri dictę constitu.Sancimus.tamen postquam est alienatus in clericum,mutauit illam conditionem,& debet iudicari liber, per iura canonica:recipiendo exemptionem à persona clerici:& sic clericus non debet teneri ad reuendendum.

14 ¶†Decimò adducitur,quia leges & statuta laicorum, quatenus sunt fauorabilia & priuilegiata clericorum, includunt clericos.Hinc est,quod clerici possunt actiue vti statutis laicorum,in eorum fauorem:non autem passiue potest alius vti cõtra clericos:& hoc in terminis nostris tenet Abbas in cap.constitutus.in versicul. not.de restitution.in integr.vbi proprie loquitur in iure congrui:& tenet quod clericus actiue potest vti iure congrui cõtra laicum:& in hoc approbatur tale statutum per papam ibi,scilicet in fauorem clerici: non autem passiue.Ad idem est gloss.in cap nouit.in versi. quicunque de iudic.& ibi Abb.in nona colum. versic. vltimò glossa hic colligit argumentum &c. vbi dicit, quod ecclesia potest vti lege ciuili pro se, non tamen tenetur recipere contra se:quia hoc quod est inductũ in fauorem ecclesiæ, non debet in eius odium retorqueri.Idem dicimus in compromisso inducto per statutum: nam clericus potest petere fieri cõpromissum iuxta formam statuti:& tamen laicus non potest petere à clerico inuito,quod fiat compromissum,vt declarat Socinus in dicto consilio 71.in 4.volu & præsertim in penulti.column.nec in isto casu habet locum pœna retortionis:vt possit quis dicere clerico,Patere legem, quam tute ipse tuleris,vt est text.in capit.cum omnes, de constitutio.quia cum talis lex nõ sit facta ad postulationem clerici,cessat edictum,quod quisque iuris.l. 3 in prin.ff.quod quisque iuris.ita declarat Socin.in d. cons.71.col.pen.& Bald.pulchre in l.cunctos populos. colum.6.versi.sed hic vlterius quæritur &c.C.de summa Trinita.& fide catho.vbi plura exempla ponit, maxime de instrumento habente executionem vigore statuti.nam clericus potest vti statuto contra laicum,sed non econtra:& hoc facit pro ritu magnæ curiæ,qui incipit, Item si qui debitores. nam clericus actiue posset præsentare instrumentum secũdum formam ritus, non autem passiue contra eum præsentari potest per prædicta.Similiter facit ad statutum excludens fœminas à successione propter masculos.nam clericus masculus excludit sororem,& gaudet beneficio statuti,secundum Baldum ibid.& Abb.in dicto capitul.ecclesia sanctæ Mariæ.column.fina.ex quibus sequitur conclusio,quòd dicta constitutio, Sancimus. inquantum concernit fauorem clericorum,procedit in clerico,scilicet actiue,vt ipse possit rem euincere iure congrui: non autem passiue potest conueniri iure cõgrui,secũdum Abbatem in dicto ca.constitutus.& sic verior videatur opin.Matthæi,quam posui in §.fin.illius constitution.Sancimus.

15 ¶†Vndecimò adducitur,quia quando aliqua lex vel statutum principis secularis mandat contractum vel alium actum non fieri sine certa solennitate,non tenetur clericus seruare dictam solennitatem,sed potest actum celebrare sine illa.Ita plene tenet Abbas in capi. relatum.el primo.de testa.licet hæc opinio non sit indistincte vera in clerico.sed in ecclesia:vt declarat plenè Felin.in dicto cap.ecclesia sanctæ Mariæ,col.37.versicul.quartus casus &c.Statuta enim quanuis generalia,non includunt personas non subditas, vt per Abbatem in c à nobis.el primo.colum.j.de senten.excomm. Nam eorum validitas dependet ex potestate statuentium.secundum Abba.in dicto ca.ecclesia sanctæ Mariæ.colum.4.ver.ad primum &c.Verum in casu nostro videtur procedere istud argumentum:quia solennitas requisitionis vicini inducta per dictam constitutionẽ, Sancimus.videtur esse personalis.nam respicit personam venditoris.& hoc procederet,quando clericus esset venditor.

¶Duo,

16 †¶Duodecimò & vltimò, pro ista parte adducitur, quia id, quod nobis quæsitum est sine facto nostro, à nobis auelli non potest. l. id, quod nostrum. ff. de reg. iuris. & hoc est etiam de iure gentium: ex quo iure fuerunt introducti contractus: maxime contractus emptionis, l. ex hoc iure. ff. de iure iur. Vnde postquã res fuit acquisita clerico per contractum emptionis, non debet posse ab eo inuito auferri ex statuto laicorum: quia tolleret sibi id, quod ex iure gentium acquisiuit, & esset valde onerosum clerico.

17 ¶†Pro parte vero contraria affirmatiua, scilicet quod immo clericus teneatur iure congrui, & ligetur per d. cõstitutionem, Sancimus. adducitur primo, quia dicta constitutio, Sancimus. est lex imperialis, facta ab imperatore Frederico: quo casu quando lex imperialis non tractat de materia spirituali, nec obuiat canonib?, seruanda est etiam in foro ecclesiastico contra clericos. ita tenent gloss. & Abb. in capit. j. colum. 15. de ope. no. nun. & gloss. in versi. temporalium. in c. cum ad verum. 96. dist. & Archi. in c. si inter episcop. 6. q. 4. & Petrus de Ancha. in c. canonum statuta. in j. q. de consti. glo. in ca. cæterum. de dona. doct. in l. priuilegia C. de sacrosan. eccles. sed dicta constitu. Sancimus non loquitur de re spirituali, non de materia cõcernenti peccatum, nec cõtrariatur canonibus: immo de iure canonico approbatur, vt infra: ergo seruari debet vtroque foro contra clericos.

18 ¶†Secundò adducitur, quia d. constit. & eius obseruantia reperitur expresse approbata per canones, scilicet per dictũ c. constitutus. de in integ. resti. vbi expresse mandat papa seruari illam obseruantiam, vt res vendatur conciuibus: & ibi hoc declarant plenius Anton. de But. & Imol. ergo non potest dici contra libertatem ecclesiæ, postquam papa approbat ipsam. Hinc videmus, quod sæpius papa solet approbare statuta & consuetudines laicorum, quando sunt rationabiles, vt in capit. cum venissent de eo qui mitt. in possess. & in ca. cæterum. de donatio. & in cap. 2. de arbit. lib. 6. & habetur in cap. clerici. de iudic. & quod notat Paul. de Cast. in authenti. causa, quæ cum monacho. column. 2. C. de

19 episcop. & clericis † & dicit lex canonica, quod leges ciuiles sunt diuinitus prælatæ per ora principum. ca. fina. 16. quæstion. tertia. & text. in cap. super specula. de priuileg. dicit, quod sancta ecclesia legum ciuilium nõ respuit famulatum, quo vestigia iustitiæ & equitatis limitantur.

20 ¶†Tertiò adducitur, quia tunc lex ciuilis dicitur præiudicialis clericis, quãdo solum incommodum eis afferre potest: sed quando lex ciuilis potest afferre cõmodum & incommodum, non dicitur præiudicialis, nec contra libertatem ecclesiæ. ita tenet Abbas in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 5. versi. circa hoc tamen &c. vbi per hæc infert, quod lex ciuilis loquens de contractu emptionis, commodati, vel depositi, vel similis, debet seruari inter personas ecclesiasticas, ex quo nõ cõtradicit canoni, & potest afferre commodum & incõmodum per textum in dicto c. j. de ope. no. nuncia. vbi demolitur ecclesia nouiter ædificata, cõtra nuntiationem noui operis inductam à iure ciuili. & in ca. ecclesia. el j. vt lite pendente. vbi papa per leges ciuiles iudicat inter clericos. & idem tenet Felin. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 26. versic. ex prædictis istis, & Pet. de Anch. in d. c. canonum statuta. & Abb. in consi. 73. colũ. pen. in 2. volu. Sed in casu nostro ista lex imperialis de iure congrui, loquitur super cõtractu emptionis & locationis. & non est præiudicialis: quia potest afferre commodum clerico agenti iure congrui. ergo seruari debet inter clericos, cum contrarium non reperiatur iure canonum.

21 ¶†Quartò adducitur, quia secũdum magis communem conclusionem, clericus adiens hereditatem non confecto inuentario, tenetur vltra vires hereditarias. & tamẽ hoc est inductum per legem ciuilem, vt habetur in l. fi. C. de iure delibe. ita tenent Ang. Alex. & Ias. & communiter docto. in dicta l. fin. §. si. quicquid dicat ibi Barto. idem tenet Abb. in d. c. ecclesia sanctæ. colũ. 5. & ibi etiam Feli. remissiue. in 25 col. & Ab. in consil. 73. col. pe. in 2. volu. vbi solam ecclesiã excipit à confectione inuentarij & Bal. expresse in d. l. fi. in princi. in 6. q. & Angel. in l. j. § hæc stipulatio: ff si cui plus, quam per l. Falci. & plene per cano. in c. de testa. & in ca. j. de solut. Similiter clericus tenetur vitio litigiosi, quod est inductum à iure ciuili, vt d. c. ecclesia. vt lite pend. & Ab. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 5. Ergo leges ciuiles seruantur cõtra clericos, non obstante, quod possint eis quãdoq; afferre incommodum, vt dixi in præcedenti argumento. Eodem modo debet seruari ista lex ciuilis, tractans de iure congrui.

22 ¶†Quintò adducitur, quia secundum communem conclusionem, dispositio l. quoties. C. de rei ven. seruatur etiã contra clericum, non obstante, quod potest afferre incõmodum. Ita tenet Abb. in cõtinebatur. de his quæ fi. à præla. & Alex. in consi. 152. in 5. vol. & Fel. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ col. 26. & tractat illa lex materiam venditionis. Nã si res primo venderetur clerico, deinde venderetur & traderetur laico, præfertur laicus secundus emptor ratione possessionis: vnde non est mirum, quod sicut eo modo ratiõe possessionis potuit lex ciuilis præferre laicum clerico: sic etiam & ratione vicinitatis rei ratione iuris congrui: & sufficit quod in vtroq; casu possit quandoq; clericus habere commodũ, quod est, quasi ipse prius habuisset possessionẽ, vel haberet rem vicinã: quia auocaret rem ab emptore per ius cõgrui.

23 ¶†Sextò adducitur, quia quãdo lex ciuilis non facit notabile præiudiciũ personis ecclesiasticis, debet seruari etiam inter clericos: ita tenet Felin. per plura in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 4. ver. quartũ notabile &c. & col. 41. vers. primo limitatur &c. Sed per ius congrui nõ fit notabile præiudiciũ clerico: quia dato quod perdat rẽ, tamen recuperat suum preciũ. Item d. l. Sancimus. est facta cum maxima æquitate & ratione ad euitãdas discordias & rixas, quæ possunt oriri inter vicinum & nouum emptorem: & sic facta est ob commune bonum ciuitatis, quod æquiparatur bono ecclesiarũ, vt tenet Cald. in consi. 21. in fi. in tit. de constit. Item d. l. Sancimus. est conformis cum iure diuino, secundum quod erat introductum ius congrui, vt habetur Ieremiæ ca. 32. vbi dicitur: Eme agrum meum, &c. tibi enim competit ex propinquitate vt emas. & habetur Ruth. ca. 4. ergo tanto fortius seruari debet inter clericos.

24 ¶†Septimo adducitur, quia si statutum dictaret quod mulier habens filios, non possit rem alienare extra filios suos, habet locum, etiam si alienaret clerico: & sic tale statutum factum contemplatione filiorũ, ligat clericos. ita tenet Felin. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 40. versi. primo limitatur &c. ergo eodẽ modo, quando statutum dictat, quod res non possit alienari extra vicinos

25 cum par videatur ratio grauaminis. ¶†Octauò adducitur, quia quando statutũ laicorum est factum ob aliquam rationabilẽ causam, non principaliter in odium clericorum: dato quod per aliquam cõsequentiam clerici haberent aliquod incommodum, non est in consideratione, & seruari debet etiam inter clericos: & sufficit, quod in statuto clerici nõ nominentur, vt possit obstare tex. in c. fi. de immu. eccles. lib. 6. Hæc cõclusio probatur per multa exempla. Primò, ex his, quæ tenet Calde. in cõsi. 21. in tit. de cõstit. vbi dicit, quod si statutũ imponit certam solutionem euntibus ad macinandum, habet locum etiam in his, qui vadunt ad molendinum ecclesiæ: non obstante, quod per quandã consequentiã videatur in aliquo lædi ecclesia. Secũdò probatur ex his, quę notabiliter tenet Abb. in consi. 63. in primo volu. vbi tractat quomodo indirectè pôt statutũ ĩpedire legatũ ad pias causas. & per Fel. in c. eccl. sanctę Mariæ. in 42. co.

Tertiò, quia lex ciuilis mandat filium institui heredē:
alias testamentum patris non valet. & tamen hoc pro-
cedit, etiam quando ecclesia esset heres instituta: quia
non potest quis filium exheredare, & ecclesiam insti-
tuere. cap quicunque. 17 quæstion. 4. & glos. in l. si quis
ad declinandam. C. de epis. & cleri sed in proposito di
cta l. Sancimus est facta ad rationabilē causam, appro-
batam etiam de iure canonico: per cap. constitutus. de
in integ. resti. & etiam de iure diuino: vt supra dixi in 6.
argumento. & non loquitur contra clericos: nec est fa
cta in odium clericorum. Vnde non curatur, si clerici
patiuntur aliquod incommodum, quando emūt, præ-
sertim cùm habeant commodum, quando euincunt: vt
supra dictum est in tertio argumento. Confirmantur
26 prædicta: † quia statutum excludēs fœminas propter
masculos, censetur etiam excludere fœminam monia
lem, non obstante quod sit persona ecclesiastica. Ita te
net Abbas in cap. quod clericis. colum. 10 de foro com
peten. & Felin. in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col.
12. & Paul. de Castr. in consi. 304. in j. vol. & Soci. in con
sil. 81. col 4. & 5. in primo volumi. & vt plurimum assi-
gnant rationem: quia statutum iniecit vinculum ante
clericatum: & propterea ligat clericos, secundum Ab-
batem in dicto cap. quod clericis. colum. 9 & ibi Ioan.
And. & Soci. in d. consi. 81. in pen. col. in fi.

27 ¶ † Nonò adducitur, quia imperator cēsetur dominus
omnium rerum temporalium, quæ sunt in mundo, sal-
tem quo ad iurisdictionem & potestatem. l. bene à Ze-
none. C. de quadri. præscrip. c. quo iure 8 dist. & c. con-
uenior. & ibi glo. prima. 23. quæstio. 8 Appellatur enim
dominus mundi. l. de precatio. ff. ad Rhod. de iactu. gl.
in c. Adrianus el 2. 63. distin. & gloss. in c. venerabilem.
de elect. & Car. in cle. j de sum. Trin. & fi. d. & Bart. in §.
omnem. col. j & 2. in prima const. Digestorum. & idem
Bart. in l. j. § per hanc. el 2. ff. de rei ven. Si enim est do-
minus mundi, quo ad bona temporalia, potest in di-
ctis bonis ponere legem, quam vult. nam imperator di
citur vicarius Dei in temporalibus. secundum Baldum
in l. j. C. de iure anul. aure. Ergo quando facit legem su
per eis, dicitur illam facere authoritate Dei. Textus est
in c. nemo. 16 quæstion. 3 & quando ex iusta & rationa-
bilis, censetur etiam approbata per papam. vt in c j. de
oper. no. nun. & in c. ecclesia. vt lite pend. & per Alexā.
in consi. 121. in fin. in 4. vol. & quod antequam bona perue-
niant in clericum, potest princeps in eis statuere, & o-
nus imponere: tenet Bart. in l. rescripto. § final. ff. de mu
ne. & honori. Si ergo bona temporalia sunt principis.
quo ad iurisdictionem: nulli est dubium, quod facere
legem, est iurisdictionis: vt per Bartolum in l. imperiū.
ff. de iurisdict. omnium iudic. nam est de maximo im-
perio. vnde sequitur, quod princeps potest disponere de
rebus temporalibus legem condendo: vt not. Bartol. in
d. §. omnem. col. Ergo licite potuit facere hanc legem.
quòd bona stabilia vendātur potius vicinis, quàm ex-
traneis. & clerici, qui volunt negotiari super dictis bo
nis, tenentur obseruare legem superioris, qui habet su
per eos potestatem legis condendæ, tanquam vicarius
Dei: maxime quia dicta lex non est eis præiudicialis:
cum possint ex ea sentire cōmodum, vt supra dictum
28 est. ¶ † Decimò adducitur, quia quando lex disponit su
per bonis alicuius, vt debeant ire ad certam personā,
non potest ille, qui grauatur, alienare ea, etiam ad pias
causas extra illam personam. Ita per plura concludit
Abbas in consilio 63. colum. 2. versicu sed his non ob-
stantibus &c. in primo volumine. Sed in casu nostro
lex disponit super rebus temporalibus, vt venditores
teneantur eas alienare vicinis: ergo non possunt eas a-
lienare etiam clericis in præiudicium vicinorum. nā
quando statutum respicit rem temporalem, ligat cleri
cos: secundum Abbatem in dicto cap. quod clerici, co
lum. septima. in fine. de foro compet. & Felin. in dicto
c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 38.

29 ¶ † Vndecimò adducitur: quia quod res vendatur magis
vni, quàm alij, est in iure approbatum per plures leges.
Primò, per l. j ff. de priuil. cred. vbi quando venduntur
bona debitoris, in emēdo præfertur creditor vel agna
tus aliis extraneis. Item probatur per text. in c. j § sed
& res. & ibi And. de Iser. Aluar. & communiter docto.
per quos si inuestit. vbi in venditione feudi facienda,
agnatus offerens iustum precium, præfertur extraneo
in emendo. Et quod consanguineus præferatur in emēdo,
tenet Lucas de Penna in l. j. col. 2. super versi. debiti. C.
30 de impo. lucr. descript. libr. 10. † dicitur autem iustum
precium illud, quod reperitur ab extraneo. vnde dato,
quod secundum communem æstimationem res valeat
decem, si tamē alius offerat quindecim, illud precium
oblatum, dicitur iustum, & illud tenetur offerre vici-
nus in iure congrui obtinendo: quia venditor non dè
bet esse in damno. Ita pulchre in terminis nostris te-
net Bald. in l. 2. colum. fin. circa fin. C. de rescinden. ven
dition. vbi plura iura allegat.
¶ Tertiò, quia quādo fiscus habet rem communem cū
priuato, potest illam totam vēdere inuito socio. l. 2. C.
de cōmu. re. alie. & tamen si ille socius vult emere par-
tem fisci, præfertur omnibus aliis emptoribus l. 2. no-
31 tanter tenet Bal. in d. l. 2. ¶ † Quartò, quia quādo aliquis
tenuit aliquam rem in emphyteusim, & est finita: po-
test eius descendens vel consanguineus petere, quod si
renouetur, & concedatur, tenetur dominus sibi conce
dere potius quam alteri: & si non faciat, potest appella
ri tex. est & ibi Bar. in l. j. §. permittitur. ff de aqua quo.
& æsti. & Bar. in l. j. in fi. ff. de priuil. cred. & Soc. in con-
sil. 96. col. pen. in j. vol. & est tex in c. bonæ memoriæ. &
ibi per canonist. de postul. prælat.
32 ¶ † Quintò, quia colonus partiarius tenetur vendere
partem suam fructuum potius domino, quàm extra-
neo, in casu, quo vellet illam vendere Ita tenet Bartol.
per illum text. in l. j. in fin. C. de metallariis. lib. 11. & A-
lex. in addi. ad Bald. in l. dudum C. de contrahend. em-
ptione. ¶ Sextò, quia quando aliqua res alicuius sacer-
dotis fuit confiscata, & fiscus vellet eam locare, tene-
tur illam locare spuriis illius sacerdotis potius, quàm
extraneis. Textus est in constitutio sicut accipimus. &
33 ibi Mat. de Affli. in 4 nota. ¶ † Septimo, quia multa iu-
re cōceduntur ratione vicinitatis, etiam contra ius cō
mune, quæ alias non concederentur. Tex. est & ibi glo.
j in cap. quoniam 12. quæstio. j & in c cum longe. 63. di
stinct. & in ca. j. de consecra. eccl. vel alta. lib. 6. & tenet
Lucas de Penna per illum textum in l. quicunque. la 2.
col. pen. C. de omni agro desert. libr. 11 Ex quibus iuri-
bus videmus, quod tā iura canonica, quàm ciuilia ap-
probant, aliquid noui statui posse ratione vicinitatis
& propinquitatis. Vnde si imperator per suam legem
introduxit hoc ius congrui ratione vicinitatis, motus
fuit optima ratione approbata tam per iura canoni-
ca, quàm ciuilia: & etiam de iure diuino, per illud di-
ctum Ieremiæ 32. allegatum supra in 6. argumento. vn
de merito clerici ligantur hac lege.
34 ¶ † Duodecimò & vltimò, pro ista parte adducitur au
thoritas Cy. & Bald. in l. neque. C. de hered. insti. vbi te
nent, quod tale statutum, quod res vendatur cōsorti, ligat cle
ricos. Item adducitur authoritas Seba. Neapolitani,
in consue. si ecclesia. versi. sed quid de clericis &c. vbi
expresse tenet, quod clerici ligantur iure cōgrui. cuius Se
bastia magna est authoritas in regno. Ex quibus ratio
nibus hincinde adductis, ista quęst. redditur valde du
bia, adeo quod in iudicando bonum esset habere iudicem
proprium. Quid ergo dicemus?
35 ¶ † Pro solutiōe puto distingui in quatuor membra:
Primum videlicet, quando laicus vendit rem laico, Se
cundū, quando laicus vendit rem clerico. Tertiū, quā-
do clericus vendit rē laico. Quartū, quando clericus
vendit rem clerico. Super primo membro casus est in-
dubitatus, quòd habet locum ius congrui: quia nullū
veget

vrget obstaculum, cū ambo sint subditi Imperatori. ¶Super secundo membro hic videtur consistere dubium. Tamen firmo conclusionē, quod clericus teneatur iure congrui per omnes rationes & iura adducta in secunda parte. Et considero primo, quod constitu. Sancimus. inducit duas principales prouisiones: Vnā, videlicet contra venditorem, & aliam contra emptorem. Prima contra venditorem, est, dum dicit: nō ante concedimus alienare, nisi prius denuncietur illis &c. & sic venditor prohibetur alienare, & adstringitur ad denunciandum vicinis. Secunda contra emptorem. est, dum dicit, quod debent venire vicini, & soluere iustum precium cum vsuris & expēsis necessariis. & accipere ius prothomiseos, & extraneos emptores omnino repellere &c. & sic innuit quod post factam venditionem contra formam huius constitu. emptor repellitur per vicinum. & sic ista actio iuris congrui est realis, & dirigitur contra emptorem: vt declarat Matth. in dict. consti. Sancimus. §. vt infra 30. in xj. no. Emptor enim tenetur reuendere vicino. vigore ergo primæ prouisionis, non poterat laicus subditus legislatori, alienare rem clerico sine illa solennitate denunciationis: & alienando, fecit contra legē. vnde illa res transiuit in clericum, cum vitio. & licet Matth. in dicta consti. Sancimus. in princip. in nono not. teneat, ꝙ non obstante legis prohibitione, transferatur dominium in emptorem, tamen illa translatio fit reuocabiliter: & quando dominium transfertur reuocabiliter, non habet effectus dominij: vt text. & ibi Bartolus in l. ex sexante. §. Latinus. ff. de exceptio. rei iudi. & Bartolus & doct. in l. si rem. in prin. ff. de pign. actio. & Alexan. in l. debitor. ff. ad Treb. videtur enim res alienata transire cum vitio, quo est affecta propter legis prohibitionem: & sic transit in clericum cum illo onere, quod recepit in posse laici. Nā primo fit cōtractus vēditōis, & postea traditio.

36 † Traditio enim debet habere præcedentem causam habilem. l. traditionibus. & ibi Bal. & doct. C. de pact. alias nuda traditio sine causa vel contractu præcedenti, nihil valet: nec dominium transfert. l. nūquam nuda. ff. de acqui. re. dom. Nunc in proposito dico subtiliter, quando laicus vendit clerico, primo facit contractum: & immediate ex ipso contractu nascitur ius congrui vicino: quo tempore adhuc res est in domino laici venditoris ante traditionem. per dicta l. traditionibus. demum secuta traditione in clericum emptorem, trāsit dominium reuocabiliter cum iure congrui radicato in personam vicini, antequam res esset effecta clerici: merito potest vicinus rem clerico auferre ex iure sibi quæsito ex facto laici venditoris, antequā res esset effecta clerici, & sic nullam iniuriam facit clerico. sicut quando clericus emit rem alteri hypothecatam vel tributariam, quia potest clerico euinci: iuxta no. per Bart. in l. rescripto. §. si. ff. de mune. & ho. Lex enim iniecit vinculum suum in ipsa re ante, quam fieret clerici, per ea quæ dixi supra in octauo argumento secūdæ partis, in fin.

37 ¶†Confirmatur etiam, quia quando alienatio est prohibita contemplatione certæ personæ, quamuis alienatio fiat in clericum vel ecclesiam, admittitur illa persona ad reuocandum, vt not. Abb. in consil. 63. col. 2. in primo volu. & Felin. in dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 24. de constitu. Pro hoc est tex. in ca. j. §. donare. qua olim po. feu. alie. sed per d. constu. Sancimus. prohibetur alienatio contemplatione vicinorum: ergo ipsi reuocāt à quocunque. l. quoties. & ibi Bartolus C. de fidei. & l. puto. §. fratre. de legat. 2. & Soc. in consil. 84. col. 4. in fi. in primo volu. Hinc est, quod si statutum dicit, quod donatio non valeat nisi fuerit insinuata. si contingat laicum donare clerico sine dicta insinuatione, non valebit donatio, secundum Abb. in capitul. quod clericis. columna septima de foro compe. & assignat rationem: quia subditus non pōt contrahere cū non

38 subdito, spreta lege sui superioris. † & subdit etiam ibi Abb. quod si per statutum requiritur aliqua solennitas in testamento, debet adhiberi etiamsi in eo instituatur clericus heres. Idem tenet Felin. in dicto capitul. ecclesia sanctæ Mariæ. colu. 7. in fin. ver. primum est &c. & col. 58. & Abb. in c. relatum. de testa. ergo idem debemus dicere in laico vendente rē clerico: quia non potuit alienare spreta lege sui superioris, maxime in præiudicium vicini. & ex his remanet confirmata ista conclusio pro parte affirmatiua, scilicet quod clericus potest super re empta per eum, conueniri iure congrui, quando emit à laico, prout in hoc secundo membro.

39 ¶†Superest modo respondere ad argumēta adducta in contrarium pro prima parte. Et primo, non obstat primum argumētum: quia patet responsio ex his, quæ dicta sunt super tertio. & sexto argumento secūdæ partis. nam ex quo ista lex non affert clericis notabile præiudicium, nec est facta principaliter in odiū clericorum, sed propter bonum publicum. Item potest afferre commodum & incommodum: per hoc nō dicitur clericis onerosa, nec contra libertatem ecclesiæ: cum multæ aliæ leges similes reperiantur in iure ciuili, quæ non reperiuntur corrctæ de iure canonico & seruantur in vtroque foro, prout est in l. quoties. C. de rei vend. vt dixi in quinto argument. secundæ partis. Præterea per istam constit. Sancimus. clericus non priuatur aliqua libertate magis, quam in aliis casibus à iure permissis. nam si clericus est venditor, potest libere vendere, etiam spreta ista lege, & habet suum intentum: quia res auocatur ab emptore sine suo præiudicio: nam non tenetur de euictione. Si vero est emptor, & emit rem affectam vitio radicato in ipsa re à tempore, quo erat in posse laici, vt modo dixi in solutione, & sic, licet res ab eo euincatur per vicinum, in hoc incidit clericus facto laici vendentis, qui erat ligatus lege Imperatoris, tanquam subditus. & sic incidit. sicut quando emit rem hypothecatam. vnde non tollitur sibi libertas data à iure communi emendi & vendendi, quia emit rem cum onere.

40 ¶†Non obstat secundum argumentum, quia in l. prima C. communi diuid. non prohibetur ius cōgrui: sed solum non approbatur, ex quo tempore illius l. nō erat inductum. Et eodem modo respondetur ad l. nē cui. C. loca. quæ responsio corroboratur per text. in l. congruit. & l. prædia. C. de loca. prædi. ciuil. libr. xj. vbi determinatur contrarium, scilicet quod antiquus conductor præfertur nouo, quando offert tantum precium, quantum offert nouus. Sed Baldum in dicta l. nē cui. intelligit illam cōgruit. procedere in prædiis fiscalibus, & ita cōcordat ista contraria. De quibus vide decis. 238. consil. Neapol. vbi facit differentiam inter colonum & inquilinum. Tamen Paul. de Cast. in consilio. quarto in primo volumine tenet, quod in rebus ecclesiæ non potest expelli primus conductor per secundum, si tantundem offert. & idem Paul. in consilio. 32. in eodem primo volumin. dicit, semper de æquitate debere rem eidem relocari. & Lud. Ro. in cōsilio. 22. columna penult. tenet idem in emphyteusi. & Lucas de Penna in dicta l. prædia. in fin. verbis. dicit

41 † idem procedere in gabellariis anni præcedentis. præfertur nouo licitatori, si tantundem offert, quantū nouus. Ad l. dudum. Cod. de contrahen. empt. respondeo, quod illa l. corrigitur per præd. constitu. Sancimus. quæ est posterior l. pacta nouissima. C. de pact. Item dicta l. dudum. in fin. excipit, nisi lex specialiter aliud obseruari præcipiat. Et sic sentit prope istam futuram correctionem. vnde in fin. per dictam exceptionem approbat ius congrui in locis, in quibus obseruatur eius vsus: prout est in hoc regno. Nec obstat, quod videatur facere iniuriam contrahentibus: quia

P

postquam lex ita disponit, seruari debet, quanuis dura sit. l. prospexit. ff. qui & à quibus.

42 ¶ †Ad l. inuitum respondeo, quod non compellitur inuitus quis vendere rem suam, quæ est in dominio suo irreuocabiliter. sed is, qui emit rem cum vitio, & acquisiuit rem cum isto onere reuendendi eã, excipitur ab illa lege: quia scire debuit statutum seu legem iniecisse vinculum ante, quam res transiret in dominium clerici, vt supra dixi.

¶Non obstat tertium argumentum, quia in isto casu clericus emptor non facit beneficium de proprio, sed de alieno: nam quanuis sit dominus, habetur tamen pro nõ domino: ex quo acquisiuit reuocabiliter, vt supra dixi. Nec peruenit charitatem, qui vendit rẽ. quam tenere non potest, ex quo propius erat affecta, per l. ciuilem.

43 ¶ †Non obstat quartum argumentum: quia respõdeo, quod ad dicendum, statutum esse contra libertatem ecclesiæ, non omnis timiditas consideratur: sed solum, quando clerici efficiuntur ex rationabili causa timidiores, & laici audaciores ad nocendum. & sic ista duo requiruntur copulatiue. Ita expresse tenet Abb in dicto capit. nouerint. de sent. excomm. & Bart. in dicta auth. enti. cassa & irrita. C. de sacrosan. eccles. & Bart. in dicto § quæ onerandæ. quod patet secundũ exemplum ibi positum per Barto. & Ab. sicut dicimus in metu. quia non omnis metus infringit actum, sed solum ille, qui caderet in constantem virum. l. metum. ff. q metus causa. Velle ergo considerare istum timorem scilicet, quod clericus non emeret, est vanus timor: cũ multæ cautelæ possint adhiberi minime per talem consti. laici efficiuntur audaciores contra clericos, cum talis constit. non dirigatur expresse nec tacite contra clericos, sed est generalis.

44 ¶Non obstat †quintum argumentum: quia inquãtum consideratur coactio personæ ex parte venditoris, non facit ad propositum in hoc secundo membro, ex quo laicus est venditor: qui potest compelli per legem Imperatoris: inquantum vero cõsideratur ex parte emptoris, nulla est coactio personæ, sed solum vicinus auocat ex potestate legis. Constitutio enim dat potestatem vicino, vt soluto precio emptorem repellat: & ita sonant verba illius constitut. Sed decisiones allegatæ in contrarium, loquuntur quando emptor cõpellitur aliquid facere per suam personam: nec dicit illa constitutio. quòd emptor compellitur reuendere, sed solum soluto precio lex repellit ipsum à re empta.

¶Ad sextum potest eodem modo responderi: quia nihil præcipitur emptori per illam constitution. & iura allegata in dicto argumento, loquuntur contra immunitatem ecclesiasticam: ideo tunc statuta non ligãt clericos. Statutum enim præceptiuum, est illud de cõpromissis faciendis: in quo fateor quod passiue non ligat clericos, per iura allegata in quinto argumento suprà, in fin. quia adstringit personas ad compromittendum. ¶Ad septimum respondeo, quod dict. capi. final. loquitur quando statutum expresse prohibet nego ciari cum clericis: tunc enim indirecte grauantur clerici, quia licet verba statuti directe dirigantur ad subditos: tamen indirecte per prohibitam participationem leduntur clerici. Sed hic nec directe nec indirecte clerici prohibentur emere: quia verba consti. non. diriguntur ad emptorem, immò possunt emere clerici, licet reuocabiliter. Præterea, lex non dicit, quod nullus vendat clericis, sed generaliter præfert vicinũ cuicunque extraneo emptori. Vnde dato, quod sub ista generalitate includantur clerici, hoc non est in cõsideratione propter commodum quod ipsi etiam con-

45 sequi possunt. ¶Ad octauum respondeo, †quod loquitur, quando statutum præcise vetat rem vendi, annullando penitus venditionem. Tunc enim esset merum odium clericorum, si eos includeret: & ita loquitur tex. in c. fin. de immu. eccle. libr. 6. & decisiones alleg. in hoc argumento. Sed dicta constit. non vetat præcise, sed vult fieri requisitionem cõsortis prius: & possibile est, quod consors nollet emere. Item possibile est, quod post emptionem clerici consors non emat. & sic res stat ad esse & non esse: & longa est differentia inter hunc casum & illum, qui est in argumen-

46 to. ¶†Ad nonum respondeo, quod procedit in bonis clericorum, quæ sunt radicata in eorum dominio: nã postquam illa acquisiuerũt, sunt exempta ab omnibus futuris angariis & oneribus laicorũ, nõ autem à præteritis oneribus: vt per Barto. in l. rescripto. § fin ff. de mune. & ho. sed istud onus erat affixum rei ante, quã perueniret ad clericum: ideo non potuit mutari cum mutatione personæ. Prius enim per contractũ acquiritur ius vicino, quam clerico dominium, vt supra dixi.

47 ¶†Ad decimum respondeo, quod quando lex ciuilis est condita ab Imperatore, si non habet canonem cõtradicẽtẽ ligat clericos actiue & passiue, quãdo nõ sumus in materia peccati: intantum quod non solum causæ clericorũ, verum etiã & ecclesiarum decidũtur per leges ciuiles, etiã passiue. text. est formalis. & ibi Abb. in 2. 3. & 4. not. in c. j. de ope. no nun. & in hoc nõ contradicit Ab. in d. cap. constitutus. de in integ. resti. nam refert consuetudinem, quæ erat ibi, quod liceat vicino reuocare rem venditam. Hoc enim est fauorabile clericis: & sic possunt vti statuto vel consuetudine in reuocando Non tamen negat Abb. quin quãdo illa fuisset lex Imperialis, habet locũ etiam passiue cõtra clericos, vt sentit ibi An de Butr. cum non cõtradicat canonibus, & est apta afferre commodum & incõmodum, vt dicit Abb. in dicto ca. in 4. no. vnde omnia iura, quæ dicunt, quod clerici non tenẽtur vti lege ciuili contra se, intelliguntur quando talis lex esset cõtra eorum ecclesiasticam libertatem. per dicta authẽ. cassa. Vel quando essent statuta compulsiua personarum ad aliquid faciendum, secundum Alex. in consil. 23. col. penul. in 2. volu. sicut dicimus de compromisso. sed vbi est lex imperialis rationabilis, non inducẽs peccatum, non compulsiua personarum, non facta in odium clericorum, non contra libertatem ecclesię, nõ habeos canonem in contrarium, omnia iura canonica dicũt illam seruari actiue & passiue inter clericos, vt dicitur in d. ca. primo. & ibi per omnes doct. & per ea, quæ dixi in primo argumento secundæ partis. Sed ista consti. est huiusmodi, ergo &c.

48 ¶Ad vndecimum †respondeo, quod in clerico veritas est in contrariũ, scilicet quod debet seruari solennitas: secundum Abb. in c. q clericis. col. 7. de foro compe. & dixi supra in solutione.

49 ¶†Ad duodecimũ respondeo, q ex legis dispositione ex causa põt id, q nostrum est, à nobis auferri, vt not. Fran. de Aret. in l. si ita quis. §. ea lege. in 4. colu. ff. de verbo. oblig. sicut in simili videmus in præscriptione, quæ aufert dominium sine voluntate domini. Similiter in l si verberatum § j. ff. de rei vend. & in l. Lucius. ff. de euictio. & hoc not. Philip Decius in dicta l. id, quod nostrũ. ff. de reg. iur. & ita est in casu nostro, quia id, quod erat quæsitum clerico reuocabiliter, aufertur sibi ex legis dispositione, & absque suo damno: quia recuperat precium, aufertur ex dispositione legis, quæ suum effectum & vinculum retro iniecerat, prout pluries fuit dictum supra Et per istas responsiones remanet firmata conclusio, clericum & sic firmo primam opi. Matt. in d. consti. Sancimus. in princ. in 4. col. vbi dicit hanc esse communem opin. reprobata alia eius opinio quam tenuit in §. finali. illius constitu.

50 ¶†Super tertio mẽbro principali, s. quando clericus vendidit laico concludo idem, scilicet, q habet locũ ius congrui. nam licet alias clericus venditor nõ posset adstringi ad requisitionem inductam, per illam con-

constit. ex quo est compulsiua personæ ad aliquid faciendum: & sic ex parte vēditoris videtur esse onerosa: & lex non iniecit vinculum ante conditionem ob priuilegium personæ, vt dicam infra in 4. membro: tamē postquam res deuenit ad laicum titulo emptionis, lex immediate facit suum effectum contra subditum possessorem: vocando vicinum ex secunda prouisione illius constit. quam retuli supra in solutione. & hanc cō clusionem firmo per ea, quæ dicit Bald. in dicta authē. cassa. ver. quinto quæro &c. C. de sacrosan. ecclesia. vbi dicit, stante statuto, quod testamenta nō insinuata, nō valeant: pone q̄ clericus facit testamentum, an valeat sine insinuatione. & concludit, q̄ si heres institutus est laicus, non valet, ex quo ipse heres tenebatur seruare formam statuti, cum sit subditus. vnde priuatur commodo testamenti facto suo, qui debuit infra tēpus statuti insinuare testamentum. Secus, si heres esset clericus, secundum eum. Sic in casu nostro, dato quod clericus venditor non teneretur seruare formam illius cōstitutionis: tamen laicus emptor debuit id procurare: alias eo ipso, quod emit, facto suo incidit in priuationem à lege ciuili inductam: & illud dictum Bal. sequitur Felin. in dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 18. versi. & ista procedunt &c.

51 ¶ †Super quarto & vltimo mēbro, scilicet quando clericus vendit clerico, hic stat maior difficultas: tamē firmo conclusionē, negatiuam, scilicet. quod nō habet locum ius congrui, ex quo cessant omnes ratiōes superius adductæ in solutione: cessat enim prima prouisio illius constitutionis inducta contra venditorem: quia est compulsiua personæ ad requirendum consortem: quo casu non ligat clericos. & in hoc procedant omnia iura allegata, in quinto argumento primæ partis. Nā imperator est subditus papæ, respectu dignitatis, & reputatur inferior. Vnde ligari potest per canones, sed non potest ligare personas ecclesiasticas per suas leges, quatenus tangunt personas, vt declarat Abb. in cap. primo. in 2. nota. de oper. nou. nunc. Et hoc quòd non possit ligare personam, tenet Alexan. in consil. 113. column. penultima. vers. ad id, quod nota. Domi. &c. in secundo volumin. vbi allegat ita tenere Ioan. de Imo. in cap. quòd clericis de foro compe. vnde remanet cōclusio, quòd clericus venditor non tenetur requirere consortem, & sic in eo cessat prima prouisio illius Cōstitutionis, ob priuilegium suæ personæ: sicut non potest arctari ad compromissum, vt dixi in decimo argumento primæ partis. Cessat etiam secunda prouisio illius constitutionis, in emptore, quia similiter est clericus, & persona priuilegiata & nō subdita, in quo nūc cessant omnes rationes adductæ in secundo membro, scilicet quando emit à laico, quia nunc lex ciuilis non iniecit vinculum ante traditionem: nec res afficitur vitio, quia licitè alienatur, spreta solennitate illius constitutionis. & sic transit dominium irreuocabiliter: ergo emptor conueniri nō potest iure cōgrui. & in isto casu possunt procedere omnia iura & argumenta adducta pro prima parte: quam conclusionem firmo per dictum Baldum in dicta authētic. cassa. in quinta quæstione, vbi dicit, quod quando clericus clericum instituit heredem, non debet seruari statutum. & Felin. in dicto capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. column. 38. & dixi suprà in 2. membro.

52 ¶Superest †modo respondere ad argumenta secūdæ partis, quæ videntur obstare conclusioni huius quarti membri. Vnde ad primum respondeo, quod dato quod ista lex sit imperialis, tamen respectu venditoris est onerosa & compulsiua personæ. vnde non ligat clericum venditorem per ea, quæ suprà dixi. & sic potest libere vendere: & sic emptor etiam est persona libera, & sic allegata in contrarium, procedunt, quando lex non est pro aliqua parte onerosa. Et si mihi diceres, quod Papa approbat legem ciuilem, etiam inter duos clericos, vt facit in capitu. prim. de ope. no. nun. vbi per l. ciuilem iudicat inter duas ecclesias litigantes respondeo dupliciter. Primo, quod hic isti duo clerici litigāt adinuicem, prout ibid. nam hoc iure congrui non nascitur lis inter emptorem & venditorem: sed potius inter emptorem & tertium. Secūdo, & melius respondeo, quod nunciatio noui operis reperitur expresse approbata per papam: quod patet, quia de ea fecit titulum specialē in iure canonico. vnde nos post compilationem illius tituli non possumus dicere, quod iudicamus clericos per leges ciuiles, sed potius per canones, quod non est in iure congrui. quia de eo non est aliquis canon approbans: & minime cēsetur approbatum ex parte venditoris, immo reprobatum per ea quæ habentur in dicta authenti. cassa. & in dicto capitulo ecclesia sanctæ Mariæ. ex quo est onerosum respectu personæ, vt infra dixi.

53 ¶ †Non obstat secundum argumentum d. c. constitutus. de in inte. resti. super quo se fundāt omnes doct. extendentes ad clericos hoc ius congrui: quia ad illū tex. respondeo, quo non loquitur de aliqua lege ciuili nec de statu. sed solum de consuetudine municipij. & sic papa approbat illam cōsuetudinem inter clericos, ea ratione attenta, quia quando est consuetudo populi, censetur esse mista clericorum & laicorum: nam clerici sunt de populo de ciuibus, & eo respectu ligantur consuetudine, quia est eorum propria consuetudo. Ita tenet Ab. in capitul. cum venissent. in secūd. no. de eo, qui mit. in pos. & Abb. in capitul. cum causa. in 3. no. de re. iudi. & declarat pulchre Felin. in capi. ad nostrā. col. secunda de prob. Nos autem loquimur in leg. quæ est mere laicorum, & sic ex diuersis non fit illatio. Præterea, illa consuetudo non dictabat, quod venditor teneatur requirere consortē, prout dict. constitutio. Sancimus. sed solum, possit rem venditam recuperare, vt dicit ibi Abb. in 7. not.

54 ¶Ad tertium † argumentū & omnia sequentie, vnica solutione respondeo, quod procedūt in tribus mēbris præcedētibus, ex rationibus allegatis supra in solutione. Sed in hoc quarto membro do falentiam generalem: quia negari non potest, quin ista const. Sancimus sit compulsiua personarum, tam ex parte venditoris, qui tenetur acquirere: quam ex parte emptoris, qui tenetur rem restituere vicino. & hac ratione teneo, quod non procedit inter duos clericos. Et licet quādo lex ciuilis potest afferre commodum & incommodum, debeat seruari inter clericos, tamen semper limito hoc. nisi lex sit compulsiua personarum, per iura sæpius allegata.

¶Et non patet aliquis, quod in tali decisione mihi ipsi contradicam, circa ea, quæ dixi supra in secundo membro. in responsionibus datis ad argumenta primæ partis: maxime ad decimum argumētum, in quibus locis tenui hanc l. non esse contra libertatem ecclesiasticam, nec compulsiuam personarum, saltē ex parte emptoris, & nunc dico contrarium. nam si recte ponderētur verba mea, nulla est cōtrarietas: quia semper tenui, quod ex parte venditoris est compulsiua personarum ad requirendum consortem: alias non possit fieri alienatio. Sed ex parte emptoris quando clericus emit à laico, dixi quod nō est compulsiua personæ, quo ad ipsum ius, quia clericus emit cum vitio, & post vinculū iniectum: vnde si compellitur restituere rem. iuste cōpellitur tali compulsione, quæ non facit sibi iniuriam, sicut quando emit rem hypothecatam, vel affectā alio vitio reali: vnde ista cōpulsio, est executio iuris: & non sonat in vitium: vt eo respectum possit dici lex contra libertatem ecclesiæ. Sed quando clericus emit à clerico, tūc ter eo quod ex vtraque parte est compulsiua personarum, & contra libertatem. nam venditor nō tenetur requirere consortem, nec emptor: cum ambo sint pariter priuilegiati, & sic venditio procedit libere, sine

ligamine huius constitutionis, & dominium transit irreuocabiliter: quia res non censetur affecta aliquo vitio, ex quo licite lex ponit sperni tanquam onerosa clericis, vt not. Ost. in tit. de consuetu. §. fin. versic. sed ponetur. Et postquam res est acquisita clerico, si ei auferretur, fieret sibi iniuria, contra l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. prout hanc iniuriam ponderat tex. in dicta l. ludum. C. de cōtrahen. emp. & hoc respectu dicitur ista consti. compulsiua personæ: nam ista esse vere iniuriosa & compulsiua. Et per istam declarationē censeatur esse responsum ad omnia argumenta secundæ partis, vt non habeant locum in hoc quarto membro.

55 ¶ †Sed qui si vicinus, qui prætendit ius congrui super isto quarto membro, sit etiam clericus, an posit dicere, quod priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, & sic cōpetat sibi ius congrui? Dico quod non, ex quo ambo sunt priuilegiati in genere, vnde melior est conditio posidentis, per ea quæ not. Bartolus in authent. quas actiones. Cod. de sacro san. eccles. & Abba. in capitul. fin. columna prima de ord. cogni.

56 ¶ †In omnibus autem casibus, in quibus dixi clericum teneri iure congrui, in secūdo membro intelligo sane scilicet quando emit particulariter pro se & suo patrimonio. Secus, si emeret pro ecclesia, vt declarat Seba. in cōsue. si ecclesia. vers. sed quid de clericis &c. Nam ecclesia nec actiue nec pasiue habet ius congrui, vt dicitur in dicto consti. Sancimus. in fin. & ibi Mat.

57 ¶ †Sed pulchrum dubium est, quid si laicus emit fundum ab ecclesia, an in eo vicinus posit petere ius congrui. Mat. in d. constitit. Sancimus. in princ. colu. 4. vers. item quæro, an istud ius congrui &c. tenet, quod non: quia princeps secularis non potest imponere legē rebus ecclesiæ. Contrarium puto verius per ea, quæ dixi supra in tertio membro. nam quo ad hunc casum, non posset fieri differentia inter rem clerici & ecclsię: quia quo ad iurisdictinem laicorum euitandam, maxime in eorum statutis, semper parificantur in iure bona clericorum & ecclesiarum, vt declarat plene Feli. in dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ. in 4. & 5. col. & Card. in cle. præsenti. 2. not. de censi. Ab. in c. fi. de vi. & ho. cle. licet gl. in c. ex literis de pigno. dicat generaliter, quod bona clericorum gaudent priuilegiis ecclesiarum. & glo. in c. quantum. de censi. lib. 6. tamen contrarium tenet glo. in capit. possesiones. 16. q. 4. Et veritas est ista, quod solum in casibus in iure expresis, bona clericorum æquiparantur bonis eccesiarum, & nó in alis: immo regula est in cōtrarium, quia clericus in bonis suis non restituitur, sed ecclesia sic. Item bona clericorum præscribuntur, sicut bona laicorum. Ita hæc omnia pulchre declarat Abb. in c. si diligenti. col. fin. de præscrip. & in dicto c. ex literis. in fin. & Feli. vbi supra. Vnde in proposito sicut laicus emens à clerico, cōuenitur iure congrui, per rationes allegatas supra in 3. membro: ita etiam emens ab ecclesia. Nam quo ad hoc, non potest diuersitas asignari: quia ius congrui sequitur possessorem, qui est subditus legi laicorum: & contra eum dirigitur, & mutatione personæ mutatur conditio rei. vt dixi in nono argumento primæ partis. & istā conclusionem, scilicet quod emens ab ecclesia, teneatur iure congrui, tenet in specie Sebast. in consue. si ec
38 clesia. in fin. ver. eman. &c. ¶ Non obstat † si quis vellet dare instantiam inter clericum & ecclesiam: quia ecclesia nec actiue nec pasiue habet ius congrui, vt in dict. constit. Sancimus. in fin. sed clericus sic: quia ista differentia nihil concludit ad propositum. nam verum est, si ecclesia emit, non conuenitur iure congrui. Item si tertius emit prope bona ecclesiæ, minime ecclesia actiue habet ius congrui: & in hoc solum diuersificatur à clerico. Sed quando ecclesia vendit, nullum est grauamen ecclesiæ quod emptor conueniatur. & ita teneo. ¶ Sed pulchrius dubium est pone, quod vendita est domus laico, quæ est prope rem ecclesiæ, certum est quod ecclesiæ nō competit ius congrui: ponamus, quod ecclesia incontinenti vendit illam rem laico vel clerico, an posit nouus emptor petere ius congrui? videtur quod sic, quia mutatione personæ, mutatur impe
59 dimentum rei, vt supra dixi. † In contrariū est veritas, quia ius congrui competit ei, qui habet fundum vicinum tempore venditionis. sed si emit post venditionē, non competit sibi ius congrui ex persona propria, sed ex persona venditoris. Vnde quia in isto casu ecclesia est venditrix, quæ non habeat ius transferre. & ita notanter determinat Seba. in consue. vbi domus. super vers. tunc habentes, &c. Et hoc procedit, quando ecclesia vendit post natum ius congrui: secus, si venderet ante, puta ante vēditionē rei, de qua litigatur: quia tūc is qui emit ab ecclesia, habet ius congrui ex persona sua. Ita tenet Seba. in consue. si quis emit. super vers. alicuius. in vers. sed quid emphyteuta &c. Et ex his remanet expedita ista nobilisima quæst. & à nemine vsque ad hanc tempestatem ita discussa. Laus Deo. Robertus Maranta Venusinus, V.I.D.

AN, SI EMPTORI REI IMMObilis, qui poterat conueniri iure congrui, donat illam alteri vel premutat, faciat cessare ius congrui.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an habeat locum contra eum, cui donata vel permutata post emptionem est res per emptorē. & 27.*

2 *Ius congrui habet locum solum in tribus cōtractibus.*

Actio oriens ex iure congrui, dicitur personalis in rē scripta: & sequitur possessorem.

Actio personalis in rem scripta, habet similitudinem cum reali.

3 *Ius congrui an detur cōtra singularem successorem & quid si successor non possideat.*

Ius congrui an detur contra secundum emptorem ex persona propria, vel ex persona sui authoris.

4 *Donatarius cui fuit donata res empta, an teneatur iure congrui. & 5. 18. 27.*

6 *Extensio non fit in correctorijs ex identitate rationis, nisi ratione peccati euitandi. 15.*

Constitut. Sancimus. de iure congrui, est correctoria iuris communis.

7 *Statutum seu lex noua debet ita intelligi, vt ladat ius commune in minus quam potest.*

8 *Transferre non potest in alium plus iuris, quam habet transferens. reg. iuris.*

9 *Ius mihi quæsitū ex facto alterius, possum cōtra aliū exercere, etiam eo inuito.*

10 *Obligatio rei mea, facta meo nomine me ignorante, si ratificatur à me, postquam ego obligaui omnia bona mea alteri, an noceat mea ratificatio secundo creditori.*

11 *Accipere, verbum quid importet.*

12 *Ius quæsitum difficilius tollitur, quam quærendum.*

13 *Dominium an trāsferatur. si statū dicat, quod locator non possit rē alienare, nisi requisito conductore.*

Dominium rei alienatæ cōtra prohibitionē iuris congrui, an transferatur. & 17.

14 *Fraudibus & malitijs semper est obuiandū. & 20.*

17 *Alienatio quæ fit titulo lucratiua, patitur onus sili-*

qua-

quarum.

18 *Dominium rei vendita sub conditione, an transferatur si tradatur interim.*

Dominium an transferatur ex cõtractu à lege prohibito.

19 *Fructus tenetur restituere emptor bonafidei, qui emit ab eo qui tenebatur ad fructus.*

20 *Petitio hereditatis an detur contra titulo possidentẽ, quando titulus fuit habitus ab eo qui poterat petitione hereditatis conueniri.*

Aduocati, causa fraudandi, ius congrui communiter consulunt, vt emptor statim donet amico suo.

21 *Petitione hereditatis qui poterat cõueniri, si alienauit rem ante cõuentionem, tenetur actione, in factũ, ex ti. de alie. iud. mut. cau. fact.*

22 *Ius congrui quando cessaret per donationẽ, posset agi reuocatoria ex tit. qua in fraud. creditor.*

Alienata in fraudem creditorum, reuocantur sine excussione quando consistunt in specie.

23 *Emens fundum, si incontinenti donat, præsumitur facere in fraudem iuris congrui, & habet tunc locũ ius congrui contra donatarium. & 24.*

Fraus præsumitur ĩ actu ex celeritate tẽporis. & 24.

24 *Instrumentum vnum & idem continens emptionẽ & donationem simul, præsumitur in fraudem iuris congrui, quo ad donationem*

25 *Alienatio in fraudem præsumitur, quando fit cõiuncta persona & quãdo alienatus remanet in possessiõe.*

26 *Ius congrui habet locum vbi permutatio fit cum aliqua re mercanda, quæ postea statim venditur.*

28 *Vicinus admittitur ad agendum iure congrui, non obstante donatione vel permutatione.*

29 *Ius congrui quod non detur contra singularẽ successorem, est inductum per consuetudinẽ Neapolitanã, non autem per constitut. Sancimus.*

Ius ortum contra authorem, transit ad singularem successorem.

Successor singularis includitur in dispositione loquẽte de authore, & eius factum reputatur factũ authoris. & 30.

31 *Consuetudines Neapolitanæ non habent locũ in rebus sitis extra Neapolim, & eius districtum.*

Extentio in correctorijs fit ad similem casum, quando vnica tantum ratio potest adsignari.

33 *Iuris congrui obseruantia differt in ciuitate Neapoli ab alijs partibus regni.*

Disputio 9.

1 SVCCESSIVA & non minus † vilitis in eadẽ
materia iuris congrui contingit quæst. Quidam
emit vnum fundum: & suspicans sibi moueri li-
tem super iure congrui, donat illum cuidam suo ami-
co vel consanguineo, seu permutat: sciens, quod in ti-
tulo donationis vel permutationis cessat ius cõgrui:
quæritur, an per hoc vicinus cẽseatur totaliter exclu-
sus. Et profecto istud dubiũ millies in facto emergit,
& sub isto colore multæ fraudes ac periuria comittũ
tur. Et quia materia est quotidiana, ideo decreui eam
latius attigere, vt veritas disputando elucescat, iuxta
l. legaui. ff. de libe. lega.

2 ¶ † Et primo pro parte negatiua, quod non habeat
locum ius congrui, & vicinus sit exclusus, adducitur
ꝙ consti. Sancimus. restringit hanc dispositionẽ pro-
cedere solum in tribus contractibus: videlicet, in vẽ-
ditione, locatione, & emphyteusi. in aliis ergo cõtra-
ctibus remanet dispositio iuris communis, vt liberũ
sit vnicuique contrahere. Item, quãuis ista actio dica-
tur personalis, ex quo est cõdictio ex lege Sancimus.
tamen dicitur in rem scripta, vt declarat Seb. in con-
sue. si quis emit. in fi. super vers. vniuersali. & sic sequi
tur possessorem. vt ibi dicit & plenius in eadem con-
sue. super ver. possidet. & Matth. in dict. constitu. Sãci
mus. in prin. in 9. not. & in §. vt infra tringinta. in xj.
no. & in §. licet in 6. not. actiones enim personales in
rem scriptæ, habent similitudinẽ realium, & sequũtur
possessorem. l. 3. §. est autem. & ibi glos. ff. ad exhi. & de
clarat Iaso. in rub. ff. si cer. pet. colu. 2. sed quia emptor
non reperitur possidere, quia donauit, non põt cõue-
niri iure congrui: donatarius autem minime, ex quo
possidet tit. donationis, ex quo cessat ius congrui. er-
go de necessitate remanet vicinus exclusus.

3 ¶ † Secundò adducitur: nam ius congri non datur
contra singularem successorem, sed solum cõtra vni-
uersalem, qui possidet: alias autem, etiamsi esset vni-
uersalis, & non possideret, non teneretur iure con-
grui. ita tenet Seb. in dict. consue. si quis emit. in fi. su-
per vers. vniuersali. Sicut etiam emptor, qui non pos-
sidet, non tenetur, vt dicit Seba. in consue. vbi domus.
super ver. ab emptore. & super ver. successore &c. &
in consue. si ex vno. super ver. possessores. Hinc est, si
emptor venderet secundo emptori, ille secundus em-
ptor non tenetur ex emptione prima sui authoris, sed
solum ex secund. emptione propria, secundum Seba.
in dict. ver. vniuersali. Vnde si donaret, non posset ex
proprio tit. conueniri possessor, ex quo non est titulus
habilis ad ius cõgrui, minime ex tit. sui authoris: quia
illud ius non transit contra singularem successorem:
sic vicinis remanet exclusus. Duo enim sunt necessa-
ria ex parte rei conuenti copulatiue, scilicet, ꝙ possi-
deat: & quod tit. emptionis possideat, vel locationis,
4 vel emphyteusis. ¶ † Tertio, pro ista parte adducitur
authoritas S: ba. in dic. cõsue. si quis emit. super. verb.
possidet. in vers. pone ergo &c. vbi in terminis for-
mat hanc quæstionem: Si vnus emit hodie, & cras do-
nat alij. Et tenet quòd non habet locum vlterius ius
congrui. & idem in specie firmat Matth. in dicta con-
stitution. Sancimus. §. licet. in 6. nota vbi de verbo ad
verbum refert & sequitur opin. Sebast. quorum duorũ
5 doctor. magna est authoritas in hoc regno. ¶ † Quar-
tò adducitur deci. 330. 8. consi. Neapolit. in fin. quæ in-
cipit, nobilis Petrus &c. vbi fuit decisum contra acto
rem in iure congrui. ex causa, quia emptor donauerat
rem filio suo. Et illa decisi. fuit fundata super authori-
ritate domini Sebast. in dicto versi. possidet. quæ deci.
debet pro lege seruari in hoc regno. l. fin. C. de legi.
6 ¶ † Quintò, confirmatur: quia dicta constit. Sancimus.
est correctoria iuris communis: nam per eam corrigi-
tur text. in dicta l. dudum. C. de contrahen. empt. & in
l. in re mandata. C. manda. licet respectu dictæ l. in re
mandata, sit potius limitatio, quam correctio. vnde stã
te hoc dubio, nec debet fieri extensio: sed debet stricte
intelligi in casu in quo loquitur. l. si vero. §. de viro. &
ibi per doctor. ff. solut. matrimon. in correctoriis enim
etiam ex identitate rationis non fit extensio. secundũ
Bartol. in authentic. quas actiones. column. penulti. C.
de sacrosan. ecclesi. & moder. in authẽ. ex testamento.
C. de colla. & Bart. Alex. & docto. in l. 2. ff. de legat. 3. &
Bar. in auth. qui semel. col. 2. C. quo. & quando iud. Pro
hoc est tex in l. præcipimus. in fin. C. de app. & l. sanci-
mus. C. de test. Cũ igitur d. cõst. Sancimus. dicat, ꝙ vi-
cinus offerens precium, accipit ius prothomiscos, &
potest extraneum emptorem repellere: apparet quod
solum contra emptorem dirigit formam agendi: non
autem loquitur de alio habente causam ab emptore:
ergo non debet extẽdi, cum sit lex correctoria & odio
7 sa, † debemus ergo hunc casum dubium ita interpre-
tari, vt reuertatur decisio ad ius commune: vt est glo.
notabilis in cap. statutum in versicu. numerandum. de

præben.libr.6.semper enim intelligere debemus legē nouam, vt lædat ius commune in minus, quá potest, vt est tex & ibi Gemi.& doct.in c.cos.de tempo.ord. libr.6 & Abb.in c.certificari.col.pen.de sepul.est tex. in l.secundæ C.de noxa.& per Feli.in c.j.col.8. ver.secundo declara &c.de rescrip.& ca causam, quæ colu. xj.eodem titu. Sed tenendo quod vicinus sit exclusus: in isto casu restringitur lex correctoria, & fit reuersio ad ius cōmune: ergo ista opin.est tenenda: nam res de facili reuertitur ad naturam suam.l.si vnus. §. pactus. in fi.& ibi Bartol.& Ias.plene in 3.col.ff.de pac.&c.ab exordio.35.dist.

¶Pro parte vero contraria, affirmatiua scilicet, ꝙ immo contra talem donatarium vel possidentem titul.permutationis, habeat locum ius congrui: adducitur primo: quia per venditionem primo factam, statim est quæsitum ius vicino, vnde sine facto suo ab eo auelli non potest. l.id quod nostrum. ff. de regulis iuris.

8 ¶†Secundo, quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet.l. nemo plus iuris.& ibi not.ff.de regulis iuris. Sed certum est, quod si donator, qui prius emerat, habebat aliquod dominium in re: illud erat reuocabile & momentaneum, ergo non potuit illud transferre in donatarium in perpetuum, & firmius, quam ipse habebat. Vnde videtur, quod res possit etiam à donatario auocari propter præcedens vinculum, quod erat affixum rei: sicut poterat ab ipso emptore, eodémque donatore. ¶†Tertio, quia

9 quando ex facto alterius mihi quæritur aliquod ius, possum eo iure vti cōtra quemlibet, etiam eo inuito. tex.est nota.in l.si post mortem.§ fin.ff.de bon.possess. contra tabu.& per Barto.& doct.in l.petendæ.Cod.de tempo in inte resti.sed in casu isto ex facto emptoris statim est quæsitum ius vicino: ergo potest, etiam inuito tempore, vti tali iure contra tertium, & sic donatarium. Si potest inuito emptore, ergo non potuit emptor inuenire viam fraudandi ipsum per suam donationem: quia alias liceret homini subdito frustrare legis operationem in præiudicium tertij, cui est ius

10 quæsitum contra l.nemo potest.ff.de legatis j. †Confirmatur ex his, quæ not.Specul.in titul.de obligatio. & solution § prim.column.11 versicul.item pone, obligasti &c.vbi dicit, quod si tu prius obligasti rem meá me ignorante: deinde ego obligo omnia bona mea, & postea ratifico obligationem tuam, talis ratificatio nō nocet creditori meo, cui prius per obligationem meá fuerat ius quæsitum.vnde ipse præfertur. Idem tenet Paulus de Castr.in consil 195.columna tertia in secundo volumin.Eodem modo donatio mea non debet nocere vicino, cui prius per meam emptionem fuerat ius

11 quæsitum.†Et quod ius fuerit quæsitum vicino immediate per emptionem, pondero text.in dicta constitutiōe.Sancimus.in versi.suam portionem accipiat &c. & ibi, accipere ius prothomiscos, & extraneos emptores omnino repellere &c. Nam verbum, accipere, est verbum directum, secundum Angelum in consil.97.& Bartol.in l.centurio.ff.de vulga.& pupilla.Item est verbum executiuum, per quod transfunditur etiam ius electionis gloss.& doctor.in l.Lucio.ff.de legatis secūdo.& Socin.in consil.116 columna secund.in prim.volumi.Per illud enim verbum censetur directo translata executio legis in personam vicini ad accipiendum ius congrui.ergo satis est sibi ius quæsitum, quia si nó esset quæsitum.non posset illud accipere.

12 ¶Nunc in †proposito, ius quæsitum difficilius teneretur, quam ius quærendum.l.seruus.C.de pact.& l.j.§. confertur.ff de collat.bon.& Phi Decius.in consil.117. col.3.in princ.ergo per donationem licet ab initio tolli potuisset ius quærendú, scilicet, ante venditioné: tamen postquam per venditionem est ius quæsitum, tolli non potest.& pro prædictis est tex.in ca.si pro te de rescript.lib.6.vbi non potest fieri ratificatio in præiudicium tertij, cui est ius quæsitum.

13 ¶†Quartò, adduco dictum Alexan.in addit.Barto. in l.secunda §.finali.ff.de actione emptio.vbi in terminis nostris tenet, quod si statutum ciuitatis dictat, ꝙ locator non possit rem alienare, nisi prius requisito conductore, si contingat eum alienare, nulla facta denunciatione conductori, ex tali alienatione non transit dominium, ex quo est facta contra legis prohibitionem.allegat Bart.in l.si ita quis. §.ea lege.ff.de verborum obligatio.& Bartol.in l.cum lex.in fin.ff. de fideiusso.ergo in casu nostro, quando venditor non requirit vicinum, non transfert dominium in emptorem.vnde nec emptor illud transfert in donatarium. & sic potest dici, quod dominium interim remanet in suspenso penes venditorem: si vera est decisio Alexand.per l.nec vtilem.ff.ex quibus cau.maior.& remanebit in suspenso in fauorem vicini, cuius contemplatione lex fecit hanc prouisionem. Ergo ipse admittitur ad reuocandum: per ea, quæ notat Abbas in consilio 63.columna secunda in primo volumine.& Felin.in capitul ecclesia sanctæ Mariæ.columna.13.de constitut.nam per talem reuocationem, solam possessionem aufert: qua acquisita, immediate ex legis ministerio consolidatur sibi dominiū, quod in eius fauorem stabat in suspenso. Verum de veritate illius dicti Alexan.videbimus in solutione: quia videtur cōtrariari his, quæ dixi in præcedenti disputatione, scilicet, quod transit dominium reuocabiliter.

14 ¶†Quintò, quia si liceret emptori impune donare vel permutare, daretur materia delinquēdi, & aperiretur via fraudibus: quia de facili quilibet fraudaret legem.Sed fraudibus est semper obuiandum. l.in fundo.ff.de rei vendi.clementi. prima & ibi Card. de vsur.&c.quanto.de diuor.& clementi.prima.§.fin.& ibi Card.de conces.præbend. Vnde ad euitandū fraudem, debet etiam cōtra donatariū, qui habuit ab emptore, habere locum ius congrui.

15 ¶†Item quia etiam in correctoriis fit extensio, ratione peccati euitandi: secundum Alexandrum in l. Pomponius.§.præterea.colum.2.in fin.ff.de acquirē. possess. Vnde dato, quod constitu.Sancimus. sit correctoria, & loquatur in contractu venditionis: debet etiam extendi in donatiōe habita ab emptore causa vitandi fraudem, quæ inducit peccatum.

¶Sextò, & vltimò, pro ista parte adduco textum, qui multum stringit: & ab aliis non extitit ponderatus, in l.j.§.res, quæ.C.de impo.lucra.descri.lib.10.vbi videtur text.formalis ad decisionem huius quæst.Nam ibi fit differentia inter rem alienatam titulo lucratiuo, &

16 titulo oneroso.† in titulo enim lucratiuo. patitur onus siliquarum, non auté in oneroso.sed subdit casum in dict.§.res, quę.pone, ꝙ res fuit primo alienata titulo lucratiuo, & sic fuit affecta onere. deinde is, qui eá habuit, illá alteri vendidit tit.oneroso, an emptor teneatur ad onus.Et concludit ꝙ sic. & idé contra, vbi subdit: quia à primordio tituli posterior formatur euentus.ergo ita in casu nostro ius congrui habet locū in titu.oneroso.statim enim cū res vendita fuit, annectitur sibi onus iuris cōgrui. vnde quāuis postea alij donetur, trāsit cū onere suo: quia iste posterior euétus reformari debet ad primū titulū. Sicut enim ibi licet emptor alias nō teneatur ad on' ex persona sua tamé quando emit à donatario, tenetur ex persona sui authoris.eod.modo & hic, licet donatarius non tenetur iure congrui ex persona sua, tamé debet teneri ex persona sui authoris, qui fuit emptor. ex quibus hincinde adductis ista quæstio redditur valde dubia.

17 ¶†Pro solutione huius difficilis quæstio. oporteret primo inuestigare, an ex alienatione facta contra prohibitionem illius Constitution. Sancimus. transferatur dominium: de quo aliquid dixi

supra

supra in 4 argumento secundæ partis, & breuiter resi-
deo in illa opin. quam tenui in præcedenti disputatio-
ne, scilicet, quod dominium transfertur, licet reuoca-
biliter: nam etiam ex contractu inutili secuta traditio-
ne, transit dominium ex causa putatiua. ita tenet Bart.
in l. eleganter. in fin. illius prin. & ibi etiam gloss. ff. de
dolo. licet enim contractus de se propter eius inutili-
tatem non transferret dominium: tamen traditio sub-
sequens vna cum voluntate domini facit dominium
transire. ita tenet Petr. Phili. Corn. in consi. 263. in fin. in
3. vol. & idem in consil. 74. column. 3. in quarto volumi.
vbi dicit, quòd si res vendita sub conditione, tradatur,
interim transfertur dominium. & idem tenet Barto. in
l. non dubium. column. fin. ver. vltimo op. &c. Codi. de
legi. vbi dicit, quod licet ex contractu, qui fit contra le
gem, non transeat dominium, tamen ex causa putatiua
propter illum contractum bene transit: puta ex tradi-
tione cum voluntate domini, prout ibi clarius decla-
rat Bald. in 10. opp. per l. 3. §. subtilius. ff. de conditio. ob
causam. & hanc opin. tenet Matth. in d. côst. sancimus.
in prin. in nono nota. Et licet videatur obstare, quia d.
constitu. prohibet alienationem, dum dicit, non antea
concedimus alienare &c. quo casu videtur prohibere
executionem contractus, scilicet dominij translatio-
nem, vt inquit Bartol. in l. cum lex in fin. ff. de fideiuss.
tamen ad hoc respondeo, quia lex vltra procedit, dan-
do actionem vicino ad reuocandum, quo casu transit
dominium, vt dicit Bartol. in l. j. §. si vir in fin. verbis. ff.
de acquirend. possess. per d. l. eleganter & ex his non te-
neo decis. Alexand. in l. 2. §. fin. ff. de action. empt. quem
allegaui supra in 4. argumêto. nam referendo illud di-
ctum ad hanc const. non esset verum: ex quo vltra pro-
cedit hæc constit. Sed forte saluando Alex. procederet
quando statutum vltra non progrederetur. Ista autem
inuestigatio non est nimis necessaria: quia semper te-
neo, quod transit reuocabiliter. Sed volui eam attinge
re pro veritate eorum, quæ dixi in d. 4. argumento se-
cundæ partis.
18 ¶ Hoc præsupposito, †propinquando ad solutionem
huius q. firmo conclusionem pro ista secunda parte af-
firmatiua: videlicet, quod non obstante donatione vel per
mutatione, admittatur vicinus ad agendum iure con-
grui, per iura & rationes allegatas pro secunda parte.
& maxime, quia pro ea habemus tex. quasi in terminis.
19 in d. l. j. §. res, quæ. †Quam confirmo etiam per tex. in
l. fi. §. j. ff. ad Vellei. vbi licet alias bonæ fidei emptor nô
teneatur restituere fructus, tamen quando emit ab eo
qui tenebatur ad fructus, tenetur etiã & ipse: quia non
debet esse melioris conditionis donatarius, quam au-
thor suus: vt dicit ibi Pau. de Cast. sic etiam in casu no-
stro, non debet esse melioris conditionis donatarius,
quam suus author, qui tenebatur iure congrui, licet in
eo sit diuersa qualitas, prout erat in d. l. fi. §. j.
20 ¶ Secundo †confirmo, per bonum simile. nam petitio
hereditatis non datur contra titulo possidentem. l. re-
gulariter. ff. de pet. her. & l. hereditatis. C. eo. tit. & ta-
men quando titulus habetur ab eo, qui poterat petitio
ne hereditatis conueniri, datur contra eum, non obstã
te titulo. ita notanter tenet Bart. in l. cogi. circa fi. C. de
pet. her. & Bar. in l. si rem & precium. ff. eo. ti. & ibi etiã
Pau. de Cast. qui dicit, quod si aliter diceremus, facile
esset legem eludere, & hanc actionem euitare. Idem te
net Paul. de Cast. in cons. 133 col fi. in 2. vol. Sic etiam in
casu nostro: licet contra donatarium nô habeat locum
ius congrui: tamen quando habuit ab eo, qui poterat
iure congrui conueniri, prout est emptor, debet ipse
quoque teneri: ne sit melioris côditionis, quam author
suus: alias de facili quilibet eluderet legem simulando
donationem, quæ simulatio est difficilis probationis.
& quotidie vidi fieri istas simulationes & fraudes, vn-
de mille periuria oriuntur: nam nemo est tam libera-
lis, vt velit rem quam emit pro se, alteri donare, cû ne-
mo præsumatur iactare suum. Sed per viam collusij &
simulationis, fiunt huiusmodi donationes. Et aduoca-
ti nostri temporis communiter dant pro consilio clien
tulis, vt rem emptam donent ad excludendum ius con
grui. vnde euidenter hoc fit in fraudem legis, cui frau
di debemus obuiare: & propterea hæc secunda pars
21 quam teneo, videtur tutior & verior. †Dicit tamê Bar.
in l. tertia. § opus. ff. de alie. iu. mu. causa fac. quod si conuē
tus petitione hereditatis, alienauit ante conuentionê,
& sic abstulit actionem actori, tenetur actione in fa-
ctum ex illo edicto. vnde per illud dictum teneri pos-
set, quod emptor, qui donat, ne patiatur iudicium su-
per iure congrui, pôt côueniri actione in factum, ex il-
lo edicto.
22 ¶ Tertio †confirmo hanc conclusionem: quia quan-
do omnis alia ratio cessaret, negari non posset, quin vi
cinus, qui est fraudatus iure suo per dictam donatio-
nem, possit agere contra donatarium actione reuoca-
toria ex illo edicto, quæ in fraudem creditorum, vt ha
betur in § item si quis in fraudem. insti. de act. quo ca-
su quando debitum est in specie, prout in casu nostro,
fit reuocatio, etiam non facta excussione: secundû Bal.
in rub. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. col. j. & Iaso. in
d. § item si quis in fraudem. col. 14. ver. secundo princi-
paliter &c.
23 ¶ Ex prædictis reassumo †solutionê huius q. per qua-
tuor côclusiones, quarû tres primæ sunt claræ & indu-
bitatæ: quarta vero est aliquantulum dubia. & prima
conclusio clara, sit ista, videlicet, si aliquis emit fundû,
& incontinenti sine vllo interuallo ipsum donat vel
permutat, censetur facere in fraudem, & habet locum
ius congrui: & etiam haberet locum actio reuocatoria
ex edicto, quæ in fraudem creditorum. per text. & ibi
Abb. in 3. no. in c. officij. de elect. vbi ingressus ad mona
chationem, si statim eligitur in prælatum, præsumitur
in fraudem propter breuitatem temporis. Et hanc pô-
derationem fecit mihi quandoque peritus iuuenis dò
minus Bernardinus de Lupo de Castro montis Melo-
nis, asserens se quidem ita obtinuisse in facto. Et iudi
cio meo dixit merã veritatem: quia ex breuitate tem-
poris multa male præsumi solent, vt nota. Bartol. in l. si
ventri. §. fina. ff. de priuile. credi & in specie, quod præ
sumatur fraus, tenet Pet. phi. Corn. in côsi. 217. col. fi. in
3. volu. & Pet. de Ancha. in consi. 160. colum. 2. & consil.
24 257. col. 2. per †hæc infero, quod quando in eodem in-
strumento apparet emptio & donatio, censetur facta
donatio in fraudem iuris congrui: & vicinus admitti-
tur ad reuocandum. vnde non sine causa Seba. in con-
suet. si quis emit. super versicul. possidet, mouet istam
quæsti. & dicit: pone, quod quis emit hodie & cras, vel
postea donat &c. & eodem modo loquitur Matthe. in
dicta constitu. sancimus. §. licet in 6 not. nam in quæs.
ponitur interuallum vnius diei, vt sit quæstio dubita-
bilis: quia si statim donaret, esset sine dubio, quia fraus
25 præsumitur: ¶ Secunda conclusio † est, quando dona
tio fieret côiunctæ personæ. nam præsumitur fraus ra
tione coniunctionis. l. data. & ibi Bald. C. de dona. quod
Ias. in d. § item si quis in fraudem. col. 7. inst. de actio.
Dicit tamen Barto. in l. post contractum. ff. de dona. &
sola coniunctio sanguinis non facit præsumi fraudê,
nisi alia coniectura concurrat. Vnde si remanet dona
tor in possessione rei, sine dubio præsumitur fraus: quod
istis duobus concurrentibus, teneo hanc conclusionê
pro indubitata, per l sicut. §. superuacaneû. ff. quibus
mod. pig. & hypoth. sol. Ex quibus infero, quod quan-
do pater & filius simul habitant, & pater rem emptam
filio donat, & ipse remanet in gubernatiôe rei, sine du
bio habet locum ius congrui: quia præsumitur fraus.
26 ¶ Tertia †conclusio est, quãdo emptor permutat rê cû
frumento, vel alia re mercabili, & dictum frumentum
statim vendit. nam tunc habet locû ius côgrui. ac si ve
re ab initio res vêdita esset. & istã conclusionê amplio

procedere etiam in primo contractu: vt quando quis permutat rem ſtabilem cum alia merce venali:& dictã mercem vendit.nam habebit ſolum ius congrui in iſto caſu:ſicut in quolibet contractu venditionis. text. eſt notabilis,quem nõ reperio ab aliis ponderatũ ad hoc, in l.ſed Iul.§.mutui datio.ff ad Maced.per quem text. notabiliter amplio materiam iuris cõgrui,vt procedat in iſto contractu innominato.

27 ¶Quarta concluſio †dubia eſt, quando vere emptor donat vel permutat,cum interuallo temporis,& ceſſat omnis coniectura fraudis,an tunc habeat locũ ius cõgrui.Et licet hactenus iſta concluſio non fuerit per alium attentata affirmatiue, ita vt videar velle ponere os in cælum,dicendo contra authoritatem tantorum virorum,videlicet Sebaſt. & Matth. quos retuli ſupra in tertio argumento primæ partis:tamen quia in contrarium habemus legem,ſcilicet d.§.res,quæ.& rationes magis vrgentes,teneo contrarium.& in iſta cõcluſione etiam firmo deciſionem affirmatiuam,ſcilicet,ꝙ habeat locum ius congrui, per rationes ſupra allegatas,& præſertim, quia hæc via eſt magis tuta pro anima, ad euitandum machinationes fraudum & periuriorum.Et quia in iſtis ſum teſtis de viſu & auditu: nã pluries vidi conſultum eſſe ab aduocatis noſtri temporis,dum vadunt ad eos aliqui emptores, qui cupiũt excludere vicinos à iure congrui,& in rei veritate nullum habent animum donandi.Et dicti aduocati dicũt vade,& dona iſtam rem alicui amico tuo, & ita excludes vicinum.vnde cliens ſequendo conſilium aduocati,facit contractum donationis: & intrinſecus habet intelligentiam cum donatario,vt ſit ſimulatio.Et tamẽ quia donatio fit ex interuallo, non poteſt probari aliqua præſumptio fraudis.vnde vicinus videns ſe deluſum,defert iuramentũ donatori & donatario,qui ambo iurant donationem eſſe verã. & cum aliud probari non poſſit in contrarium,ſuccumbit contra veritatẽ,& illi duo peierant in perniciem animarum ſuarũ.Et propterea ad euitanda iſta ſcandala deberet hæc mea concluſio,ſi aliquid dubij haberet,per Cæſaream deciſionem approbari, vt præcludatur via iſtis machinationibus & periuriis.

28 ¶Supereſt †modo reſpondere ad argumenta in cõtrarium adducta pro prima parte, quæ in rei veritate multum vrgent. vnde non obſtat primum, quia dato, quod ſit actio in rem ſcripta, tamen datur contra poſſeſſorem:& ſic nullum eſt cõtrarium: & licet poſſideat titulo donationis,tamen lex iniecit vinculum ante donationem.vnde trãſiuit in donatarium cum onere ſuo: per d.l.primam.§.res.quæ.& per d.l fin § primo.ff.ad Velleian. & per alias rationes adductas pro ſecunda parte.

29 ¶Non obſtat †ſecundum argumentũ:quia iſtud,ſcilicet quod ius congrui non detur contra ſingularẽ ſucceſſorem,non eſt inductum per conſtitu.ſancimus. ſed ſolum per conſuetudinem Neapolitanem,& ita procedunt omnes deciſiones Sebaſt. allegatæ in d. ſecundo argumento.nam ex quo ipſe commentatur ſuper dicta cõſuetudine,debent ſua dicta intelligi ſecundũ ipſam conſuetudinem,ſcilicet vt procedant ſolum in ciuitate Neapolis & eius diſtrictu: non autem in aliis locis & ciuitatibus huius regni,in quibus ſeruatur ius commune.d conſti ſancimus quæ nullum verbum facit de hoc,ſcilicet quod ſingularis ſucceſſor non teneatur iure congrui.Immo in iure communi reperitur contrarium.Nam ius ortum contra authorem, tranſit contra ſingularem ſucceſſorem.l.in hoc.§ ſi inter.ff. communi diuid.maxime quãdo eſt ius in rem ſcriptum:prout eſt iſtud,vt per Bart.& doct in l.ſi terti⁹ ff.ſi quis prius. ff.de aqua plu.arcen pro hoc eſt text.in l.3 §.fi.ff.ad exhiben Et licet in ſucceſſore non ſit illa qualitas apta ad ius congrui propter titulum donationis,tamen iſte titulus procedit à radice infecta ex titulo authoris,propter vinculum ante iniectum.& propter ius quæſitũ vicino per d.§.res,quæ.Nec eſt bona ratio in terminis noſtris,quam aſſignãt præfati doct. ſcilicet quod iſtud ius quæſitum durauit tantum, quantum durauit poſſeſſio: quia concederem contra ſolum emptorem, ex eo,quia eſt ius in rem ſcriptum, ſed non reſpectu ſucceſſoris.Verum ipſi bene loquuntur in terminis illius conſuetudinis,quæ loquitur per dictionem taxatiuam tantum,ſcilicet contra vniuerſalem ſucceſſorem,& ſic excludit ſingularem.quod non facit illa conſtitut.ſancimus.

30 ¶Non obſtat †quod d.conſt.ſancimus.dicit,quod vicino licitum eſt extraneos emptores omnino repellere:& ſic non loquitur de ſucceſſore ſingulari.vnde videtur quod ſolum contra emptorem dirigatur hæc actio:vt dicit ibi Matt.in §.vt infra 30.in 11 nota. qui ex quo non ſe adſtringit ad vniuerſalẽ,ſicut facit illa conſuetudo, debet intelligi etiam de ſucceſſore ſingulari & habente cauſam ab emptore, cuius factum. reputatur factũ ſui authoris.l.ſi indebitum.§.fi.ff.rem rat.ha. & l.fi.§ 1 ff ad Vellei.& d.l.3.§.fi.ff.ad exhib.quia intelligitur de iure communi,vt in rem ſcriptam poſſit illã exercere contra authorem,ſi poſſidet:alias contra ſingularem ſucceſſorem.

¶Ad tertium argumentum reſpondeo pro ſaluando authoritatem dictorum doctor.quod procedit eorum dictum ſecundum conſuetudines Neapolitanas, non autem ſecundum conſti.ſancimus.Nec obſtat tex. in d.conſtit.verſi.cauſa vero dotis &c. vbi generaliter dicitur,quod cauſa donationis vel permutationis omnes poſſunt alienare.quia ille §.loquitur de primo alienante,non autem de emptore,cui poſtea donat. Nam in prin.poſuerat regulam,vt nullus poſſit alienare,niſi facta prius requiſitione:poſtea vero ponit fallentiam, ſcilicet,vt liceat alienare cauſa dotis,etiam ſine requiſitione.

31 ¶Ad quartum †argumentum reſpondeo eodem modo,ſcilicet ꝙ illa deciſio ſacri conſilij fuit lata inter ciues Neapolitanos,qui ligentur dicta conſuetudine.vnde non procedere debet in aliis.nã conſuetudines Neapolitanæ non habent locum in rebus exiſtentibus extra diſtrictum Neapolis,vt no.Seba.in procem.conſuetudinum.ſuper ver.diſtrictu.& in conſuet.ſi quis,vel ſi qua ſuper verſ.in bonis omnibus. & in conſuet. pupillus.ſuper verſ.bona.& in conſuet.in bonis.in fin.ſuper verſ.non habet.& Bal.in l.2.col.fi.ver.& ideo ſi conſuetudo &c. C.quæ ſit lon.conſuet.

32 ¶†Ad quintum & vltimum reſpondeo, quod iſta nõ eſt extenſio.Nam repellendo ſucceſſorem,repellitur & emptor. præterea in correctoriis fit extenſio ad caſum ſimilem, quando vnica tantum ratio aſſignari poteſt, vt de hoc eſt gl.in l.quamuis C.de fideicomm.& Iaſo. in § omnium.col.7.inſtitu.de actio.& Alex.in conſ.98. colum.ſecunda,in primo volu.ſed hic non poteſt aſſignari,niſi vna ratio,ſcilicet fauore coniunctorum:ergo habetur pro expreſſa,& procedit etiam in ſucceſſore.Præterea,cauſa vitandi peccatum fit extenſio in correctoriis,ſecundum Ale.in d.l.Pomponius.§.præterea. ff.de acq poſſeſſ Sed ſi iſta extenſio non fieret.quilibet fraudaret legem,faciendo ſibi ſucceſſorem, & ſic peccaret. Præterea, quando lex noua dat actionem in rem ſcriptam, cenſetur illam introducere cum ſuis qualitatibus & natura,quæ eſt, vt detur contra ſingularem ſucceſſorem. Vnde iſta non eſt vera extenſio, ſed potius videtur lex noua proprie loqui in caſu iſto. Vel poſſet dici extenſio paſſiua,per ea quæ not.Bartol. & doct.in l.2.ff.de legatis primo. ¶Ex quibus remanet firma concluſio,& finalis in hac quæſt.quod in ciuitate Neapolis & eius diſtrictu ſeruaretur dictũ Seb. & Matth.vt non habeat locum ius congrui,cõtra donatarium talem:in aliis autẽ ciuitatibus & locis huius regni ſeruaretur contrarium, ſcilicet ꝙ habeat locum,

per

perea, quæ superius dicta sunt. Et modus agendi in casu esset, quod ambo citentur, scilicet emptor ad recipiendum precium, & donatarius ad restituendam possessionem. & hæc conclusio videtur mihi in puncto iuris verissima, ac etiam in consulendo & iudicando æquissima: adeo, quod iudex, qui secundum ea quæ tenui, iudicaret, non faceret litem suam, cum bonis rationibus fulciatur, & cum conclusio hæc sit magis tuta pro anima ad euitandum fraudes & machinationes periuriorum: nõ obstante quod hactenus in quam pluribus causis fuerit per multos in contrarium inaduertenter consultum Laus Deo. Robertus Maranta Venusinus, V. I. D.

VTRVM SI FILIA NVPTA renunciat bonis paternis, maternis & fraternis, & moritur ante fratrem, mortuo postea fratre, an filii sororis renunciantis succedant vna cum auunculis in hereditate fraterna, nõ obstante renunciatione matris cum iuramento, maxime si sunt heredes matris.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renũciauit bonis paternis, maternis, & fraternis, si moriatur ante fratrem, superstitibus filiis, deinde moritur frater, an filij succedant non obstante renunciatione matris.*

2 *Heres tenetur habere ratum factum defuncti: nam potest defunctus obligare ipsum & eius bona.*

3 *Ius accrescendi est potẽtius successorio edicto, & illud impedit.*

4 *In feudo ex pacto & prouidentia filius non põt ipsum habere, si repudiat hereditatem patris. & 36*

5 *Nepotes ex filia excluduntur, si sunt heredes matris.*

6 *Renunciatio quæ fit per contractum & pactum, est potentior, quam illa quæ fit simpliciter.*

7 *Heres, adeundo hereditatem, censetur quasi cõtrahere cum his, cum quibus defunctus contraxit. & 41.*

8 *Renunciatio matris non nocet filijs in iure proprio filiorũ, quod nõ habent ex persona matris. & 9. & 34.*

Filia renũcians successioni paternæ, maternæ. & fraternæ, censetur renunciare sub conditione, si successio sibi deferatur. & 13.

9 *Filij mortua matre, subintrant eius locũ, & succedũt auunculis ex persona propria, nõ ex persona matris. & 12. & 44.*

10 *Exheredatio facta de filijs, non nocet nepotibus, quando filij moriuntur ante testatorem. & 11.*

Nepos præteritus ab auo, rumpit testamentum, quãdo filius moritur ante auum. & 11.

14 *Filia si renunciat bonis paternis tantũ, an ista renũciatio sit alicuius vtilitatis, maxime in regno.*

Renunciationes filiarum solent patres recipere pro se & heredibus.

Filia quæ renunciauit bonis paternis, succedit nihilominus patri morienti sine alijs filijs: nisi faceret testamentum, & alium heredem faceret. & 15.

15 *Renunciatio filiæ in bonis paternis, censetur fieri fauore masculorũ. vnde illis mortuis viuo patre succedit, non obstante renunciatione.*

Renunciatio filiæ in bonis patris habet locũ, si masculi volunt succedere patri: alias secus.

Filia semel exclusa à bonis patris, censetur perpetuo exclusa.

16 *Soror succedit fratri in bonis paternis, non obstante, quod renunciauerit bonis paternis: quia nunc nõ dicuntur paterna, sed fraterna & 18.*

Renunciatio filiæ in bonis paternis nõ impedit eã succedere fratri in d. bonis ab intestato morienti, & 38.

17 *Filia exclusa per statutum vel per renunciationem à bonis patris, succedit vna cum nepte ex filio masculo præmortuo, viuo patre: secus, si post mortẽ moriatur.*

Neptis ex filio, non excludit amitã à successione aui.

Neptis ex filio, excluditur per patruum suum à successione aui.

18 *Nepos ex filio, excluditur per patruum, ex quo venit à radice infecta.*

19 *Filia renuncians bonis paternis cum pacto, quamuis amplo, potest nihilominus petere legitimam, nisi specialiter legitimæ renunciauerit.*

Legitimæ supplementum potest peti, non obstante quod legauerit aliquid pro legitima, cum clausula, quod plus peti non possit.

20 *Filia exclusa per cõst. regni, debet congrue dotari: & dos non debet esse minor legitima.*

Paragium succedit loco legitimæ, & non debet esse minus legitima.

21 *Filia dotata à patre, semper censetur congrue dotata, etiamsi habeat minus legitima.*

22 *Legitima non consideratur in vita patris, sed pro ea habetur respectus ad tempus mortis.*

Legitimam non tenetur pater adsignare filio in eius vita.

Filius viuente patre nullum habet ius in bonis eius.

Filia dotata à patre, non potest dicere se incõgrue dotatam, non obstãte quod sint auctæ facultates patris tempore mortis quia etiam poterant diminui.

Pater diues si dat modicam dotem filiæ, præsumitur dolus re ipsa.

23 *Filia an possit petere se adæquari eius sorori, quæ habuit maiorem dotem.*

Pater habens plures filias, an possit maiorem dotem dare vni, quam alij.

24 *Legitimæ fructus possunt peti in omnibus casibus: quibus potest legitima peti super bonis alicuius.*

Fructus legit. debentur à die mortis patris vna cum ipsa legitima.

25 *Filia renuncians successioni patris & legitimæ, potest succedere patri ex testamẽto. idem, si sit exclusa per statutum.*

Filia quæ renunciauit patri & fratribus de non succedendo, nec ex testamẽto, nec ab intestato, potest succedere nihilominus ex testamento.

26 *Filia quæ renunciauit bonis paternis & legitimæ propter dotem, si pater in suo testamẽto instituit eam in vno tareno, potest petere supplementum legitimæ ex causa testati, non obstante renunciatione.*

Legitimæ supplementum petitur secundum iudiciũ testatoris, & non contra.

Testamentum patris melius est, quod nullam faciat mentionẽ de filia dotata, quam quod instituat eam in vno tareno: & male faciunt notarij qui aliter consulunt.

27 *Filia dotata, non excluditur per neptem ex filio præmortuo*

mortuo post mortem patris ante aditam hereditatẽ, non obstante transmissione.

28 *Renunciatio filij in bonis matris, prodest fratribus.*

Filia non excluditur à successione materna per consti tut. in aliquibus sed in ciuitate Neapolis excluditur per consuetudinem.

29 *Filia si renunciat bonis etiam fraternis, mortuo vno fratre, succedunt alij fratres vel sorores, expulsa renunciãte, sed mortuis omnibus fratribus & sororibus succedit, non obstante renunciatione.*

Soror nõ succedit fratri vel sorori, extante fratre masculo, quando fuit dotata: & hoc secundum consuetudinem Neapolitanam tantum.

30 *Nepotes ex filia, quando agitur de successione, qui omnino excluduntur stãtibus masculis, siue filia mortua sit viuo patre, siue non: siue renunciauit, siue non, & hoc per constitu. in aliquibus.*

31 *Nepotes ex filia exclusa per statutum vel per renunciationẽ succedunt, quando masculi sunt viuo patre.*

32 *Nepos an succedat in bonis auiæ maternæ, non obstãte renunciatione matris, quando mater moritur viua auia.*

33 *Soror dotata à fratre, si renunciauit bonis fraternis, excluduntur eius filij à successione dicti fratris: siue moriatur ante, siue post eorum mater.*

35 *Collatio non habet locum, quando agitur de successione collateralium sed solum quando descendentes sucdunt ascendentibus.*

36 *Ius accrescendi cessat, quãdo filia moritur in vita patris.*

37 *Inuentarij confectio non est necessaria nepotibus, quorum mater renunciauit bonis fraternis, & mortua est ante fratrem.*

Inuentarium operatur separationem bonorum, & quod heres non teneatur vltra vires hereditarias.

38 *Opinionem communem non debemus relinquere propter nouam phantasiam vnius.*

Doct. & iudex qui non sequitur communem opinionem, facit litem suam.

39 *Heres an ligetur iuramento defuncti.*

40 *Feudi inuestituram tenetur heres habere ratã, etiã si inuestiens moriatur antequam feudum sibi aperiatur.*

42 *Filia renuncians hereditati paternæ, si enormissime lædatur: vt quia pater est multum diues, contrauenire potest, petita absolutione à iuramento.*

43 *Filia quæ primo iurat, non renunciare, si postea renũciet cum iuramento, non præiudicat sibi secundum iuramentum contra primum.*

Cautela pro muliere quæ vult renũciare bonis, vt primo protestetur & iuret, quod non sponte renunciet.

Renunciatio filiæ in bonis paternis, maternis, & fraternis, qualiter debet fieri, vt noceat nepotibus: & de eius forma & cautela.

Disputatio 10.

1 FILIA quædam à patre dotata, in die † votorũ re-
nunciauit, vt assolet fieri, bonis paternis, mater-
nis, & fraternis, promittens nihil vnquam petere
de bonis prædictis, nec per se, nec per heredes moritur
pater & mater, superstite filio & duabus filiabus, scili-
cet illa, quæ renũciauit, & altera in capillo. successiue
mortua est filia: quæ renũciauit, superstitibus filiis suis
& heredibus qui maternam hereditatem adiuerunt.
Deinde vlti. loco moritur eius frater sine liberis, super
stite sorore in capillo, & superstitibus nepotibus ex so
rore, quæ renunciauerat quæritur, an isti nepotes suc-
cedant in bonis auunculi sui, vna cum matertera, non
obstante renunciatione matris, ex quo mater mortua
fuit ante fratrem, cuius bonis renuntiauerat ¶ Et pri-
mo pro parte negatiua, quod dicti nepotes non succe-
dant, immo penitus excludantur, adducitur: Nam cũ
2 dicti filij sint heredes matris, tenentur † habere ratã re-
nunciationem matris, quæ iuramento fuit confirma-
ta: per capitulum quamuis de pact. lib. 6. vnde non pos
sunt contrauenire. l. cum à matre, C. de rei ven. l. ex qua
persona. ff. de re. iur. Hinc dicit in terminis nostris Phi
lip. de Franchis in d. c. quamuis, quod filij heredes ma-
tris, non possunt cõtrauenire renunciationi factæ per
matrem, quando mater promisit nec per se, nec per he-
redes suos contrauenire potest enim defunctus obli-
gare heredem. vt d. l. cũ à matre & ibi per doct. & Bald.
in l. iubemus. §. sane. in fi. C. de sacrosan. eccle. Item nõ
solum personam heredis, sed etiam bona heredis obli-
gare potest, vt habetur in decis. 14. & decis. 111. cõsi Ne-
apo. col. fi. Item iuramentum defuncti ligat heredem,
vt no. Bar. in l. cum quis §. codicilli. in fin. ff. de leg. 3. &
Ioan. An. in nouella. in d. c. quãuis & ibi etiam Gemin.
3 ¶ Secundo † adducitur, quod licet alias dici posset, quod
ex quo mater est præmortua, filij veniunt ex persona
propria, non ex persona matris: hoc non posset aliter
intelligi, nisi per successorium edictum: sed quia in illo
gradu, in quo erat mater, extat alia soror in capillo,
quæ immediate succedit fratri, certum est quod por-
tio sororis renunciantis accrescit alteri sorori in ca-
pillo: quia ius accrescendi impedit successorium edi-
ctum, & est eo potentius, secundũ Bal. in l. meminimus.
in fi. per illum tex. C. de legi. here. vnde nepotes exclu-
duntur quocunque iure veniant. Et ita expresse tenet
4 Philip. Decius in cons. 181. col. pen. ¶ Tertiò, † quia in
feudo ex pacto & prouidentia filius non potest ipsum
habere, si repudiat hereditatem patris, & tamen illud
feudum non habet ex persona patris, sed ex persona
propria, ex prouidentia concedentis, mediante legis
dispositione. vt est tex. & ibi Andre. de Iser. & Aluar. in
c. primo, an agnatus &c. licet secus sit in agnato, vt ibi
dicitur. & ibi assignatur ratio per do. Vnde si vult filius
habere feudum, tenetur vel heres ad omnia debita pa-
terna, nisi faciat inuentarium, vt dicit ibi An. eodem
modo in casu nostro, licet filij veniant ad bona auun-
culi ex persona propria, tamen ex quo sunt heredes ma
tris, tenetur ad onera matris, & per consequens debẽt
ratificare pactum matris.
5 ¶ Quartò, pro ista † parte adducitur in terminis autho
ritas Seb. in consue. si moriatur in gl. super ver. ipsi suc
cessores. in fi. ver. ex hoc igitur quæro &c. vbi in termi
nis nostris format hanc q. & tenet, quod nepotes ex fi-
lia excludũtur, si sunt heredes matris, & non succedũt
vna cum auunculis, licet mater sit mortua ante fratrẽ.
cuius Sebastia. magna est authoritas in hoc regno.
6 ¶ Quinto pro † ista parte adducitur: Nam fit differen-
tia, quando renunciat simpliciter cum iuramento, &
quando facit contractum cũ pacto, de non petendo, &
cedit ac donat omne ius suum per se & heredes suos
in forma cauta. nam primo casu posset tolerari, quod
talis renunciatio non noceat eius filiis, qui veniunt ex
persona propria & ita possent procedere ea, quæ nota.
Bar. & do. in l. qui superstitis. ff. de acquir. here. Videtur
enim talis renunciatio personalis, & tollit solum obsta
culum ipsius matris renunciantis. Vnde non extendi-
tur ad filios. sed quando mater donat per contractum
omne ius, & renunciat per viam pacti in ampla forma,
7 obligando se & heredes suos, debent † filij omnino ex-
cludi. nam adeundo hereditatem matris, cẽsentur qua
si contrahere cum his, quibus mater renũciauit. l. apud
Iulianum. § final. ff. ex quib. caus. in pos. ea. Ista enim
renunciatio solet fieri patri vel fratribus, qui recipi-
unt eam pro se & heredibus. vnde mortuo fratre, eius
heres

heres est soror in capillo, vt habetur in deci. 161. consi. Neapolita. & ibi traditur hæc differentia, quando donatio fit per contractum, & quando simpliciter renunciatur: ergo adeundo hereditatem, censetur quasi contrahere cum dicta sorore in capillo, approbando contractum matris.

8 ¶PRO parte† vero contraria affirmatiua, scilicet quod immo dicti nepotes admittantur, non obstante contractu & repudiatione matris, adducitur primo, quia iste contractus & renunciatio matris habet tacitã conditionem annexã, scilicet, si successio ei deferatur: quæ conditio impleretur quando soror moreretur post fratrem: sed quando moritur ante fratrem, conditio euanescit: quia nunquam fuit delata sibi hereditas. ergo renunciatio habetur pro non facta. Ita in terminis tenet Pau. de Cast. in d. l. qui superstitis. col. 3. & ibi etiã Frãc. de Are. in septima col. & Imo ff. de acq. hered. idẽ tenet Bald. & Alex. in l. pactum dotali. C. de coll. & Bal. in l. fi. col. 4 C. de pact. & Soc. in consi. 183. col. 2. in 2. vol. Vnde nepotes debent succedere: quia renunciatio nullũ præbet eis obstaculum. Ex quo pro nõ facta habetur, & pro dictis adde Soc. in consilio 91. col. secun. in primo vol.

9 ¶Secundo adducitur: †nam quando soror renuncians moritur ante eũ, de cuius hereditate agitur, filij subintrant statim locum matris, nõ ex persona matris, sed ex persona propria, ex beneficio legis tradito, in authẽ. cessante C. de legi. her. adeo quod repræsentant illum eundem gradum, quem repræsentat soror in capillo. Ita tenet Bart. in l. 3. §. si filius ff. de coniungen. cum eman. li. & Bar. Imol. Paul. de Cast. Fran. de Are. & communiter doct. in d. l. qui superstitis. & Bar. in l. 2. C. de libe. prete. & Ale. in d. l. pactum dotal & ibi etiam Paul. de Cast. & idem Pau. in consi 164. col. quinta, in secundo vol. Si ergo est ius proprium filiorum, sequitur, quod illi non censetur per matrem renunciatum, vnde possunt succedere.

10 ¶Tertio, pro ista †parte adducitur tex. in l. si quis filio ff. de iniust. rupt. testa. vbi si testator exheredat filiũ suum, qui moritur ante testatorem, talis exheredatio non nocet nepotibus ex illo filio, ex quo habetur pro non facta. ergo eodem modo minime debet nocere renuntiatio, cum validum sit argumentum de exheredatione ad renunciationem, prout hoc simili argumento vtitur Paul. de Cast. in dicta lege, qui superstitis. co. secunda.

11 ¶Quarto adducitur † text. in l. si quis posthumos. §. filium exheredauero ff. de liber. & posthumis. vbi nepos præteritus rumpit testamentum, quando filius exheredatus moritur ante patrem: & hoc non est ex alio, nisi quia nepos subintrat locũ, & venit ex persona propria: nam si veniret ex persona patris, noceret sibi exhe datio patris: sed non nocet, quia patri non fuit delata hereditas. ita & in casu nostro, exclusio matris mortuæ ante fratrem, non nocet nepotibus subintrantibus locum ex persona propria & ad idem est text. conformis in l. si ex patronis. §. fi. ff. de bo. libe. & in l. quoties. in fi. ff. de nouation.

12 ¶Quinto adducitur † doctrina Bart. in d. l. qui superstitis. ver. item vide, quædam mulier &c. vbi tenet expresse, quod etiã si filij sint heredes matris renunciantis ac mortuę ante eum, de cuius hereditate agitur, succedunt non obstãte renunciatione matris. Ex quibus rationibus hinc inde adductis, casus iste redditur valde dubius.

13 ¶ †Pro solutione huius quæstionis, concludo & firmo hanc secundã partem tãquam magis cõmunem, & melioribus rationibus fulcitam: & maxime, per primũ argumentum: ad quod nullus doctor, qui vult tenere primam partem, potest respondere, scilicet, quod renunciatio censetur facta sub cõditione, si successio deferatur sed quia non fuit delata, defecit conditio: & habetur pro non facta. l. Mæuius. & l. qui heredi. ff. de condi. & demon. nam sicut conditio expressa impedit natiuitatem actionis, ita etiam & conditio tacita, vt est glo. no. in l. item quia. ff. de pac. quam ad hoc ponderant ibi d. Alb. de Rosa Ale. Ias. & communiter doct. & gl. in l. 2. §. creditum. & ibi Ias. in 2. col. ff si cer. pet. per l. cedere diem. ff. de verb. signi. Ante ergo, quam sit purificata ista conditio per delationem successionis, nullum ius est ortũ per talem renunciationem. ergo cessante conditione, cessat renunciatio: & per consequens, id quod non est, non põt opponi filiis succedere volentibus. c. nõ præstat. de reg. iur. lib. 6. Possunt enim dicere filij, quod eorum mater nunquam renunciauit, ex quo non habuit effectũ renunciatio. & hæc responsio iudicio meo sola tollit omnia argumenta contraria, siue sint filij heredes, siue non.

14 ¶Et †vt habeatur plene hæc materia, expediam eam per nonnullas notabiles conclusiones. Et prima conclusio sit ista: Quando filia renunciat bonis paternis tantum, nulla facta mentione de maternis, nec de fraternis, ista renunciatio est nullius vtilitatis, si extant filij masculi, & filia renuncians est dotata de paragio: quia etiam sine renunciatione erat exclusa à successione paterna propter dotem. per constitut. in aliquibus. Sed si tempore renunciationis non extabant masculi, sed solum aliæ sorores, tunc prodest ista renunciatio sororibus: quia ipsæ solæ succedunt patri, exclusa hac, quæ renunciauit: & ratio patet ad sensum, quia pater solet recipere istas renunciationes pro se & heredibus suis. vnde mortuo patre, remanent heredes illæ filiæ, quæ non renunciauerunt: ergo eis accrescit ista renunciatio, vt habetur in decis. 161. consil. Neapolita. vbi idẽ dicitur, quãdo renunciatio fit fratri & heredibus, per ea quæ no. Ang. in cõs. 52. inci. dominus Gilius &c. col. fi. & Pet. Phi. Corn. in cons. 291. vbi plene in quarto volum. & Seb. in consuet. si moriatur super versi. ipsi successores &c. Sed si tempore mortis patris non extarent alij filij, neque masculi, neq; fœminæ, nisi ipsa sola. quæ renunciauit, tunc succedit non obstante renunciatione. ex quo in illo gradu non est alia persona, quæ faceret sibi obstaculum. vnde ipsa est heres patris, quia in primo gradu reperitur, & sua renunciatio non se extendit ad ipsum casum, quando sola remaneret: & hoc procedit, patre mortuo ab intestato. Secus esset, si fecisset testamentum, & alium etiam extraneum fecisset heredem: quia illi succederet exclusa hac filia: ex quo renunciatio fuit recepta pro se & heredibus. & illa est heres. ita hæc omnia tenet pulchre Ang. in consil. 52. & Petr. Philip. Cor. consi. 291. in 4. vol. & Soc. in cons. 150. col 15. in primo volu. & habetur aliquid in d. decisi. 161. in fin.

14 ¶Secunda † conclusio sit: Quando filia renunciat bonis paternis viuo patre, & masculi extant, & postea moriuntur, admittitur filia ad successionem, non obstãte renunciatione. Ita tenet Bal. in l. pactum dotal. ver. quarto quæro, &c. C. de colla. & ibi etiam Pau. de Cas. in 2. col. ver. item quæritur &c. vbi assignat rationem, scilicet, quod talis renunciatio censetur facta fauore masculorum, & intelligitur, rebus sic stantibus. Idẽ tenet Alexan. in l. stipulatio hoc modo. col. 4. ff. de verbo. oblig. & Alexand. in consil. 29. col. 4. in 3. volu. & Seba. in cõsue. si moriatur, in ver. ipsi successores &c. Quod tamen intellige & declara, quando masculi moriuntur viuo patre. Ita loquuntur decisiones supra allegat. Idem esset, quando extarent masculi tempore mortis patris, sed nollent patri succedere: quia talis renunciatio censetur facta in fauorem masculorum, qui volunt succedere patri, vt tenet Soc in cons. 35. col. fi. in primo vol. & moder. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & colligitur ex dictis Bar. in l. fi. ff. ad Tertyl. in quantum ponderat, quod masculi adeãt hereditatem. Secus est, quando masculi extarent, & adirent hereditatẽ patris: nam quamuis postea moriantur, tamẽ fi-

non consideratur legitima in eius bonis. l. 3 §. interdũ. ff. de vulgar. & pup. & l. primo §. si impuberi, ff. de coll. bo, nec tenetur pater assignare legitimam filio in eius vita, secundum Bald. Angel. & communiter doctor. in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupil. nullam enim eius habet filius, viuente patre, in eius bonis. vt ibi. & per Baldum in l. quamuis. versic. extra quæritur, &c. Codic. de fideicom. vnde pater dotando filiam, impleuit officium, ad quod de iure tenebatur: per l. qui liberos. ff. de ritu nup. & l. fi. C. de promis. & vltra non tenetur: nec potest dicere filia, se habuisse minus legitima. quia eo viuente, non consideratur: & possibile est, quod bona diminuantur ante, quam moriatur, minime post mortem patris potest filia conqueri: quia lex reputat congruam dotem eam, quæ fuit à patre constituta, & non inspicimus augmentum facultatem patris: quia dubius erat iste euentus, ex quo poterant diminui, vt dicit Bald. in l. quamuis. in fi. & Alexan. in consil. 181. in 5. vol. quod dic, vt per Alexand. & Paul. de Cast. in l. in ratione la 2. in princip. ff. ad leg. Falc. quod tamen restringe, nisi pater dedisset ita modicam dotem, cum esset valde diues, vt præsumatur dolus re ipsa in parte. nam potest tunc filia agere ad supplemetũ, secundũ Pau. de Cast. in d. constit. 175. col. 4. in primo volum. vbi ponit exemplum.

23 ¶ Ex quibus † infero ad pulchram q. & quotidianam in qua vidi pluries dubitari: Si pater habens plures filias, dotauit primam, cui dedit centum in dotem, & cõtenta remansit, deinde maritauit aliam, cui dedit ducenta. quæritur, an prima possit cõqueri & agere, vt detur. sibi æqualis dos, & sic petere alia centum? In hac quæstione semper consului contra primam, scilicet, quod non possit quicquam petere: & nunc confirmo per prædicta. Aut enim prima habuit dotem ascendentem ad legitimam, & casus est clarus, quia nihil plus petere potest: nam eo ipso, quod habet legitimam, est congrue dotata: & pater põt bona sua aliis distribuere, dummodo filiæ det legitimam: vt habetur in authentic. nouissima. C. de inoffic. testa. Aut habuit minus legitima: & tunc quia fuit dotata à patre, censetur congrue dotata, per supra dicta. Sicut enim põt per viam institutionis plus dare vni filiæ, quam alteri: ita etiam per viam dotis, potest melius tractare vnam filiam, quam aliam. Ita tenet Alex. in consi. 29. col. 3. in 3. vol. vbi ponderat illud incertum, scilicet quod bona patris ita possunt augeri, sicut diminui, vsque ad eius mortem. per l. fideicommisso. C. de transact: & hanc conclusionem tenet Bal. in cons. 328. in 3. volum. & Bald. in nouel. tract. dotium. in 16. priuileg. sextæ partis. col. 9. cum duabus seq. & Matth. in dict. constitut. in aliquibus. col. fi. Confirmatur authoritate Euangelij, per Matth. cap. 20 An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? nonne ex denario conuenisti mecũ? tolle quod tuum est, & vade &c. Ita poterit dicere pater primæ filiæ.

24 ¶ In casibus autem, † in quibus tenui filiam posse petere supplementum, tanquam incongrue dotatam, vt quando dotatur à fratre, vel à tutore, potest etiam petere fructus illius supplementi: quia cui debetur legitima, debentur etiam fructus legitimæ à die mortis patris, secundum Alc. in cons. 69. in 1. vol. & Pet. Plil. Cor. in consil. 265. in 3. vol. per doc. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoff. testam.

25 ¶ Quinta conclusio est: † Quando filia renunciat bonis paternis, & omni iuri legitimæ, intelligitur renunciare successioni ab intestato, non autem ex testamento. vnde dato, quod filia renunciet, vel sit exclusa per statutum, potest nihilominus pater in testamento instituere eam heredem, vel aliquid sibi legare, si vult, secundum Baldum in l. pactum versi. 3 quæro &c. C. de colla. & Ale. in l. stipulatio hoc modo. col. 3. in prin. ff. de verb. obl. & ibi plenius Ias. in 6. & 7. col. vbi plus dicit, quod etiam si filia renunciasset patri & fratribus de non succedendo patri ex testamento, nec ab intestato, põt nihilominus succedere ex testamento: quia pater instituendo, censetur iuramentum & pactum remittere: & ita etiam habetur in decision. 350. consi. Neap. & per Bald. in l. fin. Codic. de pact. & in terminis constitut. in aliquibus. quod non procedat ex testamento: tenet ibi Andr. de iser. in 3. colum. & Matth. in 5. col. versi. 5. quæro &c.

26 ¶ Et ex his infero † ad pulchram q. Si filia, quæ alias erat exclusa per consti. regni, renunciauit patri, bonis paternis, & iuri legitimæ, propter dotes, quas habuit: deinde pater in testamento instituit filium masculum heredem, filiam autem instituit heredem in dotibus suis, in vno tareno, iure constitutionis, prout communiter solent facere notarij, qui istud consulunt testatoribus, & nesciunt quid agant: dico quod ista filia si habuit modicam dotem, potest petere supplementum legitimæ ex causa testati, non obstante renunciatione: quia illa non se extendit ad causam testati, per prædicta. Ita tenet Soc. in consil. 30. in 13. & 14. versic. 19. &c. in 1. volu. Nam istud supplementum petitur secundum iudicium testatoris, & non contra, secundum eum ibi. per l. omni modo. C. de inoffi. testam. Vnde melius est, quod pater nullam facit mentionem de filia: quia propter consti. in aliquibus. & propter eius renunciationem, est exclusa etiam à legitima. & tene mẽtẽ, quia sæpius euenit, & est magnus effectus impediendi vires renunciationis.

27 ¶ Sexta conclusio † sit: Si filia renunciauit bonis paternis contemplatione fratris, prout præsumitur, quando extat masculus, secundum Paul. de Castr. in d. l. pactum dotali. C. de coll. Alex. in consil. 29. col. 4. in 3. vol. & dixi supra in secunda conclusione. Vel si est exclusa per statutum propter masculum, si contingat patrem mori superstite filio, & filia dotata: qui filius ante, quã adeat hereditatem patris, moritur superstite filia fœmina, ad quam pater ex potentia suitatis transmisit paternã hereditatem, iuxta l. apud hostes. C. de suis & legi. & quæ habentur in l. si fratris. C. de iure delib. & per Bartol. in l. si infanti. eod. titul. & in l. ventre. ff. de acquirend. hered. illa neptis non excludit hanc filiam dotatam amitam suam, ex quo est fœmina, & non habet qualitatem patris, non obstante transmissione, ex quo pater nõ adiuit: & sic non fuit ius quæsitum masculo: perinde habetur quo ad hunc effectum, àc si mortuus esset viuo auo, prout dixi supra in secunda & tertia conclusione. Istud fuit nota. dictum Iacob. de Arez. quem ibi sequitur Salic. in l. 3. C. de adult. & Socin. in consil. 116. colum. 7. in fin. versicul. 3 hæc opin. &c. in primo volumi. quod nota perpetuo, ad ampliationem eorum, quæ dixi supra in d. l. 2. & 3 conclusione. nam quilibet prima facie diceret contrarium. & hanc conclusionem teneo pro vera in casu, quando filia esset exclusa per statutũ, sed quando renunciauit patri, videtur esse magis dubia: quo casu distinguerem. Aut renunciauit simpliciter in fauorem masculi: & idem, quia par est ratio: aut renunciauit patri, & heredibus suis: & tunc illa neptis ex potentia transmissionis est heres aui: & sibi accresceret renũciatio, & ista filia excluderetur ex virtute renunciationis: per ea, quæ dixi supra in prima conclusione, & quæ habentur in decision. 115. consilio Neapolita.

28 ¶ Septima † conclusio sit: Quando filia renunciauit bonis paternis & maternis: ista renunciatio prodest fratribus & sororibus: quia licet per constitu. regni excluderetur à bonis patris propter dotem: non tamen excluditur à bonis matris, secundum Andr. de isern. in dicta constitut. in aliquibus col. 1. & col. 10 & 11. & nisi aliter se haberet consuetudo, prout in ciuitate Neapolis. per consuetud. quæ incipit, si moriatur. qua cauetur, quod stante masculo, filia non succedit, dummodo maritetur de paragio de bonis matris. &

ita fuit declaratum in decis.178.consi.Neapol.in princ. Vnde per renunciationem factam per filiam de bonis maternis,cessante consuetudine,portio eius accrescit fratribus & sororibus:quibus mortuis post mortem parentum succedit ipsa soror renuncians in dictis bonis: quia non dicuntur materna,sed fraterna: per ea, quæ not. Alexand.& doctor.in l.3.§ veteres ff.de acquirend. poss.& habetur in d.deci.178.in 3. dubio. & dixi supra in secunda conclusione.

29 ¶Octaua conclusio sit: †Quando filia renunciat bonis paternis,& maternis,& fraternis: ista renunciatio prodest fratribus & sororibus,non solum respectu bonorum maternorum,sed etiam fraternorum:quia mortuo aliquo ex fratribus,succedent alij fratres & sorores,exclusa penitus ista,quæ renunciauit,vt habetur in decis.161 consi Neapolit.Sed mortuis omnibus fratribus & sororibus ab intestato sine liberis, succedit ipsa soror,quæ renunciauit:ex quo non habet aliud obstaculum in illo gradu per ea,quæ not.Angel.in consil.52. inci.dominus Gilius, &c. & dixi supra.Sed in ciuitate Neapolis siue soror renunciauit,siue non, quando fuit dotata,non succedit fratri vel sorori defunctæ. extante fratre masculo.vel filio fratris.& hoc est de cõsuetudine:per cõsue.si quis,vel §.si qua.35.sed morienti. iuncto vers.& in præmissis.& ibi per Sebast.

30 ¶Istis conclusionibus sic † elicitis, reuertor ad propositum q.nostræ principalis.videlicet,an ista renunciatio matris,noceat filiis suis heredibus Et certe,quãdo mater moritur post eum,de cui⁹ hereditate agitur, nullum est dubium Et omnes docto.in dicta l.pactum C.de coll.& in d.l qui superstitis.tenent,quod noceat filiis.ex quo hereditas fuit delata matri.Sed casus noster est,quando mater præmoritur : quo casu si quæris de successione bonorum paternorum, quibus renunciauit,hic sunt duo obstacula.Vnum scilicet de cõstit. in aliquibus.quæ excludit filiam dotatam à successione patris,stantibus masculis : & aliud de renunciatione.Est etiam & tertium obstaculum:quia filia ideo renunciat propter dotem,quam habet à patre. quo casu recipit illam in locum suæ legitimæ,& portionis debitæ in hereditate paterna:& vocat se contentã pro portione sua,prout communiter solent fieri istæ renunciationes filiarum in cauta forma: vnde filia & eius filij excluduntur,non tam vi repudiationis,quam quia mater habuit partem suam : vnde bona fides non patitur vt filij idem bis habeant. & istam rationem tenet Ludo.Roman.in dicta l.qui superstitis,per quam tenet cõtra filios.licet Alexan.ipsum referens,in dict.l.pactum teneat contrarium,tamen opinion Ludo. Romani per plures bonas rationes tenet Philip Decius in consilio 181.colum.4.& 5 Verum in hoc regno, vbi est dict.constitut.in aliquibus, sine dubio procedit opinio Ludo. Roman Et propterea concludo, quod quando agitur de successione patris,nepotes omnino excluduntur:siue mater moriatur viuo patre,siue post. nã mater recipiendo dotẽ à patre,est effecta in successibilis patri ab intestato,per dictam constitutionem.& sic est obtruncata via succedendi per descendentes ex fœmina : vnde nepotes excluduntur,siue mater renunciet, siue nõ stantibus masculis : ex quo veniunt à radice infecta.vt tenet Bart in l liberorum col 5 vers.quæro.quid si filia, &c.ff de verbor.signif & dixi supra in tertia conclusione.in fine.in isto enim casu cessat ratio, quam assumit Alexand.in dict.l pactum.contra Ludo. Roma.quia si mater viueret.& non renunciasset habito paragio, excluderetur à successione patris, ergo eodem modo & filij excluduntur.

31 ¶Quam conclusionem †limito non procedere,quãdo omnes filij masculi morerentur viuo patre, & vltimo loco moreretur pater:quia tunc isti nepotes ex filia præmortua,succederent vna cum filiabus,si extant.scilicet eorum materteris, collatis dotibus matris : quia per mortem masculorum,tollitur obstaculum constit. Similiter renũciatio matris nõ nocet eis:quia fuit mortua viuo patre,minime obstat obstaculum receptionis dotis : quia offertur collatio, quam poterat offerre mater, si non renunciasset,secundum Ale.in d.l. pactum. & hanc limitationem firmo,per ea, quæ dixi supra, in secunda conclusione.

32 ¶Si vero †quærimus, quando filia renunciauit bonis maternis,hic cessat obstaculum cõstitutionis:quia non excludit filiam à successione materna.cessat etiam obstaculum receptionis dotis.Quod ponderat Roma. in d.l qui superstitis. quia dotes communiter dantur de bonis paternis,non autem maternis:solum remanet obstaculum renunciationis,quod nõ obstabit filiis, ex quo eorum mater mortua est ante auiam,de cuius hereditate agitur.vnde indubitanter succedent nepotes auiæ, per rationes supra adductas pro secunda parte. Verũ si filia est dotata de bonis maternis,& renunciasset,tunc obstaret dictũ Lud.Roma.& Phili. Decij in d. consi.186.sed magis communis videtur opin. Alex.in d. l.pactum.scilicet,quod nepotes succedant collatis dotibus.

33 ¶Si †quærimus de tertio, scilicet quando renũciauit etiam bonis fraternis, & tunc per omnia dico idem, quod dixi in maternis,quia eadem est ratio, & ita fuit conclusum supra in solutione. scilicet, quod nepotes succedant non obstante renunciatione.In vno tamen casu facio differentiam,scilicet quando soror esset dotata à fratre de bonis ipsius fratris : & renunciasset acceptando illam dotem pro portione sua,quæ sibi contingere posset in hereditate fraterna, tunc indubitanter teneo opinionem Ludoui.Roman.& Phili scilicet, quod siue ista soror moriatur ante fratrem, siue post, semper excludantur filij,stantibus aliis fratribus, vel sororibus:ex quo in isto casu cessat ratio.Alexan Nam cum tractetur de successione collateralium,non habet locum collatio dotis,quia solum procedit,quando descendentes succedunt ascendentibus:vt not. gloss. singu l.quam ibi sequitur Paul. de Castr. & communiter doctor in l.prima in gloss.fin. Codic.de legib.hered.d. Iason.in l.si emancipati.colum.5.& ibi etiam Ale.C.de coll.Vnde si viueret soror,& non renunciasset,& vellet succedere,cessaret collatio,& resultaret iniquitas:quæ iniquitas debet considerari in filiis eius,qui bis succederent contra bonam fidem,& non conferrent.debent ergo excludi vigore portionis receptæ per matrem,secundum Ludo.in d.l qui superstitis,causa æquitatis seruandæ.

34 ¶Superest † modo respondere ad argumenta adducta pro prima parte.vnde ad primum quod magis vrget.respõdeo,quod ex quo mater renunciat,& promittit nõ cõtrauenire,nec per se nec per heredes suos.censentur ligati heredes, quo ad illa quæ habent vt heredes matris:ex quo fuerunt nominati per appellatiuum scilicet heredes:nam mater quando fecit istas renunciationes,cedit omnia iura ad eam spectantia, & quæ ad ipsum spectare possent quomodocunque & qualitercunque super dictis bonis:& sic semper verba referuntur ad personam renunciantis.Sed filij non petunt illud,quod matri spectauit:nam non veniunt ex persona matris,sed ex propria.& sic non cõtraueniunt:quia non petunt ius matris.quod fuit renunciatum,sed ius proprium.cui renunciatum non fuit: nec illud habent vt heredes,ergo non sunt ligati ad hoc.Ita in propriis terminis respondet Petrus Philipp.Corn.in consil.158. col.penul in fin in litera V in quarto volu. Istud enim ius habuissent filij, etiamsi non essent heredes matris. Facit tex.in authen.lucrum C.de secund.nup.vnde respondeo,ad l.cum à matre C.de rei vẽd.quod verũ est, quod heres tenetur habere ratum factum defuncti, & non contrauenire sed hic satis habetur ratũ,& in nullo contrauenitur,prout factum fuit:quia mater renun

ciauit

ciauit ius ad eã spectãs, vel spectaturũ: sed ad ipsam
nunquam aliquod ius spectauit, quia fuit morte præ-
uenta: ergo filij in nihilum cõtraueniunt. Et licet pro
miserit neque per se, neque per heredes petere, intel-
ligitur, scilicet illud ius matri competens.

¶ Præterea, quia non fuit impleta conditio: quia he
reditas non fuit delata, remanet renunciatio pro nõ
facta. Vnde sicut quando mater non renunciasset, ad-
mitterentur filij: eodem modo & nunc, vt dixi plenè
35 in secunda parte supra. ¶ Ad secundum †argumen-
tum respondeo, quod ex quo filia mortua est in vita
patris, habetur acsi nũquam fuisset in rerum natura.
vnde tunc cessat ius accrescendi, & de eo nulla habe-
tur ratio, secundum Bald. in l. j. col 8. in 6. q. in fi. verb.
quid de filia &c. C. quando non pet. par. & sic non im
peditur successorium edictum. ¶ Ad tertium argu-
36 mentum †respondeo, dando bonam instantiam: nam
feudum habetur immediatè à patre, cui succeditur:
& erat res quæsita patri. & ab eo transita ad filium: vn
de ratione connexitatis cum rebus burgensaticis, &
propter connexitatem personarum patris & filij, non
potest filius habere feudum, & repudiare hereditatẽ:
immò si accepta feudum, tenetur vt heres. & ita de-
clarat Alua. in d. cap. j. col. 2. an agnatus &c. in vsibus
feu. Sed in casu nostro ista successio fratris nõ habe-
tur immediatè à matre: nec vnquam fuit matri quæsi-
ta. sed immediatè venit à fratre defuncto in istos ne-
potes ex persona propria: vnde non debet eis nocere
factũ matris. Præterea renũciatio matris habetur pro
non facta, propter nõ impletã conditionem. Vnde nõ
37 obstat filiis, vt suprà, quæ ratio cessat in feudo. †Et ex
hoc puto frustratoriam esse cautelam: quam dant ali-
qui doctores, consulentes istis nepotibus, vt faciant
inuentariũ, sicut dicitur in d. c. an agnatus. & c. quia
confectio inuẽtarij. verum est ꝙ separat bona feuda-
lia à burgensaticis, & facit heredẽ teneri vsque ad vi
res burgensaticorũ: non tamẽ tollit obligationem, ꝙ
quis non teneatur ad factũ defuncti, saltem vsque ad
vires hæreditatis burgensaticorũ. ergo quãuis isti ne
potes facerant inuentariũ, non tamen per hoc essent
exuti ab obligatione habendi ratam renũciationem
matris, & ab interesse saltẽ vsq; ad vires hereditatis
matris, quando alia via quam per inuentariũ non es-
sent immunes. inuentariũ enim nihil aliud faceret, ni
si quia seperaret bona matris à bonis auũculi cui suc
38 ceditur. ¶ Ad quartũ †argumentũ respondeo, ꝙ illa est
sola authoritas vnius doct. quæ neque lege, neque vr
genti ratione fulcitur: & cùm habeamus communem
opinionem pro ista parte, quã sequuntur tot excellen
tes doct. nõ debemus ab ea recedere, propter nouam
phantasiã vnius doct. Ita dicit Bal. Pau. de Ca. in l. fin.
C. de insti. & substi. aliàs iudex, qui omittit communẽ
opinionẽ, adhærendo opinioni singulari vnius doct.
facit litem suã, secũdũ Bar. in l. fi. C. de poena iud. qui
malè iud. & Ias. in l. sciendũ. §. fi. co. pe. ff. qui sat. cog.
& Ale. in cons. 95. col. 3. in 2. vol. & Ale. in cons. 27. co. 3.
in j. vo. & ad confutandã dictã authoritatẽ Seba. con
futo suas rationes. nam dicit ipse, Primò moueor per
rationes proximè dictas &c. & suprà proximè in d. lo
co allegato adsignauerat duas rationes, scilicet ꝙ nõ
sit curandũ, quòd renunciatio matris tendat ad detri
mentũ filiorum. Prima ratio est, scilicet ꝙ istud detri
mentũ accedit filiis consecutiuè & secundariò, non
principaliter. & ideò nõ consideratur. certè ista ratio
procederet, quando filia renunciãs superuixisset, quo
casu filij haberent necesse venire ex persona matris.
nam verum est, ꝙ tunc principale detrimentũ est ma-
tris, quæ præcedit: sed quando matri non fuit delata
hereditas, dico ꝙ principale detrimentũ est filiorum
venientiũ ex persona propria, quia ab eis inciperet, si
39 noceret eis renũciatio matris. ¶ Secũda †ratio Seba.
est, ꝙ primus heres censetur eadẽ persona cum defun
cto: vnde videtur heres iurasse, quòd defunctus iura-
uit, allegat. tex. in authen. de iureiur. à mori. præsti. in
prin. col. 5 Ad hanc rationẽ respondeo, ꝙ illud est ex
fictione iuris. nã verè diuersa persona est, nec est verũ,
ꝙ censetur heres iurasse &c. Si defunctus, qui iurat
non contrauenire cõtractui vsuratio, ligatur iuramẽ
to, & tenetur petere absolutionem c. debitores, de iu
reiur. sed heres potest contrauenire absque absolu-
tione, quia non ligatur iuramento defuncti, quo ad
periuriũ, vt declarat Ang. in d. tit. in auth. de iureiur. à
mori. præstit. Præterea illa ratio posset procedere in
his, quæ immediatè habet heres à defuncto, tanquam
heres. & ita loquitur ille tex. in auth. Sed istã succes-
sionẽ non habent filij à matre, nec vt heredes matris:
ergo quo ad eã, non rapræsentant matrẽ, nec possunt
dici eadẽ persona cũ matre, per ea quæ dicit Pet. Phi.
Cor. in d. cons 157. col. pe. in fi. in litera V. in 4. vol. Itẽ
dicit Seba. ꝙ videtur heres facere, quod defunctus fe
cit. Ad hoc respondeo, vt modo dixi. Præterea dico,
quòd mater defuncta nihil fecit: quia renunciatio ha
betur pro non facta, vt sæpiùs dixi, ergo non ligat he-
40 redes. †¶ Tertia ratio, quam subdit postea Seba. in lo
co allegato, est, quia in feudo filius tenetur habere ra
tam inuestiturã, alij factam à patre in feudo: per text.
in c. j. qui succes. tene. allegat etiam in argumentum
c. j. an agnatus &c. voluit fortè considerare bonum si-
mile, quòd sicut mortuo inuestiente antè, quàm fun-
dum sibi aperiatur, tenetur heres habere ratam inue-
stiturã. eodem modo mortua matre antè, quàm here-
ditas sibi deferatur, heres habere ratam ranunciatio-
nem. Ad hoc respondeo, & do bonam instantiã. Nam
dominus feudi habet ius in feudo, scilicet dominium
directum, & sperat feudũ sibi aperiri ꝓpter ius, quod
habet in eo ex causa de præsenti: & illud ius transmit
tit ad heredem. Vnde quia heres accipit immedia-
tè à defuncto dominium directum, & in eo succedit
vt hæres, nõ est mirum, si tenetur habere ratam inue-
stituram defuncti: sed filia vel soror nullum ius habet
de præsenti in hereditate, sed solùm sperat habere ex
caus. de futuro, & illi iuri rẽnunciat. Quod ius extin-
guitur cum morte sua, & nihil ad heredem transmit-
tit: immò heres acquirit ius succedẽdi ex persona prò
pria: & propterea non nocet sibi renunciatio matris,
quæ extincta est cum persona matris. Præterea, in feu
do here. habet illud immediatè à defuncto: & ideo te
netur habere ratum factũ defuncti. Sed in casu nostro
filij non habẽt successionem immediatè à matre: sed
habent illam ab auo vel auunculo moriente, & subin
trant locum ex persona propria. meritò non tenentur
habere ratum factum matris. præterea illud factum
reducitur ad non factum propter conditionem defi-
cientem, vt sæpiùs dixi. vnde cessat omnis difficultas.
& per hæc remanent euacuatæ rationes Sebast. vnde
sua authoritas remanet nuda rationibus & legibus,
& ideo non tenenda. §. consideremus. in auth. de tri. &
semis. col. 3. ad c. j. an agnatus. planè responsum est su-
prà in respõsione data ad tertium argumentum. ¶ Ad
41 quintum & †vltimo respondeo, prout dixi ad primũ
argumentum, quòd licet heres censeatur quasi con-
trahere cum creditoribus, hoc intelligitur quo ad ea
in quibus remãsit obligatio defuncti, sed in casu isto
nulla remãsit obligatio: quia fuit extincta per defe-
ctũ cõditionis, vnde nullus quasi cõtractus oriri põt,
ex quibus remanẽt euacuata omnia argumẽta in cõ-
trarium adducta. & sic remanet cõfirmata conclusio,
42 quam teneo in fauorem filiorum. ¶ Vnum †tamen no
ta pro vtilitate huius q. quòd quãdo filia quæ renun-
ciauit, esset per dictã renũciationem enormiter læsa.
vt quia pater haberet in bonis decẽ millia, & ipsa ha-
buit in dotẽ ducẽta: tunc non obstãte renunciatione
posses. ex capite enormis læsionis cõtrauenire: petita
priùs absolutione à iuramẽto Ita plene tenet Phi. De-

ra non expirat morte.

38 *Alienatio feudi facta in vnum ex agnatis, videtur quadam gratificatio.*

CASVS.

ET primo capio partem affirmatiuam primi dubij, videlicet quòd alienatione facta vlteriori, proximiores possint reuocare. Et arguo sic. Si alienans esset minor, non tenet alienatio, cùm authoritas & decretum non interuenerint. l. lex
1 quæ tutores. C. de admin. tuto. Maximè † cùm feudum consistat in immobilibus, de feud. cog. c. sciendum. Et sic ipso iure nulla. l. si prædium, C. de præd. minor. Solutio: Thema, & dubium debet intelligi eo casu quo habet dubium, & sic cùm alienans erat maior: vel posset dici, quòd loquitur eo casu quo feudum erat sterile, & sic videtur permissa alienatio: quia fortè est vtile minori. Sed hæc solutio non valet, per l. si fundus sit sterilis. ff. de reb. eor. sub. vnde tene præcedentem, pro qua facit verbum, reuocare. nam si reuocatur, ergo tenuit. Præterea ex themate satis apparet, quòd loquitur in maiore: patet, quia includit & probat, quòd si interuenisset consensus agnatorum, indubitanter tenet alienatio. & reuocari non posset: quod est verum. Et tamen si esset minor, consensus agnatorum non sufficeret: vt in dictis iuribus: ergo loquitur in maiore. Hic propriè dubitatur propter defectum consensus.

¶ Secundò opponitur quòd posit reuocari, quando fuit nulla ipso iure per capitul. j. de prohibita feudi alienatione per Lothar. & cap. j. de prohibi. feud. a-
2 lie. per Fredericum. vbi negatiue lex † præcipit, non fieri alienationem sine domini voluntate. Pro hoc glos. in l. j C. ne fideiuss. do. den. Solut. potest dici, quòd di-
3 cto c. loquuntur, quãdo † alienatio fit in fraudem: quia tunc prohibetur. probatur sic: Lotharius prohibuit alienationem feudi legem condendo: vnde illa lex dabat formam solùm futuris negociis. l. leges, & constitutiones. C. de leg. Fredericus superueniens, illius cõstitutionis Lotharij effectum referens, addit vnum, videlicet quòd non solùm irritentur & annullentur futuræ alienationes, sed etiam præteritæ, vt in eis patet. Sed in capitulo primo, qualiter olim feud. alie. po. fit mentio constitutionis Lotharij. Et tamen ibi dicitur, quòd hodie etiam inuito domino alienatio facta va-
4 let: licet loquatur in † necessaria alienatione, dummodo non fiat in fraudem ergo &c. Vel potest dici quòd illud procederet, si dominus vellet feudum auocare. Sic esset quæstio inter dominum, & eum cui facta est alienatio: quod hic non est. Præterea cùm in primo dubio quæritur, an posit reuocari: innuitur quòd tenuit, & sic consensus domini interuenerit. Vel posset dici, quòd dicta capitula loquuntur, quando alienatio fit in extraneum: secus, si in agnatum. probatur in ca. j. de alie. feud. pa. in §. & expressè in ver. & licet. ibi,
5 si est paternum. † Nam si interuenisset consensus domini, si non esset paternum, teneret alienatio. vt in c. j. §. & si clientulus. de alien. feud. & ibi dicitur, quòd inter agnatos tantùm conceditur. glos. nota. in cap. j. §. si verò. de alien. feud. vbi videtur text. Ista solutio poterit iustificari: quia in dictis cap. prohibetur alienatio
6 quæ passim fit. Sed ista quæ fit † inter agnatos, non dicitur fieri passim, ex quo lege permittente fit. & licet dicto c. sint noua, debent distingui secundum antiquũ c. per id quod habetur in simili in l. sciendum, in princip. ff. qui satisdar. cogant. coniuncta authentic. offeratur. C. de litis contesta. Præterea quòd illa iura non loquantur, quando fiebat alienatio inter agnatos, patet: quia permittunt illam de consensu domini. Et ta-
7 men si † vasallus haberet agnatos, non valeret etiam de consensu domini: vt dicto c. j. de aliena. feud. paterni. Item patet, quia tex. in d. c. j. imperialis. §. callidis dicit quòd si contra illam legem fiat alienatio, feudum reuertitur ad dominum: & tamen si haberet agnatos, hoc non esset. patet ex tex. in §. præterea ducatus. ibi, si consortes voluerint &c. & sic videtur loqui etiam quãdo habebat agnatos. sed certè alio respectu loquitur, vt satis patet. Et quòd etiam hodie sit licitum vendere
8 † agnatis, apertè probat text. in c. j. §. sed & rer. in verb. etiam, quod istud includit, in titul. per quos fiat inuestitura. & sic ille text. obstabit parti negatiuæ sequentis dubij. Probatur etiam expressè in c. j. de eo qui finem fecit agnatis de feudo paterno, vbi supponitur, alienationem factam alij agnato valere, & tamen non dicitur interuenisse ibi domini voluntas. Item probatur in c. j. de natura successi. feud. nam ibi supponitur, diuisionem seu adiudicationem factam in vnum, tenere, & etiam ibi non supponitur dominum consensisse. licet tamen hæ vltimæ sint satis coloratæ, tamen non obstant, quia ibi loquuntur de duo. c. de eo qui finem fecit agnatis. & cap. j. de natura successio. feudi. quando partem suam alienabat, & illo tempore erat permissa alienatio partis, non totius. probatur de succes. feud. c. j. & ibi glos. Præterea probatur in c. j. qualiter olim feud. alie. po. Item potest etiam dici ad illud capit. j. de prohibi. feud. alien. per Loth. quòd loquatur solùm in vasallis imperij, & hoc probat litera ibi, nostrorum fidelium &c. Item ibi, vires imperij attenuatas, & etiam alibi, vt patet intuenti. & in hoc contrarientur, cùm in aliis releuent. Item opponitur de capitulo primo. de feudo non habente propriam naturã feudi, vbi illo casu permittitur, ergo in aliis prohibetur. Solutio, ibi in extraneo, potest etiam hic alienare tantùm agnatis. Item oppo. de c. j. §. item si quis, quibus modis feud. amitta. solue vt in glossa, quia ibi loquitur in feudo cameræ, & ibi vide.

¶ Tertiò oppo. principaliter, quòd posit reuocari: nam in themate dicitur, alienationem factam sine
9 † consensu agnatorum, ergo non valet, vt probatur in c. j. §. præterea, à contrario sensu, quibus modis feud. amit. vbi dicit, quòd si consensit non admittitur ad reuocandum. à contrario ergo, si non consensit, potest. Solutio: potest dici, quòd ibi subauditur, maximè, sicut in multis locis vidimus in simili, & sic ibi non sumitur argu. à contrario sensu: quia esset contra regu-
10 lam dicti c. j. de alie. feud. pa. vbi simpliciter & † indistinctè præsumitur inter agnatos alienatio. Præterea potest dici, & est vera solutio, & aliqui illam tenent: quòd ibi loquitur. quando alienatio fit in extraneum, & hoc fit litera, ibi: ad quos secundum morem &c. Hic verò, quando fit in agnatum, licet remotiorem in gradu. Vlterius dic, quòd ibi loquitur quando inuestitura fit per dominum: hic autem loquitur, quando alienatio fit per vasallum, vel melius in §. præterea. requiritur consensus illius agnati, quia iam erat feudum sibi apertum. Sed hic sequentibus in gradu non erat apertum, vnde alienatio tenet: nam ibi consensus ideo requiritur illius qui habebat ius in re. Sed in themate nostro non habebat ius in re, sed in spe. vel potest dici, quòd ille §. loquitur eo casu, quòd feudum volebatur ad descendentes. vnde eis non consentientibus, non potest valere. c. j. de successione feudi, hic autem ad agnatos.

¶ Quartò opponitur ad idem de c. j. de successio. feud. ibi, nulla ordinatione &c. Solut. Pater in præiu-
11 dicium † filiorum, non potest alienare. ratio, quia ipsi
12 † filij in vita patris, domini dicuntur. gl. in c. sciendũ. de feud. cog. nam filius dicitur plenè ad propria bona venire. de succes. edict. leg. §. largius. vnde solam administrationem per mortem patris filius dicitur consequi. de liberis & posthumis. l. in suis. vnde cùm ius sit iam filiis quæsitum, pater nõ potest alienare in eo-

rum præiudicium,vt ibi.At hic loquitur, quando filij
non erant,sed alienatio fiebat in agnatum. Præterea
13 ibi loquitur †in ordinatione in testamento.vel alia vl
tima voluntate, in qua de feudo vasallus nullo modo
disponere potest:nos vero inordinatione,quę fit inter
viuos,in qua multis casibus vasallus disponere potest.

¶ Quintò opponitur fortiter ad idem de capit.j.§.
hoc quoque.de successione feudi.vbi si frater alienat
partem suam,& moriatur sine herede masculo, alter
frater auocat illam partem alienatam. Solutio:Potest
14 dici,quòd ibi alienatio facta fuit in † filiam,quæ non
est habilis ad feudum: quia pugnans facere non po-
test.cap.j.§.hoc autem notandum.de feudis & qui feu
dum dare posses.facit optimè textus in l & qui origi-
nem.§.corporalia.de mune.& hono.pro hoc, cap.secū
dum,ante finem,de lege Conradi. Contra istud vide-
tur facere litera: quia primò dicit, quòd si frater alie-
nauerit,deinde dicit,vel filia &c.& sic loquitur quan-
do alienatio fuit facta alteri,quàm filiæ.Sed potest di-
ci, quòd immò loquatur tota litera in filia. Primò,quā
do alienatur filiæ. Secundò, quando inuestitur filia.
vel melius in primo loquitur, quando alienatio fit
extraneo: quo casu est omnino prohibitum.hic verò
agnato, licet remotiori in gradu. Posset etiam dici,
quòd ibi loquitur in feudo nouo, cui ex pacto frater
succedebat:hic in antiquo & paterno,vel solue, quòd
ibi alienatum fortè fuit ea lege,quòd rediret post mor
tem ad fratrem.

¶Sextò ad idem de cap. j. §.sed & res.per quos fiat
15 inuestitura, vbi proximiori tantùm † pro æquali pre-
cio accipere volenti,permittitur alienatio.Solutio:ibi
non loquitur in alienatione feudi, sed in alienatione
rei prohibitæ à testatore alienari extra familiam:vnde
tantùm proximiori permittitur alienari, & hæc ma-
16 ximè inter se differunt.nam †res prohibita alienari,si
voluntariè alienetur,statim sequens in gradu admitti-
tur ad reuocandum.glos.notab.in l.peto. §. prædium.
de legatis 2.textus in l.cùm pater.§.libertus.eod.titul.
Secus est in feudo,quia demum post mortem admitti-
tur.textus est in capit.j.§.hoc quoque. de successione
feudi.&c.Titius.si de feud.fuer.controuers. inter do-
minum & vasallum. vel potest dici, quòd potius pro-
bat contrarium: nam ibi textus dicit, tibi, vel proxi-
miori:vt verbum,proximiori.stet propriè,& nullus a-
gnatus sit proximior fratre. oportet intelligere quòd
potest fieri fratri,vel proximiori,& sic vlteriori in gra
du.& sic textus ibi loquitur vni ex agnatis,non autem
fratri,vt apertè dicit textus,si quis ex agnatis tuis &c.
& sic tunc apertè probabit, ꝙ tam proximiori, quàm
remotiori fieri potest. nec huic intellectui obstat ver-
bum,communi patre: quia illud verbum, patre.deno-
tat feudum paternum,quod est verum, etiamsi sit aui-
tum,vt probat textus in cap.j.§.j.de grad.suc.in feud.
Præterea dato quòd ibi permittat alienationem fieri
proximiori, non tamen prohibet remotiori: maximè
cùm illa iura simpliciter dicant inter agnatos aliena-
tionem esse permissam.Sed fortè contrarium,quia di-
cit textus,non permittitur.

¶Septimò opponitur fortissimè de capit.Titius. si
de feudo controuersia fuerit inter dominum & vasal-
lum.aliàs est sub titulo de feud.filiæ dan.vbi in termi
nis nostris, facta alienatione proximiori in gradu, a-
gnatus admittitur ad reuocandum. Solutio:Potest di
ci,quòd ibi erat feudum nouum,quo ita fuerat conces
sum,vt ad ipsum proximiorem agnatum, & sic ad fra-
trem post mortem deuolueretur: hic autē erat pater-
num,quod aliquo casu possibilè erat ad sequentem in
gradu deuolui.Sed in dicto cap.Titius. secus est. nam
17 in † feudo nouo agnatus non succedit agnato, nisi ex-
pressè dicatur,capitul.primo.§.si autem vnus,qui feu-
dum dare posses.vel dic melius, quòd ille textus nihil
facit ad istam partem,immò probat contrarium. ec-
ce quomodo ibi Titius alienauit partem feudi. Seio
scilicet extraneo,partem eiusdem agnato. demum di-
cit textus,quòd proximior agnatus partem illam recu
perat. intelligo illam, scilicet, alienatam Seio extra-
neo quia ex quo textus permittit solùm partem recu-
perare,est potiùs dicēdum,quòd tam illam alienatam
extraneo, quàm illam alienatam agnato. aliâs dicere-
mus,quod vasallus haberet maiorem potestatem alie-
nandi extraneo: quia irreuocabiliter, quàm agnato,
quia reuocabiliter, quod nullo modo est dicendum,
quia omnia iura dicunt contrarium.vel dic quòd in li
tera sit vnus coniunctus,quia fuit facta alienatio Seio
agnato,& cætera. Quòd ibi loquitur in feudo non ha
bente propriam naturam:patet, quia remotior in gra-
du possidet partem,& proximior nihil, quòd esse non
debet secundum morem,vel rationem,& ordinem feu
dorum,de gradibus succedentium in feudum, & ideo
ius considerauit,quòd ex quo iste remotior releuatur
in vno,quia possidet partem quam deberet, grauatur
in alio,quia reuocatur ab eo pars alienata,&c.In casu
nostro secùs,ergo &c.vel dic, quòd ibi est ponderan-
dum quòd textus dicit,partem suam:pondero,suam a-
lienauit Seio &c.Et ista pars reuocari non potest,quia
suam: deinde dicit partem eiusdem feudi agnato: &
sic ista pars erat agnatorum,& ideo proximior admit-
titur ad reuocandum illam: quia ex quo est debita a-
gnatis.iustum est quòd proximior admittatur pro æ-
quali precio. Sed illa pars Seio qui etiam fortè erat a-
gnatus,pro non possidendo,vel extraneo,non curo,a-
lienata erat libera.Ideo reuocari potest,& dicam pre-
cium hoc totum operari:quia potest alterare naturam
pacti, vt in titulo de feud.non haben.propriam natu-
ram feud.cum multis simil.

¶Octauò opponitur de ca.j.de alienation.feud.pa-
18 tern.in principio,vbi dicitur, †agnatis non consentiē
tibus non valere alienationem. Solutio: illud princi-
pium loquitur, quando alienatio fiebat in extraneum
prorsus:quo casu,agnatis non consentientibus nō te-
net,vt ibi.sed in casu nostro fiebat in agnatos: quo ca-
su videtur quòd teneat,vt ibi probatur in fine illius c.
probat etiam illud ver.nec in filiam &c.quia illud ex-
cludit æquiparando filiam & extraneum. quia ambo
sunt personæ prohibitæ.& sic facit contra.

¶Nonò opponitur de cap.j.de feud.sine culpa non
19 amitt.vbi quis non potest † priuari feudo culpa non
commissa. At in themate nostro nulla culpa supponi-
tur,ergo &c. Solutio:fateor contrarium, sed hic non
priuantur agnati proximiores feudo,quia ad illud nō
sunt adhuc vocati: & licet spem aliquam habeant,ta-
men quia multa poterant euenire, propter quæ ipsum
feudum non habuissent: videtur quòd teneat aliena-
tio,vt textus dicit in l.naturalem.§.j.ff. de acquirend.
rer.domi.& sic licet reperiatur textus qui dicit,quòd
sine culpa feudo priuari non possit:non tamen reperi
tur,quòd spe de futuro priuari non possit. Præterea,
licet sine culpa,non sine causa,vt in capitul.sine culpa
de regul.lib.6.

¶ Decimò opponitur de l.j.§.permittitur. de aqua
quotidiana & æstiua.vbi dicitur fieri iniuria, si succes
sor particularis non impetret priuilegium quod eius
prædecessor habuit.& gl.ibi inducit arg. ad feudum.
Solutio: ibi loquitur eo casu, quo illud ius aquæ du-
cendæ non erat adhuc alteri concessum. ideo dicitur
fieri iniuria,nisi sibi concedatur. At hic feudum iam
erat alienatum in vlteriorem in gradu, qui etiam ali-
quam spem habebat succedendi in ipso feudo, cùm
esset de agnatis.vnde non dicitur sibi fieri iniuria. vel
potest dici,quòd ideo dicitur sibi fieri iniuria,nisi sibi
concedatur:quia ipse fundus dominans ad eum transi
uit. sed in themate nostro nil supponitur transiuis-
se in proximiorem agnatum, cuius vigore possit dici
sibi facta iniuria,sicut in simili in capitul.j.§.si quis de
manij

manso.si controuers. fuerit de inuestitur. nisi feudum
sibi concedatur: immo potius innuitur contrarium in
themate, cum videatur ipse alienans prædilexisse ipsum
in quem alienauit. Nec etiam obstat ibi gl. quia loqui-
tur in descendentibus, non in transuersalibus. Alia sol.
etiam colligitur ex his quæ notat Ioannes de Imola in
l. si mihi & Titio. in princ. ff. de verborum obligationi
bus. & in c. penu. de post. prælat. in quibus locis tenet
cõtra id quod dicit Bartolus in d. §. permittitur, de em
phyteu.

¶ Vndecimo pro hac parte adducitur textus op-
timus in capitul. primo. §. final. de inuestitur. de re alie.
20 fac. vbi dicitur quod † potest vasallus facere conditio-
nem feudi meliorem, non deteriorem, sine domini vo-
luntate, vel eorum agnatorum, ad quos per successio-
nem pertinet. & pro hac l. in concedendo, & l. in diem
de aqua pluuia arcen. nam licet beneficium ad eum
pertineat, tamen proprietas ad alium spectat. Solutio:
Potest dici quod contrarium loquitur quãdo tractatur de
damno inferendo ipsi domino vel agnatis, per imposi-
tionem seruitutis: & sic in præiudicium ipsius rei feu-
datariæ aliquid facere volebat vasallus. quo casu non
potest, vt ibi: ratio ibi ponitur in textu, cum dicit, licet
beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas &c.
posset etiam ponderari textus in ver. pertinet. quod est
præsentis temporis, & sic tunc erat feudum apertum
&c. pro hoc in simili potest adduci, quod dicitur de
fructuario: nam non potest domini conditionem dete-
21 riorem † facere. nam rei curam suscepit, l. j. in fin. ff. vsu-
fruct. quemadmod. caueat. & tamen constat, quod vsu-
22 fructuarius potest vsumfructum † alienare. l. necessario
§. finali. ff. de pericu. & commod. rei vend. Sic dicam in
casu nostro. nam licet in præiudicium ipsius rei feuda-
tariæ non posset aliquid vasallus disponere, tamen nõ
sequitur quod non possit alienare in vlteriorem agna-
tum, qui etiam spem poterat habere in successione il-
lius feudi. Pondera tamen quia illud non est bonum si
23 mile, quia † fructuarius nõ potest seruitutem quærere
etiam domino consentiente. l. sed & si quid. §. proprie-
tatis, de vsufruct. Secus in feudatario. Item in alienatio
ne vsusfructus, non in totum alienatur, pro percepto
tantum. no. in d. l. necessario. §. finali. Item non videtur
bonum simile, quia secundum hoc, sicut si vsufructua-
rius alienat vsumfructum, & per mortẽ reuocatur: ita
hic esse deberet. Dicam ergo, quod in casu nostro non dica
tur conditio feudi deterior fieri, ex quo alienatio fit in
ter agnatos: loquitur ergo ibi, quando in feudo datur
aliquod ius extraneo. istud fieri non potest in præiudi-
cium agnatorum. Sed hic tribuitur ius vni ex agnatis,
quod fieri potest: quia lex feudalis permittit indistin-
cte alienationem inter agnatos, non habita differentia
inter proximiorem & remotiorem. c. j. de alienatione
feudi paterni. ibi etiam proprie loquitur, quãdo ipsum
feudum minuitur, & sic realiter: hic secus, quia manet
integrum.

24 ¶ Duodecimò opponitur ad idem. nam natura † feu-
di hæc est, vt in primo feudo, non stantibus masculis,
frater succedat, vt à Corrado extitit imperatũ in c. j. §.
cum vero. qui feud. da. pos. & alij etiã agnati vsq; ad se-
ptimũ geniculũ, dicit tex. e. c. § hoc aũt sciẽdũ. eo. ti. cla
rius d. c. j. de grad. suc. in feud. Modo sic: Si ista est eius
natura, constat quod hic clientulus nõ põt præiudicare a-
gnatis proximioribus, ar. l. emãcipatũ. §. fi. ff. de senato.
& l. j. ff. de interdic. & releg. vbi videtur recte hoc pro-
bari. & l. diui fratres. de iu. patro. & l. adoptiuũ. §. fi. de
in ius voc. Sol. potest dici quod legum Romanarum nõ est
vilis authoritas, sed non adeo quod vsum vincat c. j. §. stre
nuis. de feud. cog. Sed dicta iura non habent locum in
feudis: tex. est expressus in cap. si vasallus serui. domino
non offe & in capitu. j. si vasal. feud. priuetur, cui defer.
25 nã † delictum patris non nocet filio, in iur. patronatus,
dictis ll. Sed secus in feudo, si in eius patris delinquen-
tis persona erat fundatum: vt dictis capitul. Alias si nõ
esset fundatum, non: sed tantum ipse pater eo efficere-
tur indignus, Baldus in d. l. emancipatum, §. final. & vt
istud brocardum habeas, oportet videre Dynum in re-
gula, non debet aliquis. extr. de regul. iur. & nota. in l.
diui fratres. ff. de iu. patronatus. Illa tamen iura, si bene
inspiciatur. modicum stringunt casum nostrum: quia
in eis disputatur iuribus, an & quando casus vel deli-
ctum in persona patris vel aui, præiudicet filio vel ne-
poti. hic nota quod factum vnius agnati, quod fit lege
permittente, potest aliis præiudicare, sicut dicitur in si
mili, nã licet lex duodecim tabula. disposuerit. quod filius
patri ab intestato succedat, tamen pater põt totum, &
quicquid habet, in mare proiicere, & alienare ad libi-
tũ, vt dicunt iura vulgaria: ergo &c. Item loquuntur di
cta iura quo ad honores & iura sanguinis, quę ita de fa
cili nõ possunt. l. iura de reg. iur. hic non. quo ad bona
patrimonialia.

¶ Tertiodecimò opponitur ad idem de genera
li regula l. nam ita diuus, ff. de adopt. nam consensus eo
rum qui lædi possunt, videtur necessarius. Sed cum hic
præsupponatur facta alienatio eis ignorantibus, ergo
non tenet in præiudicium ipsorum. Solutio: consen-
26 sus † eorum qui principaliter lædi possunt, requiritur:
vt ibi. principaliter intelligo, quando eis vere ius com
petebat. nam tunc bene exigitur consensus eorum: ita
intelligitur l. adoptio. & l. nam ita diuus. Nam ibi, vt
confirmatio adoptionis fieri possit, exigitur consen-
sus illorum ad quos successio pertinet. nã cum ad eos
deuolutum esset ius successionis, vt teneat confirma-
tio, exigitur eorum consensus. quod si alias ad eos ius nõ
esset deuolutum, non exigeretur: nam nec consensus
agnatorum arrogantis requiritur, l. cum adoptio, eo-
dem titu. nec eius qui arrogatur, nisi sit impubes. pro
batur in l. 2. C. eo. oportet ergo intelligi l. adoptio. cũ
seq. quod ad eos erat deuolutum ius successionis. proba-
turque hoc per l. j. §. denunciari. ff. de ventre inspicien
do. ita tenet Baldus ibi, vt refert Rap. Ful. Dic clarius,
quod illi sunt citandi & requirendi qui possunt lædi,
possunt contradicere: & iniuste, vt in simili dicitur in
l. dotem, cum similibus. ff. solu. matrimonio. & facit o-
ptime quod nota. Barto. in simili in l. Gallus. §. & quid
si tantum. de liberis & posthu. in illa quæstione, An in
legitimatione filij requiratur quod vocentur agnati
&c. Hic autem licet reperiatur, quod agnati possint con-
tradicere, quando alienatio fit extraneo, vt in c. j. qua-
liter olim feudum alienari poterat: non tamen repe-
ritur, quando fit agnatis: ergo &c. Immo contrarium,
vt patet ex prædictis.

¶ Quartodecimò opponitur ad idem de l. in conce
dendo. & l. in diem. de aqua pluuia arcenda. vbi datur
27 regula in l. concedẽdo. † quod vbi minuitur ius alicuius,
requiritur eius cõsensus. & in l. in diem. dicitur, quod
quia ius recidere potest ad dominum, eius consensus
exigitur. alias non valet. Sed in casu nostro cũm pos-
set illud ius recidere ad agnatos, videtur eorum con-
sensus necessarius. Solutio: ad l. in concedendo, facilis
est solutio: quia ibi pertinebat ad eos ius de pręsenti,
& sic principaliter: ideo eorũ consensus requiritur,
quia lædi possunt. Si aũt constaret quod non possent lędi
non requireretur. & Bart. illum text. ad quæsti. inducit
28 de † aqua concessa fratribus prædicatoribus pro fab.
ducẽda, & eadem licẽtia fuit per commune Bononiẽ.
concessa fratribus minoribus sine cõsensu fratrũ præ
dicatorũ: quia tenet ad l. in diẽ, quę magis videtur ob-
stare: põt dici quod loquimur in eo, cui est concessum ius
aquę ducẽdę, qui fructuarius quodãmodo põt intelli
gi: qui fructuarius nõ põt domini cõditionẽ facere de-
29 teriorẽ, nã cẽsetur procurator domini ad vtilia domino
faciẽdũ. tex. in l. j. in fi. & seq. ff. de vsufruct. queãdmo.
c. Ideo seruitutẽ perpetuã non potest alij concedere:
secus est, temporalem, sicut ipse illam habet. arg. l. ne

cessario.§.finali.de pericul.& commod. rei vendition. Ibi etiam in l. in concedendo, dominus habet ius de præsenti,scilicet dominium.ideo exigitur eius voluntas. hic vero agnati nullum ius de præsenti habent, ideo &c. & ratione iuris quod quis retinet in re, aliquid conceditur, quod alias non concederetur, vt in capitul.primo.§.si quis de manso.si controuer. fue. de inuestitut. feud. Vel potest dici, quod hic loquitur quãdo in præiudicium eius qui habet ius in re,de præsenti constituebatur.nam proprietas ad dominum spectat,vnde in eius præiudicium non potest fieri concessio, sine eius consensu. licet Bartolus aliter intelligat hunc textum l.in diem.& male, dando intellectum ad l.j.§.denunciari. ff. de ventre inspi. intelligendo,quod ibi loquitur in denunciatione quæ fit in iudicio, ideo consensus viterioris non requiratur.& non recte, quia vt dicit domi.Ioan de Imola,ibi loquitur in denunciatione,quæ fieri potest etiam extra iudicium,iuxta not. per Bartolum met.in l.non solum.§.morte.ff.de operis nou.nunciation.

¶Quintodecimo opponitur ad idem,de regul.res inter alios acta. Solutio: Non dicitur præiudicare, ex quo agnatis nullum ius de præsenti competebat:& pariter omnibus agnatis simile ius competit. Potest ergo vasallus,lege feudali permittente,gratificare cui ex agnatis vult.

¶Ad idem quod possit reuocari, adducitur. nam
30 quæ in euentum †conditionis debentur.si alienentur, conditione eueniente irritatur alienatio.textus in l.6. § sinautem auaritiæ.Codic.communia de legat. sed id est huiusmodi, vt probabo. ergo &c. Hanc minorem probo: cum præsupponatur illud esse feudum paternum ,ex legis dispositione, mortuo vasallo, defertur proximiori probatur in capit.j.§ cum vero Corradus. qui feud. da. possunt. nam ex prouisione primi parentis & legis dispositione cõcessum est feudum ad agnatos transire:ergo si fuit alienatũ,reuocari potest mortuo alienante,quasi aduenerit conditio. Solutio:potest dici, quod illud procedit de iure Romano: Sed nos sumus in iure consuetudinario,quod debet attendi per præsens capitu.j §.strenuus. de feud cogn.sed cùm habemus capitulo prim de alienatione feudi paterni indistincte disponens,alienationem factam inter agnatos tenere,debemus illi stare, & à significato verborum non est recedendum:vt l.j §.si is qui nauẽ, de exercito.& l.non aliter.de leg.3 Sed contra istam solutio instatur,nam cùm simpliciter dicat illud cap. alienationem tenere,& possit congrue dici,tenere viuente alienante, & post mortem redire ad proximiores,videtur admittendum per l.nam & posteriores, ff.de legib.ne cõtradicatur regulæ iuris Romani,præcipue per regulam l lex vectigalis,ff de pigno cum simi.& vide in secundo argumento. Posset etiam diuersificari casus,& dici ꝙ contrarium loquitur. quando id quod alienatur.debetur sub conditione expresse à testatore,quæ magis arctat & ligat manus debentis: hic vero,quando sub conditione tacita & subintellecta à lege,quæ minus & nõ ita stringit potestatem debentis argu.l.conditiones extrinsecus.ff.de condi.& demonstra poterit ergo etiam dici,quod contrarium procederet,si alienatio facta fuisset extraneo:& sic in personam prohibitam,& ita proprie loquitur contrarium:hic vero facta fuit agnatis,& in personam,& in casu permisso:nam etiam in cõtrario, valet alienatio, si fiat in casu permisso:patet ex his, quæ habentur in authen.res quæ,ibi posita.

¶Ad idem opponitur de regul.non debet.de regulis iuris.cum simil.b.vbi alteri per alterum nõ debet iniqua conditio fieri.Solutio,vt suprà.quia nõ dicitur iniqua conditio fieri,ex quo lege permittente fit &c.

31 ¶Ad idem opponitur fortiter.nam regula est, †ꝙ resoluto iure datoris,resoluitur ius acceptoris:text. est ad propositum nostrum in capitul. primo. versicul. & si clientulus,de alienation.feud. & l.lex vectigalis. cum si.ff.de pign.& l.3.§. sed & Marcellus. de in diem adiect l.peto.§.prædium.de legat.3.textus in capitul.j. §.rursus,quib modis feudum admittatur.sed per mortem finitur ius vasalli,vt dictis iuribus:ergo hoc confirmatur sic ex legis prouisione,& primi parentis agnati ad feudum admittuntur:textus in capitul. primo. §. cum vero Corradus.qui feud.da.poss. & capitulo.j.de gradib.succedenti.in feud. Immo tot feuda censentur, quot sunt vasalli. In simili adducitur l. stipulatio ista habere.§ si quis ita,de verbor.obligatio. & ex propria persona quisque admittitur iuris dispositione, vt supra. Ergo in eo non potest sibi præiudicari.pro hoc potest adduci textus in simili in l.j.§ an bona,ff.de iur. fisc. vbi non succedit defuncto tanquam heres, sed tanquam possessor,quod proprie in casu nostro contingit
32 nam †agnatus,repudiata hereditate,potest in illo succedere:vt in titul.an agnatus vel filius defunct. repud. hereditate.&c.Solutio:Potest dici:& primo ad §.& si clientulus,quod non obstat:quia loquitur in feudo nouo: patet ex ipsis rubricis:quia ne superfluant, oportet sic intelligi:nam ponitur etiam titul. de alienation. feud. patern vnde illam rubricam intelligam in feudo nouo hoc corroboratur sic,nam in dicto versicul.& si clientulus.dicitur, quod si alienationem. fecit domini voluntate,quod illis permanet obligatio.patet ergo quod feudum est nouum:quia si paternum esset,requireretur etiam agnatorum consensus. capitul. primo. de alien. feud.pa Non obstat l lex vectigal.fundo dicta. & dict. §.sed & Marcellus.cum si quia potest dici, quod illa regula non habet locum in alienatione feudi paterni, quando fit inter agnatos.text.est in dict.capitul prim. de alien.feud vbi expresse dicitur inter agnatos tenere.nec à significato verborum est recedendum.l. prim. § si is qui nauem.de exercitoria versicul.in re igitur dubia. Nec dicas,quod dictum capitul.debet intelligi, quod valet viuente alienante, post vero non, vt dictis iuribus:quia debet intelligi, quod post mortem etiam valet,ne versicul.& licet.sit superfluus & de indubitabili contra § quibus in prima constitutione Codic. & l.quod Labeo. de Carboniano edicto. quod probatur sic:nam in versicul.nec in filiam.dicitur,non posse cõfirmari. Et pondero verbum,confirmari:quia præsupponitur quod iam tenuisset:nam ita videtur alienationem posse tenere viuente alienante.capitu.prim.§.hoc quoque de successione feud.& cum,si addatur versicu. & licet.aliquid addat,debet intelligi, quod post mortem teneat,vt possit reuocari.Hoc etiam potest fortificari sic:si alienatio fuit inter agnatos,dicitur quædam refutatio.textus in dicto capitul.in fine.de alienatione feudi paterni.Sed si vasallus refutet feudum,nonne dicitur finiri ius suum?& sic videtur dicta regula locum habere.l.lex vectigalis. cum si. quod tamen est falsum, vt in dicto capitul prim.in fin.de alienatione feudi paterni. & dicto §. hoc quoque.hoc etiam corroboratur optime.Nam sicut feudo inest illa conditio,ꝙ mortuo vasallo sine filiis &c.veniant agnati proximiores:ita in
33 †donatione causa mortis,inest conditio, vt si cõualuerit donator, ad eum reuertatur.l.senatus.§.primo.ff.de
34 donationib.Sed habeo ꝙ †si donatarius rem donatam alienauit,non potest reuocari res ab emente. l. filio. in fi.de dona.causa mortis.ergo &c.Item ad dictum c.j.§. & si clientulus,loquitur,quando alienatio fit extraneo: Secus,si fiat vni ex agnatis:vt aperte dicitur in ver.fratri vero facta.qui secundum vnum intellectum, quem sequitur ibi Ray.illud superioribus aduersando decidit Itẽ illa regula,resoluto iure datorũ &c. fallit in materia feudorũ,quãdo alienatio fit vni ex agnatis. Ita dicit Iac.de Bel.in c.j.§.rursus.in ti.de cõtrouersia inuestiturę vbi breuissime examinat dictũ generale tam de iure feudorum,quam de iure Roman. Ex cuius dictis multæ so-

tæ solutiones patere poterunt ad propositum. Est ergo ibi videndum, quantum ad hoc.

¶ Ad idem opponitur quod possit reuocari. nam regula traditur in l. peto. §. fratre. de legat. secun. quod non potest fieri deterior conditio inferiorum per superiores. Aut in casu nostro, si dicamus non posse per proximiores reuocari, fiet deterior eorum conditio. Item obstat ille §. quatenus dicit, quod proximior in gradu admittitur ad reuocandum. Sed solutio patet ex sequentibus. Solutio: Ille § fratre. debet intelligi in casu suo. Nam si res prohibita alienari extra familiam, alienetur, proximior in familia admittetur ad reuocationem, & cauere debet &c. quod autem dicit, quod non potest fieri conditio deterior &c. est verum, si alienetur extra familiam. Sed quod non possit conditio deterior fieri alienando in familia in vlteriorem in gradu, non negat ille textus, sed magis arguit oppositum. Probatur etiam in l. pater. § quindecim. de legatis tertio. Sed in casu nostro facta erat inter agnatos: ideo videtur, licet sint vlteriores, quod possit alias præiudicari. & ita videtur textus in capitul. prim. de alienation. feud. patern. Non obstat l. finalis. Codic. de verbor. signification. quæ dicit, proximiorem admitti facta alienatione. quia loquitur quando fit extra familiam: & sic in personam prohibitam. Item si bene inspiciatur, non fit deterior conditio inferiorum, immo melior, ex quo inter eos est facta alienatio. Præterea dato quod fieret deterior, non fieret per superiores, sed per legem, quæ permittit alienationem taliter.

¶ Ad idem opponitur quod possit reuocari. Nam in themate præsupponitur, simpliciter factam alienationem: ergo debet intelligi, vt valeat solum in vita, quasi videatur solum alienasse ius quod habet: vt l. quod in rerum. §. primo. de legatis primo. & l. si domus. §. primo eodem titulo. Et ad propositum nostrum text. in l. qui tabernas. ff. de contrahend. emption. Solutio: Potest dici primo ad l. qui tabernas. quod ideo non solum venit in venditione, quia est publicum, vt ibi. & sic eius non erat commercium apud ipsos contrahentes. vt l. hanc legem. versicul. cæterum. eodem titul. Ideo nimirum, si non videtur facta venditio ipsius soli publici, quod hæc solutio sit vera, probatur. Nam cum loquimur in contractu, debemus interpretari pro emptore. vt l. veteribus. ff. de pact. & l. Labeo scribit obscuritatem. ff. de contrahend. emptione. Ad l. si domus. §. finali. cum similibus. potest dici, quod loquitur in vltima voluntate, nos in contractu. nam in contractu interpretamur contra vendentem, vt supra. Secus in vltima voluntate, vt in iuribus contrariis. Vel potest dici, quod illa iura loquuntur, quando qui legabat, ignorabat conditionem ipsius rei legatæ. Ideo videtur solum ius quod habet, legare. si autem sciebat, secus: iste est text. nota. in l. Sticho. ff. de vsufructu legato. Potest etiam dici, quod hic videtur alienare ius quod habet, sed habet ius duraturum etiam post mortem: & illud agnatis alienare potest, quod sic pro-
35 batur. Certum est, quod si quis alienat † feudum extraneo de consensu agnatorum, illud reuocari non potest etiam post mortem vasalli. Ita probatur in capitul. primo. §. præterea. quib. modis feud. amittat. & in capitul. primo. & si clientulus de alienation. feud. Sed illud operatur alienatio facta inter agnatos eis non consentientibus, quod operatur facta extraneo eis consentientibus, vt patet recte intuenti in capitul. primo de alienation. feud. patern. & in dicto capitul. primo. §.
36 fratri. de alienatione feudi. Ergo clare patet, quod † vasallus alienare potest ius daturum etiam post mortem, & erit istud vnum fundamentú ad sustentandú istá par-
37 tem. Præterea ius † quod habet vasallus in feudo, de sui natura non expirat morte. Immo est transmissibile, vt probatur aperte in diffinitione ipsius feudi. in c. j. §. finali. in quibus causis feudum amittatur.

38 ¶ Ad idem adducitur: † nam alienatio facta in vnum ex agnatis, videtur quædam gratificatio. vt dicto ca. j. in fine. de alienatione feudi paterni. Sed regulam habemus, quod gratificatio non est permissa, nisi expresse dicatur, vt in l. fœminæ. C. de secundis nuptiis. & l. generaliter. eodem titulo. & l. consensus §. final. de repudiis. cap. ergo. ¶ Solutio: Potest dici: dicta iura corrigi hodie per authenticam, lucrum. C. de secun. nup. sed non valet, quia licet in illo casu corrigatur. tamé in aliis casibus non, nisi quatenus expresse dicitur. l. præcipimus. in fine. C. de appella. vnde potest dici, quod illa iura magis videntur innuere cótrarium. nam textus in l. generaliter. dicit, licentiam non negamus. apparet ergo quod erat concessa. Idem dicit textus in l. consensit. de repud. vbi dicit, electione seruata. Sed etiam l. fœminæ. expresse dicit contrarium. ibi, ad quemlibet &c. Sed in hoc corrigitur per authen. lucrum & sic illa authentica solum obstat, inquantum dicit, quod lucrum debet æqualiter distribui, non matris arbitrio. Sed illud ex eo, quia lex noua illud sibi expresse prohibet, & sic regula remanet in contrarium. Aduerte quia textus dicit in dicto capi. j. in fin. quod est quædam ratificatio: sed refutatio inter agnatos est permissa, vt in capitul. tres erant agnati. in titul. de eo qui finem fecit agnat.

¶ Ad idé adducitur, quod possit reuocari: facilius generatur præiudicium per vasallum in feudo filiis, quam agnatis. textus est in capitu. si vasallus. §. si vasallus seruitium domin. non offe. Sed per alienationem factam per patrem, non præiudicatur filiis. capit. Titius filios. si controuersi. fuerit inter dominum & vasallum. ergo fortius nec agnatis. Solutio: Potest dici, quod per delictum patris, facilius generatur præiudicium, vt in dicto cap. si vasallus. secus per alienationem: nec est bonum simile de delicto ad alienationé: quia si alienatio fit inter agnatos, non est delictú, quia est permissa: secus, si inter extraneos. vt in capi. j. de alienation. feud. patern.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatio potest fieri fratri vel nepoti, id est, filio fratris.*
2 *Frater in gradu præcedit filium fratris.*
3 *Agnatus succedit in feudo ex legis dispositione.*
4 *Vasallo mortuo, si feudum est paternum, agnati succedunt in feudo, omissa hereditate.*
5 *Alienatio feudi paterni, voluntate domini facta, an & quando valeat.*
6 *Testamentum inter liberos cuiuscunque gradus valet.*
7 *Genus repræsentatur in quolibet suo subiecto.*
8 *Quandoque, dictio, aliquoties exponitur pro quandocunque.*
9 *Dictio, tamen, aliquid includere debet.*
10 *Alienatio feudi paterni, etiam de domini voluntate, non valet agnatis non consentientibus.*
11 *Alienatio feudi paterni si fiat in extraneum, an ad hoc, vt valeat, sufficiat consensus domini.*
12 *Duorum numero pluralis locutio verificatur.*
13 *Alienationis prohibitio ad hoc vt fieri possit, requiritur causa expressio.*
14 *Feudum nunquam potest alienari extra agnatos, eis inuitis.*
15 *Dictio, vel, verificatur in vno.*
16 *Alienatio feudi, & alienatio rei prohibitæ alienari, differunt.*
17 *Filia non potest in feudo succedere, nisi expresse dicatur.*

18 *Alienatio feudi si fiat in filiam, non statim pōt reuocari, sed post mortem alienantis.*

19 *Res prohibita alienari, non potest in feudum dari.*

20 *Res extra agnatos alienari prohibita, licet alienari non possit, potest tamen in feudum dari.*

21 *Alienatio feudi facta pari, tenet viuo alienante, & nō post mortem.*

23 *Feudum nouum redit ad dominum, si feudatarius sine herede masculo decedat.*

24 *Vasallo mortuo sine filio masculo, feudum redit ad dominum: quod secus esset antiquum.*

25 *Alienatio feudi paterni facta in extraneum, agnatis & domino consentiente, non potest post mortē domini reuocari.*

26 *Reuocari non potest res per fideicommissum relicta, si ignoranter alienetur.*

27 *Ignorantia alterius, alteri non nocet.*

28 *Diuisio est alienatio.*

29 *Contractus libellarius est species alienationis.*

30 *Cessante causa prohibitionis, cessare debet iuris dispositio.*

31 *Alienare in vltima voluntate prohibitus, nisi inter certos, potest vnum ex illis eligere, & caeteros excludere.*

32 *Pater non potest in vnum ex filiis totam substantiam erogare.*

AD partem negatiuam primi dubij, quod si alienatio fiat in remotiorem, proximior non possit reuocari: Arguo sic: Nam videtur tex. apertus in c.
1 § fratri. de alie. feud. vbi expresse dicit text. quod † alienatio feudi potest fieri fratri, vel nepoti, id est, filio fratris ita exponitur in textu, in capitu. prim. § similiter. quib.
2 modis feud. amitt. tamen cōstat gradu † praecedere fratrem fratris filium, & loquitur in feudo paterno. nam ipsi naturali pietas exercetur, sicut dicitur in testamētis inter liberos. dicit Baldus hic. Item & quòd feudū sit paternum, probat ibi glossa. & quòd in alternatiuis possit fieri, probat disiunctiua, vel. cuius natura est, facultatem actus, cui adiungitur, in solidum permittere. l. si ex toto § prim. de lega. j. & l. si Titio. de legatis secundo. probatur in l. si heredi plures. de conditio. instituen. ¶ Solutio: Potest dici. & hanc credo veram, quòd ibi non loquitur de alienatione feudi paterni. probatur primo de ex ipsis rubricis. nam ibi ponitur rubrica de alienatione feud. & oportet intelligi de feudo nouo, quia postea ibi subditur, Titius. l. specialis. & de alienatione feudi paterni. vnde cum ibi specialiter de feudo paterno, dicendum est, quòd ille §. fratri. loquitur in feudo nouo. ex quo infertur, illam glossam non fore veram. hoc etiam probatur euidentius per illud capitul. prim. de alienatione feud. nam ibi in alienatione facta in extraneum domini voluntate, per vasallū stabilis permanet alienatio, quod non esset, si feudum esset paternum: quia non valeret etiam domini voluntate, agnatis non consentientibus. dicit textus expresse in capitulo prim. de alienation. feud. patern. vnde dicam §. fratri. intelligendum, quod feudum erat nouum, & alienatio fuit facta domini voluntate. & sic § fratri. loquitur in eodem casu, quo totum illud capitu. videtur loqui. Sed si instes, quid addit § fratri. videtur quòd nihil addat: potest dici, quòd ibi non est §. nec ibi habeo §. sed cùm suprà dixi, quòd si alienatio facta est sine domini voluntate, mortuo clientulo sine herede, reuertitur feudum ad dominum. Subditur versiculus, si vero: vbi dicitur, quòd si fit alienatio vero fratri vel nepoti cum domini voluntate, stabilis permanet: & sic constructus, est perfectus. Et sic dictio, vero, nō est aduersatiua: & forsitan non est adsurdum. Si vero velis ibi facere §. & quod aliquid inducat, potes respondere: quòd fuit facta alienatio fratri vel nepoti: videlicet quando alter tantum superuiuebat. Nam si ambo superuixissent, fieri non potuisset. Nam cum pariter frater & fratris filius simul sint successuri, vt in c. j § primo. versi. his vero deficientibus. de gradib. suc cel. in feud. non potest alteri fieri praeiudicium: sed alteri tantum potest fieri, altero praemortuo, quia ipse esset successurus: vnde etiam non requiritur domini cōsensus. Si autem ambo viuerent, nō teneret alienatio mortuo alienante. vt in §. & si clientulus. quia resoluto iure datorum &c. vt l. lex vectigali feudo d. ff de pignoribus l. 3. §. sed & Marcellus. ff. de in
3 diem adiec. hoc etiam confirmatur sic: Nam † agnatus succedit in feudo ex legis dispositione. probatur in c. j. § cum vero Corradus. supra, qui feudum dare poss. & principali prouidentia. glossa & text. in capitul. j. an agnati vel filij possint repudiare heredit. feud. reti. & in persona cuiuscūque videtur esse quid personale, vt tot censeantur esse feuda, quot vasalli patet. Nam mortuo
4 vasallo, si † feudum est paternum, agnati succedunt in feudo, etiam omissa hereditate: quod secus est in filio. Probatur in capitul. j an agnatus vel filius defun. possit feudum reti. repud. hered. Vnde videtur sola persona per mortem eximi, vt in authent. de nuptiis. §. deinceps. col. 4 & l. si is qui ff. de inofficios. testament. Item similiter etiam potest adduci, quod not. in simili in authentic. bona damnatorum. C. de bo. dam. Nam bona damnati occupant successores, non tanquam heredis, sed iuris dispositione. pro hoc lex prima. §. an bona. ff. de iure fisci. Et haec est ratio, quare in accipientes bona defuncti. non transit instantia. de quo in l. si constante. §. finali. ff. soluto matrimonio. de quo Bald. in c. j. de succession. feud. Vel potest dici, quod alienatio facta vlteriori agnato, tenet: scilicet, viuente alienatore: sed eo mortuo, reuocari potest per proximiorem. text. videtur apertus in c. Titius filios. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & vasallum. & vide in proxima oppositione. vel potest dici, quod cum alienatio fit in nepotem, & sic vlteriorem, tamen cum similiter admittantur, videtur idem iudicandum, ac si fuisset in parem facta, vt dixit textus in l. finali. C. famil. erciscund. & ibi glossa. sed non valet, quia secundum hoc decideretur pro secundo dubio. Item prima solutio nō videtur bona: quia si tenet alienatio irreuocabiliter facta inter agnatos de feudo nouo. in quo agnati nullū ius habent tanto magis debet tenere de feudo paterno, in quo ius aliquod habent. Sed potest dici, quod consensus domini istud operetur & inducat, & soluat istam diuersitatem. Item posset contra istam solutionem dici, quod rubrica de alienatione feudi, loquatur generaliter de quolibet feudo, scilicet. nouo & paterno. Sed rub. de alie. feu. pa. solum de vno. posset etiam dici, prout dicitur in simili in ti. de procur. & in tit. man. Item potest etiam dici, quod ibi sit § sed continuet cum seq. ibi, in feu. comitatus &c. vt ibi etiam tangit glos. in vlt. lec. Et sic cum ille text. diuersos habeat intellectus secundum glo. & doctor. in eo fundamentum fieri non potest. Ad idem oppo. fortiter, quod per proximiorem non possit reuocari. vnde adducitur text expressus in c. j. ver. & licet. de alie. feud. pa. nam à principio illius c. datur re-
5 gula negatiua, quod † alienatio feudi paterni non valet, etiam domini voluntate. à qua regula excipitur, si alienatio fiat agnatis consentientibus, ad quos feudū quandoque erat deuenturum. Deinde in vers. nec in filiam. remouet quoddam dubium, quod non est ad propositum nostrum subditus versiculus, & licet in quo videtur determinari quaestio nostra. nam cum posuit in principio regulam negatiuam, quod alienatio non tenet, agnatis non consentientibus: excipit modo, si fiat inter agnatos: quia tunc tenet nec mirum, quia secundum Baldum, pietas naturalis exercetur. sicut dicimus,
6 quod valet † testamentū inter liberos cuiuscunque gradus

dus.hic enim vt ita dixerim,quando vere indulgetur.
C.de testibus.l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.de
iniust.test.l.2.§.generaliter.de leg.præstan. vbi ratio
redditur l.si duobus.§.si prius.de contra tabu.arg. in
ratione sui.ff.de capi.di.l.tutelas. Et pondero verbũ,
inter.quod sui natura non exigit omnium cõcursum,
nisi apponatur verbum, omnis l.fin. & authentic.ibi
posita.C.fami.ercic. Immo videtur quod in quolibet
possit verificari. probatur in l.inter pares & l. inter
eos.ff.de re iudica. Sic ergo cum reperitur alienatio
facta inter agnatos, licet vlteriores, non debet posse
per proximiorem reuocari.hoc etiam probatur sic.nã
7 † genꝰ repræsentatur in quolibet suo subiecto,vt pro
batur in l.voluntas. C. de fideicommis. Præterea,si
intelligeremus alienationem factam inter omnes a-
gnatos,ver. & licet.non aduersaretur præcedẽtibus,
& repeteretur casus minus dubius,& nil induceret cõ
tra §.quibus.in prima constitutione C.& esset factus
de casu indubitabili. contra legem, quod Labeo.de
Carb.edict.quod nõ est dicendum. Pondera etiã ver-
8 bum, † quandoque, quod potest exponi pro quãdo-
cunque.text. in simili.in l.secũda.de condi.& demo-
stra.quod omne tempus respicitur.Facit quod not. in
l.balista.ad Trebellian. & sic de omnibus intelligi-
9 tur.Pondera etiam dictionem, † tamen.quæ debet ali
quid includere.l.fluminum.§.finali.de dam.infect.in-
stit.de suspect.tu.§.fin. Soluo & pondero,quod illud
argumen.potest fieri etiam secũdum dubium. ad pri-
mũ dubium potest dici sine præiudicio secundi,quod
dum dicit,inter agnatos:scilicet,eiusdem gradus.Sed
hoc non possum dicere.Vnde soluo alio modo,& cre
do verum intellectum illius capitul.Nam prima regu
10 la † negatiua, indistincte est vera, quod agnatis non
consentientibus,non valet:& dico,quod potest reuo-
cari eo casu, etiam alienatore viuo. hoc probatur in
capit.primo versic.in prohibendo,qualiter olim feud.
alienari potest. versiculus autem, & licet. loquitur,
quandò est facta inter agnatos: quo casu licet sit facta
in vlteriores, non potest in vita alienantis reuocari.
tex.apertus in capit. Titius filios.si controuer.fu.in-
ter domi.& vasal. Et sic loquitur d.vers.& licet. Post
mortem autem videtur posse reuocari, per regulam,
resoluto iure datorum, &c.l.lex vectigalis.ff.de pign.
& d.versiculo, & si clientulus.videtur text.in l.peto.
§.prædium.de legat.2. Nec obst.ei quod dixi,quòd a-
lienatio facta in extraneum, non valet agnatis non
consentientibus, etiam viuo alienante.d.capit.j.versi.
nec in filiam.coniuncto capit.j.§.hoc quoque.de suc-
cessio.feud.Quia dico,quòd non valet,quin precio o-
blato,etiam in vita alienantis non possit reuocari.Se-
cùs est, si in agnatos fit, quia demùm post mortem.
Non obst.§.hoc quoque.quia ibi non voluit aduoca-
re agnatus,viuente alienante,quia fortè precium non
habebat. Vndè expectare voluit mortem,quia tunc e-
tiam sine precij restitutione potest aduocare: ratio,
quia est finitum ius datoris. Pro hoc etiam facit dictũ
cap. Titius filios. Non obst. etiam dictum capit.j. de
feud.alienatio.versic.& si clientulus, quia ibi non ha
bebat agnatos. & ibi est facta in extraneum. Patet,
quia si habuisset agnatos,nõ tenuisset alienatio.d.c.j.
de alienatio.feud.pat.cuius contrarium dicitur in di
cto §.& si clientulus.Vel potest dici,quod vers.sed li-
cet.aduersetur princip.illius capit.j de alienatio.feu.
pat.quia dicit,quod etiam domini voluntate non va-
let agnatis non consentientibus.Modo in versi.sed li-
cet.vult dicere,quod valet,facta inter agnatos domi-
no non consentiente.Posset etiam dici totum econtra
videlicet,quod totus ille tex.loquatur,quando inter-
11 uenit cõsensus domini:& velit in effectu,quod si † a-
lienatio fiat in extraneum,non sufficiat cõsensus do-
mini:secus,si fiat inter agnatos, quia tunc sufficit.In
themate autem,de consensu domini nihil dicitur.Itẽ
potest largius dici,quod ille vers.& licet quatenꝰ per
mittit alienationem inter agnatos,debet intelligi,ꝙ
interueniat consensus aliorum agnatorum:& illa to-
ta litera in effectu velit istud, quod si alienatio feudi
paterni fiat in extraneum,ad hoc vt teneat,requiritur
consensus vtriusque, scilicet domini & agnatorum,
vt hoc velit. Si vero fiat inter agnatos,tūc sufficiat
cõsensus agnatorum,etiam sine consensu domini.Sed
in casu nostro expresse dicitur, quod nõ interuenit:er
go &c.& hæc est colorata solutio & de mente literæ.

¶Preterea ad probandum quod ille vers.& licet. lo
quatur quando consensus domini non interuenit.pa-
tet ex litera ibi si paternum fuit &c. quia si interueni
ret consensus domini,valeret etiamsi esset nouum. di
cto capitulo primo.§.& si clientulus.de alie.feud.Prę
terea intelligendo versic.licet:vt supra adduxi,videli
cet quod non possit reuocari, corroboratur sic. text.
dicit,inter agnatos &c.cum ista verba sint indistincte
prolata,ergo in dubio verificantur in quolibet subie
cto.ff.de condict.indebit.l.cum is.§.finali.ff.man.l.fi-
12 deiussor.& licet text.dicat, inter agnatos: & sic † in
plurali,ad cuius verificationem duo sufficiunt, ff. de
testib.l.vbi numerus.tamen in themate nostro potest
dici hoc interuenisse. nam cum fuit facta per vnum
agnatum in alium,dici potest facta inter agnatos. in
simili dicit textus in l.prima Cod.de pact.conditionis
iũctum inter fratres &c.facit l.inter coheredes famil.
erciscund.pro hoc optime.quia text.hic nõ loquitur
in personam.quia nõ dici,si quis alienauerit inter a-
gnatos.Sed in rẽ,quia dicit,inter agnatos autem per-
mittitur. Vnde non requiritur, nisi quod alienans,&
ille qui recipit,sint de agnatis. Sed solutio patet ex
prędictis.

¶Ad idem opponitur, quod non possit reuocari.
nam quod non possit feudum alienari, est inductum
in fauorem agnatorum,ad quos est reuersum. Modo
sic:Alienatio prohibita in certarum personarum fauo
rem,potest in aliquas ex eis fieri. aliis exclusis; eiusdẽ
gradus.textus in l.pater.§.quindecim. de legatis.3. &
l.volũtas.de fideicommissis.C.sed feudum est huius-
modi,ergo & sic declaratur capit.j.de alienatio.feud.
patern:quod non est absonum.l. non est nouum.ff. de
legib.& quod sit huiusmodi,patet: quia non est inhi-
bita feudi alienatio,vt in familia remaneat,& consor
tes extraneos non habeat.

¶Solutio:Potest dici,quod dicta iura non obstant
& præmitto regulam l.filiusfamilias §.diui.de lega.j.
13 nam regula est,ad hoc,vt † prohibito alienatiõis fie-
ri possit,requiritur causæ expressio:vt ibi.sed in dicta
l.quoties:prohibita erat. Ideo vt in familia remane-
ret.& in §.quindecim.quia volebat inter libertos re-
manere. Modo cum sit prohibitum in certo casu, in
alio videtur permissum,l.maritus.C.de proccnsu.l.cũ
prætor.ff.de iudiciis.sed hic in casu nostro non est ita
quia prohibita est alienatio in præiudicium agnato-
rum.quæ ratio ita habet locum,si alienetur vni de fa-
milia quo ad alios, sicut si in extraneum alienaretur,
licet vno casu non valeat. Secundo sic, saltem in vita
alienantis,vt in capit.j §.& si clientulus.de alienatio.
feud.& per regulam.resoluto iure datorum, & cæte-
ra.Nec obst.quod ista ratio,videlicet:quia de præiu-
dicio proximioris tractatur,& habet locum, si fiat in
alterum de familia:quia omnes admitterent eo casu,
quo contra fieret.l.peto.§.frater.de legat. secun. quia
non attenditur illud, ex quo alienatio videtur fieri se
cundum voluntatem defuncti,qui prohibẽdo aliena-
tionem extra familiam,eam videtur permittere in fa
milia. nam cum testator potuisset in totum ipsos de
familia ab ipsa re excludere:ergo fortius in certo ca
su tantum potuit eos excludere, & sic ipsam acquisi-
tionem modificare.argument.l.qui plures. ff.de vulg.
& pupil. Sed in casu nostro fieret contra voluntatem

primi

primi parentis,acquirêtis feudum in distincte omni
bus eius successoribus,quos voluit tale feudum habe
re.nimirum si non tenet alienatio. Si tamen voluisset
primus parens feudo legem imponere,vt tantum cer
tis personis acquireretur,potuisset.argumen.l.prima.
§.si conuenerit.ff.depos.iuncto.§.strenuus.in capitul.
primo de feud.cogni.vnde cum potuisset in totũ præ
iudicare,nimirum si acquisitionem potest modifica-
re:vel dic,quod ibi est prohibitio personalis, quæ so-
lum afficit & respicit personam: hic vero realis, quæ
afficit & respicit rem.patet:quia in contrariis ille de
familia,qui lege permittente alienat, potest extra fa-
14 miliam alienare:secus in casu isto,quia † feudũ nun
quam in extraneum.& sic extra agnatos,eis inuitis,a-
lienari potest.Est ergo illa prohibitio minor, & alte-
rius naturæ quam ista:& ideo,tãquam ex separatis nõ
fiat illatio.l.Papinianus exuli.ff.de mino. inter stipu-
lantem.§.sacram.ver.sed hæc dissimilia.de verb. obli
gationib.

¶ Ad idem adducitur,quod non possit reuocari.nã
cum alienatio fit inter agnatos,videtur quædam refu
tatio seu gratificatio.tex.in capitulo primo de alienã.
feu.pat Sed habeo quod gratificatio videtur permis-
sa,vt l.generaliter Cod.de secund. nupt. vbi text.di-
cit,licentiam non negamus. & idem textus.in l.cõsen
su.§.final.Cod.de repud.ibi,electiõe seruata: apparet
ergo,quod cũ vni ex agnatis gratificatio facta sit,non
possit reuocari.pro hoc adduci possunt l.filius.§.pe-
nultimo de legatis prim.& l.pater.§. quindecim. de le
gatis tertio.Item scias quod aliud est gratificatio,a-
liud quasi refutatio.l.si idẽ. C.de codicillis.ergo &c.
dicta l.Papinia.& vers.sed hæc dissimilia. Solut.Po-
test dici,illa iura corrigi per Authenticam,lucrum.C.
de secundis nuptiis.vel dic,quod gratificatio est per-
missa in dicta l.quia expresse lege cauetur. In aliis
autem casibus dicam secus. vel dic quod si permitti-
tur,si sint in pari gradu dictis legibus, prima solutio
non tuta per id quod habetur in capitu.tres erãt agna
ti.in titulo,de eo qui si fe.agn.suo.vbi dicitur permis
sa inter agnatos refutatio.Solutio.ibi loquitur in re-
futatione,quæ fit per eum qui non possidet, & sic de
refutatione iuris de futuro. de quo in l.j.C.de pactis.
& in l.qui Romanæ.§.duo fratres ff.de verb.obliga.&
plene per Bal.vbi declarat illud c.in capi.j.Imperator
Lotharius. Et est inter illa diuersa ratio, vt patet ad
sensum:quia qui alienat vni,præiudicat aliis.Ideo alij
reuocare possunt.qui non refutat,sibi soli præiudicat.
Cum ergo diuersa sit ratio, diuersum ius.

¶ Ad idem adducitur c.prim.§.sed & res. per quos
fi. inuestitur.nam ibi textus dicit, alienationem per
missam tibi vel proximiori,& sic licet vendere vni tantũ
15 propter † distinctionẽ, vel:quæ verificatur in vno.l.si
heredi plures.de cõdition.institu.ergo apparet.quod
tunc alter sit proximior te:tamen potest vlteriori alie
nari.ergo nõ potest reuocari.Soluti:Potest dici, quòd
alienatio possit fieri tibi,si es proximior:vel potest di
ci,quod nil faciat.nã ibi loquitur in re prohibita alie
nari:& vt prohibitio teneat,oportet causam inseri.l.fi
liusfamilias.§ diui.de legatis primo.fuit ergo ibi pro
hibita alienatio fauore agnatorum,vnde non mirum,
si potest vlteriorem in gradu eligere: nam verum di-
cent esse in familia. & sic satisfactum erat volunta-
ti defuncti. dicta l.filiusfamilias.§.penultimo.de le-
gatis primo.& l.voluntas.C.de fideicommiss.nam ma
16 gna differentia est inter † alienationem feudi,& alie-
nationem rei prohibitæ alienari. probatur. nam si
res quæ prohibetur,alienari, alienetur,statim potest
reuocari textus in l.cum pater.§. libertis.de legatis.
secundo.& glossa in l.peto.§. prædium. eodem titulo.
17 secus in feudo:nam † filia non potest in feudo succe
dere,nisi expresse dicatur: vt capitulo prim.§.hoc au-
18 tem notandum.qui feudũ dare possunt.tamẽ si † alie-
natio fiat in eam, non statim potest reuocari: sed post
mortem alienantis.textus videtur in capitul.primo.§.
hoc quoque.de successione feud. Sed forte ista diffe-
rentia non est bona.quia si præsupponis alienationẽ
factam rei feudalis in personam non permissam, sta-
tim potest reuocari:textus in capitulo primo,de alie-
natione feudi paterni in principio: vel potest dici for
te,quod ibi probatur idem, quod probatur in l volũ-
tas.Cod.de fideicommissis.vnde non obstat, vt dixi.
19 nam licet detur ibi regula,quod † res prohibita alie
nari, non possit in feudum dari,tamen excipit casum
in quo potest in feudum dari, licet non possit aliena-
20 ri: nam † res quæ prohibetur alienari extra agnatos
licet non possit alienari extra agnatos, potest tamen
in feudum dari. Et præsupposito, quod res prohibi-
ta alienari extra agnationem, possit in alienatione &
in remotiorem alienari ex tacita voluntate testantis,
vt l.filiusfamilias.§.penultimo.ff.de legat. primo. &
l.voluntas.C.de fideicommissis. non sequitur quod
feudum sit illius conditionis, cuius & dicta res quæ
prohibetur alienari:nec hoc ibi dicit ille textus.vnde
etiam caue à solutione posita ad hoc contrarium in
parte affirmatiua.& Bald.in §.sed & res. tenet quod
21 † alienatio facta pari,tenet viua alienante,& nõ post
mortem.& facit ad secundum dubium. Et hoc ideo,
quia fraudulenter fecit,& exemplificat alias quod nõ
vel dic tenendum,quod ibi proprie loquatur de feu-
do paterno.quod videtur innuere litera ibi,si quis ex
agnatis eius &c.& dictum fuit circa intellectum ca-
pitulo primo de alienatione feudi paterni. nam om-
nes solutiones ibi datæ,possunt adaptari ad illum tex-
tum,& ad omnes si.qui probarent talem alienationẽ
inter agnatos fieri posse.

22 ¶ † Adducitur ad idem capitul.primo.quemadmo
dum feudum ad filiam pertineat.vbi,licet filia nõ suc
cedat in feudum,nisi dicatur,vt in capitu.prim.§.hoc
autem.notandum,qui feudum dare possunt: tamen si
inuestiatur mortuo patre,parentes non reuocant.So-
lutio: Potest dici,quod ibi loquitur præiudicio quod
infertur per factum domini:quia dominus inuestiuit,
quod hic potest,vt hic. sed dubium loquitur de præ-
iudicio illato per agnatum,sed non sapit.& hoc tenet
Pet.de Cerueto,ibi.& Ray.opp.videtur contra capi-
tulo primo de alienatio.feudi.patern. dic ergo, quod
23 ibi loquitur in † feudo nouo, cuius natura est,quod
mortuo domino sine herede masculo,redeat ad domi
num.vnde nimirum, si dominus potuit filiam inuesti
re.Posset etiam dici,quod nõ potest reuocari filia vi-
uente,sed potest mortem sic.vel dic, quod erat nouũ,
& dubium erat,quia decentius videbatur agnatos in-
uestiri,quam filiam argumento.l.prim.§.permittitur.
de aqua quotidiana & æstiua.vel dic,quod ibi est spe
ciale in filia secundum Iacob.de Bel. sicut alia multa
sunt specialia liberis primi gradus.l. iubemus. C. ad
Trebellianum.vel dic, vt ibi per Baldum, qui ponit
etiam nouum casum.vel potest dici, quod etiam si sit
antiquum feudum,tamen si fuit filia inuestita,non re
uocetur per parentes.vt ibi. Ratio, quia parentes seu
ascendentes, in feudo non succedunt. vt in capitulo
prim.de natura successione.feudi.vel potest dici,quod
non potest reuocari à parentibus suis, scilicet domi-
di inuestientis.vel dic, secundũm Baldum, quod ibi
fuit concessum feudum alicui pro se, & masculis, &
fœminis:& tunc agnatis ex quodam priuilegio fœ-
minæ præferuntur,cui priuilegio potest derogari per
dominum,si filiam inuestiat, cõtemplatione patris.ar
gumento l.eius militis.§.militia missus.de testamen-
to militis.

¶ Ad idem opponitur, quod non requiratur con-
sensus agnatorum, nec possunt reuocare. & pro hoc
videtur textus satis ruminatus supra in capi.j.§.si ve-
ro.de alienatione feudi.breuiter ibi multa dixi. Cre-
do quod

do quod veritas est, quod feudum ibi est nouum. patet, quia si non esset nouum, posset non tenere alienatio: probatur expresse in capitul. primo de alienation.
24 feud. patern. patet etiam, quia † vasallo mortuo sine filio masculo, feudum redit ad dominum, quod non esset antiquum. Praeterea, quod sit verum, patet: quia ponitur in ti. de alie. feud. post ponitur titulus de alienat. feu. pa. vel potest dici, quod ibi loquitur de reuocatione fienda à domino, quae fieri non pôt, si dominus consensit. alias [sic, vt ibi. vtrum autem ab agnatis possit fieri, an non: non dicit ille text. Vel dic, quod ibi non habebat agnatos, hic sit. Vel si habebat, consenserunt, quia nec tex. dicit contrariũ, vt concordet cum §. praeterea.

¶ Ad idem oppo. nam licet hic, in quem est facta alienatio, sit vlterior in gradu, videtur quod sibi possit gratificari. quod probo sic. nam propter dubium quandoque aliquid permittitur, quod alias non permitteretur. Sed hic est, & esse potest dubium, an hic primus superuiuat tempore mortis ipsius alienãtis, ergo propter illud dubium videtur posse sibi gratificari, licet sit secundus in gradu. Pro hoc adduco text. ff. de leg. 2. l. si quis seruum §. certam C. de edict. Diui. Adria. tollen. l. 1. cum si. Solut. Potest dici, quod illud dubium, an praemoriatur is qui obtinet primum gradum, non est potens causare talẽ gratificationẽ, nec de illa loquitur d. §. certam.

¶ Ad idem optime potest adduci: nam quod operatur consensus agnatorum in alienatione feudi paterni facta in extraneum, id operatur alienatio inter agnatos facta sine consensu agnatorum: Hoc optime probat
25 text. in capitul. prim. de alienatio. feud. pa. † Sed alienatio facta in extraneum agnatis, & domino consentiente, non potest post mortem domini reuocari: ergo nec si fuit facta inter agnatos: & istud est optimum argumentum.

¶ Solutio: Potest dici, quod illud ibi non probatur. nã ille tex. bene probat, ꝙ si fit alienatio feudi in extraneũ non sufficit domini consensus, sed etiam agnatorum requiritur. Secus, si fit in agnatos: quia tunc domini voluntas non exigitur, sed agnatorum sic. At cum hic voluntas agnatorũ non interuenerit, vt expresse dicit thema nostrum, ideo poterit reuocari. Vel potest dici totũ econtra: videlicet quod ille tex. velit, ꝙ alienatio feudi paterni in extraneum facta, non valet etiam domini voluntate, nisi agnatis consentientibus. Secus, si fiat inter agnatos: quia tunc consensus domini requiritur, non autem agnatorum. At cum hic non praesupponatur, consensum domini interuenisse, poterit reuocari. Ad idem, quod non possit reuocari, adduco tex. no. in l. fi-
26 nal. ff. de legat. 2. nam si † res per fideicomissum relicta, alienetur ignoranter, non potest reuocari. Sed cum in themate non praesupponatur, quod sciuerit, vel non, dicimus valere, saltem eo casu quo ignoranter alienauit: quia forte ignorauit esse prohibitam alienationem feudi.

¶ Solutio: & est vera solutio ibi in § final. error facti interuenit, quia ignorauit rem esse prohibitam alienari à testatore: quia codicillos testator tantum aperiri iussit post mortem ipsius qui alienauit. Vnde propter bonam fidem vendentis, & ementis, diceretur tenere alienatio. At in casu nostro si dicimus istum ignorare alienationẽ feudi prohibitam, dicetur in iure errasse. Vnde cum in iure errauerit, non est ęquum alienationẽ
27 confirmari: cum regula sit, † ignorantiã alterius alterũ non nocere. l. iniquissimum. in fi. de iu. & fac. igno. praecipue iuris ignorãtia, cum quilibet debeat scire leges: & illas ignorare, sit lata culpa. Quod autem alienatio feudi sit prohibita, patet in ca. j. de aliena. feu. pat. probatur etiam in capit. si vasallus feudum. si vasall. serui. domin. nõ offer. vbi si ignoranter alienet, dominus nõ admittitur. sed ad interesse emptori tenetur: & sic contractus non tenet, nisi quo ad hoc, vt teneatur ad interesse.

¶ Ad idem quòd non possit reuocari, capit. omnes filij. de feud. suc. controuer. & in cap. tres erant agna-
28 ti. de eo qui finem fec. agn. nam † diuisio est alienatio: quoniam alienatur pars quam habet iure suo. probatur in l. j. C. communia vtriusque iudi. & ff. de verborũ obligation. l. qui Romae. §. duo fratres. Sed in diuisione possunt totum vni adiudicare: & sic quilibet alienat partem suam, alio irrequisito. ¶ Solu. Potest dici quòd non obstat, quia debet intelligi, quod peruenit ad vnũ aliorum cõsensu, scilicet tacito. Vel potest dici, quod alij non superarant agnati. vel dic, quod loquitur in filiis, sed dubium nostrum in agnatis. Vel dic, ꝙ saltem ficte omnium consensus interuenit: ideo praeiudicat omnibus. dicto cap. j. de alie. feud. pater. Vel dic, quod diuisio talis non dicitur alienatio. vt in authenti. de liti. circa princ. coll. 8. quod cũ adiudicatur vni, dicuntur consentire. facit l. j. communia vtriusque iudi. quia vicem emptionis &c. facit etiam l. Titius. quibus mod. pig. vel hypo. solu.

¶ Ad idem adducitur. nam quòd in alienatiõe feudi requiritur consensus agnatorum, est introductum contra regulam. cum sola voluntate domini feudum alienari posit. Probatur in capi. j. circa finem. de feu. alienatione. cap. j. versicu. similiter nec lex Corrad. & de prohi. alie. feu. per Frede. & glos. hoc tenet de prohibi. alie. feu. per Lotha. in versicu. expromissi. modicum tamen facit. ¶ Solu. Potest dici, quod immo est secundum regulam. Nam regula traditur in capi. j. de alie. feud. pa. quod eorum consensus requiritur. Non obst. c. j. circa fi. de alie. feu. quia loquitur in feudo nouo, vt saepe probaui. Non obst. c. j. vers. similiter. quia loquitur in feudo nouo. Patet, quia tex. circa fi. dicit ꝙ habet feudum pro se suisque heredib⁹: & verbum, heres, pro filio capitur in feudo. d. c. j. §. & si clientulus. de alie. feud. Patet etiam, quia si non esset nouum, non valeret agnatis non consentientibus.

¶ Ad idem adducitur. nam contra regulam est, quem habere spem iuris quaerendi ex successione alterius. l. 2. § interdum. de vulg. & pupil. cum si. quod tamen est in feudo, vt iuribus vulgaribus: ergo non debet extendi, quando alienatio fit in agnatos, quod requiratur consensus eorum, cum expresse hoc non caueatur aliquo capitulo, maxime cum simus in materia feudorum, in qua non habet locum extensiua interpretatio pro indemnitate rationis: nec est locus in eis argumentis legalibus: immo quod scriptum est, seruatur. videtur probari in capitu. prim. in fine, de alienation. feud. & c. Obertus de Orto. de feu. cogni. & est bonum argumentum.

¶ Solu. Potest dici, ꝙ licet habeant spem, tamen non videtur quicquam obstare, quin eorum cõsensus requiratur. nam & filius habet spem patri succedere, tamen in legitima pater non potest sibi praeiudicare, etiã si det aliis fratribus. probatur in auth. nouissima. & in auth. vnde si parens. C. de inoff. testa. Non obst. ꝙ dicitur, ꝙ in eis non debet fieri extẽsio, quia frater ab homine nõ pôt fieri, sed à lege sic. ita videtur velle. d. ca. j. de feudi cognitione. nã cum dubium sit, an requiratur consensus, ad naturalem rationem est recurrendum. ad l. scire oportet. §. & si maxime. ff. de excusat. tut. Sed ista non videtur bona solutio: quia magna differentia est inter legitimam filio debitam, & id quod debetur agnatis, cũ in eis filiis ratiõe naturali debeatur. facit l. cum ratio. de bonis damna.

¶ Ad idem adducitur c. j. in fin. de alie. feud. pa. nam
29 † contractus libellarius est species alienationis. gl. not. in auth. ingressi. C. de sacros. & tamen constat illum fieri posse, vt d. ca. j. in fi. ergo & venditio potest fieri. Solutio potest dari, vt supra scripsi. & argumentum supra in 4. oppo.

R

¶ Ad idem adducitur capit. prim. in fine, vbi dici-
tur, quod quasi refutatio est, si fit inter agnatos: sed ha
beo quod refutationes non exigunt consensum alicu-
ius, l. qui autem in princip. ff. quæ in fraud. creditor.
ergo nec in casu nostro. cum talis venditio pro refu-
tatione habeatur. Solutio: Ibi repudiat quod non est
quæsitum, hic autem quod iam est quæsitum: vel dic,
quod quo ad illud edictum, alterius consensus non re
quiritur: & pôt alij præiudicare. Secus in casu nostro:
arg. l. liberto octoginta. de bonis libertorum. nam ibi
ratio redditur text. dum dicit, non suum proprium pa
trimonium. vel dic ꝙ fateor, ꝙ potest: sed non habebit
effectum, nisi viuente refutante per regulam, resoluto
iure datoris &c. l. in concedendo. de aqua pluu. arcen.
cum si. prim. a potest defendi per c. j. de eo qui finem fa
cit agnat.

¶ Ad idem facit. nam interesse spei successionis in re
alienari prohibita, nisi inter quosdam non considera-
tur, quando in vnum fit ex illis qui tale interesse præ-
tendũt, vt l. voluntas. C. de fideicom. & l. pater. §. quin-
decim de lega. 3. cùm si. Solut. dixi supra in solut. 3. ar-
gumen.

30 ¶ Ad idem facit, quia † cessante causa prohibitionis,
debet cessare iuris dispositio. l. Papinianus exuli. ff. de
minorib. l. naturaliter. §. nihil commune de acquiren-
da possessio. sed ratio prohibitionis feudi alienantis
feudum, est, ne agnatio priuetur feudo, & ne habeant
consortes extraneos alij agnati, & maxime exosos &
sibi non consortes, colligitur in titulo generali, de a-
lienatio. feud. & speciali de aliena. feud. pa. inter con-
sortes enim facta alienatio, non est iudicanda. authen
tic. de litigi. column. 8. circa principium. nec in æqua-
lem dominum, vt in titu. de lege Corradi. capit. prim.
circa medium. Hæc autem ratio cessat in casu nostro,
ergo &c. Solutio: Potest dici, quod in vita alienãtis, te
net talis alienatio, posteà non. per regul. resoluto iure
datorum &c. quia nó reperitur tex. expressus de hoc,
& quoties legis intellectus est dubius, recurrendum
est ad rationem naturalem &c. l. scire. §. & si maxime.
de excus. tutor. Sed regula stat, quòd resoluto iure da-
toris. &c. facit cap. j. de feud. cogni. & multas solutio-
nes suprà dedi. vel dic, quod illa nó videtur ratio. Sed
ratio videtur, ne generetur præiudiciũ agnatis. quod
fit, si in vlteriores fiat.

31 ¶ Ad idem. nam prohibitus in vltima † voluntate a-
lienare, nisi inter certos, potest vnum ex illis eligere.
& cæteros excludere. ergo & interviuos (vt in casu no
stro) potest vnum eligere maiorem. probo per l. filius
familia. § penultimo. de legatis. primo. & l. vnum ex
familia. §. si duos. de leg. 2 Minor probatur per text. ff.
de lega. 2. l. peto. § fratre. & eo. tit. l. cùm pater. §. cũ in-
ter non enim est hæc, nisi vna præuentio, & iure per-
missa. C. de fideicommis. l. post mortem. Solutio: Ibi
ex voluntate defuncti eligit vnum. Nam cùm potuis-
set in illa re in totum præiudicare, potuit fortius ac-
quisitionem modificare, dando licentiã quòd in vno
ex præmissis alienetur. quod non est in casu nostro:
quia expressum non videtur, maxime ꝙ post mortem
alienatio habeat effectum & vide suprà in tertio ar-
gumento in solutione.

¶ Ad idem adducitur authoritas glossæ libri feu-
dorum, in titulo, per quos fiat inuestitura. cap. j. versi.
sed & res in duobus locis, videlicet in princ. glo. ma-
gnæ. & in eadem gl. vers. potest ergo. Ad idem autho-
ritas Iacobi de Ardi. de Verõ. qui dicit, quòd si fiat in
fraudem, non valet. A contrario ergo, si fraus non in-
teruenit, valet hæc nota in summa, quibus modis feu.
amitteb. cap. j. §. est & alius casus. versic. si tamen plu-
res. Solutio: Licet in practica authoritates prosint, ta-
men in scholis, vbi locus est disputandi, modicum est
curãdũ, nisi inquantum lege vel ratione iuuaretur.
facit l. illam. C. de collatio.

¶ Ad idem adducitur: nam regula est, quod tunc de
mum consensus alicuius requiritur, quãdo ius habet:
probatur in l. j. §. denunciari. de ventre inspic. & in l. in
diem. de aqua pluuia arcenda: sed isti non habent ius,
cum viuat vasallus, qui eos præcedit. ergo non requi-
ritur consensus illorum. Solutio: Potest dici, quod im
mo habent ius saltẽ in spe, principali prouidentia: vt
dicta gl. in c. j. an agnatus vel filius repudiauer. hered.
feudum retiner pos. vel dic, quod §. denunciari. loqui-
tur in actu, qui fit in iudicio ideo non requiritur cita
tio habentis spem. ita dicit Bart. in l. in diem. de aqua
pluuia arcenda. vel sol ꝙ illa regula nó est vera, patet
in l. pet. §. fratre. & l. cũ pater §. libertis. de leg. 2. nã hi
qui alienant, in personam prohibitam factam, admittũ
tur ad reuocationem, & habent ius in spe. & tamen vt
alienatio teneat, requiritur omnium consensus, vt d. §.
libertis. probatur in l. quoties. C. de fideicomm. & ille
tex. bene facit ad aliam partem.

¶ Ad idem, quia non videtur alienatum, quod ipsi a-
gnationi est concessum. l. voluntas. C. de fideicomm.
C. de codicill. l. si quis agitur. § fi. & C. de impo. lucra.
descrip. l. j. lib. 10 sed hic est huiusmodi, ergo &c. Solu-
tio: dicta iura stringunt, vt sæpius est dictũ pater, quia
ibi ideo alienatio tenet, quia est permissa ex volunta-
te testantis. sed hic secus. nam præiudicium generare-
tur aliis: tolle simile in l. 2. C. de inoffi. don. & auth. no
32 uissima. C. de inofficioso testament. Nam † non potest
in vnum ex filiis pater totam suam substantiam eroga
re. sic dicam hic. vel dic, quod si concedatur ipsi agna-
tioni, est verũ. sed hic aliquibus tãtum est concessum.
præterea l. j. de impo. lucr. descrip. loquitur in descen-
dentibus & ascendentibus. secus in aliis. videtur ibi
decidi circa idem.

ALTERVM DVBIVM, videlicet alienatione facta in extraneum, an dominus admittatur vel agnati.

SVMMARIVM.

1 *Si vasallus occidat fratrem suum, an agnati debeãt priuari feudo.*

2 *Vasallo culpam committente, an agnati admittãtur ad successionem.*

3 *Feudum redit ad dominum, vasallo sine legitimo herede decedente.*

ET primo contra dominum arguitur sic: Si id de
quo magis videtur inesse, & non inest, ergo nec
de quo minus, vt authentic. multo magis. Codic.
de sacrosanct. eccles. sed multo magis videtur inesse,
1 quod vasallo † occidente fratrem suum. debeant feu-
do priuari agnati, & tamen non priuantur. vt in capi-
tul primo. §. denique. quæ fuerit prima causa benefic.
amitt. ergo multo minus per alienationem debent pri
uari, cum nemo dixerit hoc fore minus delictum. So-
lutio: Potest dici, quod dici, quod ideo fratrem occi-
dendo, agnati non priuantur: quia illud delictum non
respicit personam domini. vnde satis est, ipsum vasal-
lum & eius descendentes priuari. Si autem illud de-
lictum concernat personam domini, vt dominus ha-
beat iniuriæ vltiorem, feudum redit ad dominum. iste
est textus in capitulo primo. §. denique. & §. si vasal-
lus quæ fuerit prima causa beneficij amitt. & capitul.
primo. an ille qui interfecit fratrem domini sui, feudo
priuetur. sed in casu nostro dicitur, offendisse domi-
num, vt text. dicit in §. finali, eod. titul. ergo probatur
etiam in capitul. j. de eo qui contra cõstitutionem Lo-
tha. feud. alien. sed aduerte quia ille §. si vasallus. loqui
tur

tur non ſtātibus agnatis, & alienatione facta in extra-
neum, vt patet dum dicit, contra legem Lotharij. ſe-
cundum gloſſam in capitulo primo. de ſucceſſion.
feud. patern. vel dic, quod licet maius ſit delictum, ta-
men per legem feudalem conſtituitur, vt tantum eo
caſu ad dominum redeat, cum committitur iniuria
in perſonam domini. alias autem delictum punitur a-
liter de iure ciuili. Et ſic reſpondendo ad formam
argumenti, hic non videtur maior ratio, nec maius
ineſſe. quia alia ratio reformat pactum. quia licet oc-
cidere, ſit minus delictum, reſpectu occidentis, non
tamen reſpectu domini: qui in hoc non offenditur, ſed
potius agnati, quorum ſanguis effunditur. & ſic in
ſuorum iniuriæ vltionem, feudum ad eos reuertitur.
hæc omnia ceſſant in alienatione feudi, vt patet ad ſen
ſum. aduerte, quia qua ratione per alienationem fa-
ctam extraneo, dicitur dominus lædi, iura per te alle-
gata eadem ratione & agnati, vt in capitulo primo. de
alienatione feudi paterni, tunc ſtat regula, quod vbi
quis per factum vaſalli damnificatur, habet ius admit
tendi ad feudum. Sed iſto caſu agnati læderentur, vt
in capitul. primo. de ſucceſſione feudi paterni. ipſi de-
bent admitti poſſet etiam dici ad dictum §. denique.
quod ibi intelligitur, proximos ſcilicet filios, vt dixi
in alia parte huius dubij, vbi omnino vide. argumen-
tum ſtringit fortiter.

¶ Secundo oppo. ad idem, quod dominus non ad-
mittatur, dicto capitul. ſi vaſallus. ſi vaſal. ſerui. domi.
non offe. & in capitul. prim. ſi vaſallus feudo priuetur,
2 cui defer. vbi dicitur indiſtincte, vaſallo † culpam com
mittente, agnatos admitti ad ſucceſſionem. & in capi-
tul. primo. an ille qui interfecit fratrem domini ſui.
Solu. omnes illi tex. videntur dicere limitari, per textū
no. in cap. j §. denique. quæ fuerit prima cauſa benefi.
amitt. quia aut delictum, ſeu culpa cõcernit iniuriam
domini, aut non. Primo caſu, redit ad dominum. Se-
cundo, non: ſed in propoſito videtur reſpicere iniu-
riam domini: ergo non redit feudum. Probatur in
dicto capitu. j. §. final. & ad hoc tangunt gloſſ. in dictis
iuribus. Ex quibus etiam patet ſolutio eorū quæ ibi
dicuntur. Et hoc etiam tenet ibi Baldus, qui hæc de-
clarat. Poſſet etiam dici, quòd de alienatione ibi nihil
dicitur. Item poſſet dici, quod de domino text. nihil
dixit: ſed ſolum decidit quæſtionem inter filios & a-
gnatos. Sed contra prædictam ſolutionem etiā & præ
cedentem poteſt adduci gloſſa in capitul. ſi vaſallus. ſi
vaſallus ſeruitium domino non offer. & textus in ca-
pitul. prim. § finali. quibus modis feudum amittatur.
vbi alienatione facta, feudum redit ad dominum, ita
3 demum, ſi † vaſallus ſine legitimo decedit herede. So-
lutio: Poteſt dici, quod dum textus dicit, ſine legitimo
herede deceſsit, intelligo maxime, quia idem ſi habet
legitimum. vel dic, dicta iura loqui de iure antiquo,
quo poterat pars feudi alienari. patet, quia demum va
ſallo mortuo reuocatur. Secus hodie. vel loquitur ſe
cundum antiquiſsima opera, ſecundum quæ totū po-
terat alienari. Vel dic, quod ille textus ſecūdum gloſ
ſam facit in contrarium. Vel poteſt dici, quod filius
non priuatur, ſed agnati ſic. ſed huic ſolutioni vide-
tur obſtare, quia propter delictum vaſalli, potius legi
timi priuantur, quam agnati. capit. ſi vaſallus. ſi de feu
do fuerit controuerſia, & capitulo pri. ſi vaſallus feu-
do priuetur cui defer. Solutio: Poteſt dici hoc ve-
rum: quia non valet hæc ſolutio. Aduerte tamen quia
ex illo §. finali recte probatur, quod non tantum feu-
dum paternum poterat inter agnatos alienari ſine do
mini conſenſu. de alienatione feudi paterni, cap. j. ve-
rum etiam nouum, dum dicit, diuiſit. Eſt enim diuiſio
ſpecies alienationis: vt l. ſi pupillorum. ff. de rebus eo-
rum, qui ſub tut.

¶ Tertio ad idem adduco textum in capit. j. circa
finem, qualiter olim feudum alienari poterat. cap. j. de
4 vaſallis, qui bellic. arma vendiderunt. nam facta † alie-
natione proximus agnatus præfertur in redimendo
& prohibendo, ſi feudum eſt paternum. & gloſſa hoc
modo arguit in capitulo primo. § hoc quoque. de ſuc
ceſſione feudi. Solutio: Poteſt dici quod agnatus ita
demum præfertur domino in redimendo, quando lici-
te alienauit feudum, nam cū non fecerit aliquid con-
tra perſonam domini, merito præfertur domino illo
caſu in redimendo. at in caſu noſtro videtur delinque
re contra perſonam domini, ergo dominus præfertur.
dicto capitul. primo. §. finali. quæ fuit prima cauſa be-
nefic. amittend. Iſta ſolutio non videtur vera, quia cō-
tra textum in §. porro. vbi dicit, ſiue de bona, ſiue de
praua conſuetudine, & ſic ſiue licite, ſiue illicite alie-
natio facta fuerit. Sed poteſt reſponderi, quod licet eſ
ſet praua conſuetudo, tamen alienationem permitte-
bat, vt ibi declarat etiā Baldus. pro quo facit, quia do-
minus redimens, ſoluit precium. quod non eſt quando
eſt prohibita in c. j. §. primo de prohibit. alienat. feud.
per Fredericum. & voluit in dicto §. porro. Iacob. de
Bel.

¶ Quarto adduco ſubtiliter dictum capitul. primo.
§. finali, quæ fuit prima cauſa benefic. amittend. & de
eo qui contra conſtitutionem Lotharij feudum aliena
uit. nam textus ibi dicit, quod ſi vaſallus contra con-
ſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij beneficium alie
nauerit, quia dominum contemneret, ad dominum
beneficium pertineat. Modo ſic conſtitutio Lotharij
& Frederici, quæ eodem caſu loqui videtur: videtur
loqui eo caſu, quo alienans non habet agnatos. pro-
batur. nam ibi requiritur ſolus conſenſus domini, vt
alienatio teneat. & ſic innuit, quod ſi dominus conſen
ſit, quod teneret. ſed hoc eſt falſum, vt in capitulo. de
alienation. feud. patern. ergo non obſtat, quod il-
læ conſtitutiones ſint nouiſſimæ & correctoriæ: quia
reſpondeo, quod lex noua & corrigens non debet ex-
tendi, niſi inquantum expreſſe dicat. Immo conſti-
tutio noua debet intelligi ſecūdum legem antiquam.
vt l. ſciendum. qui ſatiſdat. cogan. & authentica. offe-
ratur. Codic. de litis conteſta. Et ibi nota. Stat ergo
concluſio, quod ſi agnati ſuperſunt, illi admittuntur
cum eo caſu tantum admittatur dominus, quando cō
tra conſtitutionem Lotharij fuit facta. Solutio poteſt
dici, quod iſte § eo caſu loquitur, quo alienatio facta
fuit contra cōſtitutionem Lotharij. cum dicit, ergo ſi
haberet agnatos, ad eos deueniret neg. quia hoc non
dicit ille textus: quia illud nō ſequitur, & illud probat
à contrario ſenſu. quia hoc caſu colligi nō debet, per
id quod habetur in d. §. denique. argumen. l. ſecundæ.
C. de conditio. infer. in ca. j. de æta. & quali. lib. 6. cum
ſimil.

¶ Quinto opponitur ad idem, quod agnati domino
præferantur opponitur de capitulo primo. §. hoc quo
que. de ſucceſſion. feud. vbi alienatio facta in extra-
neum, vel in filiam, quæ extranea reputatur: quod ad
ſucceſſionem feudi, filius & deſcendentes, vel agnati
admittuntur. & ibidē eſt gloſſa ordinaria & magiſtra,
quam ibi ſequitur Iacobus de Belui. quod etiam ho-
die agnati præferuntur domino. & ſic illa gloſſa recte
in terminis decidit dubium noſtrum. Et ideo neceſ-
ſario erit dicere, quod illa non probetur iure. vide ta-
men ibi omnino Baldum, ex cuius dictis poterunt pro
& contra multa colligi. Solutio: Ibi facta fuit aliena-
tio partis feudi, quæ illo iure erat permiſſa, vt ibi no-
tat. ergo dominus non admittitur. ſecus. ſi fuiſſet fa-
cta alienatio totius feudi, quia tunc hoc non videtur
permiſſum: immo perſona domini videtur offendi. ca
pit. primo. § finali. quæ fuit prima cauſa benefic. amit-
tend. Et iſtud patet ex eo, quia non reuocatur, niſi poſt
mortem, hodie ſecus poſſet etiam dici, quod ille to-
tus textus intelligitur, quando dominus cōſenſit. ideo
ipſe non admittitur. nam clarum eſt, quod in ſecundo

responso, quod legitur de inuestitura filiæ. ipse consensit, quia inuestiuit. ideo &c.

¶ Sextò ad idem opponitur de capitul. Titius filios. si controuersia fuerit inter dominum & vasallum. vbi alienatio facta &c. Solutio: Diuersis modis potest ille textus intelligi, & dico quod ibi legitime fuit facta alienatio. ideo dominus non admittitur. sed reuocatur demum post mortem. Sed contra istam solutionem faciunt duo Primo, quod si fuisset legitime facta, deberet emptori restitui preciũ, vt in capitul. j. §. porro. qualiter olim feud. alienar. po. Secũdo, quia si habet filios, etiam in vita reuocatur. istud vltimum modicum obstat, quia in casu nostri thematis, non erant liberi: potest ergo tutius dici, quod ibi fuit facta alienatio agnato, hic extraneo. & si extraneo post mortem nõ restituit, quia videtur sibi compensasse precium cum fructibus.

¶ Septimò opponitur ad idem, quod dominus non admittatur: nam præsupposito, quod alienatione facta in extraneum, dominus admittatur, tamen hoc simpliciter non est verum. vt in capitul. si vasallus feudum. si vasallus seruitium domino non offerat, & capitu. primo. de controuersia inter domin. & emptor. vbi distinguit, an ignorans, vel sciens alienaret, quia si ignorauit. non priuatur feudo. Sed hoc non dicitur in themate, quod vasallus sciuerit: ergo & ignorantia potest cadere, cum præsupponatur paternum: quia ab alio originem habet, & in alieno facto &c. l. finali ff. pro suo. Et sic potest opponi, quod dubium non procedat, in quo quæritur, quis admittatur, dominus, vel agnati: quia neuter admittitur, sed solum ipse vasallus vt in dictis iuribus: sed potest responderi, quod illud procedit, quando vasallus superuiuit, hic vero mortuus est. Præterea eo ipso quod quæritur, quis admittatur, præsupponitur scientia, vt patet ad sensum. Solutio: Potest dici, quod verba posita in themate, tollunt contrarium. nam dicitur quod paternum feudum alienauit: & sic videtur in contractu dixisse, quod illud feudum erat paternum. Præterea illud non est dubium nostrum, quia quærimus quis admittatur, dominus, an agnati. & in proposito, nullus istorũ admitteretur.

¶ Octauò opponitur ad idem. nam licet sciuerit paternum, forte ignorauit ius, & forte erat talis persona, cui licebat ignorare, puta, & minor & miles. vt l. regula. ff. de iur. & fact. ignorant. Solutio: Thema nostrum soluit contrarium. nam in eo quæritur, an si alienauit sine consensu agnatorum teneat: quasi innuat, quod si cõsensisset, teneret alienatio quod non esset minor: quia tutorum authoritas exigeretur. Præterea illud non est dubium nostrum: quia si ius ignoraret, nec dominus, nec agnati admitterentur: sed ipse vasallus: vt dictis iuribus, dic vt supra proxime. Præterea illa iura superius allegata, loquuntur in ignorantia facti, non iuris, vt patet ex eis.

¶ Nono probatur sic: nam vbicunque iura dicunt, facta alienatione dominum admitti, videtur dicendum, agnatos non superesse ipsius vasalli. nam textus in capitulo primo. quid iu: si post alienationem feud. dominus id recuperauc. dicit, quod facta alienatione consensu domini, si vasallus domino renunciet, permanet alienatio: quod non esset, si haberet agnatos. capitul. prim. de alienation. feud. patern. Solutio: Fateor quod ibi non habebat agnatos. sed si haberet, & alienaretur sine consensu domini & agnatorum, non videtur decisum quis admittatur. Præterea colligitur à cõtrario, vt supra dixi.

¶ Opponitur de capitul prim. in fine, quibus modis feudum amittatur. & capitulo. 2. apud quem vel quos controuersia finiri debet. Solutio: Ibi loquitur secundum iura antiquissima: dixi in alia parte. Ad idem opponitur de cap. j. de milit. vasallo, qui arma bellic. vend. vbi dominus vel agnati admittuntur. Solutio: Si habet agnatos, ipsi admittuntur, alias dominus.

¶ Opponitur alienatio feudi: Videtur esse prohibita fauore agnatorum & familiæ. allegat Baldus, quod habetur in l. prima. § penultimo. de vent. inspicien. melius facit capitulo primo. de alienation. feud. patern. ergo ij si debent admitti. & non dominus. arg. l. quod fauore Codic de legibus, cum similib. & istud voluit Baldus in dicto §. hoc quoque. ex cuius dictis etiam alia argumenta formari poterunt. Solutio: Istud non apparet, immo contrarium apparere videtur, ex principio legis primæ, de alienatione feud. per Fredericum, quia in fauorem dominorum. & istud argumentum melius formaretur ad contrariam partem.

¶ Opponitur sic: si dominus admittitur, & agnati excluduntur, facta alienatione in extraneum, de facili poterit fraudare vasallus omnes agnatos, & eos priuare feudo paterno. quod est inconueniens & absurdum. argument. l. filiæ meæ egræ. ff soluto matrimonio. de cuius vitio emanauit, secũdum Baldum, c. 2. de re iudicata. libro sexto. & contra mẽtem c. j. cum simul. si vasallus feud. priuetur. Solutio: Nota, vt dicit Bal. in c. j. § porro. qualiter olim feud. alienar. pot. vbi videtur firmare partem, quod dominus ex cuius solutione debet formari solenne argumentum, cui oportebit responderi per § denique, cum similibus. vbi etiam dictã cautelã ponit, ex cuius etiam dictis argu. formari poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus si alienet feudum in extraneum, quis admittatur ad aduocandum, an dominus, an agnati.*

2 *Alienans feudum in extraneum domino irrequisito, dicitur contemnere dominium.*

3 *Alienans partem feudi, vel aliter in parte dominum offendens, an perdat totum.*

4 *Inuestitura de feudo, non petita intra annum & diẽ, videtur vasallus contemnere dominum, & sic admittitur dominus.*

1 PRO DOMINO. Quòd † dominus præferatur agnatis, hoc casu videtur textus apertus in capit. j. §. denique. quæ fuerit prima causa benefic. amittend. & capitulo primo. de eo qui interfecit fratrem domini sui, feud. amitt. nam ibi notabilis distinctio traditur. nam ibi dicitur, quod si quidem delictum commissum per vasallum concernit personam domini, vt habeat iniuriæ vltionem, feudum reuertitur ad dominum. alias secus. sed quod hoc casu, videlicet alienando, peccauerit in dominum, videtur textus in dicto capitulo primo. §. si vasallus. qui est § final. quæ fuit prima causa

2 benefic. amitt. nam qui † alienat feudum in extraneum, domino irrequisito, dicitur dominum cõtemnere, vt ibi dixit. probatur in capitu. si quis miles. de feudo sine culp. non admittend. si dormit cum vxore aliena: sed si contemnit dominum, satis videtur in dominum peccare: ergo dominus pręfertur. probatur etiam in capitu. primo. §. pręterea de capitulis Corradi. vbi dominus omnes alienationes aduocat. Solutio: potest dici quod in § si vasallus. ideo ad dominũ redit, quia feudum erat nouum. & sic agnati non admittuntur. ita glossa tenet in cap j. si vasallus serui. domi. non offert. Adde etiam pro responsione ad illũ textum omnino glossam in capitu. j. §. hoc quoque. de successio. feud. quia rationem ponit. Sed huic solutioni videtur obstare textus in dicto cap. j. §. denique. in fine. ibi, si tamen beneficium fuerit paternum. Et cum sequitur §. si vasallus. videtur, quod eodem casu loquatur: sed cum ibi sit. §. nõ sequitur. quia alio casu loquitur: patet dict. capitul. sed si. cuius natura est, vt superioribus aduersetur in iure & in facto, iuxta nota. in l. 2. § sed & fortius. ff. ne quis eũ qui in ius voc. & sic in

prece-

præcedenti loquitur, quando erat paternum: ibi vero, quando erat nouum. vel dic secundo, quod non obstat & probo sic: Dicit § si vasallus quid alienet contra constitutionem Lotharii &c. quod ad dominum redit modo hic constitutio Lotharij loquitur, quando nullos agnatos habet alienans. quod probo: Illa constitutio Lotharij est corrigens, quare non debet extendi, nisi quatenus expresse loquitur: sed ibi dicit textus. quod non potest distrahi feudum, sine consensu domini &c. sequitur ergo à contrario sensu, quod si dominus consentiret tenere, sed hoc esset falsum, si haberet alienās agnatos: vt in capitulo primo. de alienation. feud. patern ergo debet intelligi eo casu, quo feudum est nouum, vel paternum: sed agnati non supersunt, ergo ille §. si vasallus non obstat. Et quod ibi non extabant agnati, probatur: quia ibi erat proprie contentio inter dominum & filios vasalli alienantis: patet in princip. dum dicit, an ad successores eiusdem, qui proprie sunt filij. Item patet ibi, ad proximos. quia filius dicitur proximus. l. filius. ff de suis & legib. & pro hoc facit textus cum ratione sui, in capitulo primo. si vasallus feud. priuetur. cui defer. dicam ergo, si vasallus alienans habet filios, & non agnatos, quod tunc videtur contemnere dominum, & feudum reuertitur ad ipsum, exclusis filiis & hoc erat materia dubitandi in illo. §. & decidit ibi, aut vasallus alienans habebat agnatos, & non filios, & loquitur thema nostrum, cui ille textus non obstat. vel secundo potest dici, quod ille textus tanquam anterior, corrigitur per textum tanquam posteriorem. in capitulo. Titius. de feud fil. da. vbi in reuocatione feudi alienati, nulla fit mentio de domino, sed solum de agnatis. & hanc solutionem videtur tenere Iacobus de Belui. in dicto. §. denique. & erit ista generalis solutio ad omnes textus maxime anteriores, qui in contrarium possent adduci, præcedens non tuta per textum ibi. si paternum. nam si contentio erat solum inter dominos & filios, quare cum in ministerio dicetur paternum: dic, quia tunc quasi non habeatur ex persona ipsius patris delinquentis, non præiudicetur sibi. argument. l. tertia. de interdict. & releg. sed non valet. per capitulo primo. si vasal feudo priue cui defer. nam ibi delictum non respicit dominum: quia alias agnati priuarentur. sed forte versicul. est. Item contra secundam solutionem facit ratio posita in § si vasallus. quia ibi dicit, quia dominum contemnit: quæ ratio videtur habere locum, etiamsi agnati supersunt. Solutio: Potest dici, quod cū hic sit odiosum & rigorosum, non debet extendi vltra casum suum. nam habeo expressum, quod vasallo delinquente, agnati admittuntur, dicto capitul. si vasallus. Præterea ista contentio ibi ponderatur in odiū ementis: quia precio & feudo caret. Ad capitul. primo §. præterea. de capitulis Corra. dic, quod loquitur, quando non habebat agnatos. Et patet hic, quod ibi ratio dubitandi erat præscriptio, vt dicit litera. & sic de agnatis nulla fuit ibi dubitatio. sed secundum hoc, §. si vasallus, non habebit dubium contra legem, quod Labeo. de Carbon. edict. Solutio: Si iste fuisset iurisconsultus, posset fateri. sed fuit Obertus & Girardus &c. Præterea decidit illum precio & feudo carere. immo erat dubium, in alienatione: quia filius priuabitur. vel dic. & erit ista colorata solutio. & generalis ad omnia similia iura quod ibi loquitur, inquantum dominus admittitur ad reuocandum in vita vasalli: quia eo ipso quod vasall' alienat extraneo, dominus reuocat, & retinebit donec vasallus viuit: sed post mortem redibit ad agnatos: quia vasallus non potuit toti generi præiudicare alienando, vel aliter delinquendo, sed sibi soli. & ita proprie loquitur ille tex. nos autem quærimus post mortem. & hæc solutio colligitur ex his quæ tangit Salic. in d. §. denique. circa principium.

vbi etiam tangit, quòd tenendo, quòd dominus indistincte admittatur, esset iniquissimum: quia daret materiam delinquendi, vt subtiliter ipse ibi declarat, quem vide & pondera etiam in fine. quia sequitur opinio. Iacob de Belui. quam in aliis locis non sequitur.

¶ Ad idem secundò oppon. dicto cap. primo. §. finali, quibus mod. feud. amitt. nam vt ibi aliqua dubitatio sit secundum glossam, oportet intelligi illum §. quod loquitur eo casu, quo frater accepit feudum cū fratre: cum hoc, quòd alter alteri succedat: & tamen si alienans moritur, ad dominum reuertitur. Ille tamen communis casus aliter procedere non potest, vt ibi in Bal. Solutio: Potest dici, quod illa est diuinatio. nam cum contra naturam feudi sit, quod cum frater accepit feudum, alter alteri succedat. § si autem vnus. qui feudum dare possunt. & non præsumitur appositum illud pactum. textus est singularis in capitul. primo. in fine. quid sit inuestitura. vel dic, quod ibi nō habebat agnatos. sed non valet, quia appellatione heredis, agnati tantum continentur. § sed si clientulus. de alienatione feudi. Ideo dic, quod ibi erat feudum nouum. Ex hoc tenet etiam ibi Iacobus de Belui & satis patet ex litera, cum dicit, quod vnus inuestituram accepit posset etiam dici, quod ibi loquitur secundum iura antiqua, secundum quæ licitum erat alienare partem, sed vltra partem non. si tamen alienabatur, non reuocabatur. nisi post mortem. hodie secus, vt dicūt iura noua. & erit ista etiam generalis solutio. posset etiā specialiter ad illum textum dici, quod ideo ibi frater excluditur, quia in diuisione feudi renunciauerat, iuxta id quod habetur in simili, in l. prima. de pactis. & in l. Romæ. §. duo fratres. ff de verborum obligation. & in cap. tres erant agnati Præterea illud capitu. primo § finalis quibus modis feu. amitt. potius videtur probare contra. nam ibi alienauit vltra dimidiam & tamē textus ibi dicit, si moriatur sine legitimo herede, quod feudum ad dominum reuertitur. sic ergo ille §. videtur dare intellectum d. § denique. quæ fuit prima causa benefic. amittend. nam debet intelligi, quando sine legitimo herede decessit. quod verbum, legitimo, quomodo exponatur, habes in c. j. § & si clientulus. de alienatio. feud. Et si dicis, quid inducit ille §. dic, quia dominus habebit & feudum & precium eo casu, quo non supersunt legitimi heredes, vel ad quos possit deuolui feudum. Præterea absurdum videtur, vt magis puniantur successores propter alienationem quā propter crimen parricidij commissum per vasallum. quo casu ipse vasallus & descendentes puniuntur tantum non agnati. d. §. denique.

¶ Ad idem opponitur de capit. j. de capitulis Corradi, vbi dominus omnes alienationes aduocat. Solutio: Ibi loquitur in feudo nouo. vel si loquitur in paterno, non habebat agnatos. & vt supra dixi, ille textus non intendit disputare quis admittatur, sed solum eo casu quo dominus admittitur, obstet sibi præscriptio, vel non.

¶ Ad idem opponitur, quod dominus admittatur, & non agnati. de c. j de eo qui contra constit. Lotha. feu aliena. vbi videtur regula dari, quod alienatione facta dominus admittatur. Solutio: Potest dici, quod ibi nō habuit agnatos, & loquitur eo casu, quo loquitur ca. j. §. si. quæ fuit prima causa benefi amitt. vnde eadem solutio potest dari pro hac glos. in c. j. § primo. de succes. feud. Et principalis dubitatio illius ca. erat, an ille qui
3 †alienat partem, vel aliter in parte dominum offendit, perdat totum. & dicitur quod non est tamen hodie in nouarum secundum communem opinionē, quia alienans hodie partem perdit. & sic posset etiam dici in totum correctus.

¶ Ad idem adducitur capit. j. de controuersia inter

domin & emptor. in fi. ibi enim non intendit principaliter decidere, quis præferatur, dominus, vel agnati. Sed dicit, quod eo casu quo dominus, quid iuris, si erat ignorans &c & patet in illo versi. & quid dicitur &c. quasi referens se ad alia iura istud dicentia. & sic ille tex. nil de hoc decidit.

¶ Ad idem adducitur, quia alienatione facta, dominus admittatur. per textum in c. j. de controuersia inter dominum & emptorem, in fi. vbi dicitur dominum admitti. Solutio. Ibi non erat paternum, vel non habebat agnatos. vel dic, quod non facit: ibi non erat contentio inter dominum & agnatum. per dominum & vasallū. & sic differentia, quis præferatur eo casu, quo ignoranter alienauerit.

¶ Ad idem adducitur c. j. quid iu. sit, si post alienationem feud. recupe. vbi domino per alienationem feudum aperitur. Solutio, vt supra. Et ille textus aperte decidit non a contrario sensu, quod tam ille textus, quam ille Lotharij & Frederici loquuntur, quando alienās nō habebat agnatos, patet, quia tenet alienatio de cōsensu domini quod non esset, si haberet agnatos. & est sępissime dictum.

¶ Ad idem est c. j § præterea. de alienation. feud. per
4 Fredericum, vbi dominus admittitur, † non petita inuestitura per annum & diem. Solutio, vt supra: quia ibi non habebat agnatos, videtur glossa sentire in ca. imperialem. in verb. alienare. secundum Baldum. eodē titulo. Item in dicto capitul. j. nil dicitur de alienatione. & ratio diuersitatis patet, quia non petendo inuestituram, contemnit dominum. & ideo quia offensa ipsum respicit, dominus admittitur. iuxta regulam. §. denique.

¶ Ad idem c. §. & si clientulus. de alienat. feu. vbi ad dominum redit. Solutio: Ibi alienatio est permissa, & durat in vita alienantis: hic prohibita. ideo statim potest reuocari. ideo non facit. Præterea loquitur in feudo nouo, quod probatur ex duobus. Primo. ex rubrica. Secundo. quod si fit cum voluntate domini, nullo modo potest reuocari: ergo &c. ca. j. de alienatione feudi paterni.

¶ Ad idem, c. si quis miles. de benefi. fratris. alias de feud. sine culp. non amit. maxime, cum videatur æquiparare, si concubuerit cum vxore alienantis. Solutio: Ibi non habebat agnatos, vel erat feudum nouum. patet ibi in verbo, sine iussu domini &c. coniunctis his, quæ supra dixi. & hoc tenet etiam ibi. Rayne. apostillando illam literam.

¶ Opponitur de his, quæ habētur in c. j. § aut si libellari. ibi. & his omnibus casibus, quibus modis feu amit. Solui potest multis modis, prout colligitur ex his quæ notat Bald. ibi. quem vide, & poterunt solutiones generales colligi ad omnes textus simpliciter loquentes. pōt etiam vltra illas dari alia solutio, videlicet quod ille versi. & his omnibus. non referatur ad omnia præcedentia, prout etiam not. gl. ibi in versi. Item si fratrē. & etiam Iacobus de Belui.

¶ Opponitur de his quæ habentur in textu in c. j §. penult. & fin. quibus modis feud. amitt. Solutio: Ibi loquitur in feudo, quod erat in curte vel districtu domini. & ideo ad ipsum reuertitur. arg. c. j. § si quis. de māso. de controuer. inuestitu. hic vero in feudo dominus nihil sibi reseruauerat, nec erat in curte vel districtu. loquitur etiam in nouo. patet in verbo, sine domini voluntate.

¶ Opponitur de textu in c. j. § prim. apud quem, vel quos. vbi aperitur domino facta alienatione &c. Solutio, duobus modis: Primo. quod ibi loquitur secūdum tempora antiqua, secundum quæ licitum erat alienari: patet, quia non reuocatur, nisi vasallo alienante mortuo sine herede masculo. Si ergo ipse, vel alius moriatur cum filio masculo, non reuocatur: hic secus hodie, secundum quod loquitur istud thema. & quatenus ibi dicit, totum, vel partem: exponit Iacobus de Belui. vel, id est, partem. Tu posses etiam dicere loqui secundum antiquissima, secundum quę etiā totum poterat alienari. Secundo potest dici, ex quo ille textus probat, quod filij præferuntur domino: ergo agnati, & multo magis si haberet. arg. c. j. si vasallo. feudo priuetur. coniuncto d. §. denique. & sic ille textus posset adduci in contrarium.

¶ Opponitur de textu ad literam; c. j. §. callidis. de prohibi. feud. aliena. per Fred. vbi libere transit ad dominū. Solutio: Ibi erat feudum nouum. & hoc expresse firmat ibi Iac. de Belui. hic paternum. Item ibi, quando interueniebat dissimulatio cōtractus. & hoc est quod ibi proprie ponitur. quasi illa deceptio sit illa, quæ cōtemnit dominum, vt ibi patet. vel dic, non habebat agnatos. & has duas solutiones ponit gloss. in c. j. §. hoc quoque. de succession. feud.

¶ Opponitur quæritur hic, quis admittatur ad reuocandum. quod verbum præsupponit cōtractum valere. l. 10. cum simili, de verbor. obligation. sed hoc est falsum: ergo &c Solutio: Patet ex his, quę notat Bald. in dicto § callidis, & in dicto §. aut si libellario. posset etiam referri ad factum l. j ff. de seruis. nam Baldus fatetur, quod si simpliciter vendidisset, non priuaretur. Sed thema nostrum dicit, quod alienauit. cuius significatio propria est, facta traditiōe. l. alienatum. de verbo. signification. Ideo potest reuocari, sicut de facto processit.

¶ Opponitur videtur quod dominus admittatur ex eo, quia agnati poterunt resistere, & alienationem impedire, per cautelam, quām eis dat Baldus in dicto cap. j. §. denique. quæ fu. prima caus. benefi. amit. per l. si quis sciens. de contrahen. empt. de rei vendicat. l. si fundum. per l finalem. ff de lege commis. cum si. ergo &c. vt in regul. damnum quod quis sua culpa &c. ext. Solutio: patebit ex his, quę ipse ibi dicit. quia dato quod de cautela sit illud facere. non tamen probatur quod si non fecerint, sibi pręiudicauerint quod sciebāt ius suum vbique durare l. sicut. § quod ne. ff. de distractio. Preterea in themathe dicitur. sine eorum cōsensu &c. & sic sciuit, quod ignorauerunt. & pondera, quia Baldus ibi videtur sequi Iacob. de Belui. & distinctionē, videlicet Iacobi docto. Veronen.

¶ Disputata fuit supra quæstio, per clarissimum I. V. docto. dom. Ioannem de Anania, doctorem & canonicum Bononiensem mirabilis scientiæ & timoratæ conscientię, in frequenti studio Bononiensi.

Et ad vtranque partem dubiorum respondit peritissimus II. scholaris dominus Secundinus de Matis, ciuis Asten.

IACOBI CONCENATII IVRICONS. QVAESTIONVM IVRIS SINgularium, Libri quatuor.

LIBER PRIMVS.

MAGISTRATVS AN REquisitus vel ex officio tantum ius dicat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex libellum ex officio exhibere cogit.& nu.34.*
2 *Iudex in quacunque parte iudicij, interrogationes facere potest.& num.39.*
3 *Iudex testis conditionem ex officio inquirere potest.*
4 *Iudex domesticũ pauperis, adulteri, consocij criminis, amicissimi testimoniũ ex officio repellere põt.*
5 *Iudex testium numerum illegitimum reiicit.*
6 *Iudex post didicita testificata, partes vel testes iterum audire, & examinare, vel alios admittere potest.& num.30.44.47.49.*
7 *Iudex ubi minus à partibus dictum fuerit, ex officio supplet.*
8 *Iudex dilationem, etiam nemine petente, dare potest.& num.26.40.*
9 *Iudex pia negocia ex officio suscipit.*
10 *Iudex fauore Reip. etiam vltrò se ingerit, iurgia dirimit. delicta punit, quæstionem finium & aquæductus terminat. exulem pellit.*
11 *Iudex iuramentum calumniæ, authoritate propria defert.& num.36.51.*
12 *Iudex ad ea quæ ad fiscum pertinent, etiam vltrò officium suum interponit.*
13 *Iudex pupillis & furiosis ex officio prospicit.& numero 28.41.46.50.*
14 *Iudex aduocatum etiam non petenti dare potest.*
15 *Iudex ex officio animaduertit, vtrùm arrogatio permittenda sit.*
16 *Iudex ex officio, accusationis abolitionem repellere potest.& num.35.42.*
17 *Iudex omnes instrumenti circunstantias ex officio perpendere debet.*
18 *Iudex cautionem damni infecti, etiam vltrò exigere tenetur.& num.29.43.*
19 *Iudex ex officio facit, ne lites vltra definita tempora protrahantur.*
20 *Iudex in omnibus bonæ fidei iudiciis ex officio cognoscit cuius intersit.*
21 *Iudex ex officio sententiam fert, & exequi mandat.& num.32.35.45.*
22 *Iudex ad quem, vel à quo, quatenus ex officio suppleat.*
23 *Iudex sententiam per errorem latam, ex officio corrigere potest.& num.52.*
24 *Iudex quod ipso iure nullum est, ex officio reijcit.& num.32.33.*
25 *Iudicis potestas, vltra id quod in iudicium deductum est, nõ porrigitur, maximè circa ea, quæ priuatum commodum respiciunt.*
26 *Actus in iudicio, ad partis petitionem faciendus est.*
27 *Nemo duorum vicem supplere potest.*
30 *Iudex ea quæ sunt facti, ex officio non supplet.*
33 *Iudex exceptionem inutilem, nisi parte instante, nõ repellit.*
34 *Libellus incertus, nisi opponatur, procedit.*
36 *Iudicis officium, tacitam habet conditionem, si petatur.*
37 *In quibus iudex etiam parte petente, interponere se non possit.*
38 *Iudicibus omnia permissa.*

QVAESTIO I.

IVS DICENTIS officium adeò latissimum est, vt vltrò, etiam non requisitus, Reipub. forensibúsque sese negociis interponat. Idipsum instituimus pluribus dicere, vt res intelligatur.

1 †Primò, libellus cùm de iudicij substantia sit, ei qui ad iudicium vocatur, offerendus est, authen. offeratur. de lit. contest. Quem etiamsi nemo petat, cum partes iudicis sint, omnes litis circunstantias perpendere. 30. quæst. 5. cap. fi. ipse iudex libellum ex officio suo offerre coget, cap. j. extr. de lib. obli. Eundémque actorem compellet, vt caueat de lite prosequenda, antequàm libellum offerat contra reum. l. generaliter. C. de episcop. & cleric.

2 †Præterea, in causis ordinariis, vbicunque iudicem æquitas mouerit, ex proprio officio, in quacunque parte iudicij, interrogationes facere potest, l. si sine. l. vbicunque. l. pen. ff. de interd. act. Lanfran. de causa delega. numer. 47. l. Offidius. vers. imperator. de leg. 3 puta, heredi, si velit esse heres: l. si curatoris. in fin. ff. de iur. delib. Sed non tantùm potest, verùm etiam ex officio tenetur, l. iùdices. ff. de iudic. cap. fin. 30. quæst. 5. Etiam post conclusionem in causa, ca. cum Ioan. vers. verum. extr. de fide instrum. Perinde hæ interrogationes, quæ hodie ex officio iudicis, etiam delegati fiunt, olim fiebant iure actionis. Bar. post gl. l. j ff. de interrog. act. Et fiunt viua voce sine scriptura. Bald. l. si curatoris. C. de iur. delib. Oldra. consil. 104. in fine.

3 †Tertiò, testium conditio, fides, dignitas ac mores spectandi sunt. l. 2. gloss. inimicitiæ. l. 3. ff. de testibus. vtrùm sic in dignitate constitutus, an plebeius: honestæ & inculpatæ vitæ, & bonæ opinionis. § sancimus. auth. de testi. co. 7. an notatus & repræhẽsus: locuples, vel pauper: inimicus, vel amicus. l. 3 ff. de testi. Iaso l. exigendi. numer. 6 C. de iud. Iudex qui aut per inquisitionem, aut per semiplenam probationem, per hominis vel legis præsumptionem, veritatem inquirere debet, glos. veritatem. §. j authẽt. de tabel. col. 4 Franc. de Cur. l. admonendi. colum. 30 ff. de iureiurand. testis conditionem ex officio cum litigantibus, quorum interest. inquirere & examinare debet. cap. cum causam. extr. de testib. §. j. authentic. de tabel. l. 2. ff. de testibus. l. scire. §. cum reliquis. de tu. & cura. glos. officij. §. sancimus. authent. de testib. gloss. de minoribus. §. si præses. l. j ff. de mag. conuen. glo. inimicus. & glo. inimicitiæ. l. 3. ff. de testib. Corse. singul. vers. Testis. De puteo, de syndicatu. cap. iudex. pag. 141. numer. 11. & seq. Vt omnibus adminiculis perpensis, sine scrupulo sententiam ferat.
4 †Qui si domesticũ ac mercenarium, si pauperis, adulteri, consocij criminis testimonium agnoscat. cùm sit iure improbatum, l. 2 l. etiam. C. de testib. l. de minore. §. tormenta. ff de quæst. Lanfrãc. de testib. nu. 48. c. in literis. ext. de testib. & ibi Fel. l. penul. ff. eo.

Alexan.de Imol.consil.24.col.4.in 2.parte.& in cap.literis.de offic.deleg Card c.insinuante.eo Bart.l.1 § Item Cornelio ff.de quæst.Ang.l seruos.C.quomodo.& quand Etiamsi tres in eadem causa deposuerint Iaf.l. apertissimi.num.9.C.de iudic. Quamuis illud nemo obiiciat, iudex vltrò & non requisitus, ex officio supplendo, repellere potest.Imol.cap.ex insinuatione.de appel.cap per tuas.de testib. Ang.l si pars ff.de inoffi. testa & in l fina.si pars hered.peta In extrema quoque constituti paupertate, ipso iure à testimonio repelluntur.Bart.& Alexan.l spadonem.§.est autem. ff.de excu sat.tuto.de Aretin.consil.13 num.16 & consil.23. Iaf.l.si constante numer.151. cum seq.ff.solut.matri.Alexand. de Imol.consil.15.in 3 parte.&c onsil.208. Panor.cap.si quis testium.numer.8 extr.de testib. Socin.in suo tractatu Faller Reg.89 vers pauper.Decius consil.164. volum.2. Pecunia enim facilè corrumpi possunt, glo.diuitiarum.§.sancimus.authen.de testib. Quos meritò iudex ex officio repellere potest, Iaf.l exigendi. C.de procur.authen.si verò.num.4.C.de iu. Adulteri, testes esse prohibètur.l.scio.ff de test. Testes qui antè in eũdem reum testimonium dixerunt, produci nó possunt. l.produci.ff.de test. Idem de his, qui sunt participes criminis.l quoniam.C.de testib Quos meritò ex officio suo, etiam nemine petente, iudex repellere potest. A quibus tamen fidem notitiæ postulabit, d.l.quoniã. Potest & summa necessitudine coniunctos nó admittere, Iaf.l exigendi.d.auth.si verò.

5 †Quartò, cùm vni tantùm testi non credatur, ff.de quæst.l maritus.& infinitus testiũ numerus iure prohibitus sit, eum iudex moderari, & quos tantum necessarios putauerit, admittere ex officio potest.l 1.in fi.ff. de testibus.

6 †Quintò, licet post didicita testificata, nemo alios testes producere possit, §.illud tamen.authent. de testib.authentic.at qui semel.C.de probat.tamen iudex ad veritatem cognoscendam, pro qua inuigilare debet.§.1.auth. de tabel.col.4.non solum testes iam productos & examinatos, si nihil omnino, aut obscurè ad interrogata responderunt, vt vel reddant rationem eorum, de quibus deposuerunt, l.quoniam. C.de testibus vel apertius deponant, c.cùm clamor. extr de testibus etiam post didicita testificata, ex officio iterùm examinare poterit. Alber.l.non solùm C.de test Areti. l.2.de duob.reis glos.non habebit.§.illud. authent de testib.l.repeti ff.de quæstio.l.de ætate §.quod autem. §.nihil.ff de interrog.action.Panormi.c.cùm causam. num.6.ff. de iuram.calum. Sola enim testis depositio, absque aliis legitimis adminiculis approbata, nullius momenti est, l solam.C de testibus. Porrò ita demum iudex post didicita testificata, testes iterùm examinare poterit, si inquisitio causæ criminalis facienda sit. Innoc.extra.de testib.c.cùm clamor.Archidi.4. quæst. 3.c placuit.Bal.l.presbyteri. C.de episcop & cleric.In ciuilibus quoque, consensu partium, postea alios testes ex officio recipere potest Bald.in l si quis testibus. col.fina.C.de testibus.auth si quis in aliquo col 1.versic.iuxta C.de eden Innocen. c.significauit.c.cùm causam.ext.de testi.Iaf.l.patre.numer.25.ff.de his qui sunt sui. Quæstionem etiam à reo, quandocunque repetere potest, l.repeti.& ibi Bart.ff de quæst.Castrens.consil.3.volum.2. Cùm enim accusatus, innoxius fortè criminis, metu, aliáve ex causa delictum plerunque fateatur.l.1.§ si quis vltrò.ff de quæstion.æquum est, vt iudex vltrò iterum eundem interroget, d.l. repeti & testes adhibeat, quibus aut absoluatur, aut condemnetur reus Ro.singul.186.Cùm igitur partes iudicis sint, vt etiam non requisitus, de innocentia rei inquirat, l. si non defendatur.ff.de pœni.tempus, causam, voluntatem, ac personarum conditionem spectare debet: c. occidit.23 quæst 8 Et ideo vitam ac mores actoris ac rei diligenter inquirere debet. capit. imprimis. §.quia igitur.2.quæstio.1.capit. quærendum 2.quæst.7.Cors singul.vers testis. Hinc est, quod si quis testari volens impediatur, iudex ex officio scriptum, testes & tabell. testatori exhibet, vt liberè testamentum faciat. l.cu-
7 rent.ff.de testi. †In ciuilibus quoque, vbi minus à litigantibus dictum fuerit, iudex ex officio supplet. Et proferre id debet, quod sciat legibus & iuri publico conuenire.l 1.C.vt quæ des.aduocat.vt si petenti centum, obiiciatur exceptio transactionis: iudex contemplatione officij quæret, de quanta pecunia nominatim transactum sit. l. age C.de transact. animaduertet an promissio metu, vel dolo facta sit, an solutio, vel pactũ subsequutum fuerit. Bald.c.fraternitatis.numer.7.de testib.in authen.

8 †Sextò, si litigantes velint aliquid in iudicio deducere, iudex ex officio, etiam nemine petente, dilationem dare potest.Bald l 1.colum.2 versic.vlterius. C.vt quæ des.aduoca. Qui hunc ordinem seruare debet, vt post litem contestatam, si actor comparere neglexerit, iudex executoribus dilationem decem dierum dabit, eãmque tertiò ad summum, l properandum.§. & si quidem.Cod de iudic. Itaque ad producendum instrumentum, vnicam tantùm dilationem iudex dare solitus est.l.oratione.ff de feriis. Quæ dilatio, triginta dierum & non amplius esse debet.authen.iubemus C.de iudic Eámque ad summum tertiò dare poterit, vt l 1 C.de dilat. maximè in prosequenda appellatione.l.2.de tempor.app. Aliquandò tamen sex, & aliquando nouem, pro ratione loci ac temporis, l.1.C. de dilat. Si post dilationes nihil actum sit, iudex pro qualitate negocij, ex officio decernere debebit. d.§ & si Si tamen quis absque rationabili causa petat, iudex ex officio & nemine instante denegabit l 2.C.vt intra cert.tempus.

9 †Septimò, ea quæ ad pias causas relicta sunt, iudex motu proprio & non requisitus, præstare ac persoluere compellit vt si heredi à testatore nominatim iniunctum sit, vt monumentum faciat: quamuis strictò iure, nulla teneatur actione ad monumentum faciendum, tamen à iudice ex officio compellitur l.hereditas.ff de pet. heredita. Si fidei heredis com missum sit, vt collegium ædificet: iudex authoritate propria heredem coget, vt defuncti voluntatem impleat. capi. nos.extr.de testamen.Si pro redemptione captiuorum legatum relictũ sit, & nemini fuerit nominatim onus iniunctum: episcopus propria authoritate legatum exigere poterit, vt defuncti voluntati satisfaciat. l.nulli.§.sin autem C.de episco.& cleric.Si ecclesiæ iniuria inferatur, iudex ex officio in eam animaduertere debet.l.si quis in hoc.C.de epis & cler. Si sepulcrum violatum fuerit, non tantùm iudex ex officio vendicare potest.verumetiam tenetur: adeò vt si vendicare neglexerit, in pœnam viginti librarum incidat. l.si quis.C. de sepul.violat.glos.2.l.3.ff eod.

10 †Octauò fauore reipubl. iudex officium suum, etiam vltrò & non requisitus impartitur. Et ideò contentiones & iurgia, tametsi non requisitus, pacare debet.l.congruit.ff de offic.præsi.§.deinde.authentic.de mand.princ.Iaso.l quod iussit numer.25 & sequen.ff. de re iudic.quia interest Reipubl.ne delicta maneant impunita.l. ita vulneratus. §.cùm neque ff ad legem Aquil l si longius § 1 ff. de iudic. l. qui seruum. 2.respon de interd.act. Iudex vltrò etiam non requisitus, ea vindicare tenetur l seruos.in fin.Cod.ad leg.Iul.de vi. Et potest supplere de facto, etiam nemine petente, vt sup.numer.6.probauimus. Si quæstio sit de finibus, ad officium iudicis pertinet mensorem etiam vltrò mittere l si irruptione § 1 ff fin.regund.§.fina.Institu. de offic.iudic.Si controuersia aquæ ducendæ moueatur, iudicis officio aqua diuidenda erit.l.si quis.2.& ibi Bar.de vend.reb.ciui.lib 11.C.licet contra exulẽ nemo opponat, tamẽ iudex ex officio suo poterit. Iac.de Aret.

Aret.l.item apud. §.quod ait. ff. de iniur.quia publicè interest,ne exules audiantur.

11 † Nonò, iuramentum calumniæ & in litem,potest iudex authoritate propria deferre. l.quia tantundem. ff.de nego gest. Iaso.l.in depositi.numer.4.de re iudic. puta,Ei qui nouum opus nunciat,l.de pupillo ff. de noui oper.nuncia.Aut ei qui post acceptum iudicium,vsu hominem ceperit,debet eo nomine de dolo malo [illegible] uere.l si post.ff.de rei vendic. Et iudicialem stipulationem iudex eo nomine ex officio exigere debet,l.stipulationum aliæ. vers.iudiciales,de verbor.oblig Remittere autem,etiam aduersario consentiente,non potest l.2.§.sed quia veremur.C.de iur.cal.Quia non pro cómodo priuatorum , sed pro communi vtilitate huiusmodi iusiurandum receptum est.

12 † Decimò , bona vacantia cùm ad principem pertineant,iudex ex officio pro principe inuestigare,& possessionem accipere tenetur.l.defensionis.de iur.fiscal. lib.10.C.l.final.cum glos.Instantia.de bon.vacan.eod. lib. Reum etiam nemine instante mulctare poterit. Lanfranc.de petit.numer 5. In criminalibus , etiamsi nemo petat , iudex testes producere potest l vltim.C. ad legem Cornel.de fal.Lanfranc.de testib.nu.12. Bal. l.presbyteri.j.versicu.iuxta. C.de episcop.& cleric. & sup.num.6.

13 †Vndecimò,iudex tutorem pupillo dare.l. illud. ff. de tutoribus & curatorib.§.j.institu. de Attil.tutor & eundem gerere atque administrare tutelam , ex officio cogit.l.j.ff.de administr.tuto & suspectum adimere ex officio,etiam non requisitus,& absque vlla accusatione potest.l.j §.damus l 3 § j ff de suspect.tutor.l. j.§.item solent.de offic.præfect.vrb.Non tamen aliter tenetur, quàm si monitus non dederit.l.j. §.magistratibus ff de magist.conuenien.vt in iudicio damni infect l.4.§.in eum.cum sequen.ff.de dam.infecto. Proinde siue vltro,siue admonitus tutorem det,eos vocare debet,qui pupillo vel adulto coniuncti sunt. Bald.l. j.colum.penult.de milit.vasal qui contumeliosus est. putà,& tutor inuentarium non fecerit , vel pecuniam pupilli ad prædiorum emptionem conferre neglexerit:iudex eundem ex officio suspectum notabit §. penult.d.l.3.Si pupillus neminem habeat , qui pro se stipulari possit , iudex ex officio aliquem dabit, qui ipsi pupillo caueat.l.2.ff.rem pupil. Si minor se in integrum restitui postulat, iudex ex officio suo cognoscit, vtrùm diligens paterfam.fuerit,vt lapsum eum per ætatem verisimile non sit.l j.C.qui & aduers.quos. Iudex curatorem bonis ex officio dare potest.l j.ff.de curato.bon.dan. Et in creandis tutoribus vel curatorib. mores eorum ex officio inquiret. l.scire.§.cum reliquis de tutor.& curator.

14 †Duodecimò,quos lex postulare prohibet , eosdem iudex ex officio repellere poterit.l. quos prohibet.ff. de postu.puta , Miles si procurator esse velit,iudex etiamsi nemo opponat,eum repellere poterit.l.filius.§. veterani.ff.de procur. Quibus meritò curatorem vel aduocatum , etiam nemine petente , dare potest puta, mente capto,vel minori,si nemo curatorem vel aduocatum petat , iudex etiam vltrò & nó requisitus dabit. l.fin.§.sed & si quis.C.de admin.tutor.l.Fulsinius § adeò.ff.ex quib.caus.Imperitum quoque ex officio cópellere poterit,vt aduocatum accipiat.Ost.c.pastoralis.de iud.Hinc est,quòd vbi quis iudicis dandi licentiam ac potestatem habet,ibidem ex officio cognoscere potest.l 2 C.de peda.iudicib.

15 † Decimotertiò. in arrogatione , iudex ex officio suo omnes circunstantias perpendit , vtrùm permittenda sit,nécne. Nemini enim permittitur arrogare eum,cuius curam administrauit: si minor vigintiquinque annis sit is,qui arrogatur. Animaduertet ne turpis arrogandi causa subsit.l.nec.ei.ff.de adop. An salubris adoptio pupillo possit intelligi. Cuius vitæ sit is qui velit pupillum redigere in familiam suam,cuius ætatis,an permittendum ei,qui alios habet liberos.§. verùm.d l nec ei.vt certè permittendum non est,ne illegitimum quidem,extantibus aliis legitimis,arrogare potest,vt infrà loco suo dicetur.

16 †Decimoquartò,si quis accusatione in aliquẽ proposita , destiterit:accusatus nullam infamiæ notam subit , l.rescripto. § si quis. ff.de mu.& honor. Quòd si fortè accusationem persequi destiterit , iudex animaduertere debet,vtrum fraudulenter & pecunia corruptus,reuocare suam accusationem velit , l j.in princip.ff.ad senat. Turpil.quòd si ita esse animaduertit, nec abolitionem accusationis , tametsi nemo instet, non esse abolendam,non admitter.d.l.j.& l.2. C.de abolit.l.j.de calum.Et ex officio suo persequetur & inquiret.c.j.& 2.extr.de collu.deteg. Et hunc præuaricatorem extra ordinem puniet.d l j.de cal.l.j.& 2.ff.de præuarica. Et iudex sine accusatore, lenocinio maritum damnare potest l 2 §.nam Claudius.ff de adulat. Quia facti quæstio , in arbitrio iudicantis est l j.ff ad Turpillianum.

17 †Decimoquintò,iudex,quem oportet omnia scire, c.iudicantem.30.quæst.5 ex officio omnes circunstantias instrumenti perpendere debet: vt si in aliqua parte vitiatum esse agnouerit, nullam ei fidem adhibeat. c.inter extr.de fi. instrum. Et ideo iudex animaduertere debet,ne instrumentum in iudicio productũ,falsum sit,tametsi à parte non petatur.c.inter.extr.de fid, instrumento.§.j authen.de tabellio.col 4.

18 † Decimosextò , iudex aut diem constituere , intra quem de damno infecto caueatur. l. 4 §.j. ff.de damn. infect. Aut actionem magistratibus municipalibus iniungere tenetur.l j.cod.§ duas.d.l.4. Qui si cautionem exigere non curauerit,quanti ea res est,cuius damni infecti nomine cautum non erit,iudicium datur. d.l.4.§ eum qui. Quam cautionem iudex vltrò & non requisitus exhibere debet , quòd sibi nominatim cautionis præstandæ actio iniuncta sit.d.§.duas.

19 †Decimoseptimò, Causæ ciuiles triennio iure terminari ac dirimi debent.l properandum. C.de iudic. Causæ criminales biennio,d.l.properandum.l.j. Cod. vt intra certum tempus. Et ideò iudex prospicere debet,ne vltra definita tempora lites protrahantur. d.l. properandum.

20 Decimooctauò,ei cuius interest, ad exhibendum actio competit.l.3 § sciendum ff.ad exhibend. iudex autem ex officio summatim cognoscere debet,an eius intersit.§.iudex e.In omnibus enim bonæ fidei iudiciis, sicut & in arbitrariis,iudex æstimat:quantum alteri ex litigatoribus interfit,vel restituere oporteat:Iaso l. in depositi.nu.3.ff de re iudic.§.in bonæ fidei.institut.de act.in omnibus enim actionibus bonę fidei omnia veniunt,quæ æquũ est venire,tametsi de illis nominatim actum non sit.l.sed.§.j.ff.de contrahen.emp.l. quia tantundem.de nego gest.

21 †Decimononò,Iudex sententiam rei litigiosæ , etiam vltro & non requisitus ferre debet.l.vtique.ff.de rei vendicatione. Etiam si re litigiosa perempta,l. si seruus.ff. iudic.sol Quod propter fructus receptum est.l. si homo.ff.de re iudicata.Sed & quam sententiam tulit,etiã non requisitus exequi mandabit.cap.in literis.extr. de officio delegat.& hoc infra annum.c.quærenti. extra. de offic.de lega.

22 †Vigesimò,Iudex à quo,vel ad quem, post interpositã appellationem,etiam nemine petente,sine aliqua dilatione apostolos dare debet.l.eos.§.apostolos.C.de appellation Iudex vero ad quem,propositis coram se appellationis causis,absente parte appellãte,suas partes supplebit,l.ampliorem.e.supplendo de iure, & inducendo legem pro absente, vel respondendo legi contra eum inductæ.l.j.C.vt quæ desi.aduo.gloss.adimplere.d.l.ampliorem.Si appellans postquam ab exceptio-

ne peremptoria succubuerit, postmodum in definitiua restitui velit, iudex ex officio ipsum excludet.clem. cùm à rapulsione.de appellatio.

23 †Vicesimoprimò, iudex ex officio & nemine requirente, errorem suum post sententiam diffinitiuam corrigere, vel grauamen illatum reuocare ex officio potest.Bald.l.j a.C.senten.rescin.non poss.Ias.l.quod iussit.num.25.ff de re iud.

24 † Postremò, vbi aliquid est nullum ipso iure, parte non patente, iudex supplere potest.glos.l.vbi pactum. de transact.Bart.l.lecta.si cert.peta.vt scilicet declaret nullum esse. putà, vbi iuris ordo deficit, qui ne partiũ quidem consensu mutari potest.Inno.c.significauit.c. causam.de testi Bald.authent.si quis.col.2.C.de eden. Ias.l. patre.num.15.ff.de his qui sunt sui. Quicquid in iudicio gestum est, ipso iure inutile redditur. Ideo iudex etiam non requisitus, & nemine petente, vt litigantes iuris formam sequantur, ex officio cogere potest. Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam, sed non necesse est. Nihil enim est, de quo minus dubitari posit.

25 CONTRA. † Scipio Liciniũ prætereuntem cùm vidisset, hunc, inquit, virũ scio peierasse. Verùm quoniam illum nullus defert, non possum simul & accusator esse & iudex. Sit hoc in iudice, contra superiorem communem sententiam, moderationis & iustitiæ exemplum. Cicer. Rhet.ad Heren.lib.4. Senatus officium est, consilio ciuitatem iuuare: Magistratus officium est, opera & diligentia consequi voluntatem Senatus. Populi officium est, res optimas & homines idoneos, maximè suis sententiis eligere & probare. Accusatoris officium est, inferre crimina Defensoris, diluere & propulsare. Testis est, dicere quæ scierit, aut audierit. Quæsitoris est, vnumquenque horum in officio suo continere. Ergo iudex potestatem suam, vltra id quod in iudicium deductum est, excedere non debet.l.vt fundus.ff.com.diuid.Ro.sing.648. Alioqui, vtpote plus nimio curiosus, acriter puniendus est, quòd negociis ad se non pertinentibus, se ingerat.l.si quis.2.& ibi Bart.de aquæ duc.lib.xj.C. Et ideo prudentis iudicis est, libelli formam & qualitatem actionis propositæ diligenter perpendere, & iuxta eiusdem tenorem, sententiam ferre: alioqui ineptus iudicabitur.l.vt fundus.ff com.diui.l.fi. C.de fideicom.libert. c.licet Heli.ext.de simon. Omni enim artifici imperitia artis pro culpa imputatur.l.si quis fundum. §. Celsus.ff.loc. Turpéque est doctori, cùm culpa redarguit ipsum. § præterea Institu.de leg.Aquil. Quare litem suam facit iudex, qui per imperitiam malè iudicat. Institu.de obligat.quæ ex quasi deli.in prin. Quin etiam cùm iuris scientiam iudices scire debeant, ipsi si prætextu communis sententiæ errent, non excusantur. Exod.23.in princ.& versicul.j. Quoniam vel ex legibus scriptis, vel ex legum similitudinibus ius reddere debent.l.non possunt.ff.de legib.

26 Præterea, †actus iudicialis, ad partis petitionem faciendus est.l.ad peremptorium.ff.de iud. Dilationes enim non nisi petentibus dantur.l.2 C.vt intra cert. tempus.caus.crim.l.j.in prin.C.de dilatio.

27 †Tertiò, cùm difficile sit, vt quis duorum vicem sustineat.l.ille.§ tempestiuum.ff.ad Trebel.l.si plures.ff. de pact. Et litigantium. & iudicis partes nemo simul suscipere poterit.l.quisquis.C.de postul. Et ideo nisi requisitus, & parte instante, officium suum interponere non debet.

28 †Quartò, adeundus est iudex, vt tutores, vel curatores dentur.l.2. ff.de feriis.l.2.de curat.bon.dan.l.j. C.qui pet.tuto. Nec aliter tenetur, quàm si monitus non dederit.l.j.§. magistratibus ff.de magi. conuent. Ergo iudex pupillis non nisi patentibus succurrit.l. qui habet.§ 1.ff.de tutel.l.j.C.qui petant tutor.ipsis enim nisi petatur, tutorem vel curatorem dare non potest.l.2. C.de offic.eius, qui vicem alicu.iudic.obtinet. Sed nec inuito adulto curatorem dare quisquam potest. Alexand.l.j.num.5.ff de iurisdict.omn.iudicum. Et bonorum possessionem pupillo tantum petenti, & non vltrò dare debet.l.bonorum.2.C.qui admitt.ad bon.possess.poss.

29 † Quintò, cautio damni infecti certam conditionem habet, si petatur.l.4.§ hoc autem.ff de damn.infect. Non igitur iudex, nisi requisitus, interponere se poterit.

30 † Sextò, cùm probationes à litigantibus exigendæ sint, l. quinquaginta. ff. de probatio. l. qui accusare. l. procurator.C.de edend.l.doce.de rei vendica.& fides instrumentorum, ac depositiones testium idem operentur.l.in exercendis.C.de fide instrum.l.notionem. §.instrumentorum.de verb.signific. quibus non aliter creditur, quàm si à partibus fuerint approbatæ l.3.C. de fide instrumen.l.j §.edenda.C.de edend. Ergo etiam si iudex haberet illam potestatem, ex officio probationes facere: tamen nisi à partibus approbarentur. omnino inutiles erunt. Sed iudex ex mero officio exhibere testes non poterit. l. non ex omnibus.ff.de arbitr.cùm hoc ad litigantes pertineat.l.si quando.C.de testib. Cui iudex competentes dilationes, ad suas faciendas probationes dabit. Porrò si cui probandi necessitas incumbit, in posterum nihil probet, iudex secundum acta decernere debet.l. properandum. §. & si quidem Cod.de iudic. Ergo non potest iudex ex mero officio inquirere de facto.cap.ad audientiam.2.de iureiurand.& ibi per Inno. Hinc est, quòd iudex ex officio & non requisitus, neque emptorem cogere potest, vt soluat, neque venditorem, vt tradat. quia solutio rei venditæ & treditio, magis facti, quàm iuris sunt.l.consilio.in fi.ff.de curat.furios.

31 †Septimò, iudex non potest parte absente sententiã ferre, nisi ille qui est præsens, petat.Iason.l.furioso.nu. 4.ff.de iud.l.libellorum.in fin.ff. de accusa. Verùm ex iusta causa absens, & non contumax, quandocunque restituetur.l.accusatoribus.C.de accusat. Non igitur debet iudex officium suum impartiri, nisi parte petente.l.4.§.hoc autem iudicium ff.de damn. infect.l.properandum.§.sin autem.C.de iud.

32 †Octauò, quando aliquid est nullum ope exceptionis, nisi pars opponat, iudex ex officio supplere non poterit.gloss.l.vbi pactum.de transact.Bartol.l.lecta.si cert.peta.

33 † Nonò, his quæ priuatum commodum respiciunt, iudex irrequisitus non supplet. sed tum demum, cum imploratur officium suum, se interponere debet.l.4.§. hoc autem.ff.de damn.infect. puta, reo interdicto conuento, sibi non aliter exceptio datur, quàm si petat.l.j. §.Labeo.ff.de flu. Et reus opponens exceptionem obscurè, perinde ac si nõ excepisset, succumbit. Felin.in procem.decret.Aret.l.antistiti.de acquirend.hered. Si quidem per actorem opposita exceptio fuerit. Bal.l.ab Anastasio.C.mand.

34 †Decimò, si quis porrigat libellum, in actione personali, causam remotam non inserens, puta, mihi debes decem.ad quæ peto te condemnari: nec exprimat causam, propter quam debeantur: procedit libellus, si non opponatur.l.fin.C.de ann.exce.Ang.l.j.de eden. Imol.& Butr.c.significantibus.ext.de lib.obli. Sícque libellus incertus non procedit, si petatur. glos. l.fi C. de ann.exce.l.fin.de lib.obl. Quòd si litigantes tacuerunt, vltrò sese offerre iudex non poterit.

35 † Vndecimò, accusatore mortuo, vel aliter suam accusationem non persequente, nomen rei absoluitur.l.rescripto.§.si quis.ff.de mu.& hon.l.aut priuari. ff.ad Turpil.l fina.C si reus vel accus mor.fuer.postulante tamen reo.l.libellorum.in fin.ff.de accusat. Verum si accusatore absente. vel non contumace, ad postulationem rei, causa non cognita, sententiam absolutoriam

toriam dixerit: nihilominùs idem accusator corá eodem iudice quandocunque suam accusationem persequi poterit. l. si accusatoribus. C. de accu.

36 †Postremò, iudicis officium tacitam habet conditionem. si petatur. Patet in eo, qui nouum opus nunciat, qui parte petente, de calumnia iurare tenetur. Bald. l. de pupillo. §. qui opus. & ibi glos. authore. ff. de no. ope. nuncia.

37 CONTRA. †Quòd neque ex officio, neque requisitus, iudex interponere se possit. Nam si mala medicamenta & venena in fa. ercis. iudicium veniant, ibi iudex omnino esse non debet. Boni enim & innocentis viri officio eum fungi oportet: l. 4. ff. fa. ercis. Ei qui interdicto cõuenitur, exceptio danda non est. l. j. §. Labeo. ff. de flumi. Quam iudex ne petenti quidem dare potest. Natalis dies Domini, septem habet anteriores, & totidem sequentes, quibus causæ forenses intermittuntur. l. 2. in fi. C. de feriis. Interim iudex nec requisitus, quicquam decernere poterit.

38 CONCLVSIO. †Post hanc subtilem, vel spinosam potius, in vtranque partem disputationem: veritatem, si ipsa per se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitror, iudices omnia in criminalibus iudiciis, & aliis quæ tãtùm iuris sunt, posse. l. vbi. C. de fal. l. j. C. vt quæ def. aduoc. iudicibus enim quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, si faciant, nemini molestum esse debet. Verùm ne hac potestate sibi permissa iudex abutatur, existimet non omnia quæ potest, expedire.

39 SOLVTIO. †Iudex in quacunque parte iudicij interrogationes proponere potest. Eas tamen moderari debet, vt nisi pro intentione iudicij valde fuerint necessariæ non proponat. Ange. l. si in rem. de rei vendica.

40 †Dilationes, licet ad partis petitionem dentur. l. j. in princ. C. de dilat. l. ad peremptorium. ff. de iudic. tamen si litigantes absentes fuerint, iudex etiam nemine petente, dilationem dabit. Bald. l. j. col. 2. vers. vlterius. C. vt quæ def. aduo.

41 †De tutoribus vel curatoribus pupillo à iudice ex officio dandis, hoc summum erit, quòd licet tutor à iudice peti possit, nihilominùs ex officio eum dare poterit. Non obst. §. j. l. qui habet. de tutel. Si enim pupillus contra tutorem agere vult, & habenti tutorem tutor dari nõ possit: eo casu iudex nõ aliter dabit, quàm si petatur. d. §. j. In curatoribus dandis, si quidem furioso, iudex vltrò & non requisitus dabit l. final. §. sed. C. de admin. tut. l. Fulcinius. §. adeò. ff. ex quibus caus. Adulto autem non petenti, vel inuito non datur. l. j. C. qui pet. tut. §. item inuiti. Instit. de curat. l. inuitus. §. is qui. ff. de procur.

42 †Quantùm ad accusationem, coram iudice proponendam attinet, verum est, quòd iudex ex officio animaduertere debet, vtrùm accusationis abolitio permittenda sit. l. j. in princip. ff. ad senat. Turpil. Abolere autem crimen nõ aliter poterit, quàm si à reo petitum sit. l. libellorum. in fin. ff. de accus.

43 †De damni infecti cautione, hoc in summa dictum sit, vt non aliter eam iudex exigere teneatur, quàm si petita fuerit. l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. Quòd si petentibus non dederit, quanti interest, in eum iudicium datur. d. l. 4. §. eum qui. argumen. l. j. §. magistratibus. ff. de mag. conue.

44 †Quod dictum est de testibus. Iudex ex mero officio in causa ciuili exhibere non potest: quòd si exhibet, nullam fidem faciunt: quia non potest iudex in causa ciuili inquirere de facto, ex mero officio. c. ad audiẽtiam 2. de iureiur. & ibi per Inno. In criminalibus verò testes ex officio administrare poterit: Innoc. extra. de testib. c. cum clamor. Archidia. 4. quæst. 3. cap. placuit. Bald. l. presbyteri. C. de epis. & cler.

45 †De sententia verum est, quòd eam iudex etiam vltrò & non requisitus ferre potest. l. vtique. ff. de rei vendic. Tamen operæprecium est, quòd vtraque parte præsente, vel vocata, ferat. l. si accusatoribus. Cod. de accusat.

46 INTERPRETATIO. †Caius probat. tã præsenti, quàm absenti, vel ignoranti, tutorem à iudice dari, vel adimi posse. l. illud. & seq. ff. de tuto. & cura. l. j. §. damus. ff. de suspec. tut. Verùm autem vltrò & non requisitus, non meminit. Nos dicamus, etiam vltrò tutorem pupillo à iudice dandũ, vel suspectum adimendum esse. §. j Institu. de Attil. tut. l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tut. Quinetiam si tutores minus idonei ab ipso dati fuerint, teneatur. l. j. §. si curatores. ff. de magistrat. conuenien. Quòd si idonei dati, postea facultatibus lapsi, secùs est. § si magistratus. d. l. j.

47 †Imperat, ait, fidem notitiæ à testibus exigendam esse. l. quoniam. C. de testib. Addas, à iudice, tametsi requisitus non fuerit.

48 †Imperat, ait. in his causis, in quibus præsides solebant ex officio cognoscere, dandi iudices licentiam habebant. l. 2. C. de ped. iud. In quibus autem ex officio cognoscere possint, latissimè supra retulimus.

49 †Tit. de interrogatoriis actionibus, & de confessis: vtrùm habeant locũ, quando iudex nemine petente interrogat, an etiam quando ex officio. Existimârim locum habere, quando etiam nõ requisitus & vltrò interrogationes in iudicio proponit. l. vbicunque. ff. de interro. actio.

50 †Vlp. probat, furioso indefenso, curatorem dandum esse: l. Fulcinius §. adeò. ff. ex quibus causis. Addas, etiamsi nemo petat.

51 ANIMADVERSIO. †Bart. post Accur. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. nuncia. falsò sibi persuasit, iuramentum de calumnia, nisi parte requirente, à iudice offerri non posse, cum tamen à mero iudicis officio pendeat. l. 5. §. j. ff. de verb. oblig.

52 †Paul. Castr. post Accurs. ait, verbum, condemno, vel absoluo, positum in scriptura sententiæ, potest per iudicem mutari, antequàm sit pronunciatum, postea non l. actorum. ff. de re iud. Hoc non dicit lex. Immò censet potiùs, iudicem verba sententiæ quandocũque emendare & corrigere posse, modo tenor sententiæ non immutetur. Qua de re, cap. sequen. pluribus.

IVDEX SENTENTIAM suam vtrum reuocare possit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sententiam suam reuocare non potest. numero 8. cum sequen.*

2 *Iudex sententiam suam interpretari non potest.*

3 *Iudex sententiam suam corrigere nõ potest. & nu. 9.*

4 *Arbiter sententiam suam emendare non potest.*

5 *Iudex sententiam suam interlocutoriam reuocare non potest. & num. 7. 19.*

6 *Sententia sine scriptis lata, reuocari non potest. & numer. 8.*

13 *Iudex suam sententiam mitigare non potest.*

14 *Propter contumaciam, aut fauore pupillorum, vel propter falsa instrumenta, sentẽtiam suam iudex reuocare potest. & nume. 15. 16.*

QVAESTIO II.

1 IVdices †non subitas, sed deliberatione habita, post negocium sententias ponderatas, sibi antè formẽtas & eas emendatas, statim in libellum, secuta fidelitate, conferant, scriptásque ex libello partibus legant: Sed ne sit eis postea reuocandi copia, l. quod ius,

sit.l.Paulus.ff.de re iudicata. olim senatusconsulta nó prius enunciabantur, quàm delata essent ad ærarium, vbi vulgabantur & referebantur iis, ad quos pertinebant, id est, pronunciabantur partibus, vt nostri loquuntur: & inde quamprimùm ea exequi necesse erat. Itaque postquàm delata erant ad ærarium, non erat senatui integrum, aut reuocare ea, aut mutare, quod antè poterat. Tacitus libro tertio. Factum S.C. ne decreta patrum ante diem ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. Sed non senatui libertes ad pœnitendum erat, neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur. Ergo hæc prorogatio speciem humanitatis aliquam habuit, sed re vera nullam, aut eam totam positam in arbitrio Tiberij, cùm senatui non esset pœnitendi potestas, quod olim permissum erat, vsquedùm ad ærarium delata essent senatusconsulta. Igitur iudices sententiam semel latam reuocare non possunt: adeò vt si postea aliam ferant, vltima est ipso iure nulla. l.prima. C.quãdo prouoca.non est neces.& ibi Bald.colum.2.versic.ex prædictis.Philip.Franc.c.dilecto.colum.27.versicul.41. de appella.& gl.infirmabitur.l.j.ff.de fer.Sed nec successor iudicis, sententiam ab antecessore suo latam reuocare, vel quicquam ei detrahere poterit. l.j.C.sentent. rescind.non posse.

Præterea.† Iudex sententiam suam interpretari nó potest.l.ab executore.ff.de app.etiamsi eodem die velit.l.cùm quærebatur. ff.de re iud. l.diui.de pœnit.l.j. in fi ff.de quæst.Aret.l.qui ex pluribus. de verbor.obliga.De Bellamera.deci.51 92 642.

†Tertiò.Iudex sententiam suam corrigere non potest.l.iudex.ff.de re iudic.l.hac lege.C.de sent.ex breui.facit,tametsi eodem die velit. d.l.cùm quærebatur. & seq. Et ideo post sententiam latam.si iudex ampliare vel minuere pœnam velit, nó pôt.l.acta.§.1.de re iudi. l.relegati ff.de pœn.l.pœnam.C.eod.Nec præses prouinciæ.l.pœnã.C.de pœn. Est enim princeps,qui tantùm hoc potest.l.relegati.in fi.l.aut damnum.in fin.ff. de pœn.Roma.sing.537.Ias.l.quo minùs num.v.de flumi.Hip.de Marsi.l.de vnoquoque.nu.19.ff.de re iudi.

4 †Quartò,idem in arbitro, qui si errauerit,suam sententiam corrigere non potest.l.dicere. & seq.de arbit.

5 †Quintò, atiam in sententia interlocutoria procedit conclusio nostra, vt eam iudex reuocare non possit.putà,Si iudex pronunciet se non esse iudicem competentem: licet sit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuæ,nec eam reuocare potest, cùm sit functus officio suo.c.significantibus.& ibi Abb.in 3.not.de offic.deleg.Idem c.cùm cessante.col pen.de app. Geminia.ca.iudex.j col.de offic.deleg Bald. l.eleganter.§.si quis post.vlti.col.ff de condi.indebi.Idem dicendum, si se iudicem competentem pronunciauerit. Nam licet sententia sit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuæ. Abb.c.ex parte decani,6 not.de rescrip.

6 †Postremò.non rafert,siue in scriptis feratur sentétia,siue non. Cùm anim sententia sine scriptura lata,iure pontificio valeat, c.Albericus.extr.de testib.eam iudex reuocare vel corrigere non poterit.

7 CONTRA †Iudex interlocutoriam sententiam reuocare poterit.puta,si iussit litigantes Calédis adesse,mox Idib.iubeat. Nam mutare eum diem poterit.l. dicere.de arbit.

8 †Præterea,non tantùm interlocutoriam,verùm etiam diffinitiuam sententiam iudex reuocare potest. puta,si in sententia,ea statutorum consequentia, quæ ad condemnandum, vel ad absoluendum pertinent, iudex prætermiserit, ipse eodem die supplere potest. l.Paul.j ff.de re iud.Idem dicendum,si incerta sententia sit.l.fin.C.de sen.quæ sine cert.quanti.Si contra minorem indefensum.l.si præses.C.quomodo & quando iudex.Si sine scriptis lata sit.l.statutis.C.de sentent.ex breui.recit. Si dominum ebtentem condemnet, & de procuratoribus mentionem non faciat.l.j.C.de sent. & inter om.iudic.

9 †Tertiò scripturam sententiæ iudex liberè quãdocunque corrigere potest,modo tenor sententiæ nõ immutetur.l.actorum.ff.de re iud.Bal.l.error.in fin C.de iur.& fac.ign.Bart.l.2 de senten.ex breu.rec. Bald.l.j.q.2.C.sen.resc.non pos.

10 † Quartò,si iudex ordinem iudiciorum in sententia prætermiserit,eundem per aliam sententiam restituere potest.cap.qualiter.2.extr.de acc.vt si parte absente sententiam ferat.non enim in rem iudicatam sententia transit.l.quæsitum.ff.de re iud.Sed suam sententiam reuocare potest.cap.cùm Bartoldus.ext.de sent. & re iudic.

11 †Quintò.grauamen illatum iudex reuocare potest. Ias.l.quod iussit.nu 55 ff de re iu.

12 †Sextò,ecclesia cùm errat,sentétiam mutare potest. gl.corrigere.c.qualiter.ext.de accu.

13 † Septimò,qui vltra facultatem bonorum suorum est condemnatus, propter inopiam aut mulcta remittitur,l.illicitas.§ final.de offic.præsid.aut ab eodem iudice mitigatur,l.fin.in fi.C.de modo mulct. aut corporaliter castigatur,l.si quis.§.in seruos.ff. de iurisd.om iudic.

14 †Octauò, qui propter contumaciam fuit damnatus,si confestim pro tribunali sedente iudice comparuerit,potest eodem instanti suam sententiam reuocare.l.diuus.ff.de in integ.restit. Sed & quandocunque purgata contumacia posse, vtque de nouo cognoscat, satius est.l.si accusatoribus.C.de accusa.

15 †Nonò,fauore pupillorum raceptum est, vt iudex sententiam suam reuocare possit.l.in causæ.2.in fin.ff. de minori.l.si præses. C.quo. & quan.iud.Roma.sing. 379 glos.fin.l.fin.ff.de fideiuss.Nam contra indefensos minores,tutorem vel curatorem nó habentes,cùm sententia proferenda non sit, l.acta.in fin.ff.de re iudi.æquum est,vt eis subueniatur, & in integrum iudex eosdem restituat.l.præfecti ff.de mino.

16 †Decimò,iudex si ex falsis instrumentis sententiam tulerit, eandem ipsemet reuocare potest. l. prima.& l. falsum.C.si ex falsis instrumen. Idem dicendum.si ex falsis testibus,& pecunia corruptis,sententia lata fuerit.gloss l.j.C.sentent.rescin.non poss.Bart.l.si ex falsis. circa prin.C.de transact l.diuus.ff.de re iud.

17 †Postremò,sententia quæ sine scriptis lata est,ipso iure nullius est momenti,nec sententiæ nomen meretur.l.j.& toto titu.C.de senten.ex bre.rec. Ergo aliam iudex in scriptis ferre poterit.

18 ¶CONCLVSIO. † Prior sententia vera est,vt iudex suam sententiam reuocare non possit: quia non facilè quicquam ex solennibus immutandum est.l.diuus ff de in integ.restit.l.& si nihil.de reg.iur.Eum autem sententiam dicere existimamus, qui ea méte quid pronunciat,vt secundum id discedere eos à tota controuersia velit.l.dicere.ff.de arbit.

19 SOLVTIO.†Interlocutoria sententia licet reuocari possit,tamen cùm quis pronunciat se iudicem competentem,vel incompetentem:tũc habet vim diffinitiuæ,nec reuocari potest. Secunda ampliatio,statutorum fauore recepta est.

20 † Tertia semetipsam interpretatur, vt eatenus iudex scripturam sententiæ corrigere possit, dum decretum non mutatur Quarta,propter iudiciorum ordinem seruanda est.Quinta,quia sententia interlocutoria erat,iudex grauamen illatum reuocare poterit. capitul.si à iudice.de appell.in 6.Sexta,fauore ecclesiæ procedit.

21 † Septima communem conclusionem non impedit.Non obstat d.§.fi.Ibi enim non exprimitur, à quo mulcta remittenda sit. Nos iuxta communem sententiam,à principe tantum remittendam probamus Preterea,non obstat d.l.final.in fi. Quia ibi sunt duo vincula,

cula, quæ sunt fortiora vno. Iudex enim primò tulerat sententiam, vltra vires iurisdictionis, hoc est, excedebat summam in sua iurisdictione limitatam, vel quod sententiam in scriptis non tulerat: & sic erat ipso iure nulla, sicut cùm alibi, quàm in loco destinato, fertur. l. si vt proponis. C. quomod. & quand. iud. Preterea reus non habebat in ære. Et ita à rectore prouinciæ impetrari potest, vt idem iudex iterum sententiam ferat. l. j. C. de sen ten. ex breuic. recitan. l. si quis. C. de precib. imper. offe. & toto tit. eo. in §. in seruos. Magis iurisconsul. videtur dare consilium iudici, vt si animaduertat reum in ære non habere, luat pœnas. Quod autem duas ferat sententias, nusquã expressum est, nec colligi aliquo modo potest. Cætera cõtraria, exceptiones sunt ad cõclusionẽ.

12 ANIMADVERSIO. † quando quæritur, vtrum iudex suam sententiam reuocare possit: quidam existimant, iudicem ordinarium posse. Bar. l. si præses. j. opp. C. quomo. & quand. iud. & l. 1. ad fi ff si quis in ius voc. non ierit. Sed quænam differentiæ ratio in ordinario, atque in delegato? Nos igitur dicemus, neutrum sententiam diffinitiuam reuocare posse, vtrunq; vero interlocutoriã posse. Fel. c. significantibus col. j. de offi. deleg. Ro. sing. 129. Soci c qualiter. j. de accu Bal. d. l. penulti. circa finem, quæst. pen. C. de pact.

VERBA AMBIGVA VTRVM à iudice interpretationem recipiant.

SVMMARIVM.

1 *Iudex solutionem debiti ad certam diem conferre potest. & nu. 9. 10. 14.*
2 *Verba ambigua vltimarum voluntatum, à iudice interpretanda.*
3 *Heres ad deliberandum, vel restituendum, vel soluẽdum, diem à iudice obtinet.*
4 *Possidẽdi tempus à iudice petendum.*
5 *Stipulationis dies, à iudice exprimitur.*
6 *Tempus modicum, minimum, vel maximum quid, à iudice exprimendum est. & nu. 11.*
7 *Tutoris negligentia quando sibi noceat.*
8 *Pœnæ sunt arbitraria.*
9 *Iudex secundum leges ius dicit.*
11 *Ilico. & tempus modicum, quomodo interpretãdum. & nu. 6.*
12 *Tempus largius, vnius anni dicitur.*
13 *Iudex quando possit prorogare terminum solutionis.*

Quæstio 3.

VERBA ambigua à iudice interpretationem re-
1 cipere certum est: puta, † Debitori si solutionis tempus à creditore præscriptum non fuerit, iudex tempus illi ex æquo & bono cum competẽti cautione ad soluendum dabit, quod illi sufficere pro suis facultatibus videbitur. l. si debitori. ff. de iudic. l. 2. & 4. §. si quis condemnatus. l. debitoribus. §. hi qui. ff. de re iudi. Præpo. c. cùm sit Romana. colum. 5. in fin. versicu. quod si ab homine. de appel. extra. in auth. Rom. singu. 159. 189. 191. Specu. §. videndum. de execu. senten. Corse. singu. versi. cautio.

2 † Præterea, paterfa. cùm filium heredem faceret, testamento vasa argentea sic vxori legauit, Antonius heres meus, Margaretæ vxori meæ triginta pondo vasorum argenteorum dato quæ volet: post mortem eius, vasa preciosa & cælata magnificè illa petit. Antonius se, quæ velit ipse, 30. põdo debere dicit. Hic verbi. Quę volet, interpretatio, controuersiam parit. Quæ merito ad iudicem remittenda est.

Cùm ex testamẽto quæritur, quid sit pẽnus: aut cùm ex lege prædij quæritur, quæ sunt ruta cæsa: aut si lex sit, quæ iubeat eos, qui propter tempestatem nauim reliquerunt, omnia perdere, eorum nauim cæteráq; esse, si nauis conserua. a sit, qui remanserint in naui. Magnitudine tẽpestatis omnes perterriti, nauim reliquerũt, & in scapham conscenderunt præter vnum ægrotum: is propter morbum exire & fugere nõ potuit. Casu & fortuitu nauis in portu incolumis delata est. illã ægrotus possidet: nauim petit ille, cuius fuerat. In huiusmodi quæstionibus, cũ plura significantur scripto, propter verbi aut verborũ ambiguitatem, vt liceat ei qui contradicat, eo trahere significationem scripti, quo expediat, aut velit: aut etiam si ambigue scriptum non sit, & à verbis voluntatem & sententiam scriptoris abducere, vel alio se eadem re contrariè scripto defendere velit, tum disceptatio ex rescriptis cõtentione existit. In quibus ambiguis quũ disceptatur. quid maximè significet, in scripti, sententiæque contentione, vtrũ potius sequatur iudex in contrariis scriptis, vtrum magis sit comprobandum, in voluntate ipsius pendet.

3 † Tertiò, heres si tempus ad deliberãdum petat, iudex diem dabit. l. j ff. de iure delibe. Aut si testator heredem rogauerit, vt liberis suis quibus volet, hereditatem restituat: nisi heres statim declaret, omnibus petitio competit. l. cum quidam. in fin. de legat. 2. Iudex autem declarabit, quãdo heres in mora esse dicatur. In pecunia legata, confitenti heredi, modicum tempus ad soluendum, à iudice dandum est. l. si domus. §. in pecunia. de leg. 1 Heres fideiussori testatoris, id quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est, statim debet soluere. l. quod dicimus. ff. de solutio. Tamen cum aliquo temporis temperamento intelligitur, quod à iudice declaratum est.

4 † Quartò, cùm non statim, vbi prætor immisit in possessionem, simul possidere iubeat, sed tum demum, cũ iusta causa sibi videbitur. Ergo interuallum aliquod esse debebit. l. si finita. §. non autem. ff. de damno infecto. Quod ab eodem iudice exprimendum est. §. & si. insti. de offi. iudic.

5 † Quintò, cùm ita stipulatus sim fundum, vel hominem Ephesi dari, inest tempus. Non enim continuo agere poteris, sed tum demũ, cùm tantum temporis præterierit. quo traditio fieri possit. §. fina. instit. de inutil. stipula. Aut si quis filium sui iuris. & ex eo nepotem in sua potestate habens, nepos bonorũ possess. patris sui emancipati accipiat: de conferendis quoque suis bonis cauere debet l. si quis. ff. de colla. bonor. Stipulatio autem collationis tunc committitur, cùm interpellatus cum aliquo spatio, quo conferre potuit, nõ facit. §. stipulatio. dicta l. si quis. Quod autem accipi debet, incertũ est. Et ideo ad iudicem remittimus. l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligation. l. si cum dies. in fine. ff. de arbitr. Interdum etiam pura stipulatio dilationem capit velut, si id quod in vtero est, aut fructus futuros, aut domum ædificare stipulatus quis sit, tunc incipit actio, cum ea per rerum naturam præstari potest. l. interdum: eod.

6 † Sextò, qui non ad modicum tempus superficiẽ conduxit, sibi in rem actio competit. l. j. §. & sane. ff. de superficie. Modicum autem tempus quod sit, à iudice exprimitur. Si non vero procuratori soluam, ratum autem dominus habeat, quod solutum est, liberatio contigit. l. vero. in fin. ff. de solution. Ratum autem habere dominus debet, mox cùm primum certio factus est. Quod cum quodam temporis spatio accipi debet. l. ratum. eod. si quis bona fide, domino absente, vsu possessionem ceperit: eo reuerso, restitutionis auxilium habet, non perpetuò, sed ita demum, si intra modicum tempus, postquam rediit, hoc contingit. l. ab hostibus. in fin. ff. ex quibus cau. Quod arbitrio iudicis committendum est.

7 † Septimò, si res tempore perituras non vendiderit, suum periculum facit.l.mulier.§.sed enim.ff. ad Trebellianum. Non enim protinus, sicuti ipsum oportuerat, officio suo functus est.l.tutor qui repertorium § j. ff.de admini tuto Sed non præcipitanter agendum est. Et propterea à iudice interpretabitur, vt existimet, infra quod tempus diligens paterfamilias huiuscemodi res vendere posit.

8 † Postremò, Pœnæ cùm iure non sint terminatæ, iudicis arbitrio imponuntur. puta, in eum qui falsam scripturam exhibet, l.penul.C.de proba.in periuriũ.l.nullum.C.de testib.in calumniatorem.l.j C.de calumnia. in eum qui per diuersas curias aduersarium trahit, animaduertit l.nulli.& ibi Ias.C.de iudic.

CONTRA. Nobis aliter videtur: rectè, secús ne, postea.

9 † Primò, iudex potissimum obseruare debet, ne aliter iudicet, quàm legibus & moribus proditum est. Instit.de offic.iudic in prin.Sed sic est, q vbi dies non est appositus, præsenti die debetur.l.eum qui Calend.§.j. de verb oblig Ergo diutius solutionem differre iudex non poterit.

10 † Præterea, præsupposito posse, iudicis tamen potestas restricta ac terminata est, vt iudex non possit vltra quatuor mensium dilationem, debiti solutionem prorogare.l.j.& 2.C.de vsur.rei iudi gloss.3.dict.l.debitoribus. Alij dicunt, quòd in maioribus summis nõ plus, quàm tres menses: in minoribus, duos duntaxat ad soluendum dare possit.l.in fraudem.§ fiscalibus.ff.de iure fisci.

11 † Tertiò, tempus modicum, cùm sit lege interpretatum: non est in potestate iudicantis, aliquid addere vel minuere. Modicum autem tempus, decem dierum dicitur, vt in constituto l. promissor Stichi.§ fine. ff. de constit.pecu Aliquando triginta dierum est, vt in eo qui ius viæ modico tempore habuisse dicitur l.j.§.siue igitur.ff.de itiner act priua Si ilico statuendũ quid sit, quod de triduo intelligimus, l.fi.C.de iudi.iudex aliter decernere non poterit.

12 † Postremo, largius tẽpus quia legis authoritate anno terminatur, non est in ius dicentis potestate, amplius addere, vel minuere.l.j §.largius.ff.de succes.edict.

13 CONCLVSIO. † Quoties lex vel contrahentes, diem non adiecerunt, licet iuris rigore, præsenti die debeatur, tamen ex æquo & bono iudex diem assignare ac prorogare potest.l prima ff de iure deliberandi. Proinde si dies, appositus fuerit, licet statim, nondum lapsa die, dare teneatur: quia id addidisse creditorem verisimile est, vtilitatis suæ causa, non vt debitori dilationem concederet, l liber homo.§.ideo.vbi Alciat. de verbo.obligat.tamen iudex humanitate, causa debitoris cognita, cur persoluere non possit terminũ prorogare poterit, tametsi stricto iure non possit.l.legem.
14 C.de pact. † Quod potissimum in debitis fiscalibus procedit, quorum solutionẽ vltra terminos iuris prorogare, non est iudici permissum. dicto §.fiscalibus. In cæteris, secus est.

CONCESSA IVRISDICTIOne quæ tacite veniant.

SVMMARIVM.

1 *Principi, vel proconsuli, vel legato proconsulis iurisdictione concessa, quæ tacite veniant. & num. 6.*

2 *Qui ius exequendi habet, eiusdem causæ cognitionem habere videtur. 9.10.*

3 *Iudex qui pignus rei iudicatæ exequitur de proprietate cognoscere debet.*

4 *Cui mandatur causæ cognitio, eidem etiam executio. & nu.10.18.27.*

5 *Iudex qui interrogare potest, etiam iusiurãdum deferre poterit.*

6 *Iudex qui ius gladij habet, etiam ciuiliter damnare poterit. & num.11.12.19.*

7 *Procuratoris dati accessoria. & num.13 10.*

8 *Cui prohibetur maius, prohibetur minus. nu.14.*

12 *Iudex qui ciuiliter cognoscit, criminaliter non poterit. & num.22.25.*

14 *Iudex absoluere potest, condemnare non. nu.8.23.28.*

15 *Iurisdictionis accessoria nõ aliter insunt, quàm si exprimantur. & nu.24.*

16 *Iurisdictione concessa, quæ veniant.*

21 *Iudex qui ius capitis habet, in insulam relegare non potest. & nu.12.21.29.*

27 *Iudex delegatus super proprietate, an super possessione cognoscere possit. & nu.4.*

Quæstio 4.

CVI iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari nõ po
1 tuit.l.2.ff.de iurisdict.om.iudict. † Patet in principe, cui omnis iurisdictio à populo data est.l.j.ff de constit.princip.l.2.§.quòd ad magistratus de orig.iur. l.fi.C de legib Cuius merito constitutiones, legis vim habent.d.l.j & § quod principi, instit.de iur.natu.post principem nemo ipso proconsule maius imperium habebat l.ideo ff.de offi.procon.Ad quem rerum omniũ cognitio in solidum pertinebat.l.si in aliquã.& l.nec. eod. Eadem & in legato proconsulis obseruanda sunt. l.j.§.damus.ff.de suspect.tuto.

2 † Et ideo cui executio causæ delegata est, veritatem inquirere debebit, vt si fraus inest, de integro cognoscat.l.4.C.si contra ius l.fin.de rescript. Tacitam enim habet conditionem executio, si causa propter quã concessa est. vera sit.l.fi.C.de diuer.rescrip.

3 † Præterea, iudex qui pignus rei iudicatæ exequitur, de proprietate cognoscere debet. Quòd si animaduertat eius fuisse, qui condemnatus est, rẽ iudicatam exequetur.l à diuo.§.si super.de re iudicata. Edi enim ratio intelligitur, vt in capite edatur.l.argẽtarius.§ edi. de edend.ff.

4 † Tertiò, cui causæ cognitio decidenda mandata est, eidem censetur permissa executio Lanfran.de appell. nu.38. Aut si iudex datus cognoscat de iuribus ecclesiæ, etiam de possessione cognoscere poterit Imo c.episcopi.de reb.eccl non alienan. Vt si quis vsumfructum integrum, alter proprietatem petat: aut si quis dominij ius excipiat, alter sibi pignoratum dicat, idem iudex erit.l.cognitio.in fi.ff de libe.causa.

5 † Quartò, iudex qui clientem interrogare potest, eidẽ iusiurandum deferre poterit. Bal.consilio incipien. Statuto Perusij. Et supra c.j.num.11.

7 † Quintò, qui ius capitis habet, multo magis ciuiliter cognoscere poterit. Exemplum est militis, qui cùm nisi coram suo iudice in ciuilibus conueniri nequeat, multo minus in criminalibus.l.ex eo.de agẽ.in rebus. lib.12 C Sicut qui potest adulterum interficere, eundẽ multo magis contumelia afficere poterit.l.nec.ff.de adulter. Alciat.in l.in suis.numer.12.de liber. Et vbi permittitur laico clericum verberare, eũdem ad iudicem trahere poterit.cap.3.de sententia excommunication. And.cap.cum non ab homine.de iudi. Et qui contumacem cogere potest vt veniat, multo magis damnare, si non venerit c.prudentiam.§.cæterum.de officio delegati. Nemo enim iurisdictionis onus susciperet, si coerctionem saltem modicam non haberet.l.fina.de officio eius.

7 † Sextò, procurator datus ad legatum petendum, cogere

cogere heredem potest, vt tabulas exhibeat. l. ad rem. l. legatum ff. de procura. l. licet. de probation. Ad agendum enim datus, vtique ad litem perficiendam datus censetur. l. si procuratorem. eodem. Denique in iudiciis, qui potest quod maius est, potest quoque quod est
8 minus. † Qui vero inferiore ordine indignus est, multo minus superiorem merebitur. l. 4. de senat. l. non debet. j. de regulis iuris. Cum enim quid prohibetur, prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo. Imol. 193. 2. parte. Cyn. l. 2. C. si rector. prouin. vt si condemnare non possis, quanto minus absoluere? l. nemo. ff. de regul. iuris.

9 CONTRA. † Qui sententiam tulit, eam exequendi ius non habet, sed is tantum, qui eum iudicem vel arbitrũ dedit. l. à diuo Pio ff. de re iudicata. Executor quoque de causa cognoscere non poterit. Cum enim executor is dicatur, qui post sententiam, audita omni & discussa lite, prolatam, in iudicatæ rei vigorem, ad effectum producit. l. penul. C. de excep. rei iudicat. causę cognitio sibi permissa non creditur: adeo, vt si cognoscat vel pronunciet, nihil valeat quod gestum erit. l. si vt proponis. eodem.

10 † Deinde, is cui causæ cognitio mandata est, executionem facere non potest. vt l. solent. de offi. proconsu. c. accusatus. 3. quæstion. 6. l. quoties. § adeo. C. vbi sena. quia cum aliquid oneris nominatim aliquid iniungitur, cætera non censentur esse permissa. l. cum prætor. ff. de iudi.

11 † Tertiò, qui criminaliter damnare potest, ciuiliter non poterit. And. c. in pœnis. de regu. iur. in 6. Exemplũ est in defensorib' ciuitatum, qui in causis pecuniariis vsque ad tercentum aureos cognoscere possunt: in criminalibus, nihil minus § iudicatæ. auth. de censi. ciuita. col. 3. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poterit. l. solemus. in fi. ff. de re iudi. Aret. l. 2. de legat. j. Sed nec in insulam relegandi ius habet, l. inter. §. j. ff. de inter. l. j. § qui deportatus. de lega. 3. adeo, vt si aliter fecerit, nihilominus damnatus testamenti factionem nõ amittit. l. si quis. §. eius. de iniust. rupt.

12 † Quartò, iudex qui causarum ciuilium cognitionẽ habet, capite damnare non poterit. Patet in legato, qui animaduertendi ius non habet. l. j. in fi. de offi. eius. l. si quid. de offic. proconsul.

13 † Quintò, procurator datus vt sibi satisfieret, non tamen in iudicio agere, vel in diẽ prorogare poterit. argu. l. sed si tãtum. de pact. l. qui Romæ § Calistratus. de verb. oblig. Cui locorum publicorum procuratio data est, is interdicto, quod vi aut clam, vti non poterit. l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clam.

14 † Sexto, iudex laicus, sine consensu episcopi clericũ condemnare non potest, absoluere vtique. gloss. manu. §. illud. authentic. vt cleric. apud prop. episco. col. 6. Patet in inquisitoribus, qui accusatos absoluere possunt, condemnare non. Doct. c. cum inferior. de maio. & obedien. c. non potest. de re iudica. Patet in viro illustri delinquẽte, qui licet à quolibet iudice absolui possit, cõdemnari tamen nisi à principe non poterit. gloss. 4. l. in vt dign. ordo seruetur. d. gloss. manu. Bald. l. quoties. C. vbi senat.

15 † Denique cùm consequens antecedẽti non aliter insit, quàm si non exprimatur. l. j. §. quæ. deposi. ff. deposi. ita demum consequentia iudici insunt, si exprimãtur. l. cum Aquil. §. j. de transactio.

16 CONCLVSIO. † Hæc sententia fixo talo perpetuò stetit, vt quoties tractatur de æquiparatis, & omnimodo subrogatis, ex natura actus. l. diuus. de vsu & habita. l. si non fuerit. pro socio. vel ex antecedenti consequentiue necessario, l. 2. de iurisdi. omn. iudi. l. illud. de acquir. here. siue iure, siue consuetudine consequatur, l. cuicunque §. pen. de inutil. stipul. vel propter connexitatem, l. Lucius § Paulus. ff. de admin. tutor. vel quia mutuò se respiciant, l. alteri. de adimen. legat. vel quia per argumẽtum à contrario sensu id suadetur, l. si quãdoque. ff. de condi. & demõ. videtur propter similitudinem, de ipsis quoque dispositum esse, l. si. in fi. manda. l. in quartam. de leg. 3. Et ideo concessa iurisdictione omnia veniunt, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Intelligimus concessam personis idoneis, vt l. gradatim. de mu. & hono. Idonei autem sunt, qui lege non prohibentur. l. cùm prætor. ff. de iudiciis. l. nulli. quod quisque vniuer. l. qui accusare. de accus. dicemus in l. 2. de iur. omn. iudicum.

17 SOLVTIO. † Probauimus eum causæ cognitionẽ habere, cui ius executionis datum est. Non obst. cont. Nam vbi nulla causæ cognitio necessaria est, frustrà eam exigimus. l. executione. l. si vt proponis. C. de execu. rei iudic. Præterea animaduertendum est, cui executio mandata sit. Si enim egregię personę, eidem etiã causæ cognitio mandata cẽsetur, l. à diuo. § si super. ff. de re iudic. Maxime quando executio sine causæ cognitione fieri non potest, d. § si super. d. §. in venditis. Sin meris executoribus, vt sunt apparitores & seruientes, cognoscere quicquam non poterunt. l. si vt proponis. l. penul. C. de execu. rei iudic.

18 † Probauimus eum ius exequendi habere, cui causæ cognitio mandata est. Non obstat cont. Si enim expresse prohibita executio fuerit, dicendum est. mandata causæ cognitione, executionem mandatam non videri. l. j. C. si contra ius. Alioqui permissa censebitur. l. solent. de offi. proconsul. Inn. c. ad hæc. de offi. archidia. Ang. § Marcellus. l. si prætor. ff. de iudi.

19 † Probauimus eum posse ciuiliter cognoscere, qui in facinorosos homines animaduertendi ius habet. Cõtrarium verum est, quãdo iurisdictionis fines lege præscripti ac limitati sunt. Cum enim mandati forma spectanda sit, eam excedere non licet. l. nõ distinguemus. §. de viro. de arbi. sin minus, qui punit in criminalibus, ciuiliter cognoscere poterit. gl. per legitimos. in fin. §. j. in proœ. instit.

20 † Dictum est, eum procuratorem posse litem perficere, qui ad agendum datus est. Non obst. cont. Procurator enim iudicialis, cum extraiudiciali nihil commune habet procurator ad iudicia, post litem contestatã alium procuratorem dare potest. l. nulla. C. de procuratorib. ante non, l. quod quis. eodem. nisi in rem suam datus fuerit. l. illam. C. de donatio. vel à domino mandatum habuerit de substituendo. l. item. §. decuriones. quod cuiusque vniuersi. Procurator vero ad negocia, alium potest libere & quandocunque dare, cui sufficit decimumoctauum annum attigisse: ad iudicia vero, vigesimumquintum. l. si procuratorem. §. si quis. ff. manda.

21 † Probauimus eum in insulam relegare non posse, qui ius capitis habet. Intelligas, si insula in finibus suę iurisdictionis non sit. glo. rube. ff. de his qui in exil. dati sunt. libro 10. C. Pronunciet tamen se in insulam relegare, deinde petat à principe, vt damnato insulam assignet.

22 † Dictum est, eum posse criminaliter cognoscere, qui iurisdictionem in ciuilibus habet. Quod in legato speciale est, partim quod sibi limitata fuisset iurisdictio, partim etiam quod nemo possit gladij potestatẽ sibi datam, in alium transferre. l. nemo potest. de regu. iur. l. solẽt. de offi. proconsul.

23 † Dictum est, iudicem posse absoluere, non condemnare. Hoc authoritate iuris non defenditur, vt infra.

24 † Postremò, quod diximus, ita demum consequentia iudici inesse, si exprimantur: hoc verum est, quando antecedens sine consequenti esse potest. l. neque. C. de probatio. l. ante. si serui. vend.

25 EXCEPTIO. † Dictum est, neminem posse gladij potestatem sibi datam, ad alium transferre. Hæc sententia vera est, quando quis ab alio, quã à principe, delegatur. Qui ius capitis sibi à populo datum,

in alium transferre potest.l.à iudice.C.de iudi.Philip. Fran.c.cum causam col.5.ver.decimo & vltimo.de appel.in authen.

26 † Probauimus proconsulis & legati potestatẽ æqualem.l.cognitio.de offic.eius.Excipitur,quando legati potestas limitata est.l.si quid.de offi.proconsul.vt cum maior animaduersio à legato proconsulis remittenda est.d.l.si quid.vt cum proconsul mandat cognitionem legatis,vt re cognita ad se remittant,vt innocentem ipse liberet.Quod genus mãdati,extraordinarium est. l.solent.ff.de offici. proconsul.

27 ANIMADVERSIO † Salicet.nescio quid Scythichum olfaciat. Ait ipse,delegatum super proprietate,non habere cognitioninem super possessione.l.3.Si à non compe.iudi.ô plumbeum pugionem. Quis enim illud secundum concesserit? Qui enim super proprietate cognoscit,idem super possessione cognoscẽdi ius habet.d.l.nulli C.de iudi.& supra nu.4.

28 †Accur.dict.gloss.manu.glos.4.l.2.vt dig.ord.serue. Bald.l.quoties.C.vbi senat.sentiunt,iudicem absoluere posse,non condemnare. Mouetur Accurs. l.quoties. C.vbi sena. Quem locum offendi non deprauatum, quod ad scripturam attinet,sed deprauate intepretatum:nec à recencioribus tantum,sed ab Accursi.Bald. cæterisque veteribus. Locus est in tit.vbi senat.vel clarissimus. Adscribam verba Imperat.contra viros illustres delinquentes,neminem præterquam ipsi principi,aliquid statuere permittitur.l.quoties.versic.adeo. vt in episcopo delinquente. & illud authenti.vt cleric. apud prop.episco.colum.6.Quem iudex inferior coercere nõ potest,cum nullum in eum imperium habeat, Labeo.extra qui filij sint legi.Quod autem absoluere possit,nusquam meminit lex.Et tamen veritus est Accur.glo.manu.d.§ illud.gloss absoluendo. dict.l. quoties.& reliqui hinc elicere, iudicem absoluere posse. non condemnare. Sit ergo conclusio huiusmodi aduersus insignes errores interpretum, quod is qui potest absoluere,potest condemnare. Et qui non potest condemnare,minus absoluere.capit.accusatus.3.quæstion.6.

29 INTERPRETATIO.† Caius ait,si cui aqua & igni interdictum est,(cui succesit relegatio,l.3 ff ad legem Iuliam.) testamemtum eius quod ante fecit,vel postea fecerit,non valet.l eius.§ j.de testamen.Intellige,si à principe sententia fuerit approbata. Aut ab eo lata,qui infra terminos suæ iurisdictionis insulam habebat. Nam nemo testamenti factionem ante perdit, quàm sententia legitime lata fuerit.l.qui vltimo.ff. de pœn.

MAGISTRATVS VTRVM sibi vel reipubli. stipulari censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus in dubio sibi stipulari censetur. & numero sequenti.*

3 *Creditor pignus vendens,ipse solus euictione tenetur.*

4 *Magistratus nomen officij apponens,eius contemplatione contraxisse videtur.*

5 *Iurisdictio ordinaria, quando in dubio concessa videatur.*

6 *Magistratus in dubio,procuratorio nomine contraxisse videtur.*

7 *Actus vt valeat,interpretandus est.*

8 *Non refert,præcedat mandatum,an ratihabitio sequatur.*

9 *Magistratus quando contemplatione officij contraxisse dicatur.*

Quæstio 5.

1 MAGISTRATVS† contrahendo,sibi, non autem Reipu.stipulari censetur. Cum enim ad positionem alicuius actus,nõ sequatur positio alicuius contractus,vel quasi contractus,qui ab ipso actu possit esse remotus & separatus,l.pro herede. ff.de acqui.here.& officium magistratus,cum contractibus qui ab ipsis fiunt,nihil cõmune habeat: merito simpliciter stipulãdo,sibi tantũ stipulari videtur.l.si stipulatus fuero.la 5.§.Chrysogonus.in fi.de verb.oblig.

2 †Præterea,si quis mandauit alteri,vt centũ Caio crederet,licet Caius eadem mandatori soluat,non tamen liberatur. Magis enim creditor suo nomine stipulatus videtur.l.Papinianus.l.si filiusfa.ff mand.ita etiã si magistratus contemplatione officij contraxisse non expresserit,priuato nomine contraxisse videbitur.

3 † Tertiò,creditor qui pignus vendidit, ipse solus,nõ autẽ debitor,euictione tenetur.l j.& l 2.C.cred. euict. pig.non habere.Ita etiam qui cum magistratu contraxerunt,contra eosdem tantum ipsis actio cõpetit.l.qui seruum.& §.nisi.ff.de interrog.action.

4 CONTRA.† Si magistratus in cõtractu officij nomen apponat,eius contemplatione contractus factus esse creditur.l.fi.ff.de insti.act.Ergo tunc neq; sibi,neq; in eum actio competit.

†Præterea,cum iurisdictio non in re certa,sed in genere conceditur,in dubio censetur cõcessa iurisdictio ordinaria.l.j.in prin.& § cum vrbem ff.de offic.præfe. vrb.l.fi.ibi,qui vel certe.C.vbi & apud quem. auth.habita.ne fil.pro patre.arg.l.certarũ.de testa. tut.Merito magistratus contrahendo,in factum excipere poterũt. l.qui seruum.§.nisi.ff.de interro.act.quasi non authoritate propria, sed ex potestate sibi concessa contraxerint,arg.l.j.in prin.de exerci.act.l.fi.ff.de instit. action. Qui enim mandatam iurisdictionem suscipit, propriũ nihil habet,sed eius qui mãdauit,iurisdictione vtitur. l.j.§ qui.de offi.eius.l.j.§.damus.de suspect.tut.l.solẽt. de iurisd.om.iudic.Hinc vulgatus ille versiculus, Qui per alium facit,per seipsum facere videtur.l.j.§. deiecisse.de vi & vi arma.

6 †Tertiò,licet authoritate publica,vel eorum nomine,à quibus magistratus potestatem acceperit,se contraxisse non exprimat:procuratoris tamen nomine id se facere præsumitur.l.post dotẽ.& ibi Ias.nu.60.ff sol. mat.Ad similitudinem patris,nomine filiæ stipulantis. arg.d.l.post dotem Ergo etiã si officij & dignitatis nomen magistratus non exprimat,intelligendum erit authoritate Reipu.& contemplatione offi.contraxisse.§. cúmq; in j.consti.insti.l j § omnia.C.de vete.iur.enucle.A Ripa,rubric.de constit.num.13.& c.cum aliquibus.de rescrip.in 6.

7 † Quartò,cum actus interpretandus sit,vt quantum fieri possit,valeat.l.quoties.ff.de reb.dub.l. quoties.s. de verb.obli l.3.de mili testa. meliore via vtendo, quo cautius res agatur,authoritate publica contraxisse dicemus.c.nisi.ver.pro bono.extra.de præbendis.

8 †Quintò,non refert,præcedat mandatum,an ratihabitio sequatur.l.ratihabitionem.de regu iur.in 6.vt in non vero procuratore.l.vero.ff.de sol. Et in filiofa.l fi. C.ad Maced.Ergo si Resp.gesta per magistratum quãdocunq; rata habeat,eadem nominatim sibi iniuncta videbuntur.l.ei qui.in fin C.quod cum eo.Et ideo ipsa remanet obligata,non autem magistratus priuato nomine.l.hoc iure.ff.de dona.arg.l.cum post.§ j.de adm. tut.Et contra eandem tantum actio competit.c.in causis §.quia vero.extra.de elect.

9 CONCLVSIO. † Quando magistratus Reipub. nomine contrahit,& nomen officij sui, & pro vtilitate publica idipsum se gerere dicit.cap.pręterea.de officio delegat.tunc in rempubl.actio competit.l.si ego. ff. quod vi aut clam,dummodo mandati fines non excesserit,

cesserit.argu.l.cum post.§.j ff de admi.tut.Sicut de facto socij dicimus,quod societati non nocet, si eius contéplatione factum,protestatu, non fuerit.l.si vnus.§.j.ff. pro socio.Et cum his,simul ad cõtraria responsum sit.

EXECVTIO SENTENTIAE quando præscribatur.

SVMMARIVM.

1 *Factum iudicis & contrahentium æquiparatur.*
2 *Consuetudines decennio inducuntur.*
3 *Executio rei iudicatæ,quadraginta annis præscribitur.& num.5.*
Sententia quando in rem iudicatam transeat. eodẽ.
4 *Lis si 30.ann.cessauerit,præscribitur.*
5 *Omnes actiones triginta annis præscribuntur.*

Quæstio 6.

1 FACTVM† iudicis & cõtrahentium cum æquiparetur,l.j.ff in caus.iud.pig.ca.facta auté contrahentium non sint perpetua:quia aut partium consensu,aut diuturno silentio extinguuntur. Ita perimitur ius executionis rei iudicatæ,per diuturnam taciturnitatem.

2 †Et quemadmodum mores & consuetudines decennio inducuntur,§.ex non scripto.glo.diuturni.institu. de iure natu.Ita etiam res iudicata decennio præscribetur.Omnes enim actiones,his finibus terminari solent.§.j instit.de vsucap.

3 CONTRA.† Executio rei iudicatæ, non nisi quadraginta annis præscribitur.Io.And.in addit ad Spec. incip.§.seq.contra tit.de execu.senté.§.postremo. Bal. l.debitori.col.fi.C.de pact.Transit autem sententia in rem iudicatam,post decem dies latæ sententiæ.2.q.j.c. sicut fine.l.cum reis. C.de pœn.c.quod ad consultationem.extra.de senten.& re iudicata.

4 †Idem dicendum.si lis inchoata,per quadraginta annos cessauerit:actio enim spatio quadraginta annorũ, quia eam aduersarius persequi destiterit, præscribitur.l fi.de præscrip.30.annorum.

5 CONCLVSIO.†Cùm omnes actiones, quæ minori tempore non sunt limitatæ,triginta annorũ præscriptione tollantur Bald.d.l.debitori.Salic.l. sicut.C. de præscript.30.ann.executio rei iudicatæ iisdem finibus præscribetur.

CIVILIS CAVSA VTRVM cum criminali concurrere possit.

SVMMARIVM.

1 *Causarum criminalium & ciuilium differentia.*
2 *Pro iniuria illata,& ciuiliter & criminaliter agi potest.*
3 *Delata querela fisco,omne ius remissum censetur.*
4 *Multæ actiones simul non intentandæ.*
5 *Quando ciuiliter & criminaliter agere possimus,& quando non.*

Quæstio 7.

1 CRIMINALES causas cum ciuilibus nihil cõmune habere,certum est Infra biennium criminales causæ expediuntur,l.fi.C.vt infra cert.tẽp. Ciuiles,triennij metam postulant, cùm frequentiores fint.l.liberam.ff.de lib.leg.Criminales, conclusionem non postulant,nec vitiatur libellus,conclusione omissa.l.nec exemplũ.C. de fal.capit. libellus.de accu. Ciuiles verò postulãt,l.edita.C.de eden.In criminalibus, fisco concluditur.l.agraria.ff.de term.amo.l.licitatio. § quod illicitè.ff.de publ.In ciuilibus, parti.d.l.agraria.& d.§.quod illicite.Qui criminis alicuius arguuntur,nullam habent aram,nullúmve asylum.vt sunt publici latrones.22 q.4.c.sicut antiquitus.c.inter. extra de immu.eccle.Homicidæ,adulteri,virginũ raptores, tributorum exactores.Fiscalium enim ratio.& militibus & priuatis,ipsisque ædibus & cunctæ Reip.vtilis & necessaria est.Quibus meritò omne auxilium denegatur.§.neq:.auth.de mand.prin.col.3.Nec datum,seruandum est.Non enim poterunt legem implorare,quã contempserunt.l.auxilium.ff.de mino.In ciuilibus nihil istorũ Non enim permissum est,ad sacras ædes cõfugientes abducere Quisque aliter fecerint,magistratum lædunt.l.2.C.de his qui ad ęccle.confug.In ius tamen vocari poterunt,vt videlicet moneantur, coram suo iudice comparere.

2 †Postremò,ad coërcendam improborum audaciam prospectum est, vt ciuiliter & criminaliter simul pro iniuria illata agi possit.l licitatio.§.quod illicitè.ff.de public.Et ita partim parti læsæ,quãti sua interest,partim fisco.cuius finis est,peccati vltio ad vindictam publicam.l.agraria.ff de term.amot. condemnatur reus. Cùm igitur iustum hoc sit iudicium,c.tuæ.in fine. extra.de procurato.dicto §.quod illicitè.vtrunque simul intentari poterit.

3 CONTRA.† Cùm quis defert querelam fisco, censetur eidem omne ius remisisse Quia cùm iniuriarum actio tendat ad meram vindictam,l.cùm emãcipati.§. emancipatus ff.de collat.bonor.accusando criminaliter,excluditur ciuilis persequutio iniuriæ.l.si pupill°. §.videamus.ff.de nego.gest.l.sed si vnus.§.si ante iudicem.vbi Bar.& Alex ff.de iniur.Sicut & ciuiliter agendo,actionem criminalem deinde intentare non licet. l.interdum & ibi Bar.ff.de pub.iudi.l j.ff.de vi bon. rapto.§.quoties.l.nemo potest mutare.ff.de regul.iur.

4 †Præterea cùm multæ actiones pro vna & eadem re non sint cumulandæ, posito quòd ciuilis omnino exclusa non sit, tamen donec sopita & decisa criminali causa,ciuilis persequutio suspendenda est. Vna enim præoccupata,alteri nocet.l.prætor edixit.§. si dicatur, in prin.vbi docto ff.de iniur.l j C quando ciui.act.

5 CONCLVSIO. †verum est,quod delata querela fisco,ciuilis persecutio excluditur:nisi delator protestatus fuerit,quod saluum sibi maneat ius agendi ciuiliter pro iniuria & interesse:Angelus in tractat. malefic.versicu ad querelam.nume.94 Porro ante rem iudicatam,vna per alteram non tollitur.l.prima.C.quando ciuil.Per sententiam autem tollitur,quia iudex iniuriam vendicasse censetur.d.§.si ante.c.at si clerici.in fin.extra.de iudi.l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.

QVI CONSILIVM DAT, an teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in tormentis facta,facit semiplenam probationem.*
2 *Qui consilium dat,non tenetur.*
3 *Fur non est,qui consilium fugiendi seruo dat., & nu. 9.& num.14.*
4 *Consilium non cogit.*
5 *Proxeneta an ex consilio obligetur.& nu.16.*
6 *Consilium rei turpis,consilium non est. & nu.17.*
7 *Locator an teneatur pro culpa conductoris.*
8 *Qui consilium & opem fert,reus est.*
9 *Qui tantum consilium dedit,tenetur.*
10 *Ex consilio quod effectum non sortitur,obligamur.& num.6.18.*
11 *Consilium vel opem quando quis dare videatur.*
12 *Consilium quid.*

13 *Ex consilio quando quis obligetur, & quando non. & num. 18.*

15 *Ex bono consilio, ex quo inde malum nascitur, nulla actio est.*

16 *Doli actio perpetua.*

18 *Quando quis ex solo consilio obligetur, & quando nõ.*

19 *Delictum an statim post cõsilium commissum fuit, necne, multum interest.*

20 *Qui minus deliquit, quàm consilium datum sit, an qui consilium dedit, teneatur.*

21 *Qui prius deliquit, quàm cõsilium datum sit, an qui consilium dedit, teneatur.*

22 *Pœna eius qui consulit, & qui delictum committit, an sit eadem. & num. 27.*

23 *Quod per alium facio, per meipsum facere videor.*

24 *Pœna falsi testis, aut periuri, vel eius qui consilium dedit, ut falsum diceret.*

25 *Accusatorem quæ deceant.*

26 *Quando, tametsi mandatum cõsiliumq́ meum præcedat, non obliger.*

Quæstio 8.

CVM quidam in manifesto corrupti crimine depræhensi & cóuicti & capitis postulati fuissent, hi Tenedij tibicines Matthæum Armandum, virum summa vitæ innocentia integritatéq;, grauiter & inique sceleris participem fuisse, idq; consilio cuiusdã Phrygiondæ, vel Ballionis aduersarij sui, asserebât. Quẽ grauamus actione calumniæ, & intendimus legẽ Rhẽmiam, quæ dictat, vt qui crimen intendit, quod probare non possit, pœnam ferat, quam laturus erat reus, si conuictus fuisset l. j. ff. ad Turpil. Hic licet constanter ac nulla animi perturbatione in iudicium apparuisset, tamen scelere & crudelitate aduersarium, in eculeo ac summo cruciatu à iudicibus iniectus est, vt si quid de furto sentiret, id totum exprimeret. Is vero homo impurissimus quò Matthæi caput atrocius impugnaret, magnas cũ illo amicitias à primis vsq; annis iudici retulit. Sed posteaquã summo corporis inter malleum & incudem cruciatu, ac omni arte inuestigandi percontati fuissent, nullam in eo suspicionem non modò non viderunt, sed nec suspicari quidem potuerũt. Reliqua adhuc maiora intelligemus, quibus tandem facilius statuemus, quid de homine illo, qui in matthæum fallaciam intendebat, iudicare conueniret. Ego hac semper opinione tractus fui, vt qui nihil commiserit, nullam pœnam timere debeat. Nam videt optimam sibi conscientiam inesse, qua se contra omnes insidias atque vim defendi posse arbitratur. Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti possit. Qui licet nullum in causis patronum, aut defensorem obtinuisset, veritas tamen ipsa ex se defenditur. Dij immortales, quãto robore atq; animi magnitudine is semper extiterit. Alter fuit M. Didus homo sane nobilissimus, qui cum accusaretur Drusum hominem sapientissimũ interfecisse: quo vult, qua claritate in iudicium apparuit? Alter fuit L. Castritius vir fortissimus atque integerrimus, qui priusquam in iudicium vocaretur, coram senatu comparuit. Alter fuit Popilius clarissimus atque sapientissimus vir. Qui cum grauissimis accusationibus à quibusdam pessimis hominibus diffamatus fuisset, ad eius defensionem præstò aduolauit. Alter fuit Marius, homo nobilissimus, qui cum à senatu ex vrbe repulsus fuisset, ea quæ in ipsum falso ficta & cõflata fuerant, deuoluere voluit: quia sine scelere, sine crimine esse intelligebat. Sperabâtque plus veritatem, quàm multorũ inuidiam posse debere. Accusatores multos in ciuitate habere, vtile est: vt metu
coerceatur audacia. Veruntamen hoc ita vtile est, vt ne
plane illudamur ab accusatoribus, vt certe Matthæus
fuit.
1 †Qui in tormenta coniectus, tametsi innoxius, confes
sus est. Quę confessio semiplenam probationem facit.
gloss. confiterit. l. si quis. C. de custo reo. Cæterum rei
criminis, qui cum inique aduersarij consilio accusaue
2 rant, suam accusationem reuocarunt. † Qui propterea
in aliquo non tenebitur, quod consilium dederit. l. 2. in fi.
ff. manda. §. tus. instit. eod.
3 †Qui seruo persuasit, vt fugeret, fur non est. l. qui ser-
uo. ff. de furtis. Non enim qui malum consilium dedit,
furtum facit. Non magis quàm si quis alteri persuase-
rit, vt se præcipitaret, aut manus sibi inferret: hęc enim
furti non admittunt actionem. Et ideo qui nullam
opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum con
silium dedit, aut qui hortatus est ad furtum faciendũ,
furti non tenetur. §. certe. institut. de obligation. quæ
ex delict.
4 †Consilium enim non cogit. l. j. ff. de inofficio. testam.
l. is qui. ff. de rei vendi. l. pact. ff. de transaction. l. age. C.
de transact.
5 †Tertiò, si proxeneta interuenerit, faciendi nominis
causa, quasi mandator non tenetur. l. 2. ff. de proxenet.
6 †Quartò, si consilium dederit quis, vt conuicium al-
teri fiat, non tamen factum sit, non tenetur. l. si remune
randi. §. rei turpis. ff. manda. l. item apud. § si curauerit.
ff. de iniuriis.
7 CONTRA. † Si hominem locaueris, vt nouas vi-
tes poneret, & lapides ab eodẽ sublatos, in vicini præ-
dium proiecerit: si tuo consilio factum sit, interdicto,
quod vi aut clam, teneberis. l. semper § j. ff. quod vi aut
clam. §. j. authent. vt omnes obed. iudicib. prouin. col. 5.
& ibi Ange. de Vbal.
8 † Præterea, cùm Titio honesto viro pecuniam crede-
re vellem, subiecisti alium mihi Titium egenum, quasi
ille esset locuples, & nummos acceptos cum eo diuisi-
sti: furti teneberis, quasi ope tua, consilióq; tuo factum
sit. l. si quis vxori. § cum Titio. ff. de furtis. l. qui seruo. §.
j. ff. de ser. corrup. Idem dicendum, si quis vxori res ma
riti subtrahenti, opem & consilium accommodauerit,
furti enim tenetur. l. sed & si. § seruus. l. si quis vxori. in
prin. ff. de iniur. vxor vero rerum amotarum. l. si rem. ff.
de act. rer. amot. Dolo enim malo non tantum is facit,
qui accepit, verum etiam qui consilium dedit, l. 2. §. do-
lo autem. ff. de vi bo. rap.
9 †Tertiò, qui tantum consilium dedit, tenetur: vt si cõ
silio mandatóque meo facta fuerit alicui iniuria, iniu-
riarum tenebor. l. non solum. & §. si mandato. & ibi Bar
tolus. ff. de iniuriis. Et ideo non tantum is iniuriarum
tenetur, qui iniuriam facit, hoc est, qui percussit, verũ
etiam qui consilium dedit § pen. instit. de iniur. l. non
solum. eod. Qui enim occasionem damni dat, damnum
dedisse videtur. l. supra iter. §. Cassius. in fin. ff. de aqua
plu. arcen.
Quartò, si quis seruo persuaserit, vt chirographum
debitorum corrumpat: non tantum furti, verum etiam
serui corrupti tenebitur. l. Neratius. §. qui seruo. ff. de
ser. cor. Idem dicendum si alicui persuasero, vt arborẽ
ascenderet, vel in puteum descenderet, & ceciderit, &
aliqua corporis parte lędatur, vel moriatur: vtilis actio
in me danda est. § cæterum. instit. de iniur.
10 †Quintò, qui solicitat alienas interturbare nuptias
seu consilium dat: & si effectu sceleris potitus non fue-
rit, tamen propter voluntatem perniciosæ libidinis, ex
tra ordinem punitur. l. j. ff. de extraordina. crimin. C. si
quacunque prædi. po toto titulo. Idem dicendum, si
quis ad instruendas in principem incidias, consilũ de-
derit. Eadem enim seueritate voluntas sceleris, qua ef-
fectus punitur. cap. si quis cum militibus. 2. quęstion. j.
Idem si quis ambulauerit, hominis necandi causa: non
enim minus punitur, quàm si hominem occidisset. l. is
qui.

qui.1.C.ad legem Corn.de sicar. Quam sententiam in eo qui alterum veneno necare voluerit, intellexerim: In eum vero qui telo, secus est. Non enim aliter in eũ actio datur, quàm si facinus peregerit:l.j § j.ff. quod quisque iur. Præpo.c.proposuisti.ver.non.ex tex.ibi, ipso actu.de appel.ext.in authent.

11 CONCLVSIO. †Si cõsilium fraudulentum non fuerit, nemo obligatur:l.consilij.ff.de regulis iuris. Nã sicut sine dolo malo nemo furtum facit: ita nec consilium, vel opem sine dolo malo ferre potest.l.furti.§.recte.ff.de furtis. Et ideo si dolus & calliditas intercesserit, de dolo actio competit. dicta l.consilij Sicque consilium quandoque in bonam, quandoque in malã partem sumitur gloss.suasionibus.§.cúmque.in proœ. institut. Et ideo licet quis ex consilio non teneatur, si tamen dolus & fraus intercesserit, & effectus subsequatur, tenebitur.

12 SOLVTIO. †Pro solutione cõtrariorum, præfari imprimis necesse est, quando quis consilium vel opem dare videatur. Consilium dat, qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum.l. in furti.§.consilium.ff.de furt. Opem fert, qui ministeriũ atque adiumentum ad surripiendas res præbet.§. opẽ. eod. Opem autem & consilium fert, non solum si idcirco consulat, ad delinquendum, verum etiam si inimicitiarum tantum causa fecerit.§. ope eod. Similiter ope & consilio eius furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras, vel ostium effringit, vt alius furtum faceret.§.ope.institu.de obligation.quę ex delict. Et ideo alium est factum eius qui ope, aliud eius qui consilio deliqui.l.sæpe.§.itẽ. de verb or.signifi.

13 †Itaque videamus, nullísne notis dicti deprahendere possimus, vtrum consilij vim habeat constitutio, an pręcepti. Cum nihil audis, nisi, hortamur, Ordinamus, Mandamus, consilium est: Cùm audis, Iubemus, Districtè præcipimus, præsertim si accedant minæ, præceptũ est. Quando quod consulitur, priuatam vtilitatem respicit, consilium est, sin publicam, præceptum. Dominus cum ait, Nolite omnino iurare: Num quenuis iurantem obnoxium facit gehennę? Non arbitror. Cõsilium enim est, non præceptum. Perspicio vicinum meum proximum esse periculo, & arreptum clam admoneo, vt sese subducat ab ebriosorum & aleatorum commercio: ille monitorem aspernatus, perditius incipit viuere, quàm antea, num hic illum obstringit admonitio? Videtur quidem certè. Igitur neque consulẽdo, neque exhortando fugimus laqueum. At istud vnde mihi liquet, cùm vix aliud accuratius, aut seuerius interdixerit, quam ne iuremus. Discemus à doctorib^9. Et Paulus cum dat consilium, non obligat ad gehennam: quia non vult iniicere laqueum infirmis. Est igitur in manu condentis legem, obstringere ad gehennam, aut non obstringere. Et sanctum est cauere, ne quibuslibet constitutionibus illaqueamus imbeciles. Noli furari, præceptum est: Nolli omnino resistere malo, consilium est. Ad hoc posterius magis habet speciem præcepti, quàm illud prius. Hoc est præfectis in manu, vtrum velint esse præceptum, quod instituunt, an consilium. Etenim qui non vult sua constitutione quenquam ad vllum crimen adstringere: nimirum vult eam esse consilium, non præceptum. Sed non expedit hoc scire vulgus, ne protinus clamitent esse consilium, quod seruare non libet. Vt si minori, vel mulieri bona sua alienare prohibeatur: licet hoc consiliũ priuatam vtilitatem respiciat, & nimirum alienare possint. Castren.l.legis.numer.6.in fine.ff.de legibus. non tamen ipsis patefaciendum est. Cæterum quod ad rem præsentem attinet, quomodocunque appellemus eum qui consulit, nihil interest. Nam siue mandator, siue persuasor, siue consultor, pro eodem accipi solet. Bartol.in l.non solum.§.si mandato.ibi, venio.ff.de iniur.

Qui quando ex consilio obligetur, & quando non, videndum est.

14 †Dictum est, eum nõ teneri, qui seruo consilium dedit, vt fugeret. Postea contra. Prima locum habet, quãdo consilium non fuit executioni mandatum. In altera sic. Hoc enim iure vtimur, vt opem tulisse, & consilium dedisse tum demum noceat, cum effectus & contrectatio subsequuta est l. si quis vxori.§. quare.ff. de furt. Ideoque licet is qui consilium dat, non teneatur: si tamen ex consilio delictum subsequutum sit, tenebitur.§.sed & si in fi.l.qui seruo.ff.de fur.

15 †Sed quia bonum consilium quis dando, potest suadere malum.l.prima.§.persuadere.ff.de ser.corru. Ideo adiicitur, qui dolo malo consilium dat, tenetur. dicto §.persuadere. Hinc est, quod non tãtum is iniuriarum tenetur, qui iniuriam fecit, hoc est, qui percusit: verum ille quoque, qui dolo fecit, vel qui curauit, vt cui mala pugno percuteretur.l.non solum.ff. de iniur.

16 †Proxeneta, licet non teneatur, tamen si dolo & calliditate creditorem circunuenerit, de dolo tenebitur. Et si cum sciret quempiam facultatibus labi, sui lucri gratia ipsum falso laudauerit, de dolo in eum iudicium dandum est: l.quod si cum scires. ff.de dolo.

17 †Quod dictum est, ex turpi consilio nullam actionem dari: Turpe consilium, nullum est, vt actionem pariat ei qui consulitur. Et tamen parit, in cuius perniciẽ cõsulitur.§.Proculus.l.non solum.ff.de iniur.

18 †Ex consilio quod effectum suum sortitum non est, si atrox delictum sit, perinde tenetur is qui consulit. ac si delictum & facinus executum fuisset.l.j.ff.de extraor.cri.Bar.l.non solum.§.si mandato.col.1.ibi. Sed gratia.ff de iniur. Quòd si leue delictum, secus est.l.item apud.§.si curauerit.ff.de iniur.

19 †Præterea multum refert, vtrum longo temporis interuallo post datum consilium, delictum commissum fuerit. Immo quandocunque tenebitur, nisi tacite vel expresse fuerit reuocatum. Innocen.cap.ad audientiã extra.de homicid. Sufficit autem, cum aduersario beneuolentiam conciliasse.l.4.ff.de adimend. legat. Castren. sancimus.C.de testamen. Bartol.l.qui alienam.§. is putat.ff.de acquir.heredit. Cautius tamen fiet, si cui mandauerat, vt delictum perpetraret, significet vt desistat. Innocen.d.ca ad audientiam. Bald.l.mandatum. C.manda glos.cap.si sacerdos extr.de offic.ordina.& gloss.detrahant clemen.j.de priuil.

20 †Quòd si aliter delinquatur, quàm consilium datum sit, licet dicendum videatur, non teneri eum, qui consulit: tamen quia qui mandat sequentia, mandat quoque præcedentia, quæ sunt ad illa accessoria.l.ad rem.ff.de procur. nihilominùs tenebitur.l.iam.§.quid tamen.ff.iud.sol.

21 †Quid si multo grauiùs delinquat, quàm consilium datum sit? Vt si tibi mandauero, vt vulnus in Titium incuteres, non tamen occideret. Quia quodlibet vulnus, quantumcunque modicum, mortale est: meritò si moriatur, etiam qui consilium dedit, tenebitur. c.fina. de homicid.lib.6.l.non solùm.& §.si mandato.ff.de iniur.§.non solum.Instit.eod.

22 †Pœnæ autem diuersę statuendæ erunt: Ias.l.si quis id quod nu.2.ff.de iuris.om.iud. Cùm enim qui plus deliquit, plus puniatur.l.quicunque.C.de seruitu.fug. Plus autem delinquat, qui facinus committit, quàm qui consilium dat: ergo grauiùs puniendus.l.respiciendum.j.l.aut facta.§.qualitate.ff.de pœnit. capitu. sicut dignum.extr.de homicid.capitu.5.de sentent.excommu. Et ideo qui consilium dedit, actione prætoriæ qui facit, lege Cornelia tenetur gloss.j.d.l.non solùm. Immò cùm par vtriusque delictum sit, eadem actione conueniuntur, similique pœna plectuntur.l. non solùm. C. de accusatio. Hippol.l.quæstionis ha-

bendæ.num 16.ff.de quæst.l.de vnoquoq;.num.36.ff.de re iudic.Cur enim diuersam pœnam statueremus, cũ censeatur delictum commisisse, qui cõsuluit:l.1.§.de decisse.§.quoties.l.3.§ cum procurator.ff.de vi & vi arm. l.hoc iure.§ 1.ff.de reg.iuris.Patet in interdicto,quod vi aut clam.

23 †Nam siue ego fecerim,siue fieri iussi, hoc interdicto tenebor.l.aut qui.in fine ff.quod vi aut clam.Similiter cum dicimus,ex adulterio commisso,neminẽ impunitum euasurum:l.hæc verba.ff.ad legem Iuliam.de adulter.Quod edictum & ad eum qui suasit,& ad eum qui stuprum vel adulterium commisit,pertinet.dicta l. hæc verba.Patet in eo,cuius mandato tutela gesta est. Nam etiam ipsemet gessisse videtur, qui mandauit:l.ita.§.gessisse.ff.de admin.tut.Et conuicium fecisse nõ tantum is videtur,qui vociferatus est: verum is quoq; qui cõcitauit alios,vt vociferarentur.l.item.§.fecisse. ff.de iniur.Et iudicium quod datur in eum, qui edictũ prætoris corruperit,etiam in eum locum habet, qui mandauit vt corrumperetur.l.si quis §.fin.de iurisdic. omn.iudicum.

24 ¶†Postremo,qui falsum testimonium dolo malo dixerunt,quo Matthæus publico iudicio capitalis rei dãnaretur,vltimo supplicia damnandi sunt.13. quæstion. 5.c.rex.cum glossa 1.§.1.ff.de sicar.l.si quis maior.C. de de transa.quæ pœna talionis est Falsus igitur homicidij testis,vt homicida,lege Cor.de falsis.punitur.Bald. c.1.§.iniuria.de pace iur.fir.Ias.§.item si quis.de actio. §.pœna autem iniuriarum.c.In veteri testamento ita scriptum est,Si fuerit testis mendax,reddet ei sicut fratri suo facere cogitauit.Deuter.c.19. Non misereberis eius,sed animam pro anima,dentem pro dente, oculũ pro oculo,manum pro manu ,pedem pro pede exiges, dicto cap.19.Eadem in eo statuenda sunt, qui efficit vt alius falsum diceret:v.quæstio.6.c.quia iuxta patrum. Proinde in contractibus qui falsum testimonium dicit,infamia notatur:c.quicunque.6.q.1.Deũmque tantum vltorem habet:l.2.C.de rebus credi.Immo virgis cædendus est:l.si duo.in fi.ff.de iureiurã.Quibuscunq; priuilegiis non obstantibus,l.nullum penitus.C.de testi.Actoris quoque non probantis calumnia. etiam criminaliter coercenda est.l.qui calumniatores.C.de calum.Sententia vero in reum lata,rescinditur.l. falsam. C.de fal.instru.

25 †Proinde actor ne pœnam possit euadere,vt se subscribat necesse est. Alioqui accusatio nõ recipitur,l.nõ prius quenquam.C.de cal.c.qualiter.2 §.verum. extra. de accu.Deinde talionis pœnam stipulari debet, & fideiussorem de prosequenda lite dabit.Quam si nõ fuerit prosequutus,mouendus est,& extra ordinem puniẽdus.l.fi.ff de furt.Temeritas enim agentium,etiam extraordinaria animaduersione coercenda est.l. qui crimen.C.de his qui accus.non pos.l.si vteris instrumento.de fide instru.

26 SINGVLARE.†Si tibi mãdauero,vt nouũ opus faceres,tu alteri:non potest videri meo iussu factũ.Teneberis ergo & tu,& ille.l.si ego. ff. quod vi aut clam. Bal.l.1.§ fin autem circa fin.C.de cadu.tollen.Hipp.singu.181 Si tibi mando,vt Titium occidas,& tu iam occidisti:non teneor nec ex mandato,nec ex aliqua ratiõe. Ias.l.quo minus.num.133.ff.de flumin.Hinc est, quod si colonus fundum locauerit,res posterioris cõductoris domino non obligantur,sed fructus duntaxat:l.si in lege.§.colonus ff loca.

27 ANIMADVERSIO. †Accursius gloss.l. non solum . ff.de iniuriis. cum diuersam in consulentem, & in delictum committẽtem pœnam statuit,falsus est. Nec probat § illud l.lex Cornel.ff.de iniuriis. Quem tamen vt pro virili defendamus,dicendum est,eũ furti manifesti puniendum,qui in furto depræhenditur. Qui autem consilium dedit, non autem deprehenditur,furti nec manifesti tenetur:l.is qui opem.ff.de fur.

IN IVDICIIS QVI TACET, vtrum consentire videatur.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas in iudicio consensum operatur.*
2 *Heres in iudicio interrogatus,si taceat,requiescit in terrogationi.& nu.14.29.*
3 *Creditor in iudicio tacens, consentire videtur.13.20. 24.29.30.*
4 *Consentit,qui non contradicit: vt in dato aduocato. 11.19.& sequen.26.*
5 *Clericus quando laici iudicium subire possit.*
6 *Sententia scientibus & tacentibus partibus lata,consensum inducit.20.*
7 *Debitoris taciturnitas quando consensum inducat: 17.20.*
8 *Mariti, aut emptoris taciturnitas,quatenus sibi noceat.*
9 *Illegitimè interrogatus,tametsi taceat,non cõsentit.*
10 *Tacens quando depositionibus testium non cõsentiat. 8.26.27.*
11 *Qui vni iudiciali actui tacitè consentit,in cæteris cõsensum non arguit.*
12 *Arbiter,vel aduocatus deputatus, tacendo non consentit,25.*
15 *Sententia quatenus retractari possit.18.*
16 *Tacens quando habeatur pro consentiente, & quando non.28.*
17 *Siue agatur de damno,siue de commodo nostro, tacẽdo consentire videmur.*
18 *Taciturnitas eius qui scit,consensum operatur.*
19 *Tacens & præsens,consentire videtur.*
20 *Tacens sponte,consentit.& nu.14.*
21 *Filius tacendo,an consentire videatur.*
22 *Tacens dolosè,consentit.*
23 *Qui delictum permittit,ipsemet delinquit.31.*
27 *Exceptiones illegitimæ quatenus in iudicio admittãtur.num.10.*
29 *Dominus permittẽs vasallo rem emphyteuticariam alienare,an donare præsumatur.*

Quæstio 9.

QVAEDAM olim erant senatusconsulta, quæ tacita appellabantur:vt si forte aliqua vis immineret, quæ cogeret senatum humilia consilia capere,vel aliqua constituere, quæ prius non oportet dici,quàm effici:vel si nollent ad neminem aliqua peruenire, senatusconsultum tacitum fiebat,ita vt non scribæ,non cẽsuales, illis actionibus interessent,senatoribus exceptis.Qui omnium censualium,scribarúmque officium implebant,ne quid forte proderetur. author Capitolinus in Gordiano. Huius senatusconsulti,opinor,Pontif.meminit in capitu. 2.distinction.43. Profectos admonens, vt in silentio prudentes.In sermone vtiles & callidi sint: ne aut tacenda proferant,aut taceant vbi non est locus. Nam qui verba effundit,perinde notatur ac si taceret, dum loqui conuenit Mediocritas igitur omnibus in rebus seruãda est,maxime taciturnitatis & sermonis.In qua operæpretiũ est,vt neruos oẽs nostros intendamus.

1 †Partem igitur affirmatiuã primò prosequentes, probabimus in iudicio præsentem & tacentem consentire.Angel.l.1.§.Marcel.ff.si cui plus.Ias.l.quæ dotis.nu. 72.solu.mat.

2 †Vt si quis,vtpote heres,in ius vocatur non responderit,

derit,in solidum cõdemnatur.l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interroga.action.Si heres prædia vendiderit, & coheres preciũ acceperit:euictis his.si coheredes præsentes fuerint,nec dissentiant,quisque videtur partem suam vendidisse.l.quidam.ff.de euictio. Et sententia aduersus alterum heredẽ lata, valet.l sæpè.§.sed.ff.de re iudicata.Sua enim taciturnitas & contumacia, con sensus vicem obtinet.l.de ætate §.qui tacuit.ff.de interrog.act.§.fin.45.distinction. Alteri tamen coheredi non agenti,non nocet.l.si pe:itor.in fin ff.de iud.Rub. C.res inter alios acta.Iudici igitur obseruandũ est ne absente eo.cuius causa in iudicium ducitur,sententiam proferat.cap.caueat.3.quæstion.9 Aut saltem vocatus sit.l.si per vim. Possessionis enim status cuiusquam authoritate non aliter immutatur,quàm si is, cu ius interest,præsens fuerit,l.de vno.de re iudi.Aut vocatus nõ cõparuerit,quod plerunq; fit voce præconia.

3 †Vt in distrahendis bonis,qui tertiò iuxta consuetu dinem vocati,si non compareant,pignoris obligationem amittunt.l.si eo tempore.C.de remis.pigno.l.Titius.ff.quibus modis pign.Alienationi enim pignoris tunc creditor consensisse videtur,iúsq; pignoris amittit,cum authoritate iudicis admonitus,tacuerit,ac ius suum persequi neglexerit.C l quæ dotis.numer.12.soluto mat.l.sicut §.voluntate.ff.quib.mod.pign.l.apud. § quæsitum.de doli except.Bald.l.dotalem.solu.matri. l.codicillis §.j.de leg.j.Ias.dicta l.quæ dotis.numer.62. l.si vero §.idem pupillus. manda.l.j.C. quibus res pigno.Innocen.c.j.de his quæ fiunt à maiore parte capi. Abb c.2.col.2.de his quæ fiunt à præla.c.vestra.ad fin. loc.c.fin.colum.2.de feriis.Alexan.d.l.quæ dotis.Anto. Butr.c.cùm omnes.8.col. & c.quæ in ecclesiarum.vlti. col.de constit.

4 †Nam quando præsens contradicendo potuit actũ impedire,tacendo consentire videtur:glos.manifestũ. §.pater.l.fideiusso.2.de pignor. vt si aliquis pro me in iudicio,sine mandato meo, me tamẽ præsente & non contradicente,patrocinetur,volũtate & cõsensu meo causam agit.gloss 3.l quo ff.rem ratam habe.Bal l.cap. ex parte numer.25.de confes.capitul.ex parte. numero 8.de rescrip Hippo.singu.487 Innocen.c.ex parte dec. c.nulli.de rescript.Albe.c.cùm in iure peritus vlt.col. c.cum olim.pen.col.in fin.de procur.in 9.Et qui sciens recipit instrumentum,in quo aduocatus.vel substitutus aduocato cõstituitur.huic muneri sese obstringit. clement.j.de procur.Abb.c.non iniuste.pen.col.Castr. l.si filiusfamil.la 2.num 2.ff ad Mac.l.absenti ff.de pro curato.Cui si cautum fuerit,ex stipulatu actio clienti competit.l.si procurator.ff.de verb.oblig Sicut etiam eidem præiudicat.c.cùm olim.j.versicu.protinus.ext. offi.deleg.vt si aduocatus positionibus ab aduersario sibi factis,iussúsq; à iudice respondere,taceat, seu con tumax est,pro confesso haberi debet.c.2 de cõfes.lib. 5.Ang.auth.hoc amplius.C.de fideicom.Ias.l.quæ dotis.nu.69.in si sol.mat.Imol.l.si se.in prin.ff.de re iudi. Ro.sing.688.Idem dicẽdum,si quis sciens aduocati sui confessionem,incõtinenti non reuocauerit.sibi enim nocet.l.j.C.de erro.aduocat. Nisi fuerit rusticus, qui quandocumque eam reuocare potest.Bal.c.fi.de cõfess. c.si cautum.de fide instru. Si aduocatus mandatum à me sibi datũ,sciente & patiente me,excesserit:idipsum tacite prorogasse videor.Ias.l.quæ dotis num.98.ff.soluto matr.

5 †Præterea,si clericus iudicis non sui iurisdictionem adeat,præsente episcopo & non cõtradicente.videtur episcopus consentire.Abb.c significasti.de foro compet.Io.And.Ant Bur.c L & C.de offi.deleg.

6 †Tertiò quando in sententia continetur litis contestatio recentis confessionibus partium,facta publicatione testium,præstito iuramento de calumnia,cum simi.Si sententia lata sit,partibus præsentibus,& nõ cõtradicentibus,sententia probat acta sic processisse.l.3. & ibi Bal.C.quomo.& quado iud.Ang.§.si instit.de fideius.Bar.l j.vers.vlterius.C.de rela.Cy.authen.si quis in aliquo C.de edend.Cum igitur iudex decernit aliquid parte præsente.cui displicet.ne taceat,sed prouocet:l.fin.C.de senten quæ sine cert quanti. Innocen.c. quod ad consultationem.de re iudic.Ange.de Perus.& Imol.l.ille.§.si de.ff ad Trebel.vel non cõsentiat,quod idem est.l.si quis litig C.de epis.aud.Cui igitur actio, vel defensio alicuius rei competebat,si tacuerit & passus fuerit alium agere,consentire videtur, & res iudicata super eadem re sibi non nocebit.c.pe.extr.de senten.& re iudi.

7 †Vt si debitor patiatur,creditorem pignoris proprietatem distrahere sententia aduersus creditorem lata, nocet,cui de ea re actio vel defensio primum competebat.l.sæpe.versicu.sed.ff.de re iudic. Si pro se fideiubere,vel mandare patiatur debitor, ipsemet fideiussisse, vel mandasse creditur.l.remunerandi.§.si passus.l. qui patitur,ff mand.

8 †Aut maritus si socerum,vel vxorem de propr ietate rei in dotem acceptæ,experiri patiatur: sententia aduersus socerum vel vxorem lata(cui de ea re actio vel defensio primum competebat) nocebit. Quia patientia mariti,consensum inducit. dicto versicul.sed. Si filiusfamilias.mutuo pecunias acceperit, & pater sciẽs taceat,approbasse videtur:l.si filiusfamilias pater.ff ad Macedonian. Aut si emptor venditorem de proprietate rei emptæ agere patiatur,sententia sciente venditore lata,ipsi nocet.dicto ver.sed.Postremo,seruus in iudicio interrogatus,perinde fidem facit,acsi liber esset. l.quæro.in fin ff.de ædilicio edic.l.cùm probatio.ff.de probat.l.j.§.diuus.ff.de quæstio.Ergo in iudicio testis esse poterit.

9 CONTRA.†In iudicio qui tacet,negare videtur. Qui enim illegitime interrogatur,tamet taceat, nunquam consentit:vtputa,lite inter patrem & filium mota,filius interrogatus tacet non tamen consentit, sed perinde habetur,ac si non esset interrogatus.l si filius. ff.de interrog.action.

10 †Deinde,si testis non iuratus, vel alias iuris ordine omisso deponat,licet parte præsente & tacente,ac non contradicente,non tamen cõsentire videtur.Io.Andr. c.nuper.de testi.Ias.l.quæ dotis.nu.107 ff.sol.matr.Tametsi alioqui à cliẽte iusiurandum remitti possit.capi. tuis.de testi gl.l.j.in princ.ff.de feriis. Idem dicẽdum, si seruus me tacente ac non contradicente , in iudicio interrogatur.Cum enim ipso iure nulla sit interrogatio,l.si fine.§.sed si.ff.de interrog.act.non valebit quod actum erit.Seruus enim in iudicio comparere non potest.l.seruus.C.de iudic.

11 †Tertiò,si quis vno iudiciali actui expresse consentit,tacendo & non contradicendo cæteris,eos nihilominus approbasse non creditur.gl.partibus. cle.sæpe. ad fi.de verb.obli.Vt si quis in vno actu coram iudice non suo comparuerit,in aliis iudicium subire non cogitur.Abb c.quoniam.col.fi.de proba.ca.præsentiam. 4 col.de test.fal.d.l.quæ dot.in fi.

12 †Quartò,quoties mea interest aliquid non fieri, tametsi taceam,consentire nõ videor:vt si me quis procuratorem constituat,per taciturnitatẽ acceptasse nõ videor,nisi nominatim approbero.l.filiusfa.§. inuitũ. ff.de procu.Hinc est,ꝙ si in instrumẽto dictum fuerit, Titius constituit procuratorem suum Caium præsentem & intelligentem: non propterea censetur Caius, procuratoris onus suscepisse, nisi expresse acceptauerit.Bal.& Castren.l.inuitus.C.de procura.in compromissario & arbitro idem statuendum est.arg.d.§.inuitum.& clemen.j.de procur.

13 †Quintò,non videtur consentire creditor,si sciente eo debitor pignus vendiderit:cùm ideo passus si venire.ꝙ vbiq; durare pignus intelligeret.l.sicut.§.non videtur.ff.quib.mod.pig.

14 †Postremò, si ex duobus heredibus alter condemnetur, licet cum coherede suo agi scierit, tamen alteri integra defensio est. dicta l. sæpe. in principio, & versi. item. Coheredis enim taciturnitas, consensum non operatur.

15 CONTRA. † Tacens consentire, vel negare non videtur. Sententiæ enim litigantes tacẽtes neq; acquiescere, neque eam per decem dies reprobare videntur. c. anteriorum 2. quæst. 6. l. ad solutionem ff. de re iudi. l. ab eo C. quomodo & quando iudex. Postea taciturnitate eam approbant. § si vero. authen de his qui ingre. ad appella. col. 5. vt à simili de his dicimus, quibus bon. pos. cõpetit. l. j. § ita. ff si tab. nullæ test. ext. Quòd si prætextu falsorum instrumentorum sententia lata fuerit, licet clientuli tacendo consentire, eámque approbare videantur, tamen vsque ad vicesimum annum retractari poterit. ca. cum venerabilis. §. intelleximus. extra. de exception. Possem addere sexenta. hoc enim genere rerum plena sunt omnia.

16 CONCLVSIO. † Ipsum ostij limen pede attingam, si ita res omnis comprehensa sit. Siue agatur de damno, siue de commodo eius qui scit, & præsens est, & non inuitus, nec dolo malo tacet, seu permittit id, quod contradicendo poterat impedire: taciturnitas ipsius consensum operatur. Singula explicemus.

17 † De damno. Nostra enim interesse oportet, vt taciturnitas consensum operetur: Ias. l. quæ dotis. nu. 91. ff. sol. mat. vt in re communi inter fratres ab altero donata. Cæteris enim scientibus & tacentibus valet donatio. l. seruus. ff. de don. inter vir. & vxo. Commodo. vt si patiar aliquem fideiubere pro me, vel aliàs interuenire, mandati teneor. l. si remunerandi. § si passus. l. qui patitur. ff. mandat. Et ideo taciturnitas mea tametsi mihi profutura sit, consensum operabitur. Ias. d. l. quę dotis. num. 70.

18 † Qui scit, vt in sententia, scientibus enim nocet. l. sæpe. versicu. sed. ff. de re iudic. Ignorantis autem deteriorem conditionem facere non licet. l. qui vas. § vetare ff. de vsu. l. 3. C. de remis. pig. l. Caius. ff. de pig. actio.

19 † Præsens. Absenti enim taciturnitas nocere non debet.

20 Non inuitus. † Si debitor me inuito pignus alteri obligauerit, mihi non nocet. l. 3. C. de remissio. pigno. Si quis rem meam me inuito vendat, inutilis venditio est. l. rem alienam. de contrahend. emption. l. 2. C. cõm. diuidun. l. 2. si ali. res. Si tutor inuitus consenserit, consensus non præiudicat. l. j. in fi. ff. de autho. tutor. Inuitum multipliciter accipimus. Ius quod patronus in libertũ habet, ipsi liberto metus est. Et merito taciturnitas liberti, consensum non operabitur. l. j. §. quæ onerandæ ff quar. re. act. Mulier cum virum timere præsumatur, Inn. c. prælatum ꝙ met. caus. alienationi à marito factæ nequaquam per taciturnitatem consentire videbitur. gl. metu. d. §. quæ onerandæ. Clericus propter reuerentiam, quam episcopo suo debet, tametsi episcopo alienante taceat, consentire non videbitur. d. gl. metu. Guid. cons. 156.

21 †Potestas quam pater in filium habet, ipsi filio metus est. Et ideo silentium propter patris reuerentiam magis arguit dissensum, quam consensum, Bald. l. prim. column. 2. ver. & ego. C. de bon. mater. Quicunque enim, propter meticulosam reuerẽtiam erubescit loqui, taciturnitas consensum non operabitur. Bald. l. filiusfam. §. inuitus. ibi, in gloss. 3. ff. de procur. Immo paterna reuerentia consensum non impedit, vt in contrahendo matrimonio. c. j. §. porro. de despon. imp. in 6. l. sed ea. ff. de spon. In dote recuperanda. l. 2. §. voluntatem ff. solut. matrim. In adoptionibus. l. in adopt. de adop. l. fin. Codic. eod. In legitimatione. §. generaliter. instit. quib. mod. sui. Denique quoties euidens non est filij incommodum, patre pro ipso agente, filius tacens consentire videtur. dict. §. quæ onerandæ. l. interpositas. C. de transaction. Pater verò qui non contradicit his quæ per filium gesta sunt, tacendo obligatur. l. j. de filiisfam. lib. 10. C. l. spurij. §. pater. ff. de decurioni. Igitur inuitus non tantùm dicitur is, qui prouocat, vel contradicit: verum etiam qui expresse non consensisse probatur: vt in aduocato, qui si expresse non consentiat, inuitus dicitur. l. filiusfam. §. inuitum. ff. de procurato. Cùm non liceat inuito vicino ædificare. l. luminum ff. de seruitut. vrbanor. prædiorũ. inuitum non tantùm putabimus eum, qui contradicit, verum etiam qui non consentit. l. inuitum. eod. Ad diuortium qui non consentit, ipso inuito diuertisse dicitur. l. in eo. §. inuitum. ff. de ritu nup. Consentire autem videtur, qui præsens non contradicit. And. c. fi. de iudi. in 6. l. honores. ff. de decurio.

22 † Nec dolo. Qui enim dolose tacet, perinde est, ac si expresse consentiret. vt puta, Marito res vxoris, voluntate sua distrahente, iuuatur vxor Velleiano. Quòd si ipsa sciente & tacente, maritus rem dotalem, vtpote suam alienauerit: tantum operatur ipsius dolosus consensus, vt retractare alienationem nequeat. l. si sine voluntate C. ad Velleianum. l. 2. de rebus alien. Idem dicendum, si quis in fraudem creditoris ignorantis dissimulet rem suam obligari. l. secunda. C. si aliena res. vel non audire fingat. Baldus l. suus heres. C. de repudian. heredit.

23 † Permittit. Qui permittit delictum, ipsemet delinquit. l. cum in plures. §. locator ff. locat. l. 2. de assesso. authentic. credentes. C. de hæretic. c. Ephesis. 43. distinc. quia delicto consensum adhibet, cap. 2. de accusat. in 6. l. semper. qui non prohibet. de regul. iur. capi. error. 83. distinct. si quidem prohibere posset. l. nullum crimen. de regul. iuris. Ias. l. quæ dotis. numer. 95. ff. solut. matr. l. j. §. magistratum. de exercit. action. Bald. de procurat. in authentic. nume. 19. Patet in concessione decimæ, c. 2. extr. de his quæ fi. à præla. Idem in delictis seruorum, quibus dominus consentire visus est, si non prohibuerit. l. 3. & sequenti. l. in delictis. ff. de noxa. act. l. j. §. sciẽtiam. de tri. act. Sed ne maior thylaco accessio, quòd digressio longior sit, quàm res ipsa, ad solutionem veniendum est.

24 SOLVTIO. † Probauimus creditoris taciturnitatem consensum operari. Postea contra. Prior sententia locum habet, quando creditor authoritate iudicis admonitus non comparuit. Cum enim prætoris decretũ contempserit, ius pignoris admittit. d. §. qui tacuit. Ias. d. l. quæ dotis. nu. 69. Idem dicendum est, si reipubl. pignus sciente & tacente creditore, emerit: videtur enim consentire creditor. Posterior vero sententia locum habet, quando debitor extra iudicium vendidit. Tunc enim non videtur consentire creditor, tametsi sciat debitorem alienare.

25 † Probauimus arbitrum ita demum compromissum suscepisse si expresse consentiat. Quæ sentẽtia vera est, quando nuda est voluntas, nullo alio actu approbata. Quòd si arbiter in compromissi vtilitatẽ aliquid gesserit, suscepisse videtur. Ias. d. l. quæ dotis. nu. 9.

26 † Probauimus taciturnitatem nõ nocere, si seruus in iudicio interrogatus fuerit. Quòd si extra iudicium, secus est. Diximus eum à me procuratorem datum videri, qui in iudicio, me præsente & tacente, agit. Deinde cont. ꝙ si statutum procuratorem præsentem & tacentem, non tamen onus acceptasse creditur. Differentiæ ratio esse potest, ꝙ in primo casu taciturnitas aliis actibus apparentibus comprobetur: nempe ꝙ cliens præsens permittat procuratorem agere. At procuratore tacente, donec alio apparente actu comprobetur, sua taciturnitas consensum non inducit, maxime ꝙ procurator inuitus dari non soleat. l. filiusfa. §. inuitum. ff. de procur.

27 † Cum dictum est, depositionẽ testis iure improbati, vt exulis & similium, ne tacenti quidem nocere: adeo,

vt

vt quandocunque repelli possint.Bal.in l. si quis testibus.col.fi.C.de testibus.Si tamen cliens nihil horum exceperit,quæ suum duntaxat fauorem spectabant, vt si inimicus,vel domesticus:hæc si à principio opposita non fuerint,eorum depositioni tacite consensisse videtur.

28 detur.†Proinde in quibus verborũ solennitas requiritur,tunc sola taciturnitas consensum non inducit:vt in eo qui testamentum edidit,quẽ oportet vt voce propria heredem nuncupet.l.iubemus.C.de testa.vt in stipulationibus,quæ interrogatione & responsione perficiuntur.l.1.ff.de verb.obligat.

29 INTERPRETATIO.† Non corrigit legem, qui bona fide restituit,quod omissum erat. Vlpianus ait,l.de ætate §.qui tacuit.ff.de interrogatoriis actio. qui tacuit per prætorem,in ea causa est,vt instituta actione.in solidum conueniatur,quasi negauerit se heredem esse.posteriora verba controuersiam pariunt. Non enim satis sibi constat.Si enim contumacia heredis,arguat heredem esse nolle in ipsum nulla actio competit.Sin tacendo fateri videatur,actioni locus erit l. non solum in principio.ff de procuratoribus. Bartol. dicto § qui tacuit.vna cum Accursi sese torquet ad verum legis sensum eliciendum,quos tamen metuo, ne vix sibi constent.Ait lex,qui tacuit apud prætorem. in ea causa est,vt instituta actione.in solidum conueniatur,quasi negauerit se heredem esse.Hinc elicit Bartolus quòd tacens quo ad sui commodum, habetur pro negante,& in solidum cõuenitur. Hoc axioma omnino pugnat cum eiusdem iurisconsul.respond.dum ait, quasi negauerit se heredem esse.Nulla enim in eum hereditaria actio competit,qui se pro herede non gerit. Et ideo malè iactis ab eodem fundamentis,non mirũ si se nequeat euoluere. Valeat igitur cum suis distinctionibus.Interim Iurisconsult. responso succurrendo,crediderim eam fuisse legislatoris sententiã,vt coram prætore tacens.consensisse videatur.capit.nonne. extra de præsumption.capitu.2. de accusation. in d.l. cum ostendimus.§ fina.ff.de fideiusso.tutor Bartolus l. prima. in fine.nota.C.de dilation. Ergo ad Vlpian.respon.negatiua addenda est,dum ait,quasi negauerit se gas,quasi non negauerit. Alioqui nullus sensus. Hinc ex eiusdem respõso elicimus,eum qui tacet, quo ad sui incommodum fateri.Vbi præsupponimus, hereditatẽ ere alieno omnino obstrictam esse.Vnde,interrogatus à prætore,si heres esset,cum tacuerit,fateri videtur se heredem esse. & eandem hereditatem nullo confecto inuentario acceptare.Et ideo quasi profiteatur se heredem esse.in solidum conuenitur.

30 Marcellus † ait,l.sicut.§.non videtur.ff.quibus modis pign.Non videtur cõsensisse creditor, si sciente eo debitor rem vendiderit. Quæ sententia vera est, nisi debitor iudicialiter vendiderit.l si eo tempore. C.de remis.pigno.l.Titium Sempronium.§.fin.ff quibus

31 modis pign.† Iabol.ait l.penultim.ff.de furt. Qui scit sibi rapi.& quia non potest prohibere,quieuit,furti agere potest.Quod si potuit prohibere, nec prohibuit, nihilominus furti aget. Et hoc modo patronus quoque liberto.& is cuius magna verecundia, ei quem in præsentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere solet.Sed quomodo furti dominus aget,cùm non sit furtum? Furtum enim est contrectatio rei alienæ inuito domino. Hic autem dici non potest, inuito domino commissum esse,cùm prohibere posset, ne furtũ fieret.Iurisconsul.spectat voluntatem eius,qui furtum committit, qui forte existimabat dominum non animaduertere.Et ideo iuxta mẽtem & voluntatẽ ipsius, contrectabat rem alienam inuito domino.Cùm autem in delictis voluntatem spectemus,l.diuus.ff. ad legem Cornel.de sicar.in eum furti agi poterit Quod sequitur Et hoc modo patronus liberto, & is cuius magna verecũdia ad resistendum impedit, furtum facere solet.Aduerte quòd dixerit, furtum facere. Non enim propterea furti actio competit,vt si filius patri,l serui. ff.de fur.§.hi qui.insti.de obli.quæ ex de ict.vel seruus domino.insti.de noxa act.l.cùm seruus.ff e.vel parens filio,l.honori.l.parens.ff.de obseq.vel patronus liberto furtum fecerit.d.l.honori.d l.parens. Furtum quidem committitur,& rés est furtiua, non tamen actio furti competit.Qui mihi videtur germanus legis sensus,si rem acu attingamus.

IACOBI CONCENATII IVRICONS. QVAESTIONVM IVRIS SINgularium.

LIBER SECVNDVS.

MATRIMONIVM AN CONsensu dissoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Vxor quæ dicenda.*

2 *Maritus libellum repudij quando vxori dare possit, & num.6.11.*

Vxor à marito diuertere potest.& nu.2.

4 *Matrimonium captiuitate soluitur.& num.5.& 11.*

5 *Post diuortium,aliud contrahi cõiugibus matrimonium permissum.& nu.9.& 12.*

6 *Matrimonium semel contractum,non soluitur.*

10 *Quos Deus copulauit,homo non separet.& 6.*

Quæstio 6.

1 VXOR † tribus modis solum habebatur.vsu.farre.emptione:vt refert Boet.2.Top.com Sed cõfarratio solis pontificibus conueniebat. Quæ autem in manu per coëmptionem conuenerant,eæ matresfamilias vocabantur,quæ vero vsu vel farre,minimè. Coemptio vero certis solennitatibus peragebatur,& se coemendo inuicem interrogabant. Vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat vel'e. Mulier, An sibi vir paterfamil.esse vellet? Ille velle respondebat.Itaque mulier viri conueniebat in manum,& erat materfamilias viro, loco filiæ. Cicero in Topic.Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro,si ei viro materfamilias esset,si ea in manum viri non conuenerit,nihil debetur Quæ,opinor,de concubina intelliguntur. Concubinam appellat demosthenes in Orat. cont.Neæram,quam propter quotidianam corporis curationem habemus:meretrices vero voluptatis gratia:vxores porrò ad legitimos liberos procreandos.& fidelẽ custodiã rei domesticæ habendam:vt sunt hi qui ex matrimonio procreati sunt, quod aqua tãtum & igni olim constare dicebatur.Scæuola.Virgini,inquit, in hortos deductæ, ante diem tertium quàm ibi nuptiæ fierẽt, & priusquam aqua & ignis acciperetur,decem aureos obtulit.Vbi Accu. ignem & aquã malè intellexit,de face & teda nuptiali.

Hodie vero secundum leges, moresque Romanos cō-
stituitur. §. j. institut. de nupt. vxorésque & matronæ, &
matresfamil. tametsi nondum nati liberi fuerint, appel
lantur: quæ consortes non modò lecti genialis, sed e-
tiam bonorum fortunarúmque sunt, & in matrimoniū
cum viro conueniunt & manent, eò sic appellatæ, q̄ in
spe, & omine mox adipiscendorum filiorum esse dican
2 tur. † dissoluitur autem matrimonium, non tantū mor
te, Pau Roma. 7 §. deinceps. authentic. de nupt. verum
etiam repudio. l. cōsensu. C. de repud. vt si vxor nō fue-
rit grata viro, Deuter. 24. Romanis lex erat, ne qua mu-
lier propelli posset, nisi deliquisset. Plutarchus sic scri-
bit, posuit aliquas leges, quarum hæc vehementissima
viro vxorem. vt liceat abiicere veneficam, adulteram,
quam vinum bibisse depræhenderit, partus vel clauiū
suppostricem. Quæ delicta magistratus vnà cum mari
to & cognatiōe coercebat. Et maritus vel ab ea diuer-
tebat, adiudicatis sibi bonis delinquentis, vel morte
mulctabatur. Capitalis enim fuit partus suppositio l.
prima. C. ad legem Iuliam. de fal. Qua lege factum est,
vt intra quingentos viginti anno. Romæ diuortium
3 nullum fuerit. † Correlatiuorum autem cùm eadem
natura sit, idem de vxore aduersus maritum statuem⁹.
Si tamen vxor sine causa repudium miserit, dotem &
an nuptias donationem admitti §. si vero altera authē
tic. de nupt. column. 4. l. consensu. § nam mulier. §. si ve
ro filiæ. C. de repud. l. mulier quæ. versicul. Brasidas. ff.
4 ad Trebellianum. † Captiuitate quoque matrimoniū
soluitur. l. non vt. ff de capti. Seruitus enim subsequu-
ta, matrimonium dissoluit. § si vero decretum authen.
de nupt. Adeo vt ne postliminio quidem restituatur,
nisi nouo vtriusque consensu. l. cum duæ ff. de capti.
5 † Itaque adeo vel diuortio, vel captiuitate matrimo-
nium soluitur, vt & maritus aliam ducere, & vxor alte
ri nubere posit. l. penultim. §. vxor ff. soluto matrimo.
l. post. de iure dotium. § si vero altera. authen. de nupt.
Deut. 22. 24. Leuit. 18. Gen. 5. vsque ad cap. 19. §. j. instit. de
pat. potesta.

CONTRA. Videamus quàm in contrarium pro-
6 nunciabit sententiam ratio. † Cum viri & mulieris in-
diuidua vitæ consuetudo sit, matrimonium semel con
tractum, nisi per mortem solui non poterit. Paul. Ro-
ma. 7. §. quia vero ex consensu. authentic. vt lic. matr. &
auiæ. col. 8. Matrimonij enim votum, iuris est sine con-
trouersia diuini: quo præcipitur, ne semel copulati se-
parentur, Matth. 19. Et ideo quos Deus cōiunxit, homo
ne separet Deut. 22. in fin. Rom. 7. Hinc apud Romanos
lata olim lex erat, vt qui vxorem reliquisset, nisi ob cau
sam, publicatione bonorum mulctaretur, quæ partim
Cereri, partim relictæ vxori tribuerentur. Qui ad tem-
pus diuerteret, sacrificare eum iubebat diis inferiis, vt
7 citius reduceretur cum vxore in gratiam. † De vxore,
ne à marito diuertat, ita à Plutarcho traditur: posuit,
inquit, aliquas leges, (de Romulo loquens) quarum
hæc vehemētissima, vxori nulla de causa licere virum
8 relinquere. † Sed ne deportatione quidem matrimo-
nium solui manifestum est. l. sed si ff. de bon. dam. §. de
9 portato. authen. de nupt. l. j. C. de repud. † Præterea, li-
cet ex legitima causa diuortium permittatur, authent.
sed nouo iure. C. de repudi. animus tamen indiuiduus
erit, vt neque maritus aliam vxorem, neque vxor alte-
ri nubere posit. cap. tua. extra. de adulter. §. quia vero
ex consensu, authentic. vt liceat matr. & auiæ. Quia
perpetuam & indiuiduam vitæ consuetudinem reti-
nent. cap. tua extra. de adulte. §. j. institut. de pat. pot. Et
ideo quicunque repudiauerit vxorem suam, nisi ob stu
prum, & aliam duxerit, aut qui repudiatam duxerit, is
committit adulterium. Matthæ. 19 Luc. 16. Mulier
quoque adultera vocabitur. Paul. Roman. 6. Ierem. ca-
pit. 3.

10 CONCLVSIO. † Quæ dicta sunt, licet mihi in
vtranque partem & paria videantur: tamen ex euan-
gelica disciplina nobis summum proponemus, vt vxo
rem, nisi adulteram dimittere non liceat. Qua dimis-
sa, aliud contrahi matrimonium non poterit. Eorum
enim quos Deus copulauit, indiuidua vitæ consuetu-
do est, Matthæ. 19. Et ideo coniugium recte contractū,
cum ab homine non posit dirimi, dicendum est, se-
quuto diuortio, aliud eisdem coniugibus cōtrahi ma-
trimonium permissum non esse. In re autem præsen-
ti si quid turbæ sit, quam primum in gratiam eam re-
digam.

11 SOLVTIO † In veteri testamento, propter duri-
tiam cordis Hebræorum permissum erat, vxores suas
ex qualibet causa repudiare, & aliam ducere, Deutero.
cap. 24. Hodie nisi ex legitima causa non permittitur.
Et sequuto diuortio, neque maritus aliam ducere, neq;
vxor alteri nubere potest.

12 † Itaque matrimonium deportatione tandiu nō sol-
uitur, dum vir mariti affectionē, & mulier vxoris ani-
mum retinet. d. l. sed supra nu. 8. Matth. cap. 5.

13 INTELLECTVS. † Vlpianus ait, vxor diuor-
tio facto partem dotis receperat, partem apud virum
reliquerat: deinde alteri nupserat, & item vidua fa-
cta, ad priorem virum rediit, dos primi matrimonij, in
sequenti repetita censetur. l. penultima. §. vxor. ff. solu-
to matrimonio. l. post diuortium. ff. de iure dotium. su
pra numer. 5. Vlpian. respond tribus constat numeris
quorum priori testamento veteri defendi potest, se-
quens nulla authoritate comprobatur, posterior in cō
sequentiam trahitur, dum probat dotem prioris ma-
trimonij, in sequenti repetitam censeri. Idipsum age-
mus infra loco suo pluribus. de duabus igitur priori-
bus partibus tantum videndum est. Annuit Iuriscons.
diuortio facto, mulierem alteri nubere posse. Defendi
tur hæc sentētia (tametsi alioqui propter sacræ scriptu
ræ authoritatem non recepta, Matth. 5. & 19. Luc. 16.)
per ea quæ ex Deut. 24. Leuit 18, Genes. 5 & sequent. su-
pra numero quinto retulimus. Quod ait iuris. vxorem
diuortio facto, non solum alteri nubere, verum etiam
secundo marito mortuo, ad priorem redire posse,
permissum videri. Eius responsum merito, per ean-
demmet veteris testamenti authoritatem improba-
mus, dum dicitur, cum egressa alterum maritum du-
xerit, & ille quoque oderit, dederitque ei libellum re-
pudij, non potest prior maritus recipere eam in vxo-
rem. Et ideo Vlpiani responsum omnino oblitera-
tum est, adeo vt ne vestigia quidem huius constitu-
tionis remaneant. Qui tamen veniam meretur, quod
tum sacræ scripturæ authoritas omnibus non consta-
ret. Domitius enim Vlpianus iurisperitissimus, vna
cum Fabio Sabinio, Sabini insignis viri filio, & Cato-
ne, in albo clientelæ & familiæ Alexandri Seueri, qui
non ita multo post Christi aduentum regnauerat, in-
scriptus erat. Defendi quoque Vlpian. potest, quod ni-
hil decidat, vtrum sequuto diuortio, aliud eisdem cō-
iugibus matrimonium contrahere permissum sit. Sed
vbi iure esset permissum, tunc quantum ad dotis ta-
citam constitutionem, decidit, vt censeatur esse repe-
tita.

DOTIS AVGMENTVM
vtrum vxori debeatur, si maritus ante primum concubitum decesserit.

SVMMARIVM.

1 *Donationis natura.*
2 *Nuptias consensus faciunt. num. 10.*
3 *Conditio quando pro impleta censeatur.*

4 *Tacita conditio donationis propter nuptias.8.*
5 *Non sufficit factum, nisi iure factum.*
6 *Donatio propter nuptias, morte sequuta reuocatur.*
7 *Dotis augmentum, quatenus non sequutis nuptiis debeatur.*
9 *Dos promissa, an propriè dos dicatur.*
10 *Matrimonium quomodo consensu contrahatur.*

Quæstio 2.

DOTIS augmentum, vxori eius deberi, qui ante primum concubitum decesserit, certum est. 1 Idipsum imprimis suadet donationis vis. †Eo enim animo quis donat, vt statim velit fieri accipientis. l.1. ff. de donat. Statim, cùm perfecta donatio est. Perficitur autem, cum donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. §. alia. Institut. de donat.

2 †Præterea, nuptias non concubitus, sed consensus faciunt. l. nuptias. ff. de regu. iur. l. cui fuerit. de condi. & demon. l. cùm hic status. §. si mulier. de donation. inter vir. cap. nondum. 32. quæst. 1. Cùm igitur vtriusque consensu nuptiæ perfectæ sunt, tametsi carnali copula non sequuta, maritus decesserit, augmentum debetur.

3 †Postremò, quoties per vxorem, cuius interest conditionem impleri, non fit quò minus impleatur: perinde habenda est, ac si impleta esset. l. iure. ff. de condi. & demon. Annotauimus in l. diem num. 4. de offic. assess. sub Axiomatibus lib. 1. Pandec. Et ideo augmentum debetur. argumen. l. generaliter. ibi. acceptor. C. de reb. donat.

4 CONTRA. †Donatio propter nuptias, tacitam habet cōditionem, si vota nuptiarum, re ipsa processerint. l. sancimus. C. de nup. l. stipulationem. l. quòd autem ff. de iur. doti. Sine quibus nihil datum intelligitur. l. cùm nullæ. C. de donat. ante nupt. Ergo cùm hic non præcesserint, nihil donatum videri debet. l. quod sponsæ. eod. Hac enim mente donauit sponsus sponsæ, vt nuptiis non sequutis, res donata auferatur. Et ideò heres sponsi, ipso mortuo, augmentum dotis præstare non tenebitur. l. prima. in final. ff. de donation.

5 †Præterea, non sufficit factum, nisi iure factum sit: vt si testator filiæ cùm nupserit, centum leget. Nam si nondùm nubilis ætatis, in domum mariti deducatur, non paruit conditioni. l. hæc cōditio. ff. de condition. & demonstra. Hinc & illud traditum est, non videri eum fideiussorem dedisse, qui idoneum non dederit, l. 3. ff. de fideiussor. Nec seruus ab eo libertate donatus censetur, qui eum manumittere non potuit. l. penulti. C. si mancip. fuer. aliena Nec pupillo, vel furioso solutum censetur, si sine tutoris vel curatoris cōsensu fiat. l. si seruo decem ff. de solut. l. Meuia. ff. de condit. & demonst. Cùm igitur non sufficiat factum, nisi iure factū sit: & non sufficiat, nuptias fuisse inceptas, nisi iure perficiantur, augmentum non debebitur.

6 †Postremò heredes sponsi, quæ sponsæ datæ fuerit, vendicare poterunt: quanto minus augmentum debebitur? l. Deo nobis. § nam & maritis ibi, propter casum mortis. C. de episcop. & cleric. Probatur in sponso, qui religionem vouit, (sicuti modo non sequuta carnali copula, potest) tametsi sponsa obstet. c. ex public. extr. de conuers. coniug. tenebitur enim sponsa, quæcūque acceperat, restituere. d. §. nam & maritis.

7 CONCLUSIO † si maritus integram dotem consecutus fuerit, integrum augmentum vxori debetur. Sin dimidiam, dimidiū quoque consequetur vxor, & sic pro rata. authent. sed quæ. C. de pac. conuen. l. At tilicinus ff. de pac. do. Guido deci. 274. 410 Masue. de dote. fol. 18. col. 2. ibi, item fuit conuentum. Nic. Boer. q. 2 num. 6. vsque ad nu. 41.

8 SOLUTIO. †Quòd dictum est, donationem sponso factum, tacitam habere conditionem, si nuptiarum vota processerint, sup. numer. 4. si facto vxoris non processerint, arras amittit: Sin facto mariti, conduplicabit, nisi fauore religionis: d. l. Deo nobis. Hic autem morte præuentus, ad nuptiarum vota ventum non est, & ideo non minus pro rata augmentum debetur. l. cùm virtutum. C. de donat. ante nupt. Hinc dubitatio proponitur, an dos promissa, propriè dos 9 sit. cùm dotis appellatio, ad substentiam referatur matrimonij: vt vbi matrimonium est, ibi dos sit: vbi nuptiæ non sunt, ibi nulla dos. Dotem in sponsalibus promissam, non puto propriè dotem esse, cùm nondum sit matrimonium. l. 3 C. de iure dotium. l. fina. C. de donat. ante nupt. § si aduersus. instit. de nupt. Licet lata quadam significatione, propter spem illam probabilem futurarum nuptiarum, dici possit dos Sequuto verò matrimonio, licet tantum promissa sit, dos propriè appellatur. l. si mulier ita dotem. de condit. indeb. Quo casu copulam carnalem non spectamus, sed cōs. nsum præsentem duntaxat. cùm nuptias consensus, non concubitus, faciat.

10 INTERPRETATIO. †Vlpian. ait, nuptias non concubitus, sed consensus faciunt. l. nuptias. ff. de regul. iur. Hoc ideò, cùm concubitus, facti sit, & non iuris: & facta, in meris terminis naturalibus relinquantur, non autem legis autoritate inueniuntur: ideò Iurisconsultus factum, hoc est, concubitum, non spectauit; sed consensum tantùm, qui iuris est.

Et ideò matrimonium solo consensu, nulla stipulatione interposita, cōtrahi poterit. l. sufficit. ff. de sponsa. Nuptiæ enim consistere non possunt, nisi consentiant partes. l. 2. ff de ritu nupt. Consensus autem etiam inter absentes, nutu perficitur. l. denique. eod. l. nutu. de leg. Iure tamen pontificio, verborum conceptio necessaria est, quibus exprimatur cōsensus, multis exceptis. c. tuæ. extr. de sponsalibus.

ALIMENTA VXORI RElicta, an restituta dote debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Vxor conuolando ad secundas nuptias, alimenta sibi relicta amittit. & num. 4. 5.*
2 *Alimenta vxori relicta, vbi præstanda.*
3 *Vxor quandiu dotem non repetit, alimēta sibi præstanda sunt.*
5 *Actus conditionalis non censetur.*
6 *Alimenta vxori relicta, quatenus debeantur.*
7 *Transactio super alimentis quando valeat.*

Quæstio 3.

1 MARITUS †cùm in contractu matrimonij alimenta vxori suæ reliquisset, quæsitum est, si post mortem mariti dos restituta fuerit, an alimenta nihilominùs debeantur. In testamento vbi alimenta vxori relicta sunt, & secundò nupsit, deberi desinunt. l. 3 C. si secun. nup. mul.

2 †Ob id enim sibi alimenta legata videntur, vt cùm heredibus simul viueret. Quòd cùm secundo nupserit, discessit ab illa societate. Heredes autem maritum recipere non coguntur. argum. l. non aliter. ff. de vsur. & hab. Minus quoque alibi præstare alimenta cogi poterunt. l. 1. C. vbi pup. educa. deb.

3 †Præterea si vxori legatum alimentorum, quandiu dotem non repetierit, relictum sit, heres ab ea præstatione solutus est, vbi dotem soluerit. l. Labeo. ff. de condi. institu. l. ampliùs. & ibi Bartol col. fin. ff. rem

rat.hab.Ias.l.quæ de legato.num.20.de leg j.

4 CONTRA. †Alimenta vxori in contractu matrimonij relicta, tametsi ad secunda vota cōuolauerit, auferre non potest.authen.hoc.authen.quod locum.l. fœminæ.l hac §.his C.de sec.nupt.

5 † Præterea, in ambiguis nunquàm ea accipitur interpretatio, vt actus conditionalis reddatur. Bartol.l. cùm mota. C. de transact. Non enim facilè conditio subaudienda est.l ita stipulatus.§. Chrysogonus.in fi. de verb.oblig. Et ideo legatum alimentorum vxori relictum, in diem potiùs, quàm sub conditione præsumitur.l si Titio.in fi.quando di.leg.ced.

6 CONCLVSIO. †Alimenta vxori siue inter viuos, siue in vltima voluntate purè relicta: siue ad secunda vota conuolauerit, siue dos sibi fuerit restituta, nihilominùs sibi debebuntur. Bald.dicta authentic. hoc. Quòd si sub conditione, hoc est, quandiu in habitu viduali permanserit, vel quandiu dotem non petierit: tunc existente conditione, legatum extinguitur.

7 † Verùm quomodocunque super alimentis relictis transigatur, sciant omnes, nisi authore prætore facta fuerit transactio, non valere, si quidem de alimentis in vltimis voluntatibus relictis agatur. l.cùm hi.§. hæc non.ff.de transact. Si inter viuos, secùs est.§.planè.eo. Ias.l.quæ de legato.num.23.de leg.j.

QVI DOTEM PROMITTIT, an ex substantia sua promisisse intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Pater vel mater dotem promittens, ex suo promisisse præsumitur. & num.5.8.9.*

2 *Patruus filiæ curator, quatenùs dotem constituendo, donare videatur.*

3 *Mulier pro restitutione dotis quibus tacitè obligatur.7.10.*

4 *Auus dotem constituens, donare censetur.*

6 *Filiusfamil. pro quocunque constituat, donasse non censetur.*

Quæstio 4.

1 PATER aliunde filio, vel filiæ obstrictus, si simpliciter pro filia dotem dederit, vel pro filio ante nuptias donationem fecerit: ex sua substantia non in deductionum facere intelligitur, l. cognouimus.in princip.C.de hered.l.si pater.§.vtranque.C.de dot.promis. Tametsi ex filiæ peculio se constituisse proponat.l.fin.in fin.C.de dot.promis. In matre idem statuendum est.d.l.cognouimus.

2 †Præterea patruus cùm neptis curator esset, si sciens, locupletiorem dotem pro ipsa constituat, reliquum donasse censetur. l. cùm post.§. præterea.ff. de administrat.tutor. Ne dolus sibi profuturus sit, l.2.§. verba.ff.ad Velleianum. nec eam donationem reuocare poterit.l. nec ignorans. C.de donat.l. cuius per errorem.ff.de reg.iur.l.j.de condit.indeb. vt in eo dicimus, qui sciens indebitum soluerit.l.qui ob rem.ff.de condit.indeb.l.cum qui.§.j.ff.de inoffic.testam. Non enim potest repetere.l quod quis.ff.de condit. indeb. Et ideo perinde tenebitur, ac si creditori puellæ pecuniam se daturum spopondisset.d.§.præterea. aut de euictione teneretur, l.procurator qui pro euictione.ff. de proc. Idem dicendū, si incertus de æstimatione bonorum pupillæ, aut promissione facta, æs alienum minuat patrimonium pupillæ. Non minùs integram dotem præstare tenebitur.§ j.d.l.cùm post. Verùm quatenus facere potest, tantum conueniendus est.l.si extraneus.ff.de iure dot.

3 †Et habet mulierem obligatam, quæ etiam manente matrimonio tenebitur.§.sed.d.l. cum post.l.si mandato.§ item.ff.manda.

4 † Tertiò, auus filij nomine dotem nepti constituēs, donare censetur.l & nihil.ff.de in rem ver.l.dedit.ff.de cura bon. Et ideò filiusfamil. qui pro dote filiæ suæ, mutuò pecuniam accepit: quatenus pater pro nepte daturus erat, in rem patris versum videbitur.l.& ideò.in fi ff.de in rem vers. Et senatusconsul.omnino cessabit. l.sed Iul.§.sed & ad Maced.

5 CONTRA. †Pater aliunde filio, vel filio obstrictus, dotem constituendo, animo compensandi constituisse videtur, vt infra cap.8.dicetur. putà, concubina cum virum suum heredem instituisset, eundémque rogasset hereditatem filiæ suę restituere. Naturalis pater eidem filiæ dotem deinde constituit, non tamē ex suo constituisse putatur, sed ex fideicommisso à matre facto.l.vxorem.§.pater.de legatis 3.

6 †Præterea, si filiusfamil. filiæ suæ, vel sorori, vel nepti ex altero filio dotem constituat, vel pro fratre soluat, ex suo constituisse non videtur, sed ex re patris sui potius l.3 Cod.de negoc.ge.l. & nihil.ff.de in rem vers.

7 †Tertiò, qui dotem constituit, tacitè stipulatus censetur, vt soluto matrimonio, sibi dos restituatur. l.j.§. accedat.C.de rei vxo.actio.

8 CONCLVSIO. †Fauore filiorum ac dotis receptum est, vt parentes dotē constituentes, ex sua propria substantia, tametsi aliunde filiis teneantur, constituisse videantur.

9 SOLVTIO. † Quod dictum est, suprà numer.5. patrem filiæ aliunde obstrictum, dotem constituentem, compensandi animo factum videri: hoc intellige, quando pater filiæ dotem dedit, eámque postea alienauit. Nam deinde quod pro filia constituit vel legat, compensandi animo factum creditur. Non refragatur exemplum de concubina suprà numer. 5. allatum, cùm conclusio nostra ad parentes tantum legitimos ferenda sit.

10 † De tacita stipulatione dotis restituendæ, hòc in summa dictum sit, quòd extraneus dans dotem, nec vllam stipulationem dotis restituendæ interponat, mulier rei vxoriæ actionem habebit. l.j.§.accedit. C.de rei vxor.actio.l.si cum dotem.in princip. ff.solu.matr. Bal.de dote. in 4 parte.2 colum.nume.10. Et in 6.part. in special.29.43. Si tamen mulier in ea opinione sit, vt credat se pro dotis restitutione obligatam: quicquid dotis nomine dederit, non repetit.l.cum his.§.si mulier.ff.de condictio.indebiti.

DOS AN TACITE CONstituta censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus censetur dominus bonorum vxoris. & numer.7.10.11.12.*

2 *Dos, peculium, & locatio, sola patientia constituuntur.num.15.16.*

3 *Accessorium regulatur secundum naturā sui principalis. & num.18.*

4 *Dos incerta promissa debetur.num.6.11.19.*

5 *Matrimonium sine dote esse potest.num.3.*

7 *Patientia quando consensum operetur. numer.10. 11.15.17.*

8 *Mulierum genus auarissimum.*

9 *Consensus qui contractum perficit, quomodo declaretur.*

11 *Dos an sola patientia & nudo pacto constituatur. & num.15.*

In

Quæstio 5.

1 MVLIER. †Quæ nulla dotis mentione facta, alteri nupsit, omnium bonorum suorum dotem constituisse videtur glo.l mulier.ff.de iur.dot.Arist.in Topicis.In his enim quæ iuris sunt, patiẽtia consentum & traditionem operatur.l.quemadmodum §.traditione.ff.de iur.dot.l penult.ff.de seruitut.l.seruitutes.in princ ff.de ser. vrb. præd. Dotis autem nomen iuris est.glos.sed dotis.l.quod dicitur ff.de impen.in reb.dot. Ergo patientia consensum operabitur.l ad exactionem. C.de dot. promis. maximè quòd constitui soleat dos. propter onera matrimonij sustinenda.Azo in summa,de iur.dot.circa princ.

2 †Et ita dos peculij instar habet. l. quod dicitur.j.cum gl.ff.sed dotis.ff.de impen.in reb.dot. Peculium enim sola patientia constituitur.l.non solum.ff.de pecul.l.quidam Tubero.§.sunt quidam. ff.de impend.in reb.dot.Sicut locatio.l.item quæritur. §.qui impleto.l.cum in plures.§.locatur.ff.loca.l.legem.C.eod.

3 †Præterea.Accessorium regulatur secundum naturam sui principalis.reg.accessorium.in 6. Sed dos accessoria est ad matrimonium. Non enim dos sine matrimonio esse potest.l.3.ff.de iur.dotium.Ergo contracto matrimonio,tacitè dos constituta censebitur.

4 †Postremò dos incerta si promissa sit, nihilominus debetur. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dotium. Quanto magis certa dos ipsi marito ab vxore constituta videri debet, si vxor res suas viro tradiderit. l. quemadmodum.§.traditione.ff.de iure dot. ac eũdem patiatur rebus suis vtifrui.argumento.l.ij.C. si quis alter.vel sibi.

5 CONTRA. † Matrimonium cum sine dote esse possit.l.iubemus.C.de repud.§.si quis enim, authent. de nup.col.4. Consensu enim matrimoniũ perficitur. l.nuptias.de reg.iur. Ad positionem actus matrimonij, non sequitur positio actus dotis, vel quasi, qui ab ipso actu separari potest.l.pro herede § si quid tamen. ff.de acquir.hered.l.naturalis.§.at cùm.ff de pręscrip. verb. Similiter rerum suarum administrationem mulier alteri permittere potest. l. si ego.ff. de iur.dot. Ex qua tamen administratione matrimonium non præsumitur,nisi probetur.l.maritus.in fin.de procur. l. cum ita.ff.eod.§ vxor.l.pen.ff.solut.matr.

6 †Præterea ex incerta dote promissa, nulla actio cõpetit.l.j.C.de dotis promis. Quanto minus, vbi nulla promissa est?l.qui vas.§ j.ff.de fur.l.j.§.quæ onerandæ. glo.metu ff quar.rer.act. Tametsi marito rerum suarum administrationem permittat.

7 †Nam quando quis patitur ab eo, quem obseruat ac reueretur, patientia consensum non inducit.l.j.in fi.C.de bon.mat §.si verò.auth.de nup.col.4.

8 †Tertiò,cùm mulierum genus sit auarissimum,gl. donet.§ sed si ego.ad Velle.& potius semetipsam obligare, quàm aliquid dare soleat: l.si à sponso. §.quod sponsa.C.de dona ante nupt.& d.§. sed si. præsumendum non est,videri bona sua in dotem dedisse,tametsi rerum suarum administrationem viro concesserit.l.obligationum.§ placet.ff.de actio.& oblig.

9 †Postremò,in contractibus qui consensu perficiuntur.lex semper subdit actus, per quos consensus declaretur,per nuncium,per epistolam,vel nutu.l. consensu.ff.de acti.& oblig.l.nutu.de lega.3. Institut.de obli.ex consen.in prin. Sed hic nihil horum inest,ergo dos constituta non censetur.

10 †CONCLVSIO. † Dos,non sequuto matrimonio, consecuta non censetur, nisi de ea nominatim actum sit. Multo magis in minore: cùm nec consensu ipsius, dotem prædiorum suorum constituere possit, nisi cum iudicis & tutoris authoritate.l.lex. C.de admin.tut.l.prædiorũ.C.de præd.& aliis reb. Non obst. in contrarium deducta.

11 SOLVTIO. †Dictum est,patientiam. in his quæ iuris sunt,cõsensum & traditionem operari, suprà numer.j.& 7.cont.In indiuiduis hoc verum est. Sed dos à matrimonio separatur.

12 †Quæ cùm sola patientia & nudo pacto constituatur.gloss sed dotis.l.quod dicitur.ff.de impen. in reb. dot. Si eam fuisse voluntatem suam vxor declarauerit,tunc constituta videbitur. d.l. ad exactionem. Et tunc verum est,quòd traditione rei dotalis,dos constituatur.d.§.traditione.

13 †Præterea in ambiguis pro dote interpretatio fit.l. in ambiguis.ff de iure dot. Patet: datur enim,dos,pro oneribus matrimonij sustinendis: suprà num.j. Et ad sobolem procreandam.l.j sol mat. Si semel dos constituta sit, pro ea interpretatio facienda est. d.l.ad exactionem.Alioqui non.

14 †Tertiò,vbi dos constituta est, non ita facilè vir vxorem repudiat.§.si quis enim.authen.de nupt.Quod incommodum vt vitemus,satius est dotem videri constitutam. R. Licet nulla fuerit constituta dos, vxor repudiari non potest.d.§. si quis. maximè quòd possit matrimonium sine dote esse.glo.nuptiæ.d §.si quis. Ergo nulla subest causa, cur dotem constitutam proponamus.

15 †Quartò,ideo videri debent in dotem data esse, ne alienari possint.l.tertia.ff.de fun.dota.R. Si in dotem data non fuerint,in præiudicium mulieris alienari nõ poterunt.

16 †Quintò,dos peculij instar habet, quod sola patientia constituitur,supra numer.2.R. Cum patrimonium vxoris,sit proprium ipsius peculium: ergo satis erit nõ constituisse dotem, vt peculium ab vxore non auferatur.d.§.sunt.& in dotem non constituatur,& sic retorquebimus argumentum.

17 † Quod eodem de contractu locationis & conductionis dictum est Respon.Licet finita locationis, tacito consensu renouetur,tamen hic secùs est,quia nulla dos constituitur.

18 †Sextò,patientia consensum operatur,quatenus patientis commodum est.Qua de re sup.lib.j.cap 9.

19 †Septimò,dictum est,supra nume.3.Accessorium regulatur secundum naturam sui principalis.R. Verum est,quòd dos non potest esse sine matrimonio. Matrimonium autem cùm possit esse sine dote: non sequitur, vt constituto matrimonio,dos esse incipiat.

20 †Postremò,dos incerta si promissa sit, nihilominus debetur,suprà num.4.Postea cont.num.6.R. In primo casu dos incerta,ad certũ aliquid referebatur. Quòd si omnino incerta fuerit,stipulatio prorsus erit inutilis.d.l.j.C.de dot.promis.

21 EXCEPTIO. † Licet dubium non sit,quòd muliere nubente, nulla tacitè dos constituta censeatur: tamen si secundò nupserit, dos primi matrimonij repetita censebitur: vt si prius matrimonium, in quo certa dos promissa est,non valeat: si postea confirmetur,eadem dos repetita censebitur.l.si seruo. ff. de iure dotium. Aut inter coniuges diuortium fiat. Si restituatur, dos in priore matrimonio constituta, in se-

quenti repetita censebitur.l.diuus.ff.de iur.dot.l.pen.§.vxor.ff.solut.matrimo.Nisi dos per diuortium restituenda fuisset.l.cum maritus.§.Titius.ff.de pac. dot. Proinde si mortuo primo viro, secundo nubat, dos primi viri repetita non censetur: cùm vxor secundo viro non plus, quàm filiis ex primo matrimonio, relinquere possit. l. hac edictali. C.de secund. nupt.l.si constante.in fi.de donation.ante nup.authent.de nup.§.de augmentis. Et ideo omnia bona sua secundo viro ita demum in dotem mulier dare poterit, si ex primo matrimonio nulli liberi existant.l.nulla. C.de iure dotium.

21 ANIMADVERSIO. † Arist.in Topicis,quem Accurs.gloss.l.mulier.ff.de iure dotium. sequutus est. sensit tacitè videri mulierem dotem constituisse, tametsi in contractu matrimonij non fuerit assignata. Sed ne sutor vltra crepidam.Magis damnandus est Accurs.qui in ea sententia perstiterit.

22 INTERPRETATIO. † Actio hypothecaria aduersus mulierem, pro ipsa dote præstanda, proponenda est.l.j.§.& vt plenius.C.de rei vxor act. Si quidem dotem promiserit. Alioqui nulla actio competit.
23 supra nume.5.Paul ait.l.post diuortium.l.dotem quæ.ff.de iur.dotium. Dos quæ in priori matrimonio data est,semper hoc agi interpretamur,vt in posterius matrimonium conuertatur.Præsupponendum est coniuges diuertisse, deinde reconciliatam beneuolentiam. Et ita dos prioris matrimonij in secundo repetita censebitur.l.pen.§.vxor.ff.solu.matrimo.

DONATIO VTRVM TAcitè præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta filio fam.à patre filio præstita, donata cēsentur.*
2 *Filiis à parentibus tradita, quādo donata censeantur.*
3 *Vitricus alimenta priuigno præstita non repetit.*
4 *Alimenta respectu pietatis præstita, donata censentur.*
5 *Impensæ propter amicitiam aut consanguinitatem factæ, non reuocantur.*
6 *Maritus quas pro vxore expensas factas non reuocet.*
7 *Dominus directus vel vtilis consentiendo alienationi ab alio factæ, eidem ius suum conasse censetur.& nu.14.& 16.& num.18.*
8 *Fideicommissarius consentiendo alienationi fideicommissi, ius fideicommissi remisisse censetur. & num.13.19.*
9 *Futuræ successioni renunciare permittitur. & nu. 17.& num.21.*
10 *Filius successioni paternæ, patre viuente renunciare potest.& num.17.& 21.*
11 *Qui pro altero stipulatur, donasse videtur. & nu.15.*
13 *Donatio non præsumitur.*
14 *Mater vendens rem filij, donasse non videtur.*
16 *Contractus vel stipulatio à principio inutilis, tractu temporis non conualescit.& num.20.*
17 *Legitimæ supplementum pacto non tollitur.*

Quæstio 6.

1 PATER †alimenta, quæ filio, siue cum ipso, siue peregrè agenti,& siue in potestate, siue emancipato præstare debet.l.si quis.in princ.ff. de liber. agnos.l.5.C.ad Macedo. suppeditauerit, ipso iure donasse censetur.l.quæ pater.ff. familiæ ercisc.l.penulti.ff.de liber.agnos.l.j.in princ.C.de negoc gestis. Hinc est,quòd Macedoniano filiusfamil.non iuuatur, cùm studiorum vel legationis causa, ad necessarios sumptus,quos paterna charitas nō recusat,pecunia ei credita est.d.l.5.modo probabilem modum non excedat.l.sed Iul.§.quod dicitur.ff.ad Macedon.

2 †Præterea non tantùm alimenta, verùm etiā quicquid filio vel filiæ,pater vel mater comparauerit, parente mòrtuo donatio confirmatur.Et meritò ea tanquam castrensia,vel quasi, in partem filij non computabuntur.l.2.C.si quis alteri vel sibi.l.quæ pater. 2. famil.ercisund.Patet in aduocato,vel milite emancipato,ad quos castrensia vel quasi pertinent. l.donatio. §. pater.ff.de donationi.l. siue emancipatis. C. de donationib.Adeo,vt ne vsusfructus quidem patris esse dicatur.l.cùm oportet.in fin.de bon.quæ lib.nisi à principio pater aliter prospexerit. Nam si pater quos filio libros emerit,eosdem conferri voluerit,licet quasi castrensis peculij instar habeant,tamen conferentur Bartol.l.Gaio,ff.de alimen.legat.Alioqui conferre nō cogitur.l.fori.C.de aduoc.diu.iudic. tametsi à parentibus ea donata fuerint.Quòd si in patris potestate existat,secus est.l.j.de castrens.pecul.libro 10.C. Non enim donata à patre,filij erunt,sed patris. Si tamen voluntatem suam pater non mutauerit,morte confirmabitur.l.filiæ C familiæ ercisund. Et meritò fratribus non erit conferenda l.4.§.nec castrense.ff.de collatio. bono.quod in peculio castrensi vel quasi procedit.d.§ nec. In cæteris autem ita demum cessat collatio, si parens hoc expressè designauerit.authen.ex testamento. C.de colla.Patet in dote siue data,siue promissa tātum.semper enim conferenda est. l. donatione. C. de collat.d.authen.ex testamento.l.si pater.cod.l.filiæ dotem.l.filiæ licet.l filiam.C.de collat.Eam tamen peculiariter retinebit.l. Pomponius.ff.famil. ercisscun.l.filiæ.C.eod. Igitur libri scholastico à patre relicti conferentur,cum peculium quasi castrense habere non dicantur.Bartol l.j.§.nec castrense.ff.de collatio.bonor. Si tamen artificum appel.etiam discipuli comprehendantur.l.legatis.§.ornatricibus.de legat.3. Scholastici simili doctorum prærogatiua vtentur, tametsi alioqui diuersa inter ipsos persona cēsenda sit.in procemi Decreta. in princip.nec doctores in artificum numero comprahendatur.cap.relatum.2.extr.de testamen. Bartol.l.j.in fine.ff.soluto matrimo. Hinc est quòd si pater expensas filio leget,licet libri non videātur comprehensi, cùm impensæ verbo, precium non veniat.l. quibus.§.j.ff.de conditio.& demonstra.Bald.cap.fina.num.6.extr.de rescript. tamen cùm aliæ expensæ iure communi repeti nequeant.l.quæ pater.ff.famil.ercisc. & omnia onera ipsi filio relicto censeantur. l.penulti.§.final.de leg.2.libros comprahendi dicendum est, vt legatum,aliquid operetur. Bald.rubric.C.de verbor. significa.quæst.6.Verum si quando ad bonorum diuisionem veniendum sit,conferentur.Ioan.And. capit.j. de summa Trinit.vers.ea quæ patri. Si tamen ea tantummodo conferenda ac diuidenda sint, quæ à patre non fuerunt diuisa.l.quæ pater.j.ff.famil.erciscun.Ea, vtpote post mortem patris quæsita, non conferentur. l.si donatione.Cod.de collation.l.quæ pater.ff.famil. erciscund.Si aliter testatori visum non sit.l. j.Cod.de collation.

3 † Tertiò,vitricus si priuignum aluerit, seu mercedem aliquam pro magistris exoluerit, eam repetere non potest, quia donata censentur.l. si paterno. C.de negoc gest.

4 †Quartò,si quis pietate ductus, filium alicuius aluerit:ea alimenta,vtpote donata repetere non potest. l.ex duobus.§.Titium.ff.de negoc.gest.

5 † Quintò, si quis pro affectione domestica,aut paterna ductus amicitia, sumptus aliquos fecerit, puta, in petendo tutore pupillis, aut suspectos postulaue-

rit.

fit, nullam actionem ad eos repetendos habet. l. 3. in fi. C. de negoc. gest. Iason. l. quæ dotis. numer. 75. sol. matrimo. l. is. qui. ff. de negoc. gest. l. latæ. §. amicos. ff. de verbor. significatio. multo minus matri, vel auiæ actio competit, si quos sumptus in petẽdo pupillis tutorem fecerint, repetere desiderent. l. 3. in princip. C. de nego. gest. l. Nesennius. ff. eodem. nisi aliter à principio declarauerint. l. 2. eodem. l. si quis. §. si mater. ff. de liber. agnoscen. Idem dicendum, si quis pro altero impensas fecerit, vt artem discat. Castren. l. quæ dotis. numer. 7. ff. solut. matrimonio.

6 †Sextò, quas maritus pro vxore ægrotante impensas fecerit, donasse cẽsetur, nec repetere potest. l. quod in vxorem. C. de negoc. gest. Verùm maritus negocia vxoris gerens, an officio mariti ductus, in rem eius impenderit: coniectura eius rei ex modo & genere impẽsæ colligitur. l. virum. ff. de donat. inter vir.

7 †Septimò, si habens ius hypothecæ, vel fructus, consentiam alienationi, ius quod habebam, donasse, & consequenter amisisse videor. l. sicut. §. si voluntate. ff. quibus mod. pignus. l. apud. §. quæsitum. ff. de doli exceptione. Castrens. l. quæ dotis. numer. 12. solut. matrimo. Idem in domino directo dicendum est, qui si vasallo rem emphyteuticariam vendere permiserit, integrum ius suum sibi remissum censetur, adeo vt precium recipere non possit. l. si verò. §. idem Papinia. ff. manda.

8 †Idem de fideicommissario, qui alienationi fideicommissi consentit. Nam neque precium, neque fideicommissum amplius persequi poterit. l. quoties ab omnibus. Cod. de fideicommis. l. nihil. §. omnibus. de leg. 3. l. codicillis. §. insulam. de leg. 2. l. codicillis. §. 3. de leg. 3. Iaso. l. quæ dotis. numer. 62. soluto matrimo. argumen. l. si verò. §. idem Papinian. ff. mandat. Et ideo heres qui rem fideicommisso subiectam vendit, cùm nullum ius habeat, emptio, vtpote rei ad se non pertinentis, nulla est. l. fina. §. sin autem. C. commun. de lege Corfe. fin. verb. Alienatio. ver. si res. l. officium. de rei vendic. l. 3. in princip. C. vbi in rem act. Quia ius tantùm quod in re habet, vendidit. l. qui tabernas. ff. de cõtrahent. empt. Quòd si fideicommissarius alienationi consentiat, valebit alienatio. Hinc est, quòd precaria substitutio inter fratres facta, vt altero decedente, pars ad superstitem perueniat: si fratrum consensu transactione remissa sit, fideicommissi persecutio cessabit. l. cùm Archimedoram. C. vt in possess. leg. & l. 3. l. cùm proponas. C. de pact.

9 †Permissum enim est, sui iuris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis deteriorem constituere. l. pactum inter heredem. ff. de pact. decis. Rotæ. 310. Annota. in §. cùm autem. numer. 12. Institut. de adopt. l. fideicommis. C. de transact. Bertran. consil. 53. volum. 2. numer. 3. et soror, quæ successioni fratris renunciare potest. Bald. l. ex eod. ibi, sed. C. de inutil. stipul. Possumus his qui pro nobis introducta sunt, renunciare. l. penult. §. penult. C. de pact. l. si iudex. ff. de minorib. l. si quis in conscribendo. C. de episc. l. si quis in conscribendo. de pact.

10 †Poterit quoque filius vel filia, etiam patre viuente, futuræ successioni renunciare: d. l. si quis. de pact. A Ripa respon. lib. 1 de legi. capit. 6. numer. 4. Tempus enim renunciationis, loco temporis mortis acceptandum est. Butr. l. pactum. C. de collat. Barba. capit. cùm M. extr. de collat. Cur senior. consil. final. Et ideo si legitimam pater pro facultate bonorum suorum filio assignauerit, & filius omnibus paternis bonis renunciauerit, si postea pater locupletior fiat, tamen filius amplius petere nihil potest. Bald. l. quanuis. colum. fin. in fin. ibi, pone. C. de fideicommis. Nec refert, siue in potestate, siue emancipatus fuerit filius. Semper enim renunciatio bonorum paternorum cum iuramento facta, valet: puta, filia, quæ tametsi nubet, in patris potestate manet. l. vxorem. C. de condition. inser. Si mediante dote constituta, omnibus paternis bonis renunciet, seruanda est. capitul. cùm contingat. extra. de iureiurand. cap. quanuis. de pact. in 6. Si quod vltra dotem sibi competere posset, alteri cesserit, eidem acquiritur. Angel. §. tam autem. in fine. Institut. de inoffic. testament. Pactum enim futuræ successionis, maximè cum est reciprocum, vim postremi iudicij obtinet. l. licet. post princip. Cod. de pact. l. final. ibi, nisi eodem.

11 †Postremò, qui permittit alteri, vt rem suam sibi stipuletur, donationem inducit. l. cum quis. § nuptura. de legat. 3. l. Iulian. §. 3. de verbor. obligationib. Eidemque. §. si cui. ff. manda. Idem multo magis qui pro altero stipulatus est, vt pater, qui in dubio id filio donare videtur, quod eius nomine in profectitio stipulatur. l. si seruus communis. in fin. ff. de donat. inter vir. l. pub. in princip. deposi. l. donationes. de donation. l. libertus §. 3. de alienat. leg. l. final. ff. de pecul. lega. l. Seia. in fin. ff. de dote præleg. Aut si filio centum legauerit, & vsuras complexus sit, id fœnus filij nomine accreuit. Mulier quoque tametsi donare solita non sit, l. si stipulata. ff. de donationib. inter virum. si patrem adhibeat, cui pars dotis, soluto matrimonio, sibi soluatur, eidem conditione existente donasse videtur. l. quæ dotis. & l. post dotem. solut. matrimon. l. cum quis. §. nuptura. de leg. 3. l. 2. C. de iur. dotium. Et meritò heredes eiusdem mulieris, eam præstare debent. l. cum maritus. in fin. ff. de pac. dot.

12 CONTRA. †Donationem non præsumimus, nisi manifesta fuerit voluntas eius, qui donauit. l. si remunerandi. §. si passus. ff. manda.

13 †Hinc est, quod si fundum per fideicommissum relictum præsente & assignante fideicommissario, propter æs alienum heres mercatus sit: tenebitur nihilominus aut fundum, aut precium restituere. l. si fundũ. & ibi Barto. de legat. 3. Et ita consensus fideicommissarij qui patitur fideicommissum ab herede alienari, sibi non nocet. Roma. singul. 104.

14 †Præterea, siue sciens, siue ignorans rem alienam quis emerit, non tamen ei, cuius res est, donare videtur: putà, Mater quod ad filiam pertinebat, vendidit. Filius eam non amittit, nisi longissimo tempore ab emptore possessa sit. l. aduersus. eo. Donare autem non aliter videtur, quàm si ipsi matri successerit. l. cùm a matre. C. de re iudicata.

15 †Tertiò, contractus vel stipulatio à principio inutilis tractu temporis non conualescit. Sed contractus, vel stipulatio alienationis dotis, ipso iure est inutilis. infrà capit. sequ. numero 7. Ergo tractu temporis non confirmabitur. Quartò, cui mandatur vt stipuletur, mandatoris nomine stipulari debet. l. idemque. §. cui. ff. manda.

16 †Quintò, si habeam dominium directum, tu vtile: si consentio tibi vendenti, non videor remisisse directum dominium, sed licentiam dedisse transferendi vtile. Castrens. l. quæ dotis. numer. 12. ff solut. matrimonio.

17 †Sextò, nemo futuræ successioni renunciare potest: Guido consil. 114. Et ideo si filius accepta certa pecunia paciscatur, ne ad bona paterna amplius agat, nihilominus post patris mortem admittitur. l. si quando §. 1 Cod. de inoffic. testamen. Non enim tolli potest ius agendi ad supplementum legitimæ. l. scimus. in princip. Cod. de inoffic. testamen. Nec refert, vtrum legitimus fuerit filius, an adoptiuus. Cùm enim vtrique quarta pars debeatur, authentic. nouissima. C. de inoffic. testamen. l. si arrogator § si arrogato. ff. de adopt. contra bonos mores, de successione futura stipulatio interponitur. l. ex eod. de inutil. stipulatio. gloss. 2 l. pactum. C. de collation. Idem in filia statuendum est, cum qua si paciscatur, vt contenta

dote, nullum ad bona paterna regressum habeat, nihilominus agere poterit. l. pactum. & ibi Bald. C. de collation. l. hereditas. C. de pact. dot. l. final. ff. de suis & legiti. Etiamsi pactum futuræ successionis reciprocè fuerit appositum, vt si inter te & me paciscatur, vt is qui superuixerit, alterius rebus potiatur. nec donationis, nec codicillorum vim habet. l. licet. Cod. de pact. l. mortis causa capimus. ff. de donat. caus. mortis. l. literæ. ff. de iure codicillor. vt captandæ mortis occasio auferatur: Baldus capit. ad nostram. i. numer. 7. de iureiurand. in authentic. l. finali C. de pact. Vtque perpetuò cuilibet liberum sit, de bonis suis disponere. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligationib. Sed nec filiifamil. excipiendi sunt, ne vitæ parentum insidientur. § penulti. Institu. quod cum eo. Idem inter fratres obseruandum est, de fideicommiss. C. de transaction.

18 SOLVTIO. † Cùm omnia contraria iacta fundamenta vera sint, videamus in quibus & quatenus alia possint procedere. Sex priores conclusiones, ex causis eodem resultantibus, procedunt. Ad septimam conclusionem, licet creditor consentiendo alienationi pignoris, ius pignoris amittat: non tamé debitum, quod à iure pignoris separatum est.

19 † Itaque quod suprà, numer. 13. de fideicommissario dictum est, præsupponimus fideicommissarium eo animo alienationem permisisse, vt heredi ære alieno grauato succurreret. Et ideo heres aut fundum, aut precium restituere tenebitur, dicta l. si fundum. vt intelligamus, saluo iure suo alienationem permisisse.

20 † Ad numerum 15. Licet mulier vendere vel donare non possit, spem tamen futuræ actionis transferre potest. l. spem. C. de donation. Et ideo donatio morte confirmabitur. l. cùm vir. ff. de vsucapio.

21 † Quòd ad pactum futuræ successionis attinet, nó dubitamus iure improbatum esse. l. nec Cod. de capti. Si tamen pater consentiat, pactiones seruandæ erunt. l. final. ibi, nisi. C. de pact. Castrens. l. si cùm dotem. columna. 2. ibi, est autem speciale. soluto matrimon. nisi quantum ad legitimam portionem filij attinet, super qua etiam sine patris consensu pacisci potest. l. j. C. vt action. ab hered. Siquidem eam integram consequutus sit. l. 2. §. peruenisse. ff. de heredi. vel action. vend.

FVNDI DOTALIS ALIEnatio, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Fundi dotalis alienatio, consensu vxoris valet. & numer. 4.*

2 *Dos, inuita vxore, alienari prohibetur. & num. 5.*

3 *Fundus dotalis æstimatus, à marito sine consensu vxoris alienari non potest. & num. 6. 9.*

7 *Alienatio fundi dotalis, vxore dolosè tacente, valet.*

8 *Dotis alienatio quando valeat, & quando non. & numer. 9. 10.*

Quæstio 7.

1 MVLIER † cùm iuri hypothecæ sibi competenti, proprio consensu renunciare, vel dotem permutare possit. l. iubemus. authent. si qua mulier. C. ad Velleian. l. ita constante. de iur. dot. dubium non est, rei dotalis cum vxoris consensu à marito alienationem factam, perpetuò valere. § j. institut. quibus alien. Cùm enim fundi dotalis alienatio, tam fauore mulieris, quàm viri prohibita sit. gloss. patrimonium. l. denique. §. sed vtrùm. ff. de minorib. partium consensu alienari poterit. l. si prædium. C. de iure dot. authen. sed quamuis. §. j. C. de rei vxo actione. § huius. vbi annotauimus, institut. de iustitia & iure. Bald. de dote. xj. parte, column. 32. numer. 16. versicul. 11. Et ideo vbi vxor alienationi consensit, aduersus emptorem nullam actionem habet, sed aduersus maritum, vel contra heredes suos, ad precium consequendum, negociorum gestorum actione aget. l. mater. C. de rei vendication.

2 † Inuita autem vel ignorante, vel non consentiente vxore, maritus rem dotalem alienare prohibetur: dicta l. mater. adeo, vt si alienauerit, etiam precio non soluto, eandem vxor vendicare possit. l. si mancipium. C. de rei vendication.

3 † Puta, si dato fundo æstimato in dotem, adiectum sit, vt ex quacunque causa dos redderetur, deinde neque rata habente vxore venderetur: perinde restituendus erit, ac si nulla æstimatio interuenisset. l. æstimatis & ibi Bald. ff. soluto matrimon. Bald. l. cùm contingat. numer. 5. de iur. dot. in authen. & in tractatu de dote, in 6. parte, in j priuilegio. column. 6. Campes. quæstio. 40. in j. parte. Imol. l. cùm vir. numer. 15. ff. de vsuc. In paraphernalibus idem statuendum est, in quibus cùm maritus vxore prohibente, nullam communionem habeat. l. hac lege. C. de pact. si sine vxoris consensu illa distraxerit, semper mulier aut heredes sui, integrum vendicationis ius habent. l. si mancipium. C. de rei vendicat.

4 CONTRA. † Mulier cùm virum timere præsumatur. Innocent. capitul. prælatum. quod met. caus. inuita consensisse videtur. Coactus autem consensus, cùm nihil operetur, mulieri non nocebit: glos. metu. dicta l. quæ onerandæ. ff. quarum rer. actio. Et ideo fundus dotalis alienari non poterit, tametsi vxor consentiat. §. cùm enim. Institut. quib. alienat. lic. l. constante. C. de donatio. authentic. siue. C. ad Velleian. Ne sexus muliebris fragilitas, in perniciem substantiæ suæ conuertatur. §. cùm enim. Institut. quibus alienat. lic. Vt si maritus prædium proprium dotis, creditori scienti etiam consensu vxoris pignori dederit, aut vendiderit: vxor, vel heres suus etiam precio non præstito, vendicare poterit. l. si sine. authentic. siue Cod. de iure dotium. Quia mulier fundi dotalis domina non est: gloss. non possit. l. quintus. ff. de aur. & argent. legat.

5 CONTRA. † Mancipia dotalia cùm constante matrimonio liberam manumittendi facultatem maritus habeat. l. tertia. C. de iure dotium. licet vxor non consentiat, alienatio valebit. l. dotalem. solut. matrimonio.

6 † Præterea, si fundus æstimatus in dotem detur, etiam vxore non consentiente, maritus alienare poterit. Aestimatio enim facit contractum dotis, in nouam contractus formam transire. Nec dotalis amplius dicitur, sed res ipsius mariti propria. l. quæro. §. final. locati. Pro quo vxor marito de euictione tenetur, & periculum ad eum pertinet. l. plerunque. C. de iure dot.

7 † Postremò, si vxore sciente & tacente, maritus quasi rem suam alienauerit, tantum operabitur ipsius dolosus consensus, vt reuocare alienationem nequeat. l. si sine. C. ad Velleianum. l. 2. de rebus alienat. Dolus enim & calliditas sua sibi prodesse non debet. d. l. si sine.

CONCLVSIO. † Has tot sententias omittamus, ac videamus ad quam partem nos inuitet ratio.

8 † Fundi dotalis alienatio tum demum valet, cùm mulieri profutura est. dicta l. ita constante. aut cùm duplici iuramento, mulier priuilegio sibi competenti renunciat. cap. secundo. cap. licet. cap. cum contingat. de iureiurand. in 6. cap. 2. de pace. eod. Campes. de do-

te, in

ſe,in j.parte.quæſt.31.numer 6 & 4.parte.29 Barba.dicto capitul.Rayn.colum.80.& 112.Verum ſuccurritur mulieri,vt à principio iuret, quod nunquam alienationi dotis conſentiet:tunc ex ſecundo iuramento nō obligatur.gloſſ.fina.capitul.licet.extr. de iureiurand. Panormit.cap.intellectum.eodem titulo.Barba capit. Raynaldus.colum.93.ext.de teſtamen.Hyppolyt.rub. de fideiuſſorib.numero.103 Aut ſi mulier coacta conſenſiſſe,& ob id à marito verberibus affici probauerit,tunc quocunque iuramēto non obſtante,reſcinditur.gl.& Bartolus l.prima.§.quæ onerandę.ff quar.rer. act.l.paſſum.C.de collationib.Ne tamen mulier legis beneficio abutatur,reſtituta in obligationem ne reincidat.Amplius enim ſibi non ſuccurritur.l.ſi mulier.2. C.ad Velleia.

SOLVTIO.Contraria iam in concordiam reducenda ſunt.

9 † Multum refert, vtrum prædium dotale marito æſtimatum datum fuerit,necne. Si æſtimatum datum ſit,cum maritus,vt pote emptor, & commodū ſentiat,& diſpendium ſubeat, & ad ipſum periculum ſpectet.l.poſt.m.§.cumque.C.de rei vxo.actio.l.plerunque.de iur.dot.Nec cogatur eadem et prędia reſtituere,l ſi inter.eodem.Etiam inuita,vel ignorante vxore, dotale prædium æſtimatum alienare poterit.Franciſc. Cremonen.ſingul.18. Dummodo aliæ res viro ſuppetant,quibus mulieri recte conſulatur. authentic. ſiue ad Velleian.gloſſ.dicti capit.cum contingat. Quæ tacite vxori obligata ſunt:l j §.& vt.C.de rei vxor.actio. Vel vxor electionem ſpecierum, aut æſtimationis ſibi reſeruauerit.Tunc licet æſtimata prædia in dotem data fuerint, alienare maritus non poterit l.j. de fund. dota. Quia ab vxore non eo dos viro æſtimata data fuit,vt æſtimatio emptionem faceret, ſed ne deterior fiat.vt quando res in dotem data eſt,vt in eadem æſtimatiōe maritus reddat:tunc ipſamet res in dotem eſt, non autem æſtimatio.l.ſi inter.C.de iur. dot. Proinde ſi prædium inæſtimatum datum fuerit,etiam vtroque conſentiente alienari non poterit. authentic. ſed nouo iure.§ primo.Codic.de rei vxo.actio.Nec poſſidet, emerit,argumen.l.qui.C.de agric.& cenſi.lib.xj.l.nō. C.de legib.niſi alienatio fundi dotalis, ſiue æſtimati, ſiue non,in ipſius mulieris vtilitatē cedat l.quoties C. de iure dot.l.ita conſtante.ff.eodem Bal.l.cum contingat nu.5 eodem.l.ſi.C.de pact.dotalibus.Et ideo ſolus mulieris conſenſus non ſufficit.authent.ſiue.§.j.C.ad Velleia.

10 INTERPRETATIO.†Vlpianus & cæteri iuriſconſultiſſimi viri,cum fundi dotalis alienationē aperte improbant,l.3.& ſeq.ff.de fund.do.l.iubemus.& auth.ſiue.C.ad Velleianum.l.æſtimatis.cum ſeq.ff.ſol. ma.intelligenda ipſorum reſponſa ſunt,vt eo caſu procedant,dum mulier cū duplici iuramento alienationi non conſentit,vel ſibi pro futura ſit Et hæc ſecundum communem opinionem,tametſi paſſim receptam non eſſe ſciam.

PATER AN DOTEM FIliæ alienare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta à parentibus mutuo præſtanda.& num.4.*

2 *Pater dotem liberis ſuis conſtituere tenetur.*

Pater dotem filiæ quando alienare poſſit.& nu.8.& ſequenti ad finem vſque.

Alimenta,vel alij ſumptus à parentibus præſtiti, an nati cenſeantur.

5 *Pater vſumfructum peculij filij ſibi acquirit.& nu.7. & ſequenti.*

6 *Pater donationem filiis factam an reuocare poſſit.*

Quæſtio 6.

1 QVEMADMODVM †liberos à parētibus alendos eſſe na tura docuit,l.j.§. ius naturale. ff. de inſtitut & iure.l. ſi à liberis in principio.& l.penultima.de liber.agnoſcen.l. nec filium.Codic.de patria poteſtate.l.3 & l.fin.§.ipſum.de alend.lib l.5.ad Maced l ſed Iul § quod dicitur.ff. eodem.Ita etiam vice mutua parentibus liberos,vbi neceſſitas premit,ſuccurrere,vitéque ſubſidium præſtare oportere,communi omnium iure traditum eſt.l.ſi quis à liberis.in fin ff.de liber.agno.l.fin. §. ipſum autem.C.de bonis quæ libe.l filia tua.de pat.poteſta l.j.&

2 2.de alen.libe.† Itaque non tantum liberos ſuos alere, verum etiam eiſdem dotem conſtituere pater tenetur gloſſ.longe.l.obligamur.ff.de act.& obli.l qui liberos.

3 ff.de ritu nup.l.Pomponius famil.erciſcun.†Quam tamen ex cauſa neceſſitatis, pater cum conſenſu filiæ alienare poterit.l.cum poſt §.gener.ff.de iur.dot.l.Imperator Adrianus.ff.ad Trebel Conſentiréque alienationi ſponte filia debet,l.non ſolum.§.ſi de dote.ff. de procura.Quia filia non ſolum reuerentiam, verum etiam ſubſidium vitæ patri exhibere debet.l.nec filium. l.filia tua.Cod.de pat.poteſtate.l.2. de alend. lib. à parent.Quis enim negabit,parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere,iuſtum non eſſe?l j.de alen. lib. Idem dicendum, ſi tantundem filiæ pater de bonis ſuis relinquat, quantum ex dote alienauerit, valet enim eo caſu alienatio.l cum dotem.§.ſi pater.ff. ſolut. matri-

4 mon. † Et ideo licet alimenta & alij ſumptus à patre liberis præſtiti,donati cenſeantur, nec repeti poſſint. l.j.Cod.de nego.geſt.omnia enim onera ipſi filio à patre remiſſa videri debent Bald.rubr.de verbor.ſignification.quæſt 6.l.ſi paterno.C.de negoc. geſt. tamen ſi poſt alienationem dotis filiæ,à patre factam, pater filiæ quid donauerit. compenſandi animo donaſſe videri debet.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolu matr.gloſ. patrimonium.l.denique.§ ſed vtrum.ff.de mino.Bal. l.vxor tua ibi,quæro.C.de bon.autho.iud.poſſid.Idē in quocunque debitore receptum eſt.authen.præte-

5 rea.C vnde vir & vxor †Denique cum dos proprium ipſius filiæ peculium eſſe dicatur,& pater vſumfruct. peculii liberorum ſuorum ſibi retineat,l.cum oportet.§.ſin autem res.C.de bonis quæ liber.l.prima.de bonis matern.l cū pater.§.cuictis ff.de leg.2.id ipſum alienare poterit.

6 CONTRA.†Ex complexu nefario,aut inceſto, ſeu dānato,liberi cum nec naturales nominandi ſint, omnis paternæ ſubſtantiæ indigni ſunt beneficio.authentic.ex complexu.C.de inceſt.nupt.vt ne quidem à patre alantur,tametſi iure pontificio ſecus ſit,capitul.cum haberent.extr.de eo qui duxerit in matrimo, vxor verò ſi marito diuertat,filios alere cogitur.l.2.C. de diuor.

Præterea,ſi vniuerſa patris delinquentis bona fiſco adiudicata ſint,liberis certa parte retenta,ex illa parte non tenentur patrem alere.l.j.column.j.de bon.proſcriptorum.

7 †Tertiò,pater ſibi non quęrit vſumfructum peculij in caſtrenſi,vel quaſi.l.ſi caſtrenſe.ff.de caſtren.peculio.l.final.C.de inofficio.teſtamen.contra teſtatoris voluntatem.§.ſi vero.authentic.de heredit.ab inteſtato.quando pater eſt proprietatis particeps. Vt ſi æquis portionibus hereditatem adeat.§.ſi vero.de hered.ab inteſtato. Si pater abs re diuortium fecerit,in religionem cum tertia parte rerum ſuarum mittitur, duabus filiis ſeruatis, in quibus pater vſumfructum non habet.l.conſenſu.§.penul.de diuo.cum pro mortuo cenſeatur.l Deo nobis.§.j.C.de epiſco.& cleri.Si vſumfructum peculij aduentitij pater noluerit tenere,ſed filio donauerit,apud ipſum remanet. Philipp. Franc.rubric.de teſtamen.in 6.21.column.verſicu.ſed

maior diligentia addi non posset. Ita etiam quos ex iustis nuptiis, parentum consensu contractis procreauimus, eosdem iustos, hoc est, naturales & legitimos esse si nos præsumimus. l. Paulus. ff. de sta. ho. Sed cũ nõ tantum nuptiæ, verum etiam tempus partus spectãdũ sit, vt filium iustum & legitimum asseramus: videndum est, quoto mense partus perfectus ac legitimus esse dicatur.

3 †Arist. & Plin. li. 7. natu. hist. c. 5. licet putent nascendi tẽpus homini esse incertum, nec vlla exploratum lege, quoto mense nascatur legitimus, nos tamen certũ demonstrabimus.

4 †Primo, partus dicitur legitimus, qui tertio vel quarto mense nascitur. Esdræ libr. 4. capitul. 6. Alciat. l. Gallus. nume. 13. de lib. & posth. putat, menses non esse perpendendos, secundum constitutionem anni nostri, quam Cęsar induxit, sed de mensibus potius lunaribus.

5 †Deinde, septimo mense partus legitimus dicitur. Plin. dict. capitul. quinto lib. septimo. ff. de sta. ho. Septimo enim mense semper mouetur infans ad partum quod constet omnibus suis numeris, animo videlicet, corpore, sanguine, ingenio, desiderio, cupiditate & humore, quibus humanum corpus constare dicitur, hisque sideribus regitur. Partus in vtero à Sole animum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Saturno humorem accipit. Hæc suo ordine, mensibus singulis in vtero in generantur. Cum igitur perspicuum sit, hominem corpore & animo constare: ignorare non oportet, primas animi esse partes, secundas corporis. Quod videmus ita figuratum, vt aliis excellat, animúmque ita constitutum, vt & sensibus instructus sit, & habeat præstantiam mentis, cui tota hominis natura pareat. In qua sit mirabilis quædam vis rationis & cognitionis, & scientiæ, virtutúmque omnium. Si igitur ante septimum mensem partus edatur, viuere non poterit. Cum enim sua cuiusque animantis natura sit, necesse est, vt natura expleatur. Quo tempore si satis virium habet, ad partum prodit: Sin minus, in vtero remanet, donec satis inualuerit, per duos inquam menses reliquos. Post enim motum mensis septimi, si non exeat, in alium se ventris locum transmouet. Adeóque in eo motu debilitatur, vt si sequenti octauo mense ad partum procedat, viuere propter eum motum omnino nequeat. Et ideo dicendum est, eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse. d. l. septima. Franc. de Perus. c. proposuisti. nu. 11. de proba. in authen.

6 †Tertio, qui nono mense nascitur, legitimus est. Esdræ libr. 4. capitul. 4. Vade, inquit, & interroga prægnantem, si quando impleuerit nouem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa. Et dixit, Non potest. Et capitul. [illegible]. Prægnans, cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius, ante duas horas vel tres, dolores circũeunt ventrem eius. & prodeunte infante de ventre, nõ tardabunt vno puncto. Exemplum omnium præclarissimum ac saluberrimum, de diua Virgine Maria proponamus, quæ seruatorem nostrum Iesum Christum nouem tantum mensibus in vtero gestauit. Octauo enim Cal. April. flatu diuino conceperat, & octauo Cal. Ianuar. peperit.

7 †Quarto, decimo mense à morte viri natus, ad legitimam hereditatem admittitur. l. intestato. §. final. ff. de suis & legiti. Hinc Plato lib. 5. de Rep. Omnes qui nascentur decimo mense vel septimo, ex ea die, qua quis liberis operam dedit, partus ab hoc nominatur. Et ideo sic institui posthumi nepotes poterunt, si filius meus viuo me morietur: tunc si quis mihi ex eo nepos siue quæ neptis post mortem meam, in decem mensibus proximis, quibus filius meus morietur, natus, natáve erit, heredes sunto. l. Gallus. ff. de liber. & posth. Hippocrates de pueri natura. quæ longius, inquit, quam decem mensibus partum gestare sibi visæ sunt, decipiuntur. Et paulo post: Quod autem non diutius, quam decem mensibus, nõ contingat vterũ gestare, ego demonstrabo Alimentum & augmentum, quod à matre descendit, &c. Et Aristo. lib. 7. de animantiũ historia, Homini pariẽdi multiplex tempus datũ est. Septimo enim, octauo, nono & frequenter decimo mẽse mulieres pariunt.

8 †Quinto, vndecimo mense partus editus, est legitimus, vt Hippocrates de septimestri partu, mulierum iudicio comprobat. Idem de octomestri partu, partum vndecimestrem approbat. Siluius libr. 7. capitul. 5. ad decimi vndecimique mensis initia, hominem gigni scribit. Et Accursi. gloss. in decem. dictæ l. Gallus. Decimo, inquit, mense, & non vltra, nisi forte per paucos dies, secundum quosdam physicos. Adrianus, exquisitis philosophorum medicorúmque sententiis, causa cognita decreuit, vndecim menses gestare vterum mulierem posse. Author est Gellius in Noctibus Atticis, libr. 3. ex authoritate Hippocratis. Accursius quoque semetipsum interpretatus est, & duos dies decimo mensi superaddidit. glossa, perfecto. §. fina. auth. de restitu & ea quæ parit in vndecimo mens. quia paria sunt aliquid facere cum faciendum est, vel facere post modicum interuallum. gloss. contestationem. l. Pomponius. § rati. ff. de procur. gloss. narrationem. l. 2. C. de iureiur. prop. cal. glos. post tempus. §. tutor. insti. de author. tut. Huc pertinet quod A. Gellius. lib. 3. capitul. 16. ex M. Varrone refert, fœminam scilicet bonis atque honestis parentibus, nec ambigua pudicitia, vndecimo mense post mariti mortem peperisse. Cui negocium facesserant, eo quod Decemuiri decimo mense, non in vndecimo, partum edi posse statuissent. Sed Adrianus, inquit, causa cognita decreuit, in vndecimo quoque mẽse partũ edi posse, requisitis veterum philosophorum medicorúmque sententiis. Plin. quoque, eodem capitulo 5. refert Suillium. Ruffum vndecimo mense genitum fuisse.

9 †Sexto, duodecimo mense partus editus, est legitimus. Pomponius enim cum scripsit, mulierem quę intra legitimum tempus partum ediderit, posse statim se nuptiis collocare. l. liberorum. versicu. Pomponius. ff. de his qui notan. infamia. Accursius legitimum pariendi tempus anno concludit. Papyrius quoque prętor, secundo herede lege agente, bonorum possessionem contra reum dedit mulieri, quæ tredecim mensibus vterum se gestasse dicebat. Massurium huius rei authorem refert Plin. d. c. 5.

10 †Septimo, si quis longo tempore absuerit, & reuersus, vxorem prægnantem inuenerit, suus tamen hęres ei nascitur. l. prima. ff. de liber. agnoscen. quia quos ex iustis nuptiis procreauimus, eosdem vtpote naturales & legitimos, & in potestate habere. §. primo. Iusti. de patr. potesta. & ad illos ius successionis pertinere manifestum est. Istorũ nihil simile illegitimo. §. si vere solummodo authen. quib. mod. legiti.

11 †Octauo, facto diuortio inter coniuges, nihilominus filij ante suscepti, erunt legitimi. capi. cum inter. extr. qui fil. sint legiti. Tamen post diuortium, mulier tenetur denunciare viro intra trigesimum diem, se prægnantem esse. l. prima. ff. de liber. agnoscen. Alioqui maritus partum agnoscere non cogitur. Si tamen partus intra trigesimum diem à tempore diuortij editus fuerit, tametsi mulier se esse pregnantem, viro non denunciauerit, hæc res partui præiudicium nõ facit. dicta l. prima. § eleganter. Non enim ferendum est, vt maritus filium non agnoscat. l. filium. versicul. non tamen. ff. de his qui sunt sui. maxime, quod idcirco liberos procreemus, vt ex prole eorum diuturnitatis nobis memoriam, in æuum relinquamus. l. liberorum. in fin. ff. de verb. sign.

12 †Nono, si filius matris sit, cur non dicemus esse mariti? Cum enim probatur esse filius vnius, nempe vxoris, probatur filius alterius, nempe viri propter cōiunctionem personarum. c. cum dilectus. extr. de cā possess. Et ideo si sit fili⁹ vxoris, mariti quoque existimabitur. Pater enim is est, quē nuptiæ demonstrant. l. quia semper. ff. de in ius vocan.

13 †Decimo, filij naturales & illegitimi, licet nullum succedendi ius habeant. l. j. §. final. ff. de bonor. possess. contra tabu. l. final. Codic. de natural. lib. d. § si vero solummodo. tamen sequutis nuptiis cum illa, quam ducere in vxorem poterat, omni macula penitus direpta. quasi nulla inhonesta præcedente vita suscepti, & suis natalibus restituti, legitimi efficiuntur. l. cum quis. C. de natural lib. Bald. capitul. illud numer. 3. extr. de præsumptio. cap. per tuas. extr. de maiorita & obedien. ca. tanta. extra. qui fil. sint legiti. Et sicut Oseas propheta laudatus fuit. qui meretricē in vxorem duxisset, quod tandem pudice vixerit. capitul. non est culpandus. 32. quæst. j. Ita etiam de eo dicendum est, qui suam concubinam in vxorem acceperit. Porro isti illegitimi, per subsequens matrimonium legitimati, tametsi expressum non esset, cum aliquid operari debeat. capit. si papa. §. j. de priuil. l. j. ff. ad municip. cum postea susceptis non tantum legitimi efficiuntur, c. tanta. extra. qui filij sint legitim. verum etiam in patris potestatem transeunt. §. j. institu. de nup. & ad successionem æqualiter admittuntur. argument. c. cum intr. extra. de decim. §. reliqui authentic. quibus mod. sui. col 7. l. nuper. C de natur. liber. § sancimus. authenti. quib. mod. nat effic. arg §. exceptis. l. assiduis. C. qui potio. in pig. Ange. §. j. auth. quib. mod. legiti. col. 6. adeo, vt si exheredati fuerint, ipsis bon. poss. contra tab. cōpetat §. dubitatum. in fi. auth. de incest. nup. § nostra. col. 2. instit. de exhered. lib. dummodo nullam ingratitudinis cām commiserint. §. causas. auth. vt cum de appel. col 8. c. quintauallis. ext. de iureiur. Quos nec princeps excludere poterit, vt posterioribus portionem transferat. c. quāuis. in fi. de resti. in 6. c. cum causam. extr. de præb. Siue filij, siue filiæ fuerint. l. maximum. C. de lib præter. arg. c. cognouimus. 22. quæst 2. argum. l. j. in princ. ff. de rer permuta.

14 † Vndecimo, filij illegitimi, per principis rescriptum. legitimantur. l. final. C. de precib. imper. offeren. §. fit igitur licentia. authen. quibus mod. legit. Ac suitatis iura obtinēt. d. §. fit igitur. & § si quis ergo. auth. quibus mod. sui. l. j. extra. qui filij sint legit col. 6. Principis enim beneficium, plenissime interpretādum est. l. final. de constitution. princip. capitul. olim extra. de verbor signif. c. cum dilecti. extr. de dona. c. quamuis. j. de præbend. in 6. Hinc est, quod cum illegitimus, episcopus esse non possit. c. cū in cunctis. extra. de electio. Deut. c. 23. tamen si à principe fuerit legitimatus, episcopus esse poterit. c. innotuit. § quamuis. extr. qui filij sint legitimi.

15 †Duodecimo, cum per principem eos nobis adoptare permissum sit, qui sui iuris sunt: quos nobis adoptauerimus, iusti & legitimi filij erunt, l. j. & 2. l. adoptio. ff. de adoptio. tametsi alioqui naturales & illegitimi patri adoptiuo essent. Qui cum antea in patris naturalis potestatē non transirent, §. j. inst. de pa. pot. eos adoptādo, suos efficiet. l. non epistolis. cum l. seq. C. de proba. Emancipatione tamen desinunt esse filij. §. minus. inst. de her. quæ ab intesta.

16 †Decimotertio, Magistratus & curiæ authoritate natalibus filij illegitimi restituuntur, l. si quis. C. de nat. libr. § si quis igitur. auth quib. mod. §. quod vero. e. & §. fit igitur licentia. auth quib mod sui col 7. adeo vt perinde eos haberi deceat, ac si nati fuissent legitimi. § qui. inst. de her. quæ ab intest Et in patris potestatē transeunt c j. ext qui filij sint legit. & sui heredes efficiuntur, d. c. j. §. adoptio. & ibi anno. nu. j. & seq. insti. de adopt.

17 †Postremo, si quis ex ea muliere, quæ sibi vxor esse poterat, naturales habēs liberos, suos filios appellauerit, legitimationem ac suitatis ius consequuntur. §. si vero solūmodo. auth. qui. mo. legi. auth. si quis liberos C. de nat. li. Quod constare instrumento & corā testibus omnino debet. §. ad hoc. §. hoc aūt. & illud auth. vt lice. mat. d. auth. si quis, An. V acc. l. inuiti. circa fi. ff. de his qui sunt sui. An. § ꝙ vero. & §. fi. in fin. auth. qui. mod. sui. col. 7.

18 CONTRA. †Si maritus, verbi gratia, per decēnium absens, reuersus anniculum inueniat in domo sua, hic non erit mariti filius. l. filium. ff. de his qui sunt sui.

19 †Præterea, si constet maritum aliquandiu cum vxore non cubuisse, morbo detentus, vel si ea valetudine passus fuit, vt generare nō possit: is qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filius legitimus non erit.

20 †Tertio, si constet vxorem esse impudicā, eóque nomine diuortium fiat, partus est illegitimus.

21 †Quarto, qui se filium dicit, probare tenetur. l. 2. ff. de prob. Quod si enim de illegitimo matrimonio procreatū quis tandē asserat, probare tenebitur. c. lator. extra. qui filij sint legiti. Filiatio autem plene probari nō potest. l. Lucius. de cōdi. & demonst. neque natales. C. de proba. Succumbit igitur, qui se filium legitimum non probat.

22 †Quinto, qui ex ea susceptus est, quæ patri vxor esse non poterat, puta, quia iam aliam habebat vxorem. c. cām. c. tanta extr qui fil. sint legiti. Et illa mortua, concubinam in vxorem duxerit, filius spurius est. d. c. tāta. Nec per subsequens matrimonium legitimatur. Ang. §. & §. sed & ad illud. & gl. non permittimus. §. fit ergo licentia. auth. quib mod legiti. authentic. si quis C. de natu. lib Bald. c. illud. in fin. & pe. col. extr. de præsump. Non enim verisimile est, maritum id velle, ꝗ non honeste velle poterat. c. ad audientiam. ext. de despon. impudicam enim vxorem ducens, honeste velle non poterat, vt liberi ante matrimonium suscepti, natalibus restituerentur.

23 †Sexto. nec principis authoritate legitimabitur is, qui ex ea susceptus fuerit, quam pater in vxorē ducere non poterat.

24 †Septimo, constat clandestina coniugia omnino prohibita esse, puta, si testes non intercesserint. capi. 2. de clandest. despon. & aliæ iuris solennitates omissæ fuerint. 30. quæst. 5. c. aliter. Quod si clandestinum matrimonium contractum fuerit, aut quomodocunque coniuges legitimum impedimentum sciuerint, soboles suscepta prorsus illegitima censebitur. capit. cum inhibitio. §. si quis. de clandest. despon. Quod si alter ex coniugibus causam impedimēti matrimonij ignoraret, tūc partus erit legitimus. c. j. extr. de eo qui dux. in mat. puta si maritus cum muliere, quam nuptam esse ignorabat, nuptias contraxerit: proles ex ea suscepta, nihilominus erit legitima. cap. ex tenore. extr. qui filij sint legitimi.

25 †Octauo, presupposito ita esse, quod filij legitimi principis vel curiæ authoritate legitimi effici possint: tamen extantibus legitimis, non poterunt. §. si quis vero authen. quib. mod. legiti.

26 †Nonò, filij illegitimi per adoptionem nō legitimātur. l. legem. §. fi. C. de nat. lib. §. & nos non latuit. authen. quibus mod. elegit.

27 †Postremo, si mater contemplatiōe mariti indigna matrimonio fuerit, non legitimabuntur filij per simplicem nominationem suorum filiorum, sicut nec legitimantur per subsequens matrimonium. d. c. tanta.

28 CONCLVSIO. † Ferrea atque ahenea, solida scilicet, firmáque hęc sententia sit, vt partus ex iustis nuptiis tantum septimo vel nono mense editus, legitimus sit. Cuius rei rationē reddere non possumus. Non enim est nostrū ad omnia naturę miracula respōdere.

Sed

sed spectatis his, quæ frequenter & facile euenient, ad
quæ ius adaptãdum est. l. nam ad ea. cum seq. ff. de legi.
ita concludendum existimauimus.

29 Præterea suscepti ex ea muliere, cũ qua pater ma-
trimoniũ iure contrahere poterat per subsequẽs matri
moniũ, vel authoritate principis, vel aliis modis, quos
superius enumerauimus, recte legitimari poterũt. alio
quin non.

30 SOLVTIO. †Quãdò tertio vel quarto mẽse mu-
lieres parturibunt, & vitalis erit partus, finiti æui si-
gnum erit. Esdræ lib. 4. c. 6.

31 †Quod diximus, partum absente marito susceptum
& editum, esse legitimum: si quidem vxor marito denũ
ciauerit se esse prægnantem, & maritus non repugnet,
suus esse creditur. Quod si non denũciauerit vxor, aut
facta denunciatione, maritus se nolle agnoscere, aper-
te declarauerit, partus nõ erit mariti filius. l. filium. ff.
de his qui sunt sui.

32 †Quod ad filiationem probandã attinet, licet plene
probari non possit, præsumptiue tamen probari pote-
rit: nempe quod vulgus, & potissimũ vicini, ipsum ma
riti filium agnoscant, & in ea opinione sint. Et ita pro-
batur quasi possessio filiationis. Proximitas ita proba-
tur, quod is natus fuerit apud Titium, vicinis scienti-
bus gl. c. Michael. de filiis presbyter. l. si vicinis. Codi.
de nupt. Felin. cap. per tuas. de probat. Alexand. consil.
lib in 3. parte. & 74 in 2 parte. & 25. in 4 parte. Panorm.
c. intelleximus. num. 7. de adulter. l. non epistolis. C. de
probat. Quod sit filius vxoris, directe & necessario per
matronas probari poteit, quæ interfuerunt eius nati-
uitati. Confessio quoque matris asserentis filium esse
suum, vel deponentis de ætate, probat. l. & iam. ff. de
probat.

33 INTERPRETATIO. †Scæuola & Vl-
pian. dicta l. Gallus. dicta l. intestato. partum decimo
mense susceptum approbant, quod est contra veteris
34 & noui testamenti authoritatem, quę †cęteris, quibus-
cunque præualere debet. gloss. eloquiorum. §. cogni-
tio. authentic. vt iudic. sine quoquam suffragio. col. 2.
Iason. l. 3. numero. 32. & sequent. ff. si certum peta. Bald.
authentic. ad hæc. column. 2. C. de vsu. gloss capitulo.
ex libellis. 20. distinct. gloss. 2. capitu. final. & ibi Ioann.
Imol. 3. column. de consuetu. & in l. stipulatio hoc mo-
do concepta. circa medium. de verborum obligation.
& in l. 3 circa vltim. colum. de testamen. c. transactio.
de constitu. Alexand. dicta l. 3. num. 32. Licet enim legis
potestas principi data sit, non tamen aduersus ea quæ
sunt de iure gen. Bald. capi. 3. in princip. de natur. feud.
Potentius enim est ius naturale vel gentium, quam sit
principis imperium. Bald. cap. 3. §. si. qui feud. dare pos.
Iason l. quo minus. nu. 4. ff. de flum. Cum tamen corre-
ctio euitanda sit, l. præcipimus. C. de appe. nos hac in-
35 terpretatione, istorum respond. iuuabimus. †Scæuola
cum ait valere huiuscemodi institutionem, si posthu-
mus in decem mensibus proximis nascatur, non tamen
necessario infert, partum esse legitimum. Vlp. cum sen
tit, post decimum mensem natum, ad legitimam here-
ditatem non admitti: Ergo decimo mense natus, erit
legitimus. Non sequitur. Ex æquo igitur & bono, deci
mo mense nascituro. legis humanitate ius successionis
permissum datũmque est, tametsi alioqui non habea-
36 tur pro legitimo. †Pompon. ait, eam quæ intra legiti-
mum tẽpus partũ ediderit, statim se posse nuptiis col-
locare. l. liberorum. ff. de his qui not. infam. Legitimo
tempore peperisse existimamus, si nono mense à mor-
te viri pepererit. Quasi vero maritus vsque ad vltimũ
vitæ diem coierit, q; sane credendum non est. Et ideo
menses ab eo tẽpore computandi erunt, quo maritus
ægritudine detentus fuit.

37 ANIMADVERSO. †Plin. libe. 7. natu. histo.
sentit, octauo mense partũ edi & gigni posse. Idipsum
fatebimur, quod autem vitalis existat, per expressum
negatur, vt supra loco suo retulimus. Alcia. l. 3. numer.
13 ff. de vulgar. ex Accur. gloss. dicta l. Gallus. nocte lu-
cidiori, qui interdiu inutilis esset, quod sapiat, vbi ni-
hil est opus, cum opus est, ibi dormitet & trepidet. sen
tit, post decem menses, partum dici posse legitimum.
Accurs. qui hunc incutit errorem, veniam non mere-
tur, quod frequenter in eodem vitio incidat. l. 3. in fin.
Codic. de episcop aud. l. seruos. §. miles Codic. ad leg.
Iulian. de ui. gloss fin. § fin. authentic. de defens. ciuit.
col. 1. Bis enim plus nimio pertinax, non solum decimi
mensis partum approbat. dicta gloss. in decem l. Gal-
lus. ff. de liber. & gloss. perfecto. §. final. authentica. de
restitu. col. 4. verum etiam vndecimi, dicta gloss. in de
cem. dicta gloss. perfecto. Et duodecimi, gloss. legiti-
mus. l. liberorum. ff. de his qui nota. infam. Sed sibi cõ-
trario condonandum est. quod tandem resipuerit, ac
errorem suum ex parte agnouerit. Fatetur enim ipse,
partum decimo tantum mense, & non vltra, susceptũ
esse legitimum. gloss. l. septimo. ff. de stat. ho. Iam sibi
duos menses detrahit, cum tamen ne decimo quidem
partus dici possit legitimus. Quo fit, vt mulier quæ in
vndecimo mense, viro nõ existente, parit, præsumatur
caste non vixisse. § fina. versic. vt appareat. authentic.
de restitu. Et donationem ante nuptias à viro factam,
& alia priuilegia honestis matronis concessa amittit.
dicto §. fina. versicu. & quoniam. Nec refragãtur glos.
contestationem. l. Pomponius. §. rati. ff. de procurato-
rib. gloss. narration. in. l. 2. ff. de iniur. glo. post tempus.
§. tuto. Institu. de authoritate tuto. Nam quando ter-
minus est certus, diesque determinatus, quicquid po-
stea fit, non recipitur. l. Thais §. intra. de fideicommis.
libert. l. si ita quis. de vulga. Quæ tamẽ in factis defen-
di poterunt, quæ per se interuallum & factum habẽt.
Nos vero agimus de die certo & determinato. in quo
38 nullum interuallum inest. †Hinc est, quod qui se ho-
die decem daturum promittit, statim etiam nondum
lapsa die dare teneatur: quia id addidisse creditorem
verisimile est, vtilitatis suæ causa, non vt debitori dila
tionem concederet. l. liber homo. §. idem. vbi Alciatus
39 de verborum obligationibus. †Plato cum scripsit,
partum decimo mense susceptum, esse legitimum, &
cæteri qui eam sententiam indistincte sequuti sunt,
falluntur, noui ac veteris testamenti authoritatem nõ
40 animaduertentes. †Alciatus Parad. libro quarto. capi
tulo septimo intelligit tolli naturalem obligationem
iusto pacto, hoc est, pacto vestito. Corros. contra. libr.
primo. Miscell. capitulo primo. numero 5. Magis enim
probat, iusto, hoc est, nudo pacto submoueri obliga-
tionem. Ego sentio, vt in quibus pactum nudum actio
nẽ parit. puta, si in suffragiis aduocatorũ. l. 3. C. de suf-
fra, vt fauore Republic. cum similib. iustum appella-
41 ri posse, alioqui non. †Accursius valde ridiculus, iustã
vxorem, hoc est, bonam: & iniustam hoc est, malam in
terpretatus est gloss plane. § si vxor. ff. de adulte. Simi-
liter iusta obsequia mortuo præstare, est (inquit, in gl.
fi. l. 2. ff. de in ius vocand.) cadauer lauare, cum tamen
pro pompa funebri accipiendum sit. Cicero pro Ame
rino, hunc miserum luctu perditum, qui nondum e-
tiam paterno funeri iusta soluisset, nondum eiecit do
mo. Et libro primo de legib. Non solum vitã cruciati
atque de decore, verum & sepultura, & iustis exequi-
arum caruerunt.

PATER ET FILIVS VTRVM eadem persona, iure censeantur.

SVMMARIVM.

1 *Instituto patre cum filijs, partem tantum faciunt.*
2 *Patris & filij hereditas eadem.*

3 *Taciturnitas filij, in actu paterno, consensum operatur.*
4 *Pater stipulatus filio, sibi acquirit.*
5 *Dominium, mortuo patre, continuatur in filium.*
Iniuria, vel metus illatus filio, censetur illatus patri.
Pater filijs ius non dicit.
Institutus, vel substitutus in testamento, excludit patrem. & nu. 11.
9 *Ius primo patri, deinde liberis acquiritur. quid in*
10 *matre, eod.*
Filius regis an viuo patre rex dicatur.

Quæstio 10.

1 PATRIS † & filij vna atque eadem persona est: vt si quis Titium vna cum filiis suis & Semproniũ heredes instituerit, Sempronius dimidiam, & Titius vna cum filiis suis alteram dimidiam consequetur. l. fi. in fi. C. de impub. † Præterea, si pater pupillo testamentum fecerit, ac eundem ex asse heredẽ instituerit, deinde eidẽ substituerit, sicut iure potest l. Gallus. in prin. & § & quid si tãtum. de lib. & posthu. Si pupillus paternam hereditatem adeat, substitutus adueniẽte casu, non potest hereditatem pupilli adire. & repudiare paternã. l. qui patri. de acq. here. Quia cum pater & filius vna & eadem persona censeantur, & filij viuo patre quodammodo domini sint. § sed sui quidem. instit. de hered. qualita. l. in suis. de libe. hereditas patris & filij, vna & eadem censeri debet. l. sed si plus. §. filio. de vulga.

3 † Tertio, patris & filij voluntas eadem est: vt si pater cum filiũ in adoptionẽ dederit, filius taceat, assentire
4 videtur § sed & insti quib. modis ius. † Si pater filio in potestate existẽti stipulatus sit, sibi acquirit. Quia vox patris, vox filij, in his potissimum, quæ sibi acquiri possunt. § ei. insti. de inuti. stipu.

5 † Quarto, dominium quod filius etiam viuente patre habet, l. si filius. ff. de fideicomm. liber. l. vnica. C. de in ius voc. l. adoptionũ. ff. eo mortuo patre in filium continuatur. l. in suis ff. de lib § fin autem. inst. de here. ad intestato. Nã si filius, ergo heres. Paulus ad Galat. quæsto. & §. sciendum, l. j. ff. de suis & legitimis hered. Cum sit patri proximus. l filius. eod. Cui aut per hereditatis petitionem, aut per querelam, aut per bonorum possessionem succedit. Hereditatis petitio, de re fit: cui filius aut ab intestato, aut ex testamento, aut per querelam, bonorúmve possessio. contra tabul. succedit. Querela, ad litem pertinet. Nec satis constat, vtrum iure ciuili potius, quam prætorio introducta sit l si pater. cum gl. 1. C. de inoffi. testam. Est enim extraordinarium & extremum auxiliũ. Quod magis ex iurisdictione, quã ex iure ciuili originem habere videtur Cæterũ per querelã, de iure testamenti quæritur. Et sic iure ciuili testamentum infirmat. l. cum mater. in fi & ibi Bal. l. nã & is §. j. Titia ff. de inoffic. testamento. Ac si testator suæ mentis non fuisset. l. illud ff de contratabul. Quæ sine legitima & rationabili causa admittitur. Bartolus. l. Titia ff. de inoffic. testamen. Testator enim, probe sapiens præsumitur Bartol. l. prima. numer. 13 ff de iure codicillorum. Cum igitur parentes liberos suos exheredant, vel omittunt: ad quærelam admittuntur, hereditate tamen prius adita. l. si filium. §. exheredatio. l. illud. ff. de contratabul. quum non prius sit, contra quem agant, quive iudicium defuncti suscipiant. Succedit quoque filius patri, per bonorum possessionem, quæ iuris prætorij est. Cuius officium est: parentum odia & impietatem aduersus liberos moderari. Cæterum datur ista bonorum possessio contratabu. etiam antequam heres adeat. l. illud. ff. de contratabu. per quã de iure patris quæritur. Quod ius ea quæ iure ciuili constituta sunt, non tollit: argumento § quos autem. Instit. de bonor. possession. Et ideo non rumpitur testamentum, sicut per querelam. gl. adoleuerit § qua ratione. inst. de pupill. substitutione. Differentiæ ratio tum ab aliis, tum à Fabro, §. primo insti. de inoffi. testa. non obscure tradita est, illa tamen à Iurisconsf sumpta. l. filio. § j. ff. de inoffi. testa. Proinde quædam edictalis bonorum posses. est, quæ ex edicto Prætoris, aduersus bona eius qui mortuus est, competit. Alia decretalis, quę à prętore viuo decernitur. l. j § decretalis. ff. de succeſſor. edic. l si C. qui ad bonor. possession. l. prim. ff. de bonor. possession.

6 † Quinto iniuria illata filio, censetur illata patri. l. secunda Cod. de iniur. Et ideo eo nomine pater agere poterit, tametsi filius alioqui consentiat, iniuriam sibi inferri. l. si quis seruum. ff. eodem. Vt si quis filium ipso consentiente vendiderit, nihilominus patri eo nomine actio competit l prima. §. vsque eodem. Si quis filium, cuius fuerit ignorans, verberauerit, nihilominus in eum pater iniuriarum aget. l. siue autem. e. d. l. j.

Sexto, si filius metu ductus se obligauerit, vel aliquid dederit, iuuatur exceptione, quod metus causa. Qua etiam parentes, liberorum nomine, pro affectu paterno agere poterunt. l. isti quidem. ff. quod met. caus.

7 † Postremo, cum patris & filij vna & eadẽ persona sit: neque sibi, neque filiis suis pater ius dicere debet. l. qui iurisdictioni ff. de iuris. om. iud.

8 CONTRA. † Si testator cum impuberi heredem instituat, qui sibi heres fuerit: is qui ex testamento heres extiterit, substitutus videbitur l qui liberis. §. j. de vulg. Et ideo si filius Titij & Caius simul instituti heredes fuerint, & idem filius moriatur, ac pater impuberis hereditatem vna cum coherede Caio adire voluit, non poterit, sed tantum Caius. dicto §. primo. Expressa enim testatoris prouisio, tacitæ præfertur: vt puta, filio impuberi herede instituto, extraneum eidem expresse substituens, tacite proximioribus ipsi impuberi competit. l. cum ex filio. §. j. de vulga.

9 † Præterea, si pater sibi liberisq; suis emphyteusim quęsierit: primo sibi, deinde liberis suis acquiritur. Iason. l. prima. num. 5. ff. de iustitia & iur l cum pater. §. j. de leg. secun. In matre secus est. omnes enim simul vterentur. l. si mulieri. ff. de vsufruct. accrescend. nisi testatoris dispositio obstet. vt si matri & liberis ita legatum relictum fuerit, vt alterinis annis vterentur: potest dici, matri prius, deinde liberis legatum relictum videri. l. quoties. ff de vsufruct.

10 CONCLVSIO. † Pater & filius tam diu vna & eadem persona, legis interpretatione censentur, dum disponentis voluntas, vel iuris authoritas non repugnat. vt in casibus contrariis proxime deductis.

11 ANIMADVERSIO. † Alciatus l. heredes. nu. 18. ff. de vulg. voluisse visus est, conditionem quę de filio loquitur. ad patrem non trahendam, quòd conditiones facti sint. Et quòd ad facta attinet, persona patris, à persona filij diuersa & separata cẽseatur. l. qui hered. de condi. & demonstr. Si quidem de seruo ad filium recta fiat illatio, quod tamen ferendum non est. Et tamen non omnino dissentimus, conditionem quæ de filio loquitur, ad patrem non trahẽdam, tametsi cõditio in personam patris collata, ad filium trahi possit, argumen. l finalis, in fi ff vnde liberi

12 † Hinc est, quòd filius regis vel comitis, viuo patre Rex vel comes recte appellari potest: quia cum post patris mortem, eam dignitatem consequuturus sit, l. sed & c. §. qui autem. de excusatione tutorum viuo patre nomen obtinebit. gloss. prima. cap. fina. 24. quæstio. j. Nam interim quodammodo dominus habetur. l. in suis. de liberis & posthumis. Quæ improprietatis dictio, quodammodo, satis denotat, magis spe, quam re, filium

filium regis dici.l nec ei. §. præterea.ff.de adoptionibus.l.si C.de pac.Et ideo nomen ex his imponendum non est,quæ ex spe incerta futuri euentus dependent. Cursius cons.33. col.3.arg.l.naturales.de acq.rer.dominio.Spes tamen illa est aliquid l.3 C. de don. Idem de his nominibus dicendum est, quæ ob exercitium principaliter inuenta & moribus tradita sunt.l.nemini.C. da aduoc.diuerso.iud.Filius enim nec proprie,nec improprie nomen patri conueniens assumere potest, vt doct filius enim doctoris,non est doctor: filius aduocati,nõ est aduocatus.Satis est igitur si filius,patris cognomen ac virtutis vestigia retineat.l & si.C. de malefic.c.3.33.dist.ibi,& ad filios Augustos.

FILIVS PRIMOGENITVS naturalis tantum & posteà legitimatus,an naturali & legitimo præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Filÿs primogenitis priuilegia concessa.& nu.9.*

2 *Filius primogenitus & postea legitimatus,an naturali & legitimo preferendus.*

3 *Quod a principio non valet,tractu temporis non conualescit.& nu.8.*

4 *Patris dignitas,anterioribus filiis non proficit.& nu. 14.& 17.*

5 *Actus retro non trahitur.& nu.13.*

6 *Filÿ naturales per subsequẽs matrimoniũ legitimati, extantibus naturalibus & legitimis non succedunt.*

7 *Si libertus in seruitutem redigatur,quem filÿ eius statum sequantur.*

10 *Proximus quis dicatur.*

11 *Filÿ quandocunque suscepti,suitatis iura obtinent.*

12 *Filius naturalis & legitimus,non impedit legitimationem filÿ naturalis.*

13 *Filÿ legitimatio ad similitudinẽ postliminÿ & conditionis retrotrahitur.*

15 *Filius naturalis & legitimus natus, primogenituræ ius obtinet.*

Filÿ naturales & illegitimi qui dicantur.

Quæstio 11.

FILIIS primogenitis multa peculiariter concessa sunt.Abraham primogenito filio suo Isaac cuncta quæ possidebat,dederat. Cæteris obtulit munera,Genes.25.Isaac Esau primogenitum filiũ benedicturus erat,nisi consilio Rebeccæ vxoris suæ,Iacob antepositus fuisset.Genesis 27.Quia fratri suo ius primogenituræ vẽdiderat.c.quã periculosum.7 q.1.Quod tamen pater non poterat.Nã vt Deut.21. scriptũ est,si habebis vxores duas, vnã dilectam & alteram odiosam, genuerisq; ex eis liberos,& fuerit filius odiosę primogenitus, volueris(q; substãtiam inter filios diuidere:nõ poteris filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ Sed filium odiosæ agnosces primogenitum,dabisq; ei de his quæ habueris cuncta duplicia.l.si ff.de fid.instru.Hinc est,valere pactũ,vt emphyteusis ad primogenitum tantum transeat.Bal.l.2.col.3. C de iure emphyteut.Ias.eod.nu.145.

2 †Quid si primogenitus naturalis tantum, postea legitimatus fuerit, an naturali & legitimo præferatur? Bartol l si cum dotem.§. final.ff. de solut.quæstionem proponit,tamen nihil respondet. Nos naturalem primogenitum succedendi ius nullum habere, probabimus.

3 Nam †vbicunque matrimonium propter aliquod impedimentum initio non constitit, sublato impedimento,(quamuis eadem voluntate perseuerante, iustum matrimonium esse incipiat,l & si contra. Codic. de nupt.l.cos.ff.de ritu nup.) non propterea tamen liberi ante suscepti,iusti sunt,sed hi qui postea procreati fuerunt. Anton.Vacca. l. Paul.de statu homi. Quia quod à principio non valet,tractu temporis non conualescit.l.quod in initio.l.quæ ab initio.ff. de regulis iur. Hinc est,quod delictum serui domino non nocet,si eo tempore non esset dominus.l.4.§.1.de nox. actio. Si cum alieno seruo contraham,eundémque postea redimam,quod iussu postea non tenebor. l. si tutori quod iussu l.inter.§.sacram.de verbor.obligationib. Si pater in testamento filium præterierit, tametsi præmoriatur filius,prius testamentum non rumpitur, cum posterius à principio non valeat.§.1.insti.de exhered. lib.l.si filius.de libe.& posthum. Si vasallus rem emphyteuticariam inconsulto domino vendidit, potest dominus rem emphyteuticariam vendicare. de prohib.feud.alienatio.per Lothari.gloss.ac beneficio libro secundo feud.titulo.52. Cum enim principium & origo cuiusque actus attendendus sit.l.Titius.de milita.testamento si ab initio vitiosus fuerit,tractu temporis conualescere non potest. Ita etiam hoc loco, si originem spectemus,dicendum erit:vt naturalis filius,qui à principio succedendi ius nullũ hebebat,neque se habiturum sperabat, propter legitimationem subsequutã, naturalibus & legitimis non præferatur. c.tanta.§1.extr.qui filij sint legitimi.Ne quod à principio inutile fuit,ex euentu confirmetur. l.cætera.§.1. de legat.1.§. præterea. institut. quibus non est permis. tametsi principis rescriptum,anteriores filios non excludat.

4 †Præterea, Qui illustrem dignitatem consecutus est,anteriores filij patris priuilegio non fruentur: vt in filiis decurionum.l.mortis.§ sed enim ff.de poen.l. secunda §,in filiis.de decur.l.diuo C.de quæstio.l.penulti.in fin.de decur.libro 10.C.In patricij filiis.l.de dititÿ.l fin.eodem In cohortum filiis.l.quicunque.de princip.agen.In rebus,eodem libro Hinc est,quòd filius serui,tametsi pater manumissus & natalibus restitutus,decurio creatus fuerit, hoc honore filius non gaudet.l ex libera. Cod.de suis & legitim. Extat Arimenis exemplum, qui licet fratre suo Xerxe anterior esset tamen ius primogenituræ non obtinuit.

5 †Tertiò,quod hodie valere incipit,retro non trahitur.capitulo 1.extr.de despon.impuberum.ca.quãuis.de rescript.in 6. Vt si testamentum ante militiam minus solenne,in expeditione confirmetur,non tamẽ retrotrahitur.l.tribuimus.ff.de militari testamento. Sed quasi ex noua militis voluntate valere incipit.§. sed &.Institut.de milit.testamen.Idem de eo dicendũ est,qui antequam iurisdictionem esse ingressus alteri mandat,cum non liceat.l.obseruare.in fin.ff.de offic.proconsul.

6 †Quartò,præsupponamus naturales filios,secuto matrimonio,fieri legitimos.§ si enim authent.de incest.col.2.& iure posse succedere:non tamen poterũt, si naturales & legitimi posteà existant.§.dubitatum. auth.de incest.nup.

7 †Postremò,si libertus propter ingratitudinem in seruitutem redactus fuerit,etiam filij qui postea nascentur,seruient.Qui vero iam extabant,dum libertate potiretur,libertatem retinebunt.l.2.C.de libertis & eor.libertis.Et sic filij eum patris statum sequuntur, in quo natiuitatis suæ tempore erat.

8 CONTRA.†Si ex consuetudine solus primogenitus succedat,pater testamento suo id ius tollere poterit.Alcia.l.nemo nu.20.de leg.1.cum hęc consuetudo aduersus ius cõmune sit.l.maximũ.C.de lib.pręte. Ideo stricte est intelligenda,vt scilicet ab intestato tãtum primogenitus succedat. De filio primogeniti

maior dubitatio est, num & eundem excludere pater poterit. Plerique sentiunt patrem excludere primogeniti filium, cum regnum iure hereditatis non deferatur. clemen. pastoralis. de re iudic. Nico. Mi h. l. fin. C. de iurisdict. om. iudi Bartol. auth. post fratres. C. de legit. hered. Qua in re magna fuit veterum altercatio. Cardin. c. j. de f. ud. Marchiæ. Ias l. is potest. de acquir. hered. Sed ita in successione regni Vandalorum, in Africa obseruatum, & à Iustiniano non solum approbatum, sed armis quoque defensum, Præcopius lib. 3. author est. Præterea licet vnus legitimatus à principio succedendi ius nullum haberet, quia naturalis & illegitimus: tamen cum primum legitimus factus est, habere incipit §. fi. inst. de nup. Paria enim sunt, tempore habili statuere, vel in tempus habile conferre: puta, nō licet masculo ante decimumquartum annū, matrimonium contrahere: § j. instit. de nupt. Si tamen ante hoc tempus contractum sit, per superuenientem legitimam ætatem confirmabitur. l. minorem. ff de ritu nup. ca is qui fidem. extr. de sponsa. Si maior viginti annorum, minor tamen vigintiquinque manumiserit: ante vicesimumquintum annum manumissionem reuocare pōt, postea non. l. verum §. quod si minor. ff. de mino. Copula carnalis voluntaria, legitimat matrimonium præcedens, metu contractum. l. 2 C. quod met. caus. Præfectus antequam prouinciam fuerit ingressus, legato suo mandare iurisdictionem non debet. l obseruare §. post hæc ff. de offic proconsul. Si tamen fecerit, & prouinciam ingressus, voluntatem suam non mutauerit: legatus iurisdictionem habet, non ex quo mandata est, sed ex quo præfectus prouinciam ingressus est: dicto §. post hæc in fine. Senatores vxorem vilem & impudicam ducere prohibentur. l. j. C. de natu libe. Annota in §. 3. numer. 6 instit. de nup. Deposito tamen officio, iustæ nuptiæ effici poterunt. l. & si. C. de nupt. Magistratus in sua iurisdictione neque vxorem ducere, l. si quis ff. de ritu nuptiarum. §. sunt & aliæ. institut. de nup neque aliter contrahere potest, l. j. C. de contractib. iudi. Aret. consil. 24. nu 12. Rom. singul. 743. tametsi ipsos heredes instituere permissum sit, Iason. l. quæ delegato. numer 25. de legat. j. Et tamen quod à principio non valet, cum possit tempore conualescere: naturalis filius qui succedendi ius nullum à principio habebat, habebit cum primum secundum præscripta legum naturalibus restitutus fuerit. Restituitur autem voluntate patris, vt si in testamēto scripserit velle, naturales suos filios effici legitimos & sibi successores. Perinde enim efficiūtur legitimi, ac si principis authoritate fuissent legitimati. § si vero. auth quib. mo legit. col. 6 adeo vt immunitate patri concessa, vna cum filiis naturalibus & legitimis ante vel post susceptis, vtantur. l. eos qui. de his qui sponte. lib. 10. C. Non enim despiciendū est, quod fuit, nempe illegitimus, quia iam incipit esse quod non fuit. c. ferrum. dist. 51. adeo, vt eo quod ex concubina susceptus fuerit, nullam existimationis suæ notam consequatur. c. eam te. extra. de rescr. l. quod ita. ff. de ædil. edict.

9 †Præterea. Primogenitus cum sit, qui primo natus est, hoc est, qui primus fuit in rerum natura. c. Ioseph. de ver. sig. vel qui ius primogenituræ emit. c. quæritur. § j. 2 4. q. 2. Ergo naturali primogenito, facto legitimo, successio deferenda est. l post consanguineos. §. hereditas. de suis & leg. her. §. si plures. institu. de legit. agna. succes.

10 †Tertio, proximum appellamus eum, qui ex testamento. §. proximus. Instit. de legiti. agnat. succes. siue ab intestato, l. si quis ibi, nam ff. de iniust. rup. §. intestatorum. insti de here. quæ ab intest. siue altero repudiante. §. proximum. l. post consanguineos. de suis & legi. l. j. l. si ex duobus. vnde legit. siue quo tempore bono posses. petitur. l. capitis. vnde cog. vt pote quem nemo antecedat, succedit. l. j. §. proximorū. vnde cog. l. ex duobus. de vul. l. qui duos impuberes. de reg. iur. l. proximus. de ver. sign. Proximiori enim hereditatē deferendam esse, nemo ambigit. 12. c. filiis. Sed cum filiis indistincte suitatis iura competant Pau. ad Gal. 4 & §. sciendum. l j. ff. de suis & legit. ergo & naturali primogenito, postea legitimato.

11 †Nec refert quandocunque filius susceptus fuerit, vt successionis iura obtineat. l. neminē. de dec. li 10. C. Hinc Isocrates, de officio principis sic scripsit: In procreatione liberorum, eo animo & iudicio sit, vt siue ex ignobili atque obscura, siue ex nobili clarâque fœmina, siue ex incerto, iniustóque nato concubitu, siue iusto atque honesto matrimonio liberos susceperit, oēs eandem habeant naturam & originem.

12 †Quarto, filius naturalis & legitimus non impedit, quo minus naturalis efficiatur legitimus. c. j extr. qui fil. sint leg. Minus quoque legitimus impediet, quin primogenituræ ius naturali, per subsequens matrimonium facto legitimo, ad instar postliminij de-
13 beatur, †ac retro trahatur. l. postliminium. l. retro. ff. de capt. perinde ac si nunquam naturalis tantum natus fuisset. Hinc est, quod sicut ab hostibus captus, testamentum irritum facit, si postliminio reuertatur, l. si quis filio §. pen. ff. de iniust. testam. ita etiam naturalis factus legitimus. Et sicut postliminio reuersus, excludit secundo genitos & remotiores §. sed & si pater. d. l. si quis. si necem §. si deportatus ff. de bon. liber. l. qui ex liberis §. filius. de bon. possessio. sec. tab nec primogenituræ ius, si alioqui sibi competebat, amittit. Ita in legitimato filio dicendum erit, vt retro & ad initium trahatur 35. distinct. capit. ab exordio §. si ab hostibus. & ibi annot nu 4 institu. quib mod. ius pat. pot sol & Bald. § cum autem circa finem. eodem. Sicut cum sub conditione pecuniam quis crediturus est, si pignus det, quando stipulationis conditio extiterit, perinde habendum erit, ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditiōe facta esset, l potior. ff qui po. in pig. Idem dicendum, si quis sub conditione vendiderit. Si antequam existat cōditio, alteruter decedat, & postea existat. heredes obligati erunt, quasi iam cōtracta actione in præteritum. l. necessario. §. quod si pēdente. ff. de pericul. & comm. Fundo sub conditione legato, si ea pendente heres legatarium instituat, ac postea legati conditio extiterit, fundus ad se iure legati pertinebit. l. fundo. ff ad leg. Falci. Si sub conditiōe stipulatus fuero à Titio, quod mihi Sempronius debet, & pendente conditio Titius decesserit, morte promissoris non extinguitur stipulatio: sed transit ad heredem illius, ac in tempus existentis conditionis retrotrahitur l promittendo. §. si à debitore. ff. de iure dotium. Si filiusfami. circa patris voluntatem, mutuo pecuniam acceperit, & postea pater ratū habeat, retro ad tempus mutui trahitur. l. final. C. ad Maced. Si non vero procuratori solutum sit, & tandem dominus ratum habeat, retro trahitur. l. vero. in fine. ff. de solutionib. Si igitur ratihabitione actus alioqui inutilis confirmetur, ac retro trahatur, capitul. ratihabitionem. de regulis iur. in 6. dicendum est, quod ante erat illegitimus, actu vtili, hoc est, per sequens matrimonium, vel principis, aut curiæ authoritate, non tantum efficiatur legitimus à tempore actus vtilis, verū etiam à tempore natiuitatis: aut saltem ab eo tempore, quo primogenituræ ius sibi competere potuit. arg. l. non oportet. de leg. 2.

14 †Postremò, patris dignitas, filiis quandocunque progenitis proficit. Patet in curialibus, qui cum vna cum liberis suis curiæ commoditatibus inseruire coguntur. l. neminem. l. pen. de decu. lib. 10. C. arg. l. fi. C. de ser. fug. etiam commodo & prærogatiua frui debebunt. l. eos. de his qui sponte. libr. 10. C. l. neque Dorotheum. de decu. eod. lib. Viri quoque clarissimi & viri spectabiles, vna cū sua substantia, suáque sobole, ante

vel

vel post dignitatem suscepta, à curialibus muneribus liberantur. l. fi. §. viri autem. de decur. lib. 10. C. Priuilegia cubicularijs concessa, etiã ad anteriores filios porrigenda sunt l. 4. de præp. sac. cubic. lib. 12. C.

15 CONCLVSIO. †Licet vix occurrat, quid maxime probabile videatur, ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta: tamẽ hoc in posterum sentimus, vt filius naturalis & legitimus susceptus & natus, primogenituræ ius obtineat, anterioribus filiis, in conditione pristina remanẽtibus. Qui maximũ & singulare iuris beneficium agnoscant, q non tantũ legitimi fuerint effecti: verum etiã vna cum reliquis filiis, qui post contractum matrimonium suscepti sunt, primogenito excepto, pro hereditaria portiõe & ęqualiter succedant.

16 SOLVTIO. †Quia omnis nostra quęstio est de naturalibus & illegitimis: quam differentiam inter eos cõstituamus, vidẽdum est. Naturales dicuntur his, qui in seruitute concepti sunt l. Lucius. j. in fin. ff. de leg. 2. qui multis modis natalibus restituuntur. gl. additus. §. fi. institut. de libe. Illegitimi sunt, qui liberi quidem nascuntur, non tamen ex legitimo matrimonio. § quod auth. quib. mod. nat. eff. sui. col. 7 cum tamen vtriusque legitimorum ius denegetur. §. si vero. solummodo. authent. quibus modis legiti. col. 6. Hæc differentia confunditur.

17 †Itaque quod diximus, priuilegium patri propter dignitatem cõcessum, etiam filiis quãdocunque susceptus proficere: deinde contrariũ ex singulari principis beneficio procedat, adeundus est, vt suam voluntatem declaret. l. fin. C. de legibus. Et interim casus omissus à principe, habetur pro omisso. l. commodissime. ff. de liberis & posthum. l. si cum dotem. in princip. sol. matri. l. fina. C. de pactis conuent. Quòd ad reliqua contraria attinet, sic paucis respondebimus. Præsupponendum est, patrem per dignitatem acquisitam, nobilitatis insignia affecutum. Tunc filius qui ante patris dignitatem natus est, quia pristinum patris statum attinet, patris priuilegio non vtitur. De filiis illegitimis idem statuẽdũ est. Posteriores vero filij, hoc est, qui post patris dignitatem, vel contractis nuptiis suscepti sunt, quia patris dignitate illustrantur, iure succedunt. & simili patris prærogatiua vtuntur. d. l. emancipati. § si quis. l. fi. C. de libera causa. argu. l. 4. de fabricen. lib. 10. C. Qua de re c. sequent. pluribus.

18 ANIMADVERSIO †Alcia. l. nemo. num. 20. de legatis j. cùm scribit, quòd si ex cõsuetudine solus primogenitus succedat, pater testamento suo id ius tollere poterit non animaduertit ea. quæ Deuter. ca. 21. scripta sunt, vbi patri permissum non est, ius primogenituræ, filio auferre. Puta. ex natura feudi, primogenit⁹ succedit nec valet contraria testatoris dispositio. ca. j. de succes. feud.

PRIVILEGIVM PATRIS, vtrum ad filios transmittatur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia illustribus personis concessa, filiis prosunt.*
2 *Priuilegia palatinis & aulicis concessa, ad filios trãsmittuntur.*
3 *Literarum professoribus priuilegia concessa, quibus competant. nu. 13.*
4 *Pater quando inquantum facere potest, intantũ conuenitur: filij eadem prærogatiua vti poterunt. 14.*
5 *Priuilegia mulieribus concessa, quibus prosint.*
6 *Filijs priuilegia mulieribus competant. 15.*
7 *Precarium quibus proficit.*
8 *Electio ad posteros transmittitur. & nu. 7. 14.*
9 *Priuilegia clericis concessa, quibus prosint. & nu. 20.*
10 *Actio pro sumptibus funerum, quibus competat.*
11 *Priuilegium patri ademptum, filiis nocet.*
12 *Priuilegia patri concessa, filio non prosunt. & nu. 19.*
13 *Priuilegia viuenti concessa, eo mortuo, extinguuntur.*
14 *Siue socius, siue maritus, siue is qui dotem promittit, cum deducto ne egeant, conueniendi sint, hoc priuilegium ad filios non trahitur. & nu. 21.*
15 *Filiæ priuilegium, patri, vel cuicunque alij heredi non prodest. & nu. 21.*
16 *Priuilegia pupilli, suo heredi non competunt. & nu. 23.*
17 *Pactum personale, & iniuriarũ actio ad heredes non transit.*
18 *Priuilegia quando ad filios transeant, & quatenus; quando non.*

Quæstio 12.

1 PRIVILEGIVM †patri cõcessum, ad filios ipso iure transmissum videtur: puta, viri illustres vt sunt Senatores, à sordidis extraordinariisque muneribus immunitate habent. l. maximarum. C. de excusatio. mu. lib. 10. l. senatorum. de dignita. lib. 12 Cod. Quod priuilegium ad patrem, matrem, vxores, filios, nepotes, fratres sororésque transit. l. penultima. de meta. lib. 12 C. Eorundem quoque filios plebeiorum pœnis subiiciẽdos velnoluit. l. diuo. C. de q. In priuilegiis igitur concessis, cum plenissima facienda interpretatio sit. l. fi. ff. de constitu. princip. Et irreuocabilia credantur. l. si pater. § j. ff. de donat. sicut est priuilegium ad pias causas concessum. Bart. l. priuilegia. C. de sac. sanct. eccle. l. Titia Seia. §. vsuras. de lega. 2. Felin. capi. ecclesi. col. 35. quæst. 12. de consti. Cyn. l. 2. C. de episco. & cleric. Dicendum est, priuilegia patribus concessa, filiis cõcessa videri: puta, quæ à principe donata sunt, donatarius non solum rem sibi donatam possidet in concussam. verum etiam ad posteros sub eodem priuilegio, nec solũ in heredes, sed etiam in emptores, vel alio quouis titulo possessores transmittit. l. in quibus. de fundis patrimonia. lib. 11. C. Si debitori vendere cõcessum sit, & heres eius vendiderit, recte vendidisse dicendum est. l. sicut § si debitori. ff. quibus mod. pign. Proinde quemadmodum filij, parentum priuilegio vtuntur, ita etiam parentes filiorum priuilegiis gaudebunt: vtputa, pro debito pupillari, ex quo dies cessit; quia interpellat pro homine, vsurę protinus debẽtur. l. Titia Seio. §. vsuras. de leg. 2. Debebuntur quoque patri, si debitum filij sui esse constiterit.

2 †Præterea palatini neque publica, neque priuata munera agnoscere cogũtur. l. palatinos. de palati. sacr. larg. libro 12. C. Quę priuilegia etiam filiis & nepotibus ipsorum prosunt. l. j. de priui. eodẽ lib. 12. C. l. fi. de domest. eodẽ lib. vtputa, cubicularij principis, à muneribus extraordinariis, hoc est, sordidis sunt immunes l. maximarum. de excus. mu. libro 10 C. l. 2. de propo. sac. cubic. lib. 12. C. Quod priuilegium etiam ad filios transmittitur. dict. l. 2 & l. 4 eod. Magistri libellorum etiam deposito officio, ab omni grauamine tam publico, quam priuato immunes sunt. l. j. de mag. scrin. libro 12. C. quod priuilegium etiam ad filios pertinet. d. l. j. l. in sacris 2. de proxi. sac. scrin. l. 3. de priui. eo. libro 12. C. Qui tamen libellorum magistri, à tributo canonicæ indictiõis immunes non sunt. l. iubemus. de proxi. sac. scrin. Silentiariis quoque immunitatis priuilegium concessum, eorũdẽ liberis cõpetit. l. fi. de silen. lib. 12. C.

3 †Tertio, omnes literarum professores, ab omnibus vel priuatis, vel publicis muneribus immunes sunt.

vt puta, Grammatici, l. medicos. l. grammaticos. de profess. libr. 10. Codic. l. fin. § si ff. de mun. & ho. Oratores. d. l. grammaticos. d. § fi. Philosophiæ præceptores, d. l. grammaticos l. fi. a § magistri. de mu. & hono. Hi ab onere tutelæ & sordidis muneribus immunes sunt, l. in honoribus § Philosophis. ff. de vaca. & excu. mu. sicut medici, d. l. medicos. & legum professores, d. l. medicos. Quæ priuilegia tam ad vxores ipsorum, quam ad filios transmittuntur, dicta l. medicos l. fin. in fin. de profess. & med. l. secund. de comit. consisto. lib. 12 Cod. Transmittuntur inquam patre viuente duntaxat, leg. Archiatros. de met. lib. 12. Co. l. cum vt successiuos retineant labores. concessa sint. Specu. de aduo. §. obiicitur. versicul. sed pone, abbas. Proinde si priuilegium propter merita cōcessum esset, facile crediderim eosdem perpetuo potiri priuilegio, l. 4. in fi. de episcop. & cleric.

4 †Quarto, Maritus hoc priuilegium iure consequitur, vt tantum in id quod facere potest, conueniendus sit. l. non tantū. de reg. iur. l. quæ dotis. l. si ff. solu. ma. & ibi Bar. col. 2. ver. Dicitur. ver. quæro. Ias. l. si cum procuratore. nu. 3 ff. de re iud. Et in l. Nesennius. nu. 8 de re iud. & in l. si constante. nu. 28 118. & seq. sol. mat. Eadem prærogatiua socij inter se vti assolent. l. verum. ff. pro soc. Quibus eatenus proficit, dum in pinguiorem fortunā non peruenerunt Ro. cons. 404 l. 3. § cum autem. C. de rei vxo. act. Interim hoc priuilegium ad filios & alios parētes vsque ad tritauū trahitur. l. 3 § parētes l. sed si. § liberis. de in ius voc. Ias. l. non tantum. nu. 3. 5. 7. de re iud. l. iurisc. §. parentes. de grad. affinit. l. patronus. ff. de re iud. l. etiam. sol. mat. d. l. verum.

5 †Quinto, dos mulieris quæ constante matrimonio decessit, lucro mariti non cedit, sed ad heredem mulieris trāsmittitur l. 1 § illo procul. C. de rei vxo. act. l. 2 C. de bon. q. li. nisi inter cōiuges paciscatur. l. ex morte. C. de pac. conuen. d. §. illo. Quid si secundo nupta, nullis relictis liberis, nisi ex priore matrimonio? Not. Bart. l. post doté. col. 8. ibi, conclude. ff. sol. mat. Proinde quærendū est, vtrum priuilegia mulieribus concessa, ad heredem transeant. puta, cum sit commune ius, vt vnusquisque seruet pacta. l. 3. ff. de pact. liberet fidem suam pro aliis datā. l. 3. de fideiuss. Si tamé mulier fideiubeat, iustū nō est. propter sexus imbecillitaté, & quod multis captionibus subiiciatur, vt cōpræhédatur sub hac regula. Quod priuilegium etiam suis proficit. l. non solū. de in integ. resti. Mulieres tacitam hypothecā in bonis mariti habent. Et cęteris creditoribus, etiāsi anteriores sint (excepto fisco. l. 2 C. de priuil. fisc. vel eo qui pro naue fabricanda crediderit, l. quod quis. ff. de priuil. credi.) præferuntur. l. assiduis. §. ad hæc C. qui pot. in pig. Quę priuilegia heredem mulieris sequuntur. d. l. assiduis. § exceptis. l. etiam ff. sol. ma. Qui etiam in heredes cæterorum creditorum actionem habet. l. hæ actiones. ff. ad Velleian.

6 †Sexto, Macedoniano senatusconsulto prospectum est, ne qui filiofam. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem patris actio, petitioue daretur. l. 3 ad Maced. Quæ exceptio etiam patri. si filius in potestate moriatur, aut heredi filij, si paterfam. decedat, competit. l. sed Iul. §. quanquam. e. filiifa. minores pro alio fideiubere non poterunt. Quod si fideiubeant, neque ipse, neque pater, neque ipsorum heredes fideiussoria actione tenebuntur. l. nō solū. de in inte. resti. Pater agens nomine dotis pro filia. filię priuilegia cōsequitur. puta, filiæ cōpetit actio ex stipulatione tacita. § extraneū. §. seq. l. 3 C. de re vxo. act. l. insulā. §. vsuras. ff. sol. ma. Eadé & patri agéti cōpetit. § fuerat insti. de actio.

7 †Septimo, qui precario rogat, vt ipsi in fundo morari liceat, etiam pro familia sua rogasse censetur. l. pe. ff. de precar. Cui & hospitem quoque recipere permissum erit. l. 2. §. 3 ff. de vsu & habit. Hinc est, quod qui vim vxori vel familiæ facit, etiam ei vim facere creditur, qui sibi tantū vti frui licere stipulatus fuerat. Et propterea qué, vt pote adulterum, interficere marito permissum est, l. Gracchus. C. de adult. idem quoque filius conceditur. d. l. Gracchus. Ias. l. quo minus. num. 134. & seq. ff. de flu.

8 †Octauo, si quandiu voluero, eligere possim, quāuis hæc electio personalis sit, tamé filio talis electio cohærebit. l. si stipulatus fuerim. ff. de ver. obl. l. si sic. §. si quis ita de leg. 3.

9 †Nono, priuilegium concessum clericis contemplatione ecclesiæ, ipsi ecclesiæ concessum credimus. l. nulli C. de sacr. sanct. eccle. Cui merito acquiritur. §. interdicimus. authent. de eccl. titul. col. 9. Et clerici cum sint ab omnibus sordidis muneribus, & ab omni præstatione tributorum immunes, l. 2 C. de episco. vxores quoque ac liberos eorundem immunes esse dicemus. l. 3 & 2. eo.

Decimo, tempus quod datur iudicato, etiam filiis transfertur, l. tempus. de re iudi.

10 †Vndecimo, actio quæ pro sumptibus funerū datur, heredi cæterisque successoribus competit. l. si filiusfa. in fi. ff. de relig.

11 †Postremo, priuilegium alicui ademptum, etiam filiis ademptum intelligimus: cum magis patris contemplatione concessum fuisse verisimile sit, l. si habitatio. § 3 ff. de vsu & hab. Si tamen filij nominatim fuerint compræhensi, secus est. argu. l. si quis operas. ff. de oper. liber. vt in emphyteusi. Cyn. l. si liberti. Codic. de oper. libr. Bartol. l. quod dicitur patrem. ff. de verbor. obliga. Et qui obligat se non facturum. quo minus sibi habere liceat: obligat etiam heredem suum, ne faciat. l. stipulatio ista. versi. sed si. ff. de verbo. obligat. Et cum per nosmetipsos adipisci possessionem dicimus. l. 3. §. adipiscimur. de acquir. pos. nihilominus per filiū acquiri potest. l. diuus. § 3 de fal.

12 CONTRA †Milites qui triginta annis militarunt. ab omnibus & oneribus & muneribus vacationem habent. l. fi. de his qui non implet. Stipend. sacra. sol. sunt. libro 10. C. Qui non tantum quandiu militabunt, verum etiā quandiu vixerint, hoc beneficio perfruentur: l. eam. de excus. mu. eodem lib. Quod priuilegium nihil omnino filios sequitur. l. in honoribus. §. vacationum. ff. de vaca. & excu. mu.

13 †Præterea, priuilegia viuenti concessa, eo mortuo amplius concessa non videntur. l. Neratius ff. de regu. iuris. Vbi enim personæ conditio locum facit beneficio, deficiente ea, beneficium quoque deficit. l. in omnibus ff. de regulis iur. l. priuilegium. eodem. puta, priuilegia quæ magistris liberalium artium competunt, quandiu tantum viuunt, durant. l. Archiatros. de metat. libro 12. C. Patronus heres institutus & rogatus hereditatem restituere, non tamen cogitur: quod tamen priuilegium successori ipsius non competit. l. cum patronus. de legat. 2. Aduersus eum qui in dignitate constitutus est, nulla de dolo actio dari potest. l. non debet. ff. de dolo. Et tamen aduersus heredes dabitur. l. heredibus. eod.

14 †Tertiò, qui dotem promittit, quatenus facere potest, conuenitur. l. sed hoc. ff. de re iudi. Sicut & qui ex causa donationis, in ius vocatur. l. inter eos. §. is quoque. eod. Quod priuilegium fideiussori non competit. l. & si fideiussor. ff. de re iudicata. Tametsi alioqui omni accessione principalis sui vti soleat. l. fluminū. in fine. C. de vsu. rei iudica. Socij, quatenus fieri æquū est, conueniendi sunt. l. verum. ff. pro soc. Quod fideiussori non prodest. dict. l. verum. §. vidédum. maritus deducto ne egeat, condemnandus est. l. & si. ff. de re iudic. l. si maritus. solut. mat. Heredes autem in solidum condemnantur. d. l. & si. §. 3. l. sciendum eod. l. nec maritus. §. 3. C. solut. matr. l. si cum procuratore. & seq. ff. de re iudic. Res tamen donatas, & amotas imputabunt. l. rei. §. 3. sol. matr.

†Quarto,

15 †Quarto, licet filiæ ex tacita stipulatione actio competat non tamen patri, filia mortua. l. in omnibus. l. priuilegium. de reg. iur. Nec cuius alio heredi hoc priuilegium proficit. l. j. C. de priuil. dot.

16 †Quinto: priuilegia pupillo concessa, ad successorẽ non trahuntur. l. dabimus. § j ff. de priuil. cred. puta, vnus ex tutoribus in solidum condemnatus fuit: heres pupilli aduersus eum agere non poterit. l. ex pluribus. ff. de admi. tutor. Et tutor prohibitus matrimonium cum pupilla contrahere, non tamen filius prohibitus censetur. l. non solum. § si puellæ ff. de ritu nupt. §. sunt & aliæ. & ibi annot. instit. de nupt. Si quidem filia heres instituta fuerit. l. non solum. §. si puellæ. de ritu nup.

17 †Postremo. si filius quam rem velit, eligere possit, nõ tamen pater poterit. l. si. in prin. ff. de verbo. oblig. Personale enim pactum, sicut vsusfructus, ad heredem non transmittitur. l. idem. ff. de pact. §. finitur. institut. de vsufruct. l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verbo. obl. l. si vsusfructus nomine. ff. de vsufruct. Bald & Salic. l. j. C. de bo. quæ lib. nec fiscus. l. j §. an bona. ff. de iur. fisc. Et iniuriarum actio quæ in heredem non datur, neque etiam heredi dabitur. l. iniuriarum. ff. de iniu. l. pe. de in ius voc.

CONCLVSIO. Quia hoc loco de priuilegiis à principe cõcessis agitur, & vni magis quã alteri faueat l. neque Dorotheum. de decur. lib 10. C. satius est vt ipsum cõsulamus, & ab ipso interpretationem petamus, l. omni C. de sac. san. eccl. l. inhumanum. l. si. C. de legi. l. ex facto. ff. de vul. dum tamen non datur principis facultas, tentandum est.

18 †Igitur si priuilegium propter rem concessum fuerit, etiam ad heredes transmittitur. l. ætatem. in fi. ff. de censib. l. hi quibus. de fun. pat. lib. xj. C. l. in omnibus. la 3. ff. de reg. iur. Quo casu frustra principis rescriptum postulamus. l. 3. in fi. de censib. Quia licet mutẽtur personæ, manet tamen eadem res. l. proponebatur. ff. de iud. Si personæ concessum fuerit priuilegium, etiam suis concessum creditur, quandiu is cui concessum est, viuit. l. pater. ff. de serui. leg. l. in omnibus. la 3. l. priuilegia. de regu. iur. Et hoc nisi nominatim sui à priuilegio concesso exclusi fuerint. l. 3. in fi. & l. seq. §. quanquam. ff. de censib.

19 SOLVTIO. †Militum priuilegia ita demum filiis non prosunt, si alium sequuntur statum. l. priuilegio. de decu. lib 10. C.

20 †Quod dictum est, priuilegium clericis concessum, ecclesiæ concessum videri: hæc sententia vera est, si concedentis voluntas non repugnet. capit. requisisti. extr. de testi. l. cum quæstio. in fi. l. cum virum. Cod. de fideicom. l. in conditionibus ff. de condi. & demonstr. argum. l. non dubium C. de legat. Si non appareat, si per nomen proprium relictum sit, ecclesiæ non competit. l. ad recognoscendos. C. de inge. & manumiss. Si per nomen appellatiuum, contemplatione ecclesiæ relictum videtur, l. annona. §. Titia. ff. de ann. legat. nisi summa necessitudo, vel propinquitas vrgeat. l. verum. ff. pro soc. Sali. l. non plures. ibi, sed vbi. C. de sac. sanc. eccle.

21 †Quod dictum est, priuilegiũ mariti heredibus non proficere. in extraneo herede locum habet. l. maritũ. l. quia tale. ff sol. mat. l. j. ff. de iur. immunit.

22 †Dictum est, mulierum priuilegia ad heredes non transmitti. Hæc sententia similiter in extraneo herede locũ habet. l. etiam. ff. solu. mat. l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pig. Proinde si pater agat viuente filia, actio priuilegiata est: sin ea mortua, secus est.

23 †Dictum est, pupillorum priuilegia ad heredes non trãsmitti. De extraneis intelligẽda conclusio est. l. maritum. ff. sol. mat. In proximis non vtique. l. etiam eo.

24 †Probauimus filio datam electionem, patri nõ competere. Hoc ideo, quia nominatim cõmissa est. Bal. cõs. 304. in prin. Ias. l. filiusf. §. diui. de leg. j. c. cum criminalibus. 3. q. 3. Spec. de offi. dele. §. iam nunc. circa fi. Ias. l. quo minus. nu. 135. 175. ff. de flumi.

SVMMARIVM.

PATER VTRVM TENEATUR PRO FILIO.

1 *Pater pro filio tutore vel decurione tenetur. num. 4. 8. 11. 12. & sequen.*

2 *Pater pro pecunia filio mutuata, quatenus teneatur.*

3 *Pater ex delicto vel ex stipulatu filij quatenus teneatur. nu. 5. 7.*

5 *Factum pluribus contra vnum probatum, cæteris nõ præiudicat.*

6 *Filius, patris deteriorem non facit.*

9 *Filius quando in patris potestate esse desinat.*

10 *Patre mortuo, in quibus tenebatur pro filio, actio particulariter filium non sequitur, sed omnes heredes.*

Quæstio 13.

1 SI †filius patre sciente & non cõtradicente, tutor à prætore datus sit, pater tenetur. l. si filiusf. ff. de tut. l. 4. in fi. de fide. tut. Idem dicendum, si decurio, patris consensu, filius creatus fuerit. Pater enim, vtpote fideiussor, pro filio tenetur. l. 2. ad munic.

2 †Præterea, si filiof. mutuatam pecuniam, sciente & tacente patre, præsupponamus, si non statim cõtradicat, consentire videtur. l. filiusf 2. ff. ad Maced. Si filiusf. patris iussu donauit, perinde est, ac si pater ipse donasset. l. in ædibus. §. pen. ff. de donation.

3 †Postremo, pater, vtpote fideiussor filij, l. cum filiusfa. de verb. oblig. & delicto filij, quatenus in peculio habet, conuenitur. l. quoties. & sequen. ff. de noxa. act. l. si quis vxori. §. si seruus tuus l. eum qui. §. an pater. ff. de fur. Idem dicendum, si filiusfa. Stichum dare spoponderit Si enim cum per eum steterit, quo minus daret, decesserit Stichus: datur in patrem, vt pote fideiussorem, de peculio actio. l. si à colono ff. de fideiussorib. l. in ædibus §. pe. ff. de donation.

4 CONTRA. †Si filiusfa. testamento tutor datus tametsi sciente & consentiente patre, tutelam administret pater non tenebitur, l. Lucius. ff. de admi. tut.

5 †Deinde quando factum ad plures indiuiduè trahitur, vt partus mulieris, l. 3. in fin. de iureiu. vt causa fratrum. l. j. C. quib. res iudi. vt creditoris & debitoris, l. iudicatæ. in fi. ff. de excus. rei iudica. si contra vnũ probatum sit, vt condemnetur, cæteris nõ præiudicat, l. denunciasse. §. si condemnatus. ff. de adulter. toto tit. C. res inter alios acta. Et ideo si deliquerit filius, ne in peculio quidem filij debet patri nocere, tametsi pater eius administrationem alioqui filio permitteret. l. si filiusfa. ff. ad Maced. Qui vsumfructum bonorum filij iure habet, & prior est tẽpore, l. si vsusfructus nomine. ff. de vsufruct. Bald. l. j. C. de bo. quæ lib. l. j. §. an bona. ff. de iure fisc.

6 †Patris autem deteriorem conditionem facere nõ potest, l. quanto. ff. de iureiur. siue paciscẽdo, siue quid aliud agendo, l. filius. C. de pact. tametsi acquirere ipsi possit, l. filiusfa. ff. de sol. arg. l. si defensor. ff. de interro. actio.

7 †Postremò, Pater cuius filio commodata res est, furti agere non potest, quia custodiam præstare nõ debet, l. eum qui. §. an pater. ff de furt. Ita etiam pro delicto filij conueniri non potest, l. eum qui. ff. de iure fis.

SOLVTIO Cum sint termini diuersi & separati, ideo non potest solida adferri conclusio. Eã igitur secundum solutionẽ contrariorum proponemus.

8 †Quod igitur ad filiumfa. tutorem deputatum, vel

ad aliquem magiſtratus gradum creatum (ad quem,
niſi patre conſentiente,non vocatur.l.ſi pater.C. quan
do prauoc.non eſt neceſſ.) attinet:aut pater ita iuſſit,
& conſentit filio adminiſtranti,ac ſi ipſemet pater ge-
reret, omne ſiue damnum ſiue lucrum amplectens,&
in ſuam fortunam accipiens:& tunc pater in ſolidum
conuenitur.l. denique. §. ſed vtrum. ff. de min.l.j.& l.
fi.in fi.de filiuſfa.lib.10.C.l.ſi filiuſfa.& l.filiuſfa ff.de
tut.l.Lucius.ff.de admi.tut.l.fi.§ ſancimus.C. de bon.
quæ lib.l.j.ff. quod cum eo.l.j §.j.C.e. l. filiuſfa. de ad-
mini.re.dot.l.cum filiuſfa.c.l.j.ff.quod iuſſu.l.j.§.quid
ſi.Cod.quod cum eo.l.prim §.ſi is qui nauem.ff.de ex-
erci.act.l.ſi vni.§.j.fam.erc.l.ſecund.ad municip.l.Lu-
cius.§.idem reſpon.ff.ad municip.Si vero tantum con
ſentit,vt filius poſſet gerere, vel obligare ſeipſum pro
pupillo,cuius tutelam gerebat, non autem agnouit:
tunc duntaxat de peculio & de in rem verſo conueni-
tur,d.l.j.ff.quod cum eod.l j.& 3. ff quando ex fac.tut.
inſtitut.de tut.in princip l.j.§ ſi filiuſfamil. §. item de
magiſtr.conuenien l j.§.ſi cum impubere.l.ſi quis ſer-
uum.in fin ff.de pecul.l.libertus.§ filium.de mun.§. ſi
quis.authentic.de fideiuſſ.l 3 col.1.in fi.de admi.re.Ex
ſuo autem pater non tenebitur.l j.de filiuſfa.lib.10. C.
maxime dum conſenſum ſuum nominatim non accō-
modat,l.filiusfam C.ne fil.pro patre.l.filios.de decur.
libr.10 C.l.ſi pater.C. quando prouoc.l.j.§ ſcientiam.
9 ff.de tribut l j.§.is qui nauem.ff.de exerci.act. †Cum
enim pater per ſuperuenientem dignitatem,vel per tu
telæ dationem filium in poteſtate habere deſinat,§ fi-
liuſſa & ibi annot nu 5.inſtit.qui mo.ius pat.l.filiuſfa.
ff.de his qui ſunt ſui.æquum non eſt,vt in aliquo tenea
tur. Eadem in patre adoptiuo ſtatuemus, l ſi ado-
10 ptauero.ff.de precar l.penultim.ff.de adopt. † Proin-
de in quibus pater pro filio tenebitur, patre mortuo,
onus omnibus heredibus commune erit,l. j. §. ſed an.
ff de col bo.l.j.de peric.ſucceſſ paren.lib.10.C & om-
nes ſimul tenebuntur,l.j.de decur.libr.10.C.tenebun-
tur inquam de his,quæ geſta fuerūt à filiofa. patre vi-
uente.Patre autem mortuo,non vtique.l.ex patre.§.fi-
lius l ſi vir.§ ſed ſi.ff fam.ercif.l.& ſi.ff.de mu.& hono.
11 ANIMADVERSIO. †Accur.ait,gl. ad l.Luci⁹.ff.
de admi.tu.gl.conſenſiſſe.ibi,item not.ad munic.Si fi-
lius tuus datus,emancipatus eſt,pater pro eo tenetur.
Pedibus omnes in hanc diſcedimus ſententiam. Verū
audiamus reliqua.Si in poteſtate ſit,aut filius teſtamē
to,aut à prætore tutor datus eſt. Si teſtamento, pater
de peculio,& de in rem verſo tātum.tametſi agnouit,
tenetur.Sin datiuus,in ſolidum. Verior hæc ſententia
eſt,vt ſiue à prætore.ſiue teſtamento filiuſfa.patre con
ſentiente datus ſit: quatenus in peculio habet, aut in
rem ſuam verſum eſt,pater teneatur,l.Lucius ff.de ad-
mi.tut.Sin onus tutelæ ſuſceperit,aut agnouerit,in ſo
lidum tenebitur,l. ſi filiuſfa.de tute.
12 INTERPRETATIO. †Imper.ait,l.cum filiuſ-
fam.in princ.C.quod cum eo. filiofamilias tutore vel
curatore dato,patrem de peculio & de in rem verſo
tantum conueniendum.Quod verum intellige,niſi pa
ter onus tutelæ nominatim ſuſceperit. Tunc enim in
13 ſolidum tenebitur. †Imper.ait,l.fin.de filiuſfam.lib.10.
C.ſine periculo patris,filium à magiſtratibus curato-
rem datum eſſe.Addas,Niſi quātum ad peculium, vel
ad actionem,de in rem verſo, attinet. Nam licet pater
ex contractu filiorum ipſo iure non teneatur. æquum
tamen eſt,peculio tenus condemnari, l.actiones.ff.de
14 actio. †Vlpian.ait,l.2. ff.ad munici Quicquid in Rep.
filius geſſit, pater fideiuſſor præſtabit. Vtrum
autem in ſolidum,an peculio tenus,
non meminit. Ideo dic
vt ſupra,nu-
mero, o-
ctauo.

FILIVS VTRVM TENEA-
tur pro parte.

SVMMARIVM.

1 *Patris bonitas filiis prodeſt & nocet.*
2 *Patris iniquitas filijs nocet.*
3 *Filij eius qui maieſtatis damnatus eſt,omnia bona pa*
tris vel proximorum amittunt.14.41.
4 *Sententia quando etiam poſt mortem rei ferenda ſit.*
& nu.26.ius patronatus vtrum propter delictum pa
tris amittatur.eo.& nu.7.14.22.
5 *Filius etiamſi non fuerit patris heres,pro ipſo nihilo-*
minus tenetur.& nu.12.13.25.
6 *Patre re petundarū dānato,quatenus filius teneatur.*
7 *Delictum vaſalli nocet filio.& nu.4.14.16.20.*
8 *Pater qui alterius teſtamentum infirmauit, aut de-*
functi mortem non vindicauit,filio nocet.
9 *Filij bona patris heretici amittunt.15.24.*
10 *Pœna potius molliendæ,quam exaſperanda.*
11 *Filius non portabit iniquitatem patris:*
12 *Patre in officio delinquente,filius non tenetur.*
Inceſti bona quæ fiſco adiudicanda.eod.
13 *Pro pecunia patri credita,in filium actio non compe*
tit.& nu.5.
17 *Filij ex pollicitatione Reip.facta,quatenus teneātur.*
Patris infamia,filijs non nocet.
18 *Filius ex delicto patris non conuenitur.*
19 *Omnium ratio reddi non poteſt.*
20 *Bona patris delinquentis,quatenus à filijs non auſe*
renda.& nu.ſequenti.

Quæſtio 14.

1 BOnitas & clementia patris,filiis prodeſt:Ierem.
c.32. Tametſi filij peccauerint.Salomō enim,li-
cet mandatū Domini tranſgreſſus quod fœminis a-
lienigenis ſe cōmiſcuiſſet,tamen propter Dauidē pa-
trē ſuū ab eo Dominus regnum nō abſtulit,Regum 3.
c.11.Sed non tantum prodeſt,verum etiam plerunque
nocet.Filios enim Iob dominus conſumpſerat,vt le-
nitatis & temperantiæ ſuæ periculum faceret.Iob ca.
2 1. †Quanto magis patrū iniquitas,ac ſcelus filius no-
xium eſſe debebit?Dy.reg.nō debet.ibi,itē clare.Exē-
pla paſſim tam diuinitus quā humanitus tradita ſunt.
Pro peccato Sodomitarū, permulti innoxij,cæleſti i-
gne cōſumpti ſunt.Hebræi,quod aduerſus Dominū mur
murarent,terram promiſſionis amiſerūt,paruulos au-
tem Dominus introduxit.Verum facti ſunt dyſcoli in
deſerto annis quadraginta,& portarūt iniquitatē pa-
trum ſuorum.Multiſque miſeriis oppreſſi ſunt,donec
patres ipſorum obierant,Num.24.Propter peccatum
Amalechitarum,non ſolum paruuli.verum etiam bru-
ta animantia conſumpta ſunt.Dathan & Abiron cum
aduerſus Moſem & Aaron ſchiſmatis authores fuiſ-
ſent,ipſi cum vniuerſa ſua ſobole mortem obierūt mi
ſere:Numeror.16.Propter peccatū Phogor,nō ſolum
filij Madianitarum,verum etiā filię vltimo ſupplicio
deditę ſunt:Numeror.c.31.Iſraelitæ,quod non obſerua-
rent præcepta Domini,illis Deus cōminatus eſt,dicēs:
Filios generabis & filias,non frueris eis, quoniā du-
centur in captiuitatem. Deuteron.cap.28.l.quiſquis.
C.ad l.Iul.Solomonis frater vterinus,Dauidis primus
ex Bethſabea filius, propter peccatum fornicationis
patris cū Bethſabea filius,propter mortis inſidias, quas
aduerſus Vriam virum Bethſabeæ ſtruxerat, moritur
Regum libr.2.capi.xj.& ſeq.Propter Saul,quòd occi-
diſſet Gabaonitas,facta eſt fames magna,donec vlti-

mo

iuo supplicio septem viri de filiis eius traditi fuissent. Reg.2.capi.21 David propterea quòd populum Israeliticum numerasset, septuaginta millia virorum peste fœdissima consumpti sunt 2 Reg.24. Peccato Aegyptiorum, possessionum fructus vredine consumpti sunt, iumenta & primogenita eorum perierunt. Peccato Israelitarum, seu filiorum Heli, arca Domini, vniuersúsque populus Philistæis traditus est. Propter peccatum Achan, Israelitæ in manus hostium traditi sunt. Cham delinquente, filius eius maledictus fuit. Giezi peccato, lepra etiam ad posteros transmissa est. Esdras coram Domino profitebatur iniquitates & scelera Hebræorum, propter peccata patrum ipsorum, quotidie pullulare, & traditos esse in manibus inimicorum suorum, in gladium & captiuitatem, Esdræ libro 3.cap.8. In Babylonienses, quòd sese exaltassent cõtra Dominum, Deus quasi ventum pestiferum suscitauit, & prædicatores immisit, quibus nominatim iniunctum esset, ne iuuenibus ipsorum parcerent, Ieremiæ c.quinquagesimoprimo. Iudæi exclamantes, Sanguis eius super nos & super filios nostros: vsque in præsentem diem, miseriarum & angustiæ vestigia retinent. Achab peccante, posteritas ipsius regnum amisit. Propter Adami patris nostri peccatum, in perpetuam laboris & ægritudinis labem coniecti sumus. Propter scelera nostra, patrúmve nostrorum, grauiter peste, bello, fame opprimimur. Dominus enim propter patrum peccata & iniquitates, filios vsque ad tertiam & quartam progeniem vlciscitur, Deuter.capit.5. Vnde scriptum est in Euangelio: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Hinc est quòd de scorto nati, ad decimam vsque generationem ecclesiam ingredi prohibentur: Deuter.capit.23. Ammonitæ & Moabitæ etiam post decimam generationem, templum ingredi non poterant, quòd Hebræis alimenta denegassent, Deuter.cap.23. Malè parta, malè dilabuntur. Non enim æquum est, vt quod pater furto, rapina, vsuris acquisiuit idipsum consequatur filius. § primo. authent. vt omnes obediant iudicib.col.5. Quem non excusabit ignorantia, quò minus post mortem patris non cogatur reddere malè quæsita. Aaron & filij sui portarunt iniquitatem sanctuarij, Numer.18. Quos alloquitur Psaltes ille Regius, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

Græci post euersam Troiam, occiderunt Astyanactem Hectoris filium, ne per illum quandocunque belli culnus refricaretur. Non enim impium putandum est, post extinctùm tyrannum, & liberos innoxios trucidari & interfici, cùm id magnopere intersit Reipubl. Quid? voquámne non bellamus Christiani, neque tamen nescimus in bellis maximam malorum partem ad eos redire, qui nihil commeruerunt? Idem vsuuenit in repræsalibus, quæ vocant. Qui læsit, in tuto est, & spoliatur negociator, qui ne factum quidem audiuit, tantum abest vt in culpa fuerit. Quòd si talibus remediis vtimur, in rebus non ita magni momenti, quid censes
3 faciendum in re atrocissima? †Puta, si quis in patriam vel in principem coniurationem fecerit, vel militiam deseruerit, ipse vtpote maiestatis reus, vltimo supplicio damnatur, l.quisquis.C. ad legem Iuliam maiesta. l.j.ff.eodem.l.4.de re milit. lib.12. C.etiamsi scelestam tantum iniisset factionem.d.l.quisquis. Voluntas enim pro facto reputatur, l.Diuus.ff.ad leg. Cornel.de sicar. Quæ noxa etiam filiis innoxiis cum perpetua infamiæ nota nocet capitul.infamis. 6.quæst. j.§.filij. d.l.quisquis. Omnia enim proditoris bona fisco adiudicantur.dict.l.quisquis.& §.interdum. Institut.de hæred. quæ ab intesta. Et non tantum paterna, verum etiam auita, & omnium proximorum successione filij priuantur.d.l.quisquis, & l.fina.eodem. licet pater dum in vinculis est, à debitoribus exigere possit. Alioqui plerique innocentium, fame premerentur. l.eo crimi nis.ff de solut.

4 †Proinde vbi crimen est huiusmodi, cuius accusatio aduersus heredes duret, mortuo reo, non extinguitur.l.senatusconsult.§.si propter.ad Turpil. vt si is qui in principem vel contra Rempubl.insidias struxerit; vel militiam deseruerit, priusquam accusatus vel damnatus fuerit criminis, decedat, tametsi crimina alioqui morte extinguantur, l.final.ff.ad legem Iuliam maiesta post mortem suam, perduellionis reus iudicabitur.dicta l.4. de re milita.capit.si quis.6.quæstion. j.Hippol.rubric.de fideiuss.numer.120.& sequen. Roma.singul.686. Panormit.capit.final.in fin.de feud.l.final.C.ad legem Iuliam maiesta.l.ex iudiciorum.§.primo.ff.de accusatio.33.quæstio.2 cap. fina. Sicut quando quis hæreticos heredes instituerit, cap.si quis.extr. de hæred. Et hi licet antequam accusatio fuerit instituta, moriantur: tamen sententia ferenda est.l.ex iudiciorum.ff de accusat. Et successores, quatenus ad eos ex bonis damnati peruenerit, restituere tenebuntur. l. an vitium. § primo. ff de diuer.præscript.l.3.de interdict.& toto titul.institur.de perpet & temp. action.l. prima.C.ex delict defunct. Denique quisquis in notorio crimine decesserit, contra eundem etiam post mortem suam agi potest, saltem propter damna illata ciuiliter argumen.capit.si episcopum. in fine. 17. quæstio. 6.cap.tua.extr.de vsur.tum propter bona. l. Lucius.ff. de iur fiscal l.3.si penden.appellatio.l. Manichæos.C. de hæret.l.ex iudiciorum.§ exceptio.ff.de accusation. Quibus fiscus succedit, dicto §.interdum.dicta l.fina. Et ideo licet iudicium in mortuum acceptum, non valeat, tamen aduersus heredes experiundi ius est. l.de qua re.§ fin.ff.de iudic. Filiíque successionem paternam, etiam ius patronatus, quod ad ipsos peruenire poterat, amittunt. argumen.l. qui contra.ff.de iure patron.argumen.cap.ex literis. extr. eodem. l.prima.C. de bon.lib. Si libertus propter ingratitudinem in seruitutem redactus fuerit, etiam filij qui postea nascentur, seruient.l.2.C.de liber. Qui vi rapuit. omnia bona sua amittit.capitul.cum secundum leges.de hæretic.in 6. Eáque non filij sui, sed parentes mulieris r·p·g acquirunt: §.sancimus. authentic.de rapto.mulie.col. 9.Vacca, l.si qua pœna.

5 † Sed non tantùm filius propter patris delictum, successione paterna priuatur, verum etiam pro patre tenetur. tametsi eius heres non fuerit. Patet in causa primipili, ex qua liberi, etiam si parentibus heredes non existant, tenebuntur. l. final.de primipilo. lib.12.Cod.l.fatis.Cod.in quibus causis pignus. Quibus tamen succurritur, vt eos (cùm de duobus malis, maius sit euitandum) patres exheredent, aut à paternis bonis, suapte sponte abstineant. dicta l.final.l. eum qui. Cod. arbitr.tutel.l.prima. C. de repud.hered. Nam tunc cum pro mortuis habeantur, l.prima. §. quidam. ff. de bono. possess.contratabul. conueniri non poterunt, dummodo fraude, fraudísve suspicione careant.l.prima.§.is quoque.in fin. ff.de collat. bonor.

6 †Præterea, si lege municipij caueatur, quòd filij mercatorum teneantur pro ære alieno patris, ipso mortuo, licet non sint heredes, nihilominus tenebuntur.Baldus l.qui se patris.column.8.C.vnde liber. Cùm enim hoc pactis conuentis fieri possit, l.2. ff. quod cum eod. l. cùm affirmes. Cod.de liber.causa.cur hoc legis authoritate receptum, non erit obseruandum? l.fina.Cod.de fideicommis. Tertiò, si pater mutuò pecunias acceperit, quibus posset filium alere. si non habet pater vnde soluat, filius locupletior factus, luere tenetur: ne pater damno afficiatur, & filius lucrum sentiat: argument.l.final. in princip.de eo per quem factum erit. leg.pland.

2. §. primo. de legat. j. l. si cum seruum. ff si certum peta. In rem enim filij versa est. l. ei qui. C. quod cum eo. Bartol. l. his solis. ff de condictio. indebit. Iason. l. si cum seruum. numer. j. si certum petatur, & in §. actiones autem columna quinta. ibi, Et quid erit. Institut. de action. Salicet l. satis. cum ibi not. C. in quibus causis pignor. Roma. singul. 210. & 213. Exprimat igitur creditor, eam se pecuniam credidisse, vt filios alat. argumen. l. fin. ff. de exerci. actio. Tunc creditor aduersus filios experiri poterit, ad quos vtilitas peruenit. l. si me. ff. si cert. peta.

6 †Quartò, si quis pecuniam ob iudicatum, vel non iudicatum acceperit, non tantum repetundarum iudicium eo viuo in ipsum, l. j. & l. final. ff. ad legem Iuliam repetund. verum etiam in heredes intra annum proximum datur. argument. l. qui contra. de iure patron. l. secunda. & sequen. eodem. Idem dicendum, si quis sacram, religiosam, vel publicam pecuniam abstulit. peculatus enim crimine notatur. l. j. ff ad legem Iuliam pecul. Quod iudicium pecuniæ ablatæ etiam in filios heredes datur. l. fina. eod. Proinde nihil aliud iuris, liberis adimitur, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus mortuus fuisset. Quod generaliter in omnibus illis obseruatur, qui ciuitatem amiserunt. Vt nihil aliud liberi eorum amittant, quàm quod ab his peruentum est. l. tertia. ff. de interdict.

7 †Quintò, si vasallus ad feudum, hoc est, contra dominum deliquerit, feudum amittit. Toto titul. Quæ fuit prima causa beneficij amitten. Et tot. titu. quibus mod. feud. amitt. Quia cùm deficiat forma feudi, deficit quoque eius esse. l. quæro. §. inter. ff locat. Filius quoque ad id nullatenus adspirabit, gloss. ediderit. l. fina. C. de decur. lib. 10. licet ad agnatos peruenire possit. capit. j si vasal. feud. priuet. §. si vasallus. si de feud. contentio fit.

8 †Sextò, si quis patris testamentum inofficiosum esse dixerit, & ante sententiam non destitit, vel viuat. l. Papin. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. aut alicuius testamentum aboleuerit, & quasi intestatus decessisset, pro herede se gesserit, atque ita diem suum obierit: tota paterna hereditas, ab herede eius auferenda est. l. si quis cum. l. si quis patris. ff. ad legem Cornel. de fal. Idem dicendum, si dolo fecerit, ne testamentum mutaretur. Ei enim actiones denegandæ erunt. l. prima. Si quis aliq. testari prohibuit, etiam si quid liberis datum sit. Ea enim quæ per flagitium acquisiuit quis, liberis non prosunt: velvti si cognatum suum interfici curauerit, & eius hereditatem adiit, vel bonorum possessio. accepit.

Septimò, si filius mortem defuncti non vindicauerit, & ipse est filius suus, hereditatem amittit. l. prima. C. vbi causæ fiscal. l. si ea quæstio. Cod. de his quibus vt indig. l. Caius. & l. necessarios. § primo. ad Sylanian. Bald. capitul. quoniam contra fal. numer. 64. de probation.

9 †Octauò, hæretici non solum infamia notantur, & in perpetuum exilium mittuntur: verum etiam ipsorum bona ad fiscum pertinent, quæ etiam à filiis auferenda erunt. l. 4. & authentic. Gazaros. C. de hæret. & Manich. l. 4. C. de aposta. Filius enim cum sua causa suísque vitiis patri succedit. l. Caius. ff. de manumiss.

10 CONTRA. †Cùm pœnæ, vtpote odiosæ, potiùs molliendæ sint, quàm exasperandæ, l. absens in fin. l. si præses. l. penult. ff. de poen. l. hæc enim. ff. de suspe. tutor. ea potius facienda interpretatio est, vt filiis non noceat.

11 †Dominus enim ait, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Deutero. ca. 24. 2. Paralipo. cap. xxv. Exech. 18. Filius enim non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij. Exemplum est veteris testamenti, de Amasia, filio Ioiæ, Regum lib. iiij. ca. 14 Qui cum obtinuisset regnum, percussit seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum. Filios autem eorũ qui occiderant, non occidit, iuxta id quod scriptum est in lib. legis Mosis, Deut. 24. sicut præcepit dñs, dicẽs, Non morientur patres pro filiis, neque filij morientur pro patribus, sed vnusquisque cum peccato suo morietur. Cicer. pro domo sua, ad Pontifices: Quid vos vxor mea misera violarat, quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis? Quid mea filia, cuius fletus, assiduus, sordésque lugubres, vobis erant iucũdæ, cæterorum omnium mentes oculósque flectebant? Quid paruus filius, quem quandiu absui, nemo nisi lachrimantem confectúmque vidit? quid fecerat, quod eum toties interficere voluistis? quid frater meus, qui cùm aliquanto post meum discessum ex prouincia venisset, neque sibi viuendum nisi me restituto, putaret, cum eius mœror, squalor incredibilis & inauditus omnibus mortalibus miserabilis videretur: quoties ex vestro ferro ac manibus est elapsus? Iustitia igitur iusti super eum erit, & impietas impij super eum. Terentius in Hecyra, Puerum accipias. nam is quidem in culpa non est, post de matre videro. Quæcunque ergo delicta parentes commiserint, filio potissimum iam nato non imputantur ad pœnam: gloss. ediderit l. final. de decurionib. libr. decim. C. Annotauimus in l. si qua. num. j. de his qui sunt sui. Qui cùm nullum delictum commiserit, patris peccati macula, filium non inficit. j. quæst. iiij. cap. macula. Ergo pater solus ex suo admisso sorti subiicitur, filius autem propter peccatum non mulctatur, sed integra ipsius patris bona retinebit.

12 †Deinde si pater malè se in officio gesserit, constat filium inquietandum non esse. l. secunda. C. ne fil. pro patre. Et ideo actio tutelæ quæ creditoribus competebat, aduersus filium, nullo iure competit, ne patre quidem viuente. l. eum qui C. arbi. tutel. l. patris Cod. ne fil. pro patre. Et licet bona incesti, fisco adiudicanda sint, tamen filiis existentibus non poterunt. l. si quis incesti. ibi, Ita tamen. & authentic. incestas. C. de incest. nupt.

13 †Tertiò, etiamsi filius commodum rei perceperit, cuius nomine pater seipsum obligauit, non tamen filius conueniri poterit, sed à patre tantummodò pecunia condicitur, cui soluta est, non à filio, cui proficit l. quamuis. C. de pign. l. his solis. ff. de condict. indebi. etiamsi pro patre fideiusserit. l. j. C. de filiofa. mi. Quia condictio, personalis est, l. nõ aduersus. C. si cert. peta. ergo filia pro ea parte bonorum, quæ sibi dotis nomine donata sunt, à creditoribus non conuenitur. l. secunda. & sequen. C. de reuoc. his.

14 †Quartò, si patronus libertum iurare coegerit, ne vxorem ducat: neque ipse, neque filius aliquod ius habebit. argum. l. qui contra. ff. de iure patrona. l. adoptiuum. ff. de in ius vocand. Aut si perduellonis damnatus fuerit, aut delatorem corruperit. liberis tamen ipsius, libertorum iura salua erunt. l. quarta. ff. de iure patronat. l. etiam. Cod. de obsequent. pat. l. eius qui. ff. de iure fiscal. Licet alioqui ius patronatus tanquam fauorabile, vnà cum cæteris bonis transeat. capitul. ex literis. ext. de iure patronatus. puta, si patronus ob eam rem à liberto exheredatus fuerit, quòd ipsum capitis accusasset: non tamen filius patroni, exheredatus censendus est. l. diui. ff. de iure patronat. Et meritò ipsi filio danda erit in huiusmodi causa bonorum possessio. quia neque verbis, neque sententia legis, aut edicti prætoris, ex persona: vel nota patris sui, à bonis liberti filius excluditur. Et ita non obscurum est, patris delictum, filiis non nocere, etiamsi maiestatis damnatus fuerit. l. eorum. ff. ad legem Iuliam maiesta.

Quin-

Quintò, si libertus propter ingratitudinem in seruitutem redigatur, filij quo tempore libertate potiretur nati, libertatem retinent. leg. 2. Cod. de liber.

15 †Sextò, si quis contra sacrosanctum Christi Euangelium, seu contra ecclesiam catholicam initiatus fuerit, impunitus euadere non debet. capit. Iudæi.1.quæstio.4. Non tamen filiis bona auferenda sunt. l.quarta, C.de aposta. Quia scriptum est, Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij.cap.non imputantur.1 quæstio.4.

16 †Septimò, si vasallus contra feudum quod ab antecessoribus habet, deliquerit, licet id amittat, non tamen filij, quibus patris casus nocere non debet. l.emancipatum.in fin.de senator.

Octauò, propinqui, noti, familiares, procul à delicto submouentur, vt peccata suos teneant authores. Et ideò non minus successionis iura sibi vendicabũt. l.prægnantis. ff. de pœn. authent. bona damnatorum. C.de bon.proscri.l.sancimus.C.de pœn.

17 †Nonò, si quid Reipub.pater pollicitus fuerit, liberi non tenebuntur. Adita tamen patris hereditate, in decimam partem.l. ex pollicitatione. ff. de pollicitatio.

Postremò propter infamiam patris, dignitas quæsita liberis auferenda non est.l.crimen.de pœnit. Apparet igitur, delictum patris filiis non nocere, nec quãtum ad bona.l.fin.§.si plures.ff.de bon.damnat. Pluris enim facit princeps liberorum causam, quibus imperium adiectione ampliatur, quàm pecuniarũ copiam. dicta l.fina.in fine.

18 CONCLVSIO. †Vicit eorum sententia, qui dicunt, indignum facinus esse insontes filios pro patrum scelere puniri. Filius enim ex delicto patris, non conuenitur. tametsi & diuinitus nonnunquàm propter malos premantur boni. Et ita Deus Optim Maxi. plurumque filios propter parentum nequitiam vlci-

19 scitur. Quo autem consilio fiat, non exquirimus. Nec est nostrum ad omnia naturæ miracula respondere. Habet illa quædam arcana, quæ nos mirari voluit, scire noluit. Phædrus Platonis vtrúmne oporteat, præter authoris sentẽtiam & rationem quærere, cùm quæstionem proponit, ita ab eo responsum extat: De naturæ inquit, perscrutatione, quid dicendum, attende: Primò quidem cuiusque natura cogitanda est, vtrum simplex illud sit, an multiplex, de quo & ipsi habere artem, & aliis dare posse desideramus. Deinde si est simplex, inuestigandum quam & ad quid agendo, rursúsque quam & à quo patiendo natura vim habeat. quòd si species habeat multas, his dinumeratis in singulis similiter ac in vno, naturalis & agendi & patiendi vis inquirenda. Assiduo itaque studio & consuetudine oculorum assuescunt animi, nec admirantur, nec postulant rationem earum rerum, quas semper vident. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt: at eclipses Solis mirantur, quia rarò accidunt, & Solis eclipses magis mirantur, quàm Lunæ, quoniam hæ crebriores sunt. Quæ quanto consilio gesta fuerunt, nullo consilio assequi possumus.l.prospexit.qui & à quibus.cap.rescriptum. 2.quæstione 3. Nam vt tempestas sæpe certo aliquo cæli signo commouetur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitatur. Sic & in his quæ diuinitus nobis tradita sunt. Intelligere non possumus: nec in Iurisconsult.responsis, qui plerunque casu excitari videntur. Et ideò magis attendenda legis forma est, quàm ratio. Alciat.l.prima. numer. 8. de liber. & posthum. Cicer. de finibus libro 1. Omne animal simulátque natum est, voluntatem appetit, eáque gaudet, vt summo bono: dolorem aspernatur, vt summum malum, & quantum potest, à se repellit, idque facit nondum deprauatum, ipsa natura incorruptè atque integrè iudicans. Itaque negat opus esse ratione, neque disputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit. Sentiri hoc puta, vt calere ignem, niuem esse albam, dulce mel: quorum nihil oportet exquisitis rationibus confirmare, tantum satis est admonere. At si nouitas non magis, quàm magnitudo, debeat ad exquirendas causas excitare: difficile igitur est, omnium adferre rationem, quæ & à natura, & à nostris proposita sunt, l.non omnium. de ff.de legib.in his potissimùm, quæ iuris positiui sunt, in quibus sufficit pro ratione voluntas. gloss.l. prima. §. pueritiam.ff.de postulan. Felin.capitul. si quando. extr.de rescript. Tametsi Cicer. pro Muræna dicat, quicquam tam angustè scriptum non esse, quòd ipse non possit, qua de re agitur, addere. Ratio enim sicuti corpus anima, legem viuificat: cap. consuetudo.distinct.1.l. nominis.§.final.de verbor.significationib. Sit igitur hæc prima conclusio, quòd quandiu filij sceleris vestigia patris non sequuntur, pro patre pœnas in corpus non luant.§.finali.Institu. de nox.actionibus.

† Quantum verò ad bona paterna attinet, etiam concludendum existimamus, à filiis innoxiis propter delictum patris auferenda non esse. Referam quod legi in authent. bona damnatorum.Cod.de bonis proscriptorum. Quæ quidem breuis est, verum aureola. Bona damnatorum, seu proscriptorum, iudicum lucro aut eorum officiis non cedunt: neque secundum veteres leges fisco applicantur: sed vel ascendentibus, vel descendentibus, & ex latere, vsque ad tertium gradum, si supersint. Hæc vera sunt, dummodò ex patris delicto non fuerint acquisita, vel propter delicti acerbitatem, ex dispositione iuris. In hanc sententiam laudetur & summis efferatur laudibus vox illa magnifica Traiani: Scio, inquit, relegatorum bona, auaritia superiorum temporum fisco vendicata. Sed aliud clementiæ meæ conuenit, qui inter cætera, innocentia ac ratione meorum temporum, hoc quoque remisi exemplum. l.prima.ff.de interdict.& relegat. Is salutis communis studiosissimus & vigilantissimus, pluris faciebat liberorum causam, quibus imperium adiectione ampliatur, quàm pecuniarum copiam.l.final.in fin.ff.de bon.damnat.

21 SOLVTIO. † Vniuersa patris bona propter delicti sui acerbitatem, filius amittit: authentic.bona damnatorum.in fin.C.de bon. proscrip. l.quisquis.ad legem Iuliam.maie. Tamen principis clementia, liberis innoxiis, si ex indigno patris facinore non fuerint acquisita, reseruare debet.l.iura.ff.de iure patro. Quòd si patris delictum adeò immane & acerbum non fuerit, & conscius non sit filius, ipso iure, patris bona retinebit.l.eorum.C.ad legem Iuliam maiesta.1.quæstio. 4.cap.1.& 2. Quæ solutio cùm æquitatis plena sit, ad omnia contraria concilianda sufficere posse videbatur, tamen quia quædam addenda sunt adminicula, singulatim de omnibus videndum est.

22 †Quod de vasallo dictum est, ita demum filius propter patris delictum, feudum amittit, si non aliunde quæsitum sit. capitul. 1. Si vasal. feudo priuet. Sin ab antecessoribus originem habeat, vel in dominum non deliquerit, vel pro se & filiis suis feudum emisset, secus est.l.tertia.ff.de interdict.l.emancipatum.in fin.ff.de senat.dict.capitul.1.§.fin. quæ fuit prima causa benefic.amit.Cyn.l.si liber.ff.de oper.lib. Bartol.l.quod dicitur, patrem.ff. de verber. signific.l.si quis operas.ff.de oper.liber. Ergo vbi filius venit iure proprio, non tanquam heres, ex patris delicto in nihilum tenetur.leg. iurisiurandi. §.si liberti.ff. de oper.liber. l. diui.de iur. pat. l. Paulus.de iur.liber.nisi

in causa primipili.

23 †Quòd ad ius patronatus attinet, ita demum filius propter patris delictum idipsum amittit, si conscius criminis fuerit, alioqui non. l. iura. ff. de iur. pat. Card. c. quo iure. 8. distinct. Imol. l. insulam. soluto matrim. o. Abb. cap. cum laici. cap. quanto. in fina. de iure pat. Et hunc in modum contraria dissoluenda erunt.

24 † Probauimus hæreticorum bona, etiam à filiis auferenda, non tamen à fidelibus. l. 4. C. de aposta. Et ita contraria intelligenda sunt. Ergo macula patris ipsum non inficit.

25 †Dictum est, filium, tametsi pecuniæ creditæ commodum percepisset, nihilominus nō conueniendum, si quidem pater habeat vnde soluat: alioqui filius locupletior factus tenebitur, maximè si pro herede se gerat. l. 2. C. de hered. act.

26 †De sententia post mortem rei ferenda, hoc in summa dictum sit, vt in casibus nominatim traditis locum habeat. In cæteris verò publicis iudiciis, non aliàs transeunt aduersus heredes pœnæ bonorum ademptionis, quàm si lis contestata, & condemnatio eo viuo secuta fuerit. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. Et ideo bona eius qui in custodia, vel in vinculis, vel in compedibus decesserit, heredibus eius auferenda nō sunt, siue testato, siue intestato decesserit. l. in fraudem. ff. de iur. fiscal. Idem si se ipsum interfecerit. §. quod si eod. Quæ sententia in his reis locum habet, qui etiamsi damnati fuissent, tamen filiis bona remanerent. l. qui. §. vt autem. §. ideo. ff. de bon. damn. l. fina. de bon. eorum.

IN LIBERTATE ET PECULIO serui, quatenus taciturnitas domini, consensum operetur.

SVMMARIVM.

1 *Peculij multiplex significatio.*
2 *Seruitutes Iure gen. introducta.*
Matrimonium inter seruos verùm contrahatur.
3 *Seruus consensu domini matrimonium contrahens, liber efficitur.*
Aliis quoque modis libertatem consequitur. eod.
4 *Serui inter viuos manumissi, tacitè peculium consequuntur. & num. 13. 17.*
6 *Peculium quando tacitè manumissum sequatur, & quando non. & num. 14. 15.*
7 *In testamentis plenior quàm in contractibus interpretatio facienda est. & num. 12. 16.*
8 *Vino legato vel vendito, an vasa debeantur.*
9 *Emptio vel legatum sine traditione an valeat.*
10 *Aestimatio precij rei empta, vel legata, alteri commissa: an inutile legatum, vel emptionem reddat. 17.*
18 *Arbitrium & voluntas differunt.*
19 *Legatum conditionale, an vtile sit.*
20 *Peculium ad cautelam exprimendum.*

Quæstio 15.

1 PECVLIVM † multis modis dicitur. Liberi hominis patrimonium, & Ius succedendi. l. vbi. §. 3. ff. ad Trebellian. quod præsidij causa, ob necessitatem, vt propter bellum, reponitur. l. ex quæ tutores. §. final. Cod. de administration. tut. Aduenticium. l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. Profectitium. quod filiusfamil. de rebus paternis acquirit. Idipsum totum patri acquiritur, de quo filiusfamil. testari prohibetur. Castrense, quod in bello quæsitum est. l. si castrense ff. de castrens. pecul. Quasi castrense, quod ex publica causa in ciuitate acquiritur. l. fin. C. De inofficioso testa. De quo filiusfamil. disponere potest. Paraphernalia mulieris, peculium est. Quod si sic marito detur, vt eius fiat, quasi dominus efficitur. l. pecuniam. ff. de sol. l. prima. naut. caup. stabu. in fin. & l. 2. Adeò vt si dissoluatur matrimonium, vendicari nō poterit, sed condici. Quæ tamen condictio priuilegiata non est, tametsi mulieribus quamplurimum faueatur. l. si sponsa. ff. de iur. dotal. l. 2. §. final. de priuil. cred. Postremò quod seruus tenet, peculiū est. Possessio enim per seruum acquisita, si iusta est, domino acquiritur quasi peculium. tit. Institu. per quas person. cuique acqui. l. depositi. §. fi. ff. de pecul.

2 † Seruitutes autem, bella & captiuitates, vtpote naturali iuri contrariæ, vsu & necessitate humana exigente, gentes constituerunt. § ius autem gent. Institut. de iur. natural. Quæ potestas olim tanta erat, vt ius vitæ in manibus dominorum esset. §. nam Institut. de his qui sunt sui. l. prima C. de emendat. seruo. Quod est naturali iuri contrarium, naturali enim iure, liberi omnes nascebantur. Proinde quandiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, & manumissus liberatur potestate. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. puta, inter seruos contrahi matrimonium potest, capit. 1. extr. de coniuga. ser. licèt ius ciuile connubium esse dicat, non matrimonium. authent. licet. C. de natur. lib.

3 † Ideóque si dominus, quam credebat suam ancillam, in vxorem duxerit, libera efficitur. authentic. ad hoc. Cod. de Lat. liber. tol. Idem dicendum, si sciens dominus eam matrimonium contrahere, tacuerit. dicta authentic. ad hoc. Deinde si voluntate domini, vel heredis seruus pileatus funus antecesserit, vel ægrotantem obseruauerit, fit ilicò ciuis Romanus. l. prima. §. sed & qui. cod. Tertiò si sciente domino, & non contradicente, seruus presbyter factus sit, statim liber & ingenuus efficitur. l. si seruus. Cod. de episcop. & cleric. cap. si seruus. 2. distinct. 54. Quartò, si seruum alienum pignoratum teneam, eundémque dominus sciente me manumittat, fauore libertatis pignus remisisse videor. l. 3. & 3. C. de remis. pignor.

4 † Sed non tantùm libertatem, verùm etiam peculium, sequuta manumissione, seruus consequitur. l. libertæ. Cod. de oper. libert. l. liberta. ff. eod. nisi nominatim fuerit ademptum. l. prima. Cod. de pecul. eius. § peculium. Institut. de legat. Ideóque necesse non est domino, permittere seruo, vt peculium habeat. Sed sufficit non adimere, vt habeat. Scientia enim patientiam & consensum operatur. l. 3. §. scientiam. ff. de tribut.

5 CONTRA. †Si testamento seruus manumissus sit, peculium nisi nominatim legatum, non debetur. §. peculium. Institut. de legat. Ideóque si expressum non sit, penes testatoris successores remanebit. l. prima. C. de pecul. eius.

6 SOLVTIO. † In vltimis voluntatibus seruus manumissus, in dubio peculium concessum non intelligimus. dicto §. peculium. Si igitur dominus velit, quòd seruus peculium habeat, nominatim concedere debet. l. prima. §. licentia. Cod. commun. seruan. ma. Inter viuos verò secus est. statim enim sequuta manumissione, tacitè peculium debetur. l. prima. C. de

C.de pecul.eius.l.si serua.ff.de iur.dot.

7 CONTRA. †Cùm in testamentis plenior quàm in contractibus interpretatio facienda sit, l. in testamentis.ff.de regulis iuris.leg. cùm delicto in fine.extra.de donationibus. dicendum est, inter viuos manumisso, peculium nisi nominatim relictum sit, non deberi. l.prima.§.sed ne. Cod.commun.ser manumis. Et in testamentis tacitè deberi, cùm in testamentis plenior, quàm in contractibus, interpretatio facienda sit.

8 †Patet in vino legato, in quo etiam vasa tacitè cóprehenduntur.l.si cui.§.si vinum.ff de vin. ole.tritic. lega. Si venditum fuerit, secùs est: adeo vt si de dolio tradendo non conueniatur, tacitè id actum videri debeat, vt antè euacuare teneatur, quàm ad vindemiam opera eius sit necessaria. l. prima. in fine.& l.secunda. ff.de pericul.& commod. Idem in penore legato dicendum est, vt vasa quoque tacitè cedant.l. qui seruum.§. qui vasa.ff.de penul legat. Cùm enim vinum, vel penus per se esse nequeat, vasa secum in accessionis locum rapit.l nam quod.eod.

9 †Præterea emptor sine traditione, sibi dominium non acquirit.l.penulti. C.de rei vendicatio. Legatarius autem vel fideicommissarius efficitur verus dominus, tametsi res tradita non fuerit. Ipsis enim rei védicatio, vtpote veris dominus competit.l.prima. C. cómunia.de legat.

10 †Tertiò, precium rei emptæ si emptori vel venditori committatur, emptio nulla est.l.in venditis Cod. de contrahenda emptione. Legatum vero relictum, cùm heres voluerit, valet. l. fideicommissum.de legatis.3. Aut si alteri committatur, & non possit, vel nolit precium definire, emptio nulla est. l. finali. Cod.de contrahenda emptione. §. precium. Institut. eodem. Si verò legatum fuerit prædium, arbitrio Titij, & Titius non ellegerit: legatarius eliget, legatum autem nequaquam infirmabitur.glos.in l.in testamentis versicul.item si.ff.de regul.iur. Si igitur plenior in testamentis, quàm in cótractibus interpretatio fiat: omnino dicendum videtur, peculium potiùs deberi seruo testamento manumisso, quàm si inter viuos manumittatur.

11 SOLVTIO. †Habeo quod dicam, nemini tamen præiudicatum velim mea sententia. Vtrunque verum est, & quòd seruo testamento manumisso, nulla peculij mentione facto, peculium non debeatur: Secùs, si inter viuos. Præterea, quòd plenior in testamentis, quam in contractibus interpretatio facienda sit. Huic sententiæ conclusio nostra adstipulari videtur, si eiusdem verum intellectum attigerimus.

12 †Si enim ei qui testamento manumissus est, peculium datum non intelligamus, nemo dubitat plenissimum, heredis fauore interpretationem fieri. Si verò inter viuos manumissus fuerit, non tantùm accedit domino manumittenti, quin etiam peculium dominus amittit. Et ita strictior fit interpretatio in actu viuentium, quàm defunctorum.

13 † Si tamen cùm seruus esset plurium, ab vno precium serui offerente manumittatur, peculium serui inter socios æqualiter diuidetur.l.j.§.sed ne. C. commu.seru. ma. puta, si quis cum Titio communem seruum habens, solus libertate eum donauerit. §. erat olim. Institut.de nupt.l.j.§.& si plures. C. commu.seru. manumis.

14 ANIMADVERSIO. †Nostri diuersitatis rationem inquiréte s, cur, in vltima voluntate manumisso, peculium nisi expressè relictum non debeatur, inter viuos statim manumisso debeatur, d.§.peculium autem.Institut.de leg.leuissimè succurrunt. Referam quod legi: penes authorem, fidei periculum esto. Accurs.ait, gloss.iuris.l.prima.Cod.de pecul.eius. gloss.quamuis §.peculium.Institut.de lega. Cùm testator de rebus suis liberè disponat, & in manumissione serui, peculij non meminerit, exceptum videri debet, cùm peculium à manumissione sit separatum. Mihi sanè non displicet Accursiana sententia, cui vera loquenti assentior. Fateor enim & agnosco verum esse, quod dixit. Sed spectemus reliqua. Si inter viuos, inquit, nihil accepit, nec alteri. Et sic præsumitur seruo concedere. quod falsum est. quis enim perferret legem tam barbaram? Sufficit enim manumisso inter viuos vt peculium non adimatur, vt idipsum consequi debeat.dicto, §.peculium.Institut.de legat. Alteram diuersitatis rationem adfert. dicta gloss.iuris. Quia, inquit, in vltima voluntate, sæpenumerò non datur ocium testatori cogitandi. l. hac.§ ac.Cod.qui testament. Vnde lex pro eo cogitat, vt si quando, ne donata in collationem venirent, non expresserit. Nam legis interpretatione, conferenda erunt. § illud, authentic. de trien.& semis.columna.3 Sed hoc diuersitatis rationem non diluit. Tertia, quia manumissus inter viuos, debet operas manumittenti, peculium autem non debet: manumissus autem testamento, nó debet operas defuncto, vel heredi. ergo peculium non consequitur, dicta gloss.iuris gloss.quanuis. Eadem est ratio cum dicto, quare nihil concludit. Ego verò iam dixi meam vicem, nihil præiudicans, si quis quid habeat rectius.

15 INTERPRETATIO. †Vlpianus ait, l.quamuis §.fuit. ff de pecul. Sunt qui putant peculium seruos habere non posse, nisi concedente domino. Ego autem, inquit, puto non esse opus, concedi peculium à domino seruum habere, sed non adimi, vt habeat. Alia est causa liberæ administrationis. nam & specialiter concedenda est. Qui putant seruos peculium habere non posse, nisi permittente domino: hoc verum est, quando testamento seruus manumittitur. Vlpianus autem responsio locum habet, quando inter viuos. Alia &c. Opinor Vlpian. velle intelligere, quando seruus testamento manumittitur: Tunc peculium liberæ administrationis specialiter & nominatim permittendum est. Paul. ait l.prima.ff.de pecul.eius. Seruo legato cum peculio & alienato. Non abs re, peculium, adiecit. Non enim aliter peculium inesset. Pompon. ait, l.non solùm. ff.de pecul. Non solùm id peculium est, quod dominus seruo concessit, verum id quoque quod ignorante quidem eo concessum est. Puto hunc esse germanum eius sensum, vt siue expressè concesserit, puta, quòd libertate & peculio, testamento donatus sit: siue tacitè, vt cùm inter viuos menumisit. Taciti enim & expressi par virtus. Paul.ait, l.si Sticho.ff. de pecul. Si Sticho peculium cum manumitteretur, ademptum non est, concessum videtur. Si quidem inter viuos, alioqui non.

16 † Paul.ait, l.in testementis.ff.de regulis iur.in testamentis, plenius voluntates testantium interpretamur. Dicerem hunc locum in heredis fauorem, deinde legatarij, intelligendum: maximè quando in heredem verba conferuntur. si in legatarium, secus est. l. damnas. §.primo.versicul. exigere. de viu.legat. Iulian.ait, l.qui fundum.§.seruus.ff pro empt. Seruus Titio mandauit, vt fundum ei emeret. Eidem manumisso fundi possessionem tradidit, existimans, vel etiam ignorans peculium sibi concessum esse. Nihilominus diutina possessione fundum capiet. Manumisso, in vltima voluntate. Quo casu peculium in dubio non debetur. Propterea nascitur dubitatio, quam Iulian.proponit. Quòd si fuisset inter viuos manumissus, cum statim manumissione sequuta, peculium debeatur, nulla nos dubitatio moraretur, quin fundum statim manumisso vnà cum peculio acquisitum diceremus. Accurs.gloss. gerimus. & gloss. seruum.dicto.§.seruus, nihil referre putat, verum in testamento,

12 †Nono, si filius matris sit, cur non dicemus esse mariti? Cum enim probatur esse filius vnius, nempe vxoris, probatur filius alterius, nempe viri propter cõiunctionem personarum. c. cum dilectus. extr. de cã possess. Et ideo si sit fili⁹ vxoris, mariti quoque existimabitur. Pater enim is est, quẽ nuptiæ demonstrant. l. quia semper. ff. de in ius vocan.

13 †Decimo, filij naturales & illegitimi, licet nullum succedendi ius habeant. l. j. §. final. ff. de bonor. possess. contra tabu. l. final. Codic. de natural. lib. d. § si vero solummodo. tamen sequutis nuptiis cum illa, quam ducere in vxorem poterat, omni macula penitus direpta. quasi nulla inhonesta præcedente vita suscepti, & suis natalibus restituti, legitimi efficiuntur. l. cum quis. C. de natural lib. Bald. capitul. illud numer. 3. extr. de præsumptio. cap. per tuas. extr. de maiorita & obedien. ca. tanta. extra. qui fil. sint legiti. Et sicut Oseas propheta laudatus fuit. qui meretricẽ in vxorem duxisset, quod tandem pudice vixerit. capitul. non est culpandus. 32. quæst. j. Ita etiam de eo dicendum est, qui suam concubinam in vxorem acceperit. Porro isti illegitimi, per subsequens matrimonium legitimati, tametsi expressum non esset, cum aliquid operari debeat. capit. si papa. §. j. de priuil. l. j. ff. ad municip. cum postea susceptis non tantum legitimi efficiuntur, c. tanta. extra. qui filij sint legitim. verum etiam in patris potestatem transeunt. §. j. institu. de nup. & ad successionem æqualiter admittuntur. argument. c. cum intr. extra. de decim. §. reliqui authentic. quibus mod. l. sui. col 7. l. nuper. C. de natur. liber. § sancimus. authenti. quib. mod. nat. effic. arg §. exceptis. l. assiduis. C. qui potio. in pig. Ange. §. j. auth. quib. mod. legiti. col. 6. adeo, vt si exheredati fuerint, ipsis bon. poss. contra tab. cõpetat §. dubitatum. in fi. auth. de incest. nup. § nostra. col. 2. instit. de exhered. lib. dummodo nullam ingratitudinis cãm commiserint. §. causas. auth. vt cum de appel. col 8. c. quintauallis. ext. de iureiur. Quos nec princeps excludere poterit, vt posterioribus portionem transferat. c. quãuis. in fi. de resti. in 6. c. cum causam. extr. de præb. Siue filij, siue filiæ fuerint. l. maximum. C. de lib præter. arg. c. cognouimus. 22. quæst 2. argum. l. j. in princ. ff. de rer. permuta.

14 † Vndecimo, filij illegitimi, per principis rescriptum, legitimantur. l. final. C. de precib. imper. offeren. §. sit igitur licentia. authen. quibus mod. legit. Ac suitatis iura obtinẽt. d. §. sit igitur. & §. si quis ergo. auth. quibus mod. sui. l. j. extra qui filij sint legit. col. 6. Principis enim beneficium, plenissime interpretãdum est. l. final. de constitution. princip. capitul. olim extra. de verbor signif. c. cum dilecti. extr. de dona. c. quamuis. j. de præbend. in 6. Hinc est, quod cum illegitimus, episcopus esse non possit. c. cũ in cunctis. extra. de electio. Deut. c. 23. tamen si à principe fuerit legitimatus, episcopus esse poterit. c. innotuit. § quamuis. extr. qui filij sint legitimi.

15 †Duodecimo, cum per principem eos nobis adoptare permissum sit, qui sui iuris sunt: quos nobis adoptauerimus, iusti & legitimi filij erunt, l. j. & 2. l. adoptio. ff. de adoptio. tametsi alioqui naturales & illegitimi patri adoptiuo essent. Qui cum antea in patris naturalis potestatẽ non transirent, §. j. inst. de pa. pot. eos adoptãdo, suos efficiet. l. non epistolis. cum l. seq. C. de proba. Emancipatione tamen desinunt esse filij. §. minus. inst. de her. quæ ab intesta.

16 †Decimotertio, Magistratus & curiæ authoritate natalibus filij illegitimi restituuntur, l. si quis. C. de nat. libr. § si quis igitur. auth quib. mod. §. quod vero. e. & §. sit igitur licentia. auth quib mod sui. col 7. adeo vt perinde eos haberi deceat, ac si nati fuissent legitimi. § qui. inst. de her. quæ ab intest. Et in patris potestatẽ transeunt. c. j. ext qui filij sint legit. & sui heredes efficiuntur, d. c. j. §. adoptio. & ibi anno. nu. j. & seq. insti.

17 de adopt. †Postremo, si quis ex ea muliere, quæ sibi vxor esse poterat, naturales habẽs liberos, suos filios appellauerit, legitimationem ac suitatis ius consequuntur. §. si vero solũmodo. auth. qui. mo. legi. auth. si quis liberos C. de nat. li. Quod constare instrumento & corã testibus omnino debet. §. ad hoc. §. hoc aũt. & illud auth. vt lice. mat. d. auth. si quis, An. Vacc. l. inuiti. circa fi. ff. de his qui sunt sui. An. § ꝙ vero. & §. fi. in fin. auth. qui. mod. sui. col. 7.

18 CONTRA. †Si maritus, verbi gratia, per decẽnium absens, reuersus anniculum inueniat in domo sua, hic non erit mariti filius. l. filium. ff. de his qui sunt sui.

19 †Præterea, si constet maritum aliquandiu cum vxore non cubuisse, morbo detentus, vel si ea valetudine paterf. fuit, vt generare nõ possit: is qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filius legitimus non erit.

20 †Tertio, si constet vxorem esse impudicã, eõque nomine diuortium fiat, partus est illegitimus.

21 †Quarto, qui se filium dicit, probare tenetur. l. 2. ff. de prob. Quod si eum de illegitimo matrimonio procreatũ quis tandẽ asserat, probare tenebitur. c. lator. extra. qui filij sint legiti. Filiatio autem plene probari nõ potest. l. Lucius. de cõdi. & demonst. neque natales. C. de proba. Succumbit igitur, qui se filium legitimum non probat.

22 †Quinto, qui ex ea susceptus est, quæ patri vxor esse non poterat, puta, quia iam aliam habebat vxorem. c. cãm. c. tanta extr qui fil. sint legiti. Et illa mortua, concubinam in vxorem duxerit, filius spurius est. d. c. tãta. Nec per subsequens matrimonium legitimatur. Ang. §. & §. sed & ad illud. & gl. non permittimus. §. sit ergo licentia. auth. quib. mod legiti. authentic. si quis C. de natu. lib Bald. c. illud. in fin. & pe. col. extr. de præsump. Non enim verisimile est, maritum id velle, ꝙ non honeste velle poterat. c. ad audientiam. ext. de despon. impudicam enim vxorem ducens, honeste velle non poterat, vt liberi ante matrimonium suscepti, natalibus restituerentur.

23 †Sexto. nec principis authoritate legitimabitur is, qui ex ea susceptus fuerit, quam pater in vxorẽ ducere non poterat.

24 †Septimo, constat clandestina coniugia omnino prohibita esse, puta, si testes non intercesserint. capi. 2. de clandest. despon. & aliæ iuris solennitates omissæ fuerint. 30. quæst. 5. c. aliter. Quod si clandestinum matrimonium contractum fuerit, aut quomodocunque coniuges legitimum impedimentum sciuerint, soboles suscepta prorsus illegitima censebitur. capit. cum inhibitio. §. si quis. de clandest. despons. Quod si alter ex coniugibus causam impedimẽti matrimonij ignoraret, tũc partus erit legitimus. c. j. extr. de eo qui dux. in mat. puta, si maritus cum muliere, quam nuptam esse ignorabat, nuptias contraxerit: proles ex ea suscepta, nihilominus erit legitima. cap. ex tenore. extr. qui filij sint legitimi.

25 †Octauò, præsupposito ita esse, quod filij legitimi principis vel curiæ authoritate legitimi effici possint: tamen extantibus legitimis, non poterunt. §. si quis vero authen. quib. mod. legiti.

26 †Nonò, filij illegitimi per adoptionem nõ legitimantur. l. legem. §. fi. C. de nat. lib. §. & nos non latuit. authen. quibus mod. elegit.

27 †Postremo, si mater contemplatiõe mariti indigna matrimonio fuerit, non legitimabuntur filij per simplicem nominationem suorum filiorum, sicut nec legitimantur per subsequens matrimonium. d. c. tanta.

28 CONCLVSIO. † Ferrea atque ahenea, solida scilicet, firmáque hęc sententia sit, vt partus ex iustis nuptiis tantum septimo vel nono mense editus, legitimus sit. Cuius rei rationẽ reddere non possumus. Non enim est nostrũ ad omnia naturę miracula respõdere.

Sed

sed spectatis his, quæ frequenter & facile eueniunt, ad
quæ ius adaptãdum est. l. nam ad ea. cum seq. ff. de legi.
ita concludendum existimauimus.

29 †Præterea suscepti ex ea muliere, cũ qua pater ma-
trimoniũ iure contrahere poterat per subsequẽs matri
moniũ, vel authoritate principis, vel aliis modis, quos
superius enumerauimus, recte legitimari poterũt. alio
quin non

30 SOLVTIO †Quãdo tertio vel quarto mẽse mu-
lieres parturibunt, & vitalis erit partus, finiti æui si-
gnum erit. Esdræ lib. 4. c. 6.

31 †Quod diximus, partum absente marito susceptum
& editum, esse legitimum: si quidem vxor marito denũ
ciauerit se esse pregnantem, & maritus non repugnet,
suus esse creditur. Quod si non denũciauerit vxor, aut
facta denunciatione, maritus se nolle agnoscere, aper-
te declarauerit, partus nõ erit mariti filius. l. filium. ff.
de his qui sunt sui.

32 †Quod ad filiationem probandã attinet, licet plene
probari non possit, præsumptiue tamen probari pote-
rit: nempe quod vulgus, & potissimũ vicini, ipsum ma
riti filium agnoscant, & in ea opinione sint. Et ita pro-
batur quasi possessio filiationis. Proximitas ita proba-
tur, quod is natus fuerit apud Titium, vicinis scienti-
bus gl. c. Michael. de filiis presbyter. l. si vicinis. Codi.
de nupt. Felin. cap. per tuas. de probat. Alexand. consil.
lib in j. parte. & 74 in 2 parte. & 25. in 4 parte. Panorm.
c. intelleximus. num. 7. de adulter. l. non epistolis. C. de
probat. Quod sit filius vxoris, directe & necessario per
matronas probari potest, quæ interfuerunt eius nati-
uitati. Confessio quoque matris asserentis filium esse
suum, vel deponentis de ætate, probat. l. & iam. ff. de
probat.

33 INTERPRETATIO †Scæuola & VI-
pian. dicta l. Gallus. dicta l. intestato. partum decimo
mense susceptum approbant, quod est contra veteris
34 & noui testamenti authoritatem, quę †ceteris quibus-
cunque præualere debet. gloss. eloquiorum. §. cogni-
tio. authentic. vt iudic. sine quoquam suffragio. col. 2.
Iason. l. j. numero. 32. & sequent. ff. si certum peta. Bald.
authentic. ad hæc. column. 2. C. de vsu. gloss. capitulo.
ex libellis. 20. distinct. gloss. 2. capitu. final. & ibi Ioann.
Imol. 3. column. de consuetu. & in l. stipulatio hoc mo-
do concepta. circa medium. de verborum obligation.
& in l. 3. circa vltim. colum. de testamen. c. transactio.
de constitu. Alexand. dicta l. j. num. 31. Licet enim legis
potestas principi data sit, non tamen aduersus ea quæ
sunt de iure gen. Bald. capi. j. in princip. de natur. feud.
Potentius enim est ius naturale vel gentium, quam sit
principis imperium. Bald. cap. j. §. si. qui feud. dare pos.
Iason l. quo minus. nu. 4. ff. de flum. Cum tamen corre-
ctio euitanda sit, l. præcipimus. C. de appe. nos hac in-
35 terpretatione, istorum respond. iuuabimus. †Scæuola
cum ait valere huiuscemodi institutionem, si posthu-
mus in decem mensibus proximis nascatur, non tamen
necessario infert, partum esse legitimum. Vlp. cum sen
tit, post decimum mensem natum, ad legitimam here-
ditatem non admitti: Ergo decimo mense natus, erit
legitimus. Non sequitur. Ex æquo igitur & bono, deci
mo mense nascituro. legis humanitate ius successionis
permissum datũmque est, tametsi alioqui non habea-
36 tur pro legitimo. †Pompon. ait, eam quæ intra legiti-
mum tẽpus partũ ediderit, statim se posse nuptiis col-
locare. l. liberorum. ff. de his qui not. infam. Legitimo
tempore peperisse existimamus, si nono mense à mor-
te viri pepererit. Quasi vero maritus vsque ad vltimũ
vitæ diem coierit, quod sane credendum non est. Et ideo
menses ab eo tẽpore computandi erunt, quo maritus
ægritudine detentus fuit.

37 ANIMADVERSO. †Plin. libe. 7. natu. histo.
sentit, octauo mense partũ edi & gigni posse. Id ipsum
fatebimur, quod autem vitalis existat, per expressum
negatur, vt supra loco suo retulimus. Alcia. l. j. numer.
13 ff. de vulgar. ex Accur. gloss. dicta l. Gallus. nocte lu-
cidiori, qui interdiu muti is esset, quod sapiat, vbi ni-
hil est opus, cum opus est, ibi dormitet & trepidet. sen
tit, post decem menses, partum dici posse legitimum.
Accurs. qui hunc incutit errorem, veniam non mere-
tur, quod frequenter in eodem vitio incidat. l. 3. in fin.
Codic. de episcop. aud. l. seruos. §. miles Codic. ad leg.
Iulian. de ui. gloss. fin. §. fin. authentic. de defens. ciuit.
col. 1. Bis enim plus nimio pertinax, non solum decimi
mensis partum approbat. dicta gloss. in decem. l. Gal-
lus. ff. de liber. & gloss. perfecto. §. final. authentica. de
restitu. col. 4. verum etiam vndecimi, dicta gloss. in de
cem. dicta gloss. perfecto. Et duodecimi, gloss. legiti-
mus. l. liberorum. ff. de his qui nota. infam. Sed sibi cõ-
trario condonandum est. quod tandem resipuerit, ac
errorem suum ex parte agnouerit. Fatetur enim ipse,
partum decimo tantum mense, & non vltra, susceptũ
esse legitimum. gloss. l. septimo. ff. de stat. ho. Iam sibi
duos menses detrahit, cum tamen ne decimo quidem
partus dici possit legitimus. Quo fit, vt mulier quæ in
vndecimo mense, viro nõ existente, parit, præsumatur
caste non vixisse. § fina. versic. vt appareat. authentic.
de restitu. Et donationem ante nuptias à viro factam,
& alia priuilegia honestis matronis concessa amittit.
dicto §. fina. versicu. & quoniam. Nec refragãtur glos.
contestationem. l. Pomponius. §. rati. ff. de procurato-
rib. gloss. narration. in l. 2. ff de iniur. glo. post tempus.
§. tuto. Institu. de authoritate tuto. Nam quando ter-
minus est certus, diesque determinatus, quicquid po-
stea fit, non recipitur. l. Thais. §. intra. de fideicommis.
libert. l. si ita quis. de vulga. Quæ tamẽ in factis defen-
di poterunt, quæ per se interuallum & factum habẽt.
Nos vero agimus de die certo & determinato, in quo
38 nullum interuallum inest. †Hinc est, quod qui se ho-
die decem daturum promittit, statim etiam nondum
lapsa die dare teneatur: quia id addidisse creditorem
verisimile est, vtilitatis suæ causa, non vt debitori dila
tionem concederet. l. liber homo. §. ideo. vbi Alciatus
39 de verborum obligationibus. †Plato cum scripsit,
partum decimo mense susceptum, esse legitimum, &
cæteri qui eam sententiam indistincte sequuti sunt,
falluntur, noui ac veteris testamenti authoritatem nõ
40 animaduertentes. †Alciatus Parad. libro quarto. capi
tulo septimo intelligit tolli naturalem obligationem
iusto pacto, hoc est, pacto vestito. Corros. contra. libr.
primo. Miscell. capitulo vltimo. numero 5. Magis enim
probat, iusto, hoc est, nudo pacto submoueri obliga-
tionem. Ego sentio, vt in quibus pactum nudum actio
nẽ parit. puta, si in suffragiis aduocatorũ. l. j. C. de suf-
fra. vt fauore Reipublic. cum similib. iustum appella-
41 ri posse, alioqui non †Accursius valde ridiculus. iustã
vxorem, hoc est, bonam: & iniustam hoc est, malam in
terpretatus est. gloss. plane. § si vxor. ff. de adulte. Simi-
liter iusta obsequia mortuo præstare, est (inquit, in gl.
fi. l. 2. ff. de in ius vocand.) cadauer lauare, cum tamen
pro pompa funebri accipiendum sit. Cicero pro Ame
rino, hunc miserum luctu perditum, qui nondum e-
tiam paterno funeri iusta soluisset, nondum eiecit do
mo. Et libro primo de legib. Non solum vitã cruciati
atque de decore, verum & sepultura, & iustis exequi-
arum caruerunt.

PATER ET FILIVS VTVM eadem persona iure censeantur.

SVMMARIVM.

1 *Instituto patre cum filijs, partem tantum faciunt.*
2 *Patris & filij hereditas eadem.*

3 *Taciturnitas filij, in actu paterno, consensum operatur.*

4 *Pater stipulatus filio, sibi acquirit.*

5 *Dominium, mortuo patre, continuatur in filium.*

Ini..ria, vel metus illatus filio, censetur illatus patri.

Pater filijs ius non dicit.

Institutus, vel substituus in testamento, excludit patrem. & nu. 11.

9 *Ius primo patri, deinde liberis acquiritur. quid in matre, eod.*

Filius regis an viuo patre rex dicatur.

Quæstio 10.

1 PATRIS† & filij vna atque eadem persona est: vt si quis Titium vna cum filiis suis & Sempronium heredes instituerit, Sempronius dimidiam, & Titius vna cum filiis suis alteram dimidiam consequetur.

2 tur. l. fi. in fi. C. de impub. †Præterea, si pater pupillo testamentum fecerit, ac eundem ex asse heredē instituerit, deinde eidē substituerit, sicut iure potest. l. Gallus. in prin. & § & quid si tātum. de lib. & posthu. Si pupillus paternam hereditatem adeat, substitutus aduenientē casu, non potest hereditatem pupilli adire. & repudiare paternā. l. qui patri. de acq. here. Quia cum pater & filius vna & eadem persona censeantur, & filij viuo patre quodammodo domini si.t. § sed sui quidem. instit. de hered qualita. l. in suis. de libe. hereditas patris & filij, vna & eadem censeri debet. l. sed si plus. §. filio. de vulga.

3 †Tertio, patris & filij voluntas eadem est: vt si pater cum filiū in adoptionē dederit, filius taceat, assentire

4 videtur §. sed & insti quib. modis ius. † Si pater filio in potestate existēti stipulatus sit, sibi acquirit. Quia vox patris, vox filij, in his potissimum, quæ sibi acquiri possunt. § ei. insti. de inuti. stipu.

5 †Quarto, dominium quod filius etiam viuente patre habet, l. si filius. ff. de fideicomm. liber. l. vnica. C. de in ius voc. l. adoptionū. ff. eo mortuo patre in filium continuatur. l. in suis ff. de lib § sin autem. inst. de here. ad intestato. Nā si filius, ergo heres. Paulus ad Galat. quarto. & §. sciendum, l. j. ff. de suis & legitimis hered. Cum sit patri proximus. l. filius. eod. Cui aut per hereditatis petitionem, aut per querelam, aut per bonorum possessionem succedit. Hereditatis petitio, de re fit: cui filius aut ab intestato, aut ex testamento, aut per querelam, bonorúmve possessio. contra tabul. succedit. Querela, ad litem pertinet. Nec satis constat, vtrum iure ciuili potius, quam prætorio introducta sit l. si pater. cum gl. s. C. de inoffi. testam. Est enim extraordinarium & extremum auxiliū. Quod magis ex iurisdictione, quā ex iure ciuili originem habere videtur. Ceterū per querelā, de iure testamenti queritur. Et sic iure ciuili testamentum infirmat. l. cum mater. in fi & ibi Ba. l. nā & is §. j. Titia ff. de inoffic. testamento. Ac si testator suæ mentis non fuisset. l. illud. ff de contratabul. Quæ sine legitima & rationabili causa admittitur. Bartolus. l. Titia ff. de inoffic. testamen. Testator enim, probe sapiens præsumitur Bartol. l. prima. numera 3 ff. de iure codicillorum. Cum igitur parentes liberos suos exheredant, vel omittunt: ad quærelam admittuntur, hereditate tamen prius adita. l. si filium. §. exheredatio. l. illud. ff. de contratabul. quum non prius sit, contra quem agant, quive iudicium defuncti suscipiant. Succedit quoque fi ius patri, per bonorum possessionem, quæ iuris prætorij est. Cuius officium est parentum odia & impietatem aduersus liberos moderari. Ceterum datur ista bonorum possessio contratabu. etiam antequam heres adeat. l. illud. ff. de contratabu. per quā de iure patris queritur. Quod ius ea quæ iure ciuili constituta sunt, non tollit: argumento §. quos autem. Instit. de bonor. possession. Et ideo non rumpitur testamentum, sicut per querelam. gl. adoleuerit § qua ratione. inst. de pupill. substitutione Differentiæ ratio tum ab aliis. tum à Fabio, §. primo insti. de inoffi. testa. non obscure tradita est, illa tamen à Iurisconsul sumpta. l. filio. § j. ff. de inoffi. testa. Proinde quædam edictalis bonorum possess. est, quæ ex edicto Prætoris, aduersus bona eius qui mortuus est, competit. Alia decretalis, quę à prętore viuo decernitur. l. j § decretalis. ff. de successor. edic. l. si C. qui ad bonor. possession. l. prim. ff. de bonor. possession.

6 †Quinto iniuria illata filio, censetur illata patri. l. secunda Cod. de iniur. Et ideo eo nomine pater agere poterit, tametsi filius alioqui consentiat, iniuriam sibi inferri. l. si quis seruum. ff. eodem. Vt si quis filium ipso consentiente vendiderit, nihilominus patri eo nomine actio competit l. prima. §. vsque eodem. Si quis filium, cuius fuerit ignorans, verberauerit, nihilominus in eum pater iniuriarum aget. l. siue autem. e. d. l. j.

Sexto, si filius metu ductus se obligauerit, vel aliquid dederit, iuuatur exceptione, quod metus causa. Qua etiam parentes, liberorum nomine, pro affectu paterno agere poterunt. l. isti quidem. ff. quod met. caus.

7 †Postremo, cum patris & filij vna & eadē persona sit: neque sibi, neque filiis suis pater ius dicere debet. l. qui iurisdictioni ff. de iuris. om. iud.

8 CONTRA. †Si testator cum impuberi heredem instituat, qui sibi heres fuerit: is qui ex testamento heres extiterit, substitutus videbitur. l. qui liberis. §. j. de vulg. Et ideo si filius Titij & Caius simul instituti heredes fuerint, & idem filius moriatur, ac pater impuberis hereditatem vna cum coherede Caio adire velit, non poterit, sed tantum Caius. dicto §. primo. Expressa enim testatoris prouisio, tacitæ præfertur: vt puta, filio impuberi herede instituto, extraneum eidem expresse substituens, tacite proximioribus ipsi impuberi competit. l. cum ex filio. §. j. de vulga.

9 †Præterea, si pater sibi liberisq; suis emphyteusim quęsierit: primo sibi, deinde liberis suis acquiritur. Iason. l. prima. num. 5. ff. de iustitia & iur. l. cum pater. §. j. de le.g f c cum In matre secus est omnes enim simul vterentur. l. si mulieri. ff. de vsufruct. accrescend. nisi testatoris dispositio obstet. vt si matri & liberis ita legatum relictum fuerit, vt alterinis annis vterentur: potest dici, matri prius, deinde liberis legatum relictum videri. l. quoties. ff de vsufruct.

10 CONCLVSIO. †Pater & filius tam diu vna & eadem persona, legis interpretatione censentur, dum disponentis voluntas, vel iuris authoritas non repugnat, vt in casibus contrariis proxime deductis.

11 ANIMADVERSIO. †Alciatus l. heredes. nu. 38. ff. de vulg. voluisse visus est, conditionem quę de filio loquitur, ad patrem non trahendam, quòd conditiones facti sint. Et quòd ad facta attinet, persona patris, à persona filij diuersa & separata cēseatur. l. qui hęred. de condi. & demonstr. Si quidem de seruo ad filium recta fiat illatio, quod tamen ferendum non est. Et tamen non omnino dissentimus, conditionem quæ de filio loquitur, ad patrem non trahēdam, tametsi cōditio in personam patris collata, ad filium trahi, possit, argumen. l. finalis, in fi ff vnde liberi

12 †Hinc est, quòd filius regis vel comitis, viuo patre Rex vel comes recte appellari potest: quia cum post patris mortem, eam dignitatem consequuturus sit, l. sed & §. qui autem. de excusatione tutorum viuo patre nomen obtinebit. gloss. prima. cap. fina. 24. quæstio. j. Nam interim quodammodo dominus habetur. l. in suis. de liberis & posthumis. Quæ improprietatis dictio, quodammodo, satis denotat, magis spe, quam re, filium

filium regis dici.l nec ei. §. præterea.ff.de adoptionibus.l.fi C.de pac.Et ideo nomen ex his imponendum non est,quæ ex spe incerta futuri euentus dependent. Cursius conf.33. col j.arg.l.naturales.de acq.rer.dominio.Spes tamen illa est aliquid l.3 C. de don. Idem de his nominibus dicendum est, quæ ob exercitium principaliter inuenta & moribus tradita sunt.l.nemini.C. da aduoc.diuerso.iud. Filius enim nec proprie,nec improprie nomen patri conueniens assumere potest, vt doct filius enim doctoris,non est doctor: filius aduocati,nó est aduocatus. Satis est igitur si filius,patris cognomen ac virtutis vestigia retineat.l & si.C. de malefic.c.3.93.dist.ibi,& ad filios Augustos.

FILIVS PRIMOGENITVS naturalis tantum & posteà legitimatus, an naturali & legitimo præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Filij primogenitis priuilegia concessa.& nu.9.*
2 *Filius primogenitus & postea legitimatus,an naturali & legitimo præferendus.*
3 *Quod a principio non valet,tractu temporis non conualescit.& nu.8.*
4 *Patris dignitas,anterioribus filiis non proficit.& nu. 14.& 17.*
5 *Actus retro non trahitur.& nu.13.*
6 *Filij naturales per subseques̃ matrimoniũ legitimati, extantibus naturalibus & legitimis non succedunt.*
7 *Si libertus in seruitutem redigatur,quem filij eius statum sequantur.*
10 *Proximus quis dicatur.*
11 *Filij quandocunque suscepti,suitatis iura obtinent.*
12 *Filius naturalis & legitimus,non impedit legitimationem filij naturalis.*
13 *Filij legitimatio ad similitudinẽ postliminij & conditionis retrotrahitur.*
15 *Filius naturalis & legitimus natus, primogenituræ ius obtinet.*
Filij naturales & illegitimi qui dicantur.

Quæstio 11.

FILIIS primogenitis multa peculiariter concessa sunt. Abraham primogenito filio suo Isaac cuncta quæ possidebat,dederat. Cæteris obtulit munera, Genes.25. Isaac Esau primogenitum filiũ benedicturus erat,nisi consilio Rebeccæ vxoris suæ,Iacob antepositus fuisset. Genesis 27.Quia fratri suo ius primogenituræ vẽdiderat.c.quã periculosum.7 q.j.Quod tamen pater non poterat.Nã vt Deut.21. scriptũ est,si habebis vxores duas, vnã dilectam & alteram odiosam, genuerisq; ex eis liberos,& fuerit filius odiosæ primogenitus, volueris q; substãtiam inter filios diuidere:nõ poteris filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ Sed filium odiosæ agnosces primogenitum,dabisq; ei de his quæ habueris cuncta duplicia.l.si ff.de fid.instru.Hinc est, valere pactũ,vt emphyteusis ad primogenitum tantum transeat.Bal. l.2.col.j. C de iure emphyteut.Ias.eod.nu.145.

2 †Quid si primogenitus naturalis tantum, postea legitimatus fuerit, an naturali & legitimo præferatur? Bartol l si cum dotem.§ final.ff. de solut.quæstionem proponit,tamen nihil respondet. Nos naturalem primogenitum succedendi ius nullum habere, probabimus.

3 Nam †vbicunque matrimonium propter aliquod impedimentum initio non constitit, sublato impedimento,(quamuis eadem voluntate perseuerante, iustum matrimonium esse incipiat,l.& si contra. Codic. de nupt.l.cos.ff.de ritu nup.) non propterea tamen liberi ante suscepti,iusti sunt,sed hi qui postea procreati fuerunt. Anton.Vacca. l. Paul.de statu homi. Quia quod à principio non valet,tractu temporis non conualescit.l.quod in initio.l.quæ ab initio.ff. de regulis iur. Hinc est,quod delictum serui domino non nocet,si eo tempore non esset dominus.l.4.§.j.de nox. actio. Si cum alieno seruo contraham,eundémque postea redimam,quod iussu postea non tenebor. l. si tutori quod iussu l.inter.§.sacram.de verbor.obligationib. Si pater in testamento filium præterierit, tametsi præmoriatur filius,prius testamentum non rumpitur, cum posterius à principio non valeat.§.j.insti.de exhered. lib.l.si filius.de libe.& posthum. Si vasallus rem emphyteuticariam inconsulto domino vendidit, potest dominus rem emphyteuticariam vendicare. de prohib.feud.alienatio.per Lothari.gloss.ac beneficio libro secundo feud.titulo.52. Cum enim principium & origo cuiusque actus attendendus sit,l.Titius.de milita.testamento si ab initio vitiosus fuerit,tractu temporis conualescere non potest. Ita etiam hoc loco, si originem spectemus,dicendum erit:vt naturalis filius,qui à principio succedendi ius nullũ hebebat,neque se habiturum sperabat, propter legitimationem subsequutã, naturalibus & legitimis non præferatur. c.tanta.§j.extr.qui filij sint legitimi. Ne quod à principio inutile fuit,ex euentu confirmetur. l.cætera.§.j. de legat.j.§. præterea. institut. quibus non est permis. tametsi principis rescriptum,anteriores filios non excludat.

4 †Præterea, Qui illustrem dignitatem consecutus est,anteriores filij patris priuilegio non fruentur: vt in filiis decurionum.l.mortis.§ sed enim ff.de pœn.l. secunda §.in filiis.de decur.l.diuo C.de quæstio.l.penulti.in fin.de decur.libro 10 C.In patricij filiis.l.dectitij.l fin.eodem.In cohortum filiis.l.quicunque.de princip.agen.In rebus,eodem libro Hinc est,quod filius serui,tametsi pater manumissus & natalibus restitutus,decurio creatus fuerit, hoc honore filius non gaudet.l.ex libera. Cod.de suis & legitim. Extat Arimenis exemplum, qui licet fratre suo Xerxe anterior esset tamen ius primogenituræ non obtinuit.

5 †Tertiò,quod hodie valere incipit,retro non trahitur.capitulo j.extr.de despon.impuberum.ca.quãuis.de rescript.in 6. Vt si testamentum ante militiam minus solenne,in expeditione confirmetur,non tamẽ retrotrahitur.l.tribuimus.ff.de militari testamento. Sed quasi ex noua militis voluntate valere incipit.§. sed &.Institut.de milit.testamen.Idem de eo dicendũ est,qui antequam iurisdictionem esse ingressus alteri mandat,cum non liceat.l.obseruare.in fin.ff.de offic.proconsul.

6 †Quartò,præsupponamus naturales filios,secuto matrimonio,fieri legitimos.§ si enim authent.de incest.col 1.& iure posse succedere:non tamen poterũt, si naturales & legitimi posteà existant.§.dubitatum. auth.de incest.nup.

7 †Postremò,si libertus propter ingratitudinem in seruitutem redactus fuerit,etiam filij qui postea nascentur,seruient.Qui vero iam extabant,dum libertate potiretur,libertatem retinebunt.l.2.C.de liberis & eor.libertis.Et sic filij eum patris statum sequuntur, in quo natiuitatis suæ tempore erat.

8 CONTRA.†Si ex consuetudine solus primogenitus succedat,pater testamento suo id ius tollere poterit.Alcia.l.nemo nu.10 de leg.j.cum hęc consuetudo aduersus ius cõmune sit.l.maximũ.C.de lib.pręte. Ideo stricte est intelligenda,vt scilicet ab intestato tãtum primogenitus succedat. De filio primogeniti

maior dubitatio est, num & eundem excludere pater poterit. Plerique sentiunt patrem excludere primogeniti filium, cum regnum iure hereditatis non deferatur. clemen. pastoralis. de re iudic. Nico. M 1 h. l fin. C. de iurisdict. om. iudi Bartol. auth. post fratres. C. de legit. hered. Qua in re magna fuit veterum altercatio. Cardin. c. j. de feud. Marchiæ. Iaf. l. is potest. de acquir. hered. Sed ita in successione regni Vandalorum, in Africa obseruatum, & à Iustiniano non solum approbatum, sed armis quoque defensum, Præcopius lib. 3. author est. Præterea licet vnus legitimatus à principio succedendi ius nullum haberet, quia naturalis & illegitimus: tamen cum primum legitimus factus est, habere incipit §. fi. inst. de nup. Paria enim sunt, tempore habili statuere, vel in tempus habile conferre: puta, nó licet masculo ante decimumquartum annú, matrimonium contrahere: § j. instit. de nupt. Si tamen ante hoc tempus contractum sit, per superueniétem legitimam ætatem confirmabitur. l. minorem. ff. de ritu nup. ca is qui fidem. extr. de sponsa. Si maior viginti annorum, minor tamen vigintiquinque manumiserit: ante vicesimumquintum annum manumissionem reuocare pót, postea non. l. verum §. quod si minor. ff. de mino. Copula carnalis voluntaria, legitimat matrimonium præcedens, metu contractum. l. 2 C. quod met. caus. Præfectus antequam prouinciam fuerit ingressus, legato suo mandare iurisdictionem non debet. l. obseruare §. post hæc ff. de offic proconsul. Si tamen fecerit, & prouinciam ingressus, voluntatem suam non mutauerit: legatus iurisdictionem habet, non ex quo mandata est, sed ex quo præfectus prouinciam ingressus est: dicto §. post hæc in fine. Senatores vxorem vilem & impudicam ducere prohibentur. l. j. C. de natu. libe. Annota. in §. j. numer. 6 instit. de nup. Deposito tamen officio, iustæ nuptiæ effici poterunt. l. & si. C. de nupt. Magistratus in sua iurisdictione neque vxorem ducere, l. si quis ff. de ritu nuptiarum. §. sunt & aliæ. institut. de nup neque aliter contrahere potest, l. j. C. de contractib. indi. Aret. consil. 24. nu. 12. Rom. singul. 743. tametsi ipsos heredes instituere permissum sit, Iason. l. quæ delegato. numer 25. de legat. j. Et tamen quod à principio non valet, cum possit tempore conualescere: naturalis filius qui succedendi ius nullum à principio habebat, habebit cum primum secundum præscripta legum naturalibus restitutus fuerit. Restituitur autem voluntate patris, vt si in testaméto scripserit velle, naturales suos filios effici legitimos & sibi successores. Perinde enim efficiútur legitimi, ac si principis authoritate fuissent legitimati. § si vero auth quib. mo legit. col. 6 adeo vt immunitate patri concessa, vna cum filiis naturalibus & legitimis ante vel post susceptis, vtantur. l. eos qui. de his qui sponte. lib. 10. C. Non enim despiciendú est, quod fuit, nempe illegitimus, quia iam incipit esse quod non fuit. c. ferrum. dist. 51. adeo, vt eo quod ex concubina susceptus fuerit, nullam existimationis suæ notam consequatur. c. eam te. extra. de rescr. l. quod ita. ff. de ædil. edict.

9 †Præterea. Primogenitus cum sit, qui primo natus est, hoc est, qui primus fuit in rerum natura. c. Ioseph. de ver. sig. vel qui ius primogenituræ emit. c. quæritur. §. j. 22. q. 2. Ergo naturali primogenito, facto legitimo, successio deferenda est. l. post consanguineos. §. hereditas. de suis & leg. her. §. si plures. institu. de legit. agna. succes.

10 †Tertio, proximum appellamus eum, qui ex testamento. §. proximus. Instit. de legiti. agnat. succes. siue ab intestato, l. si quis ibi, nam. ff. de iniust. rup. §. intestatorum. insti de here. quæ ab intest. siue altero repudiante. §. proximum. l. post consanguineos. de suis & legi. l. j. l. si ex duobus. vnde legit. siue quo tempore bono possess. petitur. l. capitis. vnde cog. vt pote quem nemo antecedat, succedit. l. j. §. proximorú. vnde cog. l. ex duobus. de vul. l. qui duos impuberes. de reg. iur. l. proximus. de ver. sign. Proximiori enim hereditaté deferendam esse, nemo ambigit. 12. c. filiis. Sed cum filiis indistincte suitatis iura competant Pau. ad Gal. 4 & §. sciendum. l j. ff. de suis & legit. ergo & naturali primogenito, postea legitimato.

11 †Nec refert quandocunque filius susceptus fuerit, vt successionis iura obtineat. l. neminé. de dec. li 10. C. Hinc Isocrates, de officio principis sic scripsit: In procreatione liberorum, eo animo & iudicio sit, vt siue ex ignobili atque obscura, siue ex nobili clarâque fœmina, siue ex incerto, iniustóque nato concubitu, siue iusto atque honesto matrimonio liberos susceperit, oés eandem habeant naturam & originem.

12 †Quarto, filius naturalis & legitimus non impedit, quo minus naturalis efficiatur legitimus. c. j extr. qui fil. sint leg. Minus quoque legitimus impediet, quin primogenituræ ius naturali, per subsequens matrimonium facto legitimo, ad instar postliminij de-
13 beatur, †ac retro trahatur. l. postliminium. l. retro. ff. de capt. perinde ac si nunquam naturalis tantum natus fuisset. Hinc est, quod sicut ab hostibus captus, testamentum irritum facit, si postliminio reuertatur, l. si quis filio §. pen. ff. de iniust. testam. ita etiam naturalis factus legitimus. Et sicut postliminio reuersus, excludit secundo genitos & remotiores §. sed & si pater. d. l. si quis. si necem §. si deportatus ff. de bon. liber. l. qui ex liberis §. filius. de bon. possessio. sec. tab nec primogenituræ ius, si alioqui sibi competebat, amittit. Ita in legitimato filio dicendum erit, vt retro & ad initium trahatur 35. distinct. capit. ab exordio §. si ab hostibus. & ibi annot nu 4 institu. quib mod. ius pat. pot sol & Bald. § cum autem circa finem. eodem. Sicut cum sub conditióne pecuniam quis crediturus est, si pignus det, quando stipulationis conditio extiterit, perinde habendum erit, ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditióe facta esset. l potior. ff qui po. in pig Idem dicendum, si quis sub conditione vendiderit. Si antequam existat códitio, alteruter decedat, & postea existat. heredes obligati erunt, quasi iam cótracta actione in præteritum. l. necessario. §. quod si pédente. ff. de pericul. & comm. Fundo sub conditione legato, si ea pendente heres legatarium instituat, ac postea legati conditio extiterit, fundus ad se iure legati pertinebit. l. fundo ff. ad leg. Falci. Si sub conditióe stipulatus fuero à Titio, quod mihi Sempronius debet, & pendente conditio Titius decesserit, morte promissoris non extinguitur stipulatio: sed transit ad heredem illius, ac in tempus existentis conditionis retrotrahitur. l promittendo. §. si à debitore. ff. de iure dotium. Si filiusfami. circa patris voluntatem, mutuo pecuniam acceperit, & postea pater ratú habeat, retro ad tempus mutui trahitur. l. final. C. ad Maced. Si non vero procuratori solutum sit, & tandem dominus ratum habeat, retro trahitur. l. vero. in fine. ff. de solutionib. Si igitur ratihabitione actus alioqui inutilis confirmetur, ac retro trahatur, capitul. ratihabitionem. de regulis iur. in 6. dicendum est, quod ante erat illegitimus, actu vtili, hoc est, per sequens matrimonium, vel principis, aut curiæ authoritate, non tantum efficiatur legitimus à tempore actus vtilis, verú etiam à tempore natiuitatis: aut saltem ab eo tempore, quo primogenituræ ius sibi competere potuit. arg. l. non oportet. de leg. 2.

14 †Postremò, patris dignitas, filiis quandocunque progenitis proficit. Patet in curialibus, qui cum vna cum liberis suis curiæ commoditatibus inseruire cogantur. l. neminem. l. pen. de decu. lib. 10. C arg. l. fi. C. de ser. fug. etiam commodo & prærogatiua frui debebunt. l. eos. de his qui sponte. libr. 10. C. l. neque Dorotheum. de decu. eod. lib. Viri quoque clarissimi & viri spectabiles, vna cú sua substantia, suáque sobole, ante

vel

Vel post dignitatem suscepta, à curialibus muneribus liberantur. l. fi § viri autem. de decur. lib. 10. C. Priuilegia cubiculariis concessa, etiā ad anteriores filios porrigenda sunt l. 4 de præp sac. cubic. lib. 12. C.

15 CONCLVSIO. †Licet vix occurrat, quid maxime probabile videatur, ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta: tamē hoc in posterum sentimus, vt filius naturalis & legitimus susceptus & natus, primogenituræ ius obtineat, anterioribus filiis, in conditione pristina remanētibus. Qui maximū & singulare iuris beneficium agnoscant, quod non tantū legitimi fuerint effecti: verum etiā vna cum reliquis filiis, qui post contractum matrimonium suscepti sunt, primogenito excepto, pro hereditaria portiōe & æqualiter succedant.

16 SOLVTIO. †Quia omnis nostra quæstio est de naturalibus & illegitimis: quam differentiam inter eos cōstituamus, vidēdum est Naturales dicuntur his, qui in seruitute concepti sunt. l. Lucius. j. in fin. ff. de leg. 2. qui multis modis natalibus restituuntur. gl. additus. §. fi. institut. de libe. Illegitimi sunt, qui liberi quidem nascuntur, non tamen ex legitimo matrimonio. § quod auth. quib. mod. nat. eff. sui. col. 7. cum tamen vtriusque legitimorum ius denegetur. §. si vero. solummodo. authent. quibus modis legiti. col. 6. Hæc differentia confunditur.

17 † Itaque quod diximus, priuilegium patri propter dignitatem cōcessum, etiam filiis quādocunque susceptus proficere: deinde contrarium ex singulari principis beneficio procedat, adeundus est, vt suam voluntatem declaret. l. fin. C. de legibus. Et interim casus omissus à principe, habetur pro omisso. l. commodissime. ff. de liberis & posthum. l. si cum dotem. in princip. sol. matri. l. fina. C. de pactis conuent. Quòd ad reliqua contraria attinet, sic paucis respondebimus. Præsupponendum est, patrem per dignitatem acquisitam, nobilitatis insignia assecutum. Tunc filius qui ante patris dignitatem natus est, quia pristinum patris statum attinet, patris priuilegio non vtitur. De filiis illegitimis idem statuēdū est. Posteriores vero filij, hoc est, qui post patris dignitatem, vel contractis nuptiis suscepti sunt, quia patris dignitate illustrantur, iure succedunt. & simili patris prærogatiua vtuntur. d. l. emancipati. § si quis. l. fi. C. de libera causa. argu. l. 4. de fabricen. lib. 10. C. Qua de re c. sequent. pluribus.

18 ANIMADVERSIO † Alcia. l. nemo. num. 20. de legatis j. cùm scribit, quòd si ex cōsuetudine solus primogenitus succedat, pater testamento suo id ius tollere poterit non animaduertit ea. quæ D. uter. ca. 11. scripta sunt, vbi patri permissum non est, ius primogenituræ, filio auferre. Puta. ex natura feudi, primogenit⁹ succedit nec valet contraria testatoris dispositio. ca. j. de succes. feud.

PRIVILEGIVM PATRIS, vtrum ad filios transmittatur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia illustribus personis concessa, filiis prosunt.*
2 *Priuilegia palatinis & aulicis concessa, ad filios trāsmittuntur.*
3 *Literarum professoribus priuilegia concessa, quibus competant. nu. 13.*
4 *Pater quando inquantum facere potest, intantū conuenitur: filij eadem prærogatiua vti poterunt. 14.*
5 *Priuilegia mulieribus concessa, quibus prosint.*
6 *Filijs priuilegia mulieribus competant. 15.*
7 *Precarium quibus proficit.*
8 *Electio ad posteros transmittitur. & nu. 7. 14.*
9 *Priuilegia clericis concessa, quibus prosint. & nu. 20.*
10 *Actio pro sumptibus funerum, quibus competat.*
11 *Priuilegium patri ademptum, filiis nocet.*
12 *Priuilegia patri concessa, filio non prosunt. & nu. 19.*
13 *Priuilegia viuenti concessa, eo mortuo, extinguuntur.*
14 *Siue socius, siue maritus, siue, is qui dotem promittit, cum deducto ne egeant, conueniendi sint, hoc priuilegium ad filios non trahitur. & nu. 21.*
15 *Filiæ priuilegium, patri, vel cuicunque alij heredi non prodest. & nu. 21.*
16 *Priuilegia pupilli, suo heredi non competunt. & nu. 23.*
17 *Pactum personale, & iniuriarū actio ad heredes non transit.*
18 *Priuilegia quando ad filios transeant, & quatenus; quando non.*

Quæstio 12.

1 PRIVILEGIVM † patri cōcessum, ad filios ipso iure transmissum videtur: puta, viri illustres vt sunt Senatores, à sordidis extraordinariisque muneribus immunitate habent. l. maximarum. C. de excusatio. mu. lib. 10. l. senatorum. de dignita. lib. 12. Cod. Quod priuilegium ad patrem, matrem, vxores, filios, nepotes, fratres sororésque transit. l. penultima. de meta. lib. 12. C. Eorundem quoque filios plebeiorum pœnis subiciēdos esse noluit. l. diuo. C. de q. In priuilegiis igitur concessis, cum plenissima facienda interpretatio sit. l. fi. ff. de constitu. princip. Et irreuocabilia credantur. l. si pater. § j. ff. de donat. sicut est priuilegium ad pias causas concessum. Bart. l. priuilegia. C. de sac. sanct. eccle. l. Titia Seia. §. vsuras. de lega. 2. Felin. capi. ecclesi. col. 35. quæst. 12. de consti. Cyn. l. 2. C. de episco. & cleric. Dicendum est, priuilegia patribus concessa, filiis cōcessa videri: puta, quæ à principe donata sunt, donatarius non solum rem sibi donatam possidet inconcussam, verum etiam ad posteros sub eodem priuilegio, nec solū in heredes, sed etiam in emptores, vel alio quouis titulo possessores transmittit. l. in quibus. de fundis patrimonia. lib. 11. C. Si debitori vendere cōcessum sit, & heres eius vendiderit, recte vendidisse dicendum est. l. sicut § si debitori. ff. quibus mod. pign. Proinde quemadmodum filij, parentum priuilegio vtuntur, ita etiam parentes filiorum priuilegiis gaudebunt: vtputa, pro debito pupillari, ex quo dies cessit, quia interpellat pro homine, vsuræ protinus debētur. l. Titia Seio. §. vsuras. de leg. 2. Debebuntur quoque patri, si debitum filij sui esse constiterit.

2 † Prætereà palatini neque publica, neque priuata munera agnoscere cogūtur. l. palatinos. de palati. sacr. larg. libro 12. C. Quę priuilegia etiam filiis & nepotibus ipsorum prosunt. l. j. de priui. eodē lib. 12. C. l. fi. de domest. eodē lib. vtputa, cubicularij principis, à muneribus extraordinariis, hoc est, sordidis sunt immunes l. maximarum. de excus. mu. libro 10. C. l. 2. de propo. sac. cubic. lib. 12. C. Quod priuilegium etiam ad filios transmittitur. dicta l. 2. & l. 4. eod. Magistri libellorum etiam deposito officio, ab omni grauamine tam publico, quam priuato immunes sunt. l. j. de mag. scrin. libro 12. C. quod priuilegium etiam ad filios pertinet. d. l. j. l. in sacris. 2. de proxi. sac. scrin. l. 3. de priui. eo. libro 12. C. Qui tamen libellorum magistri. à tributo canonicæ indictiōis immunes non sunt. l. iubemus. de proxi. sac. scrin. Silentiariis quoque immunitatis priuilegium concessum, eorundē liberis cōpetit. l. fi. de silen. lib. 12. C.

3 † Tertio, omnes literarum professores, ab omnibus vel priuatis, vel publicis muneribus immunes sunt.

vt puta, Grammatici. l. medicos. l. grammaticos. de profess. libr. 10. Codic. l. fin. § si ff de mun. & ho. Oratores. d. l. grammaticos. d. l. § fi. Philosophiæ præceptores, d. l. grammaticos. l. fi. a § magistri. de mu. & hono. Hi ab onere tutelæ & sordidis muneribus immunes sunt, l. in honoribus § Philosophis. ff. de vaca. & excu. mu. sicut medici, d. l. medicos. & legum professores, d. l. medicos. Quæ priuilegia tam ad vxores ipsorum, quam ad filios transmittuntur, dicta l. medicos. l. fin. in fin. de profess. & med. l. secund. de comit. consisto. lib. 12. Cod. Transmittuntur inquam patre viuente duntaxat, leg. Archiatros. de met. lib. 12. Co. l. cum vt successiuos retineant labores. concessa sint. Specu. de aduo. §. obiicitur. versicul. sed pone, abbas. Proinde si priuilegium propter merita côcessum esset, facile crediderim eosdem perpetuo potiri priuilegio, l. 4. in fi. de episcop. & cleric.

4 †Quarto, Maritus hoc priuilegium iure consequitur, vt tantum in id quod facere potest, conueniendus sit. l. non tantũ. de reg. iur. l. quæ dotis. l. fi. ff solu. ma. & ibi Bar. col. 2. ver. Dicitur. ver. quæro. Ias. l. si cum procuratore. nu. 3. ff. de re iud. Et in l. Nesennius. nu. 8. de re iud. & in l. si constante. nu. 18. 118. & seq. sol. mat. Eadem prærogatiua socij inter se vti assolent. l. verum. ff pro soc. Quibus eatenus proficit, dum in pinguiorem fortunã non peruenerunt. Ro. cons. 404. l. j. § cum autem. C. de rei vxo. act. Interim hoc priuilegium ad filios & alios parétes vsque ad tritauũ trahitur. l. 3. § parétes. l. sed si. § liberis. de in ius voc. Ias. l. non tantum. nu. j. 5. 7. de re iud. l. iurisc. §. parentes. de grad. affinit. l. patronus. ff. de re iud. l. etiam. sol. mat. d. l. verum.

5 †Quinto, dos mulieris quæ constante matrimonio decessit, lucro mariti non cedit, sed ad heredem mulieris trãsmittitur. l. 3. §. illo procul. C. de rei vxo. act. l. 2. C. de bon. q li. nisi inter côiuges pacifcatur. l. ex morte. C. de pac. conuen. d. §. illo. Quid si secundo nupta, nullis relictis liberis, nisi ex priore matrimonio? Not. Bart. l. post doté. col. 8. ibi, conclude. ff sol. mat. Proinde quærendũ est, vtrum priuilegia mulieribus concessa, ad heredem transeant, puta, cum sit commune ius, vt vnusquisque seruet pacta. l. 3. ff de pact. liberet fidem suam pro aliis datã. l. j. de fideiuss. Si tamé mulier fideiubeat, iustũ nõ est, propter sexus imbecillitaté, & q multis captionibus subiiciatur, vt côpræhédatur sub hac regula. Quod priuilegium etiam suis proficit. l. non solũ. de in integ. resti. Mulieres tacitam hypothecã in bonis mariti habent. Et cęteris creditoribus, etiãsi anteriores sint (excepto fisco. l. 2. C. de priuil. fisc. vel eo qui pro naue fabricanda crediderit, l. q quis. ff. de priuil. credi.) præferuntur. l. assiduis. §. ad hæc C. qui pot. in pig. Quę priuilegia heredem mulieris sequuntur. d. l. assiduis. § exceptis. l. etiam ff. sol. ma. Qui etiam in heredes cæterorum creditorum actionem habet. l. hæ actiones. ff. ad Velleian.

6 †Sexto, Macedoniano senatusconsulto prospectum est, ne qui filiofam. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem patris actio, petiti ôve daretur. l. 3. ad Maced. Quæ exceptio etiam patri, si filius in potestate moriatur, aut heredi filij, si paterfam. decedat, competit. l. sed Iul. §. quanquam. e. filiifa. minores pro alio fideiubere non poterunt. Quod si fideiubeant, neque ipse, neque pater, neque ipsorum heredes fideiussoria actione tenebuntur. l. nõ solũ. de in inte. resti. Pater agens nomine dotis ꝓ filia, filię priuilegia côsequitur, puta, filiæ côpetit actio ex stipulatione tacita. § extraneũ. §. seq. l. 3. C. de re vxo. act. l. insulã. §. vsuras. ff. sol. ma. Eadé & patri agéti côpetit. § fuerat. insti. de actio.

7 †Septimo, qui precario rogat, vt ipsi in fundo morari liceat, etiam pro familia sua rogasse censetur. l. pe. ff. de precar. Cui & hospitem quoque recipere permissum erit. l. 2. §. 3. ff de vsu & habit. Hinc est, q qui vim vxori vel familiæ facit, etiam ei vim facere creditur, qui sibi tantũ vti frui licere stipulatus fuerat. Et propterea qué, vt pote adulterum, interficere marito permissum est, l. Gracchus. C. de adult. idem quoque filius conceditur. d. l. Gracchus. Ias. l. quo minus. num. 134. & seq. ff. de flu.

8 †Octauo, si quandiu voluero, eligere possim, quãuis hæc electio personalis sit, tamé filio talis electio cohærebit. l. si stipulatus fuerim. ff. de ver. obl. l. si sic. §. si quis ita. de leg. j.

9 †Nono, priuilegium concessum clericis contemplatione ecclesiæ, ij si ecclesiæ concessum credimus. l. nul'i. C. de sacr. sanct. eccle. Cui merito acquiritur. §. interdicimus. authent. de eccl. titul. col. 9. Et clerici cum sint ab omnibus sordidis muneribus, & ab omni præstatione tributorum immunes, l. 2. C. de episco. vxores quoque ac liberos eorundem immunes esse dicemus. l. 3. & 2. eo.

Decimo, tempus q datur iudicato, etiam filiis transfertur, l. tempus. de re iudi.

10 †Vndecimo, actio quæ pro sumptibus funerũ datur, heredi cæterisque successoribus competit. l. si filiusfa. in fi. ff. de relig.

11 †Postremo, priuilegium alicui ademptum, etiam filiis ademptum intelligimus: cum magis patris contemplatione concessum fuisse verisimile sit, l. si habitatio. § 3. ff de vsu & hab. Si tamen filij nominatim fuerint compræhensi, secus est. argu. l. si quis operas. ff. de oper. liber. vt in emphyteusi. Cyn. l. si liberti. Codic. de oper. libr. Bartol. l. quod dicitur patrem. ff. de verbor. obliga. Et qui obligat se non facturum, quo minus sibi habere liceat: obligat etiam heredem suum, ne faciat. l. stipulatio ista. ver. si. sed si. ff. de verbo. obligat. Et cum per nosmetipsos adipisci possessionem dicimus. l. 1. §. adipiscimur. de acquir. pos. nihilominus per filiũ acquiri potest. l. diuus. § 3. de fal.

12 CONTRA †Milites qui triginta annis militarunt, ab omnibus & oneribus & muneribus vacationem habent. l. fi. de his qui non implet. Stipend. sacra. sol. sunt. libro 10. C. Qui non tantum quandiu militabunt, verum etiã quandiu vixerint, hoc beneficio perfruentur: l. eam. de excus. mu. eodem lib. Quod priuilegium nihil omnino filios sequitur. l. in honoribus. §. vacationum. ff. de vaca. & excu. mu.

13 †Præterea, priuilegia viuenti concessa, eo mortuo amplius concessa non videntur. l. Neratius. ff. de regu. iuris. Vbi enim personæ conditio locum facit beneficio, deficiente ea, beneficium quoque deficit. l. in omnibus. ff. de regulis iur. l. priuilegium. eodem. puta, priuilegia quæ magistris liberalium artium competunt, quandiu tantum viuunt, durant. l. Archiatros. de metat. libro 12. C. Patronus heres institutus & rogatus hereditatem restituere, non tamen cogitur: quod tamen priuilegium successori ipsius non competit. l. cum patronus. de legat. 2. Aduersus eum qui in dignitate constitutus est, nulla de dolo actio dari potest. l. non debet. ff. de dolo. Et tamen aduersus heredes dabitur. l. heredibus. eod.

14 †Tertiò, qui dotem promittit, quatenus facere potest, conuenitur. l. sed hoc. ff. de re iudi. Sicut & qui ex causa donationis, in ius vocatur. l. inter eos. §. is quoque. eod. Quod priuilegium fideiussori non competit. l. & si fideiussor. ff. de re iudicata. Tametsi alioqui omni accessione principalis sui vti soleat. l. fluminũ. in fine. C. de vsu. rei iudica. Socij, quatenus fieri equũ est, conueniendi sunt. l. verum. ff. pro soc. Quod fideiussori non prodest. dict. l. verum. §. vidédum. maritus deducto ne egeat, condemnandus est. l. & si. ff. de re iudic. l. si maritus. solut. mat. Heredes autem in solidum condemnantur. d. l. & si. §. 3. l. sciendum. eod. l. nec maritus. §. 3. C. solut. matr. l. si cum procuratore. & seq. ff. de re iudic. Res tamen donatas, & amotas imputabunt. l. rei. §. j. sol. matr.

†Quarto,

15 †Quarto, licet filiæ ex tacita stipulatione actio com petat non tamen patri, filia mortua. l. in omnibus. l. priuilegium. de reg iur. Nec cuius alio heredi hoc priuilegium proficit. l. j. C. de priuil. dot.

16 †Quinto: priuilegia pupillo concessa, ad successorē non trahuntur. l. dabimus. § j ff. de priuil. cred. puta, vnus ex tutoribus in solidum condemnatus fuit: heres pupilli aduersus eum agere non poterit. l. ex pluribus. ff. de admi. tutor. Et tutor prohibitus matrimonium cum pupilla contrahere, non tamen filius prohibitus censetur. l. non solum. § si puellæ ff. de ritu nupt. §. sunt & aliæ. & ibi annot. instit. de nupt. Si quidem filia heres instituta fuerit. l. non solum. §. si puellæ. de ritu nup.

17 †Postremo. si filius quam rem velit, eligere possit, nō tamen pater poterit. l. si. in prin. ff. de verbo. oblig. Personale enim pactum, sicut vsusfructus, ad heredem non transmittitur. l. idem. ff. de pact. §. finitur. institut. de vsufruct l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verbo. obl. l. si vsusfructus nomine. ff. de vsufruct. Bald & Salic. l j. C. de bo. quæ lib. nec fiscus. l. j §. an bona. ff. de iur. fisc. Et iniuriarum actio quæ in heredem non datur, neque etiam heredi dabitur. l. iniuriarum. ff. de iniu. l. pe. de in ius voc.

CONCLVSIO. Quia hoc loco de priuilegiis à principe cōcessis agitur, & vni magis quā alteri faueat l. neque Dorotheum. de decur. lib 10. C. satius est vt ipsum cōsulamus, & ab ipso interpretationem petamus, l. omni C. de sac. san. eccl. l. inhumanum. l. fi. C. de legi. l. ex facto. ff. de vul. dum tamen non datur principis facultas, tentandum est.

18 †Igitur si priuilegium propter rem concessum fuerit, etiam ad heredes transmittitur. l. ætatem. in fi. ff. de censib. l. hi quibus. de fun. pat. lib. xj. C. l. in omnibus. la 3. ff. de reg iur. Quo casu frustra principis rescriptum postulamus. l. 3. in fi. de censib. Quia licet mutétur personæ, manet tamen eadem res. l. proponebatur. ff. de iud. Si personæ concessum fuerit priuilegium, etiam suis concessum creditur, quandiu is cui concessum est, viuit. l. pater. ff. de serui. leg. l. in omnibus. la 3. l. priuilegia. de regu. iur. Et hoc nisi nominatim sui à priuilegio concesso exclusi fuerint. l. 3. in fi. & l. seq. §. quanquam. ff. de censib.

19 SOLVTIO. †Militum priuilegia ita demum filiis non prosunt, si alium sequuntur statum. l. priuilegio. de decu. lib 10 C.

20 †Quod dictum est, priuilegium clericis concessum, ecclesiæ concessum videri: hæc sententia vera est, si concedentis voluntas non repugnet. capit. requisisti. extr. de testi. l. cum quæstio. in fi l. cum virum. Cod. de fideicom. l. in conditionibus ff. de condi. & demonstr. argum. l. non dubium C. de legat. Si non appareat, si per nomen proprium relictum sit, ecclesiæ non competit. l. ad recognoscendos. C. de inge. & manumiss. Si per nomen appellatiuum, contemplatione ecclesiæ relictum videtur, l. annona. §. Titia ff de ann. legat. nisi summa necessitudo, vel propinquitas vrgeat. l. verum. ff. pro soc. Sali. l. non plures. ibi, sed vbi. C. de sac. sanc. eccle.

21 †Quod dictum est, priuilegiū mariti heredibus non proficere. in extraneo herede locum habet. l. maritū. l. quia tale. ff sol. mat. l j. ff. de iur. immunit.

22 †Dictum est, mulierum priuilegia ad heredes non transmitti. Hæc sententia similiter in extraneo herede locū habet. l. etiam ff. solu. mat. l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot in pig. Proinde si pater agat viuente filia, actio priuilegiata est: sin ea mortua, secus est.

23 †Dictum est, pupillorum priuilegia ad heredes non trāsmitti. De extraneis intelligēda conclusio est. l. maritum. ff. sol mat. In proximis non vtique. l. etiam eo.

24 †Probauimus filio datam electionem, patri nō competere. Hoc ideo, quia nominatim cōmissa est. Bal. cōs. 304 in prin. Ias l. filiusf. §. diui. de leg. j. c. cum criminalibus. 5. q. 3. Spec. de offi. dele. §. iam nunc. circa fi. Ias. l. quo minus. nu. 135. 175. ff. de flumi.

SVMMARIVM.

PATER VTRVM TENEATUR pro filio.

1 *Pater pro filio tutore vel decurione tenetur. num. 4. 8. 11. 12. & sequen.*

2 *Pater pro pecunia filio mutuata, quatenus teneatur.*

3 *Pater ex delicto vel ex stipulatu filij quatenus teneatur. nu. 5. 7.*

5 *Factum pluribus contra vnum probatum, cæteris nō præiudicat.*

6 *Filius, patris deteriorem non facit.*

9 *Filius quando in patris potestate esse desinat.*

10 *Patre mortuo, in quibus tenebatur pro filio, actio particulariter filium non sequitur, sed omnes heredes.*

Quæstio 13.

1 SI† filius patre sciente & non cōtradicente, tutor à prætore dat⁹ sit, pater tenetur. l. si filiusf. ff. de tut. l. 4. in fi de fide. tut Idem dicendum, si decurio, patris consensu, filius creatus fuerit. Pater enim, vtpote fideiussor, pro filio tenetur. l. 2. ad munic.

2 †Præterea, si filiof. mutuatam pecuniam, sciente & tacente patre, præsupponamus, si non statim cōtradicat, consentire videtur. l. filiusf 2. ff. ad Maced. Si filiusf. patris iussu donauit, perinde est, ac si pater ipse donasset. l. in ædibus. §. pen ff. de donation.

3 †Postremo, pater, vtpote fideiussor filij, l. cum filiusfa. de verb. oblig. & delicto filij, quatenus in peculio habet, conuenitur. l quoties. & sequen. ff. de noxa. act. l si quis vxori. §. si seruus tuus l eum qui. §. an pater. ff. de fur. Idem dicendum, si filiusfa. Stichum dare spoponderit Si enim cum per eum steterit, quo minus daret, decesserit Stichus: datur in patrem, vt pote fideiussorem, de peculio actio. l. si à colono ff. de fideiussorib. l. in ædibus §. pe. ff. de donation.

4 CONTRA. †Si filiusfa. testamento tutor datus tametsi sciente & consentiente patre, tutelam administret pater non tenebitur, l Lucius ff. de admi. tut.

5 †Deinde quando factum ad plures indiuidue trahitur, vt partus mulieris, l. 3. in fin. de iureiu. vt causa fratrum. l. j. C. quib. res iudi. vt creditoris & debitoris, l. iudicatæ. in fi. ff. de excus. rei iudica. si contra vnū probatum sit, vt condemnetur, cæteris nō præiudicat, l. denunciasse. §. si condemnatus. ff. de adulter. toto tit. C. res inter alios acta. Et ideo si deliquerit filius, ne in peculio quidem filij debet patri nocere, tametsi pater eius administrationem alioqui filio permitteret. l. si filiusfa. ff. ad Maced. Qui vsumfructum bonorum filij iure habet, & prior est tēpore, l. si vsusfructus nomine. ff. de vsufruct. Bald. l. j. C. de bo. quæ lib. l. j. §. an bona. ff. de iure fisc.

6 †Patris autem deteriorem conditionem facere nō potest, l. quanto, ff. de iureiur. siue paciscēdo, siue quid aliud agendo, l. Filius. C. de pact. tametsi acquirere ipsi possit, l. filiusfa. ff. de sol. arg. l. si defensor. ff. de interro. actio.

7 †Postremò, Pater cuius filio commodata res est, furti agere non potest, quia custodiam præstare nō debet, l eum qui. §. an pater. ff. de furt. Ita etiam pro delicto filij conueniri non potest, l. eum qui. ff. de iure fis.

SOLVTIO Cum sint termini diuersi & separati, ideo non potest solida adferri conclusio. Eā igitur secundum solutionē contrariorum proponemus.

8 †Quod igitur ad filiumfa. tutorem deputatum, vel

ad aliquem magistratus gradum creatum (ad quem, nisi patre consentiente non vocatur. l. si pater. C. quando prauoc. non est necess.) attinet: aut pater ita iussit, & consentit filio administranti, ac si ipsemet pater gereret, omne siue damnum siue lucrum amplectens, & in suam fortunam accipiens: & tunc pater in solidum conuenitur. l. denique. §. sed vtrum. ff. de min. l. j. & l. fi. in fi. de filiussa. lib. 10. C. l. si filiussa. & l. filiussa ff. de tut. l. Lucius. ff. de admi. tut. l. fi. § sancimus. C. de bon. quæ lib. l. j. ff. quod cum eo. l. j § j. C. e. l. filiussa. de admini. re. dot. l. cum filiussa. e. l. j. ff. quod iussu. l. j. §. quid si. Cod. quod cum eo. l. prim § si is qui nauem. ff. de exerci. act. l. si vni. §. j. fam. erc. l. secund. ad municip. l. Lucius. §. idem respon. ff. ad municip. Si vero tantum consentit, vt filius posset gerere, vel obligare seipsum pro pupillo, cuius tutelam gerebat, non autem agnouit: tunc duntaxat de peculio & de in rem verso conuenitur, d. l. j. ff. quod cum eod. l. j. & 3 ff quando ex fac. tut. institut. de tut. in princip l. j. § si filiussfamil. §. item de magistr. conuenien l. j. §. si cum impubere. l. si quis seruum. in fin ff. de pecul. l. libertus. §. filium. de mun. §. si quis. authentic. de fideiuss. l. 3 col. 1. in fi. de admi. re. Ex suo autem pater non tenebitur. l. j. de filiussa. lib. 10. C. maxime dum consensum suum nominatim non accómodat, l. filiusfam C. ne fil pro patre. l. filios. de decur. libr. 10 C. l. si pater. C. quando prouoc. l. j. § scientiam.
9 ff. de tribut. l. j. §. is qui nauem. ff. de exerci. act. † Cum enim pater per superuenientem dignitatem, vel per tutelæ dationem filium in potestate habere desinat, § filiussa & ibi annot nu. 5. instit. qui mo. ius pat. l. filiussa. ff. de his qui sunt sui. æquum non est, vt in aliquo teneatur. Eadem in patre adoptiuo statuemus, l. si adoptauero. ff. de precar. l. penultim. ff. de adopt. † Proinde in quibus pater pro filio tenebitur, patre mortuo, onus omnibus heredibus commune erit, l. j. §. sed an. ff de col bo. l. j. de peric. success paren. lib. 10. C. & omnes simul tenebuntur, l. j. de decur. libr. 10. C. tenebuntur inquam de his, quæ gesta fuerút à filiofa. patre viuente. Patre autem mortuo, non vtique. l. ex patre. §. filius l. si vir. § sed si. ff fam. ercis. l. & si. ff. de mu. & hono.

10 (line: "pravero" margin)

11 ANIMADVERSIO. † Accur. ait, gl. 2. l. Luci⁹. ff. de admi. tu. gl. consensisse. ibi, item not. ad munic. Si filius tuus datus, emancipatus est, pater pro eo tenetur. Pedibus omnes in hanc discedimus sententiam. Verú audiamus reliqua. Si in potestate sit, aut filius testaméto, aut à prætore tutor datus est. Si testamento, pater de peculio, & de in rem verso tátum. tametsi agnouit, tenetur. Sin datiuus, in solidum. Verior hæc sententia est, vt siue à prætore, siue testamento filiussa. patre consentiente datus sit: quatenus in peculio habet, aut in rem suam versum est, pater teneatur, l. Lucius ff. de admi. tut. Sin onus tutelæ susceperit, aut agnouerit, in solidum tenebitur, l. si filiussa. de tute.

12 INTERPRETATIO. † Imper. ait, l. cum filiusfam. in princ. C. quod cum eo. filiofamilias tutore vel curatore dato, patrem de peculio & de in rem verso tantum conueniendum. Quod verum intellige, nisi pater onus tutelæ nominatim susceperit. Tunc enim in
13 solidum tenebitur. † Imper. ait, l. fin. de filiussfam. lib. 10. C. sine periculo patris, filium a magistratibus curatorem datum esse. Addas, Nisi quátum ad peculium, vel ad actionem, de in rem verso, attinet. Nam licet pater ex contractu filiorum ipso iure non teneatur, æquum tamen est, peculio tenus condemnari, l. actiones. ff. de
14 actio. † Vlpian. ait, l. 2 ff. ad munici Quicquid in Rep. filius gessit, pater fideiussor præstabit. Vtrum autem in solidum, an peculio tenus, non meminit. Ideo dic vt supra, numero, octauo.

FILIVS VTRVM TENEATUR pro parte.

SVMMARIVM.

1 *Patris bonitas filiis prodest & nocet.*
2 *Patris iniquitas filijs nocet.*
3 *Filij eius qui maiestatis damnatus est, omnia bona patris vel proximorum amittunt. 14. 41.*
4 *Sententia quando etiam post mortem rei ferenda sit. & nu. 26. ius patronatus vtrum propter delictum patris amittatur. eo. & nu. 7. 14. 22.*
5 *Filius etiamsi non fuerit patris heres, pro ipso nihilominus tenetur. & nu. 12. 13. 25.*
6 *Patre repetundarũ dãnato, quatenus filius teneatur.*
7 *Delictum vasalli nocet filio. & nu. 4. 14. 16. 26.*
8 *Pater qui alterius testamentum infirmauit, aut defuncti mortem non vindicauit, filio nocet.*
9 *Filij bona patris heretici amittunt. 15. 24.*
10 *Pœnæ potius molliendæ, quam exasperandæ.*
11 *Filius non portabit iniquitatem patris:*
12 *Patre in officio delinquente, filius non tenetur.*
Incesti bona quæ fisco adiudicanda. eod.
13 *Pro pecunia patri credita, in filium actio non competit. & nu. 5.*
17 *Filij ex pollicitatione Reip. facta, quatenus teneãtur.*
Patris infamia, filijs non nocet.
18 *Filius ex delicto patris non conuenitur.*
19 *Omnium ratio reddi non potest.*
20 *Bona patris delinquentis, quatenus à filijs non auferenda. & nu. sequenti.*

Quæstio 14.

1 BOnitas & clementia patris, filiis prodest: Ierem. c. 32. Tametsi filij peccauerint. Salomó enim, licet mandatú Domini transgressus quod fœminis alienigenis se cómiscuisset, tamen propter Dauidé patré suú ab eo Dominus regnum nó abstulit, Regum 3. c. 11. Sed non tantum prodest, verum etiam plerunque nocet. Filios enim Iob dominus consumpserat, vt lenitatis & temperantiæ suæ periculum faceret. Iob ca.
2 j. † Quanto magis patrú iniquitas, ac scelus filius noxium esse debebit? Dy. reg. nó debet. ibi, ité clare. Exépla passim tam diuinitus quá humanitus tradita sunt. Pro peccato Sodomitarú, permulti innoxij, cælesti igne cósumpti sunt. Hebræi, quod aduersus Dominú murmurarent, terram promissionis amiserút, paruulos autem Dominus introduxit. Verum facti sunt dyscoli in deserto annis quadraginta, & portarút iniquitaté patrum suorum. Multisque miseriis oppressi sunt, donec patres ipsorum obierant, Num. 24. Propter peccatum Amalechitarum, non solum paruul. verum etiam bruta animantia consumpta sunt. Dathan & Abiron cum aduersus Mosem & Aaron schismatis authores fuissent, ipsi cum vniuersa sua sobole mortem obierút misere: Numeror. 16. Propter peccatú Phogor, nó solum filij Madianitarum, verum etiá filię vltimo supplicio deditę sunt: Numeror. c. 31. Israelitæ, quod non obseruarent præcepta Domini, illis Deus cóminatus est, dicés: Filios generabis & filias, non frueris eis, quoniá ducentur in captiuitatem. Deuteron. cap. 28. l. quisquis. C. ad l. Iul. Solomonis frater vterinus, Dauidis primus ex Bethsabea filius, propter peccatum fornicationis patris cú Bethsabea filius, propter mortis insidias, quas aduersus Vriam virum Bethsabeæ struxerat, moritur Regum libr. 2. capi. xj. & seq. Propter Saul, quòd occidisset Gabaonitas, facta est fames magna, donec vltimo

mo supplicio septem viri de filiis eius traditi fuissent. Reg.2.capi.21 Dauid propterea quòd populum Israeliticum numerasset, septuaginta millia virorum peste fœdissima consumpti sunt 2 Reg.24. Peccato Aegyptiorum, possessionum fructus vredine consumpti sunt, iumenta & primogenita eorum perierunt. Peccato Israelitarum, seu filiorum Heli, arca Domini, vniuersúsque populus Philistæis traditus est. Propter peccatum Achan, Israelitæ in manus hostium traditi sunt. Cham delinquente, filius eius maledictus fuit. Giezi peccato, lepra etiam ad posteros transmissa est. Esdras coram Domino profitebatur iniquitates & scelera Hebræorum, propter peccata patrum ipsorum, quotidie pullulare, & traditos esse in manibus inimicorum suorum, in gladium & captiuitatem, Esdræ libro 3.cap.8. In Babylonienses, quòd sese exaltassent cõtra Dominum, Deus quasi ventum pestiferum suscitauit, & prædicatores immisit, quibus nominatim iniunctum esset, ne iuuenibus ipsorum parcerent, Ieremiæ c.quinquagesimoprimo. Iudæi exclamantes, Sanguis eius super nos & super filios nostros: vsque in præsentem diem, miseriarum & angustiæ vestigia retinent. Achab peccante, posteritas ipsius regnum amisit. Propter Adami patris nostri peccatum, in perpetuam laboris & ægritudinis labem coniecti sumus. Propter scelera nostra, patrúmve nostrorum, grauiter peste, bello, fame opprimimur. Dominus enim propter patrum peccata & iniquitates, filios vsque ad tertiam & quartam progeniem vlciscitur, Deuter.capit.5. Vnde scriptum est in Euangelio: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Hinc est quòd de scorto nati, ad decimam vsque generationem ecclesiam ingredi prohibentur: Deuter.capit.23. Ammonitæ & Moabitæ etiam post decimam generationem, templum ingredi non poterant, quòd Hebræis alimenta denegassent, Deuter.cap.23. Malè parta, malè dilabuntur. Non enim æquum est, vt quod pater furto, rapina, vsuris acquisiuit idipsum consequatur filius. § primo. authent.vt omnes obediant iudicib.col.5. Quem non excusabit ignorantia, quò minus post mortem patris non cogatur reddere malè quæsita. Aaron & filij sui portarunt iniquitatem sanctuarij, Numer.18. Quos alloquitur Psaltes ille Regius, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

Græci post euersam Troiam, occiderunt Astyanactem Hectoris filium, ne per illum quandocunque belli cul nus refricaretur. Non enim impium putandum est, post extinctùm tyrannum, & liberos innoxios trucidari & interfici, cùm id magnopere intersit Reipubl. Quid? vuquámne non bellamus Christiani, neque tamen nescimus in bellis maximam malorum partem ad eos redire, qui nihil commeruerunt? Idem vsuuenit in represalibus, quæ vocant. Qui læsit, in tuto est, & spoliatur negociator, qui ne factum quidem audiuit, tantum abest vt in culpa fuerit. Quòd si talibus remediis vtimur, in rebus non ita magni momenti, quid censes
3 faciendum in re atrocissima? †Puta, si quis in patriam vel in principem coniurationem fecerit, vel militiam deseruerit, ipse vtpote maiestatis reus, vltimo supplicio damnatur, l.quisquis.C. ad legem Iuliam maiesta. l.j.ff.eodem.l.4.de re milit. lib.12. C.etiamsi scelestam tantum inisset factionem.d.l.quisquis. Voluntas enim pro facto reputatur, l.Diuus.ff.ad leg. Cornel.de sicar. Quæ noxa etiam filiis innoxiis cum perpetua infamiæ nota nocet capitul.infamis. 6.quæst. j.§.filij. d.l.quisquis. Omnia enim proditoris bona fisco adiudicantur.dict.l.quisquis.& §.interdum. Institut.de hæred. quæ ab intesta. Et non tantum paterna, verum etiam auita, & omnium proximorum successione filij priuantur.d.l.quisquis, & l.fina.eodem. licet pater dum in vinculis est, à debitoribus exigere possit. Alioqui plerique innocentium, fame premerentur. l.reo criminis.ff de solut.

4 †Proinde vbi crimen est huiusmodi, cuius accusatio aduersus heredes duret, mortuo reo, non extinguitur.l.senatusconsult.§ si propter.ad Turpil. vt si is qui in principem vel contra Rempubl.insidias struxerit; vel militiam deseruerit, priusquam accusatus vel damnatus fuerit criminis, decedat, tametsi crimina alioqui morte extinguantur, l.final.ff.ad legem Iuliam maiesta. post mortem suam, perduellionis reus iudicabitur.dicta l.4. de re milita.capit.si quis.6.quæstion. j.Hippol.rubric.de fideiuss.numer.120. & sequen. Roma.singul.686. Panormit.capit.final.in fin.de feud.l.final.C.ad legem Iuliam maiesta.l.ex iudiciorum.§. primo.ff.de accusatio.33.quæstio.2 cap. fina. Sicut quando quis hæreticos heredes instituerit, cap.si quis.extr. de hæred. Et hi licet antequam accusatio fuerit instituta, moriantur: tamen sententia ferenda est.l.ex iudiciorum.ff de accusat. Et successores, quatenus ad eos ex bonis damnati peruenerit, restituere tenebuntur. l. an vitium. § primo. ff de diuer.præscript.l.3. de interdict.& toto titul.institut.de perpet & temp. action.l. prima.C.ex delict. de funct. Denique quisquis in notorio crimine decesserit contra eundem etiam post mortem suam agi potest, saltem propter damna illata ciuiliter argumen.capit.si episcopum. in fine.17. quæstio. 6.cap.tua.extr.de vsur.tum propter bona. l. Lucius.ff. de iur fiscal l.3.si penden.appellatio.l. Manichæos.C. de hæret.l.ex iudiciorum.§ exceptio.ff.de accusation. Quibus fiscus succedit, dicto §.interdum.dicta l.fina. Et ideo licet iudicium in mortuum acceptum, non valeat, tamen aduersus heredes experiundi ius est. l.de qua re.§ fin.ff.de iudic. Filiíque successionem paternam, etiam ius patronatus, quod ad ipsos peruenire poterat, amittunt.argumen.l. qui contra.ff.de iure patron.argumen.cap.ex literis. extr. eodem. l.prima.C. de bon.lib. Si libertus propter ingratitudinem in seruitutem redactus fuerit, etiam filij qui postea nascentur, seruient.l.2.C.de liber. Qui vi rapuit. omnia bona sua amittit.capitul.cum secundum leges.de hæretic.in 6. Eáque non filij sui, sed parentes mulieris rapę acquirunt: §.sancimus. authentic.de rapto.mulie.col. 9.Vacca, l.si qua pœna.

5 † Sed non tantùm filius propter patris delictum, successione paterna priuatur, verum etiam pro patre tenetur. tametsi eius heres non fuerit. Patet in causa primipili, ex qua liberi, etiam si parentibus heredes non existant, tenebuntur. l. final.de primipilo. lib.12.Cod.l.satis.Cod.in quibus causis pignus. Quibus tamen succurritur, vt eos (cùm de duobus malis, maius sit euitandum) patres exheredent, aut à paternis bonis, suapte sponte abstineant. dicta l.final.l. eum qui. Cod. arbitr.tutel.l.prima. C. de repud.hered. Nam tunc cum pro mortuis habeantur, l.prima. §. quidam. ff. de bono. possess.contratabul. conueniri non poterunt, dummodo fraude, fraudísve suspicione careant.l.prima.§.is quoque.in fin. ff.de collat. bonor.

6 †Præterea, si lege municipij caueatur, quòd filij mercatorum teneantur pro ære alieno patris, ipso mortuo, licet non sint heredes, nihilominus tenebuntur.Baldus l.qui se patris.column.8.C.vnde liber. Cùm enim hoc pactis conuentis fieri possit, l.2. ff. quod cum eod. l. cùm affirmes. Cod.de liber.causa.cur hoc legis authoritate receptum, non erit obseruandum? l.fina.Cod.de fideicommis. Tertiò, si pater mutuò pecunias acceperit, quibus posset filium alere. si non habet pater vnde soluat, filius locupletior factus, luere tenetur: ne pater damno afficiatur, & filius lucrum sentiat: argument.l.final. in princip.de eo per quem factum erit. leg.planè.

2. §. primo.de legat.j. l.si cum seruum. ff si certum peta.In rem enim filij versa est.l.ei qui.C. quod cum eo. Bartol. l. his solis. ff de condictio.indebit. Iason.l.si cum seruum.numer. j. si certum petatur,& in §.actiones autem columna quinta.ibi,Et quid erit. Institut. de action.Salicet l.satis.cum ibi not.C.in quibus caussis pignor.Roma.singul.210 & 213.Exprimat igitur creditor,eam se pecuniam credidisse, vt filios alat.argumen.l fin.ff.de exerci.actio. Tunc creditor aduersus filios experiri poterit, ad quos vtilitas peruenit. l. si me.ff.si cert.peta.

6 †Quartò,si quis pecuniam ob iudicatum,vel non iudicatum acceperit, non tantum repetundarum iudicium eo viuo in ipsum,l.j.&.l.final.ff.ad legem Iuliam repetund. verum etiam in heredes intra annum proximum datur. argument.l qui contra.de iure patron. l. secunda.& sequen.eodem.Idem dicendum, si quis sacram,religiosam,vel publicam pecuniam abstulit. peculatus enim crimine notatur.l.j. ff ad legem Iuliam pecul. Quod iudicium pecuniæ ablatæ etiam in filios heredes datur.l.fina.eod.Proinde nihil aliud iuris, liberis adimitur,nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos,si intestatus mortuus fuisset.Quod generaliter in omnibus illis obseruatur,qui ciuitatem amiserunt. Vt nihil aliud liberi eorum amittant, quàm quod ab his peruentum est.l.tertia.ff.de interdict.

7 †Quintò,si vasallus ad feudum,hoc est,contra dominum deliquerit,feudum amittit. Toto titul. Quæ fuit prima caussa beneficij amitten. Et tot.titu.quibus mod.feud.amitt.Quia cùm deficiat forma feudi,deficit quoque eius esse. l. quæro. §. inter. ff locat. Filius quoque ad id nullatenus adspirabit, gloss. ediderit.l. fina.C.de decur.lib.10.licet ad agnatos peruenire possit.capit.j si vasal.feud priuet.§.si vasallus. si de feud. contentio sit.

8 †Sextò,si quis patris testamentum inofficiosum esse dixerit, & ante sententiam non destitit, vel viuat. l. Papin.§.meminisse.ff.de inofficio.testamen.aut alicuius testamentum aboleuerit,& quasi intestatus decessisset,pro herede se gesserit,atque ita diem suum obierit:tota paterna hereditas, ab herede eius auferenda est.l.si quis cum.l.si quis patris.ff.ad legem Cornel.de fal. Idem dicendum,si dolo fecerit, ne testamentum mutaretur. Ei enim actiones denegandæ erunt.l prima.Si quis aliq.testari prohibuit, etiam si quid liberis datum sit. Ea enim quæ per flagitium acquisiuit quis, liberis non prosunt: velvti si cognatum suum interfici curauerit,& eius hereditatem adiit, vel bonorum possessio.accepit.

Septimò, si filius mortem defuncti non vindicauerit,& ipse est filius suus, hereditatem amittit. l.prima.C.vbi caussæ fiscal.l.si ea quæstio.Cod.de his quibus vt indig.l Caius.& l.necessarios.§ primo. ad Syllanian.Bald.capitul.quoniam contra fal.numer.64.de probation.

9 †Octauò, heretici non solum infamia notantur, & in perpetuum exilium mittuntur: verum etiam ipsorum bona ad fiscum pertinent, quæ etiam à filiis auferenda erunt. l.4. & authentic. Gazaros. C.de hæret.& Manich.l.4.C.de aposta. Filius enim cum sua caussa suisque vitiis patri succedit. l.Caius. ff.de manumiss.

10 CONTRA. †Cùm pœnæ, vtpote odiosæ, potiùs molliendæ sint,quàm exasperandæ,l.absens in fin. l.si præses.l.penult. ff. de pœn.l hæc enim.ff.de suspe. tutor.ea potius facienda interpretatio est,vt filiis non noceat.

11 †Dominus enim ait, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Deutero.ca.24.2. Paralipo.cap.xxv.Exech.18. Filius enim non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij. Exemplum est veteris testamenti,de Amasia,filio Ioiæ,Regum lib.iiij ca.14 Qui cùm obtinuisset regnum, percussit seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum. Filios autem eorũ qui occiderant, non occidit, iuxta id quod scriptum est in lib.legis Mosis,Deut.24.sicut præcepit dñs,dicẽs, Non morientur patres pro filiis,neque filij morientur pro patribus, sed vnusquisque cum peccato suo morietur.Cicer.pro domo sua,ad Pontifices:Quid vos vxor mea misera violarat,quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis? Quid mea filia, cuius fletus,assiduus,sordésque lugubres,vobis erant iucũdæ,cæterorum omnium mentes oculósque flectebant? Quid paruus filius,quem quandiu absui,nemo nisi lachrimantem confectúmque vidit? quid fecerat,quod eum toties interficere voluistis? quid frater meus,qui cùm aliquanto post meum discessum ex prouincia venisset, neque sibi viuendum nisi me restituto, putaret,cum eius mœror, squalor incredibilis & inauditus omnibus mortalibus miserabilis videretur: quoties ex vestro ferro ac manibus est elapsus? Iustitia igitur iusti super eum erit, & impietas impij super eum. Terentius in Hecyra, Puerum accipias.nam is quidem in culpa non est,post de matre videro. Quæcunque ergo delicta parentes commiserint, filio potissimum iam nato non imputantur ad pœnam: gloss.ediderit l.final.de decurionib.libr.decim. C. Annotauimus in l.si qua.num.j. de his qui sunt sui. Qui cùm nullum delictum commiserit, patris peccati macula, filium non inficit.j.quæst.iiij.cap.macula. Ergo pater solus ex suo admisso sorti subiicitur,filius autem propter peccatum non mulctatur, sed integra ipsius patris bona retinebit.

12 †Deinde si pater malè se in officio gesserit, constat filium inquietandum non esse. l secunda. C.ne fil. pro patre.Et ideo actio tutelæ quæ creditoribus competebat,aduersus filium nullo iure competit,ne patre quidem viuente.l.eum qui.C.arbi.tutel.l.patris.Cod. ne fil.pro patre.Et licet bona incesti, fisco adiudicanda sint,tamen filiis existentibus non poterunt.l.si quis incesti.ibi, Ita tamen.& authentic. incestas.C.de incest.nupt.

13 †Tertiò, etiamsi filius commodum rei perceperit,cuius nomine pater seipsum obligauit,non tamen filius conueniri poterit, sed à patre tantummodò pecunia condicitur,cui soluta est,non à filio, cui proficit l.quanuis.C.de pign.l.his solis.ff.de condict.indebi.etiamsi pro patre fideiusserit. l.j.C. de filiofa.mi. Quia condictio,personalis est,l.nõ aduersus.C si cert. peta. ergo filia pro ea parte bonorum, quæ sibi dotis nomine donata sunt,à creditoribus non conuenitur.l. secunda.& sequen.C.de reuoc.his.

14 †Quartò, si patronus libertum iurare coegerit, ne vxorem ducat: neque ipse, neque filius aliquod ius habebit.argum. l. qui contra. ff. de iure patrona.l.adoptiuum.ff.de in ius vocand. Aut si perduellionis damnatus fuerit, aut delatorem corruperit. liberis tamen ipsius, libertorum iura salua erunt.l.quarta.ff.de iure patronat. l etiam. Cod.de obsequent. pat. l.eius qui.ff de iure fiscal Licet alioqui ius patronatus tanquam fauorabile,vnà cum cæteris bonis transeat. capitul.ex literis. ext.de iure patronatus. puta, si patronus ob eam rem à liberto exheredatus fuerit, quòd ipsum capitis accusasset: non tamen filius patroni, exheredatus censendus est.l.diui.ff de iure patronat. Et meritò ipsi filio danda erit in huiusmodi caussa bonorum possessio. quia neque verbis, neque sententia legis, aut edicti prætoris, ex persona: vel nota patris sui,à bonis liberti filius excluditur. Et ita non obscurum est,patris delictum,filiis non nocere,etiamsi maiestatis damnatus fuerit.l.eorum.ff. ad legem Iuliam maiesta.

Quin-

Quintò, si libertus propter ingratitudinem in seruitutem redigatur, filij quo tempore libertate potirentur nati, libertatem retinent. leg. 2. Cod. de liber.

15 †Sextò, si quis contra sacrosanctum Christi Euangelium, seu contra ecclesiam catholicam initiatus fuerit, impunitus euadere non debet. capit. Iudæi. j. quæstio. 4. Non tamen filiis bona auferenda sunt. l. quarta, C. de aposta. Quia scriptum est, Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. cap. non imputantur. j. quæstio. 4.

16 †Septimò, si vasallus contra feudum quod ab antecessoribus habet, deliquerit, licet id amittat, non tamen filij, quibus patris casus nocere non debet. l. emãcipatum. in fin. de senator.

Octauò, propinqui, noti, familiares, procul à delicto submouentur, vt peccata suos teneant authores. Et ideò non minus successionis iura sibi vendicabũt. l. prægnantis. ff. de pœn. authent. bona damnatorum. C. de bon. proscri. l. sancimus. C. de pœn.

17 †Nonò, si quid Reipub. pater pollicitus fuerit, liberi non tenebuntur. Adita tamen patris hereditate, in decimam partem. l. ex pollicitatione. ff. de pollicitatio.

Postremò propter infamiam patris, dignitas quæsita liberis auferenda non est. l. crimen. de pœnit. Apparet igitur, delictum patris filiis non nocere, nec quãtum ad bona. l. fin. §. si plures. ff. de bon. damnat. Pluris enim facit princeps liberorum causam, quibus imperium adiectione ampliatur, quàm pecuniarũ copiam. dicta l. fina. in fine.

18 CONCLVSIO. †Vicit eorum sententia, qui dicunt, indignum facinus esse insontes filios pro patrum scelere puniri. Filius enim ex delicto patris, non conuenitur. tametsi & diuinitus nonnunquàm propter malos premantur boni. Et ita Deus Optim. Maxi. plurunque filios propter parentum nequitiam vlci-
19 scitur. Quo autem consilio fiat, non exquirimus. Nec est nostrum ad omnia naturæ miracula respondere. Habet illa quædam arcana, quæ nos mirari voluit, scire noluit. Phædrus Platonis vtrúmne oporteat, præter authoris sentẽtiam & rationem quærere, cúm quæstionem proponit, ita ab eo responsum extat: De naturæ inquit, perscrutatione, quid dicendum, attende: Primò quidem cuiusque natura cogitanda est, vtrum simplex illud sit, an multiplex, de quo & ipsi habere artem, & aliis dare posse desideramus. Deinde si est simplex, inuestigandum quam & ad quid agendo, rursúsque quam & à quo patiendo natura vim habeat. quòd si species habeat multas, his dinumeratis in singulis similiter ac in vno, naturalis & agendi & patiendi vis inquirenda. Assiduo itaque studio & consuetudine oculorum assuescunt animi, nec admirantur, nec postulant rationem earum rerum, quas semper vident. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt: at eclipses Solis mirantur, quia rarò accidunt, & Solis eclipses magis mirantur, quàm Lunæ, quoniam hæ crebriores sunt. Quæ quanto consilio gesta fuerunt, nullo consilio assequi possumus. l. prospexit. qui & à quibus. cap. rescriptum. 2. quæstione 3. Nam vt tempestas sæpe certo aliquo cæli signo commouetur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitatur. Sic & in his quæ diuinitus nobis tradita sunt, intelligere non possumus: nec in Iurisconsult. responsis, qui plerunque casu excitari videntur. Et ideò magis attendenda legis forma est, quàm ratio. Alciat. l. prima. numer. 8. de liber. & posthum. Cicer. de finibus libro j. Omne animal simulátque natum est, voluntatem appetit, eáque gaudet, vt summo bono: dolorem aspernatur, vt summum malum, & quantum potest, à se repellit, idque facit nondum deprauatum, ipsa natura incorruptè atque integrè iudicans. Itaque negat opus esse ratione, neque disputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit. Sentiri hoc puta, vt calere ignem, niuem esse albam, dulce mel: quorum nihil oportet exquisitis rationibus confirmare. tantum satis est admonere. At si nouitas non magis, quam magnitudo, debeat ad exquirendas causas excitare: difficile igitur est, omnium adferre rationem, quæ & à natura, & a nostris proposita sunt, l. non omnium. de ff. de legib. in his potissimùm, quæ iuris positiui sunt, in quibus sufficit pro ratione voluntas. gloss. l. prima. §. pueritiam. ff. de postulan. Felin. capitul. si quando. extr. de rescript. Tametsi Cicer. pro Muræna dicat, quicquam tam angustè scriptum non esse, quòd ipse non possit, qua de re agitur, addere. Ratio enim sicuti corpus anima, legem viuificat: cap. consuetudo. distinct. j. l. nominis. §. final. de verbor. significationib. Sit igitur hæc prima conclusio, quòd quandiu filij sceleris vestigia patris non sequuntur, pro patre pœnas in corpus non luant. §. finali. Institu. de nox. actionibus.

†Quantum verò ad bona paterna attinet, etiam concludendum existimamus, à filiis innoxiis propter delictum patris auferenda non esse. Referam quod legi in authent. bona damnatorum. Cod. de bonis proscriptorum. Quæ quidem breuis est, verum aureola. Bona damnatorum, seu proscriptorum, iudicum lucro aut eorum officiis non cedunt: neque secundum veteres leges fisco applicantur: sed vel ascendentibus, vel descendentibus, & ex latere, vsque ad tertium gradum, si supersint. Hæc vera sunt, dummodo ex patris delicto non fuerint acquisita, vel propter delicti acerbitatem, ex dispositione iuris. In hanc sententiam laudetur & summis efferatur laudibus vox illa magnifica Traiani: Scio, inquit, relegatorum bona, auaritia superiorum temporum fisco vendicata. Sed aliud clementiæ meæ conuenit, qui inter cætera, innocentia ac ratione meorum temporum, hoc quoque remisi exemplum. l. prima. ff. de interdict. & relegat. Is salutis communis studiosissimus & vigilantissimus, pluris faciebat liberorum causam, quibus imperium adiectione ampliatur, quàm pecuniarum copiam. l. final. in fin. ff. de bon. damnat.

21 SOLVTIO. † Vniuersa patris bona propter delicti sui acerbitatem, filius amittit: authentic. bona damnatorum. in fin. C. de bon. proscrip. l. quisquis. ad legem Iuliam maie. Tamen principis clementia, liberis innoxiis, si ex indigno patris facinore non fuerint acquisita, reseruare debet. l. iura. ff. de iure patro. Quòd si patris delictum adeò immane & acerbum non fuerit, & conscius non sit filius. ipso iure, patris bona retinebit. l. eorum. C. ad legem Iuliam maiesta. j. quæstio. 4. cap. j. & 2. Quæ solutio cum æquitatis plena sit, ad omnia contraria concilianda sufficere posse videbatur; tamen quia quædam addenda sunt adminicula, singulatim de omnibus videndum est.

22 †Quod de vasallo dictum est, ita demum filius propter patris delictum, feudum amittit, si non aliunde quæsitum sit. capitul. j. Si vasal. feudo priuet. Sin ab antecessoribus originem habeat, vel in dominum non deliquerit, vel pro se & filiis suis feudum emisset, secus est. l. tertia. ff. de interdict. l. emancipatum. in fin. ff. de senat. dict. capitul. j. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amit. Cyn. l. si liber. ff. de oper. lib. Bartol. l. quod dicitur, patrem. ff. de verber. signific. l. si quis operas. ff. de oper. liber. Ergo vbi filius venit iure proprio, non tanquam heres, ex patris delicto in nihilum tenetur. leg. iurisiurandi. §. si liberti. ff. de oper. liber. l. diui. de iur. pat. l. Paulus. de iur. liber. nisi

C.de pecul.eius.l.si serua.ff.de iur.dot.

7 CONTRA. †Cùm in testamentis plenior quàm in contractibus interpretatio facienda sit, l. in testamentis.ff de regulis iuris.leg. cùm delicti in fine.extra.de donationibus. dicendum est, inter viuos manumisso, peculium nisi nominatim relictum sit, non deberi. l prima.§.sed ne. Cod.commun.ser.manumis. Et in testamentis tacitè deberi, cùm in testamentis plenior,quàm in contractibus, interpretatio facienda sit.

8 †Patet in vino legato,in quo etiam vasa tacitè cõprehenduntur.l.si cui.§.si vinum.ff de vin.ole.tritic.lega. Si venditum fuerit, secùs est: adeo vt si de dolio tradendo non conueniatur,tacitè id actum videri debeat, vt antè euacuare teneatur, quàm ad vindemiam opera eius sit necessaria. l. prima. in fine.& l.secunda.ff.de pericul.& commod.Idem in penore legato dicendum est,vt vasa quoque tacitè cedant.l. qui seruum.§.qui vasa.ff.de penul legat. Cùm enim vinum,vel penus per se esse nequeat, vasa secum in accessionis locum rapit.l nam quod.eod.

9 †Præterea emptor sine traditione , sibi dominium non acquirit.l.penulti.C.de rei vendicatio. Legatarius autem vel fideicommissarius efficitur verus dominus,tametsi res tradita non fuerit. Ipsis enim rei vẽdicatio,vtpote veris dominus competit.l.prima.C.cõmunia.de legat.

10 †Tertiò,precium rei emptæ si emptori vel venditori committatur,emptio nulla est.l.in venditis Cod.de contrahenda emptione. Legatum vero relictum, cùm heres voluerit, valet. l. fideicommissum.de legatis.3. Aut si alteri committatur,& non posfit,vel nolit precium definire,emptio nulla est. l. finali. Cod.de contrahenda emptione. §. precium. Institut. eodem. Si verò legatum fuerit prædium,arbitrio Titij,& Titius non ellegerit: legatarius eliget, legatum autem nequaquam infirmabitur.glos.in l.in testamentis versicul.item si.ff.de regul.iur. Si igitur plenior in testamentis,quàm in cõtractibus interpretatio fiat: omnino dicendum videtur, peculium potiùs deberi seruo testamento manumisso, quàm si inter viuos manumittatur.

11 SOLVTIO. †Habeo quod dicam, nemini tamen præiudicatum velim mea sententia. Vtrunque verum est,& quòd seruo testamento manumisso, nulla peculij mentione facto, peculium non debeatur: Secus,si inter viuos. Præterea,quòd plenior in testamentis, quàm in contractibus interpretatio facienda sit. Huic sententiæ conclusio nostra adstipulari videtur,si eiusdem verum intellectum attigerimus.

12 †Si enim ei qui testamento manumissus est, peculium datum non intelligamus,nemo dubitat plenissimum heredis fauore interpretationem fieri. Si verò inter viuos manumissus fuerit,non tantum accedit domino manumittenti, quin etiam peculium dominus amittit.Et ita strictior fit interpretatio in actu viuentium,quàm defunctorum.

13 † Si tamen cùm seruus esset plurium, ab vno precium serui offerente manumittatur, peculium serui inter socios æqualiter diuidetur.l.j.§.sed ne. C. commu.seru. ma. puta, si quis cum Titio communem seruum habens,solus libertate eum donauerit. §. erat olim.Institut.de nupt.l.j.§.& si plures. C. commu.seru.manumis.

14 ANIMADVERSIO. †Nostri diuersitatis rationem inquirẽtes,cur,in vltima voluntate manumisso, peculium nisi expressè relictum non debeatur, inter viuos statim manumisso debeatur, d.§.peculium autem.Institut.de leg.leuissimè succurrunt. Referam quod legi: penes authorem, fidei periculum esto.Accurs.ait, gloss.iuris.l.prima.Cod.de pecul.eius.gloss.quamuis §.peculium.Institut.de lega. Cùm testator de rebus suis liberè disponat, & in manumissione serui,peculij non meminerit, exceptum videri debet,cum peculium à manumissione sit separatum.Mihi sanè non displicet Accursiana sententia, cui vera loquenti assentior. Fateor enim & agnosco verum esse,quod dixit. Sed spactemus reliqua. Si inter viuos, inquit,nihil accepit,nec alteri. Et sic præsumitur seruo concedere. quod falsum est. quis enim persuasit legem tam barbaram? Sufficit enim manumisso inter viuos vt peculium non adimatur,vt idipsum consequi debeat.dicto,§.peculium.Institut.de legat. Alteram diuersitatis rationem adfert. dicta gloss.iuris. Quia, inquit, in vltima voluntate, sæpenumerò non datur ocium testatori cogitandi. l. hac.§ ac.Cod.qui testament. Vnde lex pro eo cogitat, vt si quando, ne donata in collationem venirent,non expresserit.Nam legis interpretatione, conferenda erunt. § illud, authentic.de trien.& semis.column.3 Sed hoc diuersitatis rationem non diluit. Tertia,quia manumissus inter viuos, debet operas manumittenti, peculium autem non debet:manumissus autem testamento,nõ debet operas defuncto, vel heredi. ergo peculium non consequitur,dicta gloss.iuris gloss.quamuis.Eadem est ratio cum dicto,quare nihil concludit. Ego verò iam dixi meam vicem,nihil præiudicans, si quis quid habeat rectius.

15 INTERPRETATIO. †Vlpianus ait, l.quam §.sunt. ff de pecul. Sunt qui putant peculium seruos habere non posse, nisi concedente domino. Ego autem, inquit, puto non esse opus, concedi peculium à domino seruum habere, sed non adimi, vt habeat. Alia est causa liberæ administrationis. nam & specialiter concedenda est. Qui putant seruos peculium habere non posse,nisi permittente domino: hoc verum est, quando testamento seruus manumittitur. Vlpianus autem responsio locum habet, quando inter viuos. Alia &c. Opinor Vlpian. velle intelligere, quando seruus testamento manumittitur: Tunc peculium liberæ administrationis specialiter & nominatim permittendum est. Paul. ait l.prima.ff.de pecul.eius. Seruo legato cum peculio & alienato. Non abs re,peculium,adiecit. Non enim aliter peculium inesset. Pompon. ait, l.non solum. ff.de pecul. Non solùm id peculium est, quod dominus seruo concessit, verum id quoque quod ignorante quidem eo concessum est. Puto hunc esse germanum eius sensum, vt siue expressè concesserit, puta, quòd libertate & peculio, testamento donatus sit: siue tacitè, vt cum inter viuos menumisit. Taciti enim & expressi par virtus.Paul.ait,l.si Sticho.ff. de pecul. Si Sticho peculium cum manumitteretur, ademptum non est, cencessum videtur. Si quidem inter viuos, alioqui non.

16 † Paul.ait, l.in testementis.ff.de regulis iur.in testamentis, plenius voluntates testantium interpretamur. Dicerem hunc locum in heredis fauorem, deinde legatarij, intelligendum: maximè quando in heredem verba conferuntur. si in legatarium, secus est. l. damnas. §.primo.versicul. exigere. de vsu.legat. Iulian.ait,l.qui fundum.§.seruus.ff pro empt. Seruus Titio mandauit, vt fundum ei emeret. Eidem manumisso fundi possessionem tradidit, existimans, vel etiam ignorans peculium sibi concessum esse. Nihilominus diutina possessione fundum capiet. Manumisso,in vltima voluntate. Quo casu peculium in dubio non debetur. Propterea nascitur dubitatio, quam Iulian.proponit.Quòd si fuisset inter viuos manumissus,cum statim manumissione sequuta, peculium debeatur, nulla nos dubitatio moraretur, quin fundum statim manumisso vnà cum peculio acquisitum diceremus. Accursi.gloss. gerimus. & gloss. seruum.dicto.§.seruus,nihil referre putat,verum in testamento,

vel inter viuos fuerit manumissus. Et tamen posterior manumissio hic non conuenit.

17 SINGVLARIA. †Precium rei emptæ, in ementis vel vendentis voluntate collatum, facit emptionem esse nullam. Et tamen legatum relictum, si heres voluerit, vtile est, suprà nu 10.

18 † Hinc singularis annotanda differentia est inter voluntatem & arbitrium. Nam fideicommissum relictum, Si heres voluerit, non debetur. l. fideicommissum. §. quanquam. de legat. 3. Si quidem heres noluerit. §. sic fideicommisso. dicta l. fideicommisso. l. senatus. §. legatum. de legat. 1. Quòd si ita scriptum fuerit, si fueris arbitratus, si putaueris, si æstimaueris, si vtile tibi visum fuerit, vel videbitur: fideicommissarius vel legatarius quod relictum est, nihilominus consequi debet. dicto §. quanquam. Non enim plenum arbitriũ voluntatis, suo coheredi dedit, sed quasi viro bono cõmissum.

19 †Hinc & aliud singulariter annotandum est, Si testator decem Titio legauerit, si Mæuius voluerit, inutile est legatum, quia in alienam voluntatem conferri non potest. l. nonnunquam. ff. de condition. & demonstra. Et tamen si dictum fuerit, si heres voluerit, efficit conditionale legatum: vt tum demum valeat, si heres velit. d. §. sic. Quia cùm voluntas defuncti & heredis eadem sit, l. 1. §. si heres ad Trebellian. magis demonstrasse, quàm conditionem apposuisse visus est. Quò fit, vt si testator pluribus heredibus institutis, vnius fidei committat, vt cùm moreretur, vni ex cohęredibus cui ipse vellet, restituat eam partem, quæ ad eum peruenisset: vtile est fideicommissum. l. vnum. de leg. 2. l. vtrùm. §. cum. de reb. dub. Qui etiam indignum heredem præferre poterit. l. cùm quidã ita. de leg. 2. Quòd si ita dictum sit, rogo vt restituas his quos dignos putaueris: si immeritos eligat, cæteri petere poterunt. d. l. cùm quidam. §. rogo. d. l. vnum.

20 †Postremò, cùm peculium ære alieno deducto dicatur, si quis peculium filio legare velit, ne deducatur id quod sibi debetur, specialiter ea quæ sunt in peculio, leget & nominatim exprimat. l. si peculium. ff. de pecul. legat. Idem in seruo, cui tutius erit, si non tantùm peculium dominus expresserit, verùm etiam si id quod in peculio est, nominatim referat. d. l. si peculium seruo.

RES EMPTA EX PECVNIA mea, an efficiatur mea.

SVMMARIVM.

1 *Res ex pecunia dotali comparata, dotales esse videntur. & num. 6. 15.*
2 *Res ex pecunia pupilli comparata, ad pupillũ pertinet.*
3 *Res ex pecunia militis, vel ecclesia comparata, ad ipsum militem, vel ad ecclesiam pertinet.*
4 *Pecunia in aliam rem versa, mihi proficit.*
5 *Res empta ex pecunia mea nomine alterius, nihilominus mea est.*
7 *Ad precium mercium, quas emptor iterum vendidit, nulla actio mihi competit.*
8 *Pater res quas ex fructibus peculij filij emerit, filius easdem nullo iure consequitur.*
9 *Vxor quod ex pecunia numerata, à marito sibi comparauit, ad ipsam pertinet.*
10 *Res empta ex pecunia fratris, in ius pignoris nõ deducitur.*
11 *Per liberam personam nobis non acquirimus.*
12 *Depositarius quod ex pecunia deposita emit, suum est.*
13 *Dominium per rei traditionem nobis acquirimus.*
14 *Ea quæ ex fructibus emuntur, quatenus pignori insunt.*

Quæstio 16.

I. C. CONSOBRINO NICOLAO MELLERIO.

IN quæstionem valdè difficilem me vocas, cùm à me postulas, num ex pecunia dotali res empta, dotis esse dicatur. Ordine explicabo de ea quid sentiam. Deinde Titanam implorabimus. Amplissimum enim legum antecessorem ac æquissimum iudicem patrem tuum statuemus, qui controuersiam omnem dirimet.

Res quæ ex mea pecunia ab altero comparatæ sunt,
1 mihi acquiri videntur, †vt res quæ ex dotali pecunia sunt comparatæ, dotales enim esse videntur. l. res quæ. ff. de iur. dot. Bald. l. quanuis. C. in quib. caus. pign. puta, si ex lapidicinis dotalis fundi, lapides, vel arbores quæ fructus non essent, siue superficiem ædificij dotalis, voluntate mulieris vendiderit, nummi ex ea venditione recepti, sunt dotis. l. si ex. ff. de iur. dot.

2 †Præterea, si quis in re pupilli nomina fecerit, vel pecuniam in arca deposuerit, datur ei vendicatio nummorum, & aduersus debitores vtilis actio. l. ex facto. §. planè. ff. de pecul. Si tutor vel curator, pecunia eius, cuius negocia administrabat, mutuò data, ipsi stipulatus fuerit, vel prædia in nomen suum emerit: vtilis actio ei, cuius pecunia fuerit, datur ad rem vendicandam, vel mutuatam pecuniam exigendam. l. si vt proponis. C. de rei vendic. l. si pecuniam. ff. si cert. peta. l. 2. quando ex fac. tut.

3 † Tertiò, si prædium ex pecunia militis comparatum sit, miles idem vendicare poterit. d. l. si vt proponis. d. l. si pecuniam. Ecclesia simili prærogatiua vtitur. c. auditis. in fi. de in integ. restit.

4 †Quartò, idem in actione de in rem verso. Si enim plures de peculio agant, proficere hoc ei, cuius pecunia in rem versa est, debet. l. 1. §. item. ff. de in rem vers.

5 †Quintò, si possessionem ex pecunia mea, nomine alterius emerim: tamen si eandem possessionem teneã, mea esse dicetur, non illius, cuius nomine fuit empta. Vt intelligamus rem ex pecunia mea alteri emptam, ad me nihilominus pertinere. l. quanuis. & seq. C. si quis alteri, vel sibi.

CONTRA. Res quæ mea pecunia ab altero com-
6 paratæ sunt, mihi non acquiruntur. † Primò patet in pecunia. dotis nomine ab vxore viro numerata ac tradita. Ex qua si maritus prædium comparauerit, si nominatim inter virum & vxorem, vel inter eundem maritum emptorem & venditorem actum non fuerit, vxori non debetur. l. ex pecunia. C. de iur. dotal. Cicer. pro A. Cæcinna, Cùm vteretur dote vxoris numerata, quò mulieri res esset cautior, curauit vt in eo fundo dos collocaretur. Igitur non aliter ipsi vxori, super re ex pecunia dotis suæ empta, actio competit, quàm si expressè dictum fuerit, vt hypothecam super eodem fundo haberet.

7 †Præterea, si merces venditæ, creditori antè pignoratæ non fuerunt, aduersus me emptorem nulla actio competit. l. procuratoris. §. planè. ff. de tribut. Tertiò, sicut filij dominium earum rerum sibi acquirunt, quas pater vel mater eisdem emerit, & tradiderit. l. si emancipatis cum l. sequen. C. si quis alteri. ita etiam pater vsumfructum bonorum filij habens, si ex pecunia eiusdem, fundum comparauerit, eundem cui volet transferet, nec filio aliqua actio competit, l. cùm oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib.

8 † Quartò, vxor quod ex pecunia numerata à marito sibi comparauerit, ad ipsam pertinet: marito tamen,

men,vel filiis suis propter pecuniam numeratam, adversus matrem actio cópetit.l.j.& l.multum. C. si quis alteri vel sibi.

10 † Quintò, si ex pecunia quam quis à fratre mutuo accepit, prædium comparauerit, nisi specialiter vel generaliter hoc eidem fratri suo obligauerit, pecuniæ numeratio in causam pignoris non deducitur.l. quanuis l.13.Cod.de pigno.l. qui aliena. Si quis alteri vel sibi.

11 †Sextò,per liberam personam quæ neque iuri nostro subiecta est,neque bona fide nobis seruit.actioné vel obligationem aliquam acquirere non possumus.l.si ita stipulatus fuero.§ Chrysogonus ff de verbo.oblig.Et ideo quod ex mea pecunia alter acquisiuit,sibi,non autem mihi,acquisitum videri debet.

12 † Septimò,si depositarius ex pecunia deposita, sibi possessionem emerit,ipsíque tradita fuerit,nulla super eadem possessione,domino actio competit, vt sibi in compensationem domino tradat.l.si ea pecunia.C. de rei vendicatione.

13 †Octauò,in dominij quæstione ille potior habetur, cui possessio à domino tradita est.l. multum interest. in fi.& l.nihil prohibet.C.si quis alteri,vel sibi. Nó igitur ipsius erit,ad quem pecunia pertinebat,sed ad eum cui possessio tradita est.

14 † Postremo,licet fructus eorum prædiorum, quæ pignori data sunt, tacite vna cum prædiis sint obligati: prædia tamen quæ ex fructuum precio emútur,pignori non insunt.l.3 C in quibus causis pig.

15 CONCLVSIO † In quæstione proposita,quanta contentio est? Aliter enim Caio,dicta l.res quę.ff.de iure dot. Imperatori Diocletiano. d.l. ex pecunia.C. eo.aliter placet.Imperator enim Diocletianus statuit, fundum ex pecunia dotali comparatum,vxori nó acquiri,Caius contra.Spectabam num posterior constitutio.ad priorem trahi posset. Quod cú fieri nequeat, posteriorem Codicis constitutionem, anterioribus præponemus.l.sed etsi posteriores ff.de legib.l.4 ff de constit.princip.Et ideo cúm per liberam personã, quæ neque iuri nostro subiecta est,neq; bona fide nobis seruit,nobis acquirere non possimus,vt supra nu.11.maritus autem vxori subditus non sit,neque sibi inseruiat, eidem acquirere non poterit.d.l.ex pecunia.adeo,vt si vxoris nomine maritus comparauerit,neque sibi,neq; vxori quæsiuit,dúmque sibi non vult, nec illi potest.l. multum.circa fin.C.si quis alteri vel sibi. In his enim quæ gerimus,nisi ex nostra persona initium obligationis sumant,inane negocium nostrum efficiunt.l.quæcunque.ff.de actio.& oblig.

EPISCOPVS VTRVM REM ecclesiasticam alienare possit.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia priuilegio,*

2 *Ecclesia bona alienari prohibentur. & nu.7.*

3 *Episcopus rem ecclesiasticam alienare non potest. & num.5.12.*

4 *Res ecclesiastica cum episcopi & clericorum consensu,alienari non potest.& nu.2.7.11.*

5 *Episcopus res ecclesisticas emere poterit. & numero 3 12.*

6 *In generali sermone comprahenditur persona loquentis.& nu.9.10.13.*

7 *Episcopus rem ecclesiasticam,etiam sine clericorum consensu alienare poterit.& 1.3.7.11.*

8 *Clerici sine episcopi consensu,res ecclesiasticas alienare poterunt.& nu.14.*

9 *In generali dispositione non cõprehenduntur hi,quorum interest,à quibus dispositio introducta fuit.*

10 *Procurator qui attestatur omnibus creditoribus satisfactum,seipsum non comprahendit.*

12 *Res ecclesiastica quando & quomodo alienari possit. 1.3.7.*

Quæstio 17.

1 QVAECVNQVE † priuilegia principi,Reip. militi,doti,pupillo,vel minori competunt.eadem ecclesiæ competere certum est.ca quid ergo.13 q.4.l.fi. C.de sacrosanct. eccles.§. sancimus.auth de non alien.aut permut.collat.2.Quia omnibus ad bene beatéq; viuendum cum viã præbeat, etiam cæteris maiori vti eam prærogatiua oportet.ca. duo.d.96. Iisdem peculiariter concessum est,vt res ex pecunia ipsorum empta,ad eos pertineat.vt supra cap. proximo.quo priuilegio ecclesia vti assolet.c. auditis,
2 in fi.de in integr.restitu.† Ipsorum bona alienari prohibentur. simili quoq; modo res ecclesiasticas emere non possumus.§.nos igitur.authen.de non alienã.aut permu.§.nullus.insti.de rer.di.l sancimus.C de sacrosanct.eccle.§.ea autem cum sequen §.sanctissimas.authen.de aliena.& emphy.coll.9.Maxime res àprincipe donata, aut conditioni subiecta alienari prohibetur. Proinde rerum ecclesiasticarũ alienatio adeo prohibita est,vt nec clericorum,nec superioris cõsensu distrahi possint.l.iubemus nulli.C.de sacrosanct eccl.c. nó liceat.j.c.alienationes.§.illud.c.fine exceptione.12.quęstio 2.Adeo vt si quis in dignitate constitutus,vendiderit,vel quomodocunque alienauerit, dignitatem amittit.§.sané si hæc.d.l iubemus.c.2.extr.de dona.etiam si
3 episcopus fuerit.c casellas 10 quæstio.2. † qui nec easdem emere poterit. Cum enim rei ecclesiastice alienatio prohibita sit,episcopus,vtpote earum rerum patronus & conseruator optimus, easdem ab omni iniuria seruare debet.

4 CONTRA.† Si expediat & vtile futurum sit ecclesiæ,intercedente episcopi & clericorum cõsensu,alienatio permittitur.cap.tua.extra de his quæ fiunt à prælat.d.c.fine.ca.nouit.& cap.placuit.12 quæstion 2 Et in emphyteusim ecclesia dare potest §.perpetua.capit ea enim.10.quæst 2.§. emphyteusim.authé.de non alienã. aut permu.§ licentiam de ali.emphyt.vt se ere a'i no exoluat,permissa alienatio est.gloss.huiusmodi.§.nos igitur.de non alien.aut permut.Permutare quoq; poterit,authent constit quæ ex adscript.§.fin.col.5 sicuti & principi concessum est,§ si minus.de non alien. aut permu.dummodo in vtriusque vtilitatem cedat.§.vult autem lex.eo. Idem pro redemptione captiuorum permittitur,§.sacris.§.si vero prætor.§.sanctissimas.authẽ de alie.& emphy Sicut & ea quæ superflua sunt.§.si vero superflua.de alien & emphyt. Sed & episcopus res ecclesiasticas alienare potest, vt remuneret. Iaso.l.ex hoc.nu.60.& seq.ff.de iusti.& iur.Aut si episcopus collegium instituere, eundémque ex verbis ecclesiæ cui præest,fundare velit,si clerici non repugnẽt,quinquagesimam partem dare potest.cler. si vna.de rebus eccl. c.bonæ 12.q 2.

5 † Proinde si res ecclesiastica,consensu episcopi & clericorum alienari possit,easdem episcopus emere poterit.Satis enim alienationi consentit.cúm emit. institu. de obliga quæ ex consen.in princip.c.ex literis.extra. de transact.

6 † Et ideo si episcopus edictum fecerit, ne res ecclesiastica,sine clericorum consensu alienari possit: intelligimus etiam episcopi consensum intercedere oportere,quia in generali sermone comprahenditur persona loquentis.l.quod si.§.si venditor.ff.de ędil.edict.l.cum in eo.ff.de pact.

CONTRA.† Episcopus bona ecclesiæ sine clericorum consensu distrahere potest, c.regulas.c.si quis.
7 12.q.2.Seruos quoque fugitiuos episcopus,irrequisitis clericis,distrahere poterit c episcopus.e.

8 †Præterea,clerici sine episcopi cõsensu alienare possunt. Si enim quiuis etiam à nemine venia impetrata, ecclesiæ conferre beneficium posit.l.iubemus. §.verum:C.de sacrosanctis ecclesiis.j. de iure patronat.in c.quãto magis collegiatis permissum esse debet,si ecclesiæ commodum sit,etiam sine episcopi consensu alienare?

9 † Tertiò,neque episcopus,neque collegiati rem ecclesiasticam emere poterunt.In illa enim generali dispositione, vt nemini liceat rem ecclesiasticam . nisi cum consensu episcopi & clericorum, emere, episcopus exceptus censetur. In generali enim sermone non compræhenditur persona loquentis.c.potuit.extra.de iureiuran.c.si non licet.23.quæstio.5.de pœni. distinc. 5.sane cauendum.

10 † Patet in procuratore,cuius chirographa constat, omnibus creditoribus debitoris solutum, non tamen ipsum conpræhendi.l.inquisitio.C.de solu.l.vtrum.ff. de constit.pec.l soluendo.ff.de neg.gest.l.in Stichum, §.fi.de noua l.vbi quis.de consti pec.Idem de fideiussore dicimus,qui soluendo seipsum liberat, non debitorem.l.quoties l.si pro me.de solut.l.si debitorem.de fideius. Generalis quoq; obseruatio à testatore facta, ad bona heredis nequaquam trahitur.l.Paul.ff.de pig. In generali igitur sermone,qui de seipso loquente intelligi vult,nominatim cauere debet.l.qui insulam.§. fi.ff.loco.Roma.singu.29.l.si mercedem.§ si habitatio. ff.de actio emp.

11 CONCLVSIO. †Licet res ecclesiastica etiam cum consensu clericorum alienari non possit.authét. hoc ius.l.iubemus in principio.§.sciens, authentica, sicut.authentic.nullo.C.de sacrosanctis eccle.c.si quis. j.quæstion.2 adeo vt quocunque titulo eam quis possederit etiam fructus perceptos amittat: §. qui vero. §.sane si hæc.dicta l.iubemus.l.quisquis.C.de postu.l. si tutor.ff de var.cog.authentic.quibuscunque.C.de sacrosanctis ecclesiis.tamen si expediat,& vtile futurum sit ecclesiæ,vt pro ære alieno exoluendo,dicta authét. hoc ius.cap.cum habenti 12.quæstion.2 pro immunitate seruanda.vsusfructus prædiorum in aliquot annos, cum consensu episcopi & clericorum alienare poterit.§ sane.ne omnis dicta l.iubemus.l.j. de his quæ à præla.c.ea enim.§ quod si.in fine.10.quæstio.2.12. quæstion 2.ca.abbatibus c.alienationes.c.quæ in ecclesiarum.extra de constitut c.veniens extra.de transactio. Alioqui iudex animaduertet,an satius sit,pretiũ,quàm rem venditam,retinere.c.si quis.12.quæstion 2 Quod si necessario vendenda sit,plus offerenti transferetur. Si nullus emptor reperiatur,æstimata,in solutum creditori danda est.dicta authent.hoc ius.Sed & si quis tãtundem conferat,quantum alienauerit,valebit alienatio §.sed & permutare.c.ea enim.10.quæstion.2.capi.si quis.12.q.2.

12 †Et hoc pacto episcopus consensu omnium rem ecclesiasticam vendere & emere poterit.c.abbate.de verbo.signi.c.cum dilectus.de dona.c.dilecti.extra. de donat.l.j C.de contracti.iud.Oeconomus autem nequaquam.auth.quibuscunque.C.de sacrosanct.ecclesi.Sicut nec patronus cum cliente,l.quisquis C.de postul. nec medicus cum ægroto contrahere potest l.si tutor. ff de var.cog.

13 SOLVTIO.† Quod dictum est, in generali sermone comprahendi personam loquentis dicto §.si vẽditor.hoc non probat. Qui enim promittit seruum furem non esse, emptori tenetur: si esset emptor qui promitteret,ipse non comprehenderetur.Non obstat dict.l.cum in eo. Cum enim oratio in prima persona profertur, tunc persona loquentis comprahenditur.

14 Rubr.quod quisque iuris.† Quòd diximus laicos ecclesiæ ignoranti beneficium conferre posse,& ita clericis in vtilitatem ecclesiæ, distrahere ius permissum esse,hoc improbatur.Maior enim solennitas requiritur in distrahendo,quàm in conferendo. capitul.cum apud.§.in alienatione.extra.de his quæ fiunt à prælat. c.bene.distin.96.

HI QVIBVS SACRIFICII onus iniunctum est, vtrum tempus denunciare teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum sub modo,si non impleatur,peti non potest.*
2 *Testatoris dispositionem contra suum commodũ non producendam.*
3 *Actionem contra presbyterum,modum pium nõ implentem,quis intendere possit.*
6 *Presbyteri grauati de missa dicenda,vbi celebrare teneantur.*

I. C. NICOLAO MELLERIO IVDICI.

Quæstio 18.

EX quo artis iurisprudentiæ tam nobilem, tantæque nobilitatis propriam descriptionem contemplatus,vsum aliquem viuentémque actum desidero,atque in ipso desiderio doctrinæ,velut arte animari,suáque sponte moueri conspicio, vt Palladis alicuius occultissimas res aperiam,consulentibus respondeam,res controuersas dissipem, perturbatis ordiné, obscuris lucem adferam, hæc ipsa contéplans animus gestit Vt igitur eius litis,quæ adhuc sub iudice est,cõtrouersiam dirimam, quid proponere & statuere velimus paucis accipe.Fontanilis in suo testamento Girardino Castellani quingentas libras legauerat, eidémq; iniũxerat,vt tres missas Lugduni institueret, annuũq; cẽsum 12.lib. sacrifico præstaret. Bernardus de Balma, heres testatoris,dedit in solutum eidem legatario domum & vineas.Super quibus idem legatarius ascripsit pensionem 15.lib.pro illis tribus missis celebrãdis.Castellano legatario mortuo, heredes prædictam domũ & vineas cũ suis honoribus & oneribus Antonio Aymoneto vendiderunt.Quo defuncto, Perneta Aymoneta filia & heres eiusdem, prædictam domum & vineam cum suo censu,Claudio Marchandi vendidit.A quo Claudius Ioton presbyter suffectus in locum Benedicti Gerardi,censum illum annuum 12.lib.petit. Iste actionem intendit in emptorem, qui possidet rem subiectam oneri census.Excipit emptor, se non teneri ad præstationem annui census,quod actor modum nõ impleat,sub quo legatus est census. Respondet presbyter, nihil sua interesse celebretur missa,necne.Itaque nihil proponit cur emptor condẽnari non debeat ad prædictum censum.Quod emptor possit excludere intentionem presbyteri agentis ad censum,ex his manifeste patet. Census enim ille testamento legatus est sub modo,vt missæ tribus diebus hebdomadalibus dicantur.

1 † Constat autem non posse legatum sub modo cum effectu peti, nisi vel modus impleatur,vel cautio præstetur de modo implendo l.quibus.§. fina.ff.de condition.& demonstra.l.liberto.§ Lucius.de ann.lega.l.cum in testaméto.de fideicommis.liber.l si tibi.de lega.3 Adeo vt principali authoritate compelli possit ad ob

ad obsequium supremæ voluntatis præstandum.l.hereditas.in fi.ff de pett.here.Præterea,si presbyteri beneficia tenentes,non obstringātur docere de celebratione missarum,dispositio testatoris erit dilusoria,nec vllam posthac quisquam instituet. Tertiò,forma est quæ dat esse rei.l.Iulia.§.si quis.ad exhi.Quòd si presbyter formam à testatore dispositam omittat,legatum amittit.l.2.de except.doli.

2 † Quartò,nulla ratio patitur,vt quæ testator introduxerit,ea nos duriore interpretatione,contra suū commodum producamus ad seueritatem.argumen. l.nulla.ff.de legib.Cy l.generaliter.de episco. & cleri.Dyn. consi.6.Quintò,cessante causa, cessare debet effectus. c.cum cessante.extr.de appel.Ergo quandiu presbyter cessauerit dictas missas celebrare,vel aliter non constiterit celebrasse:quod eo nomine datum est,repeti poterit,amplius autem non consequetur.l.diuus.ff.de cōdict.indebit.

3 † Sextò,non tantum is cuius possessio grauata est,ad pensionem præstandam, potest contra presbyterum, actionem intentare vt modum impleat:sed vniuersi & quilibet de populo, qui hoc onus impositum resciuerint, habent facultatem denunciandi tale grauamen vel præsidi prouinciæ,vel episcopo vrbi,vt tale grauamen impleatur.l.nulli.ad fi.C.de episco.& cleri.

4 † Septimò, presbiteri grauati de missa dicenda,tenentur celebrare, non vbi libet,sed in loco,in quo testator habuit domicilium.l.quæ conditio §.fi.de conditio.& demonstra.in authen.de eccle.titu.§.si quis in nomine.colla.9.

CLERICI PRESBYTERI vtrum contribuere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus tanquam ciuis contribuere tenetur.*
2 *Episcopus clericos compellere potest,vt contribuant. & num.6.*
3 *Laicus in clericum ius dicere non potest.*
4 *Statutum laicorum in clericos,non valet.*
7 *Statutum laicorum quando liget clericos.*
8 *Clerici vtrum laicorum beneficio vtantur.*

Quæstio 19.

1 CLERICI presbyteri à Reipub.indictione,immunes esse non videntur.Cum enim per ordinē clerici non desinant esse ciues, Bald.l.senatores. in addi.nu.4.ff.de senten.& indictio omnibus ciuibus imponenda sit,ergo indistinctè omnes presbyteri contribuere tenebuntur.

2 † Præterea,si episcopus vel clericus tantam necessitatem,vtilitatémve cogitauerit,vt ad retinendas communes vtilitates vel necessitates,cùm laicorum facultates non suppeterent,subsidia putent per ipsos conferenda,contribuere compelluntur.capit non minus.de immunita.eccle.l.ad instructionem.C.de sacrosanctis eccles.

3 CONTRA. † Cùm nulla lex,nullàve consuetudo permittat,vt laicus in clericum ius dicere possit.capitul.quæ in ecclesiarum,extra.de constitutionib.capit. 1.2.& capitu.si diligenti.de foro competenti.esset contra libertatem ecclesiasticam,si ab ipsis possent exigere.authentic.cassa Cod.de sacrosanctis ecclesiis. authentic.nulla communitas.C.de episcopis & clericis. Quin etiam laici,in clericos exactionem imponentes, vel ipsorum iurisdictionem vsurpantes,si non desistūt, damnandi sunt.c.non.de immuni.eccle.

4 † Præterea,si statutum laicorum in clericos, tametsi ipsorum commodum respiciat,nullam vim hebeat,ca. ecclesia,extra.de constitution.l.ex ea.ff.de postul.quāto minus si ipsos lædat? Non enim valet laicorum statutum,contra libertatem ecclesiasticam.authent. cassa.C.de sacrosanctis ecclesiis.Imol.extra.de sententia excom.c.nouit.

5 SOLVTIO. † Posterior sententia communiter approbata est.Non obstant contraria. Verum enim est, quòd omnes clerici,non desinant esse ciues, quantum ad ipsorum commodum attinet.capitu.dilecti.de foro competenti.Bald.dicta l.Senatores.num.4.Ergo inter populum & clericos longa est inæqualitas:vt hinc inferamus,contributionem à populo faciendam, clericos non comprehendere,§.plebs.Institut. de iure natur.quandoquidem statuto vel cōsuetudine laicorum, clerici non adstringantur.l.ex ea.ff de postul.

6 † Præterea,si secundum formam iuris, non vero statuti laicorum,exactio fiat, ab episcopo iure compelli poterunt.capitul final.de his quæ fiunt à maiore Parte capitul.Idem Guido papa sibi contrarius sentire visus est.quæstion.88.& 381.Sed primo formam iuris,deinde statuti sequutus est. Nam secundum legem municipalem clericus contribuere cogitur.dicto capit. nulla.maxime quando super clericis vel rebus ipsorū statuta facta sunt.dicto cap.ecclesia.dict.authent.cassa.& cap.nouit.

7 † Si tamen statutum contra ea factum sit,quæ competunt ecclesiæ vel clericis,non in vim priuilegij, sed vt cuilibet,tunc adstringuntur clerici, & sunt seruanda, etiam in foro clericorum,modo honesta sunt.ca. cum venissent.de eo qui mitt. in possession.cau.rei seruan. glo.l.ex ea.ff.de postu. vtputa, lege municipali caueatur,quòd nisi testamenta insinuentur coram iudice,nō valeant.Clericus testamentum non insinuatum condidit, vtrum valeat? R. Aut legata ad pias causas sunt, & non infirmatur,cum alioqui etiam cum duobus testibus valeat.c.relatum.extra.de testa Cætera non valēt. Non enim iure speciali,sed communi clericis testamēti factio permittitur.

8 † Quærentibus igitur,vtrum clerici laicorum priuilegiis fruantur,annuimus,ta.distinctio.in adiutoriū. de foro competen.dilecti.obseruata tamen consuetudinis forma. Hinc si instrumenta ante decimum diem executioni mandari,consuetudine prohibeantur, ecclesia ante petere non poterit.Sibi tantum iure cōmuni succurritur,vt per libellum agat.l.sed & milites. in princip.ff.de excusa.tuto.l.eius.§.militia.ff.de milita. testam.

VTRVM DOMINVS AN COlonus contribuere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *A possessore vectigal exigendum.*
2 *Emptor vectigal exoluere tenetur.*
3 *Fructuary vectigal exoluere tenetur.& nu.6.*
4 *Mulier vectigal præstare debet.*
5 *Emphyteuticarius vectigal exoluere compellitur.*
6 *Colonus vel partiarius contribuere non tenetur.*
7 *Colonus impensas præstitas à domino repetit.*
8 *Dominus & colonus pro rata contribuere debent.*

Quæstio 20.

SI communitati cōtribuendum pro rata patrimonij & facultate bonorum fuerit,quia contribuere tenebitur,dominus an colonus? † Et receptum
1 est,à possessore vectigalia exigēda esse.l.imperatores. ff.de publi.& vectiga.l.final.C.sine censu l.de anno

præfect vrb.) prospiceretur: diligenter inquisitus de tutore, tametsi alioqui non necessarium, quòd fides ipsius, satis à testatore approbata esset. l. prima. ff. de cõfirmation. tutor. Pupillam fidei tutoris, cõsiderata personę conditione tradidi, prout debui l. prima. ff. vbi pupil. educa. deb. Qui præter agnationem, vir spectabilis ac probus à probis habetur. Cú nque à testatore nominatus tutor sit, censetur personæ pupillæ, non causæ, vel rei tutor datus §. ad certum. institut. qui testam. tut. Quòd si eidem tutori commiserim, de filia secundum patris voluntatem, sententiam tuli: ipsi suspicionis causam adferunt, quòd pupillæ, filij tutoris substituti sunt. Sed cùm fides & diligentia ab ipso testatore approbata censeatur §. primo. institu. de satisda. tutor. Amplius nobis inquirendum non est. Cùm enim pater, tutoris fidei & probitatis conscius fuerit, paternum testimonium omnem adimit suspicionem. Vt omnino in fidẽ tutorii, pupilla recipienda sit. l. de creationibus. C. de episcopali audientia. l prima. ff. de confirmation tuto. Habes compendiò, quibus ex causis pupillam tutori, non matri, commiserim. Itaque velle te certò scio, tum scire quid hic agatur, tum a me scire: non quo certiora sint ea, quæ in oculis omnium geruntur, si à me scribãtur, quàm cum ab aliis aut scribũtur tibi, aut nunciantur: verum vt perspicias ex meis literis, quomodo ea feram quæ geruntur, & qui sit omnino vitæ meæ status, vtor ciuilium commutationum scientia, vt vel in explicãdis causis, vel in remediis incommodorum reprehendam ea, quæ vituperãda sunt. Et quæ placent, exponen is actionibus comprobo. Denique talem me gero, qualem haberi vol . Famam non affecto, cùm ea virtutem vltro comitetur. Nõ nimium sum anxius, vt placeam omnibus, non hic tantum, sed in omni vita. Ea quæ incidunt natura molesta, commoditate lenio. Cùm à negociis publicis vacuum tempus datur, transfero animum ad ea, quibus secũdæ res ornantur, aduersæ verò iuuantur. Ad id enim genus vitæ me refero, quod ad natura accommodum mihi videtur, ad literas scilicet & studia nostra, priuata & domestico. Rura quandoque nos delectant, iudicia callent. At multa, qui properarem. Vnum tantum adiungam, & ita scribendi finem faciam In causa Guiardæ, ipse ad tuam voluntatem me confirmabo, à qua honestè discedere non possum. Neque id facio simulatione. Tantum enim volũtas tua apud me valet, vt quæ Guiardæ vtilia sunt, & quæ tu vis, ea mihi omnia iam & recta & vera videantur. Cupiebam mehercule longiorem epistolam facere, sed nec erat res de qua scriberem, nec cùm esset, præ cura poteram Licet enim vrget turba, festinat tabellarius. Quare hæc præproperantes scripsimus, occupationúmque mearum vel hoc signum erit, quod epistola, pueri mei manu est. valebis igitur.

PRIVS TESTAMENtum, vtrum per posterius rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum morte confirmatur.*
2 *Prius testamentum per posterius rumpitur. & numero 5.6.12.13.*
3 *Testamentum per epistolam, vel codicillos, aut nuda voluntate non tollitur. 18.*
4 *Testamentum per secundum inutile non reuocatur. 4.*
5 *Falsus rumor non nocet. 13.*
6 *Plura eiusdem testamenta confirmantur. 14.15.*
7 *Duo eiusdem testamenta, tametsi altero imperfecto seruanda. nu. 16.*
8 *Posteriore testamento licet imperfecto, prius rumpitur. & nu. 16.20.*
9 *Secundum testamentum imperfectum, infirmat primum. & nu. 17.20.*
10 *Qui partum suppositum, aut falsum testamẽtum dicit, hereditatem amittit. Quid in codicillis, & substitutione.*
11 *Hereditas in secundam personam inutiliter translata, prioribus heredibus nocet. 19.*
15 *Substitutio pupillaris, vtrum per arrogationem rumpatur. & nu. 6.22.*
18 *Hereditas codicillis dari non potest. 2.*
20 *Testamentum imperfectum inter liberos tãtum valet.*
21 *Tutoribus quando satisdatio remittenda.*

Quæstio 2.

CVM etiam iis, qui aliquãdo futuri sunt, propterea nos constituere debeamus: ex hac animorum affectione, testamenta commendatione æque morientium natæ sunt, quæ ante supremum disponentis exitum nihil operantur. l. cum hic status. §. cum de doli ff. de dona. inter vir.

1 †Et ideo vbi testamentum est, dum viuit testator, nõ valet, sed in mortuis tantum ratum est. Paul Roman. 9. & Gal. 3. l. 4. ff. de adimen. leg.

2 †Tunc posterior tantum testatoris voluntas seruatur, vt in contractibus, in quibus prius pactum per posterius, & prior conditio per posteriorem eliditur. l. si vnus §. pactus. ff. de pactis. l. si quis. de acquirenda possessione. igitur testator cùm prius testamentum condidisset, aliud postea fecerit quod omnibus suis numeris constet, puta heredis institutione, testium subscriptione, posterius tãtum ratum erit. l. heredes. § si quid. ff. de testamen. l. in tempus. § 1. ff. de heredib. institu. l. 1. in fin. de vulga. l. hac. §. non. C. de testamet. l. 2. ff. de iniust. rupt. Posteriore enim testamento quod iure perfectum est, licet pure, vel sub cõditione heres instituatur, superius, tametsi omnibus suis numeris constaret, rumpitur. l. sancimus §. sin autem. in medio. Cod. de testamen. l. cum in secundo. ff. de iniusto rup. §. posteriore. §. sed & si quis ff. ex eo institut. quibus modis testa. l. sancimus § sin autem. C. de testament. l pater filio. ff. de heredibus institut. Idem dicendum, si ex cæteris rebus in posteriores tabulas heredes instituerit, nam superius nihilominus sublatum est. l. si quis priore. ff. ad Trebellia.

3 †Per epistolam vero vel codicillos non vtique, l. hereditas. Cod. de his quibus vt indig. Minus quoque nuda voluntate testamentum tollitur Si enim quis testamentum irritum esse velit, & intestatus esse malit, tamen heredum institutiones in eodem statu manebũt. l. militis. §. veteranus. ff. de milit. testament. § ex eo. Institu. quibus modis test. infir. l. 2. versic. nisi ff. de iniust. rup. Nisi coram tribus testibus hoc dixerit, & decennium elapsum sit, tunc irritum fiet testamentum. l. sancimus. §. sin autem testator Cod. de testamentis. Sicut si idipsum incidit, l. nostram. cod. l. 1. §. si heres. ff. si tab. testamen.

4 †Alioqui si posterius minus perfectum sit, tametsi propter grauissimas inimicicias aliud facere instituerit, non tamen perfecerit, semper prius integrum & firmum manet. l. ex parte. ff. de adimen legat. Adeo vt ne quidem præteritione posthumi, si quidem viuo testatore decesserit, rumpatur. l. posthumus. ff. de iniust. rup.

5 CONTRA. †Licet posterius testamentum, omnibus suis numeris constiterit, tamen prius tantum fir-

mum manet: vt si quis cum in priore testamento heredem Titiú instituisset, in secundo hac præfatione vsus fuerit: quia quem volui mihi heredem esse habere non potui, Mæuius heres esto. Si tamen Titius in rerum natura fuerit, ad eum hereditas pertinebit. l. si de hered. insti. l. cum mater. ff. de inoffi. testa. l. si cum. C. de testamen. milita.

6 † Sed non tantum prius, verum etiam posterius testamentum valebit: vt si miles qui iam testamentum fecerat, aliud condiderit, & in eo fidei heredis commiserit, vt priores tabulæ valerent: quia hoc expresserit testator, vtrunque testamentum valebit. l. quærebatur. ff. de milit. testamen. Aut si quis testamento suo perfecto, alia rursus hora pater filio testamentum fecerit, testium legitimo numero adhibito, nihilominus id valebit, rato manente patris testamento. l. si quis. §. si suo. ff. de vulgar. Et ita apparet prius testamentum iure perfectum, per posterius quod etiam omnibus suis numeris constat, non rumpi, sed vtrunque firmum manere. Ac non tantùm cum duobus testamentis decedere quis potest: verum etiam si tres aut quatuor condiderit, omnia firma manent. Puta, si pupillo pater testamentum fecerit, sicuti vsque ad pubertatem potest, l. quod fideicommisso. de legat is primo. & eidem substituerit, hæc substitutio est testamemtum pupilli. institut. de pupilla. substitution. in principio. Si postea idem pupillus in arrogationem datus sit, & pater adoptiuus pupillo testamentum fecerit, & in quartam eidem pupillo de bonis arrogatoris debitam sustituerit, vtraque valebit. §. cum autem. Institut. de adoption. Iam hic quatuor sunt testamenta, primum patris legitimi, alterum pupilli sui. dicta l. quod fideicommiss. versicul. nam. Tertium patris adoptiui, quartum pupilli adoptati. l. si arrogator §. si arrogato. ff. de adoption. Quod si pupillus in pupillari ætate moriatur, ex huiuscemodi testamentis locus successioni erit.

7 † Praterea non tantum vtrunque testamentum firmum manet, si vtrunque perfectum sit: verum etiam si alterum imperfectum existat. Ex imperfecto enim testamento, defuncti voluntas tenet. l. hac cósultissima. §. ex imperfecto.

8 † Tertiò, licet posterius testamentum non fuerit iure perfectum, tametsi is qui ab intestato venire potest, scriptus heres fuerit, superius rumpitur. l. 2. versic. vel. ff. de iniust. rup.

9 † Quartò, si testator vnum ex heredibus voluntatem suam non mereri declarauerit, si eius portio ad alium non iure translata fuerit, à fisco vendicabitur. l. hereditas. C. de his quibus vt indign. l. cum quidam. ff. eodem.

10 † Quintò, qui partum suppositum, aut alias falsum testamentum dicit, & hoc non probat, ab eo tanquam indigno hereditas aufertur. l. cum tabulis. ff. de his quibus vt indign. l. eius qui. §. eum qui. l. aufertur. ff. de iure fisci. Et fisco etiam actione hereditatis confusæ acquiruntur: dicto §. eum qui. ad finem vsque. Quod si tantum codicillos falsos proponat, & non obtineat, ius tantum quod in codicillis habet, amitit. l. heredi. ff de his quibus vt indign. Substitutionem tamen quam non oppugnauit, non perdidit. l. ex facto. §. Iulia. de vulgar. Cætera heres tanquam indignus amittit. & fisco acquiruntur. l. Marcellus. §. final. ad Trebellia.

11 † Sextò, posteriore testamento tametsi inutili, heredes in priore testamento instituti, ius institutionis amittunt: Vt si quis in secundo testamento heredes instituerit, quos iure non poterat, aut quos lex immeritos esse vult. Quales sunt hi quorum negligentia & culpa testator mortuus est. l. indignum. ff. de his quibus vt indign. Aut mortem eius vendicare contempserit. l. heredem. eodem. l. prima. C. eodem. Aut hereditatem liberi viuentis vendiderunt. l. quidam. §. primo & l. sequenti. ff. de donationib. l. secunda. in fin. ff. de his quibus vt indign. l. nec. Cod. de postlimi. reuer. Aut qui testamentum inofficiosum improbe dixerunt. lege Popinianus. §. meminisse. ff. de inofficiso testamento. Ab huiuscemodi indignis heredibus hereditas auferenda est, & si fisco acquiritur. l. cum quidam. ff. de his quibus vt indign. l. hereditas. C. eodem.

12 CONCLVSIO. † Certo & immutabili animi decreto statuendum est, posteriore testamento iure perfecto anterius omnino rumpi.

13 SOLVTIO. † Dictum est, anterius testamentum firmum manere, tametsi posterius perfectum fuerit. Hoc ideo, qui falso sibi persuasus mortem prioris heredis instituti, aliud testamentum condidit. Sed cum falsus rumor priori heredi instituto nocere non debeat. l. falsa. l. demonstratio. ff. de conditionibus & demonstrationibus. l. 2. C. de falsa causa adiect. merito locus erit succeesioni ex priore testamento, non vero ex posteriore.

14 † Præterea singulari militis priuilegio receptum est, vt plura eiusdem testamenta confirmarentur. Similiter cum patris & filij persona, eadem sit: si pater sibi, deinde filio pupillo testamentum condiderit, vtrunque valebit. Quod si duo eiusdem testamenta confirmanda sint, si plura condiderit, etiam confirmabuntur: quia dato vno inconuenienti, etiam quæ sequuntur ex eo, defendenda sunt. l. rata ff. de rescind. vendition. Quod tamen de pupillo dictum est, vt cum quatuor instrumentis decedere possit, hoc iure nó defenditur.

15 † Nam licet pater sibi, deinde pupillo, testamétum condiderit: tamen si postea pupillus in arrogationem datus fuerit. substitutio pupillaris euanescit. gloss. venturi. §. cum autem. institut. de adoption. Bartol. l. si arrogator. in principio. institut. de adop. Bald. l. nec ei. ff. eo. Ergo patris & filij testamétum deficit. Nec possunt nisi duo esse testamenta, patris scilicet adoptiui, & pupilli adoptati.

16 † Quod dictum est, duo eiusdem testamenta, tametsi altero imperfecto seruanda: verum est, testamentú imperfectum defendi posse, sed inter liberos dútaxat. dicto §. ex imperfecto. Guido consil. 28. numer. 2. versicu. præterea. Et ideo licet posterius testamentum non fuerit iure perfectum, tamen si is, qui ab intestato venire potest, scriptus heres fuerit, superius rumpitur. l. 2. versi. vel de iniust.

17 † Quartò, quod dictum est, portionem indigni heredis, ad alium non iure translatum, à fisco vendicandam. Accursius gloss. peti. dicta l. hereditas. gloss. quarta. l. ex parte. ff. de adimen. legat. præsupponit primo hereditatem tacite ademptam, deinde expresse. Cum tamen semper expressa fuerit testatoris voluntas, ita dicemus.

18 † Licet hereditas per codicillos dari non possit. l. Scæuola. ff. ad Trebellianum. l. hereditas. Cod. de his quibus vt indign. si tamen postquam testator vnum ex heredibus voluntatem suam non mereri declarauerit, eius portio non iure ad coheredes. vtpote immeritos, transferatur. cum alioqui esset transferenda: l. si Titio. §. Iul. de legatis 2. l. Scæuola. ad Trebellianum. tunc fiscus succedere poterit. l. Claudius. §. mulierem. ff. de his quibus vt indign. l. si deportati. de legatis tertio. Succedet, inquam, ad portionem instituti. Si enim institutus fuerit in parte, succedat in parte, idem si in totum. l. j. l. 2. §. fratris. Si quis aliq. testamen. Excepta alimentorum vel dotium causa. lege tertia. ff. de his quæ pro non scrip. l. prima. §. his etiam. Cod. de secun. nuptiis.

19 † Postremo. Non ideo heredes in priore testamento instituti, ius institutionis amittunt, quod inutiliter

in

in secundo testamento instituti aliqui fuissent:sed tanquam ab indignis hereditas auferenda est.d.l. cū quidam.Proinde non eo indigni existimādi sunt,q̄ supremam voluntatem nō obtinuerint:sed cum causam ingratitudinis commiserunt,§ causas.authen.vt cum de adpel.cog coll.8.

10 ANIMADVERSIO.† Testamentum imperfectum inter liberos tantum valere probauimus Accur. in puteo constrictus,contra glo.liberos.d.§.ex imperfecto.per l.qui à patre.ff.de confir.tut.

11 † Sed si pater in testamento non iustò, filium tutorem scripserit,perinde ei satisdatio remittatur,ac si in testamento perfecto fuisset nominatus.dicta l.qui à patre.l.si.ff de rebus eorum.Et non soleat remitti satisdatio,nisi in testamento scriptis tutoribus.§ fina institu. de tute.l.j.ff de confirma.tuto.In quo obstat Iuli. sententia.d l.qui à patre.Non ergo solutio quærenda est. Subdistinguendum non est, vtrum testamentum, vel codicillus fuerit Minus quoque proponendum,Iulia. sententiam per legem Corneliam corrigi,sicut Accursius probat. Maneat igitur perpetuò hæc sententia quòd testamentum imperfectum inter liberos valeat. Itaque agnosco prouerbium,oscitante vno.deinde oscitat & alter.Oscitante enim Accursio,oscitauit Bart. & Bald.

12 †Accursius enim dict.glo.venturi.cum scripsit substitutionem pupilli,per arrogationem eiusdem pupilli rumpi:habuit secum assertores Bartol.dicto § si arrogator.& Bald.dicta l nec ei. Et tamen omnino falsum est:quia testatoris dispositionem rumperet ac fraudaret.Cone.Irritum enim fit alicuius testamētum, quòd se in adoptionem dederit.§.non tamen.in fin.institut. quibus modis testamē.Ergo & substitutio pupilli, per arrogationem.Respon.dict.§.non tamen.locum habet in eo,qui legitimæ ætatis est,vt sibi testementum facere possit. In pupillo autem secus est,qui cum sibi testamentum facere non possit, neque etiam infirmare poterit.§..j.de pupilla.substitutio.l.nec ei.§.eorum.ff. de adopt.

TESTAMENTVM IN QVO filius fuit præteritus, vel exheredatus, an ipso iure rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum præteritione, vel exheredatione filij pro parte rumpitur.*
2 *Testamentum in quo filius fuit præteritus, ipso iure non valet.& nu.5.7.9.*
3 *Posthumus præteritus ilico testamentum ipso iure rūpit.& nu.4 9.*
6 *Filius monstrosus vel qui apud hostes est,præteritus, non rumpit testamentum.*
7 *Posthumo præterito,heres qui in potestate testatoris bon.poss.accipere potest.*
10 *Differentia inter filios iam natos,& posthumos.*
11 *Querela inofficiosi quatenus præscribatur.*

Quæstio 3.

1 PATER † qui omnino instituere vel exheredare filium in potestate existentem tenetur:si eundem præterierit,nulla filij præcedente querela, testamentum ipso iure rumpitur.l.inter cætera ff.de liberis & posth l.j.de reb.dub.Bal.l.& si post tres.col.7.si quis cau.glo.l.2.de leg.Aquil.doctor.l.vbi.C.de transact.§. nstra.insti.de exhered.lib.l.3.& sequen.de inoffi.testa. l.sicut.C ad legem Corne.de fal.l.si filius qui in potestate.ff.de liber.& posthumis.Quòd si exheredatus,secus est.

2 † Et ideo ex causa pręteritionis,testamentum ipso iure rumpitur.§.j institut.de exhereda.libe.authentic.ex causa.Cod.de liberis pręteritis.Bartol.l.j.colum.2 ibi Sed de testamen l cum apud & l.filius qui.ff.de liber. & posthu. Adeo vt si viuo testatore filius mortuus sit. nemo ex testamento in quo filius præteritus fuit,& extraneus institutus,heres existere possit.dicta l.si filius. dicto §.j.l.hac consultissima.§.si quis.C.de testament. l.si quis § si duo.ff.de vulga.l.si post mortem.§.final.ff. de contratabul.l.2.& ibi per doctores.C.eodem. Nec prius testamentqm rumpatur.l.cum in secundo.de iniust rupt.institut.quibusmodis testamen.in princip.l. filius qui ff.de liber.& posthum. Cùm prorsus nullius momenti sit l.j ff.de iniust.rup.l.j in principio.ff.si tab. testamen.nullæ exta.l.fina.ff.de lib.& posthum. Quòd si citra eius voluntatem præteritus, mortuo patre testamentum approbet.non tamen iuris rigore testamētum sustinetur, sed sola æquitate.l.filio præterito.de de iniust rupt.Barto.l.si quando.§.fin.C.de inofficioso testamento.

3 †Idem in posthumo,qui si fuerit præteritus,quamuis ilicò decesserit, testamentum ipso iure rumpit l.2.C. de posthu.here.l.nam & si.ff.de iniust.rup.Sicut vasallus,qui ipso iure dominiū amittit,si sine consensu domini alienauerit.Ias.l.q.nu.106.C.de iure emphy.

4 CONTRA †Si filius volens à patre fuerit præteritus,testamentum valet.arg.l.non putauit.§.si quis sua. de contratab.Bar.l.non dubium.C.de testa.Alcia.l.nemo.nu.8 & seq.de lega.j. Quòd si fuerit posthumus in testamento præteritus, tamen secūdum tabulas heres scriptus honor. possessionem accipere poterit.l. posthumus.ff de iniusto testamento.

5 †Et ideo siue filius posthumus,siue iam natus præteritus sit,testamentum non rumpitur l 3 §.fina.ff.de libe. & posthumis.Sed tum demum,cùm de inofficioso testamento actio proposita fuerit.l si instituta ff de inoffic.testa.Ergo si filius præteritus,inofficiosi querelam non proponat,sed se bonis paternis abstineat, æquum est vt voluntas testatoris teneatur.l. filio præterito.ff. de iniust rup.test.

6 †Præterea,si pater monstrosum filium,vel eum qui apud hostes est,vel naturalem prætereat:iure fecit testamentum,& recte eos præterit.l.cum apud.ff de libe & posthu.l.quod certarum.C.de posthu.here.gloss. fin.l. quod dicitur.C.de lib.& posthu.Vacca.l.imperator.ff. de stat.homi.

7 †Deinde,qui cum herede eius gessit, qui filium præterierat,& exceptione summotus est,restituetur, vt agat cum herede.l.2 ff.de exception.rei iudicatæ. Ergo quandiu filius non exceperit,cum recte contra heredem institutum actio intentari possit,tandiu idem testamentum valere dicendum est. Postremo si vasallus sine consensu domini feudum alienauerit,non tamen ipso iure feudum amittit.Ias.l.2.numer.6.Cod.de iure emphy.

8 CONCLVSIO.†Non inficiabimur vtranq; opinionem præstantem esse,verum alteram magis arridere,placeréq; animo nostro. Et ideo filio siue iam nato, siue posthumo præterito,testamentum ipso iure rumpitur:exheredato vero,per querelam.

9 SOLVTIO.† Licet posthumus præteritus sit,tamen heres scriptus ex eo testamento bono. possessionem capere poterit.d.l.posthumus.Si quidem dictus heres scriptus,in potestate testatoris esset l.hac.§.ex imperfecto.C.de testamen.Quod si extraneus esset,tūc ipso iure,præteritione posthumi testamētum rumperetur. §.si quis versicul.nisi.d.l.hac. Filiis vero exheredatis, proposita inofficiosi querela, testamentum rumpitur. l.scimus.cum gloss.2.C.de inoffic.testam.argumen.l.si

fundum sub conditione.§.qui fundum.de lega.j.

10 †Proinde licet iam nati præteriti, iniustum faciant testamentum.posthumi vero agnascendo rumpant.l.3. in princip.& § ex his ff.de iniust.l.2.C.de posth.§.j.Instit quib.mod.testa.infir.tamen effectus idē est,vt preteritione,ipso iure rumpatur:per exheredationem vero,querela proposita.

11 †Quæ non nisi triginta annis præscribitur.Guido cō sil.90 nu.1.Quod ad emphyteutam attinet,si sine cōsensu domini alienauerit,ipso iure amittit.Sed quādo desinit soluere censum per triennium,non ipso iure amittit:sed ita demum,si dominus voluerit.Bal.l.fin. C.de reuoc.dona.gl.l.2.C si ager vecti.

12 INTERPRETATIO †Vlpia ait,l.3 §.fin ff.de libe & posthu.si ita testatus sit paterfa.vt à primo gradu filium præteriret,à secundo exheredaret:perempto primo gradu,testamentum ab eo gradu exordium capit,vnde filius exheredatus est.In hoc Vlpi.respon satis difficili præsupponendum est,testatorem duo cōdidisse testamenta,in primo filium præteriuit.in altero eundem exheredauit.Fieri enim non potest,vt eundem filium in eodem testamento & prætereat & exheredet,nisi præteritio pro exheredatione sumeretur.§. si.inst.de exhereda.lib.Fieri quoq; non potest,vt idem testamentū pro parte valeat,& pro parte non,nisi militum fauore.l.nam si.ff de iniust rup. Sublato igitur primo testamento per secundū,tametsi alioqui imperfectū,filius exheredatus inofficiosi aget.l.hac.§.ex imperfecto C.de testa.Vlpia l.æquissimum.§.j.ff. de bo. pos.secun.tab.ait filium exheredatum excludi,si bonorum poss.contratabu.non proposuerit.Tempus autem non exprimit,quo ipsum tacuisse oporteat.Nos triginta annorum metam diffiniemus.Guid.d.consi.96.

FILIO EXHEREDATO, vtrum nepotibus bonorum poss. contratabu.competat.

SVMMARIVM.

1 *Filio præterito,vel exheredato,nepoti bono. poss.contratab.non competit.10.11.*
2 *Nemo plus iuris in alium transferre potest,quàm ipse habet.12.*
3 *Renunciatio bonorum à filio facta,nocet nepoti.& numero 9.13.*
4 *Querela inofficiosi nepoti competit.& seq.*
5 *Succedendi ordo.*
6 *Filius qui sine consensu patris vxorē duxerit,an exheredari possit.*
7 *Filio licet iure exheredato,nepos non excluditur.*
8 *Quod per me non possum,possum per alium.*
10 *Filio exheredato,nepotibus bon.pos.cōtrata.cōpetit.*
14 *Querela inofficiosi quando locus.*

Quæstio 4.

1 FILIVM † si exheredauero,ac nepotē ex eo præteriero,& alium heredem instituero, & superuixerit filius post mortem meam, licet ante aditam hereditatem decesserit,non tamen nepos testamentum rumpet l.si quis.§.j.de libe & posth. Nam siue exheredatus siue institutus fuerit filius & nepos præteritus, is contra tab aui agere non potest:partim quòd suus heres non sit l.i.lud.§.j ff de contratab. partim etiam quòd filiorum app.el. nepotes quoque comprehenduntur. Zasius l.2.vers Demarati de orig.iur.Pater enim & filius,vna eadémque persona est.

2 †Præterea, nemo plus iuris in alium transferre potest,quàm ipse habet.l.traditio ff.de acquir. rer.dom. l.ex empto.in prin.de act.emp.l.si debitor.C. de distr. pig.l.fi.C.sine cēsu &c. Ergo filius qui iure suo ipso iure exheredatus,iuxta §.sed nos.l.si quis.C.de inoffi.testa. non plus iuris in heredem suum, hoc est,testatori nepotem transferre potest,quàm ipse habet l.eum.ff. de iure pat.l.heredem ff de regu.iur. Si ab intestato vel contra testamentum nepos quem pater tempore mortis aui præcessit,suus heres esse non possit, etiā si pater exheredatus proponeretur.l.si quis posthumos.§. si filium l.filius patroni.de bo liber.Non igitur eidem bon.poss.contratab competere poterit.

3 †Postremo,licet filius ipso iure heres censeatur, non tamen inuitus.l.necessariis.ff.de acquir. heredit.Ergo si renunciet, nepotibus nocebit Denique siue à patre nominatim exheredatus fuerit filius, siue à lege culpa patris excludatur,nepos quoque exclusus censebitur. l vel singulis.de vulgari.

4 CONTRA.†Querela inofficiosi,quæ filio competit, nepoti quoque successiuo ordine competere potest.l si quis.ff.de iniust rup.l.j de inoffic.testam.Eandémque querelam filius exheredatus,ad nepotes trāsmittit.l.si quis filium.l.scimus § fin.C. de inoffi testa. Si quidem alio iure ad defuncti bona venire possit.§. tam autem.instit.de inoffi.testa.Aut nulli intermedij existant.ad quos successio iure pertineat.l.si is.ff. de inoffic.testa.

5 †Successorio enim edicto locus est.l.pater filium l.si is.de inof.test.Vt primo filius testatoris succedat §.si quis.auth.de hered.ab intesta col.9.Qui si fuerit exheredatus,ad querelam admittitur.l.pater ff. de inoffic. testa.Idem ius filio mortuo,nepoti transmittendū est. l.si quis C.de inoffic.test.l.quod si.& l.quæritur.ff. de bon liber.Quia nepos loco patris succedens, eius vicem obtinet.l.3 de his qui nu.libero.lib.10 C.l. filius. de bon liber.

6 †Puta , si filius eo quod sine patris cōsensu vxorem duxerit,cum non posset l.filius.ff.de ritu nuptia.l.nec filium C.de nupt.exheredatus fuerit,nepos ad bonorum possessio.aui admittendus est.l.3.§ si emancipatus.de honorum possession Non enim causa illa sufficiens est,ad ingratitudinem probandam § causas.authen.Vt cum de appellatio.etiam si seruā vxorum duxerit,sicuti iure pontificio permissum est ca.j.extra.de coniu seru.tametsi iure ciuili secus.l.3 C de incest.nu.

7 †Præterea,licet filius iure exheredatus fuisset, nō tamen nepos à successione aui excluditur:puta,si magnum & capitale crimen filius contra patrē instituat, non solum audiendus non est.verum etiam exilij pœna plectendus.l.si magnum.C de accu Tametsi quandoque permissum sit.c literas.extra.de præsumptio.l. quamuis.2.ad legem iuliam.de adul Si igitur filius eo quod patrem innoxium accusauerit, exheredatus sit: nepos ad bonorum possessio. aui contratabu. venire poterit:partim quod in potestate aui nepos,etiamsi filius viuat,esse dicatur.§ qui igitur instit.de patria potesta § fin.institut de heredi qualita Tametsi alioqui suitatis iura,viuente filio , non teneat. §. etsi filius.institut.de exhere.lib.l si quis si ij.C.de inofficio. testa. §.si pater in potestatem.de coniungen.cum eman.lib. partim etiam quod neque verbis , neque sententia legis,ex persona,vel nota patris sui , nepos à bonis aui excludatur. l. diui ff.de iure patrona.l in seruitutem. § patroni.de bon.liberto.l si filius.ibi, Nam etsi.ff. de fideicommiss.liber.l quæro ff.de bon.liberto.

8 †Et tunc licet filius per seipsum agere nō possit, aget tamē nomine filij sui.hoc est,aui nepotis l.filius.de bo. libe.d.l.diui.§.item.Qui aui suus & necessarius heres esse incipit Et ita quod per me nō possum, possum per alium.l.Aristo.& ibi gloss Quæ res pign. obl. possunt. Ergo hoc apparet,filio exheredato,nepotes exheredatos non censeri,etiamsi post aui mortem nascantur.l. Pau.§.Pau.de bo lib.Ro.sing.295 Nec refert,potuerit filius querelā inofficiosi proponere,necne: semper enim

nepos

nepos admittetur.l.si is qui.ff.de inofficios. testamen. l.non putauit.§.j.de contratabul.l.si quis filium.C. de inofficio testa.

Tertiò, filius patricida licet à patris successione excludatur, non tamen nepotes.l.si quis incestu.in fine,& ibi Bald.C.de incest.nuptiis.Non enim æquum est, vt ipsi culpa patris,commodo suo priuentur.c.satis. vlti. distinctio.

9 †Quartò,cùm patri non liceat,delatam filio bonorũ possessio.repudiare.l.seruus in fine.de bonorum possession.l.fina.C.de repud.bono.posses.l.fin.§.fin autẽ. C.de bonis quæ liberis.si quidem filio profutura sit,l. fina.§.vbi autem.C.de bonis quæ liberis.si tamen eam repudiauerit,nihilominus filius ad bonorum possessionem aget.§.siue.dicta l.final.l si filiusfamilias.C de petition.hereditatis.l.qui in aliena.ff de acquiren.hereditate.

10 CONCLVSIO.† Licet filiorum appellatione veniant nepotès,non tamen in odiosis.l.si C.de natu. lib Et ideo exheredàto filio,nepotes post mortem aui contratabu.aui venire poterunt.l.quæritur.l.Paul.respon.ff de bon liber.l.diui.de iure patr.l.si is qui.l.pater.ff.de inoffi.io.testa.etiam si hereditas adita nõ sit. l.illud.in princ.l.filium. §.sed cum.ff.de contratab.l.j. in princ.ff si à paren.

11 SOLVTIO.†Dictum est.nepotem, testamentum non rũpere,si ipse præteritus,& filius exheredatus fuerit.Non obstat d.§.j.Non enim probat filio exheredato,nepotem exheredatum censeri.Sed nepotem præteritum,contratabu.aui bonorum possessio.petere posse.l.non putauit.§.j.de contratabul.Quia suus, nempe aui heres non est,eo quod filius gradu præcedat.l.posthumorũ.ff.de iniust.rup.Et ideo nepos interim patri suo prodest,non auo.l.2.C.de his qui nu.libe.lib.10. C.l.3. ff.de muner.& honori.Quòd si suitatis iura tenuisset, per præteritionem ruptum fuisset testamẽtum.dicta l. posthumorum.ibi,Ne ergo.& §.diuersum.l.si quis.de libe.& posthu.d.l.posthumorum.Non obstat quod patris & filij vna & eadem persona sit.Hoc enim non ita interpretandum est,vt tollat beneficia competentia ipsi priuilegiato nepoti.l.nulla.ff.de legib.

12 †Præterea non obstat quod dictum est, Neminem plus iuris in alium trãsferre,quàm ipse hebeat.Sed nepos suo iure venit.

13 †Idem ad ea quæ posteriore loco dicta sunt,respondebimus. Nam ita demum patris renunciatio nocet filio,si filius aliunde ius prætendere non poterat.l.qui se patris.C.vnde liberi.Alioqui bonorum possessio contratabu.nepoti competit.

14 †Perinde ac si non sanæ mentis testator fuerit, cùm testamentum ordinaret.§.institu.de inofficioso testamen.Accusatio enim ad querelam pertinet, ad ius dicendi nullum non pertinet.l.posthumus.§.fin.ff.de inoffic.testamen.

STATVTVM QVOD FILIAS extantibus masculis excludit,an neptes compræhendat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tantum disponit,quantum loquitur.*
2 *Neptis filia mortua succedit.*
3 *Priuilegium quomodo interpretandum.*
4 *Introductum in odiũ alicuius,alteri nocere nõ debet*
5 *Filia si cũ seruo,vel cũ raptore matrimoniũ cõtraxit. pars fisco acquiritur,non tamẽ extãtibus neptibus.*
6 *Filia ex causa exheredata,nepti non nocet.*
7 *Masculis & fœminis æqualiter successio deferenda.*
8 *Filia legitime exheredata,etiam neptis.*
9 *Neptis,aui heres non est.*
10 *Nemo plus iuris in aliũ trãsferre potest, quam ipse habeat.*
11 *Neptis extantibus masculis non succedit.*
12 *Aui in nepotes ac neptes potestas.*

Quæstio 5.

MVNICIPALIS lex,quæ fœminas extãtibus masculis excludit,neptes excludere non videtur.

1 †Cum enim statuta tantum disponãt,quãtum loquantur:& lex nullam de neptibus mentionem fecerit.consequens est vt dicamus, neptes extantibus

2 masculis non esse excludẽdas: †maxime quod neptis,mortua filia,in eius locum succedat,l. posthumorum. ff.de iniust.rupt.& quibuscunque præferatur.l.filio.in fi.ff. de inoffi.testamen.

3 †Præterea, priuilegium non ita interpretandum est, vt tollat beneficia competẽtia alteri priuilegiato,alio iure.l.nulla.ff.de legib.l.si Rufinus.C.de testament.Et ideo priuilegium quod filij masculi habent, vt excludãt filias: neptum priuilegio,quod iure communi habent,non derogat,d.l.posthumorum.

4 †Tertiò,odiũ alicuius alteri noxium esse non debet. Patet in infante,qui odio mariti nõ potest à matre exheredari.l.si quis suo.§.legis.C.de inoffi.testa.

5 †Quartò,filia si cum seruo matrimonium cõtraxerit dotem amittit,& ciuitati acquiritur.l.cum ancillis.l. qui contra.C.de incest.nup.§.si aduersus.insti.de nup. dummodo aliunde liberos non habeat.dicta l.cum ancillis.& sequen Ergo neptis,quæ filia sua esse dicitur, excludenda non est.Idem dicẽdum,si filia cum raptore matrimonium contraxerit.Cùm enim matrimoniũ prohibitum sit.l.j.§.etsi non nuptæ.de rapto.virgin.§. illo quoque.auth.de rapt.mu.coll.9.licet iure pontifi. secus.36.quæst.2.c.tua.& sequen.extra de rap.c.pen.& vlti.c.j.extra.de adulte Ideo si contrahat,dos fisco acquiritur Felin.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.Panor.ca.j.in verbo.& hæc faciunt ad quæstion.de spon. in authent c.cum secundum leges.de hæretic.in 6. Si quidem aliunde filias non habeat.§.sancimus.authen. de rap.mu coll.9.

6 †Quintò,si filia à patre propterea quod ipsum capitali crimine accusasset,fuerit exheredata:tamen neptis ex persona,vel nota matris suæ,non excludetur à bonis aui.l.diui.ff.de iure pat.Ergo poterit ipsa neptis,bono. possessionem petere.

7 †Cum enim iure communi æqualiter fœminæ cum masculis succedant.l.maximum.C.de libe. præterit. si statuto excludantu filiæ,stricta facienda interpretatio erit,vt non censeatur neptis exclusa.l.si is qui.ff.de inoffic.testa.

8 CONTRA. †filia legitime exheredata fuerit, etiã neptis legitime exheredata censetur.l.si quis.§ si filiũ, de libe & posthu.ar.l.si ita.§.fi.e.Hic autem filia legitime exheredata est,quia legis authoritate:ergo etiam neptis excluditur.

9 †Præterea neptis,aui heres non est,qui contratabul. aui.bono.posses.petere non potest.l.illud.§.j.de bono. poss.cõtratab.Ergo neptis nullum ius habet,si filia extantibus masculis excludantur.

10 †Tertiò,nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat.l nemo plus iuris.l.heredem.l.nemo plus commodi.ff.de regul.iur.Filia autem extantibus masculis succedere nõ poterat,minus quoque neptis. Cùm igitur filia quod sibi acquirere non potest,neque nepti possit.l.neque per se.C.de heredib.instit.l.qui in seruitutem.de bonis liber.merito ipsa statuto, extantibus masculis exclusa, neptis quoque exclusa videri debet.

11 †CONCLVSIO.†Neptis extantibus masculis succedendi ius nullum habet,cùm filia statuto sit exclusa.Proinde aliter hic,atque in præcedenti

capite,statuimus,tametsi eadem esse videãtur,cum tamen non sint, propter ius patriæ potestatis.

12 † Auus enim paternus nepotes ex filio in potestate habet.§ qui igitur.instit.de patr.potesta.ex parte filiæ non habet.instit.de pat.pot.Quò fit vt nepotes ex parte filij,aui quodammodo esse dicantur.§ sui.institu.de here.qualita Et quatenus suitatis iura tenet, præteritione testamẽtum rumpũt. Zuich.§.liberis autem.nu.6.de impub.substi.

13 SOLVTIO† Vno verbo possumus ad omnia contraria respondere.Cum enim filia stando inclusa sit,& neptis in eius locum succedat,filia quoq; exclusa censeri debet.Itaq; quãtum ad bona filiæ,non dubitamus neptem quibuscunque præferendam. Cætera, vtpote per se satis nota,prætermittamus.

EX TESTAMENTO IMPERfecto vtrum legatá debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in quo filius præteritus est,non rumpitur,& legata debentur.12.24.*

2 *Posthumus præteritus licet viuo testatore decedat,tamen ab herede scripto legata pstãtur.12.13.16.17.18.25.*

3 *Posthumo præterito portio hereditatis cum onere legatorum accrescit.13.26.*

4 *Filius propter falsum rumorem præteritus,non rumpit testamentum,sed hereditatis partem consequitur,& legata debentur.*

5 *Falsa causa legatario non nocet.*

6 *Legata in testamento relicta,in quo filius exheredatus est,præstanda sunt.*

7 *Substitutus,à se,vel ab herede relicta pstare tenetur.*

8 *Qui remissa causa testamẽti,ab intestato hereditatẽ possidet,legata in testamẽto relicta præstare tenetur.*

9 *Licet præteritione vel exheredatione filij testamentum rumperetur,legata tamen firma manent.23.*

10 *Instituta accusatione inofficiosi,si res trãsactione decisa sit,legata in eo testamento relicta præstantur. & num 16.27.*

11 *Ex testamento inofficioso,vel imperfecto,fideicõmissaria libertates & legata ad pias causas competunt.*

12 *Testamentum licet non reuocetur, nisi per contrariã solennem voluntatem,in legatis tamẽ secus est.& nu. 27.in fine.*

14 *Querela inofficiosi,testamentum rumpit.*

19 *Codicilli ex testamẽto per querelam inofficiosi rupto, non valent.*

20 *Heres institutus si neque ex testamento,neque ab intestato hereditatẽ adire possit,legata non præstãtur.*

21 *Heres si nihil soluere teneatur,nec substitutus tenebitur.*

22 *A filio exheredato qui aliunde succedit, nil peti põt.*

25 *In vltimis voluntatibus quando stricte, & quãdo benigne agendum sit.*

Quæstio 6.

1 FILII † & alij per virilem sexum descendentes, si non fuerint heredes scripti,vel exheredati, testamentum quidem non infirmatur,sed ius accrescẽdi ad certam portionem præstatur.§ sed non ita.instit.de exhered.lib.Vt si mater in puerperio decessit, filius non rumpet testamentum,sed virilem portionem cum cæteris consequetur.l.si mater.C.de inoffi.testam.Cõsequens est,q; legata & fideicommissa,in eo testamento relicta,in quo filius præteritus est,necessariò præstãda erunt:vt si testator vxorem grauidam esse ignorãs, codicillis ad filiũ scriptis libertates dederit:nata post patris mortem filia,cum de ea nihil patrem sensisse cõstitisset.à filió libertates in solidum præstabũtur.l.qui graui.ff.de iure codicillo Cætera pro parte duntaxat. l.qui is.eodem. Igitur vtilis actio hoc casu competit, vt is aut quem emolumẽtum hereditatis deuenerit,& fideicommissum præstare compellatur.l.si alienus seruus.ff.de legat.2.

2 †Præterea, si posthumus in testamento fuerit præteritus,& viuo testatore decedat,heres scriptus bon.possession.secundum tabul.petere poterit,& legata & fideicommissa ab ipso pręstabuntur.l. posthumus.ff.de iniust.rup.

3 † Tertiò. ab ipso quoque posthumo præterito, si in rerum natura fuerit,& hereditatis partem consequatur, legata præstanda erunt. Vt si quis fideicommissa hoc modo dederit:Quisquis mihi heres erit,eius fide committo: Etiam à præterito qui postea nasceretur, fideicommissum præstabitur.l.si quis.ff.de iure codicillorũ. Aut si quis ab intestato moriturus, fidei filij commiserit,vt seruum manumitteret,& posthumus sibi nascatur,ab vtroque præstandum erit.l.alieno.de fideicommis.liber.

4 †Quartò,si filius propter falsum rumorem pręteritus fuerit,legata nihilominus debentur: vt puta, Mater cum filium audiuisset decessisse,testamento alios heredes instituerat.De inofficioso quæri potest filius, & hereditatis partem consequetur.l.si instituta §.final.ff. de inofficioso testamento. Sed interim legata debentur.l.cum mater.eodem Quia falsus rumor cũ filio nõ

5 noceat.l.fin.ff.de heredibus institend.†minus quoque legatario oberit, quo minus legata & fideicommissa consequatur.l.cum tale.§.falsam causam.de conditon.& demonstrationib.dicta l.finali.vt si Stichus sub hac conditione à testatore libertate donatus fuerit, si id quod Titio debebat,soluerit. Si nihil fuerit debitum, tamen Stichus libertatem consequetur.§.falsam conditionem.dicta l.cum tale. Aut si ita testator scriptum reliquerit,Ex centum quæ Titio legaui, quinquaginta Seio heres dato:licet Titio nihil legatũ fuerit, Seio tamen quinquaginta debebuntur.§.finali.dictæ l.cum tale. Apparet igitur testamentum, in quo filius fuit præteritus,non rumpi,& legata eodem relicta, præstanda esse.

6 † Quintò,si filium testator exheredauerit, nihilominus testamentum valet,& legata debentur: vt si quis cum plures instituisset heredes,propter vnum heredẽ se cancellare testamentum dixerit,& id postea signatum est:legata in eodem testamento relicta debebuntur,si ea testatoris voluntas fuerit,vt tantum vnum heredem repelleret.l.cancellauerat.ff.de his quæ in testamen.delen. Aut si testator exheredatum instituto filio substituat,ac postea exheredato Mæuium,& ab eo legauit. Si exheredatus heres fratri extiterit.ac postea decedat, Mæuius substitutus legata ab ipso relicta præstare tenebitur.l.cum fundum.§.qui filios.ff.ad legem Falcidiam.

7 †Sed non tantum à se.verum etiam ab herede relicta, substitutus præstare tenebitur.l.si Titio & Mæuio.§.1. de lega.2 Relicta enim ab instituto,à substituto repetita censentur.

8 †Quòd si institutus & substitutus,omissa causa testamenti,ab intestato possideant hereditatem, vnusquisque ea legata,quæ à se relicta sunt,præstare tenebitur, & singulis legatariis petitio competit.l. prima. quia l. si non solus.§ si duo.& versicul.item si solus.l.si pecuniam.l.si ab instituto.l si dolo.ff si quis omissa causa testamen.l.prima.§.plane.C.de fideicommissaria libert. Idem dicendum est,si veniens ab intestato, institutus nõ fuisset:vtputa,Instituta herede filia. & eidẽ nepote substituto,testator ita cauit,si neuter heres meus erit,

tunc

tunc fundum Tusculanum Titio lego. Si vterque ante testatorem moriatur, legitimi venientes ab intestato, fideicommissum præstare tenebuntur. l. Lucius Titius. §. filiam. de legatis 2. Maxime quando pro legitimo iure testator suam vltimam voluntatem haberi voluit, tunc licet ab intestato adeatur hereditas, tamen relicta in testamento præstabuntur. l. codicillis. §. fina. de legatis 2. Hactenus probauimus, quòd cum præteritione vel exheredatione filij non rumpatur testamẽtum, nec relicta in eodem infirmantur, sed necessariò debentur.

9 † Idem dicendum, si ex causa præteritionis, vel exheredationis testamentum rempatur. Nam nihilominus cætera firma manent. authen. ex causa C. de libe. præter. Oldr. consi. 149. adeo vt legata, potissimum liberis & parentibus relicta, præstanda sint. l. j. C. de bonorũ possessio. contra tabu. l. j ff. de legat. præstand. Cum enim res inter alios iudicata, nullum aliis præiudiciũ adferat, l. sæpe. ff. de re iudica. ex eo testamento in quo legatum relictum est, agi potest, licet ruptum, vel irritum, vel non iustum fuerit testamentum. l. j. ff. de exception. rei iudica. Hinc est, quod si herede non respondente, secundum præsentem, testamentum inofficiosum iudicatum fuerit: quia hoc casu non creditur, ex sententia iudicis fieri, ideo libertates competunt, & legata petuntur. l. qui repudiantis. §. final. de inofficioso testamento.

10 † Tertius erit, si instituta inofficiosi testamenti accusatione, res transactione decisa sit. Cùm enim testamẽtum in suo iure maneat, ideo dictæ libertates & legata suam habent potestatem. l. si suspecta. §. quamuis. ff. de inofficioso testamẽto. Cùm enim transactione, quæ inter filios & heredes facta est, testamentum recisum videri nõ possit: nec manumissiones, nec legata in eodem testamento relicta, adempta videri possunt. l. Imperatores. C. de transactionibus. Et ideo pro parte hereditatis, pro qua quisq; per arbitros fuerit collocatus, à legataris conuenietur. l. controuersia. ff. de trãsactio. l. si veritas. C. de fideicom.

11 † Quidam tamen existimant ita demum fideicommissarias libertates competere, si post quinquennium de inofficioso dici cœptum fuerit. l. Papinian. §. final. in fine. ff. de inoffi. cioso testamento. Ego satius crediderim quandocunque fideicõmissarias libertates præstandas esse, dicta l. sin autem. dicta l. si sub hac. Tametsi imperfectum dicatur l. si testamento. ff. de fideicommissario liberta. Matthæsylla. singulu. 41 Barbat capit. Raynaldus. collatio. 118. de testamen. Hippoly. l. j. num. 206. C. de rapto. virgin. & singu. 351. Sicuti & legata ad pias causas l. j. §. si enim. C. commmunia. de lega. Quia anima quibuscũque rebus præferenda est, l. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesiis. singuli tamen libertini, viginti aureos heredi soluere tenebuntur. l. sin autẽ. versicu. sed. l. si sub hac. ff. de inoffi. testamen. l. 2. C. de fidei com. liberta.

12 CONTRA. † Ex testamento perfecto legata non debentur: vt si quis moriens, testamentum iure factum, irritum esse velit, & intestatus esse malit, heredum tamen, institutiones in eodem statu manebunt. l. milites. §. veteranus. ff. de milita. testamen. Quia cum sanus non esset ac volens, & prope animam ageret, testamentum non erat, sed deliramentum potius. Legata tamen petentes, exceptione doli mali summouebit dicto §. veteranus. Præterea, si filius præteritus prędecesserit, quia nato filio continuò eius testamentum rumpitur l. quod dicitur. ff. de liberis & posthumis. l. 2. C. de posthum. l. tertia. §. ex his. ff. de iniusto rup. Roman. singular. 109. merito ex testamento hereditas ad neminem peruenire potest. l. qui vxorem. ff. de iniusto rupt.

13 † Tertiò, si testator cùm filiam heredem instituisset, filio legatum dederit: & omnia quæ dari, fieri iusserit: ea dari. fieri voluerit ab omni herede, bonorúmve possessore, qui sibi erit, etiã iure intestati: si soror testatoris, petitionis hereditatis actionem intentauerit, & obtinuerit: fideicommissa ab intestato debito, ne principi quidem relicta præstabuntur l. ex imperfecto. de legatis tertio. l. tertia Cod. de testament. §. finali. instit. quibus modis testamen l. digna vox C. de legib. l. Titia. ff de inofficioso testamento. Multo magis filio præterito, à quo tametsi fuerit heres testatoris, fideicommissum relinqui non potest. l. secunda. de legatis
14 tertio. Cum enim testamentum inofficiosum iudicatur, l. Papinianus. in fine. de inofficioso testamento. per
quærelam, testamenti factionem, quasi non sanæ mentis, defunctus habuisse non videtur. l. secunda eodem
15 l. qui repudiantis. § fin eodem. Et consequenter omnia
in testamento relicta, propter repetitionem factam ab
intestato, deberi à filio. si ab eodem essent relicta, desinent. dicta l. Titia. §. fina l. 2. C. si omissa causa testamẽ.
l. fin. ff. eodem. l. quidam C. de fideicommis. l. Celsus. §.
fin. de legatis 2 l. is qui. de legat. præstand. l. ab exheredati. de legatis 3. l patronus. §. fina. de legatis 3 ab here
de scripto, multo minus: quia quod alicuius heredis
nominatim fidei committitur, potest videri ita demũ
dari voluisse, si ille extitisset heres. l. Celsus. § 3 de lega.
2. Consequenter quoties testamentum non valet: nihil
in testamento valet. l. j. § sed si. de legat. 3 Quod si nihil
in testamento valeat, nec fideicommissum, si non ab in
testato quoque succedentes rogati prohibentur. l. ex
testamento. C. de fideicommiss. merito petente legatario, doli exceptione repellitur. l. apud. § prohibet. ff. de
16 doli exception. Adeo vt directæ & fideicommissariæ
libertates, vbi testamentum agnatione posthumi ruptum est, propter hereditatem non aditam. ab intestato non competant, nec legata debeantur. l. si iure. i. si ex testamento. C. de testament. manumissio. l. j. de fideicõmissaria libertate. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommis. liberta. dicta l. sin autem. l. Papinianus. in fine. ff. de inofficio. testamen. Quin & soluta repetantur, aut ab eo qui soluerit, aut ab eo qui obtinuerit. dicta l. Papinia.

17 † Nam quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valẽt. l. prima l eam quam. Cod. de fideicommiss l. secunda in fin. si omiss. cau. testamẽ. Vt si quis testamento à filiis suis, quos heredes instituerat, fideicommissum reliquisset, non vt à legitimis heredibus, sed vt à scriptis filiis: & testamentum aliquo casu irritum factum sit: filij ab intestato venientes, fideicommissum præstare non compelluntur. l. si quis testamento. de legatis secundo. l. is qui. de leg. præstand.

18 † In posthumo fortius est, cuius natiuitate si donatio alteri facta, tacite reuocata censeatur. l. si vnquam. Cod. de reuocan. donationibus. & legata & fideicommissa testamento relicta deberi desinent. Quia agnatione sui heredis, puta, nato posthumo, dummodo testator de posthumo cogitauerit. l. sicut & . sequenti. Cod. de testamento militari. Non solùm testamentum & substitutio rumpitur. l. si quis. ff. de capt. l. posthumus. de iniusto rupto. l. si filius. de liberis & posthumis. l. ex facto. versicul. igitur. l. coheredi. §. cùm filiæ. de vulgar. verum etiam legata & fideicommissa omninò inutilia erunt, & minus præstabuntur. l. Titia. de inofficio. Bartolus consilio 235. versiculo circa l. primam. C. de posthum. heredib. l. si pater. ff. de fideicommiss liber.

19 † Sed nec codicilli ad testamentũ pertinẽtes valebũt. l. j. C. de codic. nisi nominatim fuerit à testatore expressum. l. si iure. C. de testa. manumis. Si enim testator decreuerit facere testamẽtum, & illud adimplere nequiuerit, intestatus videtur esse defunctus. Nec traducere licet ad fideicõmissi interpretationem, veluti ex codicillis vltimam voluntatem: nisi id ille complexus sit, vt

vim etam codicillorum scripta debeant obtinere.l.si.§.illud quoq;.C.de iure codicillo Ex irritis autem codicillis,ne libertates quidem præstabuntur.l.cũ quasi.in fi ff de fideicom.liber.

20 †Quanto magis si heres institutus, neque ex testamento. neque ab intestato hereditatem adire posit, quia forte testamentum non omnibus suis numeris constaret, legata deberi desinent.l.si veritas.C. de fideicommissis l.ex ea ff de testamentis.l.2.§.quod si C.si omissa causa testament. Ab eo enim qui neque legatum,vel fideicommissum,neque hereditatem, vel mortis causa donationem accepit,nihil per fideicommissum relinqui potest.l.ab eo.C.de fideicommis.l.3.ff.de legatis 3.

21 †Quod si ab ipso herede nihil peti posit,quanto minus à substituto? vt si filio impuberi exheredato substituerim,& à substituto legatum relinquam,non tamen præstare compellitur.l ab exheredati.de legat.j. vel si legatum eidem impuberi exheredato fecerit, & substituerit ei extraneum,substitutus nullo legato, vel fideicommisso prægrauabitur.l cùm quidam.ff de legatis. Quia substitutio non valet.l j.§ fi.l.coheredi.§ cum si hæ.de vulga Si quidem directè impuberi exheredato substituerit.Bar.consi.3.

22 †Quia cum pater filium exheredat,& ei nihil relinquit.nullum fideicommissum erit.Idem in testamento militis obseruandum est. Qui si filium exheredauerit, vt sciens filium suum esse, silentio præterierit, legaum à substituto non præstabitur.l.miles ita.§.similes.ff de militari testamento.Idem dicendum, si pater exheredato filio,heredem extraneum substituerit Deinde si extraneus ille hunc filium heredem instituat, & heres factus,intra pubertatem decedat,à substituto ei filio legata præstanda non erunt.l.fina de legatis 3.l.coheredi.§.cum filiæ de vulgar.Quia non directè, sed per successionem aliunde ad filium hereditas patris peruenit.dicta l.fin.& l j.§ fina.eodem. Et qui fortuito,non iudicio testatoris,hereditatem consequitur,legatis onerari non debet.dicto §. cum filiæ.l. sed & si.de legat.3.

23 CONCLVSIO.†Testamentum in quo filius exheredatus est,per querelam in quo est præteritus,ipso iure rumpitur. In eodem tamen testamento relicta, iure nouissimo firma manent.d. authent.ex causa.Intellige fauore parentum.l.cum rem alienam.C.de legat. Vel religionis iurisiurandi tantum.l. cum pater.§. filius matrem.de lega 2.Extranei autem simili prærogatiua non gaudẽt,nisi fraudulenter ex testamento adita hæredits non fuisset,vt supra.nu.8.Aequum igitur est,vt qui patris iudicium rescindunt,per contratabul.possess.bonor.legata & fideicommissa , ex patris iudicio,quibusdam personis,hoc est, liberis, parentibus,vxoribus, nuribúsq; dotis nomine relictum præstarent.l j.ff.de lega.præst.l.j.C.de bono.posses.contra tab.& supra nu.9.

24 †Iure veteri secus erat vt supra nu.1.Nam licet filius præteritus vel exheredatus fuisset,tamen testamẽtum non rumpebatur.Et consequenter cætera quoq; in eodem testamento relicta,firma manebant.

25 SOLVTIO †Posthumus præteritus,si viuo testatore decedit,testamentum non rumpit.Et consequenter omnia in eodem testamento relicta,firma manent. supra nume.2.Deinde contrarium probauimus, quod natus præteritus,ilico testamentum rumpat.supra numero 22 & 13 Respond.omissa inani solu.Accurs.gloss. præstentur.l cum mater.ff.de inofficio. testamento.Iure stricto, nato posthumo præterito, licet prædecedat testatori, testamentum rumpit. Multo magis si non moriatur.l. filio ff. de iniusto rupto. Tamen ex æquo & bono,si signatum fuerit testamentum ,valere debebit.l.posthumus.ff.de iniusto rupt.testamento.l. Scæuola.ad Trebellianum.Proinde stricto iure agemus,si testator extraneos heredes instituerit,vt eo casu prætéritione posthumi, sibi de inofficioso actio competat, & propterea testamentum rumpatur.l.mater.in fin.C.de inoffi.testamen Ex æquo & bono agetur.si filios tãtum heredes suos instituisset,aut legatum eisdem reliquisset.Tunc præteritione posthumi testamentum nõ rumpitur.Sed perinde filio præterito, virilis portio cõferenda est,ac si omnes filios heredes instituisset. dicta l.mater.Et ideo filius posthumus,hereditatis partem cum onere consequetur.l.si quis.ff.de re iudi. Sequitur supra nu.3.

26 † Posthumus præteritus, consequuta hereditatis parte,ad legata & fideicommissa pro rata tenebitur. Deinde nihil deberi probauimus,supra nume.13.& 22. Respon.Iuxta conclusionem prædictam, quòd in primo casu legata parentibus fuerant relicta.in secundo extraneis.Quæ solutio,singula inuicem pugnantia cõcilrabit.

27 †Præterea, proposita inofficiosi querela, datas nihilominus libertates competere probauimus. supra numer.10.& sequentibus.Deinde contra:Quòd neque directæ,neque fideicommissariæ libertates valeant,supra numer.16.Respondeo,quando heres transactionis causa stipulatus, datas libertates promisit. Tunc per querelam deberi non desinunt dicta l.si veritas. supra numero decimo,& sequentibus,quia transactione testamentum non rumpitur.Idem dicendum, si testator hanc clausulam adiecerit, vt si testamentum ipso iure non valeat, valeat tamen in vim codicillorum. Tunc licet iure non subsistat testamentum,tamen quia adiectum est, vt pro codicillis scriptum valeat,libertates relictæ præstabuntur.l si iure.C.de testament. manumission. Alioqui si testator complexus non fuerit,vt vim codicillorum scripta obtineant, libertates in eodem testamento relictæ non valebunt.l.si quis.§.illud quoque.C.de iure codicillo.l ex testamento. de fideicommis.Et animaduertere debet is,qui ex testamento vel codicillis acturus est. Nam vnius electione,altera via sibi præcluditur.dicta l.si quis in principio. Excipitur tamen casus,in quo licet testamẽtum in vim codicillorum non valere dictum fuerit:tamen ex testamento imperfecto libertates præstabuntur,vt si eò fuerint libertate donati,quod vehementer eos diligeret:tunc licet testamentum nõ valeat,nec expressum sit, vt vim codicillorum habeat,tamen libertates præstabuntur. l.in testamento.ff.de fideicomm.liber. Matthæsyllan, singula.41.Proinde si testamentum inofficiosum iudicatum fuerit,libertates non competunt. d. numer.16. Si tamen semel libertates ab herede præstitæ fuerint, non reuocantur.l. si veritas.C.de fideicommiss.l.in testamento.ff.de fideicommiss.liber.Dictum est sup.numer.12.quòd licet testamentum perfectum sit, tamen legata non debebuntur, vt si quis moriens testamentum non iure factum, irritum esse velit, & intestatus esse malit, heredum nihilominus institutiones in eodem statu manebunt.Legata tamen petentes,exceptione doli mali summouebuntur. Hoc ideo,quia testamentum nuda voluntate non reuocatur. l. heredes. §. si quid.ff.de testamen.l sancimus C.eodem. Legatum vtique.l.datum. C.de legat.l.3.§. fin. l.ex parte.de adi.leg.l.si iure.de leg.3.

28 †Quod dicitur sup.num.15 cum duobus sequentibus,omnia in testamento relicta,filio præterito, propter repetitionem factum ab intestato.à filiis nõ præstanda,l.sed & sic.in fin.& l fina.in principio.de legat.3 distinguendum est, si præteritus fuerit posthumus, & vxor abortum fecerit,mariti testamentum non soluitur.l.2.C.de posthu. Non enim natus videri debet. qui non fuit in rerum natura.l.si qui mortui. de verborum significat.Quòd si natus ilicò decesserit, testamentum rumpit,nec restituitur.d.l.2. Nec ex eo quisquã heres esse poterit,quia à principio non constabat testa-

testamentum.instit.de exhered.lib.in princ. Et consequenter nec in eodem relicta valebunt.l.filio præterito.ff.de iniust.rup.Intellige,relicta extraneis sup.n.23. Quibus tamen extraneis ita demum legata præstanda erunt,si in fraudem ipsorum ex testamento adita hereditas non fuerit,sup.nu.8.Idem dicendum,si fuerit extraneus,qui ex testatoris voluntate succedat. Legata enim in testamento,in quo filius fuit exheredatus,debebuntur.l.qui fundum § qui filios.ff.ad legẽ Falc.Fidei enim eorum cõmittere possumus,ad quos aliquid post mortem nostrã peruenturum est.l.j §.sciendum. de leg.j.

29 INTERPRETATIO.†Paulus ait,l final.ff. de heredib.insti.Licet posterius testamentum, prius non rumpat:tamẽ legata in eodẽ posteriore testamento relicta,debebuntur.Intellige de legatis parentibus relictis.l.j.ff.de leg.præst.l.j.C.de bono.posses.contra tabul.

30 †Papi.ait,l.cũ tale.§ falsam causam.ff. de condit. & demon.falsam causam legato non obesse.Intellige tamen certã quantitatem,vel speciem legato expressam fuisse.Alioqui legatario nocet.l.Titia.§ Caius de leg. 2 Bart.quoque ait.d.l.§.falsam causam non vitiare institutionem.Intellige,non vitiare priorem institutionem,posteriorem autem sic.

31 †Imperator ait,auth.ex causa.C.de lib.præt Ex causa exheredationis,vel præteritionis, irritum est testamentum,quantum ad institutionem: cætera nãque firma maneut:intellige,quando ab extraneo huiuscemodi legata præstanda sunt:vt testamento rupto per querelam cætera firma maneant.Quod si ab instituto filio hæc legata præstanda essent, tuc cum alter fuerit præteritus vel exheredatus,testamentum & legata infirmantur.l.quidam.C.fideicom. Simul intellige,vt vitiato testamento,cætera firma maneant,in fauorem liberorum & aliorum parentum.l.hac.§.ex imperfecto. C.de testam.Non extraneorum.d.l.j.de leg.præst.d.l j. C.de bonorum poss.Ne principi quidem.l.ex imperfecto.de leg.3.

32 Vlpia.ait,l.si non.§.si duo.ff.si quis omiss.cau.Si duo sint heredes,institutus & substitutus, & ambo omissa causa testamenti,ab intestato possideant hereditatem: in solidum aduersus singulos legatorum actio cõpetit,l.cum pater l.ab institut.de le.2.si quidem pecunia accepta fuerit,alioqui nõ.l.si quis pecuniam.ff. si quis omiss.caus.testamen.

33 SINGVLARIA. †Si sic fideicõmissum ab hærede meo dedero,te rogo Luci Titi, vt ab herede tuo petas dari Mæuio 10.aureos. vtile erit fideicõmissum. scilicet vt mortuo Titio, ab herede eius peti possit. l.sed.de leg.3 Secus autem si dictum fuerit,si Stichus, Seij heres factus,iussu eius hereditatem adierit,rogo det.Quoniam qui fortuito,non iudicio testatoris,hereditatẽ vel legatum consequitur, onerari non debet. sup.nu.20.

LEGATVM IN SOLENNI voluntate relictum,an per voluntatem minus solennem reuocatum censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum per secundum testamentum,licet imperfectum,infirmatur.7.11.13.*
2 *Legatum ex testamento perfecto, propter capitales inimicitias subsequutas,tacite reuocatur.8.18.*
3 *Prius legatum,vel fideicommissum,per posterius extinguitur.*
4 *Legatum in secundam personam inutiliter translatum,priori deberi desinit.9.*
5 *Legatum vel fideicommissum à filiofa. vel seruo relictum,non præstatur.*
6 *Legatum quando expresse reuocatum intelligatur.*
7 *Relicta in testamento solenni,per secundũ inutile non reuocantur.*
8 *Conditiones quæ testamento insunt,non faciunt legata conditionalia.*
20 *Tutela ex testamento imperfecto confirmatur.*

Quæstio 7.

QVI fideicõmissum reliquerat,pœnitentia probata,successores præstare non compelluntur.l. fideicommiss.C.de fideicommiss. Pœnituisse autem quomodo probabimus?

1 †Si iure testamento facto,aliud postea non iure fecero:quod in priore testamento relictum est, ratum non erit:vt si heredi ex parte instituto,prælatum factũ fuerit,postea cũ testatore grauissimas inimicitias susceperit. Si testator cum aliud testamentũ facere instituisset,morte præuentus nõ perficiat,licet hereditariæ actiones eidem non denegentur,tamen legatũ amittit. l.ex parte.ff.de adi.leg.

2 †Cum etiam ex testamento perfecto, tametsi nullum postea fecerit,legatum tacite reuocatum propter capitales inimicitias censeatur, argument. l. j. circa principium.C.de rei vxor.actio. vt si cum vxore testatoris legatarius rem habuerit.Si vxor legataria, adultera fuerit depræhensa.l.Claudius.ff de his qui.vt indi.Si palã testatori maledixerit,vel status eius controuersiam mouerit,l.si inimicitiæ.eodem. Si filia turpiter & luxuriose viuat.l.si filiam tuam.& ibi Iaso. C. de inofficios. testamento. Si per legatarij, vel fideicommissarij negligentiam & latam culpam testator moriatur.l.indignum.ff.de his quibus vt indignis.Si defuncti necem legatarius non persequatur.l.penultima.§.ad Syllania.Sin autem leuis offensa est,manet fideicommissum.l.3.in fine.ff.de adimendis legat. Quòd si beneuolentia recõciliata fuerit,legatum vel fideicommissum relictum reintegratur.l.4.eod.Ambulatoria enim est defuncti voluntas,vsque ad supremum exitum.

3 †Tertiò,si transferre voluero legatum vel fideicommissum in nouissimum,priori non debetur,sed solus posterior legatum consequetur.l.si pluribus.versi cu.solum.de lega.j.In fideicommissis enim posteriores voluntates firmiores sunt.l.clari.C.fideicõ.Hinc est,quod si quis legauit fundum pro dote,postea dedit centum in dotem,vel econtrà,amplius legatũ nõ debetur,quia in aliam rem translatum est.l.huiusmodi.§.cum pater.de legat.j.Et posteriorem testatoris voluntatem sequimur

4 †Quartò,si ademptione à priore legatario facta, alteri testator legauerit.& nouissimus legatarius talis sit,qui legatum consequi non possit,non propterea priori debetur.l.plane.de legat.j.l.legatum sub conditione.in fi.de adi.lega.

5 †Quinto,si filiusfa.vel seruus fideicommissum reliquerit,non valet.l.j.§.j.de lega.j.Cum enim quis adminiculo ex persona authoris vtitur,vti debeat cũ sua causa suisque vitiis,l.Pompo.§.j.de acquir.poss. & fideicommissarius aliunde tueri non possit,quam iure authoris sui,quod nullum est,merito legatũ vel fideicommissum valere non poterit.

6 †Postremò,legatum vel fideicommissum per septem vel quinque testes,vel per idem testamentum, vel in codicillis,probari potest reuocatum fuisse.gloss.l.fideicõmissum.C.de fideicom.Quia eodem modo conferri potest.l.datum.C.de lega.Et ideo qui ab herede legatum,vel fideicommissum in testamento relictum

reuocare desiderat, omnia ex integro facere debet. l. heredes. §. j. de testa.

7 CONTRA. †Si in testamento solenni, tibi fideicõmissum relinquam, deinde aliud non iure postea faciã, in quo similiter tibi, vel alteri fideicõmissum relinquo cum ita demum à priore recedere velim, si posterius valeat, & ex posteriore nulla actio competat: merito fideicommissum in priore testamento relictũ, per secundum inutile testamentum deberi non desinet. l. si iure testamento. de leg. 3. l. cum qui. de his quibus vt indign.

8 †Præterea, conditiones quæ tacite testamẽto insunt, non faciunt legata conditionalia. l. cõditiones extrinsecus. ff. de cond. & demon. Ergo tametsi legato insit, vt si legatarius capitales inimicitias cum testatore susceperit, legatum amittat: legatum non erit conditionale, sed mortuo testatore consequetur. l. à Titio. ff. de furt.

9 †Tertio, licet in eum legatum transferam, cum quo nobis testamẽti factio non est, siue in seruum proprium, cui sine libertate legauero, legatum non debetur, sed ei cui fuit adẽptum. l. etsi transferam. ff. de adimẽ. leg.

10 †Quarto, licet testamentũ non valeat, tutelæ tamen datio confirmabitur. l. qui à patre. ff. de consi. tut. l. fi. ff. de reb. cor. Nisi manifeste de contraria testatoris volũtate appareat, l. in cõfirmãdo. ff. de confir. tut. Bar. cõsi. 146. vt per appositam conditionẽ. §. sed si. insti. de Atti. tut. Eadẽ ratione ex testamento inutili legata præstanda erunt.

11 CONCLVSIO. †Legatum in solenni voluntate relictum, per voluntatẽ minus solennẽ reuocatũ videri nõ debet. d. l. si iure. nu. 8. nisi propter grauissimas inimicitias.

SOLVTIO Dictum est sup. nu. j. ex testamẽto imperfecto, ex quo heres institutus hereditatẽ adire nõ potest, legata non præstanda Hoc ideo: Cum enim posteriore testamento imperfecto, prius iure perfectum non rumpatur, tametsi grauissimæ inimicitiæ inter testatorem & heredem intercesserint: tamen legata eidẽ relicta non debentur, d. l. ex parte. Secus, si legata alteri quã ingrato relicta sint. sup. nu. 7. vt si testator quẽ heredem testamẽto instituerat, eundẽ per epistolam, vel codicillos reuocare voluerit: licet hereditas coheredibus, vel propinquis testatoris non debeatur, sed fisco. l. hereditas. de his qui. vt indig. tamen legata, vel libertates. in epistola vel codicillis relictæ debebuntur. d. l. hereditas. partim q̃ non suspicantur ingrati, partim etiam q̃ per epistolam vel codicillos legari possit, reuocari autem heres non possit.

12 †Præterea dictũ est supr. nu. 2. q̃ ex testamẽto perfecto, propter capitales inimicitias, legata reuocata cẽsentur. Deinde contra, nu. 8. Verùm est, q̃ conditiones quæ tacite testamento insunt, non faciunt legata conditionalia. d. n. 8. Sed conditio principaliter in odium legatarij apposita est, vt si ingratus fuerit, legatum amittat.

13 INTERPRETATIO. †Paul. ait, l. cũ tale. §. falsam cãm. de condi. & demonst. Plerunq; doli exceptio locum habet, si probetur alias legaturũ nõ fuisse. Probabitur, si de inimicitiis constet, l. ex parte. de adi. le. l. si inimicitiæ. de his qui. vt indig. l. 3. §. final. de adimen. legat.

PORTIO DEFICIENS, AN alteri cum onere accrescat.

SVMMARIVM.

1 *Portio deficiens, alteri cum onere non accrescit. 3.*
2 *Legatum inutile, absque onere accrescit. 4. 7.*
3 *Onus nominatim personæ iniunctum, per se nam non transgreditur.*
6 *Onus instituto heredi iniunctum, in extraneo repetitum censetur: secus, si plures instituti fuerint.*

Quæstio 8.

1 SI †mihi portio eius accrescat, à quo nominatim legatum relictum fuerat: non censeibtur in portione pro non scripta, repetitum onus. l. Celsus. in fi. de le. 2. Deinde qui in primo gradu successurus erat, rogatus fuit hereditatis partem restituere. Si illo repudiante, ad sequentem gradum deuoluta fuerit successio, fideicommissum non debebit. l. j. §. illud. de lega. 3.

2 †Postremo, legatum inutile, absque onere accrescit. l. j. §. in primo. C. de cadu. tol. Cum enim persona incapax est ad legatum consequendum, nullum quoq; onus erit. l. quidam referunt. ibi, in proposito. ff. de iure codic.

CONTRA. †Si pars hereditatis deficiat, puta heres delinquens incapax fuit, l. fi. C. de his quę p̃ nõ scrip. vel quia caduca portio est, l. j. §. pro secundo. C. de cadu. tol. siue repudiata sit, & coniunctus eam petat, §. his ita. §. sin vero quidam. d. l. j. cum onere accrescit. l. ciuitatibus. §. j. de le. j. auth. hoc amplius. C. de fideic. l. si quis leg. in fi. de cond. & demon. Et ideo onus vni adiectum, in alterius personam repetitum censetur. l. Seiæ. §. Caio. de fide instr. l. quæ condit. 2. resp. de condi. & demon. l. si plures. de leg. 3 Deinde, si heres hereditatem restituere rogatus sit, eamque repudiauerit: hoc fideicommissum ab intestato relictum, à coherede debetur. l. cũ pater. §. cum pater. de leg. 2. Is enim accrescentem portionem cum onere consecutus est. l. si Titio. §. Iul. de le. 2. l. j. §. pro secund. §. vbi autẽ. C. de cadu. tol.

4 †Postremo, si seruus mortuo legatus sit, vt manumittatur, licet ad eum nihil peruenerit, qui rogatus fuerat manumittere, fideicommissaria tamen libertas salua sibi erit. l. si vero. §. si pater non scripto. de fideicom. lib. Et ita cum onere ea quæ pro non scriptis habentur, apud heredem remanent. l. finali. ff. de his quæ pro non scrip.

5 CONCLVSIO. †Portio deficiens, vt alteri cum onere accrescat, æquum est. Non obst. quod diximus, onus repetitum non censeri, si eius portio mihi accrescat, à quo nominatim legatum fuerat relictum. Hoc ideo, quod aut videatur nominatim ipsi personę, illud onus testatoris volũtate adhæsisse. l. j. §. id quod ex substitutione. ff. de leg. fal. argu. l. si qui cum. ff. de iur. codi. l. j. §. sed vt manifestetur. & §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. Aut posteaquam portio pro non scripta habetur, onus iniunctum fuit. l. quidam referunt. ff. de iur. cod. Nullius enim momenti erit, nisi oneris ipsius fauor aliud suadeat, vt alimentorum. argu. l. 4. in fin. de ali. legat. vt libertatis. d. §. si pro nõ. Vel quia nominatim vtrisque onus iniunctum est, l. si à duobus. §. j. de lega. j. tunc pars deficiens, alteri cum onere accrescit.

6 †Deinde, si is qui primum gradum sibi vendicat hereditatem repudiauerit, & ad eum qui secundum tenet, perueniat: onus primo iniunctum, an altero repetitum non censetur, vt supra nume. prim. 1. amplia. Hæc sententia vera est, vbi vnicus tantum heres institutus proponitur. Cæterum si duo essent heredes instituti, & alter qui fideicommisso grauatus erat, repudiet, coheres partem alterius adibit cum suo onere, d. §. Iulius. adeo vt ipsorum successores teneantur: l. j. C. si certum peta. quia hereditas personam defuncti repræsentat, l. mortuo. ff. de fideiuss. modo ambo non sint in pari gradu, aut alter substitutus non sit. Nam vterque ex tacita mẽte defuncti, sine aliquo grauamine succederet. d. §. in primo. d. §. illud. In his igitur casibus, hereditatis partes adeo cõiunctæ videbuntur,

tur, vt pro vna fideiussio præstita, ad aliam trahatur. l. penult. vt leg. caus. cauea. Et vtraque pars simili actione cõsequetur. Et sententia contra vnã lata, alteri præiudicat. l. & an eandem. §. qui cum partem. de excep. rei iudica.

7 †Postremo, quod dictum est, sup. nu. 1. legatum inutile, absque onere accrescere, alteram posteriorem opinionem, sup. nu. 4. quæ pugnat, fauore libertatis defendemus.

FILIO EXHEREDATO, AN substitutus legata exoluere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Substituere quibus permissum. & nu. 6.*

2 *Substitutus legata à se & ab impubere instituto, tametsi altero præterito relicta, exoluere tenetur.*

3 *Filio exheredato, nihilominus legata in testamento relicta præstantur.*

4 *Heres, vel substitutus qui omissa causa testamenti, ab intestato hereditatẽ possidet, legata præstare tenetur.*

5 *Succedens ab intestato, quando legata præstare teneatur. & nu. 7. 8. 9.*

6 *Substitutio quando rumpatur, & quãdo substitutus filio exheredato legata præstare non cogitur.*

7 *Heres, vel substitutus, qui aliũde quam ex testatoris voluntate hereditatem consequitur, legata præstare non tenetur. & nu. 4.*

8 *Substitutus quando relicta ab instituto præstare teneatur, & quando non.*

Quæstio 9.

1 SVBSTITVERE liberis tam institutis, quam exheredatis nos posse, dubium non est. l. j. in fi. ff. de vulg. Hinc est, ꝙ si testator exheredatum instituto filio substituat, ac postea exheredato Mæuium, & ab eo leget: si exheredatus heres fratri extiterit, ac postea decedat, Mæuius substitutus legata ab ipso relicta præstare tenebitur. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad legem Falc. l. ex duobus. in fi. de vulg. Ferre. l. j. §. id quod de vulg. Itaque substitutio adeo valitura est, vt tametsi omissa causa testamenti, ab intestato possideatur hereditas, nihilominus substitutio valebit. l. 2. §. plane. l. etsi. ff. de vulga. Quo casu ea quæ ab instituto fuerunt relicta, ita demum à substituto præstabuntur, si in fraudem legatorum, ad substitutum transmissa fuerit hereditas. l. j. C. si omiss. caus. testamen.

2 †Sed & si quis legata à substituto impuberis instituti, & ab ipsomet instituto, non tantum liberis & parentibus, verum etiam extraneis reliquerit: & propter præteritionem filij emãcipati, vterque bo. poss. acceperit: mortuo impubere, quia legata, quæ ab intestato fuerãt relicta, ex voluntate testatoris à substituto repetita censentur. l. licet. ff. de le. j. Ferret. l. j. §. id ꝙ num. 3. ad l. Falc. substitutus legata ab impubere, liberis tantum impuberibus relicta præstabit: exceptis tamen his, quibus bonorum possessionem prætor dedit. l. filiũ. §. omnibus. de leg. præstan. Ab ipso vero substituto impuberis, omnibus eum præstare oportebit, habita ratione legis Falc. scilicet vt partis dimidiæ, quæ ad eum substitum, ex bonis patris, voluntate patris peruenit: quartam, hoc est, dimidiam totius assis sextunciã retineat. l. filium. de lega. præstan. Sed si impubes vncia duntaxat institutus heres fuerit, magis est vsque semissem legata præstaturum. l. final. §. fina. de legat. 3. habita ratione legis Falcid. licet enim ex vncia fuerit heres institutus impubes, tamẽ quod accessit, augebit legata à substituto relicta. l. filium. ff. de le. præstandis.

3 †Idem dicendum, si filium testator exheredauit, vt nihilominus legata debeantur. l. ex duobus. in fine. ff. de vulga. d. §. qui filios. Sed non tantum à se, verum etiam ab herede relicta, substitutus persoluere tenebitur. l. si Titio & Mæuio. §. j. de legat. 2. l. ab exheredati. versic. scriptus. de legat. 1. Si enim heres legata à se relicta nõ soluerit, à substituto præstanda erunt. l. cum pater. §. cum pater. de legat. 2. Relicta enim ab instituto, à substituto repetita censentur. l. ab instituto. eodem. l. etsi. de vulga. maxime si in fraudem legatorum, ad substitutum transmissa fuerit hereditas. Nam non solum vtilis actio aduersus substitutum, verum etiam cũ quo fraudis consilium participatum est, legatario competit. l. j. C. si omiss. caus. testa. Idem dicendum, si pecunia accepta, omisit aditionem. Non enim minus legata & fideicommissa præstare compellitur, d. l. prim. & C. de fin. liber. l. prima in fine. l. licet. ff. si quis omissa causa testa.

4 †Qui igitur in testamento institutus, ab intestato succedit, libertatibus in testamento datis non obest. l. 2. eo. Et in solidum legatariis tenetur. l. de libertatibus. §. j. ff. si quis omissa causa testamen. De substituto idem dicendum est, vt si omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem, legata quæ à se relicta sunt, præstare teneatur, & singulis legatariis petitio competat. l. j. l. quia. l. si non solus. §. si duo. & vers. item si solus. l. pecuniam. l. si ab institut. l. si dolo. ff. si quis omiss. causa testament. l. prima. §. plane. Cod. de fideicommis. libertat.

5 †Idem dicendum, si veniens ab intestato, institutus non fuisset: vt puta, instituta herede filia, & eidem nepote substituto, testator ita cauit: Si neuter heres erit, tunc fundum Tusculanum Titio lego: Si vterque prius, quam testator, moriatur: legitimi venientes ab intestato, fideicommissum præstare tenebuntur. l. Lucius Titius. §. filiam. de legatis 2. maxime quando pro legitimo iure, suam vltimam voluntatem testator haberi voluit. Tunc licet ab intestato adeatur hereditas, tamen relicta in testamento præstabuntur. l. codicillis. §. fina. de legatis secundo. Aut si quis hoc modo codicillis cauerit: Quisquis mihi heres erit, bonorumve possessor, eius fidei committo: fideicommissa præstari debent. Quia perinde haberi debet, ac si omnes heredes eius essent, ad quos legitima eius hereditas, vel bonorum possessio peruentura esset. Quòd si posteà suus sibi nascatur, fideicõmissum præstabit, intelligitur enim quoque is heres scriptus. l. tertia. ff. de iure codicillorum.

6 CONTRA. †Substitutio, non solum deficiente, verum etiam firma manente heredis institutione, rumpitur. l. prima. ff. de vulgar. vt si quis filio, vel nepoti in potestate existenti substituerit: Si quis ex his, mortis tempore non fuerit in familia, substitutio pupillaris rumpitur. l. coheredi. §. cum filium. in princip. ff. de vulga. Præterea si quis filio muto puberi Titium substituens, vxorem postea idem mutus ducat ei nascatur filius: dicendum est, agnatiõe sui heredis, substitutionem deficere: l. cum auus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. l. ex facto. de vulgar. Tertio, si filio impuberi exheredato substituerim, & à substituto legatum relinquam, præstare non compellitur. l. ab exheredati. de legat. j. Ferre. l. §. id quod numero 3. de vulgar. Vel si testator legatum eidem impuberi exheredato fecerit, & substituerit ei extraneum: substitutus nullo legato, vel fideicommisso prægrauabitur. l. cum quidam. C. de leg. cum substitutio non valeat. l. prima. §. finali. l. coheredi. §. cum filię. de vulga. Si quidem directe impuberi exheredato substituerit. Bartolus consilio 3. Idem in testamento militis obseruandum est. Nam si filium exheredauerit, vel sciẽs filium suum esse, silẽtio præterierit, legatum à substituto nõ

præstabitur.l. miles ita. § si miles.ff.de militari. testament.

7 †Idem dicendum,si pater exheredato filio heredem extraneum substituerit. Deinde si ille extraneus hunc filium heredem instituat, & heres factus,intra pubertatem decedat, à substituto ei filio legata præstanda non erunt l.final.de legat.3 l. coheredi.§. cum filiæ.de vulg Quia non directe,sed per successionem, ad filium hereditas patris peruenit.dict.l.fi.&l.j.§ primo gradu succedere potuit,fideicommissum reliquerit:si illo repudiante,ad sequentem gradum deuoluta sit successio,fideicommissum non debebit.l j.§.illud. de leg.j.

8 CONCLVSIO. † Licet videantur ex voluntate testatoris.à substituto repetita, quæ ab instituto relicta fuerant: tamen hoc ita accipiendum erit, si non fuerit euidens contraria voluntas,quæ ex multis colligitur,num quis ab herede legatum, vel fideicómissum,à substituto præstari noluerit.l.si Titio §.Iul.l.cũ patronus.l. cum pater. § ab instit.de leg.j. Quid enim si aliam rem reliquerit à substituto fideicómissario,vel legatario,quam ab instituto nó reliquerat?Latinus.de leg. 2.Vel quid si certa causa fuerit cur ab instituto reliquerat.quæ à substituto non cessaret? l.nó iustam.C. ad Trebell.l quidam.leg.j.Vel quid si instituit ex parte fideicómissarium.cui ab instituto reliquerat fideicómissum?In obscura igitur voluntate locũ habere cóclusionem nostram dicendum est.l.seruo alieno.§.pe. l.licet l.si quis à filio.in princ.de le.j.l.Caia. de alimé. legatis.

9 SOLVTIO.†Quod dictũ est supra numero quinto,à venientibus ab intestato,legata & fideicommissa præstanda esse:hoc verum est,quando eam fuisse testatoris voluntatem manifeste apparet,vt si instituto Titio herede,adiectum fuerit,si Titius heres non fuerit, Caio Tusculanum prædium lego.Non ambigitur, à substituto,vel ab intestato succedéti, Titio herede nó existente,legatum præstandum. Perinde enim est,ac si dixisset,quisquis mihi heres erit. Alioqui si testatoris dispositio defendi non possit,legata non præstabũtur. sup.nu.6.& sequen.

LEGATA HEREDITATIS fisco acquisitæ, vtrum debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas ab indigno ablata,ad fiscum pertinet.*
2 *Fiscus succedens,legata ab intestato relicta, præstare tenetur.*
Hereditas quibus ex causis fisco adiudicanda.
4 *Fiscus heredi succedens, etiam creditoribus tenetur. & nu.7.9.*
5 *Fiscus libertatem aliunde relictam, publicatis bonis præstabit.*
6 *Fiscus heredi succedens,etiam fideicommissum consequitur.& nu.8.*
7 *Maritus quando à creditoribus non conueniatur. & nu.9.*
8 *Fideicommissarius quando succedendi ius habeat.*
11 *Legatum vsusfructus bonorum & rerum differunt.*

Quæstio 10.

1 HEREDITAS† ab indignis heredib⁹ ablata, fisco védicari potest,l.hereditas C. de his quib⁹ vt indig.vt si defuncti mortem heredes nó vendicauerunt.l.prima.ff.de iure fisc.Sed hoc ita demum, si rei criminis conuicti fuerint.l.prima.Cod.vbi causæ fisc. Tunc non solum hæreditatem, verum etiam fructus integros restituere coguntur. l j.C. de his quib. vt indig.Qui manifeste comprobatus est id egisse, vt per negligentiam & culpam suam testator mortuus sit,indignus esse dicitur.l.penultima.ff.ad Syllanian.l. indignum.de his quib.vt indig. Et propterea hereditatem vel legatum & fideicommissum perdit, ac fisco acquiritur. Idem dicendum, si quod alicui ex testamento,vel ab intestato debetur, profitetur se capere non posse.fiscus enim id sibi acquirit.l.prima,in princip.ff.de iure fisc.Tamen omnia quæ in testamento vtiliter data sunt,valent.l.tertia.§.cum ex causa.de iur. fisc.

2 † Et ideo legata & libertates in testamento relictæ debebuntur.l.penultima.circa finem. ff. de his quæ in testament.delen. Nam (vt Celsus ait,l.quidam.§.j. de lega.j.)quoties lege Iulia,bona vacantia ad fiscum pertinent:& legata & fideicommissa præstantur, quæ præstare cogeretur heres à quo relicta erant. l. etiam. C.ad legem Falcid. Si igitur hereditatis iudex contra hereditatem pronunciauerit, non agentem causam, vel lusorie agentem, nihil hoc nocebit legatariis. l.si seruus plurium.de legat. j. Et ita fiscus qui ius habet adeundæ hereditatis,legata & fideicommissa in eodẽ testamento relicta nó consequetur.Sed quibus relicta sunt,debebuntur Quod si ea fuerit consequutus,& in eũ legatorũ actio dabitur,& libertates ratæ erunt.l.cũ fiscus.ff.ad Syllanian.

3 † Vt si quis ante quæstionem de familia habitam, adierit hereditatem, vel necem testatoris non defenderit,l.hereditatem.ff.de his quibus.vt indig.l.prima, C.eodem.tunc licet hereditas fisco adiudicetur,legata tamen firma manent.l. si seruus plurium. §. penult. de legat.primo.Aut si testator voluntatem suam vnum ex heredibus non mereri declarauerit, si eius portio ad alium non iure translata fuerit,à fisco vendicabitur. l.hereditas.C.de his quib.vt indig.l. cum quidam.ff.eodem.Qui partum suppositum,aut alias falsum testamentum dicit,& hoc non probat,ab eo tanquam indigno hereditas aufertur.l.cum tabulis.ff. de his quibus vt indig.l.aufertur.& l.eius qui. §.eum qui.ff.de iur.fisc. Et fisco etiam actiones hereditati confusæ acquiruntur.dicto §.eum qui.vsque ad finẽ. Quod si tantum codicillos falsos proponat, & non obtineat,ius tantum quod in codicillis habet, omittit.l.hæred.ff.de his quibus vt indig.Substitutionem tamen quam non oppugnauit,non perdit.l.ex facto. §.Iul.de vulgar.Cætera ab hærede tanquam indigno auferuntur,l. Marcellus.§.fina.ad Trebellia.si hereditatem liberi viuentis,in qua nondum vllũ ius quis habebat,vendiderit.l.nam.l.quidam.§.primo.& l.sequen.ff.de donat.l.secunda in fine.ff.de his quib.vt indig.l.nec.C.de postlim.reuer.l. Papiniæ.§.meminiss.ff.de inoffi.testa.Qui testamentum inofficiosum improbe dixerit,d.l.Papinian.§.meminisse.de inofficioso testamen.ab huiusmodi indignis heredibus hereditas auferenda est,l.cum quidam.ff.de his quibus.vt indi.l.hereditas.C.eodem.& fisco acquiritur, dicta l.hereditas.Idem dicendum,si quis testes impedierit,ne venirent,& propterea deficiat facultas testamenti faciendi,ea hereditas caduca cum suis oneribus fiet:vt puta, tutoris tertia pars bonorum à fisco vendicata est.Tutelæ actio aduersus fiscum,pro portione dirigetur.l.secunda.C.ad legem iul.de vi publ. Sed & commodum legis Falcid.fiscus sentiet,dodrãtis autem fideicommissarius.l.penultim.ff.Si quis aliquem testa.prohib.Falcidia enim pro modo legatorum & fideicommissorum locum habet.l.Falcidiæ C. ad legem Falcid. Et ideo commodum quartæ,quod erat habiturus heres institutus,ad fiscum pertinet,& ex Trebel.actiones transeunt. Quod si heres ex asse fuisset

fuisset institutus, ex Syllaniano fiscus hereditaté vendicabit. Libertates tamen & legata manebunt. l. quod dicitur. ff. de iur. fisc. Sed non amplius quam pro parte heredi relicta, fiscus legatorum nomine tenebitur. l. in ratione. j. §. Imperator. ff. ad legem Falcid.

4 †Et non tantum legatorum actio in fiscum dabitur, verum etiam creditoribus pro publicata parte tenebitur. l. si marito public. ff. sol. matr.

5 †In libertate idem seruabimus. Si enim testator seruum Titio legauerit, & adiecerit, nolle alicui alij seruire: publicatis bonis Titij, publice manumitti debebit. l. Imperator ff. de fideicom. lib.

6 CONTRA. †Si heres scriptus, post mortem suá, hereditatem restituere rogatus sit: ipso delinquente, omnia eiusdem heredis bona. ad fiscum, non ad fideicommissarium, pertinent. l. Statius Florus. §. fi. ff. de iure fisc.

7 †Præterea, maritus cui omnia bona sua vxor in doté dederat, à creditoribus conueniri nó pót. l. mulier bona ff. de iur. dot. Neq; fiscus, adita hereditate, à creditoribus conueniri poterit.

8 CONCLVSIO. †cum sol. Cum ea fuerit testatoris més, vt post mortem heredis, bona sua ad alium perueniant: herede interim delinquente, fiscus eiusdé hereditatem occupabit: quia fideicommissario nondú cedit dies hereditatis adeundæ. Mortuo autem herede, tunc fideicommissarius, fisco excluso, succedere poterit.

9 †Præterea quod dictum est, Marium à creditoribus conueniri non posse: hoc ideo, quia non plus est in promissione bonorum, quam quod superest, deducto ære alieno. d. l. mulier. Sed nec fisc⁹, nec alius successor ius habet, nisi ære alieno deducto. Mulier igitur quæ vniuersa bona in dotem marito donat, cum in fraudem creditorú alienasse céseatur, l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. donatariús tametsi ignorans tenebitur. d. §. Lucius. Et qui ab alio hereditaté emit, perinde omnibus hereditariis oneribus tenetur, ac pro prius heres l. venditor §. fi. ff. de her. vend.

10 INTERPRETATIO. †Callistratus ait, l. 3. §. cum ex causa. ff. de iure fisc. cum ex causa taciti fideicommissi, bona ad fiscum pertinent, quæ in testamento vtiliter data sunt, valent. Valent, in eorum fauoré, in quibus nominatim in testamento relicta sunt. supra nu 3 & 2. Modestin. ait, Hereditate fisco quæsita, quam tacite quis rogatus erat ei qui capere non poterat, restituere: directæ & fideicommissariæ libertates debebuntur. Debebuntur, intellige, legatario, non fisco.

11 ANIMADVERSIO †Accurs. ait, gl. fi. l. hereditas. C. de his quib. vt indig. Legata & libertates in testamento relictas, simul cú hereditate à fisco peti posse, decipitur. licet enim fiscus hereditatem vacátem occupare possit, non tamen legata & fideicommissa in eodem testaméto vsurpare poterit. Defendi tamé Accur. eo casu potest, dum testator deliquit. Ad quem tamen ipse non cogitarat.

SINGVLARIA. Postquam certum est, quod hereditate à fisco quæsita, nihilominus legata debeantur:
12 †multum interesse singulariter annotabimus, verú bonorum quis, an rerum vsumfructum legauerit. Ná si bonorum vsusfructus legetur, etiam æs alienum ex bonis deducetur. & quod in actionibus erit, computabitur. At si certarum rerum vsusfructus legatus erit, non idem. l. fi. ff. de vsufr. leg.

HERES OB NON CONFEctum inuentarium, vtrum Falcidiam & Trebel. amittat.

SVMMARIVM.

1 *Testator quibus personis relinquere cogatur.*
2 *Testator quibus Falcidiam prohibere possit.*
3 *Appellatione Falcidia, venit Trebel.*
4 *Heres qui non conficit inuētarium, & Falcidiam & Trebell. amittit.*

Quæstio 11.

1 TESTATORI † necessitas lege imposita est distribuere quandá partem, personis quibusdam tanquam hæc pars secundum ipsam naturá debeatur. vt filiis. l. fi. ff. de bo. damnato. l. scripto. in fi. vn de lib. Nepotibus, patribus, atque matribus. l. nam etsi. ff. de inoffi. testa. Et aliis similibus personis. Et est hæc pars iure nouissimo, quarta eius quod ab intestato debetur. l. cum quæritur. C. de inoffi. testa. Quibus testator Falcidiam prohibere non potest.

2 †Aliis autem extraneis, quibus nulla consistit necessitas. partem dare quamlibet propriæ substátiæ potest, simul & prohibere, ne Falc. retineant. §. si vero expressim. auth. de here. & Falc. coll. 1. auth. sed cú testator. C. ad leg. Falc. l. fi. eo. Barb. c. Raynald. col. 3. extr. de testa. Tametsi iure veteri secus esset. l. si vt allegas. C. ad le. Falc. Idem multo magis Falc. & cętera & in testamento relicta amittent, si inuentariú nó fecerint. §. si quis autem non implens. §. si vero nulla. §. fiat igitur. §. si vero non fecerit. d. auth. de here. & Falc. Monta. de here. qualita. & l. fi. § si quis autem. C. de iur. deli. Quod si inuentarium fecerint, legis Falc. beneficio aduersus legatarios perfruentur. Eadem in Treb. statuenda erunt.

3 †Appellationem enim Falcid. cum Trebel. comprehendatur, gloss. 3. l. vnde. C. de inoffic. testa. & lex priuat Falc. ob non confectum inuentariú, ergo & Treb. Bartol. consil. 224. Quam sententiam, hoc vnum præfatus, ita comprobo: Prouisio facta in vno casu, vendicat sibi locum in alio, quando eadem ratio inest. l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posth.

4 †Sed grauatus de restituendo, rationem reddere tenetur. l. cum tale. ff. de condit. & demon. Et confectio inuentarij, caput est rationis reddendæ. Ergo nec conficiendo inuentarium, perdit Trebell. Præterea Falcidiam testator prohibere potest. d. §. si vero. Quod cum nusquam correctum appareat, mouendum non est. l. præcipimus. C. de appel. l. sancimus. C. de testam. Ergo & Treb. ad similitudinem Falcidiæ, testator prohibere poterit. Tertio, vbi est eadé ratio, idem ius statuendum est l. à Titio. cum sim. de verbor. oblig. Sed eadem ratio est in Trebel. quæ in Falcid. ergo &c. Quarto, non solum eadem ratio est in Trebellia. quæ in Falc. verum etiam multo maior: quia cum fortius sit ius Falcidiæ ipsa Trebel. l. 4. ad legem Falc. facilius poterit testator Trebell. quam Falcidiam prohibere. Postremo, Falc. cessat in relictis ad pias causas. auth. si mulier. C. ad leg. Falc. Cessabit quoque Treb. Bald. §. sed quis. num. 3. Institu. de fideicom.

LEGATVM IN CODICILLIS relictum, an agnatione sui heredis pro parte, an in solidum debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli testamento quatenus insunt.*
2 *Codicilli quando sine testamento valeant.*
3 *Legatum à filio relictum, ab ipso tantum in solidú præstandum. & num. 5.*
4 *Codicilli. posthumi agnatione rumpuntur.*
5 *Legato in codicillis relicto, quando pars, & quando nihil debeatur,*
6 *Posthumi agnatione, quando codicilli rumpantur.*

7 *Legatum in codicillis relictum, quãdo in totum, vel pro parte præstandum.*

Quæstio 12.

1 TESTAMENTVM † q omnib⁹ suis numeris constat, codicillis non infirmari manifestũ est. Quin potius si cũ testamento iungantur, & testamentum fuerit ruptum, nec codicilli valebunt. l. j. C. de codic. Et ideo dum hereditas testamẽto data est, codicilli adimi nõ poterit. l. hereditas. C. de his quib. vt indig. Sed tandiu codicilli valebunt, dum testamẽtum valebit.

2 † Si tamen cum quis testamẽtum nullum haberet, aut non perfecit, quod idem est. l. ex ea. ff. de test. codicillo fecerit, valent. l. si quis. ff. de iur. codic. Et legata in eisdem relicta, præstabuntur, tametsi postea suos non susceperit.

3 † Vt si testator vxorem grauidam esse ignorans, codicillis ad filium scriptis, libertates dederit: nata post patris mortem filia, cum de ea nihil patrem sensisse constaret, à filio in solidum libertates præstabuntur. l. qui graui. ff de iur. cod. §. cum æstimaret. l. cum filius. l. cum pater de leg. secund. Vt sciamus, legatum in codicillis relictum, non obstante agnatione sui heredis, etiam ab eodem integrum præstandum. l. illud. ff. de iur. cod. Quod tamen ab vtroque præstitum censebitur. l. alieno. §. j. ff. de fideic. lib. Dum vterque perinde idipsum præstare teneatur, ac si nominatim à testatore fuisset expressum. d. §. j. l. eum qui ita stipulatus. §. j. de ver. obl. Idem dicendum, si quis fideicommissa hoc modo dederit Quisquis mihi heres erit, bonorúmve possessor, eius fidei committo Etiam heres qui postea nascetur, fideicommissum præstabit. l. si quis. ff. de iur. codicil.

4 CONTRA. † posthumi agnatione, codicillos non valere certũ est. l. j C. de cod. Quod si codicilli nõ valeant, quæ insunt, non debentur.

5 † Præterea præsupposito ita esse, q codicilli agnatione posthumi non rumpantur, (sicuti defendi põt, quãdo à testamento sunt separati, vel sine testamẽto conditi. l. alieno. ff. de fideic. libe.) tamen filius qui tantum pro parte succedit, non totum, sed partem legati præstabit. l. is qui. ff. de iur. codicil. Alteram debebit is, qui hereditatis partem consequitur l. j. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Sed nec ad partem tenebitur, si pro parte præstari non possit d. l. is qui in fin. Posthumus autem omnino non tenetur, arg. l. quidam. versic. nullus. ff. de iure codicil. etiamsi portio heredis sibi accresceret. l. Celsus. in fine. de legat. 2. partim quod relictum ab ea persona, quæ non est in rerum natura non valet. d. versicul. nullus. cum gloss. non est. & l. illud. eod. partim etiam quod agnatione posthumi, testamentũ non valet, nec relicta præstabuntur. l. si pater. de fideicom. liber.

6 CONCLVSIO. cum sol. † Posthumi agnatione ita demum codicilli infirmantur, si testamẽto insunt. l. j C. de cod. Proinde si à testamento separati fuerint, vel sine testamẽto editi, agnatione posthumi, codicilli nõ infirmantur. Et hoc ipsum fixo talo statuẽdum est.

7 † Verum maior difficultas suboritur, vtrum pro parte, vel in totum, legatum in codicillis relictum agnatione posthumi debeatur. Si libertas tametsi natura indiuidua, à filio in codicillis, non in testamento fuerit relicta: ab ipso tantum, agnatione posthumi non obstante, præstabitur. l. si pater ff. de fideicom. liber. d. l. qui graui l. duos. ff de libe. causa Alia autẽ indiuidua, quæ pro parte præstari non possunt, nõ deberi. d. l. is qui. in fi. vt si via à filio in codicillis fuerit relicta, vel adempta: agnatione posthumi, legatũ nõ valebit. l. pro parte. in fi ff. de seruitut. Quia quæ p parte præstari non possunt, nihil est præstandum. d. l. is qui. vers. tamen.

HERES, VEL LEGATARIVS, an propria authoritate hereditatem vel legatum capere possit.

SVMMARIVM.

1 *Dominium hereditatis recta via in heredem transit.*
2 *In legatariũ, vel fideicõmissariũ statim ius trãsfertur.*
3 *Possessio corporaliter & propria authoritate apprehenditur. & nu. 4.*
5 *Fideicommissarius si ante restitutam hereditatẽ moriatur, ad quem pertineat hereditas.*
6 *Qui titulũ habet, si violenter occupat, an iure suo priuetur. & nu. 7. 10.*
8 *Legatum, vel fideicõmissum quando propria authoritate capi possit. & nu. seq.*

Quæstio 13.

1 SI † heres institutus sit Titi⁹, hereditate adita, omnia iura in ipsum trãseunt. l. cum heredes. de acq. poss. l. quoties. de hered. insti. l. à Titio. ff. de fur. Et ita absque alia cessione, dominium rei testatoris à seipso relictæ transfertur.

2 † Idem in legatario, vel fideicõmissario, in quos ius statim transfertur. l. §. j. ad Treb. antep. ff. de vsufru. Et ideo rem legatam & fideicommisso relictam, adire & acquirere potest. § si quis autem non implens. & §. in omnibus autem casibus. auth. de here. & fal. col. j.

3 † Cæterum cum possessio & actio non aliter acquiratur, quam si corporaliter apprehensa sit, d. l. cum heredes. is qui ius in re habet, propria authoritate eam capere poterit. l. j. C. vnde lib. l. 3. §. duæ ff. de carbon. edic. Seruus enim tutor datus, directam libertatem consequitur. §. j. institut. qui testam. tut. Et tutor possessionem quam à testatore emit, sibi tradere potest. l. fistulas. § j. de contrahen. emp. l. 2. C. de in lit. dan. tut.

4 CONTRA. † Possessio propria authoritate nõ quæritur. Bar. l. si quis in tantã. col. 2. C. vnde vi. cũ gl. mag. eo. Seruus enim tutor datus, nisi per manus heredis, libertatem non consequitur. l. & si. C. de fidei com. lib. Prætereà si debita sua legauerit testator, directas actiones prius legatarius non habet, quam ab herede fuerint mandatæ. l. ex legato. C. de legat. l. si creditoris. C. de fideicom. ob id pro legatis & fideicõmissis agi in rem posse permissum est. l. j. C. de leg.

5 † Tertio fideicommissarius priusquam ei restitueretur hereditas, vita functus sit: ad heredes qui hereditatem restituere tenebantur, successio pertinet. l. 3. C. de fideicomm. Et tamen si recta via dominium in fideicommissarium fuisset translatum, secus esset. Et ideo ipso iure in fideicommissarium actiones transferuntur, sed restituta hereditate ab herede. l. facta. §. si heres. ad Treb.

6 † Postremo, qui titulũ habet, si violenter occupat, iure suo priuatur. l. eum qui beneficium. C. de legat.

7 CONCLVSIO. † Qui ius in re habet, nisi obtẽta venia, possessionem capere non potest. §. in omnibus aũt casibus. ver. etenim. auth. de here. & falci.

8 SOLVTIO. † Spectandum est, vtrum legatum directe relictum, an fidei alterius commissum sit. Si directe, puta, lego Titio fundum: credibile est, ita sibi relictum esse, vt possessionem capere possit. Sin fidei alterius commissum fuerit, puta, Rogo te heres, des centum Titio. tunc ab herede accipere debet. l. apud. §. verum. ibi, restituatur hereditas. ad Treb. Alciat. Parel. lib. 3. c. j. Sed & eo casu, vbi nullus apparet contradictor, quilibet propria authoritate possessionem capere poterit. l. cum heredes. in prin. de acquir. posses. l. fin. C. qui admi. maxime quod dominium rei legatæ, sine possessione transferatur. l. j. C. com. de leg. tametsi in re vendita, non item. l. seruum. C. de re. vend.

9 ANIMADVERSIO. † Certũ est, q legatarius

rius tametsi rem legatam occupet, idipsum non admittat. d. l. j. C. vnde libe. tametsi melius sibi consulat. si veniam impetrauerit Alexand. d. l. non dubium & Ias. l. ait prætor. § si iudex. num. 5 de re iudic. per d. l. non dubium. contrà sentiunt. Sed d. l. non dubium. hoc non dicit, sed legato ea computari, quæ de hereditate, vel re legata, legatarius subtraxit.

10 INTERPRETATIO †In c. eum qui. de preben. in 6. cum de eo qui inuadit, loquitur Nos eum inuasorem dicemus, qui rem in qua ius nullū habet, occupat. l. authoritatem. C. vnde vi Qui meritò exterminari & eiici potest Panormita. cap. quia clerici. de iur. pat. licet Felin. contrà. c si col. 6. de præsump.

PROHIBITVS ALIENARE, an heredem instituere posit.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare, heredem instituere potest. 5.*
2 *Prohibitus alienare, ab intestato relinquere potest.*
3 *Appell. alienationis venit institutio.*
4 *Prohibitus fundum alienare, per heredis institutionem fundum amittit.*
5 *Alienare prohibitus, heredem instituere non potest.*

Quæstio 14.

1 PROHIBITVS †alienare, heredem instituere poterit, quia dominium rei non amittit: & testamenti factionem super re alienata habet. l. pater. §. fundum. de leg. 3.

2 † Adeo vt si heredem non instituerit, ab intestato tamen proximioribus debetur. l. cùm pater. §. cùm inter. de lega j. l. fi. C. de liber.

3 CONTRA. †Cùm appellatione alienationis, eā vi verborum comprehendamus, quæ in heredem siue scriptum, siue legitimum fit, l. si quis. §. illud. C. de secun. nup. ideo alienare prohibitus, heredem instituere non poterit. l. peto. §. frater § fi. de leg. 2. l. si ita quis promiserit. §. penul. de verb. oblig. l. codicillis §. matre. de lega. 2. l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig.

4 †Quod si testator vsus proponatur verbis, quæ nō simplicem alienationis prohibitionem, sed fideicommissum absolutum inducant: heres siue scriptus, siue legitimus, restituere teuebitur, si in re illa heredem instituat l. Titia Seio. §. Seia liberis. de legat. 2.

5 CONCLVSIO. †Alienare prohibitus, heredē instituere non potest. Quòd si generaliter alienationem prohibuerit, per heredis institutionem, eam amittit. Sin ad vitam tantum, heredem instituere poterit, aut ab intestato proximioribus competet. Et ita prior sententia intelligenda est.

ALIENATIONIS PROHIBITIO an personalis sit.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. alienare prohibitus, omnes prohibiti censentur. & num. 5. 10.*
2 *Heres vti tenetur accessione cum sua causa.*
3 *Prohibitio facta tutori, etiā ad filios & nepotes trahitur.*
5 *Liberorum appellatione, nepotes veniunt.*
6 *Sufficit quòd conditio in persona vnius extiterit.*
7 *Immunitas alicui concessa, heredibus non prodest.*
8 *Prohibitio in rem facta, penes quencunque cum sua causa manet.*
9 *Personalis prohibitio, cum persona extinguitur.*
10 *Filiorum appellatione quatenus nepotes comprehendātur. 6.*
11 *Res extra familiam alienari prohibita, quo ordine ad familiam deuoluenda. ...*

Quæstio 15.

1 PROHIBITIO †filio facta, ne extra familiam alienet, non solum omnes filij prohibiti censentur, l. liberos. ff. de senato. etiam posthu l. si quis. §. primo. de testa. tut. § fina institu. qui testamen. tuto. § cum autem. de tutel. l. qui filiabus. §. j. de lega j. verùm etiam nepotes.

2 †Qui cum iu. is successores sint, cū sua causa vtētur.

3 † Patet in tutore vel curatore, qui simul & filij sui tametsi sui iuris facti, siue virilis, siue fœminei sexus. l. cognoscere. §. j. de verbo. oblig. l. 2. §. prætor ait. qui satis. cogno. Etiamsi naturales tantum. l. ex facto. §. si quis ad Trebellianum. l. Lucius, in fin. de legat. 2. non tamē adoptiui emācipati. l. si quis. § quid ergo. ff. de rit. nupt. Pupillam vxorem ducere prohibentur. l. si quis. §. quāuis. de ritu. nupt. l. tutor factam. de spons. adeo vt si aliter factum sit, infamia notentur, & dos data per condictionem repeti possit. l. si tutor. C. de inter. mat. Nec excusatur rusticitas. l. j. eodem. Nepotes quoque filiifami. l. senatusconsulto. ff. de ritu nup. vel quisquis heres extiterit, etiam extraneus non poterit. l. libertum. eodem. Quia ex iuribus limitatoriis, ex identitate rationis, idem ius statuendum est. l. filium habeo. ff ad Macedo. Ideo autem neuter potest, quòd & rationem reddere debeant. d. l. si quis. in fin.

4 †Et filij appell. etiam nepotes veniunt. l. liberorū. §. sed & Papyrius. de verb. sig. l. sed & si §. liberos autem. de in ius vocan. quòd commodè separari non possint: l. possessio. C. com. vtri. iudi. l. vxorem. §. concubinæ. de leg. 3 Hinc est quod si dos liberorum nomine apud maritum residere debet, nepotum quoque nomine dos retinebitur. l. si dotali. ff sol. mat. Et institutus rogatus hereditatem restituere, si sine liberis decesserit: si nepotem, siue neptem ex filia instituat, conditio deficit. l. j. C. de condi. inser. l. diuus. §. liberorum. l. liberorum. de verbo sig. Et substitutum excludit. l. cùm pater. § volo. de leg. 2. l. generaliter. in fi. C. de insti. Proinde ita dicendum videtur, si facta fuerit prohibitio omnibus his, qui ex eodem genere orti sunt. Omnes enim hi liberorum appel. veniunt. §. at vbi. l. j. C. de conditioni. inser Tamē ad eos qui ex parte mulieris sunt, non pertinet. l. j. ff de iur. immun.

5 CONTRA. † Prohibitio alicui facta, ad ipsum dū taxat porrigitur. Vt si filiusfam. extra familiam alienare fuerit prohibitus, ad nepotes non porrigitur §. nos igitur. authen. de restitut. fid. col 8. l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. fi. C. de euict. maxime cum ex filij moribus constat, patrem suspectum habuisse filium. Barto. l. liberorum. col. 3. de verb. signi. Cum enim huiusmodi qualitas in nepotibus non sit, non debet ad eos fieri extensio l. fi. C. de nat. lib. Idem si nepotibus testator nihil reliquerit. Cum enim prohibitio alienationis fideicommissum inducat, quod grauamen est, nepotes quibus nihil reliquit, non potest testator grauare. l. ab eo. C. de fideicō. Ang. consi. j. Idē si in casum alienationis nepotes vocati sunt. Cum enim fauore nepotum prohibitio filiis facta sit, non est verisimile, eos quoq; prohibitos. arg. d. §. nos igitur. maxime cum dispositio poenalis est. Censetur enim odiosa, strictámque interpretationem recipit. l. quod si nepotes. de testam. tut. l. j. §. quare. de vent. in pos. l. Titius. in prin. de libe. & posth. Odiosa autem ideo censetur, quod liberam disponendi facultatem domino in re sua auferat. l. non vsque. si quis à paren. Soc. consi 13. 43. in 3. Ideoque onus fideicōmissi filio iniunctum, nepoti iniunctum non censetur. l. coheredi. §. cum filiæ. de vulgari.

6 †Præterea, sufficit conditionem in persona vnius extitisse. Patet in substitutione plurium. Licet enim conditio in personam vnius non deficiat, tamen modò in personam alterius defecisse constet, substitutus admittitur. l. heredes mei. §. cum ita. ad Trebellianum.

Guid.consil.216.218.numer.5. Ita in quæstione proposita. Si enim testator cauerit, ne vllo modo prædium suburbanum heres alienaret: & filius heres scriptus heredem relinquat filium suum, qui easdem res diu possedit, & decedens extraneos instituit heredes, iure ad ipsos pertinet. l. pater. § Iul. l. Lucius. de legat. 3. Quia non aliter à testatore expressum fuerat, ad quem vellet res peruenire. l. peto. §. fratre. l. cùm pater. §. libertis. de lega. 2.

7 † Tertiò, personis data immunitas heredibus non relinquitur. l. j. ff. de iur. immu. quanto minus alienationis prohibitio alicui facta, tanquam odiosa, ad heredes transmittenda est? Postremò, prohibitus fundum fratri non alienare. eo excepto, nullam habet dubitationem liberum ei esse, aut familiæ, aut extraneo relinquere.

8 CONCLVSIO. † Si prohibitio in rem facta proponatur, res ipsa penes quencunque sit, cum causa sua remanet. vt si testator dixerit, Prohibeo bona mea alienari extra familiam. Tunc enim neque filius heres institutus, neque nepos alienabunt. l. peto. §. fratre. de legat. 2. Sed & si testator personaliter prohibuerit alienationem, adiecto, quia volebat bona in familia remanere, propter rationem quæ solet dictum ampliare. l. cum pater § dulcissimis. de legat. 2. receptum est, in rem videri factam prohibitionem, & ideo nepotibus quoque alienationem interdictam. Bartol. dicta l. pater. § fratrem. Mens enim testatoris manifesta illis verbis est, quæ sola in fideicommissis totum facit, solétque vulgo sic responderi. Roma. 457. Ioan. de Ana. 47. Cast. 231. Cur. 40. Tametsi Soc. & Dec. contrarium quandoque responderint. Soc. 127 Dec. 218.

9 † Quòd si prohibitio personalis vel ad tempus fuerit, cum persona vel tempore extinguitur. l. pater. §. fundum. de legat. 3 vt si testator suis heredibus alienationem prohibuerit. Omnes hi prohibiti sunt, qui sunt in potestate prohibentis, tempore mortis. §. 2. Institut. de hered. quæ ab intesta. Si filiis facta fuerit prohibitio, nepotes non comprahenduntur. §. penult. Institut. qui testam. tut. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. l. quod si nepotes. ff. de testa. tut. Secus si liberis. dict. §. penult. dict. l. quid. Sed hæc distinctio non perpetuò vera est. Filij enim appellatione, & liberi & nepotes veniunt. l. filij. l. liberorum. §. filij. de verbor. signific. Nec immeritò. natura enim nos docet, parentes pios qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appell. omnes qui ex nobis descendunt, contineri. Neque enim dulciori nomine possumus nepotes nostros, quàm filios appellare. Etenim idcirco filios filiásve concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum eorúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Ergo hoc apparet, appel. suorum heredum, suorum filiorũ, suorum liberorum, nepotes quoque comprahendi. Quæ tamen sententia cùm magis ex interpretatione, quàm ex propria significatione recepta sit, l. iusta. de verbor. signific. quantum ad nepotum fauores attinet, porrigendo est. l. diui. C. de quæstio. Vbi verò odium imminet, secus est. Non enim æquum videri debet, vt quæ pro nepotum vtilitate introducta sunt, contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem. l. nulla. ff. de legib. Et ita omnia inuicem pugnantia conciliabimus.

10 SOLVTIO. † Quod dictum est, suprà. numer. j. prohibitionem filiis factam, ad nepotes trahi: in fauorabilibus hæc sententia vera est, in odiosis non vtique. l. 2. l. cùm quidam. ff. de liber. & posthu. Et ita ad cætera contraria respondebimus.

11 † Tantùm restat videndum, quo ordine res extra familiam alienari prohibita, ad familiam transferatur. Et primò succedet is, qui gradu proximior est. l. si quis. §. ita tamen. Cod. de incest. nupt. Ideóque primò descendentes, hoc est, filij & filiæ ab intestato succedent. l. j. C. de mulierib. §. si quis. authent. de hered. quæ ab intest. col. 9. Quibus deficientibus succedunt ascendentes, hoc est, pater, mater, auus, auia, vsque ad tritauum. §. si igitur. eo. §. cùm igitur. auth. de non eligen. secun. nub. col. 1. Si verò neque ascendentes, neque descendentes reliquerit: qui sunt ex latere, puta, fratres & sorores ex eodem patre, vocantur. §. si igitur. 2. eo. His deficientibus, fiscus. §. quibus. authentic. de nupt. col. 4.

REI PROHIBITAE Alienatio an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Dominium sola voluntate non transfertur. 4. 9.*
2 *Qui bona diuidere prohibentur, vendere possunt. 9. versi. hinc.*
3 *Alienationis appel. de necessaria non intelligitur.*
4 *Aestimatio rei prohibitæ alienari tãtum præstãda.*
5 *Alienatio rei prohibitæ non valet. 9.*
6 *Fructus rei prohibitæ alienari, restituendi. 10. 11.*
7 *Res donata, vel vendita, vel hypothecata sub conditione, ne alienetur: sequuta alienatione, priori domino restituenda est.*
8 *Rei prohibitæ alienatio, nec pendente conditione fieri potest.*
10 *Fructus, conditione non seruata, quando restituendi, & quando non. 6. 11.*

Quæstio 16.

1 CVM † voluntas testantium sola, non sit sufficiẽs, ad translationem dominij inducendam, l. traditionibus C. de pact. ita etiam alienationem impedire non poterit.

† Præterea, qui bona diuidere prohibentur, vendere nihilominus poterunt. l. idémque. § j. & l. seq. ff pro soc. Pactum tamen non diuidatur, ita erit rei annexũ, vt possessionem, hoc est, emptorem sequatur. l. si tibi. § pactum. ff de pac. l. idémque. § j. & l. seq. ff. pro so.

2 † Tertiò, qui bona sua alienari prohibuerit, nihilominus propter delictum publicari poterunt. Verisimile enim nõ est testatorem appel. alienationis, de hac necessaria intellexisse. l. peto. §. prædium. de leg. 2. Nec licet testatori talem legem dicere, vt meritò huiusmodi testatoris præceptum, fisco præiudicet. l. Statius. §. Corrrelio. de iure fiscal. l. cùm pater. §. hereditatem. de legat. 2. Ergo prohibitio alienationis, ad eam non trahitur, quæ ex delicto fit. l. j. de reb. eo. Nisi cùm is cuius fauore facta erat, præsens commodum capiebat, vt pater qui vsumfructum in bonis filij habet. Bart. l. si quis in tantam. C. vnde vi.

3 † Quintò, maritus heredem vxorem suam instituerat, & codicillos post mortem suam aperiri iusserat. Interim vxor hereditarium prædium, quod alicui codicillis relictum erat, vendidit. Emptio non retractabitur, sed solùm quantitatem precij ab herede vxoris fideicommissarii exigent. l. si. §. si. de leg. 2.

4 CONTRA. † Prohibitio alienationis, contemplatione expressæ personæ facta, sequuta alienatione, in vim fideicommissi valet. l. filiusfam. §. diui. de leg. j. Idem dicendum, si testator non expresserit, cuius contemplatione præceperit, modo tacitè constet. gl. l. quoties. la. j. C. de fideicom. vt si prohibeat turrim alienari, quæ solebat esse totius gentis suæ præsidium & asylum. doc. d. l. quoties.

5 † Præterea, sequuta alienatione rei prohibitæ, non tantum inutilis est alienatio, verùm etiam fructus amittuntur, vt si testator legauerit vsumfructum, si manserit in habitu viduali: eadem mansit aliquot

annis

annis, deinde nupsit. Tenebitur ad præceptorum fructuum restitutionem: authent. cui relictum. C. de indi. vidu. tol. Quia conditio scindi, seu pro parte adimpleri non potest. l. cùm fundus. de condit. & demon. Vnde solet dici, côditione actum reddi indiuiduum, qui aliàs separtionem reciperet. l. 5. §. fi. de verbor. obligationib.

7 †Tertiò, si prædia ea lege Titio donata sint, vt creditoribus satis faciat. Si non paruerit, actione conditionis, res donatas amittit. l. 2. C. de condi. ob causam. Et donatori, heredive eius cum suis côditionibus acquiritur. l. seq. eo. gloss. 2 ibi, item distingue. l. ea lege. C. de condi. ob causam. l. Caius. ff. de manumiss. Hinc est, quòd si pluribus, puta fratribus prædium testator reliquerit, & alienationem prohibuerit: si omnes vno excepto, partes suas vendiderint, is iudicio testatoris alias partes consequetur. l. cùm pater. § libertis. de legat. 2. Quod ita demum inter filios probandum est, si id testator expresserit. Alienatio tamen erit inutilis. l. idémque. § 3. pro soc. l. si ea res. § fin de action empt. l. siue autem. § 3. de pub in rem act. l. fin. in fin. C. de pac. inter emp. Bartol. l. fil. §. diui. de leg. 3. l. qui absen. ff de acquirend. posses. Proinde inter extraneos secus est, vt si Caius Titio sub hac conditione seruum dederit, ne fratribus eiusdem Titij seruiret. Deinde Titius fratres heredes instituit. Caius ex stipulatu seruum consequetur. l. si ita quis promiserit. §. pen. de verb. obliga. Idem dicendum, si sub eadem lege prædia vendita vel hypothecata fuerint. l. fin. C. de reb. alien. l. pen. & fin. C. si mancip. ita alienat. l. si creditor. §. fin. ff. de dist. pignor. l. si sterilis. §. 3. ff. de act. empt. l. si ea re. §. fin. eod. l. siue autem. §. de publ. in rem act. l. si ita quis. §. ea lege. de verbor. oblig. l. ea lege. C. mancip. l. quoties. la 3. de verb. obligat.

8 †Quartò, licet pendente conditione rei legatæ, dominium pleno iure heredis sit: alienare tamen non poterit, ne fiat legatario iniuria. l. generaliter. in fi. qui & à quibus. Idem si à lege fuerit alienatio prohibita, vt maritus qui dotale prædium prohibetur alienare. Institu. quibus alie. lic.

9 SOLVTIO. †Rei prohibitæ alienatio cùm non valeat, quemadmodum ad contraria respondeamus, videndum est. Si simplex & nuda fuerit prohibitio, non videtur valere præceptum. l. pater. §. Iul. §. diui. de leg. 3. vt ergo præceptum valeat, non quælibet causa sufficit, sed quæ contemplatione certæ personæ facta sit. Cæterùm si ad tempus prohibita fuerit alienatio, post tempus permissa creditur. l pater. §. fundum. de leg. 3.

10 INTERPRETATIO. †Si plures personæ vnam conditionem implere fuerint iussæ, qui neglexerint commodo priuantur. l. si plures. C. de condit. inser. Adeo, intellige, vt fructus iam perceptos restituere cogantur. authent. cui relictum. C. de indi. vid. tol. si tamen legatum ita sit, Titiæ, donec nubat, quinquaginta heres dato. Hoc casu percepta non restituentur. l. legatum. de ann. leg. sin dictum, si non nupserit, cum conditio reiiciatur. l. mulieri & Titio. de condi. & demonst maximè inter extraneos. l. heredes §. final ff. de condi. & demonst. Toto titu. C. de indic. vid. tol. Inter virum autem & vxorem valebit. l non dubium. de legat. 3. Igitur conditio hæc inutilis non nocebit legatariæ, vt conuolans ad secundas nuptias, etiam fructus perceptos amittat. Quin sibi tacita hypotheca pro re legata competat. Alciat. l. prima. numer. 45. de lega. 3. Quòd si fuerit maritus, qui vxori sub ea conditione alimenta reliquerit, ne secundas ineat nuptias eo casu videtur esse testatoris mens, vt si nupserit, alimenta præstita restituat, ne dicam diutius præstanda. Si igitur testator cùm nô prohibet matrimonium, sed certis quibusdam finibus concludit præstationem legati, nempe donec nuberet: malè facerent, qui eo casu aliquam inesse conditionem putarent. Contrà, quòd sublata conditione, fructus non restituantur. l. pater. §. fina. ff. de condi. & demonst. Respon. Ambigua est legislatoris sententia, in his verbis, filia voluntatem mutante, conditionem resumût. Fideicommissa enim annua sub hac conditione liberto fuerant relicta, quandiu res filiæ patroni gesserint. Proinde hic quia non culpa sua libertus desinit res filiæ gerere, ideo fructus perceptos non restituet. § fideicom. d. l. pater.

11 ANIMADVERSIO. †Alciat. rub. solut. matrimon. numer 5. probat, conditione expressa deficiente, etiam fructus perceptos amitti. Quòd si tacita fuerit conditio, vt per ablatiuum absolutum, secus est, qui tamen iuris authoritate non nititur. Et contra ipsum non pauca exempla adduci possunt. Si seruo libertatem dedero, si meus erit: tacita inest conditio, vt si meus non fuerit, libertatem non consequatur. Et ideo sicut legata, si qua fuissent seruo relicta, suo iure consequeretur, si ad libertatem peruenisset: ita etiam tacita conditione domino acquiruntur, si liber non fuerit.

12 †Accur. gloss. extiterit. §. 3. l. qui absenti. ff. de acquirend. posses. ait. Multum refert, vtrùm dictum sit, Ne alienes: an, Vt non alienes. Quo casu rem alienatam vêdicare permissum est. Sed fallitur. Vtrunque enim modum inducit, non conditionem. Bartol. l. quibus. §. Termilius. ff de condit. & demonst.

IACOBI CONCENATII IVRICONS. QVÆSTIONVM IVRIS SINgularium.

LIBER QVARTVS.

VNIVERSALIS PROPOSItio an vniuersaliter intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Oratio vniuersalis quæ sit.*
Appellatione omnium heredum, veniunt fideicommissarij.
3 *Oratio indefinita, quæ vniuersali æquipollere non potest, poterit tamen, si propositio vniuersalis adiuncta sit.*
4 *Omne marmor legatum, etiam rude marmor. & numer. 4. Idem in omni lana legata.*
6 *Generalis clausula ad specificata restringitur.*
7 *Furiosus an perpetuò absenti æquiparetur.*
8 *Donatio causa mortis, an semper legatis comparanda sit.*
9 *Militum voluntas, an perpetuò rata.*
10 *De legato an vectigal soluendum.*
11 *An liberum sit cuique, de bonis suis disponere.*
12 *Mulier an possit omnia bona sua in dotem dare.*
13 *Generalis oratio quando generaliter intelligenda.*

Quæstio 1.

1 ORATIONEM vniuersalem rem esse constat, cui vniuersale signum, omnis. vel, nullus præponitur. In qua si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. l. si is qui ducenta. §. Vtrùm. de reb. dub. Cùm enim totum dicimus, nihil excipere videmur.
2 l. Iul. de legat. 3 puta, si de omnibus heredibus mentio fiat, de fideicommissariis quoque intelligimus. Rom. l. id tempus. in fine. de vsucap.

3 †Præterea, si indefinita oratio propter accidens alicuius particularis, quod in vniuersum comprehenditur, vniuersali æquipollere non possit: tamé si vniuersalis propositio iungatur, secus est: puta, si pluribus arbitris causa committatur, vt si quilibet, vel vnus dixisset sententiam, ei standum esset. Absentibus aliquibus, præsentes compromissum definire cogi poterût. Quòd si ea conditione, vt omnes dicant, singuli cogi non poterunt. l. non distinguemus. §. cùm in plures. ff. de arbit.

4 †Tertiò, si omne marmor, vel omnis lana debeatur: non solùm rude marmor, verum etiam marmoreæ imagines. l. si heres meus. §. prim. de legat. 3. l. 3. de aur. & argen. legat. Non solùm lana, verum etiam vestes debebuntur. l. 3. l. pediculis. §. Labeo. de aur. & argent. leg. Actio quoque si vniuersali propositioni adiuncta sit, omnes comprehendit. dicto §. Labeo. l. si is qui ducenta. §. vtrùm ff. de rebus dubiis. l. omnes. C. de præscrip. 30 anno. l. prima. §. nunciatio ff. de oper. no. nuncia. Cùm enim ex vniuerso oratio sumitur, non debet esse aliquid falsum. d. l. si is qui. & sequen.

5 CONTRA. †Si omne marmor legatum sit, & duæ duntaxat statuæ marmoreæ priùs fuerint legatæ, non omne marmor debetur, sed illæ duntaxat duæ. l. heres. § primo. de legat. tertio. gloss. discrimine. § pen. Institut. de liber. l. quæsitum. § prim. de legat. tertio.

6 † Hinc est, quòd generalis clausula post quædam specificata, ad illa solum refertur, si vtraque clausula ab eadem dependeat, capi cùm dilecti. extr. de donat. Patet in generali transactione, quæ ad rem litigiosam referenda est. l. sub prætextu. secunda. l. si de certa. C. de transact. Et qui ab omni obligatione solutus est, ad eas restringitur, de quibus actû fuisse manifestè constat. l. emptor. §. Lucius ff de pact. l. cum Aquiliana. ff. de transact. Et qui pro omnibus obligationibus reum in iudicium vocat, de his intelligendum est, quæ apparent. l. final. C. de anna. exceptio. Et qui promittit non litigare, indebiti condictio non tollitur. l. fina. § idem. ff. de condiction. indebi. Si testator liberat curatores, non tamen à dolo. l. Aurelio §. fina. ff. de liber. legat. Si filiis institutis & inuicem substitutis, filiam exheredat, ab vtroque gradu exheredatam intelligimus. l. 1. C. de liber. præter. Quia generalis clausula determinatur per præcedentem specialem. l. quoties. famil. erciscun. vt si quibusdam nominatim legata relicta sunt, postea codicillos ad omnes heredes scribat. Quia nominatim scriptum est, à quibus legata præstanda essent, ab ipsis tantùm erunt exigenda. Ex quibus probabilis elicitur conclusio, nullam propositionem adeo vniuersalem esse, quæ restrictionem non recipiat.

7 †Puta, lex ait. in omnibus furiosum, loco absentis esse l. secunda. §. furiosus. ff de iur. codicill. Et tamen indistinctè verum non est Nam licet filia furiosa patri consentire videatur, si tamen absens fuerit, secus est. l. 2. in fin. cum glo. sed si. ff. solu. matrimon.

8 †Sic in lege dicitur, donationes mortis causa, legatis comparatas. l. illud. de don. causa mort. § primo. Institut. de donat. & tamen filiusfam. qui etiam patre volente testamentum facere non potest, mortis causa donare, patre permittente poterit. gl. fin. §. si l. Marcellus. & tam is. §. primo. ff. de donat. causa mortis.

9 † Sic in omnibus ratam esse militum voluntatem lex ait. l. Antoninus. ff. de fideicommiss. liber. l. prima. ff de militari testamen. At contra ius naturæ non valet. Nam legata vltra patrimonij vires naturali ciuilique iure indebita dicuntur.

10 †Si de omni negociatione vectigal soluendum sit, de re tamen legata non soluitur. Bartol. l. cætera. § sed & si quis. de legat. 1. Prohibita alienatione quorumcunque bonorum mobiliû & immobilium, iura & actiones continentur. Tametsi aliud dicendum, si magna improprietas fieret.

11 †Vnicuique permissum est, de bonis suis disponere. l. prima. C. de sacrosanct. eccles. Et tamen pluribus testamenti factio prohibita est. puta, filiofamil. & famoso crimine damnatis.

12 †Mulieri cùm permissum sit, vniuersa bona in dotem marito dare. l. nulla C. de iur. dot. Si dederit, futura non comprehenduntur. l. fi. C. quæ res obligari possunt. l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff mand. l. nâ ad ea ff. de condit & demonst. l. fina. C. de pact.

13 CONCLVSIO. †Hunc articulum ita paucis absoluemus, dictiones vniuersales, ad omnia etiá remota, si rationis paritas suadeat, referuntur: nisi ratio reddi possit, quapropter ad omnia non sint referenda. Bart. cons 54. Aut si ex proferentis mente interpretationem recipiant, si legû correctionem non inducant, si fauor publicus suadeat, idem obseruabimus.

VERBA INDEFINITA æquipollent vniuersali.

SVMMARIVM.

Quæstio 2.

1 SI testator heredem ad aliquid faciendum, vel dandum onerauerit, ad omnes quotquot instituti reperientur, referendum est. l. 2. cum gl. pen. de bon. vacanti. lib. 10 C. l. si ita in prin. & l. sequ. de legat. 2. l. si plures. de legat 3. l. 2. in fin. de verbor. obligat. l. in vsu. de verbor. significat.

2 † Præterea argenti appellatione, etiam factum argentum comprehendimus. l. quæsitum. §. illud. de legat. 3. Tertiò, cùm bonorum alicuius mentionem facimus, de obligationibus quoque intelligendum est, l. prin.

l.princeps bona.de verbor.significationib.

3 † Quartò, legatum filiæ relictum, si quæ nascatur, pluribus natis, totidem singulis legasse videtur.l.qui filiabus.§.j.de leg.j. Quintò, si quis filio tutorem dederit, & plures filios habeat, omnibus datum videri debet.l.si quis ita.§.j.de testamen.tuto. Aut si quis filium naturalem legitimauerit, omnes censentur natalibus restituti. §. ad hoc autem. authentic.vt liceat matri coll.8.

4 † Sextò, si seruitutem luminis habeam, etiam ad futura lumina trahitur.l.si seruus. ff. de seruit.vrban. prædiorum.

Septimò, qui hypothecam habet in bonis alicuius, etiam ad futura habere creditur.l.fina.C.quæ res pig. oblig.posses.

5 †Octauò, qui fundum legat cum instrumento, etiã instrumentum quod colonus in eo habuit, legato cedit.l.fundus qui.ff.de fun.instruct.

6 † Postremò, canonici vel medici appellatio, vniuersalis est. Indefinitum enim verbum, Canonicus, vniuersum capitulum continet. cap.cùm omnes.capit. cùm accessissent.cap.cùm Marti.extr.de constitut. Et lex quæ medicum à Republi.reprobat, ad omnes referenda est.l.vt gradatim. §. reprobari. de mune. & honor. Ex quibus manifestè constat. verba indefinita æquipollere vniuersali.

7 CONTRA. †Si actionis meminerimus, non magis omnes actiones complectimur, quàm si hominem currere dicemus, quia non sequitur omnem hominem currere.

8 †Præterea, si marmor legauero, quod per accidens mutatum est, puta, ex marmore imago facta, non debetur.l.quæsitum.§.illud.de legat.3. Nam inter rude marmor, & marmoreas imagines, manifesta est differentia. Et ideo cùm non subsit eadem ratio, vniuersali æquipollere non potest.

9 † Tertiò, si cui lana legetur, tincta non cedit, l.si cui.secunda.de legat.3.l.secunda.de liber.& posthum.

10 †Quartò, si quilibet heres quinque dare teneatur, in solidum vnusquisque quinque dare tenebitur. l.nõ distinguemus.§.cùm in plures.ff.de arbit.

11 †Quintò, si fuerit exheredatus filius, & plures sint, nemo exheredatus censetur.l.2.de liber.& posthum.

12 † Sextò, si statuto prohibitum sit, ne frumentum extra territorium deducatur: nihilominùs sui vsus causa extrahere permissum erit. l. cætera.§.item quæri potest.de legat.2. De Curte, in l. admonendi. collation.63.versicul.inde prohibitus.de iniur. Verba enim statutorum indefinitè prolata, limitantur secundum ius commune.l.vt gradatim. §. etsi lege.ff.de muneribus & honoribus. l. secunda.in fin. C. de noxa.actione.l.prima.cum gloss.j.C.de sacrosanct.eccles.capitu. generali.extr.de regul.iur. Nec vltra propriam significationem, extensionem patiuntur.l.non aliter. de legat.3.l.si verò.§. de viro. soluto matrimon.l.prima.§. si is qui nauem. ff. de exerci. actio.vt absurditas euitetur. Et propterea interpretatione indigent. l.liberti.ff.de offic.assessor. l. scire oportet.§. aliud. ff. de excusat. tutor. l. aliud. §. absurdum. de regul. iur. l. repetita. Cod.de episcop.& cleric. l.consulta. de testament.

13 †Septimò, indefinitum verbum in probationibus, non æquipollet vniuersali: puta, si proponatur quippiam Parisiensibus relictum: cùm probatio necessariò concludere debeat.c.in præsentia. de probationibus. l.neque natales.C.eodem. Et pluralis ille numerus, Parisiensium, in duobus verificari possit.l.inter illam, de verbor.significationib. Non probatur maiori parti Parisiensium relictum esse.

Octauò, ad probandum quem heredem, non satis est, probare ipsum hereditaria bona possidere.l.penultima.C.vnde legitimi. Pluralis enim illa locutio, duorum numero contenta est. l.vbi numerus. ff. de testibus.

14 †Postremò, idem in stipulatione indefinita, in qua liberorum mentio facta non est, sed ita verba concepta sunt, Quam dotem in omnem casum & euentum restituere promisit: ista indefinita locutio, non derogat speciali consuetudini, fauore liberorum introductæ.l.quod si nolit.§ qui assidua.ff. de ædilit.edict.

15 SOLVTIO. †Indefinitum verbum quid sit, prius videndum est. Quando apponitur terminus communis sine aliquo signo, aut cum plura per singularem numerum significare volumus, indefinitum verbum est: vt si dicamus hominem esse animal, nullum hominem à lege defecisse, aut piscem esse carissimum: non de vno duntaxat homine, non de vno tantum pisce intelligimus, sed de pluribus.l.in vsu.ff.de verbor.& rer. significat.

16 †Et ideo quoties indefinita oratio à lege ea mente profertur, vt regulam tradere intendat, vniuersali æquipollet.l.iura non de legibus. Vnde iura quæ de emptore, vel de delinquente mentionem faciunt, ad omnes referenda sunt, non necessariò, sed iuris interpretatione. Idem dicendum quoties vrget necessitas, vel particularium eadem est ratio, & per accidens nihil mutatur: Vt quando dicimus hominem esse animal, obligationem esse vinculum iuris, actionem esse ius. Cuilibet enim necessariò congruit definitio. In materia vero contingenti, secus est. vt in contrariis. Idque propter aliquod accidens particulare, quod in vniuersum compræhendi nequaquàm potest, vt cùm dico hominem currere.

17 †Itaque quod dictum est, argenti appellatione factum argentum compræhendi, & tamen in marmoris appellatione secus esse: hoc ideo fit, quòd quæ ad sua initia redigi possunt, sicuti est aurum, eadem esse dicuntur.l.quæsitum.§.illud.de legat.3.

18 †Hinc quæritur, statuto, heredi iniunctum est, ne contra defuncti instrumentum veniat: Alienauit testator fundum heredis: An eundem vendicare poterit. Cùm illa statuti indefinita oratio, secundum communes iuris regulas interpretanda sit, deficiente ratione, vniuersali æquipollere non poterit. Non enim æquum est, vt heres ex facto testatoris damnum sentiat. Contr. Per aditionẽ hereditatis consentire videtur.l.si duo.ff.de acq.hered. Sed eatenus consensum accõmodasse videri debet, dum sibi dãnosus non sit, modo iuentarium confecerit.l.fin.§.etsi præfatam. C.de iur.deliber.

19 †Alio statuto cauetur, vt confessi crimine mitius negantes, grauius puniatur. Reus factum confitetur, qualitatem tamen negat, postea conuincitur. Quæritur, an vt confessus condemnandus sit, an vt negans: cum simplex & indefinita locutio, vniuersali æquipolleat, l.si pluribus.de legat.2. & is qui qualitatem negauerit, non omnia videatur esse confessus, ideo grauius puniendus. Contra, eodem argumento: Indefinita loquutio æquipollet vniuersali. Statutum disponit, vt negans, grauius puniatur. Quæ indefinita oratio de eo intelligenda est, qui omnia negat. Sed hic tantum negat qualitatem. Non igitur vt negans condemnandus est, minus quoque vt confessus. Satius tamen est,
20 vt tanquam confessus condemnetur, † quod pœnæ sint leniendæ.l.eum qui.ff. de iureiur. In odiosis enim indefinita oratio non æquipollet vniuersali, sicut & in distributiuis.l.non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbit.

ACTIO PERSONALIS AN cum persona extinguatur.

SVMMARIVM.

1 *Personalis actio quid sit.*

2 *Personalis actio heredem sequitur.*
3 *Pupillus an hereditate adita obligetur.*
4 *Portio deficiens, cum onere accrescit.*
5 *Quod contrahentibus obstat, etiã successoribus eorũ.*
6 *Successorum priuilegium.*
7 *Vsusfructus heredem non sequitur.*
8 *Actio quæ in exactores, vel magistratus competit, aduersus heredem non datur.*
9 *Actio in corrumpentem delatorem, morte extinguitur.*
10 *Personalis actio quando cum persona extinguatur.*

Quæstio 3.

1 ACTIO †personalis est, quæ simul cum persona extinguitur. l. qui in futurum. §. prim. C. de pact. Et aduersus eum duntaxat competit, qui se quid daturum, facturúmve promittit. l. actionum genera. §. in personam. de act. & obliga. l. inter. de sol. puta, permutaui sacerdotium meum cum tuo, sub hac conditione, vt annis singulis mihi des centum Post mortem tuam, successor non tenebitur. l. prouidendum. de decur. lib. 10. C. Nam ista personalis obligatio, vnà cum persona extinguitur. l. fina. §. fina. de contrahent. emptio. l. nullus. de decurio. lib. 10. C. l. si quis. de murileg. libro xj. C.

2 SOLVTIO. †Personalis actio heredem sequitur. l. antepenulti. & sequen. C. de actio & obligation. l. prima. §. si heres. ff. ad Trebel. l. verum. §. in heredem. pro socio. l. prima. C. commu. de legat. Patet in legatis & fideicommissis. pro quibus in personam ex testamento agitur. l. prima C. commun. de legat. Heres enim adeundo, cum omnibus creditoribus contraxisse videtur. l. apud. § final. ff. ex quibus caus. Et legatariis tam actio in rem, quàm in personam heredis competit. l. Titia. ff. de furt. l. prima. C. commun. de legat. Quia heres, defuncti personam repræsentat. l. mortuo. ff. de fideiussor. In particularem autem successorem secus est: adeo vt in dubio onus potiùs heredi iniunctum, quàm legatario, alióve particulari successori existimemus. l. si seruus legatus. §. Margueritá. de legat. j.

3 †Igitur personalis actio in heredem, adita hereditate, locum habet, etiam in pupillum. l. more. & sequ. ff. de acquiren. hered. l. 3. §. final. ex quibus causis. licet sine tutoris authoritate possidere non possit. l. prima. § sed si furiosus. de acquiren. possession. Et ideo heres ex quasi contractu obligatur. § heres, institut. de oblig. quæ ex contractu. l. ex maleficiis. §. heres. institu. de oblig. quæ ex contractu. l. ex maleficiis. §. heres. ff. de actionibus & obligatio.

4 †Idem dicendum, cùm per ius accrescendi succeditur. Portio enim deficiens, cum onere accrescit. l. j. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. siue sit legatarij, siue heredis l. si quis legata. §. duobus de condition. & demonstratio l. j § in his. C. de caduc. tollen. Cùm enim vniuersalis sit successor heres, vti debet accessione cum sua causa, suísque vitiis. l. non solùm. de in integrum restitu. l. vitia. C. de acquiren. possessio Hinc est, quòd heredes scripti, etiã pro minus idoneis prædiis, onus fiscale agnoscere coguntur. l. heredes. de omn. agro. des. lib. xj. C. eò quòd defuncti possessio, heredi cum onere maneat.

5 †Idem in contractibus. l. Caius. ff. de manumissio. Quod enim ipsis qui contraxerunt. obstat, & successoribus eorum obstabit. l. quod ipsis ff. de regu. iur. Ideo cùm adminiculo ex persona authoris vtatur, vti debet cum sua causa, suisque vitiis. l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acquiren. possessio. vt in vsucapione. l. cùm sit. C. de vsuca. pro emp. l. si abducta. C. de fur. l. fin. C. commu. de vsucap.

6 †Successor tamen eius, qui in mala fide esse diceba-tur, fructus perceptos non restituit. l. si partem. C. de vsucapio. pro empt. Cessat ergo longi temporis præscriptio, cùm malæ fidei possessor alienat. authen. malæ fidei. C. de præscrip. long. temp.

7 CONTRA. †Vsusfructus est ius personale. l. vsus aquæ. ff. de vsu & habit. Et tamen vsufructuarij morte finitur. instit. de vsufruct. Nec heredem sequitur. l. stipulatio ista. § si quis ita. de verborum obligationib. Nec heres tenetur præstare vsumfructum à testatore relictum. l. si quis domum § j ff. loca.

8 †Præterea exactores tributorum, in solidum inuicem obligantur. l. j quo quis ordin. conue. lib. xi. C. In hæredem tamen actio nõ competit. d. l. j nisi officium exerceat. l. curatores. C. de negoc. gest. Aut doli particeps sit. l. cùm ostendimus. de here. tuto. l. non similiter. de magist. conue.

9 †Tertiò, qui delatorem corrupit, pro victo habetur. l. eius. ff. de iur. fiscal. Tamen aduersus heredem eius actio non datur. d. l. eius. Quintò, in æstimatione perempti corporis, quanti res anno proximo valere posset, spectandum est. Lanfranc. ca. quoniam. num. 8. de probatio In hæredem autem actio non datur. §. his autem. Institu. de lege Aquil. Postremò, exercitor nauis tenetur de furto in naui commisso. § fina. Institut. de obli. quæ quasi ex delic. Et tamen in heredem cessat actio dict. § fina.

10 CONCLVSIO. †Personalis actio in heredem non datur, quando locupletior non efficitur, vel herédis persona comprahensa non est: puta, ne vis per me, aut heredem meum fiat, l si sic stipulatus sum. de verbo oblig. nisi in crimine læsæ maiestatis. l. quisquis. § filij, C. ad leg. Iul. maiest. Substitutus quoque si deliquerit, etiam in heredem suum actio competit. l. si quis. §. ita tamen. de murile. lib. xj. C. Excipitur quoque casus, qui etiamsi herede non existente, in aliquo euenire potest: puta, si aliquid deiectum sit, constat in omnes cohabitatores actionem dari. l. j. in fin. ff. de his qui deiece. vel effud.

ACTIONES REALES ADuersus quos transeant.

SVMMARIVM.

1 *Actio realis aduersus possidentem datur.*
2 *Pactum contra actionem realem interpositum, non valet. & num. 2. 3.*
4 *Possessione diuisa, an seruitus diuidatur.*

Quæstio 4.

1 ACTIO realis semper aduersus eum est, qui possidet. l. actionum genera. §. in rem. ff. de act. obligat. l. officium. in fine. & l qui petitorio. §. j. ff. de rei vendic. l. si bona fide. de no. action. l. j C. de alienat. iudic. Bartol. l. placet. C. de sacrosanct. eccle. l. Imperatores. ff. de public. licet dictum non fuerit. l. 3. de agrico. & cens. l. via. § penult. de seruit. rustico. l. 2. de fun. rei priua. lib xj C. §. filius. de capitaneo, qui curiam vendidit. in feud. Nec pacto tolli potest. l. ius. de fun. patri. lib. xj. C. puta, constat tributa & vectigalia, rerum, non personarum, onera esse. l. Imperatores. ff. de pub. & vect.

2 † Et ideò si prædium quod censum annis singulis deberet, ea conditione emerim, vt hoc onere solutus sim, emptio valebit. l. siue generalis. ff. de iur. dot. Tamen precium amittet venditor l. fi. de fun. rei priuat. lib. xj. C. & conditio, aut pactum rumpitur. l. si quis. de diuer. præd. eod. lib l. fin. l. C. sine censu. l. inter. ff. de pact. l. nec ex prætorio ff. de regul. iur. Et ideo censum præstare cogitur l. j. de præd. & omn. rebus, lib. xj. C. Census enim non propter personam, sed propter rem exigitur. l. 2. eod. Hinc est. quòd cùm legatus Aueniomen. rescripto Pontificis, omnibus presbyteris decedent[

dentibus succedat, (tametsi adhuc sub iudice lis sit) census tamen velius patronatus quòd ipsi relinquunt, domini directi non amittunt. l. si quis presbyt. C. de episc. & cler. l. si de hered. decu. Adeo quidem, vt si eadē prædia possidens non recognoscat, publicantur. l. fina. de exact. tribu. lib. 10 C.

3 CONTRA. †Contractus & pacta in præiudicium actionis realis non valent. l. prædia. C. de præd. minor. Precium autem restituēdum est. l. j. non lice. habit. metrocom. lib. xj. C. Roma. sing. 744.

4 SOLVTIO. †Cum hoc dubium nō sit, quòd quilibet acquirat possessionem cum suo onere. l. j. de fun. patri. lib. xj. C. l. j. de anno. & tribut. lib. 10 C. si quis hac conditione emerit, ne ad onus rei impositum teneatur, in pœnam incidit. Quæ diuersis modis sancita est. Quandoque precium amittitur, emptione remanente: vt supra, num 2. Quandoque & precium restituitur, & contractus non valet: vt supra, num. proximo. Quandoque & precium & res amittitur. l. j. de præd. decu. lib. 10. C. Quæ pœnalia cum sint iuris positiui, sufficit pro ratione voluntas. Proinde cùm dubium non sit, quòd actio

5 realis, rem ipsam comitetur. † Dubium est, si rei dimidiū vni, altera pars alteri adiudicata sit, quomodo ius quod rem ipsam sequitur, diuidēdum erit? Aequaliter, si æqualiter diuisa fuerit. l. 2. de anno. & trib. li. 10. C. l. 2. & seq. de præd. & om. reb. lib. xj. Immò fundum diuisum, omnes partes seruitus sequitur. l. via. §. fi. ff. de ser. rusti. prædi. Qua de re cap. 7.

DISPOSITVM IN SENSV directo, an oppositum arguat à contrario.

SVMMARIVM.

2 *Contraria contrariorum sunt consequentia.*
3 *Qui iurisdictionem habet, an mandare possit. Legatum, aut dos sub conditione data, sub contraria conditione aufertur.*
4 *Onera hereditaria quis subire cogatur.*
5 *Fideiussor liberatus, si iterum soluerit, an mandati agat.*
6 *Per quos nobis acquiritur.*
7 *Mulier an testis esse possit.*
8 *Argumentum à contrario sensu, etiam in odiosis locū habet.*
9 *Periculum rei legatæ cuius erit.*
10 *Accusare, vel iudicare qui non possunt.*
11 *Malæ fidei possessor quis sit.*
12 *Probata mala fidei actoris, non sequitur, reum esse in bona fide, nu. 17. & 20.*
13 *Soror exclusa ab hereditate fratris, non tamen frater ab hereditate sororis.*
14 *An sicut mater succedit filijs, ita econtra.*
15 *Bono. posses. quæ filijsfamil. competit, patri non competit.*
16 *Patronus liberto succedit, non econtra.*
17 *Iudiciorum naturæ quæ sit. 19.*
18 *Rei iudicatæ quantum tribuatur.*
22 *Argumentum quid sit.*
23 *Argumentum à contrario sensu, in affirmatiuis tantum locum habet.*
24 *Possessio, facti est.*
25 *Conditio an scindi possit.*
26 *Emphyteuta partem alienans, ab ea tantum cadit.*

Quæstio 5.

CICERO Quinta Tusculana, ex vi & natura contrariorum disputans Quid, inquit, cùm fatentur satis magnam vim esse in vitio ad miseram vitā; nónne fatendum est, eandem in virtute esse beatam

1 † Contraria enim contrariorū sunt consequentia. Argumento contrariorum Cic. probat beatam vitam esse in virtute, quia misera esset in vitiis. Hinc si iudicemus optimum regem, omnium mortalium esse felicē: econtra tyrannus, omnium mortalium infelicissimus iudicabitur. Dispositum enim in sensu directo, oppositum arguit à contrario: vt cum quædam personæ sui iuris sint, quædam alieno iuri subiectæ: si eas cognouerimus, quæ alieno iuri subiectæ sunt, simul intelligemus, quæ sui iuris sunt. §. j. insti. de his qui sunt sui. glo. fi. ibi, item. c. nonne. extra. de præsump. Ias. l. pecuniam,

2 nu. 2. si cert. peta. † vt in eo qui iurisdictionem lege vel senatusconsulto mandatam habet, eam enim transferre nō poterit. l. j. in princ. de offi. eius. Si iure magistratus cōpetat, mandari poterit. d. l. j.

3 † Præterea legatum sub conditione datum, sub contraria conditione ademptum censentur. l. aliquando. de condi. & demon. Aut si Titio sub conditione legatum relictum sit, & antequam existat conditio, moriatur, ad heredem suum legatū non pertinebit. l. si legatum purè. de adimen. lega. Si is qui dotem promisit, pactus sit, vt sine liberis defuncta filia, dos ad heredem suum pertineat, susceptis & institutis liberis, heres exclusus censetur. l. tale. §. cum inter. ff. de pactis. Et debitores sub conditione facti, sub contraria cōditione liberantur. l. pecuniam. ff. si certum peta. Et onus sub pœna appositum, sub contraria conditione ademptū censetur. l. j. §. item si ita. ad Trebellia. puta, si prædium Tusculanum Titio testator legauit, & si heres non dedisset, daret centum: prædium legatum in decem translatum est, si noluerit heres prædium dare. Probabilis cōiectura sumitur in hac specie, Testator seruo suo libertatē legauit, si rationes reddidisset, & si heredibus centum soluisset, legatum peculium videtur. l. denique. §. interdum. ff. de pec. lega. Cùm enim plerunq; peculiū seruum sequatur. l. j. C. de pecu. eius. si ex eo sola centū heredi dari iusserit, ergo reliquum seruo remanere voluit. Ias. l. Centurio. de vulgar. & Alexand. consilio 24.

4 †Tertiò, onera hereditaria is subire compellitur, in quē ius fructúsq;, hoc est, vtilitas cōmoditásq; eorum bonorum transfertur. l. j. ibi. Cùm autem. ff. ad Trebel. ergo quandiu facta non est fideicōmissi restitutio, hereditaria onera heres subire non cogitur, sed is cuius fideicōmissum est. Patet, Actiones in heredē qui hereditatē non restituit, transeūt. l. j. in prin. ibi, vt actiōes. ff. ad Tre. Ergo si restituerit, non transeunt. Si igitur heres integram hereditatē restituerit, ad onera hereditaria nō tenebitur. l. ita tamen. §. qui ex Treb. eo. tametsi gl. fi. §. fi. d. l. j. & Bar. q. 5. 14. eo. in fi. aliter sentiant.

5 †Quartò, si fideiussor siue pacto, siue acceptilatione à debitore inscius liberatus soluerit, mādati agere pōt. l. si procuratorē. §. si ignorātes. ff. mād. Ergo à cōtrario si sciuisset, condicere non poterit. d. §. si ignorantes.

6 †Quintò, per eos quos in potestate habemus, nobis acquiritur. §. non solum. insti. per quas perso. Ergo per eos quos nostro iuri subiectos non habemus, nulla ex causa nobis acquiri potest. l. ex his. eod.

7 †Sextò, mulier in testamento testis esse non potest. §. mulier. l. qui. ff. de testa. Ergo in cæteris rebus testis esse poterit.

8 †Septimò, etiam in odiosis, argumen. à contrario sensu defenditur, maxime dum dispositio in sensu directo nihil operaretur. A Ripa, interp. libro secundo. de rescri. c. j. num. 67. vt si legatū pium per duos testes probari possit. c. relatum. de testa. etiam coram duobus testibus reuocari poterit: partim quod res eodem iure

dissolui debeat.quo soluta fuit.c.omnis res.de regulis iur.partim etiam quòd contrariorum eadem sit disciplina. Hinc est, quod sicút miles nuda voluntate hereditatem dare potest, eodem modo adimere poterit. Similiter lucrum & damnum sunt opposita.l. manifestissimi.§.sed cum secundam.C.de furtis.quorum alterum ampliandum est,alterum restringendum.l. finali. §.si quis Cod.de codicill. Quo casu rationis similitudinem ita attendimus, vt sicut alterum propter fauorem ampliamus,ita alterum propter odium restringimus.

9 † Octauò,si partem fundi legati testator alienauit,reliqua duntaxat pars debetur.l.si ex toto.ff. de legatis j. A contrario si huic fundo aliquid adiiciatur, augmétum legato cedit. Nam quicquid peculio accedit, vel decedit viuo testatore:legatarij lucro vel damno est.§.si ex peculio.institut. de legat. Sicut post venditionem perfectam.omne commodum & incommodũ rei venditæ,emptoris est,l.post perfectam.Cod.de pericul.& commod.l.id quod post.ff.eodem. Et sicut diminuta parte heredis scripti,per querelam inofficiosi, diminuitur & legatorum onus: ita aucta parte heredis scripti,legata augentur.l.& si contra. de vulgar.in fine.

10 †Nonò,mulieres,pupilli, stipendiarij,infames, qui turpiter quæstum faciunt,filij & libertini accusare nõ possunt.l.qui accusare.ff.de accus.Ergo alij poterunt. Roma.sing.407.l.cum prætor.ff de iudi.

11 † Decimò,malæfidei possessor is est, qui sciens cõtra legum interdicta aliquid possidet:puta,quia emit sciẽter à non domino.c.qui contra.de reg.iur.vel à pupillo sine tutoris authoritate, vel falso tutore authore, quem scit tutorem non esse.l qui à quolibet.ff.de contrahen emption.vel domino inuito .vt si dominus denunciauerit,ne quis emat:constituit emptorem malæ fidei possessorem,si spreta nunciatione emerit.l.si fundum.C.de rei vendication.l.ait prætor.§.si quis particeps.ff.de his quæ in fraudem credit.fac.sunt.l.virilis. §.si adierit.de leg.præstan.Vel qui à prælato.c.sine exceptione.12.q 2.Is vsu capiendi conditionem nullã habet.l.eum qui.de autho.præstan. l.fin.de vsu.pro empt. l.qui à quolibet.ff.de contrahend.emption.Cum ergo intelligimus,quis malæfidei possessor sit: intelligimus quoque, quis bonæfidei possessor esse dicatur. Nã qui fraude caret,eum in bona fide esse dicimus. Vt qui ab illo emerit,quem credebat dominum esse.vel vendendi ius habere: vt qui existimat venditorem esse tutorem,vel procuratorem domini.l.bonæfidei.de verbor. sign.Cæterum bonafides semper præsumitur, nisi contrarium appareat.l.pen C.de præscri.long.temp.l.pe. l.si enim.§.ex iusta.de fideicom.liberta.l.hoc autem.de administr.tuto.l.verius.de proba.l.si cum ita legatum. § species.de leg.2.Si quidem facti ignorãtia allegetur. c.præsumitur.de regul.iur.Sin iuris,mala fides præsumitur.c.ignorantia.eo.l.2.§.si à pupill.§ si à furioso.ff. pro emp.l.leges sacratissimæ.C.de legib.l. constitutiones.de iur & fac.ignor.

12 CONTRA.† Fieri potest, vt actor malam fidem habeat,quia dominus non sit:& tamen reus, dominus non erit:puta,cum duo essent hereditatis possessores, si vnius non esse iudicatum sit,non tamen ad alterum pertinere sequitur: Quia poterit nec tua hereditas esse,nec alterius.l.si inter me.in fi ff de exceptio.rei iudic.Hinc est,quod sententia contra vnum lata,cæteris non præiudicat.l.denunciasse. §.si condemnatus. ff.de adulter.vbi sententia lata contra adulterum, adulteræ non nocet,tametsi vnum non possit esse sine altero.vt à simili de partu mulieris dicimus.l.3.in fine.ff de iure iurando.l.1.C.quibus res iudica.& toto titu.C.res inter alios acta Hinc dicimus quod quando lex inducit correctionem in vno casu, non trahitur ad alium casum sibi similem,licet sit eadem ratio.authentica.quas actiones.C.de sacrosanct.eccle.& ff.de do.cau.mor.l. tam is.§.filius.& l.præcipimus.de appel.l.si vero §. de viro.sol.mat.Hinc quoque traditum est.q̃ si possessor iurauerit.possessionem petentis non esse,non tamé ad se pertinere sequitur.l.sed & si.ff.de iureiurand.l.2. C. de condictio.incerti.

13 † Præterea,si statutum,sororem ab hereditate fratris excludat, non tamen frater ab hereditate sororis excluditur.Bal.l.lege in fine.C.de legi.heredibus.Quia dato vno inconuenienti, non debet dari nunus. Paul. consi.140.

14 †Tertiò, licet mater ex testamento succedat filio.§. sed nos.institu.de senat.Tertyl.non tamen filius matri,nisi post senatusconsultum Orficianum.§.1.institu. de senatuscon.Orfician.

15 †Quartò,filiusfa.emancipatus,bono.posses.contra tabu.patris,prætoris edicto obtinet.l.1.in princi.ff.si à parente.Quod tamen remedium vice mutua patri nõ conceditur.§.si parens.dicta l.j. Nam filius ipso iure patri est heres.§.sui.insti.de hered.qualita.& filio legitima iure naturæ in patris bonis debetur.c.Rainucius. §.quicunque.extra.de testamen.Bal.l.1.§. ius naturale. num.8.ff.de iustitia & iure.At parentibus in bonis filiorum,iure duntaxat commentitio,seu(vt vocant)positiuo Bald.eo.num.6.Econtra pater qui contracta fiducia emancipasset,filio succedebat.§.fi.instit.de leg. agn.succ.Et tamen non filius patri iure ciuili:§. emancipati.instit.de heredi.quæ ab intestat.Sed prætor naturali æquitate motus,dat ei bon.possesionem.dict.§. emancipati.

16 † Quintò,patronus liberto succedit,§.qua de causa. instit.de succes.liber.non econtra.Postremo ingenuus est,qui ex matre libera nascitur, licet ancilla conceperit.l.& seruorum.§.ingenui.ff. de statu homi. Non tamen sequitur argu.à cõtrario sensu.vt is ingenuus nõ sit,qui natus non est ex libera,licet à libera fuerit conceptus.Nam licet mater partus tempore non fuerit libera,modò tempore quo concipit,ingenuus nihilominus dicetur d.§.ingenui.

17 CONTRA.†Hæc natura iudiciorũ est, vt si actor post legitimas dilationes probare nequiuerit,reus absoluatur.Adeo vt etiam superuenientibus probationibus,referre amplius dominij quæstionem necesse,non sit.l.si quis rem.ff.de exception.rei iudic.Fulgosi.l.Iulia.de condiction.indebiti. Nam propter rei iudicatæ autoritatem,etiam si actor ipse dominus esset,censetur non esse dominus,sed reus qui obtinuit. Puta,si fundus qui pupilli fuerat,petitus sit, & contra pupillum pronuncietur:propter rei iudicatæ authoritatem non tantum valebit alienatio,l.3.§ idémque.ff. de rebus eccle.verum etiam ad accessoria rei ius habebit. l.Pomponius.§.si iussu. de acquirenda possessione. Idem econtra,si reus obtinui,quia ipse probauit se esse dominum,actor excluditur à possessorio. Obstat enim exceptio manifesta dominij,glo.l.si de vi.in fin. de iudi.

18 CONTRA.† Si creditori pupilli,authoritate prætoris adiudicata fuerint aliquo prædia: non adeo rei iudicatæ authoritati tribuitur, quin maneat pupillo actio,si postea probare potuerit,falso à prætore impetratum fuisse.l.1.ff.de rebus eorum.Deinde,si rem meã abs te petens,ideo fueris absolutus,quòd probaueris sine dolo malo te desiisse possidere: postea cœperis possidere,& ego à te petam, non nocebit mihi exceptio rei iudicatæ.l.si rem meam.ff.de except.rei iudic. Idem dicendum,si ad exhibendum agam aduersus eũ, qui non possidebat.Qui postea possidere incipiat.rei iudicatæ exceptio locum habebit,quia alia res est.l.si quis eo.

19 SOLVTIO.† Quod dictum est, tantum rei iudicatæ tribuendum. vt amplius probationi locus non sit: intelligendum est, quantum attinet ad eum,

in

in cuius fauorem sententia lata est, Qui si forte post
rem iudicatam possesionem amiserit, & ab alio fue-
rit vsurpata, vt eandem rem vendicare posit, nihil
sibi probandum est, quia res sibi adiudicata fuit. Et
ideo quantum attinet ad eum, in cuius fauorem sen-
tentia lata est, probandi necessitas amplius sibi non
competit. In húncque modum prior illa sententia in-
telligenda est, supra num. 17. Cęterum quantum ad ad-
uersarium attinet, non omnino exclusus est ad proban
dum, etiam si res alteri adiudicata fuerit. Et ita altera
sententia intelligenda est, supra numer. 18. Summum
igitur hoc sit, quantum ad duo posteriora contraria at
tinet, quòd post rem iudicatam, probationis necessitas
ei, in cuius fauorem sententia lata est, non competit.
Si quis tamen alius denuo aliquid probare velit, au-
diendus est.

20 † Itaque dictum est, quòd cognito vno contrario-
rum, cognoscitur & reliquum. Deinde contra. Qui-
21 bus priusquam respondeamus, † videndum est, quid
sit argumentum à contrario sensu. Et est tacitus sen-
sus, qui elicitur ex litera, licet non sit in litera. glo. con
iecturam. l apud. C. de furtis. Appellatúrque tacita le-
gis dispositio. puta si mater filio donationem fecerit,
tamē eam reuocare matri permissum est. tametsi alio-
qui non fuerit expressum, si mater ad secundas nuptias
non conuolauerit, & filius ingratitudinis causam cō-
miserit. l. his solis C. de reuocand. donation. Et ideo
filij, parentibus succurrere, eisdémque parere studeāt.
Ipsi enim parentes, à filiis suis obseruari debēt. § & si-
militer. authenti. vt cùm de appellation. cogn. colla. 8.
Alioqui ingrati, exheredari poterit. Proinde hoc argu
mentum à contrario sensu, in cōtrariis superius dedu-
ctis locum non habet. Quibus meritò ita responden-
dum est.

22 † Satis constat, quòd cognito vno contrariorum, co
gnoscitur & reliquum. Atqui quod contrariorum
magis probabile sit, non apparet. Nam vt ex ipsismet
exemplis, supra numer. 12. constat, neutri res fuerat adq
iudicata, sed alter exclusus fuit. Nos igitur argumen-
24 to nostro conuenit: † Quod in affirmatiuis tantum lo
cum habet, in negatiuis nequaquam. Sume tibi nega-
tiuum argumentum, & colliges non posse subsistere:
puta, si dicamus, deficiente vno contrariorum, deficit
& alterum. Vniuersalis hæc oratio est, nec quicquam
superesse potest, quod affirmemus. Sequitur ergo di-
cendum, hoc argumentum à contrario sensu, in affir-
matiuis tantum locum habere. Patet, nam quòd ad
primam dubitationem attinet, videmus iudicatum
fuisse, Titium qui se coheredem existimabat, non es-
se heredem. Cùm autem hic subsequatur negatiua
particula. argumen. nostrum locum non habebit, hoc
est, nemo ex illa sententia heres existere poterit. Idem
ad secundam ampliationem dicendum est: nempe si
Titij quis iuret prædium non esse, non tamen probat
ipsius, vel alterius esse. Quia hoc argumentum in ne-
gatiuis nō procedit. Hoc ideo, quia cum negatiua par-
ticula neque affirmet, neque probet: & hoc argumen-
tum à cōtrario sensu verificetur altero contrariorum
cognitio, non aliter: Ergo in negatiuis locum nō habe
bit, quia ex negatiua particula nullum contrarium co
gnoscimus.

24 † Aliter quoque ad contraria responderi potest. Cō
stat possessionem esse facti. Alciatus l. prima num. 28.
de vulgar. Ad ea quę facti sunt, ius nō respondet. l. duo
sunt Titij. de testament. tuto. hoc est, in meris terminis
naturalibus relinquid: Alciat. l. si is qui. num. 50. de vsu
capion. Iure vero naturali nihil peculiare cuiquam re-
linquitur, sed omnia sunt omnibus communia. gloss. l.
j. de verborum obligationibus. Ergo quandiu posses-
sio nullius esse probatur, communis erit omnibus. l. si
fuerit. ff. de rebus dubiis. At vbi cuius sit, probatū est:
tunc is legis authoritate iuuatur, vt alterius non esse
credendum sit. Tunc enim tacitus ille sensus ex litera
desumitur, licet non sit in litera. Et cùm his absoluta
quæstio nostra sit. Tantum hoc restat quærendum.

25 † Testator instituto herede addidit, se ea conditio
ne facere, ne hereditatem alienet. Et si fecerit, sit priua
tus. Alienauit heres certam partem, an cadat in totum?
Et Ange. consil. 168. Ias. l. si ita quis promiserit. § ea le-
ge. in fin. de verbo. obligatio. cadere respondent. Quia
ademptum sub conditione, videtur sub contraria cō-
ditione datū. Conditio autem scindi non potest. Quæ
opinio certa est, si scriptum proponatur, Ne quid alie-
net. l. si is qui ducenta. §, vtrum. ff. de rebus dub. Alias
cum prohibitio de tota re non loquatur, non videtur
partem alienando, in totum puniendus. l. Titia. §. j. de
legatis secundo. Sed pro ea parte tantum. Ias. l. ait præ
tor. in principio. de iureiuran. l. Lucius Titius. vbi Bal.
de legat. primo. Traditum enim est, eum qui pro parte
aduersus legis præcepta facit, in totum non puniri. l.
in deposito. ff. deposit. Castren. Aretin. §. Cato. quinta
opposi.

26 † Vnde emphyteuta, partem inconsulto domino a-
lienans, ab ea tantum cadit. Ias. l. fin. charta penultim.
versicul. 13. de iure emphyteutic. Quod & in cliente fi-
duciario certum est. c. j. de vasal. qui contra. constitut.
Lotha. Idémque in vno ex pluribus emphyteutæ here
dibus, qui in re malè versatur: authentic. qui rem C. de
sacrosanct. eccle. Solus enim cadit Bal. l. ædem. colum.
vltima. C. loc. quia conditiones legales scinduntur, ne
quis supra delictum plectatur. l. rescriptum. ff. de his
quibus vt indig. Bal. consil. 337. in primo. Quod si in totū
peccauerit, secus est. l. quidam. §. donationem. de don.
Nec obstat, quod conditio scindi non debeat, quia cū
conditio & dispositio de eadem re concepta sit, sicut
dispositio ad partem refertur, ita in contrarium eius
casum regit.

ALEAE LVSVS CVR prohibitus.

SVMMARIVM.

1 *Alearum lusus cur prohibitus. & num. 4.*
2 *Quatenus voluptate capiendum.*
3 *De ludo pila palmaria.*
5 *Quæ exercitatio honestior.*

I. C. IACOBO MARIAE SALAE vicelegato.

Quæstio 6.

NON fueram ausus, tibi à me in prandio quæ-
stionem poscenti, sicuti voluissem, respondere:
partim vt senibus cederem, partim etiam, quod
meditari expenderéque mecum cœpi, quo eam mihi
animo proponeres, qui cùm vrbanus quidem sis, & a-
lias laudatus, ita aliorum salse dictis, stylo lasciuien-
tibus. verbis affectatis & compositioni insolenti fre-
quenter indulges, & scommatibus delectaris, morsis
scilicet figuratis, qui sæpe fraude & vrbanitate tegun
tur. vt aliud sonent, aliud intelligant: sed nonnunquam
hic in quem iacitur, dulce est. Quo genere vel alias
vrbanus vtitur, in quibus etiam præter vrbanitatem,
nihil est quod non etiam ad bonos mores conducat.
Noui quosdam non infacundos, sed illud ditionem il
lorum vitiat, quod nihil dicant absque scommate. Nusquā
autem minus locus est scommati, quàm in quotidia-
na vulgarique salutatione. Quod ad me attinet, licet
verbum insolens, quasi scopulum, semper mihi fugien
dum, sempérque sermonem purum & elegantem, vt
sententiam quàm apertissime declaret, amare insti-

tui:tamen qui iocis liberalibus in me delectabitur, in se iactos ac retortos patiẽter ferre debebit, vt Marrus auditor tueis. qui libellos meos lucernam olere mihi obiicit, ꝙ ita primitiæ quædam nostræ inscriberẽtur. Sed non eodem precio sibi &, mihi constat lucerna. Quod ad me attinet, nisi de scripto & ad lucernam elucubrata dico. Quod excusabit me, si plura à me poscenti conticuerim, maximè ꝙ quo animo faceres, non ignorarem Nunc igitur tantam rationem eorum reddam, quæ postulas.

†Quæris igitur cur alearum ludus prohibitus sit. Scio me loqui peritiori: tamen quãdo ita vis, faciam. Huius rei consideratio innumerata est. Expediam paucis scopum, quo totus hic sermo cõfertur. Ex me quidẽ, quid afferrem, nom habebam: nisi quod ab imper. auth. alearum lusus. C. de relig. rescriptum est. Dicam explanatè, & exponam pro mea diuinatione. Scio aleam ludere & perniciosum & à præstantia hominis alienũ. Aleator enim omnis semper anxius, semper querulus, iracundus, morosus, difficilis, insatiabilis. Diuitias optat, non vt illis perfruatur, sed vt illa cum collusoribus effundat. Spe futuri lucri, proprias opes prodigit. Nunquam contentus est eo, quod in alea vicerit. Sed quæcũque collusoribus supersunt, magna auiditate capit. Non igitur ludendum.

†Vincat tamen aliquando cupiditas voluptésq; rationem, vt animus curis fatigatus relaxetur Quod nõ mediocriter facit ad vitæ commoditatem, & ad orationis iucunditatem. Omnes enim virtutes cum mediocritate quadam temperentur, à præstantia hominis alienum non est, voluptatibus capi. Cùm tamen paruerimus voluptatibus, reuocemus nos ad forensia negocia. Non enim in rebus gerendis ita nos offerre conuenit, vt ocium non prospiciamus. Nec ita amplexãdum est, vt abhorreat à dignitate, & modestia carere videatur. Cicero pro Muræna: Nos qui negotiis impedimur, & occupationes alias multas habemus, ludis tamen oblectamur ac ducimur: nec semper. succisiua enim quædam tempora quæ incurrunt, perire non patiebatur.

3 †Ludo palmario P. Scæuola vir grauissimus & iurisconsul. omnium disertissimus, pila sæpe & libenter lusit Dionysius quoque Syracusanus pila summopere delectabatur. Sed homo ad sæuitiam natus, inter ludendum Pusionem quem vnicè adamabat, interemit Cuius facti adeo eum pœnituit, vt vix à seipso manus cohibuerit, Lusit etiam Alexander pila, cùm à militia & rebus seriis vacuum aliquod tempus dabatur: & inter ludendum collusores petentes muneribus donabat. Octauius Augustus omnium Cæsarum fortunatissimus, ludere non erubuit. Ludus igitur pilæ, à præstantia hominis alienus non est Nihil fictum, nihil simulatum in se habet. Principes rerum publicarum, ludos populis præbere consueuerunt. nõ modò vt victorias & rerum gestarum gloriam diutius celebrarent, verum etiam vt peractis, quisque lubentius muneri inuigilaret.

4 †Aleæ autem lusus semper & vbique prohibitus est. Pyrrhum Molossanorum regem scriptores summis laudibus euehunt. Verum parum stabilem consilióq; firmum testantur. In acquirendo, strenuè vigilans: in cõseruando, negligentissimus. Noua enim semper bella adnectens, quæcunque quæsierat, spe eorum quæ nondum possidebat, amiserat. Quem merito Antigonus cum aleatoribus conferebat.

5 †Proinde ego nullam magis honestam exercitationem esse puto, quam illam quæ crebris sermonibus quotidie cum optimis atque eruditis viris agitur, cum quibus honeste iucundéque viuere possumus. Igitur & censeo, & in me statuo, vt cũ à negociis publicis vacuum tempus datur, aut ipsa res postulat hilaritatem, vt ad omnem hominum consuetudinem festini, vt ad omnes reipub. curas vegetiores, vt animus curis fatigatus relaxetur, non omnia voluptati deneganda, si cũ virtute honestatéque coniuncta sit. Non enim iucũdè viuere possumus, nisi sapienter, honestè, iustéque: honestè, iustè, nisi iucundè. Mihi autem nulla maior potuit voluntas contingere, quàm quod in syndicatu meo nemo de me conquestus sit. Hæc nec temerè, nec extra rem dico. Sunt enim aliqui apertè mihi, nescio quare, non amici, quibus in aliquo magistratus gradu me constitutum displicet Hoc neminem latere velim, prouinciam mihi commissam ac traditam me non petiisse. (Alio enim tempore Reipub. inseruire in animo est). Fuit enim Andreas Recuperatus præses, qui vltro pro me petiit & obtinuit. Tandẽ Antonius Vacca præses. cũ mihi aliam prouinciam delegare vellet, tametsi instanter recusassem, mihiq; alio proficiscendum ostẽderem: absente & inscio me, diploma mihi obtinuit. Tecum consentiebam, qui alium ex tua gente sufficerevelles. Ipse vero multo commodiùs ac liberius, extra hæc munera, in quibus plus est dispendij, quàm emolumenti: adeo vt hic vitam priuatam, certis adductus argumentis & pluribus experimẽtis, potius suscipiendam putarem, quàm eorum qui imperitia & magistratus obtinent.

SERVITVTES VTRVM DIuiduæ, vel indiuiduæ.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes conditionem non recipiunt.* 4.9.10.13.
2 *Seruitutes non diuiduntur.* 5.6.11.20.
3 *Factum an diuiduum, vel indiuiduum.* 9.8.13.21.
7 *Vsusfructus, volũtate partium diuisionem recipit.* 12.
14 *L. actus. de reg. iur. interpretata.*
15 *Actus legitimi quatenùs recipiant conditionem.*
16 *Hereditatis aditio, conditionem recipit.*
17 *Tutoris datio an conditionem recipiat.*
18 *Conditio expressa quandò prosit.*
19 *Expressa nocent, non expressa non nocent.*
22 *Falcidia quo iure competat.*
23 *Falcidia quando cesset.*

Quæstio 7.

CAELIVS AMASEVS IAC. Concenatio.

RELATVM est mihi, te paucis ante diebus ad vrbem hanc aduẽtasse. Quòd si ego præscissem, egissem hæc tecum libentissimè. Quãuis vtrũque libens faciam, beneuolentia fretus, & acumen ingenij tui doctrinámque quam semper plurimi feci, iã dudum expertus. Itaque in re vehementer ardua te obsecro, vt opera non desit tua. Ego vt ingenue fatear, plures in hoc anfractu opinionum consulendos putaui. Sed te potissimum delegi, vti acutissimi ingenij virum. Sic igitur habeto, me valde hæsitare, quænã potissimum fuerit ratio, cur seruitutes indiuiduæ esse dicantur. Et quare ex certo tempore & ad certum tempus & ad certam conditionem isto iure constitui non possint. Et (quod me potissimum excruciat) quænam sit verior in iure opinio, an heredes ob non confectionem inuentarij amittat Trebellia. In his ego hoc tempore quamplurimùm laboro, quòd magna in academia ista super his controuersia sit. Effice igitur quæso, vt quid de his sentias, intelligã. Interim quicquid pro te possum, tibi additum obnoxiúmque esse velis. Auen. 8. Calendis Augusti.

I. C. CAELIO AMASEO.

GRATAE mihi fuerunt tuæ laudibus vndique refertæ literæ. Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput. Proinde licet laudem non affectem, tamen ingerentem se non repello. Proderit enim in hoc, partim vt prospiciam qualis esse debeam, partim vt efficiam te vera prædicare. Curare enim debemus, esse quod audimus. Carmen Horatij sic se habet.

Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.

Non tamen à quouis laudari ferendum est. Non à dissimulatore, à quo cùm melleus laqueus sit, oratio blanda, non ex animo proficiscens, sed ad gratiam composita, laudari turpe est, quòd blandè amplectens, iugulet hominem. Cæsar Augustus indignè ferebat se laudari, nisi à præstantissimis, quibus turpe est secus dicere, quàm viuant. Si enim turpis vita est, refellunt: si proba est, laudant. Iucundum igitur mihi semper fuit, laudari ab his qui non verentur & vituperare, si quid displicuisset. Tales enim qui laudant, iudicio laudãt, non metu, aut adulatione: vt si quid dixerint in me, meritò repræhendendum, admonitus corrigar, & proficiam. Sed vt paulatim ad tuamepistolam veniam, quòd doctrinam acuménque ingenij mei non parui facias, facis amice. magis enim mihi tribuis, quam ego nec agnosco, nec postulo. Vtinam tamen verum esset, quod annuncias. At vereor ne me coniicias in falsum gaudium. Quare M. Ciceronem, Annibalem, vel alterius egregij ducis vitam quæso laudes. Meas enim hactenus res gestas, ne verbo quidem cum his quæ summi viri attigerunt, arbitror conferendas. Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas? Tibi tamen laudanti ostium nõ claudam, sed aperiam. Quòd soleant docti (qualem tibi libet me habere) seruare & diligere doctos. Simile enim simili amicum. Et enim quis te in docendis interpretandísque legibus scientior? Lectiones enim tuæ ex Palladino domicilio ad terrenas gentes prodire mihi videntur: adeo, vt satius sit te legentem, quàm Apollinem lyra agentem audire. Ex ipso voluptatem tantum auribus capimus, lectiones verò tuæ ornatissimæ tantam voluptatem, vtilitatéq; studiosis adferunt, vt te omnes cæteris omnibus anteponant, quia omnium vigilãtibus, publicæ vtilitatis studiosissimus & amantissimus es. Alia quoque plurima & clarissima virtutum tuarum argumenta essent dicenda, quæ grandis charta non caperet. Tamen quia nos nostro pede metimur, mittamus inuicem laudes, & iam mutuas desinamus tradere operas. vera enim tua virtus, non eget alienis præconiis, vino vendibili suspenso signo nihil opus est. Itaque semel statueram, quæstionibus propositis non respondendum. Et ni poposcisses, ego me tibi non offerebam, partim quòd tu instar Dasypi carnes desiderantis mihi videaris, qui eas requiras ab aliis, quæ tibi affatim tecum sunt: partim quòd familiaribus publicisque negociis adeo essem occupatus, & distętus, vt vix satis ocium studio suppetat. Et idipsum quod datur ocij, libentius in foro consumimus. Proinde omissis nugis, rem experturi sumus. Tua enim nos voluntas commouit, vt illis responderem: ne tua causa noluisse, aut fugisse nos laborem putares. Sed interim præstat pugnam committere cominus. Lumen soli mutuo, & ranæ aquam ministro. Desiderabam vt glaciem scinderes, vt scilicet viam aperires, & incipiendo negocio prior esses, quod in manibus tuis sit. verum si nihil respondero, verebar ne impudentissimus existimarer. Quare licet magnum videam portentum. video enim fontes ipsos sitire, cùm petas à me, quod tibi affatim abundat: tamen ego studiosius hoc negocium suscepi, quod te non sine causa has iuris quæstiones velle cognoscere intelleximus. A fronte igitur atque à tergo omnia diligenter collata, atque ab extremo initio vsque ad supremum finem perspecta & cogniti tibi accipe.

1 SERVITVTES † neque ex tempore, neq; ad tempus, neque sub conditione, neque ad certam conditionem verbi gratia, quandiu volam, constitui possunt. l. 4. ff. de seruitu.

2 † Sed nec diuisionem recipere manifestum est. Seruitutes enim viæ, itineris, & actus, natura diuisionem nõ admitiunt. l. 1. §. j. l. eadem. §. j. l. stipulationes non diuiduntur. l. vbi autem § qui id. l. si sub vna. de verborum obligationib. l. pro parte. de seruitu. l. arbor. § finali. ff. commu. diuidun. Qui enim patitur quid fieri, ipsemet facere videtur. l. qui fide. l. qui remunerandi. §. si passus. ff. manda. l. qui patitur. eodem l. si fideiussor. C. eod. l. cum in plures. §. locator. ff. loca. cap. 2. de accusation. in 6. l. semper qui non prohibet. de regulis iuris cap. error. dist. 83.

3 † Idem in seruitute dicendum est. Qui enim patitur, vt alius re sua vtatur, facit l. mutuum. ff. de ser. vrbanor. præd. glo. viam. §. j. l. 2. de verbo. obli. Factum autem sui natura indiuiduum est, d. gl. viam. l. stipulationes non diuiduntur. 2. respon. de verb. obli. Ergo seruitutes indiuiduæ sunt. Hinc est, q via pro parte adimi, aut seruus pro parte liber effici non potest. l. pro parte. §. pro parte. ff. de seruit. l. duobus. de lib. causa. & ff. de excep. rei iudi. in princ.

4 CONTRA. † Si voluntate partium, conditio seruituti apponatur, seruanda est. §. sed tamen. l. quarta. ff. de seruit.

5 † Præterea, seruitus itineris, viæ, actus, pluribus cedi & diuidi, vel simul, vel separatim potest. l. qui per certum. ff. com. præd. l. Lucio. de aqua plu. Et diuisio seruitutis aquæ, pro modo agri detẽti & alienati fit. l. si partem ff. de ser. rust. præd.

6 † Tertiò, Qui seruitutem patitur, non facit. glo. fin. l. quoties nec. ff. de ser. facta autem tantum sunt indiuidua. l. stipulationes non diuiduntur. de verbo. obligat. Ergo seruitus diuisionem recepit.

7 † Quartò, vsusfructus, qui nimirum pars seruitutis dicitur, diuisionem voluntate partium recepit. l. 5. ff. de vsufructu. § si vsum fructum. l. j. ff. ad legem falci. Ergo seruitutes diuisibiles.

8 † Postremò, si conuinceremur seruitutem facti esse, etiam multo minus diuisionem recipere desineret. Cũ enim facta diuidi possint, l. eadem. §. Cato. vers. at si. de verb. obl. ergo à principio seruitutis constitutæ, tandẽ diuidere poterimus.

9 CONCLVSIO. † Seruitutes conditionem nõ recipiunt, & ipso iure indiuiduæ sunt. Quòd insecabiles prorsus & indiuisibiles sint, & difficulter sub sectionẽ veniant, & quòd certam quandam demonstrationem præ se ferant.

10 SOLVTIO. † Legis authoritate, seruitus cõditionem non recipit: voluntate partium non recipit.

Præterea qui passus est seruitutem itineris in fundo suo, licet eandem seruitutem alteri cedere possit, d. l. qui per cer. com. præd. nõ tamen desinit esse indiuidua respectu vtriusq;. Cũ enim aliter seruitute itineris vtitur, non pro parte, sed in solidum vtitur. alioqui seruitutem non habet. Ideoq; seruitus non diuiditur, sed cõmoditas itineris. Seruitus enim pro parte qua ego fruor, dici non potest indiuidua. Similiter & qua vicinus vtitur, indiuidua est. Et tamen inter vtrunque diuisa est. Quatenus igitur aquæ commoditas diuidua est, eatenus seruitus aquæ ducendæ diuidua est. l. via. §. j. ff. de seruit. Seruitus tamen fundi, qui aquæ seruit, vel dominantis. indiuidua est. Licet igitur aqua commodè possit diuidi, tamen ipsum ius seruitutis omnino est indiuiduum.

11 † Itaque vsusfructus qui est iuris, l. j. ff. de vsufructu. volũtate partium diuisionem recipit. Seruitus autem,

vtpote facti, nec natura, nec effectu diuisioné recipit.

13 †Et licet facta diuisionem recipiant, tamen seruitutes excipiuntur. Bart. l. stipulationes non diuiduntur. col. 2. in 3 opp. de verb. oblig.

14 INTERPRETATIO. † Pap. ait. l. actus. de reg. iur. Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, hereditatis aditio, serui optio, datio tutoris, in totum vitiatur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus supra scripti tacitè accipiunt, quæ apertè compræhensa, vitium afferunt.

15 CONDITIONEM. † Ea quę sunt facti, cùm aliqua legis interpretatione non iuuentur, à lege conditionem expressam, vel tacitam non recipiunt. l. 3 de legat. 3 annot. in §. cum autem. nu. 3. insti. de adop. Voluntate tamen partium recipere poterunt. §. seruus autem alienus. insti. qui testamá. tut. da. Ea vero quæ sunt iuris, quatenus legis interpretatione iuuantur, conditionem recipiunt. Et hæc dicitur tacita conditio, quæ legis authoritate actui inest.

16 HEREDITATIS aditio. † Aditio hereditatis, expressam conditionem recipere potest. §. hereditatis. & seq. & ibi Bal. insti. de hered. insti. Et multum operatur. Institutus enim si posthumus natus non fuerit, matri præfertur. l. fi. C. de here. insti.

17 DATIO tutoris. † Tutoris datio licet tacitá conditionem non recipiat, expressam tamen admittit. §. sed si in testamento. insti. de Attil. tut §. sed & si. quib. mod. tot. fin. Vt si extraneum seruum tutorem dedero, inutilis est tutoris datio. Et tamen si sub ea conditione dedero, cùm liber erit, valebit. §. seruus autem alienus. institut. qui testamen. tut. Cont. Proprius seruus inutiliter hoc modo, cùm liber erit, tutor instituitur. §. j. instit. qui testa. tut. Respon. Conditio tantum inutilis erit, tutelæ autem datio non vitiatur. Cùm enim interpretatione legis, seruus proprius tutor datus, libertate quoque donatus censeatur, actus per appositioné inutilem non vitiabitur. § posteriore. insti. quib. mod. testamen. infir. l. certi. §. quoniam. si cert. pet. l. si prætor. C. quomo. & quan iud. Cont. q inutilis conditio in seruo proprio apposita, faciat omnino tutelæ dationem deficere. Nam licet simpliciter à domino datus tutor, tacite censeatur libertate donatus: si tamen aperte cóprehendatur, vitium adfert. d. l. actus ver. nonnunquá. Ias. l. quæ de legato. nu. 11. de leg. j. Nihilominus cótrarium verius esse crediderim, cùm vtile per inutile vitiari non debeat. l. sed si tibi. cum glo. 6. ff. de stipu. seruo. l. j. §. pen. de verb. oblig.

18 TACITE accipitur. † Quandoque tamen expresse secundum personarum conditionem. Nam testaor ad certam diem, vel sub conditione tutorem dare potest, iudex non potest. gloss. posse. §. ad certum. institut. qui testa. tut.

19 APERTE. † Hoc ideo, quia expressa nocent. nó expressa non nocent. gl. expressa. de regul. iur. l. nonnunquam. ff. de condi. & demon.

20 ANIMADVERSIO. † Falsus est Accur. d. l. arbor. §. fi. in gl. mag. ff. com. diui. existimans seruitutem ipsam diuidi posse, dum exponit, iter aquarum, hoc est, seruitus. Diuisio enim aquæ non est diuidere seruitutē, sed in certum quendam modum reducere.

21 † Idem in glo. fi. l. quoties nec. ff. de serui. vtpote sibi contrarius, in gl. viam. §. j. l. 2. de verb. obli. Malè sentit Alex. l. eadem. de verb. oblig.

22 † De iure Falci. quod à me postulas, lege 12. tab. erat incognita. §. disponat. authen. de nupt. coll. 4. Tandem triplici iure competere coepit. Falcidius statuit, quartam legitimæ hereditatis partem, heredibus relinquédam. l. error facti. C. ad leg. Falc. Si quidem iure naturę debeatur. Iure institutionis, cum vniuersa hereditas exhausta legatis est. Trebellianico, quæ heredi instituto & rogato alteri hereditatem restituere competit, c. Raynutius. extr. de testa. gl. c. responsa. distin. 2. In qua, quęcunque ex vltima voluntate, siue iure prælegati, siue implendæ conditionis gratia percipiuntur, computantur. In Falc. autem quęcunque iure hereditario capimus, non autem quod prælegati, vel gratia conditionis implendæ relictum est, computantur.
23 Cessat autem Falcid. si testator expresse designauerit nolle heredem retinere. §. si vero expressim. authent. de hered. & Falci. colum. j. authent. sed cum testator. C. ad legem Falcid. Barbat. c. Raynaldus. col. 3. extra. de testa. Tametsi Trebellianicam prohibere non possit. l. si vt allegas. C. ad leg. Falc. Quando quis sciens, se ex testatoris voluntate retinere posse, integram hereditatem restituit. d. l. error. Si heres integra legata se soluturum spoponderit, etiam sine Falc. aut Trebel. detractione debebuntur. l. cum certum. C. ad leg. Fal. Tametsi alioqui pactum factum in vita defuncti, ne Fal. repetat, non valere certú sit. l. quod de bonis. §. j. ad leg. Si testator plus in hereditate se habere putat, quàm habeat gl. j. l. error. C. ad leg. Falc. pater in hereditate filij emancipati, quartam non detrahit. l. lex Falc. § nunquam. ff. ad leg. Falci. Fideicommissarius vtilis, aduersus alium fideicommissarium. l. j. §. deniq; §. inde Nerat. l. mulier. §. si. ff. ad Trebel. Heres qui inuentarium non perfecit, non solú creditoribus vltra vires tenetur, verum etiam legis Falci. & Trebel. beneficio aduersus legatarios non vtitur. §. & si præfatam. l. fi. C. de iur. delib. § si vero non fecerit. d. auth. de heredi. & Falc. Ludo. Rom. auth. similiter. C. ad leg. Falc. Tametsi Barto. & cæteri contradicant, in l. Marcel. col. fi. ff. ad Trebel. auth. sed cùm testator. colú. fi. C. ad legem Falci. Nec refert q diuersi sint tituli, ad legem Falci. ad Trebel. Quasi diuersos effectus parere deberét, l. si idem. de condi. Cessat Falcid. si legata prædanó fuerint. l. j. §. pe. ff. ad Treb. Pactionibus & stipulationibus, Falcid. ab herede remitti potest. l. potest. ff. ad leg Fal. Bar. l. post pactum inter heredem. vbi glo. ff. de pact. In relictis ad pias causas. §. si autem. de elect. auth. similiter. C. ad leg. Fal. Trebel. olim non cessabat. l. j. §. mancipium. ff. ad leg. Fal. Sed hodie quoties Falcid. in testamentis cessat. etiam Treb. l. Marcel. ff. ad Treb. §. si autem. d. auth. de hered. & Falc. Quæ etiam Falcid. appellatur. l. pater filiam. ff. ad leg. Falc. Et vbi Falc. resecat legata particularia, etiam Trebell. vniuersalia. §. restituta. instit. ad Treb. Sed legata ad pias causas, per Falc. non resecantur, nec vniuersalia per Trebel. gloss. olim. l. Marcel. ff. ad Trebel. Tametsi Spec. in tit. de vsu fru. edic. §. cópendiose. vers. sed cùm deduco. Dy. & Io. And. c. si pater. de testa. in 6. aliter sentiát. Si testator ré legatam alienari prohibuerit, cessat Falci. & Treb. authen. de spó. largi. §. pen. Si heres in testatorem insidias struxerit, § huic nobis. auth. de heredi. & Falc. Si coactus adiuerit. l. quia poterat. ff. ad Treb. Proinde in quibus Falc. admittitur, in eisdem cessabit Treb. nisi probabilis diuersitatis ratio adferatur. l. Marcellus. ff. eod.

SERVITVS LVMINIS QVEMadmodum acquiratur.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare in suo cuilibet permissum est.*
2 *Seruitus luminum quando acquiratur.*
3 *Temporis vetustas, quomodo probanda.*
4 *In præscriptione seruitutis realis, an tit. requiratur.*

Quæstio 8.

1 DOMVM † suá vnicuiq; reficere licet. l. domum suam. ff. de reg. iur. Etiam in vicini præiudicium concessum est. Debétque id vicinus ab alio pati, compensarique cum alio commodo. l. j. C. de cadu. tol. l. secundum nat. ff. de reg. iur.

2 CONTRA. † Si iuri vicini præiudicet, ædificare Permissum non est.l.sicuti.§.Aristo.ff.si serui.vend.Domus enim quæ à fundamentis, vsque ad extremam cõtignationem, luminum seruitutem, à tanto tempore, cuius initij memoria non extat, centum videlicet annis.§.vbi tempus.institut. de seruitu.habet:hoc nobis natura præscribit,vt ꝓ legibus vetustas (quæ optima legum interpres est.l.cùm interpres.de consuetudin.) seruetur.l.j.§.fin ibi,si tamen agri.l.hoc iure.§. ductus
3 aquæ.ff.de aqua pluuia arcend. † Cuius rei probatio nõ directè,sed præsumptiuè fit.l.quæ ex literis.de vulgar. Guid.pap.quæstion.357. In factis enim antiquis, multum operatur fama.c.veniens.de verb.signif. Proinde si mihi debeatur seruitus,ne tibi liceat altius ędificare,& si ædificaueris,longæque possessionis præscriptio acquisita fuerit,sublata erit seruitus.l.sequitur.ff.
4 de vsucapion. † In qua titulus non requiritur.l.si quis diuturno.ff.si serui.vendi. Tametsi in cæteris sit necessarius.l.nullo.C.de rei vendica.Factum autem vtentis in præscribenda libertate necessarium est.l. hæc autẽ. C.de seruitu. Et tunc demum præscriptioni locus est, cùm alioqui possessionis ius incertum est.l. minus. de lega.3.Quarum alia continua est,alia discontinua.Cõtinua longo tempore acquiritur,l.2 C.de seruitut.hoc est,spacio decem annorum,inter præsentes.l.penul.C. de præscrip.30.ann.& viginti,inter absentes.§.j.instit. de vsucap.Incorporalia vero quæ habent causam continuam,non vsucapiuntur.l. seruitutes prædiorum.ff. de seruit.Quod vero de cælo cadit,causam cõtinuam habere creditur.Nam etsi non assidue fiat,ex naturali tamen causa fit. Et ideo perpetuo fieri intelligitur.l. foramen.ff.de seruit.vrba.præd.Et ideo aquam quotidianam appellamus,quæ semel in anno ducitur.l.j.§ 2. & 3.ff de aqua quoti.& æsti.Idem dicendum est,si trabem in parietem tuum posui statim enim mihi seruitutem acquiro.l.seruitutes quæ in superficie.ff.de seruit.vrb.præd. Ideoq; tueri debeo in illa quasi possessione.c.j.& 2.vt lit.pen.& 16.quæstio.4.c.volumus, nisi me vi,clam,vel precario possidere probatum fuerit,argu.c.quorũdam.de excpt.præla.Idémq; receptum est, in mixtiõe seruitutis tigni iniuncti.d.l.seruitutes quæ in superficie.In seruitute igitur quæ nõ habet causam continuam,tantum temporis requiritur, cuius initij memoria non extat in cõtrarium.l. hoc iure.§. ductus aquæ.ff.de aqua quotidian.& æsti.Monta.§. postremo seruitus.& §.seruitus discontinua.insti.de serui.Guid. pap.deci.73.

EA QVAE VI FLVMINIS fundo vsufructuarii accreuerunt, ad quem pertineant.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius quicquid fundo accrescit,cõsequitur.*
2 *Commodum & incõmodum in vsufructuariũ trãsit. num 12.& 28.*
3 *Thesaurus ad quem pertineat. & num.5.17.20.24.33. 40.45.47.48.*
4 *Meum quid dicatur.*
6 *Alluuio vsufructuario debetur.*
7 *Alluuio fundo pignori dato cedit.*
8 *Quæ accessiones,fundi naturam sequantur.*
9 *Inuenta in ripa fluminis,efficiuntur occupantis.*
10 *Inuẽta in loco sacro vel religioso,efficiũtur occupãtis.*
11 *Vsusfructus quid 27.*
13 *In contractu emptionis vsusfructus,tacitum non habetur pro expresso.29.*
14 *Arena cum ipso fundo confunditur.30.*
15 *Vsufructuarius qui aliquid inuenit in fundo,non dicitur inuenisse in suo.31.49.*
16 *Seruus vsufructuarius acquirit proprietario,non vsufructuario.32.*
18 *Dominus directus præfertur vtili, quando inter ipsos idem ius concurrit.35.*
19 *Cedit solo,quod superimponitur.34.*
20 *Inuenta à proprietario, in fundo vsufructuarij ,vel ab vsufructuario,inter ipsos diuiduntur.36.*
21 *Lapides non sunt de fructu.37.*
22 *Inuenta & illata in fundo,ad proprietariũ pertinẽt.*
23 *Aqua nemini acquirit.39.*
25 *Seruus pignori datus,neque domino , neque creditori acquirit num.41.*
26 *Vsufructuarius ea quæ vi fluminis in fũdo illata sũt consequitur.42.*
43 *Vsufructuarius dominus & proprietarius fundi est.*
44 *Vsus & vsusfructus differentia.*
45 *Intellectus l.1.de thesau.lib.10.C.*
46 *Intellectus l.cùm quærebatur.§.omnes.C.vndè vi.*
47 *Glo.l.thesauros.ad exhib.reprobata.*
Gl.l.item fa.ercisc.reprobata.
48 *Christophorus Porc.§.thesauros. addi.3.de rer. diui. inst.licet reprobatus,tamen defensus.*

Quæstio 9.

I C. IO. BAPTISTAE CENTEtenario iudici.

MITTO ad te eã,quæ de lapidibus vi fluminis fundo vsufructuarij accrescentibus, sententiã. Si iniquus es in me iudex,cõdemnabo ego eodem te crimine:sin me id facere noles,te mihi æquum præbere debebis.Lapides qui vi fluminis, fundo vsufructuarij accreuerunt,ad ipsum,non ad proprietariũ pertinere mihi videntur.
1 † Cùm enim riparum proprietas sit eorum , quorum prædiis adhærent:non tantum eos fructus qui diligentia & opera bon.fi.emptoris peruenerunt , verũ etiam quicquid percipi poterit,consequitur.l.bonæ dei.ff.de acquirend.rer.domin. Et ideo quicquid à tempore cõtractus vsusfructus nascitur,quicquid inde percipi potest,ipsius fructus est.l.item si fundi.in prin.ff de vsufruct.omnes autem fructus & redditus, ad fructuariũ pertinent.l.vsufructu legato.eo.l.qui scit.§. præterea. ff.de vsur.Ergo vsumfructum,seu dominiũ & proprietatem istorum lapidũ,qui vi fluminis in ripa fundi accreuerunt,fructuarius consequetur.§.& si lapides.§.& si metalla.d.l.item adeo.vt & in eosdem libere vendere possit,quia qui vendit,vtitur l.arboribus §. vsufru
2 ctuarius.de vsufruct. † Præterea,omne augmentũ contingens in re emphyteutica siue latens,siue patẽs:semper cedit emphyteutæ, nec propterea pẽsio augeri potest:vt contrariorum eadem sit disciplina.Nam quemadmodum omne damnum,nisi sit toti⁹,semper ad emphyteutam pertinet,ita etiam debet commodum Ias. l.j.nu.29.C.de iur.emphyteuti. Ita etiam post contractum emptionis vsusfructus,damnum & incommodũ non solum fundi,verum etiam riparum,ipso iure transit in emptorem vsusfructus.Ias.l.quo minus.numero 63.ff.de flumi.adeo,vt propter sterilitatem superuenientem,nihil de precio conuento remittatur. Capolla de seruit.vrba.prædio.ca.4 col.3.versic. & est Ias.d.l. quo minus nume.144 & sequẽ.de fluml. Aequissimum est, vt etiam sentiam cõmodum istorum lapidum.l.secundum naturam.de regul.iuris.Ias.l.3.nume.106 C. de iure emphyteutic.l.j.num.5.ad Trebellia.d.l.quo minus. numer 64.
3 † Tertiò,thesauros quos quis inuenit,ad se pertinẽt. l.nonnunquam.§.thesaurus.de acquirẽ rer.do.Sed ita

demũ,si in suo inuenerit.§ thesauros.instit. de rerũ di. In suo autem inuenisse dicitur, siue sit dominus directus,siue vtilis:vt feudatarius,siue emphyteuticarius. l.possessores.in fi l.fi.de fund.patri.lib.xj C.Ias.l.j. nu. 80.C.de iur.emphy.vel quis alius vsufructuarius. glo. fmo.d.§.thesauros. Quia qui habet vtile dominiũ habet etiam vtilem actionem ad rem in eodem fundo inuentam: Vt qui agrũ vectigalem tenet,ei in rem actio aduersus quemuis possessorem competit.l j. in fin.ff.si ager vectiga.Sed si habet actionem & vendicationem, ergo fundus dicitur esse suus.l.quintus.§.argẽto.§.cui legatum.de aur.& argen.legat.

4 † Igitur cùm meum id dicatur,cuius vendicandi ius habeam.l.solùm ff.de rei vendic.& vsufructuarius ius habeat vendicandi possessionem, cuius vsumfructum tenet:meritò quem thesaurum in suo inuenerit, cũ [illegible] se pertineat:dicẽdum erit,vt ea quæ vi fluminis in fundũ vsufructuarij illata sunt,ad se pertineant,l. hoc amplius.§.de his.ff.de dam.infecto.Nec immeritò. Cùm enim thesaurus & ea quæ vi fluminis illata sunt, donũ fortunæ sit,l si is qui § j.de acquirend. rerum domin. damnum autem fortunæ ad vsufructuarium spectet,l. j.in fin.C.de iure emphy.ergo etiam commodum.Regu.secundum nat.l.eum qui.de iureiuran. Eadẽ erunt dicenda,si quis in sacro vel religioso loco, casu quid inuenerit.dicto § thesauros. Quòd si fuerit pecunia perdita,secus est semper enim ad suum dominiũ pertinet.l.à tutore.ff.de rei vendicat. Si igitur thesaurus in fundo inuentus,efficiatur suus:& qui in fundo,cuius vsumfructum tenet,thesaurum inuenit, in suo inuenisse dicitur,Et consequenter ad se pertinet.Eodem modo dicendum erit, ꝙ lapides in litore fluminis seu tortẽtis,à Blasio Petiti vsufructuario inuenti,ad ipsum pertinebunt,& eosdem extra fundum exportare poterit.§.& si forte.l.æquissimum.de vsufruc.cùm etiam possit instituere lapidicinam in eodem fundo.§.inde. d.l.æquissimum.

6 † Quarto,si alluuio fundo accresceret,vsufructuario debetur Bat.in trctat.de flumi.ver.nostro. Cur & lapides qui fundo accreuerunt, ad eundẽ nõ pertinebunt?

7 †Quintò,si nuda proprietas pignori data sit vsufructus,siue alluuio quæ postea accreuit.pignori cedat.l. si conuenerit §.j.ff.de pignoratitia action. etiam lapides qui postea vi fluminis fundo accreuerunt,vsufructui cedunt.

8 † Sextò,accessiones quæ fataliter contingunt, nullo hominis facto interueniente,eiusdem naturæ sunt,cuius est fundus.Azo in summa,instit.de rerum diuision. Barto.in tract.de flu §.flumen,§.istæ accessiones adeo vt illud incrementum quod quandoque ripa naturaliter excrescente contigit,dici possit alluuio,quia latẽs incrementum est Barto.eod.versicu.istud. Sed vsusfructus fundi ad Blasium Petiti pertinet,vtiq; & ea quæ nullo hominis facto prouenerunt,scilicet lapides,sibi debebuntur.

9 † Septimò,licet ripæ, fluminis sint eorum, quorum prædiis adhærent:tamen riparũ vsus,perpetuò est cõmunis & publicus de iure gent.Ias.l.quo minus.num. 91.de flumi.§.riparum.insti.de rer.diui. Ergo quos lapides aquæ inundatio in ripa fundi vsufructuarij ducit,ad Blasium Petiti non solùm tanquam vsufructuarium, verum etiam tanquam primò occupantem pertinent.Nam quod in ripa fluminis,quæ iure gen.comunis est,pro derelicto habet(alioqui secus est.l.hoc amplius § de his.de damn.infect.) efficitur occupantis l. quæ leuandæ.ff.ad leg.Rhod.§.pen.instit.de rerum di. Patet in apibus,& fauo mellis ab apibus facto.l.naturalem.§.apium.ff.de acquir.rer.domi.§ apium.de rerũ diui.patet & in thesauro l.3.§.Neratius.ff. de acquirẽ, possessione.

10 † Postremò, quod quis in loco sacro,vel religioso, qui nullius esse dicuntur,§.nullius.instit.de re.di.fortuito casu inuenit,ipsius est.d.§.thesauros. Ergo lapides casu fortuito in ripa fluminis à Blasio Petiti inuenti,ipsius erunt, non eò tantùm ꝙ sit vsufructuarius eiusdẽ ripæ,propter ius vsusfructus quod habet in prato,sed quia primò occupauit.

11 CONTRA †Ex definitiõe vsusfructus,qui est ius alienis rebus vtendi fruendi,salua rerum substantia.l. j.ff.de vsufru.Sed lapides,fructus non sunt.l.si ex lapidicinis ff.de iure dot.Ergo vsusfructuarius vti frui huiuscemodi lapidibus non poterit.

12 † Præterea,si proprietarius amittat partem illã fundi,quæ vi fluminis absumpta est ac deperit,æquũ videri debet,vt lucrum sentiat alijde,nempe ex lapidibus qui fundo per aquæ inundationem accreuerunt.reg. secundum natu.

13 †Tertiò,in contractu emptionis vsusfructus,nominatim cautum fuit,vt suo periculo & fortuna vsufructuarius fundũ acciperet.Quòd autem ea quæ accrescerent per aquæ inundationem,ad se pertinerent, nullum verbum,& meritò cùm haberi non debeat pro expresso,sed pro omisso.l.item.§.sed si.ff.de vsufr. ad fructuarium non pertinebunt,sed ad proprietarium.

14 †Quartò,cùm arena,cuius partem inuicem non coherent,cuius sit,non appareat,cum ipso fundo cõfundatur.Sic omnia incrementa fluminum,quæ fiunt per alluuionem.tanquam additamenta arenosa,fundo accrescunt.Bar.in tract.flu §.adiecerit.in.fi.

15 †Quintò,vsufructuarius qui aliquid inuenit in fundo.cuius vsusfructus ad se pertinet,non dicitur inuenisse in suo.Ange.§.thesaurus.instit.de rer.diuis. Ergo ad se non pertinent.

16 † Sextò, si seruus meus cuius vsumfructum Titius possidet,in fundo meo aliquid inuenerit:Id non dicitur esse vsufructuarij, sed ad me proprietarium seruꝭ pertinet.l si is.§.ꝙ si.de acqui.rer.do. Ergo eodẽ modo dicendum erit,ꝙ lapides qui vi fluminis fundo accreuerunt,non ad vsufructuarium,sed ad proprietariũ pertinebunt.

17 † Septimò,licet thesaurus in fundo inuentus,efficiatur inuentoris:tamen iure non est cautum,vt emendo vsusfructus fundi,thesaurus in eodem fundo inuẽtus, efficiatur vsufructuarij.Ergo ad proprietarium remanere debet,vt in simili videtur annotasse Ias.l.quo minus nu 64.ver.quarto.ff.de flu.

18 † Si enim inter domum in feudum datam, & domũ propriã domini,fuerit puteus,& aqua non possit sufficere pro vtroq;,præfertur dominus directus.

19 †Octauò,cedit solo quicquid superimponitur, vel iuxta eundẽ accrescit.l.adeo.§.quod si.de acqui.re.do.

20 †Nonò,si dominus directus inuenerit thesaurum in fundo,cuius vsusfructus alienus est:habens vtile,dimidium cõsequetur.Ang.§.thesauros,ver.quero,quid si.insti.de re.di. Ita dicendum est,vt inuenta ab vsufructuario,inter ipsum & proprietariũ æqualiter diuidãtur.l.j.versi.quod si forte.de thesaur.lib.10.C.

21 †Decimò,lapides non sunt de fructu.l. diuortio.§.si vir ff sol.mat.Ergo ad vsufructuariũ non pertinebũt.

22 † Postremò,posito ita esse,ꝙ ad Blasiũ Petiti,vtpote vsufructuariũ,pertinere deberent,tamen Blasius nihil consequeretur: Quia vsumfructum eiusdem prati,Petro & Ioanni Lantemio patri & filio vendidit. Sed ad eosdem heredes Barri pertinebunt, partim ꝙ sint proprietarij.partim etiam ꝙ emerint ius à Ioanne Lantemio filio, quod super eisdem lapidibus tanquam vsufructuarius habere poterat.Ex quibus apparet,ꝙ inuẽta & illata ripa fluminis,non ad Blasium Petiti,sed ad heredes Barri pertinebunt.

23 CONTRA, † quòd ad neutrum pertineant.Cùm enim aqua,vtpote res inanimata,nemini acquirat,Ias. l.quo minus.nu.171.ff.de flu.neq; proprietario, neque vsufructuario isti lapides acquiruntur.

24 †Preterea,thesaurus inuentus,neq; ad proprietariũ neque

neque ad vsufructuarium, sed ad fiscum pertinet. l. j. in
princi. ff. de iure fisc. & lapides in ripa fluminis inuen
25 ti, ad fiscum tãtummodo pertinebunt. † Postremò, per
eum seruum quem creditori pignori dedimus, nobis
possessionem acquirere non possumus. Sed nec credi-
tori per stipulationẽ, vel vllo alio modo acquirit, quan
uis eum possideat. l. j. §. per seruum corporaliter. de ac
qui. pos. Ita etiam nec proprietario, nec vsufructuario
acquiruntur.

26 CONCLVSIO. † Licet diu nutauerit animus, ambigeritque vtram in partem se deflecteret, rationibus hinc velut ex æquo adhortantibus atq; deterrentibus. In posterum tamen hæc sententia fixo talo perpetuo stetit, vt quæ vi fluminis in fundo vsufructuari importata & illata sunt, ad Blasium petiti non solũ tanquam vsufructuarium, verum etiam tanquam primo occupantem pertineant, licet iudex centenarius cuilibet partem adiudicauerit. Et ne fortè temerarius videar, quod etiam post sententiam latam pertinax sim: habeo & aliam sententiam ab alio iudice in simili causa latã, qua colono omnia vi fluminis in fundum conductũ illata, eidem colono, non proprietario fundi, adiudicata fuerant. Quod autem exemplo fit, id iure fieri Mar. Cicer. ad Sulpitium, libro quarto. epist. 45. putat: cùm tamen nõ exemplis, sed legibus sit iudicandum: quibus rationibus contraria refellamus, videndum est.

27 SOLVTIO † Ad nu. 11. Verum est, quòd vsufructuarius vtitur salua substãtia rei, nempe fundi, cuius vsusfructus venditus est. Est enim substantia, quæ per se subsistit, alio neutiquam indigens, vt fundus. At lapides qui fundo per aquæ inundationem accreuerũt, tantummodo sunt de subiecto fundi. Igitur modo maneat fundus, qui dicitur substãtia vsusfructus: permissum est vsufructuario & lapides & quicquid aliũde in fundo à tempore contractus vsusfructus prouenerit, sibi vendicare.

28 † Ad nu. 12. Proprietarius nullum damnum sentit, quia non obstante inundatione aquæ, totidem consequitur ex fructibus fundi, ac si nihil fuisset vi fluminis absumptum. Verùm si opponat, quòd sentiet aliquãdo finito contractu vsusfructus, nihil ad vsufructuariũ. Satis est quod iacturã ex inundatione aquæ, quæ à contractus tempore obuenit, sentiat. Cùm autem in dolo, vel culpa vsusfructuarius non sit, quare partem, vel totum proprietarius vsurpabit? Quod si per negligentiam, dolum, vel culpam vsufructuarij, fundus fuisset deterioratus: veris vincerer, vt partem, vel totvm etiã eorum quæ accreuerunt, sibi vendicet.

29 † Ad nu. 13. Pugnat ex diametro contra legem naturæ. Est enim æquissimum, vt qui in vno grauatur, alleuietur & commodum sentiat in alio. Non obstat dict. § Sed si. Verum enim est, ꝗ si insula in flumine nata sit, non efficitur vsufructuarij: quia non censetur cogitasse, ꝗ mensura fundi accresceret. Et est tãtummodo debita latitudo & longitudo fundi, quæ tempore cõtractus vsusfructus erat, nisi per alluuionem. Nam illud augmentum quod paulatim accreuit, etiã vsufructuario debetur.

30 † Ad nu. 14. Verum est ꝗ fundo accrescunt, tamẽ sese non explicat, cui debeantur, propretario vel vsufructuario. Sed nos vsufructuario deberi, secundum priorem sententiam probauimus.

31 † Ad nu. 15. Vsufructuarius qui aliquid inuenit in fundo, in suo inuenisse non dicitur. Ergo ad se non pertinet, non sequitur. Ideo autem in suo inuenisse dici nõ potest, quòd non possideat. Non enim id possidetur, quod ex alterius arbitrio pendet. Ias. l. petens. num. 9. C. de pact. intelligimus ipsum ciuiliter non possidere. l. acquisitus. §. fi. de acquiren rerum domi. naturaliter vtique. l. naturaliter. de acqui. pos. Et meritò quicquid in fundo prouenit, suum facit, non eò quòd possideat, sed propter ius percipiendi quod habet iure vsusfructus, non possessionis.

32 † Ad num. 16 Seruus meus qui aliquid in fundo meo inuenit, licet Titius vsumfructũ eiusdẽ serui habeat, ad me tamen inuentum pertinebit, partim quòd quicquid acquirit seruus, acquirit domino: partim etiam quòd in fundo proprietarij rem à seruo inuentã proponamus. At non valet consequentia, cùm per aquam, vtpote rem inanimatam nihil nobis acquiratur, vt supra num. 24.

33 † Ad nũ. 17. Cum commodum & incommodum transeant in vsufructuarium, ad se quoque thesaurũ quem inuenerit, pertinere dicem⁹, cùm alioqui suus sit, quia inuenit.

34 † Ad nu. 19. Verum est, ꝗ solo cedit, quicquid superimponitur. Sed interim Caius non aufert dubitationem, cui accrescat, domino, vel vsufructuario, cum tamen vsufructuario accrescere non dubitemus.

35 † Quia quando directum dominium concurrit cum vtili: habens vtile, præfertur habenti directũ. l. in causæ. §. fi. ff. de procurat. Et adeo quod fundo accrescit, accrescit habenti vtile.

36 † Ad nu. 20 In casu nostro dominus directus nõ inuenit, sed vsufructuarius præoccupauit. Non obstat d. l. j. Loquitur enim in eo qui operas suas ad certũ vsum locauerat. Is tenebitur domino thesauri partem distribuere. Specialia enim derogant generalibus.

37 † Ad nu. 21. Lapides qui sunt tempore contractus vsusfructus, crediderim non esse de fructu, vt nõ possit vsufructuarius illos extra fundum exportare, nisi ex parte illorum, fundum locupletiorem effecerit.

38 † Ad numer. 22. Non valet cessio à Ioanne Lãtemio in potestate patris existenti, eisdem heredibus facta. Sed potior fuit illa, quam Petrus Lantemius pater, reuocando cessionem factam à filio, vterq; eidem Blasio fecit.

39 † Ad nume. 23. Posito ita esse, quòd aqua, vtpote res inanimata, nemini acquirat. Interim quod vi fluminis fuerit allatum, cum primò occupantis efficiatur, ad Blasium pertinebit, quem primò occupasse legitimè constat.

40 † Ad numer. 24. Quando in loco publico, vel fiscali thesaurus inuentus est, ad fiscum pertinet: adeo: vt qui in loco fisci thesaurum inuenerit, & partem ad fiscum pertinentem suppresserit, duplum soluere cogatur. l. non tantùm. in fin. ff de iure fisc. Si in loco priuato, secus est. Qui enim thesaurum inuenit, nũciare fisco nõ cogitur. nisi ex eo thesauro pars fisco debeatur. d. l. non tantum. in fine.

41 † Ad num. 25. Si seruus proprius debitoris, creditori pignori datus sit, verum est ꝗ possessionem non acquirit, si tamen aliquid inuenerit in fundo domini sui, qui alioqui debitor dicitur, ad ipsum pertinebit. Creditori verò nec per stipulationẽ, nec vllo alio modo acquirit. Ratio est, quia naturalis possessio sola, vel ciuilis possessio sola, est inefficax ad acquirendum. Sed est ciuilis & naturalis simul, quæ iustam acquirẽdi dominij causam adfert: vt aliàs annotauimus in l. ex hoc. nume. 5. ff. de iusti. & iur.

42 † Et cum his firma maneat conclusio nostra, quòd lapides qui vi fluminis in ripa fundi, cuius vsumfructũ Blasius Petiti habebat, importata fuerunt, ad se pertinent.

43 † Vsufructuarius enim dominus fundi esse dicitur. gloss. vsusfructus. §. etsi. l. item. ff. de vsufructu. Iason. l. traditionibus. nume. 10. C. de pactis. Alciat. l. is potest. numer. 25. ff. de acquirend. hereditate. l. j. nume. 55. l. planè. § si ita. numero 5 & 6. de legat. j. Qui tamen in hoc discrepant, quod alius formalem, alius causalem appellet. Sed hanc differentiam confundit Ferretus l. re coniunct. nu. 25. de leg. 3. Sed & qui vsumfructũ habet, eundẽ & proprietariũ appellabimus. Alci. l. recte. vers.

çùm ergò.de verbor.ſigniſi.Diuerſum in eo,qui tantú vtitur.

44 †Verbum enim,vti,eſt quid ſeparatú ab eo, qui vtitur & fruitur. Nam qui vtitur,frui non poteſt l.2 ff. de vſu & habi.l.vti frui.ſi vſusfruct.pet. Eſt enim ſolus vſufructuarius,cui vti frui conceditur,quando cũ domino concurrit. Et ideo vſusfructus cum plenior ſit ipſo vſu,inſtitu.de vſu & habi.in prin. ad vſufructuarium quicquid in fundo per aquæ inũdationem accreuit pertinet.l.vſufructu legato.de vſufruc.Nec refert, vi fluminis,an torrentis accreſcat:cùm enim vtrunque ſit publicum,l.j.§.torrens.de flu.tametſi nomen diuerſum,idem ius ſtatuemus.l.j.§.ſi inſula. in fi.de flumi.l. adeo.§.inſula.verſi.nouus autem.de acquir.rer.domi. §.inſula.inſti.de rerum diui.

45 INTERPRETATIO. † Imper.ait,In alienis terrulis nemo audeat inuitis,immo nec volentibus ignorãtibus dominis opes abditas (de theſauris loquitur) ſuo nomine perſcrutari.l.j.de theſaur.lib.C. Crediderim legendum,Nemo audeat inuitis, vel ignorãtibus dominis.Alioqui ſenſus nullus eſt.

Imperator ait.Theſaurus eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ,cuius non extat memoria.d.§. theſauros. l.nunquam.§.j.de theſauris.libr.10. C.Memoriam intelligo,non loci,quo theſaurus eſt, ſed numeri pecuniarum, tametſi noſtri communiter aliter ſentiãt. Adſtipulatur huic ſententiæ, quod in veteri teſtamento ſcriptum eſt,cùm Holofernes iuſſerat,vt Iudith in eũ duceretur locum,in quo ſui theſauri repoſiti erant,Iudith cap.12.Eundem ſenſum & Pompo.approbaſſe viſus eſt.l.theſauros.ff.ad exhibend. Theſaurus, inquit, meus in tuo fundo eſt,nec eũ pateris me effodere.furti,& ad exhibendum,agi poteſt.

46 †Imperator ait,omnes ſcire debent,quod ſuum non eſt,hoc ad alios modis omnibus pertinere.l.cùm quærebatur.§.omnes.C.vnde vi.Suum eſſe dicitur, quando quis actionem & vendicationem habet.Cic.libr.7. Epiſt.famil.ad Curionem,id inquit,cuiuſq; proprium eſt,quo quiſque fruitur atque vtitur.

47 ANIMADVERSIO.† Accur.gloſſ.l. theſauros. ad exhiben.glo.l.item.famil.erciſcun.Vlpianus reſpõ. d.l.item.cùm de theſauro loquitur, improprie accipi exiſtimat.Cui tamen theſauri propria ſignificatio magis conuenit.

48 † Chriſtophorus Porcus ſentit theſaurum in fundo vſusfructus inuentum,ad vſufructuarium nõ pertinere.§.theſauros.addition.2.verſicu.glo.inſtit.de rerum diuiſio.ſuo ſemet gladio(vt dicitur)iugulat.Mouetur l.diuortio.§.ſi vir.ſoluto matrimon.vbi lapides ex fundo dotali non renaſcentes,tametſi in fructu non ſint, ad maritum pertinent.Maritus autem inſtar habet rerum dotalium vxoris vſufructuarius.Ergo contra eũdem,theſaurus in fundo dotali inuẽtus,efficitur ſuus. Sed ita demum efficitur ſuus, ſi fundum locupletiorẽ reddiderit.d.§.ſi vir.

CREDITOR REM SIBI HYpothecatam emens,an iuri pignoris renunciaſſe videatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex pacto inutili pignus non remittitur.*
2 *Creditor ſi heres inſtitutus à debitore,quatenùs actio confuſa dicatur.& num.15.19.*
3 *Hypotheca eatenus tacitè durat,dum pecunia ſoluta ſit.& num.16.*
4 *Licet obligatio commutata fuerit, pignus tamen manet.*
5 *Pignoris venditio quandò debitorem non liberet. & num.18.20.*
6 *Traditione dominium acquiritur.*
7 *Donatio in ſolutum,ad tempus obligationis referẽda eſt.& num.11.18.*
8 *Alienatio in præiudicium creditorũ, quãdo valeat.*
9 *Læſo ſuccurrendum eſt.*
10 *Venditio pignoris ,prioris creditoris ius non tollit.*
11 *Contractus tempus ſpectandum.*
13 *Dominio acquiſito,ius pignoris extinguitur.*
14 *In contractibus nulla tacita conditio ineſt.*
17 *Nouatione tollitur obligatio.*
20 *Creditor quando rem & precium amittat.*
21 *Debitor per ceſſionem alterius debiti liberatur.*
22 *Creditor qui emit rem ſibi hypothecatam,ſi euincatur,quandò ius pignoris dicatur peremptũ,& quando non.*
23 *Inuitus non contrahit.*

Quæſtio 10.

CREDITOR habens generalem hypothecam ſuper vniuerſis bonis debitoris,quædam eiuſdẽ prædia in ſolutum accipiens,iuri hypothecæ ſibi competenti renunciauit,poſtea alia bona ſua,idem debitor alienauit.Superuenit deinde ali⁹ creditor,qui ſimiliter expreſſe habens generalem hypothecam,ſuper bonis eiuſdem debitoris,petiit prædia in ſolutum data.Habebat enim electionem actionis perſonalis,& hypothecariæ.l.diſtractis.C.de pig.Quòd ſi hypothecariam tacitè tantum haberet,perſonali actione prius ſibi agendum fuiſſet.l.Moſchis.de iur.fiſ.l.j.C.de alie. iud.Sed hodie indiſtinctè perſonali actione prius agẽdum eſt.auth.ſed hodie.C.de act.& obl.Et quia dominiũ cum ſua cauſa ad emptorem transfertur,l.ſi debitor.C.de diſtra.pig.l.ſi cõuenerit.2.§.ſi fundus.de pig. act.l.alienatio.ff.de cont.emp.obtinuit. Debitor enim ſine creditoris conſenſu,id alienare non poterat.l.debitorem.C.de pig.l.3.C.de remiſ.pig.l.ſi debitor.§.j.ff. quib.mo.pig.auth.hoc.C.de pig.Et ita fuit ſolutus debitor priore illa obligatione.l.reſcriptum.§.j.ff.de diſtractio.pign.l.eleganter.de pign.act. Quæritur nunc vtrum eiuſdem creditoris, qui in ſolutum acceperat, generalis hypotheca perempta ſit,vt poſsit cõtra eundem debitorem hypothecaria, vel contra alios poſſeſſores agere.Videtur quòd non.

1 † Nam ſicut remiſsio debiti per pacti conuentionem inutiliter factam non valet,l.debitum.C.de remiſſio.pign ita etiam iſta datio in ſolutum,quæ nulla eſt, generalem hypothecam non perimit. l.Paul. de verb. ſignifi & toto tit.C.ſi ex fal.inſtrumen. & l. quingentis.ff.de excep.Non enim impedimento eſt,quod iure non ſortitur effectum. l. quòd pupillæ ff.quando dies leg.ced l.hæc conditio.j.de condit.& demonſt. l.non poteſt.& ibi Dyn.de reg.iur.in 6. Et ideo cùm inutilis ſtipulatio non impediat actionem naſci ex numeratione vtili.l.certi.§.quoniam.ſi cert.peta.l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.de verbor.oblig. nihil impedit, quo minus idem creditor iterum eligat.l.2. cum ſequ. de op.leg.& vtili actione debitor teneatur.Alioqui ex aliena iactura locupletior fieret.l.reſcriptum.§.j. ff.de diſtract.pignor.

2 † Præterea creditor heres à debitore inſtitutus, ſi hereditatem repudiet,aut ſuccumbat,aduerſus poſſeſſorem hereditatis hypothecariam actionem habet.l. debitori tuo.C.de pac.l.debitor.ad Treb. Non enim pignoris obligatio extinguitur, debitori ſuccedens.l. cum quis.§.qui pro te.ff.de ſol. Alexand.d.l.debitori. num.7.Patet in fideiuſſore,qui pignus dederat,& debitores heredem inſtituit.Quanuis ex fideiuſſoria cauſa non teneatur debitor,tamen pignus obligatum manebit.l.cùm quis.§.fina.ff.de ſol.

†Habet

3 † Habet enim suas actiones hypothecaria, vt duret do nec debitum solutum sit. Quæ conditio tacite inest, vt ita demum soluatur hypothecaria, si solutum sit. l. grege. § etiam ff. de pig. Cũ igitur venditio rei hypothecatæ non teneat, adhuc manet ius pignoris.

4 † Tertiò, si aduersus reum, vel fideiussorem, seu mandatorem creditor actionem expertus fuisset, vel debitor condemnatus, aut cum ipso lis contestata sit, seu fideiussor conueniatur, adhuc ius pignoris remanet: l. quanuis. l. 2. C. de pig. l. solutum. ff. de pign. actio. Quia nondum pecunia soluta est. l. aliquando. §. j. ff. ad Velleian.

5 † Quartò, distractio pignoris ex causa necessaria nõ liberat debitorem: puta, Creditor si sibi non satisfiat, etiam prohibente debitore, pignus authoritate & decreto iudicis vendere potest. l. j. & seq. C. de debit. ven. pigno. l. debitoribus. C. de administ. tuto. l. si in hoc. de distract. pign. l. j. C. de litig. l. 2. C. de distra. pig. nisi debitum offerat. d. l. 2. Soluto enim debito, pignus restitui debere non dubitamus. l. pignoris. C. de pig. actio. l. cum te. C. de pign. Cum igitur creditor, ab emptore precium pignoris quod distraxerat, consequi non potest, debitor adhuc obligatus manet. l. si mandato. 2. §. creditor. ff. manda. Et quandiu eidem creditori pecunia soluta non est, doli mali exceptionem obiicere poterit. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis. pig. glo. & Barto. l. fin. C. de remis. pigno. Quia venditio non liberat debitorem, nisi pecunia percepta. l. quæsitum. ff. de distr. pig.

6 † Quintò, contractus emptionis, traditione confirmatur. l. traditionibus. C. de pact. Hic autem emptor eandem rem restituere cogitur, non valet igitur emptionis contractus. l. non videtur. ff. de regu. iuris. Similiter nec venditor dare videtur, quia quo tempore dat, accipientis non fit. l. non videtur data. ff. de regu. iur.

7 † Sextò, hæc prædia data fuerant in solutum. Et ideo retro contractus trahitur, nempe ad tempus obligationis. l. cum quis. ff. de solu. Et interim datio in solutũ eatenus valebit, dum posterior contractus sustinetur.

8 † Septimò, si quis bona fide rem quam putabat suam, in præiudicium creditorũ distraxerit, alienatio valet. §. in fraudem. §. præualuisset. instit. quib. ex caus. ma. lic. Ergo cùm suam putaret, quia anteriores habebat creditores, hypothecam prætendentes, non valebit alienatio. Quòd si non valeat, manet ius pign.

9 † Octauo, non tantum minori læso succurritur. l. j. C. si aduer. vend. verum etiam maiori, si vltra dimidium lædatur. l. 2. C. de rescin. vend. Ergo isti creditori, qui omnino læditur, succurrendum est, vt pignoris ius integrum maneat.

10 † Postremò debitor qui pignus vendidit, prioris creditoris ius non aufert. l. j. C. si antiq. cred. Quam sententiam in minore tantum quidam approbant. arg. l. cum te. C. de transac. Cũ igitur duo hic sint creditores, eandem hypothecam prætendentes, si posteriori vẽdatur, cum non auferat ius prioris, l. j. ff. qui pot. in pign. nisi consensu ipsius, l. sicut. C. de act. & obliga. Minus quoque emptione soluta, posterioris ius soluetur.

11 CONTRA. † Quantum ad acquisitionem attinet, contractus tempus spectandum est. l. si filiusfami. ff. de verbo. oblig. Meritò non habenda ratio est prioritatis temporis hypothecæ, sed acquisitionis dominij.

12 † Præterea, omnis obligatio, solutione eius quod debetur, tollitur. §. j. insti. quib. mod. tol. obli. arg. c. quod semel. extr. de reg. iur. Cum igitur pignus datum fuerit in solutum, pignoris ius extinguitur. l. Titius Sempronio. ff. quib. mod. pig. l. j. §. si minor. ff. de rebus eo. Tametsi vniuersam hypothecam super vniuersis bonis haberet. l. qui. C. de remis. pig. non enim semel extincta actio reuiuiscit. l. si prædium. C. de euictio. Nec rei suæ pignus poterit consistere. l. neque pignus. ff. de regulis iuris. Et quod semel acquisitum est, repudiari non potest. l. j. §. decretalis. ff. de succes. edict. §. semel. instit. quib. ex cau. ma. non lic. Cum igitur creditor rẽ hypothecariam emerit, ac iuri hypothecæ renũciauerit, non facile quicquam ex solennibus immutandum est. Et ideo renun. iatio valet & tenet. Etiam si nominatim dictum non fuisset.

13 † Nam dominio acquisito, ius pignoris extinguitur. d. l. neq; l. si. C. de remis. pig. l. pen. §. si. ff. de exceptio. rei iud. Tertiò in disiunctiuis, altero electo, alterum perimitur. l. si. ff. de eo quod cert. loco. Ita etiam creditor à pignoris obligatione discessit, vbi idipsum emerit. l. quod in heredem. §. j. ff. de tributa. glo. l. qui restituere. ff. de rei vendica.

14 † Nec refert si dicatur, eatenus à iure pignoris discessisse, dum emptio valebit. Nõ enim subintelligitur, si nominatim dictum non sit. l. solutum. in princ. ff. de pig. l. duo. de test. tut. l. quicquid. ff. de verb. obli. l. si ita scriptum fuisset. de leg. 2. l. actus. de regu. iur. Tantummodo quod in obligatione est, spectamus. l. qui ex pluribus eo. l. sic vt. C. de act. & obli.

15 † Quartò, aditio hereditatis cõfundit obligationem. l. ex sextante. §. Latinus. glo. constituto. ff. de execu. rei iudi. l. debitor. in prin. ad Trebel. Intelligas pro ea parte, pro qua heres extiterit. l. debitori. ff. de fideiusso. l. si vxor. C. de bon. autho. iudi. poss. l. fin. § in computatiõe. de iure fis. veluti si creditor debitoris, vel debitor creditoris heres existat. l. Stichũ. §. additio. ff. de sol. l. debitori tuo. C. de pact. Bar. & alij rub. ff. de acquirere. l. cum heredes. in prin. de acquir. pos. Ideo in illo cessat hypotheca. l. neq; pignus. de reg. iur. l. ex sextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iudi. Actio enim & passio non possunt esse in eodem subiecto simul & semel. l. si vxor. C. de bon. auth. iudi. pos. Cum igitur confusione perinde tollatur obligatio, ac si solũ esset. l. si id quod. ff. de libe. legat. l. Vranius. ff. de fideius. l. generaliter. ff. de fideiusso. l. si rem. 2. ff. de pign. actio. creditore emẽte rem sibi hypothecatam, hypotheca tollitur. l. Tytius. l. Lucius. ff. quib. mod. hyp. tol. Tollitur enim obligatio per alteram. l. si reus. ff. de duobus reis.

16 † Quintò, hypothecaria actio suas habet cõditiones, si soluta pecunia fuerit, aut quomodocunque satisfactum. l. grege. §. etiam. ff. de pig. Ergo & hic cessabit, sequuta datione in solutum.

17 † Sextò, pignus extinguitur, si voluntaria nouatione facta, in alium obligationis ius transferatur. l. j. C. etiã ob chirogra. Ergo nouata debiti obligatio pignus perimit, cùm non conuenerit, vt pignus repetatur. l. solutum. in princi. ff. de pig. Nouatione enim obligatio tollitur. §. præterea. quib. mod. tol. obli. adeo, vt licet posterior inutilis sit, tamen prima tollat. d. §. præterea.

18 † Septimò, vbi creditor pignus distraxerit, & pecuniã percepit, omnino liberatus est debitor. l. quæsitũ. ff. de distr. pig. Pecuniam autẽ accipere videtur, qui aliquid pro pecunia acceperit. Ergo cum pignus in solutum datũ sit, frustra deinde creditor excipit. Octauo, quod hodie valere incipit, retro non trahitur, vt supra lib. 2. c. 12. nu. 5. Ergo contractus emptionis, ad tempus contractus retro non trahitur.

19 † Nonò, creditor non potest prædia iure pignoris & emptionis retinere. Cùm enim discessum sit à pignore, eademmet res empta sit, ius pignoris amisit. Ex plurimis enim causis, idem nostrum esse non potest. l. nõ vt. vbi Dyn. ff. de regu. iur.

20 † Decimò, creditor qui emit rem alienari prohibitam, nõ solùm rem ipsam amittit, verum etiam preciũ. l. quemadmodum. de agri. & censi. lib. xj. l. si debitor. ff. quæ in fraud. Ergo creditor qui emit rem alteri hypothecatã, non tantũ rem amittit, verùm etiam pretium.

21 † Postremò, si debitor creditori suo aliud debitum cesserit, eidẽq; alter debitor promiserit, & creditor ratũ habuit: cedit periculo creditoris, & liberatus est prior debitor. Bal. l. si pro debito. C. de bo. auth. iudi. pos. l. j. l.

nec creditoris.de nouat.Ita etiam cũ debitor rem hypothecatam creditori dederit,eius periculo cedit.

22 CONCLVSIO † Creditor si ignorans emat rẽ alteri hypothecatam,qui quia alienationi nõ consensit.prætẽdentem obligationem debitor non dissoluit. l.si quidem.C.de dona.inter vir.l.sicut §. non videtur. quib.mod.pig.l res.C.de remis.pig. Et merito saluum ius est ipsi creditori,pignus non remittenti,ac eũdem persequi poterit.l.j.C.de preca.Quod si euincatur,ius hypothecæ quod anterior habebat,non censetur fuisse peremptum.Et ideo contra debitorem heredẽmve suum hypothecaria,vel personali agere poterit arg.c. cùm te.C.de transa.l.distractis.C.de pig.l.2.ff.de rebus eo.l.eleganter.ff.de pig act l.si consensit.ff.quib.modis pig.l j.C.si aduer.pign.vend.l.fi C.de episc.audi

23 SOLVTIO.†Præsciendum est, quando cõtractus dicatur esse inutilis.Et primo contractus vi factus,dicitur inutilis.l.2 ff.de re iudi.l j.de auth.tut. Alcia.l.3. nu.16.de leg.j.Anno.in l.illicitas.nu.4.de offi præsi.Volentes enim contrahunt,non inuiti.l.si mandato meo. §.j ff.mand.Conditio alicuius,ipso inuito,deterior nõ fit.l.aliam.ff.de noua.denique quicquid extra iudiciũ, inuito eo cuius interest fit,inutile est,l.j.in fi.ff. de autho.tut.vt in contractibus d.l.j.in fi.In iudicio vero tametsi parte inuita quid decernatur,nihilominus valet, 21.q.3.c.4.l C.de sent.ex peric.Barto.l.j.eo.nisi propter metum violentum.l.2.ff de iudi.l.eum qui iudicare.de iur.omnium iudic.l.si rem.ff.de pig.act.Aliquando cõtractus dicitur inutilis,eò quòd res vendita,esset alterius.Quo casu si res empta euincitur , ius quod prius emptor habebat,non amittit. Et cum his quæ præfati sumus,conclusione addita,facilimũ erit,ad omnia cõtraria respondere.

NOVATIO AN TACITE PRIOrem obligationem tollat.

SVMMARIVM.

1 *Per nouationẽ,prior obligatio non tollitur.& nu.8.11.*
2 *Qui reprobos nummos, vel fideiussorem non idoneũ dedit,non liberatur.*
3 *Depositarius quatenus teneatur & nu.6.*
4 *Imputet sibi,qui socium parum diligẽtem acquirit.*
5 *Mala elect.est in culpa.& num.9.*
7 *Emptori quid præstandum.*
10 *Delegatio non fraudulenta,non nocet deleganti.*
11 *Nouatio quando fieri dicatur,& quando non.*

Quæstio 11.

1 PER †nouationẽ, priorem obligationem nõ tolli certum est.Nam si mulier debitorem inopẽ ignoranter,animo nouandi accipiat,actio nihilominus de dote manet l.si cũ dotẽ.§.si mulier.ff.sol. matri. Hip.rub.C.de fideiuss.nu.74 & seq.Si debitor mulieris, sequutis nuptiis & dote constituta,pecuniam iussu eiusdẽ mulieris,viro suo expromisit , deinde vir acceptam eã iussu mulieris fecit,ac res mulieris deperit,periculũ erit mariti.l.vir ab ea.l.si extraneus.ff.de iur.do.

2 † Præterea,qui reprobos nummos soluerit,non liberatur.l.eleganter.§.j.ff.de pig.Non magis quàm si satisdare promisisset,cùm actionis loco dederit,qui obligari ac conueniri non potest.l.3.ff.de fideius.l.quoties.ff. qui satisd.cog.l.etiam.de sol.l.3.de fideius.l.j.§. si quis simpliciter.de verb.oblig.

3 †Tertiò, qui alteri pecuniam tradit,vt eam alibi recipere possit:receptor pecuniæ,hominem sibi socium & debitorem designauerit , à quo pecunia sua in loco constituto possit obtinere: & interim designatus ille bonis cesserit.per hãc nouationem,prior obligatio nõ tollitur.Traditio enim cẽsetur esse facta,causa implẽdæ stipulationis.Bar.l.singularia.col.4 ibi.Si enim ff.si cert pet.Et ideo à tempore pecuniæ depositæ,cõtra eũ actio depositi competit.§ præterea.instit quib.modis re contrah.obl.l.qui mutuam.§.fideiussor.ff.man.Nec in aliquo de casu fortuito tenebitur.l.inter.§.non oia. ff.mand.l 2 de peric.nomi.lib.xj.C. Sed tantum is qui pecuniam receperat.l.fi.quo quis ord.lib.xj.C.Qui tacite est creditori obligatus.l.si quis.de insti.act.

4 † Qui imputet sibi,quod socium parum idoneum elegerit.l.socius socio.ff.pro socio vt in magistratibus substitutis dicimus.l.quid ergo.ff.ad municip.l.si quis. de murileg.lib xj.C.l.nullus.de decur.libr.10 C.l.4.de præpo.agen.in reb.lib.xj.C.l.quisquis.l. ad similitudinem.C.de episco.& cler.vt in tutore,qui si socium sibi adiũgat,suo periculo est.l.solet.ff.de tute. Cum igitur is qui pecuniam recepit,hominem nominauerit ac designauerit,qui pecuniam deponenti restituturus sit,ipse solus qui nominauerit,tenebitur.Cors.sing. super ver.Collecta.l.j.l.filios.de decu.lib.10.C.l.2.§.sed etsi. ff.ad municip.l.fi.de filiisfa.lib.10.C.l.exactores. de susceр.præp.lib.10.C Non autem pecuniam deposuerat. l.pro his.ff.de naufr.lib.xj.C.

5 †Postremò,mala electio ipsi apud quem deposita pecunia est,nocebit.l.j.§.hæc actio.ff.si mens.fal.mo.l.cũ mãdato.ff.de mino.Quasi mala electio sit in culpa. gl. aucta.l.non ob eam rem,ff pro soc.glos. aut casum ibi, inuitum.l.j.de postul.§.sed si.l.eum qui.commoda.Iste autem creditor duas habens vias,meliorem potuit eligere.l.idem resp.l. si fratres.ff.pro socio.Areti.l. Mæuia.solu.matrimo.

6 CONTRA.† Cùm depositarius in fauorem creditoris nominationem fecisset,periculo creditoris,nõ debitoris,cedere debet.l.si quis nec causam.ff.si certũ pet.Ad exemplum legatarij,qui debitore heredis contentus fuit.Nam licet nulla delegatio fiat,nulláq; deliberatio sequatur,tamẽ nominis periculum ad legatarium pertinet.l.pupilli.§.soror.ff de solu.

7 †Præterea,iure aliquo empto,satis est præstare, quòd illius iuris sit,nec curãdum,quid ex illo iure percipiatur.l.si nomen.l.cum hereditatem.ff.de heredi.vel act. vendi.ita etiam hic non curandum est, quantum percepturus sit creditor,postquam delegationẽ acceptauit.l. mortis causa capimus.§.j.de donatio.caus.mortis.Soluit enim qui debitorem delegat.l . delegare.ff. de nouat.l.quamuis.§.interdum.ff.ad Velleia.l.2. C. de cõdi.indeb.l.inter.§.abesse.ff.mand. Et creditor quod suum est,consequutus videtur.l.pure §.eum qui.ff. de exceptio.

8 †Tertiò,si maritus antequam dotem petere posset.debitor soluendo esse desierit,periculum ad mulierẽ pertinet.l.promittendo.§.si à debitore.ff.de iure dot.l.sane.de iure dot.l.debitor.§ licet.§.si à debitore.eo.

9 †Quartò,qui tempore electionis idoneus est,elector non tenetur.l.j.de peric.nomi.lib xj.C.Si igitur depositarius idoneum nominauerit,licet postea lapsus facultatibus sit,liberatus est.Bar.l.cum fundum.§ seruũ tuum.col.fi.ibi,tertio.& l.eum qui.§ sed.cõmoda.Bar. l.argentum.e.l.planum.§.equiti.de vsu & habi.Roma. consi.338.Ias.l.age nu.3 C.de transact.Ang.l.j.C.si rec. prouinc.l.sed ades.ff.loca.

10 †Postremò,si tutor delegauit debitorem pupilli creditori suo,tutor liberatur,modo fraudulenter factum non sit.l.pupilli.ff.de solu.ita hic dicendum est.Angel. § item si.col.12.circa medium.instit.de exceptio.& l.3. ff.de fideius.

11 SOLVTIO.† Primò videndum est , quando nouatio facta esse dicatur. Dicitur nouatio,si hoc nominatim agatur,vt nouetur obligatio.Barto.l.singularia. col.4. in prin.de vi.ibi,si vero.Si certum peta.Ferret.l. si vnus.§.pactus.numer 25.versi.vna.de pact.Et ideo si hoc ipsum inter cõtrahentes expressum sit, vt propter noua-

novationem debiti, prior obligatio extinguatur. Tūc nulla creditori, contra depositarium actio competit, tametsi in quem novatio facta est, facultatibus lapsus sit l.fin.in fin.C.de nouat. l.pupilli.§.soror.ff.de sol. Et ideo confestim depositarius liberatus est. Quia satisfactum creditori videtur, ex quo alium debitorem acceptauit.l.inter.§.abesse ff.mād.l. si probatū.ff. de tut. & rat. dist.l.mortis causa capitur.§.fin.de donat.causa mor.l 3.§.planè ff.de fideiuss. Quod si nominatim actū non sit, duæ erunt obligationes l fin. C.de nou.l.2. §. quod autem.Inst.quib.mo.tol.oblig. Nec aliquid innouatum censebitur l.si nō debitorem.ff.de nouat. Et ita depositarius eatenus manet debitor, dum creditori satisfactum sit.l.si debitorem.ff.de nouat.Bald.l.pro debito.C.de bon.authorita.iudic.possid.l.Iul. §.j. de verborum obligat.l.etiam.de so.Efficiat igitur creditor, vt in omnem euentum, conuentione tutum se reddat: vt admonet Petrus de Vbal.in tractatu de duobus fratribus, in 8.parte, quæst.32. Quod fiet, si chirographam à debitore acceperit. quæ etiamsi subscripta nō fuerit, valebit: de Curte, l.admonendi.col.33.ibi, Addo quòd si debitor.ff.de iureiuran.l.cum antiquitus & ibi Ang.C.de testa. Quam sententiā ita demum approbarim, si in syngrapha nomē suum scripserit. Et nihilominus contra depositarium primò agendum nō est, sed contra eum cui debitum delegatum fuerat, experiri oportet.l.fi.quo quis ord.l.conuenia.lib.11 C.

12 †De debito vxoris nouato, ita subdistinguendum est, si debitor mulieris pecuniam iussu eiusdem mulieris, viro suo expromisit. Deinde vir acceptam eam iussu mulieris fecit, res mulieris deperit Si hæc acceptilatio secutis nuptiis & dote constituta facta sit, mariti accepto ferēdo periculo est. l.debitor.ff.de iur.dot. Si autem antequàm nuptiæ sequerentur, nihil videtur doti constitutum.d.l.debitor. Et ita periculo vxoris cedit.l.sanè.l.licet.§.si à debitore.eodem.

AN POENITERE POSSIT, qui semel in poenam inciderit.

SVMMARIVM.

1 *Rei prohibitæ alienatio quando valeat.*
2 *Alienatione semel sequuta, pœna committitur, & num.12.15.*
3 *Emphytheuta feudū alienare prohibetur. & nu.4.*
4 *Depositarius quando etiam re perempta teneatur. & num.13.*
5 *Stipulatio dotis reddēda, facto diuortio cōmittitur.*
6 *Stipulatio causâ dotis, tacitam habet conditionem, si nuptiæ subsequantur.*
7 *Sufficit quòd conditio semel extiterit.*
8 *Qui incidit in pœnam, electionem habet, an rem, vel pœnam præstare malit.*
9 *Emphyteuta quādo incōsulto domino alienare possit.*
10 *Alienatio rei prohibitæ quatenus valeat, & fructus quomodo computentur.*
11 *Alienatio rei prohibitæ quando valeat, & quando fructus non computentur. & num.16.*
12 *Vbi non valet alienatio, nulla pœna est.*
13 *Creditor qui consentit alienationi pignoris, quando ad suum pristinum ius restituatur.*
14 *Alienatio rei prohibitæ quādo valeat, & quādo non.*
16 *Alienatio rei prohibitæ, ex causâ dotis valet. & nu.11.*

Quæstio 12.

PROHIBITVS extra familiam alienare, sub pœna, lege communi addicta, l.j §.cùm scimus. C.de sen.quæ pro eo.puta, dupli.l.fi. C.de spon. & arrhis vel quadrupli.§.quadrupli.eo. vel quatenus interest.l.seruus.ff.de seruis expor.l. fin.C.de pac.int.
emp. Vel vt res alienata, cæteris alienare prohibitis
acquiratur.l.cum pater.§.libertis.de lega.2. Nihilominus extra familiam & ea inscia alienauit. Deinde pœnitentia ductus, euicit, An nihilominus in pœnam in-
1 cidisse dicatur? †Si hi qui sunt de familia, mutuam alienandi licentiam dedissent, planum esset, non incidisse.
Dubium enim non est, eos posse eidem prohibitioni, mutuo consensu renunciare.l.nihil. §.j.de leg.j. Cum non subsit deinde persona, quæ reuocare possit.l.qui solidum.§.j.de lega.2.l.quoties.C.de fideicom. Ideóque crediderim emptorem, qui fiducia talis conuentionis emerit, securum esse.cap.j §. Titius.Si de feud. fue.contro. dominiúmque in eum translatum censeri. Licet salua possit esse fideicommissariis actio ad precium aduersus venditorem.l.si fundum per fideicom.
2 de leg.j. †Proinde quia his alienauit inscia familia, in pœnam incidit.l.si venditor.§.j.ff.de ser.expor.l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig.l.si pacto.C.de pact.§. alteri.Instit.de inuti.stipu. & familiæ acquiritur.l. ea lege.C.de cond.ob causam. Et ideo licet actus improbetur, pœnæ tamen obligatio manet. l. stipulatio ista.
3 §.alteri.de verb.obligat. Vt in emphyteuta, qui cum feudum alienare non possit.l.iubemus nulli. C.de sacrosanct.eccl.c.j.in princ. qualiter olim poterat feud. alien. Alciat.l.filiusfamil.§ diui.numer.xj.vers. Sed nū quid.de leg.j.Si contra legis prohibitionem donauerit, vel in dotem pro filia inconsulto domino dederit, eámque postea recuperet, tamen in pœnam incidisse dicitur, quia non amplius rem habet tanquam emphyteuta.sed tanquam quilibet emptor.capitul.j.quid iu-
4 ris sit, si post alien.in vsib.feud. †Præterea, si rem depositam vendidero, eámque postea redemero: licet sine dolo malo perierit depositum, tenebor depositi.l.j. §.si rem.ff.deposi. Idem in eo qui alienare prohibitus est, confestim enim sequuta alienatione, tametsi eam postea reuocet, tenebitur.l.quidem.de fideic.liber. Nō enim à voluntate testatoris, quæ verbis expressa est, temerè recedimus.
5 †Tertiò, quod semel esse desinit, rursus conualescere non potest Patet in eo, qui soluto matrimonio, dotem sibi reddi stipulatus est. Nam facto diuortio, statim committitur stipulatio.l. stipulatio. de dote.ff.de iur.do. Quòd si reconciliati fuerint, actio ex stipulatu quæsita non reuiuiscit.d.l.stip.
6 †Quartò, stipulatio quæ propter causam dotis fit, tacitam habet conditionem, si nuptiæ subsequantur. l.stipulatio quæ.eo. Quæ si subsequutæ non fuerint, cōditio stipulationis deficit. Et licet eidem postea nupserit, non conualescit stipulatio.d.l.stip.quæ.& l.seq.
7 †Postremò sufficit conditionem semel extitisse. Vt si testator Titio centum legauerit, si filiam suam in vxorem ducat: sufficit hunc semel impleuisse conditionē, vt legatum consequatur.l.hæc condit.j.ff.conditio.& demonst.
8 CONTRA. †Qui alienauit, electionem habet, vtrùm malit pœnam præstare, an verò rem ipsam. Sicuti de muliere dicimus, quæ pœnā stipulata est, si amplius quàm pars dotis peteretur, altera enim contenta esse debet.l.si pater.§.si mulier.ff.de pact.dot.
9 †Præterea, vbi permissum est, emphyteutæ alienare, intelligitur simpliciter, etiam inconsulto domino: Dec.c.quæ in ecclesiarum.col pen.de consti.& consil. 292.Vt cùm necessitate cogēte, domino nescio vel inuito, feudi partem vendere potest.capit.j circa princ. qualiter olim pote.feud.alien.dummodo censum solitum præstare non desinat.l.j.de fun.pat.lib.11.C.
10 †Tertiò si fundus qui alienari prohibitus est, creditori alienatus sit, viuente herede creditor retinet l. peto §.prædium.de lega.2. Nam à morte heredis, familiæ deberi incipit, & fructus percepti creditori computantur.l.mulier.§.cùm proponeretur. ad Trebell.l. Caius.ff.de pign.actio.

11 †Quartò, non tantum fructus, verùm etiam prædij pro ære alieno dissoluendo alienatio valet. l. peto. §. prædium. de lega. 2. l. iubemus. C. ad Trebel. l. j. §. diui. de legat. j. l. pater filium. in prin. de legat. 3. Si quidem creditoribus aliunde satisfieri non possit, aut fundus creditori obligatus sit. l. lex quæ tutores. C. de admin. tu. l. j. C. deb. ven. pign. impe. in non pos puta, Alienare prohibitus, tamen ex causa dotis. Barto. l. quæsitum. §. si sponsa. §. de priu. cred. l. his solis. §. cæterum. C. de reuocand. donatio. nisi id dictum sit, vt nullo modo alienet. §. sanctissimas. authentic. de alienat. emphyt. argumen. l. mulier. § cum proponeretur. ad Trebel. Quæ clausula, in causa existentium filiorum, alienationem non impedit. l. qui liberis. ff. de ritu nupt. l. peto. § prędium. de legat. 2. Seu captiuorum redemptionis. Bart. l. quemadmodum. de agricol. & censi. lib. xj. C. Vel si non habeat, vnde faciat expẽsas, alienare potest. auth. contra ad Trebel. authen. res quæ. C. commu. de legat. l. prædiũ. de præd. mino. l. siue generalis. ff. de iur. dot. Et res minorum cùm sint alienari prohibitæ, tamen vt creditoribus exoluatur, distrahi permissum est. l. j. l. ob æs. de præd. mino. vel si minor propter nuptias donationem fecerit, obtentu ætatis non reuocatur. l. j. C. si aduers. donat. Modò donatio modum non excesserit. l. præd. de præd. mino.

12 †Quintò, vbi non valet alienatio, dicendum videtur in pœnam non incidisse. l. ea quidem. C. si manci. ita fuerit aliena.

13 † Sextò, creditor qui debitori promisit, vt pignus venderet, tandem ab emptione discessum sit, creditor in suo pristino pignoris iure restituitur. l. volũtate. ff. quib. mod. pig. l. creditor. 2. §. si. ff. qui potio. in pig. Ita etiam si alienare prohibitus distraxerit, deinde rem alienatam vendicauerit, nulla pœna est, sed ad suum pristinum ius restituitur.

14 CONCLVSIO. †Posterior sententia locũ habet, vbi vrget necessitas. In alienatione vero voluntaria, secus est. Quod tam pro conclusione, quàm pro so-
15 lutione sufficere poterit. † Tantum ad vnum respondendum est, dum diximus, quòd licet actus non probetur, nihilominus pœnę obligatio manet. sup. nu. 2. Multum interest, verùm actus iure ciuili, an partium voluntate fuerit improbatus. Si iure ciuili, pœnæ, obligatio manet. d. §. alteri. Ferret. l. j. §. 2. cap. num. 2. ff. ad leg. Falcid. Si verò partium voluntate actus fuerit improbatus, nulla pœna est. d. l. ea.

16 ANIMADVERSIO. †Cùm quæritur, an res alienari prohibita, nihilominus ex causa dotis permissum esse dicatur. Ias. l. quæ de legato. num. 9. de legat. j. approbat in prohibitione alienationis, quæ in vltima voluntate fit. Qui tamen sibi non constat, eodem num. 10. ait ipse, fortiorem esse alienationis prohibitionem, quæ fit in vltima voluntate, quàm illa quæ fit inter viuos. Quia prima, inquit, impedit translationem dominij. Quod tamen omnino falsum est, authent. contrà ad Trebel. C.

AN PROPTER CASVM FORtuitum, annua præstatio remittenda sit.

SVMMARIVM.

1 *Fructibus venditis, si nulli extant, non contrahitur emptio.*

2 *Propter casum fortuitum, quatenus precium rei conductæ remittendum. & num. 4.*

3 *Contractus emptionis natura, & num. 6.*

5 *Locatio quando esse dicatur.*

7 *Venditionis verbum, pro locatione plerunque sumitur.*

8 *Dominus quatenus ad interesse conductori non tenetur.*

Quæstio 13.

COMMVNITAS quibusdam vectigalia vini cæteraũmque mercium, in certum tempus, precio conuento vendidit. Quæsitum est, † an pro-
1 pter bellum, vel pestem, de precio pro rata temporis detrahendum sit. Remittendum videtur. Nam fructibus in rerum natura non existentibus, non contrahitur emptio. l. interdum. ff. de verb. obligat. l. j. in fine. de condi. & demon. Idem in re locata, in qua propter casum fortuitum, annuæ prestationis remissio fit. l. licet. C. loca. gl. l. si vno. ff. eo. Bart. l. quo tem. §. si. ibi, quæro. de pub. & vectig. vt propter sterilitatem. l. si debitori. §. cùm quidam. de iud. vt si frumenta quæ in herbis erant, niues aut vermes corruperint. l. fistulas. §. fina. de cont. emp. l. exceptio. C. eod. Denique omnem vim cui resisti non potest, dominus colono præstare tenetur. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. de vi fatali intelligimus. l. damnum. C. loca. Sequentis tamen anni vbertas compensatur. l. licet. C. loc. l. si vno. l. damnum. ff. de damn. infect. l. si stipulatus. de vsu. adeo vt tacitè conductor vel colonus stipulatus esse videatur, eatenus se pensionem præstaturum, dum fructus percipere poterit. l. inter stipul. §. pro quo. de verb. obliga. nisi modicum damnum esset, quod ferre colonus cogitur. l. si debitori. ff. de iudi. l. si merces §. vis maior. ff. loca. Modicum autem, pro qualitate rei dicitur. l. illud. ff. de in integ. rest. l. si superstite. in fin. C. de dolo ma. Quæ omnia communi æstimatione, non ex affectu singulari, facienda sunt. l. precia. ff. ad legem Falcidiam.

3 CONTRA. †Post contractũ emptionis, id quod accedit per alluuionem, vel perit, ad emptoris commodũ incommodũmque pertinet. l. necessariò. ff. de cõtr. emp. l. j. C. eo. §. cùm autem. Instit. eodem. Cynus l. legem. C. locat. l. secundum naturam. ff. de regul. iur. l. id quod. ff. de peric. & commod. Ergo idem in casu quęstionis propositæ dicendum est.

4 †Præterea præsupposito quòd sit locatio, idem statuendum erit. Nam si decimam partem fructuum plus solito perciperent: non tamen plus cõmunicati præstarent. Ita etiam perinde locatori tenebuntur, ac si vitium ex re ipsa oriretur, quod periculo coloni est. l. ex conducto. §. si vis. ff. loca.

5 SOLVTIO. †Prius videndum est, quando emptio vel locatio esse dicatur. Si obligatio ad certum tempus fiat, locatio est. l. necessariò. §. quod si. ff. de peric. l. quod sæpe. §. in his. de contrahen. empt. Et tunc si conductor magno afficiatur incommodo, precium rei conductæ moderatur. l. ex conducto. §. si vis. ff. locat. Itaque si dominium non transferatur, idem dicendum l. j. ff. de superfic. § j. gloss. agendi. Sed & locator certat de lucro. In locatione debetur patientia, quæ est de fu-
6 turo. † Contra verò quando dominium transfertur, emptio est. l. conuenit. de contrah. empt. §. Item quæritur. instit. locat. Venditor de damno certat. Nam si precium rei suæ cõsequeretur, damnum pateretur. Sed & res vẽdita debetur, sicut species. l. nec emptio. ff. de cõt. emp. Ideóque eius interitu debitor liberatur. Quibus diligenter perpensis, dicemus contractum, de quo hic agitur, magis locationis, quàm venditionis cõtractus instar habere. Nam quæ in certum tempus vectigalia vendi solent, in emptorem nõ transfertur dominium, sed remanet penes communitatem, quæ de lucro certare dicitur. Non refert, quòd in cõtractu locationis, venditionis verbo vsi fuerint. Venditionis enim verbum, pro locatione Bart. l. eotem. § qui maxi. ff. de pub. vel permutatione, Bal. l. j. C. de rer. permut. interpretatur. Quod plerunque euenit, cum pingui Minerua & impropriè a contrahentibus proferuntur. Quæ improprietas, & vt ita dicam grossities, nocere nõ debet. Bal. l. si cum ante. C. de donat. ante nupt. Magis enim contrahentium mens, quàm verborũ improprietas attendenda

denda est.

8 † Proinde licet conductori succurratur, vt propter casum fortuitum pensionis diminutio fiat: tamen ad interesse propter causam colonus agere non poterit, nisi locatoris culpa & factum intercessisset. l. si vno anno. ff. loca.

PROHIBITA VENDITIONE, an omnis alienatio prohibita censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita venditione, censetur prohibita donatio, & heredis institutio. nu. 17.*
2 *Prohibita venditione, datio in solutum & locatio perpetua censetur prohibita.*
3 *Statutum prohibens venditionem, etiam donationem comprahendit.*
4 *Prohibita donatione, censetur prohibita venditio. 9.*
5 *Qui donare potest, vendere potest. 9.*
6 *Odia restringenda.*
7 *Vasallus feudum irrequisito domino vendere non potest, donare potest.*
8 *Statutum vel decretum iudicis, vel alia hominis dispositio non plus disponit, quàm loquitur.*
9 *Filiusfa. in quibus potest donare, testari non poterit.*
10 *Venditione prohibita, quando donatio prohibita censeatur, & quando non.*

Quæstio 14.

1 QVI † vendere prohibitus est, donare non poterit. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus. cod. l. sicut. §. sed & si. ff. quib. mod. pignus. Emptionis enim verbo, omnem alienationem complectimur. l. statuliberi à cæteris. ff. de statuliber. Ergo neque legatum, neque donatio, neque heredis institutio valebit. l. pater. §. fundum. de leg. 3. l. illud. ff. ad leg. aquil. §. venditionis. d. l. sicut. d. §. sed & si. & l. voluntas. C. de fideicomm. Alex. l. diui. num. 35. de le. j. Partim quòd verba generaliter accepta, ex veterum more hoc significant: tum quia mens cótrahentis, hæc verisimiliter esse præsumitur. Qui si noluit, vt etiã accepto precio alienaret: multo magis id noluit, eo non accepto. l. voluntas. C. de fideic. Idem dicendum, si natura rei hoc suadeat, puta si non liceat alicui prædium sine colonis vendere, donare non poterit. l. 2. de agric. & cen. lib. 11. C.
2 † Ergo etiam locatio in longum tempus, vel datio in solutum censetur prohibita, propter identitatem rationis. Alexan. consi. j. col. 4. num. 4. & 76. num. 6. Aret. consil. 125. c. nulli. ext. de reb. eccles. non alien.
3 † Idem in statutis, quibus si caueatur, ne agri territorij alienigenis vendi possint, neque dari poterunt.
4 † Sicut econtra qui donare non possunt, vendere non poterunt, vt filiusfamiliâs. l. j. de tutelis. l. contra. §. fi. ff. de pac.
5 † Et qui donare potest, vendere potest. reg. cui ius. l. sicut. §. in contrarium. ff. quib. mod. pign. vel hyp. Alexand. l. diui. numer. 37. de leg. j. cui ius est, de reg. iur. cap. nulli. de reb. eccles. non alie. Plenior enim videtur alienatio, quæ fit per donationem, quia illa absolute facta videtur, neque cum alia re compensatur. Sicut in venditione contingit. vbi precium venditori offerendum est.
6 CONTRA. † Cùm odia restringenda sint. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthum. prohibitio in vno facta, in alio permissa esse censetur. l. cùm prætor. ff. de iudi. Ergo prohibitus vendere, non censetur prohibitus donare, ac multo minus heredem instituere. Testamentum enim non est contractus. l. verba gesserunt. de verbor. significat.
7 † Præterea vasallus sine consensu domini, feudum vendere prohibetur. l. fi. C. de iur. emph. Donare tamen vel pignorare poterit. l. fi. de præd. decu. lib. 10. C. Alexan. consi. 110. lib. 5. a. C. ne rei domini. Ias. l. fin. num. 72. 75. C. de iur. emphy. § fine autem. auth. de non aliena. col. 2. l. j. de fun. pat. lib. 11. §. alteri. Instit. loca. l. tutor. §. fin. ff. de pig. act. l. lex. de pig.
8 † Tertio, Si lex municipij, vectigali non soluto contractum rumpat, non tamen testamentum. Bal. l. Testamentum. in fine. C. de testam. l. pater. de leg. 3. Quia statuta non plus disponunt, quàm loquuntur, vt in decreto prætoris, qui si tutori permiserit, vt agrum pupilli vendat, obligare tamen non poterit, quia forma decreti prætoris seruanda est. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. dub. vt si testator donationem prohibuerit, ius vendendi habere censetur. cùm in hominis dispositione stricta fiat interpretatio c. fin. de accus. Et ideo qui prohibetur emere, pignori accedere poterit. Quia dispositio limitata est. l. in quorum. ff. de pignoribus & inter contrahentes, verba contractus non debet extendi. l. quicquid. de verbor. oblig.
9 † Quarto filiusfa. vendere prohibitus, ex iusta causa donare potest. l. filiusfa. de donatio. puta, magistro. l. cùm plures. §. cùm tutor. de administrat. tuto. Proinde licet patre consentiente donare etiam mortis causa posit, testari tamen non poterit. l. tam is. §. j. de don. caus. mor. l. filiusfa. §. fin. de don. l. 2. C. de dot. promiss. Mortis enim causa donatio, magis cõtractus est, quàm vltima voluntas. l. 2. C. de dot. promiss. Quæ ex alieno arbitrio pendere non debet. §. illa institutio. de hered. institut.
10 CONCLVSIO. † Quando certus & determinatus alienationis modus, siue à lege, siue ab homine præscriptus est, eo excepto, permissa alienatio censetur. l. in quorum. C. de pign. sub. cap. 7. Idem si de venditione, quæ iusto precio fiat, dictum sit. Precij enim mentio indicat ex vi verbi, de stricta significatione agi. gl. l. §. 2. vers. agendo de superficie. Faciunt ea quæ sup. num. 13. annotauimus. Porrò in actu fauorabili & necessario, secus est. d. l. pater. Quæ pro sol. contrariorum sufficere poterunt.

PRECIVM REI EVICTAE, cuius periculo cedat.

SVMMARIVM.

1 *Emptori, re euicta, precium restituendum. 4.*
2 *Emptor, re euicta, etiam quanti sua interest consequitur.*
3 *Minor si precium non offerat, rem suam euincere nõ potest.*
4 *Qui rem mala fide emit, preciũ sibi non restituitur.*
5 *Emptor malæfidei quando & rem & preciũ & fructus amittat, & quando etiam in duplum condemnetur, & quando venditor.*
6 *Emptor quando omnia, & quando nihil amittat.*
7 *Contractus quando non tenet, nec ea quæ insunt.*
8 *Ignorantem, quem intelligamus.*

Quæstio 15.

1 QVI rem † alienari prohibitam emit, restituto sibi precio, & constito de venditore. l. ciuile. C. de fur. res restituitur. l. j. ne lic. hab. metro. Roma sing. 744. l. j. C. si aduer. ven. l. si consensit. ff. quib. mod. pig. Nam licet prohibita venditione, emptio quoque prohibita censetur. l. 3. C. de sacr. sanct. eccle. tamen emptor non aliter domino restituere cogitur, quàm si pecuniam venditori solutam receperit. l. emptor. ff. de rei vend. Idem dicendum, si vi vel metu fundus venditus, ab emptore alteri traditus sit. Nam nisi precio reddito, fundum restituere non cogitur. l. emptor. C. quod met. caus. Cùm enim non tã turpis, quàm nulla causa sit, æquum est vt repetat. l. fin. ff. de cond. sine caus. l. fin. ff. de cond. ob tur. cau.
2 † Et non

tantùm precium, verùm etiam quanti sua interest, consequi debebit. l. empti. C. de euict. vt si creditor habẽs ius pignora distrahendi, dolo malo vendiderit. l. j. C. si vendi. pig. aga.
3 †Idem in pupillo dicendum est, qui si prædium propter debitum suum vendicare velit, nisi precium offerat, consequi fundum non poterit. l. vtere. C. de præd. & aliis reb mi.

4 CONTRA. †Si quis rem mala fide emerit, preciũ ei restituendum non est, vt si prædia absentis, pro vectigali vendita sunt. l. j. C. de præscri. 30. ann. Si maritus fundum vxoris, ipsa inuita vel ignorante, vendiderit, ipsa etiam, precio non restituto, eundem vendicabit. l. 3. l. si mancipium. C. de rei vendic. l. mater. ff. eod. Bal. de dote 11. parte. col 42. num. 16. versic. duodecimo quæritur. l. qui si sciens. C. ad Velleia. Qui enim rem à non domino emit, etiam precio sibi non restituto, cogitur rem ipsam restituere. l. 2. C. de fur.

5 †Præterea, qui res decurionum sine iudicis authoritate emit, precium amittit, & fructus cogitur restituere. l. j. de præd. decur. lib. 10. C. l. aufertur. §. quod à præside. ff. de iur fiscal. & venditor in duplum condemnatur. l. aufertur. ff. de iur. fisc. Nam fisco damnosum esse non oportet. l. 3. C. de precib. imp. off. Aliquando emptor in duplum condemnatur, vt si domum emerit, vt illam contra edictum diuideret. l. senatus. ff. de contra. emp. Et ita precium quod debetur venditori, fisco acquiritur. l. fin. ff. de dam. infect. Si quis prædium fine colonis vendi prohibitum emerit, precium amittit, & idem restituere cogitur. l. quemadmodum. de agric. & censit. lib. xj. C. Aut si quis prædium dempto vectigali emerit, & precium & prædium amittit. l. nemo. de fun. rei priua. lib. xj. C. Si debitor in fraudem creditorum, fundum minoris scienti emptori vendiderit, etiam sine precio fundus restituitur. l. si debitor. ff. quæ in frau. cred. Qui non obstante denunciatione sibi facta, fundum emit. & precium & fructus amittit. l. si fundũ. ff. de rei vendic. Quæ omnia secundum do. Ro. sententiam rescripta sunt. d. l. si debitor.

6 CONCLVSIO. †Si emptor sciat rem alienam, & rem & precium & fructus amittit. l. si fundum. C. de euict. l. pen. de rescin. vend. Si iustam causam ignorandi habuerit, precio reddito, rem restituere tenetur, l. Nesennius. C. de litig. l. si ignorans. ff. loca. vel saltem iustum precium supplebit. l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in frau. pat.

7 SOLVTIO. †Vbi non tenet principalis contractus, neque pacta quæ in eodem insunt, valebunt. l. j. C. de cond. ob causam. dat. l. j. & sequ. ff de cond. caus. dat. Idem dicendum, si ob turpem causam aliquid datũ est, vt repetitioni locus esse dicatur, l. fin. ff. de cond. ob turpem causam. si quidem eam ignorauerit.

8 †Vtrùm autem eum ignorare putemus, qui factum ignorat, an is qui in iure errauit? Qui in iure errat, in culpa non est. l. sed etsi. §. scire. ff. de pet. hered. Cæterùm, si de fraude constet, venditor tenebitur. l. pupilli. ff. de sol glo. l. j. C. si vendi. pig. ag. l. 3. in fin. de fun. limit. lib. xj. C. ne dolo & culpa sua locupletior effectus videatur. l. Lucius Titius. in fin. de iur. fisc.

EXCEPTIO VENDITORIS, an prosit emptori.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis & arbitri differentia.*
2 *Emptor vtitur priuilegio venditoris. 4. 7.*
3 *Fideiussor vtitur priuilegio rei.*
5 *Venditor emptoris iudicem sequitur, 8.*
6 *Statutum quomodo interpretandum.*

Quæstio 16.

1 MVNICIPALIS †lex est, quæ iubet cõsanguineorum lites, compromisso dirimendas. Quæ in facti quæstione, non iuris, intelligenda est. Bald. l. ancillæ colum. 3. C. de fur. Solent enim iudices secundum iuris rigorem sententiam ferre, à quibus appellare fas est. Arbiter autem de plano, bono & æquo. ar. § quidam. l. si fideiussor. ff. mand. A quibus non appellatur. Cùm igitur quidam rem venditam vẽdicare volens, emptor exceperit, ac priuilegio venditoris vti voluerit, quæsitum est num possit.

2 †Posse videtur, siue beneficio rei procedat, siue beneficio personæ. l. ait prætor. cum seq. ff. de iniur. l. 3. §. si petitor. ff. quar. re. act. l. idémque. §. final. pro soc. l. in hoc iudiciorum. § final. com. di. Dyn. reg. cùm quis in ius vocatus. l. fluminum. § adiicitur ff. de damn infec. l. si tibi decem. §. pactum conuentum. ff. de pact. Quia venditor tenetur propter euictionem, emptorem defendere. Ergo euincere volens, ad compromittendum cogitur. l. procurator. § j. ff. ad exhib. l. idque. §. generaliter ff. mand. l. procuratore. de procur.

3 †Præterea, sicut venditor facta condemnatione fideiussori tenetur. l. Lucius Titius. ff. mand. l. si pro ea. C. eo. l. fideiussor pro venditore. ff de fideiuss. cuius cohærentes exceptiones etiam fideiussori competunt. l. exceptiones. §. rei. l. omnes. ff. de except. l. ex persona. ff. de fideiuss. l. tam mandatori. C. de non numer. pecu. Venditori quoque competent. l. si parentes. C. de euic. d. § generaliter.

4 †Tertiò, qui fundum à fisco emit, fisci priuilegio vtitur. tot. tit. C. vbi causæ. fis. l. 3. ff. de eo per quem. cũ glos. magna. ibi, Sin autem emptorem Idem in casu nostro dicendum est. ar. l. 3. §. nũc de officio. ff. de lib. leg. maximè quòd hoc priuilegium intelligatur concessum, siue suo, siue defensorio nomine conueniatur. l. licet. in fin. de obseq. à lib. præstan.

5 CONTRA. †Venditor emptoris iudicem sequitur. l. venditor. ff. de iud. Emptor autem suo iure id nõ habet, ergo compromisso locus non erit. Nam quoties alicui concessum est, si succedit non priuilegiatus, eo priuilegio non vtitur. l. maritum. ff sol. mat. In isto emptore est huiusmodi, ergo &c. l. heres absens. ff. de iud.

6 †Præterea, statutum secundum propriam significationem interpretandum est. l. quicquid. ff. de verbo. obli. l. j. §. si is qui. ff. de exerc. act. l. quod constitutum. de mil. test. Et restrictionem interpretationémque, à iure communi recipiunt. Quod est, vt si specialiter in iudicio alicui fauendum sit, intelligamus, si ipse agat, vel conueniatur. l. quæsitum. ff. de in ius vocand. l. lis nulla. de iud. cum gl. ibi, Nisi hoc faciat alieno nomine. l. furti. §. si quis. eo. l. seruus. de his qui not. infa. Sed hic venditur neque egit, neque conuenitur, non igitur compromisso locus erit. l. inter. stipulãtem. in princip. de verb. obligat.

7 CONCLVSIO. †Si venditor, qui de euictione, tametsi non promisit, tenetur. l. non dubitatur. C. de euict. l. qui stipendia C. de procur. l. j. §. in propria. ff. quando app. sit. l. nullus. ff de testi. l. omnibus. C. eo. adiungat se liti: dubium non est, quin emptor priuilegio venditoris vtatur. l. si tibi decem. § pactũ conuentum. ff de pact. l. non dubitatur. C. de euict. l. vtique. ff. de rei vendic. l. atque is natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest. l. ante pe. § mota. de euic. l. si rem. de euict. l. emptori. C eodem.

8 SOLVTIO. †Venditor emptoris iudicem sequitur, vbi inter ipsos tantum controuersia est. Sed hic est ipse venditor, qui cum sua intersit, aduersus eum qui vendicare vult, agit. Et cum hac solutione, ad omnia contraria respondebimus.

ACTVS VTRVM PERPEtuo voluntarius.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium coactum, nullum est. 7.*
2 *Patris consensus in contrahendo matrimonio quatenus necessarius. num. 25.*
3 *Inuitus nemo cogitur res suas vendere. nu. 8. vel locare, donatum assequi vel hereditatem damnosam adire.*
4 *Agere, vel accusare nemo cogitur, vt pupillus, vel eiusdem debitor, creditor, vel adultus.*
5 *Actio mandati, vel negociorum gestorum, contra inuitum nulla est.*
6 *Inuitus nemo in ius vocatur, vel testimonium deferre cogitur.*
7 *Filiusfa. an vxorem ducere cogatur.*
8 *Vendere vel emere quando quis inuitus cogatur.*
9 *Rem venditam quando accepto precio compellamur restituere.*
10 *Debitor etiam inuitus liberatur. 20.*
11 *Iudicium etiam in inuitum ferendum est.*
12 *Iudex vel arbiter sententiam ferre cogitur.*
13 *Heredi qua necessariò praestanda.*
14 *Negociorum gestor agere compellitur.*
15 *Curator inuito datur, qui sicuti tutor de malè gestis tenebitur.*
16 *Pecuniam corrumpentem accusare cogimur.*
17 *Contractus quatenus voluntary.*
18 *Ius pignoris dominio acquisito amittitur.*
19 *Contractus à principio fiunt voluntary, deindè necessary.*
20 *Quando possim pro altero etiam inuito me soluturum constituere, & quando non.*
21 *Filiusfa. sine patris consensu vxorem ducere potest.*

Quaestio 17.

OBLIGATIONES à principio voluntariae sunt, postea partium consensu, necessariae efficiuntur annot. in l. saepe. nu. j. & 2. ff. de offi. praesid. Bald. l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procu. l. sicut. C. de act. & oblig.

1 †Patet, liberam enim facultatem contrahendi, atque distrahendi matrimonij, cùm ad necessitatem nō transferamus. l. neque ab initio. ff. de spons. & mat. Filiusfa. inuitus vxorem ducere non cogitur. l. nec filiū. C. de nup. l. 2. l. non cogitur. ff. de ritu nup. Quia nemo inuitus ab initio matrimoniū contrahere, neque dissociatum reconciliare cogi potest. ca. cùm locum. ext. de spons. & mat. hinc est, quòd si pater filium vxorem ducere coegerit, matrimonium ipso iure nullum fit. c. j. de spons. impub. & consensus est inutilis. d. c. cùm locum. & omnia gesta infirmantur. 27. quaest. 2. c. 3. Solus enim metus impedit nuptias contrahere. l. similiter. §. si dos. ff. quod met. cau. Sufficit igitur solus eorum consensus, quorum interest, nempe viri & mulieris. l. sciendum. in fi. ff. de ritu nup.

2 †Sed nec filiusfa. sine patris consensu vxorem ducere poterit. l. nec filium. in fin. C. de nup. §. 2. Insti. eo. dummodo in patris potestate existat. l. 2. ff. de rit. nup. Et adeo necessarius est patris consensus, vt si per adoptionem quaesita sit fraternitas, nisi parentibus consentientibus, nequaquam iustae nuptiae contrahantur. l. per adoptionem. & seq. ff. de ritu nup.

3 †Contractis verò nuptiis, si maritus dolo malo fecerit, quo minus dotem restitueret: inquantum mulier iurauerit, damnabitur l. si filiusfa. § j ff. solut. mat. Aut si mulier quas res amouerit, non reddat, aestimari debet quanti in litem vir iurasset. l. si tutor. ff. de in lit. iur. Non enim aequum est, vt inuitus, tametsi Iudaeus. l. nemo exterus. C. de Iudae. res suas vendere. l. nō enim. ff. re amot. l. pe. C. de cont. emp. vel quicquam emere. l. inuitum. C. de cont. empr. l. inuitus. ff. de reg. iur. l. nec emere. C. de iur. delib. vel locare, vel conducere cogatur. Inuiti enim conductores, seu heredes eorum, post tempora locationis impleta, retinendi non sunt. l. inuitos. C. loca. Sed nec donatum assequi, vel hereditatem damnosam adire quisquam compellitur. d. l. nec emere. Non enim potest liberalitas volenti acquiri. l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat.

4 †Hinc est, quòd cùm nemo inuitus agere, vel accusare cogatur, l. j. C. vt nemo inuitus. consequens est, quòd pupillus, actione tutelae experiri. l. fi. C. de vsur. pup. l. j. ff. de vsu. pup. vel debitor pupilli, ipsi soluere non cogitur. l. ait praetor. §. & ideo. ff. de minor. Sed nec creditor ad suum consequendum, l. creditor. de pign. vel ad pignus vendendum, l. quamuis. ff. de pig. act. cui aliud pro alio inuito solui non potest. l. mutuum. §. mutui. si cer. pet. inuito adulto, curator non datur. Alex. l. j. numer. 5 ff. de iur. om. iud. Nam quae in fauorem priuati introducta sunt, nemo super illis contrahere cogitur, neque iudex irrequisitus supplet. l. 4. §. hoc autem. de dam. infec. Et nemo inuitus procurator fit. l. inuitus. ff. de procur.

5 †Praeterea, si pro aliquo praesente & vetante fideiusserim: nec mādati, nec negociorum gestorum actio est. l. si pro te. ff. mand. Si nominatim domino prohibēte negocia gesserim, nec directa, nec vtilis actio competit. l. fin. C. de neg. gest. Si pro inuito, vel ignorante, alterius mandatum sequutus, fideiussero: is solus conuenitur, qui mandauit. l. qui hominem. §. si debitorem. ff. de sol. Aut si quis sub vsuris creditam pecuniam fideiussisset, & reus in iudicio cōuentus, recusasset sub vsuris creditam esse & fideiussor eas soluendo, potestatem recusandi reo sustulisset, ab eo pecuniam illam repetere non poterit. l. Quintius. ff. manda. Consequēs est, quòd si quis pro inuito non intercesserit, erit mandati actio. l. si remunerandi. §. si passus. ff. manda. vt si pro aliquo praesente & nō recusante fideiussero: ipsum obligatum habeo iure mandati, l. qui de solu. l. semper de regu. iur. ac si non prohibuisset, & ratum habuisset. l. inuito. C. de sol. Non igitur mihi aliqua actio competit, si pro inuito me soluturum constituam. l. nec creditoris. C. de noua. Sin sua voluntate, tunc videbitur ipsi creditori solutum. l. nihil. C. de sol. Solutam autem pecuniam accipimus, nō solùm si ipsi, cui oblata res est, verùm etiam si alteri soluta sit voluntate eius. l. solutum. §. solutam. ff. de pig. act.

6 †Postremò, lege Papia & Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne quis de domo sua inuitus in ius vocari possit. l. plerique. ff. de in ius voc. Sed & aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, patruum, amitam, auunculum, materteram testimonium deferre nemo cogitur. Similiter nec libertus aduersus patronum, vel vxorem eius, cùm ipsis reuerentiam debeat. l. j. C. de in ius voc. nec libertus aduersus libertum eiusdem familiae, l. lege ff. de testib. nec senes septuagenarij, l. j. qui eta. [illegible] b. 10. C. cùm etiam à tutelis & muneribus vacent. l. 3. de iur. immu. nec morbo grauati, l. inuiti. ff. de testib. nec milites, arg. §. testes. l. 3. ff. de testib. nec hi qui cum magistratu reipub. causa absunt, nec hi qui liberè venire non audent. l. in eandem. in fi. ff. ex quib. caus. maio. vt qui à militia cum infamia mittuntur. l. 2. §. ignominiae. ff. qui not. infa. Sed nec pater, tutor, vel dominus. l. qui iurisdictioni. ff. de iur. omn. iud. l. senatuscons. de offi. praesid.

7 CONTRA. †Si patre cogente, filius vxorem ducat, quam non duceret, si sui iuris esset: contraxit tamē matrimonium, quod inter inuitos non contrahitur: maluisse tamen hoc videtur, quàm odium patris incurrere. Et ideo licet filiusfa. inuitus vxorem ducere

non cogatur, debet tamen patri volenti consentire, nisi indigna & turpis vxor esset. l. sed ea ff. de sponsal.

8 †Præterea, si nimium seueri sint domini, coguntur seruos suos bonis conditionibus vendere. §. sed & maior. cum glos. vtatur. Inst. de his qui sunt sui. Idem dicendum, si seruus duorum, ab altero fuerit manumissus. Nam si partem æstimationis serui consocio obtulerit, cogitur accipere & manumittere, § erat olim. Instit. de dona. l. j. § & si plures. C. com. seru. ma. Hinc est, quòd si seruis communibus siue inter viuos, siue in vltima voluntate libertatem dare quis voluerit, potest: & socius authoritate prætoris cogetur partem serui vendere. l. j C. com ser. manumiss. l. si quis sepulcrum. ff. de relig. Sed & si fundus commodè diuidi non possit, vni adiudicabitur, pro rata condemnatus. §. penult. Inst. de offi. iud. Aut si vinum tuum cum meo miscuero, vinum erit meum. l. idem § j. ff. de rei vendic. Tibi tamen vini tui æstimatione præstita. Idem dicendum, si coactus alienauero, puta, Distraxi fructus, ne corrumperentur, precium duntaxat præstabo. l. j. §. j. ff. de rei vendic. Similiter si vni ex heredibus mandauero, vt integram hereditatem mihi emeret: emptis aliorum partibus, cogitur heres partem quoque suam præstare. l. si mandauero. § Iul. scribit. ff manda. Hinc seruanda erit ea testatoris voluntas, vt heres cogatur legatario, iusto precio fundum Tusculanam vendere. l. etsi æquo. ff. de lega. j. Res enim aliena legari potest, quam heres redimere tenetur. §. non solum. instit. de legat. Potest & dominus cogi, vt alteri domum vendat, si eã reficere non possit. ar. l. in lege. ad Syllan. Specu. titul. de satisdat. §. hic quoque. Roma. singul 336. Sed & plerunque euenit, vt quis rem alterius emere cogatur. puta, si de vna re, veluti de homine, diuisio fiat. Qui cum commodè diuisionem non recipiat, alteri in solidum adiudicabitur, partis æstimatione cæteris reseruata. §. j instit. de offic. iudic. Hinc est quòd si partem fundi, qui erat pro indiuiso, emerim: deinde iudicio communi diuidundo in solidum adiudicetur, ex vendito, emptor conueniri poterit, vt integrum emat. l. communi. § fin ff commu. diui. Quia illud accipere tenetur, quod ex diuisione ad venditorem peruenerit. l. Iul.

9 § idem Cel. ff. de act. empt. †Quandoque tamen cogimur, rem venditam, precium accipiendo, restituere. annot. in § si aduersus. numer. 8. cum sequen. instit. de nup. Vt si pater filium vendiderit, si postea precium offerat, aut mancipium pro ipso præstet, ad ingenuitatem restituitur. l. j. C. de pat. qui fil. dist. Aut si quis rẽ ex necessitate distraxerit, eidem officio iudicis succurritur. vt precium restituendo, rem venditam consequatur. Aliquando tamen precium amittit: vt si contra legis prohibitionem quis emerit. l. quemadmodum. de agri. & censi. lib. xj. C.

10 †Tertiò, debitor etiam inuitus liberatur, vt si creditori suo soluerim tollitur enim obligatio solutione eius quod debetur. §. j. Inst quib. mod. tol. oblig. etiam inuito vel ignorante debitore. l. soluendo. ff. de nego. gest. l. solutione. ff. de solu. Solutionis enim verbum, ad liberationem quoquo modo factam pertinet. Magisque ad substãtiam obligationis refertur, quàm ad pecuniarum solutionem. l. solutionis. eo. Igitur pro debitore absente, vel præsente, vel inuito, ignorãteque aut mortuo, constituere licet. l. vtrum. de const pecu. l. solutionem. l. si debitor. 2. de solut. l. de qua re §. fin. de iudic. l. si fine. § Lucius. de adminis. tuto Român. sing. 808. Bal. de syndico. ext in authen. & c. fi. nu. 18. de consuet. Aduersus quem, actione neg. gest aut contra heredem suum, quia vtiliter factum sit, agam: l. si is qui. mãd. Patet in generali procuratore, qui creditoribus domini soluere potest, nec alia eiusdem ratihabitio exigitur. Cast. l. quodlibet. de sol. Actionem tamen auferre non potero. l. in Stichum. § fin. de nouat.

11 †Quartò, si nemo inuitus agere, vel accusare cogeretur, qui actionem intentârunt, iudicium persequi non cogerentur, quòd nemo inuitus actiones suas exercere cogatur. rubr. C. vt nemo inuitus. Et tamen qui aduersus alium suas actiones proposuerit, eas necesse habet persequi. l. qui non cogitur. ff de iudic. auth. qui semel. C. quomod. & quand. iudex. Iniustè enim agere recusat, qui paratus ad iudicium, aduersarium suum vocauit: cum hæc excusatio, pulsato magis quàm actori conueniat. §. omnem. auth. de litig. col 8.

12 †Quintò, licet nemo cogatur arbitrium suscipere, quia liberum & absolutum & extra necessitatem iurisdictionis positum est: tamen vbi semel quis recepit in se arbitrium, ad curam & solicitudinem suam pertinet. l. Labeo §. j. ff. de arbit. De iudice idem traditur, qui de qua re cognouerit, de eadem pronunciare cogendus est. l. de qua re. ff. de iudic. Et enim qui onus suscipit, iudicandi necessitas incumbit. l. munerum. §. iudicandi. ff. de muner. & honor. Nec aliter quisquam iudicialem calculum accipere potest, quàm sacramentum præstet, sese omnino litibus finem impositurum. l. rem non nouam. C. de iudic. Tametsi Accurs. in arbitrio iudicantis reliquerit. glo. obseruatione dict. l. rem.

13 †Sexto, cogitur respondere, quis ex testamento heres sit, & vtrum suo nomine ei acquisita fuerit hereditas, an per eos quos suo iuri subiectos habet, vel per eum cui heres extiterit. l. si defensor. §. illud. ff. de interrog. act. Aut si necem testatoris multam heres omiserit, fructus integros restituere cogitur. l. prima. C. de his quib. vt indign. Qui ad pupilli successionem vocãtur, si defuncto eius patre, tutores ei infra annum non petierint, omnem eius successionem, si moriatur, amittunt. l. sciant. C. de legitim. heredib. Quod & in matre, quæ secundò nupsit, non priùs tutorem petens, potest contingere. l. 2. C. de secund. nupt.

14 †Septimò, negociorum gestor, velit, nolit, quandiu negocium in manu habet, agere compellitur. l. tutori. C. de negoc. gest. l. sin autem. ff. eodem. Patet in administratore ciuitatis, & alio quouis procuratore, qui in actionibus, interdictis, stipulationibus & interrogationibus debet dominum defendere. l. 2. §. si eod. ff. de administratione rerum, ad ciuitatem pertinen. l. non solùm. ff. de procurat. Iudicium quoque suscipere cogitur. l. à procuratore. C. manda. Qui omnem dolum & culpam præstare tenetur. l. à procuratore. C. manda.

15 †Octauo, adultus ex principum constitutione à debitore compelli potest, vt sibi curatorem petat. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. Aretinus consilio vigesimoquarto in fin. column. Porro curatoribus necessitas imponitur, bonorum possessionem pro furioso agnoscere, si hoc furioso expedire agnouerit. l. cum furiosus. §. nos itaque. C. de cur. furio. Qui si negligentes fuerint, tenebuntur, sicuti tutores in exigendis debitis pupilli negligentes: quod enim amissum est, præstabunt. l. 2. C. arb. tut. l. debitoribus. & l. tutores. C. de administr. tutor.

16 †Postremo, pecuniam corrumpentem quilibet accusare cogitur. gl. defraudata. c. quanto. extr. de iureiuran. Qui autem pecuniam principis corruperit, viuus comburitur. l. 2. C. de fal. monet. Sin ciuitatis tantum, capite punitur. l. j. eo. Quod si nummos radit, vel tingit, feris animantibus traditur. l. quicunque. C. ad leg. Cor. de fal.

17 CONCLVSIO. † Cuilibet permissum est contrahere, quia contractus dum concipiuntur, sunt facti. l. consilio. de curat. furio. Proinde semel causa approbata siue vera, siue falsa, reprobari non potest: puta, alij placet sacerdotium, alij respubl. alij cælibatus: vtrumnam tamen aggressi fuerimus, integrum non est mutare consilium, etiam si pœniteat instituti. l. sicut. Cod. de action. & obligationib. Si enim vxorem

duxeris,

duxeris, tui iuris non eris. Si semel ad. Remp. accesseris, seruiendum est. Et vt cupias, tutum non est ad priuatam redire vitam. Et ideo sicut ab initio libera est potestas habendi, vel non habendi contractus, ita etiā renunciare semel constitutæ obligationi, aduersario non consentiente, minime potest. d. l. sicut. inst. quib. ex caus. authen. semel. quomod. & quand. iudex. l. 3. ff. de arbitris. Secus, si consentiat. l. finali. ff. famil. erciscund.

18 † Patet in iure pigneris, quod dominio acquisito amittitur. l. finali. Codic. de re mis. pignor. l. neque pignus. ff. de regulis iuris. Si enim à posteriore contractu nemini recedere liceat, l. j. §. decretalis. ff. de successo. edict. maxime quod priori renunciatum censeatur, non potest pignus perseuerare, creditori domino constituto. l. penultima. §. fin. ff. de exceptione rei iudicatæ.

19 SOLVTIO. † Licet nemo inuitus cōtrahere, agere, vel accusare cogatur: qui tamen semel se obstrinxit, sine cōsensu partis nō soluitur. Sunt enim cōtractus à principio voluntarij, deinde partiū consensu necessarij: d. l. sicut auth. qui semel. C. quomod. & quand. iudex.

20 † Pro inuito solui non posse probauimus, nu. 5. Deinde contra, nu. 10. Omissis his quæ frustra à Bal. tradita sunt, §. j. nu. 2. inst. quibus modis tollitur obligatio. nos ita respondemus: Vbi quis obligatus non est, non potest alius pro alio se soluturum cōstituere: & si fecerit, suo periculo cedit. l. si pro te. ff. mandat. Posterior vero sententia locum habet, cum quis obligatus est. Bart. l. non solum. §. morte. ibi. His præmissis. ff. de noui operis nunciatione. Certam enim habet causam stipulatio, quam stipulator mutare nō potest. l. vero. de procura.

21 † Dictum est, filiumfam. sine patris consensu vxorem ducere non posse, nu. 1. Excipiuntur emancipati, qui sine patris consensu vxorem ducere poterunt. l. filius. ff. de ritu nupt.

TACITI ET EXPRESSI verum par virtus.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet fideiussorum tacite in solidum conueniri potest.*
2 *Precarium siue tacitum, siue expressum, morte reuocatur. nu. 36.*
3 *Iusta hereditas qua sit.*
4 *In quantitate & die, & conditione stipulationis, par taciti & expressi virtus est.*
5 *In seruitutibus aqua ducenda, quid tacite inest.*
6 *Donatio tacite præsumitur, quando mandamus, vt quis rem nostram alteri restituat, 24. 38. 44. quando alienationi consentimus, quando diu neglexinius debitum petere, quando mulier post diuortium diu in possessione prædiorum dotalium est, quando indebitum soluitur. 27. 33. & per actum retro similem, & qui are suo pro alio emit. 25. 44.*
7 *Hypotheca tacita & expressa eadem. 15. ibi. & in pignore.*
8 *Voluntas tacita & expressa idem operatur.*
Tempus quatenus contractibus tacite inest.
10 *Qui minores vsuras recipit, tacite maiores remisisse videtur. nu. 26.*
11 *In mutuo quid tacite inest.*
12 *Tacita vel expressa prohibitionis causa idē operatur, nu. 9. & 45.*
13 *Substitutio tacita & expressa eadem. 17. 22. 31. 32. 37.*
14 *In legatis, par taciti & expressi virtus est.*
15 *Expressum facit cessare tacitum. 40.*
16 *Sublato expresso, vitiatur tacitum.*
17 *Multa expresse remittuntur & nocent, quæ tacite nō possunt.*
18 *Conditio in legato tacitè vel expressè apposita differt.*
19 *In testamentis non par virtus taciti & expressi.*
20 *Maior taciti quā expressi virtus est, & pœna diuortium facientibus.*
21 *Pater an filij hereditatem adire possit. 12. 30.*
23 *In substitutione, nulla tacita inest conditio.*
24 *Qui deponit, non donat.*
26 *Alimenta præterita repetuntur.*
27 *Indebitum soluens, an donare videatur.*
28 *Tacitum quando dicatur, & quando expressum. 29.*
30 *Qui stipulatur dotem sibi reddi finito matrimonio: si non subsequatur, an dos restituenda sit.*
34 *Tacitum quando non habeatur pro expresso.*
35 *Conditio tacita contraria reuocetur.*
45 *Qui testamentum inofficiosum improbe dixit, relicta in testamento amittit.*

Quæstio 18.

1 TANTA † est taciti & expssi affinitas, vt expressio eorū quæ tacite insunt, nihil operetur. Patet in duobus fideiussoribus datis, quorū singulos tacite in solidum teneri cōstat. l. nā recte. C. de fideiuss. Quæ & merito frustra exprimeretur. Aut si esset expressum, eo modo censetur expressum, quo tacite inest. Alciat. l. tertia. numero nono. de legatis. j. In heredis institutione idem obseruandum est. vt si Titium & Mæuiū, vter heres esse voluerit, heredem instituam: vterque heres institutus censetur, neuter tamen hereditatem adire cogitur. Et ideo nihil operatur, quod à testatore dictum est: vt vter voluerit, sit heres, vterque enim heres erit. Et conditio quæ tacite inerat, nempe vt hæreditatem adire vel repudiare possint, tametsi expressa sit, institutionem non vitiabit. lege Cornel. ff. de hæredib. instituend.

2 † Præterea, precarium cum duret, donec reuocetur per concedentem. l. j. ff. de procurator. Eo mortuo, reuocabitur ab eius hærede. l. quęsitum. §. j. eodem. Idem si concessero quandiu voluero, morte reuocabitur, quia voluntas morte finitur. l. 4. ff. loca.

3 † Tertiò, Si inter socios actum sit, vt si iusta hereditas alteri socio obueniret, communis esset: etiam communicanda illa est, quam quis proximus ex testamento consequitur. Bartol. l. tertia. de legatis j. Iason eodem, numer. 48. Alciatus eodem, numer. 4. Hæreditas enim ex testamento proueniens, non improprie legitima dicitur. Nam sicut iusta hereditatis est, quę ab intestato defertur, l. 3. §. primo. de legat. j. quo casu ex tacita defuncti voluntate dicitur prouenire. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. Ita etiam ex testamēto, si expressum sit.

4 † Quartò, in stipulationibus cum quantitatem expressam esse oporteat, l. triticum. de verborū obligation. Nihil interest expressáne sit, an tacite insit stipulationi, vt si id mihi dare spondeas, quod Calend. Februar. te dare oportet, non incerta est stipulatio, si prior expressam habeat quantitatem. Et ideo quantitas quæ tacite inest priori stipulationi, tantum operatur, quantum si fuisset expressa: qui sic stipulatus. de verborum obligatio. Si dies stipulationibus apposita non sit, tacite actum videri debet, vt ex die quo

stipulatio facta sit, initium capiat. l. si ita quis promiserit.de verbor.obligation. Et ideo perinde haberi debet,acsi nominatim & expresse esset dictum,vt præsenti die solueretur. Quæ stipulatio in heredem transit,leg.si decem.de verbor.obligation. In puris stipulationibus,facti necessitate, tacitæ quædam conditiones insunt:tametsi non exprimantur: veluti,si id quod in vtero ancillæ tuæ erit,abs te stipulatus sim. Tunc enim actio incipit,cum nascetur.l interdum.l.inter stipulantem.§.pro quo.ff.de verbor.obligation. Et ideo nihil refert, vtrum fuerit expressa conditio nec ne. Semper enim tacite inerit, vt tempus partus spectemus. Quia conditio eo modo censetur expressa,quo tacite inest.Alciatus l.tertia numero.9 de legatis primo.Idem dicendum,si fructus futuros stipulatus sum. Tacita nanque inerit conditio, vt eatenus spectemus, dum fructus percepti fuerint. Et merito vtroque casu perinde erit,ac si fuisset expressa. dicta l.interdum. Loca etiam inseri stipulationi solent. veluti, Carpentoractæ dare spondes. Quæ stipulatio licet pure facta videatur, tamen re ipsa habet tempus adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniam Carpentoractæ dandam.§ loca. institut. de verbor. obligation. Quæ de stipulationibus tradita sunt,eadem in emptionis contractu obseruabimus. Si enim fructus, vt partus ancillæ aut seruus qui apud hostes est, ematur:tacite inest tempus,vt cum ancilla pepererit,aut cum seruus ab hostibus reuersus fuerit, venditio facta intelligatur.l.j.in fi.ff.de condition.& demonstra.l.fina.de actionibus empt.l.nec emptio.de contrahen. emptio. Eadem pignori dari poterunt. Ea enim quæ nondum sunt,futura tamen sunt,hypothecæ dari permittitur.vt fructus pendentes, partus ancillæ, foetus pecorū.l.& quę.ff.de pig.Quibus omnibus tacita inest conditio.si nascantur.d.l.j in fi.Quæ licet non exprimatur,tamen necessitate facti perinde habenda erit, ac si expressa esset.

5 †Quinto,in seruitutibus aquæ ducendæ,hoc tacite inest,vt reficere mihi riuū liceat.l refectionis.§.si partum.ff.com.præd.Merito qui ius habet ducendi aquā, eidē permittitur & purgare & reficere riuū l.j.§.aquę. ff.de riuis.Immo qui serui utem asserit. non cuius res seruit,riuum purgare cogitur.l.& si forte.§ nam.ff. si ser.vendi.

6 † Sexto, qui rem suam alteri restitui mandat donare videtur. patet in matre, quæ rem suam apud maritum suum depositam, filio restitui postulat. sibi enim donare creditur.l pub.ff.deposi. Sicut qui alienationi vsufructus consentit. l. apud.§. quæsitum.ff. de doli except. Qui enim sciens patitur rem suam alteri distrahi,donare censetur,maxime inter coniunctas personas, vt si seruus plurium fratrum, alteri puerum,scientibus & tacentibus cæteris,dederit, collata donatio est.l.si seruus.ff de donatio.inter virum. Aut qui diu neglexerit debitum petere:nam propter temporis diuturnitatem,tacitē quis donari videtur. l.Procula.ff.de probationibus. vt si post diuortium longo tempore,sciente & patiente viro,mulier in possessione prædiorum dotalium fuerit, conuenisse tacite videtur, ne dos quæ promissa fuerat, petatur.l. cum post.ff. de iure dotium. Aut qui indebitum soluit,tacite donare creditur. Sed & actus retro similis, donationem inducit. vt si prædium, cuius precij partem exolueram, Titio ea conditione dedero, vt residuum solueret. Deinde soluto,& alteri eum fundum venderem,Titius consentiret:Titius quod exoluit,tacite donasse creditur l.si vero.§ Pap.ff manda.

Septimo,qui rem alienam pro alio ære suo emit, donare videtur: vt si pater filiis in potestate existentibus prædium emerit, & eisdem emancipatis tradiderit,vel voluntate sua in possessionem missi fuerint, dominium acquisierunt.l.secund.Codic.si quis alteri, vel sibi.infra numero.25.Quæ sententia vera est,quando pater res ad militarem vel legalem militiam pertinentes,emerit.& filio tradiderit.ea enim donata præsumuntur.l.prima.§.nec ff.de collat.bonorum. Alexander,consilio 44.lib.j. Roman. consilio 348. Eademque cum ad bonorum diuisionem ventum erit, filius peculiariter habebit. Cum enim ea tantum, quæ pater inter filios non diuisit,pro hereditaria portione inter filios diuidenda sint.l.quæ pater.ff.famil.erciscūd.l.ea quæ.C.eod.Non igitur ea quæ diuiserit,in collationē venient,sed ad filium peculiariter pertinebunt.l.filiæ. C.famil erciscun. & ideo iudex animaduertere debet, vt cum ad bonorum diuisionem vētum fuerit, ea quæ pater nominatim filio contulerit, non diuidat.l.si cognatione.C.fal.ercisc.

7 †Octauo, hypotheca quando tacite contrahitur,etiam tacite dissolui poterit. Tacite autem contrahitur hypotheca,in administratione rerum pupillarium. Si enim tutor vel curator,reddita ratione administrationis bonorum pupilli, eidem debitor existat: pupillus omnia bona tutoris, vt pote sibi tacite hypothecata;vendicare poterit.l. pro officio. Codic. de administration. tutor.l.j.§. & vt plenius. Codic.de rei vxor.action.Aut si tutrix secundo nubat, non reddita ratione :omnia bona secundi viri, sunt tacite pupillo obligata.l.penultim.Codic.in quib. causis. Singul.Massi.148.Idem in actione rei dotalis. Nam siue vxor dotem vendicare velit,siue maritus ad dotis promissæ præstationem contra vxorem agat, semper tacita omnium bonorum hypotheca competit. dicto §. & vt plenius. Pro censu,tacite omnia bona obligata sunt. l.prima. Codic. in quib.caus.l. prima. in fine.si prop.pub.pensita. Sicut quando cum fisco quis cōtrahit.l.secund.in quib. caus. Qui primipilus est, hoc est,primipilatum gerit,Lauren.Valla libr.4.capit.84. qui decimæ legionis centurio est.Alcia.de primipilo.libro 10.C.si à principe defecerit,non sua tantum, verum etiam filiorum suorum.l.penultim.& final.de primipil.& vxoris bona.l.4.C.in quib.caus.taci.tacite fisco obligata sunt.Legatario & fideicommissario in rem actio tacite cōpetit.l.j.§.omnibus.l.a.§.& si quid C.commu.de lega.

8 † Nonò,idem operatur voluntas tacita,ac si expressa esset. Patet in patre furioso,qui tacita voluntate perinde filium in potestate retinet,ac si suæ mentis esset.l. patre. ff.de is qui sunt sui.Et filius si tacita patris voluntate,negocium exercet ,in patrem iudicium dabitur.leg.prima.§.si is qui nauem.ff.de exercit.action. Et filia quæ tacita voluntatē promittit patrem de dote agere : tantum operatur,ac si esset expressa.l.secunda.§.voluntatem.ff. soluto matrimonio.

9 †Decimò,constat non esse commodatum vel mandatum,nisi habeat vsum determinatum,cum tempore expresso,vel tacito.l. Stichus.libr. de legatis tertio. Expressi exemplum est,Commodo tibi ancillam ad texendum sex mensibus. Taciti, Commodo tibi ancillam ad texendum libras decem lanæ : hic tacite tempus inest.l.continuus.§.cum ita.de verborum obligationib. Vel commodo tibi equum,vt Lutetiam eas eundi & redeundi tempus inest.l.interdum.ff.de verborum obligationib.Idem si fideiussōre traditur. l.testamento.§.final.ff.de fideiuss. Quam totam rem magis est vt ad iudicem, hoc est, ad viri boni arbitrium remittamus,qui æstimet, quanto tempore diligens paterfamil efficere possit.l. continuus.§.cum ita.de verborum obligationibus. Qua in re multa spectanda sunt. Cum enim viginti millia passuum in dies singulos computentur,l.tertia.de verborum obligationibus.tamen temporis,ætatis, sexus & valetudini-

letudinis ratio habenda est. dicto §.cum ita. Si quis certo loco domum ædificari stipulatus sit, tacite tempus inest, vt eatenus protrahatur, quatenus diligens artifex in instruenda ædificandáque domo postularet, & moram faceret.l.2.§. finali. de eo quod certo loco. l. interdum.de verbor. obligation. Quod tempus licet non exprimatur, tacite tamen cum insit, perinde habendum est, ac si expressum esset. In commodato hoc tacite inest, vt is qui rem cômodato acceperit, impensas victus & valetudinis præstare teneatur.l. in reb⁹.§. possum.ff.cômo. Culpã quoque præstare tenebitur, fatum autẽ non tenebitur.l.si vt certo.§.si me rogauerit. eod.

10 †Vndecimo, licet vsuræ longo tempore præstari solitæ, cogi possint vt soluantur, l.cum de in rem. ff. de vsur. tamen creditor qui as longo tempore, hoc est, triennio, vel quadriennio.gloss.prim.§.diuus.l.cum quidam.ff.de vsur. vsuras non petit. tacite remisisse videtur.l.vir.secund.ff.de do.inter vir.& vxor.dict.§.diuus. Angel.§.fuerat.column.quinta institut.de actio. Idem si multo minores solitis.debitor præstare consueuerit l.aduersus.l.quamuis.C.de vsur. Non obstabit exceptio.l.qui semisses.ff.de vsuris. Verum quanto tempore minores præstitisse conuenit, vt debitor maiores soluere non cogatur? Quidam decennij metam desiderant. Iason.l.quæ dotis.numero 21. ff.solut. matrimon. Alij viginti annorum, alij quinquennij, alij biennij duntaxat. Iason dicta l.quæ dotis.numer.20. Ego formam actionis spectarem.l.sicut.l.omnes. Cod.de præscript.30.annorum.l.cum sex.de ædil. edic. l. prima. de diuers.præscript. Et quantum ad vsurarum præstationem atinet, in odium illarum, biennio minores præstitisse sufficere poterit.gloss. j. l. qui semisses. ff. de vsur. Licet si maiores debitor præstiterit, residuum in sortem quandocunque computare possit. l. creditor. §. finali.ff.de solutio. Fauorabilior nanque est causa soluti, quam debiti.l.Arrianus. ff. de action. & obligat.l.4.de solutio. Idem in fideicommisso iam dudum non præstito obseruabimus. l. Procula. ff. de probationibus.

11 †Duodecimo, mutuo tacite quædam conditiões insunt. tametsi non exprimantur: veluti vt æque bonum reddatur. non enim licebit deterius reddere.l.cũ quid. ff.si cer.pet.

12 †Decimotertio, idem operatur tacita causa prohibitionis, quod & expressa. Nam vt valeat prohibitio alienationis, causam referre oportet, cur alienationem prohibeat, alioqui non valebit.l. filiusfamil.§. diuo.de legat.j. infra numero.45. Proinde si inueniatur persona, cuius respectu prohibuerit alienationem licet non fuerit expressa, non minus tamen alienationis prohibitio valebit, quam si nominatim esset comprahensa. Et ideo adeo efficax est tacita prohibitio, sicut expressa. Verum multum scire interest, an pure prohibitio fiat, an sub conditio. Si pure, numquam alienare poterit.l.finali.§.sed quia.Codic. commu.de legat. Sin conditio insit, alienare quidem poterit. Adueniente tamen conditione, in pristinum statũ causa restituetur.§.sin autem.dict.l.final. In fideicommisso igitur ante euentum conditionis, cum nulla tacita prohibitio sit: alienatio tantisper valebit, dum conditio euenerit: gloss.l.cum pater.§.libertis.de legatis.secund. Nam ante euentum conditionis, non est legatario ius vendicandi.l.seruo legato. §. primo. de legat.j. At prohibita expressim & absolute alienatione: ea sequuta, fideicommissarius ius habet. Qui si ab herede fideicommissum nõ petierit, post eius mortẽ, tacite fideicommissum remissum censetur. l. Procula. ff. de probat.

13 †Decimoquarto, instituo filium meum, qui si viuo me moriatur, instituo ex eo nepotem: quod tametsi expressum non fuisset, subintelligitur.§. quidam recte.l.Gallus.de liber.& posthu. Non enim videtur decessisse sine liberis, qui nepotem habet.l.prima.de condition.insert. Vt intelligamus, parem esse vim substitutionis expressæ & tacitæ. Patet in filio herede instituto, qui tametsi hereditatem repudiauerit, pater quasi ab initio ei heres fuisset institutus, succedet. l. finali. §.similíque modo.Codic. de bonis quæ liberis. Idem dicendum, si expresse heres institutus fuerit, cum par sit virtus taciti & expressi. In substitutione igitur tacite inest conditio, tametsi non fuerit expressa, vtputa, si filio instituto, Titius fuerit substitutus, si filius heres non erit. Cui substitutioni etiam tacite alia inest conditio, siue heres extiterit, & impubes decesserit.l.nam hoc.ff.de vulga.infra nume.22. & seq.& 31. & seq.

14 †Postremo, etiam in legatis, taciti & expressi par virtus est. non enim refert, vtrum testator centũ leget. aut cum sibi centum debeantur, quod sibi debetur, leget. Vtroque enim casu legatum debetur.l.legaui Titio.de li.le. Tacite quoque inest conditio legato, veluti cum ita legamus: Quod ex serua natum fuerit, heres dato: Aut fructus qui ex eo fundo percepti fuerunt, heres dato.§.ea quoque.institu.de leg. Aut seruum quem alij non legauero, Seio dato.l.prim.in fin. de condi. & demon.

15 CONTRA. †Expressa potiora sunt tacitis. Expressa enim prouisio testatoris, tacitæ præfertur: vt cum testator Titium instituit, substituto præferri non ambigimus.l.4.ff.de acquirenda.hered. Et substitutus filio impuberi, præferuntur his qui ab intestato successuri essent.l.cum ex filio.§.filio.de vulga. Non enim dubitamus, coniuncto substitutum præferendum esse, cum in omnibus substitutionibus, coniuncto potior sit. l. prima. §. in primo. §. in secundo. Codic. de cad.tollen. Vocatus enim est, si primus heres non erit. Si ergo non sit, ipse admitti & coniuncto præferri debet. qui tacite in eum casum vocatur, quo substitutioni non sit locus: vt expressa prouisio testatoris, tacitæ præferatur. dicto §.filio. Qua ratione etiam videmus substitutum à testatore, eis præferri, quos lex vocat.l.final.versicul.sin autem casualis.Cod.de necessar.seruis. Et ius accrescendi, voluntate testatoris confirmatum, efficacius est, quod solo legis adminiculo innititur.l.quidam.in fine.Cod.de iure deliberand. Causa enim testamenti, præfertur causæ intestati: quoniam hæc à lege, illa à testatore potissimum prouenit. Vnde & consequens est, vt cum successorium edictum à mera legis dispositione descendat, iure accrescendi sit posterius, cum aliquatenus testatoris menti concordet. Alciatus l.re coniuncti.numero 39.de legatis 3. Plus enim operatur expressa testatoris voluntas, quam tacita & incidens. Patet in matre, filio impuberi tacite succedenti: Nam si alios heredes substituerit testator, mater excluditur.l.cum ex filio.§.primo.de vulga.l.final.Cod.de institut. Et ita expressum facit cessare tacitum. vt si quis dicat, Cui bis legauero, semel deberi volo. Si eidem sæpius legauerit, & priorem voluntatem nominatim non reuocauerit, semel tãtum sibi legatum dicemus.l.si quis. de legatis tertio. Non enim tacitum, facit cessare expressum. Expressum autem, per aliud expressum vtique: vt si dicat testator, nolle se prius testamentum reuocare: si deinde aliud condiderit, & nominatim prius infirmarit, posterius tantum valebit. Quod si expresse prius non reuocasset, tacite non censeretur reuocatum. Inter expressam igitur & tacitam testatoris voluntatem, non temere constituenda differentia est: vt puta in aduentitia filij hereditate, pater vsumfructum habet, non tanquam vniuersalis heres, sed potius vt particularis, beneficio filij successor, Baldus l.si putas.a.terti.oppositio.C.de petition.hereditat. Adeo vt substitutus submouendus

sit.l.si paterfamil.de hered.institut. si tamen instituto filio grauatus sit pater eidem hereditatem restituere,ex iniuncto patri fideicommisso arguitur mens testatoris, vt contemplatione filij, fideicommissum faceret. Nec mors patris spectanda est,sed confestim restitutio facienda erit. Adeo quidem, vt si quos fructus aduentitiorum pater perceperit,restituere teneatur: Alcia. l.cum filiusfamil.nume.15.de legat.3 quasi pater pleno iure hereditatem restituere grauatus sit, videtúrque testator patrem ab vsufructu summouisse.authent.excipitur.C.de bonis quæ liber. Et ita apparet,expressa potiora esse tacitis. Patet in tutore testamentario, quem vt pote expresse nominatum per testatorem,tacitis,hoc est,legitimis preferri non ambigimus.l.si quis sub ff.de testamen.tuto.Et in pignore multum interest, vtrum fuerit tacitum, an expressum.Expressum nanque multo potentius est tacito. Si enim seruus expresse fuerit pignori datus,manumitti non poterit:sin tacite,nihil impedit manumissioné. l. pe.C.in quib.caus.Et ita apparet,expressa potiora esse tacitis.

16 †Quod adeo verum est,vt sublato expresso,tacitú vitietur: vt si expresse tibi concedam ius auriédi aquam in fundo meo.tacite videor tibi iter concedere.l.ité.§. qui habet.ff.de seruit rusticorú prædiorú.Quod si expressum defecerit,hoc est,si amplius aqua nó sit in fundo meo,tacitú quoq;,nempe itineris, deficiet.d.§.qui habet.

17 †Preterea,multa expresse remitti possunt,quæ tacite nequaquam remitterentur: vt puta,agrorú fines,nullo vnquam tempore præscribuntur.c.super.extr.de paroch.ca.quicunque 16.quæst. 3. Confunduntur tamen consensu conuicinorum. Ita fit, vt quædam expresse partium consensu fiant,quæ tacite à lege fieri iuste nequeunt. Fiscus enim antequam creditoribus fuerit satisfactum,ius non habet petendi poenam. Si tamen creditores hoc permittant,erit licitum.l.q placuit.ff. de iure fisci.

18 †Tertio,multa tacite nocent,quæ expresse nó nocerent.Expressa nanque rei ecclesiasticæ alienatio,ecclesiæ non nocet.c.3.& 2.extr.de don.Et tamen tacite nocere poterit,si quadraginta annis ab alio possessa sit.c. de quarta.extr.de præscr.Miles procurator alteri, etiá consensu aduersarij esse non potest. At si non abiiciatur,valebit iudicium. l. filiusfamil. §. veterani.de procura.

19 †Quarto legatum sub conditione, si volet relictum: non aliter ad heredes legatarij transmittitur, quam si legatarius se velle,manifeste declarauerit.si tamen tacita fuerit illa códitio,secus est.l.si ita legatum.§.primo.de lega.Et ideo multum interest,an conditio tacita fuerit,vel expressa.Expressa nanque conditio vt hic apparet,heredi legatarij noceat:non expressa, tametsi tacite insit, non nocet heredi, Aut si testator heredem grauauerit, Titio dare decem: inest conditio, si heres fuerit.Quæ tacita conditio,si exprimatur, demonstrationis vim consequitur, perinde ac si diceret: Quando Caius heres erit,Titio decem det.l.in conditionibus.§.primo.ff.de condi.& demonstra. Nec alias debebuntur,quam si heres fuerit. Si non exprimatur, secus est.

20 †Quintò, quædam in testamentis si exprimantur, nullum effectum habent: quæ si verbis tegantur, eandem significationem habent,quam habét expressa.Vt si quis exheredauerit filiú, si Titius heres erit,valet exheredatio. Quod si Titium heredem istituerit, & filium exheredauerit,cum Titius fuerit heres, nullius momenti exheredatio est.l.si quis in fine.ff. de heredi. institu. Aut si acceptum feras ei,qui sub códitione promisit:ita demum egisse aliquid stipulatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit.l.actus.de regul.iur. Quod si nominatim verbis acceptilationis comprahendatur, nullius momenti faciet actum. l. in diem de acceptilatio.l.expressa. de regulis iuris. Ergo maior taciti,quam expressi virtus est.Expressum enim regulatur secundum naturam taciti,tacitum autem non vtique.

Vtputa, scimus expressas esse in iure poenas, diuortium abs re facientibus.l. consensu. Codic. de repud. Similiter vir si sine culpa vxorem dimittat,compellitur quartam partem propriæ substantiæ relinquere.l.iubemus.§.si vero.C.de repud. Nunc præsupponamus inter virum & vxorem, aliam stipulatam esse poenam,quam lege comprahensum sit, stipulatio non valet.l.si ita stipulatio facta.de verbor.obligatio. Quod si stipulati fuerint poená,quæ tacite in eos, qui sine culpa diuortium faciunt,statuitur,stipulatio valebit.d.l.si ita.

21 †Sexto, si testator filio suo impuberi extraneum substituerit: non tamen matrem quæ tacite filio erat substituta,excludet.l.Lucius.de vulgari.l.finali.de institu.

22 †Septimo, si quis filium in patris potestate existentem,& eiusdem emancipati heredes instituerit, & filiusfamil. ante testatorem moriatur: eodem testatore mortuo,nihil patri quæritur. l. secunda. Codic. ad Orfici. Non ergo pater tacite censebitur vna cum filiofamil.heres institutus: vt eam, mortuo prius filiofamil.deinde ipso testatore, adire possit. Hic taciti & expressi nulla est æqualitas. Si enim expresse pater vna cum filio fuisset heres institutus, tametsi filiusfamil.morte præuentus, hereditatem pro parte adiuisset:Et tamen cum tacite veniat,integram hereditatem amittit.

Præterea si expresse fuisset heres institutus pater, vna cum duobus filiis hereditas in tres vncias diuidetur. Vbi autem tacite censetur heres institutus, pater non facit partem in hereditate,sed filio duntaxat succedens in parte eiusdem, pro herede habetur.

23 †Sed in substitutione,nulla tacita inest conditio. Si enim quis vxorem & posthumum heredem instituat & posthumo non nato alium substituat:si posthumus natus impubes decedat,substitutus non aliter admittitur,quam si mater prius decesserit.l.cum quidam.C.de instit.

24 †Octauò,qui ea conditione deposuit,vt nemo præter seipsum,aut Titium,huiuscemodi depositum tolleret:non tamen ob id donatio censebitur.l.donationes in concubinam.§.penultim.ff.de dona. Aut si quis nomine alterius rem suam deponat,proprietas nihilominus non mutabitur.l.etiamsi.C.de donat.inter vir.Iason.l.quæ dotis,numero 55.soluto matrimonio.

25 †Nonò,qui rem alteri ex sua pecunia emit,sibi actione negotiorum gestorum succurritur. Donasse autem verisimile videri non debet,cum neminem velle iactare suum præsumamus.Hinc est,quod si filius sua pecunia matri emerit,& tradiderit,licet traditione mater domina efficiatur,l.traditionibus.C.de pactis.tamen precium petenti restituere tenebitur.l.3. C.si quis alteri vel sibi.

26 †Decimò,licet alimenta debita iam dudum præstita non sint,nunquam tamen à petitione repellitur. l.libertis.§.primo.de alim.lega.

27 †Vndecimò,impuberes sine tutoris authoritate quicquam agere non possunt.l.fina.C.de iur.& fact. igno.Sed furiosus,nec is cui bonis interdictum est,sine curatoris authoritate,quod ab ipsis gestum est,ratum haberi non debet.l.is cui bonis.de verborum obligation.Ideóque si ipsi aliquid soluerint,códicetur. l.interdum.de condictio.indeb.Donatio autem nusquam subsequuta videri debet,tametsi indebitum soluerit.

28 CONCLVSIO. †Omnis nostra quæstio, ex casu dubitabili pendet: in casu vero dubio, præsumptio inducitur. annota. in §. primo. numer. 7 instit. de adoptio. Quod autem ex præsumptione sit tacite cõsensum inducit: vt in eo qui vsu capere patitur, alienat. l. alienationis. de verbor signific. Tacitum autem præsumptum est, quod veritatem inducat: vt cum filium ex literis ad vxorem missis, tacite præsumimus l. fin. de probat.

29 †Expressum autem illud dicitur, quod licet non exprimatur verbis specificis, tamen tacite ex mente vel ratione legis colligitur. Quod enim ex legis mẽte colligitur, expressum est. l. nominis § verbum. de verbor. signific.

30 †Exempli gratia, in eo qui stipulatus est dotem sibi reddi, quomodocunque matrimonium soluatur, tametsi nuptiæ subsequutæ non fuerint, tacite ex legis dispositione hoc inest, vt etiam eo casu dotem restituere debeat l. si extraneus. ff. de condictio. causa da. Secus est, si quando quis in vno casu pepigerit: in alio enim casu, mulieri actio est. l. si cum dotem. ff. soluto matrimonio. Ex mente quoque & ratione legis colligitur, vt si venditor fundo dolia accessura dixerit: non cassata, sed integra dare debeat l. quicquid venditor. ff. de action. empti. Quod pro expresso habetur. Quod enim non satis liquide expressum est, in dispositione iuris communis manet. Non enim aliter tacitum subintelligitur, quam lex, aut communis vsus disponit: expressum autem ex ipsa scriptura perficitur: A Ripa interpr. lib. j. rub. de constit. nu 30. versicul. Respon.

31 SOLVTIO. †Probauimus in substitutione tacite conditionem inesse, tametsi non exprimatur. num. 13. versic. in substitu. Deinde nullam tacite substitutioni conditionem inesse. num. 21. 23. Respon. Substitutio vulgaris expressa, continet tacitam pupillarem, & ecõtra pupillaris expressa, continet tacitam vulgarẽ. l. nõ hoc. ff. de vulga. Alciat. l. heredes. numero 8. versicu. & ad hunc. eodem. Vt vulgaris pupillarisque substitutio coniungantur. l. 4. ff. de vulgar Quod fauorabili quadam interpretatione videtur inductum. propter verisimilem mentem testatoris, & pupillaris, paternique testamenti coniunctionem. l. patris ff. de vulg Nisi quãdo mater succedere potest. l. quum quidam. C. de instit.

32 †Dictum est, patrem filio herede institutio succedere. Deinde nihil patri acquiri posse ex hereditate, filij præmortuo testatore: Hoc ideo, quod heredis institutio, à morte tantum testatoris, vires habere incipiat. Cum autem filiusf. morte præuentus, (prædecessit ipso testatore) hereditatem adire non potuerit, nullo iure pro herede haberi possit, nec pater pro herede se gerere poterit. Dictum est eum videri donasse, qui indebitum soluit, nu 6. Deinde contra, nu. 27. Respon. persona locum facit beneficifio. l. interdum. ff. de condict. indeb. Sed & maior restituitur, si anceps pecuniam soluerit. l. fin C. de condiction. indeb. Quod si sciret non deberi, & soluerit. non repetit, & consequenter donare videtur.

33 EXCEPTIO. †Communis hæc fuit sententia, vt tacitum pro expresso habeatur: quod tamen in formis deficit. Nam quando pro forma requiritur expressio verborum, taciturnitas non sufficit. Vt in stipulationibus, quæ cum interrogationes & responsione constent l. j. de verb. obl. tacitum non habetur ꝓ expresso. l. quicquid. eod. Vt inuitus, tametsi annuat, & sic tacite consentire videatur, stipulari nõ poterit. d. l. j. Quia interrogatio & responsio est de essentia stipulationis. Vt in institutione heredis, quem cum voce nuncupare oporteat, l. iubemus. Codic. de testament. tacitum pro expresso non habetur. Vbi enim præsumptioni locus est, nequaquam is intellectus subintelligitur, qui actum vitiaret.

34 †Patet in conditionibus, quæ licet contraria tacita conditione reuocentur, l. final. in princip. de lega. secund. non tamen perpetuo verum est. Si enim testator, fidei heredum commiserit, vt cum ad pubertatem peruenerit, Stichum manumittant. Si ante pubertatem decedant heredes, nihilominus statim libertas competet. l. verum. in fin. ff. de fide. liber Non enim tacita inest contraria conditio, vt si ante pubertatem decedant, libertatem non consequantur. Aut si testator Titio centum legauerit, à filio impubere præstanda: si filius impubes moriatur, substitut⁹ nihilominus legatũ præstare tenebitur. Non enim censetur repetita cõditio, quæ actũ vitiaret. l. seruo alieno. §. si a impubere. de leg. j.

35 ANIMADVERSIO. †Alcia. l. 3. num. 13. de leg. j. multum interesse putat, vtrum alicui concedam, quandiu voluero, vel tacite insit, nisi voluero. Sed cum nulla diuersitatis ratio insit, cur diuersum ius statuemus.

36 †Idem cum probat dict. numer. 19 & sequen. substitutionem expressam pupillarem, matrem excludere, & substitutum quibuslibet cõiunctis præferri, vincor veris. l. Lucius. de vulga. l. fin. Cod. de institut. Expresse enim alteri vel institutus, vel substitutus, coniunctis præfertur. In illis vero qui tacite vel instituti, vel substituti censentur, secus est: Falsus est Alci. l. re coniuncti. nu. 37. versic. constat. de legat. 3. Censet enim eos, qui legis authoritate, hoc est, qui tacite substituti sunt, coniunctis potiores esse. Ipsum suo (quemadmodum dicitur) gladio iugulabimus. Mouetur l. fin. C. de hered. instit. Quidam institutionem ita fecit, Sempronius Plotij heres esto. Hanc ambiguam voluntatẽ interpretatur, vt si Plotius heres non fuerit, Semproniũ substituat. Quæ censetur expressa mens testatoris. Nõ ergo legis authoritate erit substitutus, sed testatoris, vt coniunctis præferatur.

37 †Paul. Cast. l. quæ dotis, nume. 10. ff. solut. matrimon. Iason. eod. nume. 55. aiunt, eum qui rem suam alteri restitui mandat, ita demum videri donasse, quando ascendens stipulatur descẽdenti rem suam. Cum tamen donatio non sit, nisi alia extrinsecus, puta, successionis causa. argumen. l. debitor. in fin. ad Trebel. Huius erroris author est Accur. gloss. donationem. §. pen. l. in concubinam. ff. de don. Qui etiam putat, ex restitutione depositi filio facienda, tacitam donationem subsequutam videri, cum non sit.

38 †Alcia. ait, filiusfamil. §. diui. de legat. j. Si Titius ipso viuente, bona alienare prohibeatur: fisci erunt, si deliquerit, sicut si simpliciter fideicommisso subiicerentur. Ego censeo, dum simpliciter alicui fideicommissum factum est, ad fiscum pertinere, si fiscus ius in bonis ipsius habeat. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento. Vbi vero res sibi relicta, alteri fideicommisso subiecta est, ipso delinquente, non ad fiscum, sed ad fideicommissarium res pertinebit.

39 †Barto. ait, l. si fideiussor. de legat. j. vitiato expresso, non vitiatur tacitum æque principale. Falsus est Bart. Nam fideiussor legans debitum creditori, debitor liberatur. d. l. si fideiussor.

40 INTERPRETATIO. †Papin. ait, l. donationes in concubinam. §. penultim. ff. de donatio. Qui ea conditione deposuit, vt nemo præter seipsum aut Titium, huiusmodi depositum tolleret, nulla censetur subsequuta donatio. Pap. caute restitutionis verbo vsus non est, quod magis sapiat naturam transferendi dominij, maxime dotis & affectione personę. l. bonis. in fin. ff. soluto matrimo. Cùm enim patri pro filio stipulari permissum sit, l. eum qui. §. qui sibi. de ver. obli. si pater filio restitui stipuletur, vtilis erit stipulatio. l. si ita. ff. de pac. dot. Inter extraneos vero se-

cus est.l.stipulatio ista.§.alteri.de verbor.obligation. Et ideo qui stipulatur rem ex rancoo restitui,sibi actio, vt pote inutilis,non quęritur.l si mihi & Titio de ver. obl. Proinde qui dicit, Tolle istam pecuniam:nulla vi deri debet subsequuta donatio.

42 †Clericus iurisdictionem laici adire,sine iudicis sui authoritate non permittitur.c.significasti.extr.de foro competen.Non enim foro suo renunciare pôt,quia omnibus clericis beneficium illud datum est.c.si diligenti eo.Et tamen contrahendo,vel delinquẽdo possunt. Sed receptior est sententia,vt corã suo iudice cõueniatur.

43 †Constitutio illa,quæ testamentum militiæ tempore factum, etiam intra annum post missionem valere vult:tantum ad eos qui mitti solent,referenda est. In cæteris vero qui militare desinunt,nequaquam intelligenda.l.quod constitutum. de milita.testamento. Et ita tacitum nihil operabitur,sed expressum duntaxat.

44 †Vlpian.ait,l.pub.ff depo rem depositam,filio restituendam: non autem dicit,censeri donatam. Non igitur constat,filij fieri quo minus eandem cum cæteris matris bonis conferat. Patet in donatione filiofamil.à patre facta. Quam cum cæteris fratribus succedens,præcipuam habere non poterit, sed eam conferre tenebitur,l.si donatione.C.de collatio.Secus,si rem donatam filio in potestate existenti tradiderit.l.secunda Codic. si quis alteri Sufficit autem si patre sciente vtatur.l.secund.C.de acquirend.pos Quod si emancipatus fuerit filius,traditio non requiritur, sed sufficit rem à patre donatam esse.l.si pater.ff de dona.Tametsi Bal.Salice.l.filiæ C.famil.ercis̃cun.& Imol.l. continuus §.final.de verbor.obligationi.sentiant,non pręsupponendam rem traditam fuisse,quos Iason. sequutus est.l.quæ dotis.num.58.solu.matri.Proinde licet factum non præsupponamus, ius tamen postea factum, hoc est,traditionem exigere. Et ita l.si donatione. & l.filiæ.C.famil.erciscund.l.j §.nec.ff de collatio.bon.l. quæ dotis & ibi Ias.num 56.solu.matri interpretanda est.Quæ sententia inter patrem & filium,vel libertum & heredem,in re sibi donata seruanda est:adeo vt neq; rem,neque precium vendicare possit.l.codicillis §.j. de legatis secundo.l.si vero.§.idem.ff manda.In cæteris vero precium duntaxat vendicabitur. Patet in re à filio matri,vel à marito vxori empta.Licet enim dominium rei, vel in matrem,vel in vxorem transferatur, pecuniæ tamen persecutio competit.l.j.C.si quis alteri.l.si filij.C.de donation.inter vir.& vxo.Vlpian.ait,l. Papinia.§ meminisse.ff.de inoffi.testament.Qui testamentum inofficiosum improbe dixit,& non obtinuit, id quod in testamẽto accepit,perdere debet. Accepit, inquam,absolute Non enim intelligas eandem rem fideicommisso subiectam. Cùm enim quam rem testator Titio reliquerat, eãdem velit ab eodem Caio post mortem suam,hoc est,Titij,pręstari:verisimile est voluisse,vt si eadem ab ipso,vtpote abindigno auferatur, non applicetur fisco,sed fideicommissario.l. liberto.§. fin.ff. de ann.lega.

QVI TACET, VTRVM CONsentire videatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor qui pignus alienare permittit,remittere censetur.*

2 *Decima taciturnitate inducitur.*

3 *Marito tacẽte,quatenus deferatur vxori successio:& taciturnitas filij vel filiæ,quatenus consensum operetur: & taciturnitas monasterij,quatenus sibi noceat.*

4 *In ad ptione vel tutela,taciturnitas pro consensu est,*

5 *Contractus puta locationis,quãdo tacito consensu perficiatur.*

6 *In mandato,furto & vsura,quid tacite insit.*

7 *Fideiussor tacens,consentit.*

8 *Tacens,electionem confirmat.*

9 *Taciturnitate dominium amittitur.*

10 *Seruitus quando permissa censeatur.*

11 *Taciturnitas debitoris,vtrum consensum operetur. & nu.14.*

12 *Creditoris taciturnitas sibi non nocet.*

13 *Subscriptio non inducit obligationẽ nec dominij traditionem.*

15 *Subscriptio quando obliget,& quando non.*

16 *Vbi necessarius est consensus,taciturnitas æquipollet.*

17 *Pignoris alienatio,quatenus sciẽte creditore valeat.*

18 *Creditor vtitur accessione sui authoris.*

19 *Pignus consensu creditoris soluitur,inuito autem nequaquam.*

Quæstio 19.

1 IS qui tacet,consentire videtur. †Patet in creditore qui,cum debitor pignus distrahit,non solum,tacet verum etiam se alienationi subscribit.nõ enim amplius creditor pignus retinere poterit.l.Titius Sẽpronio §.j.ff quib.mod. pig. Quia cum se supscripsit creditor.pignoris alienationem approbasse videtur.l.sicut § non videtur & l seq.ff quib.mod.pign.Ias.l.quæ dotis.numer.93.& seq.soluto matrimon. Tametsi aliter inuito creditore pignoris alienatio non valeret.l. quamuis ff. de pign.actio. Apparet igitur quod debitor se subscribẽs alienationi pignoris,tacite idipsum remisisse videtur Idem dicendum,si pater filio emancipatio persuaserit,vt creditori syngrapham manu sua propria faceret,simulque domum ad filium pertinentem pignori daret,& ita se subscripsit pater:hác patris domum filius iure possidebit.l.fideiusso.2 §. pater.ff.de pign.Qua in re sufficit solus parentis consensus.Patet in auia,quæ nomine nepotis sui pecuniam dederat.perfectæ nanque donationis vim habet. l.6.ff.de dona.Denique qui pignus distrahi,& Reipu. cedere patitur,idipsum amittit,quasi alienationi cõsentire videatur.Idem si seruum alienum pigneratũ teneam,eundémque dominus,sciente me,manumittat,aut clericum faciat,pignus remisisse videor.l.j.& l.3 C.de remis.pigno.l.si seruus.C.de episc.& cleric. Idem dicendum,si fiscus hypothecas,tacente creditore,distraxerit.eum enim actionem suam amisisse palam est l.si hypothecas.C.de remis.pign.

2 †Deinde,si œconomus,presbyteris scientibus & non contradicentibus decimam faciat:perinde valet, ac si specialiter & expresse consensum accommodassent.c.2 extr.de his quæ fiunt à præla.

3 †Tertio,ius ab intestato inuicem defert successionem coniugibus,deficientibus agnatis & cognatis.l. 2.C.vnde vir & vxor.Ideóque licet nullum testamentum condiderit maritus,taciturnitas tamen pro consensu est,vt vxori successio,deficientibus liberis & aliis propinquis,deferatur.l.post diuortiũ.l.cum post. ff de iure dot.Ias.l.quæ dotis.numer.101.& sequent. eod.Sine quibus,si mulier testamenti factionem non habeat,præsentia ipsorum non contradicentium,consensum operabitur. Bald.l.secunda.§.voluntatem.in prin.sol.mat.arg.l.j.in fi ff.de autho.tuto.Sed & pater dotem,nisi voluntate filiæ,petere non potest.§.denique.l.2.solut.matrimo. cum mulieri solui debeat. d.l.2.Voluntatem autem & consensum filiæ tum demum intercedere dicimus,cum filia nõ euidẽter cõtradi-

tradicit patri.§.voluntatem.l.2.l.dotem.eo.l. in sponsalibus,l.sed ea quæ.ff.de sponsa. Filiumfamil.si pater monachum faciat,filio tacente,consentire & habitum acceptare videtur.Bald.l.fina.Cod.de adoptio.Quod si idem filiusfamil.monachus, scientibus & tacentibus collegiatis,aliud ingrediatur monasterium:etiam ius quod in bonis suis habebant,amittunt.Bald.l.si vt proponis.C.de adopt.capit.veniens.extra.de fil. presbyt.Et posteriori collegio acquiritur.Secus est,si quis sui iuris monasterium ingrediatur.non enim sua monasterio dicare visus est.Bal.l.si pater.2 & 3.lectu.ff.de adopt.

4 †Quarto, inuitis & impuberibus etiam tacentibus,tutor dari potest.l muto.ff.de tuto.Quod si plures tutores dati fuerint, etiam vni duntaxat recte solui potest.l.consilio.§.quæsitum.ff.de cur. furio. Alioqui ita demum consentire intelligitor,si expresse non dissentiat.§.ideóque.eod.Nepos cum nisi consensu suo. in adoptionem auo dari nequeat annot.in § minorem. numer.10.de adoptio.tum demum consensum accommodare videbitur,si non contradicat. annot. in §. sed & si.numer 3.& sequen.instit.quib mod.ius pat.l.nam ita.ff.de adopt.Roma.singul.588.l.in adopt.ff.de adoptioni.

5 †Quinto,contractus qui consensu fiunt, sola patientia & vsu perficiuntur.Patet in locatione & cóductione.Nam qui impleto tempore conductionis,remansit in conductione:non solum recondux:sse videtur.l 2.de venden.rebus ciuit.lib xj.C. verum etiam pignorum videtur durare obligatio.l.item quæritur.§ qui impleto.ff.locat.Et ita tacens videtur consentire priori obligationi conductionis.l.legem.C. loca. l. ad certum.ff. eod.

6 †Sexto,mandati actio tum demum constituitur,cum aliquem pro me fideiubere,l qui fide.ff mand.l.si fideiussor.C.eod.vel alias interuenire patior.l. si remunerandi.§ si passus ff.manda. Et ideo qui patitur ab alio mãdari,vt sibi credatur,mandare intelligitur.l.qui patitur.eod.

Septimo,furtum non nisi in inuitum committitur. Merito si à sciente non prohibente surripiam, furtum non videor committere.l.penult.ff.de furt. Quia sciente & patiente, & propterea consentiente domino vtor. Qui in re bonam fidem possessoris exigimus. Alioqui non nisi 30. ann. spatio præscribitur.l. si quis emptionis.Codic.de præscr.30 ann.Quo casu aduersus petentem,exceptione tutus erit.l.sicut. l. omnes.l. fina.in fin.Codic.vnde vi.nisi seruus fuerit,cuius possessio semper retinetur.l. rem quæ. ff. de acquirend. possess. Et merito non currit vsucapio possidenti. l.j. C.commu.de vsucap.l.male Codic.de vsucap.30.ann. Quæ sententia,iure Pontificio approbata,vt res male parta,nunquam vsucapiatur.c.ius dictum.de verb.sig. c.fi.de præscr.vt pote probabilior & verior, Dyn. reg. possessio.nu.5. Ne malæfidei possessoribus faueamus. re,quæ contra sequenda est,l.si abducta.C.de furt. Denique qui furtum alteri fieri patitur,fur est,quia consensum accommodasse videtur.l.cum in plures.§.locator.ff locat.

Octauo,qui vsuras accipit,tacite pactus videtur,ne interim sortem petat.l.qui in futurum.ff.de pac.

7 †Nono,fideiussor tametsi taceat, consentire obligationi videtur.Patet in filiofam. consule, vel præfecto:pater enim tacite pro eo fideiubere creditur.l.2.ad munic.l.cum filiusfamil.in princip.de verb.obliga.Et fideiussores à tutoribus nominati si præsentes fuerint, & non contradixerint,æquum est,perinde teneri,ac si stipulatio interposita fuisset. l. 4. in fine. ff.de fideiussor.

8 †Decimo,tacens electionem confirmat:cap.fin.65. distinct. vt si electus tacuerit, confirmasse electionem videtur.argum.cap.3.distinctio.74.& cap.2. distinc.27. & c.diaconi.dist.28.& c.cum in iure.de elect.

9 †Vndecimo,dominium tacendo amittitur.l.si seruus.ff.de interro.act.Campes. de dote,quæst.79.in prima parte.l Pub.§.fin.ff.depo.Bart.& Castr.l. si filiusfamil.num j.ff.ad Maced.Hippo.sing.344.l.Titius.2.Vbi Bartol.ff.de constitut.pec.Ias.§.in personam.col.10.de action.

10 †Duodecimo,in concedendo iure aquæ, non tantum eorum, in quorum loco ducitur,voluntas exquirenda est:verũ etiam eorũ, ad quos eius aquæ vsus pertinet: l.in concedendo.ff.de aqua plu.arc. Qui si me vtente taceant, consentire videntur.l. inuitum.ff.de ser.vrb. præd.

11 †Postremo,priuata scriptura vsque ad quinquaginta libras auri tantum fidem facit.l.scripturas. C. qui potio.in pig.l.fi.C.si cert.pet.l.cum tabernã.§.idem quæsiit.ff.de pig.Quam debitor tecens acceptare videtur. l.contra.C.de non nu.pec.

12 CONTRA.†Creditor qui tacet,& patitur pign⁹ à debitore distrahi,ius pignoris non amittit. l.sicut.§. non videtur ff.qui.mo.pig.cum sciat suũ ius durare. l. sicut.§.non videtur.ff.quib.mod.pign.Bar.l.quæ dotis. vers.quid si consentio alienationi,col.3.sol.mat. l.fi.de remissio.pigno.

13 †Idem dicẽdum,si seipsum subscripserit.l.Cai⁹.ff.de pig.act.l.fi.C.plus valere.Non enim subscriptio,dominij traditionẽ adfert.l.j.§.si dolium.ff.de peric.& commo.rei vend.l.Titia cum testamento.§.Lucia Titia.de leg.2.

14 †Præterea,si chirographa excedat summam quinquaginta librarum, non nisi tribus testibus præsentibus valet.l.fina.Cod.si certum petatur.Minus quoque taciturnitate confirmabitur.d.l.fi.& ibi Bal. versi. cum autem.Ostien.But.capit.quoniam contra.extr.de probation.

15 SOLVTIO.†Quando quis se vt testis subscripsit,officium suum sibi damnosum esse non debet.l. sed si.ff.quemadmod.testam.ape.l.Titia.§.Luciæ.de legat.2.Et merito nulla prorsus oritur obligatio.l.sine precio.de contra.emp.l.hac.§.j.ibi,Sciat.C.de testa.l. Titius.quibus mod.pig.Si rem alienam distraho tanquam meam,non valet alienatio.l.Caius de pign.act. Si sciente domino,secus est.l.fideiussori.2.§.pater.ff. de pig.Sicque consensu domini,pignus alienari potest,non tamen debitum amissum est.Barto.l.quæ dotis.ver.quid si consentio alienationi.col.2.ff.solu.matrim.Quia non aliter liberatur debitor,quam si hypothecæ alienationi consenserit.l.si consensit ff.qui por. in pigno.l.Titius.eo.Res enim eodem iure dissolui debet,quod soluta fuit.c.omnis res.extra.de regu.iuris. Sed pignus aut traditione,aut nuda conuentione perficitur.l.j.de pign.act.Non igitur sola taciturnitate, sed traditione,aut nuda conuentione dissoluitur.

16 †Quidam tamen sunt actus,in quibus tenetur cõsentire,& tunc scientia & patientia habetur pro consensu.Alex.l.sæpe.de re iud.& cum pater sciente filia de dote agit,consentire filia videtur.§.voluntatem.l. 2.solu.mat.Vt cum procurator,ipso inscio reuocatus quid in domini vtilitatem gessit, consentire dominus visus est,capitu.ex parte decani.in fin.extr.de rescrip. tametsi alioqui ignorans consentire non videatur.d. §.vetare.

17 INTERPRETATIO.†Imper.l.j.C.de remis. pig.ait,pignoris alienationem,sciente & consentiente creditore,valere.Nam obligatio pignoris consensu & contrahitur,l.j.ff.de pign.act.l.j.C.quæ res pignor.& dissoluitur.Verum quærentibus,vtrum expressus,an tacitus consensus requiratur:nos respondebimus,expressum tantum creditoris consensum exigendum,qui nudo pacto perficitur.l.maior.C.de pig.

18 †Modest.l. Titius Sempronio.§.Titio.ff.quibus mod.pig.ait,Titio(legas,Titius)Seio pecuniam sub

pignore fundi dederat. Qui fundus cum esset Reipu. ante obligatus, secundus creditor pecuniam Reipub. exoluit. Sed Mæuius extitit, qui dicebat, ante Remp. sibi fundum obligatum fuisse. Inueniebatur auté Mæuius in instruméto cautionis cú Rep factæ (legas, facto) à Seio, interfuisse, & subscripsisse. Quo cauerat Seius, fundum nulli alij esse obligatum. Quæro, an actio aliqua in rem Mæuio competere potest. Modest. respon. pignus, cui is de quo quæritur, consensit, minime eum retinere posse. In hoc Modest. respon. præsupponendum est tres esse creditores, Mæuium, Rempub. & Titium. Mæuius primus creditor, Seio centum crediderat. Eidemque Mæuio dictus debitor pignus prædium Tusculanum dederat. Deinde Respu. (quæ dicitur esse secundo creditrix) eidem Seio debitori centú mutuò dederat. Et idem prædium Tusculanum in pignus acceperat, Mæuio primo creditore in testé adhibito, & seipiso subscribente, & consequenter alienationi pignoris consentiente. l. plus. quibus mod. pig. Quo fit, vt prior creditor pignus amittat. l. credit. 2. §. fi. sup. qui pot. in pig.

10 †Nam, quoties primus creditor consentit, vt debitor idem pignus alteri creditori obliget, ius pignoris amittit. l. Paulus. ff. quibus modis pignor. Postremo Titius eidem debitori Seio, centum similiter mutuo dederat. Eidemque Titio idem debitor Seius idé Tusculanum prædium pignori dederat. Posterior creditor cum sciuisset prædium esse Reip. obligatum, pecuniam Reip. soluit. Nam iste tertius creditor non poterat pignus Reipu. aliter impedire, quam si debitum offerret. l. 2. in fi. & l. fin. C. si antiq. cred. Et ita Respub. vniuersum ius, ipsi tertio creditori cessit. Qui tertius creditor existimans se absolutum ius in pignore habere, opponit Mæuius primus creditor, dicens huiusce modi prædium fuisse antequam reipu. sibi obligatum. Et ita videbatur, quod iste tertius creditor, à primo conueniri posset. l. prima. Codic. si antiq. credit. Titius tertius creditor ex aduerso ait, Mæuium primum creditorem consensisse pignori Reip. facto, & consequenter amisisse ius pignoris. Quod si inuito & ignorante priore creditore, respub. in pignus huiuscemodi prædium Tusculanum accepisset, semper saluum esset ius priori creditori. l. 3. C. de remiss. pig. verum quia prior creditor, alienationi pignoris consensit, integrum ius pignoris, penes tertium creditorem remansit, quod succedat in locú reip. Hæc videtur fuisse mens & intentio Modestini, d. §. Titio.

QVI SENTIT ONVS, AN commodum percipere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Heres, fideicommissarius, substitutus & legatarius quatenus damnum & lucrum percipiant. & numer. 6. 9.*

2 *Emptoris, socij, commodatarij commodum & incommodum est.*

3 *Maritus vel institor, quatenus ad lucrū participent.*

4 *Quando quis plus damna lucrum sentiat. & numer. 10. 14.*

5 *Absens lucrum sentit, non damnum. & nu. 8. 11.*

6 *Legatarius an damnum & lucrum sentiat. & nu. 1.*

7 *Fructuarius meliorem proprietatem facere potest, deteriorem non vtique.*

8 *Ignorantis meliorem conditionem facere possum, non deteriorem.*

12 *Damnum quando quis sentiat, & quando lucrum.*

13 *Fœmina vel minor licet alteri succedant, non tamen tutelæ onus possunt suscipere.*

Socius quando lucrum consequatur, & quando damnum.

15 *Negociorum gestor quando damnum & non lucrum sentiat.*

Quæstio 20.

AD quem oneris aduersi periculum pertinet, ad eundem commodum & lucrum spectare oportere æquum est.

1 †Et ideo heres quod sua diligentia acquisiuit, sibi duntaxat vtile, non autem cæteris prodesse credendum est. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vt si sibi centum dari stipulatus fuerit, cæteris nó proderit. l. as. §. in actione. num. 2. C. de pact. Ita etiam si transigat, vel paciscatur cum alio, ipse duntaxat obligabitur. l. controuersia. de transac. l. cui duobus. §. damna. ff. pro socio. Idem dicendum, si res hereditarias perperam administrauerit: suum enim tantummodo detrimentum erit. Vt intelligamus eius debere damnum esse, cuius est commodum. Hinc est, quod heres de restituendo grauatus, si res hereditarias bene administrauerit, fideicommissarij commodum non est. Ita etiá eidem fideicommissario damnum esse non debet, si heres male se gesserit. l. si heres institutus. ad l. Falc. At fideicommissarium igitur damnum non pertinebit, qui lucrum nó consequitur. l. si is qui. ad Treb. c. qui sentit. de reg. iur. in 6. Sed & substitutus qui quodammodo heredis instar habet, caduca cum onere suo c. l. j. §. pro secundo. Codic. de cad. tollen. Non enim ferendus is est, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnat. Diminutio quoque seu detractio debitorum hereditatis, cum non noceat legatariis, verisimile non est, vt ijs sis prosit. l. in ratione legis Falc. ff. ad leg. Falc.

2 †Idem in contractibus. Res enim empta, emptoris periculo cedit. §. cum autem. infra de empt. l. j. Codic. de peric. l. id quod. & seq. ff. eod. Aut si societate inita aliquid naufragio pereat, ambo damnum sentirent. l. cum duobus. §. perinde. ff. pro socio. Sin alter rem furtiuam miscuerit, is tantummodo tenetur Cæteri autem non aliter, quam si sciuerit, l. si igitur. eo. Is quoque qui furti agit, pœnam tantummodo consequetur. Si enim quis à fure commodatam rem habuerit, deinde commodatarius postquam eum furti accusasset, furti pœnæque condemnatus fur fuisset: si dominus rei & commodatæ omnem condemnationem accipere desideret, vt pote ex suæ rei occasione orta condemnatio: tamen lucrum ad dominum rei pertinere

3 non debet. l. fina. §. sed cum in secundam. C. de fur. Idé in marito, vel institore approbabimus. Maritus enim vsuras non consequitur, si vxorem non alat. l. in insula. §. vsuras. ff. soluto matrimon. Et institor sicut negociatorum commodum sentit, ita etiam ex ipsorum cótractibus obligatur & conueniatur. l. j. ff. de instit. act. Ex quibus manifeste apparet, ad eum damnum pertinere, qui lucrum consequitur, Instit. de legi. patro. tut. in fin.

4 CONTRA. †Probanda huiuscemodi conuentio est, vt duplum lucri aliquis cósequatur, & reliquú

5 ad consocium perueniat. Deinde, †Si absentis & ignorantis negocium geras, damnum quod ex ea re sequitur, tuo periculo cedit, lucrum vero erit absentis. l. si negocia. ff. de nego. gest.

6 †Tertiò, diminutio seu detractio debitorum hereditatis, quæ post mortem debitoris contigit, non nocet legatario, sed heredibus: melioratio vero seu augmentum facultatem hereditarij debitoris, vtique legatariis prodest. l. cum quo de peculio. ff. ad legem Falc.

7 †Quartò, fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non potest, meliorem vero vtique. l. equissimum. ff. de vsufruct.

†Postre-

8 †Postremo, ignorantis conditionem meliorem facere possum, deteriorem vero minime. Bald. l. j. Codic. com. dist. l. j. ff. de transactio. Quo fit, vt res absentis ita demum facto meo vel confirmetur. l. si fundus. §. j. ff. de pign. act. vel infirmetur, l. lex vectigalia. de pign. vel imminuetur, l. Iul. §. idem Cel. de act. emp. vel non. l. si is qui. de vsufru. leg. si sibi expedire & vtile esse animaduertat.

9 SOLVTIO. †Quod ad damnum & commodū legatariorum attinet, verisimile videri debet, vt cum legatariis augmentum hereditatis non prosit, neque diminutio noceat. l. in duplicibus. ff. ad leg. Falc. sup. nu. j. Marcia autem respon. d. l. cum quo. supra nu. 6. intelligemus, vt æs alienum hereditatis, non noceat legatario: augmentum vero rei legatæ, à morte testatoris sibi debeat. l. à filio. ff. de fur.

10 †Præterea quod de sociis dictum est, supra numer. iiij. vt vnus plus altero consequatur, hoc fit voluntate contrahentium. Aliter enim si nihil expressum sit, æqualiter damnum & commodum diuidetur. l. j. de societa.

11 †ADDITVR quoque gestum negociū absentis, vel ignorātis, periculo gestoris cedere. sup. nu. 5. & nu. 8. In causa est, q̄ se immisceat rei alienæ, ad se non pertinenti.

12 †DENIQVE hæc regula, vt qui damnum sentit, percipere debeat commodum: procedit in facto proprio, non alieno. Nam licet quilibet mihi benefacere possit, nemo tamen nocere mihi inscio poterit. Quod si sciente me mihi prosit, factum quoque aduersum nocebit. Qui enim sentit commodum, onus quoque percipere debet.

13 †EXCEPTIO. Fœmina licet liberto succedat, & sic sentiat commodum, ipsi tamen tutrix esse non poterit, & merito onus non sentiet. §. ideóque insti. de legi. patr. tut. Idem de minoribus traditur. §. j. nu. 2. instit. de autho. tut. Agnata quoque pupillo succedet, ad agnatum autem tutela pertinebit. §. interdum. l. j. Præterea frater fratri succedere poterit. minor tamen tutelæ onus suscipere non cogitur. §. fi. instit. de legi. paren. tut. Et tamen successionis emolumentum non amittit. l. fi. in fi. C. de legi. tut. Quomodo enim minor vigintiquinque annorum idoneus defensor existet, cum & ipse & fideiussores ipsius, in integrū restitui possint. l. minor. ff. de procurat.

14 †Præterea socius qui culpa sua damnum commisit. aliunde autem fuit strenue diligens: cōsocius, lucrum consequitur, damnum vero non sentiet. l. de illo. §. j. ff. pro soc. Instar habens eius, qui ignorantis negocia gerit. Si enim indebitum soluerit sibi imputare debet. Si vtiliter gesserit, domino prodest. l. si quis negocia. ff. de neg. gest.

VSVCAPIO VTRVM IVRE permissa.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapio cur permissa. & nu. 3.*
2 *Vsucapio impium iuris ciuilis remedium. & nu. 3.*
3 *Publica vtilitas priuatum commodum non potest lædere.*
4 *Qui bona fide vsucepit, si cognouerit ad se non pertinere, an restituere teneatur.*
5 *Fructuarius vsucapere non poterit. & nu. 13.*
6 *Vsufructuarius in libello proprietatem petens, an succumbat.*
7 *Conductor, vel colonus vsucapere non poterit.*
8 *Precarium, commodatum, depositum, hypotheca, non præscribitur.*
9 *Emphyteuticarius non præscribit.*
10 *Vectigal, vel publica seu principis functiones vsucapi prohibentur.*
11 *Fundi limitanei non præscribuntur.*
12 *Recusationes & contractus, nunquam præscribuntur.*
13 *Vsucapio naturalem & ciuilem possessionem exigit. & nu. 15.*
14 *Possessio naturalis quando cum ciuili coniungantur.*
16 *Vsucapio, quando non permissa.*
17 *Possessio quando dicatur naturalis, & quando ciuilis.*
18 *Facti quæ dicantur.*
19 *Possess. naturalem ius ciuile immutare non potest.*
20 *Possessio in dubio naturalis seu facti censetur.*

Quæstio 21.

VSVCAPIO propter multa & grauia introducta est. Propter publicam vtilitate permissa vsucapio dicitur. l. j. ff. de vsucapio. Propter quā vtilitatem publicam, à communibus iuris regulis plerunque recedimus. Alcia. l. j. nu. 44. sol. mat.

1 †Præterea, in odium negligentium, introducta vsucapio est. l. pupill. ff. quæ id fraud. cred. Quæ quidem negligentia corrumpit animum, & tamen dum ita viuit, neminem præse ducit hominem, diligentia vero comparat diuitias. argument. leg. prim. Cod. de vsucapion. transfor. Latissima igitur est inter desides & vigilantes differentia. l. vt perfectius. de anna. excep. Hinc est, quod si heres de restituendo grauatus fundum sua diligentia meliorem cultiorémque effecerit. Propter exactam suam diligentiam, ei pro sua quarta assignabitur. l. fi. C. de alluuio. l. quicunque. vbi Bartol. de omn. ag. des. lib. xj. Codic. tametsi alioqui permissum non sit, super vna re quartam deducere. l. Plautius. l. lineam. ad Trebel.

Tertiò etiam aduersus eum præscribitur, qui negligentia non notatur. l. fin. C. de præscrip. lon. veluti cōtra ignorantem. c. qui diuer. de concess. prebend. Is enim non recte dici potest neglexisse.

Quartò, ne lites essent infinitæ, introducta vsucapio est. l. fi. ff. pro suo.

Quintò, cum vsucapio tam lege ciuili, quam pontificia approbetur, & pro legitimo titulo habeatur: qui vsucepit, verus dominus censebitur.

Sextò, ne dominia diutius dolo negligentium incerta essent, instituta vsucapio est. gloss. l. cum res. C. de prob. l. prima ff. de vsucap. Si igitur singulas circunstantias perpendamus. quæ plurimum ad rerum cognitionem conferunt. capitul. si quando. extr. de rescript. capitu. si quæstio. extr. de simo. Alciat. l. Centurio. nume. xj. de vulg. Vsucapionem aduersus naturalem æquitatem non esse dicemus. gloss. cap. ius generale. j. distinct.

2 CONTRA. †Cum lege naturæ. qua omnes cōseruamur ac regimur, præceptum sit, vt vnicuique quod suum est, tribuamus. §. iuris præcepta. instit. de iur. natura. vsucapio quæ dominium adfert, ne dicam quod suum est, alteri tribuere, impium remedium esse videbitur. §. habeat. authen. vt ecclesia Roma. coll. secunda. Neminem enim decet, cum damno & iniuria alterius locupletari. reg. locupletari. in 6. Iustum non est, vt factum alicuius, alteri noxium sit. l. factum. de regulis iur. Hinc prætor omnibus modis id agit, ne deterior alicuius causa fiat ex alieno facto. l. prim. ff. de alien. iud. Hinc edictum, de negotiis gestis, receptum est, ne absentes indefensi, rerum possessionem amittant. l. prima. ff. de nego. gest. Aut si rem meam, existimans tibi legatam fuisse, vendideris, & postea perierit: nihilominus precium condicere potero,

ex re mea, quæ nullo iure tibi competebat, locupletior factus fueris. l. si eum seruum. ff. si cer. pet. Ergo hoc apparet, vsucapionem, vtpote contra iuris & naturalis & ciuilis regulas, omnino explodendam & reiiciendam: quia cum dãno & iniuria alterius, alter locupletatur.

3 †Præterea, cum nulla publica vtilitas, priuatum commodum lædere possit, l. vendit. §. si constat. ff. com mu. præd. l. quo minus numer. 102. 171. de flumi. cui per appellationem, qui modocunque sese grauatum senserit, officio iudicis vel doli exceptione succurritur. l. prima. numer. 3. 4. ff. de legi. l. prima. §. solent. ff. quando app. l. j. l. qui grauatos. de censibus libro xj. Codic. dict. l. qui. dict. §. solent. l. fina. §. fin. de doli except. Detrahere enim alteri, & alterius incommodo consulere, magis est contra naturam, quam mors. A ripa de legib. capitul. xj. numer. 41. & capitul. 22. numero 7. Non igitur propter huiusmodi publicam vtilitatem, iure vsucapio concedi poterit. Præterea cum quilibet Christo initiatus, bonam fidem agnoscere, vltro rem ad dominum deferre teneatur: nemo vsucapione, tametsi iure ciuili permissa, nisi debet. Quibus enim verbis lex loquatur, iubeat, fingat, præsumat: nunquam naturalé illam iustitiam abolere potest Bal. auth. ad hæc. C. de vsur. In qua cardo omnis fundamentúmque euangelicæ veritatis residet. Igitur qui sola præscriptionis exceptione est tutus, in foro conscientiæ tutus nó censebitur.

4 †Hinc est, quod is qui bona fide rem vsucepit, si deinde cognouerit ad quem dominium pertineat, in foro conscientiæ (vt vocant) restituere tenebitur. Nam si nesciat rem ad alium pertinere, præsumptioníque adhæreat, quam lex ex temporis lapsu induxit: is nó sola præscriptiode est tutus, sed ignorantia quæ apud Deú veniam meretur. xj. quæstione 3. excell. & seq. Quod cum sciuerit ad alium pertinere, rem ad dominum deferre tenebitur: tametsi quidam aliter sentiant dicendum.

5 †Tertio, etiam iure ciuili prohibitam vsucapionem probabimus. Fructuarius enim proprietatem earum rerum, quarum vsumfructum habet, nulla præscriptione sibi acquirere poterit l. neque. de vsu & habita. partim, quod sciat rem alienam, vel saltem communem esse, instar habens eorum quæ naturali iure communia sunt omnium Quæ longæ possessionis præscriptione in priuatum vsum non rediguntur. vt An. Vacc. l. se. unda. column. 6. versicul. & vsum quidem. ff. de re. diui. l. fin. de vsucap. annotauit. partim etiam, quod non possidea: Non enim id possidetur, quod ex alterius arbitrio pendet. Iason, l. petens. numero 9. Codic. de pact. Sine possessione autem præscriptio non currit. Regul. sine possession. in 6. nisi triginta vel quadraginta annorum finibus lapsis. l. omnes. l. sicut. C. de præscripti. triginta annorum. Intelligimus ipsum ciuiliter non possidere. l. acquisitus. §. final. de acquirenda. rerum domi. naturaliter vtique. l. naturaliter. de acquirend. possession. Quæ interpretatio non immerito ad Paul. Respons. l. cuiuscunque. de vsufruct. adhibéda est, cum probat fructuarium interim in possessione esse, si de fundi proprietate inter duos quæstio moueatur. In possessione, inquam, naturali tantum, non ciuili. l. communi. §. neque ff. communi diuidun. Et ideo quoties lex fructuarium possidere dicit, vtitur verbo, improprietatis, quod ad detentionem refertur. Nam dominus semper retinet ius prohibendi fructuario, ne possideat. l. vti. si vsufructus pet. a. Per quem etiam possidere potest. l. prima. §. per eum, de acquirend. possessio. Quo fit vt fructuarius nouum opus nunciare non possit, nisi procuratorio nomine. l. prima. in fin. de noui operis nunciatione. l. prima. §. per procurator. de acquirend. possessione. Quia tantum re aliena vtitur, substantia rei salua domino. l. prima. de vsufruc. Et merito fructus suos duntaxat facit, nó eo quod possideat, sed propter ius percipiendi quod habet iure vsusfructus, non possessionis. Quem dedisse videtur, qui patitur, vtifrui. vt l. quarta. §. dedisse. de vsufruc. l. penultim. de seruitu. Ergo proprietarius, ciuili ter tantum possidet. l. sciendum §. primo. qui satisda. cogan. Cui ius insistendi est, & per fructuarium, possessionem retinet, quasi in rem domini procurator datus. l. prima. in fine. de noui oper. nuncia. l. quód meo. §. procurator. de acquirend. possession.

6 †Ferretus tamen contra, quod magis ab eo disputatum, quam probatum puto. Existimat enim proprietarium & ciuilem & naturalem possessionem retinere. l. 3. §. ex contrario numer. 13. ff. de acquirend. possess. tametsi fructuarius naturalem retineat. Sed more suo, M. Ciceronem ac Diogenem imitatus: Cicer. ad Ap. Puchrum: Disputabant, inquit, ego contra disserebam: dicebant, ego negabam. Diogedes quoque sentiebat, hoc esse philosophari, in omnibus actionibus quam maxime à multitudine discedere, & contra omnes disserere. Et tamen negatur summo pede in omnibus attigisse disciplinam. Hic locus testis erit. Proinde hanc affert rationem: Quia, inquit, qui non insistit rei, aut retinet, aut possessionem non amittit. Sed nonne dicitur possessionem non amittere, qui eam retinet? Nihilo ergo hæc conferunt. Sed nec quibus ipse iurisconsultorum respon. mouetur, authoritas sua defenditur. Absens possessionem ciuilem retinet. l. clam. §. 3. ff. de acquirend. possession. Et, non videtur possessionem nactus, qui eam retinere non possit. l. non videtur. eo. Et, Animo solo possessio retinetur. l. peregre. in fin. de acquirend. possess. Et, Possessio per furorem superuenientem, dici non potest, desinere possidere. l. si is qui. eodem. Et, duplex est possessio, alia quæ iure consistit, alia quæ corpore. l. nemo. C. de acquirend. possess. Ergo fructuarius naturaliter possidendo, proprietarius & naturalem & ciuilé possessionem retinet. Non sequitur.

7 †Vtrum autem si vsufructuarius in libello proprietatem petierit, obtinere possit? Si verba ambigua sint possitque ex aliquibus coniecturis per subauditionem intelligi, quod proprietatem ad fruendum petieri, defendi poterit, argumen. legis iubemus C od. de sacrosanctis ecclesiis. Maior est dubitatio, cum se dominum dixerit, aut petierit declarari, dominium ad se pertinere. Si ad dominium iuris vtendi fruendi referri possit, libellus erit vtilis. l. 3. si vsusfructus. pet. l. in venditione. vbi Barto. de bono. aut. iud. possi. Quod si appareat, non confessoriam, sed rei vendicationem intendisse, secus est. l. habeat. de institu. Bartolus. l. minor. §. primo. de euic. Idem si dixerit, dominium fundi. Non enim commode possunt appella fundi, fructus intelligi Tum quia appellatio totius, improprie ad partem refertur. l. appella. de verbor. signification. Tum quia vsusfructus formalis, pars dominij in fundo non est, sed causalis tantum. l. recte. de verbor. signification. Bartolus. l. qui vsumfructum. de verborum obligation. Fructus enim pars fundi sunt, & proprietario acquiruntur, nisi dum eos à solo fructuarius separauerit. l. si fur. de vsufructu. vbi Bartol. Quo casu obtinere fructuarius non poterit, tametsi adiecta fuerit vulgaris illa clausula, omni meliori modo. l. ex ead. §. primo. de testamentis. Vel illa, Petens ius & iustitiam administrari. Non enim huiusmodi clausulæ, circa inuicem pugnantia, Alexand. consilio 96. nu. in 6. aut circa ea quæ narrata non fuerunt, Aretin. consilio decimoseptimo. column. quarta. Alexand. 121. in primo. Corne. 8. numero primo. aut quæ ad rem propositam non faciunt, operantur. Cast. 465. primo quæritur, in primo.

†Quar-

†Quarto, conductor, vtpote vsufructuarius dútaxat, vsucapere non poterit: tametsi corporaliter, hoc est, naturaliter possideat. l. quisquis. de omn. agr. deser. lib. xj. C. Nã dominus tantum creditur possidere. Ideóq; cóductori longæ possessionis præscriptio non acquiritur l. j. C. com. de vsucap.

Quinto, in prædiorum colono idem obseruandum est. d. l. j. Qui cum nec viuo, nec mortuo domino vllã possessionem retineat, l. non solum. § j. in princip. ff. de vsuc. vsucapere ne longissimo quidem tempore poterit, l. 2. §. quod vulgo. ff. pro here. l. litibus. de agricol. & censi. Sibi tamen sicuti conductori. l. si de fundo. C. loca. interdictum vnde vi competit. l. j. §. deiicitur. ff. de vi & vi armata. Quidam tamen officio iudicis ipsis succurrendum existimãt. Soc. consi. 17. in 3. Quod ita demú credendum est, si is qui agit, possessionem aliquam ciuilem, vel naturalé prætendat: puta, si sibi vsum domus donatum prætendat, in quo molestiam pateretur. Fructuario enim interdictum datur. l. Aquilius. in fine. de donat. Bar. l. vsu. de variis cogn. Non tamen communi diuidũdo iudicium ipsis colonis dabitur. l. communi. §. neque. ff. commun. diuidund. Igitur licet colonus vel inquilinus naturaliter insistant rei, vt crassa Minerua possint possidere, l. prima. §. ducitur. dict. l. naturaliter. l. 4. ad exhibend. tamen quia nomine domini possident, is iuris interpretatione verus possessor est, nó fructuarij.

8 †Sexto, qui precario possidet, vsucapere non poterit. l. Pomp. §. j. de acq. possess. Quia naturaliter tantum possidere dicitur. l. & habet. §. eum qui. de precar. Et merito possessioné rei, quam precario quis tenet, transferre in alterum non poterit. l. quamuis. §. j. de acquir. possess. Quia is qui precario rogat, nó dissidet, sed possessio apud eum qui concessit, remanet. l. certe. de precar.

Septimo, cómodatum non præscribitur. Cum enim possessio apud eum qui concessit, maneat: probabile non est, vt vsucapi possit. l. 2. §. quod vulgo. ff. pro herede.

Octauo, idem in deposito obseruabimus: d. § quod vulg. l. acquiritur. in fi. de acquir. rerum domi. l. licet. depo.

Nono, non minus in hypotheca statuendum est, quã nullo tempore creditor pós amittere. l. vsucapio. C. de pign.

9 Decimo, † Emphyteuticarius licet possessor dicatur. l. sciendum. §. j. ff. qui satisd. cogan. In eodem tamen statu semper datas manere iure emphyteutico res oportet. l. cum antiquissimi. § fi. Cod. de præscript. 30. annor. Qui tamen cum non solum vtile dominium, verum etiam proprietatem, l. locorum de omn. ag. des. lib. xj Codic. l. j. Codic. de offic. com. sac. pal. secundum partium conuentionem habere videatur, l. fundi. de fund. pat. libr. xj. Codic. possessionem etiam inconsulto domino conferre poterit. argument. l j. de acquirend. possess. Ius enim emphyteutæ perpetuum est. l. prima. de offic. comi. sac. pal. l. fine. de loca. præd. ciui. lib. xj. Cod. Ideoque sustinetur libellus, si proprietatem suam petierit. Alexand. l. si filiusfam. §. si de vectigalibus. col. 2. de damn. infect. in libellis enim constat verba latius secundum mentem actoris accipi. l. si quis intentionem. de iudic. l. sed & si possessuri. §. item si iurauero. de iureiur. Et proprietatis appellatione simplex possessio continetur, dum tamen causam perpetuam habeat. l. iubemus. in fine. C. de sacrosanct. eccles. Ergo possessionis proprietas, ad emphyteutam pertinet. dict. l. iubemus. l. locorum de om. agr. des. lib. xj. Codic. Tametsi Bald. & Deci. contradicant. Bald. de cond. institut. l. 2. Dec. capitul. cæterum. col. pe. de iudi. Quorum sentétia eo tantum casu defendi potest, quo perstitisset actor in iuris directi petition. l. 2. C. de bo. possess. secun. tab. vbi Aret. Cú igitur emphyteuta, proprietarius censeatur: sibi permissum erit, fructus etiam in longissimum tempus, absque domini consensu alienare. Barto. l. vsufructu. solu. mat. fructuariúmque in re emphyteutica cóstituere. l. j. §. j. vbi Bal. quib. mo. vsusfruct. amit. & meliorationes suas pignori dare: l. ex vectigali. de pign. & possessionem meliorationum vendere, confirmato sibi vtili dominio. l. necessario. in fin. de pericul. Transferre autem ius reale non potest. Vnde alium emphyteutam nó constituit, quia emphyteuta vtile dominium habet. Præterea ne ius directi domini imminuatur, emphyteutæ prohibitum est alienare. l. fi. C. de iure emphyt. Quo fit, vt nec ad longissimũ tempus locare possit, quia vtile ius in eum trãsiret. Bar. l. pen. §. institu. o. de lega. 3. nisi idipsum nominatim excipiat. Feli. c. quæ in eccles. versic. sexta. char. fi. de constitu. Denique licet possit ius emphyteuticarium alteri remittere, glos. l. j. in fi. Cod. vti poss. l. emptor. in fin. C. de hered. vel act. vend. in glo. fi. in fine. neque fiat iniuria domino. l. necessario. §. fin. C. de peri. & com. Bar. l. vsufruct. sol. matri. vsucapere tamen non poterit. Quia licet naturaliter insistat rei, nomine tamen domini possidet.

10 Vndecimò, †Si quis à vectigalibus, vel aliis publicis functionibus diu immunis fuerit, sese præscriptione iuuare non poterit. l. comperit. in fin. C. de præscript. 30. anno. Nisi nominatim à principe obtinuerit. tunc quadraginta annis præscribet. l. fi. de fun. pat. lib. xj. C. si à priuato, secus est. l. fi. de fun. patrimo. lib. xj. C. immo si rescriptum impetrauerit, idipsum, vtpote fraudulentum & surreptitium, nullas prorsus vires habet. l. in fraudem. de anno. libr. 10. Codic. Cum omnes ad tributariam functionem teneantur. l. illud. §. final. de tribu. ac. l. j. de immu. nemi. conce. libr. 10. C. l. neminem. C. de sacros. eccle. Nisi à principio obtinuerint. l. grammaticos. de profes. & med. libro 10. C. lege. fin. de meta. libr. 12. C. Hinc est, quòd à militia reuersus, nulla temporis præscriptione, à publicis muneribus immunis efficitur. l. præscriptionem. C. de præscription. 30. annor. l. si quis decurio. 3. de decur. lib. 10. C. quidam tamen cum probant, militem spatio triginta annorũ, immunitatem consequutum, nequaquam cogendum. l. si cohortalis. de cohortali. lib. xj. C. Vera illa sententia est, si per illa temporis interualla, ab omnibus muneribus absolutus atque immunis fuerit. dicta l. si cohortalis. Non dissimile est, quod de Metallariis. l. fina. de metalla. lib. xj. C. fabricensibus, l. 4. de fabricen. lib. xj. C. de seruis atque liberis, de ascriptitiis. l. cum satis. de agric. & censi. libr. xj. C. de colonis rerum principis. l. j. C. ne rei dominicæ traditor. Qui si aufugerint, & in militiam sese cótulerint, omni temporis diffinitione summata, & sine vlla temporis præscriptione, principis patrimonio redduntur, & ad propriæ originis stirpem restituuntur. Aquæ præterea quę prędiis principum seruiunt, si à priuatis vsurpentur, vsucaptoni non poterunt, l. vsus. de fund. rei priuat. libr. xj. C. l. omnis. de aquę ductu.

11 †Duodecimò, Limitanei fundi, quos milites tenent, nunquam præscribi poterunt. l. 3. de fund. limitro. libr. xj. C. lege enim 12. tab. cauebatur, vt inter vicinorum prędia, constitutis finibus, quinque pedum spatium relinqueretur, quo ire agere liberum esset. Imper. tamen, l. mœniana. C. de edif. pri. alios quicque pedes addidit. Quæ sententia in finibus fluminis vera est. l. omnis. §. super. de aquæ duc. libro xj. C. prohibetur enim iuxta decem eius pedes aliquid plantare. d. §. super. Qui fines quia Manilio originem ceperunt (is enim quinque pedum latitudinem, in finibus possessionũ præscripserat) mœnia appellantur. l. malum. §. j. de verb. signifi. Quod si quippiam in mœniano apponatur, vtile interdictum competit. l. secunda. §. cum

quidam.ff.ne quid in flumini.publi. Eademque lege duodecim tabular. id spatium vsucapi prohibetur. Patet in finibus parochiarum,capitul.super. extra.de paroc.qui nequaquam vsucapi poterunt.capitul. quicunque.16.quęst.3.Patet in confinibus regni,in quibus præscriptioni locus non est.Hinc M.Cic.lib.j.de legi. cum docuisset, Peripateticos ab Academicis non rebus,sed verbis,dissentire: Controuersia,inquit,de finibus nata est,in qua quoniam vsucapionem 12.tabulæ inter quinque pedes esse noluerunt, de pasci veterem possessionem academiæ ab acuto homine non sinemus.Igitur hæc latitudo, quam iter ad culturas accedens,occupat,vsucapi non potest. Iter enim qua ad culturas peruenitur,vsu non capitur.Reiicitur vsucapio,seu præscriptio,quæ ex finium possessione diutina vicino acquisita diceretur.Cont.Qui enim constituto tempore cessat vti via sibi debita, non vtendo amittit seruitutem,sicut & ea vtendo sibi vsurpat. l.nam. quemad.seruit.amittit.Aliud est,cum de finibus agrorum agitur:fines autem prædiorum nunquam, tametsi illis non vtamur.

12 Postremo,†Quædam sunt accusationes,quæ nullo tempore præscribi poterunt.vtputa,accusatio suppositi partus,nulla temporis pręscriptione depellitur. l.qui falsum.ff.de fal.Ius enim declarandi,ne mille quidem annis præscribi potest.Ias.l.petens.numer.5.C.de pact.Instar habens contractum,qui.vtpote facti,nunquam præscribuntur. Patet in hypotheca creditori data,quam nullo tempore potest amittere.nota. supra nu.8.

SOLVTIO.Cum vsucapio tam lege ciuili quam Pontificia approbetur, & pro legitimo titulo habeatur: tametsi secundum superiorem sententiam omnino improbanda videretur,seruanda est:ita tamen, vt ea quæ sunt vsucapioni necessaria,intersint.§.j.numero 19.institut.eodem. Si enim singula perpenderimus. animaduertemus aut bonam fidem abesse,aut rem nō traditam, aut nullum titulum, aut nullam possessionem.

13 †Patet in fructuario,not.supra nu.5.Qui licet bonam fidem habeat, & res tradita sit, & verum habeat titulum.l.2.& 3.pro lega o. Tamen quia corpore,hoc est,naturaliter tantum possidet.l.& habet.§. eum qui. de precar.l.4.ad exhiben.Et à ciuili possessione dominus non discesserit. d. §. eum qui.qui vere & proprie possidere dicitur,l.certe.de precar.l.licet.depo.ne quidem post quadraginta annorum spatia fructuarius dominium sibi acquirere poterit.l.2.C.de præscr.30.ann. Quia licet in prædio sit,tamen non possidet.l.certa.§. is qui.ff.de precar. Ideóque non videtur possessionem adeptus,qui eam iure proprio retinere non potest.l.nō videtur de acq.possef.licet naturaliter possideat.l. cōmuni.§ neque.com.di.

14 †Quæ naturalis possessio,toties cum ciuili coniungitur, quoties lex ciuilis non improbat. vt cum causam possessionis reiicit.l.j.§.vir.de acq possef. vel cum persona inhabilis existimatur. Idem si ex re ipsa vitium oriri contingat.l.cum heredes.§. item quæro.de acquir.possef.Quæ tamen naturalis, effectum iuris nō habet,cum lex ei resistat. l. si eum qui. de donat. inter virum. Ideóq; qui aliquo contradicente, precario,vi, clam possidet:iniustam possessionem habet. Respectu vero aliorum.vere dicitur possidere. l. 2. l. si duo. vti pos.

15 †Receptissima igitur hæc sit sententia, vt ex sola naturali possessione,non inducatur vsucapio. doct.l.j. de acq.possef.l.3.§.ex pluribus.eo.Merito qui naturaliter possidet,non prius incipit præscribere,quam ciuilis possessor suam amiserit.Quod obliuione fit, idque decennali.gl.l.j.C.de ser.fugit.vbi Ias. Qua amissa,naturali iungitur, & vsucapionis effectum parere incipit.Alex.l.si de de.§.sin forte. de acq.possef.Fel.c.vigilanti.de præscriptionibus.Proinde hæc naturalis possessio in vsucapione præcedit. l. prima.§. per seruum. l.3.§. Neratius.§. Nerua.l.rem.l.si rem.de acquirenda possession. Deinde eam ciuilis sequitur. Non enim ciuilis tantum, verum etiam naturalis possessio in vsucapione necessaria est.l.secunda.§.primo.pro herede.ff.

†Quo fit, vt licet per recentiorum Cæsarum leges generaliter fuisset constitutum,vt omnis actio,omnis res,spatio decem,vel viginti,vel triginta,vel quadraginta annorum acquireretur: non tamen ad eos casus trahitur,in quibus specialiter, lege veteri prouisum erat:vt cum agrorum fines vsucapi prohibentur, supra numero 11.Quia quicquid vltra possessum est, iure vicinitatis & amicitiæ videtur potius vsurpatum.l. qui iure. de acquirend. possession. Procedit igitur vsucapio,quando suadet humanitas. Alioquin enim qui vsucapioni,vel præscriptioni innititur, impio remedio vti videtur.§.habeat.authentic.vt ecclesia Roma.col.2.Quo fit,vt plerunque in iurgiis inter vicinos videamus,vt qui humanior & melior est, necesse habet succumbere. Qui vero deterior est, lucrum faciat.l.tertia. de donation. inter virum & vxorem.vnde & arbitri, in quos hac lege compromissum est, vt secundum æquitatem ius dicant, præscriptionis exceptionē non admittunt.Quod à plerisque traditū, in præsentia subuertere non attinet. Fel.rubr. de præscr. Proinde cum omnis quæstio nostra,ex possessiōe facti & iuris pendet,vim naturáq; vtriusque paucis doceamus.

17 † Naturalis possessio,facti est:quia apprehenditur.l.prima.de obsequiis.l.prima.§.j.de acquiren. possession. Dicitur enim possidere, qui rem apprehendit. & ea propter apprehensionem & animum simul vtitur.Hanc naturalem possessionem, lex intra meri facti cancellos relinquit.Non enim authoritate legis iuuatur.l.si eum.de donation.inter virum & vxorem, vt si clam possessionem meam apprehendas,naturalem possessionem consequeris.l.3.§.econtra.de acquirend.possession.Quia tamen iniuste possides,lex hanc naturalem possessionem reprobat,quia iniusta.§.qui ad nundinas.Et hinc est,quod lex possessionem naturalem,iniustam vocat.l.si duo.vbi possid. Et per approbationē,eam qualitatem sumit,vt ciuilis, hoc est, iusta dicatur.Non enim ciuilis à naturali in substantia differt,sed eiusdem est generis.l.tertia,§.genera. de acquiren.posseff.Non diuersæ omnino species sunt sed qualitas ciuilis interpretationis,ipsi naturali accedens,facit vt ciuilis nomen accipiat.Nam quoties lex naturalem possessionem sua interpretatione extr. veteres terminos porrigit,vel noua forma fulcit, iuris efficitur.

18 †Nec nouum debet videri,quod à iure naturali vel gentium introductum est,facti existimari: quod vero à iure ciuili,iuris esse. Nam & hoc in pacto nudo videmus.l.si vnus.§.pactus.de pact.quod facti esse lex ait. Est enim possessio principaliter facti, hoc est,naturalis.l.prima.§.per seruum.l.tertia.§.Neratius. §. Nerua.l.si rem.de acquirend. possession.l.prima.§. Scæuola.si quis testa.l.denique.ex quibus caus.maio. Nam & vulgo generaliter traditum est, ex facto ius oriri.l.si ex pluribus.§.inquilino.ad leg. Aquillia. Et ideo per approbationem fit ciuilis. Porro eatenus possessio facti est,dum nascitur & ad essentiam producitur.l.in libello.§.factas.de capti. At vbi iam acquisita est,iuris esse incipit.Patet in stipulatione,quę iuris est:& tamen dum producitur, est facti.l.prima. in princip.de verbor.obliga. Pactiones simplices,facti,nō iuris,sunt.Et tamen huiusmodi pacto datur exceptio,quę iuris est.d.l.j.Lex ait.cōtractus emptiōis & cæte-

cæteros iurisgentium,facti esse.l.consilio.in fin. de curat.furio.Et tamen ex suis obligationibus oritur vinculum iuris.Lex ait,l.pro herede.de acquir.possess.animum esse facti. Et tamen ex animo & consensu oritur obligatio. Sic fundus re ipsa est corporalis. & tamen lex appellat.iura fundi.l.quid aliud.de verbo.signifi. Sic corporalis detentatio est meri facti,& tamen quandoque ius detentionis legitur.l.si finita.§.si quis metu.de dam.infecto. Quandoque & per nouam possessioni traditam à lege formam,ciuilis efficitur.l.nemo. C.de vsucap.Vt in possessione quam à seruo acquirimus,quia iure ciuili pro nihilo habetur.Idem & in eo qui in alterius potestate est.Qui licet naturaliter possidere possit,tamen interpretatione legis,possessio patris vel domini esse censetur.l.possessio.eod. Et ideo non solùm facti,sed etiam iuris erit.

16 †Ex his sequitur,vt naturalis possessio in his etiam locum habeat,in quibus iure ciuili non consistit obligatio:quoniam quæ facti sunt,iure ciuili non infirmantur. Meritò siue causa à iure improbetur,vt in donatione inter coniuges,in qua possessio transfertur:siue res ipsa prohibita sit possideri,vt liber homo:naturalis tamen possessio non videtur impediri.l.cùm heredes.§.fina.de acquiren.poss.licet persona possidentis, à iure ciuili pro nihilo habeatur,vt seruus. Nam & is videtur posse naturaliter possidere.l.stipulatio ista.§.hæc quoque.de verb.oblig.

20 †Postremò in dubio,possessio facti hoc est,iuris naturalis tantum censetur.Ideóque si lege caueatur,ius possessionis non videri peremptum.l.peregrè. de acqui.poss.non tamen sequitur, possessionem iuris esse. Qua ratione iudex cui mandatum est,vt de Titij iure cognoscat,etiam de possessione cognoscet.Quia quáuis possessio sit facti , cognitio tamen est iuris.l.non est mirum.de pigno.act.Et qui interdicto meri possessorii iudicij experitur.de iure suo docere debet.l.penult. de aqu.quotid.& æstiu.

QVAESTIONES MERCVRIALES IOANNIS ANDREAE, SCRIPTAE ad titul.de reg. iur.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Electus cathedralis vel regularis ecclesiæ, qui non adstrictus,sed sola volũtate pro confirmatione vadit ad curiam,non arctatur ad tempora & formã decret.cupientes.de elect.lib.6.*

2 *Canonici vacantis ecclesiæ ad electionem vocantes, non vocandum,si quem eligant,eo non expectato, tenet electio. Et quid de compromissario,voluntariè scrutante vota compromittentium.*

3 *Negocium alterius gerens voluntariè, non tenetur ad plenam gestionem:sicut tutor vel curator.*

4 *Hypothecaria remanet,sublata principali.*

5 *Priuilegium an tollatur vnico actu.*

6 *Obligatus ad opus,an teneatur ad ei annexum. Et an principium obliget ad finem.*

7 *Voluntaria multa sunt à principio,quæ postmodùm inchoata,sunt necessaria.*

8 *Agere aut appellare licet quis non teneatur in causa propria,si tamẽ agit personali, vel appellat ante sententiam, debet causam exprimere, vt tollatur incertitudo.*

9 *Priuilegiatus in duobus,an teneatur vtrũque subire & adimplere.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO I. SVPER REG. Accessorium.

STANTE statuto,quod doctores legentes & disputantes, quæstiones disputatas intra certum tempus in scriptis tradant stationario: an arctet etiam doctorem priuilegiatum.

¶Pro doctore primò,& cõtra eum secundò quinarius inducetur numerus: tamen prægnans aperietur. Tertiò,dubium quæstionis,& per id dabitur solutio, & contrariis satisfiet.

1 PRO PARTE NEGATIVA. Primò,quòd non inciderit,inducuntur tria procedentia ex decret. cupientes.supra eodem lib.de elect. Primùm colligitur ex notatis circa princip.in gl.ver.immediata successio,incip.in hoc casu.ibi, tum sciat.vbi patet post Guliel.& Gar. quòd electus cathedralis vel regularis

1 ecclesiæ,†qui nõ adstrictus,sed sola voluntate pro confirmatione vadit ad curiam,non arctatur ad tempora & formam decre.illius.

¶Secundum,ex decre.cùm non deceat.eod.titul.vt ibi etiam not.in gl.2.ibi.patet,quòd eligentes,qui non arctati, sed ex nuda voluntate vadunt ad curiam electionis negocium instructuri,non habent circa percipiendos beneficiorum fructus priuilegiũ illius decre.

¶Tertium patet.eod.tit.si postquàm.2.responso.& ex eo,quod ibi not.in glo.2.in verb.iuxta.vbi talis clericus,qui voluntate, non necessitate vadit ad curiam, si recedat illicentiatus,nõ incurrit pœnã decr.ipsius, cupientes. Ex his tribus concluditur, doctorem, qui non necessitate disputauit,ad illa non teneri, ad quæ tenetur necessariò disputãs.& sic nec in terminis quæstionis statuti pœnam incurrit. ¶Secundò,inducitur

2 decre.†cùm inter vniuersas.de ele.per quam patet secundum veram lecturam modernorum.licet ibi glos. contra.quòd si canonici vacantis ecclesiæ vocãt ad elect.non vocandum,& illo non expectato eligãt,tenet electio,cùm contra constitutionem aliquam non sit facta,licet illi venienti teneri possint ad expensas & interesse,vt ibi satis scripsi. ¶Tertiò,inducitur decre. cùm dilectus.eod.tit.vbi compromissarius,qui non ex forma mandati,sed nuda voluntate scrutatus est vota compromittentium, illa non habet sequi necesse.

3 ¶Quartò,inducitur l.tutori.C.de nego.gest.per †quã patet,quòd in volũtariè gerente alterius negocia sufficit, quòd aliquid fecerit ad amici commodum.non sic in illo,qui gerit necessariò,vt tutor vel curator: in quibus requiritur plena gestio. super quo vide quod scripsi de procura. non iniustè. in fin. Dicet ergo doctor, satis esse studentibus, quòd in paucis suo labore consuluit, qui contentari debent de gratia sibi facta. vt eccl.bene.cap.vno.potissimè, quia & sine adsignatione prædicta ipsum disputare,est quid perfectum & vtile:& licet quandoque gratiosè facientem pœnitere.de insti.cùm venissent.

¶Quintò,inducuntur leges. C.de excus.tut.l.2.voluntariæ tutelæ munera priuilegiis non derogant. C. de his qui spon.mu.publ.sub.lib.10.l.1.2.& 3.C. de episcop.& cleri.authen.presbyteri.

4 ¶Item,sublata †personali,remanet hypothecaria: vt

hic no.per quæ concluditur,licet disputauerit, remanere priuilegium non tradenti,facit quod scripsi post Compo.de constitu. cùm accessissent. qui tenet hanc esse regulam,quòd vnico actu priuilegium non tollatur.contraria sunt casualia propter considerationem odij vel fauoris.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.¶In
5 contrarium †inducitur,quia disputare & tradere, aut dices esse connexa:aut secundum, accessorium primi: vel duo separata.primis duobus casibus, ex quo alterum apprehendendo,renunciauit priuilegio,s.de non disputando,tenetur ad reliquum,s.ad traditionem. siue illud dicas cónexum,siue accessorium. Primum patet supra de constit.c.translato.3.q.uæst.6.hæc quippe. 81.dist.c.si quis sacerdotum.de præscrip.c.cum ex officij secundum patet hic cum concor.& supra de no.ope.nun.cùm ex iniuncto.& quod no.de rescript.c.j.e.lib.in glos.2.vnico ergo actu sic perditum priuilegiū: vt prædic.decre.c.cum accessissent.de præben. c.pro illorum.C.de iur.do.impe.l.2.quod de facili perditur. C.de iur.au.an.l.j.& 2.ad l.Corn. de fal. si quis decurio.& facto meo ius meum perdo.ff.de diuor.l.fi.vnde & semel agnoscendo iudicium, quis renunciat excusationi.ff de vaca.& excus.mu.l.prætor.§.si post.¶Tertio casu,cum dicis illa duo separata:ergo tenetur tradere:cùm super traditione priuilegiatus non fuerit,& ipsorum causa sit diuersa. nam primum, præsentibus tantùm disputantibus & audientibus proficit: secundum etiam absentibus,& posteris priuilegiatus. ergo super disputationis labore contra vtilitatem præsentium non propter id priuilegiatus est cōtra actus memoriam & vtilitatem posterorum. vt infra dicetur. ¶Secundò,inducitur †contra doctorem: quia ex quo posuit principium,& finem ponere debuit, de conse. dist.j.nullus episcopus & debet aut totum agere, aut nihil.de cons.dist.2.comperimus.sicut de pupillo dicitur.circa nomina per tutores data.ff.de admi.tut.cùm quæritur.quare ergo non imitetur doctor creatorem suum,qui non nouit opus imperfectum.de bap.maiores.versi.sed adhuc. ¶Tertio,contra doctorem inducitur. C. de his, qui spon. mun. publ.sub l.j lib.10.& quod ibi in rub.no. veterani etiam qui cùm possunt vel immunitate,passi sunt se in ordine decurionum eligi, ad excusationem non redeunt,& muneribus fungi coguntur:vt ibi.& ff.de priui.veteran.l.vlti.in fi fortius ergo iste qui seipsum posuit in ordine disputantium,
7 excusatione non vtitur:& ad perficiendum munus astatur. ¶†Quartò constat,quòd multa sunt à principio voluntaria,quæ si inchoentur, eorum prosecutio est necessaria.Hinc est,quòd heres qui accusauit occisorem defuncti,illo absoluto, non tenetur appellare. ff.ad Syll propter veneni.in fi.si tamen appellauit, tenetur prosequi.C.eo.tit.l.minoribus.& sic soluitur dictarum legum contrarium in prin.l.propter. ¶Quin-
8 tò,quòd quis ad incerta non tenetur: quæ †tamen si aggreditur,omnem incertitudinem tollere debet ad certa. vnde non tenetur quis agere nec in causa propria appellare,si tamen agit personali vel appellat ante sententiam,debet exprimere causam, vt tollatur incertitudo.de li.ob.c.fi.de ap.c.vt debitus.de ele.vt circa.supra eo.Cùm ergo statutum de tradendo contra incertitudinem solutionis,sit factum,vt eius certitudo per posteros haberetur,tradere tenebatur. ex quibus &c.

SOLVTIO Pro solutionis veritate videnda,aduertendum est, quòd quæstio non proponitur de doctore non incluso statuto,puta non legente vel viatore,qui cum statuto ligatis non fuerit, dici non potest, quòd disputando renunciet priuilegio, & se submittat statuto.& in tali procedunt, quæ pro doctore superius sunt inducta Item,nec proponitur †quæstio de
6 priuilegiato in duobus. vt non teneatur disputare. & si disputauerit,non teneatur quæstionem tradere:quia tunc nullum dubium,sed proponitur in illo,qui tenebatur disputare & tradere. sed per priuilegium eximebatur ab onere disputandi. & sic per consequens vel tacitum & ab onere tradendi,propter impossibilitatem,quæ impossibilitas cessat eo disputante.& id consequens vel tacitum sicut oritur, sic & tollitur. per l.3. C.si pend.appel.mors interuenerit.& C.si reus vel.accus.mor.fut.l.vlti.per quas patet,quòd si damnatus de crimine,qui appellauerat,mortuus est app.pendente, si bona non expresserit:sed tacitè dānata erant ex qualitate criminis, extincta causa criminis per mortem, extincta erit etiam causa bonorum:sed si nō tacitè vel per consequentiam,sed expressè fuissent bona damnata:licet extincta esset causa criminis,remanet quæstio super bonis.per quas leges & ea,quæ not.de cler.coniug.quod à te.& per l.quæ sub conditione.§.qui sub iurisiurandi.ff.de condit.institutio.& per hanc regulam dico doctorem,de quo,in statutum incidisse.

¶Lex, voluntariè. vt ibi not. in prima & secunda glo.non obstat,quæ facit quod munus.a tutelæ voluntariè susceptum licet non præiudicet, quo ad aliqua munera, quo ad illud præiudicat, vt ad inuentarium teneatur, & ad reliqua tutorum onera. & obligata e-runt ipsius bona. sic etiam respondetur ad l.2.& 3.C. de his qui spon.& ad authent.presbyteri. C.de episcopis & cler. Ad id quod dicitur istum fecisse gratiam, respondetur,quod non propriè fecit gratiam. sed renunciauit gratiæ sibi factæ, quo ad istum actum. propriè etenim faceret gratiam,aliâs nō inclusus. de quo supra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quid.*
2 *Lex filios temporales non recipit.*
3 *Matrimonium spirituale ad tempus non contrahitur:vt nec carnale.& nu.10.*
4 *Papa contra Euangelium non auditur,vt ne angelus quidem.*
5 *Propter adulterium solum licet coniuges separantur,durat tamen coniugium.*
6 *Matrimonium consummatum Papa dissoluere nō potest.& quid inter Iudæos.9.*
7 *Decimarum immunitatem num concedere possit Papa.*
8 *Papa an dispensare possit contra præceptum de non soluendis vsuris.*
11 *Papa in matrimoniis generalem ecclesiæ obseruantiam immutat,immutat & naturas rerum,& supra ius dispensat.*
12 *Papa an contra Euangelium dispensare possit. & nu.4.Item an destruere Euangelia possit.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO II. SVPER REG. Actus legitimi.

PAPA dispensatiue an possit ex causa concedere, quod matrimoniū contrahatur duraturum solum, vsquequo filius masculus ex matrimonio habeatur.

Ne miranda sit quæstio,scias quòd rex antiquus habens vnicum filium monachum, petebat à Papa, vt cum illo, quod matrimonium posset contrahere dispensaret simpliciter, aut ad tempus. vt suprà, quia de secundo dicebatur plus filius cōtentari. hic primò ad negatiuam faciam quatuor demonstrationes. quarum primam per quatuor similia roborabo.tres opi-
niones

niones adducam. tertiò solutionem Papæ reseruans, tria submittam.

PRO PARTE NEGATIVA. Primò allegatur, quòd non, propter duo inconuenientia. Primum, quòd contraheretur ad tempus: secundum, quòd dissolueretur iam consummatum per copulam. Contra vtrũque est diffinitio matrimonij, qua dicimus, quòd est maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ cō
1 suetudinem retinens. 27. quæst. 2. §. j ff. de ritu nupt. l. j. facit. ff. de iure dot. l. j. hic autem est diuidua etiā propositio. ergo non est matrimonium. nec mirum: quia etiam hereditas non datur ad tempus, vt supra dixi.
2 nec lex † recipit filios temporales ff de adoptio. si tibi. alias incipit, quæsitum. nec libertas datur ad tempus.
3 de ma. test. l. libertas. 2. nec spirituale † matrimonium contrahitur ad tempus. 55. distin. præcepta. de transla. epis. quanto. Idem ergo in carnali, quod est expressum. 32. quæst. 2. solet. & c. aliquando. intantum, quod conditio, quæ facit matrimonium temporale, vitiat contractum: quia contra eius naturam. de condi. appel. cap. fin. Secundò, Euangelium Matth. 19. prohibet separari per hominem coniunctos à Deo. 26. disti. deinde. cum
4 concord. sed papa † contra Euangelium non dispensat. 25. quæst. j. sunt quidam. quia nec Angelus audiretur contra Euangelium. ad Galat. j. & 11. quæst. 3. si is qui præest. ergo non Papa.
5 ¶ Tertiò constat, quod propter solū † adulteriū separantur coniuges, durat tamē coniugiū. 32. quęst. j. dixit do. & q̄st. 7. oēs causationes. Cùm ergo in separatis cōiugibus authoritate legis diuinæ & canonicæ duret cōiugiū inseparabiliter, fortius est in nō sic separatis.

¶ Quartò, expressum videtur, de conuer. coniug. ex
6 publico. in fi. § Papa dissoluere † non potest matrimonium consummatum: & quod ibi not. in vlt. glos.

¶ Quinto, ad hanc partem etiā inducitur, quod no. Hu. & Io. 15. quæst. 6. can. authoritatem. in fi. magnæ gl. quod no. Be. de transact. c. fin. in 5. glo. in verb. sacramētum. quod scripsi post Gofr. de spon cap. vlt.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. ¶ In cōtrariū allegatur in Euangelio caueri, quòd in ore duorum vel trium &c Matt. 18. sed hic immutat Papa addendo & minuendo. patet 2. quæstio. 5. præsul. supra de testi. in omni. de consecr. distinct. 4. paruulos & vide
7 quod not. eod. tit. præall. Secundò, dispensat † contra diuinum præceptum de soluendis decimis. supra de decim. ex parte. &c. à nobis. vbi de hoc.
8 ¶ Quartò, contra diuinum præceptum † permittit aliquid recipi: quod est vsura. 14. quęst 3. plerique. illud patet de vsur. c. j. & c. salubriter. Quintò, dissoluit matrimonium, vt præ. decr. ex publico &c. ver. 3. etiā iam
9 consummatū inter † Iudæos, ad quos tamen dicta fuerunt illa verba: Quos Dominus coniunxit &c. de consan. & affi. de infidelibus Nec in his facit contra Euangelium, vt homo: sed vice Dei. 33. quæst. 2. quos Deus. supra de transla. per totum. Sextò, ipsius authoritate,
10 spirituale † matrimonium contrahitur ad tempus. 7. quæst. j. pastoralis. Septimò, ponderatis † terminis quæstionis, matrimonium poterat esse perpetuum: puta si ex illo filius masculus non haberetur: & hoc videtur sufficere. arg. ff. de leg. j. cùm res. §. fina. de condict. inde. l. sufficit. Octauo, facit ad prædicta: quia etiam in
11 matrimoniis † immutat generalem obseruantiam ecclesiæ. de consan. & affin. non debet. & naturas rerum. de con. dist. 2. re vera. & dispensat supra eius. de concess. præb. proposuit.

SOLVTIO. Ne lingua transiens † super terram, os ponat in cælum contra id, quod dicitur 21. distinct. intantum. ipse Papa de cuius potentia quæritur, quæstionem soluat. cōsulendum tamen sibi est, quòd abstineat. sed si dispensat, multis videtur quòd dispensatio teneat: secundum quos ca. sunt quidam. non vetat Pa-
12 pam † contra Euangeliū ex causa dispensare, sed Euangelia destruere, vt ibi. not. Laur. & de ipsius potentia vide in Spec. de leg. §. nunc ostendendum. ver. 89. contra ipsam. ibi vide in §. nunc breuiter.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus si cuiquā locarit operas suas vsque ad annū, & ille moritur, habebit totius temporis salariū.*
2 *Legem non transigendi non potest quis sibi imponere.*
3 *Litis euentus est dubius. Et in dubiis quod minimum est, sequimur.*
4 *Vincere quid. & nu. 5. Et an transigere sit vincere. Et si pars transegerit in fraudem aduocati, an habebit totū salarium, an verò pro rata tātum. disting. nu. 5.*
6 *Aduocati officium est, non tacere, cum de iure partis in iudiciis tractatur.*
7 *In homine non sunt viæ eius.*
8 *Aduocatus salarium promissum à clientulo, etiamsi non procedat, impeditus à clientulo, petere potest.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO III. SVPER REG. Beneficium.

ADVOCATVS facto pacto de cētum lucrandis in casu victoriæ, incepit negocium, & inita quidem defensione, sed negocio nondum expedito, clientulus cum aduersario de lite transegit: an pacto salario carere debeat, vel non. Similem quæstionem tractauit Pileus 5. pag. 34. c. quæst. 54.

¶ In hac † quæstione inducuntur 7. pro aduocato. Secundò contra ipsum alia s. 7. cui additur successiue verbi, vincere, significatio & vnum insolubile. Tertiò Hugolinus primò solutionem ponit: cui septem doctores concordant. secundò ponit alias duas & tertiā Iacobi, quæ distinguit. tertia diffinitionem improbat. & rationibus eius respondet. quartò primam approbat, quam duabus roborat rationibus.

PRO PARTR AFFIRMATIVA. Primò igitur allegat B. Tho. pro aduocato, cui deberi dicit centum, cum per eum non steterit, quominus fuerit causam prosecutus, per legem quę expresse de aduocato loquitur, ff. loca. qui operas. & eodem titulo. l. sed addes. §. vlti. & C. de condic. ob causam. l. vlti. nil ergo imputari potest aduocato qui non fuit in culpa, 43. distin. Ephesiis. 47. distinct. quod ad nos, 23. quæstio 5. de occidendis. facit hic eodem titul. imputari, cum concord. Sufficit ergo per aduocatum fuisse negociū coeptum, licet non habuerit effectum. ff. de neg. gest. sed an vltrò. §. is autem. ff. de pigno. act. si seruos. ff. de mi-
1 no. verum. §. si locupleti. Item, si is cui assessor † vel aduocatus locauit operas suas vsque ad annū, moritur, habebit aduocatus totius temporis salarium. ff. de off. assess. l. diem functo. Idem, si moritur aduocatus. C. de aduo. diue. iudicio. post duos. Item inducitur regula, cùm non stat. supra eod. tit. cum concord. & forsan timore aduocati inductus est aduersarius ad transigendum. habebit ergo stipendium, qui pro tempore præstitit auxilium. 11. quæst. 2. caritatem. Inducit etiam, quòd res inter alios act. supra de re iudic. c. pen. alleg. ca. quod non optimè est contrariam sententiam reputare. C. de his qui. vt ind. l. 2. de fal. l. qui falsas. quoniam iste non reportauit ergo &c.

EX ADVERSO. In contrarium inducitur, quòd non extitit conditio, & sic obstat hæc regula. cum concor. facit supra de cond. app. de illis. C. de condi. inser.
2 legatum. ff. de condi. & de. l. municipibus. Item † contra eum inducitur regula in generali. hoc eo. tit. cum concor. Non enim est verisimile, istū promisisse trāsigere, quod non potest: vel centū, quod daret trāsigendo.

ergo in generali obligatione ista non venient, nec im
ponere sibi quis potest legem non transigendi. ff. de
pact.l.pen Inducitur etiam regula,locupletari,hic eo-
dem titulo. vult enim ipse aduocatus locupletari da-
mno clientuli,& sine labore lucrum consequi, contra
5 id 13.quæstione pr ma.§.quia ergo. Item, cum litis † e-
uētus sit dubius.ff.de pecu.quod debetur.& in dubiis
vel obscuris sequimur minimum,eod.tit. in obscuris
repelletur iste petens maximum, cum sibi clientulus
prouidit,qui poterat condemnari.ff.de nego.gest.di-
uortio.circa mediū. Item,quoties sine captione,quid
fieri non potest,eligendum est, quod minimum habet
iniquitatis ff. eo.tit.quoties.§ nihil. hic autem est ta-
le, ergo præeligendum. ¶Dama.allegabat.quod vin-
4 cere † nihil aliud est,quàm sibi aduersariū condemna
ri.3.quæst 3.§.quod fieri. hic autem aduersarius con-
demnatus non est,ergo non vicit.Quare huic aduoca
to secundum Guli. fieri videtur insolubile tale, quòd
non potest agere ex culpa,cùm non obtineat, quia nō
obtinuit:& non obtinens ,succubuisse videtur:argu.
ff.de inofficio.test.Papin.§.meminisse.nec quia succu-
buit: quia hic non apparet casus, ergo non expressus
habeatur pro omisso,supra eo.lib.de rescrip.susceptū.
cum concor.

¶SOLVTIO. Soluebat B.Tho. Hugolinum sibi
respondisse,quòd totum potest petere aduocatus. idē
Pileus.quæstionem autem facit.ff.de euic.l.si dictum.
cum.§.j.& in authen.vt cùm de app.co.§. si tales.coll.
8.Dama.tenet idem,& Accur.in præ.l.vnica.C.de suf.
in vlt.glo.allegat l.si ff manda.vbi etiam de hoc.quasi
lex ista velit,quòd transigere sit vincere.Sed quòd lex
illa non faciat, ostenditur sic per modernos. nam ibi
dicitur,quòd si conueni tecum mihi commercādum,
quòd habes ex euentu litis,communicare teneris:igi-
tur quod per transactionem habuisti.sed hic non con
cludit,quòd transigere sit vincere:sed cōcludit, quòd
transigere,est finis vel euentus litis.puto quòd Accur
sius ponderauit mentem victoriæ: quæ talis ibi erat,
vt hic. illud secundo ibi communicare intendebat,
quod vinceret,dicendo commune futurum,quicquid
ad eum ex euentu litis hereditariæ peruenisset.Com-
munius autem per sententias,quàm per transactiones
finiuntur lites.illud ergo quod plurimum fieri consue
uit,cogitasse videtur.hoc eod.titul.inspicimus. & ta-
men quod per transactionem consecutus est,commu.
nicat.Gul.in Spec.de sala §. sequitur.ver quid ergo si
litigator.& ver.seq.dicit,quòd prædictæ solutioni cō-
cordant Gofre.Ia.& Bald sed dicit Ver.& alios id fa-
teri de iure:sed de æquitate fiet solutio pro rata.ff.de
leg.2.qui solidū §.j.Tenet finaliter,quòd si pars trans-
egit in fraudem aduocati,habebit totum,si bona fide,
5 propter dubium litis,soluetur pro rata. Sed † Iac.de
Ra.vt ibi ponit Cyn.aliter distinguit: quia aut trans-
actio fit consentiente aduocato,aut eo contradicente:
aut eo sciente & tacente.primo casu,nō habebit:quia
non vicit secundo casu, si aduocatus potest ostendere
clientulum obtinuisse propter bonā causam,nisi trans
egisset,habebit palmarium: quia licet litis euentus sit
dubius, tamen præsumimus quòd iudex iustitiam fa-
ciet.ff.de pecu.eo tempore.si verò hoc non probat,nō
habebit.ff.de cond.& demon.quibus.§.si.Tertiò † ca-
su,cùm tacuit, habetur pro consentiente : quia suum
officium est non tacere.C.ad Velle.si sine.debuit ergo
resistere transigenti.C.de appel.quoniam.2. non quòd
per eum non stetit: quia illud habet locum in condi-
tionibus potestatiuis : secus in casualibus, qualis ista
propter dubium litis euētum.vt præ. l.quod debetur.
sed ostensa causæ iustitia,præsumatur pro victoria. vt
dixi.habet fortè plus coloris,quàm saporis ista distin-
ctio, quæ vult consensum vel taciturnitatem nocere
in actu: quia tamen per consentientem vel tacentem
prohiberi vel impediri non poterat:& ad quam ipsius
consensus non erat necessarius. & in casu medio non
vult conditionem solam sufficere.Et si ad primum al-
leges decre.ex literis.de transact.respondet, quòd ibi
de iure aduocati in re,de qua transactum erat,hic ex-
tra rem, scilicet, in palmario. quod de tertio membro
6 dicitur, quod officium † aduocati est, non tacere, fa-
teor:cùm de iure partis in iudiciis tractatur: quia ad
hoc assumptus est: sed si extra iudicium transigitur,
quid ad eum?d.l. si sine. Non obstat,quia ex taciturni-
tate aduocati nulla fraus probatur trāsigenti cum cli-
entulo, quia ibi parabatur contrahenti, cum marito
mulieris tacentis.Item negari posset casualis illa con-
ditio,quam labore & voluntate aduocati oportet im-
pleri.nec valent differentiæ quòd dubius sit litis euen
tus:quia etiam in potestatiuis de facto semper inest du
7 bium,cum † non sint in homine viæ eius.Ier.10.in fine.
& 47.distinct.§.necesse.in fin. Quare, quod prius di-
ctum est, videtur tenendum, quod facilius concede-
tur,si formetur casus in cliētulo, qui noluit in lite pro
cedere.Dicebat autem Ioan.de Deo.in suo ordine iu-
diciorum.lib.4 post prin. cuius dictum ponit Gul. in
spe.præ.§.versic. & non generaliter. quòd aduocatus
8 salarium † promissum habebit, etiamsi non procedat,
ex quo non stat per eum,sed per clientulum.ff.loca.qui
operas.sed talis est casus quæstionis: transigens enim
prius procedere noluit. Item ille † vicisse videtur,cu-
ius desiderium est impletum.arg.ff qui satisd.cog. l.j.

SVMMARIVM.

1 *Imperare sibi nemo potest.*
2 *Par in parem non habet imperium.*
3 *Statutum non ligat maiorem. Et quod de pari, & de seipso.*
4 *Statuta communia vel singularia an ligent subditos tantùm.& num.5.*
6 *Absolutio fauorabilior est, quàm condemnatio.*
7 *Expresiè quod nō possum, an possim tacitè. Et quod non specialiter, an generaliter.*
8 *Episcopus cùm non sit prouincia ordinarius, an ligetur suo statuto.*
9 *Episcopus an ligetur, facto damnato. Et quid de Archiepiscopo. num.10. Et quid de Papa an ligetur suo canone.*
11 *Sermo generalis an personam loquentem includat.*
12 *Statuto proprio an quis ligetur: maximè maior. Et quid de pari. num.13.*
14 *Episcopus & Archiepiscopus ratione delicti perdūt priuilegium.*
15 *Episcopus an habeat iurisdictionem in diœcesi sui suffraganei: aut in quibus casibus, remissiue.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO IIII. SVPER REG. Cui licet.

BONONIENSIS episcopi statutū excommunicat ludentes ad azardū. ludit hic ipse episcopus, vel eius metropolitanus cum Titio. de prædictis tribus de statuto consciis quæritur, an sint excommunicati.& sciendum, quod Dama.disputauit primum membrum, scilicet de episcopo, & Octanaretus de Florentia.Ego non miscendo prima duo dubia.allegabo 6.ad negatiuam,subdens opiniones pro hac parte, quam soluendo tenebo.Secundo tria faciam: ponam primo

mo opiniones cõtrarias: & ipsas rationes infringam. Tertio respondebo & ad 6. alias rationes. Quarto, explicabo & improbabo dictum Octanareti.

PRO PARTE NEGATIVA. Primò autem allegat Dama quòd quæstio fatua videtur, cùm
1 certum sit quòd nullus † potest sibi imperare. ff. de arbi. l. pe. & debet esse personalis distinctio inter iudicatum & iudicantem. 4. quæst. 4. nullus. Item, par non
2 † ligat parem. ergo nec seipsum de elec. innotuit. cum concor. secundum Da. adiuuantur hic per illa vulgaria, quod nemo in sua causa. l. vinc. C. ne quis in sua causa per totum. ff. de iur. om. iud. qui iurisdictioni. & per ea, quæ de correlatiuis no de institu. c. fina. ¶ Ad
3 † hanc partem, quòd statutum non liget maiorem: inducitur 21. distinctio. inferior. ff. de minoribus. l. minor auté. facit clementi. de electio. ne Romani. in principio. De seipso & de pari probatur. ff. ad Trebellian. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. quod autem. §. vxeri. de pari & maiori probatur. ff. de arbi. l. 3. §. fin. & l. 4. Inducit ergo capitulũ, inferior. illud verbum Esa. 10. nunquid gloriatur securis &c. quod etiam habetur 23. quæst. 5. c. fin. post princ. quòd pro episcopo sic inducitur: statutum, est instrumentum securis, vel serra episcopi. non ergo &c. pro archiepiscopo sic: episcopus est instrumentum securis & serra metropolitano, ab eo scilicet productum per confirmationem & consecrationem. non ergo &c. Se-
4 cundò ad † vltimum casum inducitur, quòd statuta cõmunia vel singularia ligant subditos tantùm. de pœn. & re. c. quod autem. de sentent. excom. à nobis. eodem tit. c. Romana. §. j. supra eod. lib. & ff. ad Trebel. l. omnibus ciuitatibus. C. de sum. Trini. l. j. in princi. de iusti. C. confirm. l. j. ad finem de iudic. rem non nouam. post princ. de incestis nup. l. fin. de colo. pale. l. vnica. lib. xj. Cùm ergo præ. decre. à nobis. negatiuè loquatur, quòd non nisi subditi tantum. & decre. Romana. quòd subdit: tantùm & hoc sapit negatiuam. de causa pos. cap. cùm ecclesia. restat quòd par vel maior non ligatur. Tertiò sic constat, quòd omnis delinquens habet iudicem. ad Roma. 13. de censib. ca. 2. quod si alius iudicat, facit iniuriam proprio iudici. siue ille sit dominus, vt in occultis. 2. quæst. j. nomen. siue persona, vt in exemptis & appellantibus. 16. quæst. j. frater. de abbate, de priore, vel patriarcha, archiepiscopo vel episcopo. 6. quæst. 3. cap. 1. 2. & 3. & xj. quæst. j. peruenit: vel inferior. de app. dilectis. de ver. sig. ex parte. j. Sed constat quòd episcopus est subditus metropolit. & metropolitani
5 patriarchæ vel papæ: iniuriam ergo † faceret episcopo metropolita. iudicando seipsum. & patriarchæ vel papæ, iudicando metropolita. Constitutio ergo generaliter formata sic intelligatur, quòd non includat hũc casum illicitum. de verborum sign. ex parte 3. de iureiur. c. j. supra eod. lib. præcipuè quia statuta sunt stricti iur. probatur. de iureiuran. cap. ad nostram 3. & dixi de hoc plenius super regula, pro possessore. e. tit. ita quòd non includunt etiam id, quod propria verbi significatio posset includere. ex quo non est verisimile, statuentem id intellexisse: vt ibi. sed hic non est verisimile statuẽtem se vel superiorem ligare voluisse. ergo &c. hic eo. tit. in generali, cum concor. & leges communes singulares & priuatas interpretamur secundum intentionem edentium xj. quæst. j. §. hic. de ver. sig. d. ex par-
6 te. & c. dilecto. C. de lega. l. j. & fi. Quartò † sic, fauorabilior est absolutio, quam condemnatio: siue tractetur de facienda, siue de iam facta. Ad primum 16. quæst. 7. allegant. de proba. c. ex literis. ff. de ac. & obli. l. Arrianus ait. Ad secundum, de re iud. c. si ff. eod. tit. inter pares. vel saltem inter hæc duo sit paritas, de pœ. distin. j. verbum. sed constat, quòd episcopus se vel superiorem non posset adsoluere: vt præalle. c. quòd autem. de pœnit. & remiss. ergo nec ligare. vnde notauit Vinc. eo. tit. cùm ex eo. & Guil. in Spe. eo. tit. ad fi. archid. ca. fin. eod. titul. hoc eod. tit. quòd dans indulgentiam vel remissionem, illa vti non potest: & cùm illa habet vim & perpetuitatem statuti, vt no. de of. leg. c. vlt. fortificatur hoc quia legatus de latere absoluit non subditos: quos tamen ligare non posset. de off. leg. c. penult.
7 Quintò † sic regulariter, quod non possum expressè, nec tacitè, de præben. dilecto. & quod nõ possum specialiter: nec generaliter: de deci. tua. sed si episcopus specialiter & expressè statueret de seipso, vel superiore, constitutio patenter esset iniqua, per prius alleg. & sic non valeret. 4. dist. erit autem. & dicenda esset destitutio. de re eccles. non ali. ca. fin. quia patens error faceret illam nullam. 2. quæst. 6. §. diffinitiua. post princ. de re iudic. cùm inter. C. quando prouo. non est ne. l. 2. Vltimò specialiter pro episcopo inducitur, quòd persona loquens &c. de iureiuran. petitio. Vbi in glo. fin. cum concor.

8 ¶ Ad hanc partem sunt † opiniones. L au. enim de archiepiscopo tenet quòd non ligetur: quia non est ordinarius prouinciæ. 9. quæst. 3. c. 2. & hæc ratio concludit idem, & fortius in episcopo. vbi prouinciale concilium tenet hanc partem de archiepiscopo, per decr. graue. de præben. de sen. excom. à nobis. in authen. do desen. ciui. §. iusiurandũ vers. non habente. col. 3. Host. etiam in sum. de sen. excom. §. quis valeat excommunicari post prin. dicit certo certius hoc tenendum, quòd superiorem non ligat, sicut nec proferẽtem. Et soluendo dico. quòd horum dictum placet iuribus & rationibus ante dictis. Sed Dama. quæstionem de episcopo non soluit, sed disputationi reliquit. ¶ Quid dixerit Octo. dicam in fi. Quia verò huius disputationis potis-
9 simum est illa † soluere, per quæ contraria fulcitur opinio, vt illam primò videamus, est sciendum, quòd de archiepiscopo Hug. igitur tenuit contrarium: vt no. 3. quæst. 6. cap. ibi semper. in glos. verb. causa. cum allegat, quòd incidit in factum damnatum. 24. quæst. j. ca. j. 2. & 3. ad quæ iura respondeo, quòd loquitur de facto damnato per ius commune. s. hæresi, & sic non probãt non subditum ligari facto damnato per singulare statutum. illud tenet etiam Barth. Brix. per l. 3. ff. de offic. præsi. quæ lex dicit, quòd præses prouinciam suam purgare debet malis hominibus. nec distinguit vnde sint. sed lex illa licet excludat distinctionem loci: non tamẽ excludit distinctionem idẽtitatis vel præsiden. de quibus loquitur Hug. videtur etiam idem velle de episcopo per id, quod not. de successore. 63. dist. Adrianus vbi tenet, quòd licet canon episcopi non liget successorẽ, ligatur tamen quia se inuoluit in factum damnatum, per iura prius alleg. quibus iam est responsum.

10 ¶ Archidia. † in decre. 2. de constitu. supra eo. lib. tenet idem de vtroque: scilicet, de episcopo & archiepiscopo. Cùm enim authoritate papæ vel canonis episcopo facere licet statutum: ergo ligatur authoritate papæ dicens, quòd efficaciter facit. xj. quæst. 3. nemo contemnat quòd causa, si sic simpliciter recipiatur, vt inducitur, triplex insurget absurdum. Primum, quòd cùm in authoritate papæ vel canonis episcopus ferat sententiam, non per modum statuti: ergo etiam per illam ligatur, quod ipse & omnes negant. secundũ quod illa ratio concludit, papam ligari suo canone: quasi ligetur à Christo cuius authoritate facit canonem: vt in prin. d. c. nemo. & hoc vt no. 93. distin. si inimicus. de senten. ex. nulli.

¶ Secundum, quia etiam sequeretur omnem prælatum etiam non subditos ligare posse, cùm omnes sint subditi Christo & Papæ: cuius authoritate ligat ponderetur ergo textus illius. c. qui sic iacet: nemo contemnat vincula ecclesiastica. præsupponit ergo, quòd vinculatum facere non potest quis non subditum, vt probatum est. sequitur. non enim homo est, qui ligat: [illegible]

Christus qui hāc potestatem dedit. Fateor ergo, quòd
subditus vinculatus à prælato, vinculatus dicitur à
Christo, qui clauium potestatem illi dedit Matth. 16.
Io. vltimo. virtutem ergo vinculi exprimit & fortifi-
cat ille canon: sed potestatem vinculandi nō ampliat.
& sic pateat, quòd non sic efficaciter facit, vt dicebà-
tur. immò nil facit ad casus Petri de Bello, & sequitur
horum opinionem, tenens de episcopo quòd ligetur.
hoc not. C. de sacrosanct. eccl. authen. quibuscunque.
& ibi Cynus ponit eius rationem: quia statuendo ge-
rit personam publicam, delinquendo priuatam. & hoc
ideo concludit idem in archiepiscopo. alleg. ff. de ad-
ministr. tut. cùm hereditas. ff. de pac. cùm in eo esset. il-
11 la iur. probant, quòd in generali sermone persona lo-
quens includitur. vnde si tutori vel pupillo non expe-
diret adire cum creditoribus hereditatem, & pactum
fecit de certa quota, sic ipse etiam creditor illa quota
dicitur esse contentus. Ad leges infra respondebo in
primo commento. ad idem dico, quòd tollitur. §. tem-
pestiuum. alleg. in princ. constat enim quòd consul vel
præsul institutus heres, ne restituat, in adeundo gerit
partem priuatam: & tamen à seipso vel alio consule
vel prætore non cogitur, qui tamen in cogendo ge-
runt partem publicam. eodem modo tollitur per præ-
all. l. 3. & 4 de arbitris. Item, tollitur hic ratio, quia cō
cludit etiam principem ligari lege sua, quam statuit vt
princeps: & delinquit vt priuatus: & argumēta de ver
bo, tanquam: improprietatem habent, quæ excusanda
est. non sequenda. & dicamus per l. si plures. ff. de pact.
quòd nihil difficilius est, quam gerere vices duorum.
& hoc maximè in casu nostro, quo impossibile est sta-
tutum fieri per dignitatem sepositam à patria. Item,
ipse idem Pet. l. cùm ipse. C. de contrahen. emp. non au
det asserere quòd possit se absoluere: & tamen illa ra-
tio viget in absoluendo, sicut in ligando.

SOLVTIO. Fateamur ergo, quòd cum statutum
episcopi totum pendeat à potestate episcopi, ita quòd
illud tollere potest. 12. quæst. j. certè. & hic nullus ne-
gat: licet alias dicatur ius facere, cùm est ius episcopi:
vt ex denominatione patet ergo, quòd nec ipsum nec
superiorem ipsius ligare poterit, coram quo etiam si-
ne ipsius iussu non posset benedicere. 21. dist. denique.

¶ Solutio. Exaduersò rationibus & iuribus inductis
per eos, qui tenebant opin. contrariam, inducam alias
rationes & iura, quibus illa opin. fulciri videtur, illis
singulariter respondendo. & inducebat Dama. illud
quod quisque iur. &c. ff. quod quisque iur. l. j. de mu.
pe. ca. j. & 2. eo. tit. quod omnes. quod locum habet in
statuto, vt ibi. & in prin. dictæ l. & in sententia, vt in fi.
dict. l. sed non ratione differetur vti eodem iur. si non
incideret in sententiam, sicut subditi: ergo &c. Secun-
dum Dama. ad hoc respondeo, iur. ista non probant,
12 quòd ipso † facto vel iure episcopus ligetur sua lege
vel iure, quod alias dixi. sed loquuntur de pœna per
iudicem inferenda. iustè ergo arbitratur archiepisco-
pus, episcopum puniendum illa pœna pro ludo, qua
sua l. punit subditos. & sic ad tempus priuabit illum
communione hominum & sacramentorum: quod fa-
cit excommunicatio. Et facit quod dicetur infra eo.
in c. pen. Per eundem modum responde ad l. supra al-
le. per Pe. nō enim ipso facto pactum tutoris cum cre
ditoribus factum dimittit creditum tutoris, sed pro-
uidebitur ministerio iudicis: vt ea parte sit contentus.
nos autem in quæstione loquimur de vinculo iuris si-
ue de ministerio iudicis. Secundò, sic constat episcopū
posse facere statutum 3. quæst. 4. nullus. de conse. dist. 3.
c. j. de ma. & obe. si quis venerit. de loca. c. 2. de senten.
excommu. à nobis. j. eo. tit. c. 2. supra eo. lib. sicut autem
ius generale ligat totum, sic & particulare ligat par-
tem: quia quod iuris in toto quo ad totum, &c. 9 quæst.
3. cùm scimus de off. deleg. pastoralis. §. j. ff. de rei ven.
l. quæ de tota. Cùm ergo in suo territorio istud factū
sit damnatum, ergo &c. 24. quæst. j. c. j. ad conclusio-
nem respōsum est supra prius dicta fateor, quo ab sub-
ditos & ligatos ibi. Tertiò, quandoque sic ligat quis
maiorem, ad Gala. j 15. quæst. j. c. sunt quidam. 11. quæst.
3. si is. solue, vt ibi & 40. distin. si papa. & ibi soluuntur.
13 Item † parem. 12. quæst. 2. nō liceat papæ. ibi soluit sei-
psum. 21. dist. nunc autem. ibi soluitur. de pœni. distin.
j. multiplex. ibi, proprio iudicio condemnantes. sequi
tur. C. de sum. Tri. l. inter claras. ver. huic confessioni.
C. de fideic. l. fi. sed impropriè loquuntur, vt in eis no.
Item arctat quis seipsum. supra de elec. cùm in veteri.
in fin. ff. si quis cau. l. 2. §. si quis. 3. cum concor. etiam iu
dex. de off. dele. consuluit. in fin.

¶ Solutio, ibi arctatio fit re ipsa vel facto, quam pos
sent tollere principes: non verbo, vel lere data: vt no.
præal. l. penul. ff. de arbi. Quartò sic, constitutio ista
est de re illicita & à iure prohibita. 35. d. cap. j. de vi. &
ho. cleri. capit. clerici. 2. de exces. præ. inter dilectos. C.
de epi. & cler. authen. interdicimus. & de reli. & sump.
fu. alearum. est ergo iur. communis executiua per pœ
nam, quod potest episcopus, vt scripsi de offic. archi-
pres. cap. fina. sicut ergo. cùm papa inchoat gratiam &
successor exequitur, ecclesia per prædecessorem grata
14 ta censetur. de rescrip. literis ita hic † episcopus vel ar
chiepiscopus à iur. communi: tamen executione statu
ti ligati dicantur, vt sic iur. accessorij liget, qui princi-
paliter id nō posset. de off. dele. si super. supra eod. lib.

¶ Solutio, vt dixi in quæstione priuilegiati doctoris.
super reg. accessorium. ad finem. nec valet, si dicas, quod
saltem ratione delicti perdat priuilegium. in auth. de
man. prin. § quòd si. co. um 3 C. vbi sena. vel cla. l. 3. iura
nouissima. quæ collegi. vide de priuil. & excess. priuil.
dudum. post princip. quia illud fateor, quo ad ius, quo
alias ligata poterant. nec valet, si dicis, quod sulè de-
bent ostendere. quomodo alij debeant in ecclesia con
uersari. fateor, sed hoc modo nō concluditur eos per
hoc ligari ad pœnam, de qua quæritur: licet ligentur
ad culpam & pœnam iur. communis. Item fateor, quod
quilibet se potest iurādo ligare ad periurium. & sic so
luitur de iureiur. c. j. supra cod. lib. vbi prælati secula-
res & ecclesiastici se ligant per iuramentum ad statu
ta seruanda. Quinto, contra episcopum specialiter in-
ducitur: quia aut dicis non ligari & tunc oportet fa-
teri id speciale in principe. C. de legi. digna. C. eo. tit.
princeps. ergo eius contrarium in aliis regulare, vt li-
gentur lege, quam dant aliis. facit de præben. pro illo-
rum. C. si man. ita vænier. ne prosti. l. j. & facit, quod di
citur, personam loquentem includi in sermone gene-
rali. ff. de pign. Paulus in fi. cum simi. Solutio. Fateor
principem non ligari communi lege, & hoc speciale
in ipso: quia sibiipsi nō subest, sed alij sibi subsunt: sed
ratio communis est omnibus, qui nō ligantur lege sua
vel minorum. & sicut princeps ligatur lege maiori, id
est, canonica. de elect. fundamenta. §. vt ergo. de re iu-
di. ad apostolicæ. versi. perpetrauit. supra eo. lib. facit.
cle. de re iud. pastoralis. ad fin. sic & alij ligantur legi-
bus maiorum. Papa verò loquens, non includitur: quia
ex hoc sequeretur absurditas de qua dictū est in prin
cip. Vltimò specialiter † contra episcopum inducitur,
quòd non habet iurisdictionem in diœcesi suffraga-
nei, nisi in certis casibus. nota. de off. or. pastoralis. de
quibus iste non est. ergo ligabitur statuto loci. Solu
tio, negari non potest, quin archiepiscopus in diœcesi
suffraganei habeat ordinariam metropoliticam. Et si
dicis illam restringi ad certos casus, fateor, quo ad sub
ditos episcopi: sed quo ad ipsum episcopum, non: qui
sic immediatè sibi subest, vt clericus episcopo. ratio-
ne ergo istius immediatæ iurisdictionis, illius statuto
ligare non poterit.

15 ¶ Expeditis his duobus casibus, quia vt prædixi,
Octanaretus disputauit primum membrum, solutio-
nem ipsius licet ridiculosam, hic infero: qui dixit, quod

Ray.

Ray.& Goffr.in sum.de senten.excommunica.fuerant in quæstione contrarij:quia Ray.dicit, quòd non sua, sed iuris sententia ligabatur.Goffr. quod sua sententia ligatus erat.& dixit. quod moderni tenebant cum Ray.Sed bene,in decr.statuimus.de sent.excom.supra eo.lib.Innocen.de sentent excommu. quod in dubiis. ar.eo.tit.ca.2 suprà eod.lib.demum soluit,quòd si non episcopus ludit,ligatur duplici sententia,s.episcopi & iur.si ludit episcopus, tunc non sua, sed iuris & papæ ligatur sententia,occasione suæ constitutionis: sed nō per illam.inducens notata per Host.in sum.de senten. excom.§.si.ver.quid si episcopus aliquid. & versic.sed malè induxit opi.prædictas,quòd declaremus:quia facit ad infra dicenda. Ray. in summa, de sen.excom. ad finem.vers.quòd si episcopus.tenet,quòd bene ligatur episcopus participans excommunicato per se: quia nō sua,sed iuris est sententia.Idem,si in crimine: per dec. super.de sen.exc.Idem dixit sed in hoc malè,si excommunicauit cū fautoribus, & ipse postea faueat. secus, sicut dicit.& bene,si prius fuisset: quia tunc sua est sententia.Goff.in sum.ipsius.tit.vltima charta. versi.quid si episcopus & vers.seq.tenet quòd incurrit minorem, maiorem non, si communicat in crimine: cum illa sit hominis: Vel si communicat excommunicato per se, cum participibus:quia illa est sua. Vincen. in dec.statuimus.de sen.excom.eo.lib.vt ibi notauit.tenet,quòd non ligatur maiori communicans in crimine,cum illa sit sua sententia.Innoc.in dec.quòd in dubiis. dicit, quod excommunicator participans,à can.ligatur:sed sua non. vnde si excommunicauit aliquem cum his, qui dederunt auxilium, licet ipse fuerit de illis, non ligatur. Host.in præallc.c.dicit, quòd si communicat extra crimen,ligatur vt alius. Idem si in crimine, cùm sit canonis,sed si communicat cum participibus,& participat in crimine,ipse vna:alij duabus ligantur. ex his patet, opiniones istas fuisse inductas malè per ipsum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum diuinorum,datum singulari personæ, respicit familiam.*

2 *Ius vnius ex sociis in eadem causa, an conferat consocio. Et idem iudicium de priuilegio.num. 4.*

3 *Augusta an participet priuilegium principis, qui solutus est legibus.*

5 *Prohibitū habetur pro permisso,in inseparabilibus.*

6 *Ludi identitas facit, vt limitatio vnius ad fratres vterinos extendatur.*

7 *Socij vnius delictum,an noceat consociis.*

8 *Si stipulor à Titio & pupillo,vel à Titio & seruo cōstituendo ipsos quasi duos reos stipulandi, solus Titius obligatur.*

9 *Seruus partim, & partim liber quis esse non potest.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO APPENDICVLA QVAESTIONI præcedenti.

AN ex quo excusantur Episcopus & Archiepiscopus, excusatur & Papa: an vero ipso prædicto ligato, etiam prædicti ligentur in participatione criminis.

PRO PARTE NEGATIVA. Quòd non ligetur,probabo per 6. rationes mei iur & totidē iur. ciuilis Secundò,ad contrarium 6.inducam.Tertiò soluam.& contrariis respondebo.

PRO PARTE NEGATIVA. quòd non ligetur. Pro Titio ca.licet.de priuil.suprà eo.lib.cùm
1 interdictum † diuinorum datum singulari personæ respicit familiam.Sic datum episcopo vel archiepiscopo contra interdictum ludi, respiciat collusorem. Vnde videmus,quod olim ante dec fin.de sen.excom.supra. eo lib.tempore interdicti,quilibet poterat dicere horas suas:& tamen cum socio suo vel duobus legere horas canonicas potest.de pe.& re.quòd in te. Sic & in interdicto ludi possit exemptus id cum socio. Secūdò inducitur de tempore ordi. cùm nullus.in fine.suprà eod.lib.ver. episcopus beneficij sicut potest ordinare priorem diœce.sua:sic & ipsius socium, quandiu manet socius.sicut ergo ibi quod iuris de priore & socio: sic & hic idem iuris,de lusore,& de socio. Tertiò sic,
2 ex pluribus † condemnatis vna sententia in causa communi,si vnus appellat,victoria ipsius prodest sociis, 2. quæst.6.§.quandoque.de appel.capit.penult.C.si vnus ex pluribus.l.1. & 2.ergo victoria episcopi contra statutum,prodest socio collusori, vnico ludo & vnico tabellario.Quartò inducitur l.si communem.ff.quemadmodum seruit.amit.& l.petendæ. C.de tempor.in integ.resti & quod no.de iur patron pastoralis. ca.vno: in glo fin.supra.eod.lib.& quod ibi addere soleo.post Goff.& Dec.authoritate.de concef.præd.eod. lib.cùm concor.in vlt.glo per quæ patet,quòd in re indiuidua, qualis videtur ludus, priuilegium pupilli transeat ad socium,dilatio reo data prodest actori. & quòd consequitur quis ex alterius persona, quod ex sua non potest.Quintò,inducitur ad idem decr.vnica.de sta.re.suprà eo lib.& hoc dupliciter. Primò,quia moniales nō debent exire clausuram. Secundò, quia nullus debet illam ingredi.& tamen si abbatissa pro iuramento feudi præstando necesse habet exire, sine transgressione exibunt & sociæ.vt ibi in §.verum. Item,si visitator habet intrare.intrabunt & socij:vt in cle.eo.tit.attendentes.ad finem. Sextò sic. constat quòd ex societate quis pœnam incurrit,patet de pœn.fœlicis.post prin.supra eod.lib.& in cle.eod. titul si quis suadente. sicut ergo pœnam sentit,sic & sentiat commodum.infra eod.tit. qui sentit.cum concor ad hoc dec.quàm sit tibi tuisque sociis.de voto magnæ pro te tuisque famulis. Itē æquum est hunc socium excusari,qui maiorem sequebatur errorem. de transla.cap.2 ad finem.
3 ¶De iure † ciuili principaliter alligatur.& sic princeps solutus est legibus,& licet Augusta soluta nō sit, participat tamen priuilegium principis.de leg. l.princeps.sicut ergo societas coniugij, de qua 27. quæst.2. cùm societas eximit Augustam: sic societas ludi eximit Titium. Secundò,si legata † sit liberatio duobus reis promittendi,& alter sit capax,& alter non,& sint socij:propter capacem,capit non capax.ff de lib leg.l.
4 si is, qui duos.& consocius absentis causa † reipublicæ,propter illum gaudet priuilegio.ff.ex quibus causis ma.abesse.ad fin. ergo societas capacis transfertur ad non capacem.ita & hic.Tertiò,sic:si duo emunt illum simul, qui ad precium participandum se vendi permittit,& alter sciens est,& alter ignorans: propter ignorantem, qui non deliquit, capit sciens, qui deliquit. ff.de li.cau.l.liberis.§.si duo. secūdum vnam lect. ad id,eod.tit.l duobus concord.de clan. despon.cùm inhibitio.qui filij.sint le.ex tenore.Quartò sic: si pro-
5 pter inseparabilitatem † prohibitum habetur pro permisso.ff.de donatio.inter vir. & vxor.si sponsus.§.generaliter & subuenitur propter illud, vbi non versatur delictum,etiam vbi versatur.ff de statu.homi.imperator.ff.de pœn.prægnantis.Quintò sic: ludi iden-
6 titas facit, quod † limitatio vnius ad fratres vterinos extenditur:in authentic.vt li ma.& aui.§.ad hoc.col. 8.sic dicam, quòd identitas ludi vnius legitimitatem vel identitatem ad socios transfert. Specialiter pro ludente cum episcopo inducitur. ff. ad l.Iul.de ambit. l. vna.vbi si prohibitum lege dari,datur cōditori legis, cessat pœna.

EX ADVERSO Ad contrarium allegatur,quòd ratione impossibilis separationis, vtile vitiatur p inu-

utile. vt probatur de re iudic. ad probandum. de offic.
deleg. cum super. ff. de aqua quo. & æsti. l. j. § item quę-
5 ritur. & de hoc infrà. e. vtile. eo. lib. Item delictum † v-
nius sociorum, nocet alteri. vnde si duo erant correi
stipulandi, & debitor vni sub pœna promisit sistere, &
per alterum sociorum stetit. quo minus sisteret. etiam
aduersus alterum danda est exceptio. ff. si quis caus. si
duo. & facit. ff. de arbit. l. si duo & sæpe videmus, quòd
duobus coniunctis, quorum alterum prodest, alterum
nocet, inspicimus quòd nocet. ff. ex quibus causis in
possess. ea. Fulcinius. § quod si. Item nil impedit Titiú
ligari, quanuis episcopus vel archiepiscopus non li-
getur. vnde dixit lex, quòd is, qui filio, seruo, vel fur-
tum facientibus opem fert, tenetur furti: quanuis il-
li actione furti non conueniantur. ff. de furt. qui seruo.
§ item placuit. & l. si quis vxori. circa princi. Ad idem
6 † vides, quòd pupillus sine tutoris authoritate ciuili-
ter non obligatur, nisi inquantum locupletior factus
est. ff. de authentic. tu pupillus. & tamen si stipulatur à
Titio & pupillo, vel à Titio & seruo, constituendo i-
psos quasi duos reos promittendi, solus Titius obli-
gatur. ff. de duo re. si ex duobus. § j Item constat, quòd
vera pœna vnius, non liberat alterum. ff. ne quis eum,
qui in ius vo. l. penult. in fin. & l. fin. sicut ergo non libe
raret solutio, ita nec exemptio. ex quibus concluditur
Titium ligari.

SOLVTIO. per vltimò allegata dico Titium li-
gari. non differendo nunc quæstionem de ipso Titio,
qui vtique sit statuto ligatus, quod aliâs tractabitur.
bene & enim etiam in vno actu, etiam post factum in-
separabile, vnus peccat, alter non: vnus punitur, alter
non. 32. quæst. 5. proponito. aliâs incip. Lucretiam. 34.
quæst. j & in lectum. ¶ Pone exemplum. cúm plures
eligunt indignum, quorum aliqui sciunt, aliqui igno-
rant: de elect. cum in cunctis. § clerici. eod. tit. scriptú.
ad finem. pone, cúm committunt actum plures, ex quo
debetur suspésio iuris: sed alter est episcopus. de elect.
si compromissarius. § huius. de sentent. excomm. quia
periculosum. suprà. eod. lib. tamen quo ad ludentem
cum episcopo idem intelligo, si episcopus constitu-
tionem non tollit vel contra illam non dispensat: sed
solùm ludit. aliâs secus. licet aliter nota. de elect. licet
canon. supra eod. lib. episcopum contra suam consti-
tutionem dispensare non posse dicat, cuius contrariú
seruatur vniuersum. & minimè sunt mutanda, &c. de
leg. minimè. ¶ Ad contraria respondetur, primò ad
decr. licet. quòd ibi priuilegium facit celebrationem
licitam, sed hic exceptio episcopi vel archiepiscopi à
statuto, non tollit quin ludus sit illicitus: vt in proxi-
ma quæstione. priuilegium ergo actum licitum com-
municat familiæ. Sed immunitas agenti actum illici-
tum nô debetur. in dec. quòd in te. vtrique dicentium
horas, simul competebat illas dicere. sic respondetur
etiam ad secundum, quia societas prioris licita, & ad
quartum & ad quintum: quia in illis nullum delictú.
¶ Ad tertium, illud dico procedere: quia illorum so-
ciorum est eadem defensionis causa, quod non est hic,
quia episcopus & archiepiscopus identitate & supe-
rioritate se tuentur, vt dictum est in prima quæstione:
quæ defensio cessat in Titio. ¶ Sextum facit ad hanc
partem. probat enim, quòd socius pœnam meretur.
procedit ergo argumentum, si concluderet, quòd so-
cius immeritò mereatur. ¶ Ad primum legale respon-
detur, quòd ibi nullum delictum. ad l. si is qui duos.
patet ibi responsio in fin. quia idem, si soli socio capaci
fuisset relictum. Ad tertium, de. § si duo. respondetur,
7 quòd † diuisæ sunt lecturæ. ibi nota. & tamen secun-
dum inductum id procedit: quia non pot. si quis par-
tim esse liber. & partim seruus. ¶ Ad quartum respon-
detur, quod hic pœna separabilis est, vt vltimò dixi.
¶ Ad quintum, quod in fratre vterino nullum deli-
ctum, & lex præsumit legitimitatem id voluisse. ad l.

vnicam. ff. ad l. Iuliam. de ambitu. quod punit ambitio-
nem, & cupiditatem quærentis administrationem &
pecuniam dantis populo, per quem eligitur, exprimés
id non habere locum in vrbe, quia princeps magistra-
tus creat. Probat ergo hoc solum lex illa, quod si sta-
tutum diceret, qui luserit alibi, quàm in palatio no-
stro, vel cum alio, quàm cum nobis, vel familia nostra
&c. quòd ludens in ludo excepto vel persona excepta,
ligatus non esset. Quia breuitatis amator vereor quòd
ista disputatio est prolixa. Circa secundum & vlti-
mum breuissimè dico. quòd placet opinio Innocen. &
Ostien. quæ habet in decret. nuper. de senten. excomm.
quod per participium in crimine habitum, etiam cum
excommunicato ab homine, ligatur quis sententia iu-
ris vt ibi scripsi super gl. colligitur. licet ergo, vt prius
dixi, fatear episcopum & archiepiscopum non esse li-
gatos sententia statuti: ex participio tamen, quòd cum
Titio faciunt in crimine damnato, cúm illud sit parti-
cipium criminis & criminosi, dico illos ligatos senten
tia iuris. Nec obstat quòd cauetur sententia ista à suo
statuto, quod patet etiam in excommunicatione maio
ri, & hoc etiam nullus negat. in dubium tamen redu-
cerem, an participans excommunicato in illo primo a-
ctu, per quem excommunicationem incurrit, ex eo li-
getur maiori. de quo scripsi de sententia excommuni-
catio. contingit. & hoc videtur velle Ostien. quòd sic.
per illud, quod post eum scripsi, de loca. c. j super 3. glo.
securius tamen procedit hæc solutio, si dicamus ludú
iteratum, ita quòd cum iam excommunicato luserint,
per præallega decre. nuper. & eo. tit. si concubinæ, ibi
post latam sententiam &c.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia discernuntur voluntate & proposito, & an conscientia peccandi, tamen erronea, faciat quem reum.*

2 *Bigamiæ pœna an puniatur quis propter intentionis affectum, cum opere subsecuto.*

3 *Possessio sæpe habet proprietatis effectum.*

4 *Opinio communis an sit fortior, quàm fictio.*

5 *Opinio cedit veritati.*

6 *Cognoscere volens solutam, si ignorante se cognoscat coniugatam, an teneatur de adulterio, an verò de stupro: & qualiter. & num. 7.*

8 *Adulterium an incurrat ignorans. Et an delictú requirat dolum.*

9 *Rem illicitam facientem sine culpa, ignorantia facti excusat.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO V. SVPER REG.
Cùm quis in ius succedit alterius.

TItius amore virginis, vel solutæ captus, à lena quæ maritum habebat, deceptus fuit: quia seipsam submisit illius loco. Si per maritum illius lenæ de adulterio accusetur: an sit vt adulter puniendus. Hanc quæstionem disputauit Pileus in suis quæstionibus iuridicis. quæst. 23. Et casus iste accidit Ouidio, vt ipse pulchrè refert in lib. de vetula.

Pileus dixit Titium cúm in adulterio non peccauerit, ab accusatione adulterij absoluendum: per l. penult. ff. de adulteri. dicebat tamen eum puniendum, ac si virginem vel viduam cognouisset: per l. cum qui ff. de iniur. § at cum aliquis. vide quod not. C. de repudi. l. vxor. per quam ibi glos. arguit ad primum dictú tit. idem arguitur. 15. quæst. j. illud 34. quæst. 2. in lectú.

¶ Alle-

¶ Allegationes autem Pilei, quæ tangentur super simi-
li quæstione fratris Vberti: qua quærebatur, an cleri-
cus cognoscens mulierem solutam, quæ ab ipso & ab
omnibus conuenienter habebatur pro maritata: vel e-
conuersò maritatam, quæ modo prædicto habebatur
pro soluta, veritate detecta, sit puniendus vt adulter,
pœna iurisdictionis vel synodalis statuti: quo caue-
tur, adulterantem cum alterius vxore, beneficio fore
priuatum. primò probemus vtroque casu illum vt a-
dulterum puniendum. ¶ Et primò de primo inducen-
tur tres rationes, de secundo aliæ tres. in contrarium
inducentur de primo duæ rationes, de secundo aliæ
duæ. & demum aliæ de vtroque. tertiò dabitur solutio
distinguens forum, casus & intentionem delinquẽtis.

PRO PARTE AFFIRMATIVA quòd con
1 ueniri possit. ¶ Ad †primum certum est, quòd male-
ficia discernuntur voluntate & proposito. 15. quæst. 6.
cap. j. in fin. 32. quæst 5 proposito. & c. sicut. de sent ex-
commu. cum voluntate. cum concor. j. gloss. hinc esse,
quòd deficit, vel non fuit voluntas. 50. disti. studeat. 15.
quæst. j § j. & c meritò § ex vtraque. ver. cæcus. 32. quæ-
stio. 4. reuera &c. de pudicitia. cum sequentibus. 14.
quæst 5. mulie &c. si quid. Sic etiam in meritoriis vo-
luntas informat actum. 86. dist. non satis & in prælle.
c. sicut 32 quæst. 5 facit ad vtrunque. 45. dist. duæ sunt.
15 quæst. j non est. concluditur ergo, illum adulterum,
qui coniugatam cognoscere intendebat: alias ex con-
trario sequeretur quòd conscientia peccandi, tamen
erronea, non faceret quem reum: vt in illo, qui propriã
vxorem cognosceret, quàm crederet alienam quod est
falsum. 28. quæst. j. § ex his, de resti. spo. literas de præ-
scrip. ca. fin. bene facit. 22 quæst. 2. homines. in fin. & c.
is autem. qui ver. potius & quæst. 5. § si ergo. post prin.
& supra de iureiur. quanto. ad fi. & quod no 34 quæst.
2 j. in fi summæ. ¶ Secundò sic constat, quòd propter † in-
tentionis affectum, cum opere subsecuto, non verè bi-
gamus punitur pœna bigamiæ. de biga. nuper Et pro-
cedit hoc etiam in eo, qui scire potest se verè non a-
gere, quod agere videtur. vt ibi. fortiùs ergo procedit
in eo, qui verè credit agere, quod alius agere videtur.
iudicetur ergo iste adulter propter affectum & opus,
licet in veritate in numero adulterorum nõ sit: vt not.
27 quæst. j quotquot. facit l eum, qui. C. de adul. cuius
verba habentur in præ. decre. nuper. facit C de fur. l. si
quis seruo, vbi propter intentionem tenetur serui cor
rupti, & furti, qui verè seruum non corrupit, nec fur-
tum fecit. Tertiò probatur idem ex possessione & com
muni opinione. De primo constat, quòd possessio sæ-
pe habet † proprietatis effectum de elect. querelam. de
causa pos. cùm olim. de iure patro. consultationibus.
hic autem erat in possessione matrimonij. iudicabi-
tur ergo vt talis. & sic eam cognoscens, dicetur adul-
ter. ff. de adulter. si vxor. circa princip. ibi: siue iusta, si-
ue iniusta, & § diuus. ibi. neque qualecũque matrimo
nium, neque spem matrimonij violari oportet. ¶ De
secundo, scilicet opinione † communi, dicitur, quòd
4 est fortior, quàm fictio, ratio: quia fictio præsupponit
contrariam veritatem. 75 dist. quòd à patribus 27. quæ-
stio. 5. sunt, qui dicant. communis opinio non: immò
creditur & habetur pro verita. sed fictio sumitur pro
veritate. 50. disti. ferrum. de tempor. or. literas fortius
ergo communis opinio. 3. quæstio. 7. § verum. C. de te-
sta l. j. ponderato ergo initio, quod in delictis ponde-
randum est, ex quo iste & alij putabant illam coniu-
gatam, à principio ille fuit adulter. veritas patefacta
non mutabit naturam matrimonij. j. quæst. j. princi-
patus de elect. dudum. j. ¶ Circa secundum casum
quæstionis probatur: quia qui vxorem alterius cogno
scit, adulter est. Sed iste egit vt inchoatè. ergo adul-
ter. primum patet 35. quæstio. j. § cùm ergo. 32. quæstio.
4. meretrices & quæstio. 7. adulterij ff. de adult. l. stu-
prum. nam quod est plus, cognoscens etiam separatam
à viro per sententiam propter adulterium, adulter est,
32. quæstio j. dixit & si dicas, hic non intendebat. Re-
spon. [illegible] imputari alicui, etiam illud, quòd eueni-
re potuit ex actu illicito propter intentionem agen-
tis, etiam si non euenerit. vnde etiam dicitur sui ho-
micida, qui se alias abscidit, & homicida infantis, qui
illum exposuit: licet homicidia secuta non fuerint,
primum patet 55. distinctio. si quis absciderit. secun-
dum 87. distin. capit vlt. fortiùs ergo imputari debet,
quod verè euenit, licet intentio ad id non fuerit. ¶ Pi-
leus allegabat. ff. ad legem aquiliam. l. scientiam. § si
meum seruum. quem liberum putabas, occideris, lege
aquil. teneberis. & ff. de iniu. eum qui. § si iniuria. & ff.
de verbor. significati. inter stuprum. & satis est, quòd
delinquere voluit, licet aliter. argu. ff. de manu. vindi.
si pater. de iur. & fac. igno l regula. nec mirum, cùm
quandoque solum factum damnatur, etiam si desit no-
cendi voluntas. ff. ad l. aquil. inde Neratius. § si quis
hominem. ff. de pœnit. si quis aliquid. 2. § qui abortio-
nis. Item, de stupro non tenetur: quia illud non com-
misit, licet committere putauerit. ff. de fal. l impube-
rem. § & si ei seruo si ergo de adulterio non puniatur,
remanebit crimen impunitum. quare dicendum est,
cum de adulterio teneri, ff ad l. aquil. item Mela. § Sed
5 si. & l. ita vulneratus. § quod si quis. ¶ Secundò sic p-
batur: ex quo quis rem illicitam facit, omne quod se-
quitur, imputatur: iste ergo illicitam rem egit cogno-
scendo fœminam, quæ vxor sua non erat, 32. quæst. 4.
nemo. ergo intentio vel ignorantia non excusat eum
à culpa quam in veritate commisit. & hoc inducit res
illicita, quam aggressus est, quæ facit etiam imputari
casus fortuitos, qui sunt præter propositum. 15. quæst.
j. § itaque vt. ver. ex vtraque de homic. continebatur.
& c. dilectus. in fi. facit eod. tit. c. fi. lib. 6. Tertiò indu-
citur casus, quòd in vtroque quæstionis casu sit verus
adulter. 32 quæst 4. nemo. & c. meretrices. vbi innuitur
cum omni muliere præter propriam vxor. adulterium
committi. Ad idem. ead. quæst 5. qui viderit. de penul.
dist. j. si cui. scire enim debebat, quod non erat suum,
ad alium pertinere. C. vnde vi. cùm quærebatur 14.
quæst 5 multi. Ex quibus cõcluditur vtroque casu the
matis clericum adulterum iudicandum.

EX ADVERSO In contrarium probatur, cleri-
cum in neutro casu adulterum. De primo sic. non est
adulter verus, nisi qui vxorem alterius cognoscit: sed
iste primam cognoscendo, vxorem alterius non co-
gnouit. ergo &c. major probatur. 35. quæstio. j. § cùm
ergo. cùm inter alias. supra maior præsupponitur in
themate, s. quod detecta veritate, patet illam esse solu-
6 tam. & sic concluditur propositum. tanta † enim est ve
ritatis virtus, quòd opinio contraria sibi cedit. 8. dist.
veritate. & c. qui contempta & c. consuetudo. 81. dist.
quicunque de pe. di. 2. citiùs, sententia ergo super ad-
ulterio teneri non potest: cùm vir in decretum resistat.
de frig. & mal. fraternitatis 29 quæst 2. si quis ingenu-
us. nec mirum, cùm quandoque etiam reuocetur pro-
pterea sententia iam lata: de pur vulg significantibus.
C. de re cred. l. fi. quæ pro veritate accipitur. de re iud.
cùm inter nos ff. de reg. iur. res iudicata. fortius ergo
tollitur illa qualisqualis opin. benè facit. de sent. excõ.
licet. lib. 6. ff. quando actio de pecu. est anna. l. quæsi-
tum. de condit. sine causa. l. si fullo. C. de transact. si ex
falsis. de eo, qui du. im ma. significauit. Secundò indu-
citur regula. in pœnis. eod. titul. cum concor. vt suprà
in pœnali materia, non solùm vbi de veritate constat,
sed etiam vbi dubium est, benigna fiat interpretatio.
& sicut potiùs præsumitur quis nõ deliquisse j. quæst.
7. cap. sancimus. qui sumptus est ex l. sancimus. C. ad
l. Iul. repetund. extrà. de procurat. in nostra. Sic in du-
bio potiùs præsumendus est quis minus deliquisse,
quàm plus: vt minor pœna sequatur. 2. quæsti. 3. § no-
tandum. ff. de poen. si præses. facit 9. distin. sana quip-

pe.50.dist.ponderet.26.quæst.7.alligant. fortiùs igitur cùm de veritate constat, non debet propter præcedentem opinionem aggrauari delictum iudicabitur ergo fornicatio,quæ minor est adulterio. 32. quæst.7. adulterij malum.facit etiam regula,odia hoc eod tit.& l. vulgaris.§.si quis eis. ff.de furtis. quæ est canoniz.de pœn.dist.j & ff.de cri.expi.hered. l. vlti. ¶De secundo
7 casu,s.quòd non fuerit verus adulter, cùm secunda sit,probatur.omnis adul est dolosus, nullus ignorans est dolosus,ergo nullus ignorans est adulter.maior patet,quòd adulterium non committitur sine dolo.ff.de adulte.l.penult.C.de repu.l.l.vxor.in fin.

¶Pileus allegat C.de falsis.l.j.& l.eum qui. C.de iniur.si non conuicij ff.de seruo cor.l.doli.in princ.ponderatur enim affectus,non effectus.de sica.l.diuus.minorem probat lex ff.loca.si ignorãs apertius ff.ad Syl.l.si quis in graui.§. si ignorans. vbi innuitur, quòd in his.quæ dolum requirunt, ignorantia etiam iuris excusat.fortius ergo ignorantia facti,vt in regula, igno.eodem tit.cum concor. Item,vt dicit Pileus, non refert an nullo modo voluerit delinquere,an non taliter ff.de furt.l.verùm.2.& l.qui iniuriæ.concluditur ergo hunc ignorantem factũ,non fuisse dolosum. & sic nec adulterum.argu.22 quæst 4.§.illicitum. vbi iure communi requiritur dolus,ipso deficiente,non committitur delictum.ff.de furt.inter omnes.§.rectè & l.falsus.§.qui alienum.de iniur.l.item apud.§ si quis virgines.per quæ allegat Pileus, quòd etiam de stupro non teneatur. ff. de rebus du. l.3 de qua vide in suf.de offic.delega.cùm super.super penult glo ¶Secundò,pro casu inducitur 15.quæst.j.inebriauerunt vbi ignorantia, quam cùm incidit Loth, propter suam culpam scilicet ebrietatis, eum eximit ab incestu, ex copula filiarum.facit lex ff.de iniu.illud.quæ est can.15. quæst j vbi hoc no.& 33 quæst.5.mulierem suprà. in can.proposito,non est adulterium. facit de sen. excom. si verò.2.& c.in audientia.& de consan.& affin clem.vna.in verbo,scienter.& videtur casus C.de adul.si ea. vbi cessat adulterij crimen in illa,quæ meretricio more se exhibuit.¶Tertiò,ad vtrũque casum sic arguitur:vbi deest rei essentia, vel aliquod essentiale, ibi non potest dici rem esse.sed vtroque casu deficit aliquid esse adulterij:ergo deficit adulterium.maior probatur.j.quæstio.j detrahe.& c.Paulianistæ.de conse.dist.2. cùm omne.de baptismo.debitum.probo minorem.essentia rei cõsistit in materia competenti, & debita forma. materia est mulier materiata,vt sæpius dictum est. sunt forma, decus,voluntas,& propositum quæ sunt forma virtutum & vitiorum.45.dist.duæ sunt.&c. dist.non satis.de
8 pœn.dist 3.ille.ex.vt autem patet ex superioribus, in primo casu deficit materia adulterij: quia mulier erat soluta.in secundo forma:quia non adulterari, sed fornicari volebat. ergo neutro casu iudicabitur vt adulter. ¶Hæc autem maximè procedant. quò ad pœnam statuti, cùm statuta maximè pœnalia sint stricti iuris, & non latè sumenda.ergo ipsorũ pœna casum expressum non excedat.de hoc dixi super regula,pro possessore.sed in primo casu non fuit adulteratus, quia non intendebat.in secundo illa in veritate nõ erat alterius vxor.& sic quò ad pœnam statuti,nullo modo est adulter.Secus,quantum ad forum pœnitentiale, vel æternum iudicem.quo casu iudicatur adul.quia adulterari intendebat.de pœ.dist.j.nunquid. & c.si propterea, de hoc 14.quæst.5.si quid inuenisti. & omnia quæ supra,ponderant intentionem delinquentis.

Quòd si cum ignorantia concurrebat intentio abstinendi, si sciret illam coniugatam, tunc fornicator censetur.ita intelligitur glos.illius.c.illud. si verò concurrebat scientia quæ ignorantiæ est contraria, tunc iudicatur adulter.Facit 34. quæst 4.origo. si quæratur de pœna iudiciali,sumendo strictè adulteriũ pro violatione coniugalis tori.videtur aliquibus illum neutro casu esse adulterum:cùm sibi primo casu suffragetur veritas,in secundo opin.quorum alterum excusat vel attenuat in delictis altero reiecto delicta aggrauat,quasi requiratur ad pœnam illa duo coniunctim: vt præ. l. vulgaris. §. si quis æs. & facit quod. no.14. quæst.5.si quid.& faciunt.ll.inductæ supra parte secũda.ver.2.inducitur,in si & ver.de secundo. ante fin. & hæc opin.est benigna. ¶Sed ipsi fratri Vbert.placuit, cum canones acriter prosequantur hoc crimen, quòd primo casu puniendus sit pœna iuris communis, vt adulter.cùm fuerit ibi culpa,in opere dolus.& intentione, & communis opin.in qualitatem, quæ tria meritò præferuntur voluntati postmodum detectæ,vt.in ca.pauper.cum similibus: vbi verò pœna statuti esset grauior,non punietur illa:si veritas apparet ante sententiam.quia ex sui natura restringibili requiritur, quod sit vxor.cuius stricto nomine non intelligitur putatiua,vt dixi in fine secundæ partis.si tamen post rem iudicatam & non prius veritas appareret: non reuocabitur sententia.de re iudic.inter mona.vt patet ex no.de dona.inter vi.& vxo.plerunque.non ob.decr.significantibus.de purg.vulg.quia ibi fuit lata sentẽtia per probationes reprobatas à iure. C. de transf.si ex falsis. ¶In secundo casu,quia sicut statutum non excedit suũ casum,ita nec illum præterit.& licet verum sit, istum vxorem alterius cognouisse:tamen quia in specie non fuit dolosus,tãtùm in genere videretur ipsum fore adulterum,per prædicta in prima parte.versi.2.sic probatur hoc tamen ipse verum putat,si in habitu matrimoniali mulierem repertam cognouerit,non aduertens nec curans qualis esset,libidinis explendæ causa: tunc enim ex hac intentione communi iudicabitur delictum,secundum rei veritatem & mulieris qualitatem.facit 56.dist.dominus,in histor.de Iuda & Thamar.si autem mulierem notam habens,sciebat eam reputari solutam,& talem esse credebat,nõ dicetur adulter,cùm ad id non sufficiat culpa,sed requiratur dolus:per prædicta supra parte secunda.ver.de secundo. & ver.seq.maximè,si in habitu meretricio erat. & sic loquitur.l.ea,quæ.C.de adult.& decr.si verò.& in audientia.de sen.exc.Prædicta autem intellexit, quando clericus ad illicitum coitum intendebat.Si enim ad licitum,quia cum illa contraxerat:& id poterat,quia in minoribus tantum, neutro casu dicetur adulterium. primo non,quia propriam vxorem cognouit: licet ex falsa credulitate peccauerit vt no 33.quæst.j.in fi.summæ.Secundò non, cùm bona fide contraxerint, & sic non peccauit & sic loquitur de eo,qui dux. in ma.c.j.& c.veniens.34.quæst.2.cùm per bellicam.& c.si virgo.& hoc casu loquitur.C.de repud.l.vxor ff.de adulter.
9 l.pe.excusatur enim qui sine culpa facit rem illicitã, propter facti ignorantiam & sic loquitur l.genero.ff.de his,qui no.infa Per hoc sic specificè distincta,sunt, quæ videbantur contraria,concordata.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia maximè principum semper largè, immo largißimè interpretanda sunt.*
2 *Priuilegio si mihi competit vsus rei, vel iter: num per hoc habeam vsumfructum vel actum.*
3 *Priuilegia ambitiosa minime sunt dilatanda, sed restringenda.*
4 *Priuilegia vniuersitatibus concessa, fauorabiliora sunt, quàm concessa personis.*
5 *Priuilegium an contra concedentem interpretari debeat.*
6 *Prohibitio propter pœnam odiosa, tamen propter sui causam fauorabilis.an extendatur.*
7 *Audire & docere correlatiua. Et an diuersa.nu.10.*
8 *Principale non solùm includit accessorium, sed etiã con-*

connexum accessorio,vel ipsum accessorium.
9 *Scholasticis concesso studij priuilegio, an eis liceat docere.num.13.17.& 18.*
11 *Libere,verbi vis.*
13 *Studium tribus perficitur, Et quomodo illud verbum accipiatur,quidque inferat.num.14.*
15 *Studij,verbi diuersa significatio.*
16 *Doctores & magistri quas habent prærogatiuas & priuilegia,præ scholaribus & studentibus.*
18 *Non licentiati sic legunt,vt potius doceantur,quàm doceant.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO VI. SVPER REG. Cùm quid prohibetur.

AN ex priuilegio huius studii, per quod concessit Papa quibusdam alias prohibitis, quod possunt hic audire ius ciuile, & in eo liberè studere: liceat eis hic in eo iure docere vel doctorari.

Et quia senarius numerus est perfectus, vt suprà
eod. lib. in procemio,nouo quodam ordine disputandi hunc tenebimus modum: ex textu enim thematis
6.verba vel partes assumens,quasi per glossarum forũ
super ipsis arguam pro & cõtra.& erit primum super
verbo,priuilegio: secũdum,super verbo,huius studii:
tertium,super verbo,alias prohibitis: quartum,super
verbo,audire:quintum,super verbo,liberè:sextum,super verbo,studere. post quæ determinabitur dubium.
dabitur consilium & solutio,& contrariis satisfiet.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Et vt experiar an expediat nouellam meam,quæ à decreta. allegationib.sic scribitur, vtar hic algorismo ad primũ,
priuilegio.certum & vulgare,quòd priuilegia † maxi-
3 mè principum semper largè interpretanda,immò largissimè 1.quæst.3.ad fi.11.quæst.2. § qui manumittitur.
de verborum sig. in his,& c.olim.ff.de consti.princip.
l.penult.C.de senten.pas.& restitutio l.vlti.Cum ergo
hic loquimur de interpretatione verborum rei causa
fauorabili,fiat ampla,maximè vt pœna vitetur astutè
interpretantium.C.de legi.l.2.

Exaduersò. Contrà, licet regulariter prædicta sunt
vera,tamen non habent locum. quando priuilegium
datur super re ambitiosa.quòd patet de præben.quanquis supra eo.lib.& de fil presb.c.j.in fi & veniat regula,quæ à iure.cum suis concor.infrà eo.Item licet priuilegia sint fauorabilia,non tamẽ recedimus à verbis
ipsorum.de priuilegiis.porrò.& c.recepimus & supra
2 eo.lib.2.de præben.cui de non. ¶ Pone † ergo quòd pri
uilegium mihi competit vsus rei,vel iter:nunquid per
hoc habebo vsumfructum vel actum:planum est quòd
non:quia à verbis id non portatur. instit.de vsu & ha.
in princip.ff.eod.l 2.instit.de seruit.in princip.immò,
quòd plus est,ipsa verba sæpius restringũtur. quod patet de priuileg.petistis.supra eod.lib & eo.tit.alleg.c.
vt apostolicę.Quare cùm prohibitio sit fauorabilis,vt
3 infrà probabitur,priuilegium alias permissum † ambitiosum,ergo non dilatandum,sed verbum restringendum,vel saltem in significatione propria retinendum:
maximè quia facilius conceditur subesse, quàm præesse.de filiis pres.capit.j.cum si.& quo ad prædicta,vide
quòd scripsi de verbor.significat.olim.super vlti.glos.
Ad secundum patet per hoc verbum thematis, priuilegium non docenti,sed Bon.ciuitati & studio fore concessum Causa ergo concessionis,fuit ipsius studij ampliatio:vt hic patet ex verb.sed & potens.quòd in tantum potest ampliari studium per summi legistę doctrinam,sicut per scholasticam disciplinam,ad quod ridiculosè dicit,ideo in procemio bibliothecæ ad eũ Romam venisse multos nobiles de finibus Hispaniæ &
Galliæ:& quos ad sui contemplationem Roma nõ traxit,illius hominis fama perduxit.vt ergo saluetur causa concessionis, & de docente priuilegium debet in-
4 telligi.ad quod facit.quod priuilegia † vniuersitatib.
concessa fauorabiliora sunt, quàm concessa personis
supra eod.lib.de priuil.ne aliqui.ex alterius ergo persona consequitur studens doctorandi & docendi potentiam, quod ex sua non posset: nec est hoc nouum.
quod patet de iureconsulti authoritate. ff. ad Tertyl.
l.2.§.obiicitur:versic.si sit.C.de natu.lib.authen.licet.
cum similibus.

Exaduersò.Contrà,licet sic ampliari posset, tamen
hæc verba non sonant,vt dictum est suprà ad id,quod
de alterius persona dicitur, respondetur per Doctor.
is,cui.de præben.suprà eo lib. Ad tertium,alias prohibitis. aduertendum est,quòd ipsi prohibiti sunt constitutione canonica: & sic consequenter papæ, fiat ergo
5 † contra ipsum papam lata interpretatio quod optimè
probat decr.cùm dilectus.de consuetudine.& regula.
contra eum.infra eo.tit.cum suis concor.& ff.de pact.
l.veteribus.& quod ibi no Excipere enim potuit à persona:& nil excepit.ad hoc de iure patro.ex literis.& c.
cùm seculum omnia igitur veniant in cõcessione,maximè quia prohibitio est pœnalis,& strictè sit sumẽda.
de pœ.dist.j.pœna.supra eod.lib.de elect.statutũ.ff.de
pœ.interpretatione,infra eo.tit.in pœnis. cũ concor.
6 Exaduersò. Contrà, licet † prohibitio propter pœnam,odiosa sit:tamen propter sui causam est fauorabilis,vt scilicet amplietur theologiæ studium,ne cler.
vel mona.super specula Item,vt meliùs vacent sacris.
31.dist c.j § causa.& 5.c.sequ.de off.archidi. & archipres.c.j.ad id de syn.ca.vno ff de arbitris.non distinguemus.§ sacerdotio hoc igitur odiosum, & fauorabile,nec latè nec strictè interpretemur:sed stemus verbis.ad hoc quod no.de elect.cùm in cunctis. & eo.tit.
ca.pen.supra eod.lib.intelligatur omissum, quod non
fuit expressum.96.dist.ver.nam.cum suis concor. glos.
immo ex aliquorum actuum expressione, reliqua videantur excepta & prohibita, sicut cùm vendo fundũ
expressis aliquibus instrumentis fundi, reliqua videor excepisse ff.de fund.instruct.l. quæsitum. §.idem
respondit. & l cùm de lanionis. §. cui fundum. maximè,quia cùm conceditur prohibito leges audire,causa concessionis videtur vt meliùs intelligat canones;
vt no.tertia dist.c. j. sed experientia docet, quòd magistrum scientiæ nil adiicit:ergo & c.de translat.ca.2.
Ad quartum, audire. Aduertendum est, quòd negari
7 non † posset, quin sub verbo, audire, includatur doctrina. Aut enim ex vi correlatiui: quòd si possum audire, ergo alios docere. si ergo per priuilegium conceditur.quòd in correlatiuis & connexis alteri,vt doceat:ergo & isti,vt audiat.ad hoc 5.dist ad eius.Video
8 enim quòd non solùm principale † includit accessorium,sed etiam connexum accessorio,vel ipsius accessorium. quod probat. de offic. deleg. prudentiam. §.
sexta & §.se.& probatur supra.eod.lib.de præben.ca.
antepen ff.de lib.& post si ita.§.regula.de donat. inter
virum & vxo.ca.2.vbi casus,quos breuitatis causa per
te videas.esset enim absurdum, quòd priuilegiũ meũ
plus tibi,quàm mihi conferret: & quod tibi propter
me competit,fortius.95.distin.illud.Item si mihi conceditur vsus rei, ergo & ipsius factio. quod probatur
supra eod.lib.de sentent.excommunic.quoniam.concesso enim vsu chrismatis, concessa intelligitur eius
factio, vt ibid.sic & concesso vsu iur.ciuilis, & factio
9 doctoratus. s. de doctrina: plus † probatur doctrina
expressè per verbum,docendi, non est talibus prohibita.habemus enim hac in materia verba prolata scilicet, lectio,auditio, & studium. sed præter id, quod
dixi suprà,verba pœnalium strictè sumenda, quòd illud verbum lectionis,ponatur in hac materia pro le-

ctione discipuli, non magistri. Probatur tripliciter.
primò concilium Turon.ne cleric.vel mona non ma-
gnoperè.dicit, quòd illi monachi exhibant ad legen-
das leges, vt possent melius & fidelius tractare nego-
cia monasterij.ad legendam physicam, vt possent cu-
rare monachos infirmos.propter quod patet, quòd lo
quitur de exitu non ad lecturam doctoris, sed discipu
li.Secundò sic cùm concilium prohibendo fuisset v-
sum verbo legendi,Honorius dicit interpretando cõ-
cilium,quòd concilium prohibuit auditum.eo.tit.su-
per Specula.Idem Bonifacius.eo.tit. supra eod.lib.c.j.
Tertiò sic: quia multis iuribus probatur,quòd verbũ
lectionis intelligitur de lectione discipuli.de mag.c.j.
de elect.cùm ex eo.supra eod.lib vtrobique legendi &
proficiendi.36.d.c.fin.ver.discat legendo. Scripturas
aut populum doceat.de æta.& quali.c.fina.ibi.legisse
Donatum.de renun.post translationem: ibi, per exer-
citium lectionis.cùm ex mente concilij, tam ex inter-
pretatione Romanorum pontificum, quàm ex pro-
pria significatione verbi:quia per verbum,legendi.do
ctrina non prohibita est.& sic quæstio plana. Tum ea,
de quibus quæritur, etiam sine priuilegio posset, aut
est prohibita per verbum auditus & studij. & tũc quæ
iure illa verba in prohibitoria & pœnali lege inclu-
dunt magisterium:eo iur.& fortiora illa verba relaxa
toria & generatiua priuilegiũ illud includunt. & su-
blato expresso,sublatum sit tacitum.C.si reus vel ac.l.
fi.& facit quod no.de rescrip.c.j.supra eod.lib.in gl.a.
de cle.coniug.quòd à te maximè,quia cum simul pro-
hibitio manauerit:& hic sint similia & connexa. C.de
male.& ma.l. culpa.vno sublato virtute connexionis,
& reliquum tollitur.de constitut.translato. ¶Contra
10 † planum est, quòd audire & docere sunt diuersa. &
tripliciter probatur. Primò ex diuersitate nominum.
C.de codicil.si idem.de decim.ad audientiam.Secun-
dò,quia diuersis membris actus illi conueniunt.quod
per se patet.ad hoc.j.ad cor.12.& 89.dist.singula. Ter-
tiò,quia iura ponunt hic pro diuersis,vt patet in proœ
mio decre.& suprà eo.lib.in proœmio.de loca.ca.j.de
priui.super Specula.ne cle.vel mo.ca.2.supra eo.lib.&
lex prædicta, culpa. simul ponit illa pro simplicibus.
ergo non sunt idem. Primùm verò superius arg. tolli-
tur.quia per illud sequeretur,quòd cui conceditur au
dire diuina, per consequens concedatur alteri.quòd
si celebret, igitur & ipse celebrare posset. sed planum
est hic diuersa.de priuileg.cap.pen.supra eo.lib. & de
sen.excom.c.si.supra eo.lib.liberè.non dixit simplici-
11 ter,studere sed liberè † studere.verbum debet aliquid
operari.28.quæst.j.sic enim.de diuor.gaudemus.si pa-
pa.de priuil.supra eod.lib.de leg.3.non aliter. prolata
verò significatione huius verbi,facit de præb.de mul-
ta.& c.licet.in tua.de re permut.supra eo. lib.de proc.
qui ad agendum.in fin.supra eod.lib.ff. de procurat.l.
procurator cui.liberè potest transigere, habens libe-
ram,quod alias non posset.Item,quod parte debiti so
luta,non est liberatum pignus:sed tunc cum totũ fue-
rat solutum.ff.de distract.pig.l.quæsitum.& l.quãdiu.
C.eo.tit.nec pro parte faciens ad quod est obligatus.
ff.de verb.obl.in executione.§.pen.& de hoc de pœn.
suam.sed nec per cõcessionem partis studij diceretur
liberum studium concessum. Ad idem de restit.spol.
Pisanis.nec dicitur liber ad ordines, in quo seruitium
aliquod retinetur.54.dist quicunque.

EXADVERSO.Contrà tollitur argumẽtatio ex hoc
verbo,per canon.21.quæst j relatio.de re.ec.non ali.vt
supra in fin.de secun.nup.c.fin de offi.vicarij. cùm in
generali.supra eo.lib.ff.de don.filius.C.de inoff.test.si
quando.in prin.per quæ iura patet, verbum liberè nil
vel parum operari.Item docet experientia.quòd sæpe
ponitur in literis ad ornatum rhetoricum.Ad sextum,
12 studere,studium ex tribus vt partibus perficitur. vide
in epist.ad Tit.quod attende, ex lectione, exhortatio-
ne,& doctrina.16.dist.c.j.sed sicut,verbum statuo. de-
bet designare rem perfectam & consummatã. de pœ.
dist.j.hæc autem verba.ff.quod quisque iur.l.j. ita ver
bum,studere,habet designare studium perfectũ:quod
perficitur in vltimo actu doctrinæ,non inchoatiuum
vel mediatum tantùm.plus canon aut textus probare
videtur,quòd appellatione studij includatur doctri-
na.26 quæst.5.aliquanti.vt ibi patet ex princ.& fine.ad
idem.C.lib.10.de excus.art.l.vlti.in fin.ibi,studium do
cendi atque discendi.& decre.2.de priuil. supra eod.
maximè,cùm studens doceat,docens studeat,& discat
docendo:vt l.j.dicto tit.de excusat.artific. vbi de hoc.
Item papa, qui est vicarius Christi, qui non nouit o-
pus imperfectum, non debet intelligi fuisse locutus
de studio imperfecto. de bap.maiores, & circa hoc
adde quod dixi supra.regula.cum prior.in quæstione
posteriori in parte secunda.Item, nec videtur aliquid
13 † pro parte facere.de con.dist.2.comperimus.ff.de pro
cur.in causæ.pro derelict.l.vlt.de transact.l.cum a.da-
to etiam,quòd appella.studij.altera pars tantùm intel
ligeretur:per partem tamen dicemus totum esse con-
cessum.14.quæstio.5.pœnale.32.quæst.4 meretrices.de
pœn.di.j.vulgaris.baptizatur enim quis parte corpo-
ris tacta.de con.di.4.nec quenquam.& ca.propriè.vbi
de hoc.sic per partem totum possideo.ff. de acquiren.
poss.possideri.§ j.& faciunt iura,quæ probant de mã-
da.mandatum esse connexum. ff.de procurat.ad lega-
tum & l.[illegible] rem mobilem & mand.l. vltim.de elect.in
causis cum si. Ex quo enim sentit onus discendi, ha-
beat honorem docendi.infra,eod.titu.qui sentit onus
cum concor. & qui ponit principium,ponat finem.de
cons.dist.j.nullus episcopus.de renun.c.j. cum cõcor.
sicut iudex de qua re cognouit,pronunciat.ff.de iudi.
de qua re.de causa poss. cum super.nam sicut excom-
municatus appellat:ita prosequitur & finit appellatio-
nis causam. de except. cùm inter priorem. nam sicut
mihi legitimat & habilitat naturalem etiam ad præla-
turã,qui si sint le.per venerabilem.vbi de hoc. sic pri-
uilegium legitimat & habilitat istum, & quò ad ma-
gisterium.& fit simile,quod dicitur de minore pube-
re,quem ad iuramentum habilitat per authent.sacra-
menta.C.si aduer.ven.

EXADVERSO.Contra, istud respicit auditũ:
14 quod probat † textus literæ decre.super spe.ne cle.vel
monachi.vbi præmittitur de audientibus,postea sub-
mittens,quod episcopi in quorum diœcesi studẽt &c.
probatur idem de magistr.super Specula.vbi studen-
tes & docentes,ponit textus vt diuersa. ad idẽ de præ-
sumption.ex studiis.coniuncto illo verbo,studere, cũ
eo,quod sequitur.auditioni sapientum &c.de tali stu-
dio scholastico loquitur de electio.bonæ.2.& c.inno-
tuit.de procu.dilectus.de cleric.non resi.tuæ.de offic.
dele.consultationibus.de rescri.c.si.supra eo.lib.C.fa.
erciscund.ea,quæ.& si dicas secundum id hic nil ope-
rari, tamen de auditu iam dictum esse in priuilegio:
respondetur,quod ex huius verbi virtute priuilegia-
tus etiã principale studiũ iuris ciuilis facere poterit,
nõ audiendo.& hic audit hoc verbũ studere.fateor [illegible]
15 men,ꝙ studiũ † interdum habet de natura alios actus.
præter meditationem literalis scientiæ: iudici ingẽti
studio cauendum est, ne aliqua domus pereat.eccle.
44.dist.pulchritudi. studiũ habens 86.dist.fratrẽ.ibi.
studeat de manu fructificare.de pac.c.3.studiose agen
dum est.&c.de præscrip.vigilanti studio cauendũ est.
&c.ff de dona.inter virũ & vxo.l.2.ibi,studium filios
educandi.præterea video,quod interdum licet alicui
studere,& discere:sed non docere, vt fœminæ.ad Ti-
tum 2.23.dist.mulier.33 quæst.5 mulierem.de con.dist.
4.mulier.ibi dicit, quamuis docta docere non præsu-
mat.ponit studium & disciplinam per verbum,docta:
& tamen vocat doctrinam,nec mirum in his,cum plus
16 † habeat doctor,quàm studẽs honoris & prærogatiuæ
quod

quod patet. habet enim ordinariam: per authenti. habita. signatam. C. ne fil. pro pa. habet immunitaté munerum. Cod. de profes. & med. medicos. l. 10. & mercedé laboris: vt ibi quod dic, vt notatur 37. dist. c. de quibusdam. de magistris. cap pe. consequitur ex tempore commutatum. C. li. 12. de profes. qui in vrbe con. l. vna. Est de doctorum collegio, & admittitur ad magistralia. de constit. ex literis. adhibetur ei fides. j. ad Timot. 2. veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate: vt 16. quæst. j. sic viue. & c. seq 96. distin. quis dubitet. 6. quæst. j. sacerdotes & c. oues. 7. quæst j. hoc nequaquam. 8. q. j. qualis. honorabilius sedet secund. q. 7. §. de his. C. de tyronib. l. fin. libr. 12. ipsorum ordo in ecclesia præcipuus est. de hered. cum ex iniuncto. habet immunitatem canonis. quod dic vt de sen. ex cap. j. & c. cum voluntate. in fin. Ex quibus patet doctoratum maius esse. illud igitur non veniet concesso minori, scilicet, auditu & studio. facit quod notatur in regula: cui licet. eo. ti. alias sequeretur, quia ex quo permissum esset studere in iure. ciuili, esset etiam in eo iure & foro patrocinari. quod est falsum. de postul. capitu. j. & vlt. in huius §. igitur. obscura & ambigua prolatione sumamus, quod est minimum. infra. eo. tit. in obscuris. cum concor. ad hanc partem faciant C. de stu. li. vr. Ro. l. j. libr. xj. & videas quandoque sacerdotem habilem ad alia, non ad altaris ministerium. de corp. vit. significauit per hec superius allegata, pro prima parte, concluditur, hunc prohibitú doctorari posse & docere Bon. per allegata vero pro secunda parte cóncluditur contrariú, scilicet eum hic nec doctorari posse, nec docere.

SOLVTIO Circa solutionem quæstionis est aduertendum quod de scholastica lectura, quam facit
17 scholaris ad studium † suum tantum: non puto dubitari, quin illa possit vti is, de quo quæritur: cósiderata sui
18 causa. & videmus non † licentiatos sic legere, vt potius doceantur, quam doceant. & est quædam assuefactio. ad hoc. j. quæst. j. dedit baptismum. 37. dist. qui de mensa. ff. ad l. Aq. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. Circa doctoratus vero officium, honoré cathedræ & doctoralem doctrinam non est assuefactio, sed factum. per iura & rationes, supra. pro hac parte inductas. consulo quod ab his abstineat. & quia multis videtur, quod mens concedentis priuilegium, ad illa se non extenderet: & quia secundum interpretationem Ost. ne cle. vel mona super specula. per lectionis verbú doctrina prohibetur. quam gloss. videre poteris in nouella. ver. ampliari. ad fi. vnde pro solutione dari posset, quod hic, cum de iuribus verborum papalis priuilegij dubitetur, recurrendum sit ad papam, de iudiciis cum venissent. vt ipse interpretetur: qui dedit: vt ibi. vtilis enim & forte necessaria in hoc casu esset declaratio. Post factum vero si contigisset illum iam doctorasse & docuisse, nec infra duorum mensium spatium destitisse, vt procedat dubitatio, puto eum non incidisse in pœnos concilij & constitutionis Honor. principaliter propter id quod. supra dixi, super ver. audire. vbi plus probo. & per hanc regulam à contrario, vt permissis auditu & studio, per quæ acquiritur scientia, permissa dicantur, quæ ex his sequuntur, scilicet doctoratus officium & doctrina. hoc audito, quod licet conciliú quod de monacho loquitur, vtatur verbo lectionis. decre. cum super Spec. quæ loquitur de istis secularibus, illud verbum non potuit: nec esset absurdum inter eos in hoc, quod ibi scripserat, aliud esse diuisum: sicut est in alio, quod ibi scripsi super ver. destituerit.

¶ Ad hanc solutionem satisfacit ipsa forma priuilegij, in cuius exordio fit mentio de magistris & secularibus, & ipsorú vniuersitate: & postea in narratis submittit, quod vult ipsam vniuersitatem præmunire dono beneuolentiæ specialis, & cætera. hoc modo soluédi, quæstio distinguitur ante factum: & post conuenit, de iureiu. verum. quod scripsi. de iudi. significauerunt. super j. gl. quicunque.

RESPONSIONES ad contraria. Contraria vero per prædictam solutionem reputo soluta: nam locum haberent, quando expresse prohibita esset doctrina: vt tunc ad id ambitiosum priuilegium non trahatur: sed verbis stetur vt pro hac parte allegatum est. ¶ Primo non obst. quod per alium competat, vt allegatum est. Secúdo, & tunc nó expressum censetur obmissum, vel vno expresso, alterum exceptum, vt allegatum est. Tertio, cum actus essent diuersi, & per se principales, vt allegatum est. Quinto per id quod pro hac parte allegatum. Sexto, s. quod studij, verbum designat auditum, alteri membro solutionis concordat: vt infra dicam, per illud etiam tacite doctrinam non esse prohibitá. & sic de iure communi etiam sine priuilegio posset doctorari, & docere, vt prædixi. & sic etiam soluitur, quod esset dictum de patrocinando in foro ciuili, s. quod illud est huic dissimile: quia prohibitum expresse, per iura ibi allegata: quia prohibitum remaneat, cú hic nó sit permissum. ¶ Ad decr. significauit. dico. quod nisi expressisset, vetaretúr redire ad sacerdotis officium, qui prohibitus est exercere etiam altaris ministerium: sic nec hic doceret, si expresse fuisset vetitum. ad id quod dicitur, quod doctoratus est quid maius. non negatur dico quod ex quo venit ex vi taciti, vel connexi, de ipsius maioritate non est curandum, ad instar eius, quod de curata ecclesia dicitur, quæ est connexa præbendæ. supra eod. lib. de præbend. super eod. de muliere vero dico, quod est expresse prohibita. & sic concordare ad regulá, in obscuris. dico, quod hic nulla est obscuritas.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in causa quam procurat, testis esse non potest. & nume. 5. Et quid iuris, in causa appellationis. nume. 2.*

3 *Testes & instrumenta parem vim obtinent in litibus exercendis.*

4 *Postulare quid.*

6 *Aduocatus qui fuit in vna causa, an in eadem possit esse iudex.*

7 *Periculum vbi maius est, ibi plenius consulendum.*

8 *Prælatus cum sit procurator ecclesiæ, an in eius causa alio causam agente, iustificari possit. Et quid de procuratore in causa domini, ibidem, & num. 9. vbi quis procurator.*

10 *Procuratoris voci mortua an credatur.*

11 *Argumenta, de tanquam.*

12 *Probationum copia non est arctanda.*

13 *Tabellio in numero septem testium computatur.*

14 *Legatum si quis adscribat extraneo, quem postea etiam viuente testatore, per adoptioné vel alio modo habuit in potestate, tenet legatum.*

15 *Notarius procurator in iudicio instrumentum producens sua manu scriptum, super iure suo probando: an fidem faciat. & num. 7. 11.*

16 *Iudicis officium est, cuncta rimari, & veritatem inquirere. Et quale illud sit circa notarium procuratorem suspectum, edentem instrumentum sua manu confectum.*

18 *Suspicio minor repellit iudicantem, quam testem. Et quæ eius sit ratio, remissiue. num. 19.*

20 *Studium vbi viget, ibi lucet veritas.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO VII. SVPER REG. Cum quid vna.

NOTARIVS procurator meus ad probandum de iure meo, in iudiciũ produxit instrumentum sua manu scriptum: quæritur, an faciat fidem.

Rationes ad negatiuam consistunt in suspicione officij, propter quam nec testis nec Iudex, qui tamen minus lædunt, esse posset secundo in contrarium inducitur glos. quæ quatuor rationibus, & oppositione simili adiuuatur. subdam demum quinque rationes. Tertio datur solutio, distinguens & instruens, & contrariis iudi respondens.

PRO PARTE NEGATIVA. Primo ergo probatur, quod instrumentum fidem non faciat. Cer-
1 tum est, quod procurator † non potest esse testis in cau
sa, quam procurat. extr. de testib. insuper. immo nec in
2 causa † appel.. potest esse testis: qui fuit procurator in
principali, supra de testib. Romana. eod. lib. Cum er-
3 go in exercendis litibus parem vim obtineant † testes
& instrumenta. de fid. instru. cum Ioannes. C. eod. titu.
in exercendis. dicemus, quo iure repellitur à testimo-
nio, eo iure suspicionis eiusdem, instrumentum per
eum confectum in causa, quam procurat, fidem non
facere. cum etiam lex vlti. ff. de testi. aperte prohibeat
patronos, quantum in causis ipsis, testimonium dice-
4 re. sed constat, quod postulare † est desiderium suum
vel amici sui in iudicio apud eum, qui iurisdictioni
præest, proponere, vel alterius desiderio contradicere.
ff. de postul. l. j. in princ. 3. quæst. 7. §. est autem postula-
re. Patet ergo, quod tales procurato. postulant, & cau-
5 sis † patrocinantur. ergo à testimonio repellentur. da-
to etiam quod sequens pars legis ipsius, in d. l. vlt. quæ
de executoribus loquitur, ad procuratorem non ex-
tendatur. vt ibi dicitur tenere glo. quæ tamen alibi di-
cit contrarium: scilicet ff. de iur. fisci. l. deferre. §. item
decreuerunt. quæ gl. videtur minor. vel dicatur, quod
gloss. l. vltim. de testib. loquatur in procur. qui testifi-
cari vult in causa, quam non procurat, vt solent dicere
domini legum. & probatur per ea, quæ notant Innoc.
& Moder. in præ. decr. insuper. de testi. cum igitur va-
lidior sit vox viua quam mortua: in authent. de instru.
cau. & fin. § si vero tale aliquid. coll 6. & vox eius viua
repelleretur, vt supra probatum est. ergo multo magis
hic mortua: cum scriptura recipi non debeat, cuius au
thor repelleretur. de hereti. fraternitatis. 3. q. 4. nullus.
16. dist. c. j ne vna via cõcedatur, quod alia via prohibetur
contra istam regulã, cũ quid. maxime, si per hanc plus
fidei consequatur: & enim vox sua non faceret, nisi se-
miplenam & dimidiam probationem, & instrumentũ
sufficintem & plenam probationem faciat. ergo esset
absurdum, eũ plenam probationem facere semipleuã
vt est probatum.

6 ¶ Præterea videmus, quod si is † qui fuit aduoca-
tus, fiat iudex illius causæ, in qua postulabat, recusatio
nis remedio impeditur in illa causa iudicare. ff. de iu-
re. omn. iur. l. prætor sed si non iudicat, multo minus
probabit: maius enim periculum in probante, quam
in iudicante. secundum ea, quæ notauit Vinc. de cler.
exc. si celebrat. nam grauamen iudicis inique iudican
tis, releuari potest à proximis remedio: quod remediũ
circa probationes non est proditum. cum igitur sit
7 † hoc maius periculum, plenius consulendum est. su-
prà eodem libr. de ele. vbi periculum. in princip. cum
suis concor. Item cum reliqua genera probationũ de-
negantur, istud genus, vel hęc species probationis, s.
per instrumentum, non debet concedi. ad hoc 95. dist.
illud superfluum. sed si probare non potest procura.
per suum testimonium, vt probatum est, nec per suam
confessionem, nec per iusiur. nisi forte fuisset debito
modo delatum. ergo nec hanc speciem probationis
inducere poterit: maxime, quia istud officium vide-
tur facere causam propriam, ad hoc. ff. de iur. fisc. l. fi-
scus. 2. in fin. & habent hæc locum maxime in procur.
qui contestatus esset litem, qui per contestationem,
vel sal em instantiæ factus est dominus. de procurat.
capit j. 2 Respon. & c. 2. supra eod. li. cum suis concor.
& in procur. qui satisdedit iud. sol. Ad hoc quod not.
ff. de procur. non solum in princi. sed multo magis in
procur. qui participaret vtilitati ex victoria causæ: pu
ta quia sibi certum quid pro palmario deberetur. ad
similitudinem eius, quod de aduocato dicitur ff. de
va. & extraord. cogni. l. j & si nomine diuersa essent, ta
men ob affinitatem sunt valde suspecta ista duo offi-
cia 4. q. 4. c. j. cum si. bene facit pro hac parte, quod notat
Ost. de prob. quoniam contra fal. ad fi. j. col. vbi no. quod
si notario actori iudex committit receptionem testiũ,
quod de hac commissione per alium notarium, non
per ipsum debet confici instrumentum. ¶ Ex qui-
bus breuiter concluditur, instrumentum fidem non
facere.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quod
vero fidem faciat, sic probatur: Primo inducitur supra
dicta gloss. ex l. vti. ff. de testib. quæ dicit procur. testi-
ficari posse. pro gl. facit tex. præal. ff. de iur. fis. deferre.
§. item decreuerunt. quæ glossa. in talibus rationibus
8 corroboratur à parte. Certum est, quod prælatus † di-
citur procur. ecclesiæ. de donation. ca. 2. de elect. cum
nobis olim. in fi cum si & tamen ipse prælatus in cau
sa ecclesiæ alio causam agente, testificari potest. quod
clare probatur ex prædicta dec. insuper. de testib. & ex
ipsius superscriptione, vt etiam ibi notant moderni.
Patet ergo procura. in causa domini testificari posse.
probatur & aliter. illa dicitur alicuius propria causa,
cuius causæ damnum vel emolumentum ad eum suo
nomine pertinet. 2. q. 6. biduum. ver. palam. ff. quando
ap. sit. prim. §. in propria. Istius ergo causæ damnũ &
emolumentum suo nomine ad procur. non pertinet.
ergo in testimonio suspectus esse nõ debet. Patet hoc
ex descriptione procur. quæ habetur ff. de procur. l. j.
9 quia † procurator est, qui mandato domini aliena ne-
gocia in iudicio administrat. si aliena, ergo non sunt
propria. & sic nulla in eo videtur esse suspicio. hinc
est, quod libertus non potest proprio nomine vocare
patronum in ius & vocans nomine alieno, non inci-
dit in edictum. ff. de in ius vocan. quæsitum. Idem vi-
deo, quòd plus participat canonicus vtilitati causæ,
quoniam intentat pro ecclesia, quam participet pro-
cur. vtilitati causæ quam intentat pro domino. sed i-
ste non repellitur à testimonio, ergo nec iste. primum
probatur in præ. dec. insuper. de testi. eod. tit. cũ nun
cius, & vide quod ibi dixi super j. glos. de iureiurã. &
si Christus. 14. quæs. 2. super prudentia. quod dictum
est de canonico, in legatario repetitur. quod proba-
tur insti. de test. §. legatariis. cum si. per quæ videtur.
glos. illa defendi, vt dicamus etiam procuratoré pro
domino testificari posse, & sic etiam instrumentũ per
eum ratione publici officij sui confectum, fidem fa-
cere de lite. Et pro hoc dicto bene facit, quod no. Inn.
& Ost. de transac. ex literis. Gul. in Spe. tit. de teste. §.
j. versi. quid si aduocatus. vbi notant instrumentum
in iudicio fidem facere: licet aduocatus causæ sit scri
ptus testis in ipso instrumento: qui tamen alias verba
le testimonium ferre non potest, vt est. supra proba-
10 tum. ¶ Secundò potest dici, quod etiam † concesso, quod
non credatur viuæ voci vel testimonio ipsius procu-
ra. tamen huic mortuæ quæ scripto deponit, credi de
bet, ad instar eius, quod de episcopo dicimus, cuius vi
uæ voci non creditur. 6. quæ. secund. si tantum. & ca.
episcopus. & tamen creditur literæ suo sigillo sigilla-
tæ. vnde si coram ipso opponeretur excommunicatio
contra actorem, quæ probaretur per literam ipsius e-
piscopi, ita quòd ipse idem esset iudicans & probans,
secun-

secundum ea, quæ plene not. de proba. post cessionem.
23.q.3.curæ.ad idem, de fide instru.c.2 supra eo. lib. de
sent.excom.cum medicinalis.de offi or.si canonici nã
& pronunciat iudex an sua sit iurisdictio: & de veri-
tate precum.ff de iud.si quis ex aliena.& de rescri.su-
per literis.in fi.
11 ¶Tertio ad quæstionem etiam pro hac †faciunt argu
menta de tãquam, quo quis interdũ aliud agit tanquã
alius.de elect.cum inter.l.3 de conces.præ. postulatis.
propter quod admittitur aliquid vel suspectum supra
eo.lib.de ap.c.pe.vbi idem est, ad quod & à quo appel
latur.ad idem.23.q 4 si ecclesia in fi.ff.de inoffi.test.fi-
lius.ff.de post l j.§ casum.3.q 7.§.arcentur.ver.si con-
tra patrem C.de admi. tu cum quædam. Igitur cum
instrumentum confecerit tanquam seruus publicus,
tanquã procu. idem producere poterit, ac si per aliud
ius confectum fuisset.
12 ¶Quarto †facit, quod aliud dicendo, iam contra
dispositionem iur. probationum copiam arctaremus:
contra id 14 quæstio 2.quanquam.vt lite non contesta.
quoniam.Codic.de heretic.l.pen. Etenim forte aliter
de veritate contractus fides fieri non posset. nam pro
pter id videmus illum ad probationem recipi, contra
quem longe maior est suspicio, quam contra procur.
vt est in can.decre.cum dilecti.de elec. licet enim hi
qui in scrutinio deposuerunt nomen suum, in publica
tione scrutinij dicant se non deposuisse de illo, de quo
referunt scrutatores, magis ex hoc contra ipsos scru-
tatores insurgit suspicio de falsitate & tamẽ dicto eo
rum super hoc statur, quod propter secretũ scrutiniũ
aliter fides non posset haberi: vt ibi. Ad idẽ de acc cũ
dilecti.& est simile: quod no. doctores de testibus, qui,
dum publicarentur attestationes, dicunt se aliter depo
suisse, quã notarius scripserit: dicunt enim Inn.& Ost.
de fide instr.cum Io.Gul.in Spe.de fide instru §.restat.
ver si.quid si dicant.ꝙ credetur scripturæ tabellionis.
multum tamẽ, vt dicunt, debet iudex considerare ipsi-
us tabellionis conditionem.& hoc bene facit ad quæ
stionem. Sic igitur dicemus idem de huius publico of
ficio ꝙ gerebat iste proc. præsumi pro eo, ꝙ omnia ve-
re scripserit. de præscr. ad audientiam. Non enim sequi
tur, si proc. ergo suspectus. quia de facto videmus sæ-
pissime legalissimos reperiri & dato, ꝙ ex quo procur.
fuit, dicatur eum in dicta causa, quam procurat, instru
mentum non posse conficere: tamẽ instrumentũ prius
confectum, propter hunc superuenientem casum, non
debet minus validũ reputari. ad hoc in auth. de tab. in
ver. ipsis tamẽ documẽtis &c. col. 4. vbi de hoc. & etiã
veniat ad hoc. eo. ti. factum legitime: cum suis exẽplis.
13 ¶Quinto bene †facit ad quæstionem, quod dicimus
tabellionem in numero 7. testium computari. ff. de te-
sta. Domitius Labeo & Cod. qui tes. fa. hac consultis-
sima. ¶Sexto pro hac parte bene facit. l. ff ad le. Corn.
14 de fal. de eo. in fi. Certum †est enim, neminem sibi scri
bere posse, vel ei, in cuius est potestate vel ei, cum quo
in eiusdem est potestate: vel ei, quem habet in pote-
state. ff. eod. titulo. si quis legatum. & l. impuberem. &
quasi per totum. C. de his, qui si. in te. adscr. per totum.
tamẽ si quis adscribat legatum extraneo, quem postea
etiam viuente testatore per adoptionem vel alio mo
do habuit in potestate. tenet legatum, & cessat. l. Cor.
de fal. & senatusconsultum Libonianum. vt in præ. l.
de eo. in fi. ad idem. ff. de re mi. l. milites. per quod di-
xerunt domini legum, quod si scripsi instrumentũ su-
per aliquo contractu, pro aliquo. cuius postea factus
sum heres, quod ex illo instrumento licet propria ma
nu scripto, agere potero. multo magis igitur in proc.
qui non sic participat vtilitati, vt est dictum. Ad idem
in eo, quod filius adscribere potest matri & patri, in
cuius potestate non est frater, si iste & frater non sunt
in eiusdem potestate. de matre dixi, quia filius in eius
potestate non est. ff. de suis & le. l. nulla. insti. de adop.
§. fœminæ extr. de conuer. in fi. c. fi. probantur prædi-
cta. ff. ad le. Cor de fal. si pater. & maritus vxori. eo. ti.
l. vxor. in prin. tamen cuilibet patet, ꝙ longe magis par
ticipat vtilitati ipse filius, vel frater, vel maritus. nam
in vita vtilitatem etiam plurimam consequuntur: &
habent speciem successionis. quod non est in procur.
15 quo ad dominum: quare ipsius igitur procu. †notarij
instrumentum, qui non sic vtilitati participat, valere
non debeat, non apparet: cũ in prædictis personis etiã
sit maior affectio, & maior vtilitatis participatio, vt
prædixi. Tollitur illa argumentatio, quia dicitur eum
suspectum ratione officij, quia non per hoc sequitur
instrumentum ab eo confectum non valere. ad idem
bene facit prædicta l. vxor. l. 2 respon. vbi scribens te-
stamentum, scripsit se testamentarium tutorem filij te
statoris. si tamen idoneus est, ex decreto iudicis tutor
datur, licet suspectus ex affectione officij præsumatur:
sicut igitur illa suspicio non impedit illum tutorẽ da
ri, ita nec talis suspicio officij impediet fidem instru-
menti, nisi de falsitate aliter doceatur.

SOLVTIO Ex quibus restat conclusio, quæ sit &
solutio quæstionis, saluo semper meliori iudicio, ꝙ ta
li instrumẽto, nisi alias redarguatur de falso, fides de
beat adhiberi: si ex sui forma ante litem motã & su-
sceptum procurationis officium apparet fuisse confe
ctum. & idem puto, si postquã idem procu. illud instru
mentum ex necessitate officij confecisset, vel cum do
minus non nominatim, sed quasi quilibet alius vtilita
tem ex instrumẽto consequitur. Exemplũ de necessita
te officij, vt quia procur. in ius vocatus episcopi vel
cõmunis, vel ad vectigal, scripsit me soluisse, vel aliud
simile. Exemplum de secundo, vt si instrumentum con
tineat pactum inter duas vniuersitates, vel quod qui-
libet attulerit vinum, pro corbe habeat tãtum, vel his
similia. facit 3.q.7 §. tria. ver. si cõtra patrẽ ff de posth.
l. fi. C de admi. tut. cum quędam. cum concor. ff. de in-
offi. test. aduersus. §. j. ad idem. insti. de fideic. hęredi.
§. sed quia. de pręscrip. ad audientiã. dico tamẽ, quod
16 iudex †quem oportet cuncta rimari, si videat istũ no-
tabilem procur. alias suspectũ vel non bonæ famę, sua
sublimitate veritatem inquiret, vocando ad se testes
inscriptos, vel alterum ex ipsis, & si expediet, faciat si
bi monstrari, quales sint termini rogationum, vel ab-
breuiaturas. & videat an sit ibi scripta, & debito loco.
ad hoc 20. q. 5. iudicantem. de renun. ca. in pręsentia.
in prin. ff. de test. l. 2.

RESPOSIONES AD CONTRARIA. Ad
contraria, quæ principaliter fundantur in his ꝙ non
potest esse testis nec iudex. & quòd ea ratione est su-
spectus: Respondetur, ꝙ procu. producens instrumen
17 tum, †quod prius confecerat, non testificatur, vt nũc
post susceptũ officiũ, sed vt tunc ante susceptũ. Sicut
ergo producendo prioris iudicij acta: posset produce
re suam propriã attestationem, cum non sit prohibi-
tũ. sic & poterit producere instrumentũ prius confe-
ctum. Nec obst. ꝙ remedio recusationis repellitur.
iudicãdo: quia licet maius pręiudiciũ sit in teste, quã
in iudice, vt est dictum ante, longe tamen minor su-
18 spicio †repellit iudicantẽ, quã testẽ. extr. de of. deleg.
19 cum olim. 2. de ap. postremo. cum si. huius †ratio not.
vt lit. non conte. c. 2. 3. q. 5. accusatores. vnde & pro-
pter testimoniũ remouetur: iudex vero econtra. de te
sti. dilecto. ad id quod de suspiciõe dicitur, est iam re-
sponsum. quia suspicio est: sed nõ talis, quæ impediat:
cũ nec multo maior impediat, vt probatũ est: alias se-
queretur, ꝙ nõ faceret etiã fidẽ instrumẽtũ à notario
multũ amico confectũ. Et si qualitas personæ suade-
bit, iudex inuestigationẽ faciet. de qua dixi. ad hoc. ff.
de q. l. j. §. qui quæstionẽ. & quod no. 3. q. 5. c. 2. de accu.
cum oporteat. Pręterea ei, cõtra quẽ producitur, non
deesse remediũ redarguẽdi, de falso ducere vel indu-
cere secũdũ formã: de testi. ex tenore. C. de cõtrah. &

commit.stip.optimam.Et si dicas,forte talis est casus, in quo ducere vel inducere de falsitate.docere non poterit. Tolle instantiam,quid faceret eo casu, si tale instrumentum ab alio fuisset confectum,vel ab alio procurante producitur.officium igitur publicum & præsumptiones,quæ sunt pro ratione officij in instrumento,quod non reprobatur,fidem faciant adhiberi. Ore locutus sum & manibus perfeci.in respon.8.admirari non cessas, quod omnium antiquorum sapientia perquisita Ecclesiastici 39. hanc quæstionem tam visitatã per aliquem iur.doctorem tactam inuenire non potui:
20 sed quia vbi viget †studium,ibi lucet veritas, iuxta illud Exod.10 Vbicunque habitabant filij Israel,ibi lux erat.Quod minus bene dixissem, patrum & sociorum eius feudij correctioni submitto:vt iuxta ꝗ legitur Ecclesiastici 34 qui plura didicit,intellectum enarret.Io. Andr.

SVMMARIVM.

1
2 *Ratio vbi eadem,eadem quoque prohibitio erit.*
Licentiam non sufficit petere regulariter.nisi obtineatur.
3 *Lex spiritus,dicitur priuata,vt consuetudo ecclesiastica specialis loci:& non tollitur per communem posteriorem,& an id procedat.nu.9.& 16.*
4 *Negocio ad Papam delato,necessario ipsius iudiciũ expectandum est.*
5 *Religio an sit de necessitate salutis.*
6 *Religiones Papa solus approbat,approbatas tollit,circa istas determinatiões facit,& professiones impedit.nu.7.*
8 *Papam ex delicto notare non licet.*
10 *Exemptus non videtur ex iuribus immediatæ subiectionis fortius adstrictus Papæ,quam monachus Abbati,seruus domino,filius patri,coniunx coniugi,iurans cui iurauit,vouens vel pœnitens ipsi Deo.*
11 *Scienti & tacenti si nihil deperit,pro consentiẽte habetur.*
12 *Matrimonium carnale in eo qui non professus,aut in sacris non est,per subiectionis vinculum non impeditur.Et an spirituale impediat.*
13 *Religionis professio an fieri possit in manibus cuiuscũque vel solum illius,qui possit ordini incorporare.*
14 *Prælatus obligatur per professionem religionis,quo ad se,& per illam saltem ex simplici voto tenetur.*
15 *Prælatus de quocunque petijt licentiam,si per Papã fuit denegata,ad religionem transire non potest,nec prælaturam dimittere. Et quid,ea non denegata,licet nec data.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO VIII. SVPER REG.
Cum non stat per eum.

PRAELATVS regularis vel secularis,non episcopus, tamen exemptus, petita,sed non obtenta licentia Papæ vel legati de latere:an possit sanctioris vitæ profiteri religionem,vel saltem,si religiosus est,profiteri strictiorem.

Et primo ad negatiuam inducuntur 4.diffinitiones & coniunctim. Secundo totidem ad affirmatiuam. & præmissis quatuor euidentibus datur solutio, distinguens,& ad contraria respondetur.

PRO PARTE NEGATIVA.Probo igitur primo,quod non possit: per dec. licet. de regul.§.illa semper.sicut enim episcopus sine papæ licentia hoc nó posset,sic nec exemptus:ex quo prælatus est.cum ratio,
1 †quam ibi recludit textus de præponendis labore solicitudine,& doctrina,quieti,contemplationi,& silentio,etiam locum habeat in inferiori prælato. ergo eadem erit prohibitio,per iura vulgaria de transla.capitul.secund.cum suis concord pro eo maxime,quia iura parificant regulares ecclesias cathedralibus.de elec. nc pro defectu.supra eod.lib & titul.capit.cupientes. & capit.si postquam.& in extrauag.Bonif.quæ incipit, iniunctæ & prælatos exemptos episcopis. de pœn. & re.c.fin.& prælatis honorant exemptos.supra eod.lib. de priuil.vt apostolicæ qui sentiunt commodum:ergo onus.eod.titul qui sentit. & qui similia priuilegia suscipiunt,simile sentiant onus &c. de sta. mona. recolentes.nec valet,si dicas quod illud,quod de episcopo dicitur,sit speciale propter episcopalem ordinem.tollitur enim per decr.j & 2 de transla.
2 ¶Secundo sic probatur regulariter †non sufficit licẽtiam petere:immo necesse est quod illam obtineat patet de pœniten.& remiss.omnis.in antiq.de elect.si abbatem & c.si religiosus.de tẽp or.c.fi.de excess.prel.c. vno.supra eod. lib. & bene facit dec. authoritate. de priui.supra e.lib.sicut enim locus exemptus ecclesiasticus vel religiosus fieri non potest, etiam per exemptos sine petita & obtenta licentia papæ,vt ibi:sic videtur de persona exempta dicendum.immo quod sup.dixi regulare, videtur esse infallibile. Nam cum inuito minori prælato,quis transit ad religionem,facit id authoritate papæ,vt dicit textus. 19. quæst. 2. duæ.ad fin. & sic non transit sine licentia.verbum autem:authoritate nostra ibi positum, multum operatur. ad hoc de rescript.cum aliquibus.supra eod.libr. Tertio probo
3 sic.lex †spiritus,dicitur priuata,vt in capitu.duæ sunt. & in allegat dec.licet.& consuetudo ecclesiastica specialis loci dicitur, etiam priuata, quod probatur quia non tollitur per communem posteriorem. supra eodem.l.de condi.cap.primo.sed ista priuata non potest hic inducere,scilicet quòd ex cõsuetudine liceat prælatis minoribus exemptis sine prælatorum maiorum licentia prælaturas dimittere.de consue.cum vel ergo nec ista hic poterit. Quando sic.ex quo per li-
4 centiæ petitionem delatum est negotium †ad papam, necessario est expectandum ipsius iudicium, maxime ne illudatur papa 2.quæstion.prima.nomẽ.de postul. præla.bonę.2.vt lit.penden.ecclesia.2.de offic.leg.licet.& suprà.eod.lib.de elect.si eo tempore.& c.proinda.Quis enim tantę audacię, quod principem & c.2. q.6.anteriorum.§.ad hoc.de app.ex insinuatione.ad hoc optime,quod de diacono ordinato per papam dicitur.de temp.or.cum in distribuendis.& not.de ma.
5 & obe.per tuas.Quintò sic:religio †non est de necessitate salutis.22.quęstio.4.c.innocens.§.ad quod facit. quod nota.prima quęst.1.quam pio.& quod dixi de simonia.dilectus.2.super.j.glos.immo videtur expediẽs non profiteri dec.relatum. ne cleri.vel mona.quod tamen intelligas vt ibi dixi.Item, & si dicas religionem operatiuam salutis.per hoc non sequitur illam prælaturam dimitti posse sine licentia.quod probatur.de renun.cap.fin.Insufficiens enim renunciando prouidet saluti.quod tamen non potest sine licentia.ad idẽ de pœn.& re.cap.fin.vbi ante tempora Gregorij,non licebat minoribus pręlatis sibi confessorem eligere,quod
6 posteà licuit. Sexto sic soluitur.solus †papa religiones approbat.de reli.dom.ca.fin.de voto.c.j.suprà.e. lib.approbatas tollit.de reli.do.c.vno.suprà e.li.circa istas determinationes facit, & professiones impedit. de regu.quia in insulis.eo.tit.non solú.suprà li.c.nec puto aliqué dubitare,quin teneret papę constitutio,si statueret exẽptos sine sui licentia profiteri non posse. nam quod plus est,facit etiam contra matrimonium, constitutionem,& interdictum dicitur matrim.super quo vide,quod dixi de despõ.impub.c.ad dissoluẽdũ.

super

super gloss.fin.Si ergo generalem constitutionem facere posset, multo fortius specialem prohibitionem, quæ certum prælatum respiciat. cum ergo omnis sta-
7 tus & approbatio † religionis pendeat ex potestate papæ, per quam etiam illas reprobare & tollere posset, patet hunc prælatum sine ipsius licentia profiteri non posse.

¶ Vltra prædicta sex, quæ pro hac parte per constitutionem senarij numeri sunt inducta, inducitur regula: omnis res.de re.iur.in antiq.cum suis concor. induci-
8 tur † absurditatis euitatio.quia ex contrario sequeretur, quod notarem papam ex delicto.q nō licet. 40.di. nos.9.q.3.nemo.cum 5.c.seq.ideo enim inuito inferiori prælato ingreditur quis religionem, quia peccat, prælatus licētiā non dando. Inducitur etiā gl.Ost.quā no.de cle.ex.mi.illud.per cleri.4.sic fuisse determinatum.& ipse prius hic, vt dubium relinquens, interpretationē papalem magis desiderabat in hanc partē gl. videre poteris in nouella.in decr.licet.de regul.super ver.prælatum.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. In contrariū, quod possit, induco tripliciter prædictam decre.licet primo.omne id, quod ibi:& 19.quæst. 2. duæ.
9 de renun.nisi.§.verum dicitur de libertate † spiritus. & quod legi, vel necessitati non subsit. Solutio, quia vbi illa sæpius allegat, arguendo à contrario, facit pro:si enim est in episcopo speciale, ergo ipsius contrarium est generale, vel regulare:iux:a ea, quæ no.de præben præsenti.§ loca.sup.e.li.Item dicit ibi textus in hoc casu &c. in aliis ergo secus. à contrario 24 q. a sane.15.q 3.ex eo.de regul. cum virum.de his, quæ fi. à præ.cum apostolica in fi.facit ad hoc, quod not.Io. in c.duæ.in gloss.fi.& be.in decre.licet in glo.ab hac. nec dici potest, quod immediata subiectio sit cā prohibitionis factæ de ipso.quod patet.quia illa locum habet etiam in episcopis subiectis metropolitanis:ex quo ergo illud non facit immediata subiectio, sed potius episcopal.dignitas.patet de illo casu ad istum, quo dignitas deficit, argui non posse.fateor tamen, q prius dixi, hoc ab ordine non procedere.sed à dignitate & ipsius vinculo.quæ sunt diuersa.vt dixi. de excess.præla.accedentibus. Tertio videtur casus ipsius decret.licet.ibi datum erat papale priuilegium, quod vel inuitis &c. Ex cuius priuilegij vigore illi, quo ad id, fungi videntur vice papali.& cum petita licentia, quamuis non obtenta, zelo, de quo ponit quæstio, potuit ille transire. Infertur ergo, quod si id licet, inuito specialiter priuilegiato circa hoc à papa. ergo & inuito papa Secundo probo, per decre.cum vene.de cō sue.per quam, si non infertur vis literæ, aperte probatur, quod sufficit abbati exempto petere licentiam. dic tamen vt ibi. Item per decre.si alicuius.in fin.de ele.vbi patet, prælatum minorem episcopo, licet exēptum, eligendum non postulandum. immo primæ allegationes videntur recidere in opi.reprobatam ibi: quæ minores prælatos exemptos, præponebat episco-
10 pis. Tertio, sicut ex iuribus † immediatæ subiectionis non videtur exemptus, fortius adstrictus papæ, quam monachus, Abbati, seruus domino, filius patri, coniunx coniugi, iurans cui iurauit, vouens vel pœnitēs ipsi Deo.de monacho patet, quod abbas eius, vice Dei est supra caput suum, 19.q.3 statuimus. de elect. si religiosus.supra.eo lib.si ergo gerit vices, gerēdo sibi pos sit esse par:non tamen maior. immo quasi papa gerat generales, iste speciales quo ad monachum suum, videtur iste maior illo.vt de offic.leg. studuisti & iuxta ea, quæ scripsi de ex.præ.dilectus. ipse etiā monachus non habet velle vel nolle.de sepul.c si.supra.eo.lib.12. q j non dicatis.si igitur inuito abbate monachus trāsit, fortius exemptus inuito papa.seruus etiam, non est de necessitate, quod habeat licentiam domini, cum profitetur:immo sufficit taciturnitas.54.distin. si ser-

uus sciente. sufficit ergo & huic licentiæ petitio, & papæ taciturnitas. pubes etiam in potestate patris existens, profitetur inuito patre.20.q.2.c.fi.de regul. cum virum. coniux ante copulam profitetur inuito coniuge, de conuer.coniu.verum. & ca ex publico & post copulam etiam in casu, de conuer.coniuga. cap.fin.& in alio casu.eod.tit.constitutus & capit.veniens. & sic patet per vinculum coniugij professionem non impediri:ergo nec per vinculum subiectionis papalis.iuramenti esse vinculum, puta illius, qui iurauit regimen, scripturam libri, vel aliquod seruitium, non impedit professionem, secundum ea, quæ no 54.distinct.in sum. in glos.vnic.Præterea etiam dixi, de obliga.ad ra.cap. vno. vinculum etiam voti vel pœnitentiæ peragendæ illam non impedit. de voto.scripturæ & de pœn.d 1.§. his authoritatibus.si ergo prædicta vincula non impediunt:ergo nec papalis, & immediata subiectio, quo minus papa inuito vel saltem tacente possit exemptus profiteri. Quarto probatur sic: Certū est, quod in hoc
11 casu nil deperit † papæ. iste enim vtroque casu ipsius subditus remanet. Sufficiat ergo papam hoc scire & tacere.facit quod no.Io.7.quæstion prim placuit.1.& dixi secundum Vinc.& Gau.de renun. admonet. facit de his, quæ fi.à præ.cum apostolica & quod ibi no.maxime, quia regulare est, quod taciturnitas in meritoriis habetur pro consensu.vt no.eod.lib.& eod.titul.qui tacet.immo ex quo de præiudicio papæ non agatur, videtur hoc fieri posse ipso ignorante.supra eo.lib de prebend.dudum.ad fin.Quinto sic, quod quisque iur. &c. & patere legem &c.in princip.decretorum.de constitution.cum omnes.sed lex can. quæ dicit inuitis prælatis ipsorum subditos profiteri posse. aut est iniqua, quod nefas est dicere.50.di.ponderet.23.q 5 quid ergo de renū nisi.§ verum. Aut est æqua. quod ergo æquum papa putauit in aliis, & fortius in seipso.9.dist.iustum est. Item video, quod papa maxime pro sui salute renunciare potest papatui.supra.e.lib.de renunc.ca.1.si ne alterius licentia:cum superiorem non habeat vbi ergo papa deficit, quia licentiam denegat, cum nō sit superior, ad quem recurri possit, sua authoritate renunciabit exemptus. Sexto sic:non debet esse deterior conditio exemptorum, quam excommunicatorum.de priuileg.quanto.sed excommunicatio nō impedit vinculum professionis.ergo nec exemptio. de eo.qui fur.ord.re.cap.fin.de sente.excom.illorum.& sicut quandoque ex causa defertur exemptis administratio de elect.nihil est.sic ob causam salutis defertur administrationis dimissio.ad hoc.12.q.1.præcipimus.
12 de poen.& re.cum infirmitas.facit ad hoc, quia † vinculum huius subiectionis non impediret matrimonium carnale in eo, qui non esset in sacris, non professus.quod satis probatur ex eo, quod non est prohibitum, ergo nec impediat spirituale per religionis professionem.per quæ sex concluditur, prælatum exemptum, non obtenta papæ licentia, profiteri posse. Inducitur pro hac parte regula, quod ob gratiam.eo.titul. & li.supra cum suis concor.ratio etiam absurditatis vitādæ quæ insurgeret ex contrario, si diceretur, inferiores exēptos per omnia æquandos episcopis. & ob quæstio.no.de poe.& re.omnis.super gl.quid si.

SOLVTIO. Circa propositam quæstionem est aduertendum, quòd non quæritur an prælatus possit transire:sed cui possit profiteri.nec proponitur, quòd licentia fuerit denegata:sed dicitur non obtenta.
13 ¶ Contra primum etiam † est sciendum, quod dubitatur, an professio religionis possit fieri in manibus cuiuscunque, vel solum illius, qui possit ordini incorporare: & de hoc 20.quæst.1.ca.fina.27.quæst 1.capitul.viduas.& c.viduæ quæ.qui cle.vel vo.cōsuluit.& c.insinuante.dixi de hoc plene de regula.porrectū.de hoc etiam in Spe.de sta.mo.versi.30.Est etiam sciendum, quod no.Be.de voto.per tuas.de testi.nuper.q

dicitur, quod episcopatus ecclesiæ secularis impedit,
14 ne quis illo retento possit fieri monachus. Credo † tamen, & soluendo dico, prælatum de quo quæritur, obligatum per professionem religionis, quo ad se, & per illam eum saltem ex simplici voto teneri: per dec. cum dilectus quod me. causa, de donat. inter dilector. & ꝙ vtrobique no. ad idem. de conuer. coniu. quidam. & c. placet. nec dec. licet, tantum vinculum impedit, etiam in episcopo: sed hoc solum prohibet, ne præsulatū dimittat ¶ Circa solennizationem vero voti & incorpo
15 rationem & transitum † ad religionis obedientiam, puto quod prælatus de quocunque petiit licentiā, si per papam fuit denegata, transire non possit, nec prælaturam dimittere. & hoc casu intelligatur determinatio Clementis, de qua dixi secundum Ost. & hæc iura primo inducta, maxime 5. & 6 Si vero denegata nō fuit, licet nec data, puto ipsum prælaturam dimittere posse, & ad religionem posse transire: per ea, quæ alleg. sunt secundo de primo ad vltimum. remanet tamen papæ salua potestas revocandi illum de claustro: & in priori prælatura retinendi. de sta. mo quod Dei. quod posset papa non solum ipsum curiæ præficiēdo, sed etiam ipsum inuitum, & inuito etiam abbate alicui episcopo vel principi sociare. secundum no in Spec. de legat. §. nunc ostendendum ver. 49 abbate & monacho. de legato vero de latere puto, ꝙ si ob causam expressam in themate petita licentia deneget, prælatus licite profiteri poterit, & trāsire: quia nec ipse supremam obtinet potestatem. nec religiones approbare potest, vel tollere. Sic ergo in illis, ꝙ in aliis prælatis, per iura prædicta. ¶ Per hanc autem distinctionem fere omnia cōtraria sunt soluta. Ad non soluta tamē quæ pro prima parte allegata sunt, primo respondetur. hic planum ꝙ nō idem in omni prælato, quod in episcopo. ꝙ tamen in-
16 fert illa argumentatio. ¶ † Ad alle. secundo & respondetur hunc esse casum, quod fallit regula. nec obst. decr. authoritate. quia locus exemptus, qui est res inanimata, non potest duci lege priuata spiritus vel cordis. Ad ꝙ faciunt no. de reli. do. ad hęc. ad id. ꝙ dicitur de lege priuata consuet. respondetur, ꝙ lex priuata spiritus, superat omnem aliā legem cōmunem & priuatā. & ideo de aliis priuatis ad istam non est argumentandū. ¶ Ad quartum respondetur, ꝙ hic nulla fit illusio, vbi fit religionis professio. nec dec cum in distribuendis. impedit subdiaconum papæ, sine ipsius licentia profiteri. licet eum impediat ordinari, dato etiam, ꝙ si ordinaretur, tenet ordinatio. Hic verbum nouum ostenditur & calamo describitur, per quod mendax conuincitur, & patenter confunditur. dicens ꝙ non disquiritur, disputatur, & soluitur sui leg. quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus inter excommunicandum appellans, an excommunica-tionis sentētia ligetur. & nu. 10. 11. 12.*
2 *Principium semper an considerandum. Item, quando medium, aut finis. nu. 6. 9. 10.*
3 *Præteritum & pendens æquiparantur ad impediendum constitutionis effectum.*
4 *Conclusione causæ facta, si reuocetur procurator, sententiæ pronunciatio non impeditur*
5 *Cœptum an habeatur pro impleto, & nu. 7.*
8 *Appellationum impediat pronunciationem sentētiæ inchoatam.*
9 *Actuum iudicialium substantialia quæ dicantur. Et quis in dubio præuenisse præsumatur. Et vnde iā potissimum colligatur. nu. 10. 11. 12.*
13 *Tempus conditionis appositæ inspiciendum in sententijs. Et quid in pignoribus & manumiss.*
14 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, morte iudicis, vel peremptione iurisdictionis non euanescit. & nu. 17. 19.*
15 *Excommunicatio an solum subditos liget. Et quid de sententia.*
16 *Debitum sub conditione, est sola spes.*
18 *Sententia lata sub conditione, an & quando teneat.*
20 *Statutorum proprium: item spirituali excommunicationis.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO IX. SVPER REG. Cum sunt partium.

EPISCOPVS excōmunicauit Titiū legentem appellationem, quam interponebat ab eo. Secundo, excommunicauit Lucium: qui appellauit episcopo proferente sententiam. Tertio, excommunicauit Seium sub conditione, qui ante conditionem desiit esse de foro suo, & postea euenit conditio. de his sententiis, quæritur. an ligent.

Prima duo membra simul tractabimus. circa quæ inducam pro inchoante quatuor diuisim, & duo coniunctim. secundo alia 6. contra ipsum. tertio recitabitur in vno membro solutio disputantis. excludentur tres vel 5. casus non dubij, & fortis æquitas submittetur. quarto dabitur solutio distinguens, & respōsio ad contraria.

PRO INCHOATE. Est ergo sciendum, quod primum argumentum de excommunicato, quod iam inchoauerat appellare, disputauit Paduæ domin' principallus de Mediolano, cuius argumenta præponam. quia qui inquit, inchoauit appellare vel pronunciare, sit potior. patet. quod ponderandum est principium, quod est cuiusque rei potissima pars. ff. de ori. iur. l. j. ff. mand. si procuratorem. quod ad principium trahitur finis. 35. dist. ab exordio ff. de le. 3. si quis in princi. propter quod dicimus initium spectari. de hoc multę concor. not. de elect. dudum. 3. cum igitur hic sit dare rem perfectam ex omni sui parte, scilicet principium, medium, & finem, vt pręleg. l. prima. ff. de ori. iur. actus pronunciationis vel app. non habet impedire effectum rei iam inchoatæ: maxime, quia quæ incontinēti fiunt, videntur inesse. de cle. offi. ff. si cert. pe. l. lecta. Secundo sic: inchoare legere appellationem, cum appellatur verbo, & inchoare iter ad papam. cum appellatur facto, sunt paria. sed video, quod si post iter inchoatum non perfectum, is contra quem itineratur, excommunicet itinerantem, non valet excommunicatio. alleg. ipse. de appe. meminimus melius facit. eod. titul. dilect. 2. Ideo sic dicam, quod post lectionem ap. inchoatam, licet nondum perfecta excommunicatione, legentem non liget secundum Princiuallum. adde ad hoc vltimum, bene facit 32. quæstion. 5. proposito.
2 Tertiò, video quòd † præteritum & pendēs æquiparātur ad impediendum constitutionis effectum. probatur de offic. le. capitulo penulti. in fina. libr. eodem in clemen. de iudi. dispendiosam. in fi. in clem. de seque. pos. ad compescendas. in clem. de proba. literis. in cle. de re iud. vt calumniis. in cle. senten. excom. ex frequētibus. & no. de hoc de elec. licet canon. suprà lib. c. in verb. decetero. sic dicam. quòd pendēs. app. sicut præterita impediat effectum sententiæ, & pendens licentia sicut petita impediat effectū appellatiōis. Ad quod bene facit ff. de pub. iudic. is; qui. verb. damnatus inchoatas prius delationes perficit. Quartò, plus video,

quod

quo l falsum est, iudicem esse paratum ad ferendã sententiam, licet nondum inchoauerit: puta, per conclu-
3 sionem † causæ, vt reuocatio procurat. non impediat pronunciationem. de procurat. auditis. si igitur actus alias impediens, eo statu non impedit, fortius non impediet pronunciatio iam inchoata. Quintò, ad hãc partem inducuntur, de rescriptis. literis. & supra eod. lib. de offic. deleg. iudex. de sent. excom religioso. eod. lib. nam per primum patet, quod si vnus Romanus pontifex inchoat prouisionem, alter perficit, grauamen attribuitur inchoanti. per secundum patet, quod recusationis causa inchoata impeditur delegatus in eo, quod alias poterat. per tertium patet, quia qui inchoauit religionis propositum, si nouitius percussus est, priuilegium immunitatis habet, ac si perfecisset. Sextò, quod
4 sufficiat † inchoasse, facit de furt c. fin de tempo. ordi. ex tenore. & quod ibi dicere soleo de tutore, qui inchoauit inuentarium. remittens ad Spec. de tutore. §. generaliter. versi. quid si cœperit. hic est, quod qui inchoauit trahere bladum de ciuitate, non tamen tenetur superuenienti edicto, quo trahi prohibetur, vt scripsi post Hostien. de constit c. 2. per l. Cæsar. alias, cum insulæ ff. de pub. & vectig. & quod cœtum generaliter habeatur pro completo. probatur ff. de aur. & arg. leg. & si non sunt. §. argẽto alias incipit, quid ergo. vbi cœptum fabricari, habetur pro fabricato: & cœptum cælari, id est, deaurari, habetur pro cælato. cui conuenit. ff. de pollic. l. j. §. cœpisse. de legat 3. l legatis. § ornatricibus & ideo quod dicitur, diem vel annum inchoatum haberi pro completo. ff. de vsucap. in vsucapionibus. & l. seq de ver. sig. anniculus. j. & 2. de test. qua ętate, de mu & hon. ad rempublicam. pro & contra cle de statu monacho. ne in agro. §. cæterum. de elect. cum in cunctis, vbi soluitur. & ff. de minor. l. 3. § minore. nam & status illius, cuius negocia gessi, inspicitur, iuxta tẽpus, quo inchoatur. ff. de negociis gest. Pomponius. 2. alias in negociis. & facit ff. de mi. intra vtile. j. respon. ex quibus concluditur, inchoationem appell. vel pronunciationis inspiciendam. Septimo ad hanc partem bene facit. ff de iur. om. iud. si quis id. vers. quod si dum proponitur. vbi patet. ꝙ pœna corrumpentis album propositum, locum habet in eo, qui corrumpit dũ proponeretur. Ad idem arbor. fur ce. furtim § etiam si nõ tota. vbi patet edictum arborum furtiue cæsarum, habere locum in illo, qui inchoauit cedere. Ex quibus etiam concluditur hic principaliter, scilicet inchoatam appellationem impedire vinculum excommunicationis, si præcessisset. Item inchoatam pronunciationem, excommunicationis non suspendi per appellationem medij tẽporis, ac si tota pronunciatio sic præcessisset.

5 EX ADVERSO In contrarium † allegatur sic: non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. eod. titu non præstat. cum suis concordã. & sic cum imperfecta pronunciatio vel appellatio nõ habeat effectum, non dabit impedimentum pronũciationi vel appel. interim interiectæ. de electione potest hic exemplificari, de elec bonæ. & c. congregato. de appel constitutis j & hic dicas, ꝙ sequens particula perficiens, confirmat inchoatam, negatur hæc per regulã: non firmatur. ff. eodem titul. vel si confirmat, hic facit ex nunc, non vt ex tunc. vt ibi Inno.

6 ¶ † Secundò, iura dicunt medium sequendum. de offic. cura. c. j. cum concord. sed primo casu fuit pronunciatio, secundo appellatio, ergo valent. nam quod vno contextu fieri debet, non recipit actum contrarium medium. vt in testamentis, stipulationibus & fideiussionibus. ff de testa. heredes. § fi. de ver. obligatio. continuus. de duo. reis consti. l. duos reos. §. fi. Idem in clericis eligentibus. de election. quia propter. & in sacramentis. de com. di. 4. si non sanctificatur. vbi de hoc secundum principium. Tertio probatur: hic aliter multa

7 multa iura probant, quod cœptum † non habetur pro completo. ff. de verb. signific. l. 5 §. opere. & l. ædificia. §. perfecisse. ff. de aur. & argen. leg. l. Quintus. §. cui aurũ. de no. oper. nu stipulatio. §. opus ad id. C. quando dies lega. ced. l. ex his super quo posses videre quod scripsi in regula, qui prior. & q. portorum. in parte secunda. vnde nullum est testamentum inchoatum, nondũ perfectum institu quibus modis test. a. infir. §. penul. in fi. & contraria ibi soluuntur, nec iuuat præscriptio inchoata, si fuerit interrupta. de diuer. & temp. præscrip. l. in vsucapione. vnde dicitur, quod frustra velociter currit, qui priusquam ad metas perueniat, deficit. de pœn. dist. in 3. incassum. de renun. ca. j. & nihil putatur actum, cum superest aliquid ad agẽdum. C. de his quibus vt indig. & ad Syl. l. penul. in fin Ex quibus concluditur, quod imperfecta appellatio non iuuat Titium, nec imperfecta pronunciatio ligat Lucium interim appellantem Quartò, hoc idem satis apta ratione pro-
8 batur. pone, quod Titius qui inchoauit † appellare excommunicatus, interim appellationem non perficit, vel episcopus qui inchoauit excommunicare Lucium, non perfecit pronunciationem post illius appellationem. Nullus dubitat, quin primo casu teneat excommunicatio, & in secundo teneat appellatio primo enim excommunicatio non potest esse in pendenti. de appellat. pastoralis. § verum. si ergo statim in sui pronunciatione tenuit, subsecuta appellatio profecto illam non vitiat. idem dico de appellatione in casu secundo sicut ergo alius actus medius alias efficax ad impediendum, impedit prouisionem inchoatam, vt probatur de rescrip. constitutus. de conces. præben. ca. si eod. lib. nam primo casu statutum iuratum. propter monitorias annullat executorias subsecutas & secundo casu reuocatio superueniens: scilicet, post vacationem & petitionem ante collationem, executoris collationem annullat. ita in proposito excõmunicatio media in primo casu ligat. & appellatio media secundo casu tenebitur. & sic non ponderemus ista præambula appellationis vel excommunicationis: sed solum verbum excommunicatio. vel appellatio. sicut alias dicitur, pœnam eligentis indignum, non deberi ex cõsensu & præãbulis electionis, nisi fiat electionis pronunciatio. de elec. perpetuo. c. li. Requiritur ergo actus perfectus, sicut alias annus perfectus. e. ti. & li. commissa. j. respon. & non dicas ista procedere in pœnalibus dico, ꝙ procedunt etiam, cum agitur de effectu electionis, vt patet de elect. ecclesia j.

¶ Quinto specialiter contra Titium inducitur, ꝙ sibi imputet, ꝙ cum potuerit sibi prouidere porrigendo schedulam appellationis, nec habeat necesse stare, & sic non potuisset præueniri, vt pa et supra eo. li. de appel. appellat. in hoc bene sit cautus, qui timet hunc casum. Sexto. contra episcopum ꝓbatio induci ur xj. q. j. quicunq; de iud. nouit. ver. nec sic illud. Ex quibus patet,
9 ꝙ secundum † illam Theodosianã impedit pronunciationem inchoatam, qui petit remitti ad ecclesiasticum iudicem. Ita igitur impediat pronunciationẽ inchoatam is, qui appellat. facit de appel. super eo. a. ex quibus concluditur. Titium ligatum & Lucium non ligatum.

SOLVTIO. Circa solutionem quæstionis est sciendum, quod Principallus, qui disputauit primum membrum, tenuit, nil specialiter allegans in solutione, quod appellatio tuetur inchoantem. & aperte formabitur quæstio, cum excommunicatio præcessit verbum appella. sed ad aperiendam quæstionis veritatem primo excludamus de quæstione casus non dubios. & erit bonus modus soluendi, ne fiat prolixa
10 distinctio. Planum est, quod articuli † dubij non essent, si poneremus appellationes legitimas, non friuolas, etiam præcedens non vitiat. ergo nec concurrens. Item, non est quæstio dubia: nisi diceremus, quod

Dd

Titius prius porrexerat appellationem, quam postea
ex abundãti legebat,vel quando episcopus primo per
alium protulerat sententiam,quod poterat,etiam dif-
finitiuam.de re iudi.c.fin.supra eod.libr. quam postea
ex abundanti repetebat.Item nil dubij habet quæstio,
nisi Titius,qui inchoauit appellare, in verbo appella-
tionis expressione causæ præuenit episcopum excom
municantem.vel quando episcopus,qui inchoauit ex-
communicare , in verbo, excommunicationis prœue-
nit Lucium appellantem.& de expressione causæ non
repeto,quia licet vtrobique sit causa exprimenda, ta-
men prætermissio causæ in appellatione ante senten-
tiam vitiat excommunicationem:licet proferens pœ-
nam non incurrat supra eo.lib.de sent.excommu. c.j.
remanet ergo quæstio dubia,quando post appellatio-
nem inchoatam ante verbum appellatiõis & causæ ex
pressionem interuenit excommunicatio Titij,vel quã
do post inchoatam pronunciationem.ante verbum ex
communicationis interuenit appellatio Lucij.vel quã
do dubitatur,quod verbum præcesserit , licet sciatur,
quis inchoauerit:vt ponit quæstio.nec quæritur , an
appellatio reuoluat:sed an vinculum impediat. In his
dubiis audacter dico,quod si potestatem haberem ius
positiuum producendi , statuerem de forti æquitate,
quòd potior esset , qui prius inchoauit appellare vel
excommunicare,vt sit locus præuentioni.vbi non fiat
dolose:& compleatur eodem contextu actus inchoa-
tus.& per hoc vltimum respondetur ad id , quod dixi
in parte secunda.versicu. hoc idem. si scilicet de dolo
non constat Nec obstat de appellationib.oblatæ. cum
simi.lib. Pro hac solutione faciunt iura, quæ probant
locum circa prœuentionem,de appel.vt debitus.supra
eo.lib. de rescrip.duobus.ff.de verb.obli.l.Titia.§.j.&
faciunt,quæ dixi in prima parte.max. vers.sed video.&
quæ faciunt in contrarium , intelliguntur de inchoa-
tis,quæ non proficiunt vno contextu. sed quia non est
meum ius de nouo producere.sed iam de statuto,quid
10 sit iustius respondere,dico quod de rigore † ligatus est
Titius quem inchoantem appellare præuenit episco-
pus in pronunciatione,& Lucius ligatus non est , qui
episcopum inchoantem excommunicare præuenit in
appellatione. ad quod principaliter induco decret.si
duo.supra eod.libr.de procurat.per quam patet,quod
11 non ponderatis præambulis litis,vel † quis inchoaue-
rit,ille de procuratoribus pluribus dicitur occupasse,
vel præuenisse,qui primo contestatus est litem ,quod
est speciale omnino litis vel instantiæ.sic in proposito
non ponderãdo præambula vel exordia sententiæ,vel
appellationis,sed solum quis in substantialibus illo-
rum actuum præuenerit.& sic nõ est sententia,nisi ibi
sit substantiale eius,de quo quæritur.& sic nõ pondere
mus ea,quæ præcedunt:sed solum quis in illa præuene
rit.& probant libro j.allegat.in quinta gl.facit ad hoc
quod not.7.quæstion j.nihil.supra eodem lib.de re iu-
dic.c fin.in secunda glo ¶ Secundo vero casu, quando
dubitatur quis in his substantialibus præuenerit, vi-
detur aliquibus per hãc regulam pro illo,qui reus est,
12 iudicandum:sed ego soluendo dico,quod quia † de iu
risdictione & excommunicatione constat de præce-
dente appellatione non constat , iudicabo illos liga-
tos.ad hoc supra eo.libr.de sen.excom.venerabilibus.
ad finẽ & quod ibi no.in verb.postquam.maxime cum
sit medicinalis.eod.titu.c.j.& quia spiritualis sit pene-
trabilior,quàm actus humanus,iuxta id quod not.In-
no.de appel. Præterea.secundo ad ea, quæ principali-
ter videntur in contrarium dicere: respondeo , quod
in appell.facti,inchoatio itineris non habet se vt ini-
tium appel.immo ipsa itineris arreptio habet vim per
fectæ appellationis.vt in allega.decre.dilecti.& de cle
ric.peregrin.cap.vno.Quod dicitur de causis penden-
tibus.& dico quod bene comprehenduntur noua cõ-
stitutiones qui ad causæ ordinationem: vt nota. in al-
lega.decre.licet canon.& in alleg.decre. auditis.reuo
catio bene impedit,ne inferatur sentẽtia,cum procu-
rator reuocatur : sed fertur contra contumacem , qui
reuocauit,nec alium substituit. Ad deci.literis.respon
de,vt dixi in quæstione porrorum.in solutione contra
riorum.In decret.iudex . proposita exceptione habe-
mus actum hunc perfectum.in decret.religioso.habe-
mus etiam actum nouitiatus perfectum.cætera solues
studens.

Tertium quæstionis membrum disputauerunt Da-
ma.in quæstionibus suis super decret. præterea.ij.de
appel.Barto Brix.in quæstione veneri.53.¶ Et in prima
parte probatur inspiciendum tempus conditionis , &
in secunda contrarium. Tertiò ponitur solutio . & qui
in illa concordant.subditur contraria opinio, quæ cer
to casu soluitur,alias solutioni statur,& contrariis re-
spondetur

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quod sen-
13 tentia † liget , allegant , quod inspicitur in sententiis
tempus conditionis appositæ.2.q.6.biduum.§.quid er-
go.Item in pignoribus non inspicitur tempus,quo e-
uenit conditio,sed quo fuit apposita.ff.qui pot.in pig.
hab.l.potior.§ j.idem in manumissionibus. C.de ma-
nu.testa.statu liberis.adidem.ff.de fideicomm liberta.
14 generaliter.ad fi.¶ † Inducit etiam l.si quis postquam.
ff.de iudic.& recte.nam licet prelatus moriatur , ligat
sententia per eum lata.17.quæstion.4.si quis suadente.
nam secundum Dama.hæc sententia transiuit in rem
iudic.& sic morte iudicis.vel peremptione iurisdictio
nis non euanescit. C.de re iudi.l.gesta. Circa hoc vlti-
mum vide,quod not.63.distin.Salonitanæ.ad hanc par
tem bene facit ff.de verb.obl.si filius.alias, cum filius.
est l.78.vbi dicitur, quod si filiusfamili.stipuletur sub
conditione,& postea emancipatur.& demum eueniat
conditio,quod patri acquiritur: vt sic non tempus cõ-
ditionis,sed stipulationis ponderemus.Ad hoc etiam
inducitur clemen.de re iudic pastoralis.versi.vt illud.
vbi ponderatur,quod tempore citationis citatus non
erat in iurisdictiobe citantis.

15 PRO PARTE NEGATIVA. † Contra.in
contrarium allega. quod excommunicatio non ligat,
nisi subditos.de senten.excommu.à nobis. ergo hi qui
non eant subditi tempore conditionis , non ligantur,
cum ante cõditionem sententia non liget:vt in præal-
lega.decret.præterea.de re iudic.quod ad consultatio
nem.facit ff.de dona.inter vir.& vxo si sponsus.& l.cũ
hic statur.§.si sponsus.¶ Item ex conditionali obliga-
16 tione † sola spes est debitum iuri.insti.de verb.obli.§.
ex conditionali.ff de verb.sig cedere diem.bene facit
de spon.c.vno.in fi.supra eo.lib.¶ Item,iudex vltra tẽ-
pus iurisdictionis suæ non potest alicui interdicere ar
tem suam.ff.de pœn.l.fin. & ex contrario contingeret
17 hunc ligari per † non iudicem,cum tempore conditio
nis non sit iudex.contra id de consuet. ad audientiam
nostraum.de iudi.at si clerici.C.si non à compet.iudi.
l.j.& 2.de for.compe.nullus.¶ Item in hanc partem al
leg.Archi.de sen.ex Romana.§.j.supra eo.lib.& 2.2.re-
spon.de consti.supra eod.lib.nam si ibi sententia nõ li
gat subditum extra locum:multo minus ligabit eum,
qui desiit esse subditus.pro hac parte facit de rescript.
si pro te.supra eo.lib.& sæpius alleg.decre.præterea.2.
de appel.nam si appellat,prœueniens conditionem,im
pedit,ne liget excommunicatio:vt ibi habetur : quia
suspensa fuit excommunicantis interdictio per appel
lationem intermediam.fortius ergo impedire debet,
ne liget.vt in totum fuit extincta,vt in casu prœsenti.ex
quibus concluditur,sententiam non ligare.

SOLVTIO Bart. dixit illum ligari,cum senten-
18 tia † lata sub conditione,teneat,si iudex possit statue
re in futurum.de sentẽ.excom.à nobis.huic solutioni,
quæ placet,concor.Vinc.La.Tan.Go.Phi.Inn.& Host.
in dict.decre.præterea. de appel.sed Archi.contra.di-
cens

cens Dama. hoc tenere. hic vero allegat decre. 2. de cō-
sti. supra eo. libr. Quid de Dama. dicam, nescio. nam in
quæstione sua primo alleg. pro illa parte, quod senten-
tia liget: secundo alleg. pro parte cōtraria, & pro solu-
tione dicit tenēdum, quod vltimò dixit. & sic videtur
eum velle, quod non liget. & sic recepit Archidiacon.
sed si videbis quæstionem prædictam, patebit quod al-
legato pro secunda parte, quod non liget, submittit
vltimo argumenta faciētia ad primam partem, scilicet
q liget. & sic dici posset eum tenere, quod liget, dum
dicit tenendum, quod vltimo dixit. Posset autem ista
19 opinio Archidiac. esse † vera, quando Seius desiit esse
de foro excommunicantis, & cessauit causa excommu
nicationis. puta excommunicatus erat, si infra mēsem
non faceret residentiam in beneficio. vel illius ratione
non recipiat ordines. infra tempus cōtraxit matrimo-
nium, vel translatus est ad aliud beneficium primo di-
misso. & talis conditio posset dici potestatiua, in qua
aliud quàm in casuali. vel ea quæ non est in potestate,
vt contrarium soluitur. de l. potior. j. respō. & §. j. ff. qui
pot. in pig. ha. & facit quod no. in præ. deci. si pro te. de
rescri. supra eo. lib. in 3. glo. vnde & in dec. aduersus. de
immu. eccle. infra mensem non satisfaciens excommu
nicatus est, quod intelligitur, vt infra illud tēpus non
dimittit officium. ibi. not. post Hostien in fin. vbi vero
nullo modo conditio pendet ex potestate excommu-
nicati, sit vera priorum opinio, vt conditio trahatur
ad sententiam non econtra. Ad contraria respondetur,
quod tempore sententiæ subditus erat, & proferens
ipsius iudex, & sic præueniens cōtra ipsum, qui postea
desiit, potuisset ferre sententiam. de for. compe. c. pen.
cum suis concord. fortius. ligabit sententia lata prius,
quàm desierat. & sic soluitur etiam deci. Romana. §. j.
Ad l. fin. de poen. responde, vt notaui & dixi de offi. le.
c. fi. Ad deci. 2. de constit. supra eod. lib. respondetur, q
de generali sententia loquitur lata per statutum. & sta
20 tutorum † est proprium ligare future, & infra dioece-
sim commissa. vt ibi. sed si spiritualiter excommunicat,
confertur in sempiternum. quocunque declinet, liga-
tus est extra dioecesim proferentis existens ligari non
posset. de rap. c. j. Ad decre. præterea dico. quod per ap
pel. legitimam transfunditur iurisdictio male excom-
municantis, in eum, ad quem est appellatum. quod nō
est in casu nostro. non primus non transfundetur in
secundum, nec est eius corrigere, quod fecit primus.
nihil etiam mirum, si appellatio fundata super culpa
proferentis, vel iniquitate sententiæ, operatur, quod
non operatur ipsum desinere esse de sui iurisdictio-
ne, vbi non notatur ipsius culpa, vel sententiæ iniqui
tas.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor vsuras quas creditori soluit, an à debitore recuperet. & nu. 3. 5. 6. 8. 11. 12. 13. 14. 16. 17.*
2 *Officium suum nulli debet esse damnosum.*
4 *Iuramentum & fideiussorum adiectio æquiparantur.*
5 *Vsuræ sunt indebitæ iure diuino & canonico. Et quid de iure ciuili. nu. 10.*
9 *Indebitum scienter soluenti, non datur repetitio.*
15 *Exceptionem inhonestam ex persona sua obyciēs, suā aggrauat opinionem.*
18 *Fideiussor soluēs vsuras, an à debitore repetit, si fraus persona ad personam non interuenit. Et quando à debitore non repetit, eas petat à creditore, cui soluit.*

QVAESTIO X. SVPER REG.
Damnum quod quis.

ARGVMENTVM.

FIDEIVSSOR soluit creditori vsu
ras. & sic damnum patitur: an illos à
debitore recuperet? Similis quæstio
formabatur à Barth. Brix. in veneriali 57.
de fideiussore non adstricto per iuramētū
ad illas vsuras.

Ad affirmatiuam inducam sex rationes, & vnā glo.
Secundò, ad negatiuam alias sex. Tertiò, ponam solu-
tiones Bar. & Damasij, & aliorum doctorum opiniones
circa idem. Vltimo distinguendo & subdistinguendo
veram solutionem subdam.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quod re-
cuperare posit, videt per dec. de fideiuss. c. 2. in quo fi-
1 deiussor soluens vsuras, † repetit. & tamen ibi non ap
paret, q iurauit. vnde facit ff. mād. si mandato. §. si fide-
iussor. ibi videtur casus & facit, quod ibi no. Secundò
2 constat, q officium † suum nulli debet esse dānosum,
nec debet quis pati damnum, vnde meretur præmium:
vt in præ. c. 2. cum suis concor. ad hoc de elec. cum non
deceat. lib. eo. secundum Bart. & Dama. Tertiò, fideius-
3 sor, nec ex † pacto pactionali, quod patet. nec ex men-
tali vsura culpari potest: cum de lucro non certet, sed
de damno vitando contendat: quorum non est par ra-
tio. C. de codic. l. fi. in fi. quare ergo nō repetet? & bene
facit ff. mand. Quintus Mutius. alias incipit. si quis sub
vsuris. vbi bene facit fideiussor parcens pudori suo sol
uendo vsuras suas, quas promisit. licet in stipulatione
non venerit, & illas repetit. Apud vulgares enim nota
ri posset de fidei fractione. ad hoc de iureiur. tua. quid
si non expedit, vel alias, cū indiguerit, inueniat credi-
4 tores. facit supra de cle. ex. c. j. Quartò, sicut ad † vsuras
soluendas obligat iuramentum. de iureiur. debitores.
sic & fideiussoris adiectio, cū ista æquiparentur. de cē
si. grauis, immo fortior est obligatio per fideiussores,
vt probatur in auth. vt nul. iud. li. ha. lo. serua. §. si vero
crimen. coll. 9. & per no. de donat. inter vir. & vxo. per
vestras. de pigno. c. fina. Quintò, non sequitur, si vsuræ
5 † sunt indebitæ creditori, ergo fideiussori. vide instan
tiam in pacto legis commissoriæ. quod licet non va-
leat cum creditore, valet cum fideiussore. ff. de contra
hend. emptio. l. fi. in prin. & dixi supra de pig. significā-
te. Item repetit fideiussor vsuras pecuniæ, quam mu-
tuo recepit pro executione mandati. Item, etiā & pro-
priæ pecuniæ post moram. l. si pro ea. C. mand. l. & post
solutionem. ff. manda. si mandato. §. si fideiussor. Sexto,
6 mandatarius † prosequens iniustam causam manda-
toris, licet succumbat, expēsas repetit. l. etiam si. Cod.
manda. supra de procura. cum pro causa. vbi de hoc.
volenti enim & scienti nōn fit iniuria, vel dolus. eodē
ti. scienti. cum concor. Vlti. bene facit, quod not. Inno.
& Host. de iureiur. sicut 3. in magna. glo. scilicet. quod
mandatarius damna quæ sustulit, etiam per casum for
tuitum, dummodo casus alias verisimiliter non acci-
dit, recuperat à mandatore. ex quibus concluditur pro
fideiussore.

PRO PARTE NEGATIVA. Cōtra, quod
7 nō posit † repetere, videtur: quia vsuræ indebitæ sunt
iure diuino & canonico. de vsuris. quia in omnibus, &
capitul. super eo. & cap. consuluit. Ergo possunt dene-
gari petenti, cum solutæ possunt repeti. de iureiurand.
debitores. & cui damus actionem &c. eod. titul. qui ad
agendum. cum suis concordan. soluens indebitum re
petit. de quo non videtur fuisse mandatum. ff. de con-
8 dic. inde. si procurator. Secundò, certum est, quod † nō
habet actionem mandati, fideiussor scienter omittens
peremptoriam. ff. mandat. si fideiussor. j. 2. 3. responso.
ff. de fideiussorib. exceptione. Tertiò, etiam si per iniu-
riam iudicis damnatus sit, non habet actionem manda
9 ti. de emption. & vend. c. si. Quartò, cum scienter † sol-

uerit indebitum, non datur repetitio, cum videatur
donasse ff.de condi.indebit.l.j ff.de regul.iur.cum per
errorem.secundum Bartho. & Da. coadiuuantur alle-
10 gata primò:quia etiam iur. †ciuili videntur hodie vsu
ræ prohibitæ.vnde videntur nullo iure peti posse. de
vsuris.c.3.vbi not.in authen.de ecc.tit.in princi.& ibi
glo.colla.9.& C.de vsuris.authent.ad hæc.& ibi glos.
Item ex l.si fideiussor.superius alleg. datur hic doctri-
11 na,† quod quomodocunque omittit fideiussor exce-
ptionem peremptoriam,& debitori pari iure competé
tem,sciens vel errans in iure non repetit: sed talis est
ista,ergo non repetat.& not.ibi materia in §.quædam.
& C.manda. si pro ea.& per Hostiensem in summa de
fideiussorib.§.ad quid is,pro quo. Non obst.si dicatur
iurasse potuit enim absolutionem petere.de iureiurá.
ca.j.& quod potest facere,vt possit,iam posse videtur.
ff.e.tit qui potest.ad hoc de elec.c.si.vel repetit à credi
tore,quæ via est ordinaria: cùm ille tractet de lucro,
non à debitore per viam extraordi.cùm ille tractet de
damno.Ad id ff.de mi.in caulæ.a.nam gestor negocio-
rum indebitum soluit,quod non repetit.ff.de negociis
gest.si quis negocia. Quintò,facit hæc regula,damnú
quod.vt sic nó debitori,sed sibi imputet damnú,quod
sua culpa sentit,quod non imputet etiam socio,vt hic.
cum suis exemplis.Sextò,esset absurdum,q sub nomi-
ne damni ipsius mandatarij,vrgeretur debitor ad vsu
ras.ad hoc de fo.comp.dilecti.nam sic aperta esset via
fraudi.contra id.de diuor.quanto.in fi.quia per adie-
ctiones fideiussorum cogerentur debitores ad vsuras
per obliquùm,vel creditores submisso alio creditore
constituerent se fideiussores,vt iam vidi fieri,vt sic de
bitores consequerentur vsuras.ex quibus concluditur
contra fideiussorem.

SOLVTIO Dicit Tan. quod peti non possunt de
iure ciuili:quia scienter soluit indebitum. Idem tenet
Barth.Brix.sed Da.sic dicit:soluat, qui poterit &c. po-
12 test tamen dici,quod si opposuit † fideiussor exceptio-
nem,sed non fuit auditus,iniuria,quam in hoc passus
est,non debet contingere debitorem.ff.de euict. si per
imprudentiam.sed illud intelligendum est, vbi culpa
fideiussoris præstitit, causam condemnationi. alias si
in culpa non fuit,aget,vt in l.illa,exceptione.ff.de fide
iusso Dam.Satis ex eo patet,quòd solutio Bartho.nihil
facit ad propositum: secundum quam non repeteret
etiam debitor soluens,quod reprobatur.vt nota.in al-
lega.deci.debitores.& oppositionem ipsius cautus ad
casum nostrum non debuit prætermittere, qui tenuit
simpliciter debitorem teneri ad vsuras & omnes expé
sas,quas sustinuit fideiussor.quia veniunt loco interes
se hoc not.de fideiusso.c.2.& ibi concord.vbi vincent
& summistæ Ioan.in summa.14.q.3.Ray. & Goffred.in
sum.de vsur.Inn & Hosti. eo.titu.c.j aliter autem di-
xit Ala.& aliter Bath.vt infra dicam.ver.4.casu.ad enu
cleandam vero veritatem huius casu,sic distigue: Aut
13 debitor ignorat obligationem † fideiussoris: aut scit.
Primo casu fideiussor vsuras vel aliud indebitum solu
tum non repetit.per l.si quis negocia.ff.de nego.gest.
secundo casu,subdistingue.aut debitor scit & contra-
dicit.aut scit,& patitur.aut scit,& mandat.Primo ca-
su nó repetit fideiussor nedum vsuras,quas soluit,sed
nec sortem,vel quod vtiliter impendisset.ff. mandat.si
pro te.& l.si remunerandi.§.si passus.plus enim est có-
tradicere,quàm non consentire.de syndic.sicut studij.
de homi.Petrus & facit l.Pompo.in fin.ff.de procura.
& eo.tit quæ omnia.§.j fatuus enim fuit & suspectus,
ingerendo operas in inuitum,vt ibi.secúdo casu,cum
patitur,licet repetat fideiussor sortem,& debitú quod
soluit.C.man.si fideiussor pro reo patiente. & præ.§.si
passus.indebitum tamen vel vsuras,quas soluit,nó re-
petet.& sibi imputet in hoc,quod se obtulit.argumen.
depos.l.j.§.sæpe.vt ibi. sicut ergo offerre,grauat de-
positarium,sic & hic fideiussorem.Tertio casu, quan-
do mandat,tunc subdistingue:aut mandat illum obli-
gari pro sorte tantum:aut pro vsuris inclusis sub no-
mine sortis,vt est moris:aut in omni casu,vel simplici-
ter.aut noiatim pro vsuris.Primo casu,soluens à debi-
tore vsuras non repetit.quia excessit fines mandati.ff.
mandat.diligenter.de præb.cum teneamur. quia ad il-
las obligatus non erat.C.de fideiussoribus.fideiussor.
& ff.eodem titul.de fideius.l.fideiussores magistratuú.
non obst.lex pro prima parte alle.ff mand.si mandato.
§.si fideiussor.per literam ibi,iusta ratione.ibi enim lo
quitur de obligato etiam ad vsuras.secúdo casu,quá-
do fideiussit pro vsuris inclusis sub nomine sortis,re
petit.iuste enim credere illam sortem potuit,& totum
debitum.Ad idem præ.l.si fideiussor.ff mandat.12. & 3.
responso.de præbend.si beneficia lib.eo.nec præsume
re debuit illum indebitum sub fortis nomine promitte
re.supra de præsump.quia verisimile.ff.de proba.cum
de indebito.& sic legitur de renunci c.super hoc.Ter
tio casu,qui fideiussit in omnem casum, vel simplici-
ter,non repetit:quia in generali mandato non inclusit
debitum.de quo etiam in specie verisimiliter non man
dasset.ff.de condi.inde si procurator.ad idem de offic.
vi.c.si.lib.eo.de re.iur.in generali.cum concor.nó ob.
no.ff.locat.quæro an fideiussor.quia,vt dixi,leges per-
mittunt vsuras.Quarto casu,quádo nominatim man-
dat fideiubere pro vsuris subdistingue.aut iurauit fi-
deiussor creditori.quod solueret:aut nó iurauit.Primo
casu,opinio communis habet,quòd repetit, cùm non
possit excipere,per decret.debitores.quæ placet Ala.
no.de fideius.c.2.& Barth.vt patet in propositione que
14 stionis huius pri.Secunda opinio †habet,quòd hoc ca
su repetit,si non potuit petere absolutionem iuramen
ti.alias non.de iureiur.c.j.& hoc videtur placuisse etiá
Hosti.in sum.de fideius.§.ad quod fideiussor.vbi quæ
stionem hanc satis prósequitur.& vide aliquid in Spe.
de fideius.c.j.versi.sed q fideiussor.Tertiò oppo.gloss.
habet,quod nec tunc repetet à debitore,sed à credito-
re, cui soluit.mihi placet prima opinio, & dico cum
Goff.respondendo ad secundam, quòd licet fideiussor
teneatur excipere,vt est probatum,non tamen iure ex
15 pressum est,quod teneatur agere.Item fideiussor †po-
test obiicere exceptionem inhonestam ex persona sua.
ff.mand.l.idem.§.generaliter.multo fortius exceptio-
nem honestam sed ista aggrauaret opinionem suam.vt
in prima parte pbaui,Ergo &c.habebat ergo fideius-
sor optionem soluendi vel absolutionem prouidendi,
sicut haberet debitor,vt probant illa iura.Item respó-
dendo ad tertiam opinionem,habet etiam optionem,
ex quo soluere potuit,licitè repetendi à debitore. po-
ne enim,quod execratur litem cum debitore exerce-
re,quod est commendabile.de verb.sig.c.a.in fi.lib.eo.
ff.de alie.iu.mut.cau.fa.l.item si.in fin.& sic bene con-
cor.l.Quintus Mutius.ff.& man.Item secundum illam
opinionem nil præcipuum haberet fideiussor,qui sine
culpa soluit,ad eum qui fuit in culpa.vt dicam in fin.
Secundo casu, quando non iurauit fideiussor, subdi-
16 stingue:quia aut debitor † iurauit indemn.seruare fi-
deiussorem,aut non.Primo casu,repetit fideiussor vsu
ras,quas soluit.& poterit hoc casu laicú debitorem có
uenire coram iudice ecclesiastico.de fo.comp.c.fi.lib.
e.facit eo lib.de iureiur.c.contingit.& c.licet.de pact.
quamuis.& authen.sacramentum.C.si aduer.vendi. Et
est aduertendum,quod licet recipere ad vsuram inter-
dum sit peccatú.de quo satis scripsi post Inno. & Host.
de vsur.super eo.ipsum tamen soluere, non est pecca-
tum.ergo nec iuramentum illicitum de indénitate fi-
deiussoris soluentis. Secundo casu,quando non iura-
uit debitor, subdistingue. aut propter pignora data,
vel aliá causam expediebat,creditori vsuras solui,aut
non.in primo casu repetit fideiussor.ff man.si quis pro
eo.& sic legit Host.decre.peruenit.vt ibi scripsi.de fi-
17 deius.¶Secundo casu,quando non expediebat †id de-
bitori

bitori, subdistingue: aut fideiussor sponte soluit, vel coactus. Primo casu, non repetit iur. fori. & locū habeat regula ista, cum suis concord. superius alleg. non obst. l. Quintus Mutius. quia. vt dicit Tan. ibi soluit debitū, quod debet secundum leges recipi. tamen theologi iur. poli. vel foro conscientiæ vrgerent debitorem ad restituendum, qꝫ multam habent honestatem præ oculis. & facit regula scienti. supra alle. ¶ Secūdo casu, qñ coactus soluit, aut fuit in culpa, aut non. Primo casu, cum fuerit in culpa, vtiq; non excipit, non repetit: vt l. si fideiussor. ff. mand. §. non male. & ff. de fideius. exceptione. in fi. & in ista regula. Secundo casu, cū non fuit in culpa, licet glo. secundum opi. Io. in l. exceptione. videatur velle, qꝫ non repetat. textus tamen videtur velle contrariū, quod placet Da. vt supra scripsi. & mihi placet. ad quod facit ff. de here. vel act. ven. l. 2. §. solet quæri. in fi. qui fil. sint leg. per venerabilem. §. verum & hoc casu loquantur opio. Io. Tan. Gof. Ray. Inn. & Hostié. quæ præcedunt distinctionem. sed omni casu quo su-
18 pra dixi fideiussoré † à debitore repetere, intellige, si non interuenit fraus personæ ad personam, s. creditoris constituentis ob hoc se fideiussorem. vt in fin. alleg. vt dixi. quo casu non iuuabit fraus, secundum ea, quæ no. de priui. quanto. ff. de leg. l. contra. & dixi supra de pig. significante. Item omni casu, quo dixi fideiussoré à debitore non repetere, dico ipsum à creditore repetere posse, cui soluit. ff. mand. si fideiussor. §. in omnibus. per hæc sic distincta soluta sunt omnia contraria, & facta concordia legistarum.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa intuitu certa causæ, ea deficiente, an cessat. 4. 6. 8.*
2 *Excusatur à tutelis & curis, habens tres filios Romæ, in Italiā quatuor, vel in prouincijs quinque. Et quid, si plerique ex ijs postea decesserunt.*
3 *Beneficium per dignitatem quæsitum, durat. etiam deficiente dignitate. Idem iudicium de his, in quibus ius quæsitum retinetur, cessante causā.*
5 *Paupertas sæpe præbet munerum vacationem.*
7 *Collegij ius, an in vno solo superstite conseruetur.*
9 *Appellari non potest à sententia habente vim rei iudicata.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XI. SVPER REG. Decet concessum.

IMMVNITAS alicui propter numerum filiorum decreta fuit, sed postea aliqui de numero perierūt: quæritur, an duret immunitas? Pone. decurio quidam habens 12. filios, obtinuit decerni per cōgruum iudicem & debito modo, vacationem & immunitatem sibi deberi. aliqui ex prædictis filiis decesserunt, non in bello, nec relictis nepotibus: an duret immunitas numero sic diminuto.

Et primò ponam euidentialia canonistis ignota, ex quibus clarius formabitur quæstio. Secundo, ad negatiuam quinque rationes inducam. Tertiò, ad affirmationem 7 Quartò ponitur solutio: quatuor ratiões addentur. & contrariis respondebitur.

PRO PARTE NEGATIVA. Quòd non duret, videtur per Brocardum: cessante causa &c. de app. cum cessante. de renun. post translationem. vbi iura & cōcordantiæ: quas ibi vide. & facit quod dixit ibi Dy.

1 cum ergo hæc † immunitas sit concessa intuitu certæ causæ, quæ deficit, cessabit immunitas. C. de testa. mi. l. ne quidam, & l. milites. C. de hæreti. l. j. ff. de iure immu. l. semper. §. negotiatores ibi, quādiu in huiusmodi actu. &c. supra. de verb. sig. abbate. in fi. facit 18. q. j. generaliter. quæ est lex C. de ep. s. & cle. generaliter. facit de vi & ho. cle. c. vlt. in fi. & cle. e. tit. diœcesanis. circa medium. Vt igitur canonistis, quibus leges & legales materias in hoc titulo libenter participo: & qꝫ hæc materia non sit ignota, præmitto qꝫ leges volunt ex numero filiorum certas immunitates deberi, vnde habēs
2 † tres filios Romæ, in Italia quatuor, vel in prouinciis quinq; excusatur à tutelis & curis C. lib. 5. qui nu. lib. l. j. instit. de excu. tuto. in prin. Bene facit. ff. de excusat. tuto. l. si spadonem, §. qui absolutus. vbi qui absolutus est ex primis de positionibus, nō omnino alterius creationis remissionem habebit. & est casus, quo nō iuuat sententia & ratio ibi: non alterius creationis. ponens exéplum de illo, qui habebat numerum liberorū postea diminutum. non releuet ergo istum séntétia in hoc casu. numero postea diminuto. nam dicit lex C. lib. 10. de decu. à muneribus decurionatus séntétia præsidis in perpetuum non excusat. ad idem de iureiura. admonendi. vbi ex nouo actu sententia retractatur.
3 Secundò, certum est, qꝫ quādoq; † paupertas præbet vacationem munerum: quæ tamen cessat. si sint auctæ facultates excusati. ff. de vacca. muner. l. his oneribus. §. auctis. de mune. & ho. l. cura. §. j. cuius concord. supra eod. lib. de præben si pauper. sic & in proposito cesset immunitas propter causam cessanté, ex numero diminuto. Tertio sic probatur: si alicui legatur in singulos
4 annos, pro primo anno † legatum censetur purum, sed quentium annorum videtur conditionale: scilicet, si viuas, & capax fuerit. ff. de ann. leg. si in singulos. & l. cum in annos. & l. in singulos. sic & hic videtur conditionalis immunitas: cuius secundo tempore, quo imponitur munus. ipse non est capax propter numerum diminutum: licet priorum fuerit capax cum legitimus numerus extabat. Quartò videtur casus ff. de vac. mu. l. 2. §. qui ad munera vocantur. vbi probare debent viuorum liberorum numerum, eo tempore, quo excusari petūt. & l. fi. eo. tit. dicit qꝫ ad excusationem munerum, defunctus filius nō prodest. ad idem C. lib. 5 qui numero lib. se excus. l. vlt. & lib. 10. eo. tit. l. pen. instit. de excusa. tut. §. filij. & ff. eod. tit. l. 2. §. numerum. quæ probat filios tēpore executionis debere esse superstites.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Ad contrarium inducitur hæc regula, cum suis concor. & regula factum legitime infra eo. tit. cū cōcor. & illud generale. qꝫ quædam impediunt facienda, quæ facta non dirimunt 15. q. j. §. vlti. de iureiur. quemadmodū. versic. quod si. ff. de his, qui sui vel alieni iur. sunt. patre furio
5 so. ¶ Item inducitur, quod in textu dixi, de quodam decurione & coniuge, quæ non repeto. ¶ † Item beneficium per dignitatem quæsitum, durat etiam deficiéte dignitate. C. lib. 12. de digni. l. 3. & de silentiariis. l. decurionibus. in princip. & l. 10. de excu. mu. l. eos & l. eam legem. vbi no. ad idem. C. li. 10. de his qui spon. mu. su. l. 2. ¶ Item probari videtur apertius, quo ad causam. C. lib. 10. de his, qui numero. lib. l. fin. ibi, impetrata semel vacatione &c. Ad idem ff. de excu. tutor. l. 2. §. oportet. ibi, neq; nocent, qui postea moriuntur & si dicas illud loqui quo ad minus delatum, quo excusatus seruit: sed hic loquitur de excusato ab omnibus per sententiam. dicam quod iur. in parte quo ad partem. idem in toto quo ad totum. supra de offi. dele. pastoralis. §. j. ff. de rei ven quæ de tota. & de vsuris. qui scit fundum. in princ. cum concodant. sicut ergo ius semel quæsitum fideiussori per pactum de non petendo, non perditur, licet debitor postea pactum faciat de petendo. & idem in similibus. vbi ius quæsitum retinetur cessante causa. ff. de contra. tab. l. si post mortem. §. j. & l. nō putauit. §. sed

ff.quando di.le.ce.l.4.facit supra eo.lib.de elec. ab eo.
vbi gl.in verb.pœnitere.& cle.eo.tit.cōstitutionem.§.
6 pe.in fin ¶†Item,æquum est in solatium liberorū per-
ditorum,immunitatem durare.ff.de iur. dot. iur.suc-
cursum.de op.lib qui libertinus.in princi.& §.amissi.
& C.de his,qui ante ap.tabu.l.j.in fi.ibi,habeant vero
solatium suæ tristitiæ:quibus est meritò cōsulendum,
& C.de infti & sub.l.fi.& hoc,ne afflicto addatur affli
ctio.de cleric.ægro.ex parte.cum concord. Item,cùm
sententia lata causa cognita,nisi aliud exprimatur,de-
beat esse perpetua.C.de pœn.seruus.& ff.eo.titul.mo-
ris.in princi.de postu.l.j §.j.& melius eo.titu.l.puto.§.
fina.& hæc sententia sic fuit lata.ergo &c. nam & re-
scripta sunt perpetua.C.de diuer.rescrip.l.falso.& ge-
sta translata in publica monimenta, perpetua sunt.C.
de re iudi.l.vlti.¶Item,quod talis sententia ius faciat.
not.ff.de excus.tuto.tutor.in fi.& l.sequē.¶Item, paria
sunt,in aliqua conditione originaliter nasci:& per dif
finitiuam sententiam id pronunciari respectu causæ:
vt C.de decur.l.quotiescunque.lib.10 si cōsecutus pri
uilegia respectu originis,puta patre senatore vel decu
rione,illa retinet mortuo patre.ff.de senat.emancipa-
tum.§.fi.C.de quæstio.l.diuo. sic dicemus,ꝙ lata sen-
tentia,prætextu filiorum, illis mortuis adhuc duret.
¶Pro hac secunda parte fuit hic per docto. Vianisium
disputatum,solutum,& iamdudū per solennes docto-
res in facto consultum,& nuper iteratū per bonæ me-
moriæ generum meum do.Philippum de Floriglinis.
legum doctorem.

SOLVTIO. ¶Ad solutionem facit de capellis
monacho,dilectus.versi.ad hæc.vbi priuilegium exem
ptionis,quod ecclesiæ dederat consuetudo,eadem cau
sa,quia erat monasterium monialium,durat, licet ces-
sauerit causa,quia desiit esse monasteriū.& vide quod
ibi dixi post Innocēt.¶Item,per diminutionem etiam
notabilem rei emphyteoticariæ, non læditur ius do-
mini,cum debeatur integra pensio.C.de iure emphy.
l.j.ver.sin vero.& supra de loc.potuit.ad fi. magna gl.
7 ¶†Item,licet collegium consistat in numero persona
rum,tamen illo diminuto,etiam in vno solo ius colle-
gij retinetur.de hoc 65.d.c.vlt.supra de postul. prælat.
gratum ff.quod cuiusq; vniuers.l.sicut.in fi.¶Itē æqui
tas facit pro hac solutione,ex cuius contrario sequere
tur quod immunitas cōcessa & reuocata ꝓpter vnius
mortem,ex alterius natiuitate esset iterum reuocanda.
facit supra eo.lib.de re iud.abbate.ad fin. ¶Item facit
quod supra dixi post Dyn ꝙ filiationis & munerū reli
8 quiæ in aliis filiis remanere† videantur, & per hoc sit
responsum ad prius in contrarium allegata de cessa-
tione causæ.vel aliter:vt nota.in remissione, quam ibi
dedi.Non obstat quod de paupertate dicitur: quia ap-
petibile est & vsitatum,pauperes ditari.Itē alias pau-
ci tenerentur ad munera,cum quilibet nascatur nudus
& pauper.47.distinc.sicut hi.sed filium mori ante pa-
trem,non est appetibile, nec secundum communem
cursum naturæ.& ideo illud non pronosticandum vel
attendendum.ff.de cond.& demon.cum tale.de inof.
testa.nam & si.de verb.obliga.inter stipulantem.§ sa-
cram. ¶Item consideratio paupertatis vel diuitiarum
est res extrinseca:paternitas & filiatio,originalis est &
intrinseca. & ideo non mirum, si eius ratio durabi-
lis & perpetua.facit supra eo.lib.de tempo. ordi.c.j.&
cap.nullus.ff de senat.l.penul.ad municip assumptio.
in prin.& l.libertus.§.præscriptio.in fi. & l qui ex vi-
co.Ad id,quod dicitur de legato.respondetur semper
in eis,& vltimis volūtatibus inspiciendā legati ceden
tis voluntatem.ff.de reg.iur.quæ legata & d.l. cum in
9 annos.sed in iudiciis†sententiæ effectus cedit lata sen
tētia,à qua non est appellatū,nec appellari potest:quia
vim rei iudicatæ habet,& sic ei standum est.C.de re
iudic.l.j.Item,ibi legatum dimissum per tempora, hic
generalis fuit sentētia liberans ab impositis & impo-
nendis.Ad iura in quibus dicebatur esse casus,respon
detur,ꝙ loquunt̄ in illo,qui de nouo se excusat à mune
re,sed q̄stio loquitur de iam excusato,qui ꝓtextu sentē
tiæ se defendit ibi de ignota immunitate acquirenda,
hic de quæsita seruanda.quod est facilius.arg.ff.de pe-
cul.l.quam Tuberonis.ff.de acqui.pos.licet.& l.vlti.su
pra de iureiur.quemadmodum.vers.nam si post.Ad §.
qui absolutus.cum sua.glos.respondeo,ꝙ loquitur de
speciali ab absolutione à certa tuteladelata.verum res
iudicata non egreditur suum casum: quia regulariter
res inter alios acta &c.supra de re iudic.c. penul.Hic
vero generalis sententia,generalem immunitatē præ-
bens,etiam circa futura. Ad l.à muneribus responde,
vt ibi not.ꝙ in extraordinaria sententia loquitur.In l.
admonendi.fuit sacramentum & sententia,quæ retra-
ctatur in odium deierantis,vt ibi nota.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis priuilegium quatenus retineatur à cle-
rico excommunicato.*
2 *Excommunicatio ad quid inducta,& quid operetur.*
3 *Ecclesia nulla maior pœna est excommunicatione.*
4 *Bigamus monachari potest, secularis licet non possit
fieri sacerdos.& nu.7.*
5 *Irregularis ex culpa monachari pōt.Et an talis,mo-
nachorum gaudeat priuilegiis.*
6 *Clericorum secularium cœtus,an verò monachorum
sit dignior.*
8 *Monachalis regula substantiale,est promissio conti-
nentia.Et an id obsit bigamo.*
9 *Rebus & summis quot existentibus,tot existunt sti-
pulationes.Idem in legatis.*
10 *Delicti iteratione,an iteratur pœna.nu.12.*
11 *Alapam qui dederit,si plures det alapas, qua pœna
teneatur.*
13 *Relapsus in hæresim quando quis dicatur.*
14 *Continuò quæ fiunt,pro vno facto habentur.*
15 *Iniuria plures ab vno si fiāt,quo pacto puniēda sunt.
Et quid si à pluribus.*
16 *Clericis si pluribus vnico ictu læsis,an plures exorian
tur excommunicationes.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XII. SVPER REG.
Delictum personę.

GVALTERIVS Anglicus vno ictu
percussit tres clericos excommuni-
catos,socius eius vni monacho biga
mo intulit tres ictus:quæritur de prædi-
ctis, an sint excommunicati:&, si vna vel
pluribus sententiis.

Est aduertendum ꝙ huius thematis duę sunt quę
stiones incidentes.an s.percutiens clericum excōmu-
nicatum,sit excommunicatus.& idem quęritur de per
cutiente monachū bigamum: & hę prius breuiter ex-
pediantur. ¶Soluam ergo primum dubium, dicens ꝙ
vtraq; dubia solutione concordant:pro qua solutione
quatuor rationes & vnam gl.inducam. secundò ponā
9.rationes in contrarium,ad quas singulariter respon-
debo.huius simile super regula,non pręstat.eod.titul.
PRO PARTE AFFIRMATIVA Primę quę
stionis incidentis.Cui statur.circa principium soluen
1 do dico quòd clericus†excōmunicatus adhuc retinet
priuilegium immunitatis,vt scripsi in nouella de sent.
excom.contingit.j.Ioā.hoc no.17.q.4.si quis deinceps.
11.q.3.excōmunicatorum.idem B.in prę.dec.contingit.
Vinc.

Vinc. & Goff. de immu. ecc. pen. Inn. de senten. excom.
si verè. Guil. in spe. c. ti. ver. sed quæro vtrum verberās.
ad hoc mouet: quia certum est quòd excommunicatus
retinet ordinem, cuius fauore canon inductus est, &
sub episcopo eius ratione conueniendus est. de iudic.
cùm non ab homine. nā & tunc ordinem suscipit: for-
tius ergo retinet. Primum probatur de senten. excō.
cum illorum. sicut etiam excommunicatus ordinem
confert. de ordin. ab episcopo. c. 2. ¶ Secundum probat
hoc apertè dec. j 2. de senten. excō. & dec. de moniali-
bus, per modum de quo scripsi in alleg. deci. contingit.
Ad idem facit quod no. Inn. & Hosti. de dol. & con. ve
ritatis, de excommunicato, qui post absolutioné agit
de iniuria sibi prius illata. Item excommunicatio est
2 † medicinalis, disciplinas, non eradicans. de sen. excō.
c. j. lib. eod. Eradicaret autem, si exueret ordine clerica
li, vel ipsius ordinis priuatio esset. Item excommuni-
catio ligat, licet iniusta. 11. quæstio 3. c. j. absurdum au-
tem esset quod per illam sine culpa sua innocés sic pri
uaretur. ex quibus omnibus prædicta solutio conclu-
ditur.

PRO PARTE NEGATIVA, Et eius solutio-
nes. ¶ In contrarium probatur per præ. ca. si quis dein-
ceps. ibi, canonicè iudicatur. Secundò de depositione
non de excommunicatione loquitur, vt ibi nota. Item
contra prædictos canones. 23. quæsti. 5. excommunica-
torum. So. non loquitur de clericis corrigibilibus, sed
loquitur de incorrigibilibus, & contra quos arma mo
uet ecclesia, vt ibi textus probat. Item contra, excom-
municatus dicitur hæreticus, vt probat text. 4. quæsti.
j. c. 2. versic. hæreticos autem. & not. de hæreti. c. 3. 23. q.
4. ipsa pietas. sed vt not. Inn. de sen. excom. si vero. per-
cutiens hæreticum, non esset excommunicatus. ergo
&c ¶ Solu. larga & impropria est locutio, quod per se
patet, & ex his quæ dixi de testib. testimonium. ¶ Item
contra, excommunicatus licitè vexatur in corpore. xj.
quæst. 3. absit. & c. audi. nam membrum est diaboli, nec
vegetatur spiritu Dei. ead. quæst. omnis Christianus. &
se. Item dicere potest percutiens clericum excommu-
nicatum cum Aug. Non facio iniuriam characteri im-
peratoris, cùm errorem corrigo desertoris. 23. quæsti.
7. quemadmodum. ¶ Solut. vexatur à spiritu vel à Deo,
non ab homine. Item & omnis criminosus licet oc-
cultus perdet vegetationē dominij spiritus. vt in præ.
c. audi. & ead. quæst. quid obest, & c. ad mensam. §. eui-
denter. ¶ Item & verbum Aug. non sic intelligitur pro-
ut ad propositum inducitur, vt ibi patet & dato quod
sic intelligeretur, dico quod quæstio non formatur de
manuum iniectione licita, & correctionis & discipli-
næ causa adhibita per illum qui potest, sed de iniurio
3 sa. Item contra, in ecclesia † non est maior pœna quàm
sit excommunicatio. 24. quæst. 3. c. corripiantur. sed tri-
næ monitioni cum non paretur in reassumendo habi-
tum & tonsuram, priuatur immunitatis priuilegio de
santen. excommuni. in audientia. & c. cōtingit. 2. Item
ioculatoris officium. de vi. & hon. cle. c. vno. supra eo.
lib. & sic ergo excommunicatio priuare debet, ex quo
maior est pœna. Solu. maioritas sæpe sumitur respecti
ue, vel de maioritate sacramentorum. no. 95. dist. ecce.
de con. di. 2. nihil. & illo respectu quo priuat commu-
nione sacramentorum & hominum. dicitur maior. ad
hoc C. de apost. hi qui. ad deci. in audientia. responde
vt dixi in deci. præ. contingit j. in fin. ¶ Ad id quod di-
citur de ioculatore, dico pœnā nouiter inductam iure
positiuo quæ prius non erat. Item contra, excommu-
nicatus non excommunicat. vt 24. quæst. j. c. j. & c. au-
diuimus. ergo nunc per illius offensam aliquis excom
municari non potest. ¶ Solu. illud ex defectu potestatis
clauium, à quo procedit authoritas excommunicādi.
hic vero excommunicatio non indicitur vt ab iniuria
to, sed canones iniuriantem excommunicant propter
iniuriam ordinis clericalis, quam excommunicatus re
tinet, vt supra dixi. nec obstat, quòd si dicatur, quod nō
agit tunc iniuriarum: quia & si non agat iniuriarum,
tamen potest pati iniuriam, de qua post absolutionem
agere potest, vt dixi in principio. ¶ Dubium secundū,
quo dicitur de monacho bigamo prius soluam: & pro
solutione æquitatem & tres rationes inducā, per quas
contrariis respondetur.

Secundæ quæstionis incidentis solutio & conclusio
affirmat. Dico ergo soluendo, quod percutiens illum
excommunicatus est: quod non solum bene consonat
æquitati, sed etiam est cōsonum rationi: quod probo,
4 vt notat Ioannes 32. distinction. seriatim. Bigamus † po
test fieri monachus. ad quod facit arguendo de regu-
la. veniés. nec mirum, cùm irregularitas bigamiæ pro-
ueniat sine peccato vel culpa. 26. distinction. deinde 32.
quæstion. j. aperiant. & quod plus est, interdum ex me-
5 retricio. de spon. inter opera. sed irregularis † etiam
ex culpa potest monachari. 33 quæstione 2. admonere.
de his qui filios occiderunt cap. j. fortius & iste. nam
& excommunicatus monachari potest: de sentent. ex-
communicatio. cùm illorum. Item video, quòd ille qui
sine culpa est irregularis, monachari potest: de filiis
presbyt. cap. j 56. distinction. ca. 2. si monachari potest:
ergo & gaudebit priuilegio monac. de statu mona. re-
colentes. Est autem aduertendum quòd si quis suadē-
te. 17 quæstione 4. nō dat monachis immunitatem sub
largo vocabulo clericorum, immo nominatim non ex-
primit monachos, dicendo, si sua. dia &c. quod in cle-
ricum vel monachum &c. & per hoc pateat solutio, &
contrariorum responsio, vt infra declarabitur. Item
est aduertendum quod cœtus secularium clericorum
6 † dignior est & maior, quàm cœtus monachorum:
quod clarè probatur 16. quæstion. j. legi. ead. quæstion.
alia causa est. tamen patet quia ordo dicitur sacramē-
tum dignitatis, nec datur causa recipiétis tantum, sed
& alterius. de hoc j. quæstinon. j. §. si ergo. de coniug.
seruo. cap. j. sed istud non sequitur, prohibitus etiā est
à minori: sed bene conuertitur, vt in regula, cui licet,
eodem titulo. per quæ patet, quòd licet per apostolum
ad Titum j. & primæ ad Corinthios 3. & per canones
7 prohibitus sit bigamus † à clericali, non per hoc intel
ligitur prohibitus à monachatu: & sic cōcludit quod
nō expresse nec tacite prohibetur. & per hoc breuiter
sit responsum ad iura, quæ possunt reduci in contra-
rium. 84. distinction. quisquis. vbi dicitur bigamum nu
datum omni priuilegio clericali, & laicam solum com
munionem habere. nam ad primum respōdetur, quòd
monachus à sui speciali denominatione, nō à generali
nominatione, clerici gaudet priuilegio, vt dictum est.
licet ergo immunitatem non habeat vt clericus, ha-
bet tamen vt monachus. Sæpe enim exclusus ab vna
parte, includitur ex alia. ff. de succes. edic. l. j § quibus.
aliàs si quis. de elect. cùm inter. R. de proba. licet. Ad id
quod dicitur de laica cōmunione, dico quod erat lai-
cus professus, qui esse potest. de elect. ex eo quod in si.
lib. eo. vel sumitur ibi communio vt de electio. Osius.
per hoc etiam sit responsum ad decreta. altercationis.
de biga. lib. eo. & ad can. 12. quæstio j. duo sunt. nec ob-
8 stat si dicatur quod substantiale regulæ † est promissio
continentiæ: sed bigamus, qui duas vxores habuit vel
cum vidua contraxit, hortator continentiæ esse non po
terit 26. distinc. vna. dico ꝙ licet profitendo promittat
continentiam, non propter hoc prædicatoris vel hor-
tatoris officiū recipit: immo de iure monachus ab his
excluditur 16. q. j. monachus. & c sequentibus. & hæc
breuiter circa hoc membrum sufficiant. circa quæ vi-
di magnos variare peritos.

Ad principalia duo dubia quæstionis veniens, & il-
la coniungens probabo, ꝙ ex vnitate ictus vel personæ
patientis non minus tot sint pœnæ quot ictus vel psō
næ. Ad quod tres rationes diuisim, & ꝗ̄ cōiunctim, ad
dictū speculatoris inducā: secundò ad cōtrariū indu-

cam 8.rationes diuisim,interpositis 5.coniunctim. Itē quatuor absurditates,quas tribus rationibus adiuuabo:In fine vna ratio per quatuor exempla probabitur. tertio soluam:primo secundum dubium: & reuertam & secundo primum:& contrariis respondebo.

Ad primum venio.dicit lex, quot summæ sunt vel
9 res in † vna stipulatione,tot sunt stipulationes. ff. de verbo.oblig.scire debemus.in princi.& l.pluribus. & l.quod dicitur.& pluribus rebus expressis, plura sunt legata.ff.de lega.2.l.2.& licet vnus eundem accuset, si tamen de pluribus criminibus, omnium est petenda abolitio,alias est locus pœnæ Turpil.ff.ad Turpil.l.j. §.si plura.2.quæstio.3.§.vlti.versic.si plura.Item video, quod ex vno actu plures baptizantur,plures excommunicationes insurgunt,pluribus obligor iniuriarum:scilicet sibi patri & marito.ff.de iniuriis.l.j. in fi.& l.eum qui.§.si nupta.ad idem.de crim.fal.c.j.Item ex iniuria illata seruo plurium dominorum, singulis obligor,eo.titu.de iniur.Item apud.§.fi.Item ex communi sepulcro violato.ff.de sepul.viola.l.prætor.§.si ad plures.ad idem faciat ff.quod quisque iur.l.j.& l.3.§.hæc pœna. ¶Idem probatur per octo exempla posita ff.de priuat. delict.l.nunquam.ad idem,quia ex eodem coitu adulterium & incestus.23.quæst 5.relegentes.de eo qui cogno.con.transmissæ.de purg.ca.c.penul.ff.de adult.l.si adulterium.in princ.& l.vim passam.§.præscriptione. Item sub eodem peremptorio tres citationes.de testibus co.ca.2.quarum contemptarum triplex est contumacia,& triplex est pœna:de hoc,de procuru.querelā. 4.quæstio.5.ca.vno.74.dist.honoratus.nec refert an in vna vel in diuersis ecclesiis quis plures habeat dignitates.de præbend.de multa.Quòd autem delicti itera-
10 tione † iteratur pœna,probatur 31.quæsti.j.quomodo isti quantum distant in numero,tantum & in crimine. 4.quæst.j.imitare.& quod ibi not.de pœnis.c.j.de pœni.distin.j.consideret.25.quæst 2.ita nos.ad idem C. de seruis fugi.l.quicunque.de epis.audi.l.3.C.ad l.Iuli. de vi publ.l.seruuos.ad fin.ff.de iure pat.l.j.bene facit ff. de termi.amo.l.fi.in prin.ad idem quod post Vincent. de remissionibus scripsi de pœnit.& re.cum ex eo.pro hac parte facit quod no.in spe.de sent.§.2.in fi.ver.pe.
11 vbi dicit,quod statuto cauetur,quòd qui dederit † alapam, soluat 10.& si plures alapas dederit,pro singulis soluat decem:& vide quod no.de contu.§. nunc dicamus.versi sed pone iudex Ex quibus concluditur, non inspiciendam vnitatem ictus vel personæ patiētis: sed inspectis tribus personis læsis per Gualterium tribus ictibus illatis per socium,ipsos tribus excommunicationibus esse ligatos.

EX ADVERSO,quòd vna.¶In contrarium allegatur, quia licet plures veniam contra promissum sub pœna,semel tantum pœna committitur,nisi id'es set actum,quod pluries committatur.ff. de transa.qui fidem.ff.de arbitr l si duo.§.fin.& not.25.quæst.2.quæcunque.in fi.de arb.dilecti.secus in interesse quod pluries committitur,& in se reuoluitur ff rem rat.haber. si procurator.¶Item in correctione vel continuatione
12 delicti † non potest mulcta plusquam triplicari.C.de modo mulctan.l.eos,nec ex iterata contractione furti, iteratur furtum.ff.de fur.ei qui,etiam si status rei furtiuæ mutetur eo titu.l.inficiando.§. infans.licet enim tunc augeatur, pœna tamen non geminatur. ¶Item nec ex iterata repetitione verbi appellationis, intelligitur appellatio repetita.31.quæsti.2.Lotharius. & no.
13 de ap.ab eo.l.e.nec dicitur quis relapsus,† eo quod in plures hæreses labitur.Sed tunc demum, cùm post abiurationem relabitur.de hæreti.ad abolendam.& eod. tit.accusatus.supra eo.lib nec repetitio eiusdē rei legatæ vel promissæ, facit duo legata vel duas promissiones.C.de lega.cum quæstio.§. sed & aliam.ff.de verb. oblig.l.scire.multa verba vnam stipulationem.eo.titu. l.Titia.§.final.& multiplex vociferatio contra vnum, vnam iniuriam facit.ff.de iniuriis.Item apud Labeonem.§.conuicium.multiplex actus, vnam consuetudinem.25.quæstion.2.ita nos.de verbo. signifi.abbate. C. de episcopali audientia.l.2.in fine.in trina monitione vnam electionem.de electio.quod sicut.sic & isti tres ictus vno impetu illati eidem vel diuersis,vnā faciunt iniuriam,& vnam inducunt sententiam. facit ad hoc quia non curamus,an per id rescriptum detur vnus solus iudex vel plures,de rescriptis.pastoralis. nec curamus,an in baptismo fiat vna vel trina immersio.de cō. distinct 4.de trina.alias sequeretur:si in tribus substantialibus formæ in eadem electione peccarem, triplici priuationis pœna puniri deberem.quod est falsum.de electiōn.quia propter& capit.ecclesia.& capi. Cumana.Item sequeretur,quod si domum pluribus ignibus, pone tribus,simul incenderem,triplici tenerer incendio.Item,quòd si plures ramos eiusdem arboris succiderem,triplici tenerer edicto,quod est fallum.ff.arg: fur.cæd.l.si plures. & l.si gemina.vel quod si pluribus horis detinerem clericum, vel pluribus verbis communicarem eidem.plures excommunicationes incurrerem:quod videtur falsum.de senten.excommun.nuper.eod.titu.sacris & considerato quod ibi dicit, excōmunicatis in plurali,& sententia in singulari,satis ibi probat quòd communicans simul pluribus excommunicatis in crimine vel extra,vnicam incurrit sententiā.
14 & merito:quia quæ † continuò fiunt,pro vno facto habentur.ff.ad legem Iuliam.de adulte.quod ait.§.final. de illo simul qui occidit filiam vel adulterum. nam de pluribus societatibus intentandum est vnum iudiciū. famil.ercifcund.vel communi diui.ff famil.hæ.herodes.§.de pluribus.ff.pro socio.cum duobus.alias si fra
15 tres.§.si plures. Item plures † iniurias coniungere teneor si vnus fecit, ff.de iniuriis.prætor.§.si mihi plures.secus,si plures.eo.tit. si plures.bene facit ad quæstionem quod dicunt leges.quod si plures de vna familia faciunt furtum,corrumpunt album, damnum inferunt,vel iniuriam irrogant, dominus non tenetur nisi inquantum si vnus liber homo fecisset.primum patet. ff.si fami.fur.fe.di.l.j.2 & 3.ff.de iurisdict.omn.indic.si familia.tertium & quartum.ff. ad l.Aquiliam.l. illud. j.responso.Ex quibus concluditur quod non inspecta pluralitate personarum læsarum ex ictu per Galteriū. nec pluralitate ictuum illatorum per socium eidē parochiæ,ipse Gual & socij sint ligati vna sententia tātum,& non pluribus.

SOLVTIO principalis quæstiōis.Primò dico de socio Gualterij,quòd licitè de rigore iur. videatur tot excommunicationibus ligatus,quot ictus intulerit,tamen vna sententia sola sit ligatus,ex quo simul ex vno impetu illos insulit.Hoc primo dico per dictum capi. si quis suadente.arguendo per singulare,si quis. & per singulare,clericum.& plurale,manus.& per singulare, anathemati.ex quibus colliget hic studiosus, quòd vnus vnum pluries percutiēs,vna sit excommunicatione ligatus.ad idem decre.de senten.excumm.cum pro causa.ibi,percussit in dormitorio, & traxit verberando per claustrum & tamē vno impetu,vnica sit sententia ad idem de re iudica.ad apostolicæ.libr.6.versic.ac etiam.ibi.de omnibus pro quibus erat excommunicationis vinculo innodatus.& versicul. perpetrauit.ibi, nam dicitur in singulari sacrilegium perpetrasse, qui vno impetu cardinales.prælatos,& clericos multos capi fecerat.& ff.ad legem Aquil.illud.in fine.ibi, si quis pluribus vulneribus vno impetu aliquem occidit,vna erit actio de occiso.Item id probat consuetudo & stylus curiæ hic,habēs tales absoluere,vt ligatos vna sententia,non vt ligatos pluribus.¶Ad contraria respondeatur,illa locum habere, cùm non vno impetu, sed diuersis percussionibus iterātur. vel habent locum in pœna hominis,vel in pœna quę imponitur propter interesse rei.certū est enim ex iterata percussiōe ipsius inter,

interesse augeri: & sic loquatur prædicta quæstio Speculat. & intelligendi hoc modo legistæ in l. quicúque. C. de seruis fugi. & in l. nunquam. ff. de priuat. deli. qui per varia exempla formant similes quæstiones. Volens etiam in vtroque membro dilatare materiam, videre potest quæstiones Iac. de Bel. quas in solutionibus cótrariorum voluit. C. vt infra certum tempus criminal. quæstio. termi. primum in prima, secundum in quarta. Idem autem de æquitate videtur dicendum de Gualterio propter vnitatem ictus, tamen ex quo plures clerici
16 ci læsi sunt, ex illo credo illum Gualterium † tribus excommunicationibus ligatum, quod vnitas ictus nó impedit, vt probatum est in prima parte per iura noua post princip. ¶ Item singulare verbum illius ca. si quis suadente clericum. dat intelligere quod pro quocunq; clerico percusso inducatur excommunicatio vna, & videtur hæc interpretatio expediens Gualterio, vt singulariter à qualibet posset absolui. inde est. Cum non multum refert, an vna vel pluribus. cum de singulis & singulis satisfacere teneatur. Pro solutione faciunt iura primæ partis. non obstat solutio proxima. vt dixi, de aliis verbis textus. c. si quis suadente. per quod cócludê à fonte potius quá à riuulis veritate sumpta. 76. dist. ieiunium. 2. per cap. si quis suadente. terminatur enim quælibet harum quæstionum: prima per ver. ibi clericum. cum certum sit excommunicatum manere percutientem clericum. secunda per ver. monachum. vt est dictum. tertia per singularia verba. si quis clericum anathemati. & per verbum plurale manus. quarta in solutióis ordine, per verbum singulare clericum. omnia quæ videntur contraria, alteri solutioni conueniunt. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an arbiter esse possit. nu. 3. 9.*
2 *Pœnam vnde quis meretur, commodum ei prouenire non debet.*
4 *Excommunicatus impetrare an valeat rescriptum. Et ad quæ reddatur inhabilis. & nu. 6.*
5 *Excommunicatus, interdicto aqua & igni comparatur à iuris ciuilis professoribus.*
7 *Iudæi arbitrari possunt. & nu. 10.*
8 *Excommunicatus quæ munia exercere queat.*
10 *Iudæi sintne Christianorũ inimici & hostes. & nu. 2.*
11 *Iudæis singulis ligari potest, licet eorum vniuersitati non possit.*

QVAESTIO XIII. SVPER REG. Dolo facit.

ARGVMENTVM.

COMPROMISERVNT partes in arbitratorem publice excommunicatum, qui arbitrãdo iussit per reũ actori aliquid dari, cui id petenti, reus opponit, compromissum & arbitramẽtum non tenere, & sic eum dolo petere, quod per errorẽ solutã restituturus esset. remanet dubium, an compromissum factũ in arbitratorem publice excommunicatũ, & arbitramẽtum per eum latum, valeat.

Est simile dubium apud legistas de arbitratu, secundum quod patet ex not. ff de verb. sig. illa verba. & ff. de arbitris l. Pedius. §. j. & nota. quia de arbitratore quæro, non de arbitro. de quo in Specula. de arbitris. §. differt. versi. Item secundum eum. & facit eodem tit. §. fi. ver. sed quid de simplici monacho? Item ad quæstioné faciunt quæ plene dixi de excommunicato, an possit testari. supra e. li. de sen. excõ. decernimus. super vltima gl. his premissis. primò negatiua probabitur per 6 rationes. secundo affirmatiua per 6. & per duas remissiue: tertio dabitur solutio, & respondebitur contrariis.

PRO PARTE NEGATIVA. Primo ad negatiuam inducitur præ. l. illa verba arbitratu Titij ius significant. & ideo in seruum non cadunt. Eadem ratione concludemus de cleric. excommuni. c. fin. vbi id probatur. si vis non inferatur literæ. si enim ad ius per
1 tinet arbitrari, & excommunicatus † qui sanctæ ecclesiæ communione priuatus est, iur. vel legum participium habere non debet. in authen. col. 8. de priui. dotis per totum. Ergo arbitrari non poterit. sed aliter respóderi non solet, quàm quod in hæretico loquitur, sed excommunicatus. hæreticus dicitur. 4. quæsti. j. quod autem. ¶ Secundo ad hanc partem facit voluntaria compromittendi submissio, quibus minus fauẽdum, qui necessario aliquid agentibus, iuxta exempla nota. supra eo. lib. de of. deleg. ab arbitris. Et ex hoc infertur
2 culpa † communionis, ex qua cum debeatur pœna, nó debet prouenire commodum. de don. inter vir. & vxo. & si necesse. cum concor. quæ communis culpa ita vrget in arbitratore, sicut in arbitro & iudice, de quibus non dubitatur, quod si publice excommunicati essent, ipsorum sententia non teneret. supra de re iud. ad probãdum. ergo idem in arbitratore & fortius hoc dico, quia maior effectus arbitramenti. quàm arbitri vel sententiæ, cum primo sit necesse stari si sit æquum, vel taltem æquificatum per arbitrium boni viri. In illis vero non sic, quia in arbitrio satis est pœnam solui. & à sentẽtia potest appellari, & potest per nouas probatiões releuari victus, & retractari sententia. de test. fraternitatis. de fide instru. cum Io. Tertiò constat quod hi qui non sunt de corpore ecclesiæ, facile sunt infecti his, qui sunt intra ecclesiam: & ideo super illos potestates, iudicatus, vel officia gerere prohibentur. 54. distin. nulla. de Iudæ. cum sit. & c. pe. & C. eo. tit. de iudi. l. vlti. sed ar-
3 bitramentum † est officium vel potestas iudicãdi, quo facile possent alteram vel vtranque partem offendere. ergo præcauendum, quod euenire posset. de seru. non ordi. capitul. j. ¶ Quartò, si ponderemus diuersos actus vel officia, à quibus excommunicati prohibentur, facile fatebuntur, quod fortius vrgebit ratio, eos ab arbitratu prohiberi. Constat, quod excommunicatus
4 † non impetrat rescriptum. supra eo. lib. de rescrip. c. j. non agit, non reconuenit, non accusat, non denunciat. per ordinem. de iudic. intelleximus. de except. cum inter. in fi. 4. quæst. j. c. j & 2. de acc. cum dilectus. nec per se, nec per alium iurisdictionem exercet. de sup. ne. pla. c. j. & de offi. vica. c. j. supra eo. lib. Item repellitur à patrocinando & testificando etiam in foro ciuili. supra eo. lib. de senten. excommuni. decernimus. quæ satis facit. & eo. titu. licet. in fi. procuratorem non constituit, nec constituitur de probat. post cessionem. non petit executionem sententiæ pro se latæ. supra eod. libro. de except. pia. in fi. & no. de re iudi. inter mona. circa medium tertiæ gl quod arbitros iur. non eligit. Item nec alias compromittit, & no. Guil. in spe. de arbi. §. restat. in fi. si ista minora non potest, multo minus poterit arbitrari. Cum ergo excommunicatio repellat à communibus ciuilibus, legitimis actibus, vt in præ. cap. pia. in prin. & c. licet. in fi. siue iste casus sit communis, siue ciuilis, vel legitimus in excõicatum non cadet, ex quo excommunicatus multa alia à quibus expresse repellitur excommunicatus, collige de ordi. ab episcopo. c. 2. de senten. excom cum illorum. de app. constitutis. j. supra de æta. & quali. cum bonæ. de dol. & contu. veritatis. in fi. 9. q. j. c. j. & vlti. de cler. excom. postulastis. & c. seq. supra e. li. ne se. va. c. vno. & aliqua collige ex his quæ post Innoc. & Hostien. scripsi, de exception. cum inter. & c. significauit.

ligat: & contra faciens, pœnam incurrit. Maior patet
de maio. & obed. si quis venerit. & c. omnes principes.
de sent excom. à nobis & c. omnis Christianus, xj. quæ
stion. 3. Minor autem patet. quod autem hoc præceptũ
sit iustum, ex pluribus potest probari. Illud enim præ-
ceptum est iustum, quod diuinæ scripturæ cõcordant:
sed hoc præceptum scripturæ diuinæ scilicet doctri-
næ apostolorum, concordat. immo de ea assumitur. er
go &c. Maior de se patet, & probatur xj distin. per to-
tum. 10. dist. non licet. xj. dist catholica. & c. vlt. 12. dist.
præceptis. 37. distin. relatum. 84. dist. cum in præterito.
xj. quæstio. 3. tunc vera. 24. quæstio. j. manet. Minor be-
ne prob. j Pet. 3. c. vbi beatus Petrus de mulieribus lo-
quens sic, Quarum non sit extrinsecus capillatura, nec
circundatio auri, nec indumenti vestimentorum cul-
tus. & j. ad Timoth. 2. c. de muliere scribitur, ornantes
se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut
veste preciosa. ¶ Secundò illud præceptum est iustum,
& ideo obseruandum, quod inhonestatem prohibens,
ad honestatem reducit: sed hoc est tale, ergo &c. Maior
probetur. 4. distin. erit autem lex. In moribus enim no
stris, & etiam in iu. non solum attenditur iustitia, sed
2 etiam honestas: ideo † multa sunt quæ licet de sui na-
tura in l. iustitiæ non sunt mala, prohibentur tamen
propter honestatem. de vi. & honest. cle. c. clerici offi-
cia. ad hoc de spon. iuuenis &c. ad audientiam. 35. quæ.
3 2 porro. immo etiam in votis † attenditur honestas. ex-
tra de voto. magnæ. ibi, quid deceat secundum hone-
statem &c. Minor satis patet, quod ornatus talis mulie
rum ad inhonestatem & vanitatem tendit. de consecra.
dist. 5. fucare figmentis. vnde B in app. dicit. Ex cordis
thesauro sine dubio procedit. quod foris apparet vi-
tiorum vanum cor, vanitatis votum ingerit corpori
ad exteriora, & superfluitas, interioris vanitatis indi-
cium est. Præceptum igitur hoc prohibens, ad honeste
tem reducit: ergo iustum. ¶ Tertiò illud præceptum iu
stum est, quod prohibet, id quod est peccatum, vel pro
uocatiuum peccati: sed talis mulierum ornatus est pec
catum & prouocatiuum peccati, ergo præceptum il-
lud prohibens, iustum est. Quod prohibitio peccati
sit iusta, probatur de constitution. nam concupiscen-
tiam. de offi or. c j. & 3. dist. omnis lex. & præ. c. j. 9. dist.
23. prohibete fratres xj. q 3 imperatores. 2. q. j. multi. 83.
dist. per totum. 23. q. 4. ecce. & q 6 quod errauerat. cum
4 agi iustius malum † prohibetur, quã præcipiatur bonũ
quia nemo inuitus bene facere compellitur, sed male
facere prohibetur. 23. quæstio 5. ad fidem quod autem
iuste prohibeatur, illud etiam quod prouocat ad pec-
catum, probari potest de vi. & hon. cleric. vt clericorũ.
de coha. cle. & mulie. c. j. 32. dist. interdixit. 23. quæstion.
4 est iniusta. C. si man. ita vænierit ne prosti. l. vlt. Item
5 quod ex quo licite prohibetur † peccatum, prohiben
tur omnia per quæ peruenitur ad istud. accedat, eodé
titu. cum quid. de spon. oratio. & de fideiusso. cum lex.
Quod aũt ornatus seu talis cultus mulierum sit quod-
dam incentiuum & prouocatiuum libidinis, satis do-
cere potest experientia. ab vnoquoque enim naturali-
ter plus appetitur pulchra quàm deformis, ornata, quã
inculta, vt nota. 14. quæstion. vltima. c. vlti. concordat
illud prouerbiorum 7. c. Ecce mulier occurrit illi orna
ta, præparata ad capiẽdas animas vnde Hiero. ad Ne-
potianũ. Quid facit in facie Christiana purpurismus
& cerussa: quorum alterum est rubor genarum & la-
biorum quo vtitur, alterũ candor est oris & colli, quæ
sunt ambo iuuenum ignis, fomenta libidinum, & im-
pudicæ mentis indicia. Fuit ergo præceptum bonum
quod carnalem concupiscentiæ viã præcludit, ne mors
ingrediatur per fenestras nostras. 26. quæstione 2. visis.
cum non solum à malo, sed ab omni specie præcipiat
Apostolus abstinere. extra. de vita & honest. cleri. cum
6 ab omni. ¶ † Quartò, ornatus talis non solum est pro-
uocatiuus peccati, sed etiam per se videtur esse pecca-
tum: quia est contra præceptum diuinæ legis, & contra
doctrinam apostolorum, vt s. pra. Item contra Euãge-
lium. Luc. 16 cap. vbi diues, qui induebatur purpura &
bysso, sepultus dicitur in inferno, de quo Grego. Si cul
tus preciosarum vestium non esset in culpa, sermo Dei
non tam manifeste exprimeret, quod diues indutus
purpura & bysso, descendit ad inferos. no. 21. quæstion.
4. in summa quod etiã bene probatur authoritate bea-
ti Cypriani, qui super prima epistola Petri vbi supra de
talibus dicit: Serico & purpura indutæ, Christum syn-
cere induere non possunt: auro & margaritis adorna-
tę & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdi-
derunt. hoc autem esse non potest nisi per peccatum
mortale Item dicit idem Cyprianus in libro de habi-
tu virginum: Non virgines tantum & viduas: sed etiã
nuptas puto & omnes omnino fœminas admonen-
das, quod opus Dei & facturam eius & plasma adul-
terare nullo modo debeant, adhibito flauo colore vel
nigro puluere vel rubore, aut quolibet linimento na-
turam corrumpente medicamine: & postea infra sub-
dit: Manus Deo inferunt, quando id quod format, in-
formare contendunt. Impugnatio illa est diuini ope-
ris, & prævaricatio veritatis Domini. Videre non po-
teris, quando oculi tibi non sunt quos ille fecerit, sed
diabolus infecerit. Dei inimico te cõputa pariter cum
illo arsura. sed hoc alicui non debetur nisi pro mortali
peccato, ergo talis ornatus est mortale peccatum. be-
ne hic asserit Aug. ad Possidonium. de con. d. 5. fucare
figmentis. bene fa. 4. Regum 9. ca. versicu. ▮ testabilis
mulier illa Iezabel pixit oculos suos stibio, & ornauit
caput suum quę de turri pręcipitata est & Hieron. ad
Nepotianum, Ornatus iste non Domini est: velamen
istud autem Christi non est: qua fiducia erigit ad cęlũ
vultum, quem creditor non cognoscit! Quintò, ex-
communicatio ligat vbi adiicitur actui, cuius disposi-
tio pertinet ad potestatem seu iurisdictionem ecclesia
sticam. sed hic excõmunicatio est talis, additur enim
ornatui seu habitui mulieris. ergo &c Maior satis est
not. minor vero supra, quod talis actus videlicet orna-
ri, vel tali habitu propter honestatem seruandam non
vti. mandare pertineat ad ecclesiam. satis patet ex. r. de
Iudę. in nonnullis. 30. dist. quecunq;. & ca. si qua mulier
quod traxisse videtur originem à lege diuina. legitur
enim Deutero. 22. ca. non induatur mulier veste virili,
nec vir veste muliebri. & apostolus multis habitũ di-
sposuit. j. ad Corin. xj. vir orans aut prophetans velato
capite deturpat caput suũ mulier orãs aut prophetans
sine velato capite deturpat caput suũ. & infra: Si vir co
mã nutriat, ignominia est illi: mulier vero si comã nu-
triat, gloria est illi. quoniam capilli pro velamine ei da
ti sunt. ad hoc 21 q. 4. episcopi. sed nec defenditur mu-
lier, si maritus ei contrarium pręcipiat: quod sic proba
tur. Vbicunque in cõtrariis pręceptis maior & minor
7 † potestas concurrit, sed est obediendum maiori po-
tius quam minori. Hoc bene probatur 8. distinct. quæ
contra mores. 11. quæstion. 3. qui resistit. sed certum est
quòd maior est episcopus quàm maritus, quia est pręla
tus viri. xj. quæst. 3 si autem vobis. ergo magis obediet
mulier episcopo & eius statuto, quàm marito contra-
rium mandanti.

PRO PARTE NEGATIVA. In contrarium
sic probatur: Non valet statutum vel sentẽtia alicuius
super eo, quod ad eũ vel ad eius officiũ nõ spectat: sed
ornatus mulierum vel modus ornandi non spectat ad
episcopum. ergo super eo nõ potuit statuere vel dispo-
nere aliquid. Maior probatur hic. 96. dis. bene quidem.
8 no. 23. q. 3. in summa. Minor patet, quia ornat' † mulie-
ris. solius viri arbitrio, videtur esse permissus. de cõ. d.
5. fucare. 33. q. 5. quod Deo. est enim vir immediate ca-
put mulieris. eo. c & q. hæc imago 32. quæst. 6. nõ mœ-
choberis. non ergo mulier ligabitur statuto vel sentẽ-
tia. quæ non valet.

9 ¶ †Secundò, statuta episcoporum quæ absorbent iura
aliorum, non valent: nisi ipsi, quorum ius læditur, con-
sentiant, vel nisi saltem sint præsentes & taceant. extra.
de loca. & conduct. vestra. de his quæ fiunt à præla. ca.
vlt. ar. de ma. & obe. c. vlt. sic sententia etiā alteri in iu-
dicio non existenti non præiudicat de re iudi. cùm su-
per. & ca. quamuis. cum sua materia. sed illud statutum
absorbet ius maritorum, ad quorum arbitrium perti-
net ornatus vxoris ergo nō valet, nec mulieres potuit
adstringere. maximè cum non dicatur, quòd viri con-
10 senserint. Tertiò, lex non † debet esse talis quæ scāda-
lum inducat, vel alicui laqueum iniiciat. de resti. spoli.
literas. 27. quæst. 1 de viduis. 24. distin erit autem. & in
procœmio huius libri. immo propter scandalum vitan
dum alias licita dimittuntur & prohibentur, & quan-
doque illicita tolerantur. de no. oper. nunc. cum ex in-
iuncto. eo. titu. de reg. iur. qui scandalizauerit. de vita
& hon. cle. deus qui. de cle. coniuga. cum olim. de regu
lari. c. vlti. 12. dist nos consuetudinem. 4. distin. deniq;.
50. dist. vt constitueretur. cum si. sed marito scandalū
infertur, cùm contra voluntatem suam mulier depo-
nit ornatum. in præ. ca. quod Deo pari. mulieri laqueus
iniicitur: quia perplexa nescitan obediat magis episco
po, vel marito. 14. distinctio. verum. ergo tale statutum
est malum. Quarto, huiusmodi statuta. quantum fieri
potest, interpretanda sunt secundum ius commune. ex
tra. de consuetudin. ca. cum dilectus. sed ius commune
est quod vxor potius obediat viro, quam alteri in his
quæ de sui natura non sunt. mala 33. quæst. 5. c. manife-
stum. & cap. noluit itaque lex, & quod ornet se ad volū
tatem viri. in præ. ca. quod Deo. & cap. fucare. ergo in-
terpretabitur statutum, nisi vbi contrarium velit, cu-
ius tanquam maioris authoritas intelligetur excepta.
de iureiur. veniens. & si episcopus statuens aliter præ-
cise intellexisset sententiam, tanquam errorem conti-
nens, secundum talem intellectum non valeret: de sen-
tentia excommunicationis. per tuas. argu. eorum quæ
no. 4. quæst. 5 quisquis. in glo. sed pone. Quintò sic pro-
batur, proprium votum est magistri obligatorium, &
magister adstringitur ad sui obseruationem magis,
quàm ad superioris præceptum. argu. ad hoc 17. quæst.
j qui bona quæcunque enim, quæ possunt præcipi, de
sui natura possunt suaderi: sed non omnia quæ possunt
suaderi, possunt præcipi. 32. quæstio. j. integritas. ergo
11 fortius & amplius est † votum, quàm præceptum: sed
mulier proprium votum factum etiam de virili licen-
tia non potest iuste contra viri voluntatē exequi, quod
maius videtur. ergo nec præceptum seu prohibitonē,
vbi saltē illud quod prohibetur, alias de sui natura nō
est malum Hoc aperte probatur 33 quæstio. 5. manife-
stum & ca noluit Quod autem talis ornatus, maxime
vestium, de sui natura non sit malus, probatur bene Iu
dith. 10 vbi dicitur in princ. de ea quæ induit se vesti-
mentis iocunditatis suæ, tulitque sandalia in pedibus,
assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & anulos:
& in omnibus ornamentis suis ornanit se. & Esther. 2.
c. vbi ipsa hæc sancta simul cum aliis vtebatur ad or-
natum oleo myrtino. item de myrrha & quibusdā pi-
gmentis & aromatibus & mundo muliebri, quod san-
ctæ dominæ non fecissent. si peccatum fuisset 37. dist.
qui de mensa. 7 q. j. omnis qui. 9. q. 2 Lugdun. faciat ad
hoc, quod vsus rerum non est in culpa, sed abusus. 41. dist.
c. j. quod dicit. & § vlti. & vide Hie. ad Exuperantium.
B. & ad sal viuam B.

SOLVTIO. ad euidentiam istius quæstionis pri-
12 mò videndum est, vtrum talis † ornatus sit peccatum:
ad quod distinguendum est inter ornatum vestium, &
huiusmodi fucationem, de qua loquitur Cyprianus
in princ. authoritate sua de habitu virginum, cum sit
species fictionis seu adulterina fictio, non pōt esse si-
ne peccato, vt bene patet per Aug. in princip. c. fucare.
de con. d. 5. non tamen semper cum peccato mortali,
sed solum quando fit propter lasciuiam vel in contem
ptum, in quibus casibus loquitur Cyprianus. sed ta-
men est sciendum, quòd aliud est fucis fingere pulchri
tudinem non habitam, quod non licet: aliud occulta-
re turpitudinem ex aliqua causa, maxime intrinseca in
firmitate vel huius proueniente, quod est licitum. vn-
de Apostolus j. ad Corinthios 12 Quæ; utamus igno-
biliora esse membra, his honorem abundantiorē cir-
cundamus. Ornatus autem aliter superfluus vt vestiū
& habitus in non nūptis mulieribus est peccatū mor-
tale, si fit ad placendum virorum aspectibus, & ad con
cupiscendum: cum illud sit prouocare incentiuū pec-
candi. Vnde Chrysostomus de contempla. Si se mu
lier decorauit, & ad se visus hominum prouocauerit,
extremam vindictam sustinebit, etiam si nullam plagā
intulerit veneni eius: obtulit enim, & si nullus fuit, qui
bibat, inuentus. Si ex vanitate, propter quandam ia-
ctantiam, vt forte bene indutæ reputentur, saltem ve-
niale. Coniugata autem, si se ornet ex causis prædictis
similiter: sed si se ornet hac intentione. vt placeat viro,
ne per eius contemptum labatur in adulterium, potest
hoc facere sine peccato. Vnde Apostolus j. ad Corint.
7. Mulier quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo-
modo placeat viro & Augusti. dixit ad Posidonium,
nolo vt te in ornamentis auri vel vestis perperam ha-
beas, vt probibendo sententiam dixerit in eos, qui ne-
que coniugati sunt, neque coniugari cupientes, cogi-
tare debēt qualiter placeant Deo. Nupti autem cogi-
tant quæ sunt mundi, scilicet quomodo placeant vel vi
ri vxoribus, vel mulieres maritis, secundum Thom. in
2. 2. quæstion. 198. artic. 2 ex quibus sic dico. quod statu
13 tum † episcopi ex causa factum, de sui natura bonum
est & valet: & ideo quæcunque eis vtitur. saltem ad fin
gendam pulchritudinem quam non habet, incidit in
14 pœnam: quia cum fucatio † de sui natura sit mala, me-
rito potuit prohiberi: in quo nec vxor debet obedire
viro. 11 quæstio. 3. non semper. cum si. & sic loquitur. c.
fucare. Circa alia autem ornamenta dico, quod quæ-
15 libet non nupta † tenetur præcise obedire statuto. 8.
quæst. j sciendum. 11 quæst. 3. quid ergo. & c. qui resistit.
23. quæsti. j. quid culpatur. quod & si mulieribus possit
esse ornatus sine peccato mortali, ius tamen seu causa
præcepti trānsgressionem facit mortalem. 14 quæstio.
16 j. c. quisquis § quod præcipitur. Circa nuptam † autem
dico, quod aut vir consentit expresse vel tacite non
percipiendo contrarium, aut expresse prohibet, ne v-
xor statuto obediat. In primo casu debet mulier serua
re statutum, alias incidit in pœnam: quia tunc non est
legitimum impedimentum, quod ad statuti obseruātiam
non teneretur. In secundo casu, vbi s. vir contrarium
præcipit, quantum in effectu proprio, debet velle obe-
dire statuto. Sed in effectu potius obediet viro, cuius
obedientiæ immediate & principaliter est adstricta,
contra cuius viri volūtatem tale statutum in his, eam
non potuit obligare sicut aperte probatur in supra al-
leg. & maxime 33. q. 5. manifestum. hæc imago. & c. no-
luit. & c. quod Deo pari.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio criminis contra eum an valeat, qui vere infamatus fuit, si fides de infamia prius non fiat.*
2 *Appellationis causa existentia à sententia interposita efficit, vt attentata reuocentur.*
3 *Haresis paterna filium liberat ab eius potestate.*
4 *Veritati cedit opinio. Et contra nu. 10.*
5 *Ad papam cum appellatum est in maioribus causis, si appellationi sit renūciatum, quis futurus sit iudex.*
6 *Iurisdictio licet ex conditione competat, an exercitiū etiam competat.*

7 *Iudicium*

7 *Iudicium non debet esse in pendenti.*
8 *Iurisdictio impediri, aut eius exercitium quatenus possit.*
9 *Iudex suspectus non recusatus, non dicitur impotens.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XV. SVPER REG.

Eum qui certus.

DELEGANTVR iudices duo ad causam, cũ clausula, quòd si ambo. alter ex ipsis, collega verè impedito, sed de impedimento fide non facta, procedit: quæritur, an valeat processus.

Ad affirmatiuam primò sex, ad negatiuam secundò inducam sex rationes. & opinionem. Tertiò solués distinguã duo membra: & sic opiniones concordabo.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quòd
1 valeat, probo: satis est, quòd is, contra †quem de verita
te criminis inquiritur, sit verè infamatus, licet non
prius fiat fides de infamia: vt tenent Osti. Pe. & Abb.
de acc. cum oporteat. & ca. qualiter. 2. & Guil in spe. de
inquisi. § nunc tractemus. aliâs, viso igitur. ver. hoc au
tem scias. & dicas hæc verba in ordinario. dico idem
in delegato: ex quo pars non resistit. de accu c 2. lib 6.
sicut ibi sufficit existentia infamiæ de qua fides fieri
posit: sic sufficiat existentia impedimenti, de qua nũc,
cùm de processu quæritur, fides fieri posit. ad instar
eius quod de cõseruatore dicimus esse: quòd nunc cõ
stat offensam, quam puniunt, fuisse notoriam, de hoc
eo. tit. c. j & vlt. lib. eo. ¶ Secundò video, quòd quo ad
2 reuocationem †attentatorum, satis est quòd nunc con
stet de existentia causæ appellationis interpositæ à sen
tentia, quæ tunc erat: licet tunc de illa non constiterit:
de app. non solùm lib. eod. sicut ergo existentia causæ
ibi, de qua nũc constat, extunc abdicauit iurisdictio-
nem iudicis à quo, in iudicem ad quem: Ita existentia
impedimẽti iurisdictionem transtulit in collegam ex-
tunc vi clausulæ. ¶ Tertiò sufficit existẽtia reseruatio-
nis, vel collationis Papalis, licet hæc à canonicis igno
rentur, de præben. si postquàm. & c. si beneficia. eo. lib.
¶ Quartò sufficit existentia perpetui impedimenti in
primo matrimonio, licet de illo non sit facta fides vt
valeat secundum, dummodo nunc de illo fiat fides de
eo qui duxit in ma. c 2 ¶ Quintò sufficit existentia cri
3 minis heresis paternæ †, vt filius extunc censeatur sui
iur. licet nunc tantum de illa constet. de here. c. 2. in fi.
lib. 6. ita ergo sufficiat existentia impedimenti, vt per
illud extunc censeatur collega solus fuisse iudex: licet
fides tunc facta non fuerit, sicut sufficit habere iura in
curia: licet non exhibeantur supra eo. lib. de elect. cu-
pientes. ver. vt omnes electi. & not. ibi in gl. vlt. primæ
partis in ver. cõtingentib. ¶ Sextò probat hoc dec. pru
dentiam. de offic. & potest. deleg. super qua plus funda
tur opinio contraria. nam apertè innuit horum alte-
rum sufficere, quòd cõstet de impedimento, vel quòd
constare posit, ibi, vel aliâs, de eodem canonicè con-
stare non poterit. ergo ex quo nunc constat iudicem
tunc impeditum, ergo patet vi clausulæ collegam tũc
procedere potuisse. & hanc partem tenet Inno. in dec.
prudentiam ex quo partes non resistunt. Hoc etiam
tenet Archidia. licet in casu dissimili, cùm eadem ra-
tio sit, in decre. cùm plures, eo. lib. & eo. tit. vt veritati
4 †manifestæ cedat opinio 8. dist. veritate.

PRO PARTE NEGATIVA. Quòd nõ va leat, probatur à parte, decre. sciscitatus. de rescrip. primò. inquantum ibi repetitur hoc verbum, constiterit. Item quia ibi ponitur determinatio, dũmodo. qua determinatione non seruata, non videtur propter solam existentiam impedimenti collegam esse iudicem, cui conuenit. eo. tit. super literis. ibi, delegatus, postquam sibi super hoc fuerit facta fides. & ex contrario sequeretur absurdum, quò l deleg. ante præsentationem rescripti, ex quo verè iudex est, procedere posset. contra id de app. vt supra eo lib. & in extrauagan. bon. iniunctæ. de elect. immò nec sufficeret rescri. nunquam exhibitum probari per testes, secũdum veram opinionem, quam recitare soleo de priuilegiis. cùm olim. j. ad fin. j. glo. ¶ Secundo videtur quæstio seu casus, de off. deleg. si contra vnum. lib. eo. Non enim sufficit existentia impedimenti vel suspicionis collegæ, vt collega ex vi clausulæ in principali procedat, nisi prius pronũciatum sit super illa. ita nec sufficit existẽtia suspicionis, vt nunc per illam impediatur potestas subdelegandi, vt supra eo. tit. iudex. in princ. lib. 6. ¶ Tertiò arguendo de ap. tripliciter, probatur sic, iudex ap. interpositæ ante sententiam, iudex est principalis causæ, sub conditione: scilicet, si bene appellatum est, & tamen de illa conditione prius constare debet. de app. vt debitus. nec alter etiam de consensu partium posset de principali cognoscere. de fo. comp Romana. j. respon lib. 6. Ergo idem in proposito, quòd vnus solus iudex est sub conditione. Item ad inhibitionem faciendam per iudicem app. non sufficit negocium deuolutum, nisi constet deuolutum, de app. Rom. lib. 6 §. neque. Item cum appellatum est ad papam in maioribus casibus. & ap-
4 pellationi †renunciatum est, iudex alias ordinarius, est
iudex causæ sub conditione, si sine praulato recessum
est: sed prius de hoc inquiri debet. de elect. quanuis &
c. prouida. lib. eo per eundem modum potest induci.
de sup. ne. præ. c. fin. lib. eod. ¶ Quartò video, quòd ad
collationem beneficij curati faciendam habenti plu-
ra curata, non sufficit existentia dispensationis, nisi
prius de illa constet. de off. ord. c. ordinarij. §. in confe
rendis. lib. eo. sicut ergo ibi impeditur potestas colla-
toris, sic & hic potestas iudicis, fide non facta. ¶ Quin
tò, bene facit ad hanc partem. de hæret. cùm secũdum
in fin. lib. eo nam licet sint cõfiscata bona propter exi
stentiam criminis hæresis, appræhensio tamen fieri
non potest, nisi hic declaretur. Sic licet iurisdictio
6 †competat ex existentia conditionis, exercitium tamẽ
non competit, nisi de hoc facta fuerit fides. & si dicas
quòd illud illo casu est, quo requiritur sententia de in
stantia, per decre. pro humani. de ho. eo. lib. in fin. Bene
igitur dicunt iura, requiri causam rationabilem & ma
nifestam. de offic. ord. irrefragabili. §. cæterum. eo. tit.
conquerente. de vi. & ho. cle. monasteria. de censi. cùm
apostolus. §. prohibemus. de sen. exc. sacro. cum simili-
bus. ¶ Sextò satis facit, quia iudicium alias †esset in
7 pendenti, quod esse non debet ff. de iud. non quemad
modum. penderet enim virtus processus ex futura fi-
de separati. sicut ergo in procuratore ad iudicia non
sufficit existentia reuocationis iudici vel parti non in
sinuata. ff. de proc mandato. licet sufficiat in extraiu-
diciali. eod. tit. & li c. fi. & eod. lib. de præb. dudum. in
fine: sic & in hoc. casu non sufficiat existentia impedi-
menti, de illo fide non facta Hanc partem tenet B. in
dec. prudentiam. in gl. 3. in fi. 5. & 6 & vlt. primæ partis.
& Host. in eadem dec qui dicit cõsensum vel taciturnitatem partium nil operari, cùm prorogatio, de qua ibi loquitur Inn. habeat locum in ordinaria iurisdictione, non delegata.

SOLVTIO Quæstio proponitur de impedimẽto, de quo tunc existente, fides fieri potest, alias esset
nullum dubium. & soluendo distinguo, aut impedi-
8 mentum †sine ope exceptionis impediens iurisdicti-
onem vel exercitium erat perpetuum, vel temporale
ineuitabile: & tunc siue id fuerit notorium. siue non, dum tamen nec ipse coniudex, nec aliqua partium de hoc quæstionem retulerit, valet processus & sit ratio, quia verum est, ex existentia conditionis illum iudicem esse, nec fit ibi per partes prorogatio iurisdictionis, quæ competebat, sicut dixi: sed sola remissio probationis. & sic intellecta sit vera hoc casu prima opi-

nio Inn.& Archi. Aut est impedimentum tale, in quo
necessaria sit exceptio, vel est impedimentum incom-
moditatis vel voluntatis,& his casibus non valet pro-
cessus.& sic vera opinio contraria glo.& Ost.& huius
ratio patens est, quia de primo oportet constare per
exceptionem oppositam & probatam.& sic respondet
dec.si contra vnum.de offi.deleg.eo.lib.quia non hoc
9 ipso quòd † iudex suspectus est, dicitur impotens, nisi
pars recuset:ergo non prius existit conditio clausulæ
iurisdictionis exercitium transferés in collegam. Se-
cundo casu impotentiæ, vt cùm non potest inde se, sed
vult per destinationem nuncij se excusare, planum est,
quòd non ex incommoditate, sed per excusationem e-
xistet cõditio:& sic loquitur dec.sciscitatus.ibi, dum-
modò maximè cùm tunc subdelegare posit,& colle-
ga teneatur, clausula non obstante, subdelegatum ad-
mittere.vt no.eo.tit.de offi.dele.coram.¶ Tertio casu,
scilicet voluntatis, necesse est de illa constare, vel per
contumaciam ipsius requisiti non venientis, vel per a-
pertam resistentiam. vnde cùm nec aliter dicatur con-
ditio existere in hoc casu, non prius iurisdictio colle-
gæ defertur.& his casibus non esset taciturnitas par-
tium remissio probationis, vt in primo membro: sed
prorogatio iurisdictionis in exercitio, quod in dele-
gata non procedit, vt supra dixi. secundum Hostien.&
hac distinctione bimembri concordatæ sunt opinio-
nes, & soluto contraria. cuius distinctionis primum
membrum indubitate procedit, iudice sciente impe-
dimentum collegæ: sed & de ignorante, vt dubitante,
videtur idem ar.l.4 ff de ma.vind.& eorum quæ scri-
psi post Inn. & Host.de præscrip.cùm ex officij. & fa-
10 cit quod no.de biga.nuper.nam si contra regulã † pre-
fertur veritati opinio, fauore sententiarum & proces-
suum, præferetur opinio fortius, vbi fauor ille concur
rit cum regula,& stabitur regulæ.nec obstat.ff.de ac-
quir.here.l.ventre.& l.6.§.j.ff.de condit.& dem. mul-
tum interest, cum si.ad quæ responde per no.in præ.§.
j.Item hereditatis aditio plus respicit animum.instit.
de hære.qua.& differen.ad fi.ff.de acqu. hered.l.is qui
putat. sicut & contractus matrimonij de spon.tua.iu-
risdictionis exercitium plus respicit factum, dummo-
do iura subsistere posit.nec ob.decr. cum super. eod.
tit.de off.deleg.quia voluntas hic & potestas non sunt
contraria. Ioan.And.

SVMMARIVM.

1 *Protestatione ius pignoris conseruatur creditori.*
2 *Contestatio ita animum contestandi exigit, vt in iu-*
dicando iudicantis animus requiritur. num.6.
3 *Contraria allegans, audiendus non est.& num.10.*
4 *Protestatione an impediatur litis contestatio.*
5 *Quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repe-*
tita videntur.
Subiecta sunt talia, qualia prædicata ibidem.
7 *Quæ incontinenti fiunt, inesse dicuntur. Et quod re-*
spondendo ex interuallo, protestationi renunciatũ
videatur.
8 *Contestatio litis quomodo fiat.*
9 *Iniuriam faciens, protestatione non euadit iniuria-*
rum actionem.
11 *Litem contestari quõ & quando quis cogendus sit.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XVI. SVPER REG. Exceptionem.

IMPETRASTI cõtra me rescriptũ
1 papale, dicens † quòd te de possessione
violenter deieceram: citatus protestor,
quòd non intendo litem contestari, nec
iudicium ingredi:& dico te falsum expres-
sisse, cùm non violenter eiecerim: sed iu-
dicis authoritate vacuam possessionem
intrauerim. quæritur, an hæc exceptio ve
niat vt dilatoria contra rescrip. an vt pe-
remptoria contra actionem.

Sed huic quæstioni congruè incidit Bartholo. Ve-
nereal.q.34.an protestatio rei, dicentis coram iudice
& aduersario, quòd non intendit litem contestari, im-
pediat contestationem. ad quam alias eius respon. suf
fecisset.& hanc prius tractando est sciendum, quòd sa
tis plenè prosequitur illam Guil.in spe.de lit.cont.§.
2.ver.patet ex præmissis. Disputauit etiam illam Azo,
doctor nostri iur.bon.can & doctor meus in legibus.
& supra illos Martinus. sed propter scripta in præ.§.
vbi patet, ex præmissis breuiter pertransibo. premit-
tens per quos disputata fuit. & ad negatiuam primò,
& ad affirmatiuam secundò inducam quod tres docto
res allegant. tertiò ponam quatuor solutiones expri-
mendo quæ placent.

PRO INCIDENTIS NEGATIVA. Et
quòd non sit facta cõtestatio, allegatur supra de spon.
tua supra quod me. causa.c.j.31.quæst.2. Lotharius.28.
dis.diaconi.de resti.in inte.c.2.circa fi.de off.or. pasto
ralis in fin.de elect. Cumana.ff.quib.mo. pign.vel hy.
sol.si debitor.§ j secundum Barth.ibi per protestatio-
1 nem † remanet ius pignoris creditori.ad idẽ.ff. de vsuf.
sed & si quid.§ fi. ibi commoditas doliorum non per-
tinet ad legatarium, quia testator dixit se nolle ad eũ
pertinere.ad idem ff.de neg.gest.Nesennius. vbi pro-
pter protestationem mater repetit impensas. Item si-
cut in sententia requiritur animus sententiandi.ff.de
2 arbi.qualem.ita & in contestatione † animus contestã
di.sed protestatio cohærens animum contrariũ osten
dit.ff.de pact.iuris gentiũ.§ quod ferè.ergo per ipsam
impeditur contestatio, secundum Odoar.ad idem.ff.
de codicil.conficiuntur.§.fi.ff.de leg.j.si mihi.§.inter-
dum.& l si ita sit scriptum secundum Guil.

PRO INCIDENTIS AFFIRMATI-
VA. Ad contrarium adducitur de const.cùm de ap.so
licitudinem.in fi.quę tamen facit pro prima, et ibi scri
psi super gl.fi.nam facto videtur renunciare protesta-
tioni.eo.tit.dilecti.2.& quandoque contestatur litem,
qui id non intendit.supra de dolo & contu.prout. Itẽ,
3 cùm sibi videatur contrarius faciendo † contra prote
stationem, nõ est audiendus.de præsump.literas.C.de
nu pat.l.professio.lib.10.secundum Barth. Adducitur
ad idem.ff.loca.l.antepe.§.locator.C.de re iudi.ad so-
lutionem. Item ar.ff.de cond.inde.si quis sic.& l.quod
quis sciens.vbi animus nil operatur.ad idem.ff.de con
di.ob cau.de di.§.si quis quasi statulib.& C.eo.si repe-
tendi.& ff.qui mo.pig. vel hypo sol.sicut §.pe.& quid
dicant ipsæ leges, vide in præ.ver.patet ex præmissis.
de codicil.diui.§ licet.posteriora enim prioribus de-
rogant.vt ibi.& C.de pact.pacta nouissima.ff.eod.tit.
si vnus.§ pactus.de le g.j.l.si mihi.§ in legatis.

SOLVTIO quæstionis incidentis Barth.dixit li
4 tis contestationem non † factã, quia iudex & aduersa-
rius tacẽdo videntur cõsentire.& dicit Tan.sic tenuis
se,& Hug & Accurs.sic sibi respondisse. sed ipse Acc.
in not.C.de lit.conte.l vna.in gl fi.non innititur præ-
dictæ rationi de consensu iudicis & aduersarij. Idem
dico de Be.qui sic no.de lit.conte.c.vno. Et Vinc.de e-
lect. Cumana.tenuit etiã idem Azo legista. Dicit Ioan.
in quibusdam vidi quòd si iudex protestationem ad-
misit, non sit facta contestatio. non obst. quòd postea
super principali respondit: quia cum præmissa prote-
5 statione respondisse videtur, quia quæ † in præfationi-
bus dicuntur, in sequentibus repetita dicũtur. & sub-
iecta sunt talia, qualia prædicata permittunt.ff.de ver.
ob.Titia.§.idem respondit.j.nec ob.ll.per eum in con
trarium allegatæ quia nulla ibi præcessit protestatio.

Si

Si aut iudex reprobauit protestationem, tunc dicatur facta contestatio.ff.de neg.gest.si aut. §.quocunque modo.ff.de compen.quod in die.§.si rationem de contrario iud.tut.l.j.§.quid ergo. vbi per iudi.reprobationé aufertur actori commoditas agendi:ita & hic vtilitas protestandi. Hoc secundum Guil.in praeal.ver.patet ex praemissis.fuit opin Ia.Bal.qui intellexit iudicem admittere,si non reprobat, dato q expressè nó admittat, sed taceat.all.etiá Guil.de censi.olim & hoc ipsi Guil. placet.sed praedictus Mar.indistinctè, i.non distinctè,

6 an iudex approbet vel non,tenuit lité nó conte. †quia reus debet habere animú contestandi.in auth.de exhi. reis §.illud.col.5 Sed ex quo protestatur, deesse videtur animus.ff.de pactis.iurisgent.§.quod fere.nec ob. praedictae opinioni.l.si aut.quod in diem.& § quid ergo ideo obstat ibi exceptio rei iudicatae:quia lata fuit sentétia super illis,super quibus lis fuit conte.nã reus asserédo se vti bona iustitia,& postea obiiciendo exceptionem compensationis, videtur omne auxilium sibi competens in iudicium deduxisse:vnde non mirú.sed in illis legibus obstat exceptio rei iudi.Inducitur etiá gl.auth.qui semel.C quomodo vel quando. quae incipit.f.talis.quae dicit quòd iudex non potest cogere reú praecisè ad respondendum,sed si dicamus,quòd reprobatio iudicis competit,quòd fieret cõtestatio,iam sequitur eum posse compellere ad respondendum. sed si litem non contestetur, fiet missio cõtra eum, vt ibi gl. praedicta. Et haec solutio domini mei mihi placet coniuncta dist. Azo. quae sequitur de actore. tenent idem Ia.de Ra.& alij, qui licet protestetur contra protestationem rei. cùm contestatio litis ab animo rei procedat, vt dixi, protestatio actoris animum rei non tollit: & sic lis contestata non erit. hoc ponit Cynus in prae. l.vna.C.de lite contesta, Azo doctor noster, de quo supra tenet idem,per rationé animi, qui necessarius est, vt supra allegatur.de elec.dudum.a.de lite contest.ca. vno.& C.eo.titul l. vna & maximè si tibi responsio fa

7 cta †fuit incontinenti post protestationem: quia inesse videtur.ff si cer.pet.l.lecta.supra de ele.officij. licet si ex interuallo, protestationi renunciasse videtur. de off.del.gratum.hoc dictú placet Host.vt patet in dist. quam posui supra de consti.cum M. super gl.hic ergo. quomodo autem respondetur secundum Innoc.ad id quod opponitur,protestationem contrariá facto, scripsi in prae.dec. vnic.de lit.conte.super gl. & in regula, in generali.infra eo.pen.col.ver.sed quaero.

Quaestio principalis. Nunc redeundo ad principalem quaestionem Goffr.in qua breuiter pro & contra ponitur solutio,& ipsius declaratio.

Quòd vt dilatoria veniat contra rescriptú. & licet videretur ista quaestio sopita per ea quae dicta sunt supra ipse tamé ad partẽ, q admittatur vt dilatoria,& ad elidendum rescriptum,non ad ordinandum iudicium inducebat, q protestatio in multis casibus multú operabatur,& defendebat,ne noceret quod agebatur,allegabat 28 dist diaconi.& iur.supra in prin.allegata.

EXADVERSO. In contrarium inducebat, q ista contingit principale negocium. ergo admittenda, vt peremptoria,& sic fit litis contestatio. C.de praescrip.lon.tem.l.emptor.C. de except.si quidé.ff.de interrog. ac.l.filius § exceptionibus.habet enim fieri contesta-

8 tio †per narrationem negocij principalis.C.de lit.cõte.l.vna. C.de iud.rem non nouam. nec dici potest ista peremptoria,quae praecedere habet litis contest.C.de proba.exceptionem 3.quaest.4.§.exceptio. ff. de adul.si maritus.§.praescriptiones.nec multú operatur in hoc casu protestatio, propter facti repugnantiam : sicut si

9 clericum irato animo percutio,post verba †iniuriosa, protestando, q non facio animo iniuriandi,excommunicationis vinculum non euado, cùm verum sit, quomodocunque protestor, te passum iniuriam. ff. de iniur.eum qui.§.si iniuria.alleg.c.de cõnst.cum M.Item, si dicam me nolle intrare iudicium,tamé aliquid propono de negocio principali , fit contestatio vel quasi. de dolo & contu.prout.

SOLVTIO principalis quaestionis.Soluendo di

10 cebat,quòd quoties in iudicio quis proponit exceptionem,quae ex sui natura sapit †peremptoriam,si protestetur se nolle litem contestari vel iudicium ordinare,sed rescriptum eludere & causam differre:iudex nó audiet illum tanquam sibi contrarium,per alleg.decr. solicitudinem.de ap.in fin.C. de furt.& ser.corrup.l.j. ff.quando app.sit.l.2.§.j.aduerte: non dicas Goff.resistere his,quae dixi in proxima quaest.non enim dicit ipse litem contestatam,non obstante protestatione,sed dicit quòd iudex non audiet illum,i.coget eum litem

11 †contestari.non dico praecisè,vt etiá dixi in solutione Martini,sed per iur. remedia, s.missionem in possessionem vnde prout no.in dec. 2. de lit.cont.supra eo.lib. ipse Goff.tenuit,per peremptoriam , non fieri contestationem litis,vt ibi diffinitum est.Placet ergo eius solutio sic intellecta, cui est simile quod dixi de ap.solicitudinem.super vit.gl.

SVMMARIVM.

1 *Catechismo contrahitur compaternitas & cognatio.*
2 *Bigamia contrahitur per matrimonium contractum a non baptizato.13.*
3 *Haeretici an conferant sacramenta. Et quid in baptismo.num.4.7.*
5 *Patrini filios spirituales instruere tenentur in fide & moribus*
6 *Christianus an esse possit sub temporali vinculo seruitutis Iudaei vel pagani.*
8 *Baptizatus renascitur spiritualiter ex Deo patre & ecclesia matre.*
9 *Non baptizatus cur baptizet : sed tamen in baptismo non leuet.& num.11.*
10 *Spiritualis expers vita.in quá primum homo per baptismum renascitur, nullá spiritualem cognationé, cùm illius capax non sit,contrahere potest.*
12 *Catechismum recipiens ,properat ad baptismum:& sunt catechismo de praeludiis baptismi.*
14 *Cognatio spiritualis cú Christiano semper cõtrahitur, vbi misces Christianú pagano,siue in eodem actu leuandi,siue altero baptizante dicas alterum leuasse.*

QVAESTIO XVII. SVPER REG. Ex eo non debet.

ARGVMENTVM.

VTRVM paganus. Iudaeus,vel haereticus,qui fidem vel ecclesiam impugnat,ex aliquo ecclesiae sacramento cognationem spiritualem contrahat? Pone, Baptizauit seu leuauit Iudaeus , paganus vel haereticus: quaeritur, an ex hoc oriatur spiritualis cognatio. Quaestio haec primú fuit disputata per dominú Palmeriú,qui eam tantum in haeretico resoluit.

Inducentur primò ad affirma s.secundo ad nega. 4.tertiò solutio proponitur,& cõtrariis respondetur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quòd oriatur in effectu, hoc solùm inducebat. quia baptismus tenet. de cõ.di.4.costat.& c.se.de sum.trin.c.vna. §.sacramentú.probatur aliter secundò, & sic per actú qui impéditur in pagano,leuádo,s.patrinú: cum cate-

1 chismo †cõtrahitur compaternitas & cognatio. de cõ. di.4.in catechismo.de co.spi.c.a.li.eo. q catechizatur adhuc paganus,sic patet ca.dis.catechumenú ergo & per actú qué paganus impendit leuádo vel baptizádo, eadem cognatio contrahetur. tertiò, certum est q per

2 matrimonium † contractum à non baptizato, contra-
hitur bigamia.26.di.deinde.c.acutius. ergo & cogna-
tio. ¶ Quartò, viro leuante, fit vxor ipsius commater.
30 quæ.4 c.j.& c.si quis vnus.de co.spi.Martinus quæ
tamen viro pagano posset esse nõ baptizata,& viro ca
tholico esse posset hæretica.vt de diuor.quanto.& ca.
3 seq. ¶ Quintò, nõ solum † sacramẽtalia conferunt hære
tici,sed etiam sacramenta,non solum baptismum,sed
etiã alia:quod patet j.q.j. dominus declarauit.& satis
not.11 q j.in sum.& patet de schisma.c.j & de sacramẽ
talibus patet de sacramentis non iterand.c.2 sepultus
enim per manus schismaticorum non exhumatur, vt
ibi ex quibus concluditur cognationem contrahi.

PRO NEGATIVA. In contrarium inducebat
4 Palmerius:quia licet baptismus valeat †, tamen est in
detrimentum concedentis, & illius respectu Deus il-
lud detestatur.j.q.j.quòd quidam.& c.odit.& c.male-
dicam.vnde ergo demereatur honorem spiritualis co
gnationis nõ habeat,ad id de con.d.2. pro dilectione.
in fi.& esset absurdum ꝙ inter fidelem & infidelem nõ
esset dissimilitudo.inducit de sum.Trinit.c.2.ver.non
enim.Item per idem c.in fi.patet ꝙ diabolus est ipso-
rũ pater,quia facit filios spirituales: & sic diaboli ne-
potes habere nõ possunt,cùm id baptismo renuncient
diabolo & pompis eius,secundũ Bal. ¶ Secundò con-
stat, quòd nedum pagani dicũtur membrum abcisum
ab ecclesia.23 q 7.quemadmodum. nec participãt etiã
sacramentalibus. inde est quòd sepulti in cœmeterio
ecclesiæ exhumantur.de hæreti.c.2 2.respon.lib.eo.Itẽ
spiritualis beneficij collatio ad ipsorũ preces facta nõ
valet, vt ibi in §.ad hæc. multo minus spiritualis co-
gnatio quæ sacramentalior est. ¶ Tertiò sic probatur:
5 Patrini † debent esse instructores spiritualium filiorũ
in fide & moribus,vt patet de con.di.4. vos autem.&
facit ad quæstionem quod ibi no.sed Iudæus & paga
nus fidem non didicit hæreticus illam non seruat, &
sic ab illis instrui non possunt.ad hoc 37.dist.relatum.
ibi,oportet ab illo scientiam addiscere scripturarum,
qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditã
seruat. ¶ Quartò ibi damus spiritualẽ patrem,est prius
dare vitam spiritualem,& prædicti non sunt tales. er-
go &c. ¶ Quintò satisfacit,quia infideles non acqui-
rũt ius quasi spirituale,scilicet patronatus.16.q.7.qui-
cunque.& c.frigentius. & dixi de iur.patro.nobis. in
prin.ergo nec verè spirituale, qualis est hæc cogna-
6 tio. ¶ Sextò, Christianus † non potest esse sub tempora-
li vinculo seruitutis Iudæi vel pagani. multo minus
sub spirituali vinculo cognationis ar.infra qui fil.sint
leg.per venerabilem.primum probatur 54.dist. frater-
nitatem de iud.cap j.& vlt.ex quibus concluditur co
gnationem non contrahi.

SOLVTIO Dicit Pal.per primam rationẽ hære
7 ticum baptizantem esse verè spiritualem † patrẽ, cùm
patrinos domino sociauerit. Mihi placet hoc dictum
in hæretico non solùm baptizante,sed etiam leuante:
quia sacramentum baptismi, quod habet, non perdit
per hæresim.de con.di 4 ostenditur.& c.nullus.de di-
uor.quanto.& quo ad habitum, est de corpore eccle-
siæ,& ligatur etiam ipsius constitutionibus,& sic spi-
ritualem cognationem contrahit,per eandem rationẽ
cõuersam.secus credo in pagano & Iudæo.circa quod
8 est sciendum,ꝙ sicut spiritualiter quis † renascitur ex
Deo patre & ecclesia matre, quod colligitur 12.q 2.qui
abstulerit.11.q.3.ad mensam.& ex no.de biga.debitum.
conferens autem sacramentum gerit vicem,typum &
personam Dei. ad id.j.q j sicut Christus & c.intra.de
con.dist 4.à quodam & c se.suscipiens autem, aut le-
uans,gerit personã & typum ecclesiæ: ad hoc de seru.
cap.vno.ex quo colligitur ratio,quare non baptizatus
9 † baptizat,sed in baptismò non leuat:quia non bapti-
zatus est creatura Dei,cuius typum gerit baptizans,vt
dixi. non tamen est membrum ecclesiæ, cuius typum
10 gerit leuãs,vtroq; tamẽ casu,qui expers † est spiritua-
lis vitæ,in quã primum homo per baptismũ renasci-
tur,nullã spiritualem cognationem,cùm illius capax
non sit,contrahere potest. & sic puto intelligendũ de
con.d.4 in baptismate. & quod ibi no. quod no. 30 q.
j.c.j.& per hoc sit responsum ad primum contrarium.
11 fateor enim non baptizator † baptizare, & per ipsum
quasi per lapideum canalem trãsfunditur sacramentũ
in baptizatum j.q j.si iustus fuerit. nec semper sequi-
tur sacramentũ baptismi omnes ipsius effectus,vt pa-
tet in fictè baptizato.j.q.j.sicut ficti. de bapt.maiores.
Ad id quod dicitur de catechismo,respon. Illud verũ
12 pro eo quòd catechismũ † recipiens properat ad bapti
smũ:& sunt catechismi de præludiis baptismi. de con
se.dist.4.postquã.& c.sequentibus.& no.eo.tit.de cog.
13 spirit.contracto. Ad id quod dicitur de bigamia, † re-
spon.quòd procedit ex l.diuina.vt patet j. ad Timot.
3.& ad Titum.j.ergo non mirum,quòd bene ligat non
baptizatum. id quod dicitur de vxore non baptizata,
nego verum,per rationem prædictã:& dico iura de co
loquentia, de coniuge baptizata intelligi. & concedo
argumentum in hæretica,per præscripta in prin. solu
tionis:per quæ etiam concedo vltra argumentũ,quòd
quo ad hæreticum solutionem concor.& per prædicta
pateat,ꝙ si sola incapacitas non baptizati impedit co
gnationem contrahi,vbi misceas Christianũ pagano,
siue in eodem actu leuãdi,siue altero baptizante,dicas
14 alterum leuasse:semper cum Christiano † contrahitur
vera spiritualis cognatio.regulariter enim non vitia-
tur vtile per inutile adiectum.eo.tit.vtile.

SVMMARIVM.

1 *Votũ in electione depositũ & iuramentũ præstitũ, an vitietur excommunicatione superueniente. num.13.*
2 *Rescriptum impetratum à Papa contra superioris sui voluntatem, an vitietur postea, si excommunicetur à suo superiore. num.24.*
3 *Excommunicatio, quæ fit post inchoatam electionem, vel testimonium, non vitiat.*
4 *Iurisdictio ordinaria, delegata, & conseruatoria inchoata, quibus duret casibus. & num.25.*
5 *Negociorũ gestor & socius, post mortẽ domini aut socij, quando inchoata perficiant, & quãdo non. & nu.26.*
6 *Notarius religiosus, quas perficere possit rogationes, & quas non possit.*
7 *Inchoata ante interdictum, post id an liceat absoluere sine pœna.*
8 *Nominato ius acquiritur post publicatũ scrutinium.*
9 *Alienationem qui facere non potest voluntariam, necessariam faciet.*
10 *Canonici receptionẽ necessariã faciũt excõmunicati.*
11 *Excommunicatus conuentus in iudicio, potest recusare iudicem.*
Item in appellationis causa impetrat. ibi.
Arbitros eligit. ibidem.
12 *Potestas alias peritura per excõmunicationem, qua ratione duret.*
14 *Tutorem non excusat priuilegium superueniens.*
15 *Excommunicatũ testem, vel canonicum, non iuuat absolutionis superuenientis beneficium. & nu.17.18.*
16 *Seruus liber factus, non repetit quæ in seruitute deposuerat.*
19 *Præscriptio canonica quæ requirat.*
20 *Excõmunicatio superueniẽs, an actorẽ à iudicio repellat. Suspicio superueniens, facit iudicẽ recusari. ibid.*
21 *Arrogatio superueniens, an soluat iudiciũ inchoatũ.*
22 *Votum depositum in scrutinio, æquiparatur sponsalibus de futuro: & electio sponsalibus de præsenti.*
23 *Affinitas superueniens efficit, quòd testis ad dictum*

suum

suũ declarationem vel additionem facere nõ poteſt.
27 *Damnatus non ita prohibetur ab accuſatione, ſicut excommunicatus à ſpiritualibus.*
28 *Damnatus accuſãs in propria iniuria, excommunicatus verò non.*

QVAESTIO XVIII. SVPER REG. Factum legitimè.

ARGVMENTVM.

FLORENTINVS canonicus poſt votũ depoſitũ in ſcrutinio iã publicato. & teſtis quidam, cuius eſt iuramentũ præſtitũ, excommunicantur ab homine vel à iure, vel econtrariò ſcilicet, cùm prius excõmunicati eſſent, poſtea abſoluuntur. poſtea primus eligit, ſecũdus dictum ſuũ ſupponit: de prædictis electione & atteſtatione diſputatum eſt an valeat.

Ne faciamus 8. partes in his quatuor quæſtionibus, hunc ordinem teneamus, quòd in omnibus his quæſtionibus primò allegemus pro inſpiciẽdo principio primo, ſ. ſtatu eligentis, vel † teſtificantis: ſecũdò in his omnibus allegabimus pro fine inſpiciendo & vltimo ſtatu prædictorum.

Primum membrum principalis quæſtionis & in prima parte probabimus duo: primò, quòd ſuperueniens excommunicatio nõ impediat electionẽ vel teſtimonium: ſecundò, ꝙ ſuperueniente abſolutione non conualeſcat votũ depoſitum vel præſtitum iuramentum. Ad primum inducentur quatuor, ſ. nouem caſuũ ſimilitudo: ſecundò præficiendi neceſsitas, tertiò abſurditatis & fraudis euitatio, quartò hæc regula.

PRO NEGATIVA PRIMI. ¶ Circa primũ
video, ꝙ ſuperueniens diuortium non impedit priores, nec ipſum partum poſtea natum iudicamus illegitimum, qui ſi ſint leg. cum inter. ſi nec ſuperueniens
1 excommunicatio vitiabit † votum depoſitum, vel præ-
ſtitum iuramentum, maximè cùm illi actus videantur
indiuidui, & ſe habere vt primum ad vltimũ ſicut con
ceptio ad natiuitatem. quare impedimentum poſt in-
choationẽ ſuperueniens nocere non debet. facit quod
no. 7. q. j. nihil. de ce. miſ. de homine. per Inn. & moder
nos. de ſenten. excom. nuper. & hoc ſic fortificatur: ſi
quis inchoauit contra ſuperiorem ſuum iter ad papã
2 ad impetrandum, quod excommunicato † nõ licet de
reſcrip. c. j. lib. eod. ſi poſtea ille ſuperior illum excom-
municat, per illam excommunicationem non impedi-
tur impetratio: & hoc facit iter inchoatum. de app. di-
3 lecti. 2. ſic dicam excommunicationem † non impedire
electionem vel teſtimonium iam inchoatum. vt ponit
4 thema: nam & inchoata iuriſdictio † ordinaria, delega
ta. & conſeruatoria, durat his caſibus, quibus extin-
gueretur ſi inchoata nõ fuiſſet. ff. de iudi. ſi quis poſt-
quam. & l. vbi. & de iur. omn iudi. cùm quædam de fo.
5 com. propoſuiſti. de off. dele. gratũ. & c. licet. & de of.
dele. c. ſi. lib. eo. hinc eſt quòd † negociorũ geſtor & ſo-
cius, poſt mortem domini & ſocij inchoata perficit, li
cet non incipiat. ff. de neg. geſt. nam & Seruius. § ſi vi-
uo. & pro ſocio. l. heres ſocij. ſic & iudex cæcatus. ff. de
iudic. l. cæcus. & no. de re iudic. c. fin. in verb. proferri.
6 lib. eo. Et religioſus † notarius perficit rogationes in-
choatas, licet nouas non faciat. de hoc nota. de hære.
vt officium §. ad conſcribendas. li. eo. per quæ conclu
ditur, ꝙ licet is, de quo quæritur, prædictos actus in-
choare nõ poſsit, illos tamẽ perficere poterit. ad quod
etiam ſatisfacit. l. is qui ff. de publ. iudi. in fi. vbi accu
ſationem inchoatam perficit ille, qui de nouo inchoa
7 re non poſſet. Nam & ſi ante † interdictum aliquid fa-
cere cœperam, poſt interdictum illud perficio ſine pœ
na. ff. de publi. & vec. l. cùm inſulæ. quæ alias incipit,
Cæſar. & dixi de conſt. c. 2. ſic in propoſito dicã de ex-
communicationis interdicto: nam etiã prohibitus fa-
cere, põt reficere, multo fortius perficere, quod minus
eſt: vt patet de Iudæis. Iudæi. j. & c. conſuluit. & C. de
Iudæis. l. ſi. ¶ Secundò probatur neceſsitate, quę arctat
8 perficere inchoata: certũ eſt ꝙ poſt publicatum † ſcru-
tinium, acquiſitum eſt ius nominato, ita ꝙ neceſſe eſt
illũ eligi. de elect. publicato. & facit ſatis quod ibi dixi
in 10. quæſtione. Item cogitur teſtis deponere maximè
poſt præſtitũ iuramentum. nam & hoc iurat, vt patet
ex no. de teſt. fraternitatis. ſed licet prohibeatur excõ-
municatus voluntariã electionem facere, tamen neceſ
9 ſariam † alienationẽ facit, qui voluntariã facere nõ poſ
ſet. ff. famil. erciſ. alienationes. ad idem C. de admi. tu.
cùm quidam. cum ſuis concor. ff. de ali. iud. mut. cauſa
fa. l. ex hoc. § fin. Item ſicut reliqua debita, ſic & iſtud
poterit peti ab excommunicato. de iud. intelleximus.
de excep. cum inter. cum ſi. hinc eſt quòd neceſſariam
10 receptionem † canonici faciũt excõmunicati. de reſcr.
c. capitulum ſanctæ crucis. quod intellige, vt etiã dixi
11 de præben. pro illorũ. Item † excommunicatus conuen
tus, poteſt recuſare iudicem, & tunc eligere poterit ar
bitros. Itẽ ſi appellat, in appellationis cauſa impetrat
& eligit. c. prudentiam. §. ſexta. de offi. deleg. ſupra eo.
lib. de reſcri. ca. j. ſicut ergo illas electiones facit quaſi
neceſſarias, ſic & iſtam facere poterit: nam & alias vi-
deo, quòd iuriſdictio, quæ alias periret, ſcilicet morte
delegantis, re integra durat ratione iu. iam quæſiti per
gratiã factã ſupra eo. li. de off. dele. ſi ſuper. ſic in pro-
poſito poteſtas † alias peritura per excommunicatio-
12 nem, duret ratione iur. iam quæſiti ex ſcrutinio publi-
cato. ¶ Tertiò, vt dixi, pbatur hic abſurditatis & frau
dis euitatione. nam alias ſequeretur quòd eſſet melior
conditio delinquentis, ſi excommunicatus compelle-
tur eligere & deponere non excommunicatũ. quod eſ
ſe non debet. 16. q. 7. legi. de præben. eum qui. lib. eo. ff.
quod vi aut clàm. l. nam etſi ſeruus. & poſſet fraus pro-
curari per canonicũ variare nolentem. qui ſe procura-
ret excommunicari, vel committeret damnatũ actum,
puta tempore collationis percutiendo clericum. & ta
libus fraudibus claudenda eſt via. de diuor. quanto. ad
fi. Idem in teſte: ſæpe enim id procurarent, vt euaderẽt
onus deponendi de actu inquiſitionis, vel id procura-
ret forſan aduerſarius, de of. or. quoniam in pleriſque
de immu. eccle. quia plerique & 10 his intereſt partis,
quæ iam fecit expenſas in citatione partis & aduerſa-
rij, & procurando ipſum teſtem in veniendo, de reſcri.
ſtatutum. §. pe. cum concor. li. eo. per quę concluditur,
13 ꝙ ſuperueniens excommunicatio † neutrũ horũ impe
dit: & pro hac parte facit regula iſta cum concor. ſuis.

PRO NEGATIVA SECVNDI. ¶ Pro eadẽ
parte ſcilicet, ꝙ ſuperueniẽs abſolutio nõ proſit, indu
cuntur 5 rationes, & tres gl. Et primò illud vulgare,
Difficile eſt vt bono peragãtur exitu &c. 1. q. j. principa
tus. nec ſumpſit initiũ ab origine æquitatis. 16. q. 3. ſi ſa-
cerdotes & initium & cauſa ſpectanda. ff. man. ſi pro-
curatorem. in princip. pro ſocio. ſi id quod. § ſi filius.
¶ Secundò inducitur pro hac parte decre. ſi eo tẽpore
de reſcri. lib. eo. vbi inſpicitur habilitas quæ erat tem-
pore datæ, & non habilitas ſuperueniens tempore va-
14 cationis. ¶ Tertiò, ꝙ tutorem † non excuſat priuilegiũ
ſuperueniens etiã ante decreti dationẽ. ff. de excu. tu.
tutor petitus. j. reſp. & e. tit. l. 2. §. j. & de vacat. & excuſ.
mun. l. 2. §. qui ad munera. & de iur. immu. l. ſemper. §.
15 hoc circa. Sic dicã ꝙ priuilegiũ † abſolutionis ſuper-
ueniens, teſtem vel canonicũ non iuuabit. ¶ Quartò,
16 ſeruus † liber factus non repetit, quæ in ſeruitute de-
poſuit. ff. depoſi. l. j. §. ſi ſeruus depoſuit. ſicut & de de-
licto prius facto punitur, vt ſeruus. ff. de pœn. l. j. licet
ſit contra. ff. ſi ex noxal. cau. ag. l. penul. & ibi ſoluitur.
17 Quintò eſt aduertendũ, quòd canonicus † in ſubſtan-
tialibus ſcrutinij, & teſtis, qui iuramento ſuſceperunt

officiũ eligendi & testificandi, parificantur. In illis ve
rò tempus suscepti officij est inspiciendum: de proba.
post cessionem. nam & testis debet esse testabilis tem-
pore quo signatur testamentum, non tempore mortis
testatoris. ff. de testa. ad testiũ. §. j. & facit quod ibi no.
¶ Ad quæstionem facit quod not. de præben. dilectus
2. de iudice delegato, tempore impetrati rescripti e-
rat excommunicatus, & tempore præsentationis abso
lutus. & videri potest quod ibi scripsi super gl. 2. Itẽ quod
no. supra eo. l. de rescrip. statutum. §. j. in fi. 3. gl. de dele
gato qui nunc est, sed tempore impetrationis non erat
habilis. Item quod scripsi de elec. innotuit super 4. gl.
f. quod legitimatio vel ordo superueniens non iuuat cle-
ricum, per quæ concluditur, quod superueniens absolutio
non prodest, ex quo tempore voti depositi, vel præstiti
iuramenti, erant excommunicati & facit pro hac par-
te regula, Non firmatur. eod. tit. cum suis concord. &
per hæc omnia coniuncta concluditur inspiciendum
primum de statu eligentis vel testificantis.

De altero membro principalis quæstionis. In cõtra-
rium, quod inspiciatur vltimus status prædictorum, pro-
batur primò, quòd superueniens excõmunicatio impe
diat vtrunque. secundò, quod prosit subsecuta absolutio.
Ad primum inducam quatuor rationes, erunt prima
& secunda prægnantes. secundò inducam. 2. glossas.

PRO AFFIRMATIVA PRIMI. ¶ De pri-
mo, certũ est quòd principaliter in elect. ponderamus
18 ipsam † electionis pronunciationem, vt verbum sonat,
& in testimonio ipsum dictũ depositum Primum pro-
bat decr. perpetuò. de elec. li. eo. vbi per votum apposi
tum in scrutinio non censetur elector, nec pœnam ele
ctoris incurrit: nisi sequatur electio. & dicunt iura in-
spiciendum tempus electionis. de elec. dudum. j. & 2.
Secundum probat decre prima. de excep. ibi, In feren
do testimonio. probatur etiam ex eo, quia iuramẽtum
non est de substãtia testimonij: quod patet, quia potest
remitti. de testibus tuis. & fortè sequ De hoc scripsi de
testi. de testibus. Si igitur illa tempora sunt inspicien-
da, & illis temporibus erant inhabiles. ergo &c. Nam
& quandoque de cautela absoluuntur excommunica
ti, vt eligere & testificari possint, de testi. veniens. 2. ad
fi. de excep. apostolicæ. sic ergo inspicietur omne tem-
pus electionis & testimonij, vt omni tempore habilis
19 sit: sicut in canonica † præscriptione requiritur omni
tempore bona fides: de præscr. c. fin. hoc eo. tit. posses-
sor. secũdum vnam casus figurationem. sicut illius qui
agit ad exhibendum, debet interesse tempore litis cõ-
te. & tempore sententiæ. ff. ad exhi. tigni. in fi. Secundò
20 video, quòd superueniens excommunicatio † repellit
actorem † à prosecutione iudicij inchoati, sit. de exce.
pia. lib. 6. Superueniens reuocatoria reuocat ius iã in-
choatum & competens, ex quo perfectum non erat. de
conces. præ. c. fi. li. eo. Superueniens suspicio facit iudi
cem recusari, de off. deleg. insinuante. ff. de iudi. Iulia-
21 nus 2. Superueniens † arrogatio soluit iudiciũ inchoa
tum. ff. de iudi. si à me. sic dicam &c. Tertiò, votum
22 depositum in scrutinio † æquiparatur sponsalibus de
futuro, & electio sponsalibus de præsenti. sed post spo
salia de futuro superueniens impedimentum annullat
matrimonium subsecutũ. de eo qui cognouit consan-
guineam. veniens. j. & 2. & ca. ex literis. cum multis si-
milibus. Idem ergo dicam de impedimento quod vo-
tum sequitur, & electionem præcedit. & idem dicam
in teste, quasi etiam iuramentum fit de futuro, & de-
positio de præsenti. Quartò de iuramento quod ex par
te electi impedimentum præstat, etiam quando sequi-
tur electionem, & præcedit confirmationem, & illam
vitiat. de iureiur. c. si eo. lib. & de elect. vt circa. Idem
& fortius dicam de vitio eligentis, quod præcedit ele
ctionem. facit lex, quia in eum casum. ff. ad l. Aquil. &
insti. de inuti. stip. §. j. Et lex de teste videtur expressè.
de testi. præterea. Quintò facit ad quæstionem, quod
23 not. de affinitate superueniente † ante declarationem
vel additionem, quam facit testis ad dictum suum, In
auth. de testi. §. illud. coll. 7. facit quod probat apertè
dominus Vincen. & Innocen. in præ. dec. publicato. &
quod ibi posui in 15 quæstione.

PRO AFFIRMATIVA SECVNDI.
Quòd aũt prosit subsequens absolutio, etiam inducun
tur 4. rationes prægnantes, & datur remissio. Illud aũt
sic probatur, sufficit quod tempore sententiæ ius com
petat actori, licet tempore lit. conte. non competierit.
ff. de rei vend. sin autem. § j. ff ad exhib. tigni. § si quis.
quod intelligas, vt de re iud. abbate. lib. eod. & si non
rectè agebam pignoratitia, quia nondum solueram, si
post lit. contest. solui, pro me fertur sententia. ff. de pig.
act. si rem. j. §. fina. & idem in similibus. sic dicam &c.
¶ Secundò video, quòd sufficit partũ quocunque tem
pore habuisse liberam matrem, dum erat in vtero. ff.
de statu ho. & seruorum. §. ingenui. Instit. de ingenu.
§. sufficit. Item sufficit quocunque tempore fuisse de
cognatis. ff. de re. du. si cognatis. & maximè vlt. tempo
re. ff. de do. causa mor. l. in mortis. sic dicam in proposi
to sufficere quocunque tempore, præcipuè vltimo, id
licet factæ electionis, & dicti testimonij, quòd illi sunt
habiles. & si dicas quòd fauorabilitas testatorum in-
ducat. quæ sunt dicta. respondetur quòd etiam hoc est
fauor libertatis, & vacationis vitãdæ & veritatis pro-
ponendæ, de primo de elect. ne pro defectu. & c. quia
propter. eod. titul. cupientes. lib. eod. cum multis si. De
secundo, 14. quæst. 2. quanquam. de proba. quoniã con
tra. vt lit. non conte. quoniam frequenter. cum si. ergo
& propter hunc fauorem sufficiat vltimum tempus, in
eóque istos habiles fuisse. ¶ Tertiò dico quòd si iudex,
cui princeps causam commisit, tempore iudicij erat
priuatus, & tempore sententiæ sit spectabilis, appella-
tur ab illo vt à spectabili. 2. quæst. 6. anteriorum. ad fin.
ad idem. C. de ap. præcipimus. §. sanè. Et qui reliquit a-
limenta quæ viuus præstabat. inspicientur quæ præsta
bat vltimo tempore mortis. ff. de ali. & ci. le. l. mela. §.
sed si alimenta. ff. de iur. fisca. non intelligitur. §. si quis
palam. facit pro hac parte ff. de lega. præstand. inter-
uenit. quæstio. ff de iur. codic. l. eum qui. & l. conficiun
tur. § si post. ¶ Quartò constat, quòd in dubio debe-
mus interpretari, vt res potius valeat, quàm pereat. de
verb. signi. abbate. ff. de re. du. l. quoties. 2. Item nil im-
pedit eum qui ius non habet, scrutatores dare. vel vo-
tum deponere, dummodo non eligat. ad hoc de elect.
Cumana. nec excommunicatio impedit obligationẽ
iuramenti: quod patet, quòd multa necessaria iura-
menta præstet excommunicatus, vt patet de sentent.
excom. cùm desideres. & de iura. calum. cap. penul. sed
& de iuramento testis, apertè probatur de hæretic. in
fidei fauorem. lib. eod. per quę concluditur, quòd pro-
sit absolutio facta ante electionem vel testimonij de-
positionem, & ex his coniunctis probatur vltimum
tempus spectandum.

Pro prima verò & pro secunda parte principalis ad
hoc potes quærere argumenta in quæstione quam po
sui super regula, In obscuris. & per notata. de elec. du-
dum. j. de censi. cap. 3. & in broc. Azo. in princ.

SOLVTIO istarum quatuor quæstionum hoc
modo dabitur, vt si primò soluatur quod dicitur de e-
lectore. secundò quod dicitur de teste, demum con-
trariis respondebitur. Et in duabus quæstionibus v-
bi de electione tractatur, puto quòd neutro casu va-
leat electio. & de primo casu, cùm scilicet post scruti-
nium publicatum excommunicatur. fuit hic opin.
Vincen. & Innocen no. per eos in decretis dec. publi-
cato. vt ibi scripsi in 15. quæstione. in casu verò conuer
so videtur fuisse opinio eiusdem Inno. & clarius Com
po. vt scripsi in eodem decre. 3. & 7. quæstione: & facit
quod nota de elect. si quando, in prima glos. eod. libr.
Connexitas ipsorũ actuum hic probet, quæ satis patet
pro

pro concilio.in decret.quia propter.& per ibi nota & vt ibi patet,substantialia electionis mox inchoari debent & perfici per illos,qui possunt & debent interesse.sed excommunicatus non est talis. In primo tamen casu vel saluũ remanet ius nominato,vt infra dicã.de teste.no.8.q.3.c.talia. in fin.no.per Guil.in spe.de teste. §.j.versi.quid si testis erat. & allegat ibi pro & contra. & ponit tres opi.& demum soluit: tamen inepte. credo tamen,quia si post iuramentum excommunicetur, quod repellatur eius testimonium deponendum vel depositum:quia fides requiritur etiam tempore depositionis,vt probatur in c.forus.in fi.de ver.sign. In casu vero conuerso,cum scilicet tempore iuramenti excommunicatus,postmodum antequam deponat,absoluitur. credo, ꝙ ex quo tempus productionis & iuramenti non fuit exceptum,post depositionem, opponi non poterit illa excommunicatio: cum iuramentum, quod de iure naturali est,adstringat etiam excommunicatum ad veritatem dicendam,vt est dictum.solutionem probat decr.preterea.de test.co.nam infamia superueniens post iuramentum repellit testẽ,vt ibi:praecedẽs non.vbi ergo tempore receptionis ad quam de necessitate est vocandus:est tex.de testi.c.2.nõ excipio contra testem,propter ius paratum,approbo: & licet in casibus decr.præsentium.co.tit.l.eum. post depositionem contra illum admittar.illud intelligo,cum durat impedimentum tempore depositionis, illo non sublato.vt in casu proposito nil est quod impediat fidẽ dicti.in casu vero conuerso, si tempore productionis erat habilis,nil est quod mihi imputetur,si non opposui inhabilitatem ante testimonium:cum nec ad illum vocari debueram,& fieri poterit me ignorante.repellam ergo fidem dicti ꝙ excommunicatus deposuit.cõtraria.inquantum solutioni contradicere videntur,sic solue.primo, quod dicitur de concepto. non ob.quia ibi post conceptum non est reperiri culpam.non enim fertur diuortium ex culpa vel impedimento sequenti, sed præcedenti.Item de necessitate naturæ conceptus nascitur, nec id posset mulier etiam nolens omittere. quod dicitur de indiuiduitate:non est verum de indiuiduo solennitatis tantum,vt missæ:sed necessitatis,vt canonis eius,vt patet per alle.non ob.decr.dilecti.Nã
24 ibi iter †inchoatum annullat excommunicationem secutam ex vi appellationis.vnde nec per illam perficiendam impediri potest.Idem enim in casibus præpositis,
25 si excommunicatio †esset nulla.quod dicitur de iurisdictione perpetuata ibi,non est vitium in inchoante.Idẽ
26 dicitur de †negociorum gestore,socio,iudice,& notario.nec sunt illi actus præcise prohibiti.ad l.is qui in fi.
27 responde vt ibi not.¶ †Item non est damnatus ita prohibitus ab accusatione,sicut excommunicatus à spiri-
28 tualibus.Item damnatus † accusat in propria iniuria, ꝙ excommunicatus non facit.In teste etiam maius est periculum,quam in accusatore.de Simonia.licet. in l. cum insulæ.nõ efficiebat interdictum paratum.nec in perficiente est reperiri culpam. ad id quod dicitur de iureiur.quanto.& de scrutinio publicato.de elect.c.publicato fateor illud verum: & dico illud ius non deperiri per superuenientem excommunicationem canon. vt dixi secundum Vincen. & Inno.& in prædi. 15.q.& sic obuiatur fraudi,de qua tunc dicebatur.In teste vero,vbi essent indicia fraudis, prouideretur per compulsionẽ ipsius ad absolutionem.de testi.spo. frequẽs. li.eo.posset etiam fieri absolutio ad cautelam, quod dic vt dixi in prima decr.veniens.de test.ad fi.ad regu
29 lam istam dico,ꝙ verbum,factum,denotat †factum perfectum, non inchoatum tantum. & sic non obst.ad ꝙ
30 facit quod dixi super gl.& super regulam,Qui prior.in quæstione porrorum,in parte secund.post principium. Reliqua autem solutioni concordant,aut facit soluuntur.

SVMMARIA QVAESTIOnum principalium.

1 *Obligatione in generali quæ verisimiliter veniant.*
2 *Iracundiæ calor inconsultus an vitio careat.*
Auxilio nouo egent,quæ de nouo emergunt.
4 *Pax,charitatis vinculum dicitur.*
5 *In pœnam accessoriam contractus an incidat,qui pactum non seruat.*
6 *Stipulationis verba,de non offendendo realiter, vel personaliter.quomodo intelligenda.*
7 *In stipulationibus pœnalibus quæ sint inspicienda.*
8 *Iniuria facta vxori, maritus agere potest iniuriarum.*
9 *Vir & vxor sunt vna caro,& sibi actus spirituales cõmunicant.nu.19.20.*
10 *Vir,caput est mulieris.*
11 *Adulter vxorem alterius qui sciens cognoscit, iuris mariti est violator.*
12 *Stipulatio est stricti iuris.nu.18.*
13 *Adulterium,iure ciuili punitur capite.*
14 *Electus,adulter deprahensus,iure Canonico deponitur.*
15 *Pœna corporalis modica,maior est qualibet pecuniaria.*
16 *Audiendus non est,qui vindictæ domus suæ,commodum pecuniarium præponere non erubuit.*
17 *Vxor continetur in appellatione rerum.*
21 *Occidens bannitum,an teneatur ad pœnam conuentionalem.*
22 *Bonum publicum,in punitione maleficiorum versatur.Et an propter id,lex priuata & conuentionalis rumpantur.*
Homicidis,virginum raptoribus,adulteris,nullus dandus est terminus,& datus non seruandus.
31 *Promittens sub conditione,non tenetur alteri,nisi conditio impleatur.*
32 *Probare quis prius teneatur,excipiens,vel replicans.remissiue.*

QVAESTIO XIX. SVPER REG. Frustra.

ARGVMENTVM.

Hvic regulæ conueniunt tres principales quæstiones.ad quas præmittam duas, quæ non summantur, quia breuissimæ.

QVAESTIO prima,quæ præmittitur,est Da.4.de iureiuran.quæ quærit. si Seius iuret date 10. Titio,si ipse Titius dabit sibi Stichum, & Titius iurauit dare Seio Stichum,si dabit 10.quis eorum teneatur primò implere promissum.alleg. illum teneri,qui primò fuerit requisitus,per decr.peruenit.2.de iureiu. quia dicit ibi,promittentẽ non teneri,si constat reliquum conditioni non paruisse:& hoc constare nõ potest,nisi fuerit requisitus,& nõ seruauerit promissũ.ergo &c. Soluit,illũ qui petit teneri prius

1 implere. Patet ratio, quia qui†sub condi-
tione promisit, non tenetur alteri nisi cõ-
ditio impleatur. insti. de ver. obl. §. ex cõ-
ditionali. Oportet ergo illũ prius implere
si petere vult: alias nulla petitio, cum nul-
la sit alterius mora. ff. de verb. obl. l. si pu-
pillus.

QVAESTIO altera quæ præmitti-
tur, Est similis quæstio Ioan. de Deo, quis
2 prius†teneatur probare, excipiens, vel re
plicans. de quo satis scripsi de except. à no
bis. in sum. ver. circa sextum.

QVAESTIO prima principalis. Ad-
ducitur etiam regula ad quæstionẽ domi
nicalem 46. qua quærebat: si A. & B. fece-
runt pacem promittentes inuicẽ centũ,
si alter alterum offenderet, demum cum
A. vulnerasset fratrem B. ipse B. turbatus
vulnerauit ipsum: an ipse A. possit poe-
nam petere.

QVAESTIO principalis secunda.
Sed ampliando quæstionem, secundo vi-
deamus, an retentis terminis locus esset
poenæ, si horum alter cum alterius vxo-
re adulteratus esset.

QVAESTIO principalis tertia. Ter-
tio quærunt legiste, quid si alter ex his al-
terum tunc bannitum offendat vel occi-
dat.

Ad primam & principalem, q A. poenam petere non
possit, allegat Barth. tres rationes. 2. quatuor in contra-
rium. tertio ponitur ipsius solutio, & solutionis decla
ratio.

PRO PATE NEGATIVA principalis
quæstionis primæ. ¶Primo inducitur, quia in generali
1 †obligatione non veniunt, quæ verisimiliter quis non
esset concessurus in specie. hoc eo. tit. in generali. cum
concor. cum aũt in specie nullus cõcederet, nõ defen-
dere vel vindicare fratrem: ergo ex illa poenali stipula
tione conueniri non poterit, præcipue cũ videatur cõ
tra bonos mores, & contra ius naturale, non iuuare fra
trẽ: & sic nõ obligat. ff. de ver. obl. generaliter, & l. seq.
C. de pact. pacta quæ contra. supra de pac. c. vlt. & tur-
pis promissio seruanda non est: vt ibi, & hoc eod. tit. in
malis. cum concor. ¶Secundo, iustum dolorẽ habuit
ille B. propter quem excusandus à poena. de sent. excõ.
2 si vero. §. vlt. C. de adul. l. Gracchus. Caret †autem vitio
inconsultus calor iracundiæ. 2. q. 3. §. notandum. Tertio
3 quæ †de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. Sed i-
stud est tale: ergo &c. supra de iura. calum. cæterum. cũ
concor. Subintelligebatur ergo in promissione illa,
conditio; nisi ille se & suos offenderet: sic ex vi & subin
tellectu illius cõditionis ille B. dicatur immunis à poe
na de iure, quemadmodum.

PRO AFFIRMATIVA principalis quæstio-
nis primæ. In cõtrarium alle q stipulatio fuit honesta
de non offendendo & de pace seruanda: non fuit ergo
violanda. supra de pac. c. 3. & 4. ff. de pact. l. 3. Constat au-
tẽ q A. per B. fuit vulneratus; ergo locus est poenæ cõ-
uentæ. C. de pact. si pacto quo poenam. 22. dist. quanquã
de arbi. dilecti. in fine. Secundo, cum nil fuerit cogita-
tum de fratre. ergo haberi pro omisso. ff. de verb. obli.
quicquid. ff. de transactionibus. cum Aquiliana. & C.
eo. tit. si de certa. Tertio, cum promissio de non offen-
dendo fuerint indeterminata, & in ea nil exceptũ, ergo
generaliter est intelligenda. 19. dist. c. 3. & 3. q. 3. saluator.
15. q. 3. nec is qui. ¶Quarto, cum non licuerit ist B. pro-
pria authoritate vlcisci. C. de Iudæ. nullus. & ne quis
in sua causa. l. vna. & 16. q. 6. placuit. ff. q me. causa. l. ex-
tat. ergo fecit iniuriã & offensam. & sic loc⁹ est poenæ.

SOLVTIO. Soluebat, dicens, Azo. & Hugo. dixis-
se, illum B. absoluendum à poena, cum fratrem iuuare
posset, non ob. stipulatione poenali. Certitudinaliter
hæc solutio esset vera, si ille B. defendendo fratrẽ, vul-
nerasset illum seruato modo. supra eo. li. de sent. excõ.
dilecto. sed quæstio loqui videtur de vlciscente. nec du
bitatur quin iste B. teneatur poena iur. communis vel
municipalis, nec de illa poena quæritur, sed de conuẽ
tionali. Si stipulatio ita esset cõcepta; quod ille A. vul-
nerando fratrem B. incidisset in poenam, planum esset
quod à B. non posset A. poenam exigere: quia aut dice-
mus B. non incidere, ex quo ille A. fregit pacta. de iur.
iur. peruenit. 2. C. de pac. cum proponas. 2. & de trãsac.
l. si apud. & l. si quis maior. ff. de arbi. l. si duo. in fin. aut
si actum esset. poena & toties committi &c. vt ibi inci-
deret, sed fieret compensatio. vt supra de poen. consti-
tutus. & hoc no. glo. vbi vero stipulatio fuit ita stricte
concepta, q solum paciscentis offensam includit, tũc
procedit dubium.

QVAESTIO principalis secunda. ¶Secunda quæ
stio fuit Iac. de Baysio fratris Arch. & formabat eã, cũ
fuit factum poenale, q vnus reliquum non offenderet
personaliter vel realiter. Et q ille adulterãs incideret
in poenam, probatur tribus rationibus, & contrarium
alle. tribus; tertio soluitur, & duobus contrariis respõ
detur.

PRO PARTE NEGATIVA secundæ. ¶Pri-
4 mum ergo sic probabat. Pax † est vinculum charitatis.
supra de iudi. nouit. vbi no. licet autem ad eius obser-
uantiam quilibet ex præcepto tenetur. ad Ro. 12. 2. ad
Cor. 8. 3. q. 6. hæc quippe. in fin. 23. qu. inter verbo. suprà.
eo. li. de re iudi. ad Apostolicæ. post princ. contractus
ergo initus super illa licitus, ergo seruandus. supra de
pac. c. 3. ff. eo. titu. l. 3. & l. epistola. §. pactum. in poenam
5 ergo accessoriam †licito contractui incidit. illud nõ
seruans. hoc eo. tit. accessoriũ. cum cõcor. nam, vt di-
cunt legistæ, in pactis secundum leges, tenet principa
le & accessoriũ, vt no. C. de pac. pacta quæ contra. ¶Se
6 cundò sic illa verba †stipulationis, de nõ offendendo
realiter vel personaliter, possunt itelligi actiue ex par
te offendentis, scilicet quod nec offenderet, nec cum
persona, nec cum rebus: sed iste actu personali corpo-
raliter offendit adulterando: ergo locus est poenæ &
quod talis intellectus sit amplectendus, probat fauor
pacis, & odiũ adulterantis. hoc eo. tit. odio. Quòd aũt
adulterando videatur offendisse, patet in authent. vt
cũ de ap. cog. §. causas. coll. 8. & quod no. suprà. de iur.
iur. quintaualle: Item maritus iure mariti agit ad poe
nã capitis. C. de adulte. quamuis. 2. Fortius ergo ad poe
nã conuentionalẽ. nam quæ per l possumus, & per pa-
7 ctũ. ff. de pact. non impossibile. Et †in poenalibus stipu
lationibus nõ inspicimus quid intersit, sed quæ sit quã
titas stipulationis. ff. de ver. ob. stipulatio ista. §. alteri.
8 ¶Tertio sic. constat, ex iniuria facta † vxori maritum
posse agere iniuriarum ff. de iniur. l. 1. §. vlti. patet ergo
eum offensum. nec iuuat quod mulier cõsenserit. quia
speciale est propter delicti magnitudinẽ. C. de epis. &
cleri. l. raptores. de rap. vir. l. 1. facit de sent. excommu.
9 contingit. Constat etiam q vir †& vxor sunt vna ca-
ro, & sibi cõmunicant actus spirituales. 30 q. 4. sciscie-
tatur. & c. si quis vnus. de cog. spiritua. Martinus & sic
vnum corpus. 27. q. 2. Agathosa. cuius †corporis caput
est vir. 33. q. 4. cũ caput. ¶In mẽbris ergo caput offendi
10 tur. de poe. di. 1. vulgaris. & puerfor †est iur mariti, qui
eius vxorẽ l ciẽs cognoscit. 34. q. 2. cũ p bellicã. & tãta ẽ
inter cõiuges cõnexio, q vsus viro cocessus cõpetit &
vxori.

vxori.ff.de vsu & ha.l.2. & 4.quia nec debent ad impa-
ria iudicari,de diuor.gaudemus.non ob.quod stipula-
tio est stricti iuris:quia sæpe extra id quod agitur,nascitur
obligatio.sup.eo.li.de spon.imp.c.j.§ idem quoque ad
fi.& ff.commo.si is qui.§.fi.

PRO PARTE NEGATIVA secundæ quæ
stionis principalis. In contrarium quod agere non possit,
13 videtur,quia †iur. ciuili adulteriū punitur capite. C.
de adul.quoniam.& l.quamuis.2.& de iur. cal. electus
14 †deponitur.81.d.præsbyt.¶Quælibet etiam †licet mo
15 dica poena corporalis,maior est qualibet pecuniaria.
ff.de poen.in seruorum.in fi.poenis autem a iur. statu-
tis debemus esse contenti.de offi.dele.de causis.in fin.
nec nostro ingenio pecuniarias inuenire vel stipulari
debemus,& sic stipulatio videtur inutilis, nec ex illa
pōtest agi.insti.de inutil.sti.§. alteri. maxime cum iu-
dex corporalem poenam in pecuniariam cōmutare nō
possit de poen.licet.& illa poena sit infligēda,quæ ma-
gis timetur.23.4.ea vindicta.& supra vt lit.non conte.
quoniam.& poena corporalis velut publica,præferen
da est pecuniariæ,vt priuatæ, facit de postul.præ.bo-
næ.C.de cad.toll.l.vna.§ si Secundo,dicit lex quod audiē-
16 dus †non est,qui vindictæ domus suæ commodū pecu
niariū præponere non erubuit.ff.de adult.l.miles.§.so
cer. Item constat istum in sua persona non offensum.
17 realiter autem non potest dici offensus,cum vxor †non
contineatur appellatione rerum.ff.de vsur.in pecu.iū.
18 ¶Tertio sic:constat stipulationes † esse stricti iur. nec
egrediūtur personas in eis expressas.ff.de ver.obl.quic
quid de excep.cum venerabilis.& ea sola veniunt, de
quibus est actum.de causa pos.cum ecclesia.cum con-
cor.nisi vbi lex exprimit tacite actum pro expresso ha-
beri:quia tunc agi potest.ff.si cer.pet.cum quid.& non
expressa,censentur omissa.de transla iter.& in potesta
te ipsius fuit,legem apertius dicere.fiat ergo interpre
tatio contra eum.ff.de pact.l.veteribus.cum concord.
maxime cum proniores sumus ad absoluendū.de pro-
ba.ex literis.

SOLVTIO.¶Soluit,quod per vltima iura sibi vide-
tur illum agere non posse.dicit autem non obstare, quod
allegatum est de articulis, quibus actus in personam
19 †viri producitur ad mulierem:quia illud est de fictio-
20 ne iur.quod dicitur,quod sunt vnā †caro:exponitur,s. ad vnā
carnem procreandam.

QVAESTIO principalis tertia. Tertiā quæstio-
nem legistarum non prosequor,quam disputauit Iaco.
de Bel.& locauit eam C.vt infra.cer.tem.ibi,vide in 3.
quæstione.& omissis allegationibus distinguendo so-
luit,quod si ille bannitus erat,quia prodidit patriam,occi
21 dens †non tenetur ad poenam C.de aboli.l.fallaciter.§.
fi.ff.de c.& postli.reuer.l.postliminiū.§.filius.Idē,si ob
aliam cām.sed occisus est, dum patriam impugnaret.
ff.de relig.l minime.si vero aliter fuit occisus,si ex de-
licto sunt bona publicata , & est bannitus tunc similis
deportato.vt not.instit.quibus.mod.ius pa.po.sol.§.re
legati.sed deportatus caret herede.ff.de testa.eiusqui.
§.j.de iniust.rup.& irri.testa.si quis filio.§.irritū.& de
legat.3.l.j.§.hi qui.ergo non est qui poenam petet. vbi
vero bona banniti publicata non sunt,tunc non licuit
rumpere pacem,& eius heredibus tenetur ad poenam
licet bannitus in loco illo agere non potuisset propter
offensam.arg.insti.de verb.ob.§.ex conditionali.C. vt
actio ab herede & contra heredem.l.j. ff.de euic.si per
imprudentiam.§.non mirum.Cod.de donat.l.3.& si in
fraudem pa.l.fi.& pro solutione contrariorum nota-
bat,quod statutum non iubet occidi , licet per illud per-
mittat.non debuit ergo ille pacem voluntarie rumpe-
re ex permissione statuti.Oldradus,qui disputauit hāc
quæstionem in tali bannito propter homicidium so-
lum , simpliciter voluit stipulationem poenalem ibi
non esse commissam.primo,quia l.cauetur, quod propter
22 bonum †publicum,quod versatur in punitione maleficio-
rum,priuata lex & conuentionalis rumpitur.ff.ad Syll.
si quis in graui.§.vtrū.Secundo,quia per legis permis-
sionem superuenientem,contractam ex alicuius male
ficio,non solum tollitur lex communis, sed etiam pri-
uata siue conuentionalis.ff.verb.obl.si seruū.& de leg.
j.quid ergo.§.si heres.

¶Tertio,quia iste videtur omnino alienus tempore
occisionis ab eo,quod erat tēpore stipulatiōis.ff.ad Treb.
l.ex facto.§ ex facto.ibi, post deportationem vero su-
sceptos quasi ab alio &c.

¶Quarto inducit gl.in auth.de man.prin.§. neque
autem homicidis.coll.3.in j.glo.quæ innuit quod homici-
23 dis, †raptoribus virginum,& adulteris terminus nō est
dandus,& datus non est seruandus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiū ita intelligi debet,vt aliquid conferat pri-
uilegiato.*

2 *Causis sufficientibus multiplicatis, multiplicari pos-
sunt effectus.*

3 *Ius commune,non tollit speciale priuilegium , ex quo
expresse id non dicit.*

4 *Metropolitanus suo iure visitans prouinciam,procu
rationem exigit.Et si in eadem legatus fiat,eius illud
iterare potest.*

5 *Actio vna quandoque non tollitur per alteram,quan
doque sic.*

6 *Legato generali omnibus facto,si vni in specie lege-
tur,vtrunque debetur illi legatum.*

7 *Ius omne commune vel priuatum restringitur, si est
odiosum.*

8 *Species præualet generi.*

9 *Priuilegium vni concessum,si omnibus communi-
ter concedatur,& sic ad ius commune redeat,an e-
tiam in specie priuilegiato opituletur.*

10 *Substitutio generalis facta à testatore de heredibus
ad qua extendatur.*

QVAESTIO XX. SVPER REG.
Generi.

ARGVMENTVM.

INdulsit episcopus Titio licentiam spe
cialem,quòd si obstante statuto prohi
bēte,semel ingredi posset certam clau
suram monialium ante cuius licentiæ v-
sum,idem episcopus generaliter conces-
sit quemlibet certa die ibi posse. & Ti-
tius ea die & virtute illius licentiæ gene
ralis hoc præstantis ingressus est,quære
bat an ex sua speciali ingredi posset.

¶Affirmatiua probabitur per 5.rationes prægnā
tes.& contrarium per alias quinque.tertio dabitur so-
lutio distinguens & sic contraria concordans.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.¶Ad
primum inducebat duas regulas huius titu.s.quòd pri
uilegium personale personam sequitur eod.tit.priui
legium & ibi concor.& quod priuilegium principis
decet esse mansurum.c.titu.decet. non reliquit ergo
hæc indulgentia primam.vt in prima regula.sed ma-
1 nebit penes eam in secunda.vsque ad ipsius †vsum.a-
lias nil conferret,quod esset absurdum,de priuilegiis
in his.cum concor.& constat quod ante vsum cōple-
tū beneficia etiā competentia per contractus reuoca-
ri non possunt expresse.de cōmo.c.vno.cum concor.
& vide no.de fil.presb.ex tua.ergo nec reuocata dice
tur tacite per donationē licentiæ generalis:cū in reuo
cationibus minus possit genus,quam species,de de

vnum intentando, alteri non renunciem: si tamen ab vno consequor interesse, contra alios non ago. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §. si plures. & no. de reb. ec. non ali. si quis. facit hoc eo. titu. bona fides. Ex his concluditur, quod etiam cessante confusione & renunciatione, de quibus supra, vnicus tamen quæritur effectus, & sic vnus solus ingressus. facit ff. qui. mo. pig. vel hypo. l. si deferente.

¶ Quinto, inducuntur aliqua iura, quæ canonum quæstiones decidere videntur: primum est de præb. si pauper. supra e. li. vbi si mãdatur prouidere per episcopum Titio in forma pauperum, & ille consecutus est beneficium à quocunque episcopo, vlterius non tenetur: quasi concedentis & impetrãtis intentio, licet per modum alium sit impleta: sic & hic sufficiat Titio, quod semel ingressus est, quod plus ex facta sibi licentia concedentis non debetur. Item si legauit alimenta aliquis libertis, s. cibaria & vestiaria, & vni illorũ legauit certam quantitatem pro alimentis, vtrunq; legatũ nõ debetur. ff. de alimen. leg. l. alimenta. § basilicæ. in prin. ad idem lex, quæ dicit sic, filia legatorum non habet actionẽ, si ea quæ in testamento reliquit, viuus postea pater in dotẽ dedit. C. de le. l. filia. sicut ergo his casibus non duplicatur beneficium vel legatũ, ita nec in terminis quæstionis duplicatur ingressus, nec iuuat eũ protestatio quã fecit, quæ si sit iur. conseruatiua, non est tamen tributiua iur. noui. vnde si non competebat isti vnus ingressus, pro certo sibi illum acquirere non potuit.

SOLVTIO. Soluendo distinxit. aut in vtraq; prædictarum licentiarum exprimitur causa ingressus, aut in nulla, aut in altera tantum. maxime in spirituali. primo casu, aut vtrobique causa est eadẽ, aut omnino diuersa. si est eadem, puta quia in vtraque dicitur, quod ingredi possunt ad visitandum reliquias sancti, vel simile: sufficit vnus ingressus. Facile patet exemplum. si dũ consanguinea mea velari debebat, obtinui hanc licentiam, postea pro illo actu omnibus data est: hanc partem solutionis probant iura quæ vltimo allegaui. Dixit autem, quod forsan idem, si causæ sunt diuersæ, tales tamen, quæ de vno ingressu poterant commode expediri. vt singulariter permittit visitationẽ sancti specialis, permittit visitationẽ sororis, quæ breuis & cõpendiosa esse debet, vt dixi in principio secundæ partis. Si vero causæ exprimuntur omnino diuersæ, quæ simul verisimiliter ex facto vel ex tempore expediri non possunt, quod facile accideret propter tumultum generalis ingressus, idem ingredi poterit ad expediendã cãm expressam: ad hoc iura prius alle. Idem si dies licentiarum essent omnino diuersi, quia quod facit diuersitas causæ, faciet hic diuersitas dierum, vt non possit censeri vnus ingressus cõfusus in alio. supr. eo. lib. de const. c. j. In tertio membro principali, quando in altera tantum, & maxime in speciali exprimitur causa: tũc, vt supra distinguendum, an simul poterunt expediri, necne. In secundo vero principali mẽbro, quando in neutra exprimitur causa vel tempus. sed simpliciter est data licentia. tunc in hac materia restringibili & odiosa, stricta præsumatur intentio concedentis ad primam vicẽ tenetur qualitercunque ingrediatur, maxime per allegata in principio secundæ partis, cum præsumatur episcopum publicam vtilitatem & honestatem, quæ versantur in hoc, velle tueri. Hæc vera, nisi de ipsius intentione aliter appareat, cui tunc stabitur. dixi autem per hanc distinctionem iuri, æquitati & honestati consonam, j. dist. consuetudo. solui contraria.

SVMMARIVM.

1 *Actionem habere, longe minus est, quam rem.*
2 *Actionem tantum habens ad rem immobilem, satisdatione oneratur.*
3 *Litera ad beneficia sunt odiosa & restringenda, nihil que in eis taceri debet, quod Principem ad gratiam denegandam mouere posset. 9.*
4 *Fructuarius dici potest, etiam vbi nullum fructum recipit.*
5 *Canonicus dicitur. non ex perceptione prouentuum, sed ex titulo.*
6 *Vsurarius & simoniacus quis dicitur ex sola spe.*
7 *Religiosus censetur, qui existit in probatione.*
8 *Ignorantia facti aliquos excusat, quos iuris ignorantia non excusat.*

QVAESTIO XXI. SVPER REG. Ignorantia.

ARGVMENTVM.

AN impetrans beneficium de vacatura, quam expectat, vel reseruatione, quæ pro eo pendet, teneatur facere mentionẽ, ita quod aliter impetratio nõ valeat. Procedit autem quæstio in eo qui sciebat se tale ius habere, alias facti ignorantia excusaret illum. supra eo. li. de rescript. gratia.

Ad vtranque partem inducam sex rationes, vnã opi. & vnam æquitatem: demum soluam, & contrariis respondebo.

PRO PARTE NEGATIVA. Quod autem non teneatur, sic probabo. licet impetrãs de beneficio quantumcunque modico, quod habet, teneatur facere mentionem. de rescript. si proponente, de præbend. si motu. lib. eod. non tamen de illo, quod nondum habet,
1 quia longe minus est habere † actionem, quam rem. ff. de reg. iur. l. minus. sed expectans vacaturam vel reseruatam, est huius modi. ergo &c. Secũdo facit de rescri. postulasti. vbi dicitur quod de perpetua vicaria tenetur facere mentionem, quasi à contrario, non de temporali, multo minus, qui spem tantum habet. ¶ Tertio facit ff. qui satisda. co. l. sciendum. §. diuersa. vbi
2 habens tantum actionem † ad rem immobilẽ satisdatione oneratur: sed per eam possidens releuatur ab onere satisdandi. ad quod facit. ff. de pecul. peculium. j. §. si ære. & inst. de leg. §. si rem. fac. de re iud. cum aliquibus. vbi in executione sententiæ non sufficit pira dare, nisi corporalis possessio tribuatur. ex quo patet, quod minus est habere ius ad vacaturam vel reseruatam, quam tenere vacantem. ¶ Quartò, certum est, quod perire poterat reseruatio, suprà eod. li. de of. le. præsenti. multa enim accidere poterant, quod expectatam vel reseruatam minime haberet. vt insti. de re. di. §. illud quæsitum est. in fi. Quomodo beneficiatũ eum dicimus, cum beneficia sunt perpetua. 55 distin. præcepta. hoc eo. tit. actus. nonne sæpe expectantem, priusquam obtineat, expirare videmus? absurdum est ergo dicere, expectantem beneficium obtinere. ergo de expecto cum ipsum non habeat, non faciat mentionem facit C. de vsufruct. ambiguitatem. nonne statuliber medio operatur tempore vt seruus? ff. de statuliberis. l. 4 §. si quis seruum. à simili expectans vt non beneficiatus medio tempore censeatur. ¶ Quintò optime facit de off. le. §. vlt. li. eo. vbi dicitur quod tenetur facere mentionem de beneficio quod obtinet, ex quo notatur factum, non ius. vt probatur de præben. de multa. 11. quæst. 2. si quis iam trãslatus. facit etiam suprà e. lib. de præben. si tibi concesso. ¶ Sextò pro hac parte facit, quod no. Inno. de rescrip. in nostra. dicens, quod credit valere literas, dummodo impetrans velit renũciare vacaturæ. per decre. de rescript. super literis. & licet videatur notasse contrarium. eodem titu. postulasti. defenditur tamẽ contrarietas, vt dixi in pr. dec. nostra. super verb. molestari. Item saltem per prædicta

iura fateamur, quod probabiliter potuit impetrans
credere se ad hoc non teneri,& sit non dolo,sed sim-
plicitate tacuisse videatur. & sic valeant literæ, per
dec.super literis.de rescr.Facit supra eo.lib.de rescrip.
gratia.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.In cõ-
trarium facit ff.eod.titul.qui actionem.& videtur ex-
3 pressum,de rescrip.in nostra.& cum literæ †ad benefi-
cia sint odiosæ & restringendæ,de præbend.quamuis.
libr.eod.nihil debet in eis taceri, quod mouere posset
principem ad gratiam denegandam.forte enim si sci-
uisset primam gratiam præcessisse,ad secundam mini-
me prosilisset.vitietur ergo ex hac taciturnitate gra-
tia.ad hoc optime de fil.presb.c.2.eo.lib.bene facit de
rescript.abbatem.Ad hoc facit inst.de leg.§.non solù.
ibi,forsan enim si sciuisset alienam, non legasset. facit
4 ff.de vsufruct.l.arboribus.§ vlt.vbi nullum fructum†
recipiens,nihilominus fructuarius reputatur.à simili
expectans beneficium habere dicatur,licet nullũ fru-
ctum recipiat de præbenda.facit de rescript.gratia.&
capitul tibi.eod.lib.vbi de beneficio collato nondum
tamen acceptato tenetur quis facere mentionem.à si-
mili hic de illo iur.quod habet.nam ex titulo, non ex
5 perceptione prouentuum,†dicitur quis canonicus,de
præbend.dilecto.facit satis.eo.titu.dilectus filius. per
quod c.talis recipit quotidianas distributiones, & ita
partem beneficij.ergo de illa debet facere mentionẽ.
ff.de rei ven quæ de tota.nã & de quantuncunque mi-
nimo beneficio tenetur facere etiam mẽtionem.vt in
6 c.si motu.de præb.eo.lib.Item ex sola †spe dicitur quis
vsurarius,de vsur.consuluit.& Simoniacus.16.q.7. per
laicos.à simili iste ex spe dicatur præbendarius.facit ff.
de ser.vrban.præ.l.si seruitus.vbi pactum ne luminibus
officiatur,etiã de futuris luminibus intelligitur.à simi
li hic de futuro beneficio,vt de eo mentionem facere
teneatur.facit de ten.ex.religioso.in fin.lib.eod. vbi in
probatione existens,religiosus censetur.nonne videre
tur absurdum,ꝙ habens beneficium 10 solidorum,te-
neretur de illo facere mentionem,& expectans bene
ficiũ mille marcarum,ad hoc minime teneretur. Hanc
partem videtur ea ratione tenere Compos.in præ.dec.
in nostra.dicẽs,ꝙ non est verisimile,ꝙ ita papa pro eo
scriberet,cui alias gratiã fecit,sicut pro eo,cui nunquã
fecit.

SOLVTIO Puto per argumenta vltimo inducta
præcipue per dec.in nostra de rescr.& de præb.quan-
uis.li.e.tales literas non valere.& facit ꝙ dicã post Ar
chi.eo.lib.de præb.si tibi absen.i.j.re.in fi.& glo.tenet
hic.Ad contraria responde per id ꝙ dici in principio
huius partis.& per ea quæ scripsi de rescr.postulasti.su
per.ver vicaria.licet minus sit,tamen aliquid est:& il-
lud aliquid est exprimẽdum,& sic seruat curia:& ideo
plus non insisto Ad vltimo allegata responde per hãc
regulam. quia licet impetrantẽ excusasset ignorantia
8 †facti,vt in c.gratia.non tamen excusat ignorãtia iur.
vt hic.& non valeret rescriptum non faciens mentio-
9 nem †de vicaria perpetua,vel de modico beneficio,vel
de colorata possessione,licet impetrans credat non te
neri ad illa exprimenda.Prædictorum exempla parent
de rescr.postulasti.de conces.præ.cũ nostris.supra. eo.
lib.de præb.si motu proprio.Itẽ decr.super literis.vult
simplicitatem non prodesse, quando ex tacita expres-
sione,papa verisimiliter ad denegandum moueri po-
tuisset,vt prædixi.

SVMMARIVM.

1 *Priuationis beneficij pœnam excusat iustum impedi-*
mentum.
2 *Morosus an dici quis possit,antequã dies interpellet.*
Pœnarum benigna fit semper interpretatio.
Interpretatio dicitur praua, quæ receditur à verbis
textus.
Arguendum à verbis ibidem.
5 *Mora modici temporis non est periculum. Modicum*
tempus quod dicatur.ibidem.
6 *In obligationibus,in quibus dies statuta non est,præ-*
senti die debetur.
7 *Culpa leuis non est,delatum sibi officium retractare.*
8 *Parochianorum periculum sine sacramentis sacerdo*
talibus decedentium,pastoris culpam denotat,& si-
bi imputatur.
9 *Damni infecti qui agere poterat,si tardius prætorem*
adiuit,sibi id imputare debet.
10 *Appellationis fautor tardus,propter temporis angu*
stiam refutatur.
11 *Illi imputatur,qui non prauidet,quod euenire pote-*
rat.
12 *Casus non imputatur,quando non præcessit mora vel*
culpa.
13 *Arctare se in veniendo non dicitur,qui iter arripuit*
eo tempore,quo plerique illius conditionis homines so
lent peruenire.
14 *Obligatus ad operam præstandam,diligens ne dica-*
tur,si diligentiam veram ædificatoris non præstitit.
15 *Diuinare nemo tenetur.*

QVAESTIO XXII. SVPER REG. Imputari.

ARGVMENTVM.

Diaconus promotus ad ecclesiam pa
rochialem,qui vltimo Septembris,
quo est festum beati Priuini,habuit paci
ficam possessionem ecclesiæ,neglexit vs
que ad quatuor tẽpora Septembris pro
moueri ad sacerdotium,in sabbato qua-
tuor temporum illius mensis nullo mo-
do potuit promoueri:quæri,quęritur,an
finito illo mense,& consequenter anno
sit priuatus per cõstitutionem,licet.can.
suprà eod.libr. de elect.cadem quæstio
formari potest in dispensato ad septen-
nium,qui infrà annum debebat fieri sub
diaconus per decre.cùm ex eod.titu.v-
bi de hoc scripsi post Archidi.regula in-
ducitur contra eum per contrariũ: quia
per episcopum stetit in 5.subbatis qui-
bus potuit ordinari.

Pro ipso inducitur quòd non stetit per eum in 6.&
vltimo sabbato quo sibi id licebat.Et hàc partem pro
sequendo inducam 6.rationes,& vnam glo.Secundo
in contrarium quatuor.Tertiò soluam,& contrariis
respondebo.

PRO PA TE NEGATIVA.Primum ar-
1 gumentum est,quòd iustum impedimentum †excusat
à pœna priuationis,vt dicitur in dec.commissa.§.j.
de elect.eod.lib.qui etiam in hoc glosat dec.licet.ad
idẽ.eod.tit.& c.§.porro.& deci.cum ex eo.dict.titul.
in fi.& cle.de æta.& qual.vt 2.qui.§.illi.no.clem.de sta.
mo.ne in agro.§.cæterum &c.attendentes.§.statui-
mus.& quòd duo iur.f.§ aenus.& §.illi vero.notant
iustum impedimentum. alia tria, f.§.porro.§.statui-
mus.& §.ceterum: notant rationabilem causam. &
finis dec.cum ex eo,vocat iustam causam:quandocũ-
que horum ergo includat casum nostrũ,satis est diaco
no,qui etiam potuit habere causam in differendo be-
nefic.

ne sic.de ele.&.cum ex eod.lib.6 vel voluit prius addi-
scere ea,quæ sacerdotes scire oportet 38. dist. nulli sa-
cerdotum.& c.quæ ipsis,ne indignus ordinaretur , vt
ibi.& j.q.j.non est putanda.in fine. aut pœnam incur-
reret,de qua de æta.& quali.c.pe.¶Secundo sic probo:
2 Certum est , quod iste non potuit dici †morosus ante
sextum sabbatum,cum dies non interpellasset.ff. de re
bus cred.l.quod te.& est express.in præ.dec.commissa.
in prin.& ex contrario sequeretur , quod infra annum
cogeretur ad sacerdotium , licet in vltimo sabbato nõ
fuit morosus,propter iustum impedimentum quod e-
uenit.habens enim defensionem vel exceptionem le-
gitimam non potest dici morosus, infra eo. non est in
mora.vbi vide concor.Concluditur ergo,hunc diaco-
num immunem à pœna.

¶Tertio sic constat constitutionem,licet canon.in
hoc membro esse pœnalem,cum priuet iur.acquisito.
facit de accu.super his.sed in pœnis †benigna fit inter
3 pretatio.infra eo.in pœnis.cum suis concor. & exem-
plis:propter quæ cũ his quæ habentur in regula, odia.
e.titul. prosecutionem partis vel argumenti huius o-
mitto. Constat ergo quod etiam si casus esset dubius,
& vno respectu dicatur incidisse,& alia non , eligere
debemus benigniorem partem,vt non ceciderit : cum
melius sit de misericordia,quam de crudelitate redde
re rationem.26.quæst.7.alligant.& illa sunt imitatione
digniora,quæ sunt excellentiora pietate. 40. distinct.
c.vlti.¶Quarto, certum est quod illa interpretatio di-
4 citur †praua , qua receditur à verbis textus,de decim.
ad audientiam. per quam probatur arguendum à ver-
bis.& ibi concordantiæ in vltima glo.& verba debent
aliquid operari.supra eo.lib. de priuil.si papa. sed , vt
dixi,in princ.dec.commissa.§.j.& tres cle. ibi allegatæ
dicunt in singulari,iusto impedimento, & rationabi-
li causa. Est ergo clarum , arguendo à singulari,quod
vnum impedimentum & vna causa sufficit , quod hic
fuit:ergo &c.quid dicit contrarium , vult quod pluri-
bus sabbatis fuit impeditus,& sic mutat sensum,& pra
ue interpretatur,vt prius dixi.facit ad hoc supra eo.li.
de præb.is cui.
5 ¶Quinto constat ꝙ in mora modici temporis† nõ est
periculum.ff.de iud.si debitori. & lex ipsa dicit modi-
cum tempus quatuor mẽsium:& alia lex. C. de fideiuss.
sancimus.dicit,ꝙ si fideiussor promisit aliquid præsen-
tare,vel pœnam dare:euadit pœnam , si post terminũ
infra sex menses illas præsentat. Sed iste diaconus de
mense septembris cessante impedimento poterit ordi
nari:& si pœnẽs casum in sabbato quatuor temporum
quadragesimalium hoc liceret in quindena,euadet er
go pœnam, dato ꝙ illi alias locus esset. ergo negari
nõ posset:quoniam si tempus annuale isti excurrisset,
saltem restituẽdus est ad vnum sabbatum quo fuit im-
peditus,de quo vide ꝙ satis not.in cle.de resti.in inte-
gr. ab ecclesia.in vlt.gl. Et de hoc, & ad quæstionem
multum facit ꝙ scripsi de app.ex ratione. super si. pri-
mæ gl.2.col.ver.hoc & secundum Inn.& vltra medium
ver.& hoc sic.vsque ad si. vbi plene tractatur de anno,
quanti temporis negligentia noceat appellanti,& quã
ti temporis impotẽtia ipsum excuset.Ad hanc partem
facit etiam quod scripsi de cleri.non resi.inter quatuor.
in fi.de illo qui ex culpa absens.propter impedimentũ
superueniens excusatur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA,quod
sit priuatus.Contra diaconum facit negligentia prio-
ris temporis,per contrariũ huius regulæ,cum in quin
que præcedentibus sabbatis potuerit & debuerit pro-
moueri Circa quod aduertendum,quod ante dec.licet
canon. rectores parochialium ecclesiarum debebant
fieri sacerdotes, de elect. cum in cunctis. §. inferiora.
de æta.& qua.cap.j.& debebant fieri infra breue tem-
pus.eo.titul præterea. quæ expresse de parochiali eccle
sia loquitur.Et si dicas,quod certa dies statuta non est,
6 hoc placet.nam in omnibus † obligationibus, in qui-
bus dies statuta non est,præsenti die debetur.ff.eod.tit.
In omnibus.j.ergo statim tenebantur.vnde dec. si pro
pauperibus.de prebend.in fin.supra eo.lib. declarans
mentem prædictorum iurium,dicit talem promouen-
dum in proximis quatuor temporibus. retentis ergo
terminis,in primo sabbato ordinationũ de mense Se-
ptemb.fuit in mora,& demum in sequẽtibus quatuor
sabbatis aggrauata fuit mora,& dilatata culpa. Cum
ergo lapso anno non sit præsbiter,est locus pœnæ pro
pter talem moram & negligentiam.quã probat lapsus
anni.de rescr. si autem. vbi de hoc in j.gl.& c.plerun-
que.in gl.fi.

¶Secundo sic,certum est inordinatum puniri , quia
ordinari debebat. Ista autem obligatio fuit statim
post adeptam possessionem:quod patet,quia etiam in-
fra annum monitus,si nõ ordinetur,priuari potest.per
præ.§.inferiora.vt not.in dec.licet canon.in gl.antepe.
in prin.Recipiendo ergo tale beneficium, se statim o-
bligauit ad sacerdotium annexum,& non leuis est cul
7 pa,†delatum sibi officium retractare. ff. de admi.tut.l.
tutores.sup.de offi.Archidia.ea quæ. cum concord.te-
netur ergo tardando ecclesiam quasi viduam, quo ad
illa quæ sunt ordinis,sicut de episcopo dicitur e.distin.
8 c.j de transla.c.2.ver.neque.& periculum †parochiano-
rum sine sacramentis sacerdotalibus decedentium,
eius culpam denotat.& sibi imputatur.26.q.6.presby-
ter.& c.se.imputetur ergo sibi casus,ex quo tanta cul-
pa præcessit.de hoc hic in glo.etiam de hoc regula,de
commod.cap.vno.de depo.c.2.¶Tertio,certum est im-
putare debere illi,qui se arctauit. supra de elect. cum
in veteri. & ff.si quis caution.l.2. §.si quis tamen. vbi
imputatur ei , qui prius proficiscendo potuit euitare
tempestatem vel vim fluminis.& C.de ami. tut.l.prim.
vbi imputatur contutoribus , qui tarde sumptionis
causam mouerunt,& cum tutor factus est non soluen-
do.& ff de damno infect.cum postulassem. vbi,ei qui
9 de damno †infecto agere poterat,imputatur si tarde
prætorem adiuit,& ædes corruerunt.Item propter tẽ
10 poris †angustiam refutatur tardus appellationis fau-
tor.C.de tem.ap.l.nemo.in fi.Imputetur ergo sibi,&
non casui superuenienti,damnum priuationis , quod
sentit ex sua culpa.hoc eod.titu.damnum quod.cum
11 concor. ¶Quarto,imputatur ei,qui † non præuidit,
quod euenire poterat.de homi.is qui supra eod.libr.
de fer.non or.c.j.& ibi concor.& ff.loca.si quis domũ.
§.j.dici ergo potest isti diacono, quod voluit , quod
non potuit.de offic.dele.cum super.C.de iur.do.si ge
nero.C.si quis alte.vel sibi.l.multum interest.

SOLVTIO.Satis placet dictum Archidia.nota-
tum vbi suprà in princ.si istum diaconum non priua-
tum,cum in primis sabbatis non fuerit in mora:intel
lige hoc respectu pœnæ,de qua loquimur. & sic ca-
12 sus,quod non †præcessit mora vel culpa,non impu-
tetur.allegat.ff.si cert.peta.l.lecta.ff.deposi.l.Luci⁹.
Hoc tamen procedit,quando impedimentum proue-
niens in vltimo sabbato,fuerit ex culpa ipsius,vt hic
in glos.alias secus vt de æta.& quali.capit.j.procedit
autem solutio.& fortius,quando ex iusta causa à prin
cipio distulit sacerdotium,vt dixi in princ.partis.j.ad
solutionem bene facit.ff.quis or.in bono.possess.l.2.in
princ.vbi omnes dies,qui dantur ad bonorum posses
sionem petendã,siue sint primi,medij,vel vltimi,sunt
vtiles.Benefacit ff.qui & à qui.ma.l.Iulianus.qui di-
cit casus aduentitios computandos non esse.& vide
de homi.c.fin.super vlt.glos.nec placet,quod quidam
dicunt,tempus currere,& eum pœnam incurrisse,sed
restituendum esse:vt tangebam in vltimo argumen-
to primæ partis:quia si dicis eum habere iustam cau-
sam restitutionis,illa eadem causa est sufficiens ad e-
uitandam pœnam,vt in princip.probatum est per tex
tus plurium iurium dico autem quod in proximo

ſabbato tenebitur promoueri:& de hoc in prin.gl.Ad primum contrarium & ſecundum dico,ꝙ ſi concedatur,ꝙ dilatio recipiendi ſacerdotium poterit inducere culpam & moram & læſionem conſcientiæ,non tamen induceret moram vel culpam quo ad pœnam:de qua loquimur.in qua oportet integrum annum cedere:etiam ſi ſit certum,eum promoueri non poſſe.vt in dec.commiſſa.j.reſpon.Ad tertium & quartū reſponde
13 tur,ꝙ ille non dicitur ſe †arctare in veniendo,qui iter arripuit eo tempore, quo plerique illius conditionis homines ſolent peruenire.ff.de ver.obl.continuus.§.2.
14 nec obligatus †ad operam,qui incepit eo tēpore, quo perfici poterat ſecundum operam diligentis ædificatoris.vt ead.l.§.item qui inſulam. Cum ergo veriſimiliter,ſecundum morem aliorum ordinandorum,iſte diaconus infra tempus ordinari poſſet,& ſic ſe poſſe non dubitet,non debet dici ſe arctaſſe,cū congruum & ſibi ſufficiens tempus haberet:& licet quis perinde te-
15 neatur interdum,ad id ꝙ pōt accidere,non tamen †tenetur diuinare,vt dixi poſt Hoſtien.de ſer.non ord.c.j. ſuper gl.ſi.

SVMMARIVM.

1 *Probans obſcure,pro non probante habetur.*
2 *Alternatiue eligens,pro non eligente habetur.*
3 *Delegatus,arbiter,& tutor,debent eſſe certi.*
4 *Incertitudo vitiat,quod alias valeret.*
5 *Interpretatio facienda eſt, vt res valeat potius,quam pereat.*
6 *Appellanti,ꝙ nulli obeſt,& ſibi prodeſt,concedendū eſt.*
7 *Petitio & libellus incertus admittitur, dum tamen certificetur.*
8 *Appellatio,ſi non eſt recepta à iudice,vel à parte, nō tenet,niſi ſententiam iniuſtam eſſe probet.*
Ad Imperatorem non appellatur,omiſſo medio. Secus in Papa.
10 *Appellationis extraiudicialis interpoſita & proſequenda,à iure an ſtatutus ſit terminus.*
11 *Inutile adiectum,non vitiat vtile.*

QVAESTIO XXIII. SVPER REG. In alternatiuis.

ARGVMENTVM.

VTRVM valeat appellatio alternatiua,ad Archiepiſcopum vel ad Papam interpoſita.

Inducam autem ad negatiuā quatuor,ad affirmatiuam totidem.2.præmiſ.duabus opinionibus ſoluam diſtinguendo,& contrariis reſpondebo.

PRO PARTE NEGATIVA. Et videtur ꝙ non valeat,quia in iudicialibus actibus paria ſunt nō
1 facere,aut minus.legitime facere,& obſcure †probās, pro non probante habetur. de prob.in præſentia ergo &c.facit ff.de confeſ.certū.& de inter.ac.de ætate.§.ni
2 hil intereſt.Secundo,alternatiua †intantum fuit improbata,ꝙ eligens alternatiue,habetur pro non eligente, de ele.e.li.in elect.Idem ſ.cum ſeruus duorum ſtipulatur illi aut illi,vel ſtipulatur illi 10. aut illi fundum.ff. de ſtip ſer.l. Item ſi ſeruus.in fin.cum l. ſeq. & ſententiæ incertæ non valent 2.q.6.§.diffinitiua. ff. de re.iud. in ſumma.§.j.& imputandum eſt ei, qui non declarauit.e.ti.contra eū. nec alterius damno vagari licet. de reſcr.c.vlt.Tertio ſic probatur. Conſtat, ꝙ delegatus
3 debet eſſe †certus.de reſcri. ad hæc.ſic arbiter,de arbitris.innotuit.& tut.ff.de teſta.tut.tutor incertus.ſic ergo & certus debet eſſe index,ad quem appellatur.2.q. 6.poſt datam.& c.propter.& c.ab eo & §.forma.vbi ſatis innuitur,ꝙ ad vnum certum,& non ad plures eſt appellandum:alias nec certi apoſtoli dari poſſunt,nec et ad ſe præſentandum cōgrue poſſet terminus aſſignari. de quo ſupr.e.de appel.perſonas.& c.cum ſit.❡Quarto,
4 iura probāt,ꝙ vitiat incertitudo,† quod alias valeret. ff.de teſta.tu.duo ſun .de manu teſta.cum ex pluribus. de re.du.ſi quiſ.inſt.de leg.§.legari.nam etiam decretū papæ nō adſtringit ſuper incerto.ſupr.e.li.de con.præ. c.j.§.ſubiunctum.in ſi.& cle.eo.tit.c.j.facit de elect.vt quis duas.eo.lib.& quia infra decem dies non elegit, poſtea non audietur.ff.rem ra.ha.l.bonorum.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.Contra,ꝙ valeat appellatio.ar.ff.de iudi.ſi quis intentione. vnde accipietur,ꝙ ſit vtilius ſibi,vt poſſet eligere:& in-
5 terpretari †debemus,vt res valeat , & non pereat.ff.de reb.du.quoties.2.❡Secūdo inducitur lex,ſi ita.ff.de cōtrahē.emp.vbi patet,ꝙ admittitur alternatiua iuris rei venditæ,cum l.vendo illam aut illam rē.vide ſupra.eo. contra eum.poſt prin.gl.ſic ergo & in appellatione.nā
6 †concedendum eſt appellanti,ꝙ nulli obeſt,& ſibi pro
7 deſt.ff.de euic.l.in creditore. ❡Tertio,petitio† incerta admittitur,dum tamen certificetur.ff.de rei ven.l.quæ de tota.§.incertæ.& alternatiuus libellus admittitur. de in inte.reſti.conſtitutus.appellatio autem dicitur libellus.2 q.6.ſi quis libellos.❡Quarto videtur,ꝙ appellatio teneat,& ꝙ taliter appellans teneatur adire papā de ap.ſi duobus.quod tamen debeat adire nominatim, prius eſt.ar.eo.li.de preb.mandatum.de elec.c.pe.ver. verum ſi.

SOLVTIO .Ioannes de Deo.dicit, quod refert,
8 vtrum appellet poſt ſententiam,& tunc non tenet †appellatio,ſi non eſt recepta à iudice,vel à parte : quia ſi non probat ſententiam iniuſtam,rata manet.2.q.6.cap. qui.ſcit ſe quibuſdam. extra.de app. ſæpe.ſi autem recepta ſit,tunc non eſt quæſt ſiue ante ſententiam,ſiue poſt:tamen ante ſententiam non debuiſſet recipi.extra.de app.vt debitus.hæc ſolutio non ſubintrat dubium.G na.de ap.conſuluit 2.tenuit talem ap.iudicialem non tenere.quia apoſtoli debent eſſe certi,& determinati.2 quæſt.6.§.forma.In extraiudiciali putatur contrarium,cum illa ſit prouocatio ad cauſam.de ap. cum ſit.mihi videtur quod talis appellatio admitti debeat de iur.ciuil.cum non relinquat appellatum incer
9 tum.Ratio,quia ad imperatorem † non appellatur omiſſo medio.ff.de appel.imperatores,& ita ad proximum videtur appellaſſe.argu.ff.ne quis eum qui in ius voc.vi ex m.nam cum vterque.& l.præce.ff.de ſol.quires.§.ſi ſeruus.ff.de fideiu.ſi fideiuſſor.in prin.ſed quia de iure canonico appellare poteſt ad papam omiſſo medio,dicerem non tenere:niſi probabilis dubitationis cauſa ductus ſit ſicut alternatim appellaret.argu. ſuprà eo.li.de poſtu.prælat.c.j.ff.quorū leg.l.j.§.quia autem.Et pone exemplum ſuprà.e.li.de offic.dele.ſi is cui.vbi de hoc in gl.no.quia & præd.vera,niſi alterū eorum eligat infra illud tempus,infrà quod poterat appellare.vt ibi no.Fateor ꝙ Speculator fouet cōtrarium in Spe.de ap.§.nunc tractemus.verſ.ſed pone,aliquis.& ver.quid & de hoc per Arch.2.q.6.§ poſt datā. & §.illo videlicet.Ad contraria reſpondet,ꝙ loquuntur cum nullus terminus eſt ſtatutus.nullum diſcimē
10 aduerſarij verſatur.Cōſtat autem†,ꝙ extraiudiciali appellationi interponūdæ ac etiam proſequēde ſtatutus eſt terminus à iur.patet primū.ſuprà e.li.de ap.cōcertationi.ſecundum.in cle.eod.tit.ſicut.in vtraque igitur,niſi infrà terminū.qui debuit appellare,certificet, alterū eligēdo,videatur nō appellaſſe.Ex prædictis patet,ꝙ ſi Archidiacono appelletur ad epiſcopū vel archiepiſcopum,valeat appellatio ad epiſcopum,cū ad archiepiſcopum non potuerit appellari.Et regulariter inutile †adiectum,non vitiat vtile.eo.tit.vtile.ſecus ſi

cus,si consuetudo haberet ad eum appellari posse.sup.
eo.lib.de app.Romana. 2. respon. Idem dico de qua-
tuor principalibus patriarchis,si vera esset opinio, ꝙ
ad ipsos posset.omissis mediis,appellari.Super quo vi-
de,quod dixi de priuil.antiq.in fine.

SVMMARIVM.

1 *Monachi postulare quando prohibeantur.*
2 *Pro redemptione captiuorum,permittuntur monaste rij bona mobilia & immobilia distrahi.*
3 *Misericordia opera omnibus omnium ordinum hominibus necessaria.*
4 *Necessitas,illicita reddit licita.*
5 *Necessitas,à periurio,à furto & ab homicidio excusat.*
6 *Monacho an liceat postulare in iudicio & nu.10.14.*
7 *Monachus parere tenetur,obedire, & quæ iussa sunt implere.18.*
8 *Monachus,an possit esse procurator.*
9 *Monacho quæ proprie competant.*
11 *Monachi & clerici pro patrociniis salaria exigentes, degradari debent.*
12 *Vsuras exercere non licet,etiam pro redimendis captiuis.*
13 *Argumentari non licet ab iis,quæ de necessitate contra iuris prohibitionem sunt concessa.*
15 *Pietatis opera non fiunt pro terreno lucro,sed pro diuina mercede.*
16 *Monachus de nummis loquens,dicendus est institor.*
17 *Monasteriũ ultra id quod facere potest, non tenetur.*

QVAESTIO XXIIII. SVPER REG.
In argumentum.

ARGVMENTVM.

AN bonus aduocatus in vtroque iure, & monachus monasterii, multũ ære alieno grauatus,de mandato vel licẽtia abbatis,possit postulare in vtroque foro: vt de lucro monasterium releuetur à debitis.

Ad affirmatiuam inducuntur 5.rationes,& duæ glo. secundo ad negatiuam tres rationes.Vltimo datur solutio,& contrariis respondetur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.¶Quod
ergo possit,videtur:quia licet monachi prohibeantur
1 †postulare.16.q.j.de præsentium. ab hac tamen prohi-
bitione excipitur vtilitas monasterij cum imperio ab
batis.16.q.j.monachi.2.supr.de post.c.2.sed in terminis
quæstionis vtrinque concurrit vtilitas monasterij, &
abbatis imperium. ergo postulare licebit. ¶Secundo,
quia releuare monasterium ab onere debitorũ, est piũ
opus & appetibile.unde propter id,sicut & pro redem
2 ptiõe captiuorũ†, permittuntur ipsius monasterij mo
bilia & immobilia distrahi.10.q.2. hoc ius porrectum.
3 & opera†misericordiæ communia sunt, & necessaria
omni statui,omnibus officiis,& omnibus ætatibus.86.
di.non satis.ante fi.ergo videtur non solum posse, sed
etiam teneri ad id.fortificãtur autem hæc decr.de test.
c.religiosus.j.respon.supr.e.li.vbi executio vltimæ vo-
luntatis,quia pium est opus,de licentia sui prælati re-
ligioso permittitur.Tertio constat,quod alias illicitũ,
propter necessitatem fit licitum.de con.di.j.sicut.& di.
5.discipulos.de consue.quanto.de obser. ieiu. consiliũ.
supr.e.tit.in antiq.ꝙ nõ est.ff ad le.Rhò.de iac.l.2.§.cũ
5 in eadem.Hinc est ꝙ necessitas excuset à periurio.† de
iureiu.querelam.cum concor.& à furto.supr.de furt.si
quis.& ab homic.vt patet in cle.de homic.si furiosus.

6 in fi.ergo propter necessitatem†monasterij licebat hoc
monacho.¶Quarto,inducitur regula hoc e.ti.qui sen-
tit.cum cõcor.Cum enim monasteriũ sentiat onus ali-
mentorum istius,& forsan iste nescit operari, decens
est,vt ex ipsius opera aliquod commodum perciperet.
¶Quinto inducitur, ꝙ vbi abbas mandat, monachus
7 †parere tenetur.de temp.ord.ad aures.de off.ord.quan
to.nec debet monachus de sui maioris sententia iudi-
care,cuius officij est obedire & implere quæ iussa sunt,
vt dicit Hiero.ad rusticũ.vide in fo.& eius imperio su-
best vice Dei,nec habet nolle.12.q.j.non dicatis.supra
eo.de ele.si religiosus.in prin.& de sepul.c.fi. pareat er
go.¶Sexto ad hanc parte inducuntur quæ scripsi post
Ino.& Ost.de re iud.cum I.& A.in gl.no. pro hoc.ver.
tu vero dicas.vsque ad fi.vbi tenent,ꝙ etiam pro ami-
8 co mon.potest monachus†de abbatis licentia esse pro
curator.& opinio quæ habet,ꝙ pro miserabilibus po
stulare possunt:quã scripsi supra de post.c.2.super j.gl.

PRO PARTE NEGATIVA.In contrarium
inducuntur præ.c.de præsentiũ.16.q.j.vbi dicitur mo-
9 nacho competere†quies,oratio,& labor manuum,qui
bus cõtraria sunt causarũ strepitus,& publica litigia:
cui optime conuenit,ꝙ no.in cle.de statu mo.ne in a-
gro.§.quia vero.in gl.q incipit,de of.or.Secundo,quia
10 si prohibentur leges†audiri,multo fortius in foro ci-
uili postulare.patet primum,ne cler.vel mo.nõ magno
pere.& c.super specula. Est enim eis opprobriosum,si
velint videri periti secularium negociorũ. C. de epis.
& cle.repetita.de testa.consulta.& hac de causa suade
tur eis,ꝙ pro negociis monasterij constituant syndi-
cũ.de syn.c.vno.¶Tertio multũ facit can.15.q.2.c. vno.
11 ver.nõ solum†monachi, sed & clerici pro patrociniis
salaria exigentes, sicut vsurarum exactores degrada-
ri iubentur. si ergo lucrum, de quo quæritur, in eis
illicitum est,nulla dubitatio, quod officium pro tali
lucro exercere non poterunt: sicut nec licet exercere
12 vsuras,†pro redimenda vita capti.de vsur.super eod.
& faciunt ibi concordantiæ.in glo.j.incip.argu.& ne
cleri,vel mon.non magnopere.

SOLVTIO.Dixit pro vlt.alle.monachum de quo
quæritur,postulare non posse.Coadiuuando dicatur,
quòd bene facit hæc regula,per quam patet, quod si
13 contra prohibitionem†iur.aliquid de necessitate cõ-
cedatur,de illo non licet arguere.Ad casus etiam vbi
vrgeret simul ratio.vt huius titul.in regula,quæ à iur.
illa enim argumentatio conueniret his quæ consonãt
iuri communi.vt ibi scripsi.bene probatur hoc dictũ
suprà eo.li.de regul.constitutionem.j.respon.vt ibi no
ta.in vlt.glo.& de pœ.Romana.de hereti.statutum 2.
in fi.j.respon.restat ergo ꝙ cũ prohibitio,de qua lo-
quimur,sit generalis,& habeat casum exceptum, &
ad alios casus exceptio extendenda non est.nec est ve
rum quod exceptio includat casum,de quo loquimur
14 ꝙ intelligitur de vtilitate†directa,ex qua patrocinan
tur,puta pro conseruanda libertate mon.vel aliis re-
bus in iudicio defendendis,vel recuperandis.vnde c.
monachi.2.16 q.j.non simpliciter dixit,monasterij po-
scat vtilitas,sed dixit,exposcat,quasi desideret & dire
cte poscat.contra autem,quod causæ, cui patrocina-
tur pro lucro,ad clientulum,non ad mon.spectat vti-
litas.& facit de priui.authoritate.in 6.lib.6.& cle.de
deci.ca.j.in fi.& per hoc respõsum ad allegata primo.
ad allegata secundo & vltimo respondetur,quod ope
15 ra pietatis†non fiunt pro terreno lucro,sed pro diui
na mercede.Constat autem,quod monachus pro ali-
quo temporali lucro claustrũ exire non debet.16.q.j.
16 placuit.Secundo patet,ꝙ monachus†de nummis lo-
quens,dicendus est institor.eod.q.si cupis.quod alle
gabatur.Tertiò loquitur de directa necessitate, qua-
17 lis ista non est,cum etiam vltra id quod facere†põt,
monasterium non teneatur.de solu.Odoardus.de re-
stitu.spolia.olim.2.ff.de dol.nam is.regula,qui sentit.

liter non esset in specie concessurus. infra.eo.li.c.in ge
nerali.cum concor.sed verisimile non est, ꝙ papa tol-
14 lere velit monasterio probationem †monachi,qui cu-
riosus est circa monasteriorum quietem. 18.q.2.quã sit.
Sed probatione denegata forte reciperetur litigiosus,
plenus scandalis & discordiis,qui seruorum Dei con-
templationem & quietem turbabit: ꝙ certum est pa-
pam nolle,cum ex eo permittat etiã iam receptos eii-
ci,& alibi collocari de regula.c.fi.de sta.mo.ea q́. post
prin.Bene facit de ele.venerabilem.ver.nũquid enim
¶Quarto allegatur notabiliter decr.super e.de offi.de
15 le.vbi mandatum factum †delegato,dato super q.iur.
præsentandi,ꝙ ad præsentationem vincentis ordinẽ
ecclesiasticum non præiudicatur illi ad quem spectat
institutio.Sic in proposito non præiudicetur monaste
rio,cui competit probatio.Concludatur ex prædictis
monasterio competere annum probationis:cui rei nõ
obsistit mandatum legati,qui mãdauit illum recipi:&
monachi recipiunt,prout monachi recipi debent,s.cũ
beneficio probationis recipientis & recepti,cuius cõ
trarium reprehensibile fieri prohibetur.de reg.ad apo
stolicam.in prin.& in fi.& 17 q.2.Gonsaldus. vbi etiam
innuitur,in regula beati Benedicti,& cõstitutione Gre
gorij id esse prohibitum,quod multum facit.

SOLVTIO.Soluit,ꝙ beneficium annualis proba
tionis reseruatur monasterio,per vltimo alle. nõ tamẽ
reseruetur illa voluntaria repulsio,q́ reseruaretur,si le
gatus non scripsisset.ad mand.ergo legati illũ recipiũt.
ad ꝙ alias non tenerẽtur.& in hoc valet gratia legati:
& sic probabit legitimam repulsionis cãm, quam per-
cipere potuerunt.& sic gratia satis cõfert:& ius cõmu
ne non læditur.facit de cõsuetudine.cum dilectus. &
per hunc modum videtur satisfactum esse contrariis.

SVMMARIVM.

1 Electo opponens infamiã,si non probet,an sit puniendus.
2 Electo qui obijcit,an debeat iurare se probaturũ, quæ ab eo obijciuntur 16.
3 Excipiens,quo ad onus probãdi,typum gerit actoris.
4 Negatiua quando probanda sit.12.
5 Liberarum cohabitatio, præsumitur matrimoniũ potius,quam concubinatus.
6 Illegitimitatis infamia,an trãsferat onus probãdi.17.
7 Qui petit vt talis admitti,debet probare se talem.
Electionis canonicæ assertio,includit legitimitatem, & ætatem idoneam.
9 Electo omni confirmari petenti duo probanda.
10 Alimentorum transactio tribus constare debet, quorum vno obmisso,an valeat.
11 Adulteriũ potius præsumitur de iure canonico, quã matrimonium.
13 Negatio facit rem dubiam.
14 Venia ætatis non datur, nisi de ætate 20. annorũ, de moribus,& probitate animi fides fiat.
15 Carboniana bonorum possessio cũ petitur,probari debet matrimonium indubitatum.

QVAESTIO XXVI. SVPER REG.
Infamibus

ARGVMENTVM.

ELECTO in prælatum, opponuntur defectus natalium & ætatis: quæritur quis probet.

Quod probare teneatur opponens,probabo tribus
rationibus copiosis.Secundo totidem,& talibus,ꝙ e-
lectus.Tertio,ꝙ vtrique,per quattuor iura & duas glo.
Quarto circa primum articulum ponam três opposi-
tiones:circa secundum sex:demum soluam distinguen
do pro & contra,concordando opiniones.

QVOD opponens probare teneatur:¶Primum sic
1 ostenditur,certum est ꝙ opponens †aliquid in personã
electi,si non probat,punitur.per decr.primam.in fi.de
elec.li.eo.cum concor.in auth.de sanctiss.episcopis.§.
si quis autem electum ad ordinationem.col.9.& quo-
modo oportet episcopos.§.si quis autem talis.coll.j.Itẽ
2 si propter †illos obiectus debet iurare, se credere illos
veros esse & se posse probare.eo.li.& tit.de elect.vt cir
ca.Ad quod iuraret,se credere posse probare?Si probã
di onus sibi non incumbet,superfluum esset iuramen
tum,contra iura.eo.tit.c.2.de iureiur.& si Christus.Itẽ
cle.eo.tit.cõstitutionẽ.2.& vlt.respon.nec specifican
tem debito modo defectus in pœnam ab ipsorum pro
batione repellit.quæ autem esset pœna, si probare nõ
deberet?Ex quibus communiter ad vtrũque defectum
concluditur, quod ex quo punitur opponens si non
probat,si vero iurat se credere quod probare possit, si
in pœnam non cadit, à probatione tamen repellitur:
ergo probare non videtur.specialiter autem de primo
defectu videtur casus,qui fil.sint le.lator. & c. causam.
vt æquiparemus petenti hereditatem eum qui petitur
confirmari: sed si primo opponitur illegitimitas pro-
pria,vel parentis,ex cuius persona vult succedere,op-
ponens probat,vt ibi:sic & probet in casu nostro. ¶De
secundo autem defectu videtur casus,de elect.dudum.
j.vbi opponens defectum ætatis præposito sancti Gre
gorij probare debet. ita qui dicit professionem non
valere ex ætatis defectu,hoc probare debet.de proba-
tion.in præsentia.de regularib.ad nostram.per hoc er-
go communia & specialia concluduntur ad hanc par
tem.¶Secundo per cõmunia ad vtrunq; probatur eti-
3 am sic,excipiens †typũ gerit actoris,& hoc quo ad o-
nus proband.i,de excep.pia.de resti.spo.frequens.lib.6.
ff.eo.de prob.l.quoties.§.qui dolo.& l.in exceptioni-
bus.C.eo.l.j.ff.de excep.l.j.& 2.fortius ergo,opponẽs
qui videtur volũtarius,de iud.c.exhibita.Et licet ne-
4 gatiue †opponat,dum tamen negatiuæ sit qualitatis,
illam probare tenetur.iuxta not.6.q.vltim.accusator.
de elect.bonæ.j.ff.de legat.2.cum quidam.& l.cum pa
ter.§.rogo.& hoc præcipue in his terminis,in quibus
negatiua resoluitur in affirmatiuam,de retun.super
hoc.de succes.ab intest.cum dilectus.¶Tertiò specia-
liter ad primum defectum inducitur,quod liberarum
5 cohabitatio.†præsumitur matrimonium potius quã
concubinatus.ff.de ritu.nup.in liberæ.ff.de concubi.
in concubinatu.& in dubio quis præsumitur legiti-
mus.qui fi.sint legiti.transmissæ.ff.de regu.iur.semper.
in dubiis.& proli debetur fauor per quem iudicatur
legitima,quæ nõ est.qui fi.sint legi.ex tenore.& c.per-
latum.dummodo fuerit seruata forma decr.vltim.de
clan.despon.Item cum ponimus illum electum,ponĩ
mus eum in possessione legitimitatis, alias postulari
debuisset.de elect.innotuit.& ponimus eum in sacris.
de æta.& quali.præterea.& c.à multis.Item sicut filia-
tio,sic & eius qualitas probatur ab appellante.primũ
patet de fil.presb Michael.secundum.eo.titu.c.2.Plus
6 video quod infamia †illegitimitatis non transfert o-
nus probandi,licet transferat onus purgandi.de pur
ga.ca.accedens.multo minus exceptio,quæ minoris
est efficaciæ,vt probatur de accu.accedens.

Quod electus.¶Ad contrarium sic arguitur,Petẽs
confirmationem est actor,& petendo asserit electio-
7 nem canonicã.si ergo non probat,nõ confirmabitur:
qui enim petit †vt talis admitti,debet probare se ta-
lem,42.di.quiescamus.de cleri.peregri.cap.j.& in ex-
trauagam.Boni.de elect.iniunctæ.ff.de libe.ag.l.fina.
8 qui satis.cogã.si vero.§.j.cum ergo in †assertione ca-
nonicæ electionis includatur legitimitas & ætas, de
9 elect.cum in cunctis.& c.nihil est.si vult †confirmari,

probet illa duo, de quibus confirmatori constare debet, vt ibi.concor.ff.de transac.cum hi.§.si prætor. vbi
20 de tribus † constare debet in transactione alimentorū, quorum vno prætermisso, non valet transactio.cui conuenit quod scripsi de testi.fra.ernitatis. in tertia quæstione. Aetas enim illius, qui se maiorem dicit, causa cognita probanda est.ff.de minor. de æ.ate.& facit ꝙ ibi no.in princ.pen.gl.& in gl.vlt.circa medium.& facit.eo.tit.l minor.25.an. Iste vero dicendo se canonice electum, dicit se legitimum & maiorem, ergo &c. Cum
21 enim homines † soluti & minores nascantur, non præsumetur electus natus ex coniugibus, neque maior: nisi hoc probet: maxime cum iur. cano. potius videatur præsumi adulterium, quam matrimonium.30.q.5.aliter & c.si quis diuinis. ergo iste transfert onus probandi. de præsump.c.j.& no..vt ecc.benef.c.vno.ff.eod.titu.l. circa.

¶ Secundo arguitur sic, Hoc negatur factum scilicet matrimonium inter parentes,& ætas, & negatiua
22 † transfert onus probandi: & probatur hoc ipso quod non probatur contrarium.C.de non nu. pe.l. si ex cautione.& l.asseueratio.& maxime, quia quo ad primū, posset esse probatio impossibilis: scilicet quando parētes nec contraxerunt, nec cohabitauerunt adinuicem. nec forte scit vicinia quis fuerit alter parentum. Facit quod scripsi, qui fi.sint le.peruenit. vide simile in defectum ordinis vel professionis.quomodo enim probari posset electum non esse subdiaconum, vel non expresse professum: & facit quod not. Inn.de accu.super
23 his.nec potest † negari, quin saltem negatio faciat rem dubiam.C.qui ad liber. l.3. certificet ergo electus hoc dubium.ad hoc enim veniunt instructiores electores, de elec.cupientes.§ ad hæc.li.6.& facit.sup.. de postu. prælat.bonæ.2.ver.si autem illi.& alias non confirmabitur.de elect.innotuit.& c.cum in cunctis & c.nihil est.in auth.quomodo oportet episco.§.oportet & §.se.
24 colla.j.sicut nec datur † venia ætatis, nisi de ætate 20.annorum, de moribus & probitate vitæ seu animi, fiat fides.Codic.de his qui.ve.æ.a.impetra.l.2. sic & cum pe
25 titur Carboniana † bonorum possessio, probari debet matrimonium indubitatum.C.de Car.edic.l.fi.

¶ Tertio inducitur decre.si forte.de elec.li.eo.vbi si
26 opponitur euidens † defectus contra electum, subiicitur examini.ergo ipse probat opponenti: s.per examen cui se submittit, probando se carere defectu: sic ergo probet dissimilem casum, probando legitimitatem & ætatem.facit ad primum, qui fi.sint le.per tuas.ad secūdum de restit.in inte.consti.utus.C.eo.tit. de prob. cū te.C.de resti.in inte.si minorem: sic qui se excusat ex defectu ætatis, illum prob. C.quand.prouoc.nō est necesse.si pater.apertius.2.q.6.§.diffinitiua.vers.itē si propter. ex his &c.

¶ Quarto arguitur, ꝙ vterque probet, per l.cum de ætate ff.de prob.facit de renun.super hoc.supr.de proba.ex literis.de testi.cum tu. & ꝙ not. ꝙ metus cau. c.j. in fin.pe.gl.& de resti.in integ.cum ex literis.in gl sed quare.

SOLVTIO. Ad euidentiam solutionis de his defectibus tracta do diuisim, est sciendum, quod prius articulus fuit hic disputatus per Lagonem canonicū Bono.& per Octauantem de Florentia, & circa illum nominanda est triplex opinio. Prima Io. 6. q. vlt. actor bene vide cum Bon. Guil.in spec.eod.titu.§.j.versic restat videre de negatiua qualitatis.hoc idem tenet Archidia. de elect. si forte.lib eo.quo ad terminos electi de quo tractamus & ibi allega.not.per Innoc.de dolo & cont cum olim.& de testi.cogen. c. super his. Item speculator etiam in decre.vt circa.de elect.lib.eod.te-
27 net ꝙ ex quo in iudicio † petitur confirmatio, & fama est quod electus non sit legitimus, ipse coram cōfirmatore, qui procedit ex officio, probabit se legitimum.ad hoc facit quod scripsi post Host.de presbyt.non bapt. veniens in fi.quod not. Guil.in spec.de spon.in fi.

¶ Secunda opinio fuit Ioan.de Agulest. de Tesena, quam nota. Guil.in præd.decre.vt circa.& Archid.78. distinct.presbyter.& Octauantes hoc tenuit in disputatione prædicta: petens confirmationem probat alteram partem negatiue, nisi sit in possessione filiationis legitimæ.C.eodem.titul.de proba.neque.& l.non nudis.ff.eod.quidam.& facit ad hoc. de sent. excomm.l.si iudex.lib.eod. ad id quod dicitur excipientem probare. Respondent id verum in his quæ asserit, non in his quæ negat.facit quod no.in l.in exceptionibus.ff. eod. scilicet, de exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis. ¶ Tertia fuit Lagonis in quæstione prædicta dicentis, quod neutro probante, confirmator inquiret in loco conuersationis, & si inueniat illum in possessione filiationis legitimæ confirmabit, alias non conformabit.tenet ipse quæstionem in electo ad simplex beneficium. Item sciendum, quod quo ad secundum argumentum, multiplex fuit opinio. vna Ioan. & Lau 78.dist.presbyter.quod agens probet ætatem.cui concor. Azo.in summa.C.de proba.in fin.& hoc eo.ti. §.fi.alias l.præalleg.cum te.vbi etiam tenet, quod asserens se maiorem, vt à tutela liberetur, vel vt tanquam maior admittatur, vel quod dicit se minorem, vt restituatur, probare debet.Et si tutores dicunt finitam tutelam,& minor negat, tutores probant. Cui etiam accedit opinio dicentium, ꝙ qui petit se admitti vt talē, probet se talem.

¶ Secunda fuit opin.Guil.ꝙ consuluit in spe.ꝙ negatiue proponatur exceptio ætatis, scilicet nego, vel non credo te maiorem.& est simile ꝙ no.de proc.c.j.hoc dicit, nisi per adspectum appareat minor: quia tunc secus re ponat affirmatiue: scilicet, tu es minor.

¶ Tertia opinio sic distinguit: Aut vnus proponit affirmatiue,& alius negatiue,& tūc probet actor: aut vterq; affirmatiue,& tunc probet ēt actor. sed gl.in prædi. l.de ætate.vult quod quando vterque proponit negatiue, præsumatur minor.Ioa.de Deo, simpliciter dicebat, quod implicita negatiua probanda esset Bonaguida dicebat obtentum, vt etiam not. Archid.de rescrip. si eo tempore.libro eod.quòd is, qui dicit quem non idoneum propter minorem ætatem, illud probet.

¶ Opiniones Iac.de La.& Pet.de Bel.cum procuratori opponitur defectus ætatis, not.Cynus in præ.l.cum te.C.de proba. & volunt.quòd eo casu probet excipiens: nam dicebat Ia.quòd dicens probet illa, quæ in petitione vel exceptione includuntur.sed ætas procu. non est de his.& Petrus dicebat, quod edictum de procur.est prohibitorium, dicens ergo prohibitum, probet.In permissoriis posset locum habere, quod probet, dicens se permissum ¶ Circa solutionem habendam est sciendum, quod aliud est electionem confirmare, aliud cassare, aliud nec confirmare. Prima duo patent, tertium vide de restit.in integr.capi.2.in fin.& est, sicut dixi, eodem titul.de restit.in integ.cap.fin.in quæstione 2. Item sciendum, quod defectus, de quibus quæritur, opponi possunt, vt cassetur electio, & excipiendo ne confirmetur: licet hæc sint diuersa in hoc, quod primo casu repellimus excommunicatum, secundo non.& sic resoluitur contrarium.de decre.exhibita.de iudic.ad decre.dilecti de exce.vt ibi scripsi. Soluendo tamen dico, quod vtrobique onus probandi incumbit opponenti, sicut appellanti, vel non instantum: quia si probat, perdit instantiam, non cassatur electio repellitur opponens, & pœnam patitur.decre. primæ, de elect.libr.eod.quam dico locum habere etiam cum super obiectis non est appellatum ad papā, vt scripsi in clemen.de procu.ca.2.& sic verificetur prima opinio Ioan.Ber.& sequacium circa princip.argu. & Ioan.de Deo,& quos post ipsum recitaui. Circa secundum, nec curo, an affirmatiue vel negatiue proponatur: absit enim quod per sophisticationes verborum

rum affirmatiuorum natura mutetur. contra id Cod. communia de leg.l.2.in fin.de elect.commissa. §.porrò.lib.6. & facit quod no.ff.ex quib. cau.ma.in eadem ad id quod dicebatur,quòd quandoque circa primum defectum occurreret purè negatiua, Respon. probet opinionem viciniæ,quomodo ille habetur pro legitimo,& excusabilis erit.de elect.cap.j.in fin.eo.lib. Et si nec id probare potest,taceat 2.quæst.7.plerique.sed licet repellatur, & puniatur opponens, vt dictum est, non per hoc sequitur electionem confirmandã: quod patet eo.lib.de elect si fortè.& ca.cupientes. & ca.indemnitatibus.§ 1.& §.cæterum.facit de rescrip.olim. Ad illã igitur obtinendam necesse habet electus probare se legitimum:& hoc est quod voluit Host.de do. & contum.olim.vt ibi scripsi super ver.canonicè.probatur hoc de elec.congregato. opposito verò defectu literaturæ ad confirmationem obtinendam,est necesse,quod constet electum non pati defectum. ad idem, eo.tit.cùm inter canonicos.in fi.ibi, nisi sufficienter. & c.cùm nobis olim.nam vt ibi patet. & eo.tit.nihil. etiam nullo opponente de his oportet inquiri,fortius aliquo opponente & non probante,vt patet de appel. constitutus. facit enim oppositio confirmantem malæfidei ad instar denunciationis. C.de rei ven.si fundum.facit j.quæst.4.§ notandum.ff.de peti.here.Item veniunt.§.à quo.& sic fit vera secunda opinio Ioann. Tesen. & sequacium, quo ad primum ar.& Io.Lan.& sequacium,quò ad secundum. neutro verò probante, superior non tenetur confirmare,nec cassare, nisi posset per id alter appellare cùm non grauetur:& est simile quod dixi de testi.ex parte.super glo.huiusmodi exceptiones. hic tamen locus est tertiæ opinioni Lagonis,vt scilicet superior inquirat,ne diu protelletur vacatio.& si inueniat illum legitimum,vel maiorem,cõfirmabit. Si verò de veritate non constat, sed de possessione,opinione & fama: aut quòd est legitimus vel maior,& confirmabit:aut quòd est illegitimus vel minor,& purgationem indicet,qua præstita, confirmabit:& si defecerit, cassabit. de purga.c.accedens.de offic.ordin.ex parte. Si verò per inquisitionem,etiam de opinione vel fama, pro vel contra constare nõ potest, puto quòd certũ terminum statuet electo, infra quem probet se legitimum vel maiorem:quod si non fecerit, saltem quo ad possessionem, cassabit electionem, ne per hunc modum diu maneat ecclesia impedita. facit de appel.oblatæ.ad fi.& cle. eod.tit. quandiu.facit de testi.spo.frequens.lib.eod & quod not.de probation. licet.in j.glos. ¶ Ad id quod tertiò allegabatur dico, quòd vtroque probante, locus est l.cùm de ætate.ff. eod.tit.de prob.& no.de test.in nostra.cum suis remis. & sit hoc casu cautus vterque, vel si altero per testes probante vult iuuari per articulos contrarios, quos habet probare per testes,illos producat ante publicationem primorum : quia postea non audiretur etiam in causa appellationis. de testi. fraternitatis. apertius in clemen.eo. tit.de testib.c.testibus. per hunc soluẽdi modum,quæ videbantur contraria,sunt soluta.Io.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ appellatione quid contineatur. & nu.11.*
2 *Priuilegium ecclesiæ concessum quibus competat. & num.8.*
3 *Priuilegio præscriptionis 40.annorum vtitur ecclesia contra ecclesiam.*
Idem in priuilegio restitutionis in integrum. ibidem.
4 *Priuilegiati quandoque se priuilegio tueri possunt contra priuilegiatos.9.11.*
5 *Præscriptio est contra naturalem æquitatem, secundum quam pars vna cum aliena iactura locupletari non debet.*
6 *Priuilegium, vt lex priuata, contra ius commune quid operetur, & quomodo intelligendum sit.*
7 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
10 *In omni scriptura, ad intentionem scribentis recurrendum est.*

QVAESTIO XXVII. SVPER REG. In iudiciis.

ARGVMENTVM.

ECCLESIAE collegiatæ concessit papa priuilegium, quòd præscriptio minor centenaria in suis bonis vel iuribus non currat cõtra eam:agit prælatus contra capitulum,vel econtra, quorũ bona sunt discreta:quærebatur,an alter contra alterum illo priuilegio posset vti.

Est fratris Huberti.hanc autem abbreuiabo,ad affirmatiuam,5.ad negatiuam,4.allegando.tertiò ponitur solutio, & per cõtrariorum solutionem distinctio.

PRO AFFIRMATIVA. Ad primũ quòd possit,inducebat,quòd appellatione ecclesiæ † episcopus & capitulum continetur.de verb.significa.cùm clerici.requisisti.de testa.nec mirum,quia ad corpus constituendum necessaria sunt caput & membra: quæ hic concurrunt.de his quæ fi.à præla.nonit. facit. 11.dist. c.j.45 dist.cùm Beatus.de præscript.cùm non liceat. Si
2 ergo prælato & capitulo † datum intelligitur, videamus contra quos datum sit.& videtur,quòd contra omnium antiquum statum iure communi, priuilegio, vel alias in ecclesia laudabiliter obseruatum, immutare nolentem,& hoc facit præscribens: ergo contra illum competit. Ad primum inducitur 15.quæst.j.per totum.25 quæst.2.si ea.& c.seruatis.& ca.institutionis. per.quæ patet quòd euersor dicitur,qui id facit:& extra ecclesiam est, licet videatur intra 93. dist.si inimicus.ergo stans pro statu antiquo,vtetur priuilegio cõtra præscribentem,sicut contra extraneum. Secundò probatur sic: Prout se habent singulares ecclesiæ ad vniuersalem,cuius sunt membra, ita membra singularis ecclesiæ ad ipsam ecclesiam: facit j. quæst j.multi.7.quæst.j.Nouatianus.24.quæst.j.loquitur. sed priuilegio vniuersali ecclesiæ concesso vna ecclesia vtitur contra alteram. Nam priuilegium,contra † præ-
3 scriptionem 10. 20. vel 30. ann.datum est ecclesiæ de 40.annis.16.quæst 3.cap.iubemus. vers.quas actiones. 16.quæst.4.neque decennij. de præscrip. de quarta & altero vtitur ecclesia contra ecclesiam.vt ibi 16.quæst. 4.volumus.Item priuilegium rest.in integ.iure minoris datum ecclesiæ, quo tamen vna contra aliam vtitur.de restit.in inte.auditis.sic ergo vnum membrum ecclesiæ contra aliud vtetur priuilegio,de quo loquimur. Est simile † de priuil. Velleiano, dato mulieribus
4 fideiubentibus,quo vna contra aliam vtitur C.ad Velleian.si fine.Idem in Macedoniano,quo vnus filiusfa. iuuatur contra alium.ff.ad Macedo.si filius. Idem etiam in priuilegio religiosorum de non soluendo decimas.supra.de deci.ex parte.16. quæst. j.quæstio. nec obst.si dicatur talia priuilegia non data collegio:quia priuilegium clericorum quo ad forum, datum est collegio clericali: de foro compet.si diligenti.& tamen contra clericum vtitur clericus ille.eo.tit.c.j xj.quæst. j.inolita. sic & in proposito cùm quilibet de ecclesia participet priuilegio.supra eod.lib de priuile. per exemptionem.dicam in rebus ecclesiæ quemlibet de ecclesia illo vti posse. ¶ Tertiò specialiter de priuilegiato sic probatur: Si minor mutuat filiofamil. benè vtitur priuilegio minoris ætatis contra priuilegium

Macedonianum.ff.de minor.verùm in fin.& l.sequ.& hoc maximè,quia is,contra quem præscribitur,tractat de damno vitando,& alter de lucro: quorum non est par ratio. C de codic.l fin.facit.11.quæst.4 quicunque. ¶Quartò sic, Qod commune est duobus, proficit vni contra alterum:vnde communis tutor duorum pupillorum agit pro vno contra reliquum.ff.de author.tut. accipientis.Sic dicamus de isto priuilegio. ¶Quintò,
5 cùm præscriptio†sit contra naturalem æquitatem, secundum quam pars cum aliena iactura locupletari nō debet.eo.tit.locupletari.Si ergo vnus contra aliū priuilegio vti possit impediente locupletatione prædicta, & sic benignior est talis interpretatio, maximè, quia res ad suam naturam facilè vertitur, quo olim omnes ecclesiæ gaudebant priuilegio centenariæ præscriptionis.C.de sacrosan.eccl.l.vt inter diuinum.facit. 35.dist.ab exordio ff.de pact.si vnus.§.quod si non.vt tolleret.vbi glo.in verb.redditur.ex his concluditur, quòd alter contra alterum priuilegio se defendit.

PRO NEGATIVA.¶In contrariū,quòd pri-
6 uilegium†vt lex priuata contra ius commune nō plus concedit,quàm verba sonent:& restringūt ad eos quibus & contra quos, & ad ea super quibus concessum, hic patent per ordinem 7.quæst.j petisti. de priuil.sane.de verb.signi.ex parte.3.de decimis,ex parte.j.propter id iubetur videri & conseruari priuilegiorum tenor.de priuileg.porrò Sed ex tenore priuilegij, quod ponit thema,patet,tunc illud competere, cum contra ipsam minor præscriptio allegatur.Sed in terminis q̄stionis non allegatur contra ipsam ecclesiā:cum enim
7 in re,indiffinita†æquipolleat vniuersali.de quo supra eo.lib.de elect.vt circa,erit idem dicere contra ecclesiam,& contra totam ecclesiam.Solus autem prælatus vel solum capitulum non faciunt illam totam,sed eius partem aliquam.de iis quæ fi.à præla.nouit.ergo allegatio præscriptionis,quam facit alter contra alterum, non est contra totam ecclesiam:sed est membri contra membrum, ad quem casum non videtur priuilegium pertinere.¶Secundò sic,cùm vis corporis non sit corporalium,corporis non sit singularium de corpore.12. quæstione secunda, §.qui manumittitur.& quæst.j.§. si ergo.ff.de rerum di.l intantùm. §. vniuersitatis.pri-
8 uilegium datum ecclesię†non est datum singularibus: singulares sunt prælatus & capitulum,cùm diuisim de illis loquimur,ergo priuilegio ecclesiæ quasi sibi non dato, alter solus maximè contra alterum vti non poterit.facit supra eod.libr.de præben.mandatum.alias & sequeretur,quòd qui,vt singularis de corpore,participare debet priuilegio,læderetur ex illo:quod esset absurdum,vt supra eod.libr & tit.de reg.iur.quòd ob gratiam.tum concor.quòd enim, vt dixi in princip. primæ partis,prælatus & capitulum censeantur ecclesia,cui priuilegium datum est,si contra ipsorum alterum admittatur,contra ecclesiam inducetur.ergo ecclesia sibiipsi erit contraria,inducendo istud pro se & contra se:& sic secum dissidendo nulli conueniet. 23. quæst.7.quod autem de pœnit.dist.j.c.voluissent.§.ex his itaque apparet.de appel.sollicitudinem.Melius est ergo,vt canon dicit,neutrum de suis iuuari, quàm alterum lædi 14.quæst.5 denique.de sepul.c.j.quod ergo commune est,neutri prosit vel noceat.24.quæst.j.quoniam verus.ff.de in ius voc.communis.C.de rapt. vir. l.vnica.facit quod no.de postul.ca.vlti.nec exigat huius corporis alter contra alterum,quod contra se nollit 32.quæst.4 nihil iniquius. ¶Tertiò,quod priuile-
9 giatus†contra priuilegiatum priuilegio non vtatur, inducit prolixè;quod nota. de proba. in præsentia. in glos.ingressus.in princ.& quod no.eo.tit. qui prior.in §.gl.& decr.cùm dilectus.de ord.cog.ver. nos autem. ex quibus patet priuilegium euanescere substitutionis vel dotis,vel spoliationis cessare contra illum,qui parem causam fouet. ¶Quartò inducitur,quòd in o-
10 mni scriptura†ad intentionem scribentis est recurrendum.de rescrip.super literis.de arbi.exposita. de præben.c.fin.Intentio verò papæ in hoc casu est,quòd per minorem præscriptionem centenaria, ecclesia non cadit à iure suo.Sed quicunque vincat vel succumbat ex litigantibus,ecclesiæ nil deperit.ergo priuilegio non est locus:quia non est iste casus:cui voluit prouidere concedens. & faciant similia quæ nota. supra de his quæ fi.à præla. cùm apostolica.in glos. Ideo & vide quòd dixi de probati.ex literis,super versic.egressum, post princip.ex quibus concluditur alterum contra alterum priuilegio vti non posse.

SOLVTIO.Soluendo dixit,prælatum contra ca-
11 pitulum,vel econtrà,illo priuilegio†vti non posse:sed eius vium esse cōtra omnem qui rem ecclesiæ ab ipsius dominio aduocaret. Dicit autem,quòd vniuersalium priuilegiorum quædam respiciunt fauorem personarum datum certis causis & in certis articulis:tale dicit priuilegium minorum,& ecclesiarum.de restit. in integ.c.1.ff.de minori l.j.& per totum.& mulierum in Velleiano,& filiorumfam.in Macedoniano:quæ propriè nō possunt dici data vniuersitati vel corpori,sed vniuersalia.& istis vtitur vnus talis contra alium talem,vt dixi in secundo argumēto primæ partis. Aliud datur corpori vel vniuersitati tam omnium personarum,quàm singularium:& isto potest vti ad sui defensionem tam vniuersitas, quàm singularis ipsius persona,& contra alios singulares ipsius corporis,vt etiam ibi dixi in fine. De priuilegio fori clericorū aliud est, quod datur vniuersitati vel corpori,ipsius fauore,non partis vel singularium personarum: hoc vtitur vniuersitas vel alius pro ipsa,ne ipsius ius pereat: alius illius priuilegij nō est vsus,vt dixi in fi.secundæ partis:& per hoc contraria sunt soluta:& vide quod dixi in quæstione super regula priuilegium.in princ.solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio secunda non praeiudicat priori.*
2 *Clericus si diuersorum episcopatuum beneficia duo habeat, vtri potius obedire teneatur.*
3 *Obligatus duobus contraria praecipientibus, maiori obedire debet.*
4 *Obligationi omni iuramento firmata subintelliguntur inesse quatuor.*
5 *Iuramentum intelligi debet secundum intentionem iurantis.*
6 *Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus cogitatum non fuit.*
7 *In iuramentis superioris authoritas excepta intelligitur. 10.*
8 *Necessitatem inducit praeceptum. Et necessitas à periurio excusat.*
9 *Iuramentum solum adstringit ad possibilia & honesta nō ad iniquitatē, vel in alterius praeiudiciū.*
10 *Clericus sine licentia episcopi, vel filiusfa. sine licentia patris, peregrinationis votum an adimpleat.*
11 *Periurus quis sit.*
12 *Obsides propter iuramentum dari possunt.*
13 *Iuramentum seruandum, quod sine salutis interitu seruari potest.*
14 *Delictum quod non excusat superioris authoritas. Et vbi. num. 21.*
15 *Fides num hosti seruanda sit.*
16 *Iuramenti religionem transgredi, peccatum mortale est.*
17 *Periurus est scholaris, qui in fraudem creditoris, sui vocationem procurauit.*

18 *Periurus*

18 *Periurus est, qui voluntariè cõtra iuramentũ venisse*
dicitur, si potuit debitũ soluere, & sic vtrique parére.
19 *In iuramentis duobus licitis, primò præstitum præ-*
fertur secundo.

QVAESTIO XXVIII. SVPER REG. In malis.

ARGVMENTVM.

HAEC regula adducitur ad quæstio-
nem disputatam per dominũ Ioã. de
Azarolis nunc episcopum Senatens.
qua quærebat, an scholaris qui iurauit
creditori non exire districtũ Bonon. ante
solutionem sine ipsius licentia, filiusfa. ex
iusta causa reuocatus à patre, vel clericus
beneficiatus reuocatus ab episcopo ad
residentiam, vel simpliciter, sit periurus,
quia non obtenta licẽtia creditoris, licet
petita, ante solutionem repatriauit.

Pro scholari inducuntur sex, secundò cõtra ipsum
alia sex: tertiò de quæstione eliciuntur tres casus non
dubij, sed dubius soluitur distinguendo, & sic contra-
riis respondetur.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶ Ad primum,
quòd non incurrit periurium, inducebat 6. vinculi pri
oritatem, ipsius maioritatem, subintellectam quadru-
plicitatem, superioris authoritatem, iurãtis qualitaté,
& reuerentialem possibilitaté. De primo patet, quòd ipse
prius obligatus erat obedire patri & episcopo: sed o-
1 mnis secunda † obligatio, intelligitur fieri sine præ-
iudicio prioris. eod. tit. qui prior. cum concor. proba-
tur idem de fo. compe. c. pe. de rescrip. cùm cõtingat.
supra eo. lib. & eo. tit. tibi qui. & c. duobus. de iur. pat.
postulasti. de decimis. ex multiplici. de sen. excom. si ve
rè. & optimè de iureiur. tua. & c. veniens. & c. intelle-
cto. & c. ex te. quæ etiam in iuramentò loquuntur. Et
inde quod de beneficiato duarum ecclesiarum aduoca
to & vasallo. no. de postu. in c. viti. & vlti. glos. & quod
sub ea scripsi & dixi hoc titulo in regula, contractus.
in prima quæstione. quæ propter breuitatem nunc ex-
primere omitto. facit quod scripsi post Inn. de præben.
cùm iam dudum. post princip. magnæ glos. De clerico
2 † habente duo beneficia diuersorum episcoporũ, qui
plus tenetur obedire primo: & vide quod no. Ost. de
hoc in sum. de mo. & obed. §. & ad quid obediés. ver.
quid si duo. ex quibus concluditur, quod ex quo tene-
batur plus obedire patri vel episcopo, quibus prius
erat adstrictus, faciendo quod de iure debuit, non pec
cauit. 23 quæst. 4. qui peccat. & sic non est periurus. De
secundo, scilicet de maioritate constat, quòd in duo-
3 bus quibus † quis est obligatus, præcipientibus cõtra-
ria, maiori est obediendum. 8. dist. quæ contra mores.
xj. quæst. 3 qui resistit. 23. quæst. j. quid culpatur. facit de
ma. & obe. per tuas. supra eo. lib. de præben. si à sede. &
cle. vt lite penden. c. j. ver. neutro. sed hic habemus cre
ditorem, cui iurauit studens non exire districtum. Ex
altera parte est vinculum naturale, quo quis tenetur
obedire patri. j. dist. ius naturale. 33. quæst. 5. est ordo. &
diuinum præceptum. Exod. 20. Honora patrem. facit
23. quæst. 4. duo ista. & quod not. xj. quæst. 3. quoniam
multos. in glos. sed nunquid in fi. & 30. distinct. c. j. vel
iur. communi quo tenetur episcopo. de maio. & obed.
si quis venerit. de of. or. conquerente. quandoque per
iuramentum. 23. dist. quanquam. de verb. sign. cum cle-
rici. Isti autem duo, episcopus & pater, sunt quo ad de-
bitorem, maiores creditore: ergo eorum cuique de-
buit obedire: & sic nõ fuit periurus. De tertio sic osten
4 ditur. In † omni obligatione iuramento firmata sub-
intelliguntur ista quatuor, facultas rei, perseuerantia,
verisimilitudo, & cogitatum. De primo patet de iure-
iuran. breui & c. querelam. facit eod. tit. quemadmo-
dum 22. quæst. 5. de forma. & quæstio 2. faciat. sed hic
difficultas propter inobedientiam episcopi vel patris
ergo &c. De secundo patet, quia res non perseuerauit
in primo statu propter superueniens mandatum con-
trarium, & sic ad illud iuramentum non tenetur. 22.
quæst. 2. ne quis. facit de here. c. fin. 15. quæst. 6. nos san-
ctorum. & sæpe superueniens causa licere facit alias il
licitũ, de excep. pastoralis. supra eo. lib. de elect. c. nul-
li. de procu. cap. 2. Tertium etiam patet per decr. quin-
tauallis. de iureiur. cùm in iuramento non intellexit.
s. per quod fieri posset inobediens episcopo vel patri.
5 & iuramenta † debent intelligi secũdum intentionem
iurantis. xxij. quæstio. 5. humanæ. de iureiuran. veniens
ergo debuit episcopo vel patri obedire. & sic obedien
do non fuit periurus. De quarto probatur, de iureiu-
6 rand. ca. pen. quia iuramentum † non extenditur ad ea
de quibus cogitatum nõ fuit. Iste verò non cogitauit,
nec cogitare debuit venire contra sanctiones canoni-
cas. de iureiurand. ad nostram. 3. ergo &c. De superio-
7 ris authoritate certum est, quòd in iuramentis † in-
telligitur excepta. c. 22. quæst. 2. beatus. de iureiurand.
venientes. de rescrip. constitutus. de do. inter dilectos.
facit quod de pacto dicitur. supra. distinct. 8. quæ con-
tra mores. & de voto. 17. quæst. j. §. cùm ergo. vnde ex-
cusat etiam ab eo ad quod quis de iure tenetur, puta
ad residendum in ecclesia. 7. quæstio. j. peruenit. & c. si
quis in clero. de cler. non resi. ex parte. supra eo. lib. de
elec. licet canon. nam talis etiam iuraméto adstrictus,
ad id, licitè abest in seruitio episcopi. de cler. non resi.
de cætero. & ca. ad audientiam. ex hoc procedit quòd
iurans alicui obedire, non adstringitur per id contra
superiorem. vt not. 22. q. 5. de forma. & de iureiurand.
8 petitio. ¶ Item cùm præceptum † inducat necessita-
tem. 14. quæst. j. cap. quisquis. vers. quod præcipitur, &
necessitas excusat à periurio. de iureiuran. querelam.
ergo excusatus est iste scholaris à periurio, cùm præ-
ceptum iudicis excuset à pœna. hoc eo. tit. quod quis.
9 cum concor. Item cùm iuramentum solum † adstrin-
git ad possibilia & honesta supra eod. lib. de iureiur.
ca. j. & inhonestum esset, episcopo vel patri non obe-
dire: ergo ad id non adstringit, cùm non vinculet ad i-
niquitatem de iureiurando. quanto. nec liget in alte-
rius præiudicium. eodem titulo. cùm contingat. con-
funditur autem ecclesiasticus ordo, si sua cuiq; episco
po iurisdictio non seruatur. 11. quæstione prima, perue
nit. facit bene ad quæstionem, de illo, qui iurauit non
exire domum vel locum infra certum tempus. not.
Guil. in spec. de cita. §. j. in fin. Ad quintum, s. qualitaté
iurantis, adducitur quod Guil. in spe. de renun. & com.
§. j. ver. item est beneficiũ. vbi notat talia pacta in scho
laribus non tenere alle. C. de patri. qui si dist. l. j. facit
supra de pig. c. 2. non teneat ergo iuramentum accesso
rium. de fo. compe. si diligenti. & sic per istam regulã,
non est. eo. tit. transgressio nõ inducit periurium, cùm
promissio fuerit hominis contra libertatem: Item cle
10 ricus sine licentia † episcopi, vel filiusfam. sine licentia
patris, peregrinationis votum nõ adimplent patet pri
mum, de con. dist. 5. non oportet. De secundo, 22. quæst.
4. tribus. & quæst. 5. pueri. & vide quod Innoc. & Ost.
scripser. de voto. in glos. magn ver. quid de impubere,
qui tenent votum filiifam. etiam puberis, præter vo-
tum religionis, pendere ex potestate patris: & facit
quod de vxore dicitur. 33. quæst. 5. noluit. & c. manife-
stum. episcopo ergo vel patri ex iusta causa reuocan-
ti, necesse habuit studens iste parére: ergo non est per-
iurus. Ad sextum, quòd de reuerentiali possibilitate
dixit, inducebat, quod iste fecit quod potuit, petendo
licentiam à creditore, & sibi & iuramento reuerentiã
adhibendo: sibi ergo non imputetur. supra eo. tit. cùm
non stat. sunt enim casus, in quibus sufficit licentiam

petere, licet non obtineatur, de regula. licet. & in clemen. de fo. compe. c. vno § volumus clem. de sepul. du dum. ver. si verò. clemen. de ap. quanuis. sic & hic sufficiat petere, licet non exhibeatur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. In contrarium, quòd sit periurus, inducebat alia sex, s. iuramentum in se licitum debitis comitibus sociatū. s. dispensationis non susceptiuum, à mandante non praecogitatum. in sui forma purum, in transgressione voluntarium De primo, licet diuersis modis sumatur periuriū, 22. quaest. 2 in sum. ma. de iureiur. tua. j. propriè tamen
11 periurus † est transgressor liciti iuramenti. 22. quaest. 2. c. j 22. quaest. 4. innocens. de iur. iur. querelam. & c. cùm contingat. Quòd autem istud fuerit licitum, probant
12 iura permittentia † obsides dari. de iureiur. ex rescripto. de arbit. exposita 23 quaest. 8. vt pridem, quae intelligantur de iurantibus stare certo loco, donec solutū fuerit debitum, vt no. Innocen. & Host. in alleg. cap. ex rescripto. Cùm talia ergo iuramenta sint licita, facit
13 de fideiusso. peruenit. in fin. & seruari possunt † sine salutis interitu: ergo seruanda sunt. de iur. iur. si verò supra eod. lib. de pac. c. 2. nec excusat episcopi vel patris authoritas. 22. quaest. 5. qui compulsus & duobus. c. seq.
14 nec enim excusat † in delictis superioris authoritas. 11. quaest. 3. quicunque. 11. quaest. 3 non semper. & ca. sequentibus. 14. quaest. j. in canonibus. & quaestio. 7. decimas 25. quaest. j. omne quod 36 quaest. 2. nullus & specialiter tempore facit quod not. 22 quaest. 5 de forma. Sic si fuit licitum & seruari potest sine peccato, nec excuset superioris authoritas. de re. ecc. non ali. c. 2. Immò non sufficeret episcopum scire, nisi dispensaret, & se hoc velle exprimeret De hoc de schismat. & ord. ab eis. c. fin sed cùm papa dicit, quòd non vult aperire viam periuriis de iureiur. cùm contingat nec dare licentiam veniendi contra iuramentum eodem titul. si verò &c. mulieri multo minus hic debet velle episcopus vel pater iurantis, dato quòd hoc possent. Ad quartum, nemo de prauitate iuramenti conqueri potest in quo fuit nulla conditio, & quae sine conditione promittuntur. &c. 32. quaest. vlt. cap. vno & etiam hosti
15 † seruanda est fides 23. quaest. j. noli 22. quaest. 4 innocens multo fortius benefactori & creditori. Peccatū
16 † ergo mortale, quod committitur in transgressione fidei iuratae propter timorem episcopi vel patris vel grauaminum, quae per eos possent inferri, committi non decet: cùm potiùs quis debeat omne malum pati, &c. 32. quaest 4 sicut satius. & quaest. 5 ita ne de restit. spol. literas. quod me. causa. sacris. de senten excom. inquisitioni. Ad sextum, de propria voluntate veniendo, certum est quòd iste voluit transgredi, quia non ponimus arctationem vel coactionem absolutam: & dato quòd poneremus conditionalem, includit tamen voluntatem. 15 quaest. j. meritò quaeritur. ergo est periurus. Inducitur quod scripsi post Host de censi. significauit. super. 2. gl. quando scilicet iudex praecipit debitori, qui iurauerat soluere, ne soluat creditori, ibi dicit iuramentum seruandum. Item iste perplexus, inter iuramentum. & contrarium praeceptum episcopi vel patris debet eligere leuius malum, quod est, potius obedire Deo quàm episcopo vel patri. 13. dist. c. j. cùm illis non sit obediendum, contra iuramentum prius licitè factum. de iureiur. c. veniens & si dubitaretur, an esset licitum, authoritas papae requirenda est. de elect. venerabilem, quod dictum est de petitione licentiae. non iuuat in iuramento praestito homini. necesse est illud impleri, nec sufficit istud in melius commutari, sicut in iuramento praestito Deo. de iureiur. peruenit. 2 necesse est ergo iuramentum homini praestitum impleri, vel ab ipso absolutionem haberi: quod esse potest, de iureiur. ca j de censi. significauit. de spon. praeterea. 2. ex his omnibus concluditur eum periurum.

SOLVTIO. Soluere volens, meum morem allegans, excludebat primò tres casus nō dubios. primus;
17 cùm scholaris † in fraudem creditoris procurauit vocationem sui, quo casu periurus est, de offi. delega. pastoralis. in fi. & de poe. clem. multorum versic. illis poenam. & ff. si quis cau. l. 2. in fin. Secundus, si potuit debi
18 tum † soluere, & sic vtrique parere, tunc dicitur voluntariè contra iuramentum venisse, & sic est periurus, de iur. iur. querelam. & vide quod no. in dicta dec. pastoralis. respon. vlti. in j. glos. Tertius, quando ipse scholaris prius per iuramentum se obligauerat episcopo vel patri ad reditum vel ad obedientiam. In duobus
19 † enim, iuramentum licitum, primo praestitum praefertur secundo. de iureiur. veniens & c. intellecto. faciūt not. eo. tit. licet. suprà eod. lib. & sic remanet dubium, quando studens non adstrictus patri nec episcopo per iuramentum, non procurās etiam reuocationem suā, nec soluere volens repatriauit: & tunc distinguit, aut de licentia episcopi vel patris erat in studio, aut sine licentia. Primo casu, siue licentia fuerit indeterminata, siue noua, stringens eum ad reditum ea die, nec excluderet potentiam faciendi mutuum, & pro studij necessitatibus illud contraxit, arctat illum ad iuramentum, cùm ex datione licentiae, omissa videantur concessa, sine quibus &c. vt dixi supra parte secunda. In secundo membro, ver. item debet habere. valeas ergo indissolubiliter factum de tali tacita licentia, quod alias sine licentia factum non valuisset. sicut de facto futurae successionis dicitur, quando fit de voluntate eius, cuius erat hereditas. C. de pac. l. vlt. Secundo casu, sicut cum non obligatum episcopus poterat saltem ad residentiam reuocare, de cleric. non resi. ex parte. cum c. sequen. & patet etiam saltem ex iusta causa, vt ponit
20 thema. sic & obligatum, cùm patri vel episcopo † per iuramentum praeiudicare nō potuerit: quare ad ipsorum mandatum repatriando, periurium non incurrit per prius allegata, maximè quae dixi in ver. ad quintū praeallegat. cap. qui compulsus, cum sequentibus. loquatur de his, qui ad praeceptum dominorum iurant falsum: illi enim non excusantur. quod dicitur quòd
21 in delictis † non excusat superioris authoritas: verum est cùm praecipit superior id quod de se est delictum, vel cùm praecipit quod ad suum non spectat officium, vt no. b. eo tit. in regula. quòd quis. & bene facit quod no. 20. quaest. 2. in sum. in fi. vbi nota. filium non peccare obediendo magis patri, quàm Deo, cum canonis authoritate id facit. Ad reliqua contraria sic fit distinguendo responsum.

SVMMARIVM.

1 *Initium, & finis, quando spectari debeat remissiuè. & nu. 4. 5. 6. 8.*
2 *In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.*
3 *Homicida, ex quo de eius volūtate cōstat, statim intelligitur, antequàm perpetratum est homicidiū.*
7 *Sententia, an lite contestata tempus in absoluendo & condemnando ponderari debeat.*
8 *Exitus acta probant.*
9 *Donatio viri ad uxorem, facta tempore prohibitionis, valet, ex quo effectus in tempus permissum cōfertur.*
10 *Surripiens rem sacram, committit sacrilegium: surripiens prophanam, committit furtum.*
11 *Delictum vnum plures personas tangens, vnicuique in solidum attribuitur.*
13 *Deus non iudicat bis in idipsum.*
12 *Reus punitus ab vno iudice, ab alio puniri nō debet.*
14 *In contractibus, consummatio actus pōderari debet.*
15 *Forum vbi nam sortiatur quis in contractibus. & numero 16.*

QVAE-

QVAESTIO XXIX. SVPER REG. In obscuris.

ARGVMENTVM.

EXEMPTVS in loco exempto manēs, proiecit lapidem, per quē percussit stantem in loco nō exempto. quæritur an ordinarius loci, an prælatus ipsius exempti, huius delicti sint iudices.

Hæc fuit quæstio domini Aegidij Cremon. sed vt
quos coniunxit vterus, hos coniungat calamus: sciendum, quòd ipsius frater D. Karlinus legum doctor, hodie in curia Romana excellens aduocatus, dum Paduæ legeret, quæstionem ampliauit ad iudicem contractus, sic dicens: Primus existens in Paduano districtu iuxta fines ipsius, aliquid cum secundo vel in secundum existentem in territorio Teruisino egit, propter quod factus est reus: quare alia ratione illius talis actus sortitus sit forum. Pro declaratione duo subdebat, s. reum dici & à re quæ petitur, & non à reatu super quo impetitur. De hoc supra de ver. sign. forus. ver. reus. vbi etiam dixi, secundum quod quis diuersis modis sortitur forum, inter quos sunt hi duo, cum cōtrahitur vel delinquitur in loco. supra de for. compe. c. fin. cum concor. ponit igitur terminos. cùm primus immisit in se auidum gladium, lanceam, vel sagittam, vel cum illo contraxit: propter quod dubitatur, cuius iudicis sortitus sit forum. hanc autem multum abbreuiabo mente retenta. ¶ Et primò remittam & ponam quod pro principio primus allegat, iungens quatuor quæ allegat secundus, secundò ponam quod pro fine allegat primus, & sex quæ allegat secundus. Tertiò ponam solutionem, quæ de iudice delicti concordat. Item solution. secundi de iudice contractus in fi. ponitur opinio.

Quòd prælatus exempti, sit delicti index. Ad vtran-
1 que partem adducuntur gl. quæ tractant de initio †&
fine spectando. & iura in eis inducta, scilicet supra de
elect. dudum. j. in gl. ista tria. & de cen. c. 3. in gl. 2. cum
suis remiss. Item ea quæ scripsi in quæstion. porrorum.
eo. tit. qui prior. & in quæstione quam posui super regula, factum legitimè. sed specialiter pro principio al
2 legat Aegi. in maleficiis †voluntatem spectari, nō exitum. de senten. excom. cum voluntate. ff. de sica. l. diuus. ex corde enim procedunt adulteria, furta, & huiusmodi. 15. quæst. 6. ca. j. in fin. 32. quæst. 5. proposito. & c. sicut enim vnde Cain ex post cœptum homicidiū, priusquam illud committeret, vt homicida damnatus est à Deo. de pœ. dist. j. nunquid Cain. & videtur quòd
3 semper in homicidio voluntas †exterius per aliquod
opus detecta, incontinenti facit quem homicidam: & idem in aliis casibus, de quibus de pœ. di. j. circa prin. in legibus canonizatis. Idem affectus plus consideratur, quàm effectus. de biga. nuper ad fin. hoc Aegi. sed
4 Karlinus copiosius allegans, probabat principiū †con
siderari, cùm dubitatur an de pluribus actio. detur. ff. depo. l. j. §. si seruus. de verb. oblig. si filius. 2. idem, cùm dubitatur, an detur. ff. ad Macedo. si tamen sciente. de constituta pec. Item illa verba. §. proinde. vel quæ detur. ff. depo. l. j. §. idem Pomponius. & man. si procuratorem. j. responso. vel inquantum detur. ff. de neg. gest. Pomponius. alias, in negociis. sic & in delictis, vt sciatur ipsorum qualitas. ff. de fur. qui iniuriæ. in princip. & quæ pœna debeatur. ff. de pœn. l. j. de adulter. quod ait lex. §. fin. sic & in iudiciis. de fo. compe. proposuisti. cum concor. Inducebat secundò, quòd cùm prin-
5 cipium †cuiusque rei sit potissima pars. ff. de origin.
iur. l. j. & sic sit nobilius suo fine: quod patet, quia principium potest esse sine fine, & non conuertitur: & hoc ad sensum percipitur. Ex duobus autem coniunctis, potentius trahit ad se minus potens ff. de aur. & argent. l. & si non sunt. §. perueniamus. ff. de acquirend. re. domin. quicquid. §. final. ergò, &c.

¶ Tertiò inducebat, quando principium & finis habet diuersitatem loci, habetur perinde ac si in loco principij fuisset perfectum: adducitur. ff. de hære. insti. l. asse. & de condi. insti. l. institutio talis. quid dicam, vide in cle. de procur. religiosus. in vlti. gloss.

¶ Quartò, arguendo de tempore ad locum, sicut vno tempore inchoatum & alio perfectum, habetur pro perfecto tempore inchoationis. ff. ad l. Aquil. huic scripturæ. §. sed si manumissus. & l. ait lex. §. quò d si mortiferè. & de damn. infect. damni. §. sabini. sic quoque ad casum dicamus de loco.

¶ Item ostenditur, cùm inchoatum reseruatur in euentum alterius temporis confirmandum. ff. de pericul. & commo. rei vend. l. necessariò. alias incipit, quòd si pendente. qui po. in pig. ha. qui balneum. j. 2. & 3 respon. & l. potior. de militari testa. quod dicitur. de fideius. si à reo. §. sub diuersis.

EX ADVERSO, quòd loci ordinarius. Ad con-
trarium allegabat Aegi. effectum præponderandum,
6 qui fuit in loco non exempto, vel in territorio Ter-
uisino. de poen. distinct. j. hæc autem verba. de cler. nō resi. relatum. & ibi concor. in 3. glos. Item in bono consideratur finis & perseuerantia: quia non qui inceperit &c. 7. quæst. j. suggestum. ergo à simili per contrarium debemus dicere in malo, vt s. plus consideremus finem, sicut in cautione de stando iuri voluntas non sufficit. de eo qui mit. in pos. c. j. cum concord. optimè facit supra eo. lib. de elect. perpetuò. vbi etiam consensus expressè præstitus in scrutinio, non inducit pœnā decre. cùm in cunctis. eod. titul. de elect. nisi sequatur electio. Inducebat etiam, quod scripsi post Vincen. de immun. eccles. c. vlt. de illo, qui extra cœmeterium manens, trahit stantem intrà: & quod de vulnerato extra ecclesiam, qui fugit intra, no. supra eod. lib. de con. ec. c. vno. in tertia glos. quod etiam not. Hugon. & Laur. de con. dist. j. ecclesias. per l. huic scripturæ. ff. ad legem Aquil. inducebat vltimo. ff. de minor. l. 3. § j. vbi si minor iudicium inchoauit, & maior factus sententiam contrariam reportauit, non restituitur: & sic finem & effectum ponderamus. Ad primam tamen partem inducitur ea l. § scio. secundum Aegid. sed Karlinus in-
7 ducebat, quòd tempus sententiæ †ponderamus in ab-
soluendo vel condemnando, & non tempus lit. conte. supra eod. libr. de re iudic. abbate. §. porrò. & ibi concor. quod quomodo intelligatur, patet eo. tit. § cæterùm. sic ergo hic quo ad forum in tali certo delicto ponderandus est finis. facit. 7. quæst. j. suggestum. C. si seruu. expor. væneat. l. moueor. nā ad finem omnia referuntur. C. de nat. lib. l. nuper. ad fin. & vide quod dictū
8 est, Exitus †acta probant, vt not. ff. de iur. fiscal. non in-
telligitur. §. quando autem. & à labia casus describendi est. ff. de testa. tut. l. iure nostro. §. si ad Syllania. si exheredatus. j. respon.

¶ Secundo æquiparat imperfectionem nullitati, id est, actui qui nullus est ff. de iniust. rup. & ir. test. l. 2. insti. qui mod. te. infir. §. ex eo. inde dicitur nil actum videri &c. C. de Syll. l. penul. in fin. in its vocat. vt eant. l. fin. sicut ergo ex actu nullo non sortiretur quis forum, ita nec ex imperfecto.

¶ Tertiò, quia tempus inchoationis trahimus ad tempus perfectionis, patet in Macedoniano. ff. ad Maced. si filiusfam. §. si. de verb. oblig. quidam cùm filium. §. si. de fideiuss. si debitori. §. si filius. & man. si verò non remunerandi. §. si filio. per quem patet contractum inceptum per filiumfam. ex quo per numerationem perfectus fuit, cum eo facto sui iur. haberi perinde, ac si fuisset etiam inchoatus tempore numerationis.

¶ Quartò, tenendo quod dixi prima parte de actu potentiori, dicimus finem potentiorē. ex quo habetur actus, integritas, & pfectio. & esse rei, sine quo ipsū principiū nihil facit. ff. ad l. fal. is qui 400. §. sed & si opus.

titionē locum non habere, rationibus præmissis: maxime, quia sicut vtrunque fecisset accipiens. & sic occidendo deliquisset, non repetendo: vnde si abstinendo & non delinquendo restituere teneretur, esset melio-
3 ris † conditionis delinquens, quàm non delinquens, quod esse non debet. in authenti. de resti. & ea quæ pa. in fin. col. 4.

PRO NEGATIVA. Dominus Petrus de Cernetis, disputās postmodum eandem quæstionem plenius prosecatus est, allegans ad partem ꝙ non repetat: quia
4 in † duobus, quorum vnum nocet, & aliud prodest, inspicitur quod nocet. ff. ex quibus causis in pos. eatur. l. Fulcinius. §. qui ergo si duo. & ad Sylla. si quis in graui. § fi. & meritò. ne prætextu liciti veniatur ad illicitum. ff. de offi. præ. illicitas. §. illicita. cum similibus ibi not. ¶ Secundò propter difficilem separationem liciti ab illicito prohibetur quis à toto. ff. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. item quæritur. Item quia natura separationē non permittit, de aqua plu. ar. l. j. §. item sciēdum. in fi. & §. sed & si vicinus. & l. 2. §. fi. ¶ Tertio, propter communionem, delictum socij extēditur ad socium: sic ergo hic delictum in parte, extendatur ad illam partem. ff. si quis cau. l. si duo. de arbi. si duo. ¶ Quartò, in communi debito donatio prohibita in personam vxoris, extenditur ad correum, vt ei non prosit, si vxori fiat acceptilatio. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. si sponsus. § j hæc repetitio prohibita in vna parte, extenditur ad aliam. inducitur hæc regula. & hoc eod. tit. cum quid. vnà cum ipsarum concor.

PRO AFFIRMATIVA. In contrariū, de duo
5 bus, † quorum vnum nocet, aliud prodest, inspicitur, quod prodest. de iur. fisc. non intelligitur. §. si quis palā. cum ibi no. & supra qui fil. sint legi. ex tenore. vnde ratione admitti. vt in quo non versatur delictum, subueniatur: in eo vero non, in quo versatur, quandiu durat inseparatio. ff. de sta. hom. Imperator. de pœ. l. sanctio. C. de app. præcipimus. in fin. ibi, eodem obseruando.
6 &c. ¶ † Secundo, propter indiuiduitatem beneficium petendi concessum in vna parte vel in vna persona, extenditur ad aliam partem vel aliam personam, & victoria prodest. ff. si serui. ven. l. loci. §. si fundus. & l. si de communi. C. si vnus ex pluribus. l. j. & 2. ff. de appellat. si qui separatim. §. fi. & supra de appell. vna & eadē ratione delictum vel negligētia in parte & ab vno socio commissa, releuantur propter socium, qui nō deliquit vel neglexit. ff. quemadmodum ser. amit. si communē. & l. prece. & l. nā satis. § j. ibi, si vero. & c. & vide quod quod no. supra eo. lib. de iur. pat. c. vno. in vltima gloss. & quod super ea dixi. ¶ Tertio, si liberum hominē, qui se vendebat ad precium participandum, duo emerūt. quorum alter sciebat, alter ignorabat, propter delictū patientis se vendi, ignorantia vnius releuat scientem:
7 & quia libertas † vel seruitus non potest pro parte cōpetere. ff. de libe. causa. liberis. §. si duo. & l. duobus. & vide quod notatur de clandesti. despō. cum inhibitio. in gl. & ideo. ita hic ratione partis. in qua nō deliquit, admittatur ad petendam partem in qua deliquit, maxime quando fuit turpitudo in possessore, sicut in peti-
8 tore. ¶ † Quarto, ratione communionis & societatis non capax capit propter capacem. ff. de liber. leg. l. si is qui duos. fortius propter indiuiduitatē partis, ad quā est capax, ad illam, cuius non est capax, repetet vtranque. nam eadem ratiōe, prætextu permissi permittitur prohibitum. ff. de dona. inter virum & vxorem. si sponsus. §. generaliter. 13. q. 2. non æstimemus. Nam etiā indiuidua repetitio partis indebitè solutæ ad aliam partem extenditur. ff. de condict. indebi. si non sortem. §. si centum. fortius hic vbi est indiuidua: quia id de quo magis &c. C. qui ætate. vel profes. se excus. l. fi. lib. 10. su
9 pra de elect. cum in cunctis. ¶ † Quintò, admittens partem, quam dedit ob causam turpem, non posset etiam petere reliquam, & propter indiuiduitatē puniretur, in quo nō deliquit, quod esse non debet. ff. de his quib. vt indig. rescriptum. & l. heres. ad leg. Falcid. l. hereditatum. §. j. supra de his quæ fi. à ma. par. cap. c. 2. in fine. Sextò quādocunq; nihil sine captione &c. ff. eo. de reg. iu. quoties nihil. C. de inof. testa. l. omnimodo. ff. de doli mal. except. l. si procurator rei. sed tale est hic. ergo &c. ad prædicta faciat de sepul. sacris. & quod ibi not.

10 SOLVTIO. soluebat † per vltimo allegata & potissime per l. quoties. allega. in fine. quod repetitio propter indiuiduitatem detur in toto, & hoc si in ea parte versetur turpitudo recipientis. Nam iste certat de damno vitando: ille de lucro captando. nam & ta
11 lia dicuntur lucra. ff. de calum. in heredem. & in re † dubia melius fauetur repetitioni quàm aduētitio lucro. ff. eod. titul. non debet. § in re obscura. & ibi etiam benignior interpretatio fieri debet. eodem titulo. ea quæ in partes. §. in re dubia. Et hoc intelligit, cū ex vtraq; parte fuit turpitudo in recipiente, & in altera tantum in dante: & tunc merito fauendum ei. qui minus deliquit, nec est ibi per delictum: & sic non obstant cōtraria: & hæc regula, vbi nota. datur repetitio ex vtraque parte rei datæ, si fuisset honestas in recipiēte, sed non datur repetitio causa secuta. ff. de condi. causa dat. per totum. vel & causa secuta, si turpitudo fuit in solo dante. ff. de condi. ob tur. cau. l. 4. in fin. si vero honestas ex vtraque parte non fuit in recipiente, sed in ea solum parte in qua fuit turpitudo dantis, tūc est dubiū quid iur. sed & tunc forte dici posset, cùm ibi sit par delictum, & illi recipienti absit in eo quod causam impleuit. ff. de condict. causa dat. si pecuniam. in princ. C. de transa. cum mota. C. de dolo. cum proponas. & nota. ff. de præscript. verb. naturalis. § quod si faciam. tunc sit melior conditio possidentis, per hanc regulam. cum
12 concor. nam facilius † conceditur retentio vel exceptio, quā actio. ff. de condic. indeb. si in area & hoc eodem titulo. qui ad agendum cum concor. si vero nihil absit recipienti, quia non impleuit causam, ad quā datum est, tunc idem, quod in primo membro solutionis, & rationibus ibi dictis: & fiet repetitio sine aliqua æstimatione præstanda quia parem turpitudinem impedit retentio: & sic non obst. ff. de leg. 2. cū filius. in princip. ad legem Falcidiam. l. lege Falcidia interueniente. & quod no. C. de hered. act. l. j. in quibus dicitur ꝙ æstimatio partis offertur. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Falsam monetam qui percusserint, si totum formare voluerunt, suffragio iusta pœnitentia absoluuntur.*
2 *Constitutiones pœnales restringendæ sunt.*
3 *Pœnam à iure statutam contra eligentes sciēter indignū, non incurrit is qui cogitauit & egit, ex quo non perfecit.*
4 *Irregularitatē homicidij non incurrit, qui pugil duellum ingressus fuerit animo occidendi, si mors vel membri truncatio secuta non est.*
5 *Excommunicatus non est, qui voluit percutere clericum, & vibrauit baculum, sed non percussit.*
6 *Ligatus non dicitur, qui voluit & aliquid egit, nisi id perfecit, quod canon ligat.*
7 *L. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. quomodo intelligi debeat.*
8 *Infamiam secundum leges incurrit mulier, secundo ante tempus luctus nubens.*
9 *Verba, ipso facto, ipso iure, quid designent.*
10 *Cogitans delinquere & aliquid agens, sed delictum non perficiens, quomodo puniatur. 14.*
11 *Inter pœnam quæ infligitur ipso iure, & ministerio iudicis, quid intersit.*

12 *Haresis perficitur hoc ipso, quod quis cogitat & credit errorem. Et quid in crimine lasa maiestatis, & simili.*

13 *Occidens alios, aliũve occidi faciens, ipso iure incurrit pœnas positas in c.1. de homici. lib. 6. Et nũquid ex mandato incurrantur.*

QVAESTIO XXXI. SVPER REG. In pœnis.

ARGVMENTVM.

QVAERITVR, an poenam, quæ ipso iure delinquenti infligitur pro delicto, incurrat is, qui cogitauit & aliquid egit: sed non perfecit, etiã si per ipsum non steterit.

¶Hic primo pro allegationibus pro & cõtra remittã, inducens vnam legem & eius gloss. Secundo ponam quatuor circa declarationem quæstionis. Tertiò solitam principaliter per tria iura: per quam solutionem coadiuuando principaliter per tres glo. & 6. rationes. demum ad contraria dupliciter respõdebo. De primo sic, quia iura quibus ad quæstionem argui potest, satis sunt per vtriusque iur. doct. doctores collecta per Odoffr. & illos s. qui post eum scripserunt super l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. per Host. in sum. de poen. §. quibus. & plene per do. Iaco. de Baysio qui superfuit Archi. Bonon. in quadam sua distinctione, quæ dicitur distinctio de voluntate, quam & dictus Archi. posuit. 17. q. j. §. si ergo. non reputo multum vtile nec subtile.

PRO AFFIRMATIVA REMISSIVE.

Prædicta sic plene scripta repetere sufficiat, ergo sic ponere quod ad primam partem, s. quod pœnam incurrat, faciunt omnes leges canonizatæ. de poen. dist. j. in prin. & l. si quis non dicam. vsque ad §. contra. & quod in princ. ipsius distinctionis legitur. & no. de voluntate ad bonum.

PRO NEGATIVA REMISSIVE. & pro parte contraria lege ibi positæ, à §. contra, vsq; ad §. cogitatio. & ex ibi notatis vsque ad c. si cui. & 6. quæsti. j. si quis cum. 36. quæsti. 2. si quis non dicam. & de eo qui mit. in posses. c. j. potest etiam studiosus sibi multa iura quærere pro & contra ad hanc partem. bene facit ff. ad
1 legem Corn. de fal qui falsam †monetam percusserint, si totum formare noluerunt, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluuntur. & ibi concord. vide in prima glo. Est autem aduertendum, quod quæstio formatur de pœna & pœnali constitutione, nõ de præmio vel fauore.
2 Est autem †certum, pœnales cõstitutiones esse restringendas. de elect. statutum. supra eod. lib. & hoc cũ suis concord ¶Item formatur quæstio, non de pœna à iure debita infligi per iudicem, sed de pœna quæ infligitur ipso iure, sine aliquo iudicis vel hominis ministerio. Item quæritur de pœna delinquentis, non de illa, quæ ius perimit vnum, pro delicto alterius, vt patet in filiis hæreticorum & committentium crimen læsæ maiestatis. 6. q. j. si quis eum. & de hæret. c. 2. & c. statutum. 2. lib. eo. de schisma. c. vno. eo. lib. ad idem de pœnis. in quibusdam. & c. ad aures. & eo. tit. c. felicis supra eod. lib. Item nec formatur quæstio de illo qui non perfecit per se delictum, tantum perfectum fuit per socium vel mãdatarium, cui assistebat. vel de illo qui perfecit quo ad mentem, licet nõ quo ad verba. ij enim bene incurrunt. de homic. sicut supra. de pœ. c. fi. de elect. si postquam. eod libro. 2 responso.

SOLVTIO quib⁹ sic præmissis, in prædicta quæstione puto. q is, de quo quæritur, pœnam, de qua quæritur, nõ icurrat. nec distinguo in hoc casu inter leuia, atrocia, & atrocissima: hoc dico per decr. perpetuo. de
3 elect. supra eo. lib. vbi pœnam †à iure statutam contra eligentes scienter indignos episcopos, non incurrit is qui cogitauit & egit, ex quo non perfecit. ad idem de homic. sicut dignum. §. illi auté. ibi, si ex illa captione. ad idem de cle. pu. in duel. c. j. si intelligatur q ille pupil. ingressus fuerit animo occidendi. patet etiã q ho-
4 micidi† irregularitaté, quæ pœna iur. est. nõ incurrit, licet processerit ad actum, ex quo mors vel mẽbri trũcatio secuta nõ est. ad idem facit vera opinio Lau. quæ contra Io. recitatur. de pœn. dist. j. periculose. & quod ibi in fi. no. solutio recitatur. de homici. si aliquis. ad so-
5 lutionem etiam facit quod dicimus, eum qui † voluit percutere clericum & vibrauit baculum, sed non percussit, excommunicatum non esse, vt no Hugo. 17. q. 4. si quis suadente. & Io. de pœn. dist. j. si quis j. ulsatus. & facit quod no. B. de sen. excom. si vero j. & no. in nouella post Goffre. & modernos. eod. titul. c. j. Ad solutioné facit etiam quod no. de his quæ vi, met. ve causa fiunt. c. vno. eo. lib. in glo. antepe. fortiter probat hanc solutionem. de elect. commissa. j. respon. eo. lib. vbi ad pœnam incurrendam, quæ infligitur non facienti aliquid infra tempus perfectum. Sic & hic requiratur delictũ esse perfectum. Item nec à sentẽtia ecclesiæ dicitur absolutus is, qui. voluit absolui, & processit ad actum: & si iurauit stare mandatis ecclesiæ vel cõtritionis signa prætendit, nisi sequatur absolutio: ita nec dicatur liga-
6 tus†, qui voluit & aliquid egit, nisi id pfecit quod canon ligat. de senté. excom. cum desideres. & c. a nobis. 2. cum par sit ius ligandi & absolendi. de pœn. distin. j. verbum. facit etiam ad solutionem. de Simonia. c. fina. de pœn. suam. hanc etiam solutionem probet optime. l. j. quod quisq; iur. cano. de pœn. dist. j. hæc autem. quã
7 legem†, licet legistæ soluendo dicant loqui in minoribus delictis, verius videtur q loquatur in pœna quæ mero iure infligitur. vnde etiam, vt ipsi fatentur, nõ est illa pœna quæ infligatur à iudice, vt per viam accusationis: immo est pœna iuris, & per viam compensationis fit ipsius executio. ad idem de elec. licet canon. lib. eodem. Sit ergo illa ratio, quia id quod attentatur sine effectu, non punitur. bene facit. ff. de his qui not infa-
8 mia. l. solet. nam secundum l. infamiam † incurrit iure ipso mulier, nubens infra tempus luctus, quam nõ incurrit mulier. quæ cogitauit nubere, etiam si attentauit, puta cõtrahendo sponsalia, vt ibi faciunt ad solu-
9 tionem multa iura, quæ ipso iure †pœnã infligẽdo vtũtur hoc verbo, ipso facto supra eod. lib. de elect. vbi periculum. §. nulli. & c. sciãt. de iud. c. 2. de cen. quanquã. de pœ. felicis. § præsenti. de homici. pro humani. cum multis si. Ipsum autem verbum designat actum perfectũ: & faciunt circa hoc quæ scripsi in quæstione porcorum. in parte 2. Fateor tamen quod is, de quo quæri-
10 tur†, peccat. & arbitraria, & eadem pœna puniri debet maiori, vel minori, habita consideratione, an per eũ steterit, vel non: vt in præ. decre. perpetuò. in fin. & ff. de extraor. cri. l. j. in fi. canonizata. de pœn. dist. j. soli citatores. Ad contraria omnia facilis est responsio, q
11 loquuntur in pœna quam non contrahit †quis ipso iure, sed iure præcipiente per iudicem infligitur. fit auté diuersitatis ratio per simile eius quod dicitur, aliud est terminum aliquem dari à iure sine iudicis vel hominis ministerio: & illum iudex breuiare non potest, nisi eodé vel alio iure permittatur: & aliud quod ius præcipit dari per iudicem quod iudex abbreuiat. de hoc. eo. tit. indultum. Item non est mirum, si desideretur actus perfectus in pœna iur. plus quàm in pœna iudicis, cũ desit consideratio & arbitratus legis mortuæ, quod nõ deest in iudice, ad hoc C. de his qui ad ecc. confu. l. vl. in prin. & supra eo. lib. de pœ. felicis. in fi. decretũ ergo liget, quod certũ & perfectum. de con. præbend. c. j. lib. eo. §. subiunctum. & cle. eo. tit. c. j. Ad illa vero contraria, quæ pro delicto nõ facto, etiã pœnam ipso iure infligunt, sicut infamiæ & his similes, de quibus communiter dicunt doctores, quod loquuntur in atrocis-

simis,

fimis, vt in hæresi, & crimine læsæ maiestatis, respon-
12 deo. Aliter hæresis † contrahitur & perficitur hoc ipso. quod quis cogitat & credit errorem de hæreti. ad abolendam. & ca. excommunicamus. j. 3. responso. Crimen vero læsæ maiestatis contrahitur ex acceptatione. Itē attentare, ibi est delictum, quod expresse ius punit. Cū igitur interuenit attentatio, est perfectum delictum, quod lex puniebat. vide simile in illo, qui locauit operas suas vt pugnaret cum bestia fera. nam ipsum locare, est delictum cōsummatum. ff. de postu. l. j. §. bestias. 3. q. 7. §. porro in famia. patet idem in decr. pro humani.
13 de homi. lib. eo. qui occidit † alios, aliúmve occidi passus est, ipso iure incurrit pœnas ibi positas. sed nunquid incurrit illas ex mandato? sic nō ex illa parte qua punitur occidens, sed ex qua punitur mandans. Ipsum enim mandare, est ipsum delictū perfectum: quod ipsa constitutio punit ipso iure certis pœnis: si ergo cogitauit mandare, & vocauit mandatarium, si non mādauit, non est perfectum delictum, ex eo capite. & sic non erit locus pœnæ. Ad idem. de elect. c. j. in fi. eod. libr. & omnium contrariorum breuis est solutio: q̄ nō loquūtur de pœna, quæ ipso iure contrahitur, sed quæ iudicis ministerio infligitur. Ad illa vero, quæ loquūtur de pœna, quæ ipso iure contrahitur, respondetur, q̄ ibi at-
14 tentatio vel conatus † producens in actum, est ipsum delictum perfectum, quod ius punit, vel, vt aliis verbis vtar. conatus vel attētatio pœnam delicti ipso iure inflictam incurrat solum in casibus expressis à iure: & si istud vltimum sufficere dicatur ad solutionem omniū contrariorum quæ loquuntur in pœnis, quæ per ius non ipso iure, sed iudicis ministerio debēt infligi, fortè non esset peccatum: quia sic defineret q̄ ad hoc confusa doctorum distinctio, de qua dixi in princip. quòd tueri posset per istam regulam cum suis concor. vnde scias, quod sunt casus, in quibus in delictis etiam consummatis pœnitendo quis euadit pœnam, quod scripsi de iure pat. cum laici. super j. glo.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus res indiuisibilis est, in solidum existens penes singulos.*
2 *Ecclesia vna, vnius debet esse rectoris.*
3 *Ecclesiæ status ad mobilitatem laicorum mutandus non est.*
4 *Beneficium ecclesiasticum non recipit diuisionem.*
5 *Posteriora prioribus derogant.*
9 *Præsentantium numerus cùm par est, recurri debet ad merita & dignitates.*
7 *Iudicium mutat Deus, propter pœnitentiam peccatoris.*
8 *Pœnitere non licet, in praiudicium alterius.*

QVAESTIO XXXII. SVPER REG. In re communi.

ARGVMENTVM.

SI clericus & laicus patroni ecclesiæ vacantis præsentant vnum, postmodum ipse laicus præsentat alium, an ambo, vel neuter, nec alter, & quis illorū sit instituendus.

Quia, vt in fine dicam, quæstio non est dubia, ipsam breuiabo. ¶ Et allegantur primo pro ambobus 2. pro neutro, 3. pro secundo, 4. pro primo quinto solutio. soluuntur quæstiones, & contrariis respondetur. 6. ostendetur quæstio non dubia.

Quod ambo. iuxta quæ primo videtur, quòd am-
1 bo sint instituendi. cùm patronatus † sit res indiuisibilis, in solidum existens penes singulos. de hoc de iure patron. c. j. in j. gl. fi. & iudicatus ordinarius vel delegatus, de quo de offi. dele. prudentiam. in gl. 3. Idem in pluribus reis credendi. ff. de pact. si vnus ad præsentationem ergo ipsorum admittatur vterque: & diuidatur inter eos. ff. de alimen. & ciba. lega. l. j. de acquirend. rerum dominio. l. adeo §. cum quis. & de præsumptionibus. afferre.

Quod neuter. ¶ Secundò in contrarium quod neuter admittatur, sed impediāt se concursu, faciunt. ff. de
2 vsufruct. quoties. ff. de testa. tutela. duo. Nam † vna ecclesia vnius debet esse rectoris 21. q. 2. sicut. de præben.
3 cum non ignores. de iure pat. c. 3. nec † ad mobilitatem laicorum mutandus est status ecclesiæ 10. dist. c. j. ff. arbo. fur. cap. si gemina. & in decre. afferte. non fit sententia, sed cōminatio. & in l. si vnus. quilibet habebat ius exigendi insolidum. Instit. de duob. reis. §. j. & sic vnus
4 de patronis præsentare non potest. Item, beneficiū † ecclesiasticum non recipit diuisionem, de præben. maioribus. & c. dilecto. ergo diuisio vel media via hic locū non habet. & impossibile est vtrūq; ius habere ad præbendam. de præbē. c. tuæ fraternitatis. in fi. vbi de hoc. in gl. 3. supra eo. lib. de elect. vt quis duas.

Quòd alter solus. ¶ Tertiò, quod alter solus admittatur, scilicet præsentatus à secūdo laico, sic probatur:
5 posteriora † prioribus derogare. ff. de iure patr. l. diui. § fin. vbi glo. ff. de procur. si quis, cum procuratorio. §. fi. ff. manda. l. qui mutuam § non ideo, de offi. lega. studuisti. C. de pact. l. pacta de poen. distin. j. nouit. præferendus est ergo laicus, qui variat, cùm legis authoritate id faciat. 23 quæstio. 4. qui peccat. de restitu. spoliat. literas.

Quòd primò præsentatus ¶ Quartò, quod præferēdus sit primo præsentatus, probatur: quia satis est laicū nullum consensisse, vt pœnitere non possit. 31. quæsti. 5. horrendus. sufficiat regula, mutare, hoc eodem titu. Item, licet laicus variare possit in præiudicium præsentati. de iure pat. cum autem. non tamen in iniuriam
9 clerici & patroni. vt ibi. Itē, cum par est numerus † præsentantium, recurri debet ad merita, & dignitates. de elect. ecclesia. 2. vbi de hoc. in vlti. glos. sed clericus est dignior laico. 4. dist. denique. ergo ab eo præsentatus præferendus est. nam magis dignum &c. de con. eccle. quod in dubiis.

SOLVTIO Soluendo dixit, primò concorditer præsentatum præferendū: quia duplex ius habuit præsentatus. secundo vnum tantum, quod dicitur ex variatione laici, verum cum sunt soli laici, vnus vel plures. l. diui. loquitur in codicillis, in quibus ambulatoria est voluntas. procurator etiā constituitur fauore cōstituētis. vnde constitutus reuocare potest. l. pacta. nō obstat quia ibi pactum vltimum fuit de vtriusque voluntate.
7 hic non sic. c. nouit. non obst. mutat enim † Deus iudicium propter pœnitentiam peccatoris. non obstat q̄
8 habet priuilegium † pœnitendi: quia non in præiudicium alterius. facit ff ne quid in lo. publ. l. 2. §. si quis à principe. ¶ Vt dixi in principio, quæstio nō est dubia: quia salua pace disputantis non est verum, quòd laicus possit simpliciter variare. recedendo à primo, sup quo fundari videtur ipsius dubium. sed variare potest accumulādo, vnde episcopo licet instituere primum, quod non liceret, si posset in totum diuertere. immo cæteris paribus potius habet instituere primum: hæc probantur de iure patro. cum autem. &c. pastoralis. facit. cle. eod. tit. plures. in fi. quæ permittit simul fieri, quod permittebatur olim successiue. Clarum est ergo, siue clericus. de quo quæritur, præsentet vt clericus, siue vt laicus, primum præsentatum non solum habuisse, sed adhuc etiam habere duas voces. secundum vero vnam solam, & non liberam vel integram, ergo &c. Ex hoc autem sequitur, quod licet plures sint patroni laici cum clerico, locum habet quod dictū est de vno solo. Plus dico, quòd si plures sint laici tantum & cō-

Gg ij

corditer præsentant vnum,licet postea etiam aliquid maior pars variet cumulando, institui debet primus ratione prædicta,ex quibus concluditur quæstio non dubia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio vel gratia sibi facta quilibet renunciare potest.*
2 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
3 *Iuramentum quod non vergit in periculum animæ, nec alterius præiudicium,seruandum est.*
4 *Casus dubius in iuramentis, in quam partem interpretandus.*
5 *Iuramenta, secundum intentionem recipientis, an iurantis,interpretanda sunt.12.*
6 *Iuramenta,pleraque efficiunt valida,quæ aliàs erãt inualida.*
7 *Precium rei petens,an renunciet legi commissoriæ.*
8 *Vsuras recipiens,dominij ius à principe sibi cõcessum, perdit.*
9 *Vsuras qui recipit, depositi ius perdit, quod erat,vt prius depositarum rerum ratio habeatur.*
10 *Renunciationis actus generalis non includit ea, de quibus verisimiliter non est cogitatum.*
11 *Substitutio generalis, an ad specialem præcedentem trahatur.*
13 *Posterius non tollit prius,si se compatiantur,& num. 18.*
14 *Species specificata sub genere continetur.*
15 *Pars turpis est,quæ suo vniuerso non congruit.*
16 *Collegium vnum diuerso iure censeri non debet.*
17 *Testandi genus nemo elegisse præsumitur,ad sua iudicia impugnanda.*
19 *Trãsactio generalis,restringitur ad id de quo agitur.*

QVAESTIO XXXIII. SVPER REG. Inspicimus in obscuris.

ARGVMENTVM.

PER statutum ecclesiæ quilibet canonicus post habitam præbendam infra annum promoueri tenetur ad sacerdotium sunt etiam ibi præbendæ maiores & minores,& de consuetudine maiores dantur antiquioribus. A.impetrauit ibi canonicatum,& præbendam,cũ clausula,quòd nõ teneretur promoueri ad sacerdotium. B. impetrauit canonicatum, & sibi prouideri fecit de præbẽda vna ex maioribus:vterque habet clausulam,quæ tollit consuetudinem & statuta:sed vterque receptionis suæ tempore illa seruare iurauit:quæritur,an præiudicaum sit illis per tale iuramentum.

Prima pars quæstionis fuit Io.de monte Murio secũda fuit Iac.can.Bon.vterq; prius allegabat ad affirmatiuam 5.rationes secũdo totid.ad negatiuã.tertia pars facit quatuor.primo ponit:secundo solutiones Io. distinguẽdo:tertio soluit contraria secundũ eos: quartò circa vtrunque articulum subdo veram solutionem.

PRO AFFIRMATIVA. Prima igitur ipsorũ
1 ratio talis erat:Certum est,quemlibet horum † potuisse renunciare priuilegio vel gratiæ sibi factæ.de regula,ad apostolicam.C. de pact.si quis in conscribendo. tacitè autem renunciasse videtur,faciendo sponte cõtra illud.de offi.deleg.gratum.de ap.solicitudinem.de his quæ fi.à ma.par.ca.ex ore.vbi dicam. secundò, iurando simpliciter seruare statuta & consuetudines ecclesiæ,ad omnes cõsuetudines & omnia statuta se ad-
2 strinxit,cùm indefinita † æquipolleat vniuersali.de ele. in Genesi.de priuile.quia circa.ergo tenetur ad singula,& sic illa,de quibus quæritur, seruanda tenetur per
3 iuramentum:quod,cùm † non vergat in periculũ animæ,nec in alterius præiudicium,est seruandum.de iureiur.si vero.& iuramentum quod obligat quo ad dominum.fortius est quàm litera,quæ est factum hominis.facit de iureiurã.& si Christus.ibi,redde domino
4 &c.Tertiò,dato quòd casus esset dubius,in hanc partem interpretari debemus, quæ securior pro vitando periurio,maxime si gessit in animo omnia statuta seruare.quod præsumitur ex quo non excepit, & excipere potuit vel protestari.de constit.cum M. vnde si imputet.de iure pat.ex literis.de priuil. quia circa.de re-
5 gular.consulti.& c.vidua.& iuramenta † secundum intentionem recipientis interpretamur.22.quæst. 5.quacunque.quod facit regula.contra eum.cum concord. hoc eo.tit.est etiam æquior,per quam ad æqualitatem reducitur cum aliis canonicis.facit 16.q.7.c.j. de constit.cũ omnes.in fi.de sta.mon.recolentes.de deci.cum in tua. Quartò,cum hic sint duo contraria successiue, s. primo gratia,secundo iuramentum,per secũdum videtur primo derogatum.de transact.c.j.de contrahen.empt. l.nec emptio.de nouat.l.j C.de pact.pacta.ff.de leg.nõ est nouum.de cog.spi.c.j.Quintò, ibi statutum & con
6 suetudo.quæ quo ad eos † erant inualida,per iuramentum fecerunt valida.sic de iureiur.cum contingat. de pign.significante.supra eod.libr.de pactis. quanuis pactum. vbi pactum quod alias non valet,iuramento firmatur.sed dicas de illis expresse non iuratum : nam vt supra dixi,sufficit generalis,vel indefinita locutio.suf
7 ficit etiam tacita renunciatio. hinc † est quod petens rei precium, renunciat legi commissoriæ, & econtra:
8 ff.de leg.commis.l.4 §.eleganter. & recipiens † vsuras, perdit ius dominij sibi concessum à principe.C.de iu-
9 re do.impe.l.2.perdit etiam ius † depositi,quod erat,vt prius depositarum rerum ratio haberetur.ff. deposit.si hominem.§ quoties. Item petens legatum, renunciat querelæ.ff.de inoffi.testa.si pars.§ si.

PRO NEGATIVA. In contrarium adducitur regula,in generali.hoc eodem titulo. per quam cum
10 concord.patet,quod actus † generalis cõcessionis vel renunciationis non includit illa,quæ pars verisimiliter non concederet,vel renunciaret.ad idem de iureiuran.veniens.& c.quintauallis.ff. de pign.l. obligatione.supra eo.lib.de offic.vica.cum in generali.hinc est,
11 quòd † generalis substitutio non trahitur ad specialẽ præcedentem.ff.de vulga.& pupil.substit. coheredi.§. qui patrem. Cum ergo de illo statuto vel consuetudine cogitasse non videatur,nec sit verisimile, quod voluerit suæ gratiæ renunciare, forsan multis laboribus & vigiliis acquisitæ.de renuncia.super hoc.& de præsump.quia verisimile.nec præsumitur opinione sua iura tractare,de sol.c fina.de probat.cum de indebito.j. respon. dicemus illa,statutum & consuetudinem, in iuramento non includi. ¶ Secundò,iuramenta intelli-
12 gi debent † secundum intentionem iurantis.22. quæstion.5.humanæ.de iureiuran.veniens & c.quintauallis.ergo recipiendo,vt intellexit,non includentur prædicta:maxime quia in generali sermone nõ læditur ius personæ iurantis.de iureiur.petitio cum concor.
13 ¶ † Tertio,posterius non tollit prius, si se cõpati possunt.ff.de milit.testamen.l.si certarum.§.vlt.& l.seq.de iure cod.conficiuntur.§.si miles.& l.fin.vnde cùm indulgentia,quæ prior est, referatur ad vnum statutum vel vnam consuetudinem tantum, quæ quantum ad ipsos videntur exempta de numero statutorum vel cõsuetudinum,

ſuetudinum:iuramẽtum poſterius referetur ad alia ſta
tuta & conſuetudines,ad quas iurantes tenebantur,&
ſic indulgentias non tollet:maxime, cum conſtet ſpe-
14 ciem † ſpecificatam ſub genere non contineri.ff.de le-
ga.3.vxorem.§.feliciſsimo.& facit quod not.& dixi.eo
dem tit generi.¶ Quartò, iſte iurando ſtatuta & con-
ſuetudines.bene facit.de iureiur.clericus. quia turpis
15 † eſt pars,quæ ſuo vniuerſo non congruit.8.diſtin.quę
16 contra.de ſpon.duo.c.fin.& vnum † collegium diuer
ſo iur.cenſeri non debet.12.quæſtio.2.cognouimus.ſua
igitur obedientia ſibi nocere non debet, nec pœnam
pati.vnde meretur præmium:de fideiuſſor.peruenit.&
per hoc videntur canonici,contrarium dicentes,ſuam
turpitudinem allegare,& ſic repellendi.de dona.inter
dilectos.¶ Quintò,ad hanc partem allegabat vterque
de priuilegiis cum capella quæ ſecundum Ia. videtur
terminare quæſtionem.& ff.de mili.teſta.ſi miles.j.vbi
17 dicitur non præſumi,quem elegiſſe genus † teſtãdi ad
ſua iudicia impugnanda:ſic nec præſumamus, iuraſſe
iſtos ad ſuas gratias perimendas:maxime quia hoc nõ
eſt veriſimile,nec fieri conſueuit.per hanc regulam.cũ
concor.& faciet ordo,quem ſupra ſcripſi poſt Dynũ.
primo.ſecundo,& quarto gradu.

SOLVTIO. Hanc partem dabat Iacob.pro ſolu-
tione.ſed Ioan.dicebat,quod ſi tempore,quo iurauit,
fuerunt lecta & ſpecificata ſtatuta vel conſuetudines,
de quibus ſupra, & non exceperit, videtur iurans re-
nunciaſſe gratiæ,per iura primo allega.ſi vero lecta vel
ſpecificata non fuerunt,non renunciauit gratiæ,per vl
tima iura allegata ff.ſi quis caut.ſed & ſi.§.quæſitum.
& quæ recitantur de commo.le.cap.vno.de depo. bo-
na fides.& facit ſupra eod.lib.de procura qui ad agen
dum.¶ Non obſtant iura loquentia de tacita renuncia
tione,quæ loquuntur cum quis directe venit cõtra fa-
ctum ſuum,vel alias apparet de volũtate mutata: ſed
hic ſecus,ſecundum Ioan.ſed Ia.dicebat illa loqui,cũ
vtrunque ſit ab vno tanquam ab eodem. Iſte vero ge-
rit vices duorum,ſcilicet priuilegiati. & non priuile-
18 giati:& ſecundum † eum,poſteriora nõ derogant pri-
oribus,niſi cum illis contraria ſunt. nec venit contra
iuramẽtum,cum in hoc non includeretur.Scias, quod
ſecundus articulus huius quæſtionis minus habet du-
bitationis,quàm primus:quia ſi in eccleſia diuiſæ ſunt
præbendæ maiores à minoribus, quæ in certis eccle-
ſiis diuiduntur, vt integræ & dimidiæ impetranti ma-
iorem vel integram,minor vel dimidia,etiam ſi illam
vellet,conferri non poſſet.ſupra eod.libr.de præbend.
cui de non.§.j.quare ſi diceremus ſibi præiudicare iu-
ramentum, minorem vel dimidiam non poſſet, quia
de illa non ſcribitur: & ſic eſſet perempta gratia,quod
neuter intendebat. De iurante patet de recipientibus
id.nam recipiebant illum ad præbendam, & ad illam
quæ debebatur pro literis,ergo vt ſupra.In primo etiã
articulo videtur indiſtincte dicẽdum,ꝙ ex quo ille A.
recipitur ex iuribus literarum habentium clauſulam
de non recipiendo ſacerdotium, & tollentem ſtatuta
contraria ipſi,videntur receptionem facere,& iuramẽ
tum recipere ſecũdum formam literarum: & ipſe etiã
ſic iurare, vt receptio & iuramentum ſequentia cum
forma & literis gratiæ & mandati executorum illis cõ
ueniant:non enim recipitur ſimpliciter vt A. ſed vt ta
lis A facit de fid.inſtru.inter dilectos.§.cæterum.& de
19 baptiſ.maiores.verſi.ſimiliter.ſic & generalis † tranſa-
ctio,reſtringitur ad id.de quo agitur.ff.de tranſactio.
qui cum tutoribus.§.j.C.eo.titu.ſi de certa. & not.ſu-
pra.de tranſactio.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Electio prælati,fieri debet de collegio eccleſiæ vacan-*
tis,Et an illa dicatur concors.14.
2 *Minorum,pupillorum,vltimarum voluntatum &*
ſpiritualium cauſarum fauore,vnus ex pluribus ad
miniſtrare poteſt.
3 *Sententia vnius ex duobus ordinariis, etiam altero*
reſiſtente,an teneat fauore perſonæ vel cauſæ.9.
4 *Sententia fauore in cauſa denunciationis, principa-*
lis habetur pro teſte.
5 *Tutor vnus alteri tutori rem pupilli palam inuenti,*
authoritatem ſuam an accommodare poſſit.
6 *Electiones fieri concordes,appetunt iura.*
7 *Vnus,vices duorum an gerere poſſit.12.*
8 *Oriri poteſt aliquis à ſeipſo.*
10 *Electio alicuius ſeipſum eligentis in prælatũ,an va-*
leat.13.
11 *Iniquitas,abſurditas & perplexitas,vitanda ſunt.*
15 *Cardinales ſi duo tantum ſuperſunt, an alter alterũ*
eligere poſſit in papam.& nu.13.16.
17 *Iniuria ne ſibi à tertio fiat,prouidere nemo poteſt.*

QVAESTIO XXXIIII. SVPER REG.
In toto.

ARGVMENTVM.

SI duo ſoli habẽt eligere prælatum iu-
re proprio vel commiſſario, & vnus
elegit reliquum,qui conſenſit,an va-
leat electio.

Ad affirmatiuam primò. & in contrarium ſecundo
inducuntur 5.rationes & quædam gloſ.tertiò primum
dubium ſoluitur,circa ſecundum recitãtur opiniones:
excluduntur caſus non dubii.ſoluitur, & cõtrariis re-
ſpondetur.

PRO AFFIRMATIVA. Quod valeat,ſic pro-
1 batur.de collegio eccleſiæ † vacantis debet fieri electio
prælati,hoc patet 61.diſt.nullus & c.ſtudii.& c. obitũ.
18.q.2.quam ſit.& c.abbas 2.ſupra de elect.cũ inter ca-
no.& c.ne pro defectu.facit C.de epiſ.& cleri.in eccle
ſiis.ſed mortuo prælato poteſt collegium conſiſtere ex
duobus,de elect.c.j.ergo vnus poteſt eligere reliquũ.
alias eſſet lex impoſsibilis.contra id.4.diſt.erit autem.
Et ſi dicas,nullus ſe poteſt in ſcrutinio nominare. de
ele.Cumana. & eligendus debet habere maiorẽ partẽ
in ſcrutinio,vt ibi.eo.tit.quia propter.& c.eccleſia.re-
ſpondeo,ꝙ quando non ſunt niſi duo,non arctãtur ad
formas,vt ſcripſi in c.quia propter.ſuper gl. dic vt in-
fra,& eo.tit.c.j.ſuper j.gl.facit de elect.cum in veteri.
& quod ibi not.in 2 & j.glo.ſufficiunt ergo conſenſus
qui hic adſunt:bene facit quod ſcripſi poſt Hoſt.de iu
re pat.ff noſtras.in gl.patet,& quod ipſe no.in fi.ipſius
tit.in fi.de epiſcopo qui vnicum patronum præficere
2 poteſt eccleſiæ vacanti. ¶ † Secundò,videmus fauore
minorum & pupillorũ vnum ex duobus tutoribus ad-
miniſtrare poſſe.ff.de admi.tu.l.ſi plures.§ pe.in fi.&.l.
decreto §.j.C.ſi ex pluribus tuto.l.j.& de author.præ-
ſtan.l.ſi.Idem in executoribus vltimarum volũtatum,
ipſarum fauore,quod dic,vt ſupra eod.lib.de teſta.c.2.
§.j.Idem in procuratore ſpiritualium cauſarum,quod
dic vt ſupra.eo.lib.de procu.ſi duo.§.vlti. Cum igitur
eccleſiarum maior,vel ſaltem æqualis ſit fauor.23.q.4.
quid ergo.de reſti.in integ auditis.in auth.de nõ ali.§.
ſinimus.coll.2 C.de ſacroſan.eccle.l.ſi. & quod not.de
pec.cler.inquirẽdum.ergo & ipſarũ fauore ex duobus
eligentibus quocunq; iure alterius ſolius valebit ele-
ctio,ſaltẽ ex quo non habet alterius reſiſtentiã.ſed cõ-
3 ſenſum. ¶ † Tertio cõſtat,ꝙ fauore perſonæ vel cauſæ,
tenet ſententia vnius ex duobus ordinariis,etiã altero
reſiſtente.de re.iu.c.ſi.fortius ergo fauore expediendæ
prouiſionis eccleſiæ,ex quo nõ diſcordãt,teneat electio
vnius ex duob⁹ eligẽtibus.Sic videmus,ꝙ fauore ſen-

tentia in causa denunciationis,principalis habet pro
teste.de testib.in omni. & vbi non vtitur in præiudi-
cium,creditur vni.de procura.ex insinuatione.fortius
ergo,vbi vertitur commodum & ius appetibile & me
ritorium,vt prædixi:facit ergo accessoriũ,quod prin-
cipaliter fieri non posset.de iure pa.ex literis.& c.cum
seculum.supra eod.lib.de præben.quia sæpe.ff.de fun-
do do.l.j.sic mixtura facit.quod sine illa fieri non pos-
set.de arbit.contingit.& c.per tuas.

¶Quartò, bene facit ad quæstionem.G.de contrahen.
emptio.cum ipse tutor.& quod ibi not.& ff.eod.titul.
l.si in emptione.in fine.de vno ex duobus †tutoribus,
qui alteri palam ementi rem pupilli, authorizat. ad
idem ff mandat.l.si mandauero.§. Iulianus. vbi vnus
ex pluribus vendentibus mandato meo,rem emit à se
& aliis. ¶Quintò,specialiter in compromissariis vide-
tur casus in decre.cum in iure.de election.nam si vox
electi compromissarij auget numerum, quando nomi
natus est à parte minori, vt ibi:fortius quãdo ab æqua
li,vt hic. Item,si ibi auget cum est discors,& vbi est re-
pugnantia:fortius hic, vbi est cõcors & consonantia.
6 Hoc enim appetunt iura,scilicet † electiones fieri cõ-
cordes,& hic est talis electio facit ff.de operis no.nun
ciatione.l.j.§ & post operis.alias § inde quæritur.ibi:
quid enim agebat prætor, nisi vt controuersias diri-
meret:à quibus cum sponte recesserint,debet id ratum
haberi.fateamur ergo,quod valeat electio: pendet ta-
men ex consensu electi,sicut & sententia delegatorum
pari numero discordantium:de re iudicata.capit.fina.
ff eodem titulo.duo iudices. ¶Sextò,inducitur solutio
7 ad brocarda, de vno gerente † vices duorum:dantur
gloss.89 distinct.singula.in prima gloss.de proba.ex li-
teris.in glo.2. & de præsumption. mandata.in glossa 2.
dicentes id licere causa necessitatis vel vtilitatis: sed
hic vtrunque concurrit, necessitas expediendæ proui
sionis,& vtilitas contra damna vacationis: & quia for
san extranei sunt ignoti qui non sunt eligendi.de po-
stula præla bonæ 2.ad finem.de præben.in Lateranen.
in fi.& pararetur laqueus,si de necessitate eo casu ha-
berent extraneum eligendi.contra id.18.q.j.de viduis.
2.de resti.spo.literas.

PRO NEGATIVA. ¶In contrarium, scilicet
quod non valeat electio,ostenditur sic: De necessitate
est,quod per capitulum,vel maiorem ipsius partẽ fiat
electio,nec vox electi computanda est in illa parte ma
iori.de elect.quia propter.& c.Cumana.& c.in Gene-
si.& c.ecclesia j.& 2. Et si dicatur,vt supra,quod quan-
do sunt duæ tantum personæ,formæ concilij genera-
lis seruandæ non sunt:nulli tamen dubium,quod cõcil.
Lateranen.de his quæ fiunt à ma.par..capit.c.j. locum
habet:quod vult,in ordinationibus quæ fiunt per capi
tula,concordare debere maiorem partem:cui concor.
65.dist.c.j.2.& 3 79.dist.si transitus.de tempo.ordin.nec
episcopi.nec potest negari quin concilium Lateranẽ.
locum habeat etiam in actibus electionum, per decre.
præ.ecclesia 2.versic.nos igitur.quam constat secutam
esse concilium generale.

¶Secundò inducuntur iura,probantia quod quis ori-
8 ri † non potest à seipso.24. q j.didicimus.debet ergo
alius esse eligens ab electo,sicut institutus ab instituẽ-
te,præsentatus à præsentante,baptizatus à baptizante.
insti.c.fin.de iure pat.per nostras.de baptism.debitum
alius iudex à quo.ab illo ad quem appellat.de consue.
c.2.supra eodem libr.alius emptor. quàm venditor ff.
de rerum Permu.l.j.in princip.alius dans, quam reci-
piens.ff.manda.si mandauero § si tibi centũ.vnde præ
tor vel præses non dat se tu orem,vel iudicem.ff.de of
fi.prætor l.fi.de offi.præsid.l.4.de tuto.& cur.datis ab
his.l.prætor.Hic autẽ vnus & idem est,eligens & ele-
ctus.ergo &c.

¶Tertiò indubitatum est, quod si duo sunt iudices
9 † vel arbitri dati simpliciter,sententia vnius nõ tenet.
de offi.deleg.causam.j.& c.cum causa.ff. de re iudica.
duo iudices.& l.ex tribus & de arbitr. Item si vnus.§.
item si plures. Item nullus iudex in facto proprio.4.q.
4.c.j.de iudic.Iulianus 2.C.ne quis in sua causa.in ru-
bro & in nigro.nec arbiter.ff de arbit.l.pen.Aequipa-
rando igitur eligentes iure proprio iudicibus, & iure
10 compromissario arbitris,concluditur q alter † se non
potest eligere,nec per alterum solum eligi:sicut nec ex
duobus procuratoribus omnium rerum alter ab alte-
ro exigit ff de procurato.l.qui duos.

¶Quartò,efficax videtur obiectio Innocentij sic dicẽ
tis,ad vtrunque casum.aut electus consensit electionẽ
factæ,& illa non valuit:quia non à maiori parte,vt su-
pra probatum est. Item secundum id, cum post tres
vel sex menses datur mensis ad consentiendum electo,
esset dare,quod post tempus iur.infra terminum con-
sentire debet is,cuius fiet electio effectiuè: quod esset
absurdum:sed ad hoc respondi in decret. præallegata.
cum in iure.super ver.consentiat,aut consensit facien
de:& sic tanquam ambitiosus est repellendus.hæc so-
lutio.8 quæstio.j.in scripturis j.quæstion.6.sicut.de ele
ction.cum post.C.de episco.& cleri.si quenquam. cu-
ius exemplum vide supra eod.lib.de election.cupien-
tes.j.respon.in glo.subaudi.secundum concor. C.lib.
12.de re milita.contra publicam.& vide de electio.of-
ficij.in fin.primæ glo.

¶Quintò ostenditur,quòd ex contrario sequeretur i-
11 niquitas, †absurditas, & perplexitas.quorum quod-
libet singulariter est vitandum: multo fortius ipsa
coniuncta.facit de pur.ca.inter.& clemen. de re iudi.
pastoralis.ad fin. Iniquitas,qua datur materia ambi-
tioni & Simoniæ.facilè enim socius poterit corrum-
pere socium:facilius enim corrumpitur vnus, quàm
plures,vt scripsi de cleric.peregrin.cap.j.super glos.2.
nec aperienda est via talibus.facit de iureiuran.l.si ve
rò.de diuor.quanto in fin.clem.de election.capit.fina.
ff.naut.cau.stab l j.§ j.ff.de pact.dotal.l.conuenire.C.
de iudic.l.2.in fin. Absurditas in hoc, quia eadem ra-
tione ex tribus vnus solus eliget socium:& valebit e-
lectio secundum id. quasi facta à maiori, quod vide-
tur absurdum: & est bonus modus arguendi sic de e-
lect.in Genesi.& capitu.cùm inter.& capit.dudum. &
refert Abbas de dom. Iacobo Narbo.sic electo ab v-
no ex tribus, de quorum numero ipse erat, & obti-
nuit:quod satis est durum. Perplexitas autem, quòd
sic inuicem se eligere possent,& tales perplexitates vi
tandæ sunt:de restit spo.literas.circa fin. de appel.in-
terposita.in fin. Ad hæc ergo vitanda, concludamus
12 cum l.quod difficile est,aliquem vices † duorum gene-
re.ff.de pact.l.si plures. non poterit ergo alter esse eli-
gens & electus:sed ambos oportebit eligere: sicut de
duobus opponentibus dicitur, quando non sunt plu-
res,quòd ambos oportet ad curiam ire.supra eod.lib.
de elect.cupientes.§. si verò. & facit quod not.in cle-
men.de appel.cap.j.in glos.quando sunt plures. Sextò
inducitur opinio B.& sequacium nota.in decr.cùm in
iure.de elect.in glos.j.tenentium,quòd compromissa-
rij.nisi habeant speciale,non possunt de se eligere. I-
tem opinio Boat.etiam quo ad casum eligentium iure
proprio,quam scripsi.de institutio.cap.fina. super vlt.
glos. Item opinio Comp.in compromisso, quam ponit
super suo.48.

SOLVTIO facilis, in eligentibus iure pro-
13 prio,& dico electionem valere † factam per vnum i-
psorum reliquo: tamen solet ad omnem dubitatio-
nem tollendam fieri compromissum per ambos in ter-
tium, qui postmodum eligit alterum, vt etiam scri-
psi in prædict.decre.vltim. de institut.in fine.tamen &
si nõ fiat, quod valeat electio, probat hæc regula, in-
uens partem contineri in toto, tu qui resistis,dicis,
quod iste debet habere maiorem partem. ego re-
spondeo,quod habet totum: & si non vis fateri, quod
voz

vox electi computetur in parte, probo tamen quod cō
putatur in toto c. quam sit. 18. q. 2. dicit, quod de con-
gregatione fiat concors abbatis electio. ergo electus
computatur in electione concord. alias ibi esset cōtra-
dictorium. Per eundem modum inducitur 63. distinct.
quanto. de electio. cum post petitam. de tempo. ordin.
dilectus. in princi. de ætate & quali. intelleximus. post
14 princip. per quæ patet. † electionem factam de colle-
gio eligentium, dici vnanimem & concordem. Item
probatur in electione compromissariorū, scilicet quod
compromissum dicitur concor & vnanime, licet factū
sit in vnum vel plures de collegio eligentium. hoc pa-
tet de elect. cum dilectus. in princip. eodem titulo. in
causis. in princip. & versi. quia vero. de renunciat. post
translationem. in princip. & vide quod dixi supra par-
te 3. in princip. & ver. quanquam. facit quod post Ho-
stien. scripsi supra eo. licet. super ver. cardinales. vbi di
15 cit, quod si duo soli cardinales † superessent, vnus pos-
set alterum eligere. quando per compromissum eligūt
illi duo. Hoc est maius dubium, propter varietates o-
pinionum, circa casum decre. cum in iure. tamen illas
hic non describam: sed ibi videantur. Duas tamen non
omittam, quæ respiciunt casum nostrum: prima glossa
toris & trium sequacium habet, quod compromissa-
rij dati simpliciter, de se non possunt eligere. opinio Io.
& 11. sequacium habet contrarium: & hos sequor. Si
prima opinio esset vera, quæstio de duobus compro-
missariis datis simpliciter nō esset dubia: sed quia hāc
non sequimur alios casus non dubios excludamus.
Planum est quod si vtrique insolidum data esset expres
se potestas, scilicet quod ipsi duo & ipsorum quilibet
posset eligere, quæstio non est dubia. Idem, si non est
data expresse, sed tacite. & quia dictum est, quod de se
possint eligere, & hic optime procedit opinio Com-
postel quam scripsi in decret. cum in iure. vbi vide in
gloss. opponitur. & super 3 gloss. Idem, quando non est
dubia, quando fuit expresse denegatum. ne de se elige-
rent. supra eodem libro. de testament. cap. 2. in fi. de re-
ligio. domi. cap. vno. § personis. de exces. præ. c. 1. supra
de fideiusso. quod quibusdam. de priuileg. quod non-
nullis. Idem secundum Innocentium, Compostella. &
Com. Idem si dictum est in compromisso, quod omnes
sint concordes: quia tunc videtur tacite denegatum,
ne de se eligant: quod non placet, & vide in glos. pro-
xima alleg. ante finem. versic. quid ergo. & faciāt quæ
dixi in principio solutionis. sit ergo quæstio dubia, cū
simpliciter compromissum est: & hoc casu tenuit Ho-
16 stien. & hoc † placet, quod vnus potest alterum elige-
re, nec oritur à seipso, sed vocatus est à Deo, & à socio,
vt scripsi in decret. cum in iure. super prima glo. & sic
licet se non possit eligere, à personis tamen compro-
mittentium petitur se coeligi, per prædicta. sicut re-
sponsum est ad allegata in contrarium. Primo & se-
cūdo & tertio. ad id quod de quarto inducebatur, vi-
de quod scripsi in decret. cum in iure. in gloss. opponi-
tur.

¶ Ad quintum, inquantum primo timetur corruptio:
responde per l. ad eos ff. commo. quantum ad tertium
17 † enim, prouidere non possemus, ne iniuria fieret. ita
dico de eorum pactiōe. Nam licet facilius vnus, quàm
etiam plures possent corrumpi, tamē id electo tanquā
tertio non præiudicat.

¶ Ad secundum respondeo, ꝙ illud in discordi electiō
ne. sed quæst. loquitur de concordi, vt dixi in princip.
solutionis.

¶ Ad tertium dico, id euenire posse, etiā in forma scru
tinij: vt no. de elect. ecclesia. 2. in fin. vlti. gl. remedietur
ergo, vt ibi ad fi. Respondetur ad sextum, per argumē-
ta, de tanquam.

SVMMARIVM.

*1 Rescripta sunt stricti iuris, ita quod ad alias per-
sonas vel res in eis non expressas, non extendun-
tur.*
*2 Rescriptum in eo quod respicit iudicem, non transit
ad successorem: & sicut finitur morte mandatoris,
ita morte illius per quem vel contra quem impetra-
tum est.*
*3 Rescripta ad heredes an extendantur, & quando. nu.
4. 6. 11.*
5 Compromissum quando heredes respiciat.
7 Rescriptum odiosum restringitur. 9.
*8 Actiones annales per impetrationem rescripti perpe
tuantur. Et quid de appellatione.*
*10 Personæ identitas, iuris fictione, an faciat rescriptum
extendi ad non expressum.*

QVAESTIO XXXV. SVPER REG. Is qui in ius.

ARGVMENTVM.

QVAERITVR, vtrum heres vel
successor actoris vel rei conuenire
vel conueniri possit per rescri-
ptum delegationis, & re integra vel non
integra.

Scias, ꝙ Bathol. venereali. q. 4. quærit de herede rei,
an vi rescripti possit conueniri ante lit. contest. Dama.
15. etiam de herede rei. Goff. 15. autem de herede illius,
qui poterat cōueniri per clausulam. latius ergo, quàm
per prædictos formatur hæc quæstio. in qua parum in-
sistam allegationibus, propter glossas, quæ de hoc tra-
ctant. Breuissime igitur allegabitur. Secundo ponētur
tres opiniones. Prima ad negatiuam. Secunda ad affir-
matiuam distinguēs personales à realibus. Vltimò da-
tur solutio plene distinguēs. & contrariis respondens.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶ Et primo pro
negatiua inducitur, de offi. deleg. p. & g. eodem titulo.
1 cum olim. 1. ex quibus patet, ꝙ rescripta sunt † stricti iu-
ris. ita ꝙ ad alias personas vel res in eis non expressas,
non extenduntur, ergo nec ad heredes vel successores.
Ad idem de rescrip. ad hæc sumus. & c. fi. Item rescri-
2 ptum in eo †, quod respicit iudicem, non transit ad
successorem. de officio delegati. quoniam abbas. & si-
cut finitur morte mandatoris. eodem titulo. gratum.
sic finitur morte illius, per quem vel cōtra quem impe-
tratum est. Ad hoc satis facit ff. qui satisdare cogantur.
si decesserit. & ff quæ senten. sine appella. re. l. secun-
da.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Contra
videtur expressum, de iudic. quia G. qui violenter. de
foro competen. dilecti. de alienation. mutan. iudi. cau.
fact. cap. 1. de conces. præbend. proposuit. in fin. de im-
muni. eccl. aduersus. Ad idem facit. C. de diuer. rescri.
l. prima. facit de rescript. edoceri. C. quando lic. prin-
cip. l. 1. & 2.

SOLVTIO. Secundum prædictos sciendum
est, quod in quæstione diuersæ sunt opiniones. Laurē.
3 simpliciter dixit, rescriptum nō extendi † ad heredem.
Barthol. dixit, non extendi ante lit. contest. dicens hoc
Tā. dixisse. sed nego Tan. de litis contestatione expres
sisse, qui potest patere ex glossa. quam posuit de tran-
sactionibus. capitul. secundo. in secunda Compillat.
Goffred. licet in quæstione loquatur de herede illius,
qui poterat conueniri per clausulam: dicens, quod cō
ueniri non poterat: in apparatu tamen, de rescriptis.
significauit. simpliciter dicit, rescriptum ad heredem
non extendi. Idem ibi Cynus dicens, quod si comes
fuisset expressus, nisi cum ipso fuisset iudiciū inchoa-
tum, non conueniretur heres. Idem ibi Vincentius di-

cens rescriptum ad heredes non extendi, nisi in casu
decre.primæ.de ali.iu.mu sed ex secunda commissio-
ne procedi.de iudic. quia G.qui violenter.vel cum in
commissione hic exprimitur lit contestat.dicit, quod
extenditur,si est casus,quo successio possit locum ha-
bere.C.de inoffic.testament.si pater.j. & ibi etiam te-
net,quod mortuo etiam re integra eo, qui nomine ec-
clesiæ vel canonicatus impetrasset,valeret rescriptum
successor. idem tenuit Tan.de offic.delegat. gratum.
huic contrarium tenet Dama.dicens simpliciter illud
ad heredes extendi.& respondet ad l.si decesserit.quod
in stipulatione loquitur,quæ est stricti iuris, & in qua
non venit,nisi persona expressa.ff.de verbo. obligatio.
si ita stipulatus fuero.in §.Chrysogonus.in fin.si iudi
cium cœptum est,bene transit.huic concor. Innocen.
Compost.& Aegi.in præal.decre.significauit.loquẽdo
in herede vel generali successore.de herede vero acto
ris ipse Innocentius notat contrarium.de offi.delega.
gratum.hæc opinio,quod transeat,placet Petr.de Bel.
per prædi.l.2.C.quando libel.princip.datus.Pet. Abb.
& Gul.in Speculo de rescript.præsenta.§.ratione etiã
eius.in prin.distinguunt inter personales & reales,di-
4 centes in realibus † rescriptum ad successores exten-
di.quia res transit cum suo onere.de pign.ex literis.&
ex verbis Guili.colligo, quod intellexit etiam de sin-
gulari successione. In personali dicũt,quod extendi-
tur re non integra:re integra,expirat. per quod ver-
bum colligo,quod intellexerunt etiam de vniuersali
solutione. Vt quæstionis veritas habeatur,distingue:
Aut rescriptum non potest respicere successorem vel
heredem,aut potest. Primo casu.quæstio non est du-
bia.pone exemplum in actore, qui vendicabat eccle-
siam in titulum,ex quo titulo iuuari non posset heres
vel successor.8.quæstio.j.apostolica.de fil.presbyte.ex
transmissã.de iure patro.consuluit.de institu.ad deco-
rem.de præbend.c.j.& 2.Idem in vsurario vel vsufru-
ctuario,qui impetrauerat,vt liceret vti,frui ff. quibus
modis vsufructu.amit.l.sicut in annos in fin.de vsu &
habi.l.vsus aquæ ff.de lib.legat.l.non solum.§ tale.de
reo pone exemplum,quòd fuerat contra ipsum impe-
petratum,ad depositionem ordinis, vel beneficij, vel
ad pœnam criminis.supra eodem libr.de hæreti.accu
satus §.si vero.in fin.23.distinct. quorundam.C.si reus
vel accusa.l.j.& 2. & quod nota.de Simo.per tuas.j in
vltima gloss.& ad hunc casum posset reduci lex, si de-
cesserit.ff.qui satisda.cogan Secundo casu, quãdo po-
test respicere successorem vel heredem, aut fit mentio
saltem generalis successoris.vel heredis. & tũc est pla
num,quòd extenditur 2.quæstion.j.in primis.7.quæst.
j.præsentium.3 quæst.6 hæc quippe.de concessio præ-
bend.proposuit.de rerum permut.cum vniuersorum.
5 nam & tunc † compromissum, quod cum strictius est.
de re iudic.c.fi.respicit heredes.de arbit.c.fi.ff eodem,
sed & interpellatur.§ final.& l.diem proferre.§.j. Aut
non fit mentio certa aut res non est integra,aut est in-
tegra per conuentionem tantum.& hoc per decret.si-
gnificauit.ibi,euocatus.& per decreta. proposuisti.de
foro competen.cum si.dico perpetuatum,quod placet
Barthol.in princip.decre significauit.& per glos. quas
ibi posuit,colligi potest:quomodo ipse intellexit, rem
nõ integram in decre.quia G.qui violenter.facit quod
ibi no.Philip.& in præal.decre.dilecti.de fo. compet.
facit,quod no.Tan.Vin.& Phi.de vsu.tua nos. Guli.in
Spec.titu j.§.restat.versicu.item mortuo.facit lex ff.de
actio.& obliga l.constitutionibus.de offic.leg.c.fin.de
officio lega.gratum.sed Barthol.Brix.in præalle. quæ-
stione contradicens,ante lit.contesta. rescriptum non
transire ad heredem.aut si res non est integra per con-
testationem litis,id est,quia lis est contestata. & tunc
concord.opinio, quod transit ad heredem. Secundo
6 casu,quando † res est integra, subdistingue.quia aut
is de cuius herede vel successore quæritur, compre-
hendebatur sub regula generali, aut nominatus erat
in rescripto.in primo casu tenuit Goffred.& commu-
niter omnes.quod successor conueniri non potest.er-
go nec conuenire.& sic intelligit decret. significauit.
saluo,quod ibi scripsi,post Innocen.& compost.quod
prælatus ecclesiæ factus, post rescripti impetrationem
potest eo casu conueniri,licet prædecessor non fuerit
citatus,cùm conueniatur ecclesia Secundo casu,quan
do nominatus erat in rescripto,aut fuit rescriptum im
petratum pro & contra dignitatem,vel ecclesiam, aut
pro vel contra personam.primo casu tenet glo.in de-
cre.dilecti.de foro competen Innocen.Hostien. Guli.
Na.Pe.& Abb.quod heres vel successor potest conue-
niri.Innocen.cum Hostien.in decre.significauit.tenet
contrarium. & si in rescripto non sit expressum nomẽ
proprium prælati. respondens ad decreta. quoniam
Abbas.de officio delega.quòd iudex est iustus,æquus,
& litem diffinit,vnde rescriptum respicit iudicem suc
cessorem.sed pars communiter cauillosa rescripto a-
7 butitur & lites auhet.vnde rescriptum, † in eo, quod
òdiosum,restringitur.Prima placet,& dixi, sicut de he
rede vel successore actoris in hoc casu, scilicet quod
possit conuenire,quod aperte tenet Vincent. in præd.
decret.significauit.& Innocentius de officio delegat.
gratum. Secundo casu,quando pro vel contra perso-
nam.aut quærimus de singulari successore.& ad istum
non extenditur rescriptum,nisi in casu decret. primæ.
de ali.mu.iud.cùm scienter successit in vitium.de iu-
di.quia G.de restitutione spoliato.sæpe.vel cum ema-
nat secunda iussio,vt in præ.decre.quia G. aut quæri-
mus de vniuersali.In hoc est opinio,& residet princi-
palis quæst.Lau.Tanc.Phi.Barthol.Gof.in deci.signi-
ficauit.gloss.in decre.quia G.& dicunt,rescriptum ad
illud non extendi.& facit,quod scripsi supra,cum tra-
ctabatur de re non integra per conuentionem.tantum
dicunt Innocen.Compost.Aegi.& Pet.contra. vt dixi
in opi.secunda,quæ placet.circa quod est aduertendũ,
quòd quæstio quærit expresse de rescripto delegatio-
nis.per quod non datur ius,sed iudex actionis, vel iur.
prius competentis.de rescripto autem ponderatur pri
uilegium notat Dyn.eodem titulo priuilegium. Cum
ergo ex rescripto delegationis ius non cõcedatur, sed
iudex tantum,nõ video quale præiudicium inferatur,
si respiciat heredem, cũ ius eius vel aduersarij in hoc
non pereat.facit de procurat.ex insinuatione.

¶ Ad hanc partem inducitur lex 2.Cod.quando libel.
princ.da.sed si aduertatur,videtur facere contra.Nam
8 si quod ibi dicitur,est speciale in annalibus † actioni-
bus,eius contrarium est regulare. sed secundum hoc
dicam,quòd bene est in illis actionibus speciale. quod
perpetuantur absque lit.conte.sed quod ibi dicitur de
rescripto impetrato, in omnibus actionibus, sit com-
mune.sed apertius probet lex illa de rescripto appel-
lationis,quam cùm appellans prosequi debeat infra
annum, ad instar annalis actionis dicetur rescriptum
super ipsa impetratum,fore perpetuum. hanc opinio.
puto veram.maxime in exemptis, contra quos conce-
duntur apostolica rescripta, vel quando rescriptũ de-
legationis concessum est ab immediato ordinario.ca-
9 ue huic. quia cùm strictæ † causæ interpretationis
horum rescriptorum sint, quia per ipsa præiudicatur
ordinariæ potestati, nisi cessat hæc ratio, possunt lar-
gius interpretari. non obstat quod dicitur, rescripta
10 † non extendi ad alios omnino. & facit quod scripsi,
de transaction. veniens.in ff sed heres vel vniuersalis
successor fingitur idem cum defuncto.In authentica
de iureiurand.à mori.præ.in princip.colum.5. si igitur
communitas commune rescriptum facit extendi ad
non expressum:vt in præd.l j.de diuer. rescriptis.for-
tius hoc faciet idẽtitas personæ iurisdictione.nec ob.
decre.quoniam abbas.quia inquantum rescriptum re-
spicit iudicem datum,iurisdi.est ibi priuilegiata, quæ
merito

meritò expirat iudice dato,sub nomine proprio, mortuo re integra.sed inquantum respicit partes, obligatio est ibi principale rescriptum, vel iudicis datio,accessorium.vnde respectu partium non est mirum, si cõtemplatione principalis durat accessorium. facit supra eodem libro.de offic.delegati.si super gratia.Hoc,
31 quod dixi, † rescriptum extendi ad heredem vel successorem vniuersalem,intelligo verum esse, si tempore datæ rescripti innuebat is,contra quem datum fuit.alias secus.& sic loquatur l.secunda.ff.quæ sen.sine app.rescin.Ioan.And.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus videtur,qui expresse non consensit.*
2 *Res inter alios acta,alij nocere non debet.*
3 *Electus ad dignitatem,si eo præsente & tacente,illius præbendam in alium conferat episcopus, electione cassata,an præbendam repetere possit.*
4 *Tacere in damnosis & onerosis, non est consentire.*
5 *Beneficia non vacantia concedi an possint.*
6 *Voti executio an sit necessaria,non obstante superioris contradictione,An vero obedientia voto sit præferenda,nu.10.*
7 *Iudex in causa sua nemo esse potest.*
8 *Sacerdos sine iusta causa per sex menses se absentans, citationibus præmissis,beneficio priuandus est.13.*
9 *Clericus peregrinari non debet,nec sine episcopi literis recipi,12.*
11 *In voto & iuramento,superioris authoritas excepta dicitur.*
14 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta sine consensu clericorum,an valeat.18.*
15 *Taciturnitas & patientia,an habeatur pro consensu.& num.17.*
16 *Serò quis accusat,quod potuit impugnare.*
19 *Religiosus quibus actibus se immiscere prohibeatur, & quibus non.num.20.*
21 *Religiosus velle vel nolle non habet.*
22 *Prælatus licentiam datam monacho ad aliquem actum,an possit reuocare.remissiuè.*
23 *Fratres minores an licentientur ad testamentorum executionem.*

QVAESTIO XXXVI. SVPER REG. Is qui tacet.

ARGVMENTVM.

HIC sub protestatione, quod sequor errorem, de quo nunc dixi super textu, ponam quatuor quæstiones antiquas. Quarum prima est venerialis vigesimanona, qua quæritur: aliquis electus fuit ad dignitatem: episcopus eo præsente & tacente, contulit præbendam illius, demum cassatur electio: quæritur, an præbendam repetere possit.

¶Secunda Dominicalis, 41. fuit talis: Presbyter præsente & non contradicẽte episcopo, votum peregrinationis emisit, quod dum exequi vellet, episcopus cõtradixit: sed ipse nihilominus iter arripuit: episcopus eo absente ecclesiã contulit alteri quæritur, an presbyter reuersus illam repetere possit.

¶Tertia Dominicalis 78. & Dama. 71. de his, quæ fiunt à prælato, est de episcopo, qui fecit alianationem tacente & cõtradicente capitulo, an successor illam reuocare possit.

¶Quarta quæstio fuit domini mei quærentis, an religiosus tacente vel patiente suo prælato, possit executor esse testamẽti, saltem in quo multa sunt relicta ad pias causas.

¶Ad primam allegatur affirmatiue per hanc regulam ad quatuor rationes. Secundò. per tres in contrarium. Quartò, soluitur secundum Bartholomæ. & solutio reprobatur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA primæ quæstionis. Primò igitur sic probatur, quod illam repetat,
1 cum inuitus † videatur, qui expresse non cõsensit. ff. de procurator. filiusfamilias. §. inuitum. Et amplifica hic per hęc notata circa medium gl. ver. item in his. Secũ-
2 dò, hæc res † inter alios acta, scilicet, inter episcopũ & prouisum, electo nocere non debet. supra de re iudic. c. penul. cum concord. Tertio, cùm electus non posset in hoc episcopum prohibere. ergo sibi non fit præiudiciũ ff. de re iudic. sæpe. circa medium. 11. quæstion. 3. quando. & faciunt hic no. de præsum. nonne. Quartò, cessauit conditio, quæ tacite subintelligebatur, scilicet, si clericus consequeretur dignitatem illam, ad quã fuerat electus. illa ergo cessante. licite repetit præbendam. 22. quæstion. 2. ne quis. supra de iureiur. quemadmodum. vltra hoc facit ista regula, qui tacet. eodem titulo.

PRO PARTE NEGATIVA primæ quæstionis. In contrarium regula, qui tacet. hoc eodem titulo. cum concordan. ad idem. 28. distinctio. diaconi. de his, quæ fiunt à præla. c. 1. 20. quæstio. 2. puella. C. de Latin. lib. tollen. authen. ad hoc. melius in authenti. de nupt. §. si vero ab initio. colla. 4. de domino, qui sciens ancillam suam nubere libero, studiose tacet, & illius perdit dominium. Secundò, tacendo ipso facto suo beneficio videtur renunciare. quod plus est, quàm si id fieret verbo. de appel. dilecti. de his quæ fiunt à ma. par. capi. ex ore. illud ergo ampliùs non repetet. de transactio. ex literis. Tertiò, cum non habuit, vt poterat, sibi præiudicauit. ff. de re iudicata. sæpe. supra eodem titulo. c. penulti. de eo qui permisit sequentem agere. cũ sibi prius id competeret. & quandoque plus operatur tacitum, quàm expressum. ff. de procura. filiusfamilias. §. veterani. C. eodem titu. ita demum. supra eod. lib. de iuramẽ. calum. c. j. §. j.
3 SOLVTIO primæ quæstionis. Soluit † Barthol. Tan. dixisse, quod iste non poterit præbendam repetere. cum videatur eam habuisse pro derelicto: quia potuit contradicere, & non contradixit. Hæc solutio
4 † mihi non placet. cum in damnosis vel in onerosis tacere, non est consentire. vt hic in glossa. vnde in casu simili decisi. dicit, quod debet assensus accedere, quod denotat actum, non taciturnitatem. de regularibus. be-
5 neficium. libro eodem. Item constat, quod beneficia † non vacantia concedi non possunt. de concessio. præbend. capitu. j. & per totum. sed qui dicit vacare beneficium, det in eo ius expressum: aliàs sibi non credam. 15. quæstion. 3. cum autem. versicu. nec quisquam. Hinc est, quod etiam expresse consentiente prælato electoribus, non possent ipsi alium eligere in eius locum: nõ sic, si expresse consensit collatori, vt conferat. Vide quod scripsi de his, quæ fiunt à maio. parte capi. ex ore,

super ver.confirmatus.quo ad terminos quæstionis: fa-
cit de insti.cum venissent.vbi non solum tacere,sed e-
tiam loqui verba generalia,non nocent archidiacono,
qui promouebatur ab archiepiscopo.bene etiam facit
supra eod.lib.de præben.si beneficio.per prædicta au-
tem satis patet responsum ad contraria.

¶ Ad secundam quæstionem quatuor rationes in-
ducuntur pro presbytero, & totidem contra. ponitur
solutio Barthol.secundò verior ponitur,quæ distingui-
tur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA secundæ
quæstionis. ¶ Primò igitur arguitur,quòd presbyter
ecclesiam repetere potest:quia tacendo consensit epi-
scopus,per regulam:qui tacet.eod.titul.cum concord.
ad id ff.ad l.Aquil.in lege aquilia §.quoties.& l.scien-
tiam.& 20.quæstio.2.puella.ergo episcopus suum con
sensum postea reuocare non potest.ff.de serui.rustico.
præd.per fundum.de fil. presb.veniens.de cleri. côiu.
6 diuersis 17.quæstio.4.sunt,qui opes.Secundò.iste † sa-
cerdos qui lege Dei & spiritus ducebatur:ad votum:
per l.communem vel publicam, cui priuata præualet,
impediri non debuit.19.quæstion.2.duæ sunt.de regu-
la,licet.fuit ergo adstrictus vouendo.ergo votum te-
nebatur implere.17.quæstio.j.§.j.de voto.magnæ. de-
buit ergo sacerdos potius Deo,quàm episcopo obedi-
re.8.distinct.qui contra mores xj.quæstion.3.non sem-
per.& c.Iulianus 15.quæst.6.iuratos.nam licet votum
à principio sit voluntarium,eius tamen executio est ne
cessaria.de voto.licet.in princ.& c.per tuas. facit ergo
sacerdos,quod debuit.& sic puniri non potuit.de con
sti.q.2.32.quæstion.2 c.vlti.23.quæstio.5 c.j.Tertio,cum
de voto complendo inter episcopum & sacerdotē es-
7 set controuersia , episcopus non potuit esse iudex † in
causa sua C.ne quis in causa sua.l.vna.Quarto,dato ꝙ
sacerdos ex iusta † causa abesset citandus esset:& si ne
scitur vbi sit,tunc citationis edictum poni debet apud
ecclesiam.& postea per sex menses expectari. & aliter
priuari non debet.de cleri.non resid.ex tuæ.ergo mul-
to fortius debuit hoc in isto seruari,quia ex iusta cau-
sa aberat.per quod concluditur,quod beneficium suū
recuperet.

PRO PARTE NEGATIVA secundæ quæ-
stionis. ¶ † In contrarium, clericus sine episcopi licen
9 tia peregrinari non debet.nec peregrinans sine eius li
teris recipi.71.distin.cap.vlti.de con.di.5.non oportet.
de voto.magnæ.vltra medium multo minus,eo côtra-
dicente.de homici.Petrus.de simo.sicut.& per hoc sit
responsum ad secundum argumentum;quia non duci
tur lege spiritus,qui contra legem eius agit.de renun-
ciatio. nisi cum pridem.§. verum si propter.versic.sed
dices.Cùm ergo episcopo contradicente recessit, cô-
tumax fuit.xj.quæsti.3 certum.sine noua ergo citatio-
ne, ex quo contumacia constabat, manifestè probari
potuit ecclesia.de offi.delegat.consuluit.& de dolo &
contuma.eum qui supra eo lib.Secundò,licet propter
10 obedientiam, † malum fieri non debeat.tamen debet
bonum quandoque intermitti xj.quæstio.3 quid ergo.
ff.de re milita.l.3 §.in bello & supra de tempor.or.ad
aures.vbi de hoc, maxime quia inobedientia compa-
ratur hæresi.8.quæstio.j.sciendum.non potuit ergo do
lo carere non parens imperio magistratus.ff eod.titu.
non potest.ff.si quis ius dicen.non obtempe.l. vna.nec
debuit sibi ius dicere in causa sua,vt supra. Tertiò,cū
11 in voto † & iuramento , superioris authoritas dicatur
excepta.22.quæstio.2.beatus.27.quæstio.2 c.decreta.§.
cum ergo.de voto.non est.de iureiuran.venientes. nō
dicitur votum deserere,ex iusta causa non implens. ff.
qui satisda.cogan.l.fi.de iureiur.peruenit.2.de voto.c.
j.peccauit iste sacerdos non parendo episcopo, per cu
ius preceptū excusabatur ab executione voti.Quartò,
contra sacerdotem inducitur hic regula: cùm episco-
pus tacendo non consenserit,vt hic.& in concor. po-
12 tissime,quia absentia † clericorum ab ecclesiis,est iu-
ri inimica,& ecclesiis onerosa.de cleri.non resi.per to
tum.& per hoc sit responsum ad allegata in prin.

SOLVTIO secundæ quæstionis. Soluendo dicit
13 Bartho.cum Tant quòd episcopus , tacendo † sibi fe-
cit præiudicium.nec debet vltra contradicere,nisi no-
ua causa interueniat.hæc solutio non sufficiens est ad
quæstionem.quæ principaliter quærebatur, an sacer-
dos repetere possit ecclesiam:nisi dicamus, quod sol-
uens hoc intellexit,scilicet sacerdotem non posse pri-
uari per episcopum,qui tacuit in emissione voti. & fa
teor,quòd inhoneste facit episcopus , qui tunc tacuit,
sine noua causa resistendo . tum inhonestius facit sa-
cerdos,eo contradicente,itinerando, per superius al-
legata.Secundò remanet quæstio dubia,quam soluen-
do facit,quòd episcopus illum priuare nō potuit. Hæc
solutio.quòd ille peregrinando se absentauit,etiam eo
contradicente simpliciter,sed si monuisset eum , quòd
se non hic absentaret sub pœna priuationis,cui moni
tioni non parens se absentasset,non puto , quod taci-
turnitas episcopi excuset à pœna,etiam si expresse cô-
sensisset,non videtur,quod eo inuito votum perficere
posset.33.quæstione quinta.manifestum.& capitul.no-
luit. Posset enim aliquid episcopus occultans noui-
ter sciuisse, propter quod peregrinatio non expedit,
etiam saluti vouentis. facit de tempor.ordin. ad au-
res.fortius ergo in terminis quęstionis.si presbyter an
te iter sit monitus,non paruisset,ecclesiam, qua priua-
tus fuisset.non repeteret.vbi vero episcopus simplici-
ter contradixisset,vel vetuisset,sed talem monitionem
& fulminationem non fecisset,dico priuationem fieri
non potuisse,propter absentiam,vel non residentiam,
etiam ex iusta causa:nisi vt dictum est,in fi.primæ par-
tis.quare presbyter rediens illa iuste repeteret.côtra-
riorum respôsio supra patuit. Ad tertiam quæstionem
allegantur tres rationes pro successore, & quatuor cô
tra.Tertiò datur solutio,quæ roboratur, & contrariis
respondetur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA tertię quę
stiōis.Primò igitur probatur, taciturnitatem vel patien
14 tiam non sufficere,cùm in alienatione rei † ecclesiasti-
cæ debeant clerici consentire.10.quæst.2.hoc ius & 12.
quæst. 2. alienationes. & nisi veniat expressa subscri-
ptio clericorum.ipso iur.nulla est alienatio,etiam si in
casu licito fuerit facta:vt ibi. & eadem quæs.sine ex-
ceptione.& de his,quæ fi.à præ.capitul.j. Ex quo ergo
alienatio fuit illicita , successor illam reuocabit.12.
quæst.2.si quos de seruis.circa fin. nec obstabit pœna
adposita.de preca.capit 2. & quod plus est, quælibet
persona ecclesiæ,& ipse idem,qui alienauit, hoc pos-
sunt.probatur primum.12 quæst.2.non liceat.in fin.su-
pra de re.eccle non ali.si quis. Secundò ibidem.& 35.
quæst.9 quod quis & de elect.nosti nec iuuabit præ-
scriptio possessorem . tempore ipsius malè alienantis.
16.quæst.3 si sacerdotes.C. de præscript.long.tempor.
aut malæ fidei.& facit regula.eodem titul. qui contra
iura.cum concor. Secundò, inducitur hæc regula,&
iura quæ allegant gloss.quæ probant, quòd taciturni-
tas pro contradictione habetur.Tertiò adducitur re-
gula,delictum.hoc eod.titul.ad probandum, quòd e-
tiam si canonici consensissent,nō debet nocere eccle-
siæ,quin superior saltem reuocet de cler.coniu.diuer-
sis.nam per restitutionem in integrū, reuocatur pro-
pter læsionem enormem,contra contractus,quod ipso
iure valuit.de in inte.restitut.c.j.

PRO PARTE NEGATIVA tertiæ quæ-
stionis ¶ In contrarium allegat,taciturnitatem & pa-
15 tientiam † canonicorum , haberi pro consensu , per
regulam , qui tacet.cum concordan.& cum his, quæ
ad hanc partem in proximis quæstionibus allega-
16 ti. Secundò, serò quis † accusat, quod potuit impu-
gnare.63.distinct.error.& grauiter puniendi sunt cle-
rici,

rici,qui tanto tempore tacuerunt.2 quęstio.7.quapro-
17 pter. Tertiò,si minor † rem vendat sine decreto,inuti-
lis est alienatio,quæ cum sola taciturnitate confirma-
tur.C.si maior factus alien.fact.sine decret.rat.habe.l.
si quando. Item sola taciturnitate matrimonium con-
firmatur supra eod.lib.de despon.impu.c.vno.§.fin.ff.
de ritu nupt.minorem.multo fortius vēditio. Quarto,
pro hac parte videtur textus,vel casus dec.secundę,de
his quæ fi.à præla.

SOLVTIO tertiæ quæstionis. Soluunt Dama.&
18 Bartho.alienationem †non valuisse,& sic reuocādam
esse.per præall.c.sine exceptione.& secundum Da. de-
cre.2.de his,quæ fi.à præla.loquitur de collectione de-
cimarum,nomine beneficij personaliter facta,vbi suf-
ficit patientia. Vnde dixit Barto.illam intelligi de con
cessione facta causa pietatis,vel de re minima, vel ad
certum factum,vel ad certum tempus. & vide quod
no.ibi in gl.& quod super eis dixi.eo.ti.cum nos.super
fi.gl.vlt.per quæ patet,ꝙ vera est huius quæstionis so-
lutio,ꝙ necessariò concludit ex præcedenti tractatu,
ꝙ consensus vniuersitatis vel maioris partis necessa-
rius est in alienatione perpetua.supra eo.lib.de reb.ec
cle.non alie.dudum.ex quo sequitur,taciturnitatē vel
patientiam non sufficere.& sic respōsum sit ad primū.
secundum concedatur.in l.si quando. & l.minorem. &
dec.vnica.allegatis in contrarium,cessauit impedimē-
tum ætatis:quia minor,lapsu temporis factus est ma-
ior:hic durat causa impediēs:quia temporis lapsus nō
mutat statutum ecclesiæ. In quarta quæstione domini
mei breuiter:quia non dubia,allegat ad negantem, &
affirmantem,datur solutio,quæ reprobatur,& contra-
riis respondetur.

PRO NEGATIVA quartæ quæstiōis. Et quòd
19 non possit exequi,inducebat quod prohibetur. †secu-
laribus procurationibus vel actibus se immiscere. 86.
distin.peruenit,nec mirū:quia etiam spiritualia exer-
cere prohibentur.vtputa,baptizare, & pœnitentiam
dare.16.q.j.c.j.& 2.monachus.& reputatur mortuus.e.
quæst placuit 2.prohibentur claustrum exire.ne cleri.
vel mon.non magnopere.ergo prohiberi debet ab exe
cutione.

PRO PARTE AFFIRMATIVA quartæ
20 quæstionis.q †In contrarium,quia possunt misericor-
diæ opera exercere,& miserabilium personarum curā
& tutelam recipere: vt prælleg.c. peruenit. & condu-
cunt terras ad laborandum.de decimis.dilecti.& pro-
pter vrgentes necessitates possunt tractare seculares
actiones 16.q.j.qui vere.& abbate imperante se immi-
scent secularibus actibus.de postu. c.2 & præficiūtur
secularibus ecclesiis.53.dist.priscis.ergo & pias volun
tates exequi poterunt,cùm religionis intersit, ꝙ nihil
magis debeatur hominibus.& C.de sacrosan.eccl.l.j.
facit deci.c.tua.de testamentis.

SOLVTIO quæstionis quartæ. Soluebat, quòd
etiam de tacita volūtate abbatis poterat exercere præ
dicta:eo contradicente.not.de postul.capit.1.ff.de re
militar.l.3.§.in bello. Secunda pars solutionis vera: sed
de illa non quærebatur. sed de prima: quia taciturni-
tas vel patientia prælati hoc casu non sufficit. cum
21 enim religiosus † velle vel nolle non habeat, omnis
talis actus.qui aggreditur ante licentiam,est illicitus,
& per illum frangitur obedientia, & abdicatio pro-
priæ voluntatis.facit clement.de procurat.religiosus.
& quod ibi not.in gl.repete. Pacientia igitur non pos-
set illum facere licitum.vnde requiritur, quod super
hoc prius petatur & obtineatur licētia: vt patet supra
eodem lib.de testamen.c.2.j.respon.& in clemen.eodē
titul.capi.j.vbi etiam dixi in gloss.reprobatum. Et ibi
22 etiam † notaui, an licentiam datam possit prælatus
23 reuocare.& in glossa sequenti.vide de fratribus † mi-
noribus.qui ad executiones hodie non licentiantur.

Ad cap.peruenit.& cap.dilecti. Responde.vt in eis no-
tantur.capit.qui vere.loquitur,cum id fit episcopo iu-
bente. Ad cap.priscis.respondeo,quod priuilegiatum
est in hoc officium prædicandi.de sta.mona.quod Dei
timorem.& ibi etiam in transitu, immo etiam in con-
sensu requiritur abbatis licentia.supra eod.lib.de ele.
si religiosus.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Statuta episcopi facere possunt*
2 *Beneficij possessio sine institutione non sufficit.ab.*
3 *Eligere,est de fructibus canonica.*
4 *Eligere an suspensi possint.*
5 *Electio facta per falsum canonicū an valeat. Et quid de falsò procuratore.& sentētia à nō suo iudice lata.*
6 *Locus arguendi ab absurdo.*
7 *Electo, prouiso, vel præsentato: an satis sit probare possessionem eligentis, prouidentis, vel præsentantis.*
8 *Opinio communis, veritati sæpe præfertur.*
9 *Electione ecclesias expediri,& intricationes tolli quæ prælatorum ordinationes protelare possent, summè fauorabile est.*
10 *Exceptio quæ sapit purā negatiuā, quæque probari non potest, an sit admittenda.*
11 *Possidere iustè censetur, qui authore prætore possidere cœpit.*
12 *Possessionis commodum quod sit in beneficijs ecclesiasticis.*
13 *Electio prælati ex publico officio ad capitulum spectat.*
14 *Admissus & approbatus semel, an possit posteà reprobari & reijci.*
15 *Idoneitas qualiter spectanda in promotione. & numer.23.*
16 *Mora per lapsum peremptorij an debeat nocere moroso.*
17 *Ad agendum an admittatur, qui repellitur ab excipiendo.*
18 *Exceptio, quæ reddit iudicium nullum, potest opponi post sententiam diffinitiuam.*
19 *Sententia in rem iudicatam non transit, vbi animæ & ecclesiæ periculum vertitur.*
20 *Clerici malum prælatum denunciare coguntur, etiā si id non facere iurassent.*
21 *Exitu bono perfici non possunt, quæ malo inchoata sunt principio.*

QVAESTIO XXXVII. SVPER REG. Mora.

ARGVMENTVM.

AD HANC regulam duæ tractātur quæstiones. Prior disputata fuit per Ioannem de monte Murlo, & est talis. ¶ Statutum episcopi priuat beneficiatos, qui infra mensem titulum institutionis suæ in memorialibus episcopi poni non faciunt. quidam canonici hoc facere omiserant: tamen eis pacifice possidentibus, vacauit ecclesia, & hi prælatum elegerunt. quæritur, an valeat electio.
¶ Secūda quæstio fuit eiusdem, sed prius

est disputata per Aegidium de Confosca rariis,& ante eum per Io. de Deo, qui per errorē etiam bis locauit illam in quæstionibus suis, s.lib.2.quæst.10.& lib.3.quæst. 9.& est talis: Executor datus per papam ad prouidendum Andream, si esset idoneus de prælatura vacante, post peremptorium per eum assignatum canonicis ad opponendum contra literas, vel parū post, cum etiam nullus cōtradixisset, sibi contulit prælaturam, qui tempore longo possedit: nunc coram legato papæ Io. canonicus petit illum remoueri, quia tacuit in literis beneficiū, quod habebat,& quia tunc patiebatur defectum ætatis: excepit ille de lapso perēptorii, de quo supra: quæritur an obstet. Sed Ioan. de Deo, quærebat de episcopo, qui executori talem terminum dederat,& nihil opposuit, an possit illum remouere nunc ætate maiorem, licet tunc minorem. In eadem autē quæstione Ioan. de Mon. inserebat, an procurator habens in genere mandatum ad omnia, quæ requirunt speciale, posset contra electum opponere crimina vel defectus. & quia iste articulus expeditus est per clementin. de procurato. non potest. & quicquid est in allegationibus vel solutione, ex ibi notatis apparet illum prætermitto.

¶Circa primam allegabat Ioann. electionem non valere per sex rationes secundo in contrarium inducebat tres. 4. soluit & contrariis respondet, in fin. solutio roboratur.

PRO PARTE NEGATIVA primæ quæstio
2 nis Constat, quòd episcopi † possunt facere statuta. de
offi. archipresby. c. vlti. in fi. de ma. & obe. si quis vene
rit. supra eo. lib. de consti. c. 2. & tale statutū est iuri cō
sonum: cùm ad episcopos spectet scire, qualiter subdi
ti sua beneficia teneant. & subditi de sua institutione
fidem facere debent: cùm possessio † sine institutione
non sufficiat. de insti. ex frequentibus. supra eod. titul.
beneficium. vbi de hoc. Cum ergo canonici sint priua
ti per statutum licitum, non potuerunt eligere. de ele
ctio. quia propter. in princ. & sic electio per eos facta.
non valuit. supra de neg. prælat. c. pen. & vlti. Secundò
3 sic eligere †, est de fructibus canoniæ. ꝓbatur de elect.
cum Vinton. & no. de constitu. cum M. in glossa. vnde
cis. & vide quod ibi dixi super gl. hic potest. sed malæ
fidei possessor non facit fructus suos. alle. de præbend.
dilecto. in fine. sed vide quod ibi dixi. & tenetur ad re
stitutionem. pro hoc facit de resti. spo. grauis. cum cō
cor. restat ergo, quòd sicut nec alios fructus percipere
debet, sic nec eligere. & quod possessio cum mala fide
non vitiet, patet ex notatis de iure patronat. consulta
tionibus. in gloss. penultima. Tertiò inducuntur iura,
4 per quæ patet, suspensos † eligere non posse. de electio.
cùm inter. i de cousuetud. cum dilectus. de exception.
apostolicæ multo minus poterant hoc priuati, quales
sunt isti facit supra de const. ex literis. gesta igitur per
tales priuatos non valent, cùm habeant authores dam
natos. de hæretic. fraternitatis. Quartò sic: sententia à
5 non † suo iudice lata, non tenet, supra de consuetu. ad
nostram. de iud. at si clerici. cum concor. multo minus
tenere debet electio facta per non canonicū, quia for
tius publica vtilitas versatur in sentētiis, vt infra dice
tur. non valet igitur datum ab eo, qui dare non potuit.
supra de iure patr. quod autem & sic non tenent facta
per falsum procuratorem, id est, qui procurator nō e
rat. supra de procur. in nostra. & sic non teneant facta
per falsum canonicum, id est, qui canonicus non erat.
6 Quintò † dicitur, ꝙ ex contrario sequeretur absurdi
tas, qui est bonus modus arguendi. supra eod. libro. de
præben. dudū. scilicet. ꝙ patris conditionis essent pri
uati & non priuati, & licite & illicite tenentes cano
nias & ꝙ statutum episcopi imponeret legem verbis
tantum. supra eodem lib. de ele. commissa. §. porro. In
ducitur 6. & vltimo. supra eod. lib. de conces. præbend.
quia cūctis. §. adiiciebatur. Item, regula ista: quia istis
morosis mora debet esse nociua, quod non esset, si ca
nonicatus & præbendas & ipsarum iura perciperēt &
exercerent, vt prius.

PRO PARTE AFFIRMATIVA primæ quæ
quæstionis. ¶In contrarium, scilicet, ꝙ valeat electio,
inducitur: quia canonici quiete & pacifice possidebat
suos canonicatus: & communiter habebantur, & repu
7 tabantur canonici. Cuiq; autem electio †, prouisio, vel
præsentatio, satis est probare possessionem eligentis
& prouidentis vel præsentantis. supra de elec. querelā.
de cau. pos. cum olim. de iur. pat. consultationibus. Ista
autem possessio isto casu procedit ex possessiōe cano
nicatus. hanc autem habebant isti canonici. ergo &c.
8 Secundò videmus, ꝙ qui in veritate † iudex non est, vt
quia seruus, vel excoicatus, tamen occultus & ab eccle
sia toleratus, ex quo communi opiniōe iudex habetur,
valet quod per ipsum agitur. de re iudi. ad probandū
3. q. 7. §. tria. ff. de offi. præto. Barbarius. sæpe enim com
munis opinio præfertur veritati. qui fil. sint leg. c. 2. sed
9 quod per † electionem expediatur ecclesiæ, & intricatio
nes tollantur, quæ possent protelare ordinationes eo
rum, hoc est summe fauorabile. iura no. vltra quæ alle
gat de elec. si religiosus. 2. respon. libr. 6. & cle. de electio
10 ne Romani. §. cæterum. Tertio videtur, ꝙ ista † exce
ptio vel oppositio, non sit admittenda. cùm puram sa
piat negatiuam, quæ probari non potest. Circa quod
aduertendum, ꝙ quæstio ista non dirigitur directe cō
tra canonicos, quo casu possent procedere, quæ scripsi
post Inn. & Host. de accu. super his. in gloss. magna. &
quid si obiiciatur, cum ver. sequentibus. sed dirigitur
contra electum, cùm forsan eligentes non sint in causa.
hoc dico etiam propter dec. statuimus. de cōfes. supra
eod. lib. nam positio non potest fieri de hoc electo, cū
de facto alieno, maxime, ꝙ in negatiua cōsistat: sibi cō
stare non possit, & per consequens non cogitur respō
dere, vt ibi no.

SOLVTIO primæ quæstionis. Soluendo dixit,
quòd valebat electio, per vltimo allegata. non obstant
contraria, secundum eum, quæ procedant in intruso,
qui à principio non habet titulum: sed secus in illo,
qui à principio titulum habuit, & superioris authori
tatem. nam licet postea incidat in pœnam priuatio
nis: valent tamen quæ agit, quandiu toleratur, & cre
11 ditur ex primo titulo licite possidere. nam iuste † pos
sidere cēsetur, qui authore prætore possidere cœpit.
ff. de acquir. posses. iuste. hinc est, quod qui à principio
titulum habuit, licet per pœnam iur. priuatus sit, ita
vt beneficium alteri conferri possit: tamen remanet
possessor. super quo vide quod scripsi de exceptionib.
apostalicæ. super ver. amotionis. & propter id posses
12 sione † priuari nō potest, nisi causa cognita, & vocatus
supra eodem lib. de præben. licet. 2. Tantum est posses
sionis commodum, quod ab illa deiici non potest, ni
si causa cognita. quare ergo iuribus canoniæ & posses
sionis commodo, eligendo interim non vtetur? non
obstat §. adiiciebatur. quem allegaui in fin. primæ par
tis. qui loquitur, quando sententia specialis & certa
fertur

fertur in certam & nominatam personam: quia tunc
per sententiam videtur factum fieri notorium. Secus,
quando incerta & generalis est sententia, vt in casu
nostro: quæ fertur maximè in non facientem: licet e-
tiam quando in facientem fertur, posset esse incerta. vt
de constitu. cap. 2. §. j. supra eod. lib. nam si sit excom-
municationis sententia, quæ in tales est lata, commu-
nicatur ei licitè, donec declarati fuerint. & de hoc di
xi de cle. ext. proposuit. hæc regula non obst. quia sa-
tis nocet eis mora. per quam si ad hoc agitur, priuati
declarabuntur. Faciunt etiam pro solutione, quæ scri-
psi post Innocen. & Host. de schis. c. j. de elec. nihil est.
in fi. Hæc solutio satis placet, pro qua bene facit de e-
lec. in Genes. ibi, nec præmisi. & hoc dico, siue dicas
omnes canonicos sic priuatos, siue dicas aliquos tan-
tum ex illis. nam primo casu illi tenent capitulum. Et
13 dicetur, quòd ad † singulares canonicos non spectat e-
ligere ratione publici officij: non tamè negatur, quin
ex publico officio spectet ad capitulum, de quo vide
quod scripsi de consue. cùm dilectus. super glo. suspen
sus. cùm suis remiss. & sic ratione fauoris, de quo su-
pra, & publici officij prædicti, præfertur opinio & pos
sessio, vt valeat electio. si verò dicas aliquos tantum
sic priuatos, siue non priuati scienter istos admiserāt,
siue ignorāter, valet electio. super quo vide quod post
Innoc. & alios scripsi de elec. illa. in glo. magna. vbi &
hoc notandum. & quod no. eo. tit. cum Vinton. in glo.
no. quod. ad secundam quæstionem allegantur ad ne-
gatiuam, Primò pro materia multa iur. coniunctim, &
quatuor rationes Secundò, ad contrarium 5 rationes,
& vna responsio. Tertiò, ponuntur tres diuersorum so
lutiones: quorum vltima approbatur, & contrariis re-
spondetur.

PRO PARTE NEGATIVA secūdæ quæ-
stionis. Nunc priùs, vt omnes prædicti allego ad par-
tem, quòd Ioan. non debeat audiri, qui inducunt. de
accus. licet. & c. veniens. qui ma. ac. poss. cùm in tua. &
quod ibi nota. de probat. licet. vbi de hoc in 2. glos. &
vide quod super ea dixi C. qui accusat. non possess. si ea
quæ. ff. de adult. si maritus. §. si negauerint. C. de inge.
manu. diffamari. Ad idem de except. pastoralis. su-
pra eo. lib. de restit. spol frequens. 3. quæst. 3. offeratur.
de offic. dele. suspicionis. secundò, ille Ioan. tacitè re-
nunciasse videtur exceptionibus, eo quòd requisitus
se non opposuit: & illum pacificè administrare permi
sit, & obediuit sibi vt prælato. facit de offic. delegat.
gratum. & de rescript. ca. fin autem. de his, quæ fi. à ma.
par. ca. ex ore. & semel approbatum, reprobari non po
test. 32. quæst. 5. horrendus. de re iud. quod ad consul-
tationem. eo. tit. quod semel. cùm concor. Tertiò, iste
14 à tempore † institutionis suæ fuit examinatus & ap-
probatus, vt fieri debuit. de elec. innotuit. & cap. nihil
est. vlterius ergo accusari non debet. de pur. ca. cap. si.
de testi. cogend præterea. 8. quæst. 2. dilectissimi. Quar
to habendo respectum ad ætatem, allegauit Ioan. de
Deo, & Aegid. quòd minor institutus expectandus est
vsque ad ætatem legitimam. de æta. & quali. ex ratio-
ne. & c. indecorum. sed iste nunc habet ætatem. & sic
res peruenit ad casum, quo potuit incipere. ad hoc
declaraui de spon. c. 2. & multa prohibentur, quæ facta
15 tenent 30. quæst. 5. §. sed obiicitur. Item idoneitas † at-
tenditur sapientia, non ætate. 84. distin. porrò. & quòd
ætas non impediat, alias dignum. probatur 78. dist. §.
hoc regulare. vbi de Ieremia. Daniele, & aliis in iuuen
tute promotis satis habetur. Quintò, inducitur hæc
16 regula, per quam patet, moram per lapsum † perempto
rij deberé nocere moroso, cui bene concor. de resti. in
integ. coram. vbi patet, quòd post peremptorium de iu
re communi quis non auditur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA secundæ
17 quæstionis. ¶ In contrarium, scilicet, quòd sit † audien
dus, videtur quòd terminus datus per executorem,
fuit datus ad excipiendum, & non ad denunciandum
vel accusandum. vnde accusanti non obstat: arg. de te-
sti. veniens. 2. & cap. causam, quæ. & capit. cùm in tua.
¶ Constat enim, quòd quandoque admittitur ad a-
gendum, qui repellitur ab excipiendo. de accusation.
accedens. & videtur casus, de app. constitutis. 2. in fin.
18 Secundò, exceptio †, quæ reddit iudicium nullum, po
test opponi post diffinitiuam sententiam. suprà, de
probat. licet. de procur. in nostra. de excep. cum vene-
rabilis. sed peremptorium non potest esse maioris vir-
tutis, quam sententia diffinitiua: etiam si dicatur ha-
bere vim interlocutionis. de re. in integr. coram. ergo
19 &c. Tertiò, vbi vertitur † periculum animæ & eccle-
siæ, sententia non transit in rem iudicatam: & appro-
batum potest reprobari. alleg. de re iud. lator. tenor.
consanguinei. & facit quod notatur 35. quæst. 9. in sum.
& § quod autem & vide quod dixi de re iud. in rubri
ca. & per te. ca. lator. super vltima glos. Quartò, licet
Ioan. potuerit illum approbare quo ad se, & suo iuri
renunciare: non tamen quantum ad ecclesiam: immò
20 tenetur † malum denunciare prælatum. 2. quæstio j. si
peccauerit. & c. multi. etiam si iurasset non denuncia-
re. de iure iuran. quemadmodum. & ca. sicut nostris. &
c. peruenit. j. consistit enim ius publicum in sacerdo-
tibus & prælatis. j. di. ius publicum. ergo tacitè vel ex-
pressè illi renunciari non potest. supra. de fo. compe. si
dilige. 11. & bene facit, quod not. de excep. cum eccle-
siasticæ in j. gloss. patientia, ergo si fuerit vitiosa, non
iuuat. 83. dist. nemo. cum ca. sequentibus. Quintò, con-
21 stat illum habuisse † vitiosum ingressum, qui semper
inest beneficiis: vbi deest canonica institutio. supra
eodem beneficium. de instit. ex frequentibus. Et pro-
motus fuit contra concilium de elect. cùm in cunctis.
22 §. inferiora. & non possunt bono † perfici exitu, quæ
malo sunt inchoata principio. 61. distin. miramur. j. q.
j. principatus. & radix infecta, fructum bonum afferre
non potest. j. quæstio. j. fertur. nec talis bene faciendo
purgat vitium. 14. quæst. 5. neque. sed est renunciatio.
de Simon. Matthæus. c. ex insinuatione. non obstante
diuturnitate temporis. de Simo. non satis. cum simili-
bus. Vltimò, quò ad id, quod dicitur de ætate, quòd in
ea dispensari posset, quòd tamen dic hodie, vt de æta.
& quali. accepimus. respondetur, quòd hic non age-
batur de dispensato, nec hoc intendebat papa. de quo
satis vide de schisma. fraternitati. eiiciendus ergo est
iste, qui non prodidit crimen suum. 50. di. ex pœniten-
23 tibus. Et quòd † in ætate inspiciatur tempus promo-
tionis. est casus de elect dudum. j. & facit etiam, secun
dum cap. dudum. & supra eodem lib. de rescript. si eo
tempore.

SOLVTIO secundæ quæstionis. Soluebat & ma
lè Ioan. de Deo, quo ad casum ætatis, illum remoueri
non posse: quia non fuit vitium peccati, sed ætatis.
quod sustinetur à canone, postquam quis eam perfi-
cit, vt præ. cap. ex ratione. & capit. indecorum. vnde à
principio poterat impedire tempore institutionis. &
sic loquitur de elec. dudum. sed postea non, secundum
eum. Aegid. volens sustinere Ioan. dicit, quòd vbi per
electionem eius, ad quem pertinet, fiet talis promo-
tio, ante confirmationem audiretur, vt in dec. dudum.
sed non postea. sed cùm formetur per literas subre-
ptitias, auditur contra eum episcopus: cùm prouisio
fuerit irrita. de rescript. ad audientiam. 2. in fin. &
ibi not. in fin. vltim. gloss. dicit etiam hodie collatio-
nem non valere, per deci. licet can. de elect. supra eod.
lib. loquitur tamen solum in parochialibus ecclesiis:
vt ibi patet. Ioan. de mon. Murlo. simpliciter dixit il-
lum Ioann. audiendum per vltimò allegata. & sic est
tenendum vtroque casu. Cùm literæ & prouisiones
ex illis secutæ, sint irritæ, de beneficio suppresso pa-
tet, de præben. si motu proprio. 2. responso. supra eo-
dem lib. de ætate. patet supra eod. libr. de rescript. si eo

tempore. Quæ prius ad contrarium allegata fuerunt,
non obstant: quæ procederent in electione vel prouisione administranda: vel vbi verteretur proprium vel
singulare interesse nunc se opponentis. sed vt prædixi, promissio ipso iure nulla, quæ de ætate dicitur, non
procedit hodie, per decr. cùm in cunctis. §. inferiora.
& illi antiqui canones si sic simpliciter intelligerentur, innuerent etiam impuberem posse promoueri ad
prælaturam. quod est contra decr. ex ratione. ad c. indecorum. responde, vt ibi not. ad reliqua responsum
per argumenta secundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an sola voluntate iurisdictionem à se abdicare possit. 3. 4.*
2 *Iudicandi officium & munus, necessarium & personale.*
4 *Iudex abdicata delegatione, an eam reassumere*
5 *possit. 6. 11.*
Renunciare potest honori, non itidem oneri. & numer. 9.
7 *Delegatus, an abdicet à se iurisdictionem subdelegando. 8.*
10 *Beneficiatus suo beneficio quomodo renunciare possit.*

QVAESTIO XXXVIII. SVPER REG. Mutare.

ARGVMENTVM.

PRINCEPS delegauit causam duobus, cum clausula, quòd si ambo, alter ipsorum delegationi renunciat, quæritur an ipsum de hoc poenitentem collega teneatur admittere.

Ad affirmatiuam primò, & ad negatiuam secundò inducit Ioan. tres rationes, quæ postea fortificantur. & ad illas addi 3. ponitur eius solutio. quæ reprobatur, & contrariis respondetur.

PRO AFFIRMATIVA. Quòd igitur sit ad-
1 mittendus, videtur: quia fuit † iudex: nec sola voluntate desiit esse: de rescrip. sciscitatus. nec potuit à se iurisdictionem abdicare. ff. de offi. præsi. ligatus. Idem, aut ipse iudex renuncians errauit, aut non errauit. primo casu corrigat errorem. 35. q. 9. quòd quis de ele nostri. de accusa. qualiter. j Secundo casu, quando non errauit, sed casu hoc fecit, ex quo cessat causa, dicit admitti: volens & valens interesse. de app. cùm cessante. Item quia repudiat alio substituto vulgariter, re integra poenitet. C. de repu. hered. l. fi. facit de elect. in causis. secundum Io. de Deo. Ad hoc vltimum facit de offic. deleg. quanuis. libr. 6. vbi delegatus subdelegans causam etiam in totum, re integra poenitet. ff. de cessi. bon. l. is qui. j & multos tales casus, vbi re integra poenitere licet, not. habes. ff. de vacat. mu. prætor. Adiu-
2 uando † primum, certum est, quòd officium iudicandi, est munus necessarium & personale. ff. de mu. & ho. l. fi. §. iudicandi. vnde dicit lex. qui non habet excusationem, etiam inuitus iudicare cogitur. ff. de vacat. mu. l. prætor. § qui non habet. delegatus ergo hoc munus à se nõ potuit excutere. facit de regularibus cùm virum. de renun. nisi cùm pridem. in fi. & pro tanto dicitur onus. eo. tit. de offic. deleg. pastoralis: in princip. ibi, exonerare. de offic. or. pastoralis. §. j. ibi, In onere
3 & honore. sequitur † ergo, quòd si renunciare non potuit, illud licitè reassumit. ad hanc partem satis facit de procur. licet. lib. 6. vbi procurator non obstante repudiatione, reassumit officium, domino in eadem voluntate manente. ex quibus concluditur, renunciantem, quem poenitet. per collegam admitti debere.

PRO NEGATIVA. ¶ In contrarium dec. prudentiam. eod. titul. de offic. deleg. §. adiicimus. æqui-
4 parat nolle & non posse, quo † ad potestatem in collegam transferendam, ex euentu conditionis: quodcunque: igitur istorum mouerit illum ad renunciandum, patet solum collegam esse iudicem, ergo non tenetur poenitentem admittere. Item, iudicare, honor est: de app. vt debitus. C. quando prouo. non est ne. l. omnem
5 honorem. † honori autem renunciare quis potest. de elect. dudum. j. & cap. cùm dilectus. 7. quæst. j. quàm periculosum. nec inuitus crescere cogitur. 74. distin. gesta. & quod renunciare possit delegationi, patet, quia si pronunciaret, se iurisdictionem non habere, eam nõ reassumit etiam de consensu partium. probatur eod. titul. de offic. deleg. significantibus. & sufficit ex vi clausulæ: nequiueritis, aut volueritis. quod semel noluit. facit quòd distinguitur electio de, voluero & volam. ff. de verber. obligat. si quis stipulatus. secundum Ioan. de Deo. Ad vltimum bene facit, quòd not. in præ. decre. licet de procurat. suprà eod. lib. l. j. §. qui semel. ff. de success. edic. ad quam concord. ff. quis ord. in bonor. possess. ser. l. penult. j. responso. ff. de minori. quòd si
6 minor. §. Scæuola sic ergo per repudiationem † translata tota iurisdictio, saltem quo ad exercitium in collegam, ita quòd ipse renuncians illam resumere non possit, inuito collega. facit de appel. cùm appellationibus. lib. 6. Et quod voluntate abdicatur iurisdictio, probatur, de appel. ab eod. lib. 6. ibi, expressè denegat. & hoc titul. de offic. deleg. cùm plures §. j. libr. 6 ibi, si nollet. ad quod bene conuenit. eod. lib. de procurat. si duo. ibi, prosequi fortè nollet. & de loco. potuit. nolle se emere dixerit. sicut ergo in decre. ab eo. perdit exercitium iurisdictionis, hoc ipso quòd apostolos denegat. In decre. cùm plures. perditur & transfunditur in collegam hoc ipso, procedere non vult. concluditur i-
7 dem in casu nostro. Item † certum est, quòd delegatus abdicat delegationem à se, subdelegando totam. hoc titul. de offic. deleg. super quæstionum. §. porrò. & capitul. quanuis. eod. titul. lib. 6. si hoc facit post susceptam delegationem, fortius hoc facere potest ante susceptam. de translat. capit. 2. de testa. Ioannes. ex quibus concluditur, quod collega ipsum poenitentem nõ tenetur admittere.

8 SOLVTIO. Ioannes dixit, quod desiit † esse iudex renunciando. etiam dilusorium esset, quod quis iurisdictionem resumere posset. hoc dicit per decreta. cum super. eodem titu. nam si ibi non posset cognoscere, vbi tacite confitetur se non forte posse: fortius non poterit, vbi expresse renunciat. Idem dicit per præ. decret. significantibus. Nam si illi quilibet male pronunciant se non iudices, non resumitur, fortius nec iste, qui renunciauit expresse. secũdum Ioan. de Deo. Mihi non placet hæc solutio. & aduerte, quod prima facie satis æquum videretur distinguere, an in rescripto sit expressa clausula: aut volueritis, aut solum quo ad potestatem collegæ subintellecta, vel inclusa per interpretationem illius §. adiicimus, vt primo casu, quo expressum est: aut volueritis. ex sola voluntate. de voluntate principis delegantis (& hoc soluit contraria) iste renunciare legitime possit: & statim collega fit iudex. & hanc distinctionem præcise putarem veram, vbi hæc clausula adiiceretur iurisdictioni, non exercitio tantum. vt si dicatur, delegamus causam Andreæ qui si suscipere noluerit, delegamus Ioanni, vt tunc faciant notata in prædicta decret. licet. de procurat. sed cum in casu nostro ex stylo solito non iurisdictioni, sed eius exercitio adiiciatur clausula, scilicet delegamus causam vobis Andreæ & Ioanni, si ambo nolueritis interesse, alter procedat. patet quod ex vi clausulæ non habet opinionem deponẽdi ad delegationem: sed solum ex vi eius, eo volente defertur eius exercitium in

in collegam.ex quo concludo, quòd licet nolit interesse,remanet delegatus causæ:nec à se abdicare potest expresse per renunciationem.per iura prius allegata, & maximè per l. legatus. & §. iudicandi. & §.qui non habet.sicut ergo clausula:non poteritis, intelligitur, quandiu poteritis.vnde collega, qui socio impedito processit,hunc nunc potest iure admittere.ad hoc eodem titul.coram.sit collega qui socio volente processit, ipsum nunc volentem tenetur admittere, vt æquè intelligatur:si volueritis,id est,quãdiu volueritis.fortius autem hoc cum clausula: aut volueritis.non est expressa,sed subintellecta per interpretationem. §.adiicimus. cùm tunc nolens quandiu non vult, peccet, & se redargutioni submittet, vt ibi. & per hoc patet, non curandum,an res sit integra,vel non:cùm hic nõ vertatur bursale interesse iudicis,nec quæratur de reuocatione potestatis traditæ à reuocante:vt in decre. in causis. & per id melius seruetur intentio delegantis.vt in decre.prudentiam.Et per hoc respondetur ad id,quod dicitur, posse partis interesse respectu arbitrariorum, in quibus potest esse iudex gratiosus, eodem titul. de offic.deleg.consuluit.& respectu expensarum,ad quas partes quandoque tenentur.de rescrip. statutum.§ insuper.lib.6. Quod enim non fiat gratia, non venit interesse,& potest id non esse. & ponderato statu commissionis,partium conditio nõ est deterior. sicut dicitur de conditione dotis ff.de pact.l.si vnus.§. pactus. ver.quod si non vt tolleret.& per hoc soluitur regula,quod semel.per regulam istam.ad id,quod di-
9 citur,quòd renunciari † potest honori. respondetur fateor,sed non oneri,quale hoc est,vt probatum est primò. Ad id quod dicitur huic omninò posse renunciari,fateor tacitè, sed non expressè per viam renunciationis, vnde renunciatur per negocium apostolorum,per dationem delatoriorũ, per relationem, per interlocutionem inter partes,per subdelegationem totius,re non integra ex potestate iuris. & sic ex voluntate principis.& sic soluitur hoc vltimum per illationem grauaminis,à quo appellatur, vt probant iura al-
10 legata.sic beneficiatus non † renunciat expressè,nisi in manibus eius,à quo tenet.de renunci.admonet.& tamen renunciat tacitè per confessionem religionis,vel committendo culpam : per quam fit ipso iure priuatus.& super hoc vide,quod not.de foro comp. si diligenti.in gloss.penult. in decre.cùm plures.dati insolidum,& fine clausula,quòd si ambo. In decret.cùm super.non ex sola voluntate,sed ex grauamine,quod intulit,à quo fuit appellatũ, impediebatur iurisdictio.
11 & sic concludo † ipsum pœnitentem admitti debere. fateor tamen quòd donec appareat pœnitentia vel voluntas immutata,ex quo renunciauit delegationi, cùm per hoc videatur innuere se nolle in aliqua parte causæ interesse vlterius,per collegam requiri non debet. sed non sic, si simpliciter dixisset, se nolle certo actui interesse.patet ratio,de do.& con.eum qui.lib.eod.ex textu & gloss.

SVMMARIVM.

1 *Constitutionum ignorantia,an quem iuuet,vel excuset.*
2 *Locus arguendi ab etymologia.*
3 *Lex vnde dicatur.*
4 *Constitutio siue lex an scripturam requirat. Rescriptũ an item.Et quid de priuilegio,5.6.10.15.18.19.*
7 *Sententia diffinitiua causarum , an scripturam requirant.*
8 *Ius scriptum distinguitur à non scripto,vtroque iure.*
9 *Lex dictanda,recensenda & approbanda est,antequam promulgatur.17.*
11 *Decreta sedis Apostolicæ,non scripta etiam, an seruanda.*
12 *Scriptura in quibus casibus expediat quidem adhiberi,non tamen necessaria est.*
13 *Legis & canonis diffinitio quæ.& nu.14.*
19 *Legẽ scribi,an referat potius,quàm consuetudinẽ.*

QVAESTIO XXXIX. SVPER REG. Non potest.5.

ARGVMENTVM.

AN lex vel constitutio legati vel episcopi,non scripta,prohibẽs aliquem actum, & contra facientem excommunicans,valeat, ita quòd contra faciẽs excommunicatus sit.

Ad negatiuam sex rationes inducẽtur.quarum prima triplicem impossibilitatem explicat,vt obstet,hęc regula ad affirmatiuam inducitur. tum ponitur concors solutio prædictorum trium disputatorum & qui cum illis concordant.subditur opinio & æquitas contraria,& improbatur dictum Stephani.

PRO PARTE NEGATIVA.Coaptatur autem quæstio regulæ : quia impossibile videtur secundum naturalem cursum rerum , vt loquar cum decret.bonæ memoriæ.j.de elect.§ porrò.& cum decret.
1 quoniam contra.de proba.in prin.constitutiones † nõ scriptas,menti teneri & sciri per eos, quos ligare debet, maximè cùm in se sint perpetuæ, & perpetuò ligent.25.quæst.j.quæ ad perpetuam.j. quæst.2. ca.j.& 2. de constitutio.c.2.& vltimo.& ignorantia illarum nõ excusat.vt ibi.& sic esset inijcere laqueum subditis à statuentibus.contra id 27.quæst j.de viduis.constat enim,quòd per cursum longi temporis veritas obscuratur. 12. quæstio. 2. longinquitate. & propter hoc perpetuo seruanda rediguntur in scriptis supra eod lib. de re iudicata.abbate.concor.de testi.A.bericus. & c. significauit.Secundo impossibilitas ostenditur : quia hi,qui debent constitutioni consentire, debent subscribere,vel subscribi.86.distin.c.j.versic. ista scriptura.cum sequen.supra de his quæ fiunt à præla.c.j. & c. quanto. Impossibile autem est eos subscribere , vel subscribi,si ex constitutione scriptura non fiat.facit de desponsa. impuber. ad dissoluendum. cum concor-
2 dantiis.Tertiò,illam licet † impossibilitatem ostendere.per nominis etymologiam , à qua licet arguere.16. quæstio j.si cupis.12.quæstione prima.clericus.de præbendis cum secundum.qui filij sint legitimi. per venerabilem.versicul. Sane. Sed, vt dixit Isidorus quinto
3 Etymol.lex † dicitur à legendo. Legi autem non potest,nisi scribatur . ergo nec lex nominari potest, cùm nomina debeant esse consequentia rebus. institut . de donation.§.est & aliud. Quid vltra?nonne textus dicit,quòd lex est constitutio scripta?prima distinction. lex est. Cum ergo diffinitio det esse rei,ergo &c.multi textus probant idem.supra de præsumptionibus.scribam 4.distinction.erit.in fi.ibi,pro communi ciuium vtilitate scripta.19.quæstio.2.duæ sunt.in princi in authentic.vt factæ nouæ consti. post princip.colla.5.ibi,si scripta fuerit huiusmodi lex.faciant.de senten.excom. nouerit.& c.grauem.vbi de libris deleri iubentur sta-
4 tuta. Concluditur ergo † ex impossibilitate vel difficultate, ex legis diffinitione, vt per diuersos textus,in constitutione requiri scripturam.Secundo, quod scriptura sit de esse legis,etiam constitutionis ordinamẽtum ab origine omnis iuris.& primo de veteri & nouo testamento constat,quod primus legislator volens populo leges dare,illas pro primo, digito scripsit in lapideis tabulis,Exod.31. in fine. & demum in ligneis, Deuterono.10.in princip.& canon dicit , quod Moy-

ses primus gentis Hebrææ legem populo sacris literis
explicauit. 7. distinct. Moyses. & Exod. 24. in princi-
pio, scripsit Moyses omnes sermones domini. si ergo
primus legislator, cuius actio, nostra est instructio 2.
quæst. j. Deus. legem dedit scriptam: omnis ergo legem
condens, idem facere debet. Probatur idem in nouo
testamento, in quo Christus digito scripsit in terram,
Ioann. 8. & habetur tertia, quæstione septima. postula-
tus. id, per quod legem dedit, criminosos ab accusa-
tione & in iudicio repellendos, vt ibi patet. Idem per
iuris ciuilis originem, quod ius fuit scriptum in 12. ta
bul. vt habetur. ff. de origine. iur. l. 2. post princip. qua-
rum qui fuerint authores, habetur. 7. distinct. fuerunt.
Item, vt per solam scripturam habeatur iurium certi-
tudo, subscriptione & sub bulla mittuntur. C. de iu-
sti. co. com. l. j. ad fin. & in procemiis vlti. & clement.
ad fin. & in authentic. vt diui iuss. subscript. hab. col-
la. 8. in princip. Concluditur ergo ex origine iuris di-
uini & positiui in constitutionibus scripturam neces
sariam. Tertiò, idem arguitur ex mandatis, princi-
pum rescriptis, & priuilegiis. Nam vt notat Accurs.
C. de manda. princip. super rubrica, mandata princi-
pum, sunt constitutiones speciales. & in illis requiri-
tur scriptura. eodem titul. l. vna. de hoc 97. distinct. no
bilissimus. nec posset probari per testes de hoc. de pri
5 uileg. cùm olim. j. vt ibi patet. Idem † in rescriptis,
quæ etiam habent vim constitutionum inter eos, in-
ter quos conceduntur, vt dixi super rubrica de rescri
6 ptis. Idem in priuilegiis † quæ sunt leges priuatæ. 3.
distinct. priuilegia. & de eis iudicare non potest, nisi
per inspectionem ipsorum. de priuilegi. porrò. eodem
titul. cum personæ. supra eodem libro. de hoc tamen
vide, quod dixi supra in procemio huius libri, super
versicul. transmittimus. Concluditur ergo, etiam in
constitutionibus scripturam necessariò requiri.
7 Quartò patet, quòd sententiæ diffinitiuæ † causarum,
ius faciunt inter partes. de re iudica. cùm inter. de-
bent autem fieri in scriptis, aut non valent. supra eo-
dem libro, de re iudica. cap. vltimo. cum concordan.
Certè graue est dicere, quia cùm diffinitio vnius cau-
sæ necessariò requirat scripturam, constitutio, per
quam innumerabiles diffiniuntur, & subditi puniun-
tur, scriptum non requirat. Per eundem modum in-
ducitur decreta. supra eodem libro. de censib. Roma-
na. §. postquam. cum casibus ibi notatis. longè enim
maior æquitas hoc casu requirit scripturam, quàm in
illis. & ibi ponit textus causam scripturæ, vt possint
aliis esse nota. Si omnibus illa specialis diffinitio no-
ta esse debet, ea ratio fortius vrget in constitutione
generali, maximè pœnali.
8 ¶ Quintò constat, quòd differentia rei † apparet ex
eius forma distinctiua legis à consuetudine non scri-
pta. Vtrunque enim ius canonicum & ciuile, distin-
guit ius scriptum non à scripto. Primum vocat legem
secundum consuetudinem. prima distinctione, capi-
tul. 2. cum tribus sequentibus. institut. de iure natura-
li, gent. & ciuil. § sine scripto. & lex de consuetudine
loquens, dicit eam tantæ authoritatis, quòd non est
necesse illam scripto comprehendi. ff. de legi. diutur-
na. & l. sequen. immò per id aut directè designat. illam
aduersari in hoc legi. Concluditur ergo, scripturam
esse de esse & forma legis & constitutionis. Sextò
& vltimò, singulariter inducitur l. humanum. C. de
9 legib. vbi patet apertè, legem † primo modo dictan-
dam per eos, quibus commissum fuerit, postquam di-
ctata est, iterum recensendam, & si approbata fue-
rit, demum per principem promulgandam. Si hoc in
principe, fortius in aliis. facit de consecratione. di-
stinct. j. basilicas. supra de pœnitent. & remiss. cùm ex
eod. in fine. supra eodem libr. de rescrip. capitul. vltim.
C. de legib. digna vox. Concluditur ergo constitutio-
nem non valuisse, & per consequens facientem con-
tra non excommunicatum.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. ¶ In con
10 trarium, quòd † scriptura non sit de esse legis vel con-
stitutionis, vel de ipsius substantiali forma, induci-
tur supra eodem lib. de iureiurand. c. j. in fin. j. respon.
11 ad idem 25. quæstio. 2. Institutionis. vbi dicitur, † de-
creta sedis apostolicæ scripta vel non scripta fore ser-
uanda. & ad hoc quod ibi no. ad idem. j. quæstio. 7. si
quis omnem ecclesiasticam traditionem scriptam, vel
non scriptam violauerit. fac. decret. dudum. de sepul.
in cle. ad fin. versicul. nos etenim. vltra hoc videtur ca
sus, supra eodem lib. de renunc. cap. j. dicimus, quòd si
constitutio Cælestini, de qua ibi Bonifacius loquitur,
fuisset scripta, æstimandum est, quòd ipsius tenorem
posuisset, ne testis esset in facto proprio. Secundò sic
multi casus sunt, in quibus scriptura requiritur de ex-
12 pedienti, non tamen † de necessario. vnde valet actum
sine scriptura. hoc patet in licentia clerici, quòd pos-
sit alibi celebrare. 21. quæstio. 2. cap. j. 71. distinct. extra-
neo. sufficit tamen, si per alias probationes constat. de
cleric. peregrin. tuæ. Idem in licentia, quòd possit cle-
ricus ab alio episcopo ordinari. 19. quæst. 2. duæ sunt.
de offic. archid. significasti. sufficit tamen, quòd aliter
de licentia constet, nisi in casu. supra eodem li. de tem-
por. ordin. c. j. Idem in professione monialis. 27. quæst.
j. omnes fœminæ. quæ tamen tenet sine scriptura. ead.
quæst. sciendum supra de regula, vidua. Idem in sen-
tentia excommunicationis, de qua hic loquitur, quòd
quælibet ferri debeat in scriptis. supra eodem libr. de
sentent. excommun. cap. j. aliter tamen lata, ligat: licet
proferens, pœnam incurrat, vt ibi notat. in gloss. vt
quia. Speciales ergo sunt casus, à iure expressi, in qui-
bus omissio scripturæ vitiat: inter quos ista descripta
non inuenitur. per quod concluditur, quòd licet vti-
le & expediens sit constitutionem scribi: non scripta
tamen, valet, & constituentis subditos ligat. Tertiò
13 inducitur † legis & canonis diffinitio, quæ talis est:
lex est, quod populus Romanus senatore & magistra-
tu interrogante, veluti consule, constituebat. Institut.
de iur. na. gen. & ciuil. §. lex est. vel, vt dicitur. ff. de leg.
l. j. lex est commune præceptum, virorum prudentium
consultum: delictorum, quæ spontè vel ignoràter con
trahuntur, coertio, rei publicæ communis sponsio.
Canó verò est idem, quod regula. sed Regula est, quæ
rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Cùm ergo
diffinitio det esse rei, & in his nó exprimatur scriptio.
ergo scriptum non est de suo esse: alias esset insuffi-
ciens diffinitio. in qua substantiale fuisset omissum.
14 Quartò adducitur † lex prima. ff. de constitu. princip.
vbi patet id, quod principi placuit, legis habere vigo
rem, & ibi subditur legem esse. quod princeps per epi-
stolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens de-
creuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præce
pit. Et canon dicit, quòd lex est omne id, quod ratione
consistit. j. distinctio. consuetudo. satis est. ergo, quòd
subsit præceptum, vel ratio: licet scriptura desit. ff. de
legib. de quibus versic. nam cùm ipsæ.

SOLVTIO. ¶ Omnes prædicti Ioann. de Deo.
Stephanus Polonus, & Guido tenuerunt constitutio-
nem † non scriptam tenere: & per consequens contra
facientem, ad cuius notitiam peruenerat, excommu-
nicatum esse: licet Stephanus fateatur sententiam in-
iustam, & proferentem incurrisse pœnam dec. primæ.
supra eodem lib. de sentent. excommu. vide quod di-
cam in fin. & dictum Ioan. de Deo, posuit Guil. in Spe-
cu. de legato. §. finitus. versicu. sed pone. legatus. Idem
tenuit Ia. de ra. vt recitat Cyn. in pra. l. j. C. de legi. se-
cundum quem non obstat illa diuisio: quæ dabatur,
quòd ius aut ex scripto, aut ex non scripto. illa enim
diuisio est subiecti ad accidens. sicut ibi, hominum
alius albus, alius niger: Nec enim obstat, quod ibi se-
quitur de authoritate consuetudinis. Illud enim in-
tendit

tendit lex, quod consuetudo & per frequentem vsum ab omnibus facta non est necesse quòd scribatur. sed legem †scribi oportet, vt verificetur per omnes popu-
16 los: non quòd scriptura sit de suo esse, sed est necessaria ad scientiam inducendam: quia scientiam, non ignorantiam, volumus obligari. C. de tabell. l. generali. lib. 10. & sic fit in constitutionibus authenticorum in fin. titulorum. & propter hanc causam in scriptis redu citur, vt alleg. l. humanum. ad quam †etiam alij respon
17 dent, quòd licet ibi dicatur, quòd dictari debeat & recenseri, id potest esse verbotenus, & sine scripto. Dicebat ergo Iacobus, quòd dato, quòd de constitutione canonica vel ciuili non esset scriptura, ligaret nihilominus scientes: quia qui certus est & c. hoc eod. titul. cum, qui certus. cum concor. Non obst quod de diffinitiua allegatum est quartò, quia illa minoris authoritatis est, quàm lex. Petr. de bel. dicit, quòd non esset pactum differentiæ, quod scriptura sit de esse legis, per præ. l. humanum. facit quod no. in præ. l. j. C. de legi. & supra de postu. præ. c. j. de interpretatione principis, quæ est generalis & necessaria & in scriptis redigenda. Multum æquitatis habet vltimum dictum, & licet non resistam solutioni prædictæ, cui nec aperte resistunt Guliel vt supra, nec Petrus: tamen hoc assero, quòd si princeps omnem necessitatem scripturæ
18 †imponeret constitutionibus inferiorum, ita quòd aliter non valerent, nisi de scripto promulgarentur, fal sum dixissent: quia successores ligare non possent. supra eodem lib. de rescrip. c. fin. cum concord. & sic respondetur ad decret. primam. de renun. & ad alia plura iura. hac etiam ratione ad prima tria, quæ pro parte priori superius allegaueram, non respondeo. nec me etiam vrget responsio, quæ datur ad id, quod de diffinitiua dicitur, nisi cùm profertur à principe. Ad decla
19 rationem tamé eius, quod in principio solutionis †dixi, sciendum, quòd si verum est constitutionem tenere, scienter contra faciens excommunicatus est: & excommunicatio ista iusta, nec aliquam pœnam incurris statuens. & in hoc improbo quod dixerat Stephanus. decret. cùm medicinalis. in sententiis locú habet. quæ ligant præteritas culpas & vide quod ibi dixi super glos. vt quia. & gloss. per hoc. non in constitutionibus, quarum proprium est ligare culpas futuras. de constit. c. 2. & vlt. & differétias inter ista collige ex no. de senten. excom. à nobis. j. & eo. lib. & tit. Romana. §. j. & §. caueant. & supra eodem lib. de consti. c. 2. 2. resp. in secunda gl. Si verò diceremus constitutionem non tenere, tunc nec ille côtra faciens ligatus esset, nec statuens pœnam incurreret, cùm ex cõstitutione quę nulla est, ligari non possit. & constat accessorium sequi naturam principalis, vt eodem tit. accessorium.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fisci, residuum salarij transmittit ad heredes.*
2 *Consuetudinis facultas, vis, & authoritas. & num. 3. 4.*
5 *Quæ fiunt contra ius, habens perpetuam prohibitionis causam, non tenent.*
6 *Consuetudo iuri contraria, an valeat.*
7 *Consuetudo an scientiam Principis requirat, an ex sola tolerantia inducatur.*
8 *Consuetudo an tribuere possit, quòd viri ecclesiastici de fructibus suorum beneficiorũ testentur. 9. 11.*
10 *Laici suarum rerum proprietatem habent, non clerici.*
12 *Consuetudinis verbum simpliciter prolatum, intelligitur de præscripta consuetudine.*

QVAESTIO XL. SVPER REG. Nemo potest plus iuris.

ARGVMENTVM.

CONSVETVDO Mutin. ecclesiæ permittit canonicos testari de fructibus præbendarum suarum percipiẽdis post mortem, vsque ad annum, quæritur an valeat.

Primo ad affirmatiuam allegat Guido duas deci. antiquas, & opinio. 7. doctorum. quæ quibusdam iuribus & tribus rationibus adiuuatur. addo duos doctores. 92 regulas, & quatuor rationes. Secundò in contrarium inducit 5 rationes: ad quas addo duas. Tertiò, ponitur ipsius solutio, & responsio ad contraria. Vltimò ponitur contraria solutio, & efficax contrariorum responsio: & meæ solutionis per ius nouum approbatio.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quòd valeat consuetudo, patet ex antiqua decre. ad hæc. 2. posita in prima compil. de testamẽtis. & ex decre. j. eo. tit. in compil. 2. in quibus hæc consuetudo videtur approbari. per quas hic tenebant Hugo & Lau. 12. quæst. 2. alienationes. & facit quod nota. 12. quæ. 5. in summa. Innoc. & Ostien. de testa. cùm in officiis. in princ. magnæ gloss. hic etiam tenebat Tan. in præ. decre. ad hæc per id, quod dicitur de vasallo decedẽte post cal. Maij, ante cal. Octob. in lib. feud. titu hic finitur lex. deinde consuet. regn. incipit, ca. si vasallus. & ff. de vsufruct. l. defuncta. & ibi nota. Item Ala. dicens in præ. decret. j. de testa. quòd cùm clerici personis priuilegiatis comparentur, tolerabiliter consuetudo. ad instar aduocati
1 †fisci, quòd residuum salarij transmittit ad heredes. C. de aduo. diuer. iudic. post duos. Tantorum ergo doctorum opinionibus fulcita consuetudo, videtur toleranda. Ad quod facit, quod de authoritate & potentia
2 †consuetudinis dici solet. de consue. c. fin. & bene facit. de donat. cæterum. de testa. relatum. 2. Item consuetudine percipere potest canonicus absens fructus præbendæ suæ: vt not. de constit. cùm omnes. de elect. dudum 2. gl. pen. quod cùm est contra ius, vt patet de cleri. non resi. conquerente. & c. inter. de appel. peruenit. sic & hoc maximè, cùm mortuus etiã dicatur abẽs se. de offic. deleg. si delegatus. supra eo. lib. ff. de verbo. sig. mulieris. §. fina. Nam consuetudo dat iurisdictionem, & liberiorem tribuit administrationem. de foro competenti. cùm cõtingat cum concor. ff. quod vi aut clàm. prohibere. § non tãtùm. vnde per eam solus prælatus præsentat & instituit. quod alias deberet de iure cum suis canonicis facere. de his, quæ fi. à præla. ea no scitur. in fin. de regula. c. finali. ne sed. va. c. vno. lib. eo.
3 Et quòd †ecclesiarum consuetudo sit seruanda, probatur 12. distin. illa. de conces. præb. ex parte. in fine. & vide quod ibi scripsi, post Ostien. per quæ concluditur constitutionem valere, secundum Gul. paucis interiectis oppositionibus prius dictis. iunge Phil. & Goffr. qui not. idem de præben. significatum. vt ibi scripsi. facit pro hac parte de consue. cùm dilectus. de verb. sig. abbate. vbi cùm longe maiore onere ecclesiarum procedit consuetudo. ad idem. supra eodem lib. de cõsue. c. 3. plus ad propositum. eod. tit. c. fi. vbi consuetudo impedit plus quàm in casu nostro profectum casu successoris. nec mirum, quia impedit effectum nouæ constitutionis. de consue. c. j eod. lib. & effectum reuocationis papalis. de præbend. si is cui. eod. lib. Item videas,
4 quòd †nedum vnius, sed etiam omnium canon. seruitium impedit consuetudo, per cessationem diuinorũ. de offic. or. irrefragabili. §. cæterum. & ca. si canonici. supra eod. tit. & eo. lib. optimè facit de rescrip. si propter. eod. libr. per quam patet, quòd de consuetudine fructus primi anni possunt deberi, etiam singulari personæ & in mortuo vel ipsius herede, vel legatario. Ad

idem de rescrip.eam te.supra eod.lib.de consue.c.j.de
præb.quia sæpe.eo.lib.per quæ patet,quòd consuetu-
do vnius ministri, seruitium magis subtrahit ecclesiæ
faciendo,quam duplicem ferendo.scilicet, vt habeat
dignitatem & canoniam.ad idem de præbend.cùm in
ecclesia.eo.lib.per quam patet, quòd etiam perpetuò,
nedum ad tempus, præbenda & fructus ipsius deberi
possunt non canonico.de offic.ord.præsenti.de ele.ge
nerali.eo.lib.per quæ concluditur pro hac parte.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶In contra-
5 rium † inducitur, quòd quæ fiunt contra ius habens
perpetuam prohibitionis causam, non tenent 10.dist.
vides 25.quæst 2 imperiali.de fo.compe.si diligenti.C.
de leg.non dubium.Sed constat iure prohibitum,cle-
ricos testari de bonis ecclesiæ.12.quæst 5 § 1 & cap.j.2.
& 3.de testa.c.cùm in officiis & c.ad hæc. & cap.quia.
ergo prætextu consuetudinis testamentum valere nõ
potest: cùm talis consuetudo grauamen inducat ec-
clesiis:de consuet.c.j.& sic non potest iuri scripto de-
rogari,cùm sit irrationabilis, & sic impræscriptibilis.
eod.tit.c.fin.& facit quod no.xj.distin.in summa.cap.
j.Secundò,hæc est † consuetudo omni iuri contraria,
6 & sic non valet.de iudi.clerici.de probat.ad nostram.
de iura.cal.cæterum. de elect.cùm causam.de re iudi.
cùm causa.de consue.ad nostram & cap.cùm inter.&
c.cùm venerabilis. Tertiò,ad quæstionem facit,quod
scripsi post Vincen.de testa.ad hæc.vbi not.quòd con
suetudo generalis non excusat clericos dantes in mor
te omnia mobilia parentibus.facit etiam 12.quæst.j.e-
piscopi de rebus & quod ibi not & quod dicitur, cle-
ricos comparari vsurariis.de hoc de pecu.clemen.c.fi.
Quarto,decretales antiquæ compi.superius allegatæ,
inquantum remotæ sunt,adiuuant hanc partem,cùm
videlicet iniquæ per Grego.& Raymund. fuerunt re-
secatæ,& ipsa eadem decre.ad hæc.fatebatur consue-
tudinem non esse consonam rationi, & sic fuit extir-
7 panda.68.dist.chorepiscopi. Quintò, ad † roboratio-
nem consuetudinis inter alia requiritur,quòd de sci-
entia principis induct. sit, non ex sola tolerantia.ad
hoc de præbend.cùm iam dudum. & nota.8.distinctio.
frustra. allegans, illud probat, & nisi probet &c.per
quæ concluditur consuetudinem non valere, secun-
dum Guido.multum facit pro hac parte de cleri.non
resi.cap.vno.li.6 & de testa c.2.& quod not.supra eod.
8 lib.de offi ordi.præsenti si enim vix † consuetudo tri-
buit testari de perceptis,multo minus de percipiẽdis,
cùm enim ius canonici & eius titulus extinguatur per
mortem,ergo quod non habet,in alium transferre nõ
poterit,per hanc regulam.Item statutum,per quod mi
nuitur cultus diuinus non valet.de constit.ca pen.er-
go nec consuetudo,cùm hæc æquiparentur. eod. libr.
de consti.c.j.de iureiur.c.j.lib.eodem. cum simili.per
quæ concluditur,vt suprà.

SOLVTIO. ¶Dicit Guido,vltimis allegationi-
bus standum.ad quod etiam inducitur de his, quæ fi.
9 à præ.pastoralis.alle.in prin.vbi dicit,prouentus † ec-
clesiarum debere conuerti in stipendia ministrorum.
sed ministri non sunt, qui non seruiunt ad hoc de fil.
presbyt.proposuit.j.quæst.2.ca.fina.12 quæst.2.conces
so.16.quæst.j.generaliter.Si ergo ipsi iidem non seruiẽ-
tes,non possent illos percipere: multo minus ad alios
transmittere, vt in ista regula. inducit etiam in præal.
decre.cęterum.de don.inquantum dicit,consuetudo,
quæ sacris canonibus non obuiet.per quod respondet
ad alia contraria, s. quòd loquuntur de consuetudine
non improbata.Item decret.cęterum. loquitur in vno
donante,non in testante & vt dicit ad cõsuetudinem,
quę sit contra ecclesiasticam vtilitatem,non obligaret
etiam iuramentum.de his,quę fi.à ma. part.cap.j. Ad
opiniones contrarias respondet,quòd à iure non pro-
bantur.& leges inductę loquuntur in laicis: quorum
10 est † proprietas,quod non est in clericis.12.quęst.j.not

ecclesiæ.de præben. ratio. hic autem vt in suis repor-
tationibus patet,tenebat.de testa.relatum.2.vers.licet
autem.in fin.huius solutionis contrarium teneo,pri-
morum opinionem sequendo per præ.decr.si propter.
de rescrip.lib 6. & iura post eam allegata in fine pri-
11 mæ partis cum huic consuetudini † ius nedum anti-
quum,sed etiam nouum adsistat,vt ibi. nec mirũ, quia
per hanc consuetudinem principaliter non præiudi-
catur ecclesiæ,sed successori.& sibi imputet,quòd ta-
lem canoniam adsumpsit.quo respectu facilius vide-
tur consuetudinem hoc permittere posse de percipiẽ-
dis,quàm de perceptis. de illis dico, in quibus alias
succederet ecclesia & per hoc ferè ad omnia contra-
ria sit responsum.Nego etiam id,quod dicitur decre
tales antiquas remotas,vt videlicet iniquas. sed dicit,
quòd remotionis vel non insertionis causa fuit illa,
quæ sumitur ex decr.super eo.de cogna.spi.in fi.ne sci
licet ab illis ecclesiis, quæ talem non habent consue-
tudinem,id traheretur facilè in exemplum Et si dicis,
quòd decre.primæ compil. fatebatur consuetudinem
irrationabilem licet diceret illam tolerandam, confi-
teor.sed dico,quòd decret.posterior secundę compil.
& eiusdem authoris approbabat illam, super ea dan-
do legatariis iudicem, quod non perciperet ad alios
non posse transmittere.cùm illa procederet in quoti-
dianis distributionibus.sed quæstio formatur de fru-
ctibus præbendarum. de illis ergo distributionibus
fruatur successor canonicus:de offi.or.alleg.ca.fin.§.
porrò habere locum in præbendis, vt in illis de facto
seruatur.decr tamen suscepti,quæ in fi.allegabitur,be
ne habet locum in illis.dec.2.de testa.loquitur in mo-
nacho:contra cuius substantialia non valet consuetu
do.Hanc autem solutionem intelligo de consuetudi-
ne præscripta.eod.tit.de consuet.c.3 & de offi.or.præ-
12 senti.lib.eo.Nam † & verbum consuetudidis simplici-
ter prolatum,intelligitur de præscripta, vt probatur.
de elect. Cumana. & multo fortius, si tanto tempore
seruata esset,quòd ipsius contrarij non esset memoria.
de ver.sig.super quibusdam.de præscrip.c.j.li.eo.cum
suis concor. Adiuuat hanc solutionem, & impugnat
cõtrariam:quia in multis ecclesiis viget & viguit hæc
consuetudo, in quibus minimè mutandum est &c.ff.
de leg.minimè.maximè,cùm illi canonicus succedens
mortuo,si vixit quinquennio, dato quòd fructus anni
post mortem recipiat,solum quinquennij fructus re-
periatur habere.Solutio mea est hodie approbata per
extrauag.Ioann.quæ incipit: suscepti.de elect & vide
quod scripsi supra de offi.or.præsenti. eod. libr super.
ver.reseruari.Ad hanc regulam responde, quòd trans
fert canonicus ius,quod habet virtute consuetudinis.
Regula,prout allegatur,procederet,vbi non esset con
suetudo.

SVMMARIVM.

1 *Punitur nonnunquam,qui non deliquit,& sic vnus pro alio.*
2 *Bello iusto quod quis acquirit,suum est.15.*
3 *Possessio iusta qua.*
4 *Ciuitas,villa,siue castrum,an teneatur præstare damnum seu prædam factam in suis districtibus & finibus.*
5 *Negligentia rectorum,an noceat ciuibus.*
6 *Sententia lata contra ciuitatem vel populum,ligat singulos,propter iuris impossibilitatem.*
7 *Ius sibi dicere,an & quibus casibus quis possit. remissiuè.*
8 *Cessante causa,cessat effectus.*
9 *Filius non portabit iniquitatem patris.*

10 *Cum*

30 *Cum aliena iactura quis locupletari non debet.*
31 *Nocentem absolui satius est, quam innocentem condemnari.*
32 *Vniuersitas delinquens obligatur ex quasi maleficio, & eius obligatio singulos non afficit.*
33 *Repressalia iure an sint permissa, & quibus casibus, nu. 16. 17. 19.*
34 *Spoliationis causa an iurisdictionem deuoluat, propter iudicis negligentiam, Et ad quos.*
35 *Denegantibus iustitiam, iudici bellum põt, & ipsorũ res apprehendi.*
36 *Non est singulis concedendum, quod magistratibus competit*

QVAESTIO XLI. SVPER REG. Non debet aliquis.

ARGVMENTVM.

SI bonon. spoliatus in dioecesi Florenti. qui post requisitionem pluries per commune Bon. ad commune Florét. & eius rectores, vt iustitiam de prædonibus faciant, cũ suo spoliato, quod neglexerunt, obtinuit à communi Bon. repressalias contra ciues Floren. & demum cepit vnum ex illis ciuibus Floren à quo exigit exterminator integram suæ prædæ: an saltẽ in foro conscientiæ restituere teneatur.

Primo ad negatiuam inducentur quatuor copiosæ rationes. Secundo totidem in cõtrario. Tertio ponetur triplex solutio.

PRO NEGATIVA Et quod non teneatur, sic ostenditur. constat, ꝙ poena corporali, temporali, ac & spirituali, præter excommunicationem certis casibus † punitur vnus pro alio, etiam lege diuina. sufficiat remittere ad exempla, quæ habentur j. q. 4. §. item peccato. c. 24. q. 3. §. j. & materiam vtrobiq; non in sententiis ipsarũ quęstionum vide, ꝙ hoc in gl. no. per ꝙ videbis ꝙ hæc regula propter id non vitiatur: quia punitur aliquãdo ciuitas, dominus vel populus negligit de subdito iustitiã facere, in casu nostro delicto consentire videtur. 2. q. 7. negligere. 83. dist. facientis. facit 43. dist. sed illud. de sen. exc. quantæ. & e. ti. c. dilecto. li. 6. per q̃ iura patet, ꝙ quæ non improbans approbare videtur. ad idẽ ff. furti aduer. nau. l. j. §. vlt. & de nox. l. 2. & 3 & ideo canon permittit bellũ contra tales moueri: ꝙ isto casu iustum dicitur. 23. q. 2. dominus. & facit, ꝙ ibi no. de Pileo cõtra nuncios regis Angliæ, cum iustitiæ necessitas ad
2 id compellat. ea. cã. q. j. noli. & ꝙ in iusto bello † quis acquirit, suum est 23. q. 5. dicat. ff. de acq. rer. do. l. naturalé. in fi. ergo talis restituere non tenetur. & de materia vide, ꝙ plene scripsi post Innocen. & Ost. de re. spo. olim. j. super ver. duxeritis. & maxime post princ. ver. authoritate. & in fi. ver. & si non sit. & quod scripsi post eosdem de app. dilectis. in gl. not. appellationem: vbi hoc dubium, & per has remissiones plura de quæstione decidam. Secundo sic, vt dicit canon. quod iure possidea-
3 tur, † non est alienum. illud autem iure possidetur, quod iuste. 14. q. 4. quid dicam. & supra de ver. sign. ius dictũ. Iuste autem possidet, qui authore prætore possidet. ff. de acquir. pos. l. iuste talis est: iste possidens authoritate communis Bon. ergo &c. 14. q. 5. dixit. quod autem commune Bonon. isto casu sit prætor & competens iudex, probatur ff. de incen. rui. nau. l. ne quid. vbi naufragio damna passus, inferentem vel possessionis dominum, qua nauis declinauit, petit per loci præfectum ad præsidem mitti. per quam legem. dixit Dyn. iustificari statuta & cõsuetudines Italiæ. qualia & Guil. se fecisse dicit in patrimonio beati Petr. vide in spe. de rap.
4 post prin. per quæ illi de villa vel castro tenentur † emendare prædam factam in suo territorio. sic ergo teneatur & ciuitas ad prædam factam in suo districtu. vel idem Codic. lib. 11. de naufra. per totum. glo. tamen in præ. l. ne quid sub dubio forte, dicit ignorantem nõ teneri, quando extraneus derobauit. non mirum ergo, si Bonon. est congruus iudex, cum propter negligentiam Florent. mereantur iurisdictione priuari. supra de off. or. significauit. 11. quæst. 3. ipse ligandi. & auferri debet regimen vel regnum, & dari genti facienti iustitiam. Eccin. 10. in princip. & Matthæi 21. in fi. & 23.
5 quæst. 7. cap. 2. Item non mirum, si negligentia † rectorum nocet ciuibus: cum etiam negligentia procuratoris noceat domino. supra eod. libr. de elect. si compromissarius. & imputent sibi, qui tales elegerunt. ff. de minor. cum mandato. Item, propter delictum singularium ciuium, reliqui etiam ciues priuantur dignitate episcopali 25. quæstio. 2. ita nos. & fortius propter delictum rectorum. supra. eod. libro. de elect. vbi periculum. § cæterum. & de poen. felicis. in fin. ergo &c.
6 Tertio adducitur, quod † sententia lata contra ciuitatem vel populum, ligat singulos, propter iuris impossibilitatem. supra eod. lib. de sent. excomm. si sententia. erit ergo idem propter impotentiam facti, cum ista duo æquiparentur. supra de rescrip. sciscitatus. nec mirum: quia ex delicto singularium dicitur vniuersitas delinquere, cum id agunt maiores, vel maior pars vniuersitatis. ff. ad municip. quod maior. & ff. eod. titul. aliud. § refertur. in authentica. vt iudic. sine quoquo. suffr. §. eos. col. 2. & vide quod no. de Simonia. dilectus. j & caput & membra eodem iure censentur. 12. dist. ca. j & j. quæstio. 3. si quis episcopus. de præscrip. cum non liceat. Et prædicta maxime vera in corpore, quod habet partes distantes. de hoc de excess. præ. dilecta. singularis ergo Florentinus detineri poterit, & ad satisfactionem cogi, ex culpa regentium. sicut alias liber. inuitus detinetur pro debito pecuniario. de iureiurã. ex rescripto. 23. quæst. 8. vt pridem. melius in ca. sequẽ. suppliciter. Quartò, inducitur ff. de his, quæ in fraud.
7 cred. ait † prætor. §. si debitorem. vbi propria authoritate quis capit debitorem fugientem, si iudicis copiã habere non potest. fortius ergo per argumentum à minori hæc captio, de qua loquitur. quæstio, fieri potuit authoritate iudicis. non pertimescat ergo crimé, qui scit vltionis arbitrium sibi fuisse concessum. C. de meta. deuotorum. libr. 12. & C. de Iudæ. l. nullus. vbi notantur aliqui casus, quibus quis sibi ius dicit. sed vide 15. casus plenius collectos in Spec. de actore. §. j. & j. distinct. in. ius generale. vbi nota. ex quibus vel eorum aliquibus posset materia dilatari. Item patet idem à contrario prędictæ l. nullus. C. de Iudæ. nam si mihi vigor iudiciarius & tutela publici iudicij in medio cõstituta est, cessat vltio. ergo si prędicta non habentur,
8 non cessat vltio: cum cessante ratione † & causa, cesset constitutio prohibens vel permittens. 25. quæstion. 2. §. vltim. 16. quæst. j. generaliter. quæ est. C. de episco. & cler. de verb. significa. abbate. in fi. ff. de offic. in ius cui mand. est iur. l. j. §. non aliter. de his, quæ fiunt à præla. cum apostolica. in fine.

PRO AFFIRMATIVA. ¶ In contrarium inducitur regul. factum hoc eod. titu. cum concor. suis. & quod extortum per repressalias, sit male ablatum,
9 probatur lege diuina, secundum quam & filius † non portabit iniquitatem patris. Ezechiel. 18. j. quæst. 4. Iudæi. 24. quæst. 3. §. j. est etiã id contra naturalem ęquitatem, secundum quam, cum aliena † iactura quis lo-
10 cupletari non debet. hoc eo. tit. locupletari. cũ cõcor. ¶ Item nota rationem legis, quæ potius vult nocent.

11 †absolui, quã innocentem damnari. ff. de pœni. absen-
tem in princ.

¶ Item contra hanc regulam cum suis exemplis cõ-
stat autem istum Florent. ex facto proprio non teneri.
quia nec spoliauit, nec mandauit, nec suo nomine fa-
ctum ratum habuit. ergo non tenetur. de resti. spo. cum
ad sedem.

¶ In denegatione iustitiæ non peccauit: quia iudex
non erat si fuit de iudices vel consules eligentibus,
etiam non tenetur: quia non videtur mandasse, q̃ iniu-
stitiam faciant. ff. de procu. qui proprio. §. item contra.
Nec dici potest. quod tacendo consenserit, cum ille
Florentinus per suam contradictionem iniustitiam re-
mouere non potest, super quo vide quod no. a. de præ-
sump. nonne. & hoc eod. tit. is, qui tacet. Et si dicatur, li-
cet singuli non possent, vniuersitas tamen poterat: re-
spondetur, quod vniuersitas quæ dicitur in culpa fuis-
12 se, ipsa pœnam præstet. cum †sit obligata ex quasi ma-
leficio, per præalleg. c. dominus. 23. quæst. 2. sic obliga-
tio vniuersitatis non afficit singulos: quia sicut debi-
tum vniuersitati, non debetur singulis: ita q̃ debet vni-
uersitas, non debent singuli. ff. quod cuiusque vniuer.
l. sicut. supra eo. lib. de senten. excom. Romana. in fin. 12.
q. 2. c. episcopus. §. qui manumittitur & facit quod not.
ea. quæst. episcopus, qui mancipium. de Simo. dilectus.
2. & optime facit, quod post Inno. scripsi, de senten. ex-
comm. grauem. in gloss. ciues. Item cõstat, quod in his,
in quibus detrahitur iuri, singulorum requiritur diui-
sim consensus. iuxta not. de consti. cum omnes. Secun-
13 do, ostenditur, repressalias † esse contra omnia iura. &
primo contra iura, quæ liberationem à teloniis &
pedagiis dãt, peregrinis negociatoribus & viatoribus.
24. q. 3. si quis Romipetas de treu. & pace. c. 2. & dixit lex
quod vti via publica nemo recte prohibetur. C. de ser
ui. per agrum. & viæ publicæ deseruiunt vsibus priua-
torum. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. j. facit de his, qui deie.
l. j. §. j. Item sunt contrariæ legi, quæ liberum hominẽ
prohibet pro debito retineri. supra de pign. c. 2. C. quæ
res pign. ob. possunt. qui filios. C. de act. & obl. l. ob æs.
& auth. immo. Item iuribus, quæ præcipiunt iudicij
ordinem obseruari. 2. quæst. j. per totum. vt lit. non con
te. per totum C. de sen. & inter. l. prolatam. in auth. de
heredi. & fal. § inordinatum. col. j. Item, cum ius prohi
beat sequestrationem bonorum fieri contra verum de-
bitorem. C. de prohib. sequestrat. l. j. multo minus lice-
bit contra non debitorem fieri appræhensionem. Item
iuri prohibenti, quem ligari sententia vel licentia non
sui. vide de iudi. at si clerici. de cõsue. ad nostram. Cod.
si à non compe. iudi. per totum. Item iuri prohibenti,
rem etiam sua authoritate propria auferri, vel quem
sibi ius dicere. C. ne quis in causa sua. l. vnic. ff. quod me
tus causa. extat. C. vnde vi. si quis in tantam. nam etiam
iudex propriam iniuriam punire non debet. 23. quæst.
4. inter querelas. & quæstio. 5. de occidendis. multo mi-
nus priuatus. Et si dicatur, quod iste non fecit autho-
ritate propria, sed communis Bononien. respondetur,
quod commune non erat iudex competens, vt dice-
tur infra. Item etiam Imperator non posset hoc fa-
cere quod alter alterius debitum soluat. C. de preci.
Impera. offe. l. quoties. & l. nec damnosa. & l. rescripta.
can. 25. q. 2. multo minus hoc poterit iudex inferior. Itẽ,
vt not. 33. quæst. 2. inter hæc. ciuilis lex non posset per
sententiam sine permissione canonis dare immunita-
tem à culpa, cum dare non posset immunitatem à pœ-
na: multo minus hæc poterit municipalis. Peccauit
ergo iste, & sic in foro conscientiæ ad restitutionem
tenetur. Tertio, est contra spoliatum: quia non fecit
quod debuit. debebat enim spoliantem conuenire co-
ram iudice Florentino, quod si neglexisset facere iusti
tiam. facit litem suam. insti. de obli. quæ ex quasi delic.
in princip. euare iudicem & vniuersitatem tunc coram
competenti iudice poterat conuenire. Sed quod com
mune Bon. non sit tunc competens iudex, patet: quia
14 contra spoliantem non: quia in causa spoliationis †nõ
deuoluitur iurisdictio, propter iudicis negligentiam,
ad alium minorem vel parem: nisi vbi ius exprimit. de
iudi. qualiter. supra eod. lib. de supr. ne. præla. capitu. 2.
non ob. de off. ord. significauit. vbi speciale propter pe-
riculum animæ. Item, contra iudicem denegantẽ nõ,
quia spectat ad eius superiorem, punire illius negli-
gentiam, & non ad parem. 23. q. 5. administratores. de
ele. innotuit nõ obst. ff. de incen. rui. na. l. ne quid. quia
speciale istud, vt ibi nota. competens ergo iudex illius
esset præses vel princeps. Nec obst. si dicatur Florenti-
nos non recognoscere principem, nec ei parere: quia
saltem per ipsum militari manu debuit consequi rem
suam. 23. q. j. petimus. vbi de hoc. & ff. de rei ven. qui re-
stituere. & sic debet intelligi capitul. dominus. 23. quæ-
stio. 2. & quod iste sit verus intellectus, collige ex not.
per Inno. & Ostien. de iur. sicut. j. deficiente principe,
adiri potest papa. de foro com. licet ex suscepto. & dio-
cesanus etiam ex negligentia secularis. eo. tit. ex teno-
re. Ad præmissa facit, quod not. Ostien. in sum. de treu.
& pace. §. quod sit iustum bellum. concluditur ergo cõ
15 mune Bon. non habuisse iustum †bellũ: quod ad spolia
lucranda, oportet ex edicto superioris geri. 23. q. j. quid
culpatur. ibi, legitimo imperio iubẽte. j. q. 4. c. j. Vltimo
videtur quæstio nõ dubia, cum expresse & cum pœnæ
16 †adiectione prohibitæ sunt repressaliæ à lege. In auth.
vt non fia. pign. § j. coll. 5. vnde sumpta est auth. sed om
nino. C. ne vxor. pro ma. & supra eo. lib. de iniur. & dã.
da. c. j.

SOLVTIO. ¶ Soluendo recitat Guido opi. Arch.
in præ. decr. j. de iniuriis. quod pignorationes per quas
innocens puniatur, pro nocente, dari non possunt, per
supra proxime allegata. putat tamen, quod contra do-
17 minum & ciuitatem negligentem †dari possunt, præ-
missa monitione & præcedente sententia iudicis ipsi-
us spoliati, super negligentia & defectu iudicis ipsius
spoliantis. & sic intelligit ca. dominus. & hoc habuit à
Guil. Speculatore, qui sic notauit in præ. cap. de iniur.
sed ipse Gui. non putat, quod iudex spoliati pignora-
tiones possit concedere, contra illos qui suæ iuris-
dictionis non sunt, cum non sit iudex ipsorum, immo
vt nec spoliatoris, nec iudicis negligentis: vt dixi su-
pra parte 2. in tertia ratione. & hoc verum, vbi spolia-
tus nullum omnino superiorem inuenire potest, corã
quo iudicem spoliantis conueniat. quod de raro pote-
rit euenire: cum in tali defectu secularis iudicis, eccle
siasticus iudex possit adiri, vt supra dixi. vbi omnino
nullum inueniret iudicem, locus sit opinioni Archi-
diaco. ca. ergo dominus. quod dicit gentem vel ciui-
tatem plectendam, intelligatur authoritate sui iudi-
cis, vt intellexit Ioan. Fab. & tunc si rebellis fuerit, suo
iudici bellum & repressalias indicere poterit contra
illos. sed alius hoc non poterit, nisi in defectum. vt su-
prà. & sic intelligit no. per Innoc. in c. dilectis. de app.
Est sciendum, quod Iac. de Beluisio hanc quæstionem,
quam posuit Pet. in auth. vt pigno. non fi. & tenuit, q̃
nisi pro iustitia non potest ad superiorem haberi re-
cursus, non est locus repressaliis. In auth. vt diff. iudi.
§. j. & 2. & §. si tamen contigerit. col. 9. & in authen. de
quæsto. § si vero aliquis. col. 6. concedi tamen possunt
& rei publicæ, propter iniuriam vel iniustitiam sibi fa-
ctam, & propter eandem causam & priuatæ personæ.
allegat. ca. dominus. nam si, vt ibi dicitur, licet eo casu
pugnare insidiis, fortius ergo per viam repressaliarũ.
concederetur tamen solũ cõtra delinquentes, scilicet,
cõtra magistratus, officiales & cõsiliarios iustitiã de-
negãtes. allegat suprà. e. li. de sent. excõ. Romana, in §.
ff. quod quisq; iu. l. j. ff. de dolo. sed & ex dolo. §. j. vbi de
hoc. Itẽ cõtra vniuersitatẽ iustitiã denegantẽ. ff. quod
met. causa. metũ. 3. §. animaduertendũ. & quod cuiusq;
vniuer. sicut. §. j. & ff. eo. tit. aliud. §. refertur. & contra
domi-

dominum, & eius subditos sibi auxilium præbentes ad iniustitiam, supra eo.lib.de sent.excom.si sententia. §.j.C.de heret.authen.si vero dominus. & contra principalem debitorem,& eum, qui res detinet ff.de his, quæ in frau.cred.ait prætor. §. si debitorem cum concor & C.vbi quis de curiali vel cohor.aliáve cōdition. conuen.l.j.de decur.l.generali.lib.10. & his casibus nō solum in res,vt in § si debitorem.sed & in personas cō
18 cedi possunt. Cum enim iustitiam † denegantes habeantur pro condemnatis, quod patet:quia potest eis indici bellum,& ipsorum res appræhendi.vt præ.cap. dominus.& ff.de rei vend.qui restituere. ne vis fiat ei qui in possessio.miss.est.l.si quis missus.in prin. Codic. de episc.& clericis.l.raptores.& condemnatus capi,& in carcerem detrudi possit.C.qui bon.c.pos.l.j.& idem in debitore, qui patrimonium dispergit, vt creditor ad sibi debitum peruenire non possit.ff.de his, quæ in frau.credi.l fina.§.vltim.ergo hoc casu etiam personæ capi poterunt.dixit autem in illo casu nullo modo re-
19 pressalias posse † concedi contra personas singulares, quæ non deliquerūt:cum pro delicto vniuersitatis vel non domini,non teneantur singulares personæ allegat decre.Romana:& ibi sequentia,quæ post ipsum superius,allegant,& not.per Innoc.de sentent.excomm. grauem.de restitu spo.olim.i.de iureiurand. sicut.4. de for.comp.postulasti.de appel. dilectus. subdit autem, quod licet repressaliæ priuatæ personæ certis casibus concedi possunt, vt est dictum,non tamen illi concedendum est,quod personas detinere, vel in vinculis ponere possit,& de rebus sibi satisfacere:sed vt personas & res iudici præsentare,vt in publico carcere custodiantur: & vt sibi de rebus authoritate iudicis sa-
20 tisfaciant:quia non † est singulis concedendum, quod magistratibus competit.ff.eod.titul.non est singulis.& hoc propter vitandos tumultus, vt ibi.& ne fiant exactiones illicitæ.de officio præsid.illicitas.in prin.& §. j.& §.ne potentiores.cum sequentibus.& ne detur occasio iniuriarum,vnde iura nascuntur.supra.de accusat.qualiter.j.C.vnde vi.meminerint. & hoc casu possunt intelligi gl.C.com.epist.l.iudex.ff.de acq. possess. iuste.& facit l.ob æs.& autb.immo.C.de act.& obl.& vnde sumpta est,vt non fiant pignor.pro aliis perso. §. j.col.5.

SVMMARIVM.

QVAESTIO XLII. SVPER REG. Non est in mora.

ARGVMENTVM.

IMposita fuit per papā Calend.Iunii decima triennalis soluenda per prælatos & clericos ecclesiarum de annuis ipsarum prouentibus de mense Martii singulis annis sub certis poenis, & datis collectoribus vt est moris:& tunc do.Ioā.præerat ecclesiæ Paduanæ. & illius anni prouentus percepit,qui demū translatus fuit ad ecclesiā Bon.Cal.Ianua.& do.O.tunc fuit prælatus ecclesiæ Paduanæ. & vterque suam ecclesiam statim possidet. neuter ipsorū de mense Martii primi sequentis decimam soluit:quærebatur. quis ipsorum incideret in poenam: & quis ex illis soluere tenebatur.

Pro vtroq; inducuntur quatuor rationes. Secundo, ponitur quædā opinio.solut o,& ad contraria responsio.

PRO vtroque inducebatur hæc regula: Primo, quod ipse dom.O.non fuisset morosus, cum defensio-
1 nem legitimam † haberet,scilicet:quia illa decima debebatur à fructibus, & secundum quantitatem ipsorum in illis partibus,vbi non est taxatio.sed dominus Ioan.fuerat collector fructuum, & sciebat quantitatem ipsorum.ipse igitur soluere debebat decimā, cum ad illam teneatur perceptor fructuum.de decim. tua nobis.& c.à nobis.cum fructus ipsi transeant cum onere suo.eod.titul.pastoralis. & c.cum non sit.cum concor.& huic conuenit regula hoc.eod.titu.qui sentit.& lex dicit illum non ferendum,qui lucrum complectitur,& non vult onus subire.C.de cad.tol.l. vna. §. pro secundo.in fin.Secundo,si perceptio fructuum est causa solutionis,vt ponit thema, & dictum est supra cessante causa,cessare debet exactio ab ipso D. O. & fieri debet ab illo,in quo causa perdurat.de app.c.cessante.
2 cum concor. Tertio,cum † prælati æquiparentur vsufructuariis:vt not.supr.de pecu.cler.c.vlt.& supra.eo. l.b.de offi.or.præsenti.& vsufructuarius tenetur ad onera & tributa.ff.de vsufruct. actenus. & l.si pendentes.§.si quid. ergo Bon. qui de facto & de iure vsufructuarius fuit,illorum fructuum decimam soluat.Quarto,ipse Bonon.maiori parte anni possedit, & administrauit ecclesiam Paduanam,& sic toto anno administrasse videtur.supra eod.libr.de restit.spol.frequens. ff.de excu.tut.propter litem.arg.C.vbi sena.vel cla.l. senatores.ff.ad municip.l.assumptio.ipse ergo illius primi anni ex fructibus decimam soluat.

3 CONTRA.Et contra, † do.Ioan.allegat pro se, quod non morosus,nec tenebatur ad decimā,cum de mense Martij non esset episcopus Paduanus:prælatis autem de mense illo imposita erat solutio,vt in themate.D.O.igitur qui prælatus erat,soluere tenebatur.tēpore vero suæ administrationis ipse domi.Ioan.soluere non tenebatur:cum dies solutionis nō venisset,immo petitum fuisset plus temporis,si dum administrabat,petitum fuisset.de plus peti.capitu.vno.ff.de condictio.indeb.l in diem D.O.igitur qui fuit successor & heres illius,conueniatur & soluat.de solut.c.j.ff.de diuer.& tempo.præs.l.cum heres.& facit de immu.eccle.aduersus.

¶secundò, do.Ioan.quò ad Paduanam ecclesiam,per
4 translationem † censetur mortuus.septima quæst.j.§. ecce in quibus.debitum ergo quod necessario pro ecclesia est soluendum,soluat successor, sicut si mortuo successisset.vt in præ.decr.j.de sol.& de for.compe.di-
5 lecti.Tertio,tales † decimæ reales sunt, non Papales. vnde rem sequuntur,& possessor ad illas tenetur.ff.de public.& vec.l.Imperatores.de muner.& ho.l.vltima. Quartò constat,quòd decima illa non fuerit imposita. d.Io.episcopo Padua.sed dignitati & ecclesię,sine nominis expressione,& sic respicit successorem.de off.dele.quoniam abbas.

SOLVTIO.vt dicit,quibusdam videbatur,quòd
6 deberet fieri † pro rata temporis diuisio inter eos:arg. de loca.propter sterilitatem.de testa.relatum.2.in fin. ff.solu.matrimo.l.de diuisione.& l.diuortio.supra de decimis à nobis.& c.tua nobis.& quod nota.eod.titu. apostolicę.& 16.q.j.si quis laic⁹.bene facit.suprà.e.li.de sepul.cū quis.2.respon.ipse aut soluit,q D.O.episcopo Paduano incūbat onus soluédę decimę.& sic non sol-

uēdo incidit in processus.allegatur c.si quis iam trāslatus.21.quæst.2.præ.dec.r.j.de solu.& quod nota.de reli.do.constitutus. rationem reddit, quod debitum est reale.dicit autem, quod iura contraria loquuntur in cēsibus personalibus.vel in diuersis possessoribus,qui faciant fructus suos:episcopi autem non faciun fructus suos,quia non sunt domini, sed procuratores.de dona.c.2.& vsuariis †,non vsufructuariis comparan-
7 tur in morte,i.cum dimittent ecclesias:vt nota.in præ. dec.præsenti Fatetur tamen,quod si ipse domin.Ioan. exportasset fructus,vel male eos consumpsisset, conueniri posset per suum successorem.decimam autem nō habet soluere pro ecclesia.Paduana.satis enim est sibi, quod illam habet soluere pro ecclesia Bonon.Ad con-
8 traria etiam respondetur,quod † procedunt,quādo quis facit fructus suos,& suo nomine ex illis tenetur ad decimam. & quando vnus non succedit in locum alterius.nec censetur eadem persona cum successore:sicut est videre in marito & vxore,domino & colono, proprietario vsufructuario,& pluribus sociis:quibus casibus quis tenetur pro rata,vt in iuribus alleg. in principio solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Monachis an liceat quid habere proprium,aut possidere.& nu.7.8.*

2 *Monachus peculium habere potest, pro iniunctā sibi administratione.9.*

3 *Monachus abbati in omnibus obedire tenetur. Et an ab obedientia per abbatem absolui possit.*

4 *Abbatis potestas in monasterium.& eiusdem munus quod sit.*

5 *Vitium æquale est,negare necessaria, & dare superflua.*

8 *Abbas & monachi,cum faciant licitum collegiū,statuta an in proprio monasterio facere possint.11.*

10 *Scandali euitandi causā,multa conceduntur,quæ alias non concederentur.*

11 *Statuta iuramento firmata,quæ ad noxam trahi nō possunt,sed sine salutis interitu seruari,reuocāda per abbatem non sunt.Si tamē ea reuocet, monachi eius voluntati obedire tenentur.*

QVAESTIO XLIII. SVPER REG. Non est obligatorium.

ARGVMENTVM.

ABBAS,cum conuentu,causa vitandæ murmurationis & scandali,fecerunt statutum iuramento firmatum: vt singulis monachis darentur 10.annuatim pro vestimentis:quæritur, vtrum abbas propria voluntate possit istud tollere,ipsis monachis pecuniam denegando.

Et quia quæstio illa fuit prima Hiberti,quam disputauit, satisfaci: in illa prolixius. ad cuius decurtationem intendo, & allegando primo pro abbate. disputando quærebat,an statutum fuerit licitum. Et q̄ sit,il licitum inducebat primo statum monachorum tangētia.Secundo,subiectionem ipsorum ad abbatem.Tertio,abbatis officium.Quarto,quia contra regulā quid agit.Sol j.patebit in fine solut.

1 PRO AFFIRMATIVA.Circa primum† constat, quod status monachi non permittit eum propriū habere vel aliquid possidere.12.quæstio.j.nolo.& c.non dicatis. 18.quæst.infra.c.vno.de stat.monac. c.2.& cap. cum ad monasterium.ergo statutum illicitum,quod facit eum proprietarium:Nec enim quod est vna via prohibitum,per aliam concedendum est: vt hic eod.titul. cum quid vna.de procur.tur.Item cum special: sit, q̄
2 monachus †potest habere peculium , pro iniuncta sibi administratione.de statu.mona.c.2.& tamen certū est, quod ille,licet administrator,non habet illud, vt proprium,etiam si abbas esset,vel episcopus.54.dist.abbati.de testa.c.2.18.quæst.j.c.j.no.de priui.cum olim.2 propter quod concluditur, illi administratori competere detentationem tantum.ex quo sequitur, q̄ non administratori,etiam detentatio per abbatem concedi non potest.facit de priuile. sane. ergo nec se ad id,per statutum obligare fraudando legem.de hoc.de priuileg.
3 quan:o.Circa secundum constat,q̄ † monachi abbati in omnibus obedire tenentur.de stat.mon.cum ad monasterium.§.abbas 18.quæst.2.abbates.58.dist.c.j.& 2.& sicut obedientia in exhibendo inest monacho: sic in recipiendo,inest abbati: & huic abbas renunciare non potest:quia monachum,manentem suum monachum, non potest absoluere ab obedientia.de renun.c.pe.Sed istud sta.utum quodammodo absoluit,si ab inuito abbate,quem vice Dei habent , super caput suum. supra eod.libr.de elect.si religiosus.potuit illa 10. petere: & ipse teneatur dare,ergo illicitum. Item,si conceditur hic pro vestibus fieri posse: ergo pari ratiōe pro victu tātum,pro pane,pro vino,& pro piscibus: ne dicamus carnibus,recipere debeant.& sic ex vi statuti haberent præbendas distinctas,vel saltem portiones priuilegiatas,contra id,quod scripsi de præben.dilectus.j.& cellas priuatas , contra id 20.quæst.vltim.monachum.12. quæst.j necessaria.de sta.mon.cum ad mon. ¶Circa
4 tertium †certum est,quod ad abbatem pertinet tota potestas monasterij.18.quæst.2.nullā.& debet esse discretus in regimine.ea.quæst.si quis abbas.& de omnibus diligentem solicitudinem gerere debet, vt præallega. c.cum ad mona. & secundum qualitates personarum eis prouidere,vt in ver.quod si quis.facit de præben. de multa.in fine.ff.vsufruct.sed & si quid.§.j.exemplo apostolorum,qui non æqualiter omnibus, sed singulis diuidebant,prout illis opus erat. Act.4 in fi.12.q. j.dilectissimis.sed si propter vinum vel aliam causam, illa decem non sufficiant,sequeretur ex statuto,quòd
5 plus dare nō teneretur.Item† si superabundat,sequeretur,quod verbotenus illa dare teneretur. hoc ergo esset contra abbatis distributoris officium,& sic illicitum.cum æquale vitium sit,negare necessaria,& dare superflua.41.dist.quisquis.de offic.custo.c.j.& cle. de iu.pa ea j.ergo statutum iniquum,quod aufert abbatis officium in prouidendo & distribuendo.& per consequens non obligat iuramentum,quod est cōtra superius dicta: facit de iureiuran.sicut.2.vbi non valet statutum,etiam iuratum in prouidendo iure superioris,vel ipsius officij.per quę patere potest,quod statutum non habet honestatem,quę conseruat honoris statum:sed hoc cōfundit facit 12.quæst.2.si qua de rebus:non habet iustitiam,quia dissoluit obedientiam, vt est dictum.nec habet iure possibilitatem.22.quęst. 2.faciat.nec necessitatem:cum aliter secundum regulam possit prouideri monachis,non conuenit naturæ negotij,immo est contra illam.facit de con :i.appell. ca.fina.& præall.c.cum admon.in fin.Nec est pro cōmuni qualitate:sed pro priuata singularium monachorum.& sic in hoc statuto deficiunt omnia illa,quæ concurrere debent in lege condenda.4.distinctin.erit autem.ad idem.j.distin.consuetudo.vbi dicitur, quod lex debet esse talis,quæ religioni congrua,disciplinæ conueniat,& saluti proficiat.sed per superiora patet contrarium in hoc statuto.ergo statutum non valet, & iuramentū de ipso seruando nōn obligat: maxime quia nō valet iuramentū,quod frāgit professiōis fidē. de iureiu.sicut.1.Quartò,cū regula monachorū sit per sedē ap.approbata,& cōfirmata,de relig.do.ca.fi.& sic lex

lex priuata, quo ad eos: sed de regula ex certa scientia confirmata per papam, vel ipsius priuilegiis: non licet. alicui iudicare, vel illa mutare. de confir. vti. vel inuti c. j. & 2. de iud. cum venissent. supra. de ma. & obe. cum inferior. & cle. de ele. ne Romani. sed regula dicit vestimenta, non pecuniam monachis dari. ergo abbas & conuentus contra regulã statuere non potuerunt. concludit ergo abbatem reuocare posse statutum, q sine salutis interitu seruari non potest: vt probatũ est. & sic iuramentum non obligat, per hanc regulam, & regulã in malis. eo. tit. cum concor.

PRO NEGATIVA. ¶In contrarium pro monachis allegatur statutum licitum ratione causæ efficientis. secundo, materialis. tertio, impulsiuæ & finalis. quod de formali non dubitatur, concludens idem etiam si esset illicitum. De primo, abbas & monachi
6 †cum faciant licitum collegium, statuta in proprio etiã monasterio facere possunt. facit j. di. ius ciuile. xi. dist. catholica. de con. dist. 3. c. j. de const. cum accessissent. & c. ex literis. de cle. nõ resi. cum dilectus. & c. ad audientiam Ergo est licitum ex facientibus. de secũdo pecunia datur pro vestibus. & in eas est conuertenda: licitum ergo censetur eodem iure. vt lite. pen. ecclesia. 12. q. j. § de rebus. supra. eo. is, qui in ius. sed monacho debetur vestitus & victus, quibus debet esse cõtẽtus. 12. q. j. clericus. 16. q. 1. si cupis. ergo licite recepit, quod datum est pro vestibus. Inducitur ad idem, qui cle. vel vo. insinuante. & quod ibi no. 17. quæst. j. de viduis j. per
7 quæ patet, quod monachus †in domo quõdam sua cum bonis omnibus quondam suis remanere potest, & illa administrare & in suos vsus conuertere de abbatis licentia fortius ergo abbas cum capitulo poterit facere monachum administratorem certæ pecuniæ in certũ vsum necessarium conuertendæ: per argu. à minori. de quo de elec. cum in cunctis. & de toto ad partem de offic. deleg. pastoralis. § j nam & qui totam causam non delegat, certum articulum delegare potest. de appel. cum causam. de re iudica. cum Bertholdus. de offic. dele. super quæstionum. ad idẽ probatur, quod monachus
8 †de licentia abbatis potest aliquid possidere, licet non vt proprium. facit 12. q. j. non dicatis & ibi not. nã textus ibi dicit, quod nil possidere possunt sine abbatis licentia. ergo abbatis licentia possunt. de his, quæ fi. à præla. cum apostolica. in fi. vnde talibus spoliatus restitutionem petit. de rescrip. cum dilect. de accu. olim.
9 Item constat, quod †possunt habere peculium pro administratione sibi iniuncta. de sta. u mon. c. 2. si ergo cuilibet monacho datur administratio illius summæ, licite illam tenet. ergo statuti materia non est iniqua: nec propter id dicitur habere proprium: cum id in monacho sit proprium, quod celatur abbati. sed non hic tale est, ergo concluditur, vt supra. De tertio, scilicet, impulsiua causa vel finali, nota. quod in themate dicitur,
10 propter vitandam murmurationem, & schandalum† hoc statutum. quæ maxime in religiosis vitanda sunt: quos decet esse quietos. 16 quæst. j. qui vere. 18. quæst. 2. quam sit. de syndi. c. vno. valuit ergo constitutio respectu causæ prædictæ. cum pro vitando scandalo possit fieri & omitti, q alias non liceret. de no. oper. nun. c. 2. fortius ergo præseruãdum est factũ iam: quia turpius, &c. de iureiur. quemadmodum. fortiter facit de præb. nisi essent. vbi pro bono pacis absolute dari permittitur monacho annua pecunia. fortius ergo dari potest ad certum vsum necessarium, vt in terminis quæstionis. sic & propter scandalũ non recipitur in monasterium, alias recipiendus. de regu. c. si. bonum ergo fuit statutum murmurationem & scandalum tollens, quæ sæpius in mon. obueniũt, ex vestiũ distributione, quandoque etiam non discreta, & quæ pro quiete religiosæ conuersationis ordinata sunt, turbari vel violari nõ debent. 25. q. 2. cum piæ. & q. j. quæ ad perpetuã cum igitur probatum sit ex causis efficientibus, materiali & finali, statutũ licitum, bene sequitur cũm sit editum ab abbate & conuentu, q per solum abbatem non potest reuocari. supra e. ti. omnis res. cum concor. Coadiuuãt regulam supr. eo. q semel. & c mutare. Item concludi-
11 tur, dicendum idem. †per locum à diuisione. Nam aut dicis statutum licitum, aut illicitum Si licitum, solus abbas non reuocat, vt proxime dixi Si illicitum, obst. sibi factũ proprium, contra q venire non potes de cle. coniu. diuersis. & ibi, concor. Hinc est, q iudex, qui tulit iniquam sententiam, illam nõ reuocat. ff. de re iudic. iudex. & l. Paulus. j. statutum autem habet vim sententiæ. de sent. excom. à nobis. j. si hoc in statuto non iurato, fortius in iurato per eum: cum possit iuramentum obseruari sine interitu salutis: de iureiu. si vero & c. cũ contingat. supra. e. lib. de pac. qui ius. immo & si dubiũ est an teneat, non debet abbas contrauenire authoritate propria. de ele. venerabilem. plus dico, q & si constaret iuramentum illicitum ex parte recipientis, ex quo non est illicitum ex parte iurantis, seruandum est. vt patet iuramento de soluendis vsuris, de iureiur. debitores. Cum ergo ista datio sit licita ex parte abbatis. 12. q. j. non dicatis. de statu. mo. c. 2. qui põt dare pecuniã monacho, sicut dominus seruo, & pater filio. ff. de pecul. de positi. § peculium. ff de leg. 3. si chorus. § j. dato, q ipsius receptio, quo ad monachos esset illicita, propter iuramentum tamen dare tenetur. Patet ergo conclusio huius partis, q abbas statutum tollere, vel pecuniam denegare non potest.
12 SOLVTIO. soluebat, quod nisi † certa causa subsit, per quam statutum tale trahatur ad noxam, abbas ex propria tamen voluntate nõ debet denegare pecuniam: sed debet seruare iuramentum, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ: per. cap. debitores. & ca. si vero. de iureiur. veruntamen si ipse deneget, monachi aduersus eum ad hoc, petitionem vel actionem non habent: immo voluntati suæ obedire tenẽtur. hoc dixit per ca. 33. quæst. 5. manifestum. & sic loquẽdo sunt soluta contraria. & vide quod dixi de stat. mona. cum ad mon. in fin. 3. gloss.

SVMMARIVM.

1 *Testimonij substantia, an sit iuramentum. & nume. 11. 26. 29.*

2 *Origine vel essentia rei deficiente, absurdum est imaginem derelinqui.*

3 *Testem falsum iura punientia, quomodo accipiantur. Et an mentiens incidat in pœnam. 16.*

4 *Deierare illum impossibile est, qui non iurat.*

5 *Res eadem diuersos effectus operari non potest: multo minus contrarias.*

6 *Legatum perdit, qui testamentum accusat de falso, testificatur, vel iudicat. Et quid in liberto.*

7 *Mulier & minor ab accusatione sine abolitione desistentes, in Turpillianum non incidunt.*

8 *Petere quis non debet, cuius contrarium non peteret.*

9 *Ex accusatoribus pluribus, quis potius præferẽdus.*

10 *In delictis non atrocibus nõ punitur, qui nõ perficit licet aliquid egerit. Et quid in atrocibus. numer. 25.*

12 *Testamento communi, item & militari sibi adscribens, an teneatur de falso. & nume. 24. 26. Et qualiter puniatur. 27.*

13 *Iuramentum, an sit de falsi substantia. & nume. 16.*

14 *Codicis compilatio variata, & quãdo. & an l. iurisiurandi. C. de testib. edita sit ante legẽ Corneliam de falsis.*

15 *Falsi pœna tenetur, qui testem corrumpit, per se, vel per alium.*

26 *Mentiendo an quis falsum committat.*
27 *Periurium,& falsum testimonium, an sint diuersa.*
28 *Testamentum quid.*
29 *Sepultura electio an valeat.*
30 *Pactum futuræ successionis an valeat.*
31 *Delinquentis conditio,ex accumulatione delicti melior esse non debet.*
32 *Pœna maiori digni sunt, quibus cum plurimũ honoris delatum est,reperiuntur in crimine.*
33 *Tabellionis aut iudicis oblinione vel dolo, ius partis læsa minui non debet.28.*
30 *Testis fallax,quod differat à lingua mendaci.*

QVAESTIO XLIIII. SVPER REG. Non est sine culpa.

ARGVMENTVM.

AQVILEIVS vocatus ad testimonium.obliuione vel alia de causa nõ iurauit,& falsum deposuit,quæritur an teneant dicta falsi testis.

¶Primo de qualitate pœnæ remittit ad negatiuam. alleg.6.rationes.& totidem in contrarium.Vltimo soluit,duos inducens,qui solutioni concordant.& cõtraria soluit.Qualis ergo sit quæstio,de qua quæritur, videat studiosus.50.dist.si episcopus.2.q 3.in summa.5. q. vlt.§.presbyterij.2.q.6.quicunque.22.q.5.si quis conuictus.23.q.5.cum homo.& lex.dicit.33.q.5.hæc imago.de cri.fal.c.j.ff.ad l.Cor.de fal.l.j.§.vlt.de testi.qui falso.C. eo.l.nullum.C.de epi.& cler.authent.presbyteri.& in corpore,de san.epis.vnde sumpta est.§.reuerẽdissimis. col.9.

PRO NEGATIVA.Quod non teneatur,sic ꝓ-
1 bo.Iuramentum† est de substantia formali ipsius testi-
monij,vt patet 4.q.3.iurisiurandi:quæ est l.testium. C.
de testi.2.q 5.nullam.ibi,prius ad sacra Christi euange
lia.3.q.9.hortamur.ibi, tactis sacrosanctis euangelijs,
præstito legaliter sacramento.supr.de testi.c.venien.j.
& c.nuper.C.de testi.l.testium.ibi,hi qui cum sacramẽ
ti religione deposuerunt.l.si quando.ibi,si enim pro to
to litis certamine iurisiurando.&c. sed vbi deest sub-
stantia,forma desinit esse rei,siue deficiat, ꝙ nunquam
fuerit,siue quia fuit,& desiit.primum patet j.q.j.detra
he.sup.de bap c.pe.de spon.tua.in fi.de sum.Tri.c.vno.
§.porro.in cle.ff.ad l.Falc.si is,qui quadringenta.§.quæ
dam.ibi,neque balneum,neque theatrum, neque stu-
dium,fecisse intelligitur, qui nõ dedit propriã formã,
quæ ex consummatione contingit.Secundum patet 16.
q.7.& hæc diximus de nou.oper.nun.c.2.ff.de contrah.
emp.in venditionibus §.fi.& l.seq.ad exhiben.l. Iulia-
nus scribit,si quis hominẽ.§.si quis.de auro & arg.leg.
2 l.Seia.dicam ergo cum lege,ꝙ deficiente rei† essentia
vel origine,absurdum est imaginem derelinqui. C.de
Lati.lib.tol.l.vna.j.respon.in fi.Cum ergo hic essentia
lis forma deficiat,vt prius dixi, cuius defectus quan-
doque plus afficit,quam defectus materiæ, vt patet ex
notatis 12.q.2.in sum.& c.sine exceptione.supra de cõ-
stit.quæ in ecclesiarum.glo.finali. sic nec testimonium
imaginem habuisset,& sicut iurans tantum, de falso
teneri non posset,sic nec deponens tantum,cum ex iu-
ramento & dicto resultet testimonium.de eo,qui dux.
in ma.c fi.deficiente igitur primo,habeatur prout non
factum & incidatur.facit quod nota.de testi.cum cau-
sam.in fin.vltim.gloss.Secundo sic probo.Iura,quæ pu-
3 niunt† falsum testem, intelliguntur de periuro. Exod.
23.in prin.Ne iungas manum tuam,vt pro impio dicas
falsum testimonium. falsum est ergo in illo, qui ma
num libro iunxit,vel iurauit.ad idem.22.q.5.si quis cõ-
uictus.in fi.supra de testib.cum tu. & bene de procur.
in nostra.ibi, iuramenti religione contempta falsum
testimonium dixerũt.ff.ad l Cor.de fal.quid sit falsum.
vbi patet,ꝙ mentiri non incidit in falsum. Inde Salo-
mon Prouer.6.ponens 7.odibilia,ponit linguam men-
dacem & testem fallacem,vt diuersa.cui bene concor.
de præsumptioni.literas.supra de accusatio.c.inquisi-
tionis.§.2.in fi.vbi mendax admittitur ad testimoniũ.
ꝙ non procedit in falso teste,etiam emendato.de testi
bus.testimonium.Cõstat autem impossibile,illum de-
4 ierare†,qui non iurat.22.quæstione quinta.ille.de iu-
reiurando.& si Christus.sicut mori non potest qui non
vixit.32.q.2.quod vero nõ.& de similibus ibi vide not.
& de despon.impub.ad dissoluendum. de eccles. ædi.
ad audientiã.2.Iste igitur cum non iurauerit,licet mẽ-
dax dici possit,non tamen falsus testis: & sic cum de
pœna tractemus,quæ restringenda est, eodem titulo.
in pœnis.cum concor.illa pœna nõ tenebitur. Tertio
5 sic probo.Eadem res non potest† operari diuersos effe-
ctus.12.q.2.cognouimus.de decimis.cum in tua.de pri-
uil.quia circa.ff.de vsucap.eum qui ædes. in fin.multo
minus ergo operabitur contrarios.23.q.7.quod autem.
de appellationib.solicitudinem.in fi.C.de furtis.l.j.cõ
concordan. sed constat, quod non habetur pro teste,
quo ad fidem rei legistę,vt in principio alleg.ergo nec
quo ad pœnam falsi,ne in cõtradictorium incidamus
vt sit testis & non testis,vel partim testis,& partim nõ.
sicut non potest quis esse sanctus & peccator.1.q.j.sicut
Christus dignus & indignus.74.dist.c.2.legitimus & il
legitimus.de clan.despon.c.fi.vbi not. in gl.& ideo.li-
ber & seruus.si.de libe.causa.duobus,sicut dixit lex,ꝙ
ridiculum est eandem fœminam.vt nuptam,& nõ nu-
ptam admitti.ff.de condi.& demon.Titiæ. si ergo ca-
reat nomine testis,careat & effectu. & sicut circa fidẽ,
sic circa pœnam.25.q.2.§.fi.de verb.signification.abba
6 te.in fi.C.de fer.à nullo.Quarto sic iudicis, †accusato-
ris,& testis actus,æquiparantur in iure.probatur opti-
me 24.q.1.§.his authoritatibus.de testib.c.fi.de accus.
super his.de hæretic.excommunicamus.§.credentes.
& probatur bene.ff.de his,qui vt indig.l.post legatũ.
in princ.& §.his vero qui.vbi,qui accusat testamẽtũ
de falso,testificatur,vel iudicat,legati vim perdit.Itẽ
in liberto,qui patronum ledit,accusatione vel testi-
monio.12.quæstione 2.episcopus, qui mancipium. de
seruis non ord.de famulis.ff.de bon.libe.qui cum na-
tu maior.§.primo.sed actus iudicis non effectiue sta-
tuentis,sibi non obest.de pœn.distin.j.hæc autem.de
verbor.signifi.in his.ibi,cum effectu.ff.quod quisque
ius.l.j.in fine.Qui.. enim obfuit &c.ff.de iniur.item
apud.§.si curauerit.cum concor.Item,actus accusato-
ris de facto tantum accusantis,non afficit.Quod pa-
7 tet in muliere† & minore,qui de facto accusantes nõ
afficiunt.quod patet,quia sine abolitione desistentes,
non incidunt in Turpillianum.l.j.accusationem.ff.ad
Turpillia.in fine.Item falsitas partis ponentis vel re-
spondentis contrarium,punitur:cum hoc fuerit post
iuramentum.non tamen prius.de iureiurand.cum in
positionibus.libro sexto.ad idem.eodem libro de cõ-
fess.si post.Sic ergo dicam in teste,vt sic in ipso nõ pu
niatur dolus.quia non nocuit.ff.de dolo.l.j.§.idem Põ
ponius ait.Quintò sic:aut iste accusatur ab illo, con-
tra quem deposuit,& cuius interest:aut ab alio.à pri-
mo non potest,quia illius verum dictum non recipe-
ret contra se ex defectu iuramenti.ergo nec de falso
8 habet conqueri:quia non debet id petere†,cuius con
trarium non poterit.suprà de emp.& vend.cap.2.vbi
de hoc.in gloss.2.C.de sol.l.penu.de rescin.ven.ratas.
Item alia ratione:quia fuit in culpa,quod fuit crimi-
nosus,vt ille iuraret,siue sit producens,que ii, contra
quem producitur:ad id citatur.de testi.capit.2.impu-
tet igitur sibi.2.quæst.6.biduum.in fine.si ergo expel
lit illum.cuius interest,fortius extraneum: Cum ex
9 accusatoribus† præferendus sit idoneior.ff.de accus.
si plures

si plures. Et ille magis idoneus, cuius plus interest, vt ibi. & ff. de collu. detegen. l. fi. in fi. ergo iuxta regulam supra. de elec. cum in cunctis si non inest de quo magis videtur, nec inerit de quo minus. & si vinco vincétem &c. de quo no. 24 q. j. rogamus de concess. præb. authoritate li. 6. & ff. de diuer. & temp. præ. l. de accessionibus

10 Sexto adducitur l. si quis † legatum. tertio respon. ff. ad l. Cor. de fal. & ratio, quia dicimus, in nõ atrocibus nõ puniri eum, qui non perfecit. licet aliquid egerit iux a ea, quæ recitantur C. de epis. & cler. si quis non dicam. & dixi in regula: in pœnis. sed sæpe pro crimine falsi pœna pecuniaria debetur etiam secundum leges. ff. de fal. l. j. in fi. & no. C. de transac. transigere. cum ergo hic iuramenti defectu non fuerit verum vel perfectum falsum, sed abusiuum: vt nota. Cyn. ff. de verb. sign. Paulus de verb. obl. ita stipulatus in fin. concluditur istum nõ teneri.

11 PRO AFFIRMATIVA. ¶ In † cõtrarium, quia iste teneatur pœna falsi sic probo: Nego iuramentum esse de substantia testimonij, sed inductum est in fauorem partium, in quibus iniuriatur testis dicendo vel tacendo. xj. quæstion 3. quisquis. de cri. fal. c. j. C. de fal. l. pe. & vltra horum vtrunque patet, quia iuramentum istud per partes remitti potest. de testi. tuis. & nota. ff. de fer. l. j. & c. de test. iurisiurandi. si remitti potest. ergo non est de substantia, sine qua esse nõ posset. cui cõuenit, quod de iuramento, quod præstat excommunicatus, cum absoluitur, not. de sent. excom. cum desideres. in glo. fin. cum enim certis casibus fiat absolutio sine illo, ergo non potest dici de substantia. sit ergo forma, sed non substantialis forma, sine qua deesset materia de celeb. mis. in quadam. post princip. de sum. tri. capitul. vno. in cle. in fi. ergo duplex est forma depositionis, & vtraque perfecta in se, sicut duplex est forma

12 testandi. iure cõmuni, & militari. & vtraque † in se perfecta. & sibi adscribens in testamento, nedum cõmuni, sed etiam militari, tenetur de falso. ff. ad l. Cor. de fal. l. j. §. ad testamenta. C. de his qui sibi. as. l. pen. sed dicam de isto, qui imperfecta forma singulari deposuit, vt ex quo testis inter alios aperuit, habeatur talis 20. quæst. j. quem progenitores. supra de regula, vidua. C. de lat. liber. l. vna. § sed & qui domini. Et sic cum fauore partium sit iuramentum inductum & parti nocuit, falsum dicendo hoc, quod non sit iuratum, non redundet in partis læsionem, contra regulam quod ob gratiam. de re. iur. lib. 6. cum concord. & l. quod fauore. C. de lega. sicut ergo puniretur, qui iurasset, C. de testib. nullum.

13 ff. eodem. qui falso sic & iste. Secundo, † quod iuramentum non sit de substantia falsi, sic probo. Lex Cornelia de falsis, induxit pœnam falsi testis, vel testimonij, vel attestationis, vt patet. ff. ad l. Cor. de fal. j. in princ. & pluribus locis ipsius titu. sed nulla lege. digestorum inducit iuramentum testib. sed postea inductum fuit per legem Codicis, quæ lex est Constantini. C. de test. iurisiurandi. ergo fateri oportet, tempore l. Corne. pœnam falsi testis locum habuisse in non iurante. ex quo concluditur, iuramentum non esse de substantia falsi testis. Est huic simile, quod habetur de pres. non bap. c. fi. & quod nota. de ele. perpetuo lib. 6o. in gl. fin. Non obl. l. Theopompus. ff. de dote prælег. quia ibi factum narratur vel exponitur, iuratus, i. adiuratus, vt ibi not. Item, certum quod ibi non loquitur de teste in iudicio deponente. Item licet glossa. in l. Lucius ff. de insa. & in l. 3. § Sabino. ff. de testib. intelligat illos testes iura

14 tos. Textus † tamen id non exprimunt. & si dicas primam compilationem Codic. fuisse ante compilationem ff. vt proe. inst. in princ. & secundam post. & id factum propter quinquaginta decisiones. & sic concludas ll. Cod. præter quinquaginta decisiones fuisse ante compilationem digestorum, & inferas per id l. iurisiurandi, quæ nõ fuit de quinquaginta decisionibus, præcessisse compillationem digestorum dato & fatear, ꝙ compilationem vltimam ff. rum præcesserit. nõ fateor, ꝙ l. illa leg. digestorum & l. Cornel. præcesserit, immo prout & ex chronicis patere potest, cum l. illa iurisiurandi, fuerit Constantini primi, necesse est fateri, ꝙ l. Cornelia præcesserit illam. quod sic ostendo. Constat, ꝙ leges C. ordinatæ sunt iuxta temporis seriem, & ita sub titulis collatæ, sicut & decretales, s. vt leges diuersorũ imperatorum in vno titulo descriptæ, sic ordinate loquuntur, quod ex ipsarum ordine patet ordo authorum. C. de nouo. Codic. compo. in primo titulo. ver. ita tamen sed in titul. de testi. prima lex fuit Alex. qui fuit imperator anno Domini 224. secunda fuit Valeriani & Galeni, ipsius filij. & hi regnare cœperunt 256. Tertia fuit Cari, & filiorum Carini & Numeriani. & hi regnare cœperunt 285. Quarta cum tribus sequentibus, fuerunt Diocletiani & Maximiani: & hi regnare cœperunt 287. lex, iurisiurãdi fuit Constantini, qui fuit primus & suum imperium inchoauit tertio Con. anno 310. si secundus 340. & de aliis eo amplius. Et vt perficiam leges illius tit. ex quo inchoaui, l. omnibus. fuit Valentis, Gratiani & Valentiniani: quorum imperium inchoauit in 377. l. quando liberi. & sequens. fuerunt Honorij & Theodosij, & cœpit ipsorum imperium in 412. lex, nullum Zenonis. qui cœpit imperare 472. l. si quis. cum sequentibus fuerunt Iustiniani, cuius imperium inchoauit in 528. Quod ergo lex Cornel. de fal. præcesserit l. iurisiurandi, dupliciter probatur. primo, quod omnes ll. in tit. ad l. Corn. de fal. ff. & C. vsque ad l. si quis decurio, quæ fuit Constantini, præcesserunt l. iurisiurandi quod patet ex supra dictis, Secũdo, quia si dicamus, quod Adrianus author præ. l. 3 eod. titul. ff. fuerit imperator, ille cœpit imperare in C. Gregor. & sic vltra 140. annos præcessit Constantinum. & eius legem. bene igitur ex his procedat superior conclusio. hoc nostri temporis legistæ non ponderant. Tertio,

15 idem sic probo. constat pœna falsi hic † teneri, qui corrumpit testem. 22. quæs. 5. si quis peierauerit. & c. si quis conuictus. facit eo. ti. ad falsariorum. ibi, qui per se, vel per alios. patet ff. ad l. Corn. de fal. l. lege Cornelia. §. j. & l. falsi pœna. Item, constat testem puniri de falso, qui falsum testimonium signauit. cod. tit. j. 2. & l. Paulus. §. j. Cum ergo isti iurent, non concluditur, ꝙ iuramẽtum

16 † non est de substantia falsi. nec mirum: quia mentiendo commisit falsum. est enim mẽdacium, falsa significatio vocis, cum voluntate fallendi. 22. q. 2. §. ille. ad idem ea. q. cum humilitatis. in fin. & c. omnes genus. in auth. de instr. caut. & fid. in prin. col. 6. vbi talis falsitas procedit ex veritatis imitatione xj. q. 3. nolite. 2. & testis dicitur quis, ante quã iuret. de ca. mo dilectus. ver. cũque pars. Cũ ergo non desit hic nomen falsi testimonij, nec falsæ attestatiõis, ergo nec deerit pœna. de primo Prouerb. 12. qui mentitur, testis est fraudulẽtus. & 19. falsus testis non erit impunitus. Matt. 26. nouissime veniunt duo falsi testes, & dixerunt. ad idem. xi. q. 3. inter verba & c. existimant. in fi. patet idem. de verb. sign. forus. vbi testes dicuntur, qui super statu causæ proferũtur. de secũdo. 4 q 3. §. 2. alia. quæ est l. 3. §. 3. ff. de test. supra de

17 cohi. cleri. tua. vnde † periurium & falsum testimoniũ, non ponuntur vt diuersa: de tempo. or. c. fi. de vtroque. i. ad Corn. 15. inuenimur falsi testes, quoniam testimonium diximus, & ca. tamen Apostoli non erant iurati. De tertio 28. dist. de Syracusanæ. Item præ. l. j. ff. ad fal. l. lege Cor. § j. & l. eos. in prin. duplicant testimonia & attestationes, ac si intendant falsum committi testimoniis non iuratorum, & attestationibus iuratorum. de quibus in rubric. s. de testi. & attesta. Sicut ergo testa-

18 mentum † est mentis testatio. 13. q. 2. §. sed aliud. institu. de testam. in prin. ff. eo. l. j. & not. s. de testa. c. 2. sic testimonium, & mentis vel rei notæ testatio, quam sine iuramento per depositionem fieri cõstat. ergo & c. Quarto sic, ad esse falsi testimonij & eius pœnam, nõ requiritur, ꝙ illud valeat, vel fructum afferat. alias falsum

roteſſet, patet Marci 14. ibi, multi falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erant. ſicut nec ad eſſe matrimonij carnalis, in quo ſufficit conſenſus. & quo ad impedimentum publicæ honeſtatis. de ſpon. ca. vno lib. eo. & quo ad pœnam 25. quæſt. 2. ca. 2. in cle. de ſpon. alias, de conſang. & affini. eos, qui. ff. de infam. quid ergo. §. cum autem & ad idem. C. lib. 12. qui mi. non poſſ. eis quidem, quibus cum concord. ſic in electione, quæ licet non valeat vitio materiæ vel defectu formæ, tamen locus eſt pœnæ decre. cum in cunctis. de elect. quia propter. eod. titul.
19 Item non valet electio †ſepulturæ, & punitur eligens.
20 de ſepul. c. j. lib. eod. non valet pactum† futuræ ſucceſſionis. de conceſ. præ. c. 2. C. de pact. l. fi. & tamē punitur paciſcens. ff. de his, qui vt indig. l. 2. in fi. de dona. l. quidem. in fi. & hoc commune in pœnis: ad id. C. de ſepul. vio. l. j. Quinto ſic: aut iſte deliquit non iurando, aut non deliquit. Primo caſu, ex accumulatione delicti
21 †ipſius conditio non debet eſſe melior, ſed deterior 6. q. j. imitare. de pœn. c. j. ff. de pœn. relegati. & l. capitalium. §. exulibus. non fit quis melior delinquendo. 16. q. j. legi. in princ. de præb. eum. qui. ſupra eo. lib. ff. ad l. Fal. præcia. Item committitur falſitas in exprimendo & ſupprimendo. 22. q. 2. ne quis. xj. q. 3. quiſquis. de cri. fal. c. j. C. ſi contra ius. vel vtil. publ. l. præſcriptione. C. de teſta. iubemus. in fin. ſed iſte ſic fecit in duobus delinquendo: quia ſuppreſſit iuramētum, & falſum dixit: ergo &c. Secundo caſu, quando non deliquit non iurādo, aut id fuit ei remiſſum: & tunc eo fortius de falſo
22 puniri debet: quia multo maiori pœna ſunt †digni, quibus cum plurimum honoris delatum eſt. reperiuntur in crimine. C. de epiſc. & cler. l. presbyteri. can. 5. q. vlti. presbyteri. & facit. ſupra de vit. & ho. cleri. vt clerico-
23 rū. in fi. ſi per obliuionem, vel dolū iudicis†, vel tabellionis: per id ius partis, quam doloſe lædere voluit, minui non debet. facit de conuer. coniu. dudum ꝙ no. de reſcr. ad audientiā j. C. de fideiuſ. l. fi. in fi. de mag. con. l. fi. in fi. de teſtamen. l. conſulta. in fi. & ſic concludatur
24 omni caſu illum teneri. Sexto, inducitur ff. ad †legem Corn. de fal. l. ſi quis legatum. j. & ſecundo reſpōſo. Itē,
25 ꝙ hic eſt de atrocioribus†, in quibus ſufficit attentaſſe. vt in l. ſi quis non dicam. C. de epiſ. & cler. & de pœ. diſt. j. cogitatio.

SOLVTIO. Dico illum, de quo quæritur, de fal-
26 ſo †teneri: per l. diuinam. Dan. 13. canonicam. §. de bigā. nuper. ciuilem. præ. l. ſi quis legatū. ff. ad l. Cor. de fal. In primo patet, quod illi duo ſeniores, qui falſum teſtificati fuerant ſine iuramento contra Suſannam, damnati ſunt de falſo, & pœna mortis. In decr. nuper. patet ꝙ propter intentionis affectum cum opere ſecuto pœna bigamiæ tenetur, qui tamen bigamus nō eſt. ſi ergo carens nomine, propter affectum & opus patitur pœnā: fortius iſte, qui nec nomine caret, vt probatum eſt in tertio articulo. in l. ſi quis legatū. in prin. dicitur, ꝙ qui ſibi adſcribit legatum in teſtamento, licet legatum ſit inutile, puta rei ſacræ, tenetur l. Corn. de falſo. Idem in eo, qui ſibi adſcripſit in teſtamento, ꝙ non habet eſſe à principio: quia falſum: vel quia filius præteritus: tamē habet figuram, & eſt perfectū exteriori & viſibili forma, vt in ſecundo reſponſo. Sed vt ibi dicitur, in 3. reſponſo, ſi teſtamentum non habet eſſe, nec figuram: vt quia nec perfectum eſt in viſibili vel exteriori forma, tunc non tenetur adſcribens pœna: & per hoc ſatisfiat aliquibus cōtrariis. & ſic in hac quæſtione inducebat hanc legem profundæ ſcientiæ doctor Richardus Malumbre. dicebat enim ꝙ ex quo teſtimonium habet ſuā figuram, quia inter acta depoſuit, & prout iurati deponunt, locus ſit pœnæ. deficiente vero eſſe & figura, vt quia priuatim extra acta tabellio dictum ſuum acce-
27 perit, ceſſet pœna. Sed quærebat, †an hoc vltimo caſu, qualiter puniretur: & ſoluebat, ꝙ ſi depoſuit in priuata ſchedula, vt ponetur in actis: & ſic factum eſt, puniatur non vt falſus teſtis, ſed ex genere de falſo. ff. de fal. l. j. §. qui in rationibus. ſi vero non fecit id, ſed doloſe mendacio alium voluit lædere, tunc ciuiliter tenetur illi de dolo. ff. de furt. falſus. §. ſi quis nihil in perſona. criminaliter tenetur ſtellionatus. ff. de crimine ſtel. l. 3. ibi. item, ſi quis impoſturam. ſed ſi neminem lædere voluit, nullo modo tenetur vel punitur. ff. de dolo. ꝙ venditor. vt ſic ſecundum leges non puniatur, quando dolus non nocet. ff. de actionib. emp. fundum. Titius. §. ſi
28 de inter. actio. de ætate. poſt princ. de tabellione †dicebat, quod ſi per negligentiam omiſit, remoueri debet. allega. l. ſi quos. C. de offi. præ. prætor. Orient. & vide quod no. de offic. archid. ea, quæ. ſi per dolum. tenetur falſi: quia prætermittens ſolennia, falſi tenetur. C. de teſti. iubemus, in fin. & præ. l. j. §. qui in rationibus. ff. de falſis. & pœna vnius non liberabit alium. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſed ſi plures. per prædicta patet, ꝙ cū quæſtio loquatur de vocato ad teſtimonium, qui doloſe falſum depoſuit, & ſic delictum habuit ſuum eſſe, figuram & formam ſpecificam, & ſic cōſummatum ſecundum regulas & diſpoſitionem communis iuris, locus eſt pœnæ falſi. & hāc partē per pręd. decr. & per l. tenuit hic in ſua diſputatione dom. Aluarus Hiſpanus, nunc frater Minor. Ad contraria reſpōſum eſt, quia negatur
29 iuramentum †eſſe ſubſtātialis forma, vt probatum eſt primo & ſecundo argumēto ſecūdę partis. Ad id quod ſecundo dicebatur in contrarium, primo de authoritate, ex eo reſponſo, quod non intendit ad id, ad quod inducitur. ſed hoc intendit, quod non ſit per fidei dationem iungenda manus imperio: vt ad ipſius defenſionem dicatur falſum teſtimonium. Ad idem. de teſti. c. j. & c. ſicut. & c. intimauit. de teſtib. co. peruenit. j. ad
30 reliqua dico, quod †bene eſt differentia inter linguam mendacem quæ non aſſumit formam teſtimonij, & teſtem fallacem, qui ſcilicet aſſumit formam teſtis, quia eſſe poteſt cum iuramento & ſine, vt ſupra dixi. Ad tertium, reſponſum eſt per dicta in quarto argumento huius partis. reliqua etiam ſunt ſoluta per ibi dicta, & per diſtinctionem formæ figuratæ & ſpecificæ ad non ſpecificam.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare eccleſiæ ſuæ, an quis ſine ſuperioris licentia poſſit. 6. 9.*
2 *Electione non ſubſiſtente, an confirmatio valeat.*
3 *Sententia lata à non ſuo iudice, vel confeſſio corā illo facta, non valet.*
4 *Papæ ſpeciale eſt, confirmare id, quod eſt nullum.*
5 *Electio à principio nulla, an conualeſcat.*
7 *Salutis ſuæ immemor nemo præſumitur.*
8 *Pro ſententia vel confirmatione epiſcopi an præſumatur. & nu. 14.*
10 *Electionis ſpectandum eſt initium.*
11 *Ratihabitio in electionibus an poſſit retrotrahi.*
12 *Coniugium cuius eſt confirmare, eius eſt diſſoluere.*
13 *Sacerdos poteſt id, quod ad Papam pertinet, vel eius delegatum, vbi agitur de ſalute animæ.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XLV. SVPER REG. Non firmatur.

ARCHIPRESBYTER non valens habere copiam epiſcopi, renunciauit in mortis articulo in manibus presbyteri recipientis nomine epiſcopi, & ſtatim canonici elegerunt Titiū, poſt

post duos dies mortuo archipresbytero, episcopo veritate cognita, electionem confirmauit. quærebat, an valet electio & confirmatio.

Allegabat ad negatiuam tria. Secundo ad affirmati-
uã alia tria. Tertio, ponitur ipsius solutio, & illius re-
probatio ad contraria responsio.

PRO NEGATIVA. ¶Ad primum constat, ꝙ
1 non potest renunciare †ecclesiæ sine superioris licen-
tia, de renun. admonet. nec valet renunciatio aliter fa-
cta. 6. quæst. 3. denique. 7. quæst. j. si qui vero. 17. quæstio.
2. Gonsaldus. ex quo sequitur, quod non vacauit: & sic
nec aliter eligi potuit in locum viuẽtis. de con. præ. c.
j. & 2. ex his concluditur. quod non valet electio. 7. q. j.
factus est. & c. seq. vbi videtur casus. de renun. c. si. hoc
2 autem posito, quod non valuerit† electio, confirmatio
tanquam accessoria ad priuilegium inualidum nõ va-
luit, vt hoc eo. tit. accessorium. cum concor. allegabat.
de fide instrum. inter dilectos. ad fi. C. de legi. non du-
bium. & in hoc vide, quod no. de causa pos. cum super.
gl. j. ꝭ. eo. lib. de elect. quam sit. in fi. vlt. gl. & c. quorun-
dam. in vlt gl. & quod scripsi in c. si cui. in fi. eo. li. & ti.
benefacit. ff. de vulg. sub. l. ex pupillari. vbi per accesso
rium alias validum, non confirmatur principale non
validum.
3 Secundo certum est, ꝙ sententia †lata à non suo iudi-
ce, vel confessio coram illo facta non valet. de iud. at si
clerici. & ibi concordantiæ. ita igitur dicam, ꝙ non va
luit cessio facta per archipresbyterũ in manibus pres-
byteri, ad instar confessionis: nec ipsius renunciatio-
nis acceptatio, ad instar sententiæ. de consuet. ad no-
strã. facit ad prædicta. de renun. quod in dubiis. & cle.
de pœnis, multorum. ad fi. vbi etiam patet, ꝙ ratihabi-
tio episcopi non confirmat renunciationem quæ nul-
4 la est. Est enim †speciale in Papa, qui cõfirmat quod est
nullum. 2. q. j. in primis 3. q. 6. hæc quippe. de accusa. ad
petitionem. vbi de hoc nota. in gl. 2. & 9. quæst. 2. c. j. cui
potestati inferiores non participant, per hãc regulam.
Tertio, vt hic not. speciale est in electione, quod à prin
cipio nulla, non conualescit: de elect. auditis. & nota.
5 de elect. considerauimus. ergo &c. dato †ergo, ꝙ epi-
scopus potuisset ratificare, quod circa renũciationem
suo nomine factum erat. supra eo. ratum. cum concor.
illa tamen ratificatio præcedere debebat electionem.
erat ergo tempore electionis in pendenti, an per renũ-
ciationem illam vacatura esset ecclesia, & per conse-
quentiam pendebat electio, ꝙ esse non potest. ꝭ. eo. lib.
de elec. c. 2.

PRO AFFIRMATIVA. ¶In contrarium in-
6 ducebat: quia iste per renunciationem † perdidit om-
ne ius prælaturæ, quod habebat in ecclesia. 7. q. j. quam
periculosum. de renun. in præsentia. de præbend. dile-
cto. ergo vacauit ecclesia. & canonici potuerunt eli-
gere. valuit ergo confirmatio electionis, cum careret
vitio personæ vel formæ. & sic confirmari debebat. de
elect. postquam. ideo declarandum, ꝙ licet renuncia-
tio facta nõ in manibus superioris, non valeat quo ad
superiorem, qui illam reuocare potest, & sic loquatur
c. admonet. de renuncia. tenet tamen, quo ad renunciã
tem. vt not. eod. titu. quod in dubiis. & 6. quæst. 3. deni-
que. facit de appel. cum appellationibus. supra eodem
libro. Secundo, pro hac parte est præsumptio, scilicet
quod in mortis articulo id fecerit propter conscien-
7 tiam †remordentem, quasi sine pacto id facere potue-
rit. ex quo episcopi copiam habere non potuit, vt po-
nit thema. nec saltem tunc præsumetur immemor suæ
salutis. 1. q. 7. sancimus. de homic. significasti. 2. necessi-
tas ergo, quæ licitum facit, quod alias erat illicitum.
de obser. ieiu. c. 2. in fi. eo. tit. quod non est. hoc fecit, ꝙ
licite sine licentia renunciauit: cum hoc nõ faceret ex
contemptu. facit ꝙ no. de renunc. nisi. §. verum si pro-
pter. vbi iste qui spiritu Dei ducebatur, non suberat le-
gi. de reg. licet. Item, nullis lęthaliter infirmis presby-
ter pœnitentiam iniungere potest, sed propter absen-
tiam episcopi põt, ꝙ ad episcopũ spectat, & reconcilia
re solenniter pœnitentum. 26. q. 6. ca. vlt. ergo & potuit
hoc cõcurrentibus his duosbus, scilicet mortis & ab-
8 sentia episcopi. Tertio, pro †sententia vel confirmatiõ
ne episcopi præsumendum est. de renunc. in præsentia.
de elec. bonæ. j. cum thema ponat, ꝙ episcopus ex cer-
ta sententia electionem confirmauit, quo casu sufficit
tacita approbatio, vel patientia. vt no. Inn. & Ost. de re
nunc. admonet. & de præb. de multa. videtur quod eius
ratihabitio retrotrahatur, ex quo ipsius nomine fuit re
cepta. fuit & tale factum, quod à principio potuit de
mandari. ꝭ eod. ratum quis. & c. ratihabitionem. si hoc
est, ꝙ ratihabitio trahatur ad ipsum actum renuncia-
tionis. & horam eius, reperitur tunc ergo statim eccle-
sia vacasse: & sic ad dignitatem vacantem facta fuit ele
ctio. ergo ipsa electio valuit, & per consequens confir-
matio. & sic respõde ad prius allegata in cõtrariũ. Itẽ,
nec fuit ex sui forma electio in pendenti: immo pure
& simpliciter fuit facta. fateor tamen, ꝙ pendebat ex
facto superioris approbantis vel reprobantis. sed hoc
approbatur à iure. de elec ꝙ sicut. clarius supra eo. lib.
& titul. quam sit.
9 SOLVTIO. soluendo dixit, ꝙ renunciatio valuit,
& electio, & confirmatio, per vltima iura: nec ob. decr.
vlt. de renun. principaliter propter tria. primũ, quia nõ
fuit ibi aliquis nomine superioris renunciationem re
cipiens admittens, sicut hic. Secũdo, quia nõ fuit post-
modum approbata, sicut ista. Itẽ ibi nõ imminebat ne-
cessitas: sed poterat superior adiri. hic secus. ad alia iu-
ra respondet, ꝙ loquuntur in nullis à principio, sed ista
electio à principio tenuit, per vltimo allegata. hæc so-
lutio non placet, nec fuit disputationis tẽpore, cui in-
terfui, communiter approbata. & diuersitates quas po
nit ad decr. vlt. de renun vbi est casus, parum valent.
primo, quia litera nõ dicit, quo nomine receperint, an
Papæ, vel proprio. sed & si recepissent nomine ꝓprio,
si factum in se haberet licitã formam Papæ, quæ est su-
pra legem. vt dixi in prima parte, poterat ratum habe-
re nõ suo noĩe gestũ. Secunda diuersitas nõ valet: quia
ibi non fuit approbata, quia non erat approbãda. Ter-
tia minus valet, quia nulla necessitas erat imminitura
infra biduum, ꝙ per renunciationẽ vacaret ecclesia sta
tim vacatura. sed in decr. vlt. vere erat necessitas, vt sci
licet ecclesia forte ad multos annos non vacatura, va-
caret per renunciationẽ insufficientis prælati. tunc ad
id dispositi forsan cito pœnitentis. eo. tit. c. pe. facit ꝙ
dixi de spõsa. tua nos. super prima gl. bene facit ad hoc
de renun. c. j. supra eo. li. Itẽ, illa diuersitas tollitur per
c. Gonsaldus. vbi etiam timore mortis fuit beneficium
renunciatum, nec valuit renunciatio. Dico igitur ele-
10 ctionem †fuisse irritã, & per consequens confirmatio-
nem valuisse. & tamẽ in electionibus spectamus initiũ
de elect. auditis. & c. dudum. prima, & secunda. fallit in
11 ratihabitione. vt ibi not. in illis. ergo non †potest rati-
habitio retrotrahi, licet possit approbare gesta, vt ex-
tunc: sed non, vt exnunc. nota quod dixi spectari ini-
tium. verũ, quãdo electio est nulla. secus, si annullãda:
vt eod. tit. de elect. quod sicut. vbi de hoc. ista autẽ ve-
re nulla, quia facta ad ecclesiã nõ vacantẽ, & sic locum
viuentis, vt prius dixi. nec videtur vera gloss. in decre.
quod in dubiis. cum sit aperte contra textum ibi dicen
tem, ꝙ nullam obtinet firmitatem & glo. dicit, ꝙ obti-
net aliquam cõtra illud vniuersale negatiuum. de hoc
ibi scripsi super j glo. sed & dato, ꝙ illa opinio esset ve-
12 ra, sicut confirmatoris † fuit confirmare coniugium:
ita eius est dissoluere: iuxta regulam. eo. titul. in antiq.
omnis res. semper ergo durat, donec superior renun-
ciationẽ acceptãdo dissoluat. Ad secundum respõdeo,

ꝙ si conscientia vrgebat ad id, bene facit dimittendo.
13 quantũ in se erat. Ad tertium, speciale †dico illud, propter animæ salutem, quo casu posset sacerdos etiã id, ꝙ ad Papã pertinet. de sepul. c. fi. vel ad eius delegatũ. de
14 offic. or. pastoralis. Ad id ꝙ dicitur, præsumi †pro sentẽtia. fateor in dubio. sed hic factum est certum. Ad id, quod dicitur de tacita approbatione, fateor, sed per hoc non tollitur nullitas electionis. ¶ In dec. quam sit. non pendet electio simpliciter & pure facta de religioso. sed consensus electi bene consistit in voluntate superioris, sine cuius licentia concedi præbenda nõ põt. 3. eo. titul. & lib. si religiosus. in dec. quod sicut. electio est pura, & valet. tamen contemptus suam iniuriã prosequendo, petere potest cassari illam, quod alius non posset. supra eo. lib. de præben. cum in ecclesiis.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta, aliis præiudicium non facit.*
2 *Filius qui nominatur, an per hoc habeatur ꝓ filio. 13.*
3 *Clericatus est dignitas.*
4 *Actor id quod asseuerat, probare debet.*
5 *Præsumitur, quod nemo sit immemor suæ salutis.*
6 *Literæ apostolicæ fraudis suspicione carent vt plurimum. & nu. 9. 12.*
7 *Ecclesiæ priuilegia, & asylus, etiam super homicidio.*
8 *Præsumptio quæ oritur ex dicto vnius testis, impedit matrimonium contrahendum.*
10 *Clericorum firmum & antiquum ius.*
11 *Argumenta an sufficiant, vbi non fit cuiquã præiudicium. & nu. 7.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XLVI. SVPER REG. Non licet.

ACCVSATVS de homicidio corã seculari iudice, producit literã, qua nominatur clericus & canonicus Parisien. quæritur an sufficiat hæc probatio isto casu. Et est Gul. de Petra lata.

Ad partem negatiuam inducit 5. rationis. Secũdo, ad affirmatiuam, 3. & vnam gl. Tertio, soluit distinguẽdo. Vltimo solutio declaratur.

PRO NEGATIVA Et ꝙ talis litera non suffi-
1 ciat, inducebat ꝙ res inter alios †acta, &c. supra de re iudi. c. pe. & ibi concor. ista autẽ litera ad aliud dirigebatur. forte ad delegationem causæ suæ alteri faciendam, vel alterius fiendã, sibi saluo, ꝙ in solutione dicã. nec super clericatu fundabatur. ergo non probot. Facit eo. lib. de priuil. si Papa in princ. facit de præsumptione illud quoque. Item nominationem non tribuit, vn-
2 de licet quis nominetur †filius, nõ per hoc habetur pro filio, de probat. per tuas. vbi de hoc. & in glo. j. & circa nominationẽ vide quod not. 93. dist. dominus. xj. q. j. sacerdotibus. 32. q. 4. dicat aliquis. & qui filij sint legi. per tuas. in fine in gl. & non omnis vox iudicis, habet vim sententiæ. de præsumpt. c. afferte. vbi de hoc in j. glo. & facit 2. quæstio 7. non omnes. vnde beata Maria nominabatur vxor, & nõ erat. 27. quæst. 2. inuentã. Item licet propter ignorantiam salutet, non propter hoc habetur pro absolutio. de sentent. excomm. si aliquando. immo nec si id scienter faciat vt in clement. eod. titul. si summus. j responso. & multum facit eadem dec. 2. respon. vbi videtur casus. nam nominando aliquem in dignitate, illum per hoc non approbat in illa, nec sibi ius tri-
3 buit constat autem quod clericatus est †dignitas. quarta. distinctio. denique. in principio. & j. quæstione j. reperiũtur. Item si quis nominatur fornicator, vel ebriosus, non per hoc talis fore conuincitur 2. q. j. multi. Sic nec statim dicimus accusatum esse reum, nisi conuincatur. 15. q. vlt. c. vlt. in fi. nec debemus esse nimis creduli. 86. dist. si quid. xj quæst. 3 in cunctis. de accu. qualiter secũd. in ꝟ. quia per surreptionem multa proueniunt. 3. quæst. 3. induciæ. de do. & contu. cum olim. & potuisset ad hunc finẽ talis litera impetrari, quæ de facili haberi potuit & talibus fraudibus. & contra surreptiones prouidendum est. de diuor. quãto. in fi. de electio. cum dilectus. versi. nos vero. & ideo de his inquiri iubetur. 24 dist. quando episcopus. de cler. pereg. ca. vno. 98. dist. per totum. Item videtur expressum 42. dist. quiescamus. in princ. ibi: si in clero electum se dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare ostendat ergo literas ordinationis suæ, quas secum habere debet. 2. q. j. legum. & clare patet in extrauag. Bonifa. de election. iniunctæ ver. similiter. & ver. sequenti. imputet igitur sibi, si tales literas non habuit, vel habitas non seruauit: cum ex culpa sua procedat. eo. tit. damnum. cum concorda. Item iste, qui de clericatu excipit, in hoc fingitur a-
4 ctor. ff. de probatio. l. 2. Sed actor †id, quod asseuerat, clare probare debet. 4. quæstione vlti. actor. iste autem non probat se clericum, vt excepit: sed probat se nominatum clericum, succumbat ergo quia non probat, ad quod se adstringit. de probationi. licet. nec probat hoc esse. & c. de offi. dele. cum contingat. facit. de testi. cum causam.

PRO AFFIRMATIVA In contrarium inducitur j quæstio 7 sancimus. vbi dicitur quod non præ-
5 sumitur †quis immemor suæ salutis: & sic non præsumitur mẽtiri, cum quilibet præsumatur bonus. de scrutin. in ordin. fa. capit. vno. de præsumptioni. cap. fina. &
6 præsumitur etiam pro literis †apostolicis. quod careãt falsitate. cum per multas manus transeant, de rescript. cum adeo. & c. ad audientiam. j. vbi de hoc. 23. distinct. communis filius. 35 quæstio. 9. apostolicæ. Cum ergo credatur literis inferiorum. xj quæst. 3. curæ. de proba. post cessionem. de fide instrumen. cum dilectus. de fideiuss. peruenit. fortius debet credi literis papalibus. ad hoc de testi. in nostra. & c. cum à nobis. 95. dist. illud. habeat ergo plenissimam authoritatem, quod scientiam papæ continet. C. de testament. l. omnium. Item dicebat quod. videbatur casus pro accusato. xj. quæst.
7 j. Christianis, & c. Syluester. Item, reos† sanguinis defendit ecclesia. 23. quæst. 5. reos. & volens hominem liberare à morte, & id non faciens, illum occidit. de homici. sicut dignũ. ver. illi etiam. in hoc saltem dubio, in quo via tutior eligenda est. de spon. inuenis. defendendus est iste, & sibi vita seruanda: & pro iure ecclesiæ præsumendum: potissime, quia in talibus quibus alteri vel modicum præiudicium obuenit, sufficiunt argumẽta. de cler. per cuss. c. 2. & facit supra de probatio. cum causam. & quod ibi not. in glossa. fin. & 3. quæst. 7. postulatus. 24. quæst. 2. sane. 2. in j. gloss. nec de modico præiudicio est curandum. de verb. sign. quid per noua-
8 le. Item, cum præsumptio†, quæ oritur ex dicto vnius testis, impediat matrimonium contrahendum. de spõ. præterea. 2. fortius præsumptio, quæ oritur ex tali litera, impedire debet iurisdictionem iudicis secularis. facit de cler. excom. mi. illud. de rescri. cum cõtingat. inducitur etiã gl. pen. in decr. vero nulli. de rescri. ver. ad hoc dicit Io.

SOLVTIO. soluebat, distinguendo inter agentẽ & excipientem, inducens simile. de except. cum inter. quia si iste agit vẽdicando beneficium, vel aliuò quod clerico competit, vel petit admitti ad celebrandum populo, vel similia, talis litera non sufficiet: per præd. c. quiescamus. 42. dist. & 2. quæst. j. legum. & per extrauagan. iniunctæ. superius allegat. 98. dist. per totum. & de cler. peregr. c. j. & sequen. Si autem excipit ad defensionem sui, vt in casu isto, vel similibus, sufficiat talis

litera,

litera,vel similis alias suspicione carens, ad quod in-
ducit tria,præsumptionis argumentum literæ authen
ticæ fauorem,& clericalis ordinis, & nullum vel mo-
dicum præiudicium alterius.ad primum repetit quod
9 prædixi in princ.secundæ partis,s.literas papales †per
multas manus transire:& ideo pro illis præsumi.dicit
&.ꝙ præsumitur,ꝙ papa illum examinauerit, vel exa-
minari fecerit,sibi beneficium conferendo: cum aliis
hoc fiendum præcipiat.24. dist.quando episcopus.de
elect.nihil est.Si ergo pro inferioribus iudicibus præ-
sumitur:de renun.in præsentia.fortius ꝓ papa.40.dist.
non nos beatum.cura seq.& videtur per prædicta ver-
ba,disputans quæstionem intellexisse, ꝙ litera de qua
quæritur, fuerit collatrix beneficij:& hoc casu minus
dubium,quã si esset alia litera: puta delegatiõis ad eũ,
vel per eum impetrata.Ad secundũ inducebat,ꝙ Pha-
10 rao clericos honorauit,& libertate †ditauit 23.q.vlt.c.
tributum.§.quamuis.de immu.eccl.non minus.& Cõ-
stantinus ipsorum accusationes recipere recusauit.11.
q.j.sacerdotibus.12.q.2.quicunque.de iudi.nouit. Itẽ,
oẽs causæ, etiam laicorum.olim tractabantur in syno-
do clericorum.xj.q.j.relatum.non mirum ergo,si faci-
le res ad suam naturam reuertatur.qua de causa eccle-
siasticus iudex supp'et negligentiã secularis, nõ econ-
uerso.de iud.qualiter.de fo.compe.licet.Ad tertium in
11 ducit,ꝙ †sufficiunt argumenta,vbi non fit præiudiciũ
de cle.pe.c.2 & ꝓpter hoc semiplene discutitur nego-
cium:vt lite.non conte.quoniam. §. ꝙ si super.facit de
procu.ex insinuatione.& 25.q.2.rescripta.& facit,ꝙ no.
de differentia testis ad iudicem 3.q 5.c.j.de off.dele.in-
sinuante.in j.gl.igitur & pœna delicti non tollitur per
id,sed eius species & ꝙ differtur, non aufertur. 32.q.2.
ancillam.§.de voto.non est.Puto,ꝙ si Gul.tempore di-
sputationis vidisset decretal.si iudex.de sen.excõ libr.
6.de ipsa arguendo vel soluẽdo mentionẽ fecisset.cum
autem per illam,vt ibi patet post prin.sola fama de cle
12 ricatu faciat fieri †remissionem:satis videtur, ꝙ illa li-
tera non minus valere debeat,quam fama in hoc casu.
Item dico in illo,qui communiter habebatur pro cle-
rico, eidem depræhenso in clericali habitu, qui prius
habebatur pro laico:vt ibi patet,quia prædicta sine ta-
li litera reuertuntur.remanet ergo quæstio dubia in vl
timo casu, quando prius habebatur pro laico. & cũ eo
casu teneatur facere fidẽ de titulo clericali,vt dicit ip-
sa dec.in §.si non videretur talis litera sufficere.& hoc
inducit præsumptio insurgens ex præcedenti delatiõe
habitus laicalis,vt ibi.quantumcunque sic defendẽdo
literam producat.Item,ꝙ sufficiat litera etiam benefi
13 cialis,qua nominatur †clericus:multum probat dec.ex
literis.de transact.nam si beneficiales sunt subreptitię.
eo non existente clerico,satis ergo patet, ꝙ clericatus
talem literam non probat,cum possit talis litera de fa-
cto per non clericum impetrari.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro rumpuntur,cum alter sponsorum contrahit sponsalia de præsenti.5.24.*
2 *Religionis per ingressum,sponsalia soluuntur ipso iure nu.23.26.*
3 *In matrimoniis num magis spectetur animus, quam iuris effectus.*
4 *Matrimonium licet nullũ, quos effectus consequatur.*
6 *Affinitas non ex legitimo tantum coitu, sed etiã fornicario oritur.*
7 *Bigamiæ pœna an contingat ex matrimonio.quod nõ tenet.*
8 *Proles est illegitima,si ambo parentes sciuerunt impedimentum,quantumcunque in facie ecclesiæ contractum sit matrimonium.*
9 *Clauium potestas non contemnenda.*
10 *Actum requisitum ad aliquid efficiendũ,de facto fieri sufficit:quamuis de iure non teneat.& num.13.15.*
11 *Procuratorem secundum dans, reuocaréne primũ videatur. Et quid de testamentis.*
12 *Gratia secunda,quod cum prærogatiua præbẽda alicui conferatur,licet postea reuocetur,rumpit primã.*
14 *Actio semel extincta,an reuiuiscat.& nu.27.*
16 *Spõsalia de futuro,an rumpantur per matrimonium nullum.19.21.*
17 *Facta contra ius,pro infectis habenda sunt.*
18 *Veritas reuelata debet opinioni vel sermonibus præualere.*
20 *Religionis minus probata ingressus,non dissoluit sequens matrimonium.*
22 *Præmium consequi nõ debet,vnde sibi pœna debetur.*
25 *Adulterium committit,quæ de præsenti sponsalia cõtraxit,vt vxor,licet à viro nondum sit cognita.*
28 *Matrimonium non dissoluit votum continentiæ,licet eius executio suspendatur.*
29 *Sponsalia & votum,in quibus se non compatiantur.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XLVII. SVPER REG.
Non præstat.

MATRIMONIVM solutum propter consanguinitatem, vel mulier non cognita religionem profitetur: quæritur an rumpat sponsalia de futuro prius a viro contracta.

Et primò pro solutione ad vtrunque membrum ponetur glo.Ioan.Secundò ad vtrunque inductiones affirmatiuæ,quibus inquantum solutioni contradicũt, singulariter respondebitur. Tertiò diuisim ad membra arguit negatiuè,& primo ad primum.& in id conceditur.Secundò ad secundum & omnibus,quæ inducuntur,singulariter respondetur. Soluendo igitur dico,quõd Ioan notauit in 3.compil.de spon.sicut.quòd matrimonium solutum propter consanguinitatẽ, non rumpit priora sponsalia de futuro.ad quod inducit de cre.cũ in apostolica.eodem titu.si verò soluitur per ingressum religionis,nihilominus rumpit priora sponsalia.ad quod inducit de conuer coniu.quidam. & quia actio semel extincta,non reuiuiscit.de con. distinct.4. quæris hanc gloss.Ioan.Bernardus vel eius cõtemporanei,s.Vincent.in secundo apparatu.Goff.& Phi.non posuerunt,nec aliqui moderniores eam tractauerunt, ꝙ sim memor ad præsens.Ad literam tamen illa videri poterit in nouella:ordine verò turbato procedit solutio argumenti,vt mistim quæstiones istas tractãdo; fiat simul positio & responsio argumentorum,quæ solutioni contraria videntur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Ad vtrã-
que ergo quæstionem primò arguitur affirmatiuẽ,sci-
licet quòd vtroque casu rupta sint sponsalia. & taliter.
certum est,quòd inter multos casus,quibus rumpun-
1 tur sponsalia † de futuro,iste est potissimus casus,sci-
licet cum alter sponsorum contrahit secunda spõsalia
de præsenti.de spon.sicut.& c.si inter.2.respon. de spõ
sa duo.c j.ideo dixi secundum Taur. qui hoc notat de
sponsa.de illis.cùm in aliis dissoluantur per sententiã
2 in hoc casu,& cum alter sponsorum † religionem in-
greditur,soluuntur ipso iure.sed certum est, quòd spõ
salia de præsenti quo ad verba, accipio te &c.& quo
ad cõnsensum, in vtroque casu interuenerunt, & in-
teruenire potuerunt. ergo dicenda sunt rupta priora

ſponſalia Quod verba interuenire potuerunt, per ſe
patet: quod conſenſus interuenire potuerit, ſatis pa-
tet. de ſpon. capit vno. eo. libr. vbi ſponſalia nulla, quia
cum conſanguinea contracta, ſi tenent ex conſenſu, in
3 ducunt publicam honeſtatem. inſpicimus enim in †ma
trimoniis plus animam, quam iuris effectum. de biga-
mi. nuper cum ſuis concordat. multos enim effectus
4 †conſequitur matrimonium, licet ſit nullum. Inducit
enim bigamiam vel pœnam bigamiæ. vt ibi: quam ſi-
ne matrimonio quis non poteſt incurrere de bigam.
quia circa. facit prolem legitimam ſeruata forma con-
ſtitutionis cum inhibitione de clandeſt. deſpon. quam
prolem legitimam producere non poſſet fornicarius
coitus. primum probatur de clandeſt. deſpon. ca. vlti. &
qui fi. ſint le. cum inter. & cap. ex tenore. Item inducit
publicam honeſtatem, vt eſt dictum. & interdum indu
cit adulterium, & adulterij pœnam. quod dic, vt nota.
de donat. inter vi. & vxo. plerunque. Cum ergo mul-
tos effectus alios conſequatur matrimonium. non mi-
rum, ſi conſequi poteſt hunc effectum rumpendi prio-
ra ſponſalia de futuro, quaſi ſufficiat conſenſus cum
forma verborum. & eſt ſimile, vbi ſufficit aliquid va-
lere ex forma, licet ex effectu vel cauſa non valeat. de
ele. ſi poſtquam libro. 6 ſicut & in denunciatione noui
operis dicitur. ff. de no. ope. nun l. j. & eod. ti. ul. c. j. & 2.
& in ſententia excommunicationis xj. quæſt. 3. ſenten-
tia. Sed ad iſta, inquantum quo ad primum punctum,
ſolutioni contradicunt: reſpondetur, quod ſolutio
5 ſponſaliorum † de futuro per conſequens matrimoniũ,
procedit ex vinculo coniugali, quam non inducit ſo-
lus de ſpon. de illis. cum in aliis diſſoluantur per ſen-
tentiam, in hoc caſu. & cum alter ſponſorum religio-
nem ingreditur, ſoluuntur ipſo iure. ſed certum eſt ꝙ
ſponſalia de præſenti, quo ad verba: accipio te &c. &
quo ad conſenſum, in vtroque caſu interuenerunt, &
interuenire potuerunt. ergo dicenda ſunt rupta per ſe-
cundum legitimum conſenſum: ſed publica honeſta.
non procedit ex vinculo coniugali, ſed ex ſponſalio-
rum conſenſu, qui ſufficit ad illud impedimentum in-
6 ducendum: ſicut etiam affinitas † non ex legitimo coi-
tu, ſed fornicario ſurgit, & ſufficit ibi coitus. de eo,
qui cog. conſang. vxo ſuæ. diſcretionem. ¶ Ad illud,
7 † quod dicitur pœnam bigamiæ contrahi ex matrimo-
nio, quod non tenet. hoc ſolum contrahentis ille-
gitimum matrimonium verſatur odium. vnde fateor
eum ex facto ſuo poſſe pœnam incurrere, propter af-
fectum cum opere. ſed non ſic ſe poteſt ab alterius ob-
ligatione liberare per contractum: per quem alteri nõ
ligatur, per quem ſibi poteſt præiudicare ſed non ſe li-
berare, niſi alteri ligetur. eodem modo tolli poteſt,
quod arguitur ex dec. eum, qui de præbend. libro. 6. vbi
ligatus eccleſiæ parochiali, ab illo vinculo ſoluitur,
recipiendo etiam iniuſte ſecundam parochialem ec-
cleſiam. illud enim eſt inductum in odium iniuſte re-
cipientis, non in ipſius fauorem. vnde poſſet dici ſe-
cundum opin. Io quod dixi. de præbend. de multa. ſu-
per ver priuatus. & ipſe no. 7. quæſt. j. ſi qui. & 21 quæſt.
2. ſi quis iam tra ſlatus. quod tunc ſit priuatus, quo ad
ſe, non quo ad eccleſiam, vel prælatum ſuperiorem, qui
eum etiam inuitum retinere poſſit in locum ſuum.
8 ¶ Quod dicitur de prole, illud † in eius fauorem in-
ductum eſt, propter ignorantias parentum amborum,
vel alterius. quod patet, quia quantumcunque in fa-
cie eccleſiæ contractum ſit matrimonium, ſi ambo pa-
rentes ſciuerunt impedimentum, proles eſt illegitima
vt in præ. dec. vltim. de clandeſti. deſpon. ¶ Quod dici-
tur in decr ſi poſtquam. de electio. libro. 6. ſpeciale eſt
in cathedralibus & regularibus eccleſiis, vt ibi patet.
alias enim non ſufficit appellationem eſſe iuſtam ex
forma. de appella. vt debitus. eo. titu. non ſolum ſupra.
9 eod. libro. ¶ Quod † de denunciatione dicitur, ſpeciale
propter contemptum prætoris, ſicut & quod dicitur
de ſententia excommunicationis ſpeciale, ne poteſtas
clauium contemnatur. ¶ Adhuc pro hac parte ſic ar-
10 guitur: actus † ille, qui ad aliquid efficiendum requiri-
tur, ſufficit, quod de facto fiat. & ſi de iure non teneat.
hinc eſt, quod inſtitutus ſi ſeruum hæreditarium ma-
numittat, manumittere non poteſt, niſi adeat. adire nõ
poteſt, niſi manumittat. Dicit tamen lex, quod vt ad-
eat, ſufficit, quod de facto manumittat: licet manu-
miſſio non valeat ff. de cond. inſtitu. mulier. §. j. Item, ſi
manumiſſus ſit, ſi 10. heredi promittat, ſufficit, quod de
facto promittat, licet promiſſio facta ab ipſo adhuc
ſeruo, non teneat. ff de ſtatulib. l pe. Item manumiſſus
teſtamento, ſi iurat 10. operas filio dare, iurando liber-
tatem conſequitur, licet non teneat iuramentum. ff.
de manu. te. l. ſeruum teſtamento ad idem. ff. de condi.
inſti. l. Mæuius. & teſtamentum, ex quo non aditur he-
reditas, rumpit codicillos, qui tamen tenuiſſent, ſi te-
ſtamentum factum non fuiſſet. ff. de hered. inſti. l. pater
filio. & inſt tu. qui. mo. teſt infir §. poſteriore. per quod
11 etiam † notaui, de procur. ſi duo. lib 6. in gl. 2. quod dans
ſecundum procuratoré, reuocat primum, etiã ſi ſeruus
non ſuſcipiat mandatum ad idem ff. de iniuſt. rup. &
irri. te. l 3 § ſed & ſi ante. vbi ſecundum teſtamentum,
quod rumpitur per poſthumum, rumpit primum teſta
12 mentum Ad † idem de præben. ca. pe. li. eo. vbi ſecunda
gratia, quod cum prærogatiua, præbenda alicui confe
ratur, licet poſtea reuocetur, rumpit primam Ad idem
ff. de teſta. milit. l. militis codicillis. § ſi. vbi ſecundum
13 teſtamentum † iure militari factum, licet non valeat,
milite, ſ. decedente poſt annum militiæ: tamen rumpit
primum, quod ipſe fecerat iure communi. Et ad idem
de ſepul. c j. li e. vbi electio ſepulturæ licet non teneat,
impedit aliam ſepulturam eligi, ac ſi teneret. Ad idem
ff. de adimen. lega. l. legatum ſub conditione. in fin. vbi
ſi quis donet vxori, quod legauerat filiæ, intelligitur
ademiſſe: licet donatio vxori facta non teneat. Ad hoc
reſpondetur, ꝙ in l. mulier. § j. in l pe. de ſta. li. in l. ſer-
uum teſtamento & l Mæuius. ſufficit factum, licet nõ
habeat iuris effectum. quia ſatis fit voluntati teſtãtis,
qui factum inſpexit: ac ſi dixiſſet, ſi ſalutauerit, vel la-
pidem in flumine proiecerit vnde ſufficit ibi factum
ſine iuris effectu. ad id ff. de ſtatulib. Stichus ſi. 10. Præ-
terea ibi quod poteſt & iuxta iuris regulam ad impoſ-
ſibile non debet adſtringi eo ti. nemo poteſt. cum ſuis
concorda. ad l. 3 § fin. ff. de codicillis. cum 7. iuribus in
proxi. alle. non expedit reſponderi quia faciunt pro ſo
lutione, quo ad ſecundum poſſunt. Probant enim illa
iura, ꝙ ex quo ſecundum teſtamentum à principio te-
net, licet poſtea rumpatur, videtur ruptũ eſſe primum,
& eſt ſimile in procuratore & gratiis: ſicut ex quo ma-
trimonium tenuit, licet poſtea rumpatur, ſufficit ad
hoc, vt rumpat priora ſponſalia. ad quod facit, quod
14 dicitur actionem † ſemel extinctam, non reuiuiſcere.
de cond. diſt 4 quæris. 23. quæſt. 4. ſi illic. ff. de ſolut. qui
res. §. aream. ff. de verbo. obli. inter ſtipulantem. §. nam
& cum quis. ¶ Ad decr. de ſepul reſpondetur, illud
non eſſe ex virtute electionis, quæ nõ tenet, niſi in pœ-
nam eligentis. ¶ Ad l adimen le. reſpondeo, ꝙ quia te-
15 ſtamentum † pendet ex vnius, non ex plurium volũtate
ſufficit, ꝙ ibi appareat teſtatoris legantis mutata vo-
luntas: licet voluntas legatarij nõ intercedat, quæ nec
requiritur, niſi ſit in caſu noſtro: cum ſponſalia pende-
ant ex voluntate duorum. & facit ꝙ no. ſupra, de conſt.
c. j. lib. eodem.

16 PRO NEGATIVA. ¶ Ad negatiuam † vero,
ſcilicet, quod in neutro prædictorum caſuum rum-
pãtur ſponſalia, arguitur primo quo ad primum, quod
matrimonium contractum cum conſanguinea, cum
ſit nullum, non habet rumpere ſponſalia. ad hoc enim,
vt matrimonium illa rumpat, debet eſſe tale, quod te-
neat. non enim præſtat impedimentum, quod de iu-
re non ſortitur effectum: vt hic cum ſuis concordan.

Et

17 Et † quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi.
eodem titu.quæ contra ius.& C.de legi. non dubium.
si igitur istud matrimonium consanguineæ debet ha-
beri pro non facto,satis patet,quod non rumpit spon-
salia.ad instar eius,quod dicimus electionem, quę nul
la est,alteri electioni non præstare impedimentũ , iux-
ta ea,quæ plene no.de electionibus.auditis. ad húc ca
sum bene facit ff.de cõditio.& demonstratio.l. hæc cõ
ditio.j.vbi conditioni nuptiarum dicatur nó paruisse,
qui nuptias interdictas contraxit.Condemnatum etiã
sic accipere debemus , vt condemnatio teneat.ff.de re
iudic.l 4.§.cõdemnatum.& l.si cum nulla.ad idem. ff.
de pœn.l.rei capitalis.in fine.ff ad Tertyllian.l.j § fin.
& tutores testaméto datos,accipere oportet , qui iure
dati.ff.de testa.tuto.l.3.& falsus tutor,nõ est tutor. nec
falsum testamentũ,est testamentũ ff.de verb. sig.Paul⁹.
Idẽ dicá de matrimonio.Itẽ,qui satisdare promisit,dã
do eum,qui non obligatur,vel exceptione vtitur, satis
dare non dicitur.ff.de fideiuss.l. 3. & quæ pro exceptiõe
parum possunt,in compensationem non veniunt.ff. de
18 compen.quæcunque.& l.quod in diem.& veritas † re-
uelata debet opinioni vel sermonibus prævalere. 8.di.
veritate.81.distin.quicunque.de re iud. cum inter. Ex
quo igitur apparet matrimonium non fuisse propter
consanguinitatem,veritatem opinioni præferendo.di
19 cemus † non rũpi sponsalia:maxime cum pronuncie-
tur matrimonium non fuisse.in authen.de nup.§ si ve-
ro ab initio.collatione quarta sponsalia igitur priora,
quæ tenuerunt,per matrimonium,quod non tenuit,sol
ui non debent.ad hoc ff.de rescin. ven.si id , quod. in
20 princip.§.primo.Nam † & si profiteatur quis religio-
nem non approbatam,ista professio non dissoluit etiã
sequens matrimonium.de voto.c vno.eodem lib.& fa
cit,quod ibi notauit de ordinato ab eo, qui non pote-
rat ordinare. Et lex videtur dicere,quod matrimoniũ
contractum cum consanguinea, non dissoluit sponsa-
lia prius cum eadem contracta:ergo nec cum altera ff.
21 de do.inter vi.& vx.cum hic status.§.pe. Quid † vltra?
videtur id expressum de spõ.ca.vno.eodem lib vbi.qui
cum consanguinea contraxit , ad contrahendum cum
sponsa remanet obligatus.Sequeretur enim ex cõtra-
rio absurditas magna, quia scilicet ille,qui cum mulie
re sponsalia contraxisset , seipsum posset contrahendo
22 cum consanguinea liberare. & consequeretur † præ-
mium vnde deberetur sibi pœna.de hereti.eodem lib.
cum secundum.ergo fortius vinculum hoc casu habe
bat soluere sponsalia,hoc cum nullum sit vinculum,q
patet:quia potest illo durante vel per ecclesiam nõ so
luto,cõtrahere cum alia . ergo dicam priora sponsalia
non esse soluta.de spõ.cũ in apostolica. de eo, qui dux.
in mat quam pol.per adulte.c.1. probat hoc lex dicẽs,
quod secundum testamentum,in quo filius fuit prete-
ritus,non rumpit primum.ff.de lib & pos.l.si filio. Te-
stamentum vero,in quo præteritus est posthumus.be-
ne rumpit primum,licet postea rumpatur per posthu-
mũ,quia potuit posthumus non nasci, & sic à princ.te-
nuit. & sic loquitur lex superius alle.ff.de inius.rup.&
ir.te. l.2.§ sed & si ante.& sic licet testamentũ,q à prin-
cipio tenuit. & ex quo pars potuit heres esse, quanuis
postea rumpat & primum:illud tamẽ, q à principio nõ
tenuit,& ex quo a principio non potuit quis heres es-
se,non rumpit primum : vt in l.si filio. quod satisfacit
ad vtriusque membri solutionem.Et his non est respõ-
dendum,quia solutionem concordat:ad quam facit de
spon.veniens.
23 ¶ Quò ad secundum sic arguitur:matrimonium † so-
lutum per religionis professionẽ ante copulá , ex quo
non durauit,fingitur non fuisse. ff. de verborum signi
ficatio.l.nomen filiarum.cum suis concor. & cum ma-
trimonium sit sacramentum, & quod sacramentaliter
habeat,designare dicitur.de biga.debitum.matrimo-
nium vero non consummatum per copulam , non ha-
bet huius sacramenti significationem,vt ibi,& 45.dist.
Valentino.ergo non dicemus per illud dissolui spon-
salia.Perfici enim & cõfirmari videtur matrimonium
ex copula.de transla.capitulo vltimo sed ad istud re-
sponde,vt ibi,not.& 32.quæstione tertia capitul. quod
prædecessor.

¶ Prima,vt supra dictum est,causa,propter quã ma-
24 trimonium † posterius soluit priora sponsalia, est for-
tius vinculum.quod vinculum non deest in matrimõ-
nio non consummato:alias sequeretur,quod qui con-
traxit cum vna ante copulam cum alia contrahere pos
set.quod est falsum.Item sequeretur , quod sponsa de
præsenti,non cognita , cum alio coeundo non posset
25 † violare sacramentum matrimonij , si non deesset. &
hoc est falsum.Committit enim adulterium,sicut vxor.
de eo qui dux.in ma.capitulo secundo & vltimo de eo,
qui cog.consan.vxo.suæ.discretionem. secunda quæ-
stiõe prima si peccauerit.licet igitur iure permittente
26 istud vinculum † soluatur per religionis ingressum an
te copulam.27.quæstio.secunda desponsatam. & capi-
tul.se.de conuer coniug.verum & capitul.ex publico.
tamen durat vinculum secundum quosdam vel verius
soluitur vinculum quadã iuris fictione,qua professum
fingimus mundo mortuũ.16.quæstio.prima placuit se-
cunda.& facit quod not.de voto.capitul.vno lib eod.
sic ergo obligatio sponsaliorum extincta persequens
matrimonium,non renasceretur moriente naturaliter
secunda vxore.sic nec e profitẽte religionem. nec ob.
quod dicitur † obligationem interdum reuiuiscere,
27 de senten.excom.eos.lib.eodẽ. ff.quemadmodum ser.
amit.si locus.ff.de serui. vr.præ.seruitutes.§.si sublatũ.
C.de inoffic test.si maritus.C.de pact.debitori.in dec.
enim.eos.reuiuiscere potest excõmunicationis senten
tia:non ex iuribus prioris obligationis vel sententiæ:
sed ex iuribus ipsius cõstitutionis.q probat litera ibi,
decernimus.non dixit,declaramus.vbi not.& est illud
statutum in odium contẽnentis, & fauore clauium.ad
l.si locus.& §.si sublatum.dico , quod non erat intotũ
obligatio extincta,sed propter casum impedita. In.l.si
maritus prouidetur iustæ ignorantiæ heredis.& est si-
mile ad id. quod habes de præben. si beneficia. lib.
eodem..

¶ In l.debitori.reuiuiscit nõ ex vi prioris obligatio
nis,sed ex vi pacti subsecuti.vnde ex hoc posset obliga
tio reuiuiscere,isto de nouo contrahente sponsalia cũ
eadẽ.Ad hoc bene facit.ff.de seruit.vrba. præ l. si quis
ędes j.responso.de renun.ex transmissa.de Simo.ex in-
sinuatione.de rescrip.quanuis.li.eo.nec ob.quód dici-
tur obligationẽ non extinctá , sed suspensam ad instar
eius,quod notat.Ioan. de voto simplici , scilicet quod
talis vouens si cõtrahat mortua vxore , cõtinere debe
bit.hoc not.27.q j.nuptiarũ &. quęstio.2.Agathosa.ma
28 trimonium † enim non dissoluit votum continentię:
licet ipsius executio suspendatur pro parte saltẽ red-
dentis.quod patet,quia etiá vxoratus , quo ad sui obli
gationem,continentiam vouere posset,& per illud vo
tũ,sine pręiudicio cõiugis, se Deo ligare. sed post ma-
trimonium,sponsalia cum alia non posset contrahere.
29 Cum igitur per † votum fiat obligatio Deo,hoc scili-
cet per sponsalia fit homini.Itẽ, cũ votum & matrimo
nium secundum ea,quę dixi,se compatiantur adinui-
cem,matrimonium cum vna, & sponsalia cum alia,nõ
se compatiantur,non est mirum si matrimonium in to
tum soluit:sponsalia vero votum suspendit. fateor ta-
men,q votum simpliciter, & matrimoniũ, & eius vsus
se non compatiantur. & facit quod dixi post Inno. de
conuer.coniu.placet.in fi.licet autem respondere ad
prędictam opin.Io.proximo inductá non tamen pręci
se fateor eam veram.q tamẽ hic non tracto, sed tracta
ui,qui cleri.vel vo.rursus.in vlti.gl Ex prędictis allega
tis & contrariis solutis concludo,quod in solutione su
perius dictum est.Ioannes Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Sententia semel lata, iudex suo functus est officio, neque eam corrigere potest.*
2 *Ius actori ex sententia quaesitum, ei auferri nō potest.*
3 *Sententiam iudicis quae reddant inualidam.*
4 *Pars maior sapientum, an omnes repraesentet.*
5 *Consilium an de necessitate sequēdum. Et quamodo lex id intelligat. 7. 10. 13.*
6 *Iudex secutus minorem partē consultorum, an excusetur & culpa careat.*
8 *Consilij habendi ratio quae sit.*
9 *Remedia communia, ab iniqua sententia.*
11 *Cum, & de, praepositiones, an & quid differant. Et vtriusque vsus & vis. & nu. 14. 15. 17. 18. 19.*
13 *Iudex suo, non assessoris vel consultoris, periculo iudicat.*
16 *Papa rescriptis, sententiis, & diplomatibus, quomodo praepositionibus, cum, & de, vtatur.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XLVIII. SVPER REG. Nullus ex consilio.

QVAESTIO principalis. Ex hoc incidit quaestio disputata Paduae per dominū Nicolaum de Matharel. qua quaerebat, Si iudex assumpsit tres consultores super diffinitiua: quorū duo consuluerunt reum condēnandum, tertius absoluendū, & iudex absoluit, valeat sententia, cum statutum habeat non valere sententias, nisi latae sint cum consilio sapientum.

QVAESTIO D. Martini quae praemittitur. Et huic quaestioni praemittam aliā quaestionē Domini mei in legibus domini Martini: qua quaerebat, Si ordinarius tribus cōsultoribus assumptis ita pronūciauit, de consilio talis condemno, & consilio talium absoluo. & lapsis decē diebus actor petit sentētiam executioni mandari, an sit exequenda.

Breuissime ad vltimam partem fiunt tres allegationes, & soluitur per quatuor rationes.

PRO EIVS AFFIRMATIVA. Dicebat multis videri, quod sic, quia cum dixit: condemno, functus fuit † officio suo. supra de offici. deleg. in literis. ff. de re iud. iudex. C. de poenis. l. poenā. nec potuit sententiam corrigere. ff. de arbit. l. arbiter. Itē statim fuit
2 ius † actori quaesitum, quod sibi non potuit auferri. bene facit supra eod. lib. de elec. ab eo. & clemen. eod. tit. constitutionē. § pen. in fin. allegabat ipse ff. de stipulatione ser. l. j. § si seruus communis. nō potuit mutare tenorē sentētiae. ff. de re iudi. l. actorē. Itē duae fuerunt orationes: & sic duae sententiae. ar. ff. quādo di. le. ce. l. ex his ergo praemissis rationibus valuit prima.

PRO PARTE NEGATIVA Refert ipse, qd̄ multis videbatur contrariū, quia iudex se correxisse videtur, dicendo statim post, absoluo. ff. de manu. testam. l. Stichus. j. Item, cum de consilio duorum absoluerit, fuit stādum cōsilio maioris partis. ff. de arbitr. item si. §. principaliter. facit ff. de re. iudi. duo ex tribus. facit regula. eo. tit. in obscuris. ponderando, q̄ absolutio sit tanquam minimum sequenda in obscuro.

SOLVTIO. Soluendo ipse tenuit, sententiā ipso
3 iure nullam, quatuor † respectibus: quia non imponit finē liti. ff. de re iudica. l. prima. ff. de arbit. l. dicere. Item, quia super vno articulo continere debet absolutionem tantum, vel condemnationem: vt praedicta l. j. super hoc tamen vide, quod scripsi de re iudi. cum inter. in vltim. gl. Item debuit esse certa. instit. de acti. §. curare & quia continet contrarietat. m. ff. eo. titul. vbi repugnātia. de testi. qui falso. C. de fide instru. scripturae. supra de fide instru. imputari. & circa hoc vide, q̄ vide, quod not. xj. q. 3. § cum ergo sententia, & dixi de offi. or. si sacerdos. super glo. penul.

REDIT ad quaest. principalē. Nunc ad quaestionem propositam redeundo, ad negatiuam j. & 2. ad affirmatiuam allegabo tria, subdens tertij rationē. Tertio soluitur, & solutio declaratur. Quarto, de praepositionibus, cum, & de, plene tractabo.

PRO NEGATIVA principalis quaestiōis. Ad
4 partem, quod sententia † non valeat, allegatur, q̄ maior pars sapientium repraesentat omnes. ff. eodē aliud. §. refertur. ad munici. † maior. de ventr. in posi. l. j. §. primo. Quod ergo sine cōsilio maioris partis, & q̄ plus est, contra cōsiliū factum est, non valet ex forma statuti. sunt ad haec similia. ff. de acquirē. hered. si quis mihi bona. §. si coram. de admini. tut. l. Titium. in princi. de insti. act. sed si pupillus. § conditio. de exerci. l. prima §. si plures. Secundo, sicut casu statutum dicit: sententiam diffiniendā cū consilio, intelligendum est de
5 † consilio consonante sententiae, vt verba habeant effectum suum. ff. quod quisque iur. l. j. in fi. ne quis eum, qui in ius vo. l. pe. § dece. re. de cleri. non resi. relatum. Sic enim intelligit lex consilium C. de legi. humanum. de appel. nominationes. C. de legationib. l. pen. lib. 10. & argumen. C. de praedi. decur. sine dec. non alien. l fi. de suscep. & arca. l. exactores eodē. l. lib. sic etiā intelligit lex concilium, cum dicit, factum furtum alterius consilio, scilicet consonante. ff. de verborum significa. saepe. § item dubitatum. instit. de ob. ex delic. §. ope & de fur. l. in furti. § consilium. Tertio, vbicūque lex ordinat consilium habere, & illud seruari voluit. in auth. de iudi. § fin. collatione sexta. & in medio lit. §. j. ibi. si non aliqua dubitatio. colla 8. C. de appella. l. iubemus. ibi, vt tamen dispositio &c. ad idem supra de offic. de leg. venerabili. vbi consilium exponitur, pro cōsensu. de offi. archipresbyteri. c. 2. de iur. calum. c. j. ver. verū. de immu. ecc. aduersus. Ad idem. de foro compe. c. j. de his, quae fi. à prala. nouit. & ca. quanto. & forsan huius ratio est, ne consiliū sit elusoriū, vel lex, quae mandat id haberi C. de bo. quae lib. l. fi. §. vbi. ff. de iudic. si praetor. facit supra de ma. cōtra. contra interdi. ecc. ca. j. supra eod. lib. de elec. commissa. §. porro.

PRO PARTE AFFIRMATIVA princi-
6 palis quaestionis. In † contrarium, quod iudex possit minoris partis sequi consilium, si ibi iustius videatur: sicut de testibus dicitur supra de test. in nostra. ff. eodē ob carmen. in fi. vnde vna pars potest esse maior ratione numeri, alia ratiōe authoritatis: vt no. in l. non omnes §. à barbaris. ff. de re mili. l. si cui. §. j. in fi. ff. de accusat. de ele. ecclesia vestra secunda. Ad idem inducitur secundo, q̄ iudex videtur computādus in numero cōsultorum, sicut & tabellio de numero testium. C. qui test. fa pos. hac consultissima. in authent. de instru. cautel. & fid. §. oportet collatione sexta. & princeps inter commilitōes. ff. de testa. mili. l. j. & facit de verb. signifi. familiae. & vide quod not. de conces. praeben. post electionem. in 3. glos. & ff. quod cuiusque vniuer. no. l. plane. & sic cum essent pares, q̄ valet sententia absolutoria. ff. de re iud. inter pares. Tertio satisfacit quod
7 non videtur iudex adstrictus ad consilium † sequendum, vt hic in gl. & sic pone trinū consiliū pro deliberatione. ff. de exercit. l. j. in prin. & hāc interpretationē suadet iuramentum iudicis, in authent. iusiurā. quod praesta. §. & aequus ero. ibi, secundum quod mihi visum &c collatione secunda. & de iud. circa princip. ver. illi autem. coll. 6. & ff. de arbi. item si vnus. §. idem Pomponius.

nius. Item cũ lex voluit assessores assistere iudicibus vt per eos, quæ sunt iuris, explicentur. C. de asses. l. j. ff. de offi. asses. consiliariis. in præall. authenti. de iudicib. in prin. non tamen voluit iudices teneri ad ipsorũ cõsilium seruandum. quod patet ex forma prædicta. & aliorum etiam cõsilium vult requiri. Cod. de senten. ex breuic. re. l. 2. quod tamen non est necesse seruari, si nõ videat sibi iustũ. simile de rescripto iudicis: in præall. authen. de iudi. §. omnis. & in medo litis. §. si vero. coll. 6. Et quod non sit necesse consilium sequi, videtur expressum. C. de sent. & inter. nemo. in princip. & ibi, cõsultationes &c. supra de arbi. cum olim. de elect. cum
8 in veteri. & potest esse ratio habendi † concilij. quia consilio moueri quis potest ad aliquid faciendum, quod forsitan per se non fecisset. vt in præ. decre. cum olim. in glos. 2. & facit. eodem titul. dilecti. ibi, cõsilio roboratum. nam quod à pluribus quæritur &c. 20. distin. de quibus supra. de offi. de leg. prudentiam. ff. de arbi. si in tres. & optime, quod scripsi de consue. ad nostram super prima glos.

SOLVTIO. Soluebat nihilominus, quod ex forma statuti tenebatur habere consilium. & si non haberet, non valeret sententia. sed ex quo habuit, satisfactũ
9 sit statuto, & si fuit inique † pronuntiatum, locum habeant communia remedia, scilicet appellatio & quod iudex teneatur, qui fecerit litẽ suam. & similia allegat. ff. de iudic. cum, quem temere. § j. in allegat. authẽ. de iud. §. fi. & in præall. authen. iusiuran. quod præst. ab his. §. fi. in medio litis. §. j. ibi, si vero aliqua dubitatio. cũ adiunctione præ. l. nemo. C. de sent. & inter. & per præ. dec. cum olim &, cum in veteri. Et est aduertendum,
10 quod quandoque statuto hoc habent, quod iudex † teneatur sequi in pronunciando consilium sapientum, quos assumpsit de numero suspecto, & tunc nõ procederet Nicolaus, sed locum habent argumenta primæ
11 partis. Remanet modo vnum † antiquum dubium, an sit differẽtia in hac materia, vel simili. inter has præpositiones: cum, & de, scilicet, an cum consilio, vel de consilio, sint diuersa in effectu. exempli gratia, habetur primum de elect. ne pro defectu. secundum supra eodem li. de hæret. vt commissi. ver. priuandi. Vinc. dixit in dec pe. de consti. & Compo. ibi recitat eius dictũ & Alex supra eo. lib. ne se. vac. c. vno. quod est differentia: quia primo casu sufficit requirere, nec est necesse sequi. super quo etiã vide quod no. de elec. ne pro defectu, in gl. pe. 2. vero necesse sit sequi. ad primũ de arbit. cũ olim. suprà de reg. licet. ff. mã. idẽq;. § si quis ea. vbi si mãdaui geri negocia mea per procuratores concilio Sẽpronij, & sunt male gesta, ipsi tenentur. & nõ Sẽpronius, qui non fuit adhibitus, nisi vt consulat & admo-
12 neat. vide quod de hac. l. statim subdam. sic & † iudex assessoris & peritorum consilium requirit. quãdo-
13 que tamẽ sequi, non tenetur: quia suo. non † assessoris, periculo iudicat. C. de pœna iudi. qui ma. iud. l. 2. ¶ Ad secundũ inducit, quod plus videtur arctatus mandatarius
14 † per præpositionem, de quasi consultoris industria sit electa. suprà de offi. dele. c. vlt. quod de tali virtute præpositionis nil probat. dat simile. sicut aliud est rem esse in bonis, quã esse ex bonis. vt institu. vi bono. rapto §. sane. facit de pœni. distin. 4. si ex bono. subdebat se putare consilium sequendum, cum præponeretur negatiua: puta hoc non facias sine consilio episcopi suprà de offic. deleg. venerabili. sicque posset intelligi ff. de suspec. tuto. impuberibus. in princip. vbi adolescẽti permittitur durante cura accusare curatorem, dummodò ex consilio necessariorum id faciat. quasi non permittatur, nisi illud cõsiliũ accedat. vbi illud, ex, idẽ sonat, quod de consilio. de elect. cũ in iure. ibi, ex se, vel aliis
15 de gremio &c. Nam † ita dicere poterat: de se, vel aliis & sic etiam faciet pro secundo dicto. Vel procedit id ex illa dictione, dummodo. cui cõcor. suprà de vsu pall.

ex tuarum. in fi. cum concor. quas ibi posui. vt prædixi, allegant, non probant, quod dicitur de præpositione, de. videtur tamen, id probari, de æta. & quali. ad aures. in fi. vbi consilium cum præpositione, de arctat sed dic quod absque illis verbis ille medicus erat arctatus: ita quod illa verba non arctant, sed arctatum declarant. Et etiam sciendum, quod quidam legistæ, quod prędixi de præpositione, de. probant per præ. l. idẽmque. §. si quis ea sed ibi tamẽ neutra pręposito ponitur nec etiam ibi ponitur verbum consilij. sed dicit textus, ita demum rata haberi mandaui: si interuentu Sempronij gesta essent. per quod vides etiã conditionaliter verba fuisse prolata. Idem dico de l. j. §. si plures. ff. de exercito, quæ nõ facit: quia nec de pręposiutionibus illis, nec consilio ibi fit mentio, sed dicit textus, quod qui sic duos præposuit, ne alter sine altero gereret, qui cum vno cõtraxit, sibi imputabit. cui concord. de testa. c. 2. in fin. supra eodem libro fateor quod in l. Titium & Mæuium. ff. de admi. tu. in princ. ponitur verbũ, cũ consilio. Item sine aliqua præpositione ponitur. eo. tit. quidam decedens. § j. ibi, pater tutelã filiorũ consilio matris gerendã mandauit, non minus officium tutorũ integrũ erit. dicunt legistæ illud ideo, quia mater iure veteri nõ erat, nec esse poterat particeps tutelaris officij. ff. de testa. tut. iure nostro. ¶ Satis videtur mirandũ, quod de his præpositionibus, quando adiiciuntur consilio, disputamus. sed non, si adiiciantur, consensui, voluntati, authoritati, vel alteri actui. Nõ curamus enim, an dicatur cum consensu, vel de consensu. primam habes. de offic custo. capitulo secundo de iudic. causam de his, quę fi. à præla. cum apostolica. & c. sequen. de iure patrona. nobis. de ecc. adi. ad audientiã. j Cum authoritate. habes supra eodem libro. de iudic. c. fi. ¶ Secundũ habes de cõsensu. de elect. in causis. ibi, quia vero. & c. per inquisitionem & c. sacrosancta. de offic. delegat. super quæstionum. post princ. de iureiurando. sicut 3. de institut. cum venissent. de his, quæ fi. à præ. ea noscitur alibi dicitur de voluntate, de elect. quod sicut. in fin. & vide quod scripsi de præbend. pro illorum. super verb. magistrum. vide & circa hoc, quod not. in Specul. de arbit. §. fina. versicu. sed qui si dicatur. quod scripsi. de offi. deleg. si pro debilitate. in gl. putat Inno. ver. redeũ-
16 do. Item aduertendum, quod papa † quandoque dicit. habita deliberatione cum fratribus supra eod. lib. de immu. eccle. capitulo primo sed cum requirit fratrum consilium, communiter dicit, de fratrum nostrorum consilio. patet de elect. licet de vitanda. c. dudum. 2. & ca. in genesi. de offi. leg. licet. de dilat. exposuit. de fide instru. cum Ioannes & lib. eodem de elect. fundamenta. §. vt ergo. de regu. non solũ. de hereti super eo, & c. cum secundum de schisma. ca. j. versi. videlicet. & prope. fi. de priuilegiis. ne aliqui & c. vt apostolicæ. de poen. c. vltim. in princ. ad idem in cle. de elec. ne Romani. de iureiur. Romani. § quia igitur. de re iudi. pastoralis. in fi. de sepul. dudum. ver. nos autem. de immu. eccle. c. j. de sent. excom. c. j. Cum ergo in dec. j. de renun. lib. eodem. dicat fratrum nostrorum consilio & assensu. & idem dec. gloriosus. in fin. de reliq. & ve. sanct. II
17 patet, quod dictio, de † consilio. non denotat consensum, vel illud superflue fuisset additum. cui bene concor. supra eodem li. de pac. c. vlti. & de cle ægro. c. vno. §. j. de cẽsi. Romana § quod si eodem lib. ad idem præ. dec. vna. ne sed. vac. §. j. consilio vel assensu. Item interdum papa dicit solum, de consensu. supra de cõsuetu. cum inter. per quod patet ista diuersa. C. de codicil. si idem codicili. de decim. ad audientiam. ad prædicta satisfac. de sta. mo. capit. secundo in fi. coniuncta dec. si religiosus 2. respõ supra eod. lib. de ele. per quę patet, quod istud, de consilio posito in fin. præ. dec. secũdæ, nõ arctabat,
18 nisi ad religionẽ. Itẽ circa † præpositionem, de, primo sciendum est, quod quandoque auget. ff. deposit. l. j. in

princi. Item, interdum ponitur pro à. ff. de furt. si is qui in fi. ibi, si stipulatus de te sim. j. à te. & eodem titu. l. fullo 2 ibi, fullo si actione locati de domino liberatus est, i. à domino. Quandoque ponitur, de, id est, pro in auth. collatione nona. vt nulli iud. §. necessarium. ibi, nulla mulier de qualibet re includatur. id est, pro re qualibet. dicũt tamen grammatici, quod præpositio, de, significat materiam, vt hæc vestis est de lana, linoque cõtexta. de elect. cum causam. quãdoque originem, vt, iste de Iudæis originem duxit. de rescri. eam te. ad idem de spon. c. j. quãdoquè originem promotionis: vnde diaconi de se eligunt Archi. 93. dist. legimus. Quandoquè locũ. sermo Heliæ ignem de cælo deposuit. de con. di. 2. re vera. circa fin. ad idẽ 23 q. 4. ꝙ Christus. per totũ c.

19 De præpositione †, est sciendum, ꝙ quandoquè ponitur pro quando, quandoquè pro quia. vtraque patet supra de commo. ca. vno. ad primũ. ff. deposit. l. publia in princi. ibi, cum venero. & C. eo. l. si quis. vbi glos. Ad secundũ. ff. qui satisda. co. l. si ab arbitro. in prin. de iniust. rupt. & irri. test. l. vlt. Quãdoquè sonat in pro. ff. de dolo. l. rei quã. quãdoquè ponitur, pro quanuis. C. de epi. & cleri. cũ clericis. in prin. Quandoquè pro in ff. de cõdi. inde l. indebiti. in fi. sic põt poni. ff. de posi. l. j. §. quæ depositis. ibi, nec si equus cũ capistro. & de mor. infe. l. negat. ibi, cum grauida, i. in grauida. Quandoquè etiã ponitur pro, & satis dixi de cel. mis. cũ Marthæ. ver. alij vero. ibi inuenies dictũ Ia. de ra. qui dixit, quod præpositio, cum, sapit vim copulatiuæ: vt ponatur, pro &. quod ponitur inter illas res, quarum vna non sit accessio alterius, vt inst. de le. §. si quis ancillas aliter cõiungit, si vna ad alterũ accedit: vt ibi. & ff. de pecul. legat. in quatuor primis l. & potest reddi ratio: quia præpositio cum, designat vnitatem rerum, & coniunctionem personarum: sed copulat. & licet copulet, ostendit tamen diuersitatem personarum & rerum. & singula, vt principalia compræhẽdit. ff. de vsufruct. l. si Titio. patent exempla. de elect. quia diligentia. & c. cum in cunctis. in princi. & post prin. & §. inferiora. & propter talem varietatem habent quãdoquè vim disiunctiuæ. de hoc de rescript. capitulo secundo.

SVMMARIVM.

1 *Promptiores esse debemus in absoluendo, quam in cõdemnando.*
2 *Probationum facultas angustanda non est.*
3 *Reo vti contrariis defensionibus, an premissum.*
4 *Confessionem erroneam an liceat reuocare, negocio etiam nondum finito. & nu. 11.*
5 *Accusatus, qui negat, an postea auditur confitẽdo. 8. 10. 12.*
6 *Contraria allegans non auditur. Limita in teste, se continenti corrigente nu. 9.*
7 *Malefacta puniri, publica suadet vtilitas.*
13 *Fori declinandi ratio, super homicidio commisso.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO XLIX. SVPER REG. Nullus pluribus.

QVAESTIO breuis hic formatur, quã olim disputaui de accusato, vel inquisito de homicidio, qui negauit homicidium commisse, quo contra eum probato, dicit se id fecise ad suam defensionem: quærebatur an debeat audiri.

Ad affirmatiuam allegantur 6 & dicitur esse casus. Secundo, in contrarium, alia 6. Tertio, datur solutio distinguens.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quod audiri debeat, videtur ex eo, ꝙ rei fauorabiliores sunt,
1 quam actores. & promptiores † esse debemus in absoluendo, quam in condemnando. supra de probatio. ex literis. ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. eod. titul. cum sunt partium. Item pœnæ sunt molliendæ potius, quã exacerbandæ. eod. titu. in pœnis & ibi concor. Secun
2 do, quia probationem † facultas non est angustanda. de testi. cog. c. fin. supra eod. lib. de hæreti. in fidei. & C. de hereti. l. quoniam. & hoc fieret, si innocentia probari non posset. contra illud, de Simo. licet. & c. per tuas. prim. Tertio, videtur esse casus. ff. de noxa. electio. §. neque heredi, nec in heredem dãda est actio in eo, quod defunctus mentitus est. vbi etiam dicitur, quod qui negauit seruum in sua potestate esse, poterit postea id fateri, si illis contestata non est. & etiam post litem cõte-
3 statam. si minor esset. Quarto, cõstat, quod reo † singulariter licet vti contrariis: vt in glos. Item regulariter
4 erroneam † confessionem reuocare, licet negocio nõdum finito. supra de confes. capitul. tertio. C. de iur. & fac. ign. l. erro. supra eod. lib. de resti. in integr. ca. 2. hoc autem non est finitum negocium, ergo reuocare vel cõtrarium debere licet. Quinto, qui negauit de se vel aliis veritatem coram inquisitoribus heresis, negationẽ illam reuocare potest supra eo. lib. de hæretic. accusa-
5 tus. §. licet. Item † accusatus, qui negat postea auditur confitendo. de eo, qui cogn. cõsan. vxo. suæ. veniẽs. secunda ergo & c. Sexto, cum talis propositio expresse sit iure non prohibita. ergo intelligitur permissa. 28. questione prima iam nunc. post princip. 30. quęstion. 3. c. fina. & q. 4. c. vltimo C. de collatio. l. j. & in authẽ. ibi posita. & dato quod iste esset periurus: in illo tamen iure non prohibetur se defendere: immo defendet & ecclesiam suam. de exceptio. dilecti. Præeligendã est etiã hæc pars, quia humanior: saltem, vbi nõ est ius expressum. de transactio. capi. fina. facit. C. qui bon. ced. pos. l. final. Vltimò pro hac parte videtur casus. supra de solution. capit. vltim. ff. de probatio. cum de indebito. in princip.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶ In contrariũ inducebantur tunc decem argumenta de decem casibus, quibus etiam reus non auditur allegans contraria, quos non prosequor: quia notati sunt hic post princip. gloss. & ff eodem nemo ex his. Secundò ad hanc
6 † partem faciunt omnia, quæ prohibẽt audiri allegantem contraria. de appellation. solicitudinem iuri. vbi videas in vltima gloss. C. de furt. l. j. ff. quando appellã. sit. l. 2 cum sequenti. & quod sua quisque voce & c. suprà de probatio. per tuas. C. de non numera. pecu. ge-
7 neraliter. Tertiò publica † vtilitas suadet puniri male facta. suprà de senten. excommu. vt famæ. cum concordan. j. 3. 4. glo. & statim punienda sunt, cum reis negantibus claruerint 24 quæstione 3. eccle. de pœn. distinctio. j. Adam. ergo & c. Quartò, multùm facit ad hanc partem. de accu. cũm dilecti. vbi patet quemadmodũ
8 † excusationes inquisiti. quæ perimant confessionem eius, admitti non debent: eadem ratione non admittẽtur excusationes, quæ perimãt negationem, qualis est ista, de qua quæritur: licet autem argumentari de confessione ad negationem, cum, quo ad contestationem litis & sententiam validandam, harum sit idem effectus. de hoc electio. dudum. secundo versicul. licet. de litis conte. cap. vno. Quintò, responsiones istæ, quæ in delictis excusandis contrarietatem inferunt, non solũ non recipiuntur, sed etiam illas facientes punientur. de tẽpo. ordi. dilectus. facit vt ec. bene. ca. vno. de pœ-
9 nis. super his. Sextò, contrarietas † non recipitur in teste, nisi quod dixit per errorẽ, incontinenti correxerit. de testi. cog. pręterea. Sed iste non incontinenti correxit, sed ꝓbationẽ criminis expectauit, vt ponit thema. in quo

in quo non modicum interest aduersarij, vel iudicis in quirentis. supra de dolo & cont. cum dilecti. de procura. auditis.

10 SOLVTIO. Vt tunc † dixi, inueni doctores varios pro & contra tenentes. & pro vtrisque facit æquitas mihi videtur. quod si accusatio vel inquisitio fuit formata de illo, quod ageressus fuit Titium, & occidit. & ipse negauit, etiam potuit. 7. distinct. si ad sacras. ff. de re. dub. l. is, qui decreta. §. vtrum. & nota. supra eo. lib. de confes. capitulo secundo in gl. parua. licite postea dicere poterit, se ad sui defensionem occidisse: cũ cesset contrarietas sed sibi caueat, quando ante publicationẽ testium hoc probet, si intendit id probare per testes. & hoc dico. si articuli sibi traditi vel publicati fuerant de homicidio facto per insultum, vel aggressu eam. nam post publicationem super directe contrario, quale est istud, non audiretur: quicquid tunc allegaré. Patet hodie in clemen. de testi. capitulo testibus. sed si cõtrarium ignorasset sine sua culpa, tunc secus: vt scripsi post Innocen. de test ex tenore. si vero simpliciter negauit, homicidium autem fecit: hic litem contestãdo, vel respõdẽdo ad actionem, vel inquisitionem id dixit, aut excipiendo. In primo casu non videtur audiendus postea, quod ad sui defensionẽ occiderit, per iura secũdo allegata: & per decre. vltima supra eodem lib. de iureiuran. non ob. §. neque hæredi. sed facit pro, quia loquitur de negante ante litem contestatem, qui euadit pœnam confitendo, qua alias teneretur insolidum: vt eodem titu. l. quoties. § prætor quam allegat glos. & l. si seruus depositus in fine nihil ergo ante mẽdacij pœna nocet, quam post litem contestatam non euadit facit pro. In decre. is, qui. & in l. cum de inbito punitur negans: & prouidetur actori ex falsa negatione grauato. sed in isto casu, si admittitur qui negauit, nulla ipsius rei punitio & nulla actoris prouisio. Item, ibi siue negans solutionem sibi factam, statim illa probata cogeretur reddere: certum est, quod postea debitum petere posset. Expedientius ergo est negocium tali compendio expediri supra eod. lib. de re.

11 iudi. abbate. ad fin. ¶ In decre. † vlti. de confes. tractatur de reuocãda negatione, in qua non cadit error probabilis. de rescriptis. ab excommunicato Quod dici-

12 tur quintò, negantem confiteri † posse, fateor: quia illud est contra se, & pro aduersario vel iudice. facit de electio. dudum. 2 ad fin. Quod dicitur sextò, periurum defendere se posse, fateor: sed non repellitur ex eo capite, vel ex crimine: sed propter contrarietatem, vt dixi, aliorum cõtrariorum solutio patet per allegata. Se-

13 cundo verò casu, si cũm id negauit † excipiendo, bene: quia forum declinando negabit se in iudicis territorio occidisse, quod fieri potest. super quo vide quod scripsi post Inno. de rescrip. super literis. in vlt. gl. ver. quærit Inno. & suprà eo. libr. de fo. compe. Romana. §. contrahentes. in gl. licet enim. & de hoc in spe. de cõpe. iudi. adi. 6. j. versi. sed pone, aliquis. tunc dico, quòd licet ad fundandam iurisdictionem sit probatum eũ ibi occidisse, audietur in principali excipiẽs, quòd ad sui defensionem id fecit, per hanc regulam & c. exceptionem. eo. tit. & per vtrobique notata. & sic concordat, quod dicebat quartò. & substinemus hanc humaniorem viam, vt dicebatur 6. suffragãte iure: quod permittit excipientem vti contrariis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus dignitate qui iure excludantur.*
2 *Pœnam priuationis & suspensionis an incurrat, qui scienter elegit iure prohibitũ. 7. 6. 11. 13. 15. 17.*
3 *Pœna maiores debentur in maioribus delictis.*
4 *Interpretatio quæ necessaria, & quæ probabilis.*
5 *Electione nulla existente, ex vitio personæ scienter electa, priuati sunt eligentes.*
6 *Scientia & personæ defectus. eadémne iure censeatur in dinignitate episcopali. & nu. 16.*
7 *Pœna an extendantur ad casus non expressos, in male eligentibus.*
9 *Bigamum scienter eligens, num incurrat pœnam, & priuetur electione.*
10 *Eligens suspensum, potest iterum eligere.*
12 *Decretal. cum terra. de elect. intellectus.*
14 *Concilij Lateranensis summa & mens super eligentibus indignas & inhabiles personas ad ecclesiastica beneficia.*
18 *Decretal. si postquam. de elect. lib. 6 intellectus.*

ARGVMENTVM.

QVAESTIO L. SVPER REG. Odia restringi.

MVTIN. canonicus sciẽter elegit in suum episcopum quendam mutilatum, vel bigamum, vel excommunicatum. quæritur, an ex eo poenas concilii Lateranen. priuationis scilicet & suspensionis, incurrat.

Ad affirmatiuam inducam 7. ratiões, & duas gl. Secundo, in contrarium alias 7. duo prima mẽbra soluã, dicens qui cõordant. in tertio distinguam, & contrariis respondebo.

PRO AFFIRMATIVA. Primo agitur assumam affirmatiuã, cuius fauorabilior est probatio. de probationi. ad nostrã & quod pœnas incurrit, sic pro-

1 bo. Bigamus prohibetur † ab apostolo prima. Timo. tertia. & ad Titum. 3. prohibetur à canone. 26. dist. per totum & à lege in auth. de sanctis. episcop. in princip. colla. 9. mutilatus & corpore vitiatus prohibetur lege veteris testamenti, Leuiti. 21 & canonica 55 distin. per totum. de cor. viti. per totũ & præ. lege, nisi per approbationem si illegitimus & minor 30. annis prohibetur lege positiua tantum. si ergo infringens legem positiuam, incurrit illas pœnas fortius incurrere debet veniens contra legem diuinam, & positiuam facit quod notaui post Hostien. & Inno. de consar. g. & affi. quod super his. Prauum enim est, omnem legem infringere.

2 qui s. sint leg. per venerabilẽ. in si Secũdò, pœna † priuationis debetur etiam ex minori delicto: vt patet supra eodem lib. de elect. c. 2. eod. titu. quisquis. relati ex negligentia eod. titu ne pro defectu sed in maioribus

3 delictis † maiores pœnæ debentur. 24. q. j. non afferamus de sta monach. & re. ea, quæ. cum suis concor. Itẽ fortius puniri debet dolus, quam negligentia. de elec. nihil. de rescrip. super literis. de crimine fal. ad falsario rũ. in fi. argumentum autem a minori in delictis, quæ ad eundem finem tendunt, videtur probabile & necessarium: vt in l. si quis non dicam. C. de epis. & cleri. canon. de pœni. dist inct. prima. & si fateri nolles, quod in grauibus quæstionibus esset maius delictum, saltẽ fatearis, quod est æquale. ex identitate igitur rationis eiusdem, quæ subest in casibus quæstionis: sicut in casibus in concilio expressis, dices in his idẽ iuris quod in illis: maxime cum simul & ab eodem manauerint, prohibitio bigami, criminosi, & illegitimi. quod ergò de vna. dict. & cap. de consti. translato. ad hoc de transla. episc. inter de confir. vti. vel inuti. cum dilecta ff. ad l. aquil. illud. cum concor. Tertio probatur etiam sic:

4 certũ est, quod interpretaio † principis necessaria est. Interpretatio vero magistrorum probabilis. de hoc satis xj. quæstion. prima. ca. sicut enim. §. ex his de postul. prælat. capitu. primo C. de leg. l. prima. sed licet concilium in cap. cum in cunctis. de elect. certas indignitates exprimat, iura postea generaliter de omni indigni-

non arguimus ad similia.& facit quod dixi in hoc titul.de regula,in pœnis.Item ad allegata secundo,dico quod generalia verba nouorum iurium vel doctorum,restringenda sunt ad casus cõcilij. ad idem quod dicitur de patrono laico, dico quod §.allegatus non probat id,ad quod inducitur, vt dixi super. dec. cum nostra.in allega.super gloss. secund. Ad id quod dici-
16 tur†, æquiparari defectum scientiæ & personæ, respondetur id verum in casu expresso. Ad capit.priscis.dico,quod ibi dicitur de vita,respicit solum quod proxime sequitur de infecto facinore. Ad dec.bonæ. dico, quod ibi non est locus pœnæ, virtute concilij Lateran.Ad decr.dudum facilis est responsio sequenti opinionem Innocen.Hostien.& Compo.nota.eod.titu.congregato.scilicet quod firmetur electio mino-
17 ris partis†facta de digno,vbi maior pars eo contextu eligit indignum, licet ignoranter: sed tenui contrarium,vt ibi dicere soleo in decret.quia propter. videtur insolubile. nisi dicas, ibi quo ad ordines sumi disiunctiuam pro coniunctiua.ff.de ver.sig.sæpe. Codic. eod.lib.pend.vel pro defectu ordinum, specialiter incurritur pœna:quia de ordinibus sacris dictum fuerat in principio capitu.ac si sit mens concilij,cum in promouendo ad sacros, requirantur ibi expressa: fortius in promouendo ad episcopatum, qui debet etiam esse in sacris.Vel quia extorti sunt isti intellectus,potest dici,quod pœnam incurrit eo casu,non ex iuribus concilij,sed ipsius constitutionis.vel hoc nouum inducat ad executionem canonum. sexagesima distinctione. per totum. vel æquius, licet ambas pœnas concilij, priuationis scilicet & suspensionis, non incurrat: incurrit tamen alteram, scilicet priuationis. & sic possent etiam intelligi iura noua, ad quæ aliter responsum est supra per gloss. & modernos, & satis habet hic æquitas,vt puniatur,in quo delinquit,& in eo tan-
18 tum. Ad decret. † si postquam.dico,quod quia pœna proprie circa diminutionem patrimonij, sicut & damnum.& cum illa priuet iura ad rem,non in re,non dicitur proprie pœnalis,vel aliter, confirmatio est de consecutiuis electionis. & prouisio includit electionem.quid iuris ergo in electione,& in istis.vel aliter.§. ille loquitur prorogatiue vel declaratiue. quod sonat verbum ibi,conuenit.& facit quod dixi in §.proximæ partis.

¶ Ad gl.decr.si celebrat.respondetur, quod non probatur,nec est vera,nisi forsan loquatur de communione,quæ inducit mortale.quod quando procedat, dixi. ꝗ metus causa.sacris.vel loquitur de prima pœna tantum,vt prædixi.opinio vero Vinc.superius alleg.facit pro & contra.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quo iure introducta sit.*
2 *Præscriptio an requirat bonam fidem,& quare.*
3 *Præscriptio quid.Et quis eius effectus.nu.4.7.*
5 *Præscriptio ex tempore capit substantiam & vires.*
6 *Præscriptionis diffinitio quid continere debeat.*
8 *Præscriptionis triplex vis & vsus.*
9 *Præscriptio an sit contra ius naturæ.& nu.15.*
10 *Præscribens in præscriptione an fiat locupletior,cum alterius detrimento & iniuria.*
11 *Ius in quo consistat. Et an,vel quid à iure legali differat naturale.Et quid ciuile habeat à naturali, & econtra.*
12 *Scientiæ speculatiuæ,quæ veritatem confusam & indeterminatam in generalibus principiis habent, specificantur in specialibus.*
13 *A iure naturæ venditur propter iuris legalis restitudinem,quæ tamen vtriusque eadem est,aliter tamẽ atque aliter sumpta.*
14 *Ius ciuile cur dicatur non seruire in totum iuri naturali seu gentium.*
15 *Aequum & bonum, sunt inuicem inseparabilia. Et ibidem intellectus l.hac lege.Cod.de pact.conuen.*
17 *Præscriptionẽ iuri naturæ concordare, dupliciter accipi posse.*
18 *Præscriptio iuris canonici, an sit alia & distincta à præscriptione iuris ciuilis.*
19 *Præscriptio malæ fidei, quibus de causis à iure ciuili inducta. Et quid in hoc dissideat à iure canonico.Et de mutuis inter se auxilijs.& nu.20.21.*
22 *Præscriptione an acquiratur dominium.& num.24. 26.28.30.37.*
23 *Exceptio actionis est exclusio. Quæ vbi est facti,elidit actionem & intentionem agentis.nu.27.*
25 *Homo quatenus sit rerum exteriorum dominus.*
29 *Dominium vtile & directum, an transferatur per consensum.*
31 *Dominium directum & vtile,an & quomodo distinguantur.& nu.*
32 *Ius gentium soli homini competit, eique inest, quasi quædam lex tacita.*
33 *Dominij acquisitio innititur iuri gentium, & quomodo.*
34 *Dominij acquisitio per præscriptionem, conuenit æquitati iuris naturæ per indirectum.*
36 *Dominium directum quare dicatur à nobis inseparabile,& ossibus nostris infixum.*
38 *Præscribens mala fide,an debeat censeri cum raptore.vel in qua specie peccati sit locandus.& numer. 40.42.*
39 *Furtum,rapina,& vsura quid differant.Et quæ sit cuiusque pœna.*
41 *Peccata quædam,quæ relinqui debeant diuinæ prouidentiæ punienda.*
43 *Inueniens rem alienam,eamq́; non reddens,rapuisse dicitur,saltem interpretatiue.*
44 *Præscribens mala fide,non potest tenere vel defendere rem præscriptam,sine peccato,contra illum,cuius erat illa res præscripta.*
45 *Mala fides adueniens præscriptione completa, an obliget ad restitutionem.& nu.48.51.*
46 *Ius canonicum tendens ad vtrunque forum,litigij & conscientiæ: an in vtroque aliquem tutum facere possit.*
47 *Præscriptionis fundamentum est bona fides.*
49 *Theologus non est,sed scrupulosus,timens quod timendum non est.*
50 *Rem alienam occupare,an & quo casu liceat.*
52 *Sententiæ assentire dicitur,qui infra tempus limitatum negligit appellare.*
53 *Res num præscribatur cum aliquali titulo,vel sine titulo,spatio 40.annorum,vel tanti temporis,cuius non extat initij memoria.*
54 *Finis,est terminus extremus eorum,quæ geruntur, intentionem suam vltra non porrigens.*
55 *Veritas superueniens non potest impedire,quin præscriptio habuerit concomitantia sibi necessaria.*
56 *Negligentia aliquid naturale,id est,consensum includit.*

QVAESTIO LI. IN SEX. MEMbra diuisa, super reg. Possessor.

ARGVMENTVM.

HAEC quæstio est fratris Gerardi de Senis ordinis Eremitarũ. Ex qua sex alias formauit, quæ huic regulæ cõgruunt, & ordine subsequuntur.

QVAEST. principal. Vtrum Titius præscribẽs rem Sempronii mala fide, spatio 30. vel 40. an. possit dictam rem defendere sine peccato contra Semproniũ, qui eam repetit.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Et ar-
1 guitur q sic: quia præscriptio † est introducta à iure canonico & ciuili, quæ non possunt præstare fauorẽ alicui peccato. 23. q. 4. qui peccat. in princ. Et constat q saltem secundum ius ciuile † non requiritur bona fides in
2 (see above) præscriptiõe 30. v. l. 40. an. vt patet C. de præscr. 30. an. l. 3. & l. omnes. & l. cum notissimi. & 16. q. 3. §. potest. Quia poterit Titius iure præscriptiõis dictam rem tenere & defendere contra Sempronium sine omni peccato.

EXADVERSIO. Ad oppositum videtur 14. q. 6. si res. & habetur in regula peccatum, quæ statim sequitur. per quæ concluditur q si necesse est restitui nõ petenti, multo minus defendere poterit illam contra repetentem. Et ad contrarium respondet, verũ esse, quod id, quod fit iure præscriptiõis, fit sine peccato: sed præscriptio non habet peccatum annexum, nec per hoc dicitur ius ciuile fauere peccato: quia inquantum præscriptio respicit odium negligentis, inducta fuit a iure ciuili. sed inquantum respicit præscribentem, fuit permissa, non inducta, vt dicetur in tertio argumento.

PRAEMITTVNTVR hic sex membra diuisa. Præmittebat autem huic solutioni, quod in ista quæstione sex erant vidẽda Primo, quid sit præscriptio. Secundo, vtrum præscriptio sit contra ius commune naturæ. Tertio, vtrum præscriptio iuris canonici debuerit esse alia, & distincta à præscriptione iuris ciuilis. Quarto, vtrum in præscriptione acquiratur dominium. Quinto, vtrum præscribens mala fide, sit censendus cũ raptore, vel in qua alia specie peccati locetur. & vtrum teneatur ad restitutionem, sicut raptor. & per hoc patebit, quid sit dicendum ad illud, q in ista quæstione principaliter est quæsitum. Sexto, erit vidẽdum, vtrum mala fides adueniens præscriptione completa, obliget ad restitutionem.

PRIMVM membrũ. Est ergo primo videndũ, quid
3 † sit præscriptio. Præscriptio aũt vno modo consueuit sic describi: Præscriptio est exceptio ex tẽpore substãtiã capiens. quæ quidem descriptio ponitur per Io. 16. q. 3. in sum. à qua descriptione notificari videtur, primũ esse effectum, quem præscriptionem inducit. Effectus
4 †, quem præscriptio efficit, tangitur, cum præmittitur: Præscriptio, est exceptio causalis, & nõ essentia, id est, causa exceptionis. quemadmodum si diceremus: fumalis euaporatio pomi, est odor. non q sit essentialiter odor, sed quia est causa odoris. & quamuis præscriptio possit habere alium effectum, vtpote acquisitioné dominij, secundum quosdam: quia tamen dictus effectus non est necessario annexus, cum possit esse alia præscriptio sine acquisitione dominij, scilicet, præscriptio malæ fidei: vt prædicto §. potest. ergo talis effectus non debuit poni in sua descriptione. nã vbi cã describitur, oportet q effectus, qui ponitur in eius descriptione, sit ei semper & necessario annexus. Exceptio aũt est talis effectus, qui semper & necessario annectitur ipsi præscriptioni, q patet per rationem & inductionem. Per rationem quidem. quia nisi præscriptio haberet semper & necessario annexum istum effectum, sequeretur. Nam vbi tollitur ab ea exceptio, tollitur & dominij acquisitio, & quicunq; alius effectus, ac per consequens frustra fuisset introducta, quia nullam haberet efficaciam. q nullus diceret. Secundo, patet hoc idem per inductionem. Nã si inducamus in singulis speciebus præscriptionis, semper inueniemus, q ipse præscribens habet exceptionem excludentem actionem, quæ contra se opponi posset, nisi esset iur. præscripta. dabat tria exempla. de decendio, per cuius lapsum præscribitur contra non appellantem. 2. q. 6. biduum. de tempore trimestri, quo præscibitur contra nõ eligentem. de elec. ne pro defectu. & de casu decre. primæ. de præscriptio. coniuncto c. placuit. 2. 16. q. 3. per quæ duo capitula patet, quod transcurso spatio trium annorum & sex mensium, quibus præcessit admonitio, nõ habet episcopus negligens vlterius actionem ad recuperandam plebẽ, quæ ad suam cathedram pertinebat. & ita sit verum, q semper acquiritur ipsi præscribenti exceptio excludẽs actionem. quapropter bene dicebatur superius, quod primum quod ponitur in descriptione præscriptionis est effectus, quem præscriptio efficit. & ille effectus est exceptio excludens actionem, vt est ostensum. Secundum, quod ponitur in eius descriptione, est causa, quæ præscriptionem inducit. & ista tangitur, cum in dicta præscriptione additur, ex tempore substantiam capiens. Nam secundum istam clausulam videtur, quod ipsum tempus sit causa inducens præscriptionẽ, quod etiam videtur posse probari ratione. Illud nanque, q expectat temporis determinationem, & temporis impletionem, videtur capere suam substantiam ex tempore præscriptio est huiusmodi, quia videmus, quod præscriptio nulla esset, nisi sit prima determinatio fa-
5 cta per legem. ¶ Vlterius videmus, quod † præscriptio non habet vim, nisi impleto illo tempore, quod est per legem determinatum. quapropter bene dictum est, quod expectat temporis determinationem, & temporis impletionem. ac per consequens videtur, quod ex tempore capiat suam substantiam. Ex quibus omnibus apparet, quod diffinitio vel præscriptio superius data de præscriptione, sit satis rationabilis: tum quia tangit effectum, quem præscriptio efficit: tum etiam, quia tangit causam, quę præscriptionem inducit. Op-
6 ponit autem † huic descriptioni, quod sit diminuta & insufficiens propter tria. Primo quia videtur prætendere, quod tempus sit causa, ex qua præscriptio suam efficaciam capit, quod potest esse falsum. nam cum tempus sit ius naturale, sequeretur, quod præscriptio haberet causam naturalem, ac per consequens ipsa & sua virtus esset quid naturale & natura. quod nullus diceret. Secundò, quia præmittit causam principalem, ex qua præscriptio suam efficaciam capit, scilicet legum authoritatem. Tertiò, quia pręmittit causam finalem, propter quam fuit inuenta præscriptio, quæ tamen causa finalis maxime debet accipi in definito vel descriptione cuiuscunque rei, eo quod per eã maxime habet quęcunque res innotescere & notificari. & ideo propter ista videtur danda alia descriptio pręscriptionis, quæ talis sit, quod tangat modum: secũdum quem tempus ad descriptionem concurrit. Tangat etiam causam efficientem, quæ pręscriptioni efficaciam tribuit. Tangat insuper causam finalem, propter quam pręscriptio adinuenta fuerit. ad quæ tria explicanda, videtur quod præscriptio sic possit diffi-
7 niri, vel describi: Pręscriptio, est ius † quoddam ex tẽpore congruens, legum authoritate vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponẽs. In hac igitur descriptiõne tangũtur illa tria. quæ superius sunt pręfata. Primo, congruum tempus lege limitatum, sine qua limitatione inexcusabilis negligentia

g

gentia non potuisset haberi.secundo, legum authori-
tas ex tali negligentia præscriptionem inducens : per
quam saltem contra sic negligentem exceptionem pa-
rit in eius pœnam. Primum ibi,ius ex tempore con-
gruens. non enim tempus dat efficaciam , vt volebat
prima descriptio:sed congruitatem,secundum legum
authoritatem vim capiens.& hoc dat efficaciam. Ter
tio in eadem descriptione tanguitur causa finalis:pro
pter quam præscriptio est adinuenta , scilicet vt pœ-
nam negligentibus inferret, & finem litibus impone-
ret:quemadmodum vsucapio.vt patet ff.de vsu. l.j. di-
citur.ibi,quod vsucapio est introducta,ne quarundam
rerum dominia, diu & fere semper incerta essent. Ex
hoc autem sequitur duplíciter præfatus finis:quia tam
vsucapio,quam etiam præscriptio non distinguendo,
pœnam negligentibus infligit,& finem litibus impo-
nit.iste vero dupliciter finis tangitur in tertia particu
la præfatæ descriptionis:cum dicitur, ꝙ præscriptio,
est ius pœnam negligentibus inferens , & finē litibus
8 imponens.¶ Subdit autem,ꝙ Papias †ponit tria signi
ficata de præscriptione,quæ prædictis bene conueniũt
& correspondent,scilicet prædicere, contradicere,&
diffinire.prædicit enim,cū tēpus statuit.cōtradicit re-
petenti,ꝙ præscriptum est diffinit lites.Ex quibus om
nibus apparet,quid sit præscriptio.apparet etiam vlte
rius,ꝙ diffinitio vel descriptio superius data de ea, sit
bene assignata.

SECVNDVM membrum. Videndum est secun-
9 do,vtrum† præscriptio sit contra ius naturæ. vbi sci-
endum, quòd iurisperiti videntur communiter di-
cere,quod ipsa sit contra ius naturale:quia contra na
turalem æquitatem,vt dicunt . & hæc opinio manife-
stat no.de vsucapione,quæ præscriptio est ff. de vsuc.
l.j.in prima gloss.& 16.q 3.quicunque etiam . in gloss.j.
fundamentum autem dictæ opinionis sumitur ex re
gula:quæ habetur ff.de reg.iur.iure naturæ.& hoc co.
10 titu.locupletari.Constat autem†,quod in præscriptio
ne sit præscribens locupletior cum alterius detrimen
to & iniuria:ac per consequens videtur,quod præscri
11 ptio sit contra ius naturæ.His tamen non † obstanti-
bus tenet contrarium.pro euidentiali , dicens inqui-
rendum,quid intelligatur per ius naturæ,& quid per
ius legale.Sciendum ergo,quod omne ius consistit in
rectitudine quadam.nam ideo ius dictum est:vt ha-
betur.j.distinct.ius generale.Iustitia autem non est
aliud , quam quædam rectitudo. ergo ius siue natu-
rale siue legale,in quadam rectitudine consistit.intel-
ligendum tamen,quod quanuis ius naturale,& ius le-
gale sint distincta,non tamen eorum rectitudo est di-
uersa.immo est eadem rectitudo, aliter & aliter sum-
pta.Nam si bene consideremus ius legale,non addit
super ius naturale aliam rectitudinem : sed specificat
illam eandem,ita vt verum sit dicere, quod ius legale
est quædam specificatio naturalis rectitudinis expres
siua.habet enim ius legale specificare & exemplifica-
re naturalis iuris rectitudinem tripliciter , scilicet
quandoque eam determinando per congruos modos
quandoque vero eam applicando ad varios actus,
quandoque eam declarando per quosdam euentus.
Et quod ita sit,apparet , si discutiamus per omnes i-
stos tres modos.Exēplum de primo.Ius naturale vult
delinquentem puniri.modos punitionis non deter-
minat.quod facit ius legale, vtendo rectitudine iuris
naturalis.scilicet secundum qualitatem delicti. Exē-
plum de secundo.rectitudo iuris naturalis est,nemi-
ni subtrahi,quod suum est. Ius legale distinguit actus
ab illa rectitudine deuiantes , scilicet actum furandi,
& similes. vltra id ostendit quomodo vnus rapiendi,
fœnerandi , aut alius similium illorum actuum plus
deuiat à rectitudine iuris naturæ. & secundum id ma-
iores & minores pœnas statuit , sic per metum pœna
rum præseruat in hominibus rectitudinem iuris na

turalis.& sic non addit rectitudinem,sed illam speci-
12 ficat.sic in scientiis speculatiuis, †quæ veritatem con-
fusam & indeterminatā in generalibus principiis ha-
bent,specificantur in specialibus cōclusionibus: recte
sic per ius positiuum determinatur rectitudo iuris na
turalis,confusa & indeterminata. Nunc ad proposi-
tum videmus tertio,quod ius legale quandoque assu-
mit rectitudinem iuris naturalis, & eam specificat de-
clarando per quosdam euentus. verbi gratia : Assu-
mit à iure naturali,quod rectum est, neminem cum al-
terius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. non
tamen potest haberi à dicto iure , vtrum sit possibilis
aliquis euentus,vel casus , in quo quis possit locuple-
tari cum alterius detrimento , & sine eius iniuria. &
ideo specificat postea,& declarat intellectus dictæ re-
gulæ in quibusdam casibus. In quibus aliquis potest
locupletari cum alterius detrimento , & sine eius in-
iuria,sicut in præscriptionibus & vsucapionibus , eo
quod in eis infertur alicui damnum , & tamen non ir-
rogatur ei iniuria.Nam videmus manifeste , quod il-
le,contra quem currit præscriptio , quamuis patiatur
damnum,non tamen patitur iniuriam : quia ipse pro-
pter suam negligentiam meretur pati damnum: & id-
circo in tali casu,quamuis videatur recedi ab intelle-
ctu,quem regula prætendit secundum literam,non ta-
men receditur ab intellectu quem regula iuris habuit.
nam si illa in omni casu ad literam seruaretur , à duo-
bus aliis,quæ sunt de iure naturæ , expresse recederet.
Et quod ita sit,apparet. non enim potest dicta regula
in omni casu ad literam seruari,nisi præscriptio & v-
sucapio tollantur. Si autem præscriptio & vsucapio
tolluntur , peccatum negligentiæ , quod est contra
bonum publicum , non punitur : & per consequens
receditur ab illa regula,iure naturæ. quæ dicit , quod
rectum est peccatum puniri,& maxime peccatum con
tra bonum publicum , quod dat materiam litium &
rixarum. Vlterius,etiam si vsucapio & præscriptio tol
luntur,receditur ab alia regula iuris naturæ:quæ di-
cit,quod bonum publicum & commune , est præfe-
rendum cuicunque bono speciali & proprio.in remo
tione autem præscriptionis & vsucapionis fit totum
contrarium.præeligitur bonum proprium illius , qui
negligit repetere rem suam,& dat materiam litium
& rixarum.& per consequens prætermittitur bonum
commune,quod consistit in pacifico communitatis
conuictu. nam data materia litium & rixarum , per
remotionem præscriptionis & vsucapionis,conuictus
communitatis pacificus perturbatur. & ideo præter
omnia,hoc est notabiliter attendendum,quod ius na-
turale habet diuersas regulas,quæ sunt intelligendæ,
quod vna alteri non contrarietur:itaque sunt seruan
dæ,quòd cum vna seruatur,contra aliam non eatur.
13 ¶Et licet hoc satis appareat† per ea quæ dicta sunt,
tamen possunt ad hoc alia duo exempla adduci . Vi-
demus enim, quod iure rectum est, quod depositum
reddatur vt patet j.distinct.ius naturale.& tamen gla
dius depositus furioso non reddetur.quia per id vi-
tiarentur regulæ de non occidendo , & de pace inter
homines seruāda.quorum vterque ex restitutione pos
set violari in seipso,vt in alio.22.quæst.2.ne quis arbi
tretur.& sic propter restitutionem iuris legalis rece-
detur à litera iuris naturæ , quod sequendo incidere-
tur in culpam.& hoc facit circunstantia eueniens.ex
quibus omnibus apparet,quod ius legale non addit
super ius naturale quandam specialem & nouam re-
ctitudinem:sed specificat & declarat illam eandem
per quosdam casus.in quibus & si non seruetur recti-
tudo iuris naturalis secundum vnam regulam,serua-
tur tamen secundum aliam.vt supra ostensum est.Vel
possumus dicere,quod in talibus casibus licet nō ser-
uetur sensus,quem prętendit secundum literam,serua
tur tamen,quod eadem regula intendit secundum ve-

ram intelligentiam. propter quæ omnia videtur bene
dictum illud, quod supra dicebatur, scilicet quod re-
ctitudo iuris naturalis & legalis non est alia, sed est
vna & eadem, aliter & aliter sumpta. Potest autem hoc
totum, quod dictum est, confirmari per vnam legem,
quæ habetur ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. dicit enim
illa lex, quod ius ciuile est, quod nec in totum à iure
naturali, vel à iure gentium recedit: nec per omnia ei
seruit. Itaque cum vel addimus vel detrahimus iuri
communi, ius proprium, i. ciuile efficimus. Ex verbis
autem istius legis statim apparet, quod rectitudo iu-
ris naturalis & legalis non est alia: sed vna & eadem,
aliter & aliter sumpta. nam si esset alia & alia, tunc ius
legale esset certum ex sua propria rectitudine iuris: ac
per consequens in totum recederet à iure naturali: cu-
ius contrarium dicit lex præfata. Quapropter imagina
ri potest, quod ideo ius legale recedere non dicitur in
totum à iure naturali: quia ab eo sumit suam rectitu-
14 dinem. Ideo vero dicitur non per omnia ei † serui-
re: quia illam rectitudinem videtur immutare. quan-
doque per additionem, quandoque per detractionem.
Per additionem quidem, quando addit varios actus,
ad quos habet applicari, vel cógruos modos, per quos
habet determinari. Per detractionem vero, quando
aliquo casu videtur ei subtrahere rectitudinem secun-
dum vnam regulam, quam tamen sibi conseruat se-
cundum aliam. nec per hoc, quod dicitur, quod eadem
rectitudo sit vtriusque iuris, sequitur quod vtrunq; ius
sit idem: vel secundo, quod ius naturale sit suiipsius
mensura. quia quo ad primum, quamuis rectitudo sit
eadem, sunt tamen iura diuersa propter diuersas cau-
sas. Prima, quia illa vnica rectitudo habet duplicem
vim dirigendi in humanis. Vna est indeterminata. quã
tum pertinet ad ius naturale: alia distincta & determi
nata, quantum pertinet ad ius legale: vt supra dixi de
puniendo delinquenté: & sic quod aliter & aliter sum-
pta, habet aliam & aliam vim directiuam. ergo creare
potest iura distincta, quia ius non dicit rectitudinem
absolute, sed prout habet vim directiuam in humanis.
Secúda causa, quia rectitudo iuris naturalis omnibus
est nota. sed iuris legalis paucis peritis. & sic respectu
notitiæ, sunt vnius rectitudinis iura distincta. De se-
cundo etiam, dicitur non inconueniens, quod vnum &
idem diuersimode sumptum, sit sui mensura. nam ha-
bens maiorem certitudinem vno modo, quam alio,
est de ipso notius & certius. & sic suiipsius est mensu-
ra. Cum ergo, vt nunc dixi, vno modo distinctius, quã
alio, nullum inconueniens, quod diuerso respectu ha-
beat rationem regulæ & mensuræ, item regulati &
15 mensurati. ¶Declaratis ergo his † omnibus, quod
præscriptio concordet iuri natur. probat rationibus,
quarum prima talis est: Illa iura quæ habent eandem
rectitudinem, vnum eorum non potest alteri contra-
riari. sed ius nuturale ius legale de præscriptionibus
habent eandem rectitudinem, ergo &c. maior patet
per se. minor vero apparet ex dictis. Secunda ratio ad
idem, potest esse talis: Illud ius, quod habet congruam
& rationabilem causam. concordat iuri naturali. sed
ius de præscriptionibus est huiusmodi, ergo &c. mi-
nor veró satis nota est. quia quicquid est congruum &
rationabile, concordat naturali rationi. & per conse-
quens naturali iuri. Minorem vero probo per id, quod
dicebatur superius in primo articulo, vbi ostendeba-
tur, quod longitudo determinati temporis à legibus
probet congruam & rationabilem causam præscri-
bendi. Tertia ratio ad idem, est talis: Illud ius legale,
quod punit peccatum negligentiæ, quod est contra
bonum publicum, concordat iuri naturali. ius de præ-
scriptione est huiusmodi, ergo &c. maior videtur no
ta, quia regula iuris vera est, quod peccans puniatur,
& maxime contra bonum publicum. minor etiam
apparet, quia ille, qui negligit repetere rem suam tam
longo tempore, maxime peccat contra bonum publi-
cum: quia præbet materiam litium & rixarum, quæ nó
possunt facile terminari. & per consequens de iure na
turæ æquum est quod puniatur. ius autem præscriptio
nis punit sic negligentes, vt patet in præscriptione su-
perius data secundo. Quarta ratio ad idem, est talis,
quod illud ius legale, quod imponit finem litibus, quę
non videntur possibiles terminari, maxime concordet
iuri naturali. ius legale de præscriptione est hui. mo-
di, ergo &c. Maior videtur nota, quia bonum publi
cum maxime impeditur per lites, quæ non facile ter-
minantur. & ideo aliud legale ius, quod imponit finem
litibus talibus, maxime congruit bono publico, ac per
consequens maxime concordat iuri naturali. Minor
etiam apparet, tum ex descriptione, quę dicit, quod est
ius, quod finem litibus imponit. tum etiam ex l. illa su-
perius allegat. ff. de vsucap. l. prima quæ dicit, quod vsu
capio est introducta propter bonum publicum, & pa-
ri ratione etiam præscriptio. Ex istis autem duabus ra
tionibus apparet, quod quamuis præscriptio videatur
deuiare à iure naturæ, secundum illam regulam, quæ
dicit, quod nullus debet locupletari cum alterius de-
trimento & iniuria, reuocatur tamen ad ius naturæ,
secundum duas alias regulas: quarum vna dicit, quod
qui peccat, debet puniri. Alia vero dicit, quod de-
bet finis litibus imponi. propter quod etiam patet vl-
terius, quomodo tollitur fundamentum contrariæ
opinionis, quam gloss. tenent. nam licet sit æquum sim
pliciter, neminem ditari cum alterius detrimento, in
tali tamen casu, quo currit præscriptio, non est æquũ:
quia itetur contra duas alias regulas iuris naturalis.
16 Nec † valet illud, quod inducebatur in contrarium de
l. hac lege. Cod. de pact. com. quæ dicere videtur, quod
aliud est bonum, aliud est æquum: quia non est inten-
tio dictæ l. quod aliquid sit bonum, & non sit æquum.
Nam quanto aliquid recedit ab æquitate, tanto etiam
recedit à bonitate. quapropter est dicta lex intelligen
da hoc modo, scilicet, quia aliud est, quod apparet bo
num. secundum vnam regulam, quod tamen non appa
ret æquum secundum aliam. vel potest dici aliter,
quod aliquid est, quod apparet bonum secundum ali-
quam regulam, iuxta veram intelligentiam. quod ta-
men non apparet æquum secundum eandem regulam
iuxta intellectum apparentem ad literam. Intelligen-
dum est tamen, quod circa totum, quod dictum est su-
17 pra, sic distinguere possumus, quod † præscriptionem
concordare iuri naturæ, potest intelligi dupliciter.
Vno modo, quod ita concordet iuri naturæ, quod sit
directe ab eo exorta. & iste intellectus est fatuus, quia
nulla tunc regula iure naturæ ei obuiaret aliquo mo-
do. cuius tamen contrarium est ostésum superius, quia
obuiat ei illa regula iuris, quæ dicit, iure naturæ æquũ
est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri
locupletiorem. Ista enim regula obuiat præscriptioni,
saltem quantum ad sensum, quem prætendit secundum
literam. & hoc forte, quod mouet iuristas ad dicen
dum, quod præscriptio sit contra ius naturæ, intel-
ligunt esse contra ius eam. quod si intelligant eam
esse contra ius naturæ, quia non directe est ab eo
exorta, po est tolerari eorum opinio. quamuis simpli-
citer loquendo, non sit bene dictum, quia magis est
verum eam concordare iuri naturæ, quam esse contra
ius: concordat enim iuri naturæ: iuxta intellectum, qui
modo ponetur. Dico ergo, quod secundo modo potest
intelligi præscriptionem cócordare iuri naturæ, quia
licet non sit directe ab eo exorta, est tamen ad ipsum
indirecte reducta. & iste intellectus est verus, quia o-
stensum est supra, quod licet præscriptio videatur di-
recte deuiare à iure naturæ secundum vnam regulam,
reducitur tamen ad ipsum indirecte per duas alias re
gulas. immo. quod plus est, ista reductio potest fieri se
cundum vnam & eandem regulam, vt superius est
osten-

ostensum propter quæ omnia simpliciter debemus
dicere,quod ipsa non sit contra ius naturæ: immo ma
gis, quod concordet iuri naturæ.& ita patet, quid sit
dicendum,quantum ad secundum articulum.Ioã.An-
dræas.

TERTIVM membrum. Tertio quæreba
18 tur,vtrum:præscriptio † iuris canonici, debuerit esse
alia & distincta à præscriptione iuris ciuilis. Vbi
sciendum,quod in isto articulo est aliquid certum, &
aliquid dubium. nam certum est, quod præscriptio,
quæ currit secundum ius canonicum,quia requirit bo
nam fidem in præscribente,vt in ista regula.cum con-
cor.est alia à præscriptione,quæ currit secundum ius
ciuile, quæ non requirit necessario bonam fidem in
præscribente,vt patet Codic.de præscrip.30an.l.prim.
& l.omnes & l.cum notissimi aliud autem est dubium
in isto articulo, scilicet vtrum ista diuersitas præscri-
ptionis inter dicta iura sit rationabilis,siue vtrum fue
rit rationabiliter posita.Illud autem,quod facit hic a-
liquam difficultatem,est,quod si præscriptio malæ fi-
dei concordat æquitati iuris naturæ,videtur quod am
bo dicta iura debuerunt concordare in eam statuen-
do. Si vero dicta præscriptio sit iniqua,& contra æ-
quitatem iuris naturæ,videtur quod nullum ius lega-
le debuerit eam statuere:& per consequens dicta præ-
scriptio sicut non currit secundum iura can. ita etiam
non curret secundum ciuilia. nec erit aliqua diuersi-
tas inter dicta iura. Sciendum ergo,quod dicta præ-
scriptio considerata mente iuris ciuilis, eam statuen-
tis,est æqua: quia concordat æquitati iuris naturæ. &
alio modo considerata mente præscribentis, est ini-
qua:quia ab eius æquitate recedit.& quod ita sit,appa
19 ret. Intendit enim ius † ciuile per præscriptionem
malæ fidei duplicem finem, scilicet negligentes puni-
re,& finem litibus imponere,& vterque dictorum fi-
nium iuri naturali concordat, vt superius fuit visum.
& ideo ex ista parte merito est dicenda æqua & iusta
talis pręscriptio.Item alio modo pręscribens per ean-
dem pręscriptionem intendit rem alienam vsurpare,
propter quod merito ex ista parte est dicenda iniqua
& iniusta: quia discordat ab illa regula iuris naturę,
quę dicit, Quod tibi non vis fieri,alteri non feceris
quę regula in lege & in euangelio cõtinetur, Matthęi
7.& in princ.decretorum.& hic apparet,quod fuit cau
sa,quod pręscriptio malę fidei, est à iure ciuili indu
cta. Remanet tamen dubium,quare ius can.in præ-
dicta pręscriptione à iure ciuili discordat. Sciendum
ergo,quod pręscriptio malę fidei partim est à iure ci-
uili inducta,& de hoc nunc dictum est:partim permis
sa,s.considerata iniquitate præscribentis.quo respectu
est iniusta,vt prædixi.nec est secundum id à iure ciui-
li inducta,sed solum permissa:quia ius ciuile & quod-
libet aliud ius,quamuis non possit aliquid iniquum &
iniustum inducere:illud tamen quandoque permittit,
propter aliquod bonum & iustum, quod inde potest
elicere.& quod ad id ipsum tale ius magis spectat in-
tendere,sicut in proposito.nam permittit, quod præ-
scriptio illius ex mala fide & æquitate ꝓcedat,vt pœ-
nam duplicem per præfatum finem eliciat. Hoc au-
tem non facit,quia ius ciuile cum intendat pro vltimo
fine cõseruare ciuilem societatem,cui fini maxime de-
seruit negligentiæ punitio,& litium terminatio:idcir-
co magis debet intendere ad hoc, vt negligentes pu-
niat,& finem litibus imponat, quam vt iniquitatem
præscribentis corrigat, vel remoueat. nam magis ad
ipsum spectat illius duplicis finis æquitas prosequen-
da,quam ipsius præscribentis iniquitas corrigenda.Ex
quibus omnibus apparet immediate,quare in præscri
ptione malę fidei ius can.à iure ciuili discordat.& as-
signat de hoc 4.rationes.Prima,quia ista duo iura sibi
20 mutuo † subueniunt, cum sint fundata super eodem
iure naturali. nam si vnum eorum alteri non subue-
niret,sequeretur, quod vnum eorum in omnibus suf-
ficeret,& per consequens alterum superflueret. Con-
tingit enim sæpe,ad vnum & eundem effectum, vnum
eorum sine altero non sufficere. Verbi gratia:in pu
niendo clericum tradendum ad mortem, non sufficit
ius ciuile sine canon.quia non potest ipsum degrada-
re.nec etiam sufficit canon.sine ciuili.quia iudex cano
nicus non potest ipsum occidere. quapropter dicta iu
ra sibi mutuo subueniunt in dicto casu: quia quodli-
bet eorum exequitur illud,quod ad ipsum pertinet.ità
ergo suo modo est imaginandum in præscriptione ma
læ fidei.quia in ea est aliud iustum, & prosequendum:
& aliud iniustum,& prohibendum.quæ duo satis pa-
tent per superiora.hæc duo non possunt fieri per idem
ius. & ideo oportet,quod sit aliud ius, quod dictam
præscriptionem propter illum duplicem finem insti-
tuat:& aliud ius, quod eandem præscriptionem pro-
pter malam fidem præscribentis prohibeat: vt isto
modo dicta iura sibi mutuo subueniant. nec erit con-
tradictio inter ea: sicut melius declarauit in quæstio-
ne de vsuris. vbi ostendit,quod vnum non potest ob
uiare alteri per contradictionem: sed per omissio-
nem, quia illud quod omittitur ab vno, sæpe assu-
mebatur ab altero: sicut vtique nunc est in proposi-
to. Nam quod mala fides præscribentis debeat præ-
scriptionem infringere, hoc à iure ciuili omittitur:
quia ad ipsum non spectat eam propter dictam cau-
sam infringere. Hoc autem à iure canon.assumitur:
quia ad ipsum spectat eam propter dictam causam in
fringere.& ideo non est contradictio, cum ius ciuile
dicit talem præscriptionem æquam & iustam esse, ac
per consequens instituendam. Ius vero cano.dicit ean
dem præscriptionem esse iniquam & iniustam, ac per
consequens prohibendam. quia sic dicendo, non at-
tendit ad eandem causam,nec ad eundem finem. vbi
autem est contradictio,oportet quod accipiatur secũ-
dum idem,& respectu eiusdem domini.Ex his omni-
21 bus † possumus ad propositum formare vnam ratio-
nem talem,Illud quod est prohibendum, & à iure ci-
uili omitteretur,debet à iure canonico assumi.quia su
pra ostensum est,quod dicta iura sibi mutuo subueni-
unt.sed præscriptio malæ fidei est prohibenda, quia
iniqua & iniusta ex parte præscribentis,& sic eius pro
hibitio debet assumi à iure canonico.ac per conse-
quens à dicto casu vnum ius discordabit ab altero:
nec tamen propter talem discordiam erit contradi-
ctio,vt supra ostensum est.Secunda ratio ad idem, est
talis:Illud quod sequitur legem Euangelicam, debet
discordare ab omni eo,quod discordat lex Euange-
lica.sed ius canonicum sequitur legem Euangelicam,
& ei subalternatur, quæ lex Euangelica à iure ciuili
discordat in rectificando actum interiorem,sicut pa-
tet Matthæi 5.vbi dicitur:Omnis qui viderit mulie-
rem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in
corde suo. Ius autem ciuile nititur solum ad rectifi-
candum actum exteriorem, qui est ad alterum, per
quem posset ciuilis societas impediri.ergo & ius ca-
nonicum debet in hoc discordare,seu potius super-
abundat à iure ciuili.quia debet vti ad rectificandum
etiam actum interiorem, per quod posset à Deo de-
uiare,ac per consequens dicit præscriptionem malæ
fidei penitus prohiberi,per quam actus interior obli-
gatur.ex quo etiam relinquitur,quod in prædicto ca-
su à iure ciuili discordat. Tertia ratio ad idem,est
talis:Illa iura debent in præscriptione malæ fidei ne-
cessario discordare, quorum vnum intendit conser-
uare iustitiam, propter litigia terminanda. alterum
vero econuerso,intendit terminare litigia propter iu
stitiam conseruandam. sed ius ciuile & canonicum
ita se habent,quia ciuile intendit conseruare iustiti-
am propter terminanda litigia Nam suus finis prin-
cipalis est conseruare ciuilem societatem, quæ con-

seruari non potest,nisi litigia terminentur: ius autem
canonicum econuerso,intendit terminare litigia pro
pter conseruandam iustitiam. Nam suus finis princi-
palis est,ordinare in Deum & in legem Euangelicam,
vt homo gloriam assequatur. Qui quidem ordo iu-
dicium non haberet, nisi iustitia conseruetur: vt per
ea actus inferior, quo ordinatur iudex, regularetur.
Hinc est,quod vna regula iuris canonici dicit, quod
vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas re-
linquitur,eodem titul. qui scandalizauerit. quare re-
linquitur, quod dicta duo iura debuerunt in præscri-
ptione malæ fidei discordare,ponderato fine cuiusque
qui patet per superiora. Quarta ratio ad idem, est
talis:illa iura,quæ ita habent, quod vnum eorum ita
intendit de foro litigij, quod finaliter remittit ad fo-
rum conscientiæ: alterum vero consistit solum in fo-
ro litigij: non possunt in præscriptione malæ fidei con
cordare:quia prædicta præscriptio malæ fidei, secun-
dum forum conscientiæ,est damnanda: secundum ve-
ro forum litigij,inducenda.sed ius canonicum & ciui
le ita se habent,quod ius ciuile solum sistit in foro liti
gij.ius autem canonicum etiam conscientiæ rationem
habet,quod eam finaliter remittit ad forum conscien-
tiæ,vt patet de pœn & re.omnis. Ergo necessario de-
buerunt in præscriptione malæ fidei discordare: quã-
uis talis discordia non sit cõtradictio,vt superius ostẽ
sum est: quia non est respectu eiusdẽ causæ vel eiusdẽ
finis & sic patet,quid sit dicendum quantum ad istũ ar
ticulũ.quia præscriptio iure canõico est alia & debuit
esse alia à præscriptione iuris ciuilis. & hæc sufficiant
quantum ad ipsum.

TERTIVM membrum. Quartum proponeba-
22 tur.vtrum in †præscriptione acquiratur dominium.
Ad cuius euidentiam est intelligendum, quod quan-
tum ad præscriptionem malæ fidei, quæ currit spatio
30.annorum, non videtur esse aliquo discordia inter
doctores iuris.nam omnes concorditer dicunt, quod
in ea non acquiritur dominium,sed sola exceptio:quia
si in ea acquireretur dominium. tunc non solum fuis-
set inducta in odium negligentium, sed etiam in fauo
rem malæ fidei possidentiũ.Eius cõtrarium apparet 16.
q.3.§.potest.

De præscriptione bonæ fidei, videntur quam
plures adinuicem discordare.nam quidam antiqui do
ctores iuris dicunt,quod in præscriptione bonæ fidei
habeat quasi dominium vtile, & non directum domi-
nium.quod probant per illum textum, qui habetur
de præscriptionib.triginta vel quadraginta annorum.
l.si quis emptionis. in principio. & secundo respon.
& ff.de iureiurand.si duo.§.idem ait. ibi enim dicitur,
quod præscribens habet vtilem actionem in rem, &,
habet exceptionem contra dominium. Si autem
præscribens habet exceptionem contra dominium,
ergo dominus contra quem fuit præscriptum, habe-
23 bit actionem:quia exceptio †non habet locum,nisi vbi
est possibilis actio. Est enim exceptio,actionis ex-
clusio:vt pate. ff.de exceptioni.l. secund. si autem do-
minus,contra quem est præscriptum,habet actionem,
non potest habere nisi directam: quia actionem vti-
lem habet ipse præscribens ratione vtilis dominij. &
duo non possunt esse simul domini insolidum,vno re-
spectu:vt patet ff.commod. l. si vt certo. §. si duobus.
24 Si ergo † actio directa ac per consequens dominum
directum remansit apud illum, contra quem est præ-
scriptum:relinquitur,quod ipse præscribens acquisi-
uerit per præscriptionem solam actionem vtilem, ac
per consequens solum dominium vtile. & hanc opi-
nionem sequuntur quam plures moderni doctores iu-
ris.de hoc aliquid not.16.q.3.in fi.summæ.& c.quicun-
que.in j.gl.& §.potest.per Ost.in sum.de præscriptione
rerum.immo.in vlti.col.sed hæc opinio videtur dubia
25 & irrationabilis,propter tria.Primo,quia homo †non
est dominus rerum exteriorum,nisi pro quãto possunt
venire ad suum vsum,& vtilitatem hominis, secũdum
ipsius arbitrium & voluntatem.& ideo videmus,quod
illæ res quæ nunquam possunt venire in vsum & vtili-
tatem hominis,secundum ipsius arbitrium & volunta
tem,nunquam possunt cadere sub eius dominio: sicut
patet de corporibus cælestibus. Videmus vlterius,quod si
aliquæ res apte nata baderent sub vsu & vtilitate ho
minis,& tamen nunc compertum non est, quod vene
runt in vsum & vtilitatem alicuius,eo ipso ab ipsa lege
discernuntur esse nullius,& naturali ratione concedũ
tur, & subiiciuntur dominio primi occupantis: vt pa-
tet.ff.de acquiren.re.dom.l.j.§.& l.quod enim nullius.
Hoc ideo videtur cõtingere,quod dominium quod habet
homo in exterioribus,prouenit ex earum vsu & vtilita
te:constat autem quod ille,contra quem processit præ
scriptio bonæ fidei, nullo modo potest assumere rem
præscriptam in suum vsum & vtilitatẽ. ergo nullo mo
do dominus.ac per consequens non remansit apud eũ
directum dominium. sic dicebat præfata opinio. Se-
cundo patet hoc idẽ:quia videmus, quod præscribens
26 †aliquam rem bona fide, potest transferre dominium
directum ipsius ad alium,vtpote si vẽdat rem alienam
alicui domino,& postea recipiat eam in feudum ab eo
dicitur transtulisse dictam rem in illum dominum,
quantum ad directum dominium: & eam sibi præscri
psisse,quantum ad dominium vtile. Constat autem,
quod vnusquisque homo tale dominium de re quacun
que ad alium transfert,qualem apud se habet:vt patet
ff.de acquirend.rer.dom.l.traditio. Si ergo præscribẽs
tale dominium transferre potuit, videtur quod ipsum
apud se habuit,ac per consequens dictum tale domi-
nium per præscriptionem acquisierit.Tertio patet hoc
idem: quia videmus. quod ille qui habet solum do-
minium vtile,& non habet dominium totale vtile,&
ideo semper exhibet aliquid domino directo: vtpote
vel partem vtilitatis,vel homagium,vel quid tale,per
quod tale datur intelligi,quod ipse non est dominus
directus, sed ille, cui fit illa exhibitio, vel recogni-
tio, ac per consequens eoipso, quod ille qui habet
solum vtile dominium, recognoscit alium dominũ,
videtur ipse tale non habere dominium. Si ergo præ
scribens bona fide acquisiuisset per præscriptionem
solum dominium vtile, non haberet totale dominiũ:
sed necessario recognosceret alium dominum, pu-
ta illum,contra quem præscripsit,quod patet euiden-
27 ter esse falsum. Ad rationem † vero ipsius opinio-
nis potest responde.quod exceptio est facti, & quod
hoc casu elidit actionem & intentionem agentis, &
facit quod not.supra eodem libr.de lit.contest.capit.
j.in fin.in glos.& ideo est alia opinio quorundam do
ctorum,dicentium quod in præscriptione acquiratur
28 non solum dominium †vtile,sed directum.quod pro-
bant per textum plurium legum,in quibus habetur,
quod præscribens bona fide spatio 30.annor.efficitur
dominus.si autem per præscriptionem acquireretur
solum dominium vtile,non diceretur præscribens ef-
fici dominus cum quadam determinatione adiuncta
& diminutione.Confirmatur hoc idem per tres ratio
nes præcipue.Prima est, quod fortior est possessio in
rebus immobilibus,quæ acquiruntur per præscriptio
nem,quam in rebus mobilibus,quæ acquiruntur per
vsucapionem.sed per vsucapionẽ acquiritur non solũ
dominiũ vtile,sed etiam directũ.ergo multo magis de
bet hoc idẽ acquiri per præscriptionẽ.Secũda ratio ad
idẽ,est talis:quia si præscriptio nõ acquireret dominiũ
directũ.nõ videretur quod dominiũ directũ esset præscri
ptibile.quod patet esse falsum.nã & ipsa iura principa
lia,de quibus minus videtur,cum sint ossibus nostris
infixa.præscribuntur spatio 30.ann.vt patet ff.pro so-
cio

cio.l.3.& ff.de pecul.l.si quis & l.quis ergo. & l.si Sti-
cho.& C.de præscript 30.vel 40.ann.l.sicut. Tertia ra
29 tio ad idem,est talis: quia ille,qui † tacuit tanto tem-
pore,præsumitur consentire.ff.de ver.sign.l.alienatio-
nis verbum.constat autem quòd per consensum trans
fertur vtile dominium & directum vt instit. de rerum
di.§ per traditionem.ac per consequens videtur,quòd
per tempus præscriptionis acquiratur vtrunque do-
minium:scilicet tam vtile,quàm directum. hæc autem
opinio non videtur rationabilis propter duo. Primò,
30 quia † videtur ponere,quòd in præscriptione acquira
tur necessariò dominium directum: quemadmodum
in vsucapione, cuius contrarium euidenter apparet.
nam videmus,quòd posset aliquis præscribere contra
feudatarium,non præscribendo contra dominum feu
di:in quo casu acquiretur per præscriptionem solum
dominium vtile,& non directum,& econuerso.Secun
dò,non videtur rationabilis. quia non conuenienter
distinguit inter dominium directũ & vtile, quasi duo
distincta.cuius oppositum statim opponetur. & quan
tum ad istam partem prima opinio videtur defecisse,
sicut & ista.propter quę omnia videtur esse aliter pro-
31 cedendum in isto. Sciendum † ergo quòd dominium
directum & dominium vtile,quandoque distinguun-
tur,sicut duo diuersa iura: quandoque verò sicut duo
diuersi modi habendi idem dominium. debemus er-
go imaginari,quòd vtile & directum, quandoque ca-
piunt dispositionem penes alium & alium modum v-
tendi: quandoque verò penes alium & alium mo-
dum habendi primum patet, quòd videmus,quia pro
alio nomine vtitur re feudali feudatarius, qui colit &
fructum recipit,quàm dominus, qui recipit seruitium
sine labore. & ita suo modo dicendum est de hypo-
theca & principali dominio. In tali ergo casu domi-
nium directum & vtile distinguitur penes alium & a-
lium modum vtendi.quandoque verò distinguitur pe
nes alium & alium modum habendi,siue penes alium
& alium modum acquirendi id dominium. debemus
nanque supponere, quòd acquisitio dominij est à
iure gentium: vt patet de iusti. & iur.l.ex hoc iure.
32 Ius autem gentium soli homini † competit,& est quę-
dam ratio naturalis. quæ sic homini propria est, quæ
tamen hominibus omnibus est collata.quæ quidem [illegible]ra-
tionabilis est,quasi quædam lex tacita: vt patet ff.de
bon.damn.l.cum ratio. Est inquam lex tacita, quia in
corde hominis diuinitus & naturaliter scripta,& non
mandato ipsius prætoris exterius promulgata. Hu-
33 ius ergo legis & huius iuris naturali † æquitati, opor-
tet quod omnis dominij acquisitio innitatur, quan-
doque directè, quandoque indirectè. verbi gratia de
vtroque. Si enim occupemus aliquam rem penitus
derelictam,vel quæ nunquam extitit alicuius, acqui-
sitio dominij in illa re directè concordat & innititur
iuri naturali: vt patet per illam legem superius alle
gatam.ff.de acquiren. re.do.l.j.& l.quod enim nullius.
nam dicitur in illa l.quòd illa res, quæ nullius est, na-
turali ratione occupanti conceditur, ac per conse-
quens,acquisitio dominij in illa re naturali rationi di
rectè innititur:quia nulla est regula iuris naturalis,si-
ue rationis naturalis,quæ acquisitioni huius dominij
valeat obuiare.Idem per omnia,si acquiramus domi-
nium in aliqua re per liberam traditionem illius, cu-
ius est illa res.& hoc si etiã potest haberi.vt ff. de acq.
re.do.l qua ratione.§.hæ quoque.vbi dicitur,quòd il-
lę res quæ per traditionem nostræ fiunt,iure gentium
nobis acquiruntur:cuius ratio redditur in sequenti §.
vbi dicitur, quòd nihil est tam conueniens naturali
ęquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suã
in alium transferre, ratam haberi. Patet ergo ex his
duobus exemplis,quo modo acquisitio dominij in ali
qua re,quandoque innititur ęquitati iuris naturalis di
rectè.Restat videre de indirecta.euenit enim quando-
34 que,quòd † acquirimus dominium in aliqua parte,per
exactionem illius rei à debitore nostro nomine pœ-
næ:quia iura ciuilia volunt.quòd id,quod exigitur à
debitore nomine pœnę, lucro debet cedere credito-
ris,vt patet ff.de sol.& libera.l.id quod pœnę acquisi-
tio ergo dominij isto modo innititur,& concordat ę-
quitati iuris naturalis,nõ quidem directè, vt patet ex
duobus.primò,quia illud concordat æquitati iuris na
turalis ob peccatum pœnam exigi: nunc autem huic
acquisitioni dominij,obuiat illa regula iuris,quæ su-
pra fuit allegata in secundo articulo,& habetur eo ti.
locupletari.cum concor quia fit cum iactura debito-
ris.& sic deuiat ab æquitate iuris naturalis. quia dicta
regula ei obuiat euidenter. reuocatur tamen ad eius-
dem iuris naturalis ęquitatem,per aliam regulã, quæ
dicit.quòd pro quolibet peccato debet pœna exigi,vt
nullum malum remaneat impunitum.Ex quibus omni
bus apparet,quòd acquisitio dominij in isto casu con
cordat æquitati iuris naturæ:non quidem totaliter ac
per consequens,non directè, sed indirectè: quia non
concordat directè ęquitati,quasi directè originem ab
ea tradendo: immo quasi indirectè ad eum redeundo.
Secundo patet hoc idem:quia acquisitio illius domi-
nij, quæ totaliter & directè innititur æquitati iuris
naturæ,habet efficaciam suam & vigorem sine com-
muni fauore iuris legalis,vt patet in acquisitione do-
minij sumpta primo modo. nam dato, quòd nullum
esset ius legale, adhuc primus modus acquirendi do
minium habet locum. secundus verò modus acqui
rendi dominium,qui immediatè est dictus,non habet
efficaciam & vigorem:nisi supposito fauore iuris le-
galis,sed per quadam reductionem indirectam:quam
reductione facit ius legale.quia ad hoc spectat natu-
ralis iuris regulas concordare:vt potest patere ex his,
quæ dicta sunt in secundo articulo. & ideo talis mo-
dus acquirendi, dominium, locum non haberet: sed
ius ciuile non esset.apparet igitur ex omnibus his pro
35 positum.Sciendum est tamen,quod licet sint † duo mo
di acquirendi, tamen idem est dominium per quod-
cunque illorum acquisitum. eundem enim modum &
vsum vtendi habet vterque acquirens. & sic patet il-
lud,quod superius dicebatur,scilicet quod dominium
directum & vtile quãdoque distinguitur penes alium
& alium modum vtendi,& tunc sufficiunt duo parti-
cularia & distincta dominia.quandoque vero penes a-
lium & alium modum habendi & acquirendi, & tunc
sunt vnum dominium sibi possibile acquiri.per præfa
36 tos duos modos.¶ Sciendum vlterius, quod ex † pro-
cessu superius habito,possumus colligere duplicem ra
tionem,quare dominium directum dicatur ossibus no
stris infixum,& à nobis inseparabile,vt habetur ff.pro
socio.l.3.& ff de pecu.quis ergo.Vna quidem ratio est,
quia tale dominium directe innititur iuri naturali si-
ue rationi naturali,vt patet ex dictis. Ratio autẽ gene-
ralis est cordi nostro in fixa,& à nobis inseparabilis,vt
ait August.2.confes.sic innuens:lex in quam scripta in
cordibus hominum,quod nec vlla quidem delet ini-
quitas.dominium ergo directum dicitur ossibus infi-
xum:quia innititur illi iuri, quod nobis est infixum,&
à nobis inseparabile.Secunda ratio est, quia ius natu-
rale est fortius & efficacius, quàm sit ius legale, & na
turalis ratio fortior & efficacior,quàm sit humana vo
luntas.omne ergo illud,quod est vnitum naturali iuri
& naturali rationi,non potest à nobis separari iure le-
gali & humana voluntate. Dominium ergo directum
est nobis vnitum naturali iure & naturali ratiõe.ergo
non poterit à nobis separari per ius legale vel humanã
voluntatem:ac per consequens dicetur rationabiliter
ossibus nostris infixum: & à nobis inseparabile. His er
go omnibus declaratis facile expeditur,quod quære-
batur in hoc articulo:vtrũ præscriptione acquirit do-
37 miniũ.Dicendum itaq; † est,quod in ea & per eã vno mo-

do acquiritur dominium vtile & directum,& alio mo
do tantùm dominium vtile , & non directum, pro na-
ui si capiamus dominium vtile & directum, prout di
stinguuntur ex modo vtendi,præscribens rem simpli-
citer habet omnem modum vtendi: & tunc sufficiunt
duo particularia & distincta dominia,quandoque ve
rò penes alium & alium modum habendi & acquiren
di.& tunc sunt vnum dominium sibi possibile acqui
ri.ergo habet vtrunque dominium vtile & directum.
alias non haberet dominium totale,sed partiale. sed
recipiendo directum , quod directè descendit à iure
naturali,tale directum non habetur per præscriptio-
nem:sicut habetur in re illius occupata,vel à vero do
mino tradita illis enim assistit naturalis æquitas , &
huic resistit,cùm ad illam indirectè reducitur , vt est
dictum.Formabat autem super his duas rationes,qua
rum prima erat : Per id acquirimus dominium vtile
& directum. primo modo per hoc habemus totalem
vsum & vtilitatem de re præscripta. sed per præscri-
ptionem id euenit.ergo &c.Secunda:Illud dominium
acquiritur indirectè , quod ab æquitate iuris naturæ
non directè exoritur , cùm ad illam indirectè induci-
tur : sed dominium per præscriptionem acquisitum
est tale:ergo &c.prolixè etiam prosequitur istas,quod
omitto.

38 QVINTVM membrum.Quintum †erat, vtrum
præscribens mala fide , deberet censeri cum raptore,
vel in qua specie peccati sit locandus. Ad huius ergo
quæsiti euidentiam est primò attendendum, quæ dif-
ferentia sit inter furtum,& rapinam,& vsuram. Scien
39 dum †igitur,quòd præfata tria se habent per ordinem.
furtũ se habet in plus,quàm rapina : & rapina in plus,
quàm vsura. Consideranti patebit , quòd de ratione
furti sunt duo , scilicet quòd per ipsum vsurpetur res
aliena,& hoc est primum. Secundum est , quod dicta
vsurpatio sit occulta.per primum autem istorum du-
orum,ratio furti extenditur ad rapinam .14.quæstio-
ne 5.pœnale.per secundum vero distinguitur ab ea,fa
cit supra de fur.capit.2.de ratione autem rapinæ sunt
tria.primum est,quòd per ipsam vsurpetur res aliena,
& pœna hic tollatur sub furto.Secundum est,quòd di
cta vsurpatio sit manifesta & per hoc ratio rapinæ di
stinguitur à furto,& extenditur ad vsuram 14. quæst.
4.si quis vsuram accipit, rapinam facit. Tertium est,
quòd illa vsurpatio sit penitus violenta. & per hoc di
stinguitur ab vsura. De ratione autem vsuræ sunt tria.
Primum est,quòd per ipsam vsurpetur res aliena. Se-
cundum est , quòd vsurpatio est manifesta. Tertium
est , quòd illa vsurpatio fiat per consensum coactum
& extortum,ratione mutui:quo soluens timet carere,
ac per consequẽs,nec penitus voluntaria, nec penitus
violenta.15.quæst.3.meritò quæritur. & per hoc distin
guitur à rapina. Visis autem his , possumus faciliter
respondere ad illud,quod in illo articulo est quæsitũ:
nam cùm quæritur , vtrum præscribens mala fide de-
40 beat censeri cum fure,vel cum †raptore, vel in qua a-
lia specie peccati sit locandus, apparet quòd volendo
loqui propriè non potest censeri cum fure , nec etiam
cum raptore.quia peccatum furis, vel latronis, vel ra-
ptoris,consistit principaliter in rei alienæ vsurpatio-
ne,& non in rei alienæ detentione.nam dato,quòd fur
vel raptor in ipso actu vsurpationis deprehendatur,
furis vel raptoris nomine censebitur.& vterque eorũ
tanquam fur vel raptor à iudice punietur:non obstan
te,quòd in re aliena habuerit solum actum indebito
vsurpationis,& nullum actum adhuc indebiti vsus vel
detentionis.ipsa verò rei alienæ detentio, magis con-
currit ibi,vt circunstantia aggrauans peccatum. & i-
deo videmus,quòd quanto maiori tempore res aliena
ab eis detinetur,tanto plus à legibus punitur.

¶Quapropter apparet immediatè , quòd præscri-
bens malæ fidei,non potest propriè & directè censeri
cum fure vel raptore : quia peccatum ipsius totaliter
vel saltem principaliter in rei alienæ detentione con
sistit.nam dato , quòd à principio possessionis bonam
fidem haberet:si tamen postea ante tempus finitæ præ-
scriptionis mala fides adueniat , possessor & præscri-
ptor malæ fidei est cẽsendus:nec eius præscriptio cur
ret,secundum iura canonica, licet secus secundum iu
ra ciuilia,vt patuit in tertio articulo. Illud ergo,quod
est solum circunstantia aggrauans peccatum in fure&
raptore,scilicet , rei alienæ detentio , ipsa quidem est
peccatum constituens in malæ fidei possessore & præ-
scriptore. Ex quo etiam apparet vlterius, quòd non
debet per legem pœna infligi præscriptoribus malæ
fidei,quemadmodum furibus & raptoribus. nam le-
ges furibus & raptoribus pœnam infligunt : quia eo-
rum peccatum non solùm inficit conscientiam , sed
etiam lædit rempublicam. Ad cuius conseruationem
totus conatus legis insistit. si enim fures & raptores
non punirentur, ciuilis societas passim totaliter tol-
leretur.quod pauci vel nulli possent rem suam pacifi
cè possidere.peccatum autem possidentium & præ-
scribentium mala fide quamuis conscientiam inficiat,
rem tamen publicam non commaculat : quòd nullius
hominis pax & possessio perturbantur : nam etiam &
ille qui propter præscriptionem rei suæ perditæ turba
tur,non dicit contra illum,qui præscripsit : quia per-
ditio suæ rei magis debet adscribi suo proprio defe-
ctui,ex eo quòd rem suam repetere neglexerit : quàm
defectui & peccato ipsius possidentis mala fide.& id-
41 circo †pro tali peccato non debet pœna infligi: immò
debet diuinę prouidentię punienda relinqui : quia &
multa sunt talia peccata , quæ lex humana dimittit &
diuinæ prouidentię punienda relinquit , testante B.
Aug.in 1.lib.de libero arbitrio. vbi sic ait:Lex ista,quę
regendis ciuitatibus fertur,multa concedit & impu-
nita relinquit,quæ per diuinam prouidentiam vindi-
42 cantur.Intelligendum †tamen vlterius,quòd quanuis
mala fide possidens, vel prescribens, non possit pro-
priè & directè censeri cum fure.vel cum raptore , in-
terpretatiuè tamẽ & indirectè potest & debet censeri
cum vtroque. & si rem poblicam non lædit , sicut fur
vel raptor , ad exteriorem statum quod attinet , suam
tamen conscientiam non minus coram Deo inficit.
nam veraciter est fur & raptor , quantum ad interio-
rem effectum,licet non quantum ad exteriorem. atta-
men & iuxta istum sensum videtur loqui.14. quęstio.
43 5.si quid †inuenisti,& non reddidisti , rapuisti &c.ille
enim qui inuenit rem alienam ,& eam non reddidit,li
cet non sit raptor directè & propriè,quantum ad actũ
exteriorem,quia rem alienam non videtur per violen
tiam vsurpare:est tamen raptor interpretatiuè & indi
rectè , quantum ad actum interiorem : quia rem alie-
nam ad modum raptoris sibi appetit vendicare. & ita
coram Deo ita habet infectam conscientiam,sicut ra-
ptor:quia Deus plus ad effectum respicit, quàm ad a-
ctum. & hoc est , quod dicitur in eodem decreto ibi-
dem. Qui alienum, inquit, negat, si posset, etiam tol
leret. Deus enim cor interrogat,& non manum. Con
cludo ergo quantum ad illud , quod in isto articulo
principaliter est quæsitum , quòd prescribens mala
fide , quanuis propriè & directè , non possit locari in
eadem specie peccati cum fure , & raptore : interpre
tatiuè tamen & indirectè debet in eandem speciem
peccati cùm eis locari.Et ex hoc apparet immediatè,
quòd præscribens mala fide , quantum ad peccatum
conscientiæ,æquipollet furi & raptori : & per conse-
quens indiget suam conscientiam rectificare & pur
gare,quemadmodum fur vel raptor. sed fur & raptor,
non possunt suam conscientiam purgare & ratificare,
nisi per restitutionem:quia non dimittitur peccatum,
&c.ergo eodem modo præscribens mala fide, non po
terit suam conscientiam rectificare & purgare , nisi
per

44 per restitutionem. Ex hoc apparet † immediatè respon
sio ad quæstionem principalem. nam si præscribés ma
la fide tenetur ad restitutionem, quemadmodum fur
& raptor. vt nunc ostésum est, relinquitur necessariò,
quòd sicut fur vel raptor non potest tenere vel defen
dere furtum vel rapinam contra illum, cui furatus est
sine peccato, & ita etiam nec ipse præscribens mala fi-
de, potest tenere vel defendere rem præscriptam sine
peccato cõtra illum, cuius fuit res illa præscripta. Ad
argumentum autem contrarium respondebitur in fi.
sequentis articuli.

Sextum membrum. Sextò quærebatur, vtrum mala
fides † adueniens pręscriptione completa, tollat ipsam
45 præscriptionem. & vtrum obliget præscribentem ad
restitutionem, quemadmodum mala fides proueniẽs.
Ad hoc autem communiter respondent iuristæ, quòd
non, propter tria: Primò, quia primo si cõpleatur præ-
scriptio bona fide durante, tutus videtur reddi præ-
scribens, non solum secundum ius ciuile. sed etiam se-
cundum ius canonicum, vt patet extr. de præscript. de
quarta. & c. ad aures. 16. quæst. 3. c. j. & 2. & 3. & ca. dile-
cto. Secundò probatur hoc idem. quia si compleatur
præscriptio bona fide durante, iam factum est meum,
quod erat alienum vtriusque iuris authoritate, nõ ob-
stante quacunque mala fide postea superueniente. hoc
sic supposito, patet talem ad restitutionem non teneri.
Tertiò probatur hoc idem, quòd nullus tenetur resti-
tuere illud, quod possidet iustè & bene: sed ipse præ-
scribens possidet rem præscriptam iustè & bene, non
obstante mala fide superueniente. ergo eam restituere
non tenetur. maior est euidens. minor probatur: quia
illud, quod habetur de iure, possidetur iustè & bene,
ac per consequens, non est alienum, vt patet 14. quæst.
4. quid dicam. Ipse autem præscribens habet & possi-
det rem præscriptam de iur. ergo iustè & bene. & ita
non videtur possidere rem alienam, sed suam, ac per
consequens non teneri ad restitutionem. Istis tamen
non obstantibus, secundum fratrem Gerardum dicẽ-
dum est, quòd tenetur, qui sic præscripsit in foro con-
scientiæ restituere rem pręscriptam. Et ad superiores
rationes respondet, quòd & si concludant in foro con
tentioso, non tamen concludunt in foro conscientię,
de quo nunc agitur. Nec obstat, quod dictum fuit in 3.
46 articulo. in fi. ꝙ ius † canonicum intendit ad vtrunque
forum, litigij scil. & conscientię: & sic in vtroque põt
quem facere tutum. quia illud verum secundum eum
in his, quæ ad vtrunque forum reduci possunt. sed in
illis, quę nõ possunt reduci ad forum litigij, vt in casu
nostro, relinquit eos Deo sententiandos in foro con-
scientiæ. Poterat enim exemplum ponere de occultis
32. distin. erubescant. Probat autem solutionem suam
tribus rationibus. quarum mentem solam assumam.
fundatur autem prima super hoc, quod contra inten-
tionem iuris dantis efficaciam pręscriptioni, & bonę
fidei esset, si superueniens mala fides non noceret prę-
scribenti. quia secundum id mala fides esset fauorata
à præcedenti pręscriptione. Cuius contrarium statu-
ens intendebat. scilicet quòd eius cursus nullum fa-
uorem pręberet malę fidei, ergo nec tunc, nec post, fa
uere poterit. inducere poterat j. quæst. j. eos. in fin. &
quęst. 3. si quis obiecerit. & cap. fi. Secunda ratio, nihil
47 consistit bona † fides, quę est fundamentum pręscri-
ptionis, & illi dat efficaciam. cessante autem funda-
mento, etiam post pręscriptionem, cessat & ipsius effe
ctus. inducere poterat sic esse in domo materiali iam
completa. dicit autem. quòd licet pręscriptio comple-
uerit cursum suũ, tamen quò ad dominium acquisitũ
eget illo fundamento, pro toto tempore durationis, vt
sicut acquisitio, sic & duratio conueniant iuri naturali
48 & rationi. Tertia vult ratio, quòd † cùm semper veri-
tas sit erroris correctiua. correcta fide erronea, per su
peruenientem fidem veram, omne sequutum ex illa er
ronea, est etiam corrigendum. & sic pręscriptum muta
bitur in non pręscriptum. per quod restituere compel
letur. secundum fra. Gerardum. Ponderatis quę infra
dicã. perpendes, ꝙ nimis pertinax fuit in hac opinio-
ne: tamẽ ad hanc partẽ ad tres suas rationes adducuntur
potissimè tres textus, s. c. si virgo 34. quęst. 2. c. vigilãti.
de pręscr. & regula peccati. quę sequitur. illa quę alle
gantur in contrarium, vide not. in pręc. c. vigilanti. vbi
etiã not. tres opiniones. quarum prima dicitur theolo
gorum. ꝙ teneatur. secunda iuristarum, ꝙ non tenea-
tur. tertia, aliã distinguentis causam lucratiui. à non
lucratiua, quam distinctioné dicit Host. tolli per dec.
apostolicę. de don. ver. vnde cùm graue. & C. de pręsc.
lon. tem. l. pen. vt dixi in prin quęstionis. articulus iste
satis est certus Ideo vide no. 13. q. 6. si res alie. in pręc. c.
vigilanti. & eo. tit. c. fi. in prin. vlt. gl. omnes summistę,
Ray. l. in summ. de pręscr. ver. item pone, ꝙ est completa.
Gof. eo. tit. in fi. Host. ibi plene super rubrica de pręsc.
rerum. immo §. quę exigantur sub. §. verum quicquid.
vers. sed quid si ia completa. Ray. aũt sic dicebat: si ha-
bet pręscribens conscientiã remordentem, satisfaciat
conscientię: si dicit se de peritorum consilio conscien
tiã non habere, vel si quam habuit post pręscriptionẽ
completam, dicat se illã ad prędictorum consiliũ depo
suisse: consulit adhuc eligendã tutiorem viam, vt re-
stituat propter duplicitatis ambiguũ & maximè, quia
non facilè omnia, quę debent, in pręscriptione cõcur
runt. si non acquiescit, non audet illũ ponere inter sal
uandos, per superiores rationes nec inter damnãdos,
per iura contraria. maximè quia per vniuersum quo se
extendit potestas ecclesię, sic seruari videtur. Gof. au-
tem. vbi supra dicit opinionem theologorum esse con
silium, & necessariò non sequendum. 14. quęst. j. quod
pręcipitur Host. vbi supra deridet opinionem cõtra-
riam. tenet tamen quòd si conscientia remordet, nec
informatur ad dictum peritorum, sequenda est, licet
erronea. de sentent. excom. inquisitioni. de Simon. per
49 tuas. 2. dicit tamen illum non † theologum, sed scru-
pulosum, timentem quod timendum non est. de Si-
mo. & si quęstiones. cum concord. dicit autem de illis
non esse ponderandum, quòd pręscribens iuris autho
ritate dominium acquisiuit. Inducit etiam Leuitic. 25.
circa medium, vbi pręscribitur vendenti domum in-
tra vrbem, quam redimere poterat infra annum. quòd
anno elapso non poterit, etiam in anno iubileo, quo
regulariter venditio reuertebatur, ad pristinum do-
minium & vt dicit, falsum est, quòd post pręscriptio-
nem completam habeat pręscribens conscientiam rei
alienæ, cum illa sit sua. & sic soluuntur contraria. In-
50 ducit etiam, quod propter † necessitatem famis, rem
alienã occupare licet. supra de furt. si quis propter ne-
cessitatem. & equum possum alieno pabulo reficere.
per constitu. Friderici de pace tenend. c. vltim. & rem
alienam per donationem principis licite tenere. ff. ad l.
Rhod. de iac. deprecatio. & de euict. l. Lucius. Itẽ scias
quod hanc opinionem iuristarum tenuit etiã Thomas
in suo 13. articulo 6. vbi cum tractaret principalem quę
stionem huius thematis de præscribente cum mala fi-
de, dixit vt supra ad restitutioné teneri, subdẽs sic: sed
qui bona fide præscripsit, ad restitutionem nõ tenetur,
si sciat post præsentationem illud fuisse alienum. hoc
ponit, & nil. plus. Damasius in quæstione sua 2. de præ-
scri. nil elegit. sed dixit theologos dicere, ꝙ tenent iu-
51 ristas dicere contrariũ. Concludo † igitur ꝙ opinioné,
ꝙ restituere non tenetur, tenet Io. & B. vbi supra. Tan.
& Vinc. in dec. vigilanti. Innocen. in decre. vlt. de præ
scri. Goffre. & Thomas vbi supra. & hos sequor. saluo,
ꝙ post Ray. & Hosti. dixit de conscientia remordente.
Vltra superiora induco consensum saltẽ fictum illius,
contra quem præscribebatur. per l. alienationis verbũ.
ff. de verb. sign. & vide quod dixi supra 4. articu. versic.
tertia ratio. ad idẽ facit regula, qui tacet. eo. ti. cũ con-

52 cor.sicut †assentit sententiæ, qui infra tempus limita-
tum negligit appellare:de re iudicat.quod ad consul-
tationem.& certè fortiter facit hic ratio, saltem quan
do domino rei sciente res ipsa præscribitur. Secundò
induco,de præscriptioni.de quarta.& c.ad aures & c.
53 auditis.& apertius dec.primam.†eo.tit.lib.6.per quæ
iura probatur rem, quæ de iure communi spectat ad
eum,contra quem præscribitur, præscribi spatio 40.
ann.cum aliquali titulo,vel sine titulo,per tempus,cu
ius non est memoria. per quod concludo ad opinio-
nem contrariam hæc iura fore delenda. Certissimum
enim est, quòd eo casu completa præscriptione con-
stat præscribenti ad alium pertinuisse rem,quam præ-
scripsit. & tamen textus approbat sibi illius iura, vel
rei dominium competere. per quod patet illud dictũ
doctorum,esse textus diffinitionem, non simpliciter
opinionem. Nec opponas titulum sibi requiri: quia
constat per illum non competiuisse dominium. Nec
dicas speciale in tempore, cuius de contrario non est
memoria: quia contrariæ opinionis ratio locum ha-
bet post omne tempus quantumcũque longissimum.
Tertiò fortiter facit regul.factum legitimè.cùm con
cordan.per quas dilatari posset materia. ¶ Ad iura con
traria respondetur,quòd capitul. si virgo. loquitur de
illo,qui scit se alienum possidere. & sic nil ad propo-
situm. Idem dico de decret.vigilanti quæ dicit,quòd
non iuuat possessoré alieni prædij aliqua antiqua pos
sessio cum mala fide. Hic autem quæritur de possessio-
ne prędij proprij.regula:peccatum.præsupponit pec-
catum.cùm de eius dimissione loquatur. dimitti au-
tem non posset,quod non fuit.de despon.impu.ad dis-
soluendum.cum concord. Quare patet,quòd ad præ-
scriptionem inchoatam & perfectam cum bona fide,
non facit regula,cùm ibi nullum sit peccatum. conce
do autem regulã facere,vbi cum peccato inchoasset,
vel processisset præscriptio.ad rationes fratris G.re-
54 spondetur primò ad primam, quòd cùm finis sit ter-
minus extremus eorum,quæ geruntur, ius dans effica
ciam præscriptioni bonæ fidei,intentionem suam non
porrexit vltra eius fines,vel terminum extremum.nec
est etiam verum,quòd scientia superueniens,quòd res
fuerit aliena, dicatur propriè mala fides.sicut in em-
ptore,donatario & similibus est videre. Secũda ipsius
ratio impugnatur ex dictis per eum supra articulo pri
mo.vbi in descriptione præscriptionis, de bona fide
nil dixit, sed efficaciam eius constare dixit in legum
authoritate.Fundamentum autem huius authoritatis
interponendæ motiuum,dixit negligentiam non pe-
tẽtis tempore limitato:vt ibi.ergo illo finito hæc duo
non possunt plus esse, ergo nec præscriptio deficere.
præteritum enim nequit non fuisse.ff.de capt.& postli.
reuer.l.in bello.§ factæ.& si velis me fateri,bonam fi-
dem fuisse partem fundamenti,dico vt supra quòd il-
la,quæ fuit. nunquam deficiet fuisse: & sic nunquam
præscriptio illo fundamento carebit. In rebus corpo-
ralibus non sic:quia facilè destruuntur.de translatio.
episcop.c.2.in princip. Eodem modo respondetur ad
55 tertiam rationem, quia nunquam † veritas superue-
niens potest operari,quin præscriptio habuerit sua co
mitantia sibi necessaria: quæ nunquam quò ad vires
præscriptionis corrigi possunt. alias æquè diceres, quod
qui neglexit,possit purgare negligentiã post præscri-
ptionem completam quod patet falsum. ¶ Ad fortifi-
cationem etiam prædictorum est sciendum, quòd e-
nim hi,qui fateri nolũt,quòd princeps rem vnius pos
set alteri concedere:& sic nec eius lex secundum eos:
isti tamen fatentur, quòd modi acquirendi & distra-
hendi diuina,sunt de iure positiuo, & si diuina sint de
iure naturali,vel gentium. Cùm ergo iste sit septimus
modus transferendi per præscriptionem, licitus est,
ex quo est cum bona fide:quare non erit, qui præscri-
psit tutus,sicut qui emit:& maximè deuoluta in fiscũ.
si enim per ius positiuum ille tutus est,quare non iste
56 præcipuè cùm negligentia †aliquid naturale,id est,cõ
sensum includat,vt supra dixi?

SVMMARIVM.

1 *Vsura est rapina, ideóque nullo modo permissibilis. 19.57.58.*

2 *Peccatum primorum parentum circa esum ligni ve titi,non fuit peccatum, quod ex sui natura malitiam haberet coniunctam,sed solum,quia prohibitum. Et quid in præceptis decalogi.num.3.*

4 *Iudæorum ritus cur ferat ecclesia Christiana.& nu. 32.42.*

5 *Contractus vsurarius an aliquo iure permittatur. & num.52.*

6 *Vsura quid.*

7 *Obligatio nullam culpæ maculam ingerit,quæ non ex ambientis petitione processit.*

8 *Vsura est legalis latro,prædicens quod intendit.*

9 *Vsurarium an constituat sola intentio siue spes lucri, nullo ibi interueniente pacto obligante: ita quòd ad restitutionem obliget.*

10 *Mutuum date,nihil inde sperantes, Lucæ 6. quomodo intelligendum.*

11 *Vsura duplex.mentalis, & vocalis. Duo item sunt de ratione vsuræ,materiale,& formale.*

12 *Vsura in quibus rebus committatur.59.*

13 *Mutuum consistit tantum circa tria genera rerũ. & num.16.*

14 *Debitor in mutuo non tenetur restituere rem mutuatam sub identitate substantiæ: sed sub certitudine eiusdem valoris.*

15 *Mutuum vnde dicatur.& num.21.*

17 *Contractus vsurarius,an sit ex natura rei vitiosus, & malitia conuolutus.26.*

18 *Aristoteles naturali ratione ductus,vsurarium lucrum detestatus est.*

20 *Vsura vtraque pagina veteris & noui testamenti prohibita est.*

22 *Mutuata pecunia transit in debitorem cum suo periculo.*

23 *Vsus rei.quando est ipsa consumptio, non potest res seorsum computari,vel separari à suo vsu: & econuerso.num.24.59.*

25 *Artificialia habere partum & generationem, per quam se multiplicent,an sit contra naturam. numer.60.*

27 *Vsuræ incommoda & abusus,contra rerum naturam.& num.28.29.30.71.*

31 *Contractum vsurarium an iura debeant admittere,propter aliquod bonũ inde nascens, vel ob grauioris mali fugam,num.35.37.38.41.61.*

33 *Ecclesia permittit quandoque clericum occidi à potestate sæculari.*

34 *Malum minus permittitur, vt maius vitetur, trifariam.*

36 *Ius naturale est à diuino iure deriuatum. Et quod prohibetur vno,prohibetur & altero.*

39 *Dispensatio cur non cadat super contractu vsurario.*

40 *Vsurarij infelix decessus.*

43 *Contractus vsurarius an aliquo casu à iure sit permissus.& num.70.*

44 *Gener lucratur fructus pignoris sibi dati pro dote, & tamen vsuram non percipit. & numer.5.61. in fin.*

45 *Ius ciuile an dissideat à iure canonico, maximè super vsuris. Vel an ita inter illa conueniat, vt quicquid est contra vnum, necessariò afficiat & alterum. & num. 48. 50. 54. 56. 62.*

46 *Ius ciuile & canonicum subfamulantur iuri diuino. & num. 55.*

47 *Iuris canonici & ciuilis discrimen, quò ad modũ inducendi.*

49 *Legislatores magis spectare amicitiam quàm iustitiam.*

51 *Lex quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit ac impunita relinquit, quæ per diuinam prudentiam iudicantur.*

53 *Peccata omnia mortalia, charitati sunt opposita, & eam tollunt, num. 58.*

63 *Mala duo vbi concurrunt, & alterutrum necessariò est subeundum, eligendum est minus. 65.*

64 *Actus vnus & idem potest esse vitiosus respectu vnius, qui tamen non est vitiosus respectu alterius.*

66 *Ea quæ parificantur in effectu, debent parificari in iuris dispositione.*

67 *Lucrum non potest licitè percipi & exigi ex sola pecunia, nulla adhibita opera. 72.*

68 *Vsura non cadit vt plurimùm, nisi vbi mutuum.*

69 *Vtile ab honesto non separandum.*

73 *Molendinum habens, & mihi pecunias præstans, vt eius molendino vtar potius, quàm alterum, an sit vsurarius. & teneatur ad restitutionem. Et quatenus illa sit facienda. Et nu. 31.*

QVAESTIO LII. SVPER REG. Peccatum. & reg. seq. Peccati.

ARGVMENTVM.

AN contractus vsurarius sit permissibilis aliquo iure. Est eiusdem fratris Gerardi de Senis.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Et videtur quòd sic: quia vnusquisque licitè potest accipere, quod sibi voluntariè est donatum. sed illud quod recipit fœnerator per contractum vsurarium, est sibi voluntariè donatum. ergo potest ipsum licitè recipere, & per consequens contractus vsurarius erit licitus, & de iure permissibilis. maior patet. minor probatur. quia datio vsurarum est voluntarium peccatum. Con-
1 tra propositũ est, quia rapina † est nullo modo permissibilis. sed vsura est rapina, ergo &c. Maior patet, minor probatur 14. quæst. 4. si quis vsuram accipit, rapinã facit &c. Præsciendum est, quòd huius quæstionis dubitatio quatuor viis potest oriri. Prima, quia cùm quædam sint pacta non prohibita, & quædam prohibita, quia peccata. cuius simile de simo c. j. nota. de offi. deleg. ex parte. l. j. cùm suis remissio. De primis exemplũ.
2 de peccato primorum † parentum circa esum ligni vetiti, quod non fuit peccatum, quia ex sui natura haberet malitiam conuolutam, sed solùm, quia prohibitũ. & de hoc 15. quæstione 3. quid ergo. De secundo exem-
3 plum de præceptis † decalogi. Exod. 20. quæ transgredi prohibitum est, quia peccatum, & ideò peccatum, quia ex sui natura vitiosum, & habet malitiam conuolutã, contrariatur enim virtuti. & ex sui natura à Deo diuertit. & agentem deordinat. dubitari autem posset an inter prima, an inter secunda computetur peccatũ vsuræ. Nam si inter prima, scilicet peccata, quia prohibita, minus videretur inconueniens aliquo casu vsuram permissibilem, quàm si prohibitum esset. quia vitiosum & malitia conuolutum. secunda via, quia videmus aliqua mala permitti & tolerari propter aliquod bonum, quod inde sequitur, vel propter maius
4 malum vitandum. De primo † exemplum, de tolerando Iudæorum & suorũ ritu. 45. dist. qui syncera. quod licet in eis sit mortale, tolerat ecclesia propter bonũ, quod inde oritur: quia nostræ fidei veritas in libris impiorum velata, & in ritibus figurata, nostris oculis lucidè demonstratur, & sic fidei nostræ testimonium roboratur, vt dicit Augustinus 18. de ciuitate Dei. ca. 85.
5 De secundo † habetur exemplum. 4. dist. denique. Cùm ergo contractus vsurarius quandoque posset vtilis esse reipublicæ, & partibus contractus est vtilis. Item per ipsum quandoque vitari posset magnum malum, vel periculum. ergo videretur in illis terminis permissibilis. Tertia via est: quia vtrunque ius, can. & ciuile, certis casibus permittunt aliquid recipi vltra sortem, vt in fructibus rei pignoratæ genero pro dote. ff. de dol. exception. l. pater. supra de vsur. salubriter. facit ad idem eo. tit. c. j. & 2. & c. conquestus. Quarta via insurgit ex dubio, an ius ciuile obuiare possit iuri canonico. de quo 10. dist. c. j. quia si posset, diceretur vsurarius contractus de iure ciuili permissibilis.

AD declarationem quæ præmittuntur. Ad veritatem ergo quæstionis & solutionis habendam, primò declarabitur, quid sit vsura, & in quibus rebus committi valeat. Secundò inquiretur, vtrum contractus vsurarius sit ex natura rei vitiosus & malitia conuolutus, vt per hoc tollatur illa via, quæ ingerebat dubiũ primo loco. Tertiò inquiritur, vtrum iura debeãt concedere contractum vsurarium, propter aliquod bonum, quod inde oriatur, vel propter maius malum, quod inde vitetur: vt per hoc tollatur illa via, quæ ingerebat dubium, secundo loco. Quartò inquiritur, vtrum concedant vel concedere valeant vsuram in aliquo casu, vt per hoc tollatur via illa, quæ ingerebat dubium tertio loco. Quintò inquiritur, vtrum ius ciuile possit iuri canonico obuiare. vel vtrum dicta iura habeant adinuicem tantam concordantiam, quòd quicquid sit contra vnum, necessariò sit contra alterum: ac per consequens vtrum contractus vsurarius eo ipso, quòd prohibitus est in iur. canonico, necessariò sit prohibitus iure ciuili. Sextò soluentur argumenta & dubia, quæ fuerunt inducta ad quæstionem, dum disputabatur.

6 Primum membrum. Est ergo † primo videndum, quid sit vsura: & in quibus rebus committi valeat. vbi sciendum, quòd duæ descriptiones inueniuntur de vsura: quæ videntur satis rationabiles: quia ex natura rei sunt scriptæ. quarum vna talis est: Vsura est lucrũ ex mutuo pacto debitum, vel exactum. in qua descriptione duo tanguntur, quæ videntur de ratione vsuræ esse, scilicet vnum materiale, & alterum formale. Materiale quidem in vsura, est ipsum mutuum: quia vsura non gignitur materialiter, nisi de mutuo. Ratio autem huius assignabitur in sequenti articulo. Formale verè in vsura, est ipsa exactio lucri ex pacto, siue obligatio in pactum deducta. quia vbi nullum est pactum & nulla obligatio, ibi mutuans non potest aliquid vltra sortem petere. & si vltra sortem aliud offeratur, sibi potest illud recipere, tanquam gratis oblatum: quia illa oblatio vel donatio præsumitur esse grata & libera, quam non præuenit petitio vel obligans pactio. & per consequens illius oblati licita est receptio: nam possumus licitè recipere, quæ etiam prohibemur petere, sicut prima. quæst. 2. sicut episcopum. vbi dicitur, quòd pro ingressu ecclesiæ non licet pecuniam exigere. sed spontè oblatam licet recipere. Cuius ratio redditur ibidem, authoritate Gregor. dicentis, quòd obligatio
7 † nullam culpæ maculã ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. & de hoc patet simile arg. eadem quæst. in c. quam Pio. & 18. dist. de eulogiis. 13. quæst. 2. quæsta est. Ex quibus omnibus colligitur, quòd formale vsuræ sit ipsa petitio, vel exactio rei obligatæ. Ex quo etiam vlterius apparet, quòd descriptio præhabita

de vsura sit bona:quia compræhendit totum,quod est
de ratione vsuræ,materiale & formale. datur insuper
alia descriptio de vsura,quæ talis est Vsura est,quic-
quid sorti accedit.& ponitur 14 qu est.3.plerique. Ista
tamen descriptio non videtur completa, nisi aliquid
aliud addatur. & ideo Goffred.dicit, quòd debet ibi
addi ex pacto vel intentione præcedente.quia sola in-
tentione & spe lucri videtur committi crimen vsura-
rium.secundum quod ipse dicit.& habetur extr.de v-
sur.consuluit. Hæc autem descriptio si compleatur,
hoc modo incidit in idem cum prima: quia compræ-
hendit illud,quod est materiale:scilicet lucrum,acce-
dens sorti,id est,mutuo. & per hoc ibi additur ex pa-
cto,vel ex intentione,compræhenditur illud,quod est
formale in vsura. nam dicebatur superius, quod for-
male in ea,est ipsa exactio lucri ex pacto obligante. &
8 de hoc respectu dictum est,quòd vsura † est legalis la-
tro,prædicens quod intendit.

9 ¶Occurrit tamen dubium † de eo,quod dictum est
statim:scilicet vtrum sola intentio siue spes lucri con
stituat hominem vsurarium,non interueniente ibi ali
quo pacto obligante. Ad hoc tamen videntur commu
niter respondere omnes iurisperiti: quia vbi sola in-
tentio & sola spes lucri est principalis causa mutui,ibi
ex sola intentione & spe lucri constituitur homo vsu-
rarius.& tenetur ad restitutionem in foro pœnitentię
coram Deo.& firmatur per illam decre. superius alle.
de vsuris.consuluit.vbi scripsi.& super illud ibi indu
10 cam Lucæ 6. mutuum † date, nihil inde sperantes.&
super authoritatibus sanctorum Augustini & Ambro
sij & Hiero.quæ ponuntur 14 quæst.3. & videntur o-
mnes in hoc concordare, quòd vbi mutuans expectat
aliquid vltra illud,quod dedit, vsuram committit.&
per consequens ad restituendū tenetur.Sed disputanti
hæc opinio nō videtur rationabilis,propter tria: quæ
tamen non vrgent,vt infra dicam in singulis: primò,
quia sicut patuit superius,formale in vsura est exactio,
ex pacto obligante,vel aliquid æquipollens.& ideo v-
bi non est exactio lucri ex pacto obligāte, vel aliquid
ei æquipollens, ibi non potest esse vsura,ad restitutio
nem obligans:quanuis posit esse vsura vitians.Illi er
go, qui tenēt istā opinionem nullo modo possunt sal-
uare illam primam descriptionem vsuræ, vbi diceba-
tur,quòd vsura est lucrum ex mutuo pacto debitū vel
exactum.Sed ad hoc respondeo,quòd nec ipse dispu-
tans illam saluat,dicendo infra de intētione noui de-
bitoris.Item nec saluat authoritatem Euangelicā su-
pradictam.Ad cuius rigorem temperandum fit illa di
stinctio.Secūdò apparet idem per Cyn.quod videmus
de furto. nam si aliquis gratis & liberaliter in domo
recipiat,quod furari intendebat & affectabat, quāuis
sit fur mente: non tamen opere: ita quòd teneatur ad
restituendum.ergo à simili, si quis lucrari intendit ex
mutuo,quod concedit: & tamen à suo debitore nihil
exigit,nec ipsum per aliquod pactū competit,sed gra
tis & liberaliter ab eo aliquid recipit,quanuis sit vsu-
rarius mente,non tamen est censendus vsurarius ope-
re:ita quòd teneatur ad restitutionem. Respondeo,ca
sum valde dissimilem: quia licet donatarius habuerit
intentionem corruptam ad vsurandum,donatio tamē
non causatur ab eius facto,nec est annexa illi intenti-
oni corruptæ:cuius contrarium in mutuo: quia cùm
ex charitatis bono debet fieri gratis, fiebat principa-
liter ob spem lucri.& hoc etiam ipse disputans conce
dit esse vitiosum: cuius spei vitiosæ sequitur effectus,
consequendo lucrum. Tertiò,secūdum eum patet hic
idem: quia ratio tota,istud totū per me negatur,qua-
re vsurarius tenetur ad restitutionem, est, quia illud
quod recipit vltra sortem,non fuit ei gratis & libera-
liter donatum, sed cum quadam exactione ex pacto
indebitè vsurpatum.sed vbi est sola spes lucri & inten
tio corrupta,ex parte recipientis,dum illa modo non
sit nota debitori, ibi quicquid debitor donat, gratis
& liberè donat:& per consequens nihil est indebitè v-
surpatum.& ideo ipse recipiens quanuis fuerit inten-
tione damnatus,non tamen videtur teneri ad restitu-
tionem. Respondeo, quòd spes creditoris prohibita
est.& hac designatione verbi,non requirit alterius no
titiam.ex quo ergo contra bonum charitatis alias mu
tuaturus non fuisset,quod per debitorem alias nō do
naturum donari videtur,accedit huic spei vitiosæ.er-
go adstrictum est vitio,& restitutioni.per quod patet
valere responsionem,quam disputans dabat ad decre.
consuluit.quòd illa intelligebatur, cum corrupta in-
tentio creditoris innotuit debitori, quasi tunc videa-
tur quoddam pactum implicitum, quod habet vim
expliciti,secundum eum.quod vnde eliciat, non ap-
paret.& textus ibi dicit: omni conuentione cessante.
illud, omni.videtur excludere etiam implicita. dice-
11 bat †autem ipse,quòd dupliciter est vsura. quarum v-
na simpliciter est mentalis,& solùm vitians:sed nō ob-
ligans ad restituendum,ex eo quòd fit sine omni exa-
ctione & pacto explicito vel implicito. Alia verò est
vitians & obligans ad restituendū,ex eo quòd fit cum
exactione & pacto explicito, vel implicito intellecto,
propter quod subdiuiditur: quia si fiat cum exactione
& pacto implicito, & sic est vsura mentis. si verò fiat
cum exactione & pacto explicito,sic est vsura vocalis.
Apparet vlterius ex dictis, quòd duo sunt de ratione
vsuræ, qualitercunque accipiatur, quorum vnum est
materiale:scilicet lucrum proueniens,& genitum ma
terialiter ex mutuo:alterū verò formale, vtputa quod
gignitur ex mutuo tali modo, vel per solam prauam
12 intentionem,vel per pactū & exactionem.Sed si † quæ-
ratur vlterius,in quibus rebus vsura cōmittitur(quod
etiam ad istum articulum pertinere videtur)dicendū
est,quòd committitur in his rebus, circa quas cōsistit
13 mutuum,vt concordare omnes debent. Res † autem,
circa quas consistit mutuum,sunt triplices:quia quæ-
dam sunt res, quæ mutuantur sub certo numero, si-
cut pecunia:quædam verò mutuantur sub certo pon
dere,sicut aurum & argentum:quædam verò sub cer-
ta mensura,sicut granum & vinum,& huiusmodi. Et
ideo solùm in his tribus generibus rerum vsura com-
mittitur.tamen Goff.obiiciens contra Raym. in sum.
de vsuris.vbi dicitur, quòd vsura potest committi e-
tiam in aliis rebus. nam si pro pecunia mutuata capiā
equum,prędium,vestem,vel aliquid tale vltra sortem,
vsura est.sicut patet 14.quæstio.3. plerique. sed distin-
gue inter vsuram,quæ ab vsurario exigitur, & rem il-
lam,in qua vsura committitur.Nam ista,quæ ab vsu-
rario exigitur,propriè loquendo est illud lucrū, quod
exigitur vltra sortem,vel mutuum. Res verò illa, in
qua dicta vsura committitur, est ipsum mutuum: de
quo dictum lucrum gignitur. quanuis ergo quælibet
res posit accidere fœneratori tanquam lucrum, non
gignitur nisi de solis illis tribus, in quibus committi-
tur. Occurrunt tamen ad dicta argumenta prædicta
duo dubia. Primum est, quare mutuum cōsistit solùm
circa tria dicta genera rerum.Secundum est,quare v-
sura committitur solùm in illis tribus,circa quas con
14 sistit mutuum.Ad primum dico, quòd in † mutuo non
tenetur debitor restituere rem mutuatam sub identi-
tate substantiæ: quia hoc est sæpius impossibile: nec
15 ad istum finem recipitur. vnde dicit lex,mutuum † di-
ci, quia de meo fit tuum. ff. si cert. petat. l. mutuum.
§.appellata. sed tenetur eam restituere sub certitudi-
ne eiusdem valoris, siue æqualis valoris, si debeat sal-
uari vera iustitia inter mutuantem, & illum, cui fit
[illegible] mutuum. Certitudo autem æqualis † valoris non in-
uenitur ex natura rei,nisi in illis tribus.quarum valor
pensatur ex numero, pondere vel mensura, qua pro-
pter ratio mutui debet consistere solùm in illis rebus,
quę ad habendam certitudinem sui valoris numerari,

pon-

ponderari,vel mensurari possunt.& sic patet, quid dicendum sit ad primum dubium,quod not. Ad secundum patebit in sequenti articulo.

SECVNDVM membrum.Secundò quærebatur,
17 vtrum contractus † vsurarius sit ex natura rei vitiosus,& malitia conuolutus.Conclusio autem, quãtum ad istum articulum,non videtur mihi dubia.quia credo secundum veritatem, & secundum intentionem omnium,qui de ista materia aliquid sentiunt, fore dicendum,quod contractus vsurarius ex natura rei sit vitiosus & malitia conuolutus Quod patet de tribus.
18 quia videmus, quod ipse Aristoteles nulla lege† scripta arctatus vel edoctus, sed sola naturali ratione ductus, lucrum vsurarium est detestatus: vt patet primo polyti.quod non fecisset,nisi contractus vsurariu fuisset ex natura rei vitiosus & malitia conuolutus.Secū-
19 dò patet hoc idem:quia certum est,quod in rapina†est actus ex natura rei vitiosus,& malitia cõuolutus. qui autem accipit vsuram,facit rapinam.14.quæstione 4.si quis vsuram.vt supra Tertiò patet hoc idem : quia il-
20 lud,† quod est prohibitum.non solum in lege Mosaica,sed etiam in lege Euangelica,ex natura rei videtur esse vitiosum,& malitia conuolutum . sed contractus vsurarius est huiusmodi,ergo &c.maior patet,quia vidi demus,quia illa quæ in lege Mosaica fuerunt prohibita,& tamen ex natura rei nõ erant vitiosa.postea in lege Euangelica sunt concessa,minor enim patet per textum vtriusque legis,scilicet,Mosaicæ & Euãgelicæ. & habetur extra de vsuris.super eo.vbi papa Alexander dicit,quòd cum vsurarum crimen vtriusque textus pagina detestetur,super hoc dispensationem aliquam esse fieri non videmus.Dico ergo, quòd conclusio istius articuli non videtur mihi dubia : quia omnino videtur esse dicendum, quod contractus vsurarius ex natura rei est vitiosus & malitia conuolutus. Assignare ad hoc causam,per quã euidenter demonstratur, quòd dictus contractus habeat ex natura rei vitiositatem & malitiã conuolutam,non puto omnino facile:eo quod rationes aliorum, quæ super hoc ponuntur,mihi penitus sunt dubiæ.quod patet, si per eas discurramus. Vna enim ratio.quam tenent communiter iuristæ, & ponitur in gloss. 14.quæstion.3 capitu j.est.quòd in cõtractu vsurario recipit creditor lucrum de eo, quod non est suum.exigit enim lucrum de mutuo,quod non
21 est suum. immo transit in † dominium ipsius debitoris:quia mutuum est.quod de meo fit tuum.ff. de rebus credit si certum petatur.l.mutuum.§ appellata est.sed hæc ratio sibi videtur omnino falsa.cum enim dicitur, quòd fœnerator exigit lucrum de re non sua.potest dici,quod falsum est immediate:quia pecunia,quam mutuat, quanuis transeat in dominium debitoris,quo ad identitatem substantiæ:quia debitor non tenetur restituere eandem pecuniam,sed substantiam.remanet tamen dicta pecunia in dominio fœneratoris,quo ad identitatem & æqualitatem valoris.& hoc videtur sufficere:quia ipse fœnerator non exigit lucrum de pecunia, quam mutuat, inquantum talis substantia est: secundum quem modum ad eum non pertinet : sed potest illam repetere.sed exigit lucrum de ipsa, inquantum tanti valoris est:secundum quem modum ad eum pertinet,quia sic remanet in suo dominio. Tu dic,ꝙ non bene aduertit hic disputans:quia si debitor haberet vnum scrinium nummorum, non est dare, quod creditor vnius ex illius sit dominus:habet autem principalem actionem contra debitorem. Confirmatur
22 etiam supra dicta ratio,quia pecunia †mutuata transit in debitorem cum suo periculo. & ideo iniustum videtur, quod de ea amplius grauetur vltra sortem. sed nec ista cõfirmatio placet disputanti propter duo. Primò,quia videmus sæpe,quòd non solum res mutuata, sed etiam cammodata manet apud illum, cui commodatur in sui periculo, sicut patet in equo commodato ad ostentationem,qui etiam manet in periculò ipsius, qui commodatur.& tamen hoc non obstante conceditur,quòd licitè exigitur lucrum de rebus commodatis. ¶Hic etiam non bene aduertit disputans: quia pro commodato,quod de sui natura oportet esse gratuitum, non recipitur merces,tunc enim esset locatio, vt nota.C.de vsuris.conquestus.in glossa 2. vltra medium.

¶Secundum quod eum mouet,est,quia non est absurdum ex duabus causis grauare debitorem ad duo : ad periculum,propter consumptionem pecuniæ ad suum profectum:& ad lucrum dandum,propter seruitiũ sibi impensum.meo iudicio inseparabilia separat, & facit quod sequitur.subdit ipse rationem aliam theologorum. Dicunt enim,quòd in dicto contractu venditur vsus rei,cuius vsus est ipsa consumptio.Ex hoc sic ar-
23 guitur.Cuius vsus est † ipsa consumptio,ibi non potest res seorsum computari,vel separari à suo vsu: & econuerso. & ideo eandem concessionem qua conceditur res,conceditur etiam vsus rei:& econuerso.Qui ergo vellet separatim vendere vsum rei,sine re.talis rei cuius est cõsumptio,ageret vitiose, & cõtra naturam rei facit extrauagan.Ioan.ad conditorem.de verb. sig.vbi satis de hoc.sed fœnorator vendidit,supple,i. vendere vult separatim vsum rei,quam mutuat,ab ipsa re, quã postmodum repetit,cuius vsus est eius consumptio. ergo agit vitiose & contra naturam maior patet,minor probatur.quia exigit lucrum de vsu pecuniæ.quã mutuat,non obstante,quòd eam semper saluam in eadem quãtitate requirit.Ista ratio etiam videtur sibi dubia. posset enim aliquis dicere,ꝙ fœnerator vendit vtrũq; quia alienat à se non solum vsum rei, sed etiam ipsam rem,quantum ad substantiam.& idem iudicium videtur de vtroq;:quia eodem modo,quo transfert rem & vsum rei,& econuerso: quapropter non separat vnum ab altero,sicut supponit dicta ratio.Videtur ergo quod præfata ratio nõ valeat,vel ꝙ eam corrigere oporteat, vt dicam secundum Io.hic. Tertiò dicebat,ꝙ Thomas ij.ij.quæstio.78.articulo primo,hanc tenet,dicẽs,quòd
24 in rebus.quarum† vsus est ipsarum rerũ consumptio, volens seorsum vendere rem, puta vinum,& seorsum vsum vini,venderet illam bis,vel venderet id quod nõ est.vnde per iniustitiam manifeste peccaret. Simili modo committit iniustitiam, qui mutuat vinum vel triticum,petens sibi duas compensationes. vnam restitutionem æqualis rei aliam precium vsus,quod vsura dicitur.

¶Redeo ad verba disputantis,qui dicit,quòd consueuit induci alia ratio ad propositum, quæ videtur trahi ex aphorismo primo Hippocra. cuius rationis funda-
25 mentum stat in hoc.scilicet ꝙ contra †naturam videtur esse,quod artificialia habeant partũ & generationem,per quam se multiplicent.In contractu autem vsurario,denarium,qui est quid artificiale,parit aliũ denariũ,& seipsum multplicat.isto modo ergo ex natura rei,talis contractus videtur contra naturam, & per cõsequens vitiosus,sed nec ista ratio videtur valere,propter duo.Primò,quia vsura non solum committitur in artificialibus.sed etiam in naturalibus, vtpote oleo, vino,& similibus,& per consequens dicta ratio applicari tantum potest ad illa.

¶Secundò,quia videmus quod domus est quid artificiale.& cum vsque ad certum tempus posset quis per vnam domum lucrari aliam æquiualentem, & sic domus pareret domum. Consueuerunt etiam induci duæ aliæ rationes ad propositum. quæ videntur omnino friuolæ Quarum prima est,quia dicunt, quia ideo licet accipere pensionem & fructum de vsu alicuius rei, quia res illa deterioratur per vsum suum.sed pecunia non deterioratur per vsum suum. ergo non licet de eius vsu accipere aliquam pensionem vel fructum. Ista tamen ratio si quis consideret,est digna derisione:quia

videmus, quod res illæ de quarum vsu recipimus pensionem & fructum, sæpe meliorantur per inhabitationem. alia ratio, quare contractus vsurarius est vitiosus, quia in eo vendatur tempus quod est omnibus cōmune. sed nec ista ratio potest stare, immo videtur omnino friuola: quia multi sunt contractus liciti quibus interponitur temporis dilatio: nec tamen propter hoc. quod in eis vendatur tempus, sunt illiciti: ergo à simili nec in isto contractu, propter quæ omnia videtur sibi aliter probanda dicta conclusio. Dicit ergo,

26 quod contractus † vsurarius ex natura rei vitiosus & malitia conuolutus est propter quatuor. Primo, quia facit rem naturalem superualere suæ naturæ, & rem artificialem suæ arti, & maxime contra naturam. Secundò, quia facit, quod res quæ non parit fructum. generat lucrum. quod est contra naturam, vt infra patebit. Tertiò facit. quod illa quæ habent omnino eundē valorem, vnum eorum excrescat in valore per alterum, quod est contra naturam. Quartò, quia facit quod res mutuata, per abusum trahatur ad aliquid, ad quod nō est ordinata principaliter nec conuenienter, quod etiā est contra naturam. Ista vero quatuor valde prolixè prosequitur.

27 ¶ Circa primum intendit, quod valorem † artificialem artificialium vel naturalium, quæ mutuantur sub numero, pondere, vel mensura, contractus vsurarius facit superualere suæ naturæ vel arti: pro eo, quod cum Deus dedit naturam numurabilem, ponderabilem, vel mensurabilem, & sic dedit ex prædicta ipsarum valorem naturaliter æstimabilem: quod rebus aliis non cōcessit, quod illarum æstimatio non procedit ab aliquo intrinseco necessario: sed secundum diuersas circunstantias extrinsecus contingentes, ex loco, tempore, cōditionibus personarum, & similibus, & sic crescunt & decrescunt. sed ponderabiles, mensurabiles, vel numerabiles quandium persistunt in suo numero, pondere vel mensura, non augentur vel minuuntur valore. sed si videantur minui vel augeri. non est propter minutionem vel augmentū ipsarum. vel illarum rerum in quas commutantur. Concluditur ergo. quod vsurarius cum exigat vltra valorem à natura prædictis rebus taxatum, certum & determinatum, remq́ vitiosam facit, & contra rei naturam. Ego de plano coocederem, quod facilior est harum æstimatio. & maxime tempore, quo contrahitur, restringendo ad illud. sed quod antea habeant certum & determinatum valorem, durante pondere, numero, vel mensura, non alterādum in plus vel minus, non capio.

28 ¶ † Secundò dicebatur, quod vsura faciebat contra naturam germinare rem, quæ naturaliter non germinat. Nulla enim res generat lucrum, nisi quantum fructus diceretur lucrum. constat autem, quod res fructum generans, crescit in valore cum fructu. sed hæc excrescentia esse non potest in rebus mutualibus, quæ certum & determinatum habent valorem: vt est dictū, quas non fructificantes. vsura facit lucrificantes. vnde dicit canō: vsuræ arte nequissime fit, quòd ex auro aurum nascitur. 47. distinction. sicut hi. ergo sic agens, facit contra rei naturam, quid vitiosum & malitia conuolutum.

29 ¶ † Tertiò dicebatur, quòd vsura faciebat, q̄ duorū, id est, rei, & vsus, eius, quæ habent omnino eundem valorem, vnum excrescat in valorem per alterum. Patet autem discurrendo per singulas res mutuabiles. quòd ipsæ & ipsarum vsus vna consumptione cōsumuntur. nec vnum sine altero consumi potest, quod in aliis rebus locabilibus, dici non potest, in quibus rei habet distinctum valorem & potest alienari solus vsus, vt in domo vel equo, & sola proprietas retenta ad tempus vsu. Cùm ergo contractus vsurarius faciat rem mutuatam excrescere in valore. per suum vsum, cùm ipsorum communicatorum idem sit valor, patet id fieri contra rei naturam, & sic vitiosum. & in hoc differt hoc dictum ab eo, quod dixi supra. vbi subdit, quia non dicitur hic, quòd vendat vsum separatum à re: sed quod vsurarius facit vsum addere ad valorem rei mutuatæ, cùm tamen non habeat valorem distinctum.

30 QVARTO dicebatur, † quòd vsurarius abutitur re mutuata, non vtendo suo vsu principali vel secūdario, ad quem sit destinata.

¶ Declaratur hoc sic: omnis res possessa. habet duplicem vsum. principalem vsum vtilitatis habendæ, vel fructus percipiendi causa: secundarium vendendi. vel commutandi, quia sic expedit possidenti. Si autem hoc verteretur ad alterius læsionem, tunc abutitur sic ibi in mutabilibus, pone in vino. principalis eius vsus domini est, ad potum: secundarius ad immutandum in pecuniam vel aliud, quod expedit domino. Si autem propter cupiditatem trahitur ad alium vsum, vt facit vsurarius, recipiendo aliud vltra sortem, abutitur, & sic vitiose agit in pecunia: ideo eius principaliter vsus, in emptionem rei expedientis, secundarius in commutationem pecuniæ, quæ magis expedit. sed vbi per cupiditatem vsurarius illam dat, vt plus recipiat, abutitur: cum nec à natura. nec ab arte competat denario talis vsus, vel talis partus: vt dicitq́ Aristotel. primo Politicor

31 TERTIVM membrum. Tertiò † quærebatur, vtrum iura debeant concedere contractum vsurarium, propter aliquod bonum, quod inde oriatur: vel propter aliquod malum, quod inde vitetur: vt per hoc tollatur illa via. quæ secundo ingerebat dubitationem in ista quæstione. Ad istius ergo articuli euidentiam sciēdum, quod concessio potest accipi tribus modis. vno modo, prout est simplex promissio dimittens vel indulgens pœnam, secundum quem modum procedit canon. vt dictum fuit supra quarta distinctione denique. talis autem permissio fuit simplex: quia per solam indulgentiam pœnæ, vnde quod ibi dicitur, cum venia: dicit ibi glossa intelligendum de venia pœnæ, nō culpæ. Secundo modo potest accipi concessio, prout est idem. quod permissio tollens impedimentum. secundum quem modum Iudæi inter nos habitātes per-

32 mittuntur † ab ecclesia in obseruantia sui iuris. vt etiam dictum fuit supra per canonem 45. distinctione qui syncera. Hæc autem permissio, quanuis glossa dicat, quod sit similis primæ, tamen dissimilis est. Ibi enim sola remissio pœnæ. sed ista secunda permissio plus facit: quia non solum permittit dictum malum, scilicet obseruantiam ritus Iudæorum, subtrahendo comminationem, vel inflictionem pœnæ, sicut permissio prima: sed etiam remouendo impedimenta Christianorum, qui vellent impedire obseruantiam dicti ritus. & quantum ad hoc, se habet per additionem ad illam. Tertio modo potest accipi concessio. prout est idem, quod permissio, præstans iuuamen. secundum

33 quem modum ecclesia permittit † quandoque clericum occidi à potestate seculari. & hæc permissio se habet ad secūdam, sicut secunda ad primam. Nam in ista permissione non solum subtrahitur comminatio pœnæ, quæ posset per occisionem clerici infligi, sicut fiebat in ipsa permissione: licet etiam tollitur illud impedimentum, per quod occisio clerici posset impediri: quemadmodum fiebat in secunda permissione, & vltra hæc duo præstatur iuuamentum in ista permissione: quod non fiebat in aliqua illarum. præstat enim ecclesia iuuamentum in occisione clerici, qui dignus est morte: quia ipsum degradat, & ponit eum in manibus potestatis secularis, vt crucietur & occidatur: iuxta illud j. ad Corinth. 5. Iudicaui tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. patet de verborū signification. nouimus. & de pœn. c. 2. lib. 6. patet ergo, q̄ tribus modis potest accipi concessio, val permissio.

Vlterius ad maiorem euidentiam istius articuli, est
sciendum, quod sicut tactum fuit superius circa prin-
cipium quæstionis. Malum potest permitti duabus de
causis, scilicet vel propter bonum, quod inde oritur:
vel propter maius malum, quod inde vitatur. Maius
auté malum vitatur, & minus permittitur tribus mo-
34 dis: Primo, quando † vitatur malũ spirituale in anima,
quod est maius, per malũ corporale in corpore, quod
est minus. Secũdò, quando vitatur malum spirituale,
quod est maius, propter minus malum spirituale: sicut
sæpe permittitur minus peccatum, vt vitetur maius,
Tertiò, quando vitatur vnum malum corporale ma-
ius, per aliud corporale, quod est minus. & de his not.
ne cleri. vel mona. c. 3. in prima gloss. ¶ Ad propositum
35 ergo descendẽdo, cum † quæritur, vtrum iura debeant
cõcedere contractum vsurarium propter aliquod bo-
num, quod inde oriatur: vel propter aliquod maius
malum quod inde vitetur: Dicendum est statim, ꝙ si
ista quęstio fiat per ius naturale, non debet esse dubiũ,
quòd dictum ius nullo modo debet, vel potest conce-
dere contractum vsurarium: quia illud, quod simplici-
ter est contra aliquod ius, nullo modo potest concedi
ab eodem iure: alioquin simul esset contra ipsum: &
non contra ipsum, inquantum ab ipso concessum. Cõ-
tractus autem vsurarius simpliciter est contra ius na-
turale: cùm sit vitiosus ex natura rei: vt patuit in præ-
cedenti articulo, ergo &c. Si ergo simpliciter est con-
36 tra ius † naturale, relinquit vlterius, quod simpliciter
sit contra ius diuinum: quia ius naturale est à iure di-
uino deriuatum: ergo quicquid est contra ius natura-
le, necessariò erit contra ius diuinum. Si autem fiat di-
cta quæstio per ius ciuile, dicẽdum est, quod dictum
37 ius † potest concedere & concedit præfatũ contractũ,
concessione accepta primo modo, prout est idẽ, quod
simplex permissio per indulgentiam, & quod ita sit,
probo tali ratione. illud ius, quod non comminatur,
nec infligit aliquam pœnam, propter contractum vsu
rarium, videtur ipsum concedere & permittere con-
cessione accepta isto modo, quæ est simplex permissio
per indulgentiam pœnæ. sed ius ciuile nullam pœnã
comminatur vel infligit propter dictum contractum,
ergo &c. Subdit autem, quod secundo vel tertio ge-
nere permissionis ius ciuile nõ permittit vsuras. quia
non prohibet impedimenta fieri volẽtibus fœnerari,
nec fœnerantibus dat aliqua iuuamenta. hoc dictum
non video posse defendi, nisi dicatur leges veteres per
auth. esse correctas, vt dicetur in 5. artic. Nam certum
est leges statuere modum vsurarum. vt C. de vsur. eos.
permittunt illas peti in iudicio. permittunt pro aliis
non stipulatis pignora retineri. Et quod plus, statuunt
certis casibus illas ex mora deberi. & his similia. Sed
si fiat vlterius quæstio de iure canonico, vtrum scili-
38 cet † debeant concedere vel permittere contractum v-
surarium propter aliquod bonum, quod inde videa-
tur oriri: vel propter aliquod malum, quod inde videa
tur vitari. dicendum est simpliciter, quod non: quia vi
demus de facto, quòd nullo prædictorum modorum
ipsum concedit vel permittit, pœnas comminatur. vel
infligit vsurariis facientibus dictum cõtractum: vt pa-
tet extra de vsur. c. quia in omnibus. eodem titu. quan-
quam. libr. 6. nec mirum, si non permittit: quia nec per-
mittere posset contra vetus & nouum testamẽtum. eo.
tit. super eo. Nam vt ibi dicitur, sacra scriptura prohi-
buit ꝓ alterius vita mentiri, vt habetur 22. q. 2 ne quis.
ergo multo magis, sicut concluditur ibidem, prohibẽ-
dum est, ne quilibet pro redimenda vita captiui, vsu-
rarum crimine inuoluatur: cum tamen illud videatur
potissimum bonum, quod possit ex vsuris prouenire.
39 Vsurarius non potest dici, quòd in dicto cõtractu † ca-
dat dispensatio, vt vitetur per ipsum maius malum spi
rituale, quàm sit illud malum, quod incurrit in dicto
cõtractu: videtur enim illud malũ, quod incurrit vsu-
rarius, per dictum contractum, quantum ad aliquid
maximum peccatum, propter quatuor. Primo, quia,
contemnit Deum audacius. Secundò, quia contemnit
naturam expressius. Tertius, quia contemnit scripturã
deterius. Quartò, quia iura contemnit diutius. Con-
temnit nanq; ipse vsurarius Deum audacius: quia cum
in omnibus peccatis quæ sunt expresse contra diuina
mandata, homo verecundetur & erubescat: in isto ta-
men peccato, quantumcunq; sit expresse cõtra Domini
mandatum, non videtur verecundari: sed potius glo-
riari, supra de vsur. quia in omnibus. Vlterius contem
nit naturam expressius: quia non solum cõtemnit eam
in vno genere rerum, sed etiam in pluribus. scilicet, in
tribus. vult enim contra naturam, quòd numerabilia
sicut denarij, superualeant suo numero: & ponderabi-
lia, sicut aurum, superualeant suo ponderi: & mensura
bilia, sicut vinum, superualeant suæ mensuræ. Quapro-
pter bene dictum est, quod contemnit naturam expres
sius, Vlterius contemnit scripturam deterius: quia vi-
detur eam contemnere per infidelitatem, quæ est op-
posita fidei, quam in baptismo professus est. Nã si per-
fectè crederet, impossibile esset, quod contra Deum
& eius scripturam sic aperte & inuerecunde procede
ret. Item contra vtriusque testamenti scripturas solent
tales pertinaciter asserere, quod vsura non est pecca-
tum: contra quos emanauit Clement. de vsuris. ex gra-
ui. Vlterius contemnit iura diutius, quia non obstante
40 prohibitione † cuiuscũq; iuris, in dicto peccato adhuc
continuè perseuerat: intantum ꝙ ad ipsum relinquen-
dum vsq; ad mortẽ super ius se retardat, propter quod
conuenienter sibi accidit sæpe, quod dicit Aug. in ser-
mone de innocẽtibus. Percutitur, inquit, hac animad-
uersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dũ
viueret, oblitus est Dei. Nam sæpius videmus, ꝙ vsura-
rij decedunt sine restitutione, sine sacramentis, & sine
aliqua bona spe æternæ vitæ. & contra eos emanauit
propter hoc decre. quanquã. de vsu. lib. 6. & facit palea,
41 eiiciens. 88. dist. propter † quæ omnia concludo, quod
ius canonicum nullo modo debet concedere vel per-
mittere contractum vsurarium, propter maius malum
vitandum: quia regulariter loquendo, nõ apparet ali-
quod maius in ipso, quod per ipsum valeat euitari. Pa-
tet ergo, quid dicendum sit, quantum ad istum articu-
lum, quia dicendum est, ꝙ contractus vsurarius nullo
modo potest permitti. Vna tamen dubitatio hic occur
rit, quæ tangetur & soluetur in quinto articulo. ꝓ hæc
vero. quæ dicta sunt, sublata est via, quæ ingerebat du
bium secundo loco: quia non est simile, quod ibi indu-
42 cebatur pro simili. Nam & si ibi permittitur † obseruã
tia ritus Iudæorum, hoc est, propter magnum bonum
spirituale, quod inde noscitur peruenire, scilicet, atte-
statio fidei nostræ veritatis. Vlterius, & si permisit Gre
go. immoderatũ esum carnium, hoc est, propter maius
malum vitandum. & ideo dicebat, ꝙ derelinquendi e-
rant suo arbitrio, ne deteriores fierent, nihil autem ta
lium apparet in contractu vsurario, propter quod vi-
deatur debere committi. ergo &c.
43 QVARTVM membrũ. Quartò † quærebatur, vtrum
in aliquo casu de facto contractus vsurarius sit cõces
sus vel permissus à iure: vt per hoc tollatur tertia via,
quæ ingerebat dubitationem tertio loco. Ad hoc autẽ
dicendum est simpliciter, ꝙ nõ: nisi forte loquamur de
permissione primo modo dicta, quæ est secundum ius
ciuile, secundum quem modum omni casu permitti-
tur vsura à iure ciuili: quia nullus est casus, in quo ius
ciuile intromittat cõminando. vel infligendo pœnam
pro vsura & sic ius ciuile se habet vniformiter ad oẽs
casus affirmatiue. ita ius diuinum & cano. se habẽt ad
omnes casus negatiue, quia nullo modo eã permittit
aliquo modo permissionis. Nam pari ratione, qua pro
hibent eam in vno casu, debent eam prohibere in quo
libet: quia in omni casu habet malitiam conuolutam,

est tamen necessario prohibitus in iure canonico: quia
ius canonicum ex fine, quem intendit, habet necessa-
rio omnia vitia prohibere. Intendit enim dirigere mul
titudiné fidelium in Deum, quod nó poterit fieri, nisi
53 per charitatem: & quia omnia peccata † mortalia sunt
opposita charitati, & habent eam tollere: ideo ius ca-
nonicum debet omnia talia merito prohibere. Qua-
54 propter si continget. quod ius † ciuile in aliquo casu,
vel per aliquod tempus de futuro, contractum vsura-
rium prohiberet per comminationem pœnæ. hoc fa-
ceret obsequium iuris canonici, s. vel quia pœna com
minata per ius cononi. non sufficeret: vel quia nó pos-
set per iudicem ecclesiasticum sufficienter executioni
mandari. Ex quibus omnibus apparet, quod controuersia
quæ est inter iuristas de permissione contractus vsura
rii non videtur esse rationabilis. quia vtraque pars po-
test dicere verum. ná illi, qui dicunt, quod talis contractus
sit permissus, & debeat permitti in iure ciuili: si intelli
gant de permissiono non comminante vel insligente
pœnam, verum dicunt. si autem intelligant de permis
sione tollente impedimentum à faciétibus vsuras, vel
præstante eius iuramentum, falsum dicunt. & eodem
modo dicendum est de aliis ex alia parte. nam si dicit
gl. & illi qui eam sequuntur, quod cótractus vsurarius nó
est permissus in iure ciuili, & intelligunt de secundo
vel tertio modo permissionis, verum dicút. Si vero in-
telligant de primo, falsum dicunt.

¶ Vlterius etiam per hoc apparet, quid sit dicendum
ad alia dubia super iure introducta. Ad primum namq;
dicendum est, quod non obstante, quod ius ciuile sit
55 fundatum † super iure naturali, potest tamen aliquan-
do esse prohibitum in iure naturali, quod non est pro-
hibitum iure ciuili. quia prohibitio iuris ciuilis addit
supra prohibitionem iuris naturalis: vt superius pa-
tuit. Ad secundum dicendum, quod non sequitur propter
hoc, quod ius ciuile se opponat iuri diuino: quia talis
permissio non est per oppositum, sed per omissionem,
quasi negatiue nó comminando pœnam, eo quod ob-
mittit & relinquit talem contractum prohibédum &
puniendum iuri cononico & diuino, quibus magis vi
detur congruere. Ad tertium dicendum, quod impera
tor mandat seruari ea, quæ statuta sunt à concilio Ni-
ceno: quia non vult, quod ea quæ sunt in dict. concilio
prohibita, sint à iure ciuili permissa, per amotionem
alicuius impedimenti, vel per concessionem alicuius
auxilij: non tamen propter hoc intendit, quod quæcú-
que ibi prohibita sunt, sint prohibita à iure ciuili, per
pœnæ comminationem. Vel potest dici, quod impera-
tor mandauit illa seruari per approbationem: quia ea
approbauit tanquam rite facta. non autem mandauit
seruari, quæcunque ibi statuta sunt, per pœnę commi
nationem. Apparet insuper ex omnibus istis. quid di-
cendum sit, quantum ad istum articulum. Nam cum
56 quæritur. vtrum ius ciuile † valeat iuri canonico obuia
re, vel vtrum habeant adinuicem tantam concordiam,
quod quicquid est contra vnum, necessario sit contra
alterum. dicendum est statim, quod duobus modis po-
test intelligi ista obuiatio. Vno modo, per cótradictio
nem. & tunc dico, quod non quia vbi lex ciuilis con-
tradicit iuri canonico, nullius est momenti, vt patet in
decret. 10. di. constitutiones. Alio modo per omissioné
siue derelictionem, vt ita dicam: quia certe obmittit
prohibere aliquid, cuius prohibitionem & punitioné
relinquit iuri canonico & diuino: quibus magis hoc
congruit. & isto modo videtur dicendum. quod sic. Et
ita patet, quid sit dicendum, quantum ad totam quæ-
stionem. quia ostensum est, quomodo contractus vsu-
rarius sit aliquo modo permissibilis in iure ciuili, sci-
licet, permissione indulgentiæ pœnæ. non autem per-
missione tollente impedimentum, vel præstante iura-
mentum Ioan. And.

SEXTVM membrum. Restat ergo nunc vltimo sol-
uere rationes, quæ in actu disputationis allegatæ vidé
tur esse ad oppositum. Ad primum ergo principale di-
57 co, quod vbi aliquid † donatur nullo vsuræ peccato & ma
litia conuolutum. illud vtiq; potest licite recipi. & sic
maior sit vera sub illo intellectu: sed minor erat falsa:
quia in contractu vsurario lucrú donatur à primo pa
cto explicato, vel saltem implicito: vt potest patere in
his quæ dicta fuerunt in primo articulo, qñ quæsitum
fuit, quid esset vsura, & in quibus rebus committatur.
58 Ad secundum vero, cum † dicebatur quod contra-
ctus vsurarius non erat cótra charitaté: quia vergebat
in vtilitaté vtriusq; partis: dicendum, quod licet quádoq;
non sit contra charitatem tanquá aliquid inutile, est ta-
men contra eá tanquá aliquid inhonestú & vitiosum.
Nam ostensum fuit supra in secundo articulo, quod con-
tractus vsurarius est ex natura rei vitio & malo cóuo
lutus, & hoc ipso necessario contra charitatem.

Ad tertium vero, cùm dicebatur, quod licebatur accipe
re lucrú de re sua, res auté mutuata est ipsius mutuan
tis. Ná quamuis trásferat eá, quantú ad substantiá: reti
net tamé sibi potestaté, quantú ad valoré. dicendú est,
quod ad illud vnusquisq; licite potest lucrum recipere
de re sua, dúmodo res illa sit apta & nata lucrifacere:
sed res mutuata non est talis: immo quod lucrificet, est
omnino contra naturam, vt patuit supra in secundo.
60 Ad quartum vero, cum dicebatur, quod domus † est
quid artificiale, nec est apta nata parere domú: & tñ vi
demus, quod per licitum contractú vna domus posset
parere plures alias. ná posset aliquis per pensionem do
mus vsq; ad certum tempus recipere aliam domum, &
iterum vsq; ad quoddam tempus aliá: & sic deinceps,
& per consequens isto modo vna domus pariat mul-
tas. ergo eodé modo dicebatur de pecunia, quantum-
cunq; sit quid artificiale, potest parere pecuniá per lici
tum contractum & sic contractus vsurarius non vide
batur illicitus. Dicendum ad istá rationem, quod tanquá
pecuniam non parit pecuniá, non est, quia sit artificia
le: sed quia habet sibi pristinum declinatú valorem ab
ipsa arte, vt patuit supra in secundo articulo. & ideo
non potest exercere in suo valore, ita quod recipiatur pro
eo vltra sorté, nisi per cupiditaté & malitiá ipsius mu-
tuantis. hoc aút dici non potest de domo, quia quáuis
sit quid artificiale, nó tamen habet sibi pristinú valoré
determinatú ab arte. & ideo pót exercere in suo valo-
re, ita vt recipiatur aliquod lucrú pro eo, sine omni vi
61 tio. Ad quintú veró, cùm † dicebatur quod contractus vsu
rarius deberet permitti: quia per ipsum multa mala vi
tantur, vtpote damnú in rebus, periculum in personis.
Item, quia per ipsum sequebátur bona, scilicet, paupe
rum sustentatio & mercantiarú saluatio. Dicendú vtiq;
que ad istá rationé, quod ista mala quæ possunt vitari
per contractú vsurariú, vtplurimum sunt corporalia:
sed malú spirituale nunquá debet permitti, etiá pro-
pter aliquod malú corporale vitandú, nec etiá propter
quodcunq; bonú corporale consequendú: vt patuit su
pra in tertio articulo. Et dato etiam, quod per cótractum
vsurariú aliquod malú spirituale vitaretur aliquo ca-
su. Illud tamen regulariter loquendo non videtur pos
se esse maius, quàm sit illud peccatú, quod in dicto cō
tractu committitur, vt patuit supra in eodé articulo:
maius aút malum nunquá debet permitti propter mi
nus vitandum. Ad sextum verò, quod dicebatur quod iu
ristæ excipiunt aliquos casus: in quibus vsura permit-
titur, ergo videtur permissibilis: dicendum, quod cùm iu
ristæ hoc dicunt, talis modus dicendi nullo modo est
verus, vel omnino improprius, nam dicti casus nó ex-
cipiuntur, quasi in eis sit vsura. sed quia videtur in eis
aliquid simile vsuræ, vt patuit supra in quarto articu-
lo. Ad septimum verò, cùm dicebatur, quòd vsura es-
62 set † permissibilis saltem in iure ciuili, non videretur
ius ciuile in aliquo obuiare iuri canonico: cuius con-
trarium videtur haberi in decretis. 10. di. lege impera.

torum. Ad istam rationem patet solutio per id quod
dictum est immediate in isto articulo: quia verum est
quòd per ius ciuile non obuiatur canonico vel diuino
per contradictionem. quia tunc nullius esset momẽti,
vt supra dicebatur, potest tamen dici, quod in Niceno
concilio vsuræ prohibitæ fuerunt. & ita videtur præ-
sumi, ꝙ in iure ciuili debeant esse prohibitæ. Dicendũ,
sicut dicebatur supra ꝙ imperator mandat seruari ea,
quæ statuta sunt in dictis cõciliis per approbationem,
non contradicendo scilicet, & non per prohibitionem
quorumcunq; malorum pœnam comminando: Ad 9.
quando arguebatur, quod duobus malis concurren-
63 tibus semper † minus est eligendum, quod probatur
per ius diuinum & ciuile. per ius diuinum primò, quia
inuenimus in lege Mosaica, s. Gene. 19. quòd Loth tra-
didit filias suas fornicationi, vt vitaretur maius malũ
s. Sodomiticum. Item videmus de iure ciuili, quod mi-
nor restituitur regulariter ex contractu, quem ipse fa-
cit: & tamen ius ciuile vult, quod non ex omni contra-
ctu: quia tunc nullus secum contraheret. & sic minus
malum eligitur. ff. de minor. l. & si sine. §. j. ergo eodem
modo vsuram fieri, cùm sit minus malum, quam ipsam
non fieri, videtur quod de iure sit eligendum, & per-
mittendum ipsam fieri. Quod autem ipsam fieri, sit
minus malum, quàm ipsam non fieri, probatur: quia si
nullus præstaret ad vsuras, pauperes sæpe morerẽtur
fame. Dicendum ergo ad hoc, quod vbi duo mala con-
currũt, semper minus est eligendum ab illo, qui neces-
se habet incidere in alterum de duob⁹. & ideo pauper
potius debet eligere recipere mutuum ad vsurã, quàm
mori fame. ipse autem vsurarius non incidit necessa-
riò in alterum duorum illorum malorum: quia potest
mutuare sine vsura. & isto modo vitabit famẽ & mor-
tem pauperis. & per consequens non incidit in ali-
quod illorum malorum. & hoc apparet immediatè,
64 quòd vnus & idem actus † potest esse vitiosus respe-
ctu vnius, qui tamen non est vitiosus respectu alterius.
Contractus ergo vsurarius, quamuis sit vitiosus respe
ctu eius, qui mutuum pręstat: non tamen respectu eius
qui recipit, sicut & potest poni exemplum in passione
Christi, quia fuit vitiosa respectu Iudæorum. qui eam
intulerunt: non autem ex parte Christi, qui eam rece-
pit, immò valde virtuosa. Vel possumus nos de isto ar
gumento breuiter expedire, dicendo, quòd de duobus
65 malis † semper minus malum est eligendum illi, qui es-
set causa vtriusque mali. quod non potest dici in pro-
posito. nam & dato, quòd & pauper moriatur fame ex
eo, quòd non inuenit pecuniam ad vsuram, ille tamen
qui potuit eam præstare, nõ fuit causa suę mortis fuis-
set tamen causa illius peccati, quod committitur in v-
sura, si suam pecuniam ad vsuram pręstaret. & ideo po
tius debuit velle vitare illud peccatum. cuius causa i-
pse fuisset, quàm aliud, in quo nullam culpam habuis
set. & de hoc 13. dist. in sum & xj. dist. c. j.
66 ¶ Ad 10. cùm dicebatur, quòd ea † quæ parificantur
in effectu, debent parificari in iuris dispositione. ff. de
verbo. obligat. l. à Titio. & ff ad l Aquil. l. illud. sed pe-
cunia & opera parificantur in effectu. ff. pro socio. l.
societa. §. j. ergo idem ius statuẽdum in vtroque. quia
de similibus ad similia procedunt. Sicut ergo in casu,
67 vbi ex opera † mea participo tantum de lucro, quan-
tum ex pecunia possessionis: sic & vbi pecuniam meã
dabo, etiam simul opera tua potero de ea licitè lucrum
recipere.

¶ Ad hoc dicendum, quòd non est simile: quia ope
ra sine pecunia potest fructificare. nec fieri habet de-
terminatum valorem à natura, vel ab arte. & ideo pos
sumus de ipsa licitè lucrum recipere. pecunia autem
sine opera non est apta nata ad fructificandum, & ha-
bet terminatum valorem ab arte. quapropter nullus
potest de ea sola licitè exigere lucrum.
68 ¶ Ad xj. verò, cùm dicebatur, quòd illud † quod est
licitum in vno casu, præsumitur semper licitum: vsura
autem videtur licita in quodam casu: vt verbi gratia:
ego qui habeo molendinum do pecuniam Titio, vt
magis veniat ad molendinũ meum, quàm vicinorum.
& tamen si alibi iuisset, tantum de labore habuisset, &
tantum de pensione soluisset. nec hoc obstãte tenetur
communiter, quod receptio talis pecuniæ sit licita, &
tamen ea videatur vsura, quia recipitur vltra sortem
& laborem. Dicendum ad hoc, quod sicut potuit supra
in 4. articulo, vsura in nullo casu permissibilis est, nisi
eo modo quo allegatum fuit supra in 3. articul. In casu
ergo hic habito, si esset vsura, nullo modo esset licita
receptio dictæ pecuniæ. quapropter dicendum, ꝙ nul-
la est ibi vsura. nam cum vsura generetur maxime de
ipso mutuo, vt patuit supra in primo articulo: & in di-
cto casu nullum sit mutuum, relinquitur simpliciter, ꝙ
in eo nulla sit vsura.
69 ¶ Ad 12. vero, cum † dicebatur, quod si homo pecu
niam non mutuaret, esset deperdita, & non multiplica
retur, nec ex ea communis vtilitas resultaret. & per cõ
sequens videbatur. quod vsura esset licita & permissi-
bilis: quia illud ex quo aliquod bonum vtile multipli-
catur, videtur licitum & permissibile. Ad hoc ergo di-
cendum, ꝙ illud ex quo bonum vtile multiplicatur, sal-
uato bono honesto, licitum est & permissibile. sed in
proposito non est ita. nam quamuis per cõtractum vsu-
rarium multiplicaretur sæpius bonum vtile. nõ tamẽ
saluatur ibi bonum honestum & virtuosum, cum ha-
beat malitiam conuolutam, vt patuit supra in secũdo
articulo.
70 ¶ Ad 13. vero, cùm † dicebatur, quod vsuræ essent
permissibiles omni iure. quia sanctæ. & probatur per
hoc, quia illius naturę est causatum, cuius est causans,
sed vsuræ sunt permissæ à legibus ciuilibus, quæ sunt
sanctę, ergo &c.

¶ Dicendum, ꝙ si leges ciuiles ita permitterent vsu-
ras, ꝙ essent causa earum, tunc argumentum cõcludo-
ret: nunc autem ita permittunt, ꝙ non sunt earum cau
sæ: quia non permittunt eas, tanquã eas fieri præcipiẽ-
tes, vel eis auxilium præstantes: sed solum tanquã pœ-
nam non infligentes, vt sæpius dictum est.
71 ¶ † Ad 14. cum dicebatur, ꝙ vsura est causa mutui,
quod est bonum. ergo & ipsa bona & licita dicendum
ad istam rationem, quod vbi vsura est finis mutui, ibi
tale mutuum non est bonum. & ideo melius est in tali
mutuo se præseruare.
72 ¶ † Ad 15. cum dicebatur. quod si vsura non esset li-
cita, tunc alienatio rei acquisitæ per vsuram non esset
licita. quod videtur esse falsum.

¶ Dicendum, quod alienatio talis rei ideo est licita,
quia si aliquod lucrum ex ea oritur, illud non prouenit
ex sola pecunia vsuraria, sed ex opera illius alienantis
similis cum pecunia.
73 ¶ Ad 16. cum dicebatur † de illo qui habet molendi-
num, quod potest præstare pecuniam Titio, vt magis
vadat ad molendinum suum, quàm aliorum: & tamen
dicit, quod in dicto casu non sit vsura: licet propter di-
ctum mutuum recipiat lucrum, quod non recepisset,
si mutuum non pręstasset. & ita videtur secundum istã
viã, quia iste casus sit omnino alius ab illo, qui fuit po-
situs in xj. argumento.

¶ Ad hoc ergo dicendum, quod habemus molen-
dinum, si præstat pecuniam Titio cum ista intentio-
ne: quia magis vadit ad molendinum suum, quàm vici-
norum, ex hoc ipso dicit videri vsurarius in mẽte: quia
vbicunque aliquis intuitu intendit recipere aliquod
commodum vltra sortem, quod quidem commodum
potest per pecuniam emi: tantundem valet, ac si re-
ciperet pecuniam: vltra sortem: & per consequens eo-
dem modo est censendus vsurarius. Si tamen quæ-
ratur vlterius, vtrùm teneatur ad restitutionem. dico,
si sua intentio sit nota Titio eunti ad molendinum,
teneturi

tenetur ad restitutionem, propter causam superius assignatam in primo articulo, quãdo agebatur de vsura mentali.

¶ Si autem vlterius quæratur, vtrum teneatur restituere totum, quod à Titio recepit pro pensione sui molendini: dico, quod non, sed tenetur restituere tantũ, quantum reputat sibi valuisse inde commodum, quod recepit propter hoc, quod Titius iuit ad molẽdinum suum, ad quod non iuisset, si pecuniam non præstitisset. Intelligo autem per illud commodum, concursum gentium vel notitiam, quam consequitur suum molendinum ex hoc, quod Titius iuit ad ipsum: & ideo tantum debet restituere, quantum reputat sibi valere illud tale commodum, quod consecutus est per Titium, dato quod deberet ipsum emere. si tamẽ vlterius quæratur, cui debeat fieri ista restitutio, dico quod non debet fieri Titio: quod illud lucrum, quod contulit illi, cuius est molendinum, obligabatur ex solo seruitio, quod habuit de molendino, circumscripto omni seruitio mutui. Et ista duo bene stant simul, scilicet, quod iste, cuius est molendinum, teneatur restituere: tamen ille, qui iuit ad molendinum, recipit aliquod beneficium vel lucrum intuitu mutui, quod ante non recepisset: ille vero, quid iuit ad molendinum, contulit aliquod lucrum intuitu mutui, quod antea non contulisset. & ideo in nullo potest se putare grauari. ergo nulla debet sibi fieri restitutio. Ex quibus omnibus potest rationabiliter concludi, quod restitutio præfata fieri debet eodem modo, quo fit restitutio, quæ est de vsura incerta. Sciendum, quod si ille, qui iuit ad molendinum, fuisset ex hoc cõsecutus aliquod damnum, quod non fuisset consecutus eundo ad molendinum alterius, debet ei dicta restitutio fieri ad quãtitatem illius damni. Ioannes Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dupliciter lata in aliquem, vna sortis, & alia vsurarum, duplex appellatio necessaria est. & n. 11.*
2 *Sententia contra ipsum lata acquieuisse videtur, qui non appellat.*
3 *Excommunicatus pro pluribus causis, omnes exprimere debet in absolutione.*
4 *Appellatione interposita super exceptione, non dicitur appellatum in principali, quando sine illa terminari non potest.*
5 *Appellatio vna respiciat omnia præterita, & vna petitio multas actiones. & nu. 9. 10.*
6 *Appellatio vnius, an plures releuet. & nu. 11.*
7 *Verborum conceptio vna, an facit vnam stipulationẽ super annuis præstationibus. Et quid in donatione plurium rerum, vt vna, vel plures requirantur insinuationes.*

QVAESTIO LIII. SVPER REG. Pluralis locutio.

ARGVMENTVM.

ALIQVIS ab eodem & coram eodem iudice conuenitur, diuersis tamen libellis & super diuersis rebus, iudex in vna actione condemnat: & demum eodem contextu condemnat in altera. cõdemnatus appellat & impetrat super appellatione rescriptũ huius formæ: conquestus est talis, quod iudex talis iniquam tulit diffinitiuã sententiam contra ipsum, à cuius sententia ad sedem apostolicam appellauit. & sequitur generalis cõclusio petit impetrans per hoc rescriptũ vtranque sententiam reuocari. Exaduerso excipitur, quod nõ fuit appellatum ab vtraque, sed ab vltima tãtum. quærebat, an sic excipi posit. Est quæstio 24. Goffredi.

Quòd posit, allegat quatuor, & quotuor in contrarium. tertio soluit, & contrariis respondet.

PRO AFFIRMATIVA Quòd sic excipi posit, probatur per l. cum in vna. ff. de appel. vbi dicitur,
1 quòd si dupliciter sententia † fertur in eum, vna sortis, & alia vsurarum, dupliciter appellatio necessaria est, ne alteram agnouisse, & ex altera prouocasse vi-
2 deatur. Secundo qui non † appellat, sententia contra ipsum latæ acquieuisse videtur. 2. q. 6. biduum. circa finem. ff. quando appel. sit. l. j. Cum igitur à prima sententia non appellauerit, non est illius executio differẽda. 2. q. 6. c. post appellationem. §. si quis ex pluribus. Cum ergo diuersis libellis super diuersis rebus ageretur, tot sunt sententiæ, quot sunt res: licet vno verborũ cõtextu omnes sententiæ proferantur. sicut & in stipulationibus dicitur. ff. de ver. obli. quod dicitur. j. & l. scire & l. pluribus & vide quæstionem in 3. membro, super regula, delictum. plures ergo appellationes sunt necessariæ, sicut & plures denunciationes, vbi plura sunt opera ff. de noui operis nunc. l. de pupillo. §. si in pluribus. Simile de abolitione dicitur. 2. quæstion 3. §. notandũ.
3 ver. si plura. sic & excommunicatus † pro pluribus causis, omnes debet exprimere in absolutione. de sentent. excom. cum pro causa. & c. officij. de offi. ordin. ex parte. Tertio facit ad quæstionem de app. c. licet. supra eo.
4 l. vbi per appellationem † super exceptione nõ dicitur appellatum in principali, quod sine illa terminari non potest, hæc autem sunt talia. cùm vnum cum altero nihil habeat commune, ergo &c. Quarto bene facit de præbend. is cui j. respon. in fin. supra eodem lib. vbi patet, quod singulare nomen beneficij, vnum solum cõprehendit, & non duo. facit etiam supra eod. lib. de re iudi. c. pen. j. respon. vbi si ponatur singulare, vbi requiritur plurale, vitiatur quod agitur. Etiam constat, quod si duo diuersi iudices illas condemnationes fecissent, nõ satis fuisset ab vna appellare, ergo nec quando per vnũ. ff. si cer. pet. l. singularia. facit 8. q. j. in scripturis. de pœ. dist. 3. adhuc instant.
5 PRO PARTE NEGATIVA. ¶ † In cõtrariũ, appellatio respicit omnia præterita. de appellation. secũdo requiris. & c. inquisitioni. & vna petitio multas actiones includit C. de annal. except. si ex multis. vna
6 † appellatio plures leuat. 2. q. 6. ver. quandoque. & C. si vnus ex pluribus. l. j & 2. Secundò, cum non separatè factæ sunt condemnationes, ergo sufficit vna sentẽtia, & sic vna appellatio ff. de ap. si qui separatim. j. respon. Nam cùm arbiter pronunciat simul de pluribus controuersiis, se non contingentibus, dicitur vna sententia. ff. de arbitris. quid tamen, facit de simo. dilectus. de
7 præscrip. auditis. & c. veniens. Tertio, vna † verborum cõceptio, facit vnam stipulationem super annuis præstationibus. ff. de dona. causa mortis. l. senatus censuit. §. vltimo. Item plurium rerum datio, vna intelligitur, etiam si excedat coaceruatio omnium summam quingentorum aureorum, vna fit insinuatio. C. de donatio. sancimus. in fi. licet sit arg. contra. ff. de iur. omn. iudic. si idem. j. respon.

¶ Quartò, plures sententiæ coaceruatæ, vnum constituunt creditorem. ff. de pactis. l. maiorem. & l. si plures. & C. qui bonis cedere possunt. l. vltima. & sic per omnia hoc probatur, quòd ex quo verborum contextu vtraque sententia est prolata, sufficiat vnica appellatio.

SOLVTIO. Soluit, quod ex quo in rescripto di-
8 citur de sententia† in singulari, cum negari non possit fuisse plures sententias, quamuis vno verborum contextu prolatas, non audietur, nisi cõtra vnam. scilicet, contra vltimam, vel contra duriorem: facit ff. de solution. in primis §. leg. bus. nec etiam ante rescriptú diceret ab vtraque sententia appellatum, per præ. l. cum in vna.

¶ Ad contraria non respondet, tu dicas, quòd duæ de-
9 cre. allegatæ non loquuntur† de appellatione interposita, sed de culpa, quæ illam remouet. circa quam ponderatur intentio scribentis. Itẽ ibi de vnico rescripto, cuius contrarium esset in duobus. hic autem de duobus libellis, duabus instantiis, & duabus sentẽtiis.

10 ¶ Ad secundum fateor, quod plures † actiones vno libello potuissent intentari: sed ex quo contrarium est factum, dupliciter dicitur instantia.

11 ¶ Ad tertium fateor, quod appellatio vnius † ex condemnatis, socios releuat. cum casum illorum iurium, cum distinctione decr. pen. supra. de appel. sed hoc nó contingit in casu nostro. l. si qui separatim. facit pro: cùm hic fuerit separatim diffinitum. & sic sit responsum ad reliqua.

12 ¶ Dicemus ergo, quod licet super omnibus † vna lis & instantia fieri potuisset. & sic vna sententia diffiniri. de priuileg. cum olim, 2. ex quo tamen fuerunt duæ in facto, & duæ sententiæ, ab vtraque fuit appellandum. sicut & diuisio parietis facit duo cœmeteria, quæ poterant esse vnum supra eod. lib. de conse. eccle. vel alta. c. vno. 2. respõ. & duas domos. & aliqualis diuisio duos fundos, vt patet ff. communia prædio. si quis duas. §. j. de lega. j. l. plane. in fi. & de vna præbenda, duas de præben. tuæ. vbi de hoc. & c. vacante. & de vna prouincia, duas. ff. de offi. asseffo. si eadem. sic & in proposito, diuisio libellorum & instantiarum, facit duas causas vel lites.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus tota an retinetur per vsum partis.*
2 *Functiones publicæ vel canones ciuiles, an præscribi possint. & nu. 4.*
3 *Ius episcopale pro parte præscribitur.*
5 *Ecclesia, quæ accepit ab alia ecclesia annua viginti: & per 40. annos accepit tantum decem, an postea possit integra viginti petere.*
6 *Ecclesia si viginti soluebat per emphyteosim alteri ecclesiæ, soluendo tantũ partẽ post tẽpus, an perdat rem totam, vel partem, aut nihil. remissiuè.*
7 *Debens annua viginti, primo anno quo cessauit, an incipiat præscribere pro annis sequentibus, an quolibet anno inchoetur illius anni p̃scriptio. remissiuè.*

QVAESTIO LIIII. SVPER REG. Plus semper.

ARGVMENTVM.

SI ecclesia debet alteri ecclesiæ annua 20. & per 40. annos soluit sola 10. an postea petere possit ecclesia integra 20. Et est Bartholom. Brixien. Dominicalis quæst. 23.

Allegat tria quod possit. Secundo, quatuor quòd nó possit. Tertiò, datur solutio Thomæ distinguens subditur dictum Accursij, & remissio Guli. & Dyn. distinctio. in fi. super duobus dubiis fit remissio.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Quòd petere poterit, allegatur. ff. de seruitu. rusti præd. vna est via. & de seruit. vt pomum. §. j. & quemadmodum seruit. amit. si stillicidij in fi. qui dicant istæ tres leges vide in suffra. de præscrip. auditis. super glo. antep. & illis concor. ff. si seruit. ven. si eo loco. §. fi. Si ergo per vsum
1 partis † retinetur tota seruitus, vt ibi. ita & hic per partem debiti solutam ius in toto retineo. facit ff. de furt.
2 vulgaris canon. de pœ. dist. j. Secũdò, publicæ † functiones vel ciuiles canones præscribi non possunt. 16. q. 3. inuenimus. quæ est l. C. de præscri. 30. vel 40. ann. l. cõpetit. circa fi. ergo nec ista pensio, cum ecclesia æquiparetur reipublicæ. 16. q. 3. §. potest. 23. q. 4. quid ergo. Tertiò, ecclesia non soluẽdo totum, & soluendo, habuit malam fidem, & sic præscribere non potuit. de præscrip. quoniam omne. supra eodem possessor.

PRO PARTE NEGATIVA. In contrarium
3 † ius episcopale pro parte præscribitur. de præscri. auditis. & c. cũ olim. sic ergo & pensio ista pro parte præscribi potuit per ecclesiã soluentem. Secundo pro hac parte facit. ff. quib. mod. vsufru. amit. l. placet. vel certæ partis, vel pro indiuiso vsumfructũ non vtendo amitti. & l. is qui vsumfructum habet. Quid dicat, videbis in solutione. facit etiam ff. de vsuris. qui semisses. C. de vsuris. l. aduersus. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. Trebatius. & quod de separabilibus dicam infra eodẽ vtile. Tertiò, videtur ecclesia suo iuri renunciasse, tãto tempore medietatem recipiendo. de priuileg. si de terra. ¶ Item si totum præscribi potest, ergo & pars. de offic. deleg. pastoralis. §. j. de don. inter virum & vxo. nuper. ff. de rei ven. quæ de tota. Quartò, si speciale est in tri-
4 butis, † quòd soluens minus, quàm debeat, nó præscribit. C. de præscri. 30. ann. l. competit. ergo in aliis secus. & videtur expressum, de censi. olim.

5 SOLVTIO. Soluit Barth. quòd si 10. quæ † soluebantur, debebantur ex alia causa in illis 10. videtur præscriptum. sed si ex eadem causa debebantur, videtur ecclesia soluens partem agnoscere totum debitum. C. de præscri. 30. vel 40. ann. cũ notissimi. §. pe. Accur. ibi in fi. j. gl. simpliciter tenuit non præscribi. alleg. C. de non nu. pecu. l. cum fidem. vbi soluens partẽ debiti, vel vsurarum, amplius non opponit pecuniam nó numeratã. Ad idem induci potest, quod dicit lex de parte, qui soluit partem debiti à filio contracti. quia cessat Macedonianum. ff. ad Mac. Item si filius. alias, sed Iulianus. §. fi. ¶ Ad gl. præ. remittit Gul. in Spec. de præscri. ver. quid si eum deberem sed alibi, s. de locato. §. núc aliqua. ver. 42. ad literam ponit prædictam solutionem Barthol. & Dynus, cuius dictum ponit Cynus in præ. l. distinguit. aut est vna præstatio, aut sunt plures. primo casu, aut ego, qui recipiebam 10. tantum, sciebam eum teneri ad 20. & tũc retineo ius in aliis 10. & eo casu accedat hæc regula, quia cùm minus contineatur impleri, recipiendo scienter partem, retineat possessionẽ totius, per iura prius allegata. si autem credebã eum teneri ad 10. tantum, tunc mihi præiudicat. sic distinguit l. in vsufructuario, qui tantum vtitur & non fruitur. ff. quib. modis vsufruct. amit. l. is, qui vsumfructum. & ratio secundum eum, quia non videtur habuisse animũ mihi obligandi vel retinendi seruitutem, quam ignoro. ff. quemadmodum seruitu. amit. si communem. & l. vna est via. ff. de seruit. rustic. prædi. Secundo casu, quando erant plures præstationes, tunc per vnam præstationẽ alias non retineo, sed eas perdo. ff. de aqua plu. arcenda l. si prius. in princ. vbi dicitur, quod si mihi habenti seruitutem aquæ nocturnæ, ducẽdo postea ceditur ductus diurnæ, & ego per constitutũ tempus vtor tantum nocturna, perdo seruitutem diurnæ, cùm plures sint seruitutes, & diuersarũ causarũ. & vide, quod dixi in prædi. decr. auditis. de præscri. super gl. pe. Ex prædictis autẽ
6 incidunt † duo dubia, an si ecclesia illa 20. soluebat per emphyteosim, soluendo partem tantum, post tempus, iure perdat rem totam, vel partẽ. vel nihil, de quo vide in Spe. de loca. §. nũc aliqua. ver. 29. saluo semper quod dixi, de reli. do. constitutus, super glo. hoc ideo. sed an

debens

7 debens † annua 20 primo anno, quo cessauit, incipiat
præscribere pro annis sequentibus: an quolibet anno
inchoetur illius anni præscriptio? de quo satis. C. de
præscri. 30. ann. cum notissimi. § fi & in Specu. de loca.
præalleg. §. versi 41 & vide quod dixi post Gof. de præ
scrip. auditis. super versi. solutionem. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris constituendi edictum, prohibitoriū est. & num. 16.*
2 *Procurator ad omnia negocia constitui potest.*
3 *Per procuratorem spirituale & carnale matrimoniū contrahitur. & nu. 17.*
4 *Iuramentū riquirit actū corporalis tactura. & verbum, & tamen per procuratorem præstatur. Et quid in eo episcopi sint priuilegiati.*
5 *Compaternitas acquiratúrne vxori, etiam ignorantis, & ex facto viri. & num. 10.*
6 *Comparternitas an cōtrahi possit per procuratorem. & nu. 6. 10. 12. 13. 15. 18.*
7 *Procurator nō datur in criminalibus & arduis causis. Et in alijs casibus. nu. 14.*
8 *Cognatio spiritualis quid.*
11 *Cognationis tres species.*
19 *Matrimonij perfectio per alium fieri an possit.*

QVAESTIO LV. SVPER REG.
Potest quis per alium.

ARGVMENTVM.

QVAERITVR, an compaternitas contrahatur per procuratorem.

Et primò pro parte affirmatiua allegabūtur quinq; coniūctim, & tria diuisim. Secūdo, ꝓ negatiua ecōtrario tria coniūctim, & quinq; diuisim. tertiò, ponetur solutio. Itē contraria op. & eius approbatio, alterius quæstionis solutio, & contrariorū responsio,

PRO AFFIRMATIVA Videtur quod sic: quia
1 edictum † constituendi procuratoré prohibitoriū est
supra eo. lib. de procu. c. j in prin. ff de procu. mutus. §.
2 j. & procurator ad omnia † negocia potest cōstitui. ff. de
procur. l. j. ergo & ad cōpaternitatē. qui dicens omnia,
nil excludit. 19. di. c. j. & hoc iure beneficij, de potestate
constituendi, nihil debet auferri. eo. tit. indultū. & ibi
cōcor. Item potest quis per aliū, quod per se non pōt,
vt hic. & c. qui facit per alium. sicut quis per aliū possi
det, & inuestitur de præscrip. si diligenti. de præbē. ac
3 cedens. & spirituale † & carnale matrimoniū per pro
curatorem contrahitur. de primo de elect. qui ꝓpter.
scriptum. & c. congregato, de secundo supra eo. libr. de
procu. c. fi. secundū Marsi. Fortificatur hoc vltimū, quia
canale matrimoniū est vnum ex 7. sacramentis. si igitur
sacramenta per procuratoré cōtrahuntur, fortius sacra
mentalia, qualis est hæc cognatio. Ad præmissa addūn
tur tria. Primum, ꝙ licet cōpaternitas requirat actum
& verbū, infra vt probabitur, hoc non impedit procu
4 ratoré dari. nā & iuramentum requirit actum † corpo
ralis tacturæ, & verbum. & tamen per procuratoé præ
statur. Primum patet j. q. 7. quoties. j. de conse. distinc. 2.
ego. de iureiur. ego N. de elec. vt circa. lib 7 in fi. Item
patet ex priuilegio episcoporū, qui certis casibus non
tangunt. xj. q. j. episcopus. non flagitetur. de iur. cal. c. fi.
C. de epis. & cleric. auth. si iudex. secundū probatur 63.
dist. tibi domino, c. dist. optatum. 17. q. 4. intuētes. supra
eo. lib. de elect. procurator. de iur. cal. c. fi. de stat. re. c.
vno. §. verum. Secundò patet idem in cōsecratione epi
scoporum & ordinatione clericorum, in quibus licet
requirantur verbum & actus, tamen demandantur. pri
mum 75. di. ordinationes. & c. quod die. de sacr. vnct. c.
vno. & tit. seq. c. j. & vlti. secundum probatur 63. dist. ca.
3. 71. dist. per totum, de offi. ordin. quod sedem. de elec.
suffraganeis. de conse. ecc. vel alt. aqua. Tertiò constat,
5 ꝙ ex facto † viri acquiritur vxori compaternitas etiā
ignoranti, immo etiam contradicenti. vt videtur 30. q.
4 si quis vnus. eo tit. de cogna. spiri. Martinus. & c. j. su
pra eo. lib. fortius ergo per procuratorem acquiri de
bet domino volenti & mandanti. ad hoc de sim o. sicut
tuis. de bap. maiores. de homi. Petrus. & quod not. su
pra eod. lib. & tit. is, qui tacet.

PRO PARTE NEGATIVA ꝙ In cōtrarium
6 † præsentia & tactus requiritur, vt probatum est. & le
uatio 30. q. 4. c. vlt. Item, parificātur carnalis generatio
& spiritualis. de bapt. debitū. sed in carnali requiritur
actus patris. ergo in spirituali actus patrini. Itē, in cri
7 minalibus † & arduis non datur procurator de procu.
tuæ. de accus. veniens supra eo. lib. de elect. cupientes.
ergo nec hic: cum circa maiora quid cautius sit agen
dum, propter maius periculum. eo. lib. de elect. vbi pe
riculum. in prin. cum concor. in secundā gl. Probatur
8 hoc fortius † ex descriptione cognationis, quę dicitur
secundum omnes, attinentia proueniens ex sacramē
datione, vel ad id detentione. & no. de cogna. spi. supra
eo. lib. c. j ergo qui non detinet, vel leuat, non potest es
se compater. vnde canones antiqui de hoc vtūtur ver
9 bis, suscipit, † accipit, tenet, leuat. 30. q. j. in primis 5. ca
pitulis. & c. omnes. & q. 3. c. j 2. & 3. & c. post susceptum,
& q. 4 si quis vnus. iisdem verbis vtuntur dec. eo. titul.
c. 2. & c. Martinus. & c. contracto. & c. veniens. eo. titul.
c. j. & vlt. lib. eo. interdum geminant sic: accedit, & su
scipit. in præal. ca. vlt. & de con. dist. 4. non plures. Item
canones antiqui dicunt, ꝙ patrinus offert, respondet,
gestat, & profitetur. de con. dist. 4. illud. & c. seq. & c. hi
de quibus. & c. quæris. vltra med. & ca. mater ecclesia.
per quę cōiuncta probatur, ꝙ propria persona, manus,
obligatio, & responsio requiruntur. ergo procurator
non datur vel per alium non expeditur. ad hoc de ap
pel. cum parati. supra eo. lib. de hæretic. c. 2. respon. j. de
elect. cupientes. eo. lib. C. de testa. hac consultissima, &
l. cum antiquitas. C. de iur. delibe. scimus. §. sin autem.
10 Secundo cōstat, ꝙ in baptismo † requiritur personalis
mentio baptizandi. hinc est, ꝙ adultus non posset per
procuratorem recipere baptismum aquæ. ergo requiri
tur principalis detentio vel leuatio patrini. Primū im
probatur ex forma baptismi, de baptism. c. j. ibi. Ego te
baptizo &c. te, quasi non alium in personā tui. bene fa
cit, quia adultus, qui baptizatur, per se respondet, non
per alium. sic ergo patrinus paruuli per se teneat & re
spōdeat. primum patet de con. di. 4. cum pro paruulis.
ad idem. ff. de admi. tut. l. j. post princ. Tertio probatur
11 sic cognationis tres † sunt species: carnalis, legalis, &
spiritualis. Prima diuiditur in consanguinitatem & af
finitatem. Secunda, in adoptionem & arrogationem.
Tertia, in paternitatem, & fraternitatem, & compater
12 nitatem: vt scripsi super rubrica eo. tit. sed † prima, quo
ad neutram sui speciem, contrahi potest per procura
torem. quod patet per se. & ex descriptionibus cōsan
guinitatis & affinitatis, quas dedi super arbore. Item
nec secunda, quo ad aliquā sui speciē. ff. de adopt. l. ne
que. & l. post mortem. § neq; ergo nec hæc tertia: alias
turpis esset hic pars, vniuerso cognatiōis noncōgruēs.
8. dist. quæ contra. de spon. du. c. fin. Quartò, certum est,
13 quòd cognatio † spiritualis habet inducere impedi
mentum, matrimonium dirimens, licet ex constitutio
ne ecclesiæ non obstet 30. q. j. non debet, vt ibi nota. sed
hæc impedimenta vltra casus expressos à iure nō sunt
inducenda propter indissolubilitatem matrimonij, de
qua de voto. capit. vno. libr. eodem ad hoc de testibus.
licet ex quadam. Quintò ad hanc partem inducunt
14 illa † specialia notata hic in glossa. non confiteor sa
cerdoti per alium. de poen. distinction. j. leg. quem poe
nitet, non aditur hereditas per procuratorem. ff. de

acqui.hered.ſi pupillus.§.Paulus reſpondit.alias l.per procuratorem, nec per alium petit maſculus veniam ætatis.C.de his,qui ve.æta.impe.l.2. nec ſubſtituit datus ad certum miniſterium,vel matrimonium contrahẽdum primum,de offi.deleg.c.ſi.C.de cad.toll.l.vna.§.ne autem ſecundum,de procur.c.ſi.lib.eo.Ex quibus ſic cõcluditur ad caſum noſtrum facit ad idem.C.de in lit.iuran.l.3.ff.de admin.tut.quoties.§.fin.

15 SOLVTIO.Puto † compaternitatem per procu
ratorem contrahi poſſe,per prima iura Marcellinus archid.vero contrarium.eod.titu.c.j.lib.eod.per iura, quæ vtuntur verbo,ſuſceptionis.& per ca.omnes.30.q.j.ibi,nobis ſuſcipientibus, vel immergentibus. & per l.de adop.ſupra alleg.ergo reprobata domini mei ſententia,hanc ſecundam approbo:per c.de his.30.q.j.ibi exponit textus,quid ſit tenere puerum in ſacramento: dicens:quod tenere,eſt ſuper ſe ſuſtinere. ad idem.ca.ad limina.quod ibi ſequitur,dum dicit propriis manibus retinendum ſuſcepit.ſed quia ibi videtur factum narrare,melius facit primum capitulum. Idẽ dico per ea,quæ ſupra dixi de cognatione.cũ enim legalis ideo non fiat cognatio per alium, quia naturam imitatur, eadem ratione nec ſpiritualis.per quæ dico procuratorem ipſum,& non conſtituentem,compatrem eſſe.Nõ obſtat,quòd forſan hæc non intendebat,quod colligitur per c.30.q.j.c.j.& per dec.ſecundam.eo.tit. de cog.ſpiri.Ex quibus patet, quod ſi intẽdens fieri compater meus,credens filium meum leuare,leuat filium tuum, non meus,ſed tuus compater eſt. ſæpe enim extra id, quod agitur &c.ff commoda.ſi is,qui.ad ſi.de deſpon.impub.c.vno.lib.eod.& ſic ſoluta ſit, quòd ſecundum alium intellectum eius.qui eſt,an procurator leuãs nomine alieno,ſit compater. ¶Ad contraria reſpondetur.
16 & dici poſſet ad primum,quod licet prohibitoriũ † ſit
edictum,quo ad tempus,ſ.conſtituentes & conſtituendos non tamen quo ad caſus,quos probant iura alleg. vel aliter.ad id,& ad quatuor,quæ ſequuntur. & ad id, quod dictum eſt de iuramento:dic quod illa regularia fallunt in hoc caſu,propter cognationem,quam habet ſpiritualis cognatio ad carnalem, vt eſt dictum. ¶Ad
17 id,quod †de matrimonio dicitur,reſpõdetur,quod li-
cet ſit ſacramentum:tamen eſt contractus,qui conſenſu perficitur:qua ratione per procuratorem contrahitur. Item magis eſt in eo optimũ procuratoris officiũ, quàm hic.poſui exemplum in rege Franciæ, qui nuper per procuratorem contraxit cum diuina clementia. Procuratore inſiſtente,qui vult in partibus contrahere,nec vult in ſtudium exire.& in ſimilibus. ſed hic nõ eſt neceſſarium procuratoris officium. quia alius po-
18 terit eſſe † patrinus.nec etiam de ſubſtantia ſacramen
ti eſt aliquem eſſe patrinum. Item nego perfectionem
19 † ſacramenti matrimonialis fieri per alium: quia non
eſt perfectum ſacramentum vel ipſius ſignificatũ,ante conſummationem:vt patet ſupra de biga.debitũ.quæ conſummatio per procuratorem non fieret.quia non cõmiſcentur corpora coniugij.quod requiritur.vt patet ad id quod dicitur de conſecratione epiſcoporũ, & ordinatione clericorum,dic q̃ epiſcopus conſecrãs vel ordinans,non recepit hanc poteſtatem à mandante:quia illam prius habebat ex ordine.quod dic, vt in præalleg.decre.quod ſedem.& ca.aqua.& de tranſlat. epiſ.c.j.Ad id,quod dicitur,compaternitatem acquiri
20 coniugi ignoranti. †reſpondetur,q̃ id inducit impoſ-
ſibilitas propter carnis vnionem.ſicut enim illa cognatio non conſiſtit in ſola manu,quæ tetigit,leuauit, ſic nec in ſolo corpore viri, qui coniugi eſt vna caro.de conuer.coniu.ad apoſtolicam.Ioan.Andr.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad domum quando ſufficiat.& nu.4.6.*
2 *Iudicis authoritas non excuſat in illicitis.*
3 *Ignorantia & abſentia vbi locum habeant, & excuſationem pareant.*
5 *Teſtium receptio an valeat contra abſentem,& non inuentum,citatione facta ad domum.nu.7.9.10.*
8 *Contumacia quotuplex.*
11 *Contumax fictus an audiatur appellans.*

QVAESTIO LVI. SVPER REG. Præſumitur.

ARGVMENTVM.

IVDEX recepit teſtes,contra abſentẽ ad domum citatum,ſed non inuẽtum, quæritur an receptio valeat.

Ad affirmatiuam allegantur tria: quorum vltimum adiuuabo per iura, gloſſas, opiniones,& euitationem abſurditatis. Secundo in contrarium allegantur tria coniunctim,quæ iuribus.glo.& opinio.fortifico.Tertiò ponitur obſcura ſolutio Iacob. quam determinando materiam proſequor, diſtinguendo, opponendo. & ponderando, in fine quæſtionem ſoluam diſtinguendo.

PRO AFFIRMATIVA.Quòd valeat,probatur,propter authoritatem iudicis,qui illos admiſit.arg.ff.de mino.ait prætor.§.quid tamen.C.qui admini.ad bo.poſſ.l.bonorum.2.quibus iungas decre.cùm inter.in fi.de re.iu.& eod.tit.ſicut.Secundò,quia per aduerſarium ſuum ſtetiſſe videtur, quo minus eo abſente ſint recepti.C.de iudi.properandum.§. cum autem. in authen.vt omnes obe.iudi.§ ſed ſi quidem.collat.5. videtur enim poſt litem ortam abſentia malitioſa. de off.deleg.conſultationibus.Tertiò,quia probant mul-
1 ta iura,quòd ſufficiat citatio † ad domum. de clericis
non reſid.ex tuæ.de dol.& contu.cauſam.cum olim.& c.fin.de eo,qui mitti.in poſ.c.fin.ff.de damn.infect.l.4.§.prætor.& §.toties.ff.de libe.agno.l.j.in principio.ſecundum Iaco.¶Ad idem ff quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.j.C.de ann.excep.vt perfectius.C. de iud.properandum.§ ſin autem ex geſtis ff.de noui operis nun.de pupillo.§.nunciationem.facit quod not.ff. quando ap.ſit l.j.in ſi.ff quæ ſen.ſine app.reſcindant.l.j.§. item, cum ex edicto de reſti.in integ.l.fin.in fin.glo.magnę.de iudic.& poſt edictum in fin.magnæ gloſſ.3.q.9.caueant.de exceſ.prælat.ex literis.in gloſſ.nota. quod ex parte:facit ff.de excuſa.tut.ſcire.§.quia autem ibi, vel in faciem,vel ad domum per quod etiam fertur dom. Dyn hoc tenuiſſe,quod ex vi illius alternatiuæ ſufficiat alterum, quod tum ſit ex illis.hoc eodem titulo. in alternatiuis.cum concordan.ad idem, quod notat Gul.in Specul.de appell.§.ſequitur.al.qualiter autem appellatio.verſicul.cautus etiam ſit.& de citacione.§.ſequitur.verſic.Sed nunquid ſufficit.alias ſequeretur, quod latitans in domo,non poſſet citari:cum non poſſit citans domum ingredi.ff de in ius vocand.plerique.& ll.tribus ſequen.nec inuitũ ex domo extrahere. ff.de regul.iur.nemo de domo.facit etiam ad hanc partem. vt lite non conteſt.quoniam.in prin.ibi, ſiue ſit abſens abſque malitia &c.per quæ concluditur, quod valeat receptio.

PRO PARTE NEGATIVA.¶Cõtra quod non valeat,probatur de teſtibus.c.2.cum ſit facta contra ſolitum ordinem iudiciorum.C. de ſentent.& in-
2 terlo.l.prolatam.nec authoritas † iudicis excuſat in il
licitis.C.de appellatio.l.quoniam.2.& quia nec videtur continuare, qui vocem præconis non audit.ff.quæ ſentent.ſine appella.reſcind.l.j.§ item,cum ſecundum Iacob.adde.& ff.de in integ.reſtitut.l. penulti.C.quomodo & quando iudex.authenti.qui ſemel.&c.primum fortificat legẽ in cor.auth.de teſti.col.6.§.vlt.vbi not.

lex voluntatē propter admonitionem, scientiam, praui
tatem, recusationem, & audaciam citati non venien
tis: quę omnia non videntur congruere citationi factę
3 ad domum, sed personali. Ignorans enim † non posset
dici volēs, proteruus, recusans, vel audax. ad hoc ff. de
regulis iuris. non potest videri improbus, qui ignorat.
ad idem eodem titul. qui in ius. §. j. ad idem inducitur
supra eodem lib. de foro competen Romana. §. contra
hentes. ibi, citati comparere contemnunt. & ibi, ne ci-
tatio perueniat ad eosdem. satis etiam facit, vt lite non
contestata. quoniam. §. si autem vbi etiam in causa ma
trimoniali non proceditur contra absentem, qui con-
tumax non est. & quid si nō apprehenditur citatio? Ad
idem inducitur glo. præalle. §. vlt. in cor. quæ incipit. i.
dicere. quæ videtur velle, quod receptioni factæ con-
tra vocatum, qui non erat in ciuitate, opponetur absen
tia. Plus videtur velle glo. antepen. in decret. 2. de testi.
quòd dato, quòd fuerit vocatus, sed iustè impeditus,
nō valeat receptio. Quid plura? decretales & quatuor
ll primæ supra in contrarium allegatæ in versicul. 3. fa
4 ciunt pro hac parte. & plene probant citationem † ad
domum fieri in defectum. quod etiam tenet Hostiē. in
in præ. decr. causam. quorum vnum textum breuitatis
causa hic non insero. sed videat studiosus. ex quibus
concluditur hoc contrarium.
5 SOLVTIO. Dic, quod † ex quo fuit legitime re-
quisitus, valet receptio, per iura prius allegata. Iacob.
determinatio nescit quid intendit: aut enim quęrebat,
an ex præcedente legitima requisitione valeat citatio
ad domum. quod de plano concedo. an quod ipsa cita
tio ad domum sit legitima requisitio, & sufficiat. &
hoc est, quod quærimus. Et sciendum, quod Innocen-
tius satis tamen confuse, tractauit de citatione ad do-
mum. de eo, qui mitti. in possesion. capit. fina. de cuius
6 verbis colligitur, quod citatio † ad domū, sufficit quo
ad missionem faciendam. Item quod post litem conte
statam sufficit talis citatio, etiam quo ad diffinitiuam
ferendā. & idem, quando malitiosa est absentia, vt non
præstet satisdationem iudicio sisti, vel post compari-
tionem, vel citationem, vel ante citationem, tamen do
lose, vel est talis, qui debet adesse, vt clericus in eccle-
sia, coniunx coniugi. quibus casibus valebit citatio ad
domum, non solum ad illum finem, ad quem valeret
papali: ille igitur processus, qui fieri non posset pro-
pter contumaciam papalem viuenti, etiam fieri nō po
terit propter contumaciam ad domum citati: alias nō
sufficiat secūdum eum citatio ad domum, Item in de-
cision. ad petitionem. de accusation. not. quod contra
7 † fictè vel interpretatiue contumacem, potest fieri te-
stium productio. sed in decre. de testibus. significauit.
vt ipse not. quod si is, contra quem fit ibi productio te
stium, absens est, si fieri potest sine periculo, expectabi
tur donec personaliter citetur, allegat prædict. §. item
cum ex edicto. dicens ibi, quod iura quæ dicunt suffi-
cere citationem ad domum, ponūt casus speciales. sed
hoc vltimum dictum intelligo in casu ipsius dec. scili-
cet productione testium, quæ fit ante litem contesta-
tam in casu publicationis, quo casu requiretur vera
contumacia. & sic loquitur §. vltimus in authentic. de
test. & authenti. sed & si quis. C. eodem titu. nisi immi-
neret periculum, puta mortis testium. & sic loquitur
decre. quoniam frequenter. post princip. allega. in casu
quæstionis, & similibus. vbi post litem motam fit pro-
ductio, sufficit etiam ficta. & sic patens diuersitatis ra-
tio. quia fortius præsumi potest contumacia licite cœ
pta, quàm non cœpta, vt ibi. & in authé. de exhib. reis.
§. si vero quidem iurent. coll. 5. & sic intelligatur §. sin
autem ex gestis. l. præall. properandum. & hanc distin-
ctionem tenet Dy. in l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. cum
in parte male, vt infra dicam. & Cy. in præ. auth. sed &
si quis. sed potest hæc distinctio sic infringi. Certū est,
quod contra Stephanum episcopum, de quo loquitur
decr. 2. supra de testib. non recipiebantur testes in casu
publicationis, sed super accusatione probāda, vt patet
ex casu. cuius pars est præd. decr. 2. q. j. in primis. versic.
quia igitur. & circa finem. & tamen ex illa authé. papa
diffiniuit casum Stephani, ibi, ecce admonēdus. &c. sic
aut dicetur legem authent. non loqui in casu publica-
tionis. quod etiam quidam tenent, exponentes ibi ver-
bum, publicabuntur, vt no. supra de testib. significauit.
aut dices idem in vtroq;, quo ad requisitionem absen-
tis, cum ex non facta requisitione, quam iubet fieri pa
pa, vitiet productionem. Sed responderi potest, quod
lex illa dicit duo. s. aduersarium citandum, & sub certa
forma. facit de testi. spo. c. si. papa vero infert, ex primo
tantum, quod patet ibi, in vers. ecce. vbi facit generalē
conclusionem de aduersario citando. Ex qua generali
postea infert ad casum. sed ad prædictorum declaratio
nem sciendum est, de contumacia, quæ communiter di
8 uiditur in duas † species, in veram & fictā: de quo satis
Gul. in Spec. de contumacia §. j. aliqui in tres, in veris-
simam, veram, & fictam. dicētes veram impersonaliter
inuento, qui non venit. verissimam in illo, qui se non
venturum respondit. & posset distingui inter verā ma
nifestam, & veram non manifestam. per decre. scilicet
venerabilibus. de sen. excom. lib. eodem. & de his prin
cipaliter, quia vt sciatur. quo casu possit contumax ap
pellare. de quo plene vide no. in cle. de dol. & contu. si
ante. in vlt. glo.

¶ Fictam autem dicimus, factam ad domum habi-
tationis, quæ non peruenit in notitiam citati. quod ve
rum intelligo in his casibus, quibus in principio de-
terminationis dixi citationem ad domum sufficere. vn
de non fateor, quod glossa in prima parte allegatæ in-
nuant sufficere citationem ad domum: sed innuant eo
casu, quo sufficit eam constituere, fictum contuma-
cem, etiam si non perueniat ad citati notitiam. nec va-
let opinio Dyn. allegata in fin. primæ partis, quæ fun-
datur super alternatiua. quod licet regulariter alterna
tiuæ sint præstationis, dicam illam ordinis, sicut & il-
lā, supra eo. lib. de præben. mandato. ff. de leg. 2. cū pa-
ter. §. pe. & sic illa terminetur per alia iura præal. vt di-
xi in fine secundæ partis. In solutione igitur quæstiōis
propositæ, de sic sparsis concludendo aliquid certum,
9 dico, quod testium † receptio fit quādoque ante litem
contestatam, quandoque post. Primo casu, siue fiat in
casu publicationis, siue de testibus petitis, dixit Dy. in
præ. §. toties. requiri veram contumaciam. id fateor in
hoc casu, scilicet publicationis, per pręd. authen. quę
productio regulariter fit ex parte rei, contra quem agi
posset in posterum: licet etiam interdum fiat ex parte
actoris, vt satis scripsi, vt lit. non conte. quoniam.

¶ Sed secundo casu, quo timetur peremptio testiū,
morte, recessu, vel aliter, quo casu producit etiam a-
ctor, nego requiri veram contumaciam. quod est ex-
pressum, vt pędic. decre. quoniam. post princ.

¶ Et si ius scriptum non esset, ratio naturalis satis o-
stendit, quòd magno prouideretur periculo: sed in re-
ceptione termini necessaria esset vera contumacia. fa
cit §. disti. baptizari nec in hoc aliquid deperit aduer-
sario, cùm illi de sui natura consignentur. & sic sibi
salua sit exceptio in personas testiū, & dicta, vt ibi se-
quitur: sed fit etiam productio testium ante litem con
testatam contra actorem, qui actionem mouerat. quan
doque super principali, quādoque super dilatoria, quā
reus proposuit. & his casibus propter litem inchoatā
puto sufficere fictam contumaciam per citationem ad
domum: vt in decret. causam. de do. & contu. & l. pro-
perandum. §. sin autem ex gestis. & C. quomod. & quan
do iud. l. consentaneum. & auth. qui semel. & eadem
10 ratione idē puto † de testibus, quos produceret actor
contra reum super replicatione, quam proponit con
tra ipsius dilatoriā. si verò produxit actor lite non con
testata testes super principali, dico illā contumaciam

veram requiri in productione, quæ requiritur in tali
processu,scilicet per citationem papalem: vel occulta
tionem,vel impedimentum dolosum.ne papaliter ci-
tetur:vt præ.decre.quoniam.§.porro.Hoc circa primũ
casum cùm producuntur ante litem contestatã.secun
do casu,scilicet cùm producuntur post litem contesta
tã,ratione sæpius dicta,siue producat actor super prin
cipali,siue reus super exceptione,dico sufficere fictam
contumaciam.& ita seruatur.dico tamẽ ꝙ sicut fictus
11 contumax † secundum veram opinionem auditur ap-
pellãs,C.quomo.& quando iud.l.ab eo. ita & hic audi
retur ad id,ad quod productionis tempore fuisset au-
ditus,scilicet contra personas testium. in quo etiã au-
diretur is,qui papaliter citatus venire nõ potuit.& sic
intellecta sit vera prædicta gl.decre.secunda. de testi.
scilicet ꝙ receptio sit nulla:sed ꝙ contra illam restitui
tur ad id,ad quod à principio fuisset admissus, & præ-
ter casus decre.præsentium.eo.titu.

¶Præterea, regulariter vera non contingunt illam
formam citandi,de qua loquitur extrauagan.Bonifac.
de dol.& contu.rem non nouam. & cle.dudum. Boni-
facius.de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Rescripti apostolici verba, vices nostras tibi in tali prouincia duximus committendas,an fiat commissio realis vel personalis.nu.3.4.*
2 *Iudicandi munus,est personale.*
5 *Priuilegiorum species.*
6 *Priuilegium personale an faciat expressio nominis. num.9.14.*
7 *Priuilegium quid. Et quid conferat.*
8 *Pactum personale num faciat expressio nominis, vel persona.*
10 *Connexorum idem debet esse iudicium.*
11 *Priuilegij verba ita accipiẽda,vt aliquid operentur.*
12 *Beneficij principis largissima faciendo est interpretatio.*
13 *Priuilegium,quod datur contra ius commune, strictam habet interpretationem.*
15 *Priuilegium,si dubium est,an sit personale,an reale, ad concedentem recurrendum est,vt declaret,quem modum sui beneficij esse velit.*

QVAESTIO LVII. SVPER REG. Priuilegium.

ARGVMENTVM.

AN priuilegium papale exprimẽs prælati nomen, cùm tamen tenor respiciat ecclesiam,vel contra, non exprimens nomen prælati,sed dignitatem tantum,cum tenor respiciat personam,intelligatur personale vel reale.

Præmittam quatuor: in quorum tertio prosequar
quæstio venerealem, breuiter allegans pro & contra.
& ponam duas solutiones contrarias. quarum secun-
dam approbo,& contrarijs respondebo. in principali
quæstione pro realitate allegabo 5.in contrarium tria.
soluã inducendo multa iura & specifice aperiẽdo solu
tionis veritatem.

¶Dubium quæstionis fundatur super decre.quoniã
abbas.de offi.deleg. quæ distinguit,an litera exprimat
proprium nomen prælati. an exprimat solum nomen
dignitatis.

¶Secundo sciendum,quod glossella,quam posui su-
pra de vsu pal.ex tuarum.in fin.qua tracto,an Compo-
stel archiepiscopus hodie habeat illius decret.priui-
legium,satis sufficere videtur ad hanc quæstionẽ, quã
infra prosequar.

¶Tertiò est sciendum,ꝙ Barth.in veneris quæstio-
ne 11.& Damasius,de offi.vica.quæstione prima,quæ-
rebat.an per hec verba rescripti † apostolici,vices no-
1 stras tibi in tali prouincia duximus committẽdas,fiat
commissio realis vel personalis.

2 Pro. ¶Quòd sit personalis, allegat Damas.quod†
scribendo expresso nomine episcopi, & committendo
illi vices suas,iniungit ei necessitatem iudicandi,quæ
necessitas est munus personale.ff.de muner.& honor.
l.munerum.§.iudicandi necessitas est munus,ergo le-
gatio erit personalis, ex quo in contrarium papa non
expressit.

¶Item,si debitori meo concessi vendere pignus,&
debitor possessionem pignoris perdat,& alius eã adẽ
ptus,rem vendat,durabit ius pignoris:quia concessio
illa debitori facta,intelligitur personalis.ff.quib. mo-
dis pignus vel hypotheca soluitur.l.sicut re corpora-
li.§.si debitor.

3 CONTRA.¶†In contrarium adducitur de præ-
sumptionib.mandata.ibi enim papa protestatur quia
non loco, sed personæ legationem committit. prote-
statio autem illa necessaria non fuisset, nisi commis-
sio facta simpliciter intelligeretur realis.Et notãdum,
quod ibi erat nomen proprium expressum.de institu-
tion.cum venissent.vbi concessio realis intelligitur,
nisi probetur fuisse personalis.Item dicit lex,quod cõ
cessio per creditorem facta debitori,de vendendo pi-
gnore,intantum realis est, quod transit in heredem:
vt prædicta l sicut re.§.si debitori.supra dixi de extra-
neo.

SOLVTIO.Soluit Dama. per præd.decret.cum
4 venissent.concessionem † realem. Tan. & Bart.contra.
& hoc sequitur Guil.in Spec.de instru.edit.§.nunc au
tem.versic.quid si papa.& hoc placet,nisi ex verbis re-
scripti aliud non sumatur:vt in proxima quæstione. in
decre. mandata.fit iuris declaratio. & ad decret.cum
venissent.ponit verbum donationis, & consensum ca-
pituli:per quæ duo notatur realitas.ad quod etiam sa-
tisfecit,quod ibi scripsi,super ver.donauit.& contra-
rium est solutum.

¶Quartò est sciendum,quòd Hostien.in sum.de pri
uileg.§ quot sunt species.distinguit,ꝙ priuilegiorum
5 † generalium & specialium aliud reale, aliud singula-
riter personale,aliud cõmuniter personale,aliud singu
lariter & cõmuniter corporale, aliud tantum commu
niter corporale:& ne de penultimo & vltimo dubite-
tur.vocat communiter & singulariter corporale con-
cessum communi,cui singuli participãt.vt de sentent.
excom.contingit.j.de for compe.si diligenti.

¶Tantum ergo communiter corporale,quo solum
corpus,non singuli de corpore adiuuantur,12.q.2.c.e-
piscopus.§.qui manumittitur. Prosecutionem horum
ibi videas.vide etiam quod dixi in regula.in iudiciis.
in fin quæstionis.

PRO PARTE NEGATIVA,quod non sit
6 personale.Ad quæstionem breuiter veniendo,ꝙ † ex-
pressio nominis,non faciat priuilegium personale,ad
ducitur ff.de annu.lega.lege annua.§.1.vbi legatum fa
ctum sacerdoti templi,etiam expresso ipsius nomine,
7 debetur successori.Secundo, cum de priuilegio † tra-
ctemus,quod est lex priuata,& debet aliquid conferre,
velut ius commune,& large interpretari.3. distinctio.
priuilegia.de verb.signifi.abbate.versic.hic autem sen
sus rectio.eod.titu.olim.de priuileg.in his interpreta-
bitur ergo large,vt sit reale & perpetuum.ne sit stricta
interpretatio & amara, dicere, quod temporale sit &
personale,& maxime procedit hæc argumẽtatio,quã-
do priuilegium est de materia fauorabili.eodem titul.
8 odia.cum concor.Tertio videmus in pactis†quod ex-
pressio nominis vel personæ non facit pactum perso-
nale,

nale,licet ostendat,cum qua factum fuerit. ff. de pac. iurisgen §.pactorum.& l.tale pactum. Quartò,expres
9 sio nominis † expetentis, semper ponitur in priuilegus.nec per id dicitur priuilegium personale ex parte concedentis,nisi aliud exprimatur in illo,aqua ratione dicemus,quod expressione illius, qui conceditur,non sit personale ex parte ipsius,vbi aliud non ex-
10 primitur.vt sic de his connexis †sit idem iudicium.de constitu.translato.de accus.ad petitionem. & ibi con cor.in glo.pe.Quintò,hanc partem coadiuuant iura, quæ volunt priuilegia esse perpetua.25.q.2.ca.j.& 2.& quasi per totum.

PRO AFFIRMATIVA, quòd sit personale. In contrarium præ. decre.quoniam.de offic.deleg.Secundo, si concedens priuilegium voluisset esse reale, non sumpsisset nomen proprium,quod expressit. facit de deci.ad audientiam.vbi vide concor.in vlti.gloss.
11 Constat etiam †quòd verba in priuilegio debeat aliquid operari.de priuileg.si papa lib.eod.sed adferentes priuilegium esse reale,dicunt contrarium,scilicet expressionem nominis nil operari. Tertiò,qui loquun
12 tur simpliciter de beneficio †principis,in quo largissima sit interpretatio.de donat. cùm dilecti in fi.& C.
13 de bo.vacan.l.2.lib.10.sed loquuntur de priuilegio †, quod propriè datur contra ius commune.& hoc quãtum respicit aliorum præiudicium, recipit strictam interpretationem,dummodo aliquid conferat de priuileg.pastoralis & c.in h s.ff.de leg. quod verò. & de hoc satis scripsi.de ver.sig.olim super vlt.glos.sed hoc interpretando priuilegiũ esse non reale,sed personale, minus lædit, & aliquid confert. ergo hic præeligendum.& hoc argumentum idem concludit,quando nomen non est ex. ressum.

SOLVTIO principalis quæstionis. Soluendo di
14 co, non semper †curandum de nomine, an sit expressum vel non,sed tota virtus consistit in tenore & verbis priuilegij satis probatur,de priuil.porrò.& ca.recepimus.eod.tit.cùm olim.j.& 2.& c.ex ore.eod.titul. cùm & plantare.in fin.& c.dilecti.de fid.instrum.accepimus.& c.contingit.& c.quod super his.de præscri. veniens.de confir.vti.vel inuti.cum dilecta.de ver.sig. abbate ad idem supra eod.lib.de priui.abbates.& ca. vt apostolicæ.in fi.& c.cùm personæ.& c.si papa eod. lib.de offic.or.c.3.j respon.& § 2.& § in conferendis. Bene ergo dicit lex, quòd de his controuersiis, quæ ex testamento proficiscuntur,neque transigi neque exqui ri veritas aliter potest,quàm inspectis cogniti que ver bis testamenti.ff.de transact.de his facit. C. de eo.tit. vt responsum.& docet experientia,quòd omnia quasi antiqua priuilegia Papalia & Imperialia exprimebãt nomen prælati,tunc regentis ecclesiam : cui dabatur priuilegium. Verum est,quòd papalia, si dabantur loco religioso, subdebant: eius fratribus regularem vitam &c.si erant ecclesiæ seculares,non ponebatur ibi, regularem &c. vt ibi hodie dicitur : salutem & apostolicam benedictionem,tunc dicebatur in perpetuũ quis ergo dubitat expressionem nominis non impedire realitatem & perpetuitatem talis priuilegij?Item si exprimatur in priuilegio de successoribus, sicut vt lit.pen c.j.Item,quid si priuilegium dans exceptiones, dicat prælato nomino te,& ecclesiam eximimus. quis dubitat successorem exemptum?supra eod.lib.de priuil.per exemptionem. Volue casum,quid si non exprimatur nomen proprium, nec aliud singulariter habẽs vim proprij nominis,tamen exprimit gratiam , quam facit esse personalem:vt in præ.decr.mandata de præsumpt.facit de concess.preb.constitutus. vel apparet, quòd propter labores,quos pro Romana ecclesia susti nuit,vel propter eminentem ipsius scientiam,vel sanguinis nobilitatem aliquod priuilegium conceditur, vel alias gratia est talis in se, quæ personam respicit: puta,quòd possit abesse ab ecclesia propter aerem sibi non congruum, vel propter capitales inimicitias.&c.& ex hoc vide,quod dixi.eod.titu is,qui in ius.in quæstione,in ea parte.qua tracto,quando rescriptum non respicit successorem. his & similibus dici non potest, quòd suppressio proprij nominis faciat priuilegium reale.vbi tamen ex tenore priuilegij non potest colligi intentio concedentis,circa realitatem & personalitatem, & conueniri potest successor. satis dico stan dum dec.r quoniam abbas. de offic.deleg. hoc saluo,
15 quòd ex aliquibus verbis priuilegij † dubitaretur,an concedens illud voluerit esse personale vel reale, ad concedentem recurratur, vt declaret, quem modum sui beneficij esse velit.de off.or.c.3 §.si verò supra eod. lib.& ff de re.iur.Neratius.Gui.tamẽ in Spe. de instr. edi.§.nunc autem.ver. Item,quòd fuit concessum,dicit, quòd si superior haberi non potest, intelligitur reale,nisi contrarium probetur. per iura, quæ dicunt beneficia largè sumenda. per hoc sic declarata, puto cessare contraria. Pro responsione tamen ad l.annua. §.j.& certas leges similes inquantum solutioni contra dicere videntur, vide quod scripsi in decal.quoniam abbas.super 3.glo.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio alia consistit in varietate linguarũ, alia in obscuritate literæ vel sensus.*
2 *Statuti conditores, illud declarare debere, de quibus intelligatur.*
3 *In his quæ stricti iuris sunt, quod non est expressum, habetur pro omisso.*
4 *Edicti verbis in dubio standum est. Et qualiter accipienda sint.*
5 *In omni ambiguitate orationis, proferenti & non alteri, datur declaratio & interpretatio.*
6 *Statuta municipalia vel synodalia interpretationẽ vel extensionem, an accipiant.& nu.7.9.11.*
8 *Interpretationem quæ admittant.& nu.10.*
12 *Legem interpretari, quãdo liceat doctori.& nu.13.*

QVAESTIO LVIII. SVPER REG. Pro possessore.

ARGVMENTVM.

AN statuta synodalia vel municipalia habeant interpretationem vel extẽsionem.

Ex præmissis omnibus euidentialibus ad negatiuam allegantur quatuor,& totidem ad affirmatiuam. Tertiò, recitantur solutiones diuersæ, & vltima plenior.& ante omnia quid sit extensio,patet.Sed vt alias dixi,in princ c.e.super princ. j.glos.ibi, interpretatio
1 † quædam consistit in varietate linguarum, vt Θεὸς Græcè.Latinè Deus.δεύτερος Græcè,Latinè secunda, sicut νόμος Græcè,Latinè lex.supra qui fi.sint leg.per venerabilem ver.sa e. & de hoc ff de verborum obligation.j.in fine & de hoc Ioann.in prologo pentateu chi, dicit quòd in hoc eruditio & verborum copia transfertur, qui intelligit.& de hoc non dubitatur, qui bene competat etiam circa statuta Est & alia,quæ consistit in obscuritate literæ vel sensus: de qua dicitur,interpretationem esse condentis.de sentẽt.excom. inter. cum concord.per quod videtur solum condentem interpretari posse.vt sic se habeat lex specialis ad suum conditorem, sicut generalis ad suum C.de leg. l.j & vltim.cùm tamen lex dicat,quòd etiam magistri debent esse subtiles interpretando.C.de profes.qui in vrbe Constan.l.vna.lib.12.de tali interpretatione quærimus.de qua no.ff de origin. iur. l.j.in princip & ff. de iur.& fact.ign.l.2.& dicit lex : cùm in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti quæstio voluntatis.ff.de lega.3.ille aut ille.§.j. ¶Secundò sciendum,

2 quod dicitur, †conditorem statuti habere illud decla
rare vel interpretari, non intelligi de officialibus as-
sumptis ad illa condenda post positum officium: sed
de illis, quorum authoritate sunt condita, vt scripsi, de
verb.sig.ex parte.3.in vlt.glos.

PRO PARTE NEGATIVA. In quæstione
3 ad negatiuam inducitur, quia in his, quæ stricti †iuris
sunt, quod non est expressum, habetur pro omisso. ff. de
verb.oblig.quicquid adstringendæ.j. respon. & l.si ita
stipulatus.§.Chrysogenus.de cond.ob tur.cau.l.vlti.
ad fi.ff.de iniur.item apud.§ ait prætor. facit ff.eod.l.
expressa quòd autem statuta sunt stricti iuris, probant
legistæ, quia ex eis datur condictio ex lege.ff.de cond.
ex leg.l.vna.cùm autem talis condictio non sit nume-
rata inter actiones bonæ fidei.instit.de actio §. actio-
num.& not.supra de excep.cùm venerabilis.in 3.glos.
restat quòd est stricti iuris, & sic sterilis, vt prædixi. Est
autem contra naturã, quòd sterilis pariat.ff.de action.
emp.si sterilis.in princ. de ædil.edict quæritur.§.mu-
lierem. recipientur ergo iuxta rudem & grammatica-
lem & propriam & absolutam verborum significati-
onem. licet ergo sit durum, seruetur vt est scriptum.19.
distin.in memoriam.6.q 3.scriptum.ff qui & a quibus.
l.prospexit.quæ quid dicat, vide supra eod.lib.de for.
comp.c 2.super prima gloss.ff.de exercit.act.l.j.§.si is.
ff.de milit.test.l.quod constitutum. Secundò legitur,
4 quòd verbis †edicti standum est ff de leg.3. non aliter.
quæ debent aliquid operari.supra eo.lib.de priuileg si
papa.facit.ff.ad exhib.l.pen.ff de ver.obl.si quis arbi-
tratu.de instit.act.sed si pupillus. §.proscribere. defi-
cientibus ergo verbis, nec æquitas nec mens seruandã
est ff.sol.mat.si verò.§ pen.ff manda si pro te. Tertiò,
5 constat, quòd in omni ambiguitate †orationis, profe-
renti & non alteri datur declaratio & interpretatio.
eod.titul.in ambiguis. Quartò hoc maximè procedat,
6 quando per statuentes †ordinatum est, ipsa statuta nõ
licere interpretari, sed intelligi debere iuxta & secun
dum literalem intellectum, vt communiter habent sta
tuta communitatum Italiæ. sed constat, quòd interpre
tatio est cùm à verbis receditur.supra de verb.sign in
his ergo fieri non potest, & si fiat, nõ valet.C.de legib.
non dubium. verba etiam simpliciter & generaliter
prolata, ad certam speciem arctare non licet.supra de
verb.sign.cùm in partibus & de deci.ad audientiam.
ff.de off.præsid.l 3 ff.de publ in rem act.l de precio. I-
tem, si prorogetur, corrigatur alias arctetur statutum,
cùm illud sit emendare, fieri non potest. nisi per eum,
qui statuere potest.ar ff.de public.& vectig.l.vectiga-
lia.in prin.& de spon.si puellæ. Ioan And.

7 PRO PARTE AFFIRMATIVA. ¶In †con
trarium inducitur patens absurditas. Pone, statutum
dicit, quòd faciens homicidium, decapitetur, vel non
trahens ad ignem, condemnetur in x. Primum si sine
interpretatione seruetur ad literam, infans, furiosus,
vel se defendendo occidens, decapitabitur. quod est
contra iura. vt in clementi.de homicid.si furiosus.ff.
de iniur.l.illud.§.j.canon 15 quæst.j.ff.ad leg. Cornel.
de sicar.l.infans.de iusti.& iur.l.vt vim. C.vnde vi.l.j.
ff.de offic.præsid.l diuus. Ex secundo, etiam conde-
mnaretur infirmus, infans, & his similes. Primum er-
go statutum interpretabitur in eo, qui dolo occidit, &
secundum in eo, qui dolo prætermisit. constat enim q
voluntas & propositum distingunt malitiam.supra de
senten.excom.cum voluntate. in princi.ff. de furt.qui
iniuriæ. Secundò, quòd statuta ecclesiarum & commu
nitatum, interpretationem recipiãt, patet supra de cle
ric.non resid.cùm dilectus.de offi.ord.præsenti.supra
eod.lib § porrò.supra de iniur.& damnat.dato in no-
stra. & supra de verb significat.ex parte 3.ff.de mu.&
ho.l.vt gradatim.§ & si lege.vbi statutum, quod præ-
fert in honore certæ conditionis homines, interpre-
tamur, si sint idonei ad idem. ff.ad l.Aquil. ita vulne-
ratus.§.vlti.quid dicam.vide supra ne cleri.vel mona.
c.j.super j.glos.ad idem ff.de lega 3. l. seruus. & l. ser-
uos autem.& l.fideicommissa.§ hæc verba. Tertiò cõ
8 stat, quòd †contractum mutui, qui est stricti iuris. in-
terpretari licet. vt patet ff. ad Maced. l. sed Iulianus.
§.mutui quam vide de priuileg.quanto in vltim.gloss.
ad idem ff.de verbor.oblig.stipulatio.§ in stipulatio-
nibus.& l quicquid astri sponso. Item, cùm leges prin-
cipum & ipsorum beneficia recipiant interpretatio-
nem ff.de iur.patr.l.adigere.§.quanuis.de pac. l.quod
dictum & ff.de petit. heredi. item veniunt. §. aptan-
da.ff.de legi.l benignius & de constit.princip.l.vlt.su
pra de priui.in his.de verbo.signi.olim.multo fortius
9 †& statuta.in his ergo mens & ratio proponenda est,
sicut in illis.& hoc fit per interpretationem. Primum
patet supra de præben.c.fina.de verbor. signif.intelli-
gentia.ff.de iur.omn.iudic.si quis id.de in ius vocand.
l.quanuis.ff.de ritu nupt.l.penult.§.j.C.de furt.si quis
seruo. Idem dico de causis ecclesiasticis.de dona.cum
dilecti.alias. nisi fieret interpretatio, sæpe incideret
turpis intellectus.facit supra eod.lib.de iureiur.c.j.&
præ.decret.præsenti.§ porrò.de offic.ordi.& prædi.§.
& si lege.iul.vt gradatim.C.de cond.inser.l.2.ff.de cõ
di.insti.l.conditiones & l.filius facit ergo tacitus in-
tellectus per interpretationem, quod faceret expres-
sus.ff.de legib.de quibus ad idem ff si cert. peta. l cum
quid.ff.de verbo.oblig.l.triticum. & procedat etiam,
si sit extensio cum lege iusta ff.de consti.pecu.l.si duo.
§.fin.l.sequenti.& de verbor.signific.l.iusto. Quartò,
10 cùm non solum † in constitutionibus principum & i-
psorum beneficiis, & mutuo, vt probatum est, sed etiã
in stipulationibus prætoriis fiat interpretatio. ff. de
prætor.stipu.l.in prætoriis, & in nuptiis & dotibus.ff.
de solut.matri.l.Caius.& in rescriptis de rescrip.cau-
sam.de postul.præ.c.j.& in sententiis & laudis.de ver
bor.signif.in his.de arbitr.cùm olim.ff.de appellat.ab
executore.§.j.& in ambiguis intentionibus & oratio-
nibus.ff.de iudi.si quis intentione, & in cõtractibus &
vltimis voluntatibus.supra de dona.cum dilecti.in fin.
ff.de pact.veteribus.D.de inoffi.test l 3 & faciat no.in
regula, contra eum.hoc eo.tit.quæritur ergo, cur id nõ
admittetur in statutis?quod videtur absurdum.

11 SOLVTIO. Fertur † O loffred.dixisse super leg.vt
gradatim.§.& si lege.ff.de mune.& honorib.statutum
posse per iudicem interpretari:per leges quas allega-
ui supra parte secunda.versi.2.in fin.Iacob. de Are.di-
xit, quod communis & vera doctorum opinio habuit,
statuta interpretari posse secundum ius commune.ff.
de ven.inspi.l j §.quanuis:& in præ.§. & si lege.& Ri-
chardus Malumbre probabat hoc per l.2. C. de noxal.
act.attenta secunda lectura, quam ponit ibi glo.& ali-
bi dicit Dy.super l.j.ff.de verbo.signi. dum dubitaret.
an in statutis fœmininum comprehendatur sub ma-
sculino.dicebat, quod est quædam interpretatio, quæ
præsumitur pro aperta expositione.C. de legi.l. fin.ff.
de legi l.fi.ff.de re iudic.Paulus j.& de lib. & posthu.l.
Gallus.§.nunc de lege.& hanc bene recipit statutum
per præ.l.vt gradatim.§.j.sumitur etiam interpretatio
pro extensione, vel pro rogatione.ff.de orig.iuris l.2.&
no.ff.ad Tertyl.l.j.§.qui operas.& quid dicam.vide de
offic.delegat.super quæstionum.super 3.gloss.& hanc
non recipit statutum.inducit rationem, quam dixi in
princip.primæ partis.Guido de Seruza, in suis quæstio
nibus statutorum expresse non eligit, videtur ad hoc
accedere, quod proxime dixi, Iaco.de Bel.in quinta sua
quæstione, quæ loquitur de percutiente hominem ma
nu cum ence, inseruit hunc articulum:sed in solutione
non expresse loquitur de statu, sicut proposuerat. lo-
quitur enim soluendo de lege.sed intelligatur de mu
12 nicipali, dicens, quod si † lex prohibet expresse inter-
pretationem, aut est ambiguitas in lege propter mul
tiplicem sensum verborum, aut propter legis men-
tem.

tem primò casu licet doctori interpretari, per l.vnicam.C.de profess.qui in vrb.Const.lib.12.& ff.si cert.pet.l.j. Distinguit tamen, aut omnes intellectus sunt honesti, aut quidam honesti, alij inhonesti. Primo casu omnes sunt sequendi: siue genus, siue species comprehendat: dummodo absque vitio, verbis & voluntati conueniat.ff.de legi.scire.& l.benignius.non cõsuetudine aliud sit seruatum.eod.titu.l.minimè.& l.si de interpretatione.& l.sequ.supra de consuet.cùm dilectus. sed si absque vitio sensus omnes conuenire non possunt, acciperetur magis proprium verbis & voluntati legis, & interpretatio benignior per prædicta iura.& ff.eo.semper in dubiis.& de statulib.l.Labeo.Secundo casu, videretur nullum intellectum sequendũ q.dixerit.ff.de iusti.& iur.l.j.circa princi.& C.de vet.iur.enu.l.j.§.j putat tamen sequendum minus inhonestum, quod magis congruit.ff.eod.quoties nihil.cum concor. In tertio casu idem, vt recipiatur honestus & benignus, per eandem legem. & per l.allegat.supra & C.de episco.& cler.conuenticula.& de iur.om.iudic.l.nemo.& ff.de verbor.obligat.l.si seruum.§.sequitur. Quando autem est ambiguitas propter leges mẽtem, dicit à verbis non recedendum, mente seruatá, nõ corrigendo, arctando, nec extendendo, per l.prospexit.in princip.allegatam.cum concor. Si tamen penitus esset obscura, recurratur ad condentem: vt in princi.huius

13 quæstionis. Vbi verò † lex interpretationem expressè non prohibet, aut quæritur de interpretatione, quæ corrigat, proroget, vel arctet: aut quæ verbi significatum tradat. Primo casu correctionem facere non potest, nisi legislator. Prorogare verò, vel extendere potest & doctor, vbi est eadem ratio, & omni modo similitudo. si tamen coadaptatur ratio verbis & menti.ff.ad Mace.filium & de verb.sig.l.iusta interpretatione. alias secus.ff.sol.ma.l.si vero.§.pen.& dicta l.prospexit. arctari etiam potest ad vitandum prauum intellectum, qui insurget ex verbis: vt præd.l.vt gradatim.§.j.de ritu nup.l.pen.§.j.de ver.obligat.si seruum.§.sequitur.& C.de testam.cum antiquitas.alias secus: cùm arctatio tunc esset legis correctio. Secundo casu, si verba sunt ambigua per diuersos intellectus, dic vt supra si propter mentem licet interpretari, corrigendo, prorogando, vel arctando, nisi vt superius dictum est, vel nisi mens legis esset scripta.vt not.C.de leg.non dubium. Si autem omnino sint obscura & incerta, curritur ad eius authorem & conditorem, vt supra dictum est, & no.ff.de leg.non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatione Episcopi, an vnus præesse possit diuersis ecclesiis.*

2 *Monachus quieti & contemplationi deditus est, neque debet seculares actiones recipere.*

3 *Monachus æquiparatur seruo, qui nec potest habere proprium.*

4 *Episcopus an dispenset cum monacho translato ad ecclesiam parochialem, quòd habere possit cum illa beneficium non curatum. & nu.5.7.10.11.*

6 *Dispensatio pluralitatis circa beneficia, est odiosa & restringenda. & num.9.*

8 *Officij seu status mutatio vel translatio, an quid cõferat.*

10 *Infirmari vel vituperari quod potest, præcaueri debet.*

11 *Abbas potest committere monacho ecclesiã monasterij non curatam.*

13 *Monachus non liberatur à monachatu per parochialem ecclesiam, sicut seruus à seruitute per manumissionem.*

14 *Beneficium curatum, separabile est à non curato.*

QVÆSTIO LIX. SVPER REG.
Quæ à iure exorbitant.

ARGVMENTVM.

AN possit episcopus dispensare cum monacho translato ad ecclesiam parochialem, quòd habere possit cum illa beneficium non curatum. Est fratris Iacobi.

Ipsam, mente seruata, verbis omissis, multum decurtabo, & ornabo. Allegabũtur sex ad affirmatiuã, quinque ad negatiuam. Tertiò dabitur solutio, & contrariis respondebitur.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Et primò allegatur, dispensationem fieri posse, constátque

1 quòd per dispensationem episcopi † vnus præesse potest diuersis ecclesiis.70.dist.sanctorum.nec distinguitur ibi inter secularem & religiosum. ergo nec nos distinguimus.2.q.4.consuluisti.31.q.j.quòd si dormierit.16.q.j.sunt nonnulli. Cùm ergo ecclesiæ omnes sint in dispensatione episcopi.10.q.j.regenda.16.q.7.omnes. ergo dispensationem propriam facere poterit. Secundò, probatur idem per dec.cùm singula.de præben.supra eodem.lib.in princ.nam cùm ibi prohibeatur episcopo dispensatio cum religioso in pluribus curatis, datur intelligi, quòd in curato & simplici hoc poterit 25.distin.qualis.de præsum.nõnne.de his, quæ fi à præ.cùm apostolica.in fi.nisi papa expressisset.de decimis.ad audientiam. Cùm ergo non sit prohibitum hic episcopo, & ipse sit præordinator in cunctis.25.di.perlectis.& dispenset in non prohibitis.de præb.graue.de sen.excom.nuper.de hoc de iud.ac si clerici.cum concor.ergo &c. Tertiò ad idem inducitur, quòd monacho translato ad ecclesiam parrochialem, episcopus censetur abbas 16.q.j.sic viue.cum c.sequentibus.& à prioris abbatis est obedientia absolutus.21.q.1.si quis iam.16.q.j ne pro cuiuslibet.18.q.j.c.vno.supra de primil.cùm olim.2 si præterea abbas poterat illi committere administrationem ecclesiæ non curatæ. de vtrisq; enim intelligitur, de statu monac.cùm ad monaster.in ver.tales.facit cle.eod.titul.ne in agro.§.cæterùm.& quod not.16.q.j.de monachis.& per Hostien.in dec.quòd Dei timorem.de sta.monach.facit etiam præ.decre.cùm singula.ergo & episcopus hoc poterit. Quartò sic probatur: etiam circa monachum conceduntur episcopo, quæ maiora videntur, & monacho magis prohibita. fortius ergo licebat talis dispensatio, velut minor: vt probatur eo.tit.cui licet.cùm concor.exem-

2 plificatur primum, quia monachus † quieti & contemplationi deditus est, neque debet seculares actiones recipere.16.q.j.de præsentium.de postu.ex parte.& tamẽ ex dispensatione episcopi hoc potest.ea.q.qui verè.& tamen illud fortius videtur contra professionem monasticam, quàm habere beneficium non curatum. ergo & hoc poterit.16.q.j.monachi.j.& 2. Quintò, dato quòd conceditur episcopũ dispensare non posse cum claustrali, vt instituatur in seculari beneficio non curato, ne propter tale beneficium frangatur stabilitas claustri, & religionis silentium, ex quo tamen translatum est ad curatum in hoc priuilegiatum.de sta.mon.quòd Dei.nihil habet cum mori.commune.16.q.j.ne pro cuiuslibet.& cessat ratio silentij & claustri.supra de qua agitur. Cesset ergo & prohibitio.de renun.post translationem.cum concor.vt sic personæ statu mutato cesset prohibitio.54.dist.fraternitatem.& c.quicunque.de serui.non or.c.j.facit supra eo.lib.de iur.pat.c.

4 vno.& de immu.eccl.c.j.& sic continuantur argumen-

5 ta, de tanquam 3.q.7.c.infames.§ si contra patrem.supra de ele.cum inter vniuersas.in fin.& cap.cum inter can.circa medium.cum concord. Dispensat ergo tanquam cum seculari clerico, cuius iure censetur.16.q.j.

sic iuue.& cap.alia est causa.facit ra.di illa.de sta.mo.
recolentes. quod ergo de secularib. clericis ei conce-
ditur, iuxta no.de ele.dudum.2.de præben. de multa.
21.q.j.in summa.côcedatur etiam in tali monacho,qui
vice clerici censetur,ex identitate rationis. de constit.
translato Sextò fortificatur hoc per æquiparationem
3 monachi † ad seruum.54 dist.multos.qui nec potest ha
bere proprium,sicut nec seruus.de sta.mo.cap.2 & c.
cum ad monasterium 12.q j.non dicatis. sed constat,
quod seruus manumissus per adoptionem,ecclesiæ pa
rochialis beneficiû non curatum habere poterit,quòd
4 prius non poterat. Vel dicatur ista † seruitus debita
claustro, quòd monachus non curatum habere non
possit,ex quo curatum adeptus est ab hac seruitute li-
berum:istud ad instar prædij liberi intermedij impe-
diet illam seruitutem.ff.de ser.rust.præ.qui sella. §. in
rusticis.sic & media persona tollit impedimentum.de
elect.c.pen.de fil.presb.ex transmissa. & sic nô curatum
consequi poterit, vt per illud medium consequatur,
quod per se non posset.facit supra eod.libr.de concess.
præ.quoniam.sicut quâdoque accidit per adiunctum.
de sepul.sacris.de iur.pa.ex literis.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶In contra-
rium adducitur hæc † regula multipliciter.& primò
5 sic, quòd monachus instituatur in ecclesia seculari,
hoc prohibent iura:quia contrarium est officio mona
chali.alleg.16.q j monachus.& c.si cupis.& c.placuit.
j.& 2 Miror,quòd non allegauit disputans c.super eo.
de regula.vbi est expressum.sed ab hoc iure exorbitat
ius,quod ex causa concedit eum præfici ecclesiæ secu
lari parochiali.55.dist.priscis.16.q.j.sic viue.cum c.seq.
Illud ergo non habilitabitur, nec ad se quentiam vel
casum alium protrahetur,vt hic,& in côcor qui enim
eligit vitam contemplatiuam, propter officium iudi-
candi,& curam animarum, transire permittitur ad a-
ctiuam,quæ dicitur magis fructifera.8.q j olim.in scri
pturis 16.q.j reuertimini.vbi ad finem.& propter ma-
iorem vtilitatem facilius quid conceditur.de transla.
episcop.cap.fin.facit de postula.præla.bonæ.j quæ ra
tio cessat in beneficio non curato. fortius autem pro-
cedunt prædicta,si teneatur opinio,quòd etiam ad pa-
rochialem non promouetur monachus, nisi ex dispen
satione hominis. de quo satis no.16.q.j.in sum.de sta-
tu.mon.c.2 & c.quod Dei. Secundo inducitur, quòd
6 dispensatio † pluralitatis circa beneficia est odiosa,cû
ipsa pluralitas super cupiditate & ambitione funde-
tur.de cleric.non residen.quia nonnulli.de præben. de
multa.cum iamdudum.& c.quia intantum supra eod.
lib.de rescrip.ca.fin.& hoc in monachis præcipuè re-
probatur.de præb.auaritiæ.sic & dissolutio & vagatio,
quæ ex pluralitate procedunt.supra eod.libr.de præb.
cum singula.in princ.cesset ergo talis dispensatio,cum
omnia prædicta teneatur episcopus à monachis extir
pare,& puniri debet non faciens.17.q.j.si homo.& c.si
custos.nec facere debet id, à quo debet alios prohibe
re.de na.ex li.ven.c.vno.de elec.dudum.ij quòd prohi
bere debeat, patet de cleric.non resid. quia nonnulli.
7 Tertiò,dato † quòd concedatur episcopum cum secu-
lari clerico dispensare posse in simplici & curato, vt
habet communis opinio,vt dixi supra in quinto argu
mento:tamen non sequitur quòd dispensare possit cû
monacho,quia in primo sola pluralitas est impedimê
to,hic verò vltra pluralitatê occurrit inhabilitas per-
sonæ ex monachali professione,qua ad tale beneficiû
iudicatur inhabilis.& sic non facilè tolluntur duo im
pedimêta,vel duæ seruitutes,vt vna.supra de vsu pal.
ex tuarum & nota in clemen.de præben.c.j.super ver-
sic.momenti.nec iuuat,quod allegatur.cum translatû,
quia nihilo minus monachus est, licet abbatis obediê
tia solutus.nec quiuis monachatus sub alia dispensari
posset.de sta.mon.cùm ad monasterium. in fin.& vide
quod not.supra eod.lib.de ele.quorundam.in glo. pe.

vnde & in abbatem eligi posset. 16.q j. presbyteros.v-
8 bi de hoc. Item, quòd translatio vel † mutatio status
vel officij non proficiat, probatur de ele.auaritiæ.su-
pra eodem lib.vbi non administrás,vt electus, nec ad-
ministrat vt syndicus,vel procurator. Item prohibi-
tus,vt pater,non administrat,vt tutor ff.de tut.& cu-
rat.da.ab his.l.scire.§ si mater.alias esset dare vna via
prohibitum,alia via permitti:contra regulam.eodem
9 tit.cùm quid. Quartò,certum est † dispensationes o-
diosas, quia sunt contra ius commune, vt hic, & sic
sunt restringendæ.supra eod.tit.odia.& supra eodem
lib.de fil.presbyter.c j & 2.de electione. dudum.2. Et
hoc dicimus,quicquid sit in contractibus, quòd epi-
scopi contra non dispensant: nisi vbi eis permittitur,
vt est expressum.de tempor.or.dilectus.25.quæst.2. am
putato.hoc autem non est permissum, ergo id non po
terit.

10 ¶Quintò, constat, † quod infirmari vel vituperari
potest præcaueri debere 23.dist.in nomine Domini.de
ser.non ord.cap.j.de procurato.cap.j. Sed si concede-
retur talis dispensatio,euenire posset,monachos renû
ciare ecclesiæ parochiali,vel illa priuari, & sic in sim-
plici beneficio extra claustrum remanere sine cura &
beneficio,& officio prædicandi:quod abhorrent iura,
vt est probatum.

SOLVTIO. Soluit fra. Iaco. pro hac parte per
11 has vltimas † rationes,inducens principaliter.16.quæ-
stione j.cap.j & c.de monachis.& præalle.cap.cùm ad
monasterium. Allegatum primò non obstat, quia non
sequitur, si episcopus potest dispensare cum clerico
seculari, ergo hoc idem potest cum monacho, vt pa-
tuit per superiora. ¶Quod dicitur secundò de decret.
cum singula. non procedit. quia cessat argumentum
à contrario, nisi illius contrarium exprimatur in iure.
de quo vide,quod scripsi de electio. publicato. super
vlt.glo. Item ex illo modo arguendi sequeretur,quòd
in duobus non curatis dispensare posset cum mona-
cho, quod falsissimum est, vt patet per superiora. ad
id,quod ibi sequitur, quòd dispensat in non prohibi-
tis, responsum est supra in quarto argumento huius
partis,& allegatione 3 Fateor abbatem monacho suo
12 † committere posse ecclesiam monasterij non curatã,
quia per id stabilitas claustri non frangitur, cùm ibi
maneat,vt obedientiarius,ad abbatis nutum ad clau-
strum reuocandus. & pro tanto debet habere socium
sui ordinis,vt not.in clem.de statu mon.ne in agro. §.
ad hæc.Item iuri plus placet,quòd si tales administra-
tiones sunt curatæ,cura adhibeatur potius per secu-
lares clericos, quàm per monachos exerceri, vt sicut
claustralis illam non gerat.de capel.monacho. c.j.fa-
cit præall.cleric.de statu mon.ne in agro.§. cæterum.
Ad allega.4.respondetur,non arguendum hoc casu de
permissis ad non permissa, etiam si sint minora. facit
quod scripsi de translatio:episcop.c.vltimo, super pe-
nul.gl.Ad 6.responsum est in tertio argumento huius
13 partis.vnde † monachus non liberatur à monachatu
per parochialem ecclesiam, sicut seruus à seruitute
per manumissionem.quod per se patet. Nec tractatur
hic de purgatione vitij,sicut in casu.decret.pe.de ele.
nec est hic difficilis separatio,vt in decre.sacris.de se-
14 pul.cùm † curatum beneficium separabile sit à non
curato.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio consummato, alter altero inuito, reli-
gionem ingredi non potest.*
2 *Matrimonij consummatio, quæ requirat.*
3 *Affinitatem inducit coitus illicitus.*
4 *Virginitas post ruinam suscitari non potest.*
5 *Voluntas coacta, an voluntatem includat. & num.
11.12.*

6 *Corru-*

6 *Corrupta per vim qua ratione inter virgines suscipiatur.*

7 *Corrumpens per vim sponsam suam, quæ ingressa est monasterium, an incidat in constitutionem, si quis in tantam. C. unde vi. & nu. 16.*

8 *Matrimonium num sit religione fauorabilius. & numer. 13.*

9 *Matrimonio non consummato, an liceat alteri coniugum, altero inuito, religionem ingredi.*

10 *Matrimonij carnalis consummatio, est sacramentum coniunctionis Christi & ecclesiæ.*

12 *Sponsus sponsam quæ monasterium ingressa est, an repetere possit, si eam post ingressum corrupit nu. 15. 17. 18. 21.*

14 *Delinquentis conditio, ex delicto melior fieri non debet. & num. 19.*

20 *Voluntas attenditur potius, quàm factum, in pœnalibus.*

22 *Matrimonium perficit copula, quæ consensum requirit.*

QVAESTIO LX. SVPER REG. Quæ contra ius.

ARGVMENTVM.

HAEC regula facit ad quæstionem 80. dominicalem, postea disputatam per fratrem Iac. & Guid. postea episcopum Muti. quæ sic proponebatur per vltimum.

Sponsus sponsam de præsenti, ingressam monasterium, & profiteri violentem, violenter rapuit, & corrupit. quæ postea profitetur. sponsus ipsam repetit. quæritur an possit.

Quòd possit, allego 6. & 6. in contrarium. tertiò ponitur solutio Gof. Hostien. & Ia. & contra Ia. & Guid. respondentis ad rationes primorum. vltimò de quæstione excludo quatuor casus non dubios, & secundos sequor.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Pro actore sic allegabatur, posse tenus, abbreuiando, cõstat,
1 quòd matrimonio † consummato, alter altero inuito religionem ingredi non potest: sed inter istos erat matrimonium consummatum, ergo &c. maior patet. de conuer. coniu. per totum. 27. q. 2. sunt qui dicunt. & cap. Agathosa. cum sequentibus. declaro minorem. ad con
2 summationem † matrimonij requiruntur duo, consensus animorum, & commistio corporum, quæ firmat & perficit 27. quæst. 2. in omni. sed inter istos vtrunque interuenisse proponitur. ergo &c. nec obstat, quòd id
3 violenter, & sic illicitè fecit: quia illicitus coitus † affinitatem inducit, & efficit virum & mulierem vnam carnem & vnum corpus. Patet primum de eo, qui cog. consan. discretionem tuam. 32. quæst. 4. in eo fornicator. si ergo hæc copula licet illicita; fecit sponsos vnũ corpus, pars nõ potest religionem intrare, parte in seculo remanente. 27. quæst. 2. quia Agatho. de conuers. coniugat. ad apostolicam. & ponderatur hoc factum; quod semel factum est, nequit non fuisse. ff. de capt. & postli. re. in bello. § facta. præcipuè in hoc casu, quo
4 † post ruinam suscitari non potest. 32. q. 5. si Paulus. & lex C. de rap. vir. l. vna. & præcipuè, quia in corruptione etiam inuitæ, præsumitur aliqualis fuisse consensus: qui ma. accus. possess. insuper. & facit quod scripsi post Host. de despon. impu. continebatur. cùm autem
5 coacta † voluntas includat voluntatem. 15. quæst. j. merito ergo talis volens profiteri non potuit. Item, datò quòd nullus fuerit consensus, sed absoluta coactio,
6 tamen corrupta † inter virgines reputari vel consecrari non debet 32. q. 5. illæ. quia licet quantum ad gratiã suscipiatur, vt virgo: Secus, quantum ad legem, quæ voluntatem non ponderat, sed opus. ea. q. illæ. & 15. q. j. c. si. qua ratione igitur consecrari non potest, quia cognita, eadem non poterit profiteri. nam iura non distinguunt, qualiter matrimonium fuerit consummatum. ergo nec nos distinguamus. 2. q. 5. cõsuluisti. cum concordan. Impeditur ergo professio, siue cum volente, siue cùm inuita fuerit consummatum. simile quid de illo, qui caret oculo, dicitur 55. disti. c. vltim. & vide quod ibi not. ad quæstionem. Secundò, quòd talis coi-
7 tus fuerit sine culpa, probatur, quia nullo iure † puniretur, vt patet à contrario. 36 q. 2. si quis virginem. vnde not. Ioan. eo. ca. q. j. c. j. quòd talis non incidit in cõstitutionem l. si quis in tantam C. vnde vi. canon. j. q. 4. quia vtitur sub iure, & sua possessione, quam habet ex sponsalibus. vnde primus coitus ex debito est, & non gratuitus. de hoc 27. q. 2. coniuges. nulli ergo fecit iniuriam vtendo iure suo, de elec. cùm ecclesia. & si dicas, eum deliquisse, bonum præcedentis matrimonij illum excusat. facit 32. q. 2. quicquid. Tertiò, cùm fauo-
8 res amplientur, & odia † restringantur. supra eo. odia. cum concord. Matrimonia autem sunt fauorabilia. de app. directæ. in fi. & sic constitutiones illæ dissoluentes, sunt odiosæ. ergo restringendæ. 8. q. 1. sciendum. Constitutiones ergo permittentes ante carnalem copulam dissolutionem matrimonij, de omni copula intelligantur, siue spontè, siue vi exacta. & in dubio iudicatur per matrimonio. de re iud. c. fin. & est fauorabilius, quam religio. quia probant duæ decr. de rap. cum causa. de eo qui cogn. consan. vxo. suæ super eod. Non ergo debemus in veritate corruptam contra matrimonium fingere virginem, cùm regulariter veritas præiudicet opinioni de biga. nuper. 8. dist. veritate. & potest esse ratio maioris matrimonij. quia ibi publica versatur vtilitas ampliationis humani generis ad restaurationem lapsus angelorum. 32. q. 2. §. his ita. de consec. di. 5. hi duo. In religione versatur priuata: de reg. licet. & publica præferenda. 7. q. j. scias. de postul. præ. bonæ. j. Quartò, non solùm est fauorabilius, sed etiã fortius. vnde consummatum matrimonium sortitur effectum à iure diuino, & indissolubilitatem 26 dist. deinde. eo. lib. de voto. c. vno. sed ingressus religionis, qui permittitur, est de iure humano, quod cedit diuino. 8. distin. cap. 2. cum cap. sequentibus. vincat ergo matrimoniũ, vt fortius. Quintò, licet dicatur voluisse sponsam profiteri, non sufficit voluntas, sed requirebatur factum vel effectus ad dissolutionem matrimonij. de eo, qui mit. in possess. cap. 3. facit. de pœnit. dist. j. ca. cogitatio. cum ca. seq. de pœ. dist. 2. cap. mirandum. §. item illud. & dist. 3. incassum. & 7. q. j. nihil. & de pœn. dist. 4. cap. sunt plures. de bapt. maiores.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶ In contrariũ
9 † constat, ante consummationem matrimonij licere alteri coniugum, altero inuito, religionem ingredi. Patet de hoc de conuer. coniug. ca. 2. & c. ex publico. vbi secundum quosdam, ad profitendum vel consummandum datur duo menses, vel secundum alios, tempus arbitrarium. vt ibi not. sed hic non fuit matrimonium consummatum, quod fit per carnis corruptionem. de biga. debitum. quæ non interuenit, nec procedit, nisi per corruptionem mentis. 32. q. 5. cap. 2. & c. proposito. cùm ergo incorrupta possit ingredi, & ista sit talis, ergo ingredi potuit. Secundò, omne quod est sacramentum, vel alterius rei signum, illius debet esse simile. de
10 conse. di. 2. signum. & c. species. sed consummatio matrimonij carnalis, est sacramentũ coniunctionis Christi & ecclesiæ. 27. q. 2. cùm societas. & præ. ca. debitum. vt ergo hoc illius similitudinem gerat, debet esse voluntaria, sicut fuit illa: cùm non legamus Christum vel

Apoſtolos traxiſſe violenter gentiles ad fidem. & ha-
betur contrarium 23.quæſt.5.ad finem. 45.diſtinct. qui
ſincera.

11 ¶ Tertiò, coactio † quæ eſt conditionalis, impedit
conſummationem matrimonij ſpiritualis.20. quæſt j.
ſicut.& quæſt.3 præſens.& quod met.cauſ. ca.j.fortius
impedire debet conſummationem carnalis,in quo ceſ
ſare debet omnis coactio.de ſponſ.cùm locum.& da-
to quòd non impediret conditionalis, ſaltem impe-
diet abſoluta, quæ impediet in baptizato ordinato
impreſsionem characteris.45.diſt.de Iudæis. de bapt.
maiores.de ſecundo not.74.diſtin.geſta. Et quod im-
pediat conſummationem matrimonij,patet à contra-
rio.qui ma.acquiren.poſſeſ.inſuper.quia ſi requiritur,
quòd ſemel conſenſerit,ceſſet conſummatio. de deſp.
impub.continebatur.ibi, de ſuo aſſenſu deſponſata &
cognita.

12 ¶ Quartò, ſponſo † repetenti obſtat fauor triplici-
ter,oppreſſæ ſcilicet.& religionis:item,odium oppri-
mentis.De primo cōſtat,quòd per violentiam factum
non imputatur, quo ad humanum vel diuinum iudi-
cium.15.q 6.c.j 31 q 2 Lotharius.j.q.j.conſtat.50. diſti.
presbyteros facit 5.diſt.ad eius.cum concor. vnde &
ſimiliter ſi hæc paſſa fuiſſet à tertio,maritus ſibi id im
putare non poſſet ff.de adult.l.pe.etiam ſi culpa in ca-
ſum incidiſſet.vt not.32.q.5 propoſito, multo minus i-
pſe vir cogens ſibi hoc poterit imputare. ad hoc. de
eo,qui cog conſan vxo.ſuæ.diſcretionem.

¶ De ſecundo fauore,ſcilicet religionis & continen
13 tiæ,& cuius † ſumma eſt ratio.ff.de relig.& ſump.fu.l.
ſunt perſonæ.probatur,quod eſt maior, quàm matri-
monium,& quòd præfertur fœcunditati prolis. 32. q.
4.c.recurrat.§.his ita.benefacit. 27.q j. nuptiarum. 32.
q.j.nuptiæ.& quod ibi not.& in authen.de monachis.
§.ſancimus.vol.j.

¶ De tertio patet de odio opprimentis, ne ex deli-
14 cto fiat melior ipſius conditio.ff. de reg.iur.non † frau
dantur.§.nemo.12.diſtin.nos conſuetudinem. nec pro
pœna,quam meruit,conſequatur priuilegium. de ſen
tēt.excom.ſi verò.Quòd deliquerit,& pœnam merea-
15 tur,patet,quia ſponſa †,ſi non fuiſſet oppreſſa, ſuo iu-
re poterat debitum denegare. ſiue dicamus primum
coitum gratuitum,ſiue dicamus exceptionem tempo-
ris competere iure not.27.q.2.coniuges.

¶ Deliquit ergo ſponſus.priuando illam priuilegio
virginitatis,& per conſequens, conſecrationis & au-
reolæ,vt not.32.q.5.reuera & c.illæ.

¶ Item deliquit, petendo plus cauſa vel tempore,
per ſuperius dicta de plus pen.cap.vno.& fuit amator
ardentior in vxorem.32.q.4.origo.Item eſt ſacrilegus
& excommunicatus,opprimendo religioſam, licet nō
profeſſam.de ſentent.excommu.religioſa.libr.eodem.
Item excommunicandus impediendo religionis & ca
ſtitatis propoſitum.32.q.2.ca.fin.ad hoc.54. diſtin.mul
16 tos. Item,quia ius ſibi dixit in † re propria, contra id,
16.q.6.placuit.ff.de iudic.Iulianus.2 & licet non pu-
niatur vt raptor,nec vt incidens in conſtitutionem, ſi
quis in tantam.C.vnde vi.vt no.36 q j. cap.2. punietur
tamen vt tranſgreſſor legis prohibentis, ne quis ra-
piat ſponſam propriam. C. de rapt. virgin. l.vna.nam
ſic eſt in matrimonio ſpirituali, quia non debet ſpon-
ſus ſuam ſponſam,vel beneficium rapere violenter.de
præ.eum, qui lib.6.ergo ſi multipliciter deliquit, eſt
propter ſui odium repellendus. alias daretur occaſio
malignandi,contra id 16.quæſt.j.legi. de diuor. quan-
to.in fin.& conſequeretur indirectè,quod directè non
poſſet,contra id,de procur.tuæ.& hoc eodem tit.cùm
quid vna & audiretur ſuam turpitudinem allegans,
contra illud.de conceſ.præben. cùm ſuper. de donat.
inter dilectos.

17 ¶ Quintò, vir & vxor † non iudicantur ad impa-
ria.32. quæſt. j. ſi quis vxorem. j.de diuor.gaudemus;
ſed dicendo, quòd oppreſſa non poſsit profiteri, erat
imparitas, cùm oppreſsionem & abſolutam coactio-
nem poſsit vir inferre vxori, non econtrariò. vt ſcri-
pſi,quod metus cauſa.ſacris.in ſecunda quæſtione.&
deſpon is,qui.& eſt ſimile,quod not.de voto.c.vno.ſu
pra eod.lib.in glo.

¶ Sextò,ex quo ſponſa voluit profiteri,iam videtur
profeſſa.ad hoc de voto. literaturam. & ex hoc dice-
tur vitam voluiſſe mutare, & ſic iam eſſe profeſſa. ſu-
pra eodem lib.de reg.non ſolum.& c beneficium.cùm
in bonis voluntas pro opere habeatur.de pœniten. di
ſtinct.j.magna. verſ. Votum enim. & 45.diſti.duæ ſunt.
maximè ex quo per volentem non ſtat, ſed per aduer-
ſarium,quo minus voluntas impleatur.de dolo & con
tum contingit.

18 SOLVTIO. † Recedendo à verbis diſputantis,
ſciendum,quòd Hoſtien.in ſum.de conuer.coniug.ad
finem.verſi.quid ſi virgo.tenet,quòd reddenda eſt vi-
ro.primò, quia vſus eſt iure ſuo, vt ſupra. Secundo,
quia negari non poteſt,quin ſponſa in prima nocte in-
uita ſit cognita,& tamen ſunt facti vna caro, ſacramē
to matrimonij præcedente.eod.titu.de conuerſ. con-
iug.ad apoſtolicam.

¶ Tertiò,quia cognita præſumitur conſenſiſſe. qui
ma.accuſ.poſſeſ.inſuper.fatetur,quòd ſecus,ſi poſt tē-
pus profeſsionis illam cognoſceret,quod tunc non v-
teretur iure ſuo,ſoluto vinculo.eodem titul. de con-
uerſ.coniug.c.2 & c.ex publico. immò puniendus eſ-
ſet pœna,de qua 27.quæſt.j. ſi quis rapuerit. 36.quæſt.
2.ſi quis non dicam.

¶ Circa quæſtionem fra.Ia. diſputans tenuit idem
eiſdem rationibus.ſed Bartho. Brix. in quæſtione ſua
Dominicali.80. tenet contrarium,ratione ſuperius di
19 cta, ne ſcilicet † melioris conditionis ſit delinquens,
quàm non delinquens. de præben.eum,qui lib.eodem
cum concord.hanc partem tenuit Guido per vltimo
allegata.& ad tres rationes Hoſtien.reſpondet.primò
ad primam,per id,quod dixi in princip. ſecundæ par-
tis.ibi,de tertio.

¶ Ad ſecundam reſpondet, quòd ſponſa traducta,
licet inuita, prima nocte cognita, veniſſe præſumi-
tur, vt conſummet matrimonium. ſed in themate
noſtro contrà, niſi appareat de contraria voluntate.
ſcilicet quòd conſummationi reſiſtebat, religionem
eligendo.

¶ Ad tertiam reſpondet, ex decret. inſuper. ſumi
contrarium, vt dixi ſupra parte ſecunda. ver. item
coactio. Ad iura,quæ dicunt non diſtingui,vbi canon
non diſtinguit,reſpondet per cap.33. quæſtion.2. quos
Deus.& de conuer. coniuga.ex publico.in fin.Iura ve-
rò,quæ dicunt factum attendi,ſoluit,quòd ponūt ſpe-
ciales caſus,propter defectum ſacramenti,vel præro-
gatiuam ordinum.

¶ De primo, 32. quæſtion. 5. illæ. de ſecundo. 55.di-
ſtinct. capitul. vltim.ſed illæ cauſæ hic ceſſant, quia li-
cet oppreſſa non poſsit conſecrari,poteſt profiteri. de
20 quo loquitur. & regulariter † in pœnalibus volun-
tas attenditur potius, quàm factum. ad id, quod di-
citur, per illicitam copulam induci vnionem car-
nis: non ſequitur per id, matrimonium conſum-
mari.

21 ¶ Ad veritatem huius † habendam, exclude caſus
non dubios. ſi ſponſa in ingreſſu, vel poſt,ante op-
preſsionem, feciſſet actum aliquem, dici poſſet ta-
citè profeſſa. quæſtio non eſt dubia. & ſic dilato ver-
ba Hoſtien.quæ ſupra poſui. & declaro, quod dixi in
fin. ſecundæ partis. Idem, ſi ſponſa, licet inuita,
conſenſiſſet ad copulam. Item,non eſt dubium,quin
ſponſus licet oppreſſiſſet, non tamen ſemen emi-
ſiſſet. ſuper quo vide quod ſcripſi de ſponſa. ca.fin.
de eo, qui cogn.conſang.vxo.ſuæ, fraternitati. quod
hic non itero: quia materia non delectat. Poſſet dici
etiam

etiam quæstio indubia, quando post assignationem duorum mensium vel temporis arbitrarij, fieret talis oppressio ante omnem professionem, quasi tunc licite potuerit sponsus copulam exigere ab inuita, per superius allegata. sed dices, satis est, quod trãsierit ad religionem, vt ista de qua quæritur, inuita cognosci non potuerit. cum textus dec. ex publico dicat, ad religionem transire. sed vt ibi no. in tertia gl. in fi. ille terminus datur ad profitendum, non simpliciter ad ingressum: alias male esset prouisum sponso, si annum probationis expectare deberet. Est ergo quæstio dubia, quando sponsa etiam tacite non professa, infra duos menses assignatos vel aliud tempus arbitrarium, oppressa fuerit & cognita, nec consenserit in copula. In his autem terminis teneo cum Bartho. & Guid. per superius allegata. facit hæc regula. & ff qui satisd. cog. quoties vitiose cautum vel satisda. ũ est, non videtur cautum. Cum ergo contra ius & vitiose oppressa fuerit, vt probatur supra. parte 2. ver. de tertio quo ad facientem habeatur pro non facto. vt dixi supra. j. gl. Item iuris beneficium ꝙ mulieri, quæ non solum verbo, sed facto suam voluntaté ostenderat, auferri non debuit. supra. eo. indultum. cum cõ-
12 cor. Multum mouet consensus, qui † potissime in matrimonio requiritur. sed matrimonium nõ est perfectum, nisi per copulam. ergo copula requirit consensum, saltem inclusum in coactione conditionali, vt est dictum 15. q. j. merito. patiẽs autem coactionem absolutam, nil agit. quod me. causa. sacris. ergo non consentit.

SVMMARIVM.

1 *Quod quis sibi non vult fieri, alijs facere non debet. & nu. 4.*

2 *Ecclesia an præscribat rem laici, spatio decem annorum, ita quod ex tali præscriptione agere & excipere possit. & nu. 3.*

QVAESTIO LXI. SVPER REG. Qui ad agendum.

ARGVMENTVM.

AN ecclesia præscribat rem laici spatio decem annorum, ita quod ex tali præscriptione agere & excipere possit.

Posito tamen primo, sequitur secundum per hanc regulam. Pro ecclesia allegantur quatuor: totidé contra ipsam. Tertio, præmissa opi. sol. contraria quæstio soluitur, & contrariis respondetur.

PRO NEGATIVA. ¶ In primo videtur, quod
1 non præscribat. nam quod sibi † non vult fieri, s. præscribi decennio, non debet aliis facere, Matth. 7. & in principio decretorum. 32. q. 6. si dicturi. supra de ma. & ob. dilecti. primum patet 16. q. 3. §. potest. ad fi. & authentic. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. canon. in capit. placuit. ead. quæst. 3. & supra de præscr. illud. Ad idem venit, quod dicimus, quemlibet iure quod in alterum statuit, vti debere. de constit. cum omnes. ff. quod quisque iur. l. j. & in rubro. & quod in sui persona quis refutat, in aliis velle vel præferre non debet, de homic. cum iuramento. ff. manda. si negocia. pro me inducere non possum, quod reprobo. vel econtrario. 19. dist. cap. j. Secundo videmus, quod sicut seruus in dominum non torquetur, sic nec econtrario. Co. lic. de quæstion. l. pridẽ. & sicut Iudæus non conuenitur in sabbato, ita nec conuenit. C. de Iudæis. l. die sabbati. Tertio, constat ꝙ fauor non lædit. vnde si emi vina, exceptis acidis & mucidis, etiam si expediret mihi. & vellem illa habere, nõ possum ex illo contractu. ff. de peri. & com. rei vend. l. si vicina. supra. eod. lib. de præb. cui de non. & vide circa hoc, ꝙ no. supra. eo. tit. quod ob gratiam. nisi extendere poteris, per dec. prudentiam. de mu. pe. & per alia iura. Quarto, facit ad hanc partem. 15. quæst. 3 placuit. & quod ibi not. facit supra. eod. ex eod. per cuius regulam concordantias potes extendere hanc partem. Hic deficiunt contrariæ partis argumenta. Ex quibus concluditur rem laici præscribi decennio per ecclesiam, sicut per laicum.

SOLVTIO. Sciendum est, ꝙ Io. 13. q. 2. c. j. & s. de
2 præscr. illud in 3 gl. dicunt etiam præscribi † rem laici spatio 30. annorum. & propter illas gl. dispu. aui hanc quæstionem, & Hu. 13. q. 2. in princ. exprimebat ꝙ non minor quam decennalis vel vicennalis, in ecclesia locum, habeat. Item sciendum, ꝙ gl. præall. Bernard. in 3. c. illud. ad literam fuit Lauren. quam & posuerunt Vincen. & Goff. sed ratio. quã includit illa gl. de le. ꝙ fauore. non concludit illud dictum. sed potius contrariũ. & idem dico de eo, ꝙ not. Io. mo. de præscr. c. j. vtens eadẽ ratione. Soluendo teneo. cum Da. qui hoc notat in sum. de præscr. ante fi. & Accur. qui hoc notat in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccl. & in auth. de ecc. ti. §. pro temporalibus. col. 9 ꝙ ecclesia rem priuati præscribit, vt priuatus, spatio 10. vel 20. anno. per rationem. l. ꝙ fauore. quã alle. Laur. Præscriptio 30. ann. nullo modo procedit in ecclesia. vel ecclesiastico foro. illa enim curri cum mala fide: quod canones abhorrent. de præscr. vi-
3 gilanti. & c. vl. supra eo. possessor. † Ex prædictis autem sequitur, ꝙ ecclesia habet actionem ad rem repetendã, si cadat à possessione. & fortius exceptionem ad illam defendendã: vt patet 16. q. 3. §. potest. C. de præscr. 30. vel 40. an. l. si quis emptionis. ¶ Ad id quod dicitur, Quod
4 tibi non vis † fieri, &c. exponitur, nec velle debes: sed ecclesia bene debet velle vti suo priuilegio; sibi per ius vtrũq; cõcesso, & cõtra nõ sic priuilegiatos: vt ipsa potest vti iure communi. aliorum etiam responsionem collige per notata in præd. regulis. supra eo. quod gratiam. & c. ex eo. Non ob. quod dixi post Dy. supra eod. in iudiciis. super j. gl. Non enim vtitur ecclesia hoc priuilegio circa litem, sed iure communi, quo & laicus vteretur agendo & excipiendo, vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in diœcesi sua est ordinarius.*

2 *Episcopi iurisdictioni sæpe detrahitur per præscriptionem. & nu. 11. 13.*

3 *Visitationem qui faciant.*

4 *Ecclesiæ parochialis rectores, quandam aliam ecclesiam cum fructibus tenuerunt supra hominũ memoriam, vt vnicam vel annexam: an id liciti & iure possint. 7. 10.*

5 *Beneficiorum pluralitas canonibus inimica est.*

6 *Temporis diuturnitas sine veritate, quanto diuturnior, tanto culpa grauior.*

8 *Præscribi non possunt functiones publicæ, & quæ ad vtilitatem publicam pertinent.*

9 *Ecclesiæ ministrorum diminutio, non est procuranda. Et quid ita.*

12 *Temporis patientia, cuius initij memoria non extat in contrarium, an sufficiat ad probandam annexionem remissiuè.*

QVAESTIO. LXII. SVPER REG. Qui contra iura.

ARGVMENTVM.

RECTORES parochialis ecclesiæ quãdam aliam parochialem cum suis fructibus tenuerunt vt vnicam vel annexam, nullo instituto rectore,

&c hoc tanto tempore, quod de contrario non est memoria. quæritur an per eo possit licite sic teneri: quam ornabo & abbreuiabo. Est domini Gerardi de Petra lata. Eam ornabo & abbreuiabo.

Quod possit, allegat quinque, & respondet ad hanc regulam. Secundo, in contrarium allegat tria. Tertio, soluit, rationes tres inducens, & contrariis respondēs, & deinde subdam dictum Host. & solutionis determinationem, vt dixi.

PRO AFFIRMATIVA. Et primo allegat, quod possit: quia à iure communi prohibita, diuturnitate tanti temporis, licite obtinentur. hoc patet de verb. signi. super quibusdam. §. primo. & c. quid per nouale. & supra eo. lib. eo. ti. veniens. 3. q. 6. hæc quippe. 63. dist. mos antiquus. & c. se. v. quæst. 3. conquestus. 18. q. 2. seruitium
1 vbi de hoc. & 3. q. 3. nullus episcopus. Secundo, licet † episcopus in sua diœcesi sit ordinarius. 23. q. 3. de perso
2 na. in multis tamen per præscriptionem † sue iurisdictioni detrahitur. vide de foro competen. cum contingat. de offi. ord. irrefragabili de off. Archi. c. fin. de restitu. spo. literas. de consan. & affi. c. 3. de præscrip. auditis. & c. de quarta. Igitur sicut ibi contra ius commune operatur præscriptio, sic & hic. & sic de his, quæ scripsi supra de consue. super rubrica. & c. vlt. super gl. & quam. Tertio, iste non debet cogi probare titulum. 2. quæst. 4. in sum. & §. j. C. de peti. heredita. l. cogi. quod patet, de præscrip. c. j. supra eo. lib. in gl. circa allegationem. sufficiat ergo sibi possessio. quæ sufficit præsentanti, eligēti, & prouidenti. de iur. patr. consultationibus. de elec. querelam. de causa pos. & propriet. cum olim. Quarto,
3 cum visitent † archiepiscopus, episcopus, archidiaconus, archipresbyter. de cen. cum apostolus. & c. Romana. supra eo. titul. lib. & de offi. archid. mandamus. præsumendum est, quod à principio inquisiuerint, & inuenerint has duas simul iuste teneri, sicut dicitur in literis papæ non posse cadere falsitatem, quia per multas manus incedunt: vt not. de rescript. ad audientiam. de fid. instrumento ex parte. cum concor. Quinto, facit C. de dona. in donationibus & Cod. de arbi. tu. l. final. Item facit de præsum. illud. & quod scripsi post Innocen. & Host. de presb. non bap. c. final. ad finem. & de eo, qui fur. ord. re. c. vlt. vbi nota. quod qui longo tempore fuit in possessione sacerdotij, & maxime si episcopus suus eum vt sacerdotē admisit, non cogetur ostendere literas, ad quod alias teneretur. 2. quæst. j. legum. & in extrauag. Bonifa. iniunctæ. de elect. Nec obst. hæc regula. cum suis concor. quia patientia episcopi tanto temporis, defendit præscribentes. vel licet primus possidens præscribere non potuerit, qui habebat facti notitiam: successores tamen inuenientes ecclesiam in possessione, habere poterunt bonam fidem. supr. e. cū quis in ius. & super his vide quod no. de iur. patron. cura. in gl. 2.

4 PRO NEGATIVA. ¶ † In contrarium est certum, quod quælibet ecclesia parochialis vel saltem suum debet habere rectorem. de præbend. cum non ignores. 7. quæst. j. sicut alterius. Item pluralitas beneficio
5 rum † maxime talium, est inimica canonum. 70. dist. sanctorum. de præbend. quia intantum. nec in duobus collegiis quis numerari debet. de reli. do. ne nimia. etiam si vtrunque collegium consenserit de electio. conflitutis. nec potest quis duobus dominis seruire. 26. dist. acutius. §. sicut. 21. quæst. j. c. de clerici: coniugat. diuersis. & singula officia singularitatem personarum exigunt. 89. dist. singula. consuetudo autem, de qua quæstio loquitur, est contra ista. & sic dicendum est corrupte
6 la. de consuet. cum venerabilis. cum † diuturnitas temporis sine veritate, quanto diuturnior, tanto culpa grauior. 32. quæst. c. flagitia. de consuet. c. vlt. cum concor.

concluditur ergo quod non iuuat talis diuturnitas tē
7 poris. Secundo, † non iuuat taciturnitas vel patientia episcopi. immo ipsius culpæ ascribendum est, qui ipsas ecclesias sic esse permisit. de elect. cum causam. de te stam. quia ingredientibus. facit 81. dist. ad reatum: & expresse prohibetur episcopis, ne aliquem presbyterum permittant duas ecclesias tenere. de exces. præ. ca. j. sed debent illum cogere ad alteram dimittendam. de æta. & quali. eam te. alias sufficientem dispensationem ostendendam. de offi. ordin. ordinarij. in prin. supra. eo. lib. contra talem igitur prohibitionem, & tale præceptum, ex cuius transgressione puniendi sunt, patientia non sufficit, & cum episcopus mereatur pœnam, sacerdos non debet consequi præmium. facit de don. inter. vir. & vxor. & si necesse. cum concord. Tertio, idem
8 de quo quæritur impræscriptibile, cū publicæ functiones, & illa, quę ad publicam vtilitatem pertinent, præscribi non possunt. 16. quæst. 3. §. potest. ad fi. & l. iubemus. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. canoniz. ead. quæst. 3. facit 25. quæst. j. quæ ad perpetuam. de præbend. ratio. cum enim sacerdotes peccata populi comedant. & in suis precibus ea deleant, & consumant. 3. quæst. j. nulli. 10. quæst. j quia sacerdotes. detractio ergo sacerdo
9 tum, ledit ius † publicum, cum quanto sunt plures, tanto melius declarantur: cum multitudo facilius exaudiatur à Deo. de pœn. dist. j. fleat. ver. amat enim, vt pro vno multi rogent. Hinc est, quod apostoli dicebant messem multam, operarios autem paucos. Matthæ. 9. Luc. 10. & 21. dist. in nouo. ergo operariorum ordinatorum diminutio, est contra bonum publicum. nam si in qualibet parochia infirmarentur parochiani, non posset simul ad vtrunque suffragari, cum sacramentis potissime, si parochiæ sunt remotæ. & si alter sine confessione decederet, reus esse. animæ decedentis. 26. q. 6. si presbyter. & c. cognouimus. facit de pœ. & re. c. vl. Et quibus concluditur, possessionem tanti temporis, vt ponit quæstio, non prodesse.

10 SOLVTIO. Soluendo dicebat, talem vnionem ex diuturnitate tanti † temporis non acquiri, & ex ea nō posse rectorem vtranque ecclesiam regere, nullo ibi instituto rectore. fatetur tamē, quod bene potest vna præscribere institutionem rectoris, in alia. de præscr. auditis. sed quod vnus rector regat duas curas, hoc esse non potest. ad solutionem aduerto ad tria. Primum, quia consuetudo onerosa, quæ priuat ecclesiam iure & honore suo sine culpa. nec iste casus est de numero illorum, quibus hoc contingit. no. 22. dist. renouantes. de consti. cognoscentes. de priui. antiqua. ex quo onerosa, ergo tollenda. de consue. c. j. de consti. quæ in ecclesiarum. de ma. & obe. dilecti. Secunda ratio est, periculum animarum: per modum, quem dixi in fine secundæ partis. ver. nam si. Tertia, quia per hoc sine causa detrahitur iuri episcoporum: quorum est ex iusta causa ecclesias diuidere, vel vnire. Extirpanda ergo est, cum careat ratione. 12. dist. omnia. 68. di. chorepiscopi. ¶ Ad contraria respondetur ad primum de decr. super quibusdam. cum sequentibus, quod de temporalibus loquuntur, in quibus diuturnitas tēporis nisi præstet. ff. de aqua quot. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ. secus in spiritualibus. de insti. ex frequentibus. nam vbi maius periculum. & c. supra eo. lib. de elec. vbi periculum. Ad alleg. secundo respondet, quod licet quandoque
11 † iura episcopalia præscribatur, vt ibi no. nō tamē vertitur periculū animarū, sed rerū. nā etiamsi præscribatur cognitio causarū materialium, tamen secundū iura procedere habet præscribēs. de consan. & affi. ex literis. animę aūt preciosiores corporibus. 12. q. j. præcipimus. facilius est & præscribere institutionē in aliqua eccle. quā ipsius retētionē. de inst. c. fi. de iur. pa. p nostras. vnde dec. de militia. de pb. voluit per receptionē se cūdę vacare primā. Hoc scias, quod pro solutione sua allegare potuisset Guil. quod no. Ost. in sum. de sup. ne præ. §. quem-

quemadmodum, alias, quot modis. versicul. suppletur
etiam. vbi dicit, quod temporis diuturnitas non pro-
bat vnionem vel annexionem: licet ex causa annexio
fieri possit, suo tamen modo & seruata forma. de præ-
bend. extirpandæ. & c. seq. & c. exposuisti. de excess. præ.
12 sicut vnire. tamen eod. § in fi. quærendo, an ad † proban-
dam annexionem sufficiat patientia temporis, cuius
initij non est memoria, dat duas remissiones, vnam ad
summam de censibus. §. quis census. & ibi vers. quid er-
go. tenet, censum solutum tanto tempore, quod de ini-
tio non est memoria, deberi. licet etiam causa non ap-
paret, aliam ad summam. de excess. præ. § qualiter exce-
dant. ver. excedunt etiam detrahendo. & ibi nil ad pro
positum. Ad solutionem etiam Gul. bene facit, quod scripsi
post Host. de cleri. non resi. quia nonnulli. in gl. magna
ver. quid si semper. & de his, quæ fi. à præla. cum aposto
lica. in fi. vbi vide. mihi videtur sic determinanda præ-
dicta solutio, quod verum sit, vnionem vel annexionem
præscribi eo tempore, de cuius initio nõ est memoria,
supra eo. lib. de præscrip. c. j. dum tamẽ sic possessa fue-
rit ecclesia: s. vt annexa vel vnita. & facit quod dixi in
præ. decr. cum apostolica. in fi. nec erat necesse tunc in
illa ecclesia rectorem institui, cum rector principalis,
sit rector vtriusque. Sed non valebit consuetudo, quod
illa ecclesia non habeat proprium regentem curam, vi
carium, s. perpetuũ. de præb. extirpãdæ. & c. exposuisti. de
sup. ne præ. c. 2. vel saltem temporalẽ: vt in cle. de exces.
præ. frequẽs. ver. quidam etiam ecclesias. vbi de hoc in
gl. 2. & probat constitutio Io. execrabilis. ad fi. de præb.
in extrauag. com. super quo vide, quod plene scripsi, de pb.
de monachis. super gl. 2. de priuil. pastoralis. hoc tamẽ
13 saluo, quod si † propter paupertatem ecclesiarum vicinarũ
facta esset vnio, ipsarum inopia & impossibilitas regẽ-
di vtrunque excusaret à vicario ponendo. 10. q. 2. vnio.
de æta. & quali. eam te. in fi. per hunc autem modũ satis
factũ est rationibus, quas in sua solutione induxit Gu-
lielmus.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen heredi vel legatario impositum, non refert per se, an per alium impleat, dummodo sit tale, quod per alium impleri possit. Idem in stipulatione, libertate, societate, & voto.*
2 *Locata domo bona fide, & euicta, sufficit aliam æque bonam concedere.*
3 *Doctor qui conuenit certo salario legere per annũ, an ante finem scholaribus inuitis, alium substituere possit. & nu. 8. 10.*
4 *Facta, quæ per alios impleri non possunt. & nu. 5.*
6 *Episcopus visitans personaliter, procuratur, alias non.*
7 *Prælatus an possit dari inuitis.*
9 *Debitum per quemuis substitutum solutum, liberat debitorem.*

QVAESTIO LXIII. SVPER REG.
Qui facit per alium.

ARGVMENTVM.

MAgister quidam conuenit cum cer-
tis scholaribus vno anno legere pro
certo salario. & ante finẽ anni vult
substituere æque bonũ, scholaribus con-
tradicentibus, an id possit, ita quod etiam
salarium sibi debeatur.

Pro magistro allegantur 7. & totidem contra ipsum
Tertio ponitur Barth. solutio. quæ placet, postquã se-
quuntur aliæ.

PRO AFFIRMATIVA. Pro magistro igitur
facit, quod scripsi post Goff. supra de summ. tri. firmiter. §.
hæc sancta. super versic. per Moysen. pro quo etiam fa
ciunt regulæ, s. qui facit. & potest quis. Secundo, alle-
gatur pro ipso. ff. de admi. tu. l. 2 autem. §. gessisse. vbi
tutori licet administrare per alium. Item si grauamen
1 † aliquod sit impositum heredi vel legatario, non re-
fert an per se, an per alium impleat, dummodo sit tale
quod per alium possit impleri. C. de cad. tol. l. vna. §. ne
autem, in fi. Idem in stipulatione quæ in dando, vel fa-
ciendo consistat. C. de contrahen. & commit. stip. l. ve-
teris. circa fin. Idem in libertate præstanda. ff. de sta. ho.
Arethusa in fi. Tertio, si societatem cum aliquibus cõ-
traxero, si oportet me abesse, possum alium æque ido-
neum subrogare. ff. pro socio. l. idemque erit circa mo
dum legis. Quarto votum, quo quis obligatur Deo
personaliter, per alium impleri potest. supra. de voto.
licet. quod intellige, vt ibi scripsi super 3 gl. Fortius er-
go videtur, magistrum posse suum magisterium per a-
2 lium exercere. Quinto, si bona † fide locaui tibi domũ,
quæ à me euicta est, sufficit, quod tibi concedam aliam æ-
que bonam. ff. loca. si quis domum. j. responso. in fi. Sex-
3 to, videntur scholares dolo † agere, quibus æque ido-
neum substituere vult. nec enim debent sibi consulere,
cum alterius iniuria. 22. q. 2. primum. circa medium. Se-
primo, ad quæstionem inducitur C. de epis. & cle. quis-
quis. j. & l. ad similitudinem.

4 † PRO NEGATIVA. ¶ † In cõtrarium. si quis
domum vel nauem per se faciendam promiserit. & fide
iussor velit hoc implere non consentiente stipulatore,
non liberatur reus, qui non facit quod promisit. ff. de
sol. inter artifices. multo minus ergo poterit iste suum
magisterium adimplere per alium. Secundo, si onus
5 disciplinæ † vel picturæ fuit impositum heredi vel le-
gatario, non poterit adimplere per alium, vt in præ. l.
vna. §. si vero talis. Tertio, per magistrum stat, quo mi-
nus personaliter deseruiat. ergo salarium petere non
poterat. ff. loca. qui operas. & l. sed addes. §. vltim. & de
var. & extraord. cog. l. j. §. diuus. Quartò, cum episco-
6 pus † visitat personaliter, procuratur, alias non decẽ.
procurationes. post princ. & patet suprà eodem lib. de
off. ord. si episcopus. Quintò, cum pactũ magistri fue-
rit personale, non egreditur personam. de transact. ve
niens de præben. nisi in fin. ff. de pact. idem in duobus.
§. personale. Item multa exempla possent adduci de
his, quæ per alios impleri non possunt, quæ notaui in
regula, potest quis. eod. ti. Sexto, contra magistrum e-
tiam facit regula, mutare eo. ti. cum. concor. Septimò
7 constat, quod prælatus non est dandus † inuitis 61. di.
quid proderit. supra. de elect. ca. j. Ergo nec magister,
qui præest. supra. de sente. excom. cum voluntate. facit
supra. e. li. ne cler. vel mon. c. 2. & quod dixi post Host.
& Inn. de magistris. c. pe. in gl. hoc casu.

SOLVTIO. Soluebat Barth. quod satis placet
8 in terminis † quæstionis, se non credere, quod posset
salarium petere, si vellet per alium docere, per præ. §.
si vero talis. in l. vna. C. de cad. tol. facit. ff. de leg. 3. fidei
commissa in fi. supra. de off. dele. c. fi. & dicit idem in il
lo, qui promisit librũ scribere, & in potestate, qui pro-
misit ciuitatem regere: dicit tamen secundum Hu. se-
cus in illo, qui promisisset domũ facere. Gul. in Spec.
de sala. in fi. dicit Offr. concordasse cum Barth. re-
fert tamen Pileum distinxisse, an iustam causam ha-
beat: & tunc recedere & substituere potest. an non ha
beat: & tunc non potest. inducit. ff. ad l. Iul. repet. l. fin.
ff. si quis cau. l. quoties. dicit tamen Gul. quod leges,
quas allegat, loquuntur in necessariis obligationibus,
in quibus non mirum, si ex iusta causa substituit secus
in volũtariis. alleg. Cod. de acc. & oblig. l. sicut. in qui
bus sola impossibilitas, non difficultas, obligationem
immutat. ff. de verbo. obliga. continuus. §. cum ita. fa-
cit suprà eodem lib. de off. delega. ab arbitris. & quod
ibi not. Parum placent hæc verba Guliel. quæstionem

posito prædium generans,non educans,dicemus in decimarum solutione ponderari debere.

3 ¶Probatur hoc etiam † per iura,quæ docent princi-
pium spectandum.cuiusque enim rei & contractus ini
tium spectandum & causa.ff.manda.si procuratorem.
in prin. ad Mace.si tamen.alias.Si tantum.& super his
veniant iura de hoc no.de elect.dudum.j.de cen.c.3.&
j.quæst j.principatus.Sed optime videtur facere decr.
literis.de rescript. vbi factum per prædecessorem in-
choatum,per successorem completum,prædecessori at
tribuitur,non successori:sic & hic dicendum est,quod
&c.

4 ¶Item,is debet esse in re†potior, qui plus iuris in ea
habet.C.qui po.ce.pos.l.fi.de don.l.sancimus.§.ne aut.
at illi plus tenetur, à quo plus recipit.de testa.cum in
officij.& quod notaui de iure patr.c.j.super j. gl. Sed plus
est aliquid de nouo facere,quã creatũ mutare. de con.
di.s.re vera.

¶Pro & contra.de Iudæis.Iudęi.j.& c.consuluit.pro
eo.C.de rei vxo.act.l vna.circa prin.patet ergo porros
decimandos ecclesiæ S.Andreæ: cuius prædiũ plus cõ
tulit.

5 ¶Itẽ,porrinæ† auulsę de primo prædio , transierunt
cum suo onere.19.q.j.si quis laicus.de pig. ex literis. ff.
de contrahen.emp.alienatio.

¶Plus,textus expresse dicit,fructus decimandos ali
enari non posse,nisi cum onere decimarum.eo.tit. pa-
storalis.& probatur e.ti.cũ non sit.& si dicatur,melio-
ratæ sunt,hoc placet ecclesiæ.& facit quod not. de conse.
dist.j.solent.ff.de an.leg.l.eum,qui.per quos textus,ra-
tiones & argumenta concluditur, ecclesiæ S. Andreæ
de his porris decimam persoluendam.

¶Tertio,æquitas hæc suadet. quia ex contrario se-
queretur,quod dominus prædij posset ecclesiam parochia
lem decima ipsius prædij fraudare semper in seminã-
do olera,& alibi plantando.

¶Quartò,gloss.Innoc.quam posui eo.tit.commis-
sum.fouet hanc partem,cum ibi dicat hæc verba:puta
tiua auulsa transeant cum suo onere in bestiam auel-
lentem,vel dominum ipsius bestię.& ibi videas.

Quintò,regula ista prioritatis temporis iuuat hãc
partem , ff.de regulis iur.quoties vtriusque.& ibi de
hoc videre potes in glo.argumenta per concordãtias
& exempla.

6 QVOD ecclesiæ S Ioannis.¶Quòd debeantur †
ecclesiæ sancti Ioannis,in cuius parochia fuere plan-
tati,inducitur authoritas Apostoli j.ad Cor.3.Ego plã
taui,& Deus incrementum dedit.19.distinct.secũdum.
& eadem epistola 9.ca.quis plantat vineam,& de fru
ctu eius non edit?& habentur 13.quæst.j.§.2.versi.quia
ergo.& 18.quæst.j.nam nunc.in fin.Ponderanda est er-
go plantatio plus,quam primęua origo.est enim cer-
tum,quid plantari non posse,nisi prius sit ortum.
Secundò,iure sic probatur:habet se parochia, scilicet
Ioannis ad porros,vt parochia domicilij ad larẽ con-
stituentem & morantem.ex quo ergo ad ista fuit trãs-
latus,nihil cõmune habet cum prima.ad hoc 21.quæst.
2.si quis iam translatus.16.quæst.j.ne pro cuiuslibet.18.
quæst.j.ca.vno.de consti.trãslato 13.quæst.j.capitu.j.§.
quia ergo.ff.ad municip.l.fi.§.3.C.de incol.l.fi.libr.10.
de episc.& cle.si quis ad declinandam,ibi larem foue
re ac degere &c.suprà eo.lib.de vsur.quãquam.ibi te-
stator habitat.per quod patet,quę ad istos porros sic
translatos,primam parochiam nullũ ius habere. Hoc
7 idem probet in perseuerantia†,cuius continuatio cõ
mendatur.7.quæst.j.suggestum.de pœn.dist.3.in casũ.
Si enim fuissent ex prima parochia,ibi mansissent.sed
8 quia nõ† manserũt,dicuntur ex illa nõ fuisse.infra.Io.
2.de pœ.dist.4.si ex bono.quia nec dicitur venisse,qui
nõ stetit:nec natus,qui statim desiit.nec versum,quod
non durat versum:nec diuertisse,qui statim rediit: &
his similia de iud.cap.j.ff.de in rem verso.si pro patre.
§.versum. de verb.sig. nam & ergo.de pœn.dist.j.diuer
tium. per quæ & similia concluditur , quod est di-
ctum.

¶Probatur & aliter:Deus non nouit opus imperfe-
ctum.de bapt. maiores,vers.sed adhuc.sed principium
9 †si potentissima pars cuiusque rei:vt ff.de orig. iur. l.j.
Perfectum tamen consistit ex omnibus suis partibus,vt
ibi:tempus ergo perfectionis spectando,quod fuit in
parochia sancti Ioãnis,dicam illi decimas deberi.ver
bum enim fructuum,vel frugum,vel his similium,ha-
bet denotare rem perfectam ad quod optime faciat,
de pœ.di.2.cum sanctam.ibi,plenum frumentum.sicut
& verbum,bene statuo.de pœ.dist.j.c.hæc aũt de verb.
sig.in his.ff.quod quisque iur.l.j & faciat.32. q.2. quod ve-
ro non formatũ.de homi.si aliquis.&quod ibi no.sicut
10 †libro legato,intelligitur legata libri scriptura perfe
cta.ff.de leg.3.l.librorum.§.quod autem.al.§.si nec con
pti.& verbo operis intelligitur opus perfectũ. de ver.
sign.l 5.§.j.& soluendo dicitur,qui potest soluere soli-
dum.eod.titu.soluendo.& ædificium perfectum,quod
potest esse vsui. eo.tit.l.ædificia.§.perfecisse.nam etiã
in iudiciis tempus perfectionis inspicimus. j. senten-
tiæ.de re iu.abbate.lib.eo.ff.de rei ven.si autem.§.j.ff.
11 de po.l.j.§.est autem.Item,non ei,qui prius egit,vel †
contestatus est litem:sed ei, qui prius ad sentẽtiã per-
uenit,adiudicatur seruus ex noxa. ff. de noxa.si quis à
multis.Idem,in actione de peculio.ff.de pecul.si vero
adhuc.in fin.per quæ concluditur,quod pro parte san
12 cti Ioannis inspici debet status † perfectionis porro-
rum:qui in eius parochia,& eius humo peruenit,ori-
gine non inspecta:sicut nec inspicitur.qui fil. sint leg.
tanta.insti.de nupt.§.si.cum si.Item,quo iure petuntur
decimæ,dubitatur.& nota. 16.quæst.j.moderamine.&
de deci.tua.2 sed tollam duriorem opinionem. & fin-
gamus decimas vendicari posse,& ecclesiam etiam an
te saparationem esse ipsarum dominam: nihilominus
tamen ex primo istæ translatæ sunt,& radicatæ in pa-
rochia.S.Ioannis.ergo illi parochiæ decima debetur.
Quod sic probo.Finguamus, quod istæ porrinæ fue-
runt euulsæ de proprio prædio S.Andreæ.ex quo tamẽ
13 radicatæ essent in alio†prædio,si coaluissent,perdidis
set ipsa ecclesia dominium ipsarum,& applicatum es-
set domino posterioris prædij.inst.de re.di §.si Titius.
ff.de rei ven.l 5.§.de arbore.vbi de hoc.& ff.de acquir.
rerũ do.l.adeo.§.fi.& l.sed si ex meis.§.arbor.Nec obs.
quod not.12.quæst.2. apostolicos.quia igitur illa non
probatur iure,& dato,quod vera esset , non habet lo-
cum in his quæ ponuntur in prædio euellenda,vt in ca
su nostro.sicut ergo dominiũ acquisitum esset prædio
vel dominio prædij secundi:ita & ius decimæ esset ac
quisitum ecclesiæ, in cuius parochia situm esset præ-
dium.Nec dicas,quod ecclesia S.Andreæ nõ vult decimas
de porris stantibus,sed cum fuerint eradicati.nam vt
patet in præ.§.arbor.post eradicationem prior domi-
nus ius sibi non vendicat.sic arguendo ergo,de diuer-
sis dominis prædiorum duorum ad eundem dominũ
vtriusque.quod licet.8.q.j.in scripturis.de pœ.dis.3.adhuc
instant.supr.e.li.de præb.cum de beneficio.ff.si cert.pe.
l.singularia.dicã ipsi domino respectu secundi prædij
tantum,& non primi,dominium porrorum cõpetere.
quod patet:quia vendito primo prædio & tradito,desine-
ret esse dominus porrorum.ff.de rei ven.fructus pen-
dentes & sic dicam de porris secundæ ecclesiæ dandã
14 decimam,& non primæ.Nec mirum:cum & vnio †car-
nis,quam habet vxor ad virum, facit illam censeri iu-
re vltimi viri etiam iam mortui:vt patet supra. eo.lib.
de sepul.is,qui.in fi.cum fuis concor.Itẽ,non mirum,si
hoc habet vnio realis per radicẽ,vel coalitionem.nam
video,quod sola liberalis annexio præponit secundum ex
pectantẽ primo.quod probat decr.quia sæpe.de præb.
lib.6.

¶Ex verbali enim annexione præbandæ ad dignita

tem, secundus canonicus expectans dignitatem & prębendam, in consecutione præbendæ præfertur: multo magis primo vel saltem pariter ex radicali connexione secunda ecclesia præferenda est primæ. & facit etiā
15 de præb. supra eod. lib. ꝙ autem plus sit, facto, † quam verbo, amittere, proba. de pœnis dagrada 10. lib. eo. & quod ibi no. in fi. vel saltem idem, aut simile. de appe. dilecti. vbi de hoc ff. de le. de quibus ad fi. ex quibus pro hac conclu litur, ecclesiæ sancti Ioannis decimā hanc deberi: nec curādum an ibi nati sint aliter percepti. ad hoc ff. de vsufr. l. arbores. §. j. ibi dicit. Quicquid in fun
16 do † nascitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet.

17 ¶ Tertio, æquitas, quæ supra pro prima † ecclesia inducta est, conuertitur pro secunda, pari modo. Itē, fingamus porrinas illas emptas per plantantem, nō fieret inde in solutione decimæ illius sumptus deductio. de decimis. tua. 2. & c. cū homines. Item, si istæ ecclesiæ essent in diœcesib. nonne absurdum esset, ꝙ prima perciperet decimas in parochia secundæ. e. ti. cum sint homines. ad fi. Itē, per id sequi videretur, ꝙ de toto vino mūdi, vel saltē de vitibus mundi, vel saltē de vitibus illius
18 soli ecclesiæ, in cuius parochia erat lambrusta, † quam plantauit Noë, Gen. 9. in fi. & 35. di. sexto die. deberetur decima, si sola prima origo, & non plātatio, inspicięda esset.

¶ Quarto, gl. pro hac par. Vin. Go. & Phil. faciunt, de quibus infra dicā. & ꝙ not. Inn. de stagno, vel reclusorio piscium, vel ferarum. eo. ti. de dec. non est. vbi videtur velle, ꝙ si pisces claudūtur in stagno vel in aliquo reclusorio, licet de alio flumine vel loco, hæc sumpta fuerint: illi tamen ecclesiæ debeatur decima, vbi ruunt illius parochiæ aquæ, vel terræ remedio faciat etiā ꝙ no. supra eo. lib. de rescriptis. statutum. §. cum vero. in gl. olim dicebamus.

¶ Quinto, pro hac parte faciat regula ff. de reg. iu. in pari. & eo. li. & tit. in pari. & ibi concor. & exempla ad hanc partem.

QVOD vtrique. ¶ Quod vero vtrique debeatur, inducitur authoritas Pau. j. ad Corinth. 3. ibi: qui plantat
19 † & quā rigat, vnū sunt. sumus enim coadiutores. vnusquisque propriam mercedem accipiet. conueniunt ergo hæ ecclesiæ. & dicit prima secundæ: tu es planta, & ego ex semine: vnum fuimus operatiōe: videlicet eiusdem fructus. & fuimus coadiutores Dei, cuius manus & potētia in his principaliter est operata. Accipiamus ergo mercedem nostram. ad ꝙ facit eod. ti. de dec. cum non sit. in princ.

20 ¶ Quod autem † simul habeant vnam decimam diuidendam, probatur 13. quæstion. 4. c. j. cum suis concor. de testa. relatum. 2. ad finem. supra eo. lib. de sepultu. cum quis. 2. respon. vt sicut ibi diuiditur canonica, quia vtraque ecclesia operata est id, propter quod debetur: sic diuidatur hæc prædialis decima, cum prædium vtriusque parochiæ operatum sit ad perfectionē huius fructus. Sicut enim si simul in duobus prædiis haberet arbor communiter radices, diceretur commu nis: vt in præ. §. instit. de re. dist. §. si Titius. ff. de acquirend. re. do. adeo. §. fi. in fi. sic videtur, cum diuersis temporibus in vtraque parochia radicata, quod vtrique debeatur decima. Ad idem institur. eodem tit. §. si duorum. & faciat pro hac parte essentialis ęquitas: & quod dixi. secundum Goff. Phil. & Innoc. de sepul. de his, s.
21 quod si quis audit † diuina in vna capella, & in baptismali ecclesia percipit sacramenta, inter illas duas diuiditur canonica. & quod not. de maior. & obe. omnes. de temporalibus dictis. & illud idem Innoc. de decim. nouum. & quod no. Ioan. 13. q. j. §. j. & Ber. de decimis. ad apostolicæ. de grege, qui pascitur in duab⁹ parochiis. & quod notat Host. de stagno piscium, & de lignis portatis ad portum, vbi carius venduntur. eodem tit. non est. vbi tenet decimam esse partim prædialem, partim personalem. sic ergo ista potest esse partim prædiali vnius ecclesiæ, & partim alterius. Quod autem vtra
22 que † ecclesia habeat integram, probatur. Si aliquis primo habeat vsum rei, & alius secundo vsumfructum. primus vero detrahit vsum, & secundus quod residuū est in fructu rei: ff. de vsufru. si alii vsus. j. responso. de vsu & ha. per seruum. in fi & l. sequent. in fin. sic porrinas primo detinet prima ecclesia, residuum detinet secunda ad instar hereditatis: de qua filius primo detrahit debitam iure naturæ, heres de residuo Trebellianicam, vel Falcidiam, sic & debita ex fideicommisso primo detrahuntur, & de residuo Falcidia. C. ad leg. Fal. irritum. de testam. Raynaldus. & c. Raynutius. vbi satis de hoc. ad idem faciat. eod. titul. officij & c. requisisti. Aequiparando igitur debitum iuris naturæ ad propositum ratione naturalis originis, dicemus illam prius detrahendam: reliquam vero de residuo. Item
23 certum est, quod fructus † non debentur ratione seminis, sed corporis: ex quo percipiūtur. ff. de vsur. qui scit fundum, in princ. idem de planta. C. de rei vend. si quis instit. de rer. diui. §. qua ratione. & de decimis non est dubium ex prædiis fructus, ex fructibus decimas simpliciter, ex corporum iure deberi, & sic vtrique ecclesiæ. ad quod bene faciant l. ff. ad municip. filij. §. 2. & l. ordine. in fi. & l incola. & l. de iure. §. 2. C. de municip. & orig. l. j. lib. 10. & optime l vltima. in fin. Præterea, il-
24 lud, quod est patrimoniale † munus, agnoscatur, vbicūque est patrimonium. C. de mulie. & vbi mu. sexui congruent. l. vna. in fi. Præterea, fingimus ista duo prædia, duos parentes porrorum. sicut ergo filius vtrunque parentem integraliter alere cogitur. ff. de lib. agn. si quis à liberis. circa prin. sic & de his porris dico, quo ad ecclesiam.

¶ Tertio, æquitas facit pro hac parte. Quid enim, si porrinæ non fuissent plantatæ? Idem in se sunt fructus: & ad vsum, & ad precium percipiendum, & pro secūda facit, quòd si porrinæ fuissent emptæ &c. vt supra dixi, Quartò opinio Iaco. pro his facit, de quo dicam infra. Quintò, facit regula: secundum naturam. ff. de regu. iur. & hoc eod. tit. qui sentit onus, cum suis cōco.

QVOD neutri. ¶ Sed contrarium, quod neutri scilicet debeantur, inducitur Num. c. 18. decimarum oblatione contenti, nil amplius possidentes. & Mal. 3. vt cibus sit in domo Domini. & 16. quæstio. j. reuertimini.
25 & quæstione 7. c. j. sed iure positiuo ecclesia † non constituitur sine dote. ergo cum clerici non sint contenti, nec illis indigeant, ergo nec illis debentur. Quòd vero sine dote ecclesia non sit construenda, patet, de cōse. distinct. j. nemo. de con. eccles. vel alta. cum sicut. vbi de hoc. in authen. vt nullus ædific. do. §. j. column. 5. ex quo ponimus eam dotatam. ipsius ergo rector & clerici viuant de fructibus ipsius dotis, & decimas non quærant. faciat ad hoc illarum partium consuetudo, in quibus decimæ non soluuntur: quæ videtur de iure naturali. suprà de paroch. capi. fina. de deci. commissum. ibi, solebant persolui. & capi. in aliquibusdā,
26 in fine. Potest enim † consuetudo, quod princeps. hoc est legem condere, interpretari & abrogare. & dixi de hoc de consue. c. fi.

¶ Sed princeps certis personis decimas remittit, vt patet de decimis. ex parte prima. quod, intellige vt no. 16. quæst. j. c. de decimis. §. si ergo. & de decimis à nobis. ergo & hoc potest consuetudo. nec debemus præsumere, Deum velle tantam multitudinem non soluentium decimas perire. de bap. maiores. vers. absit. Item pro maiori parte theologi, pręcipue mēdicantes, hoc tenent & prædicant, vt notaui de decimis. c. j. libr. eo.
27 respondent ad iura veteris testamenti pręceptum † de non soluendo, esse mortale, sed de quota soluenda, dicunt esse cæremoniale, vel iudiciale. sed communius dicunt esse iudiciale, cum cæremonialia veteris legis tempore nouæ non deberent ad literam seruari: iudicialia

cialia vero sic, licet non obligent ex præcepto.
¶ Ad authoritates noui testamenti, Matth.23.& Lu
cæ 11.& 18.respondent, q in eis dicitur: Væ qui decima
tis &c.ibi, hoc obtinuit fieri, scilicet, in veteri lege. Illa
vero verba, decimas do omnium quæ possideo, nõ fue-
runt præceptum Christi vel euangelistæ: sed quædam
ostentatiua narratio Pharisæi.
28 ¶ Potest autem præceptum † de decima, aliquid fi-
gurare. Cum enim denarius numerus quodammodo
sit perfectus. ad quod de consecration. distinctio. quin
ta. ieiunium. cum sit primus limes numerorum. illo e-
nim finito, reinchoamus ab illo. Quod per se patet. ha
bet idem designare quandam perfectionem, quam illi
tunc decimas soluentes habituri erant per aduentum
29 Christi. Innocentius vero per multas authoritates †
probat super rubrica de decimis: alias est gl. in vlti. ca.
de parochiis conuentualium iure diuino decimas de-
beri. & reprehendit hos nouos doctores attentantes
docere contraria doctrinæ 4. principalium doctorum
ecclesiæ. Ad dec. no. allegatas responde, vt notaui in
eis. Nos vero iuristæ tenemus decimas ei integras de-
30 beri. † sed saltem propter concursum dicemus neutri
deberi, vt sic inuicem se impediant: arg. ff. de vsufruct.
quoties. quibus mod. vsusfru. amit. l. 2. in fi. de leg. 3. hu-
iusmodi. §. fin. & plura exempla de hoc habentur ff. de
rebus dub. l. si ita fuerit. 3. respon. & faciat quod not. de
elec. c. pe. supra eo. lib. pro hac parte facit regula, quæ
in obscuritate iurium reum absoluit. eo. ti. cũ sunt par-
tium. & ff. eo. fauorabiliores.
¶ Posset etiam allegari, quod locus est gratificationi.
ff. de le. 2. si quis seruum. §. si inter duos, de cond. inde. l.
plane. ff. loc. in naue. ad Syll. si quis in graui. §. si cũ om-
nes. de rescr. c. pe. de elec. c. pe. lib. eo.
31 SOLVTIO. huius quæstionis † colligi potest ex
notatis per Vinc. Go. Innoc. Phil. & Iac. de decim. cum
non sit. vbi Vincen. ex verbo: incrementum. ibi in prin
cipio capit argumentum, & arguit secundæ ecclesiæ
decimam deberi. & illud ibi tenent assertiue Innocen.
Goff. & Phil. Iacobus vero tenet vtrique deberi. & ex
verbis suis videtur sentire vtrique deberi integrã. ipso
rum gl. ibi posui, & per prædicta patet Vincen. arguen
do etiam alios asserere concordes, quod secundæ de-
beantur, quod puto verum. Sed est sciendum, quod ex
porris plantatis dupliciter fructus habentur. alter est,
in semine producto per porrum. & de hoc fructu non
proponitur quæstio, quasi non dubia: cum illud semen
non solum nutriatur, immo etiam nascatur ex humo
huius prædij, nisi fuerunt secundo plantati: & sic fru-
ctus omnino alteratus. & sic idem de eo, quod de gra-
no, vel alio fructu. supra eo. de decim. ex parte 2. & cap.
tua & c. pastoralis. si proponitur quæstio de ipsa sub-
stantia porrorum. quam sumimus in fructu ad olus,
quod est optimum in Augusto, cum carnibus porcinis,
vel ad ipsum crudum comedendum, quod multis pla-
32 cet vel his similibus. Puto autem, † sequendo prædi-
ctos, de his integram decimam secundæ ecclesiæ debe
ri, vbi fuerunt plantati per ea, quæ dicta sunt supra in
parte 2. præcipue in ver. item quo iure. nã & si illæ por
rinæ fuissent furtiuæ, tamen parochialis ecclesia, quæ
in prædialibus prosequitur, quod suum est, exigeret
decimam. & quod plus est, etiam ab inuasore prædij:
vt no. eo. tit. ex transmissa. in fi. primæ gl. & 16. quæst. 1.
decimas. dico, quod prima ecclesia ab ipso domino por
rinarum & prioris fundi exigit decimam, ad æstima-
tionem ipsarum porrinarum. æstimatio autem debe-
bitur, quasi quo ad primum, & ipsius dominium per
radicationem secundi: sicut consumptæ. pro consum-
ptis autem bene soluitur æstimatio. 16. quæstio. 7. qui-
cunque. de transact. veniens. & nota. de rerum permut.
c. fina. de rebus eccle. non ali. et super. & per hoc, quod
dico decimam ad æstimationem porrinarum deberi
primæ ecclesiæ, soluta sunt quasi omnia iura inducta
in prima parte.
33 ¶ Ad id autẽ, q ibi allegabatur de causa † originaria,
quæ præfertur etiam in eadem re educatiuæ vel nutri-
tiuæ, & q mancipia distinguuntur genere vel loco nu
tritionis, facile respondetur. Locus enim larem habet.
34 & nutritur homo liber † vel seruus, non irradicat sibi
ipsum hominem, sicut humus porrorum, qui illum sibi
incorporat, radices protelat, humorẽ infundit, & qua-
litatem mutat. 56. dist. nasci. cibus etiam & potus non
irradicat sibi hominem, sed irradicatur ab homine. per
q etiam ipsius cibus & potus mutatur substantia, & sic
facit contra. Et sic etiam respondetur ad argumentum
35 dominæ Milantiæ coniugis † dilectæ. arguebat enim per
me super hac quæstione consulta ad instar principis.
In auth. vt iud. sine quoquo suffragi. § hæc autem om-
nia apud nos cogi. coll. 2. potiorem esse cãm prioris. di
cebat enim absurdum, q si filium suum alia mulier la-
ctat & nutrit, illius nutricis cã potior dicatur in filio.
responde. filius ille non irradicatur nec coaluit corpo
ri nutricis, sicut porrus humo. vnde si natura hoc ope-
raretur, q filius ille corpus nutricis reingrederetur ge
neratiua resumens principia, dicimus eum filium se-
cundæ, & non primæ.
¶ Ad dec. literis. respondetur, negari nõ posse, illum
clericum recipi authoritate illius, qui perfecit: quia
certũ est, per primas monitorias nullũ acquisitũ, q of-
ficeret: sed hoc solũ excludit, ne ecclesia illa dicatur gra
uata per illũ, quasi grauamen attribuendũ sit inchoan
ti. Prosequens enim, non potuit dici grauasse faciẽdo,
ad quod tenebatur ex quodam debito. honestatis.
¶ Ad gl. Inn. dico per concor. solutionis, quia illius
herbæ pastæ. licet transierit cum onere, debetur deci
ma in æstimatione, non in re consumpta. & sic etiam
satisfacit dec. pastoralis. & decr. cum non sit. ¶ Ad iu-
36 ra vero inducta pro ea parte, quod diuidatur † decima;
facile respondetur. si enim diuiditur, prædium ex com-
muni pecunia emptum, quid iuris? Idem de bonis cõ-
muniter, acquisitis. Idem in decima, pastus pecorum,
& de decima personali. Idẽ in canonica. in his enim,
& similibus neuter potior, nec apparet ratio, quare
plus vni, quam alteri, vel quare vtrique in terra inte-
gra debeatur. Eodem modo responde ad ea, quę indu-
cta sunt de concursu. In illis enim certum est, duobus
non deberi, sed vni. nec apparet, cui. & de hoc de iur.
patr. cum autem. de rescrip. c. pe. li. eo. si dicatur, quod
per prędicta deterior sit conditio coloni, quam si in
primo prædio plantasset, fateor, & sua voluntate su-
biit hoc munus. ad hoc præ. l. vlt. in fin. C. de munic. &
orig. lib. 10. & ad hoc. de off. dele. ab arbitris. lib. eod. &
quod ibi no. & forte etiam eradicatis porrinis, aliud
ibi seminauit, vel plantauit, ex quo fructum percepit.
Vel satis sit, quod hoc facere potuit: sicut & alias suffi
cit, q hereditas poterat esse damnosa. insti. de autho.
tut. §. 1. Hic sit proposita, allegata, soluta, & responsa
quisque studiosus, præcipue doctor, supplenda & cor
rigenda suscipiat. Me enim profiteor libentius disce-
re, quam docere.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio quæ facienda in beneficijs, & quæ in contractibus.*
2 *Priuilegium personale an reale sit, quod personis propter locum conceditur. 6. 8.*
3 *Verba indefinita in donationibus, pactis, aut priuilegijs, an retrotrahatur etiam in futurum, aut quomodo excipienda.*
4 *Priuilegium his, quæ in rerum natura non sunt, an detur.*
5 *Priuilegium restringendum, quod est contra ius cõmune, & tendit ad destructionẽ cẽsura ecclesiastica.*

6 *Tempus regulariter inspicitur in contractibus & te-*
stamentis.

QVAESTIO LXV. SVPER REG. Qui sentit.

ARGVMENTVM.

MONACHI in hoc priuilegiati, quod tẽpore interdicti abbas & cõuẽtus familiares suos possint admittere ad diuina: quæritur, an etiam familiares post priuilegiũ recepti, possint admitti: vt sentiant commodum qui sentiunt onus, per hanc regulam.

Vltra id allegantur quatuor ad hanc partem: totidẽ ad contrariam. datur solutio distinguens, & cõtrariis respondetur.

PRO AFFIRMATIVA. Aegid. ergo Cremon.
qui hanc quæstioné disputauit, allegabat ad hanc par
tem, ꝙ priuilegium indeterminate loquebatur, nó di-
stinguẽdo futuros familiares à præsentibus. sic ergo in
determinate sumatur 55. dist. si euangelica. 2 q. 4. consu-
luisti. 31. q. 3. ꝙ si cum concor. in his de hoc. & de coniu.
1 lep. quoniam. maxime, quia latissime † interpretamur be
neficia. de don. cum dilecti. in fi. & latius quam cõtra-
ctus. vt ibi. tamen in contractibus verbum indefinitũ,
respicit futura. Vnde grege obligato, veniunt etiá post
nata, in obligatione. ff. de pig. l. grege. C. quæ res pign.
ob. pos. l. fi. sic & pactum de non officiendo luminibus,
etiam futura luminaria compræhendit ff. de serui. vr.
præ. si seruitus. idem in edicto, ꝙ quisq; iur. ꝙ quia pœ
nale, fortius restringendum. & tamen trahitur ad futu
ra. ff. ꝙ quisque iur. l. 2. §. illud. Secundo, non potest dici
2 hoc priuilegium † personale, sed reale, ꝙ concessum est
monasterio, vel personis propter locum. facit ff. de re-
bus du. l. ciuibus & not. de testa. requisisti. & 12. q. 3. pon
tifices. vnde & familiares, qui nunc sunt, videntur esse
qui olim erant. 7. q. 1. denique. ff. de iud. proponebatur.
& probatur optime. ff. decen. l. forma. § quanquã. Ter-
tio, quæstionis videtur casus dec. quia circa. de priuil.
facit ꝙ not. eo. tit. cum capella. 16. q. 1. frater. Item bene
facit. ff. de lib. le. l. vlt. § Caio. vbi si testator mihi lega-
uit, ꝙ debebam, ꝙ post diem testamenti accedit debi-
to, legatum intelligitur. facit ad idẽ. ff. de fundo instr.
& instr. l. si mancipia. vbi legato fundo cum mancipiis
cedunt legato mancipia, quæ post testamẽtum colendi
fundi causa ibi testator induxit. Quarto, pro hac parte
multum facit absurditas insurgens ex contrario, secun
dum ꝙ mortuis familiaribus existentibus tempore da
tæ extinctum esset priuilegium contra id. supra eo. de-
cet. cum concord. & 25. q. 2. c. 1. & 2.

PRO NEGATIVA. In contrarium facit euita-
tio infinitatis: quæ posset incidere, sic omnes admitten
3 do. ad illam † autem vitandam intendunt iura, supra eo.
lib. de rescr. cum in multis. vbi vide concordan. Secun-
do, si vendo tibi fundum, exceptis lapidicinis, intelli-
gitur de tunc apparentibus, non post. ff. de contrahen.
empt. l. in lege. & ibi not. in gloss. penu. infinitatem, vel
nimietatem vitandam. sic & hoc. ad idem. ff. de aur. &
arg. leg. l. si ita. & l. medico suo. vbi si testator legat ar-
gentum suum vel vestem suam, intelligitur de his, quæ
sua erant tempore testamenti. non de postea acquisi-
tis. ad idem. ff de legat. 3. vxori. §. 1. & l. cum quis. in fin.
vbi in legato facto vxori de donatis vel eius vsibus cõ-
paratis. nõ intelligitur de donatis vel comparatis post
testamentum. Item, si stipulor, quicquid te dare vel
facere oportet, non includitur, nisi quod ea die debe-
tur. ff. de verbor. obligat. cum stipulamur. & l. si à colo-
no. & est simile. ff. de damn. infect. l. damni. §. si is. Ter-
tio, sequeretur ex contrario absurdum, quod daretur
4 † priuilegium his, quæ in rerum natura non sunt, con-
tra dec. de ecc. ædi. ad audientiã. 2. & quæ ibi not. Quar
5 to, id priuilegium † est contra ius cõmune: & tendit ad
destructionẽ censuræ ecclesiasticæ: ergo restringendũ.
de priui. vt priuilegia.

6 SOLVTIO. aut noui familiares in loco † primorũ
deficientium vel recedentium sunt assumpti post datã
priuilegij: aut sunt adiuncti primis, ad hoc manẽtibus
Primo casu putat illos gaudere priuilegio, cum videan
tur illi iidem. nec priuilegium sit simpliciter persona-
le, vt prædixi. inducit. ff. de mino. l. minor autem. §. non
solum. & l. seq. vbi patet ꝙ priuilegium personæ con-
cessum: si tamẽ potius propter rem datam, sicut ad suc-
cessorem transit: sic & res, quæ succedit in locum alte-
rius, illius iure & priuilegio censetur. supra vt lit. pen.
ecclesia sanctæ Mariæ. 1. cum concor. j. gl. Secundo ca-
su, subdistinguitur. aut adiunctio facta est iusta causa,
aut ex nuda voluntate. primo casu, vt quia auctum est
collegium monachorum, & auctę sunt facultates, ita ꝙ
maior familia necessaria est, tunc admissi gaudebunt
priuilegio, per inducta. pro hac parte facit de const. cũ
M. & ꝙ scripsi. de censi. quanto. ver. mensuram. sed se-
cundo casu non gaudebunt, ne censura eluderetur. vt
in fi. dixi. & quia fictio & falsa causa reprobatur in tali
bus. supra ti. proximo. eo. l. c. vlt. facit. de priuil. suarum.
& c. cum & plantare. §. de confratribus. ad hoc de deci
mis. suggestum. cum gl. 1 in fi. ¶ Ad iura, quæ videntur
obstare ei, ꝙ dictum est, priuilegium locum habere in
his, qui rationabiliter sunt assumpti, respondetur quod
7 procedunt in testamentis † & contractibus, quorum
tempus regulariter inspici tur pręcipue, vbi apponitur
pronomen, meum, vel tuum, vel suum. & si qua viden-
tur contraria, soluuntur in præallegat. l. si ita. & in l. fin.
C. quæ res pig. ob. pos. vide quod scripsi de iureiu pen.
Nec ob. l. si mancipia. de fun. instruc. quia prius dixe-
rat fundum, cum instrumento. adiiciens tamen. man-
cipiis: vt ibi not. nec l. ff. de pecu. leg. l. ei quoque. non
enim dicit, quod legato peculio, debeatur futurum,
sed quod legari potest futurum peculium. Vel aliud
esset dicere peculium indeterminate, & aliud cũ pro
8 nomine, suum, vel meum. ¶ In hoc † autem priuilegio
pronomen, suos. non impedit futuros, quia priuile-
gium erat reale, & propter eos datum, quibus conce-
ditur, vt amittantur. Item, propter mentem verisimi-
lem concedentis, per quam cum debeat esse perpetuũ
oportet pronomen suos, contra propriam significatio
nem, quę se habet ad nunc, trahi ad tunc, vt coaptetur
ei, cui admittitur, id est, perpetuitati. hoc probatur. ff.
loca. si vno. quæ lex alias. est. § sub. l. ex conducto. ff. pro
socio. sed & si adiiciatur. cum concor. vide quod scri-
psi supra. eod. priuilegium. super. j. glo. quod satis facit
ad quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum deuians à iure communi, quomodo in du*
bio interpretandum.
2 *In sermone generali, an persona loquentis compra-*
hendi debeat nu. 13.
3 *Locus à minore.*
4 *Sibi imputare debet, qui legem apertius dicere po-*
tuit.
5 *Emptionis contractus à consensu procedit.*
6 *Licentia verbum, quomodo accipiatur.*
7 *Dominus ancillam tradens libero in vxorem, illã*
manumisisse censetur.
8 *Officium duorum quis sustinere potest, in his, quæ*
voluntariæ sunt iurisdictionis. Et in quibus alijs ca
sibus id obtineat.
9 *Testamentum quod Principis conscientiam tenet,*
omnium testamentorum solennitatem superat.

10 Facti

10 *Facto suo à iure improbato an possit quis contrauenire, & consilium mutare. & nu. 18.*

11 *Ex eodem facto, vnum reportare commodum, & alterum incommodum, absurdum est.*

12 *Delinquendo alicuius conditio melior fieri non debet.*

14 *Verbum indefinitum & generale, de se omnia comprahendit.*

15 *Consensus prælati qualis requiratur in perpetua rei ecclesiastica alienatione.*

16 *Episcopus in facto suo an accommodare authoritatē suam possit. nu. 20.*

17 *Contrahere cum aliquo sapè quis prohibetur ratione officij.*

19 *Episcopus prohibens alienationem rei ecclesiastica sub pœna, si ipse aliquid emat, an pœna committatur.*

QVAESTIO LXVI. SVPER REG. Qui tacet.

ARGVMENTVM.

SI constitutio episcopi Bon. præcipit nullam alienationem immobilium rerum ecclesiarum fieri per clericos sine licentia episcopi, vitians contractum & addens poenam arbitrariam: & capitulum Bon. præmisso tractatu ipsi episcopo vēdat aliquas terrulas sine alia licētia, an locus sit poenis statuti. Et est Guidonis episcopi Mutinensis. Quā prolixam decurtabo.

Pro canonicis inducit tria prægnantia. Secūdo contra eos alia tria, primis contra respondentia. Tertio soluit contra episcopum per locum à minore.

PRO NEGATIVA. Primo cōprobabitur, constitutionem hoc casu locum non habere, ratione triplici, scilicet ipsius rei venditæ, & ementis, & vendentis.
1 Ad primum, si statutum †deuiat à iure communi, in dubio interpretationem recipit secundum ius commune. patet hoc de constit. ex literis. & procedit hoc etiā si sit iuratum, vt ibi. Ad idem de iureiur. ad nostram. 3. de verb. sign. super quibusdam. sed de iure terrulæ sine solennitate alienantur, & per episcopum sine c. 12. q. 2. terrulas, & vide quod not. ea. q. abbatibus. facit. e. q. bonæ rei. de do. cæterum. de testa. relatum. 2. §. licet autem. de re igitur modica non debet intelligi statutum, sed de his, quæ sine solennitate non licet alienari. 12. q. 2. sine exceptione. de his, quæ fi. à præ. c. 1. & c. tua. concordat opinio, quæ habet casus licitos alienationis nō includi in pacto apposito in traditione de re nō alienanda. quæ vide not. 10. q. 2. hoc ius. & de cōd. appo. verū. in vl. gl. Secundo probatur idē ex persona emētis, quæ in ge-
2 nerali †sermone comprahendi, non debet. de iu. iur. petitio. & quæ ibi not. 22. q. 5. de forma. ff. loca. qui insulam. §. si. C. de solutio. inquisitio maxime, qui nec talis videtur fuisse statuentis intentio, ad quā recurrendū est. de proc. petitio. de decimis. ex multiplici. deficit etiā ratio constitutionis, quæ est, vt episcopus prouideat contra dispendia ecclesiarū, quarum & clericorum pater dicitur. 48. dist. quorū vices. 16. dist. in scripturis. Immo, si diceretur de se intellixisse, inanis esset prouisio, cum in sua potestate foret consentire & dare licentiam. & pro tāto nullus potest sibi imperare. ff. de arb. l. pe. Ter-
3 tio, dicitur †idem ex personis vendentium. Posito enim non comprahendi episcopum, qui est caput, sequeretur non comprahendi suos canonicos, qui sunt membra. de his, quæ fi. à præla. nouit. 7. q. 1. scire. ad hoc faciunt. 21. dis. c. 1. & 1. q. 3. si quis episcopus. quod no. 61. dis. nullus inuitis. in gl. magna. & procedit hoc, cum propter honorem ecclesiæ cathedralis. de præb. quamuis. lib. eo. tum propter connexitatem. facit ff. quemadmodum seruitus amit. si cōmunem. & quod no. de iure. patron. c. vno. eo. lib. & vide quod no. de his, quæ fi. à prælat. cum apostolica. in gl. Ideo non, quod facit satis ad
4 casum. Concluditur ergo ex his tribus, † constitutionem in casu posito locum non habere, vt sic pro canonicis fiat benigna interpretatio. cōtra episcopum, qui legem debuit apertius dicere. hoc eod. ti. contra eum. cum concor. Pro hoc etiam facit, quod scripsi de testi. spo. cum venisset. ad fi. pro solutione contrarij. de decr. pastoralis. de priuil.

¶ Secundum principale, quod respicit regulam, ad defensionem canonicorum est, quod episcopus sic emendo, licentiam dedisse videtur. cum enim emptio
5 †à consensu procedat. insti. de ob. quæ ex contra. Episcopus emendo verbo & facto consensit. de his. quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. 63. dist. Adrianus. de præbend. dilecto. de priuil. cum olim. 1. nam si subscriptum testem esse, sapit cōsensum, propter quem etiam quis iuri suo renunciat. de transact. ex literis. fortius vbi quis principalis est author contractus, vt hic, si consenserit, licentiam dedisse videtur: cum iura permisceant ista duo. de elect. quorundam. 2. responso. libr. 6. facit eodem tit. quam sit. & c. si religiosus. coniuncta cum decre. post translationem. in princip. de renunci. ad idem. 71. dist. c. 1. & cap. hortamur. coniuncta cum casu, si quis episcoporum. 16. quæst. 5. sicut episcopus dispensando super pluralitate beneficiorum, dicitur dedisse licentiam non residendi in altero, vt no. 7. quæst. 1. si quis in clero. de præbend. quia in tantum. Item facit, quod no. 95. dist. ecce ego. in gloss. cum episcopus. hoc verbum
6 licentiæ, †in iure quandoque sumitur pro licentia generali. 16. quæstio. 1. cunctis. nisi addatur verbum, speciali. supra eod. libr. de elect. fundamenta. & de tempo. ord. c. 1. Item, quia ancilla contrahente, domino ignorante vel contradicente, non præiudicetur domino:
7 de coniu. ser. cap. 1. si tamen dominus †eam, vt liberam tradat libero in vxorem, illam manumisisse censetur. in authen. de nup. §. si vero ab initio. coll. 4. fortius si cum ea contrahat, sicut patronus contrahendo cum liberta, reuocat operas. ff. de ope. libe. liberta. 2. C. eod. titu. l. libertæ. ad hoc facit, quia vbi requiritur iudicis
8 †authoritas inter partes, si altera partium iudex est, ipsius sensus gerit authoritatem iudicis. hoc patet in adoptionibus & emancipationibus. ff. de adop. si consul. & l. seq. ad idem facit, quod de manumissione dicitur. ff. de manu. vindi. l. 1. & l. apud filium. ad idem quę leges coniunctæ. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. si consenserit. & eodem titu. l. Titius sine consensu enim creditoris non vendo rem sibi obligatam. sed si obligata erat duobus, & illam eis vendo. valet venditio. ad idē, eodem titu. Lucius Titius. vbi vxor cum viro tradēs rem in dotem, renūciat hypothecæ, quam habebat in illa. Item electus compromissarius, consentiendo electioni, auget numerum, & videtur elegisse. de elect. cum in iure. Idem, si electus erat consiliarius. eodem titul. cum in veteri. Itē, sicut se habet constitutio principis, ad principem: sic constitutio episcopi, ad epi-
9 scopum. sed testamentum †quod principis conscientiam tenet, omnium testamentorum solennitatem superat. C. de testament. omnium. ergo &c. Concludamus ergo interpretandum, vt res valeat. de verbor. significat. abbate. & large in fauorem contractus. de dona. cum dilecti. ¶ Tertiū principale pro canonicis est probare, quod dato, quod prædicta duo cessarent, non possit episcopus venire contra contractum, nec canonicos punire. Primo, per dec. veniens. de transactio. vbi quo ad transigentem valet contractus, licet non interuenerit superioris authoritas, quę requirebatur,

10 & regulariter non licet alicui venire † contra factum
suum improbatum à iure.de fil. pref. veniens. de cle-
ri. coniu. diuersis. nec mutare consilium. hoc eodem
tit.mutare.& in regula, quod semel. & si dicatur hoc
fallere,cum agitur de reuocatione rerum alienatarum
ab ecclesia.35.quæst.9.quod quis.& nota. in c. diuersis,
respondetur illud procedere , cum reuocat alienans,
sed hoc reuocare vult emens, qui emere non prohibe-
tur sine consensu episcopi,sed vendere.vide quod cir-
ca hoc dicam in parte 2.circa finem.Item, quod condē
11 nare non possit.probatur.† absurdum est,ex eodem fa-
cto vnum reportare commodum,& alterum incommo
dum.32.quæst.6.nihil iniquius.de adulte.c.pe. & vltim.
& de hoc de except.dilecti. sed hoc eueniret episcopo
rehabente preciū,& canonicorum pœnam imbursan-
do.de offic.ordi.dilectus. ergo &c. nam istos par faci-
12 nus inquinat,&c.15.quæst.3.sane.nec fieri † debet epi-
scopi conditio melior delinquendo. 16.quæstio.1. legi.
de præbend.eum,qui lib.eodem.& si deliquerunt cano
nici,adiuuit episcopus ad peccandum.2.quæst.1.notum
excipiunt ergo canonici,quod pari crimine infectus il
los iudicare non debet.3.quæst.7.qui sine. & c.postula-
tus & c.iudicet & facit quod no. Accurs.C.de li.cau. si
filium.& si dicatur,illum exceptione criminis repelli
nō posse,saltē eius authoritas illos excusare debet.7.q.
1.eū.qui.vbi de hoc.63.dist. Salonitanæ.28.dist.diaconi.
per quæ concluditur , illos per episcopum puniri non
posse.

PRO AFFIRMATIVA. ¶In contrarium cor-
respondendo prædictis,quod constitutio comprehen-
dit casum,ratione rei probatur sic: Noua lex pertine-
re non videtur ad casus prouisos.ff.de poenis. sanctio
legum.In magnis rebus autem prouisum est à iure.in-
telligatur ergo constitutio de paruis.quod etiam not.
vniuersale negatiuum. ibi , nullam alienationem &c.
facit 30.dist.c.1.de decim.ad audientiam. cum concor.
& si dicatur reduci ad ius commune,non ob.cum etiā
terrulas minores prælati sine consensu episcopi non
alienarent. 12.quæst 2.abbatibus. vbi hoc tenet Archi.
facit 17.quæst.4.in venditionibus. licet sine consensu
capituli id possit episcopus,vt in c.terrulas.Quod con
13 prehendat † etiam ratione personæ ementis,patet:quia
in generali sermone includitur persona loquentis.ar.
23.quæst.5.si non licet.vbi de hoc.ff.de pign. Paulus.&
vt no.in decr.petitio.de iureiur.Contraria sunt specia
lia.datur ergo.quod pro hac parte stat regula,quod pa
tet etiam,quia hæc pars conuenit propriæ significatio
ni verborum,à qua recedere non debemus.nisi ex cau
sa.22. quæstion.secund.is autem. de spon.ex literis.ge-
14 nerale autem † vel indefinitum verbum de se omnia cō
prehendit,de priui.quia circa.cum concord. Episco-
pus ergo statuens,in generali sermone,seipsum inclu-
dit,ne quod aliis prohibet,sibi liceat.9.dist.iustum.im
mo id facere non debet,à quo alios prohibet.de na.ex.
li.ven.c.vno.Itē de vendentibus canonicis patet quod
canonici cathedralis ecclesiæ bene intelliguntur no-
mine clericorum.de verbor.signifi.cum tibi.de priuil.
per exemptionem,libro.6.sicut ipsa cathedralis mater
continetur nomine ecclesiarum.de verb.sign.cum cle-
rici.licet in materia beneficiali & odiosa sit secus. de
præbend.quamuis.lib.eo. Secundo,quod emendo non
videatur dedisse licentiam,patet,quia alius est autho-
15 rizabilis † consensus, quem debet præbere prælatus , à
consensu contrahentiū:quia prius debet præberi cau-
sa cognita & approbata.10.quæstion.2.casellas alias.c.
huiusmodi.versi. quod si necessitas.quod hic non fuit
simpliciter contrahendo. & constat, quod contraxit,
vt quiuis alius.& venient argumenta,de tanquam.de
elect.cum inter canonicos & cap.cum inter vniuersas.
Et si dicas,quod saltem tacite consensisse videatur,re-
spondetur , hic requiri licentiam & consensum. nec
de iure sufficit tacitus in perpetuis alienationibus.de
his,quæ fi. à præ.cap.2.sed requiritur expressus & sub-
sciptio.eo.titu.c.1.12.quæst.2.sine.96.dist.bene quidem.
Tertio,item posito,quod dicatur, episcopum contra-
hendo consensum in se vel licentiam dedisse ita quod
constitutioni locus non sit , iure tamen communi vi-
16 tiaretur contractus: quia in facto suo episcopus † au-
thorizare non potuit. sufficiat hodie clemen. de reb.
eccle.non alie.si vna.& vide quod ibi not. debuit ergo
superior adiri in hoc contractu,sicut & aditur in iudi-
ciis inter prælatum & capitulum:vt not.de rescr.edo-
ceri.& 5.quæst.3.cap. vlt. & in iudiciis quasi contrahi-
mus.ff.de pecul.licet.§ sed si filius.alias.§.idem scribit.
17 Præterea,frequenter † videmus , quod ratione officij
prohibetur quis contrahere,vt iudex cum subdito. C.
de contract.iudicum.l.1.ff.de contrahend.empt.non li-
cet.œconomo cuilibet , & eius cognatis res ecclesiæ
vendi non potest.C.de sac.sanct.eccles.authen.quibus-
cunque.10.quæst 2.hoc ius.nec aduocatus cum clien-
tulo.3.quæst.7.c.infames.versicul. si quis adeo. & sequ.
& C.de postu.l.quisquis. Idem in medico, quo ad in-
firmum ff.de variis.& extraor.cog.l.medicus. & tutor
cum pupilla.C.de interdi.ma.l. si tutor.& facit.7.quæ-
stione.1.constitu.um.& quod ibi no.sic in proposito.&
18 quod possit punire † canonicos,videtur: quia quoties
factum improbatur à iure,licitū est alicui venire con-
tra factum suum.55.distinct. poenitentes. & de hoc de
elect.nosti.& potissime , cum tenetur de rebus eccle-
siæ male alienatis reuocandis.non obst. quod dixi su-
pra ante finem primæ partis , quia hic episcopus non
impugnat contractum,vt emptor,sed vt episcopus.cu-
ius licentia non fuit habita,quod facere potest inuitis
vendentibus.12.quæst.2.si qua de rebus.& c.præcariæ.
nec venit contra factum suum: quia hoc facis vt alius.
Contraxit enim vt priuatus , & reuocat vt episcopus.
3.quæst.7.d.cap.infames.versi.Si contra patrem.& facit
quod not.Hostiē.de præsumpt.literas.& vide quod ibi
scripsi super prima glos.de delegato,qui reuocat sen-
tentiam,quam tulit vt arbiter.Item ipse contrahen-
do non est transgressus constitutionem,quæ ipsum nō
eligebat,nec ligare poterat:vt supra dixi.Non est au-
tem nouum,quod in eodem facto duorum,vnus solus
pecet.32.quæst.5.proposito.Et si dicas,deliquit:hoc nō
repellit,sed ad iudicium ordinarij toleratur.8.quæst.
4.nonne.nec est verum , quia mulctando canones,fit
melior conditio episcopi.quia pœnam illam imbur-
sare non debet:vt no.de pœn.presbyteri.& vide quod
ibi dixi.

SOLVTIO Soluendo dixit Guido episcopū
19 non † audiendum:& pœnis statim locum nō esse:quia
si dicit contractum non tenere ex iuribus constitutio
nis,contrahendo consensisse,& licentium dedisse di-
cetur,per iura prima.nec dicatur de authorizatiōe in
facto proprio.hoc non est curandum,vbi de constitu
tione tantum quæritur.quæ non lædebatur,data licen
tia,qualitercunque verbo vel facto,expresse vel taci-
te,in scriptis vel sine.faciat ad ista,cle.de concess.præ.
ca.vno.vers.quin etiam.Si vero ex iuribus iuris com-
munis dicat contractum non tenere,hoc non proce-
dit:quia secundum no.t.12.quæst.2.abbatibus.inferio-
res in minutis non habeant necesse habere consen-
sum episcopi.Et si diceretur contraria opinio verior,
adhuc venditio episcopo fieri potuit.Non obst.quod
20 dicitur in facto † suo authorizare non potest:quia ca-
pitulum.17.quæst.4.& quod notat Io.in §.præcedenti.
loquitur,quando prælatus contrahit cum aliis eccle-
siis,non cum ecclesia cathedrali:& sic etiam loquatur,
de re.ecc.non alie.si vna.& vide quod ibi no.in gloss.
antepe.ad distinctionem facit de testa.requisisti.ad fi.
& est simile,quod scripsi de probationi.ex literis.su-
per versi.egressus.quomodo aliud,quando canonicus
agit super prædio præbendæ, contra canonicū aliud,
quando contra extraneum.

SVMMARIVM.

1 *Præsentandi ius an possidere & præscribere possint parochiani, & populus in sua ecclesia.*
2 *Patria nil dulcius, & solum genitale diligere, naturale est.*
3 *Parochiani ius ne præsentandi præscribant sine præscriptione patronatus.*
4 *Episcopus qui non est, an aliqua, quæ ad solos episcopos de iure spectant, præscribat.*
5 *Episcopi in primitiua ecclesia ad regenda loca transmissi, omnia prouidebant.*
6 *Patroni secundum iura antiqua nil iuris habuisse videntur in ipsis ecclesiis.*
7 *Ecclesiæ ordinatio olim solius intererat episcopi.*
8 *Præscriptio an contra priuilegia currat.*
9 *Quod nescitur, non esse dicitur.*

QVAESTIO LXVII. SVPER REG. Quod alicui gratiose.

ARGVMENTVM.

PAROCHIANI an possint præscribere præsentationem rectoris, siue parochialis ecclesiæ: cum illud sit locis parochianis gratiose concessum priuilegium, alium laicum vsurpandi.

Hanc quæstionem hic prosequar. Primo ponendo glosam quam posui de ele. querelam. Secundo ponam motiuum meum, & formã cuiusdã finis papalis. Tertio tollã responsionem, quæ fit ad decr. querelam. Quarto fortificãdo solutionem meã quinq; æquitatibus. Quinto tollam tria, quæ fundant opinionem contrariã. Sexto respondebo ad duas gl. vnam etiã decr. inducens. Septimo ostendam solutionem meã verissimã per locum à minore.

FR O. Primo sciendum, me sic scripsisse in decr. querelam de elect. super ver. populus. per hanc literam te-
1 nebat dominus me⁹ Marcellinus † nomine, ꝙ parochiani vel populus possidere & præscribere possunt ius præsentandi in sua parochiali ecclesia. facit 16. q. 1. sic viue. & c. si quis monachus. in fi. & quod ibi no. hic. & ꝙ no. 63. dist. in summa. & c. reatina. & quod not. Inn. infra eod. de elect. si quis. lib. 6. vbi vide super ver. abusum. & Compo. de rescr. c. vbi dixi post glo. in ver. quærit post. vbi in hoc patronos & parochianos æquiparat: per eũdem modum inducitur q. 30. Io. de Deo, quæ fundatur super præsentione populi. Ad idem infra eo. de electio. generali. lib. 6. dominus Io. de monte Murlo disputando terminauit hoc contrarium, respondens ad hanc decr. querelam. quod hic populus possidebat patronatum, non actum præsentandi tantum probans id per versiculum, salua. qui sequitur. & hoc etiam tenet Archid. qui plenissime de hac not. 71. dist. hortamur. concordat, quod not. infra eo. sacrosancta. & vide quod dicam de except. cum venerabilis. ad fin. in gl. not. quam primam sequor. quod hic non prosequor &c. & huc remitto. non displiceat illa iteratio, quæ decurtatione dicendorum dabit auxilium: qua etiam de causa, quæ allegat Archid. ad hanc partem, hic nõ repetam. & quia,
2 vt dicit Hieronymus super Ieremiam, naturale est †, vt quis genitale diligat solum, & nil habeat dulcius patria, huius patriæ consuetudinem & mei magistri opinionem defendam, iurisconsulti casum mutando, de quo ff. de arbitris. dicere autem. §. 1. propter quæ domino. & tertium quod dicam in fi. excusetur austera locutio quam submittam. Est autem præsciendum, quod tẽpore Nicolai quarti fuit, in curia quasi præsentatus à populo sanctæ Cæciliæ de Florẽtiã, cũ diœcesanus præsentationem ipsam noluisset admittere, appellauit ad papam, & fuit sentẽtiã lata pro ipso episcopo, quã papa confirmauit in certo tenore sententiæ, & confirmationis executores dedit: quas literas penes me habeo insinuatas, quarũ verba respicientia proposui super hoc.

¶ Nihilominus &c. dilecto filio C. presbytero & rectori ecclesiæ sanctæ Cæciliæ Floren. salutem. Ea quæ in iudicem & c. sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum te ad ecclesiã sanctæ Cæciliæ Floren. tunc vacantem per mortem &c. à parochianis ipsius ecclesiæ, ad quos de antiqua & approbata, & hactenus pacifice obseruata consuetudine præsentatio ad eandẽ ecclesiam, cũ vacare contingit, pertinet. venerabili fratri nostro A. episcopo Flor. fuisses canonice præsentatus, idem episcopus ad eandem ecclesiam admittere te contra iustitiam recusauit: propter ꝙ tu ad sedem apostolicã appellasti. narrat demum, quomodo duo auditores successiue dati fuerunt ad ecclesiam, & quomodo seruus pro ipso tulit sententiam, quã confirmat ipse in certo tenore. & fuit hoc apud vrbem veterem, pontificatus sui anno tertio.

¶ Ad executores autem, facta eadem narratione, cõcludit, ꝙ ipsi vel aliter præfatã sententiam authoritatẽ apostolica exequantur. Inducentes &c. & attestor, ꝙ in literis illis nil inseritur, ꝙ prædictum intellectũ immutet. Et licet iste sufficeret ad robur opinionis illius, de re iud. in causis. adhuc tamen opinionẽ & sententiam adiuuabo.

¶ Et primo, si tollatur responsio, quæ fit ad dec. querelam. ibi habemus casum. & propter responsionem illam videre volui antiquam, quæ tamen non auxit intellectum. Dico autem quod nulla necessitas cogit illum intellectum, ibi, salua. nec id sonare quod dicunt sed est eius mens, quod cum litera non dicat populum præscripsisse, sed solum possedisse actum præsentandi, ecclesiam sanctæ agathę, qꝫ se dicebat patronam, si ita erat, euincere poterat ex iure patronatus illum actum præsentandi à possessore: & tunc esset quæstio super iure patronatus, ex quo iure ageretur: & quod forsan per populum negatur: cũ ergo populus ibi non fuerit in causa, licet obtinuerit propter suæ possessionis commodum præsentatus: ab illo ad cautelam vel consolationem succumbentium, papa protestatus est, quod de suo iure patronatus agere possent contra populum: & sic habemus de quæstione casum. Item sententiam suprascriptam.

¶ Hoc autem fortificat æquitas: nam & si dicamus contrariam opinionem in laicis non parochianis procedere, cessat tamen in parochianis. & hoc triplici respectu. Primò, quia participant ex iure parochiali priuationem rectoris: possunt ergo participare creationem: facit de offi. Archi. ad hæc. in fin. in auth. de defen. ci. §. non habente. col. 3. & constat per conuersum. regula prima. suprà. eodem titu. in antiq. & ff. eod. tit. nihil tam.

¶ Ad primum de Simo. suam. & quod not. de offic. deleg. venerabili. in fin. tertiæ glos. de reb. eccles. non alie. si quis in gl. pen. & in decre. vt circa. post princi. de elect. lib. eod.

¶ Secundò, quia ipsis incumbit ab illo audire diuina & percipere sacramenta, propter quod æquum est, quod illorum proposito congruat. de postu. præ. cap. 1. ad fin. & experientia docet, quod efficacius laborat ad habendum idoneum, quam illi patroni in parochia qui non sunt.

¶ Tertiò, quia participant dotationem. nam sicut rector alimentatur ex datis per patronum, sic etiam ex obuẽtionibus, quas à parochianis recipit: & in quibus consistant, vide quod dixi, de parochiis. super rubrica: quarum consideratio habetur etiam interdum

in fundatione & dotatione.de ecc.edi.ad audientiam. j.& dixi de con.eccl.cũ sicut super j.gl. Et constat certas ecclesias omni alia dote carere.

¶Quid iuris ergo, si ad præsentationis actum possidendum & præscribendũ habiles esse dicantur abhorreo, quia iura vetera hoc permittebant eisdem, etiá in ecclesiis collegiatis.63.dist.Petrus.47.di.de Petro.61.dis. studij.63.dist.plebs.Diotensis.& c.Reatinæ.Item conclusionem Archi.quæ distinguit præsentationẽ à petitione, dicendo quod simplex petitio possit competere populo. de statu mo. quod Dei timorem. fateor cum non possedit præsentationis actum, secus in possidente alias tamé petitionem illam sine nulla possessione vna vetula de parochia facere posset. absurdum esset, non plus dare præscribenti, quam illi:& non plus toti parochiæ, quam vni parochiano Item aduertendum, quod hi qui tenent opin.contrariam, concedunt, quod parochiani bene possunt præscribere patronatum: & tunc licebit eis præsentare:& sic vitiant regulas, Qui potest totum, & partem.de of.del.pastoralis.§.j.cum cócor.& cui licet plus, & minus.supra eod.cui licet.concedunt enim, ꝙ honorem processionis & ius alimentorum in casu inopiæ vna cum actu præsentationis præscribere possint:sed tertium solis non.Cum tamen ex his tribus cóiunctus, & potissime ex secundo.plus grauetur ecclesia.

¶Ex hoc patet, ꝙ illi rigori multum resistit equitas: & si opponatur, hæc quandoque contingere, vt in exéplis, quæ posui.de translat.episcop. c.fin.super glo. sed nonne.

¶Sed respondetur, per id, quod no.de verb. sign.pro
3 pterea.in fi.vlt. gl.sicut ergo nõ † canonici præscribunt actum electionis prælati sine præscriptione canonicatus.de elec.Cumana.de causa possess.& propriet.cũ ecclesia. sic & parochiani sine præscriptione patronatus præscribant ius præsentandi.quasi ad id habiles per ra
4 tiones proxime dictas:sic & sine † præscriptione episcopatus, non episcopus præscribit aliqua, quæ de iure ad solos episcopos pertinent.de præscr.auditis.& c. cum olim.

CONTRA. ¶Restat tollere tria, super quib⁹ fundat Archi.opinionem contrariam, quá tanta operositate visus est persuadere, quáta falsitas indiget vt refutata videatur.vt in Io.ad Marcellam.xj.

¶Primum est, quia dicit liberam institutionem facere dotem, de iure ad episcopum pertinere. ad ꝙ inducit 6.iura, scilicet 10.q.j.c.j.16.quæs.7.nullus omnino.de of. Archid.cum satis.de capel. mon. c.j.vbi dicit expressum.de hæretic.cum ex iniuncto.in fin.de relig. do.de xenodochis. Huic dicto resisto, & dico nullum de capitulis allegatis probare id, ad quod inducitur. Primũ dicit, quod patronus non eximit ecclesiam à lege diocesana.

¶Secundum, quod non eximit dotem à potestate episcopi. Tertium & quartum dicunt, ꝙ episcoporum, non inferiorum, est committere curam animarum: cóiungo sextum, quo dicitur, ꝙ episcoporum est instituere & destituere.hæc duo confiteor ꝙ curam animarum committunt, & instituunt præsentationes à patronis. de insti.c.j.lib eo.sed nullo illorum iurium probatur, ꝙ habeant liberam institutionem, vt libere, quem volũt, instituant.alias sequeretur, cũ illa capitula non distinguant, quod etiam in collegiatis ecclesiis libere instituant, & episcopus quem vellet.contra decre.primam
5 de elect.& eo.l.tit.postquam.licet fatear, quod † in primitiua ecclesia, episcopi ad regenda loca transmissi, omnia prouidebant. & sic intelligitur quod nota. de elect quanquam.lib.eodem.ante medium magnæ glos. vt super ea scripsi. Item si decre. cum ex iniuncto.in telligeretur de libera institutione, ergo & libere destitueret:quod est falsum.16.quæstion.7. inuentum. cum concord. Vltimum vero capitulum dicit, episcopos debere esse solicitos.vt in hospitalibus seruetur hospitalitas Respondeo ad capitulum primũ.de capel.mo.vbi dicit expressum.certe non sic asseruisset, si ponderasset ibi textum per consilium monachorum & decre. vnicam.eodem titul.lib.eod.per quam patet intellectus illius.

Secundum, super quo fundat opinionem illam, est ex c.nouerit.10.q.j.per quod dicit Arch.inducens gl.c.
6 piæ mentis.16.q 7.patronos † secundum antiqua tempora nil iuris in ipsis ecclesiis habuisse. sed ipsæ ecclesiæ ad ordinationem episcopi pertinebãt:ꝙ fuit post modum immunitatum & gratiose concessum, ꝙ haberét præsentationem rectoris.16.q.7. decernimus. Hoc est patenter falsum:quod patet ex eo, quia illa duo capitula.nouerunt, & decernimus.simul manarunt in quarto concilio Toletano, vt ex ipsorum subscriptionibus patet:per quod capitulum, decernimus.ibi, offerant episcopo ordinandos.ostenditur, qualiter intelligatur litera illa, ad ordinationem episcopi.quam ponit capitul.nouerunt. quia scilicet ordinabit à patrono oblatum, i.præsentatum. Fateor ergo, quia nec olim, nec ho
7 die habuit vel habet patronus † dominium ecclesiæ vel suæ dotis. vt in c.nouerunt. præsentationem vero & alia iura tunc habuit, sicut nũc, vt in c. decernimus. alia capitula dicunt, quod non habet nisi processioné: ponitur illa processio pro patronatu, vt nota. in c.piæ mentis.

¶ Tertium, super quo fundatur illa opinio, est quod laici patroni de gratia sustinentur in hoc iure.16. quæst.5.c.j.de iur.pa.quoniam. quod est etiam annexũ spiritualitati: alius ergo laicus non patronus, illius iuris non est capax, & exaltat vocem in hoc.per c.sane. de priuil ad quod concordat hæc regula.De hoc dicto satis miror.sicut enim non concludit hæc propositio, rem alienam vsurpare non possum, ergo nec præscribere:ita nec sequitur, si quid per priuilegium est ali-
8 cui † concessum, per alium vsurpari non potest: ergo nec præscribi.cum certum sit quod contra priuilegia præscribitur.de priuile.accedentibus & c.si de terra. & facilius quam contra ius commune, vt not.de præscriptioni.ca.j.lib.eod.circa fin.magnæ glo.& dixi de off.ordin.conquerente.in gl.per talem circa med.Itẽ constat, quod qualia certis per priuilegium conceduntur, talia per alios præscribuntur.Patet exemplum in exemptione.de reli.do.cum dilectus.de priuileg.cum personæ.lib.eod.in libera receptione ordinum.de præscrip.veniens.coniuncto cum cap.cum olim.eo.tit.sic & in similibus.quod inseritur de annexione spiritualitati non mouet:cum certum sit hoc ius vt temporale transire in heredes, & per diuersos contractus transit etiam in extraneos.vt no.de iure patrona.cum seculum.& certum est per illos modos laicum ipsius iuris esse capacem:ita ergo erit & isto casu posset etiam ad id, quod de gratia dicitur, responderi per decre.cũ inter vniuersas.de elect.in fin.coniuncta cum decret. postquam eo.tit.& de postu.bonæ.j.& de rescrip.nõnulli.in prin.& c.sedes.& quod ibi nota.in j.gloss.Per hoc aũt sit responsum ad glo.Inn.in decre.cum venerabilis.de excep.qui dixit nullo iure causari, quod deficiente patrono, populus præsentet. concordatur de populo, qui non possedit, nec præscribit præsentationis actum.gl.decre.sacrosanct.non probat quod asserit.& textus ibi à contrario aperte facit contra glo. Decre.generali.malis gratibus Archidi.facit pro opinione prędicta.ná & si consideremus, prout ipse vult, ꝙ de patronatu non loquatur:patet tamen ibi, ꝙ antiqua consuetudo dat laico id, quod de iure non cadit in laicum.& per hoc sit responsum ad multa ex allegatis, quæ concludunt laicis nullam potestatem in ecclesiis in ipsarum iura vel bona concessam.

SOLVẽ

SOLVTIO. Ex prædictis concludo q aut constat ecclesiã habere patronos, aut non constat. primo casu, aut parochiani præsentarũt cum patronis. aut sine: vtroque casu propriè præscribitur contra patronos. de capel. mona. c. 2. & not. de præscrip. ad audientiã. & ipsorum patientia facit parochianos huius iuris possessores, institutione secuta, ad præsentationem ipsorum. iuxta ea quæ satis dixi. de resti. in integ. c. 1. & his casibus talis patientia iungatur ad rationes dictas supra ver. hoc autem. Si verò non constat, quod potest esse dupliciter, aut quòd constat alios nõ esse patronos,
9 aut quia nescitur. & hoc quod nescitur, †dicitur non esse. de con. dist. 1 solennitates. cùm certum sit ecclesiã habuisse homines fundatores, nisi miraculosè constructa fuisset, præsumemus eam per populum fuisse fundatam, potissimè, quia hoc est verisimile, & fieri cõsueuit. supra eo. inspicimus. & secundum hoc cõcludam, quòd exercitium vnius actus competentis patrono, erat possessio patronatus, quod est regulare, vbi plures actus ab aliquo iure dependent. de reli. do. ca. j. & hoc ex quo reliqui actus non apparent possessi per alium, nec ius commune circa ius illud fundat intentionem alterius, vt ibi dixi super gl. pen. & sic soluitur contrarium. & decre. auditis. de præscriptio. vt ibi dixi super pe. gl. & de capel. mo. dilectus. vt ibi dixi super vlti. gl. & secundum hoc saltem his vltimis casibus cedere oportet, tenentes opinionem contrariam, cui pro tanto sic restiti curiosè, quia cùm dominus meus, tempore quo familiaris & consiliarius suus eram, hanc opinionem sic, vt videbatur, plenè probatam, & per ipsius cãcellarium maximè factum episcopum approbatam, iuridicam æstimans, me clamante contrarium, hic seruaret eandem. multorum ciuium nihil se lædi putantiũ, fuit ab ipso charitas segregata.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ad quæ negocia sit inhabilis, in iudicio, & extra iudicium.*
2 *Suspensus & irregularis, an possint eligere.*
3 *Ordinis quæ sunt, an non habenti ordinem committi possint.*
4 *Iurisdictionis quædam sunt, quæ sine adminiculo ordinis exerceri non possunt.*
5 *Eligere qui non potest nomine suo, an idem poterit alieno nomine. & nu. 19.*
6 *Charitatis officia ordinatiùs procedunt à seipso.*
7 *Concedi vna via non debet, quod alia prohibetur.*
8 *Si de quo magis videtur inesse, non inest, nec id de quo minus.*
9 *Prohibito aliquo, & ea quæ ex illo sequuntur, prohibentur.*
10 *Impubes ad eligendum cum aliis, vt non admittitur, ita nec procuratorio nomine.*
11 *Prætor quos prohibet, in totum prohibet.*
12 *Edictum de procuratoribus est prohibitorium.*
13 *Vocem in Capitulo qui habeant.*
14 *Procuratorio nomine qui agere possint, qui id suo nomine non possunt.*
15 *Inferior superiorem iudicare non potest.*
16 *Episcopus nomine proprio clericos alterius ordinare an possit.*
17 *Libertus patronum licet suo nomine in ius non vocet sine venia, poterit tamen hoc licitè nomine alieno.*
18 *Cõmissio specialis ab homine facta, an plus cõferat potestatis, quàm generalis à lege data potestas.*
20 *Pœna restringenda potius, quàm laxanda.*
21 *Procuratoris officium, onus est, non honor.*
22 *Infames, procuratores esse an possint.*
23 *Verbum, debet, & possit. quid importet. & nu. 24.*
25 *Excommunicatio communicantibus inducit lepram peccati.*

QVAESTIO LXVIII. SVPER REG. Quod alicui suo.

ARGVMENTVM.

QVAERITVR, vtrum is, qui ex defectu ordinis vel alia causa vocẽ non habet in capitulo nomine suo, causam habere possit, vel debeat nomine alieno, si instituatur procurator habentis. Est fratris Huberti.

¶ Ad negatiuam 9. rationes inducit. secundò ad affirmatiuam quinque, quarum secũda multos casus includit. tertiò simpliciter soluit vnum membrum quæstionis, in alio distinguit, & subdistinguit.

PRO PARTE NEGATIVA. Allegat ergo primo quòd non, per hanc regulam, cui concordant canones. 46. distinct. sicut non suo. 23. q. 8. his à quibus. sed, vt ponitur in themate quæstionis, ille necesse non habet suo nomine, ergo nec alieno habere poterit vel debebit. Præterea dicitur in themate, vel ex alia causa, sed pone, quòd propter excommunicationem aliquis excludatur, nunquid alterius nomine admittetur?
1 non. quia excommunicatus †negocia propria tractare non potest, maximè spiritualia, siue in iudicio, siue extra. de iud. intelleximus. de excep. exceptionem. supra eo. lib. & eo. tit. pia. de app. pastoralis. in fi. de sen. ex. solet. eod. lib. 3. q. 4. nullus. 4. q. j. ca. j. & 2. 11. q. 3. cum excommunicato. sic nec procurator alterius potest instituti, extra. de probat. post cessionem. & idem fortè posset dici, quantum ad materiam nostram, de suspen-
2 so †& irregulari, maximè in actu electionis, quia licet non sit in eis periculum communionis. tamen ab actu eligendi penitus excluduntur. de consuet. cùm dilectus. de sen. excom. is qui. in fin. eod. lib. ergo tales, nec pro se, nec pro aliis admittentur. ¶ Secundò, si ex defectu ordinis sacri vel ætas debiti aliquis excludatur, de æta. & qualitate. in clemen. vt hi, qui. nullo modo admitti poterit nomine alieno, quòd sic probatur. Ea
3 quæ sunt ordinis †, non habenti ordinem committi nõ possunt, saltem ab alio quàm à papa, vt hic in gloss. sed necesse habere videtur esse ordinis, vt in præalleg. ca. vt hi qui in princ. ergo &c. sed si dicatur, quòd necesse habere non est ordinis, sed non habere est pœna nõ ordinati, vt bene apparet. in præ. deci. vt hi qui. 2. resp. dico, quòd ex hoc adhuc magis cõcluditur, nullo modo debere admitti. nam si commissio sibi ab alio facta hoc operaretur, sequeretur, quòd priuatus quilibet pœnam ordinariam iuris posset effectualiter remouere. hoc autem est inconueniens, cùm nec iudex videatur hoc posse. ff. ad SC. Turpil. & de abolit. l. j. canonizata. 2. q. 3 §. notandum. 2. vbi de hoc. nisi fortè per dispensationem, vbi potestatem haberet dispensandi, de iud. at si clerici. de schisma. fraternitati. 6. q. 1. ab excommunicatis. 9. q. 2. Lugdunensis. cum si. ergo non est dicendum, quòd talem commissionem admittat capitulum, à quo in pœna excluditur.

4 ¶ Tertiò, quædam sunt, †quæ licet sint iurisdictionis, adminiculo tamen ordinis exercentur, vt de causa episcopi criminali cognoscere. 23. distinct. illud. 3. quæst. 6. hæc quippe. 2. quæst. 8. capitul. j. & 2. Item clericum deponere. 15. q. 7. si quis. cum duobus. capit. seq. Item clericum causa disciplinæ verberare. 86. distinct. non liceat. & not. 45. distinct. In summa. hæc autem & similia. quæ licet iurisdictionis, adminiculo tamen ordinis exercentur, demandari vel committi non possunt ordinem nõ habenti, nisi sicut illa quæ verè sunt

ordinis,vt supra dictũ est.Ad quod facit præalle.c.nõ
liceat.86.dist.& not.expresse.95.d.c.j.circa fi.vlt.glos.
sed negari non potest,quòd ius vocis capituli & si non
sit ordinis propriè,sed iurisdictionis ordinis cum ad-
miniculo saltem quandocunque exercetur. vt in ca.vt
hi.Quis ergo demandare non potest ordinem non ha
5 bentisex quo bene concluditur, quòd si quo † nomi-
ne suo propter defectum sacri ordinis, saltem non ha
biti,vocem non habet, eam etiam habere non poterit
nomine alieno. ¶Quartò,si iste excluditur nomine
proprio, fortius debet excludi nomine alieno. quod
sic probatur. Gertum est quòd siue ad beneficia,quæ
6 de virtute charitatis † procedunt,siue ad actus iure ci-
uili prohibitos,prius & potius admittitur quis pro se,
quàm pro alio. Primum probatur ex eo, quia primo
debet quis sibi subuenire, quàm alteri, cum formam
dilectionis proximi debeat quilibet accipere à seipso.
23.q.5.si non licet. de pœnit.dist.2.charitas.2. & dist.3.
qui vult not.42.dist.quiescamus. Secundum satis pa-
tet, nam si alioqui prohibentur postulare, nihilomi-
nus pro se admittuntur. 3. quæst.7.§.verum. vers. alij
prohibentur.legitur & not.de pœni.d.j.nemo.quæ est
lex posita.C.de postu.bene facit ad hoc. de iur.iuran.
petitio.Item illi qui alias accusare prohibentur, pro
se admittuntur proprias causas prosequendo.2.quæst.
j.prohibentur.4.q.vlti.omnibus. Bene ergo sequitur,
quòd vbi quis pro se non admittitur, nec pro alio.er-
go cùm actus iste, de quo agitur, sit prohibitus à iure
ciuili & canonico positiuo,vt not.j.dist.ius autem.vbi
quis pro se non admittitur,multò fortius pro alio non
recipietur. ¶Quintò,si diceretur talem admitti de-
7 bere vel posse,sequeretur,quòd concederetur ei † vna
via id,quod alia prohibetur. hoc autem est inconue-
niens.ergo. Et primum inconuenientia consequentis
apparet,de procura.tuæ.hoc eod. titul. cùm quid vna
via.cum no.ibidem.maximè cum in prohibitione ista
legislator respectũ habuit ad rem prohibitam tãtum,
non ad modum vel viam prohibendi. vt in prædicta
regula not.Consequentia satis patet. Parum enim re-
fert,ista admitti pro se vel pro alio,dummodo admit-
tatur. & maximè vbi simpliciter constitutus est pro-
curator,non data sibi certa speciali forma, vtpote de
certa eligenda persona.tunc enim, cùm simpliciter cõ
stitutus liberum habet arbitrium,ac si iure proprio in
teresset.de elec.si quis iusto.§.porrò.supra eod.lib.
¶Sextò dicit illa deci.quòd non habeat vocem, etiam
si hoc sibi ab aliis liberè concedatur,ex quibus verbis
8 sic arguo: Si de quo † magis videtur inesse, non inest,
nec id de quo minus: sed magis videtur,quòd totum
capitulum posit sibi hoc concedere,& non potest, vt
ibi, ergo multo minus vnus per suam commissionem
hoc potest facere.Maior probatur. 32. q.5. si Paulus.&
q.j.si ergo.& c.Moyses.6.quæst.j.imitare. quòd autem
capitulum plus posit, quam vnus solus, satis proba-
tur de his quæ fiunt à ma.par.c.c.j.ad hoc.63. distin.c.
vltim.non ergo vnus poterit hoc sibi concedere,quod
totum capitulum non posset.& hoc est quod voluit di
cere illa deci.2 respon.ibi, nullo modo vocem in ca-
pitulo habeant &c.quasi dicat, nullo quæsito colore,
9 nulla via,pro se vel pro alio. ¶Septimò,cùm † quid
prohibentur,omnia prohibentur quę sequuntur ex il-
lo.de consti.nam concupiscentiam.hoc eod.titu.cùm
quid.cum sua materia. Item prohibentur omnia, per
quæ potest veniri ad illud.de vit. & ho.cleric. cùm ab
omni.hoc eod.titul.cùm quid vna via.etiam si illud a-
lias bonum esset 21.dist.denique.63.distin.§.verum.sed
debere admitti vt procuratorem alterius, sequitur ex
hoc,quod est habere vocem nomine suo. quod sic pro
batur,dicit dec. q; absens in loco,de quo dicit vocari
impeditus,committat vni de collegio vicem suam,de
elec.quia propter.§.illud.alias autem nisi esset de col-
legio,non tenerentur canonici illum admittere, supra
eodem lib. de ele.si quis iusto.§. absens. quod intelli-
go de collegio.quantum ad actum capituli,etiam si a-
lias non sit de gremio,de consu.cùm dilectus.de elec.
scriptum est.ergo si procurator absentis, ad hoc vt ex
debito admittatur,debet esse de collegio,id est, vocẽ
habere,ergo admitti ex debito nomine alterius, bene
sequitur ex hoc.quod est admitti nomine proprio, vel
saltem ex quo peruenitur ad illud,maximè vbi simpli
citer constituitur procurator, vt superius dictum est
per prohibitionem ergo quod non habeat vocem no-
mine suo,omnia prædicta & similia intelliguntur es-
se prohibita. ¶Octauò, certum est quòd impubes
10 non admittitur † cum aliis ad eligendum. de elect. ex
eo.supra eod.lib.& est ratio, quia discretione in tali-
bus debita caret,vt ibi dicitur.Nunquid ergo admit-
tetur vt procurator alterius?certè non, propter ean-
dem rationem.nam procuratorium non dat ei discre
tionem,quam naturaliter eum habere non posse præ-
sumitur.Item ex alia ratione,quia aut esset iste procu
rator ad lites,aut ad negocia:si ad lites, requiritur æ-
tas 25.annorum.si ad negocia, quod magis videtur, vt
de procur.c.vlt.eod.lib.requiritur ætas 17.ann.& eod.
titul.qui generaliter.§.fin.sed cùm iste dicatur impu-
bes,infra 14.annum. ad neutrum procuratorium suffi
cientem habet ætatem: vnde procurator alterius nec
poterit institui,nec debebit admitti. & quod de impu
bere dictum est ratione discretionis qua caret, idem
intelligendum est de furioso, cùm eadem ratio sit.ad
hoc.3.q 7.§. tria.15.q.j.§.itaque vt ex.de succe.ab intes.
cùm dilectus.de spon.dilectus.32.q.7. neque furiosus.
& nota.in præ.c.ex eo. ¶Nonò,iura prohibentia non
distinguunt pro se vel pro alio, sed simplicitur dicũt,
quòd vocem non habeat,ergo nec nos distinguere de
bemus, sed simpliciter dictum, simpliciter intellige-
mus.2.q.4.consuluisti.55.distin.si euangelica.32. q.vlti.
non solum.in fine.ergo indistinctè nec pro se, nec pro
11 alio admittetur.quos † enim prętor prohibet,in totum
prohibet.ff. de postul.quos prætor. Ex quibus satis cõ
cluditur, quòd qui non habet vocem nomine suo,alie
no nomine habere non poterit, vel saltem non debe-
bit, immò si contrarium fiat,non valebit, & talis vox
non auget numerum,quia cõtra legis prohibitionem
factum est.eod.titul.qui contra ius. 10.dis.vides. cum
sua materia.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.In con-
trarium videtur,quòd & si admitti non debeat nomi-
ne proprio,tamen debebit vel poterit tanquam procu
rator nomine alieno,& hoc sic. Edictum de procura-
12 toribus † prohibitorium est, vt is censeatur idoneus,
qui expressè non prohibetur.cap.j.de procurat.eodem
lib.ff.eo.l.mutus.§.j.vbi de hoc.instit. per quas perso.
nob.acquir.§.vltim.sicut & de teste dicitur.ff.de testi.
l.j.& de matrimonio contrahendo.de spon.cum apud
30.q.4.qui spiritalẽ.sed hic, de quo agitur, nullo iure
expresso à procuratorio prohibetur.& sic tacitè fortè
dici valeat prohiberi,vt supra dicitur, ergo tanquam
idoneus procurator,alio non obstante, poterit & de-
bebit admitti. ¶Secundò,habere vocem in capitulo,
non est malefactum, nec alias de sui natura illicitum
de quibus tantum locum videtur habere hæc regula.
quod alicui.& 46.distin.sicut non suo.& ideo licet ali-
quis circa leges ratione non habeat vocem suo nomi-
ne non propterea minus admitti poterit & debebit no
mine alieno, nisi is expressè prohibitum fuerit, vt est
13 dictum.Nam certum est,quòd hi, † qui non sunt de col
legio,non habent vocem suo nomine: immò & tacitè
à contrario sensu videretur prohiberi, ne fiant procu
ratores aliorum,& sic pro aliis non admittantur.de e-
lectio.quia propter.§.illud.ibi, de ipso collegio &c.
quasi à contrario non alij. & tamen, quia expressè non
est prohibitum, si instituatur procurator, poterit ad-
mitti,vt ibi nota.& est expressum.eod.titul.si quis iu-
sto.§.

fto.§.vltimo.eod.libr. Quòd autem in aliis, quàm in
maleficiis, non habeat locum præsens regula, immò
verius in talibus posſit quis alieno nomine, quod ſuo
non poſſet, probatur multis iuribus & exemplis. fili-
14 us famil. regulariter † per ſe agere non poteſt, ſine pa-
tris conſenſu, & tamen vt procurator pro alio non in-
iuſtè admittitur ad agendum. de procur. non iniuſtè.
nec in hoc requiritur patris licentia, vt eod. tit. qui ge
neraliter. §. nedum. ſupra eo. lib. Item minor 25. anno-
rum rem ſuam alienare vel aliter ſe obligare regulari-
ter non poteſt, & tamen ſupra 17. annum, alterius ge-
rendo negocia, valebit alienatio vel obligatio facta
ab eo, pro illo cuius negocia gerit, vt eod. tit. qui gene
raliter §. vltim. Item laicus ſpiritualia pro ſe tractare
non poteſt, cùm talia habere vel poſsidere non poſsit,
de iudic. decernimus. & tamen tam agendo quàm de-
fendendo in ſpiritualibus poterit eſſe procurator al-
terius. eod. titul. c. j. eod. lib. Item matrimonium car-
nale per procuratorem contrahitur. 32. q. 2. honoran-
tur. ſupra eod. lib. de procur. ca. vlti. Sed pono, inhabi-
lis ad contrahendum pro ſe inſtituitur procurator, vt
contrahat pro alio, vtpote ſolenni voto adſtrictus, vel
vxorem habens, vel conſanguineus, vel affinis illius,
cum quo vel qua contrahi debet, nunquid dicemus,
quia iſte ex cauſis prædictis vel ſimilibus pro ſe con-
trahere non poſſet, quod pro alio ad hoc non poſsit
procurator inſtitui? non certè, cùm hoc non ſit expreſ-
ſum, vt ſupra dictum eſt. ſic ergo à ſimili, prohibitus
contrahere pro ſe, matrimonium ſpirituale eligendo,
poterit nihilominus contrahere pro alio. Similitudo
autem iſta bene ſtare poterit. de translat. epiſco. inter.
15 7. q. j. ſicut vir. & ca. ſicut alterius. ¶ Item inferior † ſuo
iure ſuo nomine ſuperiorem iudicare non poteſt. de
ma. & obe. cùm inferior. 21. diſtin. inferior. nec ei præ-
poni debet. 93. diſtinct. à ſubdiacono. & tamen alterius
nomine, cuius vice fungitur, & iudicabit eum, & præ-
ponetur ei. 74. diſtin Honoratus. 93. diſt. c. vlti. 94. diſt.
c. j. de offic. leg. ſtuduiſti. de offic. deleg. ca. j. & c. ſanè.
cum ſi. Item ſi habeo ſeruitutem eundi per fundum
tuum, non potes me prohibere euntem, alium autem
non habentem ius prohibere poſſes, niſi in caſibus cõ
ceſsis. j. diſtinct. omnes leges. 23. quæſt. 2. dominus no-
ſter. Sed pone, quòd vadit aliquis nomine meo, qui a-
lias proprio nomine non poſſet, nunquid eum prohi-
bere poteris? dicit lex, quòd non. quia ſi ei non liceat
nomine ſuo, licet tamen nomine meo, hic eſt caſus. ff.
de verb. oblig. ſi ſtipulatus. 2. allegata 93. diſtin. c. vlti.
16 Item epiſcopus † nomine proprio clericos alterius or-
dinare non poteſt. 9. q. 2. nullus primas. & tamen nomi
ne proprio epiſcopi hoc mandantis eos poterit ordi-
nare, eadem cauſa & quæ Lugdun. 81. diſtinct. per to-
tum. de tempor. ord. c. j. lib. eo. de præben. ſi epiſcopus.
17 Item certum † eſt, quod libertus non poteſt patronum
in ius vocare ſuo nomine. 11. quæſt. 2. c. epiſcopus. verſ.
ſi ſine. & verſ. qui manumittitur. quæ ſunt leges poſi-
tæ. ff. de in ius vocand. & tamen hoc poterit licitè no-
mine alieno. ff. eodem titul. quæſitum. & not. in præ. c.
qui manumittitur. 11. quæſt. 2. & not. 2. quæſt. j. prohi-
bentur. in gloſſ. niſi atrocem. &c. Item generaliter v-
bicũque alteri licitè delegatur vel committitur, quod
ſine delegatione vel ſibi facta commiſsione exercere
non poterat, vt apparet in allegatis, & de electio. cau-
ſam quæ. & ca. cùm inter canonicos. cum ſim. Ex qui-
bus omnibus patet, quod contrarium regulæ proban-
tis, ſcilicet, quòd poſsit quis pro alio quod non poteſt
pro ſe, habet locum non ſolum in his exemplis præ-
miſsis ſed etiam in his, quæ non ſunt mala vel illicita.
& non ſolùm in his, quæ nullo modo ſunt illicita, vt
in multis: quæ quamuis in ſui natura non ſunt de ge-
nere malorum, applicata tamen ad certam perſonam,
quantum ad illam illicita ſunt, vt apparet in epiſcopo
ordinante, liberto vocante in ius. quamuis enim, ordi-
nare, vel in ius vocare, de ſui natura non ſunt mala, id
eſt, de genere malorum, applicata tamẽ ad epiſcopum
alienum & libertum, illis mala & illicita ſunt, quod
bene apparet in pœnis ſtatutis in iuribus allega. illud
prohibentibus. niſi enim illis eſſent illicita, nõ adiice-
retur pœna. de conſtitut. cognoſcentes. cum ſua mate
ria. ar. de pœnit. diſt 2. c. vt cognouerunt. § opponitur.
verſ quòd nulli leue &c. 24 q. j. non aſſeramus. 23. q. 4.
qui peccat. & tamen in eis non habet locum regula,
ſed eius contrarium, vt ſupra probatum eſt. Et videtur
18 eſſe ratio in omnibus prædictis, quia † plus confert ſpe
cialis commiſsio facta ab homine, quàm generalis po
teſtas data à lege, quod dic. vt no. ſupra eo. lib. de offi.
delega. is cui. Prædicta igitur ad caſum noſtrum appli
cando, certum eſt, quòd habere vocem nullo modo ſit
illicitum, vel ſaltem non de ſui natura de genere ma-
lorum, & ſi fortè vellet aliquis dicere, quòd perſonis
19 † prohibitis contra iuris prohibitionem ſe ingerenti-
bus hoc ſit illicitum, & ſic tales, licet non admittantur
pro ſe, non tamen repellentur pro aliis: vnde interpre
tabuntur iura prohibentia, quòd non habeant vocem
in capitulo, ſ. nomine ſuo, habere tamen poterunt no
mine alieno.

¶ Tertiò, regula iſta, quòd alicui &c. intelligitur,
quòd quando id, quod faciendum eſt nomine alieno,
tendit ad eundem effectum, & eundem conſequitur,
ſicut ſi fieret nomine ſuo, vt in præall. c. ſicut non ſuo.
alias ſi idem effectus non ſequitur, habet locum con-
trarium regulæ. ſic intelligit eam dominus Dy. vt not.
ſuper ea. in fin. gl. ſed certum eſt, q; non habet eundem
effectum vox in capitulo, nomine alieno, ſicut ſi eſſet
nomine proprio, maximè ſi habet non ſimplex & libe-
rum, ſed certum & limitatum mandatũ, vtpote de cer
ta perſona eligenda. vt ſupra eo. lib. de elect. ſi quis iu-
ſto. §. porrò. nam tunc non habet liberum arbitrium,
nec poteſt eligere quem vellet, quod haberet & poſſet,
ſi intereſſet nomine proprio. propter quod prædicta
regula non obſtante, ſaltem cum ſic limitato manda-
to, ad certum articulum admitti poterit, & debebit.

¶ Quarto, de non ordinatis ad ſacros, vel ad ordi-
nem debitum. infra annum dicit decret. quòd non ha-
beant vocem in capitulo de ætat. & qualit. clement. vt
hi qui. j. & 2. reſpon. quod in pœnam talium eſt ſtatu-
tum. ſed licet aliquis talium admittatur pro alio, non
debent propterea vocem habere in capitulo. & ſic ipſa
decr. non obuiat, nec contra eam aliquid per hoc fieri
dicitur, quod probatur ex verbi propria ſignificatio-
ne. habere enim propriè eſt, eſſe dominũ rei, vel ſaltem
poſsidere ff. de verb. ſig. habere. not. 13. q. 7. c. quod au-
tem. ſed bene certum eſt, quòd ille, qui intereſt pro a-
lio, nec eſt dominus talis iuris nec poſsidet illud, im-
mò ille cuius nomine intereſt. de reſti. ſpo. cum veniſ-
ſet. de præſcrip. ſi diligenti. cum ſuis concor. ſi ergo i-
pſa dec. non obſtante, & nullo alio iure aliter prohibi-
te, talis & ſi non pro ſe, poterit pro alio, & debebit ad-
mitti. quòd autem ſecundum verbi proprietatem re-
ſtringere debeamus potius, quàm contra eam amplia-
re intellectum, patet ex generali ratione pœnarũ, quę
20 de ſui natura † reſtringendæ ſunt, non laxandæ. de pœ.
diſt. j. pœnæ. eo. tit. in pœnis. cum ſua materia.

¶ Quintò, non poteſt dici, q; iſte contra mẽtem dec.
honoretur in voce capituli, immò potiùs oneratur. of
21 ficium enim procuratoris † non eſt honor, ſed onus, &
ideò licèt ſit actus legitimus, i. à lege approbatus, tamẽ
22 infami † cõmitti poteſt, cui aliàs dignitatũ vel honorũ
portæ patere non debent. de excel. præ. inter dilectos
quod dubitatum videtur ſecũdum iura ciuilia. Inſt. de
excep. § vlt. & no. de iur. ca. imperatorũ. in gl. vlt. Idem
eſt de iure canonico, niſi in procuratore epiſcopi. vt
legitur, & no. diſt. 90. accedẽs. in ſi. & hoc maximè quã-
do habet limitatũ mãdatum, quia tunc non habet ho-
norẽ liberi arbitrij, ſed onus tantùm certi miniſterij.

intelligitur conditio. Si sibi placuerit, seu consense-
3 rit. supra eod. lib. de præb. si tibi absenti. Item, †vt di-
cit, sicut dos non potest esse sine matrimonio. C. de iu
re doti. l. 3. sic nec acquisitio secundæ sponsæ spiritua-
lis, nisi liberatus sit à prima, ad id supra de secũdis nup.
cap. 2. & 4. Sed in primo casu quantumcunque sit pura
4 †promissio, intelligitur conditio, si secutæ fuerint nu
ptiæ. ff. de iure do. stipulationem. & l. plerũque. §. si an-
te. ff. de testa. mili. l. ex eo. 93. dist. si qui episcopi. sic &
translatio quantumcunque pura debet intelligi. Si nu
ptiæ tamen secundæ fuerint secutæ. ar. ff. de leg. j. lega
tarius. 2. responso.

PRO PARTE NEGATIVA. In contrariũ alleg. ff. de bon. poss. ex tex. milit. l. j. in fin. sed dicit il-
lam intelligi, sub prædicta conditione de consensu
translati. vide quod not. de priuilegiis. c. pen. in j. glo.
& quod super ea dixi. dat simile, quòd res donata ac-
quiritur donatario reuocabiliter, cum conditione, sci
licet, si respuerit, vt prædicta decret. si tibi. sic legatum
5 spei †, mortuo testatore, transfertur in legatarium. ff.
de furt. à Titio. ff. de leg. 2. cùm pater. §. surdo. sub con
ditione tamen, si voluerit. ff. de leg. j. Si ita legatum. § il
li, si volet. hinc est, quòd hac pendente, etiam pendet
factum heredis in alium transferentis prædictum le-
gatum, vt legatario respuente, firmetur factum here-
dis, & eo legatum agnoscente, infirmetur. ff. si certum
petatur. l. proinde.

SOLVTIO. Pro quo concludit, habentem rega
lia nihil percipere de prima, sicut de non vacante an-
te consensum translati ad secundam. maximè, quia i-
ste pugnat contra ius commune, quod vult conserua-
ri fructus futuro successori. supra de of. or. cùm vos. su
pra eod. lib. de electi. quia sæpe. stet ergo firmum, quod
priuilegio vel præscriptione mutatum nõ apparet. C.
de appel. præcipimus. in fine. fatetur tamen, quòd pa-
pa ex causa posset transferre episcopum inuitum, sal-
tem quò ad hoc, vt careat: prima sit ratio, quia tota ec-
6 clesia †est vnum corpus mysticum, vt in Canticis: Vna
est columba mea. supra de summa Trin. & fide cathol.
firmiter. §. vna. 7. quæstione j. Nouatianus. 24. quæst. j.
loquitur sponsus autem est huius columbæ, & caput
huius corporis. sicut ergo papa videns vnum membrũ
ipsius corporis inutile, propter persecutionem immi-
nentem, ex ipsius persona qui possidet, vel propter a-
7 liam iustam causam, vt corpus † potest sanare, ita de-
bet ex officij debito huic morbo antidotum præpara-
re. alleg. 7. quæst. j. pastoralis. & quod no. Innoc. de re-
8 nunc. nisi. § j. quod ex eo patet, quia prælatura †est ad
finem, vt prosit. si finis iste frustratur, pastor habet sa-
nare, quod est ægrum. vt dicto cap. nisi. §. propter. Sed
si papa propter sua merita volens episcopum hono-
rare, intendit sibi placere, si displicet, iste remanebit in
statu priori, ne retorqueatur in eius læsionem, quod
fiebat ob eius gratiam. per hãc regulam, cum concor.
Sciendum est, quòd Aegidius Cremonen. in sua dispu
tatione, de qua statim subdam, visus est tenere contra-
rium, dicens, quòd si Bon. episcopus ad postulationem
capituli Rauen. etiam hoc ignorans trãsferatur ad ec
clesiam Rauen. & ideo expectato ipsius cõsensu desiit
esse Bon. & si hoc de illo intelligatur, qui licet ignorat
translationem, sciuit tamen postulationem, cui licet
non consenserit, submisit tamen se voluntati papali,
iuxta no. supra eod. lib. de elect. cupientes. §. denique.
in glo. scilicet, ex quo tunc cessaret contradictio.

QVAESTIO alia affinis. Sciendum est, quòd Ae-
gidius ponebat in quæstione prædicta pro dubio, an
valeret electio facta ad ecclesiam Bon. per capitulum
Bononien. postquàm audiuit, non tamen certitudina-
liter ipsam translationem factam fore, cùm tamen ipse
episcopus adhuc regeret Bononien. ecclesiam &c.

PRO eius negatiua. Et quòd non valeat, inducit
communem opinionem, quòd adhuc habebatur epi-
scopus. quæ sicut inualidum facit validum. 3. q. 5. §. ve
rum. de iure patron. consultationibus, de bigar. nuper.
eadem ratione de alias valido facit inualidũ. arguen-
do à simili per contrarium. de pœnit. distin. 2. §. ex con
uerso. Item non dicitur translatus, nisi possessionem
9 habuerit. 61. quæst. 2. si quis tam. Item non †debet mu-
lier contrahere, quæ audiuit maritum mortuum, nisi
de hoc sit certificata. de spons. in præsentia. Idem in
capitulo. facit ff. de acquiren. rerum domi. l. res ex mã
dato. de acquiren. heredita. l. qui hereditatem. & l. he-
res j. nam ex quo pro certo nesciunt ecclesiam vacare,
non debent eligere, per iura prædicta. facit quod not.
2. q. 5. quanto. de cleric. ex. mi. apostolicæ. per l. qui ab-
senti. ff. de acquirend. poss. s. inducit etiam quod scri-
psi post Hostien. de ele. quia propter. in prĩcip. super
verl. celebranda.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. Ad con-
10 trarium inducebat, opinionem †cedere veritati mani-
festatæ. 8. dist. veritate. & legatum recta via transit ad
legatarium ignorantem ff. quemadmodum seru. amit.
Si partem. §. vlti. & de leg. 2. l. legatum. 2.
11 ¶Item ex quo iste translatus est, dicitur †quò ad eccle
siam defunctus. 7. q. j. §. ecce in quibus. nubat ergo ec-
clesia cui vult. 7. q. j. sicut alterius. Item quicquid sit in
opinione, sufficit in carnali matrimonio quod cõtra-
hi possit. de spon. tua. de eo qui dũ. in mat. c. 2. sic ergo
à simili in spirituali. Inducit etiam quod no. Gof. in si-
mili. de conces. præben. in princip.

SOLVTIO. ¶Soluebat ipse, quòd licet inhone-
stè fecerit capitulum, tamen tenuit electio, cùm per
translationem statim fuerit Rauennas, & desierit esse
Bononien. non expectato eius consensu, qui ex volun-
tate papæ pendebat. Sed si hoc esset verum, ergo digni
tas vacaret in curia, & sic electio capituli non valeret,
per decret. secundam. de præben. lib. 6. nisi dicas illam
in episcopatibus locum non habere, vt ibi not. in glo.
2. ad allegata in contrarium respondebat. ad primum,
12 quòd vbi fieret †alicui præiudicium ex veritate præ-
lata, cùm erat in contrarium communis opinio, tunc
procedit argumentatio, sed hic in veritate præferen-
da nulli fit præiudicium.
13 ¶Ad decr. in præsentia. respondet, quòd si mulier †con
trahat, tenet: de secund. nupt. dominus. ad id quod de
hereditate dicitur, respondet illud speciale, vt no. in l.
heres. in vlt. glo. In l. qui absenti. apparet de intentio-
ne scribentis. glo. Hostien. fatetur veram, tamen si con
tra eam fiat, tenet: facit de præben. licet 2. libr. eod. cu-
ria per reseruationes, immò, vt dicitur, per constitu-
tionem, non finit etiam minora beneficia vacantia per
promotionem in curia per alios conferri. dato tamen,
quòd hæc solutio procederet, locum haberet in casu,
de quo prædixi. videas etiam quod not. in clemen. vt
lit. pend. c. primo. post principium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum factum à maiori parte capituli, valet. & numer. 5.*
2 *Emolumentum qui vult, onus sentire debet.*
3 *Vtilitas communis præferenda priuatæ.*
4 *In re communi, melior est conditio prohibentis.*
6 *Consuetudine onerosa sublata, iniuria allegari non potest, quando res redit ad sui naturam.*

QVAESTIO LXX. SVPER REG. Quòd omnes.

ARGVMENTVM.

CONSVETVDO erat in quadam ecclesia, quòd canonici absentes tan tum perciperent quãtum præsentes,

sed episcopus loci cum canonicis præsentibus statuit quòd absentes nihil haberent. Quæritur, an præiudicetur aliis etiam in scholis absentibus.

Hæc quæstio est Dominicalis 75. Cuius quia solutio non placet, hic inseritur. Breuiter allegat 5. pro, & totidem contra 4. ponitur solutio, quæ reprobatur certo casu, & contrariis respondetur.

PRO AFFIRMATIVA. ¶ Allegat ergo, quòd
præiudicetur, quia constitutio fuit honesta, vt nõ ser-
uientes nihil perciperent. 12. q. 2. charitatem. supra de
app. peruenit. 2. de cleri. non resi. c. 2. Item: valet statu-
1 tum † factum à maiori parte capituli. de his quæ fi. à
2 ma. par. cap. ca. j. & qui vult † emolumentum, sentiat
onus. ff. de re. iu. secundum naturam. & infra eod. qui
3 sentit. cum concor. Item communis † vtilitas præfer-
tur priuatæ. supra de postulatio. præ. c. 3. & ibi concor.
& 7. q. j. scias. Item, sufficit in statuendo, duas partes
fuisse præsentes. ff. de decre. ab or. fa. l. 3 quod cuiusque
vni. l. planè. nec absentes extra prouinciam fuerant vo
candi ad statutum faciendum. de elect. coram.

PRO PARTE NEGATIVA. ¶ In contra-
rium, quia de alieno statuere non poterunt, de consti.
quæ in ecclesiarum. & res inter ali. ac. &c. C. res inter
ali. ac. l. j. supra de offic. dele. super eo. de re iudi. c. pen.
nec iure suo siue ipsorum facto priuari debuerunt. 56.
dist. satis peruersum. facit de cler. non resi. ad audien-
4 tiam. & in re † communi melior est conditio prohiben
tis. eo. tit. in re communi. cùm concor. Item in scholis
beneficium habere debent. supra de mag. super specu-
la. & C. li. 12. de erogan. mil. anno. his scholaribus. facit
supra eo. li. de priu. c. 2. ad hãc partẽ facit hæc regula,
cum suis cõcor & videtur casus de const. cùm omnes.

SOLVTIO. Dicit Barth. Brix. cùm aliqua fiunt à
5 capitulo de † necessitate, vt electiones, alienationes &
institutiones, tũc valet quod fit à maiori parte. de ele.
licet. nisi aliquis contemnatur. eo. ti. quod sicut sed in
his quæ fiunt non necessitate, requiritur consensus o-
mnium, vt in præ. c. cùm omnes. & ff. de ser. vr. præ. per
fundum. vnde hic non præiudicat absentibus, secundũ
Tan. & Vin. sic dixit Barth. Brix. Eadem verba & ple-
nius not. hic in decre. cùm omnes. quæ ad casum quæ-
stionis reducta nõ placent. Graue etenim mihi vide-
tur hoc dictum, & contra vtilitatem ecclesiarum, & hu
ius solutionis contrarium sumitur ex his, quæ scripsi
post Innocen. & Hostien. & Compo. in præ. decre. cùm
omnes. super gl. facit. de cler. non resi. c. vno. lib. 6. pro-
cederet aũt solutio, si constitutio specialis fuisset con-
tra tunc absentes nominatos vel non, ita quòd non li
garet statuentes. sed ratio inducta non sonat, quòd sic
intellexerit. credo igitur, quòd dummodo constitutio
liget ipsos statuentes, si se absentauerint valeat, quasi
istud sit de necessariò expediendis, vel saltem vtiliter.
vt optimè probatur. de rescrip. c. vlt. lib. eo. & præiudi
cabit absentibus vel nõ priuilegiatis, sed dico pro tan
to, quia tale posset esse priuilegiũ, quòd licet in se va-
leret cõstitutio, ea tamen nõ obstãte, perciperet priui
legiatus præbendã, quale est pro modo priuilegiũ hu-
ius studij. Ad contraria respondetur, ꝙ non constituũt
de alieno, quia non respiciunt præterita, nec est hic cõ
munio singularium, & per hoc respondetur ad alia ar
6 gumenta, nec potest allegari † iniuria, vbi sublata one
rosa consuetudine, res redit ad sui naturã. 35. di. ab exor
dio. & quod ibi not. ad decr. cùm omnes. dic quòd ibi
constitutio non fuit communis, nec interuenit con-
sensus episcopi. procederet autem eo fortius hæc solu
tio, propter consuetudinem, illam pateretur ecclesia
ministrorum defectum. supra de cleri. non resid. c. pen.
& facit quod ibi scripsi, super verb. de seruiti. nam si eo
casu solus episcopus subtrahere potest fructus, multo
fortius hoc episcopus potest cum capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Bannitum intelligere debemus, qui verè bannitus est.*
2 *Non esse, vel minus perfectum esse, æquiparantur.*
3 *Iudicis authoritas non excusat in delictis.*
4 *Scriptura vbi à veritate discordat, veritas attenditur, non scriptura.*
5 *Ignorantia in delictis an excuset. & num. 7. 10. 13. 14.*
6 *Imprudentia alicuius non debet cadere in alterius præiudicium.*
8 *Iudicis facto alicui laqueus parari non debet.*
9 *Credens vel faciens, quod communi opinione licitũ est, in culpa non est.*
11 *Citatus publicè, si edicto non paret, in sui præiudicium consentire intelligitur.*
12 *Scripto in publicis libris in præiudicium alicuius, contrariari non potest.*

QVAESTIO LXXI. SVPER REG. Quòd quis mandato.

ARGVMENTVM.

VTRVM ille qui occidit permissione iudicis vel statuti clericum bannitum. qui Laicus putabatur, excusetur à dolo & poena.

Hæc quæstio disputata fuit per duos Canonistas, scilicet per do. Aegidium Cremon. & Gualteriũ de Gangareto. Quæ ab olim disputata fuerat per do. Nicolaũ de Matarellis in studio Paduano. Ad negatiuam allegantur 4 & sub tribus duabus obiectionibus respondetur. Secundò in contrarium alia quatuor. Tertiò datur duplex solutio, & secunda dupliciter distinguit: ideo ad quæstionem verò generaliter ad materiam.

PRO PARTE NEGATIVA. Et ad partem,
quòd non valeat, disputando id tenent, quasi hoc sit
contra legem diuinam, Non occides. Exo. 20. & tenen
do pro nunc quòd valeat, allegatur, quòd tamen sta-
tutum permittat bannitum pro homicidio licitè oc-
1 cidi sed bannitum † intelligere debemus verum ban-
nitum, sicut de condemnato dicitur. ff. de re iudic. l. 4.
§. condemnatum. facit ff. de pœ. l. 2. § fin. de contratab.
l. non putauit. §. non quæuis. vtpote cum effectu ver-
ba cùm intelligantur. de cleric. non resi. relatum. cum
concordan. ff. quod cuiusque vniuer. l. j. §. hæc autem.
2 canonizata. de pœnit. distinct. j. § hæc autem. Nam † a-
liquid non esse, vel minus perfectum esse, æquiparan-
tur in iure Insti. qui mo. te. infirmen. §. ex eo autem so-
lo. facit de translat. episcop. capit. 2. cum concord. nec
3 valet iudicis † authoritas, quæ non excusat in delictis.
17. distinct. multis. 12. quæstion. 2. quicunque. de tem-
por. ordi. dilectus & præcipuè in casu nostro, quo iste
iudex non erat. xj. quæst. j. nullus iudicum. de for. com.
cap. 2. & sic nec bannum, nec statutum, quo ad istum
tenebat: quia contra legem factum. C. de episco. & cle
ric. authent. statuimus.
4 ¶ Secundò sic probatur. vbi scriptura † à veritate dis-
cordat, veritas attenditur, non scriptura. ff. de regul.
iur. si librarius. C. de erro aduoca. l. j. plus valer. quod
agit. l. j. sed hic scriptus bannitus non est bannitus. er-
go &c.

¶ Tertiò, scriptura facta in meum præiudicium, non de mea voluntate, mihi non præiudicat. C. de donat. censualis. ff. de acquir. re. do. l. quicquid. sed hæc scriptura facta in libro bannitorum talis est, ergo &c. & si fortè dicatur ad hoc, eum fuisse citatum, respondetur, quod cùm citatio facta fuerit ab illo, quem constabat suum iudicem non esse, sibi non præiudicabat. ff. de

ff.de iur.om.iud.l.fin.Item si dicatur occisoré id ignorasse,respondetur,hoc non iuuare. nam qui cum aliquo contrahit,debet esse certus de conditione illius. ff.de regul.iuris.qui cum alio.multo magis qui contra alium deliquit.nam vbi maius periculũ &c.supra eod. lib.de elect.vbi periculum.in princip.cum concord.
5 ¶ Item,cum ignorantia non excuset in minoribus de
lictis.Institu. vi bono.rapt.§.sed nedum. multominus in maioribus.Item regulariter non excusatur ignorãs quod scire debuit,vel potuit.ff.si cer.pet.quod te.quod vi aut clam.l.Seruius.de iuris & facti ignorantia. nec supina.& l.regula.§.j.de elect.& cler.de com.præd.ca. vno.in fi.sed iste scire debuit.volens enim hoc in alterius præiudiciũ facere,debuit inquirere, vt probatur. ff.de exerci.l.fin.& l.j.post princi. nec sua imprudén-
6 tia† debet cedere in alterius præiudicium.ff. de offic. præsi.illicitas.§.sicuti.ad l Aquil.idem iuris.in fine.sed iste voluit esse executor statuti , & executor inquiret. C qui contra ius vel vtil.publ.& si non cognitio.ca-
7 non.25.q.2.Item dato,quod ignorãtia excusaret in aliquo, non tamen in toto, sicut dicitur de iusto dolore.C.de adulter.l.Gracchus.ff.de sica.l.j.in fine.& de iusto metu.sup.quod met.cau.sacris.
¶Quarto videtur casus ff.de iniur.eum qui.§. si iniuria.vbi iniuriarum mihi tenentur,qui non me,sed aliũ iuuare intendebant.facit quod not.de senten.excommuni.si vero.& ff.ad l.Aquiliam.scientiam.§.sed si defendendi.

PRO PARTE AFFIRMATIVA.¶In contrarium,quod excuset bannum & forma eius,propter authoritatem iudicis, quę in delictis excusare videtur.12.quæst.2.de rebus.28.dist.diaconi.63.dist.Salonitanæ.quod dictum est contra.potest intelligi, quod superior authoritatem præstare non potest,sed hic multo errore motus est iudex ad bãniendum illum,vt laicum.Item statutum in se valet,quare iste videns illum bannitum,non fuit in dolo,quare nõ tenetur, cum lex Cornelia requirat dolum.ff.ad legem Corneliam.de sicar.l.in lege.Secundò,debuit iste credere per iudicem
8 †bene se facere,cum pro ipso præsumatur.2.quęstione
6.hoc etiam placuit.de renunci.in præsentia. facit qui fil.sint legi.per venerabilem.versicu.præ.terra.alias ex facto iudicis pararetur laqueus,contra id 27.quæsti.j. de.vidius C.de his qui veni.æta .impet.lege j.non er-
9 go fuit in culpa †, credens, quod iudex & alij credebant,& faciens,quod communi opinione licitum erat, cum publicus & communis error habeatur pro iure, saltem ad excusationem eorum quæ interim fiũt.ff.de offi.præsi.Barbarius.de supel.legat.l.3.in fi.C. de testa. l.j.C.de sen.& interlo.l.2.sicut non deliquit,nec in fugitiuorum numero computatur,qui fecit,quod publice arbitratur fieri licere.ff.de ædilicio edicto.quid sit fugitiuus.§.apud Labeonem. multum enim operatur communis opinio.vnde si mulier communi opinione putatur prægnãs,proximus heres à posthumo hereditatem adire non potest,etiam si putet illã non esse prægnantem:secus,si communis opinio est con[tr]arium.ff. de acquirenda heredita. cum quidam.§.[qu]od si ipse putet.facit quod not.de election.dudùm.in 2.glo.quia
10 cum iam.immo quod plus est,propria † ignorantia so
la excusare videtur.ff.de administration.tutor. chirographis. §.ab eo.Item ignorantia probabilis excusat à sententia excommunicationis. de sentent.excommu. si vero.2.& ab adulterio.ff de adult.le.pen.34.q.2.in lectum. Item videtur esse casus.ff.de iniuriis.illud. canon.15 q.j.illud.ad idem.ff.de arbitris.l.j.cum gloss.ibi posita.
11 ¶Tertiò,qui publicè citatus, †edicto non paret, con
sentire intelligitur in sui præiudicium.C.de remissio. pigno.si eo,qui accus.non pos.l.si ea.de inge.ma.diffamari.iste igitur voluntate sua,quo ad sui præiudiciũ, in libris bannitorum descriptis intelligitur ,sed qui se scribi patitur in alio ordine . videtur ipso facto renunciasse maiori.ff.de iur.immuni.l.5.§.fi.& de decur. l.fin.iste ergo patiendo se scribi in libris bannitorum, videtur renunciasse ordini clericorum.de vita & hon. cleri.c.fi.de sen.excom.contingit.2.& illius status,quẽ quis publice portat,quis esse censetur.C.de l.a.li.toll. l vna.§.sed & qui domini funus pileati. Iste autem sic patiendo accepit statum banniti,talis ergo esse cense-
12 bitur.nam † qui patitur aliquid in publicis libris scri
bi in suũ præiudicium , quod sic scribere habetur pro vero,nec recipitur probatio in contrarium.C. de dona.censualis.in fin.C.arbit.tut.l.fin.& ff.de fideiussor. nominat.& de heredi.tuto.l.cum ostendimus.ibi, acta publica passi sunt.& hic est talis,ergo &c.ad idẽ,ff.de censibus.l.forma censuali. Quartò,ipse clericus,qui à principio non venerat,allegaturus priuilegium, vt debuit,de quo vide,quod satis dicam super regula,scienti.ad fin.quæstionis.saltem postea debebat publice petere bannum cancellari,vel publice protestari coram ipso iudice,vel coram suo aduersario,taliter,quod in publicam notitiam vocationem peruenire posset. argument.ff.manda.si fideiusso.§.j.& 2.& per hoc,omissam videtur dedisse causam ignorantiæ occisoris, &
13 iusta ignorantia † excusat in criminibus , vt in furto.
institutio.vi bonorum raptorum. §.ita tamen.ff. de adulter.l.si adulterium. §.fratres.Cod.de plagiar.l.prima.plagij criminis. secund.ff.de abigeis.l.prima.§.fin. & præsertim cum non delinquere,sed iure agere intendebat,vt hic,& facit prædicta l.penultima.de adulter. & l.illud.de iniuriis.& clarior casus videtur ff.ad leg. Aquil.qua actione.§.si in colluctatione.ibi,aut si nõ in certamine.

SOLVTIO. ¶Soluit Aegid. occisorem immunẽ per ll.vltimo allegatas & per ll.si ignorans.ff.locat.cũ
14 solum circa purum factum fuerit † hæc ignorantia.&
iuuat hæc præsumptio,qua præsumimus aliquem laicum,& communis opinio,& sic non fuit in dolo, culpa,nec negligentia.contraria loquuntur vbi prædictorũ aliquid affuit,vel quando voluit iniuriari, licet erraret in persona,vt in §.si iniuria. hic autem desinit culpa,ergo cessat pœna.de constitut.cap.secundo. Item Gualterius, ex quo ille ignorabat, eum iniuste bannitum,vltra prædicta alle.de senten.excommuni.si vero. & in dubio præsumatur ignorans,in facto alieno.ff de probation.verius Nihilominus distinguebat, aut iste sciuit bannitum de iure non tenere,tunc puniri debet quasi dolo fecerit.ff.de adult.l.penulti.in fin.aut ignorauit bannum non tenere,& illum clericum esse.& tũc absoluetur,cum iustam habeat ignoratiæ causam. alleg.l.penul.in principio.Et ll.allega.in fi.secundæ partis:aut sciuit illum clericum,sed ignorauit bannũ non tenere, & tunc etiam absoluetur, si erat talis persona in quam verisimiliter cadat error ille, de quibus ff.de proba.cùm de indebito. §.sin autem is qui. alias dici illum puniri quasi dolosé commiserit. argu. ff.de falsis.l.diuus. & de adult.si adulterium cum incestu.§.j. & sequentibus.& C.de incestis nupt.qui contra quod dixit illum certis casibus excusari,maximẽ de eo procedat , quia causam erroris videtur dedisse princeps, i.respublica, quæ vice principis censetur. vnde ipsius error,qui facit,subditorum errorem excusat. ff. de supel.leg.l.3.§.fin.subdebat autem Nicolaus hac de causa doctrinam & distinctionem talem, quasi quis committat homicidium sine dolo, aut aggreditur factum dolosum,ex quo sequitur illud delictum, aut non dolosum : primo casu , de illo tenetur quasi dolosé commisso , quamuis in illo dolum non commisit. C. de vi pu. vel pri.l.quoniam. ff. de iniur. eum qui. §. si iniuria.ff.de ser.cor.si quis seruum.§.fina.& l.sequenti.secundo casu,aut sequitur delictum in aliam personam, quàm contra quem factum aggressus est,aut in eãdem. primo casu tenetur de culpa. ff. ad leg. Aquil. scien[ti]

taim.§.sed si defendendi. minor tamen imponitur poe na, quàm si dolo fecisset.ff.de sicar.l j.§.sed si claui.fal lit, si aduersarius sua culpa dedit causam illi delicto. ff.ad leg.Aqui.Item si obstetrix.§.pen.& l..item Mela. in princ. ¶In secundo casu, aut delictum habet rationabilem & probabilem excusationem.aut non secundo casu punitur, minori tamen poena, quàm si dolus interuenisset.ff.de sicar.l.3.in prin.Primo casu excusatur in totum, per l pen.ff.de adulter.& alias leges alle. in fine secundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an seruandum, quod seruari potest sine periculo animæ.*
2 *Iuramentum, quo iure sit introductum.*
4 *Testamenti primi verba derogatoria faciunt secundum non valere, nisi de illis testator in secundo fecerit mentionem.*
5 *Testamentum suum iuratum, an cuique mutare & rumpere liceat. Et quod in alijs nu.13.25.*
6 *Iuramentum & professio sunt eiusdem vinculi.*
7 *Periurij sunt infames. & nu.23.*
8 *Infamibus sintne actus legitimi interdicti. & nu.24.*
9 *Testamenti confirmatio, mors sola.*
10 *Testamenti factio est iuris publici, quod per priuatorum pactum non tollitur.*
11 *Testamentum per principem confirmatum, licet immutare tastanti.*
12 *Pactum futuræ successionis etiam cum pœna obligatione non valet.*
14 *Testari & contrahere cuique licet, cui id non prohibetur.*
15 *Voluntates vltimæ fauorabiliores sunt contractibus.*
16 *Homini datum non est, tam bene facere, quin possit facere melius.*
17 *Bonorum suorum dispositio alicui auferenda non est.*
18 *Charitas bene ordinata, à seipsáne incipiat, an solum inter duos esse possit.*
19 *Templariorum ordo damnatus sit, nécne.*
20 *Quænam sine iudicis ministerio sortiãtur effectum, quæ non. Et in primo casu, facta contra iuramentum, tenent. Secundo iudicis ministerium denegatur.*
21 *Decedens in mortali peccato, in cœmeterio ecclsia nõ sepelitur.*
22 *Professus religionem, censetur mundo mortuus.*

QVAESTIO LXXII. SVPER REG. Quod semel.

ARGVMENTVM.

MARCVS fecit testamentum, & iurauit non cõtrauenire, nec illud immutare, deinde fecit secundum testamẽtum, & mortuus est: quæritur, quod testamentum veleat.

¶Pro primo ibi dicam 5.rationes.pro secundo quatuor.tertiò ponam duas opiniones cõtrarias, primam tenens cum certa determinatione, & contrarijs respõdebo.

PRO primo testamẽto.¶Probo igitur quòd valeat
1 primum.seruandum est enim † iuramentum, quàm diu
seruari poterit sine periculo animæ, de iureiur.si vero.
quod metus causa.cum dilectus.est enim iuramentum
2 † de iure naturali, & obligat ex præcepto.22.q.j. si pec
catum.de iureiur.& si Christus.de voto. magnæ.ideo
3 penitus seruandum, ex quo † nil in primo illicitũ.alioqui secus, vt si paganos vel hæreticos instituisset in primo.de hæreticis.si quis.tunc enim iuramentum nõ obligat.de iureiur.quanto.eo.titu.non est obligatoriũ. cum suis concor.¶Secundò, video quod verba dero-
4 gatoria † primi testamenti faciunt secundum non valere, nisi de illis testator in secundo fecerit mentioné. ff.de lega.j.l.si mihi & tibi. §.interdum.de leg.3 si quis in principio testamenti & de hoc supra dixi post Dyn. Item de testamẽto inter liberos facto.C.de testa.auth. hoc inter liberos.& no.supra eo.l.b. de cõsti.c.j. si hæc primum testamentũ fortificant, multo fortius iuramẽtum.22.q.j.omne quod.maxime cùm per id obligatur Deo.facit quod dixi de spon.c.2 sed interdictum papæ vitiat testamentum.de vsur.quanquam.in fi.de pœ. Felicis.libr.eo.fortius ergo hoc faciat interdictum Dei.
5 ¶Tertiò sic probo: Sicut licet testamentum suum † cuique rumpere, quia ambulatoria est voluntas defuncti: de cele.mis.cum Marthæ.ff.de adimen.leg.l.4. sic licet minori venire contra alienationem rei suæ, vxori, contra alienationem fundi dotalis, filiæ, cõtra pactum quo renunciauit successioni paternæ. Primum patet ff.de rebus eorum, qui sub tutel.l.j.secundum, ff.de fun. dotali.l.lex Iulia.Tertium, C.de pact.pactum quod dotali.& C.de coll.pactum. sed per iuramentum prædicta omnia confirmãtur, ita quòd non licet postea contrauenire.C.si aduer.ven.l.j.& auth.sacramenta. de iureiur.cum contingat & c.2.eod.lib.de pact.quamuis. ergo idem in testamento, & vt iuramento firmetur, & tollatur per id contraueniendi potestas.licet enim arguere de contractibus ad testamẽta.ff.de legatis tertio.qui chirographum. Quartò, multum videtur facere pro hac parte, de sepul.c j.eo.lib.vbi qui quamlibet sepulturam elegit, & iurauit non contrauenire, vlterius eligere aliam non potest.& dicit ibi Archid. per id hanc quæstionem decidi.Item, per iuramentum impeditur futura accusatio, sic & futura testamenti factio. Primum probatur.de accusation.veniens.de iur. quemadmodum.¶Quintò video, quòd si post religionis ingressum, primum testamentum tollere nõ potest, ergo nec plus testari.19.q.3.c.si qua.vers.nunc autem. de testamẽtis.quia ingredientibus.C.de sacrosanct.ecclesi.authẽ.
6 ingressi.quod ergo facit † professio, hoc facere potuit
iuramentũ, quæ sunt eiusdem vinculi.de voto.magnæ.
& in præ c.j.de sepul.
¶Sextò patet, quòd faciendo secundum testamentum,
7 deierat.periuri † autem sunt infames.ca.si quis conuictus.& c.seq.vbi de hoc.3.q.5.constituimus.6.q.j. infames.& c.quicunque.ad hoc de iureiur.querelam.C.de
8 transa.si quis maior.& actus † legitimi sunt infamibus
interdicti.de test.licet.secũdò.testari vero nõ est actus legitimus.facit quod not.ff.eo.titu.contractus.in principio.ergo secundum non valuit.

PRO secundo testamento. ¶In contrarium videtur, scilicet quod valeat secundum testamentum. ambulatoria est enim voluntas defuncti &c. vt supra in
9 2.articul.& sola † mors est confirmatio testamenti. vt
ibi, & nil est quod tantum debeatur hominibus, sicut quòd vltimæ voluntates &c.C.de sacrosanct.eccle.l.j. Codic.de testamentis.quoniam indignum.& libertatem supremi iudicij quis sibi auferre non potest ff.pro socio.cum duobus.§.alias.l.si fratres.§. idem respondit, societatem.nec sibi legem imponere, à qua non liceat recedere, vt prædi.l.si quis.in principio. maxime
10 quia factio † testamenti est iuris publici.ff.de testamẽ-
tis.l.3.quod per priuatorum pactum non tollitur.ff.de regulis iuris.neque pignus.§.priuatorum.de foro cõpe.si diligenti.¶Probatur secundò & sic, æquiparamus hic duo, iuramentum & confirmationem principis, vt patet de præben.dilecto.supra eodem libr.de rescript. cum aliquibus.& eod.lib.de elect.quia sæpe.cũ simili.
11 sed testamentum † per principem confirmatum, licet
immutare

immutare testanti.C.de testam.l.omnium.ergo & te-
stamentum per se iuratum. Ad hoc satis facit, quia si-
ue numerus can.sit iuratus,siue per principem confir-
matus.licet ab alio recedere eo casu quæ ius permit-
tit,s.propter excedentiam facultatum.de constit. cum
M.& facit quod no.in dec.præ.dilecto.in gloss. immo.
Item in his æquiparamus iuramenta & pœnarũ obli-
gationes,eo.lib.de elect.vbi periculum.ad fi.de off.or.
12 quia plerique.sed pactum † futuræ successionis etiam
cum pœnę obligatione non valet, non enim licet te-
stamentum deducere in contractum.probentur hęc.ff.
de verbor.obligat.stipulatio hoc modo concepta.ff.de
don.quidam.§.j.de acqui.heredita.qui hereditatem.C.
de pact.l.fin.C.de inuti.stip.l.ex eo.sicut ergo in his nõ
obligaret poena,sic nec iuramentum. & facit ad prędi
cta.de concess.pręb.c.2.eo.libr.Est enim regula,quòd si
principale non tenet &c.hoc eo.titu.accesserium.cum
13 concord.cum ergo testamentum,† licet iuratum,non
possit me alteri obligare,vt est probatũ.Item nec mi-
hiipsi,vt patet.ff.de legat.j.cum filio.& l.si mihi & ti-
bi.& facit ff.de arbit.l.pe.restat per locum à minore,ꝙ
iuramentum illud non potest impedire secundam te-
stamenti factionem.Probatur tertiò,si testari & con-
14 trahere † matrimonium licet cuiq;,cui non prohibe-
tur.prohibiti testari habentur insti.quib.nõ est pmiss.
fa.test.per totũ.ff.& C.qui te.fa.pos.& in spe.de instru.
edi.§.compendiose.in princi.prohibitos contrahere.
vide in summula.4.lib.sed si iuro non contrahere, vel
contrahere cum Titia, vel non contrahere cum Seia,
omni casu si cum Seia contraho,valet matrimonium.
probatur primum. de voto.c.vno.eod.libr. secundum
& tertium,de spon.sicut.& c.si inter.de spon. duorum.
c.j.periurus tamen fit,& de eo poenitentia imponitur,
vt ibi.sic in testatore dicamus valere secundum testa-
mentum,licet periurus sit & postea puniendus, vt ibi.
Quartò,patet idem in aliis iuramentis.vt in eo qui iu
rauit certam religionẽ ingredi,sed si ingreditur aliã,
tenet ingressus.de regula.qui post votum.eo.lib.Item,
iuraui librum non vendere Titio, vel vendere tibi, si
vendo Titio,& trado, transfertur in eum dominium.
C.de rei ven.quoties.& facit quod dixi post Innoc.de
15 pręben.dilecto.super ver.iuramentum.si hoc †in con-
tractibus,fortius in vltima voluntate,quę fauorabilior
est.de dona.cum dilecti.ad hoc de concess.prębẽ.c.j.§.
econtra.supra eo.lib.

SOLVTIO.Hęc quęstio not.13.q.2. vltima volũ
tas.tamen quid sentiat in ea Ioan.per gloss.illam non
apparet.& Bartholo.Brix.dicit se plene notasse in quę
stionibus, quod est falsum, vt patet in Domic.21. de
eo qui iurauit perficere librum, de quo loquitur, quę
diuersa est ab ista.& etiam quid in illa sentiat,non ap-
paret.no.Accu.in vsib.feud.consti.Fre. de pa.tenenda.
inter subditos.hac edictali.§.Item sacramenta.in glos.
hic quęro.vltra medium.& Roffre.in libel.de se.com.
clementiano.vbi glossat.item sacramenta.in glo.pri-
mo quęritur.in vltim.quęstione.& per allega.gloss.in
man.de test.ver.pono quod quidam.per Odoffre.Ia.
de Ra.Petr.de Bel.& d.Cynum.de sacrosan.ec.l.j.& hi
tenent testamentum secundum valere.Guli. contra in
spe.de instru.edi.§.compendiose.versi.quid si quis iu-
rauerit.Facit ad quęstionem quod not.Ray.in sum.de
sepul.& plenius not.Hosti.eod.titu.§.an licitum.ver-
si.quid si quis eligat.ergo credo per prima iura, quod
is,de quo quęritur, secundum testamentum facere
non debeat,& quod illud faciendo vel primum immu
tando sine causa,fit periurus: dico tamen per iura se-
cunda & maxime vltimo allegata,quod si hoc fecerit,
valet secundum.sciendum quod Hostien.& Boat.in se
cundo dicto concord.sed non in primo, quia illum di
cit non periurum,hac ratione,quia iuramentum fuit
temerarium,quia iurauit melius non facere. nec enim
16 secundum eum, datum est † homini tam bene facere,
quando possit facere etiam melius, hoc ante dixi in
præ.decre.cum Marthæ.procederet hoc dictum restr
ctum ad infra dicenda.patet autem ex solutione,quam
prædixi,fore responsum ad quędã argumenta primæ
partis,s.primum & secundum.Ad solutionem multum
facit, quia ex contrario aperiretur via iniquitati,indu
cendo,s.patres fami.ad testandum & iurandum,& sic
17 auferretur † eis bonorum suorum dispositio, quod fa
ciendum non est,ad hoc de diuor.quanto.ad fin.Item
cadit in vitium.alium prohibere testari.C si quis ali.
te.prohi.l.j.& 2.& ff.eodem l.j.ergo multo fortius se-
18 ipsum, cum ordinata † charitas cuiuscunque incipiat
à seipso.23.q.5.si non licet.ideo autẽ dixi supra sine cau
sa,quia si ex iusta causa immutaret primum testamen-
tum, puta testatus fuerat inter liberos, vel extraneos
qui mortui sunt,vel in hæresim lapsi, vel instituerat or
19 dinem †templariorum, qui nuper damnatus est.vel ex
his simile,tunc dico eum etiam à periurio excusari,ad
hoc de iureiur.quemadmodum. & præ.decre.sicut de
spon.quod no.Hostien.in præ.versic.quid si quis. facit
etiam ad solutionem quod no.de procur.c.fin.lib.eod.
Ad allega.3. pro prima parte respondetur, quod sunt
20 quædam, †quæ per se sortiuntur effectum,sine iudicis
ministerio,vt baptismus,matrimonium,professio, te-
stamentum morte confirmatum,& his similia, & in
his valent, quæ fiunt contra iuramentum, vt est pro-
batum.¶ Sunt alia,quæ requirunt ministerium, vt re-
uocatio alienatæ rei minoris,vel dotalis,querela inof
ficiosi,& his similia,& in his iudex denegat ministe-
rium suum,ne aperiat viam periurio.de iureiurand. si
vero.& ca.verum.& cap.mulieri.C.si aduer.ven.l.j.de
iudi.viduit.tollen.l.2. & sic loquuntur contraria.facit
ad distinctio.de bap.maiores.ver.Item quæritur.vnde
fateor,quod argumẽta illa concludũt,s.quod si adiret
iste iudicem,& peteret sibi dari licentiam secundo te-
stãdi,quod non audiretur,sic & in matrimonio de spõ.
ex literis 2.& sic sit respõsum ad id,quod dicitur quar
to,de eo qui iurauit non accusare.ad decret. primam,
de sepul.Idem illud speciale in odium allicientium ad
sepulturam eligendam.Item dico,quod illa non con-
cluditur,ad quod inducitur,sed potius, concludit, ꝙ
neutrum valet, & quod illud oportet decedere inte-
statum,quod verum est in casu expresso.Circa cœme-
teriũ enim suum potuit papa statuere quod voluit.sed
non sequitur per hoc,quod idem potuisset in patrimo
nialibus.Facit quod not.eodem titulo.in regula, pos-
21 sessor.Item,potest esse ratio,quod is, quem † constat
decessisse in peccato mortali,non sepellitur in cœme-
terio ecclesiæ.23.quæstione 5.placuit.de tornea.capitu.
j.de rapt.super eo.¶ Alleg.quinto dico,quod professus
22 † censetur mundo mortuus.16.quæst.j.placuit 2.quod
non est in simpliciter iurante.& ille caret proprio,iste
23 non.¶ Ad vltimo allegata respondeo, periurum † non
semper infamem.probatur hoc de testamẽtis.testimo-
nium 2.respon.& facit quod no.6.quæstion.5.c.2.Item
24 decret.licet. non debet intelligi de omnibus † legiti-
mis actibus,sed de quibusdam aliis: nec vendere pos-
set,nec matrimonium contrahere. quod est falsum, &
facit de hereticis.excommunicamus,§.credentes. vbi
infamia specialiter infligitur, licet in poenam: & facit
quod dixi eod.tit.actus & satis est,talem expresse non
prohibitum,vt supra dixi.Itẽ tunc solum est periurus,
cum perfectum est testamentum, quasi factum vide-
tetur à non periuro.& facit quod scripsi de regula,vi-
dua.de sentent.excõm.contingit.j.hoc tamen dico sic
allegando,per ea quæ dixi de coniug.ser.c.si.super vlt.
25 glo.Est autem †aduertendum,quod in quæstione du-
bitari posset,an illud iuramentum habeat vim verbo-
rum derogatoriorum, ita quod necesse sit de primo
mentionem fieri in secundo.Item,an sufficiat genera-
lis,an requiratur specialis & expressa.de primo, puto
quod sic, si iuramentum interuenit in testamento: si

vero postea ex interuallo, non credo ꝙ requiritur. facit allega. l. si quis: in principio. & quod ibi no. ff. de leg. 2. cum pater. §, filius matrẽ De lega. 3. cum quis decedẽs. §. codicillis. ff. de fund. instruc. leg. l. Lucius. in fin. cum similibus. de secundo dixi supra post Dyn.

SVMMARIVM.

1 *Rescripti verba conformanda sunt æquitati.*
2 *In iurisdictione plures vni quando succedant.*
3 *Patrono patri mortuo, pluresne succedant filij in patronatus iure.*
4 *Numerus illorum, qui substituũtur in locum vnius, pro singulari persona habendus est.*
5 *Obligationis natura mutari non debet ex diuersitate successorum.*
6 *Rescripta sunt stricti iuris, nec extenduntur ad personas non expressas.*
7 *Petitionis forma, attendi debet in sententia.*
8 *Nauis dissoluta ea mente, vt fiãt duæ, vel vt in aliũ vsum asseres conuertantur, desinit esse nauis.*
9 *Tutor ex duobus, si, vter sit, est incertũ, neuter est tutor. Idem est in procuratore & arbitro. nu. 10.*
11 *Sponsa incerta, publicam honestatem non inducit.*
12 *Veritas perfectissima, per ampliores hoĩes reuelatur.*
13 *Personarum plurium vice aliquis fungi non debet.*
14 *Si is, à quo appellatur, efficitur iurisdictionis illius, ad quem est appellatum, cognoscet de causa.*
15 *Ius multorum in vno an bene resideat.*
16 *Iura an sint discreta, etiam si in eandẽ personam concurrant.*
17 *Delegatus habens tertium collegam, an fungatur vice duorum. Et nunquid iure alterius dignitatis tantum poterit subdelegare. Vel an iure illius delegare vnum, & iure alterius alterum.*

QVAESTIO LXXIII. SVPER REG. Rationi.

ARGVMENTVM.

PRIMA causa delegatur duobus, secunda duobus vtriusque simpliciter, & sub nominibus dignitatum. mortuo vno ex primis, qui prælatus erat duarum ecclesiarum vnitatum, dissoluitur vnio, & duo subrogantur. Item mortuo vno ex secundis, dignitas per papam dispẽsantem super vtraque tenẽda collegæ confertur: quæritur de his causis, qui sint earum iudices.

¶ Primũ articulum huius quæstionis disputauit dñs Palmerius. quærebat tamẽ de eo, qui citauit in altera illarum ecclesiarũ vnitatũ, secũdũ disputauit dominus Marsillius. In vtroq; membro, post disputantiũ allegationes pro & contra, ponentur quæ addidi, deinde in primo ponetur solutio disputãtis, quæ improbatur, & quatuor opiniones addentur. demum ponitur solutio distinguẽs, postquam eliciuntur duo dubia. In secundo ponitur etiam disputantis solutio, & eius approbatio, & ad contraria responsio, & aperiũtur duo dubia.

PRO AFFIRMATIVA ¶ Ad primũ arguitur, quòd ambo illi subrogati sint iudices, quia res peruenit ad causam, à qua incipere potuit. quia libẽtius papa delegasset tribus. quàm duobus. eo. titul. de offi. deleg.
1 prudentiã. & verba rescripti † conseruanda sunt æquitati. de rescriptis. causam. ff. de in ius vocan. l. quamuis. certũ est enim, istos duos succedere in locũ & dignitatem defuncti, ergo &c. eo. tit. de of. dele. quoniã abbas.
2 nec † est nouũ, plures vni in iurisdictione succedere, vt patet in canonicis, qui succedunt episcopo. 65. dist. c. si.
3 de maio. & obedien. his quæ. & plures † filij patri in iure patronatus. 16. q. 7. si plures. accedant illa verba, sicut misit me pater &c. 24. q. j. loquitur. Item sicut isti subrogati succedunt in bonis acquisitis. de test. relatum. 2. in fi. sic & in iurisdictione delegata. arg. decr. prædi. quoniã abbas. Pal. ad hac partẽ. C. de aduo. diuer. iudi. l. binos. vbi duo aduocati. qui subrogantur in locum vnius aduocati fisci, eisdẽ vterq; iuribus & immunitatibus, quibus vnus solus, qui prius erat, vtitur. ad idẽ. C. de metropol. Beryto. l. vna. lib. 11. ibi, duæ metropoles factæ de vna, dignitate simili perfruuntur. Item di-
4 cit lex, ꝙ omnis numerus † illorum, qui substituũtur in locum vnius, pro singulari persona habendus est. ff. de
5 condi. & demonst. cui fundus. in fi. nec † enim ex diuersitate successorum, mutari debet obligationis natura. ff. de verb. obli. l. 2. § j. alias. ex his. & licet hodie maior sit numerus personarum, tamen idem populus. 7. q. j. denique. ff. de iudi. proponebatur. facit de censi. quanto. facit satis pro hac parte, quod scripsi post Inno. & Hosti. eo. ti. de offi. delegat. cum te consulente, s. de vno ex pluribus delegatis, quid subdelegare potest pluribus, quod ergo possit subdelegatio, quod potest subrogatio, de qua quæritur. ex quibus concluditur, duos successores vnius vnà cum collega iudices esse. & adde quod dicam in articulo secundo.

PRO NEGATIVA. In contrariũ allegatur, Intentio scribentis debet attendi, qui voluit duobus &
6 non pluribus delegare. rescripta † sunt stricti iuris, nec extẽduntur ad personas non expressas. eo. tit. de of. de-
7 leg. P. & G. Itẽ forma † petitionis attẽdi debet in sentẽtia, ergo in processu, sed impetrans petit duos, ergo nõ habeat tres. non obstat c. quoniã abbas, quia ibi vnus succedit vni. nec, quod de canonicis dicitur, cui succedit capitulũ. nec, quod de filiis dicitur, succedentibus patri in patronatu, quia illud iure sanguinis, non electionis Pal. Pro hac parte facit euitatio absurditatis. pone, ꝙ ad petitionẽ partis vnius datus fuerat ille prælatus, secũdũ hoc ille habebit duos iudices, & collega vnum solũ. Itẽ, si dicas istũ tertiũ datũ ex officio, vitiabitur intentio delegantis, qui voluit propter numerũ imparem prouidere causæ in casib⁹ discordiæ, sed hic erat dare numerũ parẽ. eo. ti. c. si. facit de arbitr. c. j. Ex quibus cõcluditur, ꝙ aut alter solus, aut neuter debet esse iudex, secundũ quod potius neuter videtur. ꝓ decre. pe. de ele. li. c. vbi plures dati ab vno nõ insolidum, nõ admittũtur ꝓpter contrarietatẽ, q̃ inter ipsos cõtingere posset. Itẽ verũ est, neuter istorum subrogatorum esse prælatũ illarũ duarum ecclesiarum, ergo neuter in delegatiõe succedet. facit ff. de rebus dub. si is qui ducenta. §. vtrum. ex quo non est scriptum cõiter vel diui-
8 sim, facit de præb. c. si. libr. eo. sic & nauis † dissoluta ea mente, vt fiant duæ, vel vt in alium vsum asseres conuertantur. desinit esse nauis. ff. de verb. obl. inter stipulantem. §. sacram. facit quod not. de collegio destructo superioris authoritate. 16. q. 7. ca. monasterium. & hoc quod diximus per Inn. de no. ope. nun. c. 2. & supra e. ti.
9 priuilegium. dicemus ergo, quòd si ex duobus, vter † sit tutor, est incertum, neuter est tutor. ff. de testamẽ. tute.
10 duo sunt. & idẽ in † procu. & arbit. ff. de procu. l. 2. infra de arbi. innotuit. Sic & propter incertitudinem, neuter istorũ sit delegatus. facit de rescr. ad hec. sicut & incer-
11 ta spõsa † nõ inducit honestatẽ. de spõ. c. vno. in fi. li. eo.

SOLVTIO. ¶ Palmerius, qui, vt dixi, quærebat de illo, quem ad alteram ecclesiarum vnitarum citauerat, dicebat, quòd is qui succedit in illa, debet esse iudex, quasi videatur illam elegisse, & vt illius prælatus velle ꝓcedere, & altera prælatura ꝓuenta. dicebat tamen, ꝙ aliqui dicebant vtranq; admittendam, alij quod ambo debebant vnũ subdelegatum dare. arg. ff. fami. ercis. Si familiæ. ad hoc vltimum vide quod not. de procu. non iniuste.

iniuste.in gl antepen. Ista solutio nec rationem habet
nec tangit dubiũ quæstionis. Item pone quod ad neu-
tra citauit, quare aliqui dicunt, inspiciendã dignitatẽ
principaliorẽ in illa vnione, per ea quæ no.ne sede va.
c.vno.lib.6.alij primo nominatum in rescript.facit de
ele.c.pe.cum suis concor.eo.lib.alij, quod is, quem ele-
gerit impetrans.alij delegantem consulendũ, iuxta ea
quæ not.eo.titu.quoniam abbas.tu dicas, quòd aut in
rescripto exprimitur altera sola dignitas, vel ecclesia,
aut vtraque.& secundo casu, aut altera sola ratione sui
& loci esset capax delegationis, aut vtraq. primo & se-
cũdo casu, s.quãdo altera sola exprimitur vel vtraque.
sed altera sola capax est delegationis, dico illum solũ,
qui succedit, in dignitate expressa vel capace, in dele-
gatione succedere. & est ratio, quia certum est ratione
dignitatis nó expressæ vel non capacis, illum iudicem
non esse, ergo nec in iurisdictione succedet, qui subro
gatur nulli De primo pone exemplũ in abbate sancti
Stephani, cui non expresse monasterio sancti Bartho-
lomæi vnito quotidie causæ delegantur. De secundo
pone, q simplex parochialis ecclesia vnita est dignita-
ti, soluta vnione rector parochiæ non succedet in iu-
risdictione ratione loci.finge q monast.sancti Proculi
de Bon.sit vnicum mon.S.Petri de Mutina. de reli.do.
c.1.actor & reus sunt Bon. vel actor Mutinen. & reus
Bon.planum est, quod iste abbas ratione loci respectu
mon.Mutin.nó potest esse iudex huius causæ, ergo is,
qui in illa abbatia, soluta vnione, succedit, non erit iu-
dex.de rescri.statutum.libr.eo.Facit ad hoc bene ff.de
stipu.ser.l.j.§.cõmunis seruus.& l.proinde.in fi.& l.se-
quenti.ff.de auth.tut.si seruus cõis.per quæ iura patet,
si communis seruus simpliciter vel expressis dominis
stipulatur, id, cuius alter dominorũ non est capax, totũ
intelligitur alteri stipulatũ.facit.quod scripsi post In-
no.de præscrip.cũ ex officij.In tertio vero casu, quãdo
vtraq; exprimitur, & vtraq; capax est delegationis.po-
ne exemplum de ma.& obed.cùm in ecclesiis.in princ.
de arbit.exposita, dico, quòd cùm actus iste delegatio-
nis, qui talis pluralitatem non respuit, immo illam am-
plectitur, vt in præal.c.dec.prudentiam. vterq; in dele-
gatione succedet, & recipietur rescriptũ, dicens, prior
taliũ ecclesiarum.ac si diceret, prior talis ecclesiæ. Itẽ
prior talis.ad quod facit ff de condi. & demon.l.falsa.
in fi.distinctio contraria soluit contraria.ad æquitatẽ
allegatam respondebitur in proximo articulo.

Dubiorum primum. ¶ Sed modò incidunt duo for-
tia dubia, s.vtrum isti duo fingantur vice duorum.pro
quo facit prædicta ratio, an vnius tantum.pro quo de-
cre.clemen.de iur.pat.c.1.

Alterum. Sed quid in actu, qui respuit pluralitatem
personarum, vt in ordinatione actiue, vel in prouisiõe
passiue, i.si deliberet talis ordinarius, vel de illo debe-
ret prouideri, vel his similibus.& hoc, vbi per circum-
stantias non apparet alterum præferendum.satis est lo
cus varietati opinionum præmissarum.

Pro eius negatiua. ¶ Circa secundũ quæstionis arti-
culum allegatur, q iste solus non sit iudex, quia prouí-
sio curiæ habet potius causam delegare duobus quàm
vni, quia integra &c.eo.titul.prudentiam.63.dist.extra
12 conscientiam nam per ampliores † homines, perfectis-
sima veritas reuelatur.C.de fideicom. l.fina.& quod à
pluribus quæritur &c.20.dist.de quibus.ponderata i-
gitur intentione delegantis & forma mandati, quæ at
tendenda sunt.de præben.c.fi.de rescri.cum dilecta.ap
paret hunc solum iudicem non esse, cùm non debeat
13 † quis fungi vice plurium personarum.89.dist.singula.
de insti.c.fi.marsi.

¶ Ad hoc facit, quia non sufficit in effectu adimple-
ri mandatum, nisi adimpleatur per mòdum descriptũ,
de restit.spol.Pisanis.probatur de rescript.susceptum.
lib.eo.& bene facit quod no.eo.lib.de rescri.si pro te.
ex quibus cõcluditur q licet hic sit prælatus vtriusq;,
quia nó per casum modò in rescripto expressum, non
est iudex hui' causæ, ad hoc facit æquitas dicta in pro-
ximo membro.

¶ Pone enim, quòd iste supestes datus erat ad peti-
tionẽ vnius partis, & defunctus ad petitionẽ alterius,
absurdum esset quod iste solus esset iudex.

PRO AFFIRMATIVA ¶ In contrarium. ille
habet illas duas dignitates, & illorũ duorum vice fun-
gitur, ergo est iudex huius causę.hoc enim potest esse.
de elec.cum inter.j.& 2.ff.de adop.si consul. Itẽ si de-
functus cõmisisset & ipse vti cœpisset eo viuente, pla-
num est q esset competens iudex, de offi.deleg. licet.si
ergo hoc facit subdelegatio, ergo & subrogatio. cùm
enim hoc ad vtranq; dignitatẽ pertineat, & iste vtráq;
administrat, ergo iudex cõpetens. quia quod oẽs &c.
14 eo.tit.quod oẽs.Item si is, a quo † appellatur, efficitur
iurisdictionis illius, ad quẽ est appellatum, cognoscet
de causa, ff.de iudi.si is qui.de hoc.de elect. querelam.
in prin.secundũ iura supra primo allegata.hoc vltimũ
fortificata, certũ est q minus se patiuntur in vno subie-
cto, iudex à quo appellatur.& iudex ad quem, quàm iu
dex & collega Primum probatur de consue.c.2.lib.eo.
si igitur. primo casu vn' per subrogationẽ gerit vices
vtriusq;, fortius in secundo. vnde facit ad hanc partẽ
lex, dicens, q id quod in duobus personis excipitur, in
eadẽ psona recipiendũ est.ff.si cer.pet.singularia facit
de pœ.dist.3.adhuc instant.& q.j.in scripturis.sic econ-
trario 10.dist.quoniã idem.95.dist.cum ad verum.hinc
est, q nó põderamus pluralitatem personarũ, in rescri-
pto vnde tantum iurisdictionis habet vnus datus per
vnũ rescriptum, quantũ tres dati per aliud.de rescrip.
15 pastoralis.Itẽ, ius † multorũ bene residet in vno.ff.quod
cuiusq; vniuer.sicut municipũ.in fi.& not. de postul.
præl.gratum. Item, canonicus gerit vices proprias, &
canonici impediti, qui dedit ipsum procuratorem ad
actũ electionis de ele.quia propter.& c.pen.de ele.lib.
eo.& vnus diuersus respectus respicit stipẽdia pluriũ.
de re iudi.cùm olim.facit in auth. vt iudi.sine quoquo
suffra.§.illud.coll.2.facit ad hanc partẽ quod not.7.q.
si quis in clero.de cleric.non resi.quia nonnulli.facit
etiã de testa.officij.vbi in eodem testamẽto episcopus
gerit vices legatari & episcopi.eod.ti Raynutius.& c.
Raynaldus.vbi filius detrahit duas quartas, vt filius &
heres.& bene facit ff.de his quib.vt indign.l.tutorem.
16 Discreta † quidem sunt iura, licet in eadem persona
concurrant, aliud quidem tutoris, & aliud legatarij, sic
& hic, licet diuersæ sint dignitates, ex quo concurrũt
in personam eiusdem, competens iudex erit.

SOLVTIO. Iste solus procedere poterit, cũ sit
administrator legitimus vtriusq; dignitatis, & hoc præ
cipue probat decre.præ.licet.de offi.deleg. secundum
iura.secundo alle Hæc solutio do.mei placet, per ean-
dem decr.admittitur enim iure, q ex duobus delega-
tis vnus gerit vices suas, & alterius, vt ibi.& eod.titu.
quanuis & c.super quæstionũ.§.si verò.Si hoc pót per
subdelegationẽ, ergo & per subrogationem, vt dixi.&
per hoc respondetur ad primo alleg. Ad æquitatem al
leg.respondetur, q imputet sibi, qui impetrauit digni
tatem cõmitti huic personæ Hunc enim & similes ca-
sus euenire posse, debuit præuidere. Præterea, licet ex-
podiat habere iudicem gratiosum circa principale, tã
nil deperit parti, quia iudice grauãte, nó deest sibi ap-
pellationis remediũ.sed vbi aliquid periret parti, be-
ne inspiceretur primus status.facit extraua.Ioan.quæ
incipit, Sedes apostolica.de conces.præb.sed aduerte,
quia potuisset quęstio ampliari in dignitate defuncti,
vnita dignitate superstiti.& omni casu dico, q siue p
vnionẽ, siue per dispensationem, sit cõpetẽs iudex. Ad
primũ 16.q.j.& temporis, &c.postquã.de relig.do.c.2.
ibi, cum omnibus iuribus &c. & facit quo scripsi de
fil.presbyt.ex transmissa. ¶ Ad secundum iura primò
allegata, & 21.q.j.relatio, sed nunc incidit dubium, vt

17 in proximo articulo dixi, pone q iste † habebat tertiũ
collegam, nunquid fungetur vice duorum? Item iure
alterius dignitatis tantum poterit subdelegare: vel nũ
quid iure illius delegare vnum, & iure alterius alterũ?
Ex hoc forte cõgrue distinguetur inter vnioné & di-
spensationem, vt primo casu non posset, secũdo posset.

SVMMARIVM.

1 *Facti impossibilitas aliquem excusat à delicto.*
2 *Confessio super impossibili, nõ impedit, quo minus fiat absolutio.*
3 *In connexis, de vno dictum, de alio intelligitur.*
4 *Imaginem rei superesse, absurdum est, re eiusdem origine sublata.*
5 *Debitoris absolutio an prosit fideiussori.*
6 *Diuersitas causarum & etiam personarum, quando faciat rem esse diuersam.*
7 *Separatorum non est eadem ratio.*
Probationes confessionibus comparantur.
9 *Absolutio tantum facit, quantum cum solutione condemnatio.*
10 *Nemo censendus est dicere, quod mẽte nõ cogitauit.*
11 *Criminum punitio, publicam vtilitatem respicit.*
12 *Adulterae absolutio, non tollit crimen adulterii.*
13 *Bona fides facientis, non excusat malitiam mandatoris.*
14 *Acta habita inter accusatorem & accusatum, quantumcunque generalia, ipsorum personas non transcẽdunt.*

QVAESTIO LXXIIII. SVPER REG. Ratihabitionem.

ARGVMENTVM.

INQVISITIONE facta contra duos simul, Andream & Ioannẽ, contra primum, qui occidisse contra alterũ, qui mandasse dicebatur. Et contra vtrunque probatum fuerat. Sed Andreas probauit se die maleficii in loco fuisse remoto, vel quod illud fecit ad sui defensionem. Ioannes vero nihil probauit: quaeritur, an ex actis absoluendus esset ille Ioannes.

Haec quaestio disputata est Paduae per R yzardũ Malumbre. Et quia in suis etiam terminis in ecclesiastico foro posset occurrere, vt de illa, sicut de scriptis Dyni, habetur copia, illam hic inseram abbreuiatam.

¶Pro Ioan. inducuntur 6 rationes, & totidem contra ipsum. Sed sexta includit plura iura, & vnam gl. tertiõ vnũ mẽbrum simpliciter soluitur, & in alio distinguit.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. ¶Et primò ad partem quòd sit absoluendus, inducit regulam,
impossibiliũ. & supra eo. nemo potest. cum concor. nã
1 probata † est impossibilitas illius, qui dicebatur occ-
cisor, propter loci distantiam, in quo erat. C. de cõtra-
hen. & commit. stip. optimam. ad fi. supra. de testi. ex te
nore. arg. ff qui & à quibus. l prospexi. ff ad Syllan. l. j.
§. si quis in villa & § cùm dominus. & C. ad Sylla. l. fi.
detecto igitur, quod factum occisoris est impossibi-
le, & mandator, attento themate, ex eo solo teneri pos-
sit: quia ille non fuit in loco, & non occidit. patet ex
impossibilitate primi, impossibilitas secũdi: ergo erit
absoluendus. cum mandatum iudicis vel sententia su-
per impossibili fundari non possit. ff qui satisda. cogũ
tur. si decesserit. ff. de poeni. moris. quae sentent. sine ap.
re. l. pe. & vide quod scripsi supra eod. lib. de sententia
2 excõ Romana. ad fin. ¶ †Secundò, sicut confessio, quae
est facti probatio, sumpta super impossibili, non impe
dit, quo minus fiat absolutio, vt patet in confesso in iu
dicio, quod occidit viuentem. ff. ad legem Aquiliã. in-
de Neratius §. fi. cum l. sequen. sic & hic. dato, quod de
mandato probatum esset contra Ioannem, illa proba-
tio super impossibili fundata, non plus nocebit, quàm
confessio. Facit quod no. ff. de iureiur. sed si §. vltimo.
fiet igitur illius absolutio. ¶ Tertiò, per eundem mo-
dum inducitur ratio connexitatis, quam etiam ponit
3 thema. & cõstat, quod in connexis, †de vno dictum, de
alio intelligitur. supra de constitut. translato. ff. quem-
admodum seruit. amit. si cõmunem. in princi. de pacti
do. inter socerum § cum inter. cùm ergo propter legi
timas defensiones absoluẽdus sit Andreas, ergo & Ioã
4 nes, cum absurdum † sit origine rei sublata, imaginem
relinqui. C. de Latin. liber. tollen. l. j. circa princi. quod
videtur, sententiam latam pro primo, quae pro verita-
te accipitur, sufficere secundo. arg. C. de diuer. rescrip.
l. j. nam quod vitium ex vna radice &c. C. de nuptiis. si
libertam. & de duobus reis. l. fina. vel, quod tutius est,
vt satisfaciat ei. quod debetur, de qua re ipse Ioannes
debet absolui. ¶ Quartò, certum est, quod absolutio de
5 bitoris † prodest fideiussori. ff de iureiurand. l. fina. ad
finem ff. de pactis. l. & heredi. § fin. sic & in proposito,
licet dici posset aliud in contractibus, vbi discernitur
principale ab accessorio, & vbi vno soluente, liberatur
alter. ff. de eo per quem factum est. l. j. §. si plures. de cõ
di. fur. l. si pro fure. § furti. aliud in iuribus poenalibus.
vbi vterque & mandans & principalis delinquens, o-
bligatur & vbi vno soluente, non liberatur alter. ff. ad
legem Aquil. Item Mela. §. si plures ¶ Quintò sicut con
fessio primi valeret contra eum, quem fatetur manda
tarium, quo ad praesumptionem & iudiciũ: & de hoc
supra de confes. c 2. C. de accusa. l. fin. fortius debet illi
prodesse defensio istius, per quam patet vterque inno-
cens: : tunc quia promptiores sumus ab absoluendum,
& quia poenae molliendae, & quia sanctius &c. & quia
fauores ampliantur, iura sunt nota. ¶ Sexto, multum
videtur facere l. j. § fin. ff. de quaestionibus. nisi si per in-
quisitionem contra eos, quos crimen cõfessus dixerat
conscios. apparet etiam illum confessum innocentem,
id sibi prodest. Item facit ff de furt si is qui. §. si tu Ti-
tium & l. si quis perferendum. & ff. de iniur. item apud.
§ si curauerit.

PRO PARTE NEGATIVA. In contrarium
6 certum ẽst, quod diuersitas † causarum etiam persona-
rum, faciunt rem esse diuersam ff. de exception. rei iu-
dic. cum quaeritur. & l. cum de hoc. & est textus eo tit.
si cum vno. sed hoc est vtrunque, ergo defensio vnius
alterum non releuat. hinc est, quod faciens furtum ad
mandatum alterius, si deprehenditur, tenetur furti ma
nifesti: mandans vero, non. ff. de furt is qui opem & e-
contra. delinquit interdum mandans, & non mandata
rius. ff. de eo per quem factum est. l. j. in princi. & C. de
furt. si quis seruo. hoc autem ideo. quia causae sunt di-
uersae, ex quibus mandans & mandatarius obligantur:
ergo concluditur, vt supra C. res inter alios acta. per to
7 tum. nam separatorum † non est eadem ratio. not. C. de
dona. inter vir. & vxo. si maritus etiam si dicatur deli-
ctum simile. ¶ Secundò, constat homicidium factum,
& probatum etiam mandasse Ioannem. sed si Ioannes
confessus fuisset se mandasse Andreae, quod occideret,
absolute tenetur, licet non mãdasset. ff. ad l. Aquiliam.
inde Neratius. ad fi. & de interro. act. l. cõfessionibus.
8 & confessionibus probationes † comparentur. C. de cu
sto. reorum. l. 2. & de poe. qui sententiam. concluditur igi
tur, quicquid sit de Andrea, probationibus factis con-
tra Ioannem standum esse ¶ Tertiò sic, quantum facit
9 absolutio, tantum cum solutione condẽnatio. ff. de ex-
ception. rei iudic. si quis cum totum. §. plane. & not. C.
ad l. Falci. de plag. l. j. sed si ille Andreas condemnatus
fuisset

fuiffet ad pœnam,hoc non iuüaret illum Ioanné,vt supra dixi,si ergo absolutio ipsius Andreæ nõ liberat Ioanné, multo minus inducta pro illo Andrea ad ipsius defensionem.per prę. §. planè. ¶Quartò, cùm testes, producerẽtur, & iurauerint super defensiõe Andreæ, nec intenderent deponere super defensione Ioannis
10 ergo dictum eorũ non iuuat:quia nemo † cẽsendus est dicere,quod mente nõ cogitauit.ff.de supel.leg.l. Labeo. Idem si id intenderent dicere,cum super eo deponerent non iurati.C.de testi.iurisiurãdi supra de testi. C.de testibus.& quod ibi no.in prima gl. ¶Quintò,licet in absoluendo sit fauor,tamen nõ minor in puniẽ-
11 dis † criminibus,quod publicá vtilitaté respicit.supra de sen.excom.vt fame.cum concor. ¶Sexto adducitur ad hanc partem casus legis,denunciasse.§.quæritur.ff.
12 de adult.vbi absolutio † adulteræ nõ tollit crimé adulteri:& tamen idẽ erat germen vtriusq;. Ad idem de lib. causa,si vsumfructũ §.fi.vbi si dico matrem ancillam, & filium seruum natum ex ea,licet pronuncietur matrem esse liberam,non per id filius pronũciatur liber. facit C.de lib.cau.l.aui paterni.& l.final.allegat etiam quod no.c.ad l.Cor.de falc.l.j.vbi dicit gl.ꝙ sententia lata pro muliere accusato de partu supposito,non prodest partui:quo minus adhuc de illo quæratur,an suppositus fuerit & tamen vtriusq; quæstionis idem germen.Item per hoc.C.quibus res iudic.non no.l.2.ff.de op.à sententia.de leg.2.cum filius.in princ.ff.de inoffi.test.l.circa.& C.eo.tit.cum duobus.& C.de fid.instru.l.j.& supra de præben.dilecto.in fi.& ibi not.

SOLVTIO.Soluendo ipse Rayzardus tenet ꝙ probatio Andreæ, ꝙ ad sui defensionem occidit, non
13 releuat Ioannem.nam bona fides † facientis non excusat malitiam mandatoris.& hoc per l. de iur.om.iud.si quis id.§ sed si alius.vbi de hoc not.& de eo per quem fac.est.l.j.2.respon.nam voluntas & propositum &c. supra de sen.excõ.cum voluntate.cum cõcor.Cum vero probauit Andreas se fuisse absentem,si iudex testes illos super veritate vtriusq; inquisitionis refert,vtrum communiter contra vtrunq; se informãs recepit,quod potuit,quia latissimum eius officiũ.ff ne iur.om. indi.l.j.C.de eden.is apud quem.tunc per quas probatiões Andreas absoluitur,absoluetur & Ioannes.ff.de quæstio.l.j.§.fi.facit de offi.præsi.illicitas.§.veritas.ibi,ex fide,&c.si autem ad specialem defensionem Andreæ tãtum recepti sunt testes.tunc Ioanni nõ proderunt.per sura huius partis.hoc saluo,ꝙ lucidiores probationes contra ipsum requiruntur de mandato,propter ꝓsumptionem prouenientem ex absolutione Andreæ.facit supra de præsump.quia verisimile.supra eo.lib.de hæreti.filij.& facit quod no.G.de fal.l.j.de fid.inst.l.2. Ex titulo autem super defensiõe formato sciri poterit,an defensio contingat illũ Ioannem:quia si generalis fuit titulus,erũt etiam generalia,quæ sequuntur.ff.de iur.& facti ign.l.pe.§.fi.idem,si alias hoc ex actis ꝑcedentibus vel sequentibus constare poterit.ff.de test.heredes.§.si quid.ff.de leg.j.si seruũ plurium §.fi.C.de teste.non codicillum.& quod no.C.de episco.aud.episcopale.Dicit autem,ꝙ si per modum accusationis negociũ processisset, non haberet locum prædicta distinctio,
14 vtrum communiter.&c.cum acta habita † inter accusatorem & accusatum, quantumcunq; generalia nõ transcendant personas ipsorum.ff.de publi.iudic.inter accusatorem.& de arbi.si cum dies.§.plenum.

SVMMARIVM.

1 *Cor hominis mobilius est omni mobili.*
2 *Celeritas nulla est, quæ possit cum animi celeritate cõtendere.*
3 *Sententia nulla ratihabitione confirmari non potest.*
4 *Excommunicatio purè lata,aut statim ligat,aut statim est nulla:cum suam executionem secum trahat.*
5 *Sententia contra falsum procuratorẽ lata,tenet, quo ad illum,non quo ad dominum,nisi ratum habeat.*
6 *Electio ab initio nulla,per consensum vel ratihabitionem superuenientem confirmari non potest.*
7 *Eligẽdi potestate duobus tradita,vnus alteri cõmittere nõ potest,ꝙ industria personæ cõmissa videatur.*

QVAESTIO LXXV. SVPER REG.
Ratum quis habere.

ARGVMENTVM.

HVIC regulæ cõueniũt quàtuor quæstiones:in quibus, omissis allegationibus,remissiões dabo,& solutiones ponam. Est autem prima Venerealis.41. secunda Veneralis.43.tertia d. Iacobi cano.Bon.quarta domini Stephani Poloni. Prima,scilicet,Venerealis quærebat,an si duo,ex tribus delegatis datis simpliciter, tertio irrequisito.sententiã ferunt, an valeat,tertio ratum habente.Secũda Venerealis vero,quæ fuit etiã Damasij. Prima de consue.decr.ad nostram. quærebat de sentẽtia excommunicationis lata in Bon. clericum per episcopum Mutinen.an possit haberi rata,ita quod valeat. tertia domini Ia.quærebat,an si religiosus electus sine licentia superioris consensit, & postea administrauit triennium:prælatus suus sibi licentiam dedit,vel ratum factum habuit,an ille possit prælaturam tenere: & hoc hodie expeditur per decre.si religiosus j.respon.in fi.de elect.lib.6. quia talis consensus nõ tenet.& electio ipso iure vitiatur. Quarta domini Stephani quærebat,de duobus compromissariis, quorum vnus altero absente eligit illum, in quem certum erat absentem concessurũ:si præsens fuisset,qui etiã postea consensit, vel ratũ habuit: quærebat an valeat electio. Forte quæstio incaute formatur dicẽdo, cùm certum erat,cum secundũ Boethiũ,
1 Cor homini.† sit mobilius omni mobili, & secundũ Tullium Tusculan.quæst.pri-
2 mo,Nulla † celeritas est,quæ possit cũ animi celeritate contendere. & hoc scripsi, de spon.tua nos.super prima gl.potius ergo verbo verisimilitudinis,quàm certitudinis videbatur vtendum.

REMISSIONES,vbi pro & contra.Omnes istarum quæstionũ allegationes omitto.sed vltra not.hic, & in regula,ratihabitionem & in regula, nõ firmatur, remitto de omnibus & potissime prima & secunda.9.q.2.c j.ver.rata.de his quæ fiunt à præla.cùm nos.& in Spe.de citatione.§ iam de citatione.ver.hoc autem.& ver.sequen.& de sent.ꝓola.§.sequitur.ver.ꝙ si nulla. & de arbi.& arbitratn.§.fi.ver.sed pone lata.vbi de arbitro absente,qui ratificat idem,tractatum:sed principaliter ad ea quæ plene scripsi post Innoc. de officio delega.prudentiam.super fi.secundæ glo.vbi inuenies plene materiam & responsum ad omnia contraria: & vide etiam quod post Inno.& Comp.scripsi de cõsuetudinis.cùm consuetudinis.post princ.

SOLVTIONES. Ne tñ prædictorũ solutiones desint, sciendum est ꝙ Bar. simpliciter dixit, primã sententiã † quæ nulla fuit, ratihabitione confirmari non posse. Idẽ tenuit de secunda, inquantũ instans dicebat Tã. se sibi respõdisse, ꝙ si lata fuisset sentẽtia noĩe Bon. episcopi, ipse Bono. episcopus poterat eã habere ratã: alias non facit hæc regula: sed sibi & Damaso hoc non
4 placet: nã excõicatio † pure lata, aut statim ligat, aut statim est nulla, cum suã executionem secum trahat, de appel pastoralis. ad e. in primis. 2. q. j. & 3. q. 6. hæc quippe. respondent speciale in papa ad l. 3. § falsus. ff. rẽ rat.
5 hab. respõdent, ꝙ sententia † contra falsum procuratorem lata tenet, quo ad illũ. ff. de re iud. l. 4. sed non quo ad dominum, nisi ratũ habeat, quod potest, vt ibi. ¶ Ad
6 tertiã respõdebat Ia. ꝙ cõsensus † vel ratihabitio superueniens non iuuabit electũ: quia quod nullũ fuit, ratificari non potuit: de elect. auditis. & hoc potissime in electionibus, vbi spectatur initium. vt ibi. & eo. tit. dudum j. ¶ Ad contraria respondebat, illa loqui in his, q̃ à principio tenebant, licet effectum non haberẽt. ¶ Ad quartam respondebat Stephanus, electionem ab vno
7 factam nõ valuisse: quia cum potestas † duobus traditur, vnus alteri committere nõ potest: ergo nec ratum habere. ratio, quia industria personæ cõmissum est. de offi. deleg quoniam. vnde cum ipsius præsentia desideretur, per ratihabitionem explicari non potest. instit. de autho. tut. § tutor. ad hanc vltimã facit quæstio. quã posui supra eo. in toto. de his omnibus informaberis in remissione quam supra dedi.

SVMMARIVM.

1 *Iuri & priuilegio pro se introducto quilibet renunciare potest. 13. 15. 24.*
2 *Exemptorum diœcesanus est papa. 15.*
3 *Res qualibet de facili redit ad sui naturam.*
4 *Iudicẽ animæ cui licet sibi eligere, quod est maius: an ei liceat sibi eligere iudicem corporis, quod est minus.*
5 *Quædã tacite licent, quæ non licẽt expresse. & nu. 25.*
6 *Priuilegio renunciat, qui spatio 40. annorum permisit præscribi contra suum priuilegium.*
7 *Renunciatio beneficij facta in manibus eius, ad quẽ recipere non spectabat, an reuocetur.*
8 *Priuilegiatus, si citetur, quando venire tenetur, priuilegium allegaturus. & si non venit. vt cõtumax punitur. nu. 9. 17. 19. 20. 26. 31.*
10 *Iudex probabiliter in facto errans, & credens se iudicem, cum non sit, si procedit, an teneat processus.*
11 *In his quæ sunt iurisdictionis, opinio an præiudicet veritati. nu. 21.*
12 *Ius publicum consistit in sacris & sacerdotibus.*
16 *Consentiens in iudicem non suum, ante litem contestatam, an pœnitere possit. nu. 23.*
17 *Sentẽtia à nõ suo iudice lata, est nulla. & nu. 22. 27. 33.*
18 *Iudex laicus si citauit vere clericum, qui communi opinione laicus habebatur, vt se defenderet ab accusatione homicidij: & quia non venit, eum banniuit, an teneat bannum. & nu. 32.*
19 *Propter similitudinem censetur quis de illorum numero, quorum in veritate non est.*
20 *Laicum aliquo modo in clericum animaduertere, vel iudicium exercere, iura detestantur.*

QVAESTIO LXXVI. SVPER REG. Scienti & consentienti.

ARGVMENTVM.

EXEMPTVS contrahens in loco exempto, promisit creditori non declinare forum diœcesani, si statuto termino debitum nõ soluisset: de quo soluendo præceptum diœcesani recepit. lapso termino, & debito non soluto, diœcesanus ignorãs illum exemptum, quia nec talis communiter putabatur, illum citauit: & quia non comparuit, vt contumacem excommunicauit. quæritur an talis sententia liget. quod videtur per hanc regulam. nec enim potest se dicere iniuriatum, qui sciuit, & consensit. Quæstio hæc disputata est per Guidonem demum episcopum Mutinen. nunc Concordien. Et pro ea videtur, quod sic per hanc regulam.

Dubium quæstionis in duobus consistit. quorũ primum affirmatiue probat quatuor rationibus: & secundum totidem: & vno glo. æque horum duorum quodlibet probat negatiue, successiue soluit vtrunque respondens ad contraria. subdit demum disputationem & distinctionem Aegid. an teneatur quis priuilegium allegare.

PRO AFFIRMATIVA. Et ad hanc partem, ꝙ liget, inducuntur duo: primum, quia renunciauit priuilegio fori, quod potuit: secundum, quia dato, quod non potuit, debuit venire, & priuilegium allegare. Pri
1 mum sic ostenditur: Iuri † & priuilegio nõ odioso, sed in alicuius fauorem inducto, renunciare quis potest, siue sit de rebus spiritualibus. de renunciatio. ex transmissa. & ca. in præsentia. siue de temporalibus. de pact. cum pridem. C. de fide instru. l. 3. siue sit ius concessum collegio & ordini. de priuileg. si de terra. & c. accedentibus siue singularibus personis. de electio. quod sicut. de regula, ad vestram. & ca. statuimus. nec licet ad ius renunciatum redire. 7. q. j. quàm periculosum. 23. q. 4. si illic. & de hoc vide de electio. ecclesia vestra. 2. in 6 gl. Cum ergo hoc ius exemptionis sit fauorabile, & non odiosum, & respiciat priuatam vtilitatem exempti, potuit illi renunciare. De consentiendo in clericum, facit quod no. de offic. lega. c. j. in glos. si non sic in laicum. de foro competenti. si diligenti. & quod ibi not. & si dicatur etiam in clericum cõsentire nõ posse sine authoritate diœcesani. de foro competen. significasti.
2 papa † autem est diœcesanus exemptorum. de priuile. authoritate. eo. libr. & no. 93. dist. nulla. ergo sine papæ licentia clericus hoc non potest: respõdetur quod res
3 † de facili redit ad sui naturam. 35. distinct. ab exordio, quare facilius tollitur actio vel exemptio contra ius commune competens, quàm iuri consona. super quo vide quod no. 16. quæstio. 4. cap. vltimo. Iurisdictio autem ordinaria est cõsona, exemptio vero dissona. Item non habetur sic de facili copia papæ per exemptos, sicut copia ordinari per non exemptos: & sic difficultas permittit alias prohibitum. de hoc 50. 3. distinct. cum longè. ad rationem faciat, de iud. cap. fin. Item, si subditus episcopi sine ipsius licentia posset ipsius iurisdictionem effugere, quod posset primus, & posset seruus, & vilior: & sic euacuaretur episcoporum iurisdictio: quæ ratio cessat in papa. 9. quæst. 3. cuncta per mundum. Concedatur ergo exempto, quod non concedatur non exempto: cui conuenit capitul. luminoso. 18. quæstio. 2. vbi in loco exempto episcopus nil iurisdictionis exercet, nisi fuerit inuitatus. ergo inuitatus potest, secundum quod renunciare potuerit. probat decr. dilecti. de fo. compe. vbi priuilegium, quòd Anglici citra mare conueniri non possunt, nõ prodest illi, qui citra promisit respondere, vel soluere: & hic disiunctiuè ponitur: per quod patet, quòd iste respondere cogetur, nisi promisit exemptiones, priuilegio non

non obstante.Facit C.de pact.si quis in conscribendo.
4 nec mirum, quia potest sibi eligere iudicem †animæ,
quod est maius.12.q.j.præcipimus.de pot. & remis. cũ
infirmitas.fortius ergo potest eligere iudicem corpo-
ris,quod est minus.hoc eo.tit.cui licet. cum concord.

¶ Tertiò,si dicatur,ꝙ exemptus non possit expresse
renunciare foro,potest tamen tacite, contrahendo in
loco non exempto.de priuil.c.j.lib.eo.Iste autem spon
tè suscipiendo mandatum de soluendo, tacite renun-
ciauit foro,de his quæ fiũt à ma.par.ca.ex ore. & quo-
5 modo quędã †licet tacite,quæ non expresse,patet de iu
ra.cal.c.j.2.respon.lib.eo.& no.de for.cõpe.si diligenti.
in gl.pe. & facit quod no.Io.xj.q.insolita.vnde exẽptus
6 †permittendo præscribi contra priuilegium exemptio
nis spatio 40.ann.illi renunciat: sicut de aliis priuile-
giis dicitur.de priuil.accedentibus.facit de capel.mo
na.c.2.non tamen ecclesiæ Romanę præiudicatur nisi
per spatiũ 100.ann.vt not.16.q.4.c.volum⁹.simile,quod
de vasallo dicitur.de præscri.ad audientiam.

¶Quartò,per eundem modum dicitur,ꝙ dato,ꝙ re
nunciatio non tenuisset in præiudicium renunciantis,
vt patet de arbi.cum tempore.facit de re iud. suborta.
sic & submissio tenet quo ad submittentes, nõ quo ad
ipsius superiorem:quod me.cau.cum dilectus.de don.
7 inter dilectos.sic & renunciatio †beneficij facta in ma
nibus eius,ad quem recipere nõ spectabat. reuocatur.
de renun.quod in dubiis.17.q.2.Gonsaldus.sic & abiu-
ratio iurium dignitatis tenet,quo ad abiurantem,non
quo ad dignitatem.de instit.cum venissent.

¶Secundum principale,quod supra cõtra istũ indu-
cebatur,erat,quia non venit allegaturus priuilegium:
8 datur pro regula,ꝙ sicut quando constat † citationem
arctare, citatus venire tenetur,ita & quãdo dubitatur
an arctet:alias punitur vt contumax.ita no.Io.& Be.de
accus.veniens.in fi.vlti.gloss. & 3.q.2.si episcopus.15.q.
4 placita.in vlt.gl.in fi.& ff.si quis in ius voc.l.2. & de
iudi.si quis ex aliena.In dubio enim propter bonũ obe
dientiæ semper parendum est.23.q.j.quid culpatur.in
fi.& facit 13.q.2.non æstimemus.& quod ibi no.42.dist.
quiescamus.& de poen.dist.7.c.2.& si dicatur,non esse
dubium apud citatum,ꝙ scit se exemptum,hoc nõ iu-
uat:quia scientia iudicis hic ponderanda est, non cita
ti.de verb.signi.cum olim.facit quod not.de offi.dele-
ga.cum causa.in j.glo.Item plus est,no.Io.13 q.8.cõue-
9 nior.ꝙ si iudex laicus †citat clericum,tenetur compa-
rere,& priuilegium allegare:& de hoc infra dicã post
solutionem quæstionis.& facit quod not.Hosti.supra
de iudi.§.quæ sint necessaria.iuxta fi.ver.quod autẽ di-
xi & facit quod not.in decre.cum ordinem.de rescrip.
10 in fin.vlt.glo.Secundò,si iudex †probabiliter errans in
facto,& credens se iudicem,cum non sit, procedit,te-
net processus.de app.si duobus.Secus,si erraret in iu-
re.de offi.deleg.cum super.de conces.præbẽ.ex parte.
Iste autem dioecesanus probabiliter errabat in facto,
quia de sua dioecesi erat:& præceptũ ab eo receperat:
ergo &c.sic etiam dicitur procurator,qui reuocationẽ
suam ignorat,quia valet quod facit:de procura. in no
stra.& c.pen.& de iudice reuocato. vt nota.63.dist.tibi
domino.& de hoc per Inn.de rescri.cum contingat.de
concessio.præb.quia cunctis.lib.eo.
11 ¶Tertiò,videmus ꝙ in his,quæ sunt †iurisdictionis,
opinio præiudicat veritati.hoc patet in sentẽtia serui,
qui putabatur liber.3.q.7.§.verum.de offi.prætor.Bar-
barius.& occulti excõicati.de re iudi.ad probandum.
facit C.de testa.l.j.C.ad Macedo.l.3.& ff.ad Macedo.
l.3.de iure patronatus.consultationibus.de elect.que-
relam.de sententia excommu.si iudex.lib.eo.

¶Quartò,certum est,ꝙ iudex cognoscit,an sua sit iu
risdictio,de rescri.super literis.& ordinarius, de exce-
ptione cognoscit.& certo casu cognitione pendente,
iurisdictionem exercet in exemptum.supra eo.libr.de
priuil.cum personæ.c.dist.contra morem.

¶Quintò,ad hanc partem inducitur,quod not.Inn.
& Hosti.de verb.sig.ex parte 3.in fi.magnæ glo.vbi di-
cunt processum tenere contra exemptum non compa-
rentem,quando exemptio non est notoria,sed dubia.

PRO NEGATIVA. ¶In cõtrarium adducitur
illud generale,pacto priuatorum &c.ff.eo.tit.neq; pi-
gnus.§.priuatorum.de foro comp.si diligenti.Sed ius
12 † publicum cõsistit in sacris & sacerdotibus.j.dis.ius
13 publicum.& habet hic locum:si tale ius † cõcessum est
alicui non in fauorem eius tantum,sed & alterius: de
senten excom.contingit.j.de immu.eccle.aduersus.de
arbit.cum tempore.Cum ergo papa habeat in exẽpto
ius dioecesani,vt supra prima parte ꝓbaui,sine ipsius
consensu non potuit in alium consentire.
14 ¶Secundò ad hoc facit:quia sicut clericus sine † li-
centia episcopi sui non renunciat beneficio.de renun.
admonet.sic nec exemptus sine licentia papæ.eo. ti.c.
fi.de elect.si abbatem.lib.eo.nec ad aliam ecclesiã po-
test se transferre,etiam si hoc habeat cõsuetudo. supra
de consuet.cum venerabilis.& si renunciat exemptus
sine licentia papæ:etiam quo ad ipsum renunciatio nõ
tenet.6.q.3.deniq;& probat textus decret.quod in du-
biis.de renuncia.licet gl.contra.
15 ¶Tertiò,cõstat,ꝙ sicut clericus † sine sui episcopi li
centia ab alio non recipit ordines,sic nec exẽptus sine
licentia papæ.de episcopali ordine patet 63.dist.Saloni
tane.de aliis.de tẽpo.ord.cum nullus.lib.eo.nisi aliud
ex priuilegio competat.de præscri.veniens. Si ergo nõ
possunt ab aliis ordinari,ergo nec iudicari.9.q.2.nul-
lus.de parochi.nullus.
16 ¶Quartò,certum est,quod qui cõsentit †in iudicem
non suum,ante litem contestatam poenitere potest.ff.
de iur.om.iud.si conuenerit. & no.de iu.c.j.vbi distin-
guitur inter pactum de iurisdictione adeũda, & de nõ
declinanda.primo casu,nõ tenet factum à clerico sine
licentia episcopi.de for.competẽ.significasti.Secundò
tenet,etiam sine consensu.eo.tit.dilecti. Si ergo pactũ
non valet,vel saltem poenitere licet ante litem conte-
statam.poenitebat autem non veniendo : ergo episco-
pus contra eum procedere non potuit:tamen & si ve-
nisset,non fuisset coactus suscipere iudicium:ergo nil
interest iudicis vel partis.ff.de iudic.non videtur.facit
quod no.de dol.& contu.c.fi.

¶Circa secundum vero principale,probato,ꝙ non
17 potuit exemptus in eum †consentire sine papæ licẽtia,
probatũ est,ꝙ citatus ab eo,nõ tenebatur venire etiã
allegaturus priuilegium suum.constat autem, ꝙ sicut
18 nulla est sententia † à non suo iudice lata.de iudic.at si
clerici.cum cõcor.sic nec citatio,arguendo de toto ad
partem.facit de offic.deleg.pastoralis.in prin.& proba
tur de fo.com.Romana.in fi.lib.eo.Si nulla,non cõua-
lescet per inobedientiam non venientis.eo. ti.non fir-
matur.& bene facit quod no.ne elect.bonæ.2.in vl.gl.
19 ¶Secundò, constat episcopum † non esse iudicem
exempti.& hoc ipsum verbũ sonat 16.q.j.frater noster.
de suppl.neg.prela.Sicut de priuil.cũ capella.nisi in ca
sibus.de priuil.c.j.lib.eo.quorum nullus in casu nostro
cucurrit:ergo cõstat citantẽ non esse iudicẽ: & eo casu
non tenetur citatus ire etiam allegaturus priuilegiũ.

¶Tertiò,non releuat dicere,nõ constat hoc iudici,
20 † licet constat exempto:non sufficit ad notitiã exẽpti
priuilegium peruenisse,licet ordinarius illud ignoret.
de cõces.præb.c.j.lib.eo.§.nec obstaret.facit eo.lib. de
præb.si postquam,nec etiam releuat,ꝙ iste communi
opinione habebatur nõ exemptus.licet enim cõmunis
21 †opinio hic operetur,ꝙ ea durãte,seruatur sententiæ:
manifestata tamen veritate,cedet opinio.8.dist.verita
te,& sic declarabitur nullus processus.sicut no.de sen-
tentia lata per falsos testes.de excep.cum venerabilis.
& in sententia excommunicationis lata post legitimã
appellationem non prosecutã.de sen.exc.licet.libr eo.
& sic potest intelligi.eo.lib.de priuileg.cum personæ.

22 ¶Quartò, constat quòd defectus iurisdictionis † annullat
sententiã. de iud. at si clerici. cũ concor. ergo exceptio,
tu non es iudex meus, reddit iudicium nullum: & sic
potest opponi post sententiam, sicut exceptio falsi pro
curatoris. de procura. in nostra. & vide quod ibi not. in
gl. penul. ¶Quintò, his conuenit quod nota. C. vbi de
cri. agi oportet. l. j. vbi no. Accur. quòd quando iudex est ta
23 lis, quòd citatus † sua voluntate non posit facere iudi-
cem, non nocet taciturnitas. Facit de præben. dilecto.
& quod ibi not. Inno. vt & dixi super 3 glos. Inducitur
ad hanc partem, quod nota. Guil. in spe. de citatio. §. j.
versi. sed pone quod iudex. & §. pen. in fin. cuius verba
& ad literam ponit Archi. 15. q. 4. c. 2. in fin.

SOLVTIO. ¶Soluit pro hac parte, quòd exem-
24 ptus, priuilegio fori † renunciare non posit expresse
vel tacite sine papæ licentia: & si renunciat, processus
vel sententia nõ tenet: cum etiam superioris fauorem
respiciat tale priuilegium, ne suus subditus iudicetur
ab alio. facit ad Rom. 14. c. 2. quæst. j. nomen. & c. multi
de iureiur. nimis. alleg. dec. de arbit. cum tempore. nec
ob. quod ibi no. quod valeat quo ad renunciantẽ: quia
illud & omnia similia procedunt, quando renunciatio
ledit ius renunciantis tantum, & non superioris vel al
terius: bene facit supra eo. libr. de for. com. Romana in
prin. ibi enim consentientibus partibus, archiepisco-
pus omisso appellationis articulo non cognoscit de
25 principali ad id quod dicitur, renunciari † tacite, con-
trahendo vel delinquendo, vt scripsi, præmittẽdo illa,
non fiunt sine authoritate papæ & iuris cõmunis hoc
prouidentis. eodem modo respondetur ad decre. vlti.
de pœn. & re. dicit tamen ipse Guido, quod exemptus
26 † coram ordinario debuit comparere, & suum priui-
legium allegare: quod si non fecit, excommunicari po
tuit, vt contumax: cui non placet dictum speculatoris
de exempto loquentis. in versi. supra in fi. allegato. sed
sibi placet quod not. Inno. & ponit Hosti. de verb. sig.
ex parte j. in fin. magnæ glo. & hæc illa ratione, quia in
dubio cognoscit, an sit sua iurisdictio de priuile. cum
personæ. lib. eod. ergo cum, quo ad illum articulum, sit
iudex competens, in dubio cessant omnia iura, quæ di
27 cunt †, processum à non suo iudice factum, nõ valere.
per quod patet, solutionem cessare, nisi notoria esset
exemptio. Non ob. decre. quia cunctis. nisi priuilegiũ,
quòd excommunicari non posit, statim habeat suum
effectum, cùm ad priuilegiati notitiam peruenit: illud
quoque facit intentio cõcedentis, volẽtis adimere cuiq;
etiam ordinario potestatem illum excommunicandi,
saluo quod hæ res regibus & eorum filiis concessæ, de
priuileg. ne aliqui. lib. eodem. In priuilegio exemptio-
nis nõ sic, vt patet eodem tit. & lib. c. j. Item etiam illo
casu remanet ordinarij potestas alios puniendi. vt ibi
patet. §. in eos. & vide quod ibi not. in gloss. 2. ¶Scite te
volo quod Aegid. Cremon. post Io. de Deo. quæstio. 32.
disputauit in sua quæstione hunc articulum supra ta-
28 ctum. an si iudex laicus † citauit vere clericum, qui cõ-
muni opinione laicus habebatur, vt se defenderet ab
accusatione homicidij, quòd quia non venit, eum bãniuit,
an teneat bannum. Inducebatur ad partem, quod va-
leat: quia illum communiter haberi pro laico non pro
cedit, nisi ex quadam conformitate sui circa mores &
actus laicorum: censeatur ergo laicus, cùm propter si-
29 militudinem † quis cẽseatur de illorum numero, quo-
rum in veritate non est. 27. quæst. j. quotquot. 27. distin.
c. vlt. de biga. nuper. & dignum est, vt qui similem &c.
de stat. mo. recolentes. facit de sent. exc. si iudex. libr. e.
Item quilibet nascitur laicus, talis ergo præsumitur,
nisi clericus probetur. 2. quest. j. legum. Inducebat etiã
alia, quæ includuntur supra parte j. ver. secundũ prin-
cipale. vsq; ad fi. ipsius partis. & quæ inducebat ad par-
tẽ cõtrariã, supra in contrariis allegationibus sunt in-
30 clusa. vltra quæ inducebat iura detestari. † quòd aliquo
modo laicus in clericũ animaduertat, vel iudiciũ ex-
erceat. 1j. q. j. nullus iudicum. palea est, quæ habetur de
fo. cõp. c. 2. alle. eo. tit. si diligenti. & dicebat Io. de Deo.
prædicta intelligi de clerico, qui per admonitionẽ episco-
pi priuatus non erat priuilegio clericali. de sententia
exc. in audientia. & c. contingit. j. soluebat aũt ipse Io.
31 quòd cùm † deliquisset incedendo sine tonsura, & nescire
tur esse clericus, & fuisset contumax, potuit per iudi-
cem laicum puniri. de priuileg. ex parte 3. Tertiò, ne
furemur Aegdio labores suos, est sciendum, quòd ipse
ad quæstionis solutionem plene tradere voluit mate-
32 riam illam. quando pars teneatur ire allegaturus † pri-
uilegium, sic distinguens: aut citatus non innititur ali
cui iurisdictioni, nec alias est notorium: scit autem esse
ordinarium citati: cùm citatus venire nõ tenetur etiã
allegaturus priuilegium, licet in veritate iudex iuris-
dictionem habeat ex aliqua causa latenti. ar. ff. si quis
caut. si seruus. & l. quoties. & sic loquatur glo. vlti. dec.
bonæ. 2. de elect. alleg. quod not. Inn. de offi. deleg. pru
dentiam. vt ibi scripsi super gl. 2. de appella. Romana.
§. 2. lib. eo. vt ibi no. in gl. & si citauerint. & quod super
ea scripsi. si autem in citando innititur iurisdictioni,
subdistinguit: quia aut ordinariæ, aut delegatæ. si dele
gatę, & vere est delegatus, vt asserit, citatus comparere
tenetur. alias valebit sententia cõtra eum lata, excom-
municationis missionis, vel alia, & omnis processus
alias legitime factus: si vero nullam delegationem ha-
bet, & forte falsum tenorem rescripti transmisit, tunc
licet caute agat citatus cõparendo, tamẽ licet non cõ-
pareat, nil valet processus cõtra non comparentem ex
iurisdictionis defectu. alleg. nota. per Inno. de dila. c. 2.
vt ibi scripsi in glo. hoc habes. immo hoc casu, tenetur
iudex ad interesse citato, vt notatur in dec. prudentiã
ad fi. secundæ gl. Si autẽ iudex innititur iure communi
ordinarie, vt quia dicit citatum in suo territorio deli-
quisse, vel contraxisse, vel est alias secundum opinio-
nem communem in numero subditorũ, tamen per ali-
quam exceptionem potest iurisdictionem elidere, tunc
distinguit: an citatus recipiatur in iurisdictione citan
tis, an non. secundo casu, necessario ire non cogitur: si-
cut quòd si non vadat, non posit excommunicari vel mul
ctari. nam extra territorium &c. de consti. c. 2. lib. eodẽ.
alle. no. supra eo. lib. de for. com. Romana. & §. contra-
hentes. & per Inno. eo. tit. in antiq. licet. Si vero reperi
tur in iurisdictione citantis, tunc si ex parte iudicis vel
citati, nullum subest impedimentum iure, quo minus
inter eos posit esse iurisdictionis exercitium, siue sit
verum, siue falsum, quod dicitur cõtraxisse sub eo, vel
deliquisse, & sit exemptus, vel non, debet ire allegatu-
rus priuilegiũ suum, alias procedi poterit cõtra eum:
cùm iudicis sit cognoscere, an sua sit iurisdictio: & sic
loquatur lex, si quis ex aliena. ff. de iudic. & quod not.
ff. si quis in ius voc. l. 2. & de rescrip. super literis. ad fin.
¶Sed si quæratur. inquãtum valeat processus hoc casu
factus contra eũ, qui de iurisdictione nõ erat de dele-
gato se expedit. quod nil valet, si falsum erat, quod præ
tendebat: si verum, valet, quicquid alias legitime fece-
rit. si autẽ ordinarius erat, licet falsa sit causa, quã præ-
tendebat, valet, quod fecit, quo ad punitionem contu-
maciç: sed de principali cognoscere non poterit, etiam
si sit talis causa in qua posit lite non contestata proce-
33 di. tunc locum & habet, quod sententia † à non iudice
lata, non tenet. C. si à non comp. iudi. l. fi. cùm concord.
nec enim potest dici tacite non comparenteni iurisdi-
ctionem prorogasse: quia absens cõtradicere videtur.
ff. de arbit. l. sicuti. de rit. nupt. in eo. §. deinde. si autem
subesset tale impedimẽtum, quòd citans nullo potest mo-
do esse iudex, vt quia citans priuatus est, vel citatus à
laico clericus est, tunc dixit, quæstionem soluendó, quòd
ire non tenetur de necessitate, nec valet tunc proces-
sus, si fiat cõtra ipsum: allegat principaliter præ. gloss. l.
j. C. vbi de cri. agi oportet. & dictũ speculatoris, quod
dixi supra in fi. secundæ partis.

QVAE

SVMMARIVM.

1 *Dispensare an papa possit contra vniuersalem statum ecclesiæ.*
2 *Dispensatio propriè in votis fiat, an commutatio.*
3 *Dispensare an possit papa in his quæ sunt legis naturalis, & in præceptis primæ tabulæ.*
4 *Voti executio an fundetur super fidelitate, quàm homo debet Deo.*
5 *Monachus vt matrimonium contrahat, an dispensare possit papa.*
6 *In votis authoritas superioris intelligitur excepta.*
7 *Castitas dicitur, coitus cum vxore.*
8 *Votum simplex an tollatur per matrimonium.*
9 *Religionis professio, vltra votum continentiæ, quæ contineat.*
10 *Dispensatur in voto abstinentiæ, si vergat in corporale periculum vouentis.*
11 *Voti solennitas in quibus consistat.*
12 *In voto continentiæ quæ considerentur.*
13 *Vota monachorum quanti fiant.*

QVÆSTIO LXXVII. SVPER REG. Semel Deo.

ARGVMENTVM.

AN papa posſit diſpenſare cum monacho ex cauſa, vt matrimonium cõtrahat.

Ad negatiuam inducam 5. ſed quarto & quinto ſtatim reſpõdebitur: inducã ſex, duos textus, & quatuor gl. In contrarium ſex rationes & 5 gl. tertiò ſoluam: ſed plene interſeram dictum Thomæ, diſtinguẽs inter clericum in ſacris, & monachum.

PRO NEGATIVA Quòd ergo non poſsit, facit hæc regula, cum concor. immo nõ videtur quæſtio, cùm ſit textus expreſſus, de ſtat. mo. cùm ad mon. in fi. Secundò, non legimus beatum Petrũ talia feciſſe: ſucceſſor ergo talia non attentet, alias ceſſaret Petri priuilegium. 24. quæſtio. j. manet. Tertiò, monachorum con
1 tinentia † pendere videtur ab vniuerſali ſtatu eccleſiæ: ergo contra illud papa diſpenſare non poterit. 24. quæ
2 ſtio. j. memor ſum. Quartò, in votis propriè non fit † diſpenſatio: ſed commutatio. de voto. c. j. & c. magnæ. ſed in continentia non eſt inuenire æque bonum, in quod commutari poſsit eccleſia. 26. omnis ponderatio nõ eſt digna animæ continentis. facit 32. quæſtio. j. nuptiæ. ergo diſpenſari vel commutari nõ poterit. maxime, quia votum tenetur eſſe de iure naturali immutabili 6. diſt.
3 in princi. In his autem quæ ſunt † de lege naturæ & in præceptis diuinis, non poteſt per hominem diſpẽſari, & præcipue in præceptis primæ tabulæ, quę ordinatur directe ad dilectionẽ Dei: qui eſt vltimus finis præceptorũ: ſed ſecundũ hoc implere, non eſt de lege naturæ & pręcepto legis diuinæ: & pertinet ad præcepta legis diuinæ & primæ tabulæ, cũ ſit actus latriæ. & cõcludit hoc etiam in aliis votis, præter continentiã, diſpenſari non poſſe: fortius nec in illo. ſed ad hoc reſpõdetur, quãdo eccleſia diſpenſat in voto, nõ diſpenſat in præcepto iuris naturalis vel diuini: ſed determinat id quod cadebat ſub obligatione deliberationis humanæ, quæ non potuit omnia circunſpicere. ſicut etiam diſpenſare contra legem humanam, non eſt tollere legem: ſed ordinare ex cauſa, ne liget eo caſu, quo diſpenſatur, &
4 ſic non eſt contra. Quintò, executio voti † nõ fundatur ſuper fidelitate, quam homo debet Deo, in qua nullus diſpenſare poteſt. ergo nec in voto, præcipue tali.

¶ Ad hoc reſpondetur, quòd ad fidelitatem Deo debitam non pertinet, quòd quis faciat aliquod malum, vel maioris boni impedimentum: ad quod tendit voti diſpenſatio. Sextò ad hanc partem facit 32. diſt. de illo. 25 q j. ſunt quidam. & quod ibi not & no. ſupra. de cle. coniu. cum olim. de biga. c. 2. in gloſſ magna ad fi. & in præ. decre. cum ad mona. in vlti. glo.

5 PRO AFFIRMATIVA † contrarium, quòd diſpenſare poſsit, probatur ex generali poteſtate Petro data de ligando & ſoluendo. Math. 16. 24. q j. quodcunque. de maio. & obed. ſolite. ad fi. nam de monacho facit clericum ſecularem. 74 diſt. quorundam. Itẽ diſpenſat cum bigamo. 34 diſt. lector. & facit conſtitutionem contra ius naturale, quo minor 14. annis doli capax obligatur, religionem ſtatuens ne obligetur: de regula. ad noſtram. & de hoc eod. tit. poſtulaſti.
6 ¶ † Secundò, in votis authòritas ſuperioris intelligi-
7 tur decepta. de iureiurand. venientes. Tertiò, † coitus cum vxore dicitur caſtitas 31. diſtin. Nicena. per illum
8 ergo non videtur frangi. Quartò, † ſimplex votum tollitur per matrimonium. qui cleric. vel vo. meminimus. ſolennitates autem ſunt de iure poſitiuo, & ex conſtitutione eccleſiæ. de voto. c. vno. lib. eod. ergo contra ſolenne votum poterit diſpenſare. ¶ Quintò, papa abſoluit à iuramento, per quod iurans Deo & homini obligatur: de iureiurand. quanto. vbi de hoc. & 15. quæſtio 6. authoritatem. ergo fortius à voto, quod obligat ſoli Deo. Facit ſupra de celebratio miſ de homine. Sextò,
9 in profeſsione † religionis vltra votum continẽtiæ continetur votũ paupertatis & obedientiæ. ſed in his duobus diſpenſatur, vt patet in religioſo qui fit epiſcopus. 18 quæſtione j. cap. vno. ergo & in tertio, de quo loqui-
10 mur. Septimò, in voto † abſtinentiæ, ſi vergat in corporale periculum vouentis, diſpenſatur. Facit de obſer. ieiu. c. 2. §. pen. & vlti. pari ratione & in voto continentiæ, ſi in eius periculum vergat, diſpenſabitur. Octauò, ad hanc partem faciunt quæ Ioan. not. 25 quæſti. j. quæ ad perpetuam. 27. quæſtio. j. nuptiarum. & Bar. Brix. 32. diſtinct. de illo. Inno. & Hoſti. de voto. c. j. de ſtat. mon. cùm ad mona.

SOLVTIO autem patet ex his quæ ibi poſt eos ſcripſi. ampliatis autem verbis dicamus cum Thoma
11 & theologis, In voto † continentiæ tria conſiderari, voti materiam, ſ. continentiam: ſecundo ipſius perpetuitatem, ad quam ſe adſtringit: tertio ipſius ſolennitatem. aliquibus autem videtur ſolenne votum continentiæ indiſpenſabile, propter ipſam continentiã: quæ non recipit condignam commutationem. & primo dixi per authoritatem eccle. & pro ratione dicunt. quod per continentiam homo triumphat de domeſtico inimico, vel quia per continentiam homo perfecte conformatur Chriſto. ſecundum puritatem corporis & animæ: quia bona animæ, vt contemplatio & oratio, ſunt meliora bonis corporis, & magis nos Deo conformant: & tamen in voto contemplationis & orationis diſpenſari poſſet: vnde abſolute reſpicere ad ipſam continentiam, non videtur ſufficiens ratio prohibendæ diſpenſationis: præſertim cum Apoſtolus j. ad Corinthios ſeptimo ad continentiam per contemplationem inducat. dicens, quod mulier innupta cogitat quæ Dei ſunt. ad idem de cleric. coniuga. diuerſis. Finis autem potior eſt his, quæ ſunt ad finem. alij põderant ſecundum, ſcilicet, perpetuitatem, dicentes rationem eſſe, quia votum continentiæ non poteſt prætermitti. niſi per dicentem contrarium, quod in aliquo voto non licet. hoc eſt patenter falſum: quia ſicut vti carnali copula, eſt continentiæ contrarium. Item abſtinere à carnibus vel vino, eſt dicere cõtrarium, comedere carnes vel vinum bibere: & tamen in his votis diſpenſatur. ¶ Tertium ponderant. ſcilicet ſolennitatem voti, ſumentes rationem ex hac regula, dicentes, aliquem prælatum eccleſiæ non poſſe id, quod Deo ſanctificatum eſt, ad humanos vſus conuertere, niſi id quod ſanctificatum eſt, ſanctificationem amittat: &

hoc etiam in rebus inanimatis. vnde nõ potest facere, quin calix consecratus, maneat consecratus stans integer: multo minus hoc poterit de homine consecrato.
12 Solennitas † autem voti consistit in quadam consecratione vel benedictione vouentis. & ideo nullus prælatus ecclesiæ hoc potest, q votum solenne emittens desistat ab eo, quod est consecratum: puta quod sacerdos non est sacerdos: licet possit prælatus ob aliquam causam executionem ordinis prohibere, simili ratione nõ posset papa facere, quin professus sit religiosus. Et deridet Thomas opinionem Vin. & Io. contrariam. Est ergo secundum Thom. considerandum, an continẽtia sit essentialiter annexa ei, ad quod votum solẽnizetur, an non. Primo casu, non posset manere solennitas sine debito continentiæ: secundò, potest. per quod dicit, q cum votum continentiæ nõ sit essentialiter annexum ordini sacro, sed ex statuto ecclesiæ, per ecclesiam dispensari poterat, vt contrahat constitutus in sacris. & vide quod scripsi de conuer. coniu. placet. in fin sed si debitum continentię est annexum essentialiter professioni religionis, per quam quis renunciat seculo, se totaliter Dei seruitio mancipando: quod non potest stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas alendæ & regendæ coniugis, prolis & familiæ, & rerũ quæ ad hoc requiruntur. vnde j. ad Corin. 7. qui cum vxore est, solitus est, quæ sunt mundi: quomodo placeat vxori, & diuisus est. Vnde nomen monachi ab vnitate sumitur, per oppositum ad diuisionem prædictam: quare in voto solennizato per professionẽ non dispensat ecclesia: quod voluit secundum Thomã. dec. cum ad monasterium. in fi. dicens. q castitas annexa est regulæ monachali &c. hoc prosequitur secunda secundæ. quæstione 88. articulo xj. vbi etiam ipse respõdet ad illa duo, quæ vltimò allegaui ad partem affirmatiuam. dicens falsum esse, q religiosus factus episcopus absoluatur à voto paupertatis & obedientiæ, vnde nihil habet propriũ: licet episcopatus bona dispenset: & quod acquirit, nõ sibi, sed episcopatui acquisiuit. vt in cõtrario. & supra de priuil. cum olim. 2. Item, licet per accidens obedire non teneatur, si superiorem non habet, sicut nec abbas: non tamen per hoc ab obedientia absoluitur. De hoc vide quod no. 16. q. j. ca. 3 Ad id quod dixi de voto abstinentiæ, respondet, quòd cibus directe ordinatur ad conseruationem corporis: vnde si abstinentia directe vergit in corporis periculum, votum abstinentiæ dispensationem recipiet: sed coitus non ordinatus directe, ad conseruationem personę non vergit: sed si per accidens ex ea aliquid personale accidat, subueniri debet per abstinentiam ciborum, vel alia corporalia remedia sine peccato. Facit de pœ. & re. cùm infirmitas. in fi. sed vt scripsi post Inno. & Hosti. de voto. c. j. & in dec. prædicta, cùm ad mona. super vlti. glos. vbi votum continentiæ est solenne impedimentum maioris boni, poterit papa dispensare. nam bonum commune melius est, quàm bonum vnius. Posset autem per vnius continentiam bonum multitudinis impediri: vt si per matrimonium alicuius solenniter vouentis etiam monachi, posset pax patriæ procurari, vel patria infidelis
13 ad fidem conuerti: vel his simile. absit † quod his casibus monachelli continentiam præferamus tanto bono, vt plene scripsi. & ideo plus non insto, in præd. dec. cùm ad mona. super vlti. gloss. & responsiones ad contraria ibi vide, & in præ. dec. vnica. de voto eod. lib. super vlti. glo. bene probat hæc præ. dec. vnica. In decr. autem. cum ad mona. quæ mouit Thomam ad prędictã distinctionem, certum est, nulla verba personarũ posse tollere vel detrahere potestati successoris: quia par in parem &c. de elect. Innotuit. cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Testium & instrumentorum eadem vis in litibus dirimendis.*
2 *Publicè vtile est, ne crimina remaneant impunita.*
3 *Instrumenta documentorum appellatione an contineantur in probandis criminibus. nu. 10. 13.*
4 *Cautius agendum est, vbi maius periculũ imminet.*
5 *Mulier an in criminalibus accipiatur in testem.*
6 *Testium & instrumentorum an diuersa sit fidẽ.*
7 *Accusatio odiosa est.*
8 *Accusari an absens possit.*
9 *Iudex non debet punire, nisi conuictum per testes, vel propriam confessionem.*
11 *Lis, dictio vt accipiatur, quidue significet.*

QVAESTIO LXXVIII. SVPER REG. Semel malus.

ARGVMENTVM.

AN per instrumentum directe probetur crimen? directe dixi, quia puto, adhibitis testibus rogatur tabellio conficere instrumemtum de vulnere, homicidio, adulterio, incendio vel his similibus, quæ commisisti: & tabellio sic facit: quod postea contra te producitur: & placuit tunc quæstio & solutio. Iac. de Aret. per Bon. transeuntis: quare scripsit in ea, cuius verba ponit Cynus ad literã. C. de proba. sciant cuncti.

Ad affirmatiuam inducam sex rationes: & sex gl. In contrarium totidem rationes & quatuor gloss. tertiò soluam distinguẽdo, & ad contraria priùs singulariter, demum communiter respondebo.

PRO AFFIRMATIVA. Quòd probetur, vi-
1 detur primò. quia in † exercendis litibus parem vim òbtinent testes & instrumenta. de fide instr. cùm Ioannes. C. eo. tit. in exercendis. & vndecũque crimina claruerint, punienda sunt. 24. quæstion. 4. ecce. ¶ Secundò, non est in criminalibus restringenda probationis for-
2 ma, cum publicè † vtile sit, ne crimina remaneant impunita. 23. quæsti. 4. est iniusta. in fin. & ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. ¶ Tertiò, multi canones dicunt crimen per documenta probari. 2. q. 7. plerique. ibi, publicis documentis & c. si quis episcopus. 2. quæstion. 8. sciant. quæ etiam lex. C. de proba. ibi, apertissimis documentis. 23. quæstio 4. forte in populo. in fi. ibi si veris documentis
3 testibúsq; cõuincitur sed ibi patet quòd † documentorum appellatione instrumenta continentur, cum ponantur vt diuersa à testibus. probatur etiã id, de prob. quoniam contra. & C. de eden. authẽ. si quis in aliquo. ¶ Quartò, ad hanc partem facit de restitu. spoliat. cùm ad sedem. versi. nos prioris. de dolo & contu. veritatis. C. quorum ap. non rescind. l. obseruare. ibi, testibus productis instrumentis prolatis. &c. ¶ Quintò videtur casus. quia periurium & falsum probatur per instrumentum, eod. lib. de iureiur. c. vni. vbi de hoc. de his quæ fiũ à prælat. quanto. & conspiratio quæ magnum crimen est, probari videtur per scripturam. de verb. sig. c. 2. eod. lib. vbi de hoc & schisma. eod. libr. de schisma. ca. vno. Item dilapidatio rerum ecclesiæ, de rebus ecclsi. non alie. si quis presbyterorum. & facit C. de edend. is apud quem. Sextò inducitur etiam lex 2. ff. de fer. in fine. vbi per adspectũ æstimatur iniuria. sic ergo adspectu notarij & testium poterit instrumentum confici & probari per illud. Ad hanc partem facit quod notat Hugo 7. quæstione 2. c. j. Bertran. 2. quæstione 7. plerique. Ioan. facit. 2. quæstione iudex. Hostien. de restitu. spol. cũ ad sedem. Gulielm. Specul. in appa. de vsur. quanquam. in princ. acc. ff. de Turpil. in senatus. in prima gloss. & C.

ad legem Aquil.contra negantem.in prima glos.
PRO NEGATIVA. ¶in contrarium cóstat,quòd
4 cautius †agendum est,vbi maius periculum imminet,
41.dist.quiescamus.7.quæst.1.c.fin.supra eo.lib.de ele.
vbi periculum.in princi.& ff.de Car.edict.l.j. §.1.vel
3.propter periculum autem causarum criminalium,
in quibus quandoque de salute hominis agitur, C.de
app.addictos.non recipitur procurator.de accusa.ve-
niens.& in illis eadem ratione non recipietur proba-
tio instrumentalis. Secundò, patet etiam dissimilitu-
5 do,quia in criminalibus mulier †non recipitur in te-
stem.de verbo.si.forus.nec minor 20.ann.4.quæstion.
3.in testimonium.quæ est lex.ff.de testi.sed instrumen-
to forsan scriptus est minor 20.annis,cuius viuæ voci
non crederetur, multo minus mortuæ. repellatur er-
go instrumentum,cuius repelletur author.de testi.li-
6 cet ex quadam.& alia †est fides testium,& alia instru-
mentorum:& non testimonijs,sed testibus est creden
dum.4.quæst.3.§.item alia est.ff.de testi.l.3. § 3.& sæpe
talia ex mala fide scribuntur ff.de custo.& exhib.reor.
7 l.diuus. Tertiò constat,quòd accusatio †est odiosa.2.
quæst.7.si quis episcopus.C.de iud.properandum, er-
go in eo probatio non dilatetur. sed potius restringa-
tur.ad hoc.supra de test.cogen.dilectorum.vbi in ci-
uili & non criminali coguntur testes.facit hoc.eo.tit.
odia.C.de nup.l.neque. ¶Quartò,multum facit,quòd
in criminali causa testes exhibentur coram iudice,vel
authen.de testi.§.multæ.ver.in criminalibus.C.de fid.
instru.iudices,& authen.apud eloquentissimum.facit
5.quæst.5.illi qui.ergo non stabitur instrumento, nisi
testes non exhibentur.
8 ¶Quintò,si absens †accusari non potest.ff.de pœ.
absentem.3.quæst.9.cap.j.2.&3.multo minus conuin-
ci:vt ibi,& 2.quæst.8.per scripta.& cap.j.& 2.ff.de re-
qui.reis,l.2.
9 ¶Sextò facit.2.quæst.j.iudex non debet punire †ni
si conuictum per testes vel propriam confessionem.
15.quæst.vlt.c.vltim.in fi.& l.sciant.inducta pro prima
parte, facit pro ista, cùm ibi dicatur, probationes in
criminalibus debere esse apertissimas, & luce clario-
res. Pro hac parte facit quod notat B.de ma.& obed.
cùm in ecclesiis.& quòd ibi no.Innoc.& Io.24.q.2.sa-
nè.2.in gloss.sed quid si.& quod nota.Guli.in Spec.de
accus.§.j.ver.quid si quis accusatur.
10 SOLVTIO.Soluendo dixi,per instrumentũ †di
rectè non probari crimen. per vltimo allegata.nam &
video,etiam in contractibus notarium non posse, me
non mandante,conficere instrumentum:vt in authen.
de tabell.ad fin.j.colum.colla.4.hæc vera nisi per me,
vel me volente & mandante, conficiatur instrumen-
tum : per quod ipso facto crimen meum probetur. 14.
quæst.2.sanè,2.88.dist.neque.ff.ad l.Corn.de fal.si quis
legatum.& l.qui duobus C.de his qui sibi adscrib.per
totum.& per hoc fit responsum ad decreta. vni. supra
eodem lib.de iureiur.& ibi allegat.sequentes leges.l.
si apud quem. loquitur de actione causæ, non de in-
strumentis.sicut præ.decret.vult,de iur.l.præ.2.loqui-
tur de iudice, qui suo, non alieno,ad spectu habet æ-
stimare atrocem iniuriam.redeundo ad primum alle-
gatum.Non ob.quod dicitur,in exercẽdis litibus &c.
11 quia verbum †litis,non criminalem,sed ciuilem cau-
sam designat.ff.de verbo.signi.l.litis.vnde idem quod
de vno conceditur,de altero negatur.25.distin.qualis.
12 ¶Item fateor,crimen †puniendum,cùm claruerit: sed
nego directè clarere per instrumentum,capit.fortè.&
l.obseruare,coniungunt testes & instrumẽta, vt supra
patuit:& sic non sunt contra.Posset etiam aliter ad il-
la & alia responderi:quia instrumenta bene probãt in-
ducere tamen,vel coadiuuant criminis probationem.
Pone, accuso quòd incendisti domum meam: per te-
stes probo incendium:per instrumentum probo domi
nium.accuso te de pace fracta, induco instrumentum
pacis.accuso te de periurio, induco instrumentum quòd
iurasti.accuso Titiũ de adulterio.probabo quòd mu-
lier fuit vxorata,& eo sciente,per instrumentum con-
tractus matrimonij:in quo ipse inscriptus sit.sic etiam
loquatur gl.l.contra negantem.fateor ergo,bene pro-
batur indirectè crimen per instrumentum.veniant no.
per Innocen.& Hosti.de accusa.super his. & secundũ
vltimò hæc dicta procedunt in authent.vt li.ma.& a-
ui.ad fin.§.his quoque. collat. 8. denunciationes e-
nim factas conuersanti cum vxore mea, bene proba-
bo per instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahitur spe tollendæ sobolis propter legis obsequium, & humanitatis solatium. 7.*
2 *Matrimonij duplex institutio.*
3 *Matrimonij tria sunt bona Augustino.*
4 *Conditio contra substantiam matrimonij, facit desicere matrimonium.*
5 *Baptismus in morte receptus, irregularitatem inducit quò ad ordines. nu. 13.*
6 *Pœnitentiæ sacramentũ in morte susceptũ, an sit illius efficacia, cuius est, cùm in sanitate suscipitur.*
8 *Matrimonium contrahens cum meretrice, quam credit non desinere meretricari, peccat: & si credit, quòd desinat, meretur.*
9 *Baptismi bonum quod.*
10 *Morte nil certius. & ipsius hora nil incertius.*
11 *Matrimonium spirituale contrahitur per religionis professionem, quæ tenet etiam facta in mortis articulo.*
12 *Edictum de matrimonio, prohibitorium est certarum personarum.*
14 *Manumittens ancillam, vt nubat alteri, non est libera, etiã si soluto matrimonio nubat manumittenti.*
15 *Actus impertinens intermixtus, vel vitiat quod agitur, vel impedit extrema coniungi. Et quid in actu contrario. nu. 26.*
16 *Fictione canonis, duo dies pro vno finguntur.*
17 *Fictio iuris, non procedit super impossibili, vel iure contrario. & nu. 74.*
18 *Fictio iuris positiui & ars, habet intimam imitari naturam.*
19 *Matrimonium intermedium, legitimationem an impediat. & nu. 25.*
20 *Præscriptio quando dormiat.*
21 *Procuratoris constituti consensus coniunctio ad constituentem, nõ impedit ipsius procuratoris intermedia contradictio.*
22 *Contumaciter recedens, & appellans per iudicem à quo citari non debet: si tamen appellationi renunciat, citatur vt prius, non obstante conditione intermedia.*
23 *Hypotheca soluitur, vendito pignore de voluntate creditoris: sed reintegratur, si res redeat in prioris debitoris dominium.*
24 *Actio rerum amotarum inchoata post diuortium, redintegrato matrimonio cessat: & sublato impedimento matrimonij redintegratur. Et quid in actione de dote. & num. 75.*
27 *Concubinatus an sit de iure permissus. Et an constitutis in minoribus ordinibus. 29. 39. 40. 46.*
28 *Pro prolis legitimatiõe, an in dubio sit præsumẽdũ.*
30 *Miles armatæ militiæ, in quibus æquiparetur militi cælestis militiæ.*
31 *Clerici beneficiati continuè beneficio seruiendo san-*

ctis ministeriis vacare debent.

31 *Clerici beneficiati, quas domi sua mulieres habere possint.*

33 *Concubinarij an ad ordines possint promoueri.*

34 *Ius filiorum, iure naturali fuit indifferens, sed iure scripto postea in tres partes distinctum.*

Coniunctio maris & foemina, iuris est naturalis.

35 *Spurij quare & vnde sic dicantur.*

36 *Naturales filij cur & vnde sic vocentur.*

37 *Concubina & vxoris differentia qua sit.*

38 *Fornicatio simplex, an sit mortale peccatum.*

41 *Matrimonium quatenus sit de iure naturali.*

42 *Matrimonij duplex finis, principalis & secũdarius.*

43 *Homo naturaliter politicus cur dicatur.*

44 *Fornicatio & omnis vagus concubitus, an sit cõtra bonum prolis educanda.*

47 *Naturales qui & quomodo legitimentur.*

48 *Intellectus c. tanta. qui filij sint leg.*

49 *Naturalis primo natus, licet post legitimatus, an ius habeat in successione primogenitura. & nu. 63.*

50 *Succedit de iure, ex diuersis gradibus qui proximior est. Et quod tempus in proximioritate spectetur. num. 51.*

52 *Tempus aliquod retrotrahi, in quibus procedat. & num. 57. 73.*

53 *Fauoris, qui doti tribuitur, causa est proles legitima.*

54 *Beneficia iuris latissimè interpretanda.*

55 *Dotium duarum prerogatiua, in quibus etiam fictio locum habet, seruatur ex tempore. 76.*

56 *Papa & Princeps, in alterius graue praeiudicium, priuilegia non concedunt. nu. 77.*

58 *Casus, quibus secundus expectans beneficium, ponitur in locum primi.*

59 *Casus, quibus in successionibus hereditariis constitutus in loco secundo, in locum prioris adducitur.*

60 *Casus omissus, quando habetur pro omisso.*

61 *Consuetudo in successione praeferens primogenitum coniunctim, an requirat eum esse tempore genitura legitimum.*

62 *Verba vbi certa sunt, quaestionem voluntatis non admittunt.*

64 *Quando ad perfectionem alicuius negocij duo concurrunt, praefertur, qui duo perficientia prius consecutus est, etiam si in vno sit posterior.*

65 *Legitimatus senior, an praefratur legitimo iuniori, legitimatione post natiuitatem iunioris facta. & num. 66. 68.*

67 *Subdiaconus an in episcopum possit eligi.*

69 *Adoptio tanta potentia non est, vt ius naturale extinguat.*

70 *Intellectus l. 1. C. de consulib. lib. 12.*

71 *Argumẽta per fallaciam accidentis, quomodo resoluantur.*

72 *Eadem res diuerso iure quando censeatur.*

78 *Naturalis legitimatus, an in feudo succedat.*

79 *Natalium dispensationes sunt odiosa, & strictam interpretationem habent.*

80 *Consuetudo, quòd monachus non succedat, an extendatur ad regularem canonicum.*

81 *Feudorum iuxta consuetudines, clericus non solum in feudo non succedit: sed etiam illud per clericatum perdit.*

82 *Consuetudo an nos laedere, vt iuuare possit.*

83 *Consuetudo an liget priuilegiatos. & nu. 87.*

84 *De iudicato in foro ecclesiastico, an excipiatur in seculari.*

85 *Clericatus an conferatur infanti vel illiterato.*

86 *Consuetudo an liget non subditos.*

88 *Clerici spontè iudici laicorũ se subiicere nõ possunt.*

89 *Consuetudinẽ an teneantur clerici, si sit eis onerosa.*

90 *Consuetudo qua aufert alteri, quod sibi debetur, an sit iniqua.*

QVAESTIO LXXIX. SVPER REG. Sine culpa.

ARGVMENTVM.

ACOLYTVS beneficiatus habens B. filium ex A. concubina. C. duxit in vxorem: ex qua suscepit D. filiũ promotum ad sacros. demum vxore mortua, in extremis agens, cum dicta concubina matrimonium cõtraxit: primò quaeritur, an ille B. sit legitimus. secũdò, dato quòd sic, an sibi debeatur hereditas, quã inter legitimos loci consuetudo defert primogenito. Prima quaestio habet tria dubia. Primũ, an quod dicitur naturalem legitimari per sequens parentũ coniugiũ, locũ habeat in genito ex clerico in minoribus beneficiato. Secundum, an ibi id locum habeat, cùm alter parentũ interim aliud matrimonium contraxit. Tertium, an talis legitimatio fit per matrimonium, in extremis contractum. & sic verbo tenus, sic & nunc in scriptis

Primò expediam vltimum, secundò secundum, tertio primum. Ad negationem autem inducam 3. rationes, & vnam aequitatem, secundo soluam, & solutionẽ 3. rationibus adiuuabo, & contrariis respondebo.

PRO NEGATIVA vltimi dubij. Et quòd matrimonium in extremis contractũ, non legitimet prolem, videtur casus in l. nuper. C. de natura. lib. quae dicit, matrimoniũ tunc † legitimare prolẽ, cùm cõtrahitur spe tollendae sobolis. quae spes hic deficit: ergo &c.
1
2 ¶ Secundo, matrimonium † consideratũ fit ex duplici institutione, prima fuit ab ipso Deo in statu innocẽtiae, & in paradiso. de voto, c. vno. eod. lib. per verba protoplausti, Hoc nũc os &c. Gen. 2. in fi. & haec institutio fuit ad prolem: vnde ibi sequitur, Et erunt duo in carne vna, i. in carne vna procreanda. & Gen. 9. ibi, Crescite & multiplicamini &c. secunda fuit ab apostolo, & non in statu innocentiae. & hoc principaliter ad vitandũ fornicationem. 1. ad Corint. 7. de vtraque habetur. 27. q. 2. lex diuinae. sed in eo, qui in extremis agit, fateri oportet vtrunque deficere, & spem prolis, & euitationẽ fornicationis: ergo deficiente causa, deficiet & matrimonium: & per consequens legitimatio, quã inducit matrimonium. vt supra qui fil. sint le. tanta. & hoc sic formatur, vt plura sunt substantialia alicuius actus sacramentalis, vel non. vno deficiẽte, deficit totum: patet in baptismo, cuius substantialia, verbum & elementũ: altero deficiente, deficit sacramentũ. 1. q. 1. detrahe. supra de bap. nõ vt apponeres. patet in electione, quo ad substantialia formae scrutinij, de elect. quia propter. & ca. cùm in cunctis. & c. Cumana. patet in definitiua quò ad substantialia. s. vt feratur de scripto, à iudice sedẽte & per se recitante, quorum alterum si desit, vitiat sententiam. de re iud. c. fi. lib. eo. cum concor. Item, in trãsactione alimentorũ de tribus quaeri debet. de causa, de modo, de personis: quorũ alterũ obmissum vitiat, quod agitur. ff. de transact. cum hi. § vult igitur oratio. & §.
3 si praetor. cum concor. Ita in proposito, cùm tria † sint, quae Augustinus vocat matrimonij bona. 27. q. 2. omne.

& doc.

4 & dec.vlt.de cond.appo.dicit,quòd conditio †contra
illá substantiá vitiat matrimoniú. & deficiente vno il
lorum etiá in spe,deficiet matrimoniú:ergo & legiti-
matio.nam etiá in matrimonio,deficiente substátia &
forma,vel deficiente altero duorú consensuú, in qui-
bus consistit substantia,cóstat,φ deficit matrimoniú.
supra de spon.tuæ & c.tua ¶ Tertiò ad hanc partẽ in-
5 duco 57.dist c.vno vbi baptismus †in morte receptus,
irregularitatẽ inducit,quo ad ordines,quo ad promo-
tionem.de poe.dist.7.si quis positus.vbi Aug.non vult
6 asserere,φ sacramentum pœnitentiæ †in morte susce-
ptum,sit illius efficaciæ,cuius est,cum in sanitate susci
pitur. & infra de rap.super eo. vbi confesso in morte
denegatur officium sepulturæ:ex quibus concluditur
hic,diuerse aliquid fieri in vita,quod non in morte. e-
xemplú vide supra de sepul.de his.in prima gl.&super
ipsa,de off ord.præsenti. §.porrò in magna gl.eod.lib.
¶ Quartò,æquitas iuuat hanc partẽ,qua docemur per
experientiá aliquos in morte constitutos cum tali con
trahere,cum qua in sanitate nullo modo contraherẽt.
Item,cum tali contrahere in mortis articulo constitu-
ti, cum qua tunc sani contracturi non essent. videtur
ergo inesse irrisio sacramenti.de poen.dist.4.irrisor.

PRO AFFIRMATIVA vltimi dubij.¶ In con-
trarium,φ pro solutione do,est sciendum,φ super dec.
tanta.eo.tit.in prin.sic dicere soleo, & sic scripsi super
vers.contractú matrimoniú. per hanc literam, quæ sic
simpliciter loquitur,videtur satis esse, φ matrimoniú
sit contractum:licet in contractu desit spes prolis:per
quod videtur,quòd si quis in mortis articulo constitu
tus,cótrahit cum illa,ex qua filiú naturalem habebat,
vel contrahit cum illa in mortis articulo constituta,φ
legitimata sit proles.licet quidam contra per l.nuper.
C.de naturali.lib.ibi,spem tollendæ sobolis:per quod
etiá dicunt matrimoniú tunc non esse: & attribuitur
hoc dictú Iaco.de Are.verius videtur, φ sit matrimo-
nium,& legitimata sit proles.& satis est φ sit spes pro
lis in casum conualescentiæ.Item & sine tali spe,vide-
7 tur esse †matrimoniú, propter humanitatis solatium.
27.q.j.nuptiarum.supra de fri.& malefi.quod sedem.&
ibi no.nec vitiatur propositum,non habendo prolem,
nisi deducatur in pactú.supra de cond.app.c.fi. & no.
de consan.& affi.de infidelibus.non ob.illa litera.spẽ
tollendæ sobolis.nam nó minus filius,propter tollen-
dam ipsius qualitatem & patris potestatem,in quá in-
cidit,creari videtur.ad hoc in auth quibus mo.na.ef.
le §.sit igitur.colla.6.& patet in præd.l.nuper.ibi,suf-
ficiat enim.& c.bene facit.16.distin.c.j.& quod ibi no.
optimè facit supra de despon. commissum. coadiuue-
mus hoc dictum,in contrarii respondendo allegatis.
Primò vide quomodo benefac.præd.dec.commissum.
constat,φ in illo matrimonio deficit spes prolis, quia
non intendebat ad coitum. Item species sacramenti,
quia per professionem intendebat cótrahens citò ill
uertere.deficiebant ergo duo bona in specie.& tamen
tenet matrimonium:fortius ergo tenet,vbi deficit al-
terum tantum.¶ Secundò.fortificatur illud,per tertiú
bonum fidei.contrahis cum muliere,non sperans sibi
fidem tori seruare, vel contrahis cum illa, quam non
speras fidem tori seruaturam:& tamen nullus dubitat
8 ibi esse matrimonium:fateor tamen,φ peccat, †qui cú
meretrice contrahit, quam non credit desinere mere-
tricari:& meretur,si credit,quòd desinat.32.q.j.nó est.
supra de spon.inter opera.C.de nup.imperialis.cóclu
ditur,quòd etiam si omnia tria bona deficiant in spe,
dummodo hoc nó deducatur in pactum,est matrimo-
nium:si matrimonium,ergo &c.¶ Tertiò,hoc quod de
prole dicitur,probatur per c.beata Maria.27.q 2. con-
stat enim,quòd fuit matrimonium inter Mariam & Io
seph, & tamen ipsa virgo etiam contrahendo se virgi
nitatem seruaturam disposuit:& sic,iuxta dispositio-
nem animi,non erat spes prolis.¶ Quartò,vide in ba-
9 ptismo:bonum baptismi † est, infusio gratiæ cum re-
missione peccatorum:sed si fictè baptizetur adultus,ve
rum habet baptismum.non potest dici bonum baptis-
mum,quod tamen habere incipiet postea, cum illa fi-
ctio à veraci corde recesserit:j.q.j.sicut ficti.de con.di.
4.tunc valere.supra de bap.maiores. §.fin.sic iste ha-
bet verum sacramentum matrimonij, sanatus autem
ab ægritudine,habere poterit spem prolis & prolem.
¶ Quintò, multum hoc adiuuat: quia licet nil morte
certius.vnde eccle.14.testamentum huiusmundi mor
te morietur.nil tamen ipsius hora incertius. 13. quæst.
2.in ecclesiastico.ff.de condi.& demon.l.j. & sæpissi-
mè hoc experimur,sanari prognosticatos ad mortem,
& econtrà.de æta.& quali.ad aures.cum ergo certitu-
do non impedit matrimonium, alias nullum esset ma
trimonium.ita vero, sicut in sanis est dies incertus,fa-
teri oportet,perinde ac si fuisset in sanitate contractũ:
quod sic coadiuuo.

¶ Donatio fit causa mortis quandoque non instan-
tis,quandoque instantis:si irreuocabiliter datur,cen-
setur in vita donatum.vt eo.tit.ff.de mort.caus.dona.
vbi. sed hic est contractus irreuocabiliter: quia quos
dominus &c.de transla.episc.per totum : ergo perin-
de habetur factum in periculo mortis instantis & in
11 vita.patet hoc in spirituali †matrimonio,quod per re
ligionis professionem contrahitur,quæ tenet.facta in
mortis articulo:de regula.sicut nobis. maximè si pro-
pter infirmitatem,non sit alienatus à mente.eod.tit.si-
cut tenor.quo casu fateor, quòd non teneret carnale.
32.q.7.neque supra de spon.dilectus.cum concor.

SOLVTIO. ¶ Concludimus ergo cum illo ge-
12 nerali,quo dicimus edictum †de matrimonio prohibi
torium certarum personarum,de spon.cùm apud.in ex
tremis ergo laborantem non inuenimus prohibitum:
ergo dicamus illum permissum:qui alias iurasset cum
aliqua contrahere,qui alioquin in extremis positus ha
beret necesse deierare, sed nullus de necessitate pec-
cat.23.q.4.Nabuchodonosor.ver.vasis iræ, quod alias
est capitulum.

¶ Ad contraria respondetur. nam ad l.nuper. & ad
id,quod inducebatur secundò, iam responsum est su-
pra. Ad illa quatuor, quæ inducebantur ad fortifica-
tionem secundi,facilis est responsio:quia illa loquun-
tur in substantialibus formæ,quæ si fuerint omissa,vi-
tiant quod agitur.

¶ Quòd aút fortius noceat,vitiare formam, quàm
causam,collige per no.12.quæst. 2.in summa. Ad illa,
quæ tertiò inducebantur,responde.Primò ad illud ca.
13 vnicum.57.dist.quòd ille baptizatus †in morte,verum
habet baptismum:sed prærogatiua ordinum, quæ re-
pellit multos, etiam non peccantes, repellit & istum
sicut neophytum:licet verè sit baptismus.48.dis.per to
tum.Ad c.si quis.responde per no.eo.tit.in sum.Ad ca.
super eo.dic,quòd ille verum habet sacramentum poe
nitentiæ sed ad aliorum terrorem denegatur officium
sepulturæ,vt ibi not.in gl.penult.

¶ Ad id,quod ex his concludebatur,responde: quia
illa sunt casualia. nam regulariter quod licet in vita,
& in morte: & dicens contrarium, in l.Fusiam Cani-
niam incidit,qua licebat in vita libertates dare, nó in
morte.ideóque eam tanquam inuidam honestè subla-
tam.Institu.de l.Fusia Can.sublata.& C.eo.tit.l.vna.

DVBIVM secundum.Ad secundum veniens,pro
bo,per matrimonium,quod ponit thema,cum concu-
bina contractum,illum B.non legitimari:quia non pri
mum,sed aliud fuit intermedium.

¶ Quod sic ostendo per tres copiosas rationes. Ad
contrarium inducam opin. quam duabus rationibus
adiuuabo.tertiò soluam,contrariis respondebo.

PRO EIVS NEGATIVA.Ad primú ius posi
tiuum permittés legitimationem,de qua loquitur, co
gitasse videtur de nuptiis, quæ post natiuitatem filij

nullis aliis interpositis sint contracta: hinc est, quòd si
14 minor manumittit † ancillam, vt nubat alteri, non est
libera, etiam si soluto matrimonio nubat manumitten
ti. ff. qui & à quibus manumiss. l. matrimonij. & causam
vide: dicit lex, quòd hoc sermone, cùm nupta erit, pri-
mæ nuptiæ intelliguntur. ff. de verb. sig. l. boues. §. j. &
dotis promissio de primis nuptiis intelligitur, nec tra
hitur ad secundas, primo matrimonio soluto, contra-
ctas cum illo, cui promissio facta fuit. ff. de iu dot. do-
tis promissio. ff. de pact. dotal. inter socerum. in fi. & de
leg. 2. cùm pater § pater certam. hinc etiam est. quòd si
iuraui cum P. muliere contrahere, si primas nuptias
cum ea non contraho, sed cum alia, sum periurus: & de
periurio puniendus supra de spon. sicut. his bene con,
uenit supra eo. lib. de præb. non potest. in fi. vbi dispen
satio de duobus curatis, intelligitur de primis. ad idé.
C. de vsufru. antiquitas. vbi nomē heredis ex causa in-
telligitur de primo. ff. de ver. obl. eum qui Calendis. ff.
de iur. fisc. l. edicto. §. cùm ante apertum. ff. de lega 3. fi-
deicommissa. §. si quis alicui decem. & vt lega. c iusa. c.
l. j. §. si cui. ita subaudiamus ergo in potestate legiti-
mationis, si res in eodem statu permanserit. 22 q. 2. ne
quis. de iur. iu quemadmodum. ff. de solut. cùm quis. j.
& 2. responso. Secundo sic probo, actus impertinens
15 † intermixtus, vel vitiat quod agitur, vel impedit ex-
trema coniungi. fortius ergo contrarius. vt hic. De pri
mo patet. quòd vitiat testamentum. quod vno cōtextu
fieri debet. ff. de testa. heredes palam. in fin. vitiat ele-
ctionem. de elect. quia propter. & c. cùm post petitam.
stipulationem. ff. de verb. obligat. l. j. & l. continuus. in
prin. Fortius ergo contrarius, cùm plus appareat volū
tas contradicentis verbo vel facto. de Simo. sicut tuis.
de bapt. maiores. ad fin. nec dicas quòd supra de sacra
mento loquitur. nam & verba intermedia baptismi vi
tiant sacramentum: & fortius contraria, vt not. de con
se. dist. 4. Si non sanctificatur. dicam ergo hic induci
vitium propter coniugem intermediam supra de fil.
presby. ex transmissa. de secundo, scilicet, quòd impe-
diat coniunctionem extremorum, sic probo: Sponsa-
lia conditionalia, & sequens carnalis copula, faciunt
matrimonium: sed contrarius conditionis euentus in-
termedius impedit coniunctionem horum extremo-
rum. supra de cond. appo. per tuas. Item locus sacer in
termedius, vel qui non seruit, impedit seruitutem. ff.
de serui. l. seruitutes. 4. §. fin. de seruit. rust. præd. l. qui
sella. §. fin. & not supra de obser. ieiu. c. j. sicut locus me
dius impedit pollutionem. supra eo. lib. de conse. eccl.
vel alta. c. vno. item interruptio media naturalis vel ci
uilis. de quibus. 16. q. 3. §. hæc de præscriptionibus. j. su-
pra de præscrip. illud. & C. de præscrip. 30. ann. vel 40.
ann. cum notissimi. §. sed & si quis. impedit extrema
coniungi, & oportet nouam præscriptionem inchoa-
ri, vt in prædi. §. hæc de præscriptionibus. j. in prin. &
interpellatur possessio, quam habeo, per colonū rece-
dentem vel deserentem per intermediam personā ter
tij. ff. de acquir. pos. si de eo. §. j. & eodem modo posses-
sio testatoris heredi obstabit. de vsucap. l. cùm solus.
in fin. & sic loquitur præ. §. hæc de præscriptionibus. j.
in prin. & quod ibi no. matrimonium ergo intermediū
legitimationem impedit. per quod videtur pater asse-
rere, se nolle naturalem legitimare: etiam sic ipso solu
to, legitimationem impediat, vt sic in huius præiudi-
cialibus, vnius electio, præiudicet alteri. supra eo. lib.
de postulat. prçla. c. vno. ibi, vt eum quis. & benefaciat,
quod notaui de clerico habente literas ad vacaturam,
qui contraxit matrimonium. per quod etiā soluto ma
trimonio gratiam perdit. de cleri. coniu. c. vno. lib. eo.
in glo. huic ergo. ¶ Tertiò, ad hanc partem inducitur,
16 quòd fictio † canonis, per quam duo dies pro vno fin-
guntur, cessat per cibum vel potum intermediū ex par
te ordinantis vel ordinandi. 75. disti. quod à pluribus.
de tempo. ord. literas. sic & fictio, qua fingit ius positi-
uum, matrimonium ante natiuitatem contractum, im
peditur per matrimonium intermediū, maximè cùm
17 iuris fictio † non procedat super impossibili. vt not. ff.
de lib. & posth. l. Galius. §. si eius. ad fi. magnæ gl. vel iu
re contrario. vt no. ff. de leg. j. talis scriptura. ad fin. vlti
ma glo & probatur. ff. de cap. & postlim. reuer. in bel-
lo. §. factæ. ff. de vsucapion. si is qui pro emptore. ars e-
18 nim & fictio † iuris positiui, habet intimam intimari
naturam instit. de adop. §. minorem. & quia in hoc ple
nius insistam, in 2. quæst. non plus hic prosequar. Ex
19 his concluditur, † per matrimonium intermedium le-
gitimationem impediri.

PRO EIVS AFFIRMATIVA. Ad contra-
rium, primò inducitur opi. Gof. & Host. qui hic tenēt,
à parte in sum. de fil. presbyt. Goffr. in ver. quid si quis
natus. & Host. §. 2. in fin. quorum opinio sic iuuatur, cō
stat, quod ius positiuum, quod iubet per parentum ma
trimonium legitimari prolem, non distinguit, an fue-
rit matrimonium intermedium vel non: sed hoc so-
lum requirit, matrimonium inter parentes secutum.
Sed hoc hic fuit: ergo &c. vbi autem ius nō distinguit,
nec nobis distinguere licet. 31. quæst. j. quòd si dormie
rit. de ma. & obed. solitæ. ff. de alea. l. j. §. quòd autem.
satis ergo fit illi B. quòd matrimonium, quo tempore
contractum fuit, inter parentes fieri potuit: nec nocet,
quòd tempore medio fieri non potuerit: facit clemen.
de præben. si de beneficio. vbi etiā executor. cuius po-
testas est odiosa, qui primo conferre potuit, & medio
tempore non potuit, beneficio ad papam deuoluto, il-
lud confert: non obstante, quòd medio tempore non
potuerit. Item video, quòd si infra annum appellatio-
nis prosequendæ fiat compromissum, illud postea de-
serto, coniunguntur posteriora tempora prioribus. C.
de tempo. appel. auth. si tamen. & in clem. de ap. quan-
diu. & hoc etiam est commune, vbicunque præscriptio
20 † dormit, vt tempore vacationis, schismatis, vel hostili
tatis supra de præsc. c. j. & c. auditis. & c. ex transmissa.
& c. cum nobis. sicut etiam contra pupillum præscri-
ptio 30 anno. C. de præscript. 30. ann. sicut in rem. C. in
quibus c. cess. long. temp. præscrip. l. fi. & contra filiū.
fa. C. de an. exc. l. j. in fi. & C. de bon. ma. l. j. in fin. nam
21 coniunctionem consensus cōstituti † procuratoris ad
constituentem, non impedit ipsius procuratoris inter
media contradictio. de procur. licet. lib. eod. sicut nec
ecclesia impedit matrimonium spirituale: vt ibi not.
sic etiam coniungimus tempus, quo post absolutionē
suā excōmunicatus agit, tempori quo egit ante exce-
ptionem oppositam, & de his facimus vnam instātiā.
de excep. pia. lib. eo. Item, licet contumaciter † recedēs
22 & appellans per iudicem à quo pars citari nō debeat
si tamen appellationi renunciat, citatur vt prius: non
obstante conditione intermedia. de do. & contu. cum
qui. e. lib. Dicatur ergo quòd C reuolauit ad A. & extremi
tas ad principium est reducta. 35. dist. ab exordio.

¶ Secundò probemus per aliquas leges & primo
per l. potior. 2. respon. ff. qui po. in pig. ha. vbi si tibi o-
bligaui rem sub conditione, secundo illam obligaui
alteri pure, si eueniat conditio, tempus conditionis
trahitur ad tempus obligationis. non obstante illo
23 contrario actu intermedio. Item soluitur hypotheca †,
vendito pignore de voluntate creditoris. ff. quib. mo.
pig. vel hyp. sol. si debitor. §. j. & l. si consensit. & tamē
redintegratur, si res redeat in prioris debitoris domi
nium. eo. tit. l. voluntate. in vlt. resp. & l. sicut. §. super-
uacuum. Item video, quòd actio rerum amotarum inchoa
24 ta post diuortiū, redintegrato matrimonio cessat: sed
non extinguitur, immò sublato impedimento matri-
monij redintegratur. ff. de rer. amot. l. redintegrato. &
l. vlt. sic econtra: quia actio de dote non competit con
stante matrimonio, facto diuortio competit: sed redin
tegrato matrimonio desinit competere, etiam iam in-
choata. ff. sol. mat. si mulier diuerterit. & l. pen. §. vxor.

facit

facit.ff.de iure do.l.dotem.& l.ditius. Concludamus
ergo,q illud ius legitimandi,quod habebant parentes
antequam alter contraheret, impeditum pro tempore
contractus reuiuiscat impedimento sublato:& sic sa-
tis fit in principio & in fine hoc licuisse.facit.ff.de sta.
homi.& seruorum.nec noceat tempus mediū. ad hoc
C.de cur.furiof.l.pen.

SOLVTIO.Soluendo,teneo cum Gof.& Host.q
25 mediū † matrimoniū non impediat legitimationē.per
rationes secūdo inductas,quibus satis id probatur. &
videtur hoc expressum,in auth.de incest.nupt. §.dubi
tatum.col.2 & si dicā illū legitimatū pro nunc tātum,
non pro tūc solutū esset quod de fictione in contrariū
allegatur tertiò:sed,vt dixi ibi,hoc prosequar in secū
da quæstione principali.Item per eundem modū solu
26 tum esset,quod opponebatur de coniunctione † extre-
morum impedienda per mediū impertinens,vel cōtra
rium.ad id quod dicebatur de interruptione præscri-
ptionis,vel interpellatione possessionis:respōde,q il-
la requirūt continuationē:vnde præscriptio est acqui-
sitio dominij per continuationem tēporis &c. sed in
casu nostro cōstat,q inter natiuitatē filij & matrimo-
nium non requiritur actuū continuatio,i.q continua
tis actibus secundum coniungatur primo:immò patet
contrariū,per c.tanta.& per iura quæ allegātur in pri
ma gl.ad id quod dicebatur,q actus nil pertinens in-
termixtus vitiat:respondetur illud verū in his,quę ha
bent fieri vno contextu:vt testamentum,electio,stipu
latio,& similia:& hoc non est tale,vt proximè dixi.

DVBIVM primum.Ad primum quæstionis dubiū
veniens:¶Primò pro filio inducā duas copiosas ratio-
nes:secundò contra eum alias duas tales: tertiò ponā
opin.quam ratione & æquitate iuuabo: sed contrariū
soluā, & in fi.tres præcedētes solutiones coniungam.

PRO AFFIRMATIVA.¶Primò ergo proba
bo legitimationem istius B.per ordinem vel benefici-
um patris non impediri,si concedatur,concubinatum
27 expresse permissum , habeo intentum. & quòd sit per-
missus,patet 34. dist.§.concubina. & duobus c.sequen
tibus. & si dicas,quòd ibi sumitur concubina pro vxo-
re non publicè ducta,vt ibi not.transibo ad alium ar-
guendi modum,dicens satis esse,hunc concubitū nul-
lo iure prohiberi:quod apertè probari videtur.32. q.4.
meretrices.ibi:vbi sit in decalogo &c.&est iste bonus
modus arguendi.18.quæst.1.iam nunc.& C.libr.10.de
iur.fisc.l.certā forma.in fin.ff.de præuari.l.3.in fin.im-
mò saltem tacitè permissus videtur. cōstat enim quòd
gradatim & non per saltum conferendi sunt ordines.
93.dist.legimus.de cler.per sal.promo.c.vno.supra de
postu.prælat.bonæ 2.in fi.ff.de mu.& ho.vt gradatim.
& l.honor.§.gerendorum.C.vt dig.ord.serue.l.j.& 2.
lib.11.ff.de negot.gest.quæ vtiliter.in prin.sed authen.
quomodo oportet episcopos.§.neque enim idiota.col
lat.j.prohibet habentem concubinam promoueri ad
sacros:ergo in minoribus habere licebit.Item consti
tutus in sacris,prohibetur habere concubinam.32.di-
stin.habuisse 81.distin.presbyter.cum sex.c.sequen.ad
idem.de coha.cler.& mu.in quinque primis.c.ergo di
cam permissum constituto in minoribus, ad hoc.15.q.
1.ex eo.quæ est lex.ff.de testi.ex eo.& supra de præsum
ptionibus.nonnulle.cum concordan. sed iste licitè ma-
trimonium contrahit,ille non.de cler.coniug.c.j.& 2.&
cap.diuersis.& cap.Ioannes.qui clerici vel vo.c.j.&c.2.
non obstat authen.multo magis.C.de episco. & cleri.
& in auth.de monac.§.si quis autem.col.j.quia ibi ap-
pellatio lectoris,omnes constitutos in minoribus cō-
prehendit,sicut & 18.dist.de his.19.dist.à subdiacono.
Concludam ergo,quòd cùm iste B.sit natus ex concu-
bina,quam facit animi destinatio.ff.de concu.l.pe.&
ex concubina nascuntur naturales,& naturales legiti
mantur per consequens parentū matrimonium : ergo
iste legitimus. Plus dico,quòd dato,quòd velens istū
naturalem vocare,satis est tamē ad legitimationem,
de qua quærimus,potuisse coniuges esse tempore coi
tus.C.de nat.liber.cùm quis.in prin.&l.nuper.in prin.
& inst.de nup.in fi.istius tit.sed tales erāt,vt est proba-
28 tum,ergo &c.Secundò,arguā ex fauore † prolis & legi
timationis.eo.tit.qui fil.sint leg.peruenit.& c.ex teno
re.C.de ind.vidui.toll.l.2.ff.de ven.inspicien.l.j.§.quā
uis.de ritu nup.qui in prouincia.fauemus etiā propter
matrimonium ipsius dependētis,vtputa doti supra de
pig.ex literis.de don.inter virum & vxo.nuper.ff.solu
ma.l.j.& l.Caius.eo ff.de reg.iur & de iu.do.in ambi-
guis.dicam ergo,quod si certum est istum B.esse legiti
mum,habeo propositum.si dicas casum dubium,inter
pretemur pro prole & legitimatione,per iura prædi-
cta.maximè cum illa l.dicatur,matrimonium fuisse cō
tractum,vel in prædicta l.cùm quis.de naturali.lib.C.
& in auth.quib.mo.na.eff.sui.col.7.§.j.& quib.mo.nat
eff.leg.col.6 § si quis sane.facit ff.de annu.leg.l.quin
tus.in fi.& l.liberto.§.filium.in fin.

PRO NEGATIVA. In contrarium,si probabi
29 tur concubinatum † clerici præcipuè beneficiati , iure
positiuo expresse damnatum,dicetur filius spurius : &
sic non legitimabitur per sequēs matrimonium,vt in
c.tanta.2.respon.primum sic probo:æquiparamus mi-
30 litem † armatæ militiæ militi cælestis militiæ,& cœle-
stem militem vocamus.23.q.1.Christianis.23. quæ vitā
reprehensibile.supra de cleri.ægro.c.j.ne cler.vel mo.
c.j.conueniunt enim in promotionis principio.in me
dio & in fine.De principio patet,quòd vtriusque prę-
rogatiua certo à promotione repellit.de primo patet
C.lib.12.qui mi non poss.in quatuor primis legibus,&
in tit.& respon.se.negociatores ne militem.de secun-
do.19.dist.pe.totam cum dist.præced.c.quando.supra
de fil.pres.c.j.cum rescr.se.De medio patet,quòd pri-
mus non seruiens priuatur stipendiis ; sicut & secun-
dus. De primo.ff.de re mil.desertorem.§.qui militiæ.
& l.qui excubias.& l.pe.C.eo.tit.cum allegatis.lib.12.
de secundo patet.de cleri.non resi.c.2 & c.ex parte. &
duobus.c.seq.32.dist.præter hoc.C.de episc.& cler.ge
neraliter.can.16.q.j.in fi.etiam conueniunt:quia vtrique
exauthorizantur.ff.de infa.l.2 §.ignominiæ.de poe.c.
2.eo.lib.si ita est,quod de vno dicitur,de alio intellige
retur.4.dist.denique.5.dist.ad eius.de consti.transla-
to.& c.2.ff.ad l.Aquil.illud.C.ad leg.Falcid.l.fi.sed pri
mo interdicitur concubinatus.C.de don. inter virum
& vxo.l.2.vnde nec tenet relictum illi,de qua est suspi
cio.ff.de testa.milit.l.miles ita.§.mulier. & vt indignæ
personæ relictum confiscatur,ff.de his quæ vt indign.
Claudius.& l.mulierem:si igitur coitus & concubina
tus damnatus,ergo filius spurius.ergo vt supra.
31 ¶Secundò sic.Clerici beneficiati † cōtinuè beneficio
seruiendo sanctis ministeriis vacare debent.91.dist.tē-
nere,& c.seq.ergo non debet infici concubinarū libi-
dine,vt dicit canon 81.dist.quidam clerici.vt dicit lex
32 C.de natura.liber.l.j.Constat † etiā,quòd tales habere
non debent in domo mulieris,nisi quas canon permit
tit.32.dist.interdixit.de coha.cler.& mul.c.j.C.de epis.
& cler.eum qui.sed concubina dicitur in domo retēn
ta,vtputa dicit vna l.alia dicit,indubitato mentis affe
ctu,prima litera,in authen.quib.mod.na.eff.leg.circa
prin.secūda,qui.mo.na.eff.sui.§.si quis aūt.& in auth.
licet.C.de nat.lib.ad id.32.q.2.concubinę.de prob.per
33 tuas.& no.in c.tanta.ex quo concluditur,clerico † con
cubinatum expressè prohibitum:inde est,q habens cō
cubinam nō ordinatur ad minores.33.dist.c.j.& c.lai
ci.In auth.de sanctiss.epis.§.clericos.col.9. & quid in-
stamus argumentis à parte,omnibus clericis prohibe-
tur 81.di.in omnibus.& c.quidam clerici.cum tribus.
c.seq.de coha.cler.& mulier.si autem.cum tribus vlti.
c.seq.ex quibus concluditur,quod in principio dixi.

SOLVTIO.Circa solutionem est sciendum,quòd
Innocē.(si scripta sunt vera)doctorem legū magnæ au-

thoritatis hanc secundã partem tenuisse. Ad cuius de-
monstrationem ordiebatur ab alto. & sic ante l. scriptã
non distinguebamus in naturalibus filiis legitimos à
nõ legitimis. in auth. quib. mo. nat. effi. leg. §. liceat igi
tur. & quib. mo. na. effi. sui. §. palam. & §. illud, quod per
34 ius scriptũ † postea disiunctum fuit in tres partes, scili
cet, expressam approbationem, expressam reprobatio-
nem, & partem relictũ extra expressam iuris approba-
tionem vel reprobationẽ. De primo nascuntur natura
les & legitimi: naturales dicti à coniunctione, quæ est
de iure naturali, vt in præ. §. illud. & j. dist. ius naturale
ff. de iusti. & iur. l. j. §. ius naturale. & inst. eo. post prin-
35 cipium, & vtrobique subditur: Ius † naturale est maris
& fœminæ coniunctio. quam nos matrimoniũ appel
lamus: hãc expressè lex approbat. C. & inst. de nup. per
totum. de talibus filiis. 32. q. 4. c. si ff. de his qui sunt sui
vel alieni iuris sunt. filij in princ. inst. de patri. potesta.
36 in principio. De † secundo nascuntur spurij, quasi non
purè, sed extra puritatem iuris naturalis geniti: & hoc
quomodocunq; fit fœtus, siue per effusam libidinẽ. in
auth. quib. mo. nat. eff. sui. § si quis aũt. ff. de statu homi
num. l. vulgo. inst. de nup. §. pe. siue per incestũ vel aliũ
modum prohibitum. Institut. de nup. §. sunt & aliæ. &
isti nec succedũt, nec aluntur de iure ciuili: licet secus
de benignitate canonica. de hoc, de eo qui dux in ma.
quam pol. per adult. cùm haberet, isti non legitiman-
tur per sequens matrimonium. vt in præd. ca. tanta. ff.
de statu hominum. Paulus. & no. de elect. innotuit. De
37 tertio † nascuntur naturales tantum, sic dicti, quia na-
turali coniunctione producti, sed non legitimi: quia
iuris dignitatem vel approbationem non habent. ff. de
leg. 3. item legato. §. pa. & l. qui cõcubinam. in prin.
38 ibi dicitur, quòd inter † concubinam & vxorem in sola
dignitate est differentia, i. non est differentia, inspecto
iure naturali. i. dist. quo iure. de coniu. ser. c. j. in auth.
de no. §. hinc autem. colla j. tamen hanc solennitatem
inducit ius † positiuum, vt sit vnica, & in domo, vt di-
39 xi, quæsita non libidinis causa, sed procreandæ prolis.
in auth. quib. mo. na. eff. leg. post prin. sed hæc solenni-
tas hoc nõ approbat, sed nec reprobat; sed tolerat: vn
de dicitur. ff. de concu. l. in concubinatu. in fi. quia con
cubinatus ex lege nomen assumpsit, extra pœnã legis
est. q. d. non in prohibitione legali, sicut alicubi dicit
lex. quòd non rectè facit heres, qui funerari non sinit,
pœna tamen in eum statuta non est. ff. de reli. & sump.
fu. & si quis. §. idẽ Labeo. de his. C. de nat lib. per totũ.
est ergo concubinatus de lege naturali. in auth. quib.
mo nat. effi sui. §. discretis. & § fe. hi sunt quos legiti-
mat sequens matrimonium, in auth. quib. mod. na. effi.
legi. §. sancitum. C. de natur l. cùm quis. & l. super. &
præd. c. tanta. Concludebat igitur, quòd cum talis nõ
sit de hac tertia specie, sed de secunda prohibita, ad
quod principaliter inducebat prædi. §. clericos. in au-
then. de sanctis episcopis. ergo non legitimabatur. &
certè satis sonaret in æquum, quòd inter filios laici &
clerici fortè plebani, licet non in sacris, deberet esse
diuersitas, maximè cùm propter tales legitimandos
multi à clero recesserunt, contra decr. de elect. cum ex
eo. lib. eod. Tamen id volt, nisi nouum aliud statuatur.
puto & soluendo dico, illum ẽ legitimatũ. Cùm enim
decr. tanta hic dicat. per virtutem sequentis matrimo
nij præcedẽtem prolem legitimari, probato, quòd si for-
40 nicarius coitus † & omnis qui fit extra vxorem legiti-
mam, sit damnatus, habeo quod etiam ex damnato coi
tu natus, dummodo coitus tempore parentes cõiuges
esse potuerint; legitimetur per ipsorum coniugium.
quomodo autem probetur, simplicem fornicationem
41 † esse mortale peccatum, vide no. in clemen. de hereti.
ad nostram. ver. 7. in j. & 2. glo: fateri etiam oportet, ma
trimonium institutum fuisse ante omnem legem scri-
ptã, vt dixi in articulo ægrotantis: & dico, quòd matri
42 monium est de iure † naturali, non dico, inquantum na

turale dicitur ex principiis naturæ de necessitate crea
tũ, sicut moueri sursum naturaliter inest igni, vel gra-
ui cadere deorsum: sed sumendo naturale, ad quod in
clinat natura, & completur mediãte arbitrij libertate.
43 constat enim, quòd principalis finis † matrimonij, proles
est: proli autem debẽt parentes nutrimentũ & discipli
nam: nam patet, quòd filius à parentibus educari & in
strui non posset, nisi determinatos & certos parentes
haberet. certitudo aũt & determinatio est propriè per
obligationem viri ad determinatam mulierem, quam
matrimonium vocamus. ¶ Item, si respicimus secũda-
riũ matrimonij finẽ, qui est mutuum obsequiũ sibi per
coniuges in familiaribus impensum rebus, & hoc etiã
naturale. Sicut enim naturalis ratio suadet cohabita-
tionem hominũ, quia minus sibi sufficiunt in omnib.
44 quæ ad vitã pertinent, cuius ratione dicitur homo † na
turaliter policitus: ita illorũ, quibus indigetur ad hu-
manam vitã, quædã sunt competentia viris, quædã mu
lieribus. vnde monet natura, quòd sit societas viri ad
mulierẽ, quæ matrimonium dicitur. vnde etiã philoso
phus 8. ethi. vbi tractat de amicitia coniugali, dicit, quòd
homo est animal magis naturaliter coniugale, quã ci-
45 uile politicum. Fornicario † autem & omnis vagus cõ-
cubitus, directè videtur esse contra vitam & educatio
nem prolis, cui necessaria est cura matris in nutrien-
do: sed & fortius cura patris in ea instituenda, defen-
denda & promouenda in bonis interioribus: oportet
ergo secundum legem naturæ, ordinatam esse cohabi
tationem parentum ad tempus non modicũ, propter
nutrimentum & disciplinam quã debent proli: quod
non est nisi per matrimonium. ergo fornicatio & om-
nis vagus concubitus est contra bonum prolis edu-
candæ, & ideo mortale. nec obstat, si dicas fornicantẽ
posse sufficienter prouidere proli circa educationem
& disciplinam: quod illud quod cadit sub determina
tione legis, iudicatur secundum id quòd communiter ac
cidit, & non secundum id quòd accidere potest. Commu
niter autem accidit, fornicarios diuertere. vtrunque
46 educandæ proli non vacare: ergo vt supra patet, lege †
diuina, lege naturæ, & canonica, fornicarium coitum
damnatum. Lege canonica patet in gl. etiam ad quas
remisi, vnde dicit c. non solum. 32. q. 7. inter cætera se-
ptem vitia, fornicatio magnum scelus est, & lex ciuilis
cõcubinatum permittens, est reprobata. 32. q. 4. nemo.
& dicit illas leges iure ciuili correctas. Inducit ad hoc
auth. de leno. col. 3. & col. 5. fœnic mulier non solum
si fideiuss. &c. & vt non luxuri. contra naturam. col. 6.
& quia castitatis sumus amatores. quib. mõ. na. eff. le.
§. illud. & quia in peccatis corrigendis lex sequitur ca
nonem. in auth. quomodo oportet episcopos. §. sed
etiam. in fi. col. j. & de eccl. ti. in princ. col. 9. & vt cler.
ap. prop. epis. §. si vero. col. 4. id no. ipse, qui si. sint le. la-
47 tor. Concluditur ergo, † quòd ex quo dicit canon, legiti-
mari illegitimum per parentum coniugium, illud in-
telligi de suscepto ex damnato coitu, dummodo coi-
tus tempore &c. vt supra dixi: & à parte videtur id vel
le lex. instit. de nup. §. si. qui primo loquens de legitima
tione, quæ fit per dationem curiæ, statim loquitur de
naturali: postea subdens de legitimatione per matri-
monium, non exprimit de naturali, sed id solum, quòd nõ
fuerit inter parentes matrimonium legibus interdi-
ctum. cui concor. præ. l. cum quis. in prin. C. de natu. li.
& per hoc sit responsum ad secũdo allegata pro hac par
te. Fateor enim coitum dãnatum: sed id nõ sufficit, vt
prædixi. Ad id, quòd primo allegabatur de milite, dico quòd
lex nõ prouidit in eo contra concubitũ, sed cõtra spon-
salia militum. Resumendo igitur hos tres articulos di
48 cã, quòd cum † decr. tanta tractet de tantitate & quãtita
te virtutis matrimonij, ne illi virtuti detrahatur. Acce
idat quòd no. in cle. de sum. tri. c. vno. in vi. gl. primæ partis.
dicã sic, tanta est, vis. i. virtus matrimonij, vt qui antea
sunt geniti ex quocũq. coitu, ex tamẽ quæ potuerit esse

vxor,

vxor,si tunc affuisset consensus postea subsecutus,post
contractum matrimonij quantumcunque in alio ma-
trimonio intermedio.Item in sanitate,vel in morte,dũ
modo consentiamus in matrimoniũ,legitimi habeantur.saltem ex nunc,an extunc,in sequenti quæstione di
cetur. Io.And.

Quæstio 2.principalis. Quæstio 2.habet tria dubia.
principale est,an naturali primogenito sed legitimato
post natiuitatem legitimi,competat succedere iure pri
mogenituræ. Secundum,an consuetudo talis præiudi-
cet secundogenito,qui clericus est. Tertium, an inter
laicos valeat consuetudo. sed hoc vltimum prosequi
non intendo,super quo tamen videri posset,ꝙ post Ho
stien.scripsi de voto.licet.

Primum dubium secundæ princip.quæst.Pro legiti-
mato inducam rationes sex.secundo totidem cõtra ip-
sum.tertio ponam trium disputantium solutionem,&
contrariam Barthol. quam approbo cum certa deter-
minatione per tres dec.& ad contraria copiose respõ-
debo.

49 Pro eius affirmatiua.Ad primum †.quod prius na
tus,licet post legitimatus, habeat in successione ius
primogenituræ,sic probo:constat illud primum,quod
nullum habet ante se. de ver.si.Ioseph.ff.eo.tit.proxi-
mus.& in procemio digestorum. §. discipuli .alias in-
cipit.in reliquam.sed iste reperitur primo natus natu-
raliter,item legitimus.& hæc duo concurrunt eo tem
pore,quo defertur hereditas.& indubitatum est,quod
cessante consuetudine, succederet simul cum aliis. vt
in alleg capitul.tanta.instit.de hered. ab intest. §.prim.
in authentic.de incest.nup.§. dubitatum. coll.2.Cod.
de naturali.lib.auth.si quis. consuetudo ergo inter le-
gitimos respiciẽs primogenituram,debet in isto prius
nato & legitimo aliquid operari.de priuil.in his.eod.
tit.c.si papa.lib.6. ff.de leg.3.si quando.in princi.ad mu
ni.l.1.sicut ergo idem ius de toto,quod de parte.de of-
fic.delegat.pastoralis.§.1.de don.inter vir. & vxor. nu-
per.ff. de rei. vend. quæ de tota. sic ergo si cuius com-
muni iure in totum excluderet personas secundi gra-
dus,qui fi.sint leg.c.1.ita quod primogenitus & legiti-
matus in totum excludat secundo genitum iure consue-
tudinis,sic ergo ex prioritate & concurrentia duorum
tempore debito,& arguendo de parte ad totum, item
de tota animalis specie ad hoc totum,concluditur pro
primo nato.Secundo,arguo de proximioritate ad pri-
50 mogenituram:certum est,quod sicut de † iure ex gra-
dibus diuersis succedit proximior.ff. de suis & legat.l.
post consanguineos.§.2.& saluo,quod habetur in au-
thent.de heredi.ab intest.§.reliquum col.9.facit 12.q.1.
sint manifeste.15.q.7.filiis. ita hic de consuetudine in
personis eiusdem gradus succedit primogenitus, id
est,primus in genitura,quod conuenit legi diuinæ.Gen.
25.& 27.de qua.7.q.1. quam periculosum. & facit præ.
dec. licet. de voto.nam vt ibi patet in fin. in genitura
plurium est ordo & prioritas & posterioritas.ff.de fis.
bo. Arethusa. sed certum est, quod in proximioritate
51 †spectatur tempus mortis,vel posterius , & non ante-
rius.vt præd.l.post consanguineos.§.proximum. vnde
legitim.l.1.& l.si ex duobus. vnde cognati.l.capitis.in-
stit.de legit.agna.succes.§.proximus.ff.de iniust.rup.&
irrit.si quis filio exheredato.2.respon.ergo in primo-
genitura legitimati spectabimus etiam tempus mor-
tis.non enim oportet prius quæri de conditione eius,
quamquam hereditas vel legatum ad eum pertineat.ff.
de lega.secund.non oportet.ad idem.ff.de leg.præ.per
contraria.l.interuenit.nõ suscipiamus igitur,quod prius
fuit,sed quod nunc est.50.di. ferrum. supra de rescrip.
eam te.& ff.de ædi.edi.quod ita.ad id 32.q.1.non enim.
& cap.non est.quia licet certis casibus inspiciatur tem
pus testamenti,hic non potest id dici , cum sit succes-
52 sio ab intestato.Tertio,sic tempus aliquod † retrotrahi,
procedit nõ solum in iudiciis & maleficiis,sed etiam
in contractibus.habetur concor.iura,in reg. ratihabi-
tionem.eo.ti.in prin.patet C.ad Maced.l.fi.Item & vbi
non est contractus,vnde retroducitur in ciuitate fuis-
se,qui ab hostibus aduenit.ff. de capt. & postl.reuer.l.
retro. Comparando igitur potestatem legitimationis
potestati iuris postliminij, dicam, quod sicut reuersa
persona amouet illud ius seruitutis per captiuitatem
inductæ,& facit eiusdem conditionis,ac si nũquam in
eodem species seruitutis fuisset.16.q.3.prima actione.
ff.de c.&c.postl.reuer.l.postliminium.sic & legitimatio
istum perinde faciat haberi,acsi illegitimus non fuis-
set.ff.de iniust.rup.& irri.testa.si quis filio.§.pe. & sicut
per illud ius postliminij reuersus excludet secũdogeni
tos & remotiores.vt præ.l.l.si quis ,§.sed & si pater. ff.
de bo.liber.si necem.§.si deportatus.ff.de bo.possess.se-
cũdum ta.qui ex liberta.§.1.ita & per legitimationem,
quæ retrotrahitur.nam constat,ipsum naturalem à cõ
ceptu & partu habuisse statum legitimationis implici
tum,explicitum & consummatum postmodum in con
tractu.trahatur ergo consummatio ad initium.35.dist.
ab exordio.ff.qui.po.in pi.ha.potior.2.respon.de con-
trahen.empt.nec emptio.ff.de peri.& comm.rei.vend.
quod si pendente.alias est §.sub.l.necessario.ff.ad l.fal.
fundo mihi legato.nec hoc impedit matrimonium
intermedium,vt dictum est in secũdo membro prima
quæst.& si dicamus,retro non erat, secundum illud,
certo tempore naturalis tantum,& certo naturalis &
legitimus,quod esset monstrum. vt no.supra de clã.de
spon.cũ inhibitio.& eadem res sic censetur duplici iu
re & contrario.contra id 22.q.2.cognouimus.de deci.
cum in tua.ff.de re.permu.l.1.C.de condi.inse.l.final.
53 Quartò sic arguo,Proles legitima dicitur † causa om-
nis priuilegij & præcipuitatis,quæ doti indulgentur.
ff.solu.matr.l.1.de iur.do.l.2.de priuil.cre.interest.sed
tamen ipsa dotis causa omni tempore,præsenti,præte-
rito & futuro,sit præcipua & fauorabilis.ff.solut.mat.
l.1.facit supra de pig.ex literis.de do.inter vi.& vxor.
nuper.quãto magis ergo fauorabilis erit proles omni
tempore,quia propter quod vnũquodque &c.sumitur
hoc C.de natu.lib.cũ quis.sit ergo iste pro omni tem-
pore legitimus,cũ hominibus legitimis gaudeat prin
ceps rempublicam frequentari,qui fi.sint le.ex tenore,
& c.fi.& ibi,pro vtilitate publica.C.de indi.vidui.toll.
l.2.sicut de ingenuis dicitur,C.de bo.lib. fi.& attendi
debet tempus ꝙ plus expedit legitimato.vt præ.si.qui
fil.sint le.cum inter.C.de natur.liber.nuper.ad fi.Quin
54 to iudico,ꝙ hoc beneficium † est sacramenti & iuris
positiui,canonici,& ciuilis,ergo latissime sumendum.
ff.de const.prin.beneficiũ.de verb.sig.olim.de don.cũ
dilecti.Itẽ talis legitimatur ad spiritualia.vt not.in d.
c.tãta.& de ele.innotuit.fortius ergo ad primogenitu
rã,cum spiritualia &c.qui fi.sint le.per venerabilẽ. ad-
di,quo sunt supr.de ma.& obe.illud.& c.solitę. ¶ Sexto
& vltimo videtur textus apert',in auth.quæ mo.na.ef.
sui.§.reliqui.ibi,semel vos efficiẽtes legitimos,damus
habere etiã successores illos,etiã quos habent hi , qui
ab initio legitimi sunt, & ibi , quapropter absurdum
erat &c.& §.illud.alias,si quis ergo.in fi.ibi,nihil a le-
gitimis filiis differentes,ad id.ff.de li.& posthu.l.filio.
& C.de consul.l.1.in fi.lib.12.quarũ legum casus infra
parebunt.& per hoc concluditur pro legitimato.

PRO NEGATIVA. In contrarium,ꝙ prius legi
timo,certum est,ꝙ ipsius cœpit esse hereditas.ad Ga-
la.4.si filius,ergo heres.ff.de libe.& posthu.l.in suis.&
primo fuit constitutus in iure succedendi.inst.de he-
re.quæ ab intest.def.§.sui aũt.nec est hic fauor amplian
dus,quia si fauorem matrimonij inspicimus, hoc est
cõtra prius legitimum. nõ debet ergo cõcedi posterio
ri,ꝙ denegaretur priori &c.s.de preb.cum causam.C.
qui po.in pign.l.fi.ver. exceptis. Cum ergo in duabus
55 † dotibus,in quibus etiam locum habet fictio,C.de rei
vx.ac.l.vna.circa princ.ex tempore prærogatiua serue

17 in proximo articulo dixi, pone q iste † habebat tertiũ
collegam, nunquid fungetur vice duorum? Item iure
alterius dignitatis tantum poterit subdelegare: vel nũ
quid iure illius delegare vnum, & iure alterius alterũ?
Ex hoc forte cõgrue distinguetur inter vnionẽ & di-
spensationem, vt primo casu non posset, secũdo posset.

SVMMARIVM.

1 *Facti impossibilitas aliquem excusat à delicto.*
2 *Confessio super impossibili, nõ impedit, quo minus fiat absolutio.*
3 *In connexis, de vno dictum, de alio intelligitur.*
4 *Imaginem rei superesse, absurdum est, re eiusdem origine sublata.*
5 *Debitoris absolutio an prosit fideiussori.*
6 *Diuersitas causarum & etiam personarum, quando faciat rem esse diuersam.*
7 *Separatorum non est eadem ratio.*
Probationes confessionibus comparantur.
9 *Absolutio tantum facit, quantum cum solutione condemnatio.*
10 *Nemo censendus est dicere, quod mẽte nõ cogitauit.*
11 *Criminum punitio, publicam vtilitatem respicit.*
12 *Adultera absolutio, non tollit crimen adulteri.*
13 *Bona fides facientis, non excusat malitiam mandatoris.*
14 *Acta habita inter accusatorem & accusatum, quantumcunque generalia, ipsorum personas non transcẽdunt.*

QVAESTIO LXXIIII. SVPER REG. Ratihabitionem.

ARGVMENTVM.

INQVISITIONE facta contra duos simul, Andream & Ioannẽ, contra primum, qui occidisse contra alterũ, qui mandasse dicebatur. Et contra vtrunque probatum fuerat. Sed Andreas probauit se die maleficii in loco fuisse remoto, vel quod illud fecit ad sui defensionem. Ioannes vero nihil probauit: quæritur, an ex actis absoluendus esset ille Ioannes.

Hæc quæstio disputata est Paduæ per Ryzardũ Malumbre. Et quia in suis etiam terminis in ecclesiastico foro posset occurrere, vt de illa, sicut de scriptis Dyni, habetur copia, illam hic inseram abbreuiatam.

¶Pro Ioan. inducuntur 6 rationes, & totidem contra ipsum. Sed sexta includit plura iura, & vnam gl. tertiõ vnũ mẽbrum simpliciter soluitur, & in alio distinguit.

PRO PARTE AFFIRMATIVA. ¶Et primò ad partem quòd sit absoluendus, inducit regulam,
impossibiliũ. & supro eo. nemo potest. cum concor. nã
1 probata † est impossibilitas illius, qui dicebatur occisor, propter loci distantiam, in quo erat. C. de cõtrahen. & commit. stip. optimam ad fi. supra. de testi. ex tenore. arg. ff qui & à quibus. l. prospexi. ff ad Syllan. l. j. §. si quis in villa & § cùm dominus. & C. ad Sylla. l. fi. detecto igitur, quod factum occisoris est impossibile, & mandator, attento themate, ex eo solo teneri posset: quia ille non fuit in loco, & non occidit. patet ex impossibilitate primi, impossibilitas secũdi: ergo erit absoluendus. cum mandatum iudicis vel sententia super impossibili fundari non possit. ff qui satisda. cogãtur si decesserit. ff. de poeni. moris. quæ sentent. sine ap. re. l. pe. & vide quod scripsi supra eod. lib. de sententia
2 excõ. Romana. ad fin. ¶ †Secundò, sicut confessio, quæ
est facti probatio, sumpta super impossibili, non impedit, quo minus fiat absolutio, vt patet in confesso in iudicio, quod occidit viuentem. ff. ad legem Aquiliã. inde Neratius §. fi. cum l. sequen. sic & hic. dato, quod de mandato probatum esset contra Ioannem, illa probatio super impossibili fundata, non plus nocebit, quàm confessio. Facit quod no. ff. de iureiur. sed si §. vltimo. fiet igitur illius absolutio. ¶Tertiò, per eundem modum inducitur ratio connexitatis, quam etiam ponit
3 thema. & cõstat, quod in connexis, †de vno dictum, de
alio intelligitur. supra de constitut. translato. ff. quemadmodum seruit. amit. si cõmunem. in princi. de pacto. inter socerum § cum inter. cùm ergo propter legitimas defensiones absoluẽdus sit Andreas, ergo & Ioã-
4 nes, cum absurdum † sit origine rei sublata, imaginem
relinqui C. de Latin. liber. tollen. l. j. circa princi. quod videtur, sententiam latam pro primo, quæ pro veritate accipitur, sufficere secundo. arg. C. de diuer. rescrip. l. j. nam quod vitium ex vna radice &c. C. de nuptiis. si libertam. & de duobus reis. l. fina. vel, quod tutius est, vt satisfaciat ei. quod debetur, de qua re ipse Ioannes debet absolui. ¶Quartò, certum est, quod absolutio de-
5 bitoris † prodest fideiussori. ff de iureiurand. l. fina. ad
finem ff. de pactis. l. & heredi. § fin. sic & in proposito, licet dici posset aliud in contractibus, vbi discernitur principale ab accessorio, & vbi vno soluente, liberatur alter. ff. de eo per quem factum est. l. j. §. si plures. de cõdi. fur. l. si pro fure. § furti. aliud in iuribus pœnalibus. vbi vterque & mandans & principalis delinquens, obligatur & vbi vno soluente, non liberatur alter. ff. ad legem Aquil. Item Mela. §. si plures ¶Quintò sicut confessio primi valeret contra eum, quem fatetur mandatarium, quo ad præsumptionem & iudiciũ: & de hoc supra de confes. c. 2. C. de accusa l. fin. fortius debet illi prodesse defensio istius, per quam patet vterque innocens: tunc quia promptiores sumus ab absoluendum, & quia pœnæ molliendæ, & quia sanctius &c. & quia fauores ampliantur, iura sunt nota. ¶Sexto, multum videtur facere l. j. § fin. ff. de quæstionibus. nisi si per inquisitionem contra eos, quos crimen cõfessus dixerat conscios. appares etiam illum confessum innocentem, id sibi prodest. Item facit ff de furt si is qui. §. si tu Titium & l. si quis perferendum. & ff. de iniur. item apud. § si curauerit.

PRO PARTE NEGATIVA. In contrarium
6 certum ẽst. quod diuersitas †causarum etiam persona-
rum, faciunt rem esse diuersam ff. de exception. rei iudic. cum quæritur. & l. cum de hoc. & est textus eo tit. si cum vno. sed hoc est vtrunque, ergo defensio vnius alterum non releuat. hinc est, quod faciens furtum ad mandatum alterius, si depræhenditur, tenetur furti manifesti: mandans vero, non. ff. de furt is qui opem & econtra. delinquit interdum mandans, & non mandatarius. ff. de eo per quem factum est. l. j. in princi. & C. de furt. si quis seruo. hoc autem ideo. quia causæ sunt diuersæ, ex quibus mandans & mandatarius obligantur: ergo concluditur, vt supra C. res inter alios acta per to-
7 tum. nam separatorum †non est eadem ratio. not. C. de
dona. inter vir. & vxo. si maritus etiam si dicatur delictum simile. ¶Secundò, constat homicidium factum, & probatum etiam mandasse Ioannem. sed si Ioannes confessus fuisset sẽ mandasse Andreæ, quod occideret, absolute tenetur, licet non mãdasset. ff. ad l. Aquiliam. inde Neratius. ad fi. & de interro. act. l. cõfessionibus.
8 & confessionibus probationes †comparentur. C. de cu-
sto. reorum, l. 2. & de pœ. qui sententiam. concludit igitur, quicquid sit de Andrea, probationibus factis contra Ioannem standum esse ¶Tertiò sic, quantum facit
9 absolutio, tantum cum solutione condẽnatio. ff. de ex-
ception. rei iudic. si quis cum totum. §. plane. & not. C. ad l. Falci. de plag. l. j. sed si ille Andreas condemnatus fuisset

fuisset ad pœnam, hoc non iuuaret illum Ioannē, vt su pra dixi, si ergo absolutio ipsius Andreæ nō liberat Ioannē, multo minus inducta pro illo Andrea ad ipsius defensionem. per præ. §. planè. ¶Quartò, cùm testes, producerētur, & iurauerint super defensiōe Andreæ, nec intenderent deponere super defensione Ioannis
10 ergo dictum eorū non iuuat: quia nemo† cēsendus est dicere, quod mente nō cogitauit. ff. de supel. leg. l. Labeo. Idem si id intenderent dicere, cum super eo deponerent non iurati. C. de testi. iurisiurādi supra de testi. C. de testibus. & quod ibi no. in prima gl. ¶Quintò, licet in absoluendo sit fauor, tamen nō minor in puniē-
11 dis† criminibus, quod publicā vtilitatē respicit. supra de sen. excom. vt famæ. cum concor. ¶Sexto adducitur ad hanc partem casus legis, denunciasse. §. quæritur. ff.
12 de adult. vbi absolutio† adulteræ nō tollit crimē adulteri: & tamen idē erat germen vtriusq;. Ad idem de lib. causa, si vsumfructū §. fi. vbi si dico matrem ancillam, & filium seruum natum ex ea, licet pronuncietur matrem esse liberam, non per id filius pronūciatur liber. facit C. de lib. cau. l. aui paterni. & l. final. allegat etiam quod no. c. ad l. Cor. de falc. l. j. vbi dicit gl. q sententia lata pro muliere accusato de partu supposito, non prodest partui: quo minus adhuc de illo quæratur, an suppositus fuerit: & tamen vtriusq; quæstionis idem germen. Item per hoc. C. quibus res iudic. non no. l. a. ff. de ap. à sententia. de leg. a. cum filius. in princ. ff. de inoffi. test. l. circa. & C. eo. tit. cum duobus. & C. de fid. instru. l. j. & supra de præben. dilecto. in fi. & ibi not.

SOLVTIO. Soluendo ipse Rayzardus tenet q probatio Andreæ, q ad sui defensionem occidit, non
13 releuat Ioannem. nam bona fides† facientis non excusat malitiam mandatoris. & hoc per l. de iur. om. iud. si quis id. § sed si alius. vbi de hoc not. & de eo per quem fac. est. l. j. a. respon. nam voluntas & propositum &c. supra de sen. excō. cum voluntate. cum cōcor. Cum vero probauit Andreas se fuisse absentem, si iudex testes illos super veritate vtriusq; inquisitionis refert, vtrum communiter contra vtrunq; se informās recepit, quod potuit, quia latissimum eius officiū. ff. ne iur. om. iudi. l. j. C. de eden. is apud quem. tunc per quas probatiōes Andreas absoluitur, absoluetur & Ioannes. ff. de quæstio. l. j. §. fi. facit de offi. præsi. illicitas. § veritas. ibi, ex fide, &c. si autem ad specialem defensionem Andreæ tātum recepti sunt testes, tunc Ioanni nō proderunt. per iura huius partis. hoc saluō, q lucidiores probationes contra ipsum requiruntur de mandato, propter psumptionem prouenientem ex absolutione Andreæ. facit supra de præsump. quia verisimile. supra eo. lib. de hæreti. filij. & facit quod no. G. de fal. l. j. de fid. inst. l. a. Ex titulo autem super defensiōe formato sciri poterit, an defensio contingat illū Ioannem: quia si generalis fuit titulus, erūt etiam generalia, quæ sequuntur. ff. de iur. & facti ign. l. pe. §. fi. idem, si alias hoc ex actis pcedentibus vel sequentibus constare poterit. ff. de test. heredes. §. si quid. ff. de leg. j. si seruum pluriū § fi. C. de testa. non codicillum. & quod no. C de episco. aud. episcopale. Dicit autem, q si per modum accusationis negociū processisset, non haberet locum prædicta distinctio,
14 vtrum communiter. &c. cum acta habita† inter accusatorem & accusatum, quantumcunq; generalia nō transcendant personas ipsorum. ff. de publi. iudic. inter accusatorem. & de arbi. l. cum dies. §. plenum.

SVMMARIVM.

1 *Cor hominis mobilius est omni mobili.*
2 *Celeritas nulla est, quæ possit cum animi celeritate contendere.*
3 *Sententia nulla, ratihabitione confirmari non potest.*
4 *Excommunicatio purè lata, aut statim ligat, aut statim est nulla: cum suam executionem secum trahat.*
5 *Sententia contra falsum procuratorē lata, tenet, quo ad illum, non quo ad dominium, nisi ratum habeat.*
6 *Electio ab initio nulla, per consensum vel ratihabitionem superuenientem confirmari non potest.*
7 *Eligēdi potestate duobus tradita, vnus alteri cōmittere nō potest, q industria personæ cōmissa videatur.*

QVAESTIO LXXV. SVPER REG. Ratum quis habere.

ARGVMENTVM.

HVIC regulæ cōueniūt quatuor quæstiones: in quibus, omissis allegationibus, remissiōes dabo, & solutiones ponam. Est autem prima Venerealis. 41. secunda Veneralis. 43. tertia d. Iacobi cano. Bon. quarta domini Stephani Poloni. Prima, scilicet, Venerealis quærebat, an si duo, ex tribus delegatis datis simpliciter, tertio irrequisito, sententiā ferunt, an valeat, tertio ratum habente: Secūda Venerealis vero, quæ fuit etiā Damasij. Prima de consue. decr. ad nostram. quærebat de sentētia excommunicationis lata in Bon. clericum per episcopum Mutinen. an possit haberi rata, ita quod valeat. tertia domini Ia. quærebat, an si religiosus electus sine licentia superioris consensit, & postea administrauit triennium: prælatus suus sibi licentiam dedit, vel ratum factum habuit. an ille possit prælaturam tenere: & hoc hodie expeditur per decre. si religiosus j. respon. in fi. de elect. lib. 6. quia talis consensus nō tenet. & electio ipso iure viciatur. Quarta domini Stephani quærebat, de duobus compromissariis, quorum vnus altero absente eligit illum, in quem certum erat absentem concessurū: si præsens fuisset, qui etiā postea consensit, vel ratū habuit: quærebat an valeat electio. Forte quæstio incaute formatur dicēdo, cùm certum erat, cum secundū Boethiū,
1 Cor homini.† sit mobilius omni mobili, & secundū Tullium Tusculan. quæst. pri-
2 mo, Nulla† celeritas est, quæ possit cū animi celeritate contendere. & hoc scripsi, de spon. tua nos. super prima gl. potius ergo verbo verisimilitudinis, quàm certitudinis videbatur vtendum.

REMISSIONES, vbi pro & contra. Omnes istarum quæstionū allegationes omitto. sed vltra not. hic, & in regula, ratihabitionem & in regula, nō firmatur, omitto de omnibus & potissime prima & secunda. 9. q. a. c. j. ver. rata. de his quæ fiunt à præla. cùm nos. & in Spe. de citatione. § iam de citatione. ver. hoc autem. & ver. sequen. & de sent. prola. § sequitur. ver. q si nulla. & de arbi. & arbitrato. §. fi. ver. sed pone lata. vbi de arbitro absente, qui ratificat idem, tractatum. sed principaliter ad ea quæ plene scripsi post Inno. de officio delega. prudentiam. super fi. secundæ glo. vbi inuenies plene materiam & responsum ad omnia contraria: & vide etiam quod post Inno. & Comp. scripsi de cōsue. cùm consuetudinis. post princ.

SOLVTIONES. Ne tñ prædictorũ solutiones desint, sciendum est q̃ Bar. simpliciter dixit, primã sententiã † quæ nulla fuit, ratihabitione confirmari non posse. Idẽ tenuit de secunda, inquantũ instans dicebat Tã. se sibi respõdisse, q̃ si lata fuisset sentẽtia noĩe Bon. episcopi, ipse Bono. episcopus poterat eã habere ratã: alias non facit hæc regula: sed sibi & Damaso hoc non
4 placet: cũ excõicatio † pure lata, aut statim ligat, aut statim est nulla, cum suã executionem secum trahat, de appel. pastoralis. ad c. in primis. 2. q. j. & 3. q. 6. hæc quippe. respondent speciale in papa. ad l. 3. §. falsus. ff. rẽ rat.
5 hab. respõdent, q̃ sententia † contra falsum procuratorem lata tenet, quo ad illũ. ff. de re iud. l. 4. sed non quo ad dominum, nisi ratũ habeat, quod potest, vt ibi. ¶ Ad
6 tertiã respõdebat Ia. q̃ cõsensus † vel ratihabitio superueniens non iuuabit electũ: quia quod nullũ fuit, ratificari non potuit: de elect. auditis. & hoc potissime in electionibus, vbi spectatur initium. vt ibi. & eo. tit. dudum j. ¶ Ad contraria respondebat, illa loqui in his, q̃ à principio tenebant, licet effectum non haberẽt. ¶ Ad quartam respondebat Stephanus. electionem ab vno
7 factam nõ valuisse: quia cum potestas † duobus traditur. vnus alteri committere nõ potest: ergo nec ratum habere. ratio, quia industria personæ cõmissum est. de offi. deleg. quoniam. vnde cum ipsius præsentia desideretur, per ratihabitionem explicari non potest. insti. de autho. tut. §. tutor. ad hanc vltimã facit quæstio. quã posui supra eo. in toto. de his omnibus informaberis in remissione quam supra dedi.

SVMMARIVM.

1 *Iuri & priuilegio pro se introducto quilibet renunciare potest. 13. 15. 24.*
2 *Exemptorum diœcesanus est papa. 15.*
3 *Res qualibet de facili redit ad sui naturam.*
4 *Iudicẽ animæ cui licet sibi eligere, quod est maius: an ei liceat sibi eligere iudicem corporis, quod est minus.*
5 *Quadã tacite licent, quæ non licẽt expresse. & nu. 25.*
6 *Priuilegio renunciat, qui spatio 40. annorum permittit præscribi contra suum priuilegium.*
7 *Renunciatio beneficij facta in manibus eius, ad quẽ recipere non spectabat, an reuocetur.*
8 *Priuilegiatus, si citetur, quando venire tenetur, priuilegium allegaturus. & si non venit. vt cõtumax punitur. nu. 9. 17. 19. 20. 26. 32.*
10 *Iudex probabiliter in facto errans, & credens se iudicem, cum non sit, si procedit, an teneat processus.*
11 *In his quæ sunt iurisdictionis, opinio an præiudicet veritati. nu. 21.*
12 *Ius publicum consistit in sacris & sacerdotibus.*
16 *Consentiens in iudicem non suum, ante litem contestatam, an pœnitere possit. nu. 23.*
17 *Sentẽtia à nõ suo iudice lata, est nulla. & nu. 22. 27. 33.*
18 *Iudex laicus si citauit vere clericum, qui communi opinione laicus habebatur, vt se defenderet ab accusatione homicidij: & quia non venit, eum banniuit, an teneat bannum. & nu. 31.*
19 *Propter similitudinem censetur quis de illorum numero, quorum in veritate non est.*
20 *Laicum aliquo modo in clericum animaduertere, vel iudicium exercere, iura detestantur.*

QVAESTIO LXXVI. SVPER REG. Scienti & consentienti.

ARGVMENTVM.

EXEMPTVS contrahens in loco exempto, promisit creditori non declinare forum dioecesani, si statuto termino debitum nõ soluisset: de quo soluendo præceptum dioecesani recepit. lapso termino, & debito non soluto, dioecesanus ignorãs illum exemptum, quia nec talis communiter putabatur, illum citauit: & quia non comparuit, vt contumacem excommunicauit. quæritur an talis sententia liget. quod videtur per hanc regulam. nec enim potest se dicere iniuriatum, qui sciuit, & consensit. Quæstio hæc disputata est per Guidonem demum episcopum Mutinen. nunc Concordien. Et pro ea videtur, quod sic per hanc regulam.

Dubium quæstionis in duobus consistit. quorũ primum affirmatiue probat quatuor rationibus: & secundum totidem: & vno glo. æque horum duorum quodlibet probat negatiue, successiue soluit vtrunque respondens ad contraria. subditq́ demum disputationem & distinctionem Aegid. an teneatur quis priuilegium allegare.

PRO AFFIRMATIVA. Et ad hanc partem, q̃ liget, inducuntur duo: primum, quia renunciauit priuilegio fori, quod potuit: secundum, quia dato, quod non potuit, debuit venire, & priuilegium allegare. Pri-
1 mum sic ostenditur: Iuri † & priuilegio nõ odioso, sed in alicuius fauorem inducto, renunciare quis potest, siue sit de rebus spiritualibus. de renunciatio. ex transmissa. & ca. in præsentia. siue de temporalibus. de pact. cum pridem. C. de fide instru. l. 3. siue sit ius concessum collegio & ordini. de priuileg. si de terra. & c. accedentibus siue singularibus personis. de electio. quod sicut. de regula, ad vestram. & ca. statuimus. nec licet ad ius renunciatum redire. 7. q. j. quàm periculosum. 23. q. 4. si illic. & de hoc vide de electio. ecclesia vestra. 2. in 6 gl. Cum ergo hoc ius exemptionis sit fauorabile, & non odiosum, & respiciat priuatam vtilitatem exempti, potuit illi renunciare. De consentiendo in clericum, facit quod no. de offic. lega. c. j. in glos. si. non sic in laicum. de foro competenti. si diligenti. & quod ibi not. & si dicatur etiam in clericum cõsentire nõ posse sine authoritate diœcesani. de foro competen. significasti.
2 papa † autem est diœcesanus exemptorum. de priuile. authoritate. eo. libr. & no. 93. dist. nulla. ergo sine papæ licentia clericus hoc non potest: respõdetur quod res
3 † de facili redit ad sui naturam. 35. distinct. ab exordio, quare facilius tollitur actio vel exemptio contra ius commune competens, quàm iuri consona. super quo vide quod no. 16. quæstio. 4. cap. vltimo. Iurisdictio autem ordinaria est cõsona, exemptio vero dissona. Item non habetur sic de facili copia papæ per exemptos, sicut copia ordinari per non exemptos: & sic difficultas permittit alias prohibitum. de hoc 60. 3. distinct. cùm longè ad rationem faciat, de iud. cap. fin. Item, si subditus episcopi sine ipsius licentia posset ipsius iurisdictionem effugere, quod posset primus, & posset seruus, & vilior: & sic euacuaretur episcoporum iurisdictio: quæ ratio cessat in papa. 9. quæst. 3. cuncta per mundum. Concedatur ergo exempto, quod non concedatur non exempto: cui conuenit capitul. luminoso. 18. quæstio. 2. vbi in loco exempto episcopus nil iurisdictionis exercet, nisi fuerit inuitatus. ergo inuitatus potest, secundum quod renunciare potuerit. probat decr. dilecti. de fo. compe. vbi priuilegium, quòd Anglici citra mare conueniri non possunt, nõ prodest illi, qui citra promisit respondere, vel soluere: & hic disiunctiuè ponitur: per quod patet, quòd iste respondere cogetur, nisi promisit exemptiones, priuilegio

non

non obstante.Facit C.de pact.si quis in conscribendo.
4 nec mirum, quia potest sibi eligere iudicem †animæ,
quod est maius.12.q.j.præcipimus.de por. & remis. cũ
infirmitas.fortius ergo potest eligere iudicem corpo-
ris,quod est minus.hoc eo.tit.cu licet. cum concord.

¶ Tertiò,si dicatur,ꝙ exemptus non possit expresse
renunciare foro,potest tamen tacite, contrahendo in
loco non exempto.de priuil.c.j.lib.eo.Iste autem spon
tè suscipiendo mandatum de soluendo, tacite renun-
ciauit foro,de his quæ fiũt à ma.par.ca.ex ore. & quo.
5 modo quædã †licet tacite,quæ non expresse,patet de iu
ra.cal.c.j.2.respon.lib.eo.& no.de for.cõpe.si dilgenti.
in gl.pe. & facit quod no.Io.xj.q.inolita.vnde exẽptus
6 †permittendo præscribi contra priuilegium exemptio
nis spatio 40.ann.illi renunciat: sicut de aliis priuile-
giis dicitur.de priuil.accedentibus.facit de capel.mo
na.c.2.non tamen ecclesiæ Romanę præiudicatur: nisi
per spatiũ 100.ann.vt not.16.q.4.c.volum⁹.simile,quod
de vasallo dicitur,de præscri.ad audientiam.

¶ Quartò,per eundem modum dicitur,ꝙ dato,ꝙ re
nunciatio non tenuisset in præiudicium renunciantis,
vt patet de arbi.cum tempore.facit de re iud. suborta.
sic & submissio tenet quo ad submittentes, nõ quo ad
ipsius superiorem:quod me.cau.cum dilectus.de don.
7 inter dilectos.sic & renunciatio †beneficij facta in ma
nibus eius,ad quem recipere nõ spectabat. reuocatur.
de renun.quod in dubiis.17.q 2.Gonsaldus.sic & abiu-
ratio iurium dignitatis tenet,quo ad abiurantem,non
quo ad dignitatem.de instit.cum venissent.

¶ Secundum principale,quod supra cõtra istũ indu-
cebatur,erat,quia non venit allegaturus priuilegium:
8 datur pro regula,ꝙ sicut quando constat † citationem
arctare, citatus venire tenetur,ita & quãdo dubitatur
an arctet:alias punitur vt contumax.ita no.Io.& Be.de
accus.veniens.in fi.vlti.gloss. & 3 q.2.si episcopus.15.q.
4 placita.in vlt.gl.in fi.& ff.si quis in ius voc.l.2. & de
iudi.si quis ex aliena.In dubio enim propter bonũ obe
dientiæ semper parendum est.23.q.j.quid culpatur.in
fi.& facit 13.q.2.non æstimemus.& quod ibi no.42.dist.
quiescamus.& de poen.dist.7.c.2.& si dicatur.non esse
dubium apud citatum,ꝙ scit se exemptum,hoc nõ iu-
uat:quia scientia iudicis hic ponderanda est.non cita
ti.de verb.signi.cum olim.facit quod not.de offi.dele-
ga.cum causa.in j.glo.Item plus est,no.Io.23.q.8.cõue-
9 nior.ꝙ si iudex laicus †citat clericum,tenetur compa-
rere,& priuilegium allegare:& de hoc infra dicã post
solutionem quæstionis.& facit quod not.Hosti.supra
de iudi.§.quæ sint necessaria.iuxta fi.ver.quod autẽ di-
xi & facit quod not.in decre.cum ordinem.de rescrip.
10 in fin.vlt.glo.Secundò,si iudex †probabiliter errans in
facto,& credens se iudicem,cum non sit, procedit,te-
net processus.de app.si duobus.Secus,si erraret in iu-
re.de offi.deleg.cum super.de conces.præbẽ.ex parte.
Iste autem diœcesanus probabiliter errabat in facto,
quia de sua diœcesi erat:& præceptũ ab eo receperat:
ergo &c.sic etiam dicitur procurator,qui reuocationẽ
suam ignorat,quia valet quod facit:de procura. in no
stra.& c.pen.& de iudice reuocato.vt nota.63.dist.tibi
domino.& de hoc per Inn.de rescri.cum contingat.de
concessio.præb.quia cunctis.lib.eo.

11 ¶ Tertiò,videmus ꝙ in his,quæ sunt †iurisdictionis,
opinio præiudicat veritati.hoc patet in sentẽtia serui,
qui putabatur liber.3.q.7.§.verum.de offi.prætor.Bar-
barius.& occulti excõicati.de re iudi.ad probandum.
facit C.de testa.l.j.C.ad Macedo.l.3.& ff.ad Macedo.
l.3.de iure patronatus.consultationibus.de elect.que-
relam.de sententia excommu.si iudex.lib.eo.

¶ Quartò,certum est,ꝙ iudex cognoscit,an sua sit iu
risdictio,de rescri.super literis.& ordinarius, de exce-
ptione cognoscit.& certo casu cognitione pendente,
iurisdictionem exercet in exemptum.supra eo.lib.de
priuil.cum personæ.c.dist.contra morem.

¶ Quintò,ad hanc partem inducitur,quod not.Inn.
& Hosti.de verb.sig.ex parte 3.in fi.magnæ glo.vbi di-
cunt processum tenere contra exemptum non compa-
rentem,quando exemptio non est notoria,sed dubia.

PRO NEGATIVA. ¶ In cõtrarium adducitur
illud generale,pacto priuatorum &c.ff.eo.tit.neq; pi-
gnus.§.priuatorum.de foro comp.si diligenti.Sed ius
12 † publicum cõsistit in sacris & sacerdotibus.j.dis.ius
13 publicum.& habet hic locum:si tale ius † cõcessum est
alicui non in fauorem eius tantum.sed & alterius: de
senten.excom.contingit.j.de immu.eccle.aduersus.de
arbit.cum tempore.Cum ergo papa habeat in exẽpto
ius diœcesani,vt supra prima parte ꝓbaui,sine ipsius
consensu non potuit in alium consentire.
14 ¶ Secundò ad hoc facit:quia sicut clericus sine † li-
centia episcopi sui non renunciat beneficio.de renun.
admonet.sic nec exemptus sine licentia papæ.eo. ti.c.
fi.de elect.si abbatem.lib.eo.nec ad aliam ecclesiã po-
test se transferre,etiam si hoc habeat cõsuetudo. supra
de consuet.cum venerabilis.& si renunciat exemptus
sine licentia papæ:etiam quo ad ipsum renunciatio nõ
tenet.6.q.3.deniq;& probat textus decret.quod in du-
biis.de renuncia.licet gl.contra.
15 ¶ Tertiò,cõstat,ꝙ sicut clericus † sine sui episcopi li
centia ab alio non recipit ordines,sic nec exẽptus sine
licentia papæ.de episcopali ordine patet 63.dist.Saloni
tane.de aliis.de tẽpo.ord.cum nullus.lib.eo.nisi aliud
ex priuilegio competat.de præscri.veniens. Si ergo nõ
possunt ab aliis ordinari,ergo nec iudicari.9.q.2.nul-
lus.de parochi.nullus.
16 ¶ Quartò,certum est,quod qui cõsentit †in iudicem
non suum,ante litem contestatam pœnitere potest.ff.
de iur.om.iud.si conuenerit. & no.de iu.c.j.vbi distin-
guitur inter pactum de iurisdictione adeũda, & de nõ
declinanda.primo casu,nõ tenet factum à clerico sine
licentia episcopi.de for.competẽ.significasti.Secundò
tenet,etiam sine consensu.eo.tit.dilecti. Si ergo pactũ
non valet,vel saltem pœnitere licet ante litem conte-
statam.pœnitebat autem non veniendo : ergo episco-
pus contra eum procedere non potuit:tamen & si ve-
nisset,non fuisset coactus suscipere iudicium:ergo nil
interest iudicis vel partis.ff.de iudic.non videtur.facit
quod no.de dol.& contu.c.fi.

¶ Circa secundum vero principale,probato,ꝙ non
17 potuit exemptus in eum †consentire sine papæ licẽtia,
probatũ est,ꝙ citatus ab eo,nõ tenebatur venire etiã
allegaturus priuilegium suum.constat autem, ꝙ sicut
18 nulla est sententia † à non suo iudice lata.de iudic.at si
clerici.cum cõcor.sic nec citatio,arguendo de toto ad
partem.facit de offic.deleg.pastoralis.in prin.& proba
tur de fo.com.Romana.in fi.lib.eo.Si nulla,non cõua-
lescet per inobedientiam non venientis.eo. ti.non fir-
matur.& bene facit quod no.ne elect.bonæ.2.in vl.gl.
19 ¶ Secundò, constat episcopum † non esse iudicem
exempti.& hoc ipsum verbũ sonat 16.q.j.frater noster.
de suppl.neg.prę la.Sicut de priuil.cũ capella.nisi in ca
sibus.de priuil.c.j.lib.eo.quorum nullus in casu nostro
cucurrit:ergo cõstat citantẽ non esse iudicẽ.& eo casu
non tenetur citatus ire etiam allegaturus priuilegiũ.

¶ Tertiò,non releuat dicere,nõ constat hoc iudici,
20 † licet constat exempto:non sufficit ad notitiã exempti
priuilegium peruenisse,licet ordinarius illud ignoret.
de cõces.præb.c.j.lib.eo.§.nec obstaret.facit eo.lib. de
præb.si postquam,nec etiam releuat,ꝙ iste communi
opinione habebatur nõ exemptus.licet enim cõmunis
21 †opinio hic operetur,ꝙ ea durãte,seruatur sententia:
manifestata tamen veritate,cedet opinio.8.dist.verita
te,& sic declarabitur nullus processus.sicut no.de sen-
tentia lata per falsos testes.de excep.cum venerabilis.
& in sententiis excommunicationis lata post legitimã
appellationem non prosecutã.de sen.exc.licet.libr eo.
& sic potest intelligi.eo.lib.de priuileg.cum personæ.

22 ¶Quartò, constat ꝙ defectus iurisdictionis † annullat
sententiã. de iud. at si clerici. cũ concor. ergo exceptio,
tu non es iudex meus, reddit iudicium nullum. & sic
potest opponi post sententiam, sicut exceptio falsi pro
curatoris. de procura. in nostra. & vide quod ibi not. in
gl. penul. ¶Quinto, his conuenit quod nota. C. vbi de
cri. agi oportet. l. j. vbi no. Accur. ꝙ quando iudex est ta
23 lis, ꝙ citatus † sua voluntate non posit facere iudi-
cem, non nocet taciturnitas. Facit de præben. dilecto.
& quod ibi not. Inno. vt & dixi super 3 glos. Inducitur
ad hanc partem, quod nota. Guil in spe. de citatio. §. j.
versi. sed pone quod iudex. & §. pen. in fin. cuius verba
& ad literam ponit Archi. 15. q. 4 c. 2. in fin.

SOLVTIO. ¶Soluit pro hac parte, quòd exem-
24 ptus, priuilegio fori † renunciare non posit expresse
vel tacite sine papæ licentia: & si renunciat, processus
vel sententia nõ tenet: cùm etiam superioris fauorem
respiciat tale priuilegium, ne suus subditus iudicetur
ab alio. facit ad Rom. 14. c. 2. quæst. j. nomen. & c. multi
de iureiur. nimis. alleg. dec. de arbit. cum tempore. nec
ob. quod ibi no. quod valeat quo ad renunciantẽ: quia
illud & omnia similia procedunt, quando renunciatio
ledit ius renunciantis tantum, & non superioris vel al
terius: bene facit supra eo. libr. de for. com. Romana in
prin. ibi enim consentientibus partibus, archiepisco-
pus omisso appellationis articulo non cognoscit de
25 principali ad id quod dicitur, renunciari † tacite, con-
trahendo vel delinquendo, vt scripsi, præmittẽdo illa,
non fiunt sine authoritate papæ & iuris cõmunis hoc
prouidentis. eodem modo respondetur ad decre. vlti.
de pœn. & re. dicit tamen ipse Guido, quod exemptus
26 † coram ordinario debuit comparere, & suum priui-
legium allegare: quod si non fecit, excommunicari po
tuit, vt contumax: cui non placet dictum speculatoris
de exempto loquentis. in versi. supra in fi. allegato. sed
sibi placet quod not. Inno. & ponit Hosti. de verb. sig.
ex parte j. in fin magnæ glo. & hæc illa ratione, quia in
dubio cognoscit, an sit sua iurisdictio de priuile. cum
personæ. lib. eod. ergo cum, quo ad illum articulum, sit
iudex competens, in dubio cessant omnia iura, quæ di
27 cunt †, processum à non suo iudice factum, nõ valere.
per quod patet, solutionem cessare, nisi notoria esset
exemptio. Non ob. decre. quia cunctis. nisi priuilegiũ,
quòd excommunicari non posit, statim habeat suum
effectum, cùm ad priuilegiati notitiam peruenit: illud
quoc facit intentio cõcedentis, volẽtis adimere cuiq;
etiam ordinario potestatem illum excommunicandi,
saluo quod hæ res regibus & eorum filiis concessæ, de
priuileg. ne aliqui. lib. eodem. In priuilegio exemptio-
nis nõ sic, vt patet eodem tit. & lib. c. j. Item etiam illo
casu remanet ordinarij potestas alios puniendi. vt ibi
patet. §. in eos. & vide quod ibi not. in gloss. 2. ¶Scite te
volo quod Aegid. Cremon. post Io. de Deo. quæstio. 32.
disputauit in sua quæstione hunc articulum supra ta-
28 ctum. an si iudex laicus † citauit vere clericum, qui cõ-
muni opinione laicus habebatur, vt se defenderet ab
accusatione homicidij ꝙ quia non venit, eum bãniuit,
an teneat bannum. Inducebatur ad partem, quod va-
leat: quia illum communiter haberi pro laico non prò
cedit, nisi ex quadam conformitate sui circa mores &
actus laicorum: censeatur ergo laicus, cùm propter si-
29 militudinem † quis cẽseatur de illorum numero, quo-
rum in veritate non est. 27. quæst. j. quotquot. 27. distin.
c. vlt. de biga. nuper. & dignum est, vt qui similem &c.
de stat. mo. recolentes. facit de sent. exc. si iudex. libr. e.
Item quilibet nascitur laicus, talis ergo præsumitur,
nisi clericus probetur. 2. quæst. j. legum. Inducebat etiã
alia, quæ includuntur supra parte j. ver. secundũ prin-
cipale. vsq; ad fi. ipsius partis. & quæ inducebat ad par-
tẽ cõtrariã, supra in contrariis allegationibus sunt in-
30 clusa vltra quæ inducebat, iura detestari. † ꝙ aliquo
modo laicus in clericũ animaduertat, vel iudiciũ ex-
erceat. xj. q. j. nullus iudicum. palea est, quæ habetur de
fo. cõp. c. 2. alle. eo. tit. si diligenti. & dicebat Io. de Deo.
pdicta intelligi de clerico, qui p admonitionẽ episco-
pi priuatus non erat priuilegio clericali. de sententia
exc. in audientia. & c. contingit. j. soluebat aũt ipse Io.
31 ꝙ cùm † deliquisset incedendo sine tonsura, & nescire
tur esse clericus, & fuisset contumax, potuit per iudi-
cem laicum puniri. de priuileg. ex parte 3. Tertiò, ne
furemur Aegdio labores suos, est sciendum, quòd ipse
ad quæstionis solutionem plene tradere voluit mate-
32 riam illam. quando pars teneatur ire allegaturus † pri-
uilegium. sic distinguens: aut citatus non innititur ali
cui iurisdictioni, nec alias est notorium: scit autem esse
ordinarium citati: cùm citatus venire nõ tenetur etiã
allegaturus priuilegium, licet in veritate iudex iuris-
dictionem habeat ex aliqua causa latenti. ar. ff. si quis
caut. si seruus. & l. quoties. & sic loquatur glo. vlti. dec.
bonæ 2. de elect. alleg. quod not. Inn. de offi. deleg. pru
dentiam. vt ibi scripsi super gl. 1. de appella. Romana.
§. 2. lib. eo. vt ibi no. in gl. & si citauerint. & quod super
ea scripsi. si autem in citando innititur iurisdictioni,
subdistinguit: quia aut ordinariæ, aut delegatæ. si dele
gatę, & vere est delegatus, vt asserit, citatus comparere
tenetur. alias valebit sententia cõtra eum lata, excom-
municationis. misionis, vel alia, & omnis processus
alias legitime factus: si vero nullam delegationem ha-
bet, & forte falsum tenorem rescripti transmisit, tunc
licet caute agat citatus cõparendo, tamẽ licet non cõ-
pareat, nil valet processus cõtra non comparentem ex
iurisdictionis defectu. alleg. nota. per Inno. de dila. c. 2.
vt ibi scripsi in glo. hoc habes. immo hoc casu tenetur
iudex ad interesse citato, vt notatur in dec. prudentiã
ad fi. secundæ gl. Si autẽ iudex innititur iure communi
ordinarie, vt quia dicit citatum in suo territorio deli-
quisse, vel contraxisse, vel est alias secundum opinio-
nem communem in numero subditorũ, tamen per ali-
quam exceptionem potest iurisdictionem elidere, tunc
distinguit: an citatus recipiatur in iurisdictione citan
tis, an non. secundo casu, necessario ire non cogitur: si-
cut ꝙ si non vadat, non posit excommunicari vel mul
ctari. nam extra territorium &c. de consti. c. 2. lib. eodẽ.
alle. no. supra eo. lib. de for. com. Romana. & §. contra-
hentes. & per Inno. eo. tit. in antiq. licet. Si vero reperi
tur in iurisdictione citantis, tunc si ex parte iudicis vel
citati, nullum subest impedimentum iure, quo minus
inter eos posit esse iurisdictionis exercitium, siue sit
verum, siue falsum, quod dicitur cõtraxisse sub eo, vel
deliquisse, & sit exemptus, vel non, debet ire allegatu-
rus priuilegiũ suum, alias procedi poterit cõtra eum:
cùm iudicis sit cognoscere, an sua sit iurisdictio: & sic
loquatur lex, si quis ex aliena. ff. de iudic. & quod not.
ff. si quis in ius voc. l. 2. & de rescrip. super literis. ad fin.
¶Sed si quæratur. inquãtum valeat processus hoc casu
factus contra eũ, qui de iurisdictione nõ erat? de dele-
gato se expedit. quod nil valet, si falsum erat, quod præ
tendebat: si verum, valet, quicquid alias legitime fece-
rit. si autẽ ordinarius erat, licet falsa sit causa, quã præ-
tendebat, valet, quod fecit, quo ad punitionem contu-
macię: sed de principali cognoscere non poterit, etiam
si sit talis causa in qua posit lite non contestata proce-
33 di. tunc locum & habet, quod sententia † à non iudice
lata, non tenet. C. si à non comp. iudi. l. fi. cùm concord.
nec enim potest dici tacite non comparentem iurisdi-
ctionem prorogasse: quia absens cõtradicere videtur.
ff. de arbit. l. sicuti. de rit. nupt. in eo. §. deinde. si autem
subesset tale impedimẽtum, ꝙ citans nullo potest mo-
do esse iudex, vt quia citans priuatus est, vel citatus à
laico clericus est, tunc dixit, quæstionem soluendo, ꝙ
ire non tenetur de necesitate, nec valet tunc proces-
sus, si fiat cõtra ipsum: allegat principaliter præ. gloss. l.
j. C. vbi de cri. agi oportet. & dictũ speculatoris, quod
dixi supra in fi. secundæ partis.

QVAE

SVMMARIVM.

1 *Dispensare an papa possit contra uniuersalem statum ecclesiæ.*
2 *Dispensatio propriè in votis fiat, an commutatio.*
3 *Dispensare an possit papa in his quæ sunt legis naturalis, & in præceptis primæ tabulæ.*
4 *Voti executio an fundetur super fidelitate, quam homo debet Deo.*
5 *Monachus vt matrimonium contrahat, an dispensare possit papa.*
6 *In votis authoritas superioris intelligitur excepta.*
7 *Castitas dicitur, coitus cum vxore.*
8 *Votum simplex an tollatur per matrimonium.*
9 *Religionis professio, vltra votum continentiæ, quæ cõtineat.*
10 *Dispensatur in voto abstinentiæ, si vergat in corporale periculum vouentis.*
11 *Voti solennitas in quibus consistat.*
12 *In voto continentiæ quæ considerentur.*
13 *Vota monachorum quanti fiant.*

QVAESTIO LXXVII. SVPER REG. Semel Deo.

ARGVMENTVM.

AN papa posit dispensare cum monacho ex causa, vt matrimonium cõtrahat.

Ad negatiuam inducam 5. sed quarto & quinto statim respõdebitur: inducã sex, duos textus, & quatuor gl. In contrarium sex rationes & 5 gl. tertiò soluam: sed plene interseram dictum Thomæ, distinguẽs inter clericum in sacris, & monachum.

PRO NEGATIVA Quòd ergo non posit, facit hæc regula, cum concor. immo nõ videtur quæstio, cùm sit textus expressus, de stat. mo. cùm ad mon. in fi. Secundò, non legimus beatum Petrũ talia fecisse: successor ergo talia non attentet, alias cessaret Petri priuilegium. 24. quæstio. j. manet. Tertiò, monachorum con
1 tinentia † pendere videtur ab vniuersali statu ecclesiæ: ergo contra illud papa dispensare non poterit. 24. quæ
2 stio. j. memor sum. Quartò, in votis propriè non fit † dispensatio: sed commutatio. de voto. c. j. & c. magnæ. sed in continentia non est inuenire æque bonum, in quod commutari posit ecclesia. 26. omnis ponderatio nõ est digna animæ continentis. facit 32. quæstio. j. nuptiæ. ergo dispensari vel commutari nõ poterit. maxime, quia votum tenetur esse de iure naturali immutabili 6. dist.
3 in princi. In his autem quæ sunt † de lege naturæ & in præceptis diuinis, non potest per hominem dispẽsari, & præcipue in præceptis primæ tabulæ, quę ordinatur directe ad dilectionẽ Dei: qui est vltimus finis præceptorũ: sed secundũ hoc implere, non est de lege naturæ & pręcepto legis diuinæ: & pertinet ad præcepta legis diuinæ & primæ tabulæ, cũ sit actus latriæ. & cõcludit hoc etiam in aliis votis, præter continentiã, dispensari non posse: fortius nec in illo. sed ad hoc respõdetur, quòd quãdo ecclesia dispensat in voto, nõ dispensat in præcepto iuris naturalis vel diuini: sed determinat id quod cadebat sub obligatione deliberationis humanæ, quæ non potuit omnia circunspicere: sicut etiam dispensare contra legem humanam, non est tollere legem: sed ordinare ex causa, ne liget eo casu, quo dispensatur, &
4 sic non est contra. Quintò, executio voti † nõ fundatur super fidelitate, quam homo debet Deo, in qua nullus dispensare potest. ergo nec in voto, præcipue tali.

¶ Ad hoc respondetur, quòd ad fidelitatem Deo debitam non pertinet, quòd quis faciat aliquod malum, vel maioris boni impedimentum: ad quod tendit voti dispensatio. Sextò ad hanc partem facit 32. dist. de illo. 25 q j. sunt quidam. & quod ibi not & no. supra. de cle. coniu. cum olim. de biga. c. 2. in gloss magna ad fi. & in præ. decre. cum ad mona. in vlti. glo.

5 PRO AFFIRMATIVA † contrarium, quòd dispensare posit, probatur ex generali potestate Petro data de ligando & soluendo. Math. 16 24. q j. quodcunque. de maio. & obed. solite. ad fi. nam de monacho facit clericum secularem. 74 dist. quorundam. Itẽ dispensat cum bigamo. 34. dist. lector. & facit constitutionem contra ius naturale, quo minor 14. annis doli capax obligatur, religionem statuens ne obligetur: de regula. ad nostram. & de hoc eod. tit postulasti.
6 ¶ † Secundò, in votis authòritas superioris intelligi
7 tur decepta. de iureiurand. venientes. Tertiò, † coitus cum vxore dicitur castitas 31 distin. Nicena. per illum
8 ergo non videtur frangi. Quartò, † simplex votum tollitur per matrimonium. qui cleric. vel vo. meminimus. solennitates autem sunt de iure positiuo, & ex constitutione ecclesiæ. de voto. c. vno. lib. eod. ergo contra solenne votum poterit dispensare. ¶ Quintò, papa absoluit à iuramento, per quod iurans Deo & homini obligatur: de iureiurand. quanto. vbi de hoc. & 15. quæstio 6 authoritatem. ergo fortius à voto, quod obligat solũ Deo. Facit supra de celebratio mis. de homine. Sextò,
9 in professione † religionis vltra votum continẽtiæ continetur votũ paupertatis & obedientiæ. sed in his duobus dispensatur, vt patet in religioso qui fit episcopus. 18. quæstione j. cap. vno. ergo & in tertio, de quo loqui
10 mur. Septimò, in voto † abstinentiæ, si vergat in corporale periculum vouentis, dispensatur. Facit de obser. ieiu. c. 2. §. pen. & vlti. pari ratione & in voto continentiæ, si in eius periculum vergat, dispensabitur. Octauò, ad hanc partem faciunt quæ Ioan. not. 25 quæsti. j. quæ ad perpetuam. 27. quæstio. j. nuptiarum. & Bar. Brix. 32. distinct. de illo. Inno. & Hosti. de voto. c. j. de stat. mon. cùm ad mona.

SOLVTIO autem patet ex his quæ ibi post eos scripsi. ampliatis autem verbis dicamus cum Thoma
11 & theologis, In voto † continentiæ tria considerari, voti materiam, s. continentiam: secundo ipsius perpetuitatem, ad quam se adstringit: tertio ipsius solennitatem. aliquibus autem videtur solenne votum continentiæ indispensabile, propter ipsam continentiã: quæ non recipit condignam commutationem. & primo dixi per authoritatem eccle. & pro ratione dicunt, quod per continentiam homo triumphat de domestico inimico, vel quia per continentiam homo perfecte conformatur Christo, secundum puritatem corporis & animæ: quia bona animæ, vt contemplatio & oratio, sunt meliora bonis corporis, & magis nos Deo conformant: & tamen in voto contemplationis & orationis dispensari posset: vnde absolute respicere ad ipsam continentiam, non videtur sufficiens ratio prohibendæ dispensationis: præsertim cum Apostolus j. ad Corinthios septimo ad continentiam per contemplationem inducat. dicens, quod mulier innupta cogitat quæ Dei sunt. ad idem de cleric. coniugs. diuersis. Finis autem potior est his, quæ sunt ad finem. alij põderant secundum, scilicet, perpetuitatem, dicentes rationem esse, quia votum continentiæ non potest prætermitti. nisi per dicentem contrarium, quod in aliquo voto non licet. hoc est patenter falsum: quia sicut vti carnali copula, est continentiæ contrarium. Item abstinere à carnibus vel vino, est dicere cõtrarium, comedere carnes vel vinum bibere: & tamen in his votis dispensatur. ¶ Tertium ponderant. scilicet solennitatem voti, sumentes rationem ex hac regula, dicentes, aliquem prælatum ecclesiæ non posse id, quod Deo sanctificatum est, ad humanos vsus conuertere, nisi id quod sanctificatum est, sanctificationem amittat: &

hoc etiam in rebus inanimatis. vnde nõ poteſt facere, quin calix conſecratus, maneat conſecratus ſtans integer: multo minus hoc poterit de homine conſecrato.

12 Solennitas † autem voti conſiſtit in quadam conſecratione vel benedictione vouentis & ideo nullus prælatus eccleſiæ hoc poteſt, q votum ſolenne emittens deſiſtat ab eo, quod eſt conſecratum: puta quod ſacerdos non eſt ſacerdos: licet poſsit prælatus ob aliquam cauſam executionem ordinis prohibere, ſimili ratione nõ poſſet papa facere, quin profeſſus ſit religioſus. Et deridet Thomas opinionem Vin. & Io. contrariam. Eſt ergo ſecundum Thom. conſiderandum, an continẽtia ſit eſſentialiter anneza ei, ad quod votum ſolẽnizetur, an non. Primo caſu, non poſſet manere ſolennitas ſine debito continentiæ: ſecundò, poteſt. per quod dicit, q cum votum continentiæ nõ ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro, ſed ex ſtatuto eccleſiæ, per eccleſiam diſpenſari poterat, vt contrahat conſtitutus in ſacris. & vide quod ſcripſi de conuer. coniu. placet. in fin ſed ſi debitum continentię eſt annexum eſſentialiter profeſſioni religionis, per quam quis renunciat ſeculo, ſe totaliter Dei ſeruitio mancipando: quod non poteſt ſtare cum matrimonio, in quo incumbit neceſsitas alendæ & regendæ coniugis, prolis & familiæ, & rerũ quæ ad hoc requiruntur. vnde j. ad Corin. 7. qui cum vxore eſt, ſolitus eſt, quæ ſunt mundi: quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Vnde nomen monachi ab vnitate ſumitur, per oppoſitum ad diuiſionem prædictam: quare in voto ſolennizato per profeſsionẽ non diſpenſat eccleſia: quod voluit ſecundum Thomã. dec. cùm ad monã. in fi. dicens. q caſtitas annexa eſt regulæ monachali &c. hoc proſequitur ſecunda ſecundæ. quæſtione 88. articulo xj. vbi etiam ipſe reſpõdet ad illa duo, quæ vltimò allegaui ad partem affirmatiuam. dicens falſum eſſe, q religioſus factus epiſcopus abſoluatur à voto paupertatis & obedientiæ, vnde nihil habet propriũ: licet epiſcopatus bona diſpenſet: & quod acquirit, nõ ſibi, ſed epiſcopatui acquiſiuit. vt in cõtrario. & ſupra de priuil. cum olim. 2. Item, licet per accidens obedire non teneatur, ſi ſuperiorem non habet, ſicut nec abbas: non tamen per hoc ab obedientia abſoluitur. De hoc vide quod no. 16. q. j. ca. 3. Ad id quod dixi de voto abſtinentiæ, reſpondet, quòd cibus directe ordinatur ad conſeruationem corporis: vnde ſi abſtinentia directe vergit in corporis periculum, votum abſtinentiæ diſpenſationem recipiet: ſed coitus non ordinatus directe, ad conſeruationem perſonę non vergit: ſed ſi per accidens ex ea aliquid perſonale accidat, ſubueniri debet per abſtinentiam ciborum, vel alia corporalia remedia ſine peccato. Facit de pœ. & re. cùm infirmitas. in fi. ſed vt ſcripſi poſt Inno. & Hoſti. de voto. c. j. & in dec. prædicta, cùm ad mona. ſuper vlti. gloſ. vbi votum continentiæ eſt ſolenne impedimentum maioris boni, poterit papa diſpenſare. nam bonum commune melius eſt, quàm bonum vnius. Poſſet autem per vnius continentiam bonum multitudinis impediri: vt ſi per matrimonium alicuius ſolenniter vouentis etiam monachi, poſſet pax patriæ procurari, vel patria infidelis

13 ad fidem conuerti: vel his ſimile. abſit † quod his caſibus monachelli continentiam præferamus tanto bono, vt plene ſcripſi. & ideo plus non inſto, in præd. dec. cùm ad mona. ſuper vlti. gloſſ. & reſponſiones ad contraria ibi vide, & in præ. dec. vnica. de voto. eod. lib. ſuper vlti. glo. bene probat hæc præ. dec. vnica. In decr. autem. cum ad mona. quæ mouit Thomam ad prędictã diſtinctionem, certum eſt, nulla verba perſonarũ poſſe tollere vel detrahere poteſtati ſucceſſoris: quia par in parem &c. de elect. Innotuit. cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium & inſtrumentorum eadem vis in litibus dirimendis.*
2 *Publicè vtile eſt, ne crimina remaneant impunita.*
3 *Inſtrumenta documentorum appellatione an contineantur in probandis criminibus. nu. 10. 12.*
4 *Cautius agendum eſt. vbi maius periculũ imminet.*
Mulier an in criminalibus accipiatur in teſtem.
5 *Teſtium & inſtrumentorum an diuerſa ſit fidẽ.*
6 *Accuſatio odioſa eſt.*
7 *Accuſari an abſens poſſit.*
8 *Iudex non debet punire, niſi conuictum per teſtes, vel propriam confeſſionem.*
11 *Lis, dictio vt accipiatur, quidve ſignificet.*

QVAESTIO LXXVIII. SVPER REG.
Semel malus.

ARGVMENTVM.

AN per inſtrumentum directe probetur crimen? directe dixi, quia puto, adhibitis teſtibus rogatur tabellio conficere inſtrumemtum de vulnere, homicidio, adulterio, incendio vel his ſimilibus, quæ commiſiſti: & tabellio ſic facit: quod poſtea contra te producitur: & placuit tunc quæſtio & ſolutio. Iac. de Aret. per Bon. tranſeuntis: quare ſcripſit in ea, cuius verba ponit Cynus ad literã. C. de proba. ſciant cuncti.

Ad affirmatiuam inducam ſex rationes: & ſex gl. In contrarium totidem rationes & quatuor gloſſ. tertiò ſoluam diſtinguẽdo, & ad contraria prius ſingulariter, demum communiter reſpondebo.

PRO AFFIRMATIVA. Quòd probetur, vi-
1 detur primò. quia in † exercendis litibus parem vim obtinent teſtes & inſtrumenta. de fide inſtr. cùm Ioannes. C. eo. tit. in exercendis. & vndecũque crimina claruerint, punienda ſunt. 24. quæſtion. 4. ecce. ¶ Secundò, non eſt in criminalibus reſtringenda probationis for-
2 ma, cùm publicè † vtile ſit, ne crimina remaneant impunita. 23. quæſti. 4. eſt iniuſta. in fin. & ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. ¶ Tertiò, multi canones dicunt crimen per documenta probari. 2. q. 7. plerique. ibi, publicis documentis & c. ſi quis epiſcopus. 2. quæſtion. 8. ſciant. quæ etiam lex. C. de proba. ibi, apertiſsimis documentis. 23. quæſtio 4. forte in populo. in fi. ibi ſi veris documentis
3 teſtibúſq; conuincitur ſed ibi patet quòd † documentorum appellatione inſtrumenta continentur, cum ponantur vt diuerſa à teſtibus. probatur etiã id, de prob. quoniam contra. & C. de eden. authẽ. ſi quis in aliquo. ¶ Quartò, ad hanc partem facit de reſtitu. ſpoliat. cùm ad ſedem. verſi. nos prioris. de dolo & contu. veritatis. C. quorum ap. non reſcind. l. obſeruare. ibi, teſtibus productis inſtrumentis prolatis. &c. ¶ Quintò videtur caſus, quia periurium & falſum probatur per inſtrumentum, eod. lib. de iureiur. c. vni. vbi de hoc. de his quæ fi. à prælat. quanto. & conſpiratio quæ magnum crimen eſt, probari videtur per ſcripturam. de verb. ſig. c. 2. eo. lib. vbi de hoc & ſchiſma. eod. libr. de ſchiſma. ca. vno. Item dilapidatio rerum eccleſiæ, de rebus eccl. non alie. ſi quis presbyterorum. & facit C. de edend. is apud quem. Sextò inducitur etiam lex 1. ff. de fer. in fine. vbi per adſpectũ æſtimatur iniuria. ſic ergo adſpectu notarij & teſtium poterit inſtrumentum confici & probari per illud. Ad hanc partem facit quod notat Hugo 7. quæſtione 1. c. j. Bertran. 2. quæſtione 7. plerique. Ioan. facit. 2. quæſtione iudex. Hòſtien. de reſtitu. ſpol. cũ ad ſedem. Gulielm. Specul. in appa. de vſur. quanquam. in princ. acc. ff. de Turpil. in ſenatus. in prima gloſſ. & C.

ad legem Aquil. contra negantem. in prima glos.

PRO NEGATIVA. ¶ in contrarium cõstat, q
4 cautius † agendum est, vbi maius periculum imminet, 42. dist. quiescamus. 7. quæst. 2. c. fin. supra eo. lib. de ele. vbi periculum. in princi. & ff. de Car. edict. l. j. §. 2. vel 3. propter periculum autem causarum criminalium, in quibus quandoque de salute hominis agitur, C. de app. addictos. non recipitur procurator. de accusa. veniens. & in illis eadem ratione non recipietur probatio instrumentalis. Secundò, patet etiam dissimilitu-
5 do, quia in criminalibus mulier † non recipitur in testem. de verbo. si. forus. nec minor 20. ann. 4. quæstion. 3. in testimonium. quæ est lex. ff. de testi. sed instrumento forsan scriptus est minor 20. annis, cuius viuæ voci non crederetur, multo minus mortuæ. repellatur ergo instrumentum, cuius repelletur author. de testi. licet ex quadam. & alia † est fides testium, & alia instru-
6 mentorum: & non testimoniis, sed testibus est credendum. 4. quæst. 3. §. item alia est. ff. de testi. l. 3. § 3. & sæpe talia ex mala fide scribuntur ff de custo. & exhib. reor.
7 l. diuus. Tertiò constat, quòd accusatio † est odiosa. 2. quæst. 7. si quis episcopus. C. de iud. properandum. ergo in eo probatio non dilatetur. sed potius restringatur. ad hoc. supra de test. cogen. dilectorum. vbi in ciuili & non criminali coguntur testes. facit hoc. eo. tit. odia. C. de nup. l. neque. ¶ Quartò, multum facit, quòd in criminali causa testes exhibentur coram iudice, vel authen. de testi. § multæ. ver. in criminalibus. C. de fid. instru. iudices. & authen. apud eloquentissimum. facit 5. quæst. 5. illi qui. ergo non stabitur instrumento, nisi testes non exhibentur.
8 ¶ Quintò, si absens † accusari non potest. ff. de pœ. absentem. 3. quæst. 9. cap. j. 2. & 3. multo minus conuinci: vt ibi, & 2. quæst. 8. per scripta. & cap. j. & 2. ff. de requi. reis. l. 2.
9 ¶ Sextò facit. 2. quæst. j. iudex non debet punire † nisi conuictum per testes vel propriam confessionem. 25. quæst. vlt. c. vltim. in fi. & l. sciant. inducta pro prima parte, facit pro ista, cùm ibi dicatur, probationes in criminalibus debere esse apertissimas, & luce clariores. Pro hac parte facit quod notat B. de ma. & obed. cùm in ecclesiis. & quòd ibi no. Innoc. & Io. 2 4. q. 2. sanè. 2. in gloss. sed quid si. & quod nota. Guli. in Spec. de accus. §. j. ver. quid si quis accusatur.
10 SOLVTIO. Soluendo dixi, per instrumentũ † directè non probari crimen. per vltimo allegata. nam & video, etiam in contractibus notarium non posse, me non mandante, conficere instrumentum: vt in authen. de tabell. ad fin. j. colum. colla. 4. hæc vera nisi per me, vel me volente & mandante, conficiatur instrumentum: per quod ipso facto crimen meum probetur. 24. quæst. 2. sanè. 2. 38. dist. neque. ff. ad l. Corn. de fal. si quis legatum. & l. qui duobus C. de his qui sibi adscrib. per totum. & per hoc fit responsum ad decreta. vni. supra eodem lib. de iureiur. & ibi allegat. sequentes leges. l. is apud quem. loquitur de actione causæ, non de instrumentis. sicut præ. decret. vult, de iur. l. præ. 2. loquitur de iudice, qui suo, non alieno, ad spectu habet æstimare atrocem iniuriam. redeundo ad primum allegatum. Non ob. quod dicitur, in exercẽdis litibus &c.
11 quia verbum † litis, non criminalem, sed ciuilem causam designat. ff. de verbo. signi. l. litis. vnde idem quod de vno conceditur, de altero negatur. 25. distin. qualis.
12 ¶ Item fateor, crimen † puniendum, cùm claruerit: sed nego directè clarere per instrumentum, cùm capit. fortè. & l. obseruare, coniungunt testes & instrumeta, vt supra patuit: & sic non sunt contra. Posset etiam aliter ad illa & alia responderi: quia instrumenta bene probãt inducere tamen, vel coadiuuant criminis probationem. Pone, accuso quòd incendisti domum meam: per testes probo incendium: per instrumentum probo dominium. accuso te de pace fracta, induco instrumentum pacis. accuso te de periurio, induco instrumentum q iurasti. accuso Titiũ de adulterio. probabo quòd mulier fuit vxorata, & eo sciente, per instrumentum contractus matrimonij: in quo ipse inscriptus sit. sic etiam loquatur gl. l. contra negantem. fateor ergo, bene probatur indirectè crimen per instrumentum. veniant no. per Innocen. & Hosti. de accusa. super his. & secundũ vltimò hæc dicta procedunt in authent. vt li. ma. & aui. ad fin. §. his quoque. collat. 8. denunciationes enim factas conuersanti cum vxore mea, bene probabo per instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahitur spe tollendæ sobolis propter legis obsequium, & humanitatis solatium.* 7.
2 *Matrimonij duplex institutio.*
3 *Matrimonij tria sunt bona Augustino.*
4 *Conditio contra substantiam matrimonij, facit deficere matrimonium.*
5 *Baptismus in morte receptus, irregularitatem inducit quo ad ordines. nu. 13.*
6 *Pœnitentia sacramentũ in morte susceptũ, an sit illius efficaciæ, cuius est, cùm in sanitate suscipitur.*
8 *Matrimonium contrahens cum meretrice, quam credit non desinere meretricari, peccat: & si credit, quòd desinat, meretur.*
9 *Baptismi bonum quod.*
10 *Morte nil certius, & ipsius hora nil incertius.*
11 *Matrimonium spirituale contrahitur per religionis professionem, quæ tenet etiam facta in mortis articulo.*
12 *Edictum de matrimonio, prohibitorium est certarum personarum.*
14 *Manumittens ancillam, vt nubat alteri, non est libera, etiã si soluto matrimonio nubat manumittenti.*
15 *Actus impertinens intermixtus, vel vitiat quod agitur, vel impedit extrema coniungi. Et quid in actu contrario. nu. 26.*
16 *Fictione canonis, duo dies pro vno finguntur.*
17 *Fictio iuris, non procedit super impossibili, vel iure contrario. & nu. 74.*
18 *Fictio iuris positiui & ars, habet intimam imitari naturam.*
19 *Matrimonium intermedium, legitimationem an impediat. & nu. 25.*
20 *Præscriptio quando dormiat.*
21 *Procuratoris constituti consensus coniunctio ad constituentem, nõ impedit ipsius procuratoris intermedia contradictio.*
22 *Contumaciter recedens, & appellans per iudicem à quo citari non debet: si tamen appellationi renũciat, citatur vt prius, non obstante conditione intermedia.*
23 *Hypotheca soluitur, vendito pignore de voluntate creditoris: sed reintegratur, si res redeat in prioris debitoris dominium.*
24 *Actio rerum amotarum inchoata post diuortium, redintegrato matrimonio cessat: & sublato impedimento matrimonij redintegratur. Et quid in actione de dote. & num. 75.*
27 *Concubinatus an sit de iure permissus. Et an constitutis in minoribus ordinibus. 29. 39. 40. 46.*
28 *Pro prolis legitimatiõe, an in dubio sit præsumẽdũ.*
30 *Miles armatæ militiæ, in quibus æquiparetur militi cælestis militiæ.*
31 *Clerici beneficiati continuè beneficio seruiendo san-*

QVAESTIO LXXIX. SVPER REG. Sine culpa.

ARGVMENTVM.

ACOLYTVS beneficiatus habens B. filium ex A. concubina C. duxit in vxorem: ex qua suscepit D. filiū promotum ad sacros. demum vxore mortua, in extremis agens, cum dicta concubina matrimonium cōtraxit: primò quæritur, an ille B. sit legitimus. secūdò, dato quòd sic, an sibi debeatur hereditas, quā inter legitimos loci consuetudo defert primogenito. Prima quæstio habet tria dubia. Primū, an quod dicitur naturalem legitimari per sequens parentū coniugiū, locū habeat in genito ex clerico in minoribus beneficiato. Secundum, an ibi id locum habeat, cùm alter parentū interim aliud matrimonium contraxit. Tertium, an talis legitimatio fit per matrimonium, in extremis contractum. & sic verbo tenus, sic & nunc in scriptis

Primò expediam vltimum, secundò secundum, tertio primum. Ad negationem autem inducam 3. rationes, & vnam æquitatem, secundo soluam, & solutionē 3. rationibus adiuuabo, & contrariis respondebo.

PRO NEGATIVA vltimi dubij. Et quòd matrimonium in extremis contractū, non legitimet prolem, videtur casus in l. nuper. C. de natura. lib. quæ di-
1 cit, matrimoniū tunc † legitimare prolē, cùm cōtrahitur spe tollendæ sobolis. quæ spes hic deficit: ergo &c.
2 ¶ Secundo, matrimonium † consideratū sit ex duplici institutione, prima fuit ab ipso Deo in statu innocētię, & in paradiso. de voto, c. vno. eod. lib. per verba protoplausti, Hoc nūc os &c. Gen. 2. in fi. & hęc institutio fuit ad prolem: vnde ibi sequitur, Et erunt duo in carne vna, i. in carne vna procreanda. & Gen. 9. ibi, Crescite & multiplicamini &c. secunda fuit ab apostolo, & non in statu innocentiæ. & hoc principaliter ad vitandū fornicationem. 1. ad Corint. 7. de vtraque habétur. 27. q. 2. lex diuinæ. sed in eo, qui in extremis agit, fateri oportet vtrunque deficere, & spem prolis, & euitationē fornicationis: ergo deficiente causa, deficiet & matrimonium: & per consequens legitimatio, quā inducit matrimonium. vt supra qui fil. sint le. tanta. & hoc sic formatur, vt plura sunt substantialia alicuius actus sacramentalis, vel non. vno deficiēte, deficit totum: patet in baptismo, cuius substantialia, verbum & elementū: altero deficiente, deficit sacramentū 1. q. 1. detrahe. supra de bap. nō vt apponeres. patet in electione, quo ad substantialia formæ scrutinij, de elect. quia propter. & ca. cum in cunctis. & c. Cumana. patet in definitiua quò ad substantialia. s. vt feratur de scripto, à iudice sedēte & per se recitante, quorum alterum si desit, vitiat sententiam. de re iud. c. fi. lib. eo. cum concor. Item, in trāsactione alimentorū de tribus quæri debet. de causa, de modo, de personis: quorū alterū obmissum vitiat, quod agitur. ff. de transact. cum hi. §. vult igitur oratio. & §.
3 si prætor. cum concor. Ita in proposito, cùm tria † sunt, quæ Augustinus vocat matrimonij bona. 27. q. 2. omne. & doc.

4 & dec.vlt.de cond.appo.dicit,quòd conditio †contra
illá substantiá vitiat matrimoniũ. & deficiente vno il
lorum etiá in spe,deficiet matrimoniũ:ergo & legiti-
matio.nam etiá in matrimonio,deficiente substátia &
forma,vel deficiente altero duorũ consensuũ, in qui-
bus consistit substantia,cõstat,q deficit matrimoniũ.
supra de spon.tuæ & c.tua ¶Tertiò ad hanc parté in-
5 duco 57.dist c.vno vbi baptismus †in morte receptus,
irregularitaté inducit,quo ad ordines,quo ad promo-
tionem.de poe.dist.7.si quis positus.vbi Aug.non vult
6 asserere,q sacramentum pœnitentiæ †in morte susce-
ptum,sit illius efficaciæ,cuius est,cum in sanitate susci
pitur. & infra de rap.super eo. vbi confesso in morte
denegatur officium sepulturæ:ex quibus concluditur
hic,diuerse aliquid fieri in vita,quod non in morte. e-
xemplũ vide supra de sepul.de his.in prima gl.&super
ipsa,de off ord.præsenti §.porrò in magna gl.eod.lib.
¶Quartò,æquitas iuuát hanc parté,qua docemur per
experientiá aliquos in morte constitutos cum tali con
trahere,cum qua in sanitate nullo modo contraherét.
Item,cum tali contrahere in mortis articulo constitu-
ti, cum qua tunc sani contracturi non essent. videtur
ergo inesse irrisio sacramenti.de poen.dist.4.irrisor.

PRO AFFIRMATIVA vltimi dubij.¶In con-
trarium,q pro solutione do.est sciendum,q super dec.
tanta.eo.tit.in prin.sic dicere soleo, & sic scripsi super
vers.contractũ matrimoniũ. per hanc literam, quæ sic
simpliciter loquitur,videtur satis esse, q matrimoniũ
sit contractum:licet in contractu desit spes prolis,per
quod videtur,quòd si quis in mortis articulo constitu
tus,cõtrahit cum illa,ex qua filiũ naturalem habebat,
vel contrahit cum illa in mortis articulo constituta,q
legitimata sit proles.licet quidam contra per l.nuper.
C.de naturali.lib.ibi,spem tollendæ sobolis:per quod
etiá dicunt matrimoniũ tunc non esse : & attribuitur
hoc dictũ Iaco.de Are.verius videtur, q sit matrimo-
nium,& legitimata sit proles.& satis est q sit spes pro
lis in casum conualescentiæ.Item & sine tali spe,vide-
7 tur esse †matrimoniũ, propter humanitatis solatium.
27.q.j.nuptiarum.supra de fri.& malefi.quod sedem.&
ibi no.nec vitiatur propositum,non habendo prolem,
nisi deducatur in pactũ.supra de cond.app. c.fi. & no.
de consan.& affi.de infidelibus.non ob.illa litera. spé
tollendæ sobolis.nam nó minus filius,propter tollen-
dam ipsius qualitatem & patris potestatem,in quá in-
cidit,creari videtur.ad hoc in auth.quibus mo.na.ef.
le.§.sit igitur.colla.6.& patet in præd.l.nuper.ibi,suf-
ficiat enim & c.bene facit.26.distin.c.j.& quod ibi no.
optimè facit supra de despon. commissum. coadiuue-
mus hoc dictum,in contrariũ respondendo allegatis.
Primò vide quomodo benefac.præd.dec.commissum.
constat,q in illo matrimonio deficit spes prolis, quia
non intendebat ad coitum. Item species sacramenti,
quia per professionem intendebat cõtrahens citò di-
uertere,deficiebant ergo duo bona in specie.& tamen
tenet matrimonium:fortius ergo tenet,vbi deficit al-
terum tantum.¶Secundò,fortificatur illud,per tertiũ
bonum fidei.contrahis cum muliere,non sperans sibi
fidem tori seruare, vel contrahis cum illa, quam non
speras fidem tori seruaturam:& tamen nullus dubitat
8 ibi esse matrimonium:fateor tamen,q peccat, †qui cũ
meretrice contrahit, quam non credit desinere mere-
tricari:& meretur,si credit,quòd desinat.32.q j.nó est.
supra de spon.inter opera.C.de nup.imperialis.cóclu
ditur,quòd etiam si omnia tria bona deficiant in spe,
dummodo hoc nõ deducatur in pactum,est matrimo-
nium:si matrimonium,ergo &c.¶Tertiò,hoc quod de
prole dicitur,probatur per c.beata Maria.37.q 2. con-
stat enim,quòd fuit matrimonium inter Mariam & Io
seph, & tamen ipsa virgo etiam contrahendo se virgi
nitatem seruaturam disposuit:& sic, iuxta dispositio-
nem animi,non erat spes prolis.¶Quartò,vide in ba-
9 ptismo:bonum baptismi †est, infusio gratiæ cum re-
missione peccatorum:sed si fictè baptizetur adultus,ve
rum habet baptismum.non potest dici bonum baptis-
mum,quod tamen habere incipiet postea, cum illa fi-
ctio à veraci corde recesserit.j.q.j.sicut ficti.de con.di.
4.tunc valere.supra de bap.maiores. §.fin. sic iste ha-
bet verum sacramentum matrimonij, sanatus autem
ob ægritudine,habere poterit spem prolis & prolem.
¶Quintò, multum hoc adiuuat: quia licet nil morte
certius.vnde eccle.14. testamentum huiusmundi mor
te morietur.nil tamen ipsius hora incertius. 13. quæst.
2.in ecclesiastico.ff.de condi.& demon.l.j. & sæpissi-
mè hoc experimur,sanari prognosticatos ad mortem,
& econtrà.de æta.& quali.ad aures.cum ergo certitu-
do non impedit matrimonium, alias nullum esset ma
trimonium.ita verò, sicut in sanis est dies incertus,fa-
teri oportet,perinde ac si fuisset in sanitate contractũ:
quod sic coadiuuo.

¶Donatio fit causa mortis quandoque non instan-
tis,quandoque instantis:si irreuocabiliter datur,cen-
setur in vita donatum.vt eo.tit.ff.de mort.caus.dona.
vbi. sed hic est contractus irreuocabiliter: quia quos
dominus &c.de transla.episc.per totum : ergo perin-
de habetur factum in periculo mortis instantis & in
11 vita.patet hoc in spirituali †matrimonio,quod per re
ligionis professionem contrahitur,quæ tenet facta in
mortis articulo:de regula.sicut nobis. maximè si pro-
pter infirmitatem,non sit alienatus à mente.eod.tit.si-
cut tenor.quo casu fateor, quòd non teneret carnale.
31.q.7.neque supra de spon.dilectus.cum concor.

SOLVTIO. ¶Concludimus ergo cum illo ge-
12 nerali,quo dicimus edictum †de matrimonio prohibi
torium certarum personarum,de spon.cùm apud.in ex
tremis ergo laborantem non inuenimus prohibitum:
ergo dicamus illum permissum:qui alias iurasset cum
aliqua contrahere,qui alioquin in extremis positus ha
beret necesse deierare, sed nullus de necessitate pec-
cat.23.q.4.Nabuchodonosor.ver.vasis iræ, quod alias
est capitulum.

¶Ad contraria respondetur. nam ad l.nuper. & ad
id,quod inducebatur secundò, iam responsum est su-
pra. Ad illa quatuor, quæ inducebantur ad fortifica-
tionem secundi,facilis est responsio:quia illa loquun-
tur in substantialibus formæ,quæ si fuerint omissa,vi-
tiant quod agitur.

¶Quòd aũt fortius noceat,vitiare formam, quàm
causam,collige per no.12.quæst. 2.in summa. Ad illa,
quæ tertiò inducebantur,responde.Primò ad illud ca.
13 vnicum.57.dist.quòd ille baptizatus †in morte,verum
habet baptismum:sed prærogatiua ordinum, quæ re-
pellit multos, etiam non peccantes, repellit & istum
sicut neophytum:licet verè sit baptismus.48.dis.per to
tum.Ad c.si quis,responde per no.eo.tit.in sum.Ad ca.
super eo.dic,quòd ille verum habet sacramentum poe
nitentiæ sed ad aliorum terrorem denegatur officium
sepulturæ,vt ibi not.in gl.penult.

¶Ad id,quod ex his concludebatur,responde: quia
illa sunt casualia. nam regulariter quod licet in vita,
& in morte: & dicens contrarium, in l.Fusiam Cani-
niam incidit,qua licebat in vita libertates dare, nó in
morte.ideóque eam tanquam inuidam honestè subla-
tam.Institu.de l.Fusia Can.sublata.& C.eo.tit.l.vna.

DVBIVM secundum.Ad secundum veniens,pro
bo,per matrimonium,quod ponit thema,cum concu-
bina contractum,illum B.non legitimari:quia non pri
mum,sed aliud fuit intermedium.

¶Quod sic ostendo per tres copiosas rationes. Ad
contrarium inducam opin. quam duabus rationibus
adiuuabo.tertiò soluam,contrariis respondebo.

PRO EIVS NEGATIVA.Ad primũ ius posi
tiuum permittés legitimationem,de qua loquitur, co
gitasse videtur de nuptiis, quæ post natiuitatem filij

nullis aliis interpositis sint contracta: hinc est, quòd si
14 minor manumittit † ancillam, vt nubat alteri, non est
libera, etiam si soluto matrimonio nubat manumitten
ti. ff. qui & à quibus manumis. l. matrimonij. & causam
vide: dicit lex, quòd hoc sermone, cùm nupta erit, pri-
mæ nuptiæ intelliguntur. ff. de verb. sig. l. boues. §. j. &
dotis promissio de primis nuptiis intelligitur, nec tra
hitur ad secundas, primo matrimonio soluto, contra-
ctas cum illo, cui promissio facta fuit. ff. de iu dot. do-
tis promissio. ff. de pact. dotal. inter socerum. in fi. & de
leg. 2. cùm pater § pater certam. hinc etiam est. quòd si
iuraui cum P. muliere contrahere, si primas nuptias
cum ea non contraho, sed cum alia, sum periurus: & de
periurio puniendus supra de spon. sicut. his bene con,
uenit supra eo. lib. de præb. non potest. in fi. vbi dispen
satio de duobus curatis, intelligitur de primis. ad idé.
C. de vsufru. antiquitas. vbi nomé heredis ex causa in-
telligitur de primo. ff. de ver. obl. cum qui Calendis. ff.
de iur. fisc. l. edicto. §. cùm ante apertum. ff. de lega 3. fi-
deicommissa. §. si quis alicui decem. & vt lega. c. iusa. c.
l. j. §. si cui. ita subaudiamus ergo in potestate legiti-
mationis, si res in eodem statu permanserit. 22 q. 2. ne
quis. de iur. iu. quemadmodum. ff. de solut. cùm quis. j.
& 2. responso. Secundo sic probo, actus impertinens
15 † intermixtus, vel vitiat quod agitur, vel impedit ex-
trema coniungi. fortius ergo contrarius. vt hic. De pri
mo patet. quòd vitiat testamentum. quod vno cótextu
fieri debet. ff. de testa. heredes palam. in fin. vitiat ele-
ctionem. de elect. quia propter. & c. cùm post petitam.
stipulationem. ff. de verb. obligat. l. j. & l. continuus. in
prin. Fortius ergo contrarius, cùm plus appareat volū
tas contradicentis verbo vel facto. de Simo. sicut tuis.
de bapt. maiores. ad fin. nec dicas quòd supra de sacra
mento loquitur. nam & verba intermedia baptismi vi
tiant sacramentum: & fortius contraria, vt not. de con
se. dist. 4. Si non sanctificatur. dicam ergo hic induci
vitium propter coniugem intermediam supra de fil.
presby. ex transmissa. de secundo, scilicet, quòd impe-
diat coniunctionem extremorum, sic probo: Sponsa-
lia conditionalia, & sequens carnalis copula, faciunt
matrimonium: sed contrarius conditionis euentus in-
termedius impedit coniunctionem horum extremo-
rum. supra de cond. appo. per tuas. Item locus sacer in
termedius, vel qui non seruit, impedit seruitutem. ff.
de serui. l. seruitutes. 4. §. fin. de seruit. rust. præd. l. qui
sella. §. fin. & not supra de obser. ieiu. c. j. sicut locus me
dius impedit pollutionem. supra eo. lib. de conse. eccl.
vel alta. c. vno. item interruptio media naturalis vel ci
uilis. de quibus. 16. q. 3. §. hæc de præscriptionibus. j. su-
pra de præscrip. illud. & C. de præscrip. 30. ann. vel 40.
ann. cum notissimi. §. sed & si quis. impedit extrema
coniungi, & oportet nouam præscriptionem inchoa-
ri, vt in prædi. §. hæc de præscriptionibus. j. in prin. &
interpellatur possessio, quam habeo, per colonū rece-
dentem vel deserentem per intermediam personā ter
tij. ff. de acquir. pos. si de eo. §. j. & eodem modo posses-
sio testatoris heredi obstabit. de vsucap. l. cùm solus.
in fin & sic loquitur præ. §. hæc de præscriptionibus. j.
in prin. & quod ibi no. matrimonium ergo intermediū
legitimationem impedit. per quod videtur pater asse-
rere, se nolle naturalem legitimare: etiam sic ipso solu
to, legitimationem impediat, vt sic in huius præiudi-
cialibus. vnius electio, præiudicet alteri. supra eo. lib.
de postulat. præla. c. vno. ibi, vt eum quis. & benefaciat,
quod notaui de clerico habente literas ad vacaturam,
qui contraxit matrimonium. per quod etiā soluto ma
trimonio gratiam perdit. de cleri. coniu. c. vno. lib. eo.
in glo. huic ergo. ¶ Tertiò, ad hanc partem inducitur,
16 quòd fictio † canonis, per quam duo dies pro vno fin-
guntur, cessat per cibum vel potum intermediū ex par
te ordinantis vel ordinandi. 75. disti. quod à pluribus.
de tempo. ord. literas. sic & fictio, qua fingit ius positi-
uum, matrimonium ante natiuitatem contractum, im
peditur per matrimonium intermediū, maximè cùm
17 iuris fictio † non procedat super impossibili. vt not. ff.
de lib. & posth. l. Galius. §. si eius. ad fi. magnæ gl. vel iu
re contrario. vt no. ff. de leg. j. talis scriptura. ad fin. vlti
ma glo & probatur. ff. de cap. & postlim. reuer. in bel-
lo. §. factæ. ff. de vsucapion. si is qui pro emptore. ars e-
18 nim & fictio † iuris positiui, habet intimam intimari
naturam instit. de adop. §. minorem. & quia in hoc ple
nius insistam, in 2. quæst. non plus hic prosequar. Ex
19 his concluditur, † per matrimonium intermedium le-
gitimationem impediri.

PRO EIVS AFFIRMATIVA. Ad contra-
rium, primò inducitur opi. Gof. & Host. qui hic tenét,
à parte in sum. de fil. presbyt. Goffr. in ver. quid si quis
natus. & Host. §. 2. in fin. quorum opinio sic iuuatur, có
stat, quod ius positiuum, quod iubet per parentum ma
trimonium legitimari prolem, non distinguit, an fue-
rit matrimonium intermedium vel non: sed hoc so-
lum requirit, matrimonium inter parentes secutum.
Sed hoc hic fuit: ergo &c. vbi autem ius nō distinguit,
nec nobis distinguere licet. 31. quæst. j. quòd si dormie
rit. de ma. & obed. solitæ. ff. de alea. l. j. §. quòd autem.
satis ergo sit illi B. quò. matrimonium, quo tempore
contractum fuit, inter parentes fieri potuit: nec nocet,
quòd tempore medio fieri non potuerit: facit clemen.
de præben. si de beneficio. vbi etiā executor. cuius po-
testas est odiosa, qui primo conferre potuit, & medio
tempore non potuit, beneficio ad papam deuoluto, il-
lud confert: non obstante, quòd medio tempore non
potuerit. Item video, quòd si infra annum appellatio-
nis prosequendæ fiat compromissum, illud postea de-
serto, coniunguntur posteriora tempora prioribus. C.
de tempo. appel. auth. si tamen. & in clem. de ap. quan-
diu. & hoc etiam est commune, vbicunque præscriptio
20 † dormit, vt tempore vacationis, schismatis, vel hostili
tatis supra de præsc. c. j. & c. auditis. & c. ex transmissa.
& c. cum nobis. sicut etiam contra pupillum præscri-
ptio 30 anno. C. de præscript. 30. ann. sicut in rem. C. in
quibus c. cess. long. temp. præscrip. l. fi. & contra filiū-
fa. C. de an. exc. l. j. in fi. & C. de bon. ma. l. j. in fin. nam
21 coniunctionem consensus cóstituti † procuratoris ad
constituentem, non impedit ipsius procuratoris inter
media contradictio. de procur. licet. lib. eod. sicut nec
ecclesia impedit matrimonium spirituale: vt ibi not.
sic etiam coniungimus tempus, quo post absolutioné
suā excómunicatus agit, tempori quo egit ante exce-
ptionem oppositam, & de his facimus vnam instātiā.
de excep. pia. lib. eo. Item, licet contumaciter † recedēs
22 & appellans per iudicem à quo pars citari nō debeat
si tamen appellationi renunciat, citatur vt prius: non
obstante conditione intermedia. de do. & contu. cum
qui. e. lib. Dicatur ergo q C reuolauit ad A. & extremi-
tas ad principium est reducta. 35 dist. ab exordio,

¶ Secundò probemus per aliquas leges, & primò
per l. potior. 2. respon. ff. qui po. in pig. ha. vbi si tibi o-
bligaui rem sub conditione, secundo illam obligaui
alteri pure, si eueniat conditio, tempus conditionis
trahitur ad tempus obligationis. non obstante illo
23 contrario actu intermedio. Item soluitur hypotheca †,
vendito pignore de voluntate creditoris. ff. quib. mo.
pig. vel hyp. sol. si debitor. §. j. & l. si consensit. & tamē
redintegratur, si res redeat in prioris debitoris domi-
nium. eo. tit. l. voluntate. in vlt. resp. & l. sicut. §. super-
uacuum. Item video, q actio rerum amotarum inchoa
24 ta post diuortiū, redintegrato matrimonio cessat: sed
non extinguitur, immò sublato impedimento matri-
monij redintegratur. ff. de rer. amot. l. redintegrato. &
l. vlt. sic econtra: quia actio de dote non competit con
stante matrimonio, facto diuortio competit: sed redin
tegrato matrimonio desinit competere, etiam iam in-
choata. ff. sol. mat. si mulier diuerterit. & l. pen. §. vxor.

facit

facit.ff.de iure do.l.dotem.& l.diuus. Concludamus
ergo.q illud ius legitimandi,quod habebant parentes
antequam alter contraheret, impeditum pro tempore
contractus reuiuiscat impedimento sublato:& sic sa-
tis sit in principio & in fine hoc licuisse.facit.ff.de sta.
homi.& seruorum.nec noceat tempus mediū. ad hoc
C.de cur.furios.l pen.

SOLVTIO.Soluendo,teneo cum Gof.& Host.q
25 mediū †matrimoniū non impediat legitimationē.per
rationes secūdo inductas,quibus satis id probatur. &
videtur hoc expressum,in auth.de incest.nupt. §.dubi
tatum.col.2 & si dicā illū legitimatū pro nunc tātum,
non pro tūc solutū esset quod de fictione in contrariū
allegatur tertiò:sed,vt dixi ibi,hoc prosequar in secū
da quæstione principali.Item per eundem modū solu
26 tum esset,quod opponebatur de coniunctione †extre-
morum impedienda per mediū impertinens,vel cōtra
rium.ad id quod dicebatur de interruptione præscri-
ptionis,vel interpellatione possessionis:respōde,q il-
la requirūt continuationē:vnde præscriptio est acqui-
sitio dominij per continuationem tēporis &c. sed in
casu nostro cōstat,q inter natiuitatē filij & matrimo-
nium non requiritur actuū continuatio,i.q continua
tis actibus secundum coniungatur primo:immò patet
contrariū,per c.tanta.& per iura quæ allegātur in pri
ma gl.ad id quod dicebatur,q actus nil pertinens in-
termistus vitiat:respondetur illud verū in his,quę ha
bent fieri vno contextu:vt testamentum,electio,stipu
latio,& similia:& hoc non est tale,vt proximè dixi.

DVBIVM primum.Ad primum quæstionis dubiū
veniens:¶Primò pro filio inducā duas copiosas ratio-
nes:secūdò contra eum alias duas tales: tertiò ponā
opin.quam ratione & æquitate iuuabo: sed contrariū
soluā, & in fi.tres præcedētes solutiones cōiungam.

PRO AFFIRMATIVA.¶Primò ergo proba
bo legitimationem istius B.per ordinem vel benefici-
um patris non impediri,si concedatur,concubinatum
27 expresse permissum, habeo intentum. & quòd sit per-
missus,patet 34. dist.§.concubina. & duobus c.sequen
tibus.& si dicas,quòd ibi sumitur concubina pro vxo-
re non publicè ducta,vt ibi not.transibo ad alium ar-
guendi modum,dicens satis esse,hunc concubitū nul-
lo iure prohiberi:quod apertè probari videtur.32. q.4.
meretrices.ibi:vbi sit in decalogo &c.&est iste bonus
modus arguendi.18.quæst.3.iam nunc.& C.libr.10.de
iur.fisc.l.certa forma.in fin.ff.de præuari.l.3.in fin.im-
mò saltem tacitè permissus videtur. cōstat enim quòd
gradatim & non per saltum conferendi sunt ordines.
93.dist.legimus.de cler.per sal.promo.c.vno.supra de
postu.prælat.bonæ 2.in fi.ff.de mu.& ho.vt gradatim.
& l.honor.§.gerendorum.C.vt dig.ord.serue.l.j.& 2.
lib.12.ff.de negoc.gest.quæ vtiliter.in prin.sed authen.
quomodo oportet episcopos.§.neque enim idiotæ,col
lat.j.prohibet habentem concubinam promoueri ad
sacros:ergo in minoribus habere licebit.Item consti
tutus in sacris,prohibetur habere concubinam.34.di-
stin.habuisse 81.distin.presbyter.cum sex c.sequen.ad
idem de coha.cler.& mu.in quinque primis.c.ergo di
cam permissum constituto in minoribus, ad hoc.15. q.
3.ex eo.quæ est lex.ff.de testi.ex eo.& supra de præsum
ptionibus.afferte.cum concordan. sed iste licitè ma-
trimoniū contrahit,ille non.de cler.coniug.c.j.& 2.&
cap.diuersis.& cap.Ioannes.qui cleric.vel vo.c.j.&2.
non obstat authen.multo magis.C.de episco.& cleri.
& in auth.de monac.§.si quis autem.col.j.quia ibi ap-
pellatio.lectoris,omnes constitutos in minoribus cō-
prehendit,sicut & 28.dist.de his.93.dist.à subdiacono.
Concludam ergo,quòd cùm iste B.sit natus ex concu-
bina,quam facit animi destinatio.ff.de concu.l.pe.&
ex concubina nascuntur naturales,& naturales legiti
mantur per consequens parentū matrimonium: ergo
iste legitimus. Plus dico,quòd dato,quòd volens istū
naturalem vocare,satis est tamen ad legitimationem,
de qua quærimus,potuisse coniuges esse tempore coi
tus.C.de nat.liber.cùm quis.in prin.&l.nuper.in prin.
& inst.de nup.in fi.istius tit.sed tales erāt,vt est proba-
28 tum,ergo &c.Secundò,arguā ex fauore †prolis & legi
timationis.eo.tit.qui fil.sint leg.peruenit.& c.ex teno
re.C.de ind.vidui.toll.l.2.ff.de ven.inspicien.l.j.§.quæ
siis.de ritu nup.qui in prouincia.fauemus etiā propter
matrimonium ipsius dependētis,vtputa doti supra de
pig.ex literis.de don.inter virum & vxo.nuper.ff.solu
ma.l.j.& l.Casus.eo.ff.de reg.iur.& de iu.do.in ambi-
guis.dicam ergo,quod si certum est istum B.esse legiti
mum,habeo propositum.si dicas casum dubium,inter
pretemur pro prole & legitimatione,per iura prædi-
cta.maxime cum illa l.dicatur,matrimonium fuisse cō
tractum,vel in prædicta l.cùm quis.de naturali.lib.C.
& in auth.quib.mo.na.eff.sui.col.7.§.j.& quib.mo.nat
eff.leg.col.6.§.si quis sane.facit ff.de annu.leg.l.quinc
tus.in fi.& l.liberto.§.filium.in fin.

PRO NEGATIVA. In contrarium,si probabi
29 tur concubinatum †clerici præcipuè beneficiati, iure
positiuo expresse damnatum,dicetur filius spurius: &
sic non legitimabitur per sequēs matrimonium,vt in
c.tanta.2.respon.primum sic probo:æquiparamus mi-
30 litem †armatæ militiæ militi cælestis militiæ,& cæle-
stem militem vocamus.23.q.j.Christianis.63. quæ vilis.
reprehensibile.supra de cleri.ægro.c.j.ne cler.vel mo.
c.j.conueniunt enim in promotionis principio.in me
dio & in fine.De principio patet,quòd vtriusque præ-
rogatiua certos à promotione repellit.de primo patet
C.lib.12.qui mi.non poss.in quatuor primis legibus,&
in tit.& respon.se.negociatores ne militem.de secun-
do.49.dist.pe.totam cum dist.præced.c.quando.suprà
de fil.pref.c.j.cum rescr.se.De medio patet,quòd pri-
mus non seruiens priuatur stipendiis, sicut & secun-
dus. De primo.ff.de re mil.desertorem.§.qui militiæ.
& l.qui excubias.& l.pe.C.eo.tit.cum allegatis.lib.12.
de secundo patet.de cleri non resi.c.2 & c.ex parte. &
duobus.c.seq.32.dist.præter hoc.C.de episc.& cler.ge
neraliter.can.16.q.j.in fi.etiam conueniunt:quia vtrique
exauthorizantur.ff.de infa.l.2 §.ignominiæ.de pœ.c.
2.eo.lib.si ita est,quod de vno dicitur,de alio intelligē
retur.4.dist.denique.5.dist.ad eius.de consti.transla-
to.& c.2.ff.ad l.Aquil.illud.C.ad leg.Falcid.l.fi.sed pri
mo interdicitur concubinatus.C.de don.inter virum
& vxo.l.2.vnde nec tenet relictum illi,de qua est suspi
cio.ff.de testa.milit.l.miles ita.§.mulier.& vt indignæ
personæ relictum confiscatur,ff.de his quæ vt indign.
Claudius.& l.mulierem.si igitur coitus & concubina
tus damnatus,ergo filius spurius.ergo vt supra.
31 ¶Secundò sic:Clerici beneficiati †cōtinuè beneficio
seruiendò sanctis ministeriis vacare debent.91.dist.tē-
nere,& c.seq.ergo non debet infici concubinarū libi-
dine,vt dicit canon 81.dist.quidam clerici.vt dicit lex
32 C.de natura.liber.l.j.Constat †etiā,quòd tales habere
non debent in domo mulieris,nisi quas canon permit
tit.32.dist.interdixit.de coha.cler.& mul.c.j.C.de epis.
& cler.eum qui.sed concubina dicitur in domo reten
ta,vtputa dicit vna l.aliā dicit,indubitato mentis affe
ctu.prima litera,in authen.quib.mod.na.eff.leg.circa
prin.secūda,qui.mo.na.eff.sui.§.si quis aūt.& in auth.
licet.C.de nat.lib.ad id.32.q.2.concubinę.de prob.per
33 tuas.& no.in c.tanta.ex quo concluditur,clerico †con
cubinatum expresse prohibitum:inde est,q habens cō
cubinam nō ordinatur ad minores.33.dist.c.j.& c.lai-
ci.In auth.de sanctiss.epis.§.clericos.col.9.& quid in-
stamus argumentis à paribus:omnibus clericis prohibe-
tur 81.di.in omnibus.& c.quidam clerici.cum tribus.
c.seq.de coha.cler.& mulier.si autem.cum tribus vlti.
è seq.ex quibus concluditur,quod in principio dixi.

SOLVTIO.Circa solutionem est sciendum,quòd
inueni(si scripta sunt vera)doctorem legū magnæ au-

vxor,si tunc affuisset consensus postea subsecutus,post
contractum matrimonij quantumcunque in alio ma-
trimonio intermedio. Item in sanitate,vel in morte,dũ
modo consentiamus in matrimoniũ,legitimi habean-
tur.saltem ex nunc,an extunc,in sequenti quæstione di
cetur. Io.And.

Quæstio 2. principalis. Quæstio 2. habet tria dubia.
principale est,an naturali primogenito.sed legitimato
post natiuitatem legitimi,competat succedere iure pri
mogenituræ. Secundum,an consuetudo talis præiudi-
cet secundogenito,qui clericus est. Tertium, an inter
laicos valeat consuetudo. sed hoc vltimum prosequi
non intendo,super quo tamen videri posset,quod post Ho
stien.scripsi.de voto.licet.

Primum dubium secundæ princip.quæst. Pro legiti-
mato inducam rationes sex.secundo totidem cõtra ip-
sum.tertio ponam trium disputantium solutionem,&
contrariam Barthol. quam approbo cum certa deter-
minatione per tres doc.& ad contraria copiose respõ-
debo.

49 Pro eius affirmatiua, Ad primum † quod prius na
tus,licet post legitimatus, habeat in successione ius
primogenituræ,sic probo:constat illud primum,quod
nullum habet ante se. de ver.si Ioseph.ff.eo. tit.proxi-
mus.& in procemio digestorum. §. discipuli.alias in-
cipit.in reliquam.sed iste reperitur primo natus natu-
raliter,item legitimus.& hæc duo concurrunt eo tem
pore,quo defertur hereditas,& indubitatum est,quod
cessante consuetudine, succederet simul cum aliis. vt
in alleg.capitul.tanta.instit.de hered.ab intest.§.prim.
in authentic.de incest.nup.§. dubitatum. coll.2.Cod.
de naturali.lib.auth.si quis. consuetudo ergo inter le-
gitimos respiciẽs primogenituram,debet in isto prius
nato & legitimo aliquid operari.de priuil.in his.eod.
titu.si papa.lib.6. ff.de leg.3.si quando.in princi.ad mu
ni.l.3.sicut ergo idem ius de toto,quod de parte.de of-
fic.delegat.pastoralis.§.3.de don.inter vir. & vxor. nu-
per.ff. de rei. vend. quæ de tota. sic ergo si cuius com-
muni iure in totum excluderet personas secundi gra-
dus,qui fi.sint leg.c.3.ita quod primogenitus & legiti-
matus in totum excludat secundo genitum iure consue-
tudinis,sic ergo ex prioritate & concurrentia duorum
tempore debito,& arguendo de parte ad totum, item
de tota animalis specie ad hoc totum,concluditur pro
primo nato. Secundo,arguo de proximioritate ad pri-
50 mogenituram:certum est,quod sicut de † iure ex gra-
dibus diuersis succedit proximior.ff. de suis & legat.l.
post consanguineos.§.2.& saluo,quod habetur in au-
thent.de heredi.ab intest.§. reliquum col.9. facit 12.q.3.
sint manifeste. 16.q.7. filiis. ita hic de consuetudine in
personis eiusdem gradus succedit primogenitus, id
est,primus in genitura,quod conuenit legi diuinæ.Ge.
25.& 27.de qua.7.q.1. quam periculosum. & facit præ.
dec. licet. de voto.nam vt ibi patet in fin. in genitura
plurium est ordo & prioritas & posterioritas.ff.de fla.
ho. Arethusa. sed certum est, quod in proximioritate
51 † spectatur tempus mortis,vel posterius, & non ante-
rius.vt pæd.l.post consanguineos.§.proximum. vnde
legitim.l.3.& l.si ex duobus. vnde cognati.l.capitis.in-
stit.de legit.agna.succes.§.proximus.ff.de inius.rup.ir-
ritam.si quis filio exheredato.2.respon.ergo in primo-
genitura legitimati spectabimus etiam tempus mor-
tis.non enim oportet prius quæri de conditione eius,
quanquam hereditas vel legatum ad eum pertineat.ff.
de lega.secund.non oportet.ad idem.ff.de leg. præ.per
contrata.l.interuenit.nõ suscipiamur igitur,quod prius
fuit,sed quod nunc est.50.di. ferrum. supra de rescrip.
eam te,& ff.de edi.edi.quod ita.ad id 32.q.3.non enim.
& cap.non est,quia licet certis casibus inspiciatur tem
pus testamenti,hic non potest id dici, cum sit succes-
52 sio ab intestato. Tertio,sic tempus aliquod † retrotrahi,
procedit non solum in iudiciis & maleficiis, sed etiam
in contractibus.habetur concor.iura,in reg. ratihabi-
tionem.eo.ti.in prin.patet C.ad Maced.l.fi. Item & vbi
non est contractus,vnde retroducitur in ciuitate fuis-
se,qui ab hostibus aduenit.ff. de capt. & postl.reuer.l.
retro. Comparando igitur potestatem legitimationis
potestati iuris postliminij, dicam, quod sicut reuersa
persona amouet illud ius seruitutis per captiuitatem
inductæ,& facit eiusdem conditionis,ac si nũquam in
eodem species seruitutis fuisset. 14.q.3 prima actione.
ff.de ca.& postl.reuer.l.postliminium.sic & legitimatio
istum perinde faciat haberi,acsi illegitimus non fuis-
set.ff. de inius.rup.& irri.testa.si quis filio. §.pe. & sicut
per illud ius postliminij reuersus excludet secũdogeni
tos & remotiores.vt præd.l.si quis.§.sed & si pater. ff.
de bo.liber.si necem.§.si deportatus.ff.de bo.possess.se-
cũdum ta.qui ex liberis.§.3.ita & per legitimationem,
quæ retrotrahitur.nam constat,ipsum naturalem à cõ
ceptu & partu habuisse statum legitimationis implici
tum,explicitum & consummatum postmodum in con
tractu,trahatur ergo consummatio ad initium.35.dist.
ab exordio.ff.qui.po.in pi.ha.potior.2.respon.de con-
trahen.empt.nec emptio.ff.de peri.& comm.rei.vend.
quod si pendente.alias est §.sub.l.necessario.ff.ad l.fal.
fundo mihi legato.nec hoc impedit matrimonium
intermedium,vt dictum est in secũdo membro primæ
quæst.& si dicamus,retro non erat, secundum illud,
certo tempore naturalis tantum,& certo naturalis &
legitimus,quod esset monstrum.vt no.supra de cla.de
spon.cũ inhibitio.& eadem res sic censetur duplici iu-
re & contrario.contra id 11.q.2.cognouimus.de deci.
cum in tua.ff.de re.permu.l.3.C.de condi.inse.l.final.
53 Quarto sic arguo,Proles legitima dicitur † causa om-
nis priuilegij & præcipuitatis,quæ doti indulgentur.
ff.solu.matr.l.3.de iur.do.l.2.de priuil.cre.interest.sed
tamen ipsa dotis causa omni tempore,præsenti,præte-
rito & futuro,sit præcipua & fauorabilis.ff.solut.mat.
l.3.facit supra de pig.ex literis.de do.inter vi.& vxor.
nuper.quãto magis ergo fauorabilis erit proles omni
tempore,quia propter quod vnũquodque &c.fumitur
hoc C.de natu.lib.cũ quis.sit ergo iste pro omni tẽpo-
pore legitimus,cũ hominibus legitimis gaudeat prin
ceps rempublicam frequentari,qui fi.sint le.ex tenore,
& c.fi.& ibi,pro vtilitate publica.C.de indi.vidui.toll.
l.2.sicut de ingenuis dicitur,C.de bo.lib. fi.& attendi
debet tempus quod plus expedit legitimato.vt præ.ti.qui
fil.sint le.cum inter.C.de natur.liber.nuper.ad fi. Quin
54 to,iudico,quod hoc beneficium † est sacramenti & iuris
positiui,canonici,& ciuilis,ergo latissime sumendum.
ff.de const.prin.beneficiũ.de verb.sig.olim.de don.cũ
dilecti.Itẽ talis legitimatur ad spiritualia.vt not.in d.
c.tãta.& de ele.innotuit.fortius ergo ad primogenitu-
rã,cum spiritualia &c.qui fi.sint le.per venerabilẽ.26.
di.duo sunt.supr.de ma.& obe.illud.& c.solitæ. ¶ Sexto,
& vltimo videtur textus apert⁹.in auth.qui.m.e.na.ef.
sui.§.reliqui,ibi,semel eos efficiẽtes legitimos,damus
habere etiã successores illos,etiã quos habent hi, qui
ab initio legitimi sunt, & ibi, quapropter absurdum
erat &c.& §.illud,alias,si quis ergo,in fi.ibi,nihil à le-
gitimis filiis differentes,ad id.ff.de li.& posthu.l.filio.
& C.de consul.l.1.in fi.lib.12.quarũ legum casus infra
patebunt.& per hoc concluditur pro legitimato.

56 PRO NEGATIVA. In contrarium,quod prius legi
timo,certum est,quod ipsius cœpit esse hereditas.ad Ga-
l.4.si filius,ergo heres.ff.de libe.& posthu.l.in suis.&
primo fuit constitutus in iure succedendi.inst.de he-
re.quæ ab intes.def.§.sui aũt,nec est hic fauor amplian
dus,quia si fauorem matrimonij inspicimus, hoc est
cõtra prius legitimum.nõ debet ergo cõcedi posterio
ri,quod denegaretur priori &c.s.de preb.cum causam.C.
qui po.in pign.l.fi.ver.exceptis. Cum ergo in duabus
55 † dotibus,in quibus etiam locum habet fictio,C.de rei
vx.ac.l.vna.circa prin.ex tempore prærogatiua serue

tur,vt ibi,ergo.& hoc,ne quod prius legitime factum
fuerat,vel inquisitum , per superuenientem euentum
vitietur,vel perdatur, contra regulam. eodem. titulo.
factum legitime. cum concor. nam & habet regula,
quod id quod nostrum est, sine nostro facto à nobis a-
uelli non potest.ff.eodem titul. id quod nostrum. pri-
mogenitus autem legitimus nil fecit hic,propter quod
illud ius successionis sibi debeat deperire,nec pater id
facere potuit.primo,quia iste non est de casibus illius.
§.causas.in authentic. vt cum de ap. cog.col.8.notatu
supra de iureiur.quintaualllis.Secundo,quia in praeiu-
dicium filij ex primo matrimonio , non potuit pater
consilium mutare.eodem.titulo. mutare.cum concor.
Tertio,non poterat expresse priuare vel fraudare illú,
cui competebat ius ex primogenitura , multo minus
tacite contrahendo cum illa olim concubina, de prae-
56 ben.dilecto Item,nec papa † nec princeps , id alterius
graue praeiudicium,priuilegia concedunt.de consuet.
cum olim.in fin.ff.ne quid in lo.pu.l.2.§. si quis.à prin-
cipe.C.de eman.lib.nec auus.Secundo sic probo,quod
57 incipit hodie † valere , non trahitur retro.de despon.
impub.cap.j.eod.lib.valet ergo vt ex nunc.vt not.in re
gula.non firmatur.eodem titu.patet hoc institu.de mi-
li.tes.§.penulti.ff.eodem titul. quo ab initio.ff.de offic.
procon.obseruare.in fin.Facit ff. quae res pign.ob.pos.
l.Titius.& de milit.test.tribunus Cum igitur legitima
tio aequipolleat restitutioni,& vtraque ex suo tempore
secundum veritatem aliud non tribuat,istius attribu-
tionis effectus,retro non extenditur,sed inchoat ex té-
pore suo,ergo prius legitimus,& per id ius primogeni
turae adeptus , per legitimationem naturalis , quam
ponderamus ex suo tempore,non perdit.vt patet in di
cto capitul.tanta. ibi. post contractum matrimonium.
in authentic.qui.natura.mo.ef.sui.§.illud.colla.7.alias,
si quis ergo.ad finem.& ibi.ex hoc.& gl.exponit,tem-
pore.de rescrip.quamuis.libr.eodem.ff.de minor. l. &
si fine.§.sed quod Pap.de here.institu.ei qui soluendo.
de bo.posses.contra tabu.l.j.§.fina.nec mirum , si retro
non trahitur,quod legitimatus habere debet,quae hu-
ius literae apostolicae docent.In authent.de inces.nup.
§.dubitatum.colla.2.sed non decet,quod plus iuris ha-
beat legitimatus,quam legitimus. in authent. quibus
mo.nat.effi.sui.§.si quis ergo.§.& quoniam varie.& §.
si quis autem.ergo &c.ponderamus autem , quod de-
ceat,de voto.magnae.de electio.cum non deceat.libr.
eod.

¶ Tertio sic. Sicut nos habemus certos modos vel
58 casus,† quibus secundus expectans beneficium poni-
tur in locum primi,quos vide not.de praeben. quia sae-
pe.libr.eodem.in vltim.gloss. sic legistae habent certos
59 modos † vel casus , quibus in successionibus heredi-
tariis constitutus in loco secundo in locum prioris ad
ducitur,vt in morte naturali qua primo subducto &c.
vt qui si.sint le.lacor.ff.de libe.& posthu.l.filius à patre
§.filius. & l.Gallus. In princip.Item morte ciuili,vt
deportatione,vel damnatione in metallum,vt in l.Gal
lus.§.quid enim si nepos.de his modis ff.de liis & leg.
l.prima §.filius.vsque ad §.post suos.ff.de iniust. rup. &
irri.test.l.posthumorum.institution. de exheredi.liber.
§. posthumorum. sed modos legitimationis non est
de illis, per quos secundus adducatur in locum primi.
ergo &c.per locum à sufficienti numeratione partium
supra de institut.capitul.fin.de postul.praelat.bonae.se-
cund. in fi.ff de his qui sui vel alie.iur.sunt l.j. in princ.
de actio.& ob.obligationum fere.de praeto.stipu. l.j.§.
j.institu.de act.§.actionum.nec arguas à simili , de le-
60 gitimatione ad casus expressos.quia casus omissus † à
principe vel impetrante,habetur pro omisso.de rescri.
susceptum.lib.eod.vbi de hoc dixi.super gloss.ar.cons
tra.& à canone.de tempori.ordin.dilectus.de sentent.
excommu is,qui.in fin.j.respon.lib. eodem in clemen.
de electe Romani.post princip.& c.constitutionem.in
princip.à testatore.ff de lib.& posthum.commodissi-
me. ff.de excusa.tu.amicissimos.à paciscente.ff.so.ma
tri.si cum dotem.in princ.C.de pact.con.l.fina.& à le-
ge,consuetudine,vel statuto.C.de edi.primi.an in to-
tum.& quae sit long.consuetud.l.j.

61 ¶ Quartò sic probo,constat † quòd cósuetudo duo
requirit coniunctim,scilicet,primogenituram,& legi
timitatem.sed natus ex concubina non est talis,cum
62 verba † sint certa,quaestionem voluntatis non admit-
tunt.qui si.sint leg.c.2.C.de lib.praete.l.3.ff.de leg.3.ille
aut ille.§.cum in verbis.sed in nato ex vxore simul có
currit vtrunque.ergo &c.si ergo quaerimus,quis prior
est filius,non est dubium,quod naturalis.hunc enim
natura genuit,licet non honestas coniugij.32.q.4.c.si.
ff.de adop.l.j.vnde & spurium vocamus filium.c.prae-
al.tanta.sed quaeritur,quis prior,naturalis, an legiti-
mus.patet quod secundus.

63 ¶ Et si † quaeritur,quis prior in iure succedendi,
soluit.is,qui prius illa duo iura nactus est,ex quibus
successoris competit,vt sic in hoc ponderetur ius pri-
mogeniturae.21.q.2.§.vlt.in princip.& si vis quod con
cedam eum censeri à natiuitate legitimum, hoc non
est secundum veritatem naturae,sed secundum dispo
sitionem vel ciuilitatem,sed cóstat quod illum,quem
excludunt filij secundum naturam,non excludunt fi-
lij secundum ciuilitatem.ff.de legat.2.si ita quis.§.j.de
condi.& de fideicommissum.vnde non est satis ciuili-
ter fieri supra eo.lib.de rescript.susceptum.scripsi de
hoc supra de conuer.coniuga.cum sit.ad id ff.de ven
obl.j.ex ea parte.§.in insulam.vbi de hoc.C.de his qui
ve.aeta.imp.l.fin.

¶ Quintò arguo sic.quando quaerimus de ordine
64 & oportet ad alicuius perfectionem † duo concurre-
re,si inter duo perficientia in vno haec iura simul in
altero concurrant,prior intelligitur ille medius,quod in
ter duo primus sua duo consequitur.hoc patet in rei
vendicatione & in publiciana.C.de rei vend.l.quo-
ties.ff.de publi.in rem act.l.siue autem.§.si duobus.&
hoc tanto fortius,quia actus traditionis erat necessa
ria sequela contractus,& tamen non trahitur ad con
tractum, sed hic non fit , quod secundus contractus
matrimonij fuit ad nudam voluntatem parentum.
idem in pignore, si prius imperfecte conueni , postea
cum alio perfecte, demum sequuta est perfectio cum
primo.& tamen secundus primo praefertur , vt prae.l.
Titius.ff.quae res pign.oblig.at.pos.qui po.in pig.ha.l.
j.in fi.& l.qui balneum.& l.potior.j respon. sic est vi-
dere multa , quibus mandatur alicui prouideri , dato
executore ad conferendum sine decreto , praesentatio
enim & executoris inhibitio afficiunt , ita quod col-
latio ordinarij non tenet. si interim praesentationem
& inhibitionem ordinarius conferat , tenet collatio,
haec probantur de concess.praeb.si sali.lib.eo.ita spon-
salia de futuro & copula faciunt matrimonium,sed si
inter haec duo desponsetur alij de praesenti,valet inter-
medium.de spon.veniens secund.& capit.si inter.de eo
qui cog.con.vxo.su.per totum. ista verò non procede-
rent,vbi primum perficitur sine secundo,vt in c.fin.de
spon.du.vel sufficit alterum.vt ibi. c. si tibi absenti.de
praeben.eodem lib beneficium enim,ante acceptationem
collationem mihi factam. non sit meum sufficit tamé
collatio ad impediendum collatorem ante repudia-
tionem vel termini lapsum,vt ibi.

¶ Sexto, ponderanda est aequitas : quid enim dicet
de nobilium contractura cum eo, cum quo contraxit,
si primogenitum habuisset ad successionem habilem,
postmodum primogenitum habuit ex matrimonio.I-
tem, quali periculo illum subiiceret, si naturalis pateat
se illa mortuo legitimari posse, cum iure primogeni-
turae facile enim veneno vel aliter conspirabit tum in
eius mortem.ex quibus concluditur pro primo legiti-
mo,idest,ex primo matrimonio nato.

SOLVTIO. Ad solutionem quæstionis est sciendum, quod olim hæc quæstio fuit disputata per Gulier. Accurs. & tenuit per præ. §. reliqui. inductum. in
65 fin. prim. partis. legitimatum † præferendum, maxime quia consideratur tempus mortis. institut. de here. quæ. ab intest. defer. §. sui. & §. interdum sic secundum eum ex pacto olim, non vero hodie datur actio, C. de re. permu. ex placito. & dicebat, quod §. illud. alias, si quis ergo. ad fin. vbi dicit, ex hoc, non debet intelligi, scilicet, tempore, vt dicit ibi glossella, sed, ex hoc, scilicet, matrimonio & obligatione curiæ, vel alio modo ad legitimandum idoneo. Item modernis temporibus tenuit hoc alius solennis doctor hoc disputans. Idem dicitur tenuisse alter summæ scientiæ doctor in studio Paduano, inducens principaliter. l. filio. ff. de liber. & posthum. sed Bar. Brixi. hoc disputans in dominicali. 55. quæ incipit, Quidam habens filium. alias, aliquis ha-
66 buit filium. tenet contrarium, pro legitimo † nato ex primo matrimonio, dicens quod id tenebat H. nescio si Hugutio vel Hugolitio intendit, quia per illorum scripta hoc non apparet. & hanc partem teneo, sed tremulus, propter illorum authoritatem & reuerentiam, qui tenuerunt contrarium. Tamen hanc partem eligo deliberato consilio & responso trium doctorum legum solennissimorum huius studij, quos in disputatione nominaui, doctor etiam meus in theologia hanc partem deliberatus prælegit à me consultus. Ad hanc autem solutionem induco tres decret. sexti, scilicet, de rescrip. si pro te. & cap. quamuis. de præbend. si apostolicæ. & hoc modo dices, quod per secundum matrimonium fit in illum naturalis collatio legitimitatis, aut confirmatio, vel restitutio, vel alterius prædictorum fictio. De primo fit casus in decre. si pro te. certum est, quod naturalis habet statum conditionatum ad legitimitatem, scilicet si parentes conserint in matrimonium. & ille, pro quo fuit ibi scriptum, habuit etiam statum conditionatum, scilicet, si consenserint episcopo &c. & tamen si antequam veniat ille consensus, alius canonicatum in illa ecclesia consequitur, postea superueniat ille consensus, ille secundus in gratia qui conditionem præuenit, est prior & potior, etiam in assecutione præbendæ post vacantis, sic iste, qui primo consecutus est legitimitatem, erit primo potior, cuius postea legitimitas superuenit, si dicas, quod est confirmatio, fit casus in decrete. si apostolicæ. vbi si reseruatio legati præcessit, & confirmatio papalis secuta est, tamen post reseruationem, & ante confirmationem alter ibi impetrauit à papa, iste medius erit prior. Cõfirmatio enim, præponit illum solum ius acquirentibus post confirmationem. sic & hæc legitimatio præponit istum post genitis tantum. si dicas, quod est restitutio, facit C. de iur. aur. annul. & de nata. rest. l. 2. ibi, natalibus antiquis restituti &c. & in authent. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis ergo si prolem naturæ voluerit restituere. tunc est casus in decr. quamuis. ibi, restitutio non præiudicat iuri acquisito alteri ante restitutionem. cui conuenit l. 2. ff. de decur. Procedat solutio, si de speciali contraria interpretatione vel obseruantia consuetudinis, quo ad casum propositum non apparet. modo est ad contraria respondendum, & primo ad §. reliqui. & dico, quod mens literæ sonat solum hic, quod sicut à principio legitimis defertur successio, sic & legitimatis: nec dicit litera quod censeantur ab initio, sunt legitimi. vide. supra de ætate. & qualitate. à multis. in fin. vbi subdiaconus
67 † eligitur in episcopum. sicut diaconus vel sacerdos, sed non per hoc fingitur diaconus, vel sacerdos. vel aliter illud: ibi iuris repugnantia non impedit talem fictionem. secus vbi impedit. & nihil impedit in terminis nostris, vt ibi dicam. Respondeo ad tertium argumentum. vel dic, quod lex non ponit prærogatiuam in successione ex ordine filiationis, vnde vocatur sicut ab inio legitimus, cum hodie vterque naturalis & legitimus, eodem iure censeantur: nec curamus, quis prior procedit solutio & casus prædicti, quibus non quærimus de excludendo secundo, sed postponẽdo. faciat ad prædicta, quod recitare soleo, de in inte. rest. constitutus. aliter enim iudicamus de temporali præscriptione, quam præuidit ius, quam de illa, quam non præuidit, puta si inducta sit per cõsuetudinem, vt ibi. vel per conuentionem, vt no. ff. de minori. Aemilius. & per eundem modum potest responderi ad §. si quis. ibi, nihil à
68 legitimis. vel dic quod nihil † differunt vt ex nunc, & in successionibus quæ nondum pro aliis erant effectæ. & si sternus glosellæ. ibi, ex hoc. s. tempore. habeo propositum, quod conuenit decr. tanta. ibi, post contractum matrimonium. & quod recitare soleo post Hostien. de elec. innotuit. quod legitimatio superueniens per parẽtum coniugium, non ratificat electionem prius factam de legitimato. Ad l. ex placito. dico quod facit pro, cum ibi consideretur vt ex nunc, quo concurrit vtrunque, naturale scilicet, & ciuile.

¶ Ad l. filio. respondetur primo sic, quod illa lex inducitur pro. nam ibi exhæredatio de naturali emancipato non impeditur per arrogationem, quare dedit in potestatem, vt sic vinculum ciuile non tollat impedimentum medij temporis, super naturali iure fundatum, sic & hoc ius, quod competit naturali primo legitimo, quod exhæredat illum naturalem tantum, non tollatur, propter ciuilitatem vel legitimationem superuenientem. Item illa lex loquitur de filio semper naturali, & legitimo, & à principio in potestate, qui postea iure legitimo priuatus fuerit per emancipationem. Vnde per adoptionem potius dicitur recuperare ius legitimum amissum, quam de nouo quærere. vt ff. de pact. si vnus. §. quod si non tamen improprie. sic illud quod dicitur in iure eliso, non perempto. ff. de sol. qui res. §. aream. vel sic ponderata ratione, licet ille foret emancipatus, vere tamen & efficaciter filius est, si non quo ad ius exhæredationis, saltem de iure prætorio. ff. de inof. test. Papinianus. §. j. & C. eo. libr. 2.
69 Non fuit ergo tantæ potentiæ † adoptio, vt ita eundẽ nouum filium faciat, sicut fieret extraneus, & per id extinguatur ius naturale per ius ciuile. vt sicut facta exheredatio de nouo filio, non nocet illi filio facto. ff. de bon. pos. contra ta. non putauit. § si quis emancipatum. Item facta de emancipato non noceat adoptione
70 secuta, quia vere filius fuit. l. prima. † de consulib. Facit pro, in princi. inquantum ibi dicitur, quòd prius dignitatem adeptus, legitimitatem in fine. Facit contra, inquantum ille prior consul, secundo patritiatũ adeptus præfertur secũdo prius patritiatum adepto. si quæreremus secũdam lecturam quam ibi ponit gl. negaretur casus, & sic non esset respondere necesse, quia faceret pro, si secundum communem casum prædictum, etiam quem approbat glos. solue, quod ibi ex ordine consulatus debebatur magistratus. facit ff. de mu. & ho. rescripto. si ergo alibi factum fuerat, ex quo primus adeptus est magistratum, merito præferẽdus illi, cui in adipiscendo præferri debuerat. vel habebat ibi consuetudo consulatus. quod habet consuetudo multarum ecclesiarum, quod inter canonicos eiusdẽ ordinis non inspicitur prioritas in ordine, sed in constitutione vel canonicatu ecclesiæ: sic inspiciebatur prioritas in consulatu tantum inter magistratus habentes. vel dic quod casus ille non conuenit illi: ibi de sede, hoc de successione sed ibi ex solo consulatu habebat consul sedem, sed ex magistratu maiorem. hic ex solis natalibus nil iuris habebat in successione: vnde probamus per legem illam, quod habens purũ ius ad canoniam, licet secundo receptus, præfertur secũdo impetranti, licet prius præcepto vel canonicatũ adepto, vt de resc. c. susceptũ. ibi. qui. l. 6. vbi in apo-

fil.de l.illa mentionem feci,& ibi videas. Ad aliorum
folutionem, eft fciendum, quod logicus habenti afi-
nam cum pullo. de quo nunc eft fermo Euangelicus.
71 in ramis palmarum,per fallaciam † accidentis probat,
quod illa afina eft tua iure.& fi ifta afina eft,tua, quod
conceditur:item eft mater,& hoc conceditur propter.
pullum:concludit ergo coniungendo ifta,ergo eft ma
ter tua. eadem ratione. fic faciunt aliqua argumenta,
contraria,quia dicunt,ifte eft primo natus,& hoc con
ceditur.Item eft etiam legitimus,& hoc etiam conce-
ditur. coniungunt, ergo eft primo natus legitimus.
hoc negatur. Licet ergo aliqua prædicare diuifim,
quæ non licet cõiungere.vt hic vides ad fenfum,quod
hoc non fequitur, Ego fum primus canonicus in ec-
clefia,& fum facerdos, ergo primus factus facerdos.
Concedo ergo,quod dicebatur in primo argumento,
eum primo natum,fed non,quia eft primo natus, eum
legitime natum, quod requirit confuetudo. quæ fub-
debantur de tempore.quo defertur hereditas, infpi-
ciendo,fateor, nifi prius ius non competiiffet illi per
confuetudinem,faltem ad rem,& tale, quod afficit &
impedit patris poteftatem,vt dixi in fine quinti argu-
menti fecundæ partis, & per hoc fit refponfum ad to-
tum fecundum argumentum, excepto ipfius fine,ad
quem refpondetur,quod illud verum in eodem inftan
72 ti,alias conftat,quod diuerfis † temporibus eadem res
diuerfo iure cenfetur.quod fubdebatur in primo argu
mento,ꝙ cõfuetudo quæ in fine dicebatur,item de to-
to ꝙ de parte,verum:fi eodem iure deberetur vtrunq;,
fed de iure debetur pars,quia legitimus.de confuetudi
ne totum,quia primus legitimus.Cum ergo non fit ea
dem vtriufque &c.

¶ Ad tertium argumentum,de retrahendo, refpon-
73 deo.quod in fictionibus,quæ † ad principium trahi di-
cuntur,oportet quod eadem caufa fit, vt ex licentia
perfeueret,alias fi ex poteftate alia fit emancipata, fi-
ctio fuam naturam immutat.patet C.de rei.vxor.actio.
l.vna.§.videamus. Cum ergo pro tempore, quo pa-
ter habuit legitimam vxorem, & ea filium, concubi-
na non potuerit effe vxor:ergo fictio non mutabit na-
74 turam,& ad id tempus non trahetur. nec enim † trahi
debet ad tempus, quo fequi poffit iuris repugnantia.
ff.de vfucapion.fi is qui.Codic.de inoffic.donat. l.a.&
de donat inter vir.& vxo.l. donationes.j.fecundum il-
los,qui dicunt,quod non trahitur ad dominium. Item
nec fictio trahitur ad principium, mutata conditione
perfonæ vel quando res poffet vitiari.C.de tefta.manu
miff.l.j.ff.de tefta.mi.fi certarum.§.fi.ff.de capit.in bel-
lo.§.codicilli.plus videtur,quod fictio locum non ha-
beat cum alterius præiudicio. quod fic probatur, vt
dixi in fine argumentorum fecundi membri, primæ
75 quæftionis.Actio † de dote quæ non competit conftan-
te matrimonio, facto diuortio competit, & redinte-
grato matrimonio defin it competere iam inchoata.
vt l.fi mulier diuerterit.ff folu.matrim.& aliis.ll.ibi al-
legatis, fed licet hoc ex fictione, quæ fingitur non di-
uertiffe vel non competiiffe,procedat, quando debe-
tur foli mulieri,vel mulieri & patri,non tamen proce-
dit,quando debebatur extraneo,vt patet.ff.de iur. do.
ftipulatio de dote.ff.folut. matrim.in infulam.§.fin. in
illius enim præiudicium non procedet illa fictio, licet
ergo quo ad parentes contrahentes & ipfum filium,
procedere poffit fictio, non tamen quo ad præiudiciũ
primogeniti legitimi habentis efficax ius ad rem, vt
dixi. Si ergo poneremus, patrem habentem legiti-
mos ex vxore mortua, ex concubina habuiffe filium,
cum qua poftea contrahit, hic nulla iuris repugnan-
tia, vel alterius præiudicium impedit fictionem ad
principium trahi.& fic etiam procederet.§. reliqui. vt
fupra dixi.ad id,quod dicitur, proli fauorem deberi.
Fateor, fed non contra aliam prolem.ad perimendum
76 ipfius ius,ficut nec priuilegiamus dotem † contra do-
tem, vt dixi in primo argumento fecundæ partis. ad
vltimum,ꝙ de beneficio dicebatur:dico, ꝙ nedum fa-
cramentum baptifmi, ꝙ maius eft, tollit ius actionis
vel exceptionis alteri competens,vt not.26.dift. dein-
de.28.q.j.fi quis.j.& de diuor.quanto.in vlt. gl. benefi-
77 cia. † ergo licet ita large interpretemur,non tamen fic
large,ꝙ alterius ius perimant, tamen ꝙ fic aliquid con
ferant.iftud autem multum confert,ꝙ honoribus fun-
gitur legitimus,& ceffante confuetudine,in parte fuc
cedit.Item deficiente illo primogenito,ad alios eum fe
quentes primogenituræ ius deuoluitur.cafus eft quia
78 legitimatus, † naturalis,non fuccedit in feudo,& fic be
neficium non recepimus latiffime.vt in lib. feud. fi de
feu.defun.contro.fu.inter do.& ag.capitul. naturales.
foluen.dicerem.in capitu.tanta. id loqui de legitimato
per matrimonium, fed non per principis beneficium,
in quo non exprimitur,vt ibi not tales autem difpenfa
79 tiones † natalium funt odiofæ,& conftrictam habẽt in-
terpretationem.de fil.presby.c.j.in fi.li.eo.& fuper hoc
vide ꝙ plene fcripfi.in c.lator. fuper j.gloff.qui fin.fint
leg.

Secundum dubiũ fecundæ principal.q.Quia in præ-
cedenti articulo mihiipfi videor prolixus,oportet hũc
vltimum coarctare,qui eft,an pofito,ꝙ clericus fit ille
fecundogenitus,& alter habet ius primogenituræ, an
fibi præiudicet confuetudo. & ideo illum breuiter
expediam.Et contra clericum inducam quatuor,fecun
do pro ipfo alia quatuor, & opinionem, tertio datur
folutio:foluitur opinio,per quam contrariis refponde-
tur.

PRO eius affirmatiua. ¶Et quod præiudicet,vi-
detur per gloff.legum expeditum.quærunt enim glof.
ff.de legib.de quibus.C.quæ fit lon.con.l.j.an confue-
80 tudo †,quod monachus non fuccedat, extendatur ad
regularem canonicũ.ponunt ergo gl.illæ pro indubita
to,confuetudinem illam non folum clericis,fed & mo
nachus præiudicare.ad id.glof.vlti.in authen.hoc ius
porrectum.C.de facrofanct.ecclefi.licet communiter
non approbetur.fecundo conftat,quod liber vfus feu
dorum,iuxta quod verbum fonat,f.confuetudines feu
81 dorum.quod cum per illas † confuetudines clericus
non folum non fuccedit in feudo,fed etiam illud per-
dit per clericatum,vt de vaf.mil.qui arg.bel.depo.ca.
vno.fi de feu.defunc.contro.fue.c.qui clericus.de feu
do fœminæ.ca.vno.in fi.an mutus vel alias imperfe-
ctus.c.vno.& fic patet per has gl.& cafus,per tales cõ
fuetudines clericis præiudicari.

82 ¶ Tertiò fuadet,quod hic eft æqualitatis † ratio.cum
enim ipfi tales confuetudines recipiant pro fe,tenen
tur illas accipere contra fe.de vi.& hone.cleri.c.fi.cũ
concor.præcipuæ,cum confuetudo talis fuper æquita
te fundetur,fcilicet ne patrimonia annihilentur. Fa-
cit quod poft Hoftien.fcripfi de voto.c.licet.facit fu-
pra de præben.maioribus.de pig.ex literis.de concef.
præb.c.j.ver.4.libr.eod.ff.de exercito.ne in plures.&
appetit res publica fubiectos fore locupletes,in auth.
vt iudi.fine quoquo fuffra.§.cogitatio.coll.2. Si ergo
fatemur confuetudinem æquam,fateamur etiã,quod
83 ipfius virtus † ligat priuilegiatos,fcilicet,clericos, fi-
cut priuilegiatos minores & pupillos.vnde cõductor
quia poffeffor,ad tributa tenetur,& non dominus.ff.
de vfuf.hactenus.& de impenfis in rebus dotalibus fa
ctis.neque ftipendium.C.de annon.& tribut.l.j.libr.
10.de agrico.& cen.litibus.§.hæc de reditibus.& de
coll.fund.pat.omnes lib.xj.fed confuetudo,quod do-
mini teneantur,& non poffeffores,ligat etiam mino-
res,vt patet ff.de admi.tu.fine hærede.§.Lucius.Idem
probant decre.ex eo.de elect.coniuncta.cum decret.
vlt.de confue.eod.lib.cum ergo confuetudo detrahat
fingulorum patrimoniis.ff.communia prædio. vendi-
tor.§.fi conftat.patet etiam in fucceffione feudi inter
laicos.fi de feu.defunct.contro.fue.c.mulier.& ca.fi-

lij.& de fil.natu. ex matrimonio ad morga.contracto.
c.vno.fateamur,quod huic clerico præiudicet in portione
sibi aliàs de iure debita. nam videmus quod priuilegium
Anglicis concessum.prodest clericis.de foro
compe.dilecti.Sic & consuetudo eos ligabit,cum in iure
ista æquiparémus.9.quæst.3.conquestus.de offic.ord.
duo simul.de iud nouit.ver. non enim.cum concord.
84 Item videmus,quod de iudicato †in foro ecclesiastico
excipitur in seculari,& econuerso.de excep.cap.2.lib.
eod.

Multa exempla de virtute consuetudinis scripsi de
consue.c.fi.super gl.& quam.

¶Quarto,probatur hoc etiam ab originis principio,
vt dicamus,quod si est eadem origo ipsarum, eadem
sit successionis ratio.Facit de cle.peregri.c.j.de deci.ex
parte.2.& c.cũ tua.de successione patet.C.de libe.præteri.
l.fi.de legi.here.l.lege 12.insti.de exhere.libe.§.nostra.
de legit.agno.succes.§.cæterum.& §.sequentibus.
Sed constat,quod B & C. ambo nati sunt laici & audi.
85 47.dist.sicut.vnde nec clericatus †confertur infanti vel
illiterato.de temp.or l.c.fi.lib.eo.ipsum ergo in necessitate
sua,& prius,si fas est sic loqui,ligauerat consuetudo,
quæ primogenito detulerat ius primogenituræ
quo sibi debebantur bona,etiã patre inuito,vt dictum
est in primo membro. clericatus ergo subsequẽs illud
ius prius quæsitum primogenito auferre non potuit,
sicut nec abstulit baptism⁹,vt dictum fuit in proximo
membro in fin.& sic de his concluditur contra clericum.

PRO NEGATIVA. In contrarium pro clerico
allegatur æquiparatio, scilicet ad consuetudinem.
86 ff.de legi.l.de quibus.Si ita est,quod lex †non ligat nisi
subditos,de sen.exc.à nobis.j.de pœn.& remis.quod
autem.de constitu.c.2.& 3.eod.lib.& l.cunctos populos.
in principio.Codic.de summa trin. ergo nec consuetudo
ligabit non subditos.Constat autem, quod alius
est clerus,quam populus.de præbend.c.j.de ver.significa.
ex parte.de sent.excom.si sententia. lib.eod. inde
est,quod plebiscita olim non ligauerunt nobiles.ff.de
origi.iur.l.2.§.deinde.& instit.de iure natu.gen.& ciui.
87 §.plebiscitũ. Item,nec †statuta vel consuetudines populi
ligant hodie clericos,qui nobiles sunt.C.vt nemo
priua.titul.præ suis.l.2.& quomodo militibus æquantur,
satis dixi. supra in tertio membro primæ quæstionis.

¶Secundo,clerici sunt maiora statuta, ergo minorum
statuta vel consuetudines illos non ligant. 21. distin.
inferior.de maioritate & obediẽtia,cum inferior.
88 Item etiam †sponte non possunt clerici se subiicere iudici
laicorum.de fo.comp.si diligenti.& eo.tit.significasti.

¶Tertio,pro clerico faciunt textus 96.dist.bene quidem.
de constitu.ecclesia sanctæ Mariæ.& c.quæ in ecclesiarum.
de re.eccles.non alie.c.fi.hoc de lege vel con
89 stitutione.de consuetudine patet,quod ex quo †onerosa
est ecclesiis vel clericis,non tenet. de consuetudine
c.j.& c.cum inter.de iudi.clerici.& de re iud. cum causa.
& C.de sacrosanct.eccle.authentic.cassa.& maxime
in terminis quæstionis, quibus loquitur de constituto
in sacris,qui à statu clericali non potest diuertere. de
electio.cum ex eo.eo.lib.Sint ergo immunes à lucratiuorum
inscriptionibus.C.de sacrosan.eccle.l.penultima.

¶Quarto,negatur verum esse,quod allegabatur pri
90 mo,hanc †consuetudinem esse rationabilem:immo iniqua
& irrationabilis videtur, quæ aufert alteri ꝙ sibi
debetur.de consuetudine.c.pen.& filios,quæ non habita
prioritatis ratione, dicit æqualiter patri succedere,
vt dixi in proximo membro,in solutione contrariorũ.
& sic eos facit summe inæquales, vt scilicet alteri totum,
alteri nihil debeatur,contra id 16.q.7.c.j.Item pri

uat istum legitima, ꝙ patet expresse nõ posset, de testa
Raynutius.& c.Raynaldus.ergo dato,ꝙ valeat inter
laicos,& inter eos de facto seruetur,non tamen noceat
clericis.& hanc partem tenet Ia.de Ra.vt no. Cy.
C.quæ sit longa consuetudo.l.2.in fi.loquendo in communi
de consuetudine.& Ostien.in summa de consuetudine.
§.fi.Sed pone ꝙ post eum scripsi de for.compe.
postulasti.ad fi.magnæ gl.

SOLVTIO. Sed puto,in terminis quæstionis,
consuetudinem clerico præiudicare,per alle.in prima
parte.& maxime in fi.Coadiuuatur hic,quia alias consuetudo
in illis partibus nõ procederet,propter remedium
fraudis paratæ. Secundogenito circa clericatũ
suscipiendum,& damnosum munus esset primogenito
si nobiliorem quotam hereditatis sibi per primogenitură
non solum debitæ,se. affectæ partis vnius vel plurium,
per clericatum adimeretur:tales autem fraudes
non amplectimur.de diuor.quanto. in fi. cum concor.
ff.de rei vend.in fundo.hoc etiã coadiuuat,quia sic se
habet in partibus illis vbi viget consuetudo, quæ optime
etiã interpretatur legem.de cõsue. cum dilectus.ff.
de legi.si de interpretatione.sed est sciendũ,ꝙ opi.Hostien.
& Iac.posita in fi.partis contrariæ, nihilominus
vera est extra terminos nostros,quando scilicet quæritur
de præiudicio,ꝙ inchoaret consuetudo in iam clericum,
per ꝙ dici posset,ꝙ si vera esset in articulo proximo
opinio contraria,s.ꝙ legitimatus haberet ius primogenituræ,
cum tempore huius iuris quæsiti ille tũ
esset in sacris,vt ponit thema,sibi nõ præiudicaret cõsuetudo,
& per hunc modũ soluenda sunt iura contraria.
Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Petitione alicuius fundata in iure communi,aduersario an incumbat onus probandi.Et quid in præsumptione.& nu.3.8.11.*
2 *Actor quomodo ex reo fit.*
4 *Indebitum repetens,quod soluit,an habeat necesse probare,quod fuit non debitum.*
5 *Probatio asserenti,non neganti,incumbit.*
6 *Negatiua pura virtus est,probationem transferre in aduersarium.9.*
7 *Reis fauorabiliores esse debemus,quod pugnãt pro libertate.*
10 *Casus,quibus probanda est negatiua.*
12 *Exceptione non numeratæ pecuniæ opposita,cur in creditores probatio transferatur.*
13 *Intellectus c.1.de confess.in 6.*
14 *Probatio per libros rationis quando fiat.*
15 *Alienatio quæ expediri non potest,nisi per tractatum & deliberationem collegij,probatur per illos qui sunt de collegio.*

QVAESTIO LXXX. SVPER REG. Sine possessione.

ARGVMENTVM.

IOANNI dioecesano episcopo petenti quartam decimarum, opponit ecclesia præscriptionẽ.quæritur,quis habet probare. Est Ioannis de monte Murlo.

¶Pro episcopo duo allegauit disputans quæ fortifico,secundo cõtra ipsum allegauit quattuor, quę etiã fortifico 3.ponitur solutio disputantis ostenditur dif-

ficultas solutionis,ponuntur euidentialia,datur solutio distinguens,& contrariis respondens.

Pro Episcopo. ¶ Quod ecclesiæ excipienti incumbat
1 probatio,sic arguo.Certum est,petitionem † episcopi circa quartam fundatam esse in iure communi. 10.q.3. vnio.de off.or.conquerente.supra de præscr. de quarta.de deci.quoniam. & c. dudum. habet ergo probare ipsius aduersarius.c.dist.contra mortem.

¶ Item præsumptio facit etiam pro episcopo,quod ille diligens fuerit in exigendo , & quod non iactauerat pecunias suas ff.de probat.cum de indebito. de sol.c.
2 fin.ergo probet ecclesia solutionem.sic reus † in excipiendo,quo ad onus probandi,fit actor.ff.de proba.in exceptionibus.C.eodem l.j.de excep.pia.lib.eo.& habet probare,etiam si excipiat negatiue. de renunc.super.hoc de prob.Tertio.de testi.tam literis.de his quæ fi.à præla.quanto.& generaliter allegans præscriptionem habet illam probare,cõstitu.de præsc.veniens.& c.cum olim & ca.auditis.de causa posses.& prop.cum ecclesia.sicut & allegans consuetudinem.de consue.cũ dilectus.& si ecclesia probare non potest , hoc nocere non debet episcopo,qui probauit.sed dicetur ecclesiæ deficere non ius , sed probatio , secundum Ioann. de Mon.

3 ¶ † Fortificatur primum sic.Si ius commune & præsumptio,quæ licet per se transfert probationem in aduersarium non negantem,vt infra probabitur,fortius vtrunque coniunctum facit.de rest.spo.audita.de pur.ca.inter.Item si prædicta transferunt probationẽ,fortius impediunt,ne ex vi negatiuæ transferatur probatio in episcopum,cum plus sit transferre,& minus impedire.ad hoc.15.q.j.c.si.de iureiur.quemadmodum.Secundum fortifica per not.post Inno.& Hostien.de accu.super his.vbi tenent,quod excipiens contra electũ, in tali negatiua,quæ probari non potest, per hoc non transfert in ipsum onus probandi,vbi videas, & quod talis negatiua non transferat,probant.l.cum de indebito ff.de prob.& decr.is qui.de sol.præal.sic inductæ.Cer-
4 tum est,quod repetens † indebitum , quod soluit,habet necesse probare,quod fuit non debitum. sed hic,si nũquam fuit debitum,impossibile est probari aliter,quam per confessionem aduersarij,quod patet,& dicere solutionem.vt lit.non conte.quoniam.super vlt.gl de rescr. nonnulli. & c.ex parte.3.non tamen per hoc transfertur probatio in aduersariũ.ad idem de priui.cum personæ.eo.li.vbi probat allegans præscriptionem & consuetudinem & negatiuam,scilicet,quod nõ subest episcopo, & quod nõ requisiuit episcopus cõsilium capituli.satisfacit ad idẽ C.de fun.patri.l.fi.ad si li.xj.vbi allegatur præscriptio 40.ann.in canone non soluto,quam approbat allegans ibi 40.ann.possessionem.testatur ad idem C.de serui.l. fin.vbi allegatur præscriptio 20.ann.contra non vtentem seruitute,ex quibus concluditur quod probet excipiens.

Contra Episcopum. Quod probet episcopus,
5 sic ostenditur.dicens habet † probare , non is qui negat.ff.de proba.l.2.C.eo.actor.6.q. fin. accusator.& [illegible]
6 virtus puræ † negatiuæ, transferre probationem in aduersarium.not.de elect. bonæ j.etiam si huic negatiuæ aduersetur iudex,vt patet de probatio. quoniam contra.Secundo probatur per l.plures.C. de fin.instru.cuius consilium alias esset inutile.scilicet,quod datur domino,scilicet de recipiendo instrumento solutionis sibi factæ à colono vel emphyteota,ne contra ipsum allegetur 30.ann.præscriptio in non soluendo, ac si non deberet. cum allegans talem præscriptionem propter negatiuã,quæ modo non habeat necesse probare contrarium,ne succumbat. Tertio,quia inutiliter emanasset decr.de præscrip.de quarta.quæ dicit hanc quartam præscriptam,hoc esset,quod præscribens haberet probare,& probare non posset.nec valet si dicis, quod probare poterit per positionem.de confession.c.j.libr.
7 eod.quia adhuc illud ius non emanauerat.Quarto,† fauent clericos,quia rei sunt fauorabiliores,& pugnãt pro libertate.supra de probat.ex literis.de re iud.cap. fin.secundum Ioan.de Mon.Fortificat primum , quod notatur C.de non num.pec.l.2.scilicet,negatiuam puram,probatam hoc ipso,quod non probat contrarium. Ad secundum optime facit supra,de test. significauit. vbi consulitur producenti testes in casu publicationis,quod de requisitione aduersarij,confici faciat publicum instrumentum,ac si apparentibus attestationibus,si negaret aduersarius se citatum , producenti incumbat probatio.habeat igitur instrumentum ad id quod agit.facit,quod lex debet esse vtilis,nec de verbo tantum,nec impossibilis.4.dist.erit autem.supra.e.de elec. commissa.§.porro.Codic.communia de leg.l.2.in fin.ex quibus concluditur, quod episcopo competit probatio.

8 SOLVTIO.Si non † allegatur titulus,obtinet episcopus,licet nil probet:si vero allegat ecclesia tituli præscriptionem,puta confessionem episcopi sine cõsensu capituli,vel confessionem papæ in communi forma , vel alium sufficientem , vel probat se aliis hanc quartam soluisse spatio 40.ann.vel hanc quartam alias petitam ab episcopo,& denegatam , vel simile , per quod apparet ecclesiam fuisse in possessione, & sic præscripsisse,& tunc succumbet episcopus.nisi probet possessionem,& interruptionem,per præd.cap.auditis.& per plures.ll & C.de non nu.pec.si ex cautione.& l.asseueratio & iura,quæ dicunt,quod probat negans,loquuntur , quando præsumptio est contra ipsum. quæ vero dicunt probare ipsum,qui præscriptionem obiicit,loquuntur in affirmatiua,secundum Ioann.de Mon. mihi videtur , quod huius quæstionis solutio sedeat tremula inter duas fortes contrarias æquitates. Si enim dicimus episcopum debere probare , sequitur , quod succumbet , nisi probet , quod videtur iniquissimum, scilicet,quod ex sola verbali allegatione presbyteri nil probantis succumbat episcopus,casus petitionem fundat ius commune:& formaliter est impossibile solutionem probare, licet facta fuerit propter famam episcopatus mortuam vel mutatam,vt est moris : vel incendium palatij.si extabant instrumenta , vel iis similia.Et discutiat quisque,qua conscientia potest iudex hic ecclesiam absoluere: & super quo fundetur hæc absolutio. In contrarium, si dicamus, ecclesiam debere probare,sequitur,quod succumbet , si non probet.sed fingamus,quod ecclesia vere præscripsit non soluendo,nec existat aliquis modus probãdi hic,quia nec fuit interpellata,nec alteri soluit,qua conscientia condemnamus ecclesiam,quæ non reperitur in aliqua culpa,cum istuc sit tale negatiuum,in quo durante præscriptione ad nil tenebatur ecclesia,id est,non occurrit,quòd aliquo modo circa hoc sibi debuit vel potuit prouidere,quia nec instrumenta,nec testes poterat rogare.Nam & si singulis diebus præscriptionis rogasset notos vel testes super solutione non facta, aliis horis eorundem dierum soluisse potuerat,& fartue fecisset, episcopum interpellando. propter quæ dubius sum in casu . & puto sic fuisse conclusum per prædictum domi.Ioann.quod satis colligo ex verbis solutionis.Ad declarationem tamen dicendorum est sciendum,quòd circa negatiuam facti , principaliter duo quæruntur,licet plura incidenter . Primò,an debeat probari:secundò,an possit probari.Ad primum vtriusque iuris doctores concordant, quòd negatiua
9 † probari non debet,nisi † in casibus . Primò , quando
10 præsumptio est contra negantem.inducunt Innoc.in dec.cum in iure.de offic.dele.& alij decr.vnicam.vt eccle.bene.de succes.ab intest.c.si.de proba.post cessionẽ.C.de codici.l.nec codicillos.de donatio.inter vir. & vxo.l.2.de iniur.si non conuicij.de sica.l.j.solutio secundum legistas,quod id procedit in maioribus delictis,

lictis.C.de aboli.l.fallaciter in fin. sed mixti legistæ i. qui viderunt scripta iuris nostri, intelligunt illam l.de infamatis,& hoc placet.6.q.vlt.c.vlt.

¶Tertio.quando probatur negatiua per sacramentum,ex commissione iuris vel iudicis, exempla secundum leges patent.C.de his qui ad eccl.confu.præsenti.vltra medium.cum suis concor.supr.eo.lib.de testibus.præsentium.de purg.canon.c.fi.de sent.excomm.si vero.de ele.vt circa.& c.nulli.lib.eo.cum sim.

¶Quarto,quando negatur vera scriptura vel probatio actoris,supra de testi.ex tenore.C.de contrah.& cõmit.stipu.optimam.Circa secundum,quo quæritur, an possit probari,respondetur quod non,nisi cum resoluitur in affirmationem vel æquiualentem. de renunciatio.super hoc ff.ad l.Aquil.inde Neratius.§.fi.vel cum includitur aliquod affirmatiuum , quo probato.probatur negatiua.qui matrimon accusa.possunt capitul. finali.ff de his qui sui vel alie.iur.sunt.l. filium. & bene facit quod not.eod.titu.præsumitur. Item,quando habet determinationem. vt præ.decret.ex tenore. & l. optimam.Item,quando propter determinationem vel coarctationem cadit in intellectum testis,vel subiacet inspectioni oculorum,quo casu probari potest, etiam directe,vt satis scripsi in dec.bonæ.j. de ele.super glos. negatiue.Ex his videtur concludendum iuxta prius di
11 cta.quod enim † ius & præsumptio sit contra negantem,probare debuerat ecclesia,sed iura adhuc inducta supra.versicu.primo procedunt, quando loquuntur in negatiua,quæ potest probari,vt ibi patet per singula exempla ipsorum iurium: & ita sit etiam responsum ad alia iura superius inducta in princip. Propter quod soluendo dico,quod aut allegat ecclesia consuetudinem generalem in loco,aut specialem suam præscriptioné. Primo casũ probet ecclesia,quod aliæ ecclesiæ loci nõ soluunt hanc quartam,quo probato per clericos & rectores ecclesiarum loci,qui suo negatiuo facto ad istius commodum deponere potuerunt,tuta erit,nisi contrariam consuetudinem huius ecclesiæ probet episcopus per decret.vlti.de offi.Archidiac.& quod ibi scripsi,& sic intelligo.ff.de publica.l.si publicanus.in fin.& l.licitatio.§.earum.vt si consuetudo esset , quod de libris vel pannis sericis non soluatur vectigal Secundo casu,an ecclesia allegat præscriptionem nomine alieno,puta alicuius episcopi,cui soluit quartam,quo casu prohibet papa affirmatiuam , ad hoc de præscript. cum ex officij.& sic loquitur præd.decr.cum personæ. scilicet,non sum tibi subiectus,quia sum alteri immediatus.Aut proprio,tunc aut allegat præscriptioné 40. an.aut tanti temporis,cuius initij non est memoria,vel contrarij,si 40.ann.tantum probet titulum.qui præcesserit inchoatam præscriptionem: quo probato,transfertur onus in episcopum,ex hac præsumptione quia negatiue,& fortius si cum titulo probaret ad negationem.Secundo casu probet, & si non titulum , ad quod non astringitur,saltem communem opinionem & famam,iuxta ea quæ not.supra eodem lib.de præscrip. c. j.& vltim.gloss.& in spe.de proba.§.j.ad fin.quo probato,transfertur in episcopum onus probandi , vt supra facit de præsump.quia verisimile.& eodem lib.de hæreti.filij & tunc vtilis est episcopo apocha solutionis, vt in l.plures.& in decre.significauit. vel loquitur decre.in actis iudicialibus,in quibus negatiua transfertur,vt in decre.quoniam contra. & sic intelligo l. si ex cautione.& asseueratio.C.de non nume.pecu. vt scili-
12 cet †,non ex vi negatiuæ tantum,sed ex præsumptione quoque.qua debitores egentes consueuerunt se sic obligare sub spe futuræ numerationis,transferatur probatio in creditores,nec multum in hoc grauatur episcopus,cui satis erit probare semel infra 40.ann.in primo casu.vel à tempore cuius non est memoria. In secundo,quartam fuisse solutam,& sic temperetur æquitas supra pro episcopo allegata de præscript illud.& c. ad aures.si vero neutrum illorum , in altera dictarum præscriptionem probet ecclesia , & si probaret quartam petitam & denegatam , ex quo titulum in prima. vel communem opinionem in secunda non probet, succumbet, ut ecclesia etiam nil probante. si tamen esset talis præscriptio,quæ non requireret titulum, posset ecclesia probare , quod non soluit per positionem negatiuam,si confiteretur ipsam episcopus. de confes.
13 capitul.prim.supra eodem lib.per quam † decret. satis posset attentari , quod sola negatiua non transfert onus probandi,si probari non potest per negantem,alias non video , quare fuisset necessaria vel vtilis prouisio illius iuris noui , ex quo aduersarius sit negans, haberet necesse probare:si vero concurreret cum præsumptione,secus, vt dixi. posset etiam probare per li-
14 bros †rationis, si super his existant , & ita probantur apud nos aliqui non soluisse decimas papales , & eo casu intelligo præ.l.fin.Codic.de fund.patr.debent enim illi collectores libros habere,per quos solutorum rationem reddant.& per illos probari poterunt soluta & non soluta.& facit quod dixi de probatio. quoniam contra.super fin.vltim.gloss. Per modum autem de-
15 cre.tertio non puto † negatiuam casus nostri posse probari. nam illa loquitur de accusatione alienationis, quæ non potest expediri, nisi per tractatum & deliberationem collegij.illi ergo,qui fuerunt etiam de necessitate in illo tractatu bene possunt probare,quod id quod fuit ibi tractatum,& confirmatiuum,affirmatiuũ fuerit,vel negatiuum.Sed solutio,quare episcopalis est actus,qui per solum prælatum vel dispensatorem ecclesiæ sine scientia vel tractatu capituli potest fieri licite, & sic longe diuersus. & sic etiam respondetur ad dec. cum literis.& dec.quanto.in dec.3.de consue. lib.e.ne-
16 gatiua † probatur per affirmatos actus,quibus coarctata bene cadit in intellectum testium,qui pro opere ponuntur exercitui illorum actuum,capitu.non vocato, nec consulto per episcopum expediuntur,per hoc sic distincta & addita puto singula contraria partim concordata,& partim fore soluta.

SVMMARIVM.

1 *Commistio habilis & inhabilis , an faciat valere, quod non valeret gestum solum ab inhabili.*
Rescripta impetrata de consecutiuis iudicij distinguuntur ab his quæ sunt principaliter impetrata. numer.13.
3 *Actus iudicialis cum excommunicato habitus,etiã si sit actor,valet,donec opponatur exceptio.*
4 *rescripta communia sunt,saltem post citationem.*
5 *In iudicijs æqualitas seruanda est.*
6 *Vtile cur separetur ab inutili.*
7 *Rescripta,sententia,collationes , testamenta,legata, & contractus.in parte an valere,& in parte nõ valere possunt.& nu.14.*
8 *Rescriptum ab excommunicato impetratũ an valeat.nume.12.*
9 *Vitiosa coniunctio,sæpe totum improbat.*
11 *Excommunicati consuetudo & vsus,num iure prohibeatur.*
10 *Electionem vitiat commistio scienter facta de excommunicato.*

QVAESTIO. LXXXI. SVPER REG.
Vtile.

ARGVMENTVM.

A & B. litigantes in curia, super receptione testium, vtriusque rescriptũ impetrauerunt ad partes. coram receptore opponit A.testes B. recipi nõ debere, cum rescriptum pro ipsius parte sit nullum.quia excommunicatus erat, maiori tẽpore datur excommunicatio. quæritur an hoc probato, rescriptum ex toto valeat, vel ex parte illius A.tãtum, an vero in nullo valeat. Est Frãcisci de Cinglo. Episcopi Circen.

¶Ad primum alle.4.rationes.ad secũdum.3.regulas & vnam rationem:ad tertium,quatuor rationes:demũ soluit excludendo casus non dubios, & ad negatiuam distinguit.

Quod in totum.¶Ad partem, quod in totum valet, inducebat de arbitr.contingit & capitul.per tuas. vbi
1 commistio † habilis & inhabilis facit valere,quod nõ valeret gestum solum ab inhabili. licet ergo rescriptũ à solo excommunicato impetratum non valeret,supra eodem libr.de rescript.capitulo primo. valebit tamen propter commistionem.ad idem, quod dicitur de authoritate præstita per verum & falsum tutores.ff.quod fal.tu.authentic.gest.l.j.§ j.vnde vnum de duobus, retinet conditiones,quæ sunt meliores in altero.C.communia de leg.l.2.no.16.q.j & temporis.ne sed.va.c.j.facit 32.q.j.non est culpandus.de spon.inter opera.& prodest maiori communio quam habet in fundo cum pupillo.ff.quemadmodum.ser.amit. si communem. & vide quod no.supra eodem libr.de iur. patro. capitul.in vlti.gloss.sic ad validandum rescriptum prosit excommunicato communio non excommunicati. cum non sit nouum,quod per aliũ consequi possit, quod per se consequi non posset.de cõces.præ.capit.pe.cũ concor.
2 ¶Secundo,certum est,rescripta † impetrata de consecutiuis iudicij,distingui ab his,quæ sunt principaliter impetrata.vt patet supra de rescr.ex parte decani. vbi valet primum eodem casu,quo non valeret secundum, vt ibi patet in summario intellectu:sed istud de consecutiuis iudicij, & in iudicio, & inter litem impetratũ fuit,cum testium receptio,& ipsius receptionis cõmissio,sint de litis processu.Patet primum de prob.quoniam contra.& secundum,supr.eo.lib.de testi.præsentiũ.
3 sed actus † iudicialis cum excommunicato habitus,etiã si sit actor,valet,donec opponatur exceptio,supra. e.li. de excep.pia.ergo valuit impetratio,ex quo nõ fuit exceptum.

¶Tertio,in effectu satis est, q valeat ex persona nõ excommunicati. nã si solus impetrasset rescriptum talis formæ,aduersarius vteretur illo.sunt enim rescripta
4 † communia,saltem post citationẽ,de quo satis scripsi, de testi.spo.ex conquestione.facit ad id.de mut.pe.c.j.& 2.supra eo.li.de rescr.dispendia.§.reus quoq;.C.de tẽp. in int.re.l.petendæ.sicut quandoque vnius partis priuilegium alteri participatur.C.de fruc.& li.ex.l.fi. poterit ergo ipse excommunicatus suos testes coram receptore producere,& sic non est disputandum,an valeat quo ad eum.

¶Quarto,si hoc dicatur dubium,debemus illã partẽ eligere,vt potius res valeat.supr.de ver.sign.abbate.& quæ minus sit captiosa.ff.eo.ti.l quoties nihil.& in iu-
5 diciis æqualitas † seruanda est,supr.eo.in iudiciis.& c. non licet.esset autem inæqualitas,vnius tantum testes recipere:quod si fieret,oporteret nouam commissionẽ fieri. Melius est ergo partes hic expediri compendio, quam per quãdam subtilitatem exactam longo dispendio cãm prorogari.supr.eo.lib.de re iud.abbate.ad fin.

¶Recipiat ergo A.cõtra se.quod pro se approbat.4.q.3.si quis testibus.nec illud solum in parte respuat.de con.di.2.comperimus.cum concor.potissime, quia per sonam ipsius B.cum quo impetrauit,approbando, sibi deinceps opponi non poterit.facit supr.eo.lib.de elec. nulli.cum concor.

Quod ex parte.¶Ad partem,q solum pro non excõ-
6 municato valeat,facit regula,vt vtile † separetur ab inutili, quale est istud, per ipsum inutile non vitietur, ex quo sequeretur,q ne grauaretur quis alterius odio,cõtra regulam supr.eo.non debet,& puniretur culpa carens,contra regulam,sine culpa.supra eo.
7 ¶Secundo,q possit † rescriptum in parte valere, & in parte non valere,patet supra eo.lib.de rescri.si eo tempore.nec mirum,cum in sententiis,collationibus,testamentis,legatis,& contractibus id locum habeat,vt patet supra de arbi.cum tempore.de præb.dilectus.de testa.Raynutius.& c.Raynaldus.sic & contractus pparte tantum valet & claudicat,de despon.impu.de illis.j. & ibi concor.

¶Item,si relinquimus capaci & non capaci, valet in parte capacis.ff.de le.2.si Titius.& de leg.j.plane. j.§.si coniunctim.& l.si duobus.sic & in proposito teneat rescriptum pro parte capacis ad impetrandum.

Quod in nullo. ¶Ad tertiam partem,q in nullo valeant,inducitur,quia si A.& B.impetrauerunt, negari non põt,B.excommunicatum impetrasse.quia licet alter impetrauerit,tamen & ipse.ff.de ritu.nup. illud.sed
8 de.dicit,rescriptum † ab excommunicato impetratum, ipso iure non valere,vt tenetur de rescr.c.j.supr.eo lib. & istud est tale.ergo &c.facit ad hoc e.ti. in toto.plus semper.
9 ¶Secundo,sæpe coniunctio † vitiosi totum improbat,vt patet 9.distinct.si ad sacras.& 16.dist. c.j. vnde si ex comœdis, quadrigis,vel similibus, vnum est in casu redhibitionis,omnes redhibentur, si non singulare, sed commune fuit pactum eorum.ff.de ædil. edic.cum eiusdem.vnde si in testimonio vel instrumento sit aliqua falsitas,totum vitiatur. vt 3.quę.9.puta.de hæreti. fraternitatis.vbi satis de hoc post Innoc.
10 ¶Tertiò,commistio † scienter facta de excommunicato in actu electionis,illam vitiat,vt not.9.q j.nos in hominem.& supra eod.libr.de elec.si quando.in gl. fin.ad idem.ff.de arb.Pædius.§.j.vbi non valet compromissum factum in liberum & seruum.quod in sententiis,& in iudicialibus processibus latis vel factis ab habili probari decet.de re iud.ad probandum.de offic.deleg.cum super.idem in constitutione syndici. de procur.c.fin.
11 Quartò,communio † excommunicati, peccatum est.& quandoque mortale,vt satis scripsi,quod met. causa.sacris.in vlt.glo.ergo propter delictum impetrãtis cum excommunicato,etiam quo ad ipsum non valeat rescriptum,si puniatur in quo peccauit,de immu. eccle.c.fi.cum conco.

¶Ad primam & secundam partem facit,quod scripsi post Inn.de off.deleg.prudentiã.§.6.gl.no.hic.

SOLVTIO. ¶Soluendo, primò proponit que-
12 stionem non dubiam,vel in illis † casibus,in quibus etiam solus excommunicatus impetrare potest. exceptis in præ.cap.j.de rescrip.idem si in prædicto iudicio excommunicatus erat reus,qui potest omnia facere ad sui defensionem pertinentia,de iudi. intelleximus.de excep.cum inter.remanet ergo dubium,quãdo ille excommunicatus erat actor primo causæ vel
13 litis.& tunc dixit in totũ valere rescriptũ †,de consecutiuis iudicij impetratum,ex quo non fuit exceptũ. per allegata post prin.primæ partis.ibi,secundo certũ. sed si adhuc est excõmunicatus,licet exceptio nõ obstet rescripto,obstabit tamẽ productio testiũ,quã facit vt actor,sicut obstaret corã delegãte.Extra thema ad declarationẽ materię,quãdo excõicatus cũ nõ excõmunicato impetrauit rescriptum nõ de consecutiuis

bis iudicij:sic distinguit.aut simul impetrauerunt, vt actores,contra tertiū:aut vnus ex eis actor, alter reus. Primo autem casu ius ipsorū erat diuisibile, vel vtriq; insolidum competens etiā quo ad exercitium:aut indiuisibiliter vtriq; commune.Primo casu,pro non excō-
14 municato† valebit rescriptum,& pro excommunicato erit caducum:facit ff. de le.2. si Titio & mihi. secundo casu,quando indiuisibiliter est vtriq; commune,inseparabilitas vitiat rescriptum,per ea q̄ hic plene notantur in gl.& super ea,quando vero vnus ex eis actor est, alter reus:si excommunicatus erat actor,non valet rescriptum,per præ.dec.primā.de rescr.cum rescriptum à vitioso & prohibito traxerit originem:vt ibi not. si vero excommunicatus erat futurus reus,qui cū actore conuenit de iudice & loco,vt est moris,tunc cum non ab ipso rescriptum originem duxerit,valebit in totum.ad hoc.C. de cad.tol.l.vnā.§.in j.facit ꝙ not.de prob.licet: in gl.bene tamen.ver.item si constat.non tamen per illud audiretur reus excōmunicatus agere vel reconuenire volens,vel aliquid facere ad defensionem non spectans,nisi prius fuerit absolutus.de excep.cū quidā. in fi.e.li.& c.pia.ad id,ꝙ dixi de conuenientia iudicis, obstare videtur ꝙ scripsi post Archi.in præ.dec.j.de rescr. in fi.f.ꝙ curia non admittit excōmunicatū reū ad conuenientiam iudicum.sed illud procedat,cum de excōmunicatione excipitur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium,rescriptum,vel instrumentum, non exprimens nomen Papæ vel Imperatoris,annum Pontificatus vel imperij,an fidem faciat.*
2 *Indictio an inseri debeat instrumentis.*
3 *Indictio an sit de substantialibus instrumenti.& nu. 4.7.14.*
5 *Altero de substantialibus falso existente, an totū falsum sit.*
6 *Duo vel plura vbi requiruntur adesse rei, altero deficiente,deficit quod agitur.*
8 *Tabellionis error, an partibus obesse debeat, si aliter scripserit,quam debuerit.nu.12.*
9 *Error facti proprij an noceat,quando de damno vitādo agitur.*
10 *Ignorantia in facto alieno probabilior est, quam in proprio.*
11 *Error computationis vel calculi.an noceat.*
13 *Testamenti dispositio nulla est, si heredis vel legatarij nomen,vel æquipollens omittitur: sed valet dispositio,si exprimitur,licet in expressione erretur.*
15 *Culpa lata, quæ dolo æquipollet, præsumitur ignorare,quæ publice nota sunt.*
16 *Notarij error circa indictionis omissionem,vel falsitatem,vel similia,an & quando ab eo possint corrigi.*

QVAESTIO LXXXII. SVPER VERS. Datum Romæ.

ARGVMENTVM.

AN omissio indictionis vitiet instrumētum,& quid si indictio cū anno concordare non potest.

¶Ad intellectum huius bimembris quæstionis datur remissio.& inducitur alia quæstio Goffr. & ipsius solutio.Secundo soluitur primum membrum cum determinatione duplici. 3. secundum membrum disputatur,& contra instrumentum inducuntur 7.pro instrumento 3.ex quibus concluditur 5.Ad quartum signantur duo contraria,& soluuntur tria.3.ponitur opi. & dictū Dy.4.do plenā sol.distinguentē in contrariis & respondentem.

EIVS membrum primum.¶In themate ergo declarari pōt secundum computum traditū de fide instru.int. & in gl.indictio.puta quia dicitur, anno Domini 1316. indictione xj.cum debeat dicere, nona,si verus est annus:alias si vera erat indictio,debebat dicere,anno 18. vel 14 vel anterioribus.

¶Goffr.in quæstionibus suis q j quærebat,de nomi-
1 ne Papæ,vel imperatoris, anno pontificatus vel imperij,an fidem faciat priuilegium,rescriptum,vel instrumentum,prædicta non exprimens:& tenet ꝙ non, per iura quæ statim allegabo.allegat etiam C.de apo.pub. l.j lib.10.in auth.de exhi.& inter.reis.§.sancimus.col.5. & idem dicit,si deficiat locus.allegat ꝙ no.supra e.lib. de re iud.abbate.ad fi in gl.j.

PRO AFFIRMATIVA. ¶Sed redeūdo ad id,
2 ꝙ primo quærebam,s.de indictione† ꝙ inserenda sit,est expressum in auth.col.5.vt præponatur imperatoris nomen.per totum:& col 6.quib.mo.nat.eff le.§.quantum vero.ibi,sub illa indictione,illo mense,illo die,&c. de fide instr.inter dilectos.

CONTRA.Sed contra.23.dist.in nomine Domini in prin.facit ꝙ not.25.q.2.c.dicenti.ver.si qua.de relig. dom.cum venerabilis.& Guil.in Spec.de instit.eccl.§. 2.in j.col.& §.instrumentum.ver.item,quod non est.& habetur de indictione 23. q. 5. de Liguribus. & 16. q.7. maiores.

SOLVTIO. Cum ergo per prius allegata appa-
3 reat,indictionem† esse de substantialibus instrumenti, dicendum est,sine illa instrumentum non valere. quod intellige,si per quæ procedant in pagina, de indictione non constet, quod sufficeret. facit supra de voto. ex multa.versiculo. verum.de appel.secundo requiris. 32. quæst. 7. apostolus.ff de eden.si quis ex argentariis. § si initium.quod dixi instrumentum non valere, verum intelligo,nisi consuetudo loci habeat contrariū: scilicet indictionem non poni.bene facit de fide instrumento.cum dilectus.4.distin. in istis.§.leges.ff.de leg.de quibus.in fin.facit per hæc,dictio æquitas,quæ fundatur super cessione causæ.cum enim hodie non fiat cum illa indictione solutio tributorum,ferri, argenti.& auri.de qua nota.C.de Iust. codice.compo.l. vna.in fin.& in authent.vt nomen impera.in princi. & dixi in prædicta decre.inter.super glos.indictio.facilius cessare potest inscriptio,quæ propter illa fiebat. supra de voto magnę.in fi.de renun.post translationē. & ibi concordat.

QVAESTIONIS membrum secundum. Et pro eius affirmatiua.¶Nunc transeamus ad secūdum membrum,quod per disputationis modum tractauit Dyn.in quo primo repetitur,quod prędixi,scilicet in-
4 dictionem esse de substantialibus† instrumenti,per iura prius allegata.sed secundum thema varietas talis est,quæ inducit contrarietatem:propter quam videtur instrumentum non valere.ff.de regulis iur.vbi repugnantia.vel saltem non iuuare producentem.supra de fid.instru.imputari.& C.eod.tit.scripturæ.¶Secundo, constat,quòd in instrumento scriptum est de anno & inductione:non posse simul verum esse ergó fateri oportet alterum falsum.& sic totum instrumentum vitiatur.9.dist.si ad sacras.facit ff.ad leg.Corne. de fal.eos,qui.

¶Tertiò,illa pars. quæ est falsa, habetur pro non
5 scripta.ff.de verb.sig.l.Paulus.sed pars† vtraque, annus & indictio,sunt de substantia instrumenti.si ergo alterum,quod est falsum,censetur non scriptum, facit ff.de accusa.tut.l.2.qui satisd.cogan.l.quoties.ergo deest alterum de substantialibus.per quod concluditur,instrumentum non valere:sicut ad annullandam electioēm sufficit,quod in eadem desit vnum de sub-

stãtialibus.de elec.quia propter.& c.ecclesia.& c. cum post petitam.facit ff.de trãsac.cum hi.§.si prætor.& de rebus eorum magis.§.si æs alienum.

6 ¶Quarto.certum † est, quod quandocunque ad esse rei duo vel plura necessaria requiruntur,altero deficiente,deficit quod agitur.j.q.j.detrahe.de bap.c.pe.

7 ¶Quinto,quid plura? nonne textus est, quod falsitas † instrumenti potissime patere pôt ex indictione,ita quod ipsius offuscatio reddit instrumentum suspectum ? supra de fide instr.inter dilectos.ver.sed contra.non videtur, quod aliud sonare possint hæc verba,nisi casum nostrum, scilicet,quod conueniendo cum anno inscripto falsitas appareat.

8 PRO NEGATIVA.¶Ad contrarium † inducitur,quod error tabellionis scribentis aliter quam debuerit,contrahentibus vel alteri eorum,cuius commodum inspicit,instrumentum non debet obesse.Cod.de testa.errore. & l. ambiguitates. quorum interest,vide in suffragi.supr.de fide instr.ex parte.ff.de re.iu.si libra rius.facit etiam ff.de here.instit.quoties.§.sed si maiorem.

9 ¶ Secundo , vbi de damno † vitando agitur,constat,quod error facti etiam proprij non noceret. ff. de condi.inde.sed & si me putem.j & 2.respon ff.de actio. emp.l.si tibi liberũ ff.de iur.& facti ign.l.error. & l.regula.

¶ Tertio,reperitur quandoque error facti & iuris mistum circa idẽ concurrere. & licet de lucro captãdo agatur,habetur perinde ac si solus facti error interuenisset.ff.de don.inter virum & vxorẽ,si sponsus.§. generaliter.

10 ¶Quarto,certum est,quod probabilior est † ignorãtia in alieno facto,quã in proprio.supra de rescr. ab excõmunicato.ff.pro suo.l.fi.ad Velleianum Sen.l quanquam.

¶Modo ex his concludo primo,quod hic est error non habens originem à contrahẽtibus,sed à tertio,scilicet notario.

¶Item,quod hic agitur de damno vitando,qualiter, siue errauit notarius in iure,siue in facto,siue mistum,nõ debet error nocere contrahentibus.

11 ¶Secundo sic:error † computationis vel calculi non nocet.C.de erro.cal l.j.& C.de iur.& facti ign.l. si post diuisionem.cũ 5.legi.seq si igitur notarius in indictione & ipsius cõputatione errauit,eius error nocere non debet.

12 ¶Tertio,constat scribentis † errorẽ non debere nocere,vt est dictum,& patet C.de erro.aduo.l.2.ff.de here. insti.l.his verbis.§ fi.sed in his,quæ non solent à partibus exprimi,sed à notario,præsumimus,verba fuisse ipsius notarij , & non partium. præsumit enim ius illud fuisse ipsius notarij,& non partium.præsumit enim ius illud fuisse à partibus expressum, quod ex cõsuetudine per ipsos exprimi solet.ar ff.de q.de minore.§ tormenta.C.locati.l.circa.ff.de ædil.edi quod si nolit.§. quia assidua.de le.j.si seruus pluriũ.§.fi.de le.3.l.nũmis.& l.prædiis.§.Titio & §.si facit regula,inspicimus supr.ti.proxi.secundum id concluditur,quod error notarij, partibus non nocebit.

13 ¶Quarto,quod variatio † vel error circa substãtialia, nõ reddat partem inutilem,sic probatur:Si heredis vel legatarij nomen vel æquipollens omittitur,dispositio est nulla,sed valet dispositio,si exprimitur,licet in expressione erretur.ff de her.insti.l.quoties.in prin.§. si quis nomen.& l.his verbis §.vlt.insti.de le. §.si quis in nomine.C.de testã.si nomine de leg.si fortidianũ.ff.de verb.

14 obl si in nomine.Ex quo † concluditur , quod licet omissio annorum Domini vel indictionis posset vitiare instrumentum , expressio tamen errorem habens annexum, vitiare non debet.facit contra de confir.vti. vel inutil. bonæ.Solu.ibi fraus tacentis, sed hic error scribentis. Itẽ,contra de elec.constitutis.§.j.solue,vt ibi in vlt.gl. ¶ Quinto,lex dicit,quod omissio substantialium, quæ leuia sunt, non vitiat quod agitur.ff.de vent .inspici.l.j.in fine. Cum ergo per instrumentum constet de grauibus,scilicet de personis contrahentium,& re in contractum deducta, & de causa contractus , quæ contractum perficiunt,cætera quæ solent apponi, videntur leuia,quasi omissa non vitiant,vt supra & hãc partem videtur tenere Dyn. dicens , etiam præsumi errorem tam in indictione,quam in anno,cum prima

15 sit magis incognita,& circa † publice nota , ignorantia,præsumitur lata culpa, quæ dolo æquipollet.ff. de institu.action.sed si pupillus.§.proscribere.ff. de verb. signi. cedere.§.fi.& l.latæ.& l.magna.in incognitis autẽ sustinetur ignorantia.quod not.in prædi.§.proscribere.

¶Ex quo igitur error tabellioni attribuitur, verisimilior est indictionis q.quo præsupposito poterit facile corrigi,vel plus valeat corrigi,quod scribi debuit, quã quod scriptum inuenitur.ff.de stat. homin.l. prima in princ.de offic.præsi.illicitas. §. veritas C. plus valere, quod agitur.l.j.& per totum.& de liber.causa.l.nec omissa.

SOLVTIO. ¶Scias, quod quando post produ-

16 ctionem instrumenti , apparet in ipso error † notarij in omissione vel falsitate indictionis, vel his similibus , non corriget notarius nec supplebit sine authoritate iudicis vel officialis ad hoc constituti. & est ad id bonum protocollum notariorum. alias posset sibi impingi falsum.ff.de fal.l.eos,qui.in princip.si vero ante, quam parti tradat authenticum , videtur notarius se non arctasse iudicis authoritate suum errorem corrigi.& sic seruatur. ad hoc facit quod nota. in Specul. de instrumen.edi.§.postquam.versi. sed nunquid casu. & ver.vbi autem.& § instrumentum,versicul.sed nunquid confecto. si non extat notarius qui corrigat , & posset videri eius protocollum , per quod appareat error anni vel indictionis, illi stabitur.authentica.de tabellion.colla.4.in Speculatore,de instrumẽto.editio. §.instrumentum.ver.quid ergo si in notula.& iurari faciet allegata.facit supra de fide instrumen.capitu.penultim.& propter hoc etiam iurat notarius protocolla tenere,vt scripsi,ne cleric.vel mona.sicut te.& notat Gulielmus in Specul.titu.prædicto.§.restat.versic. sed quæro sub qua.sic nec protocollum videri potest, nec per testes coadiuuatur,qui memorentur de anno. nec aliud est in instrumento,per quod appareat veritas anni descripti.quod esse potest.puta,quia exprimitur nomen consulis , qui erat annalis . per quod satis videtur patere erratum in indictione . his deficientibus,putarem contrarietatem obstare , per prius allegata.

¶Nec obstant allegata secundo,quæ iam supra cõcessi.si constat,vel saltem verisimiliter præsumitur de errore,vbi vero non est circa alterum certum erroris indicium,constat diem incertam,& sic habendum perinde ac si non esset, sicut dicitur de incerto voto eligentis.supra eo.lib.de elect.c.2.& facit,quod ibi nota. de incertis iudice,arbitrio,& tutore,& fortius procedunt prædicta,quando tempus propter prioritatem vel posterioritatem multũ facit ad causam,in qua producitur instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Gloria cui debeatur. Et ambitio quam sit periculosa.3.17.37.42.*

2 *Gloriatio superba est bonorum actuum,& laus humana minime quærenda.*

4 *Gloria ex inani quæ mala procedant.*

5 *Philosophi in libris , quos de gloria contemnenda scribunt,sua nomina inscribunt.*

6 *Honestatis fructus animo maior in cõscientia,quã in fama*

in fama reponitur.

7 *Inscribere nomen libro à se edito, an sit peccatum. & an contendendi materiam pariat. & nu. 9. 12. 16. 33. 35.*

8 *Scripta vnde pondus & authoritatem accipiant.*

9 *Prophetæ suarum visionum principijs sua nomina habent inscripta.*

10 *Vita immortalitas factis & scriptis emenda.*

11 *Negari non potest, quod sensus vel visus affirmat.*

13 *Magistrorum scripta non arctant, nisi quatenus de ratione deriuant.*

14 *Scientia tradi potest de omnibus integralibus & subiectiuis partibus, etiam ab ignorato authore.*

15 *Philosophia actu & re constat non verbis.*

18 *Nomen libris non inscribi, multis de causis. Et quando peccatum sit, subticere. nu. 26.*

19 *Peccatum quid.*

20 *Qui sua nomina operibus suis non inscripserunt, & tamen eorum notitia per alios ad posteros deducta fuit.*

21 *Reprehensionem vitare nō potest, nisi qui omnino scribit nihil.*

22 *Nomen authoris in inscriptione aliquando subticetur, ne fides operis minuatur & vilescat.*

23 *Nomen non inscribens operi, excusatur nōnunquam.*

24 *Nemo frustra se periculis offerre debet.*

25 *Non fieri dicitur, quod occupato fit animo.*

27 *Agens contra conscientiam, gladio conscientiæ pungitur, ad gehennam ædificat.*

28 *Constantia virtus requirit, vt à nobis gesta, si obtrectentur, acriter tueamur: vel inchoata, si nondum perfecta impediantur, sine vlla cunctatione ad effectum perducamus.*

29 *Quæ quis laudauit, vituperare an possit.*

30 *Scriptis inuitamur ad virtutem & studium.*

31 *Aristoteles libros à se compositos, alterius honori cedere, ferre non potuit.*

32 *Magistri authoritas, magno est ad discendum incitamento.*

34 *Humilitas tanta nulla est, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.*

36 *Literatos honori & ditari, appetunt iura.*

37 *Beneficiorum acceptorum memores esse debemus.*

38 *Honoris neglecti damnum passi, eis quos venerari debebant, non assurrexerunt.*

40 *Gloria merces virtutis, & alumna.*

Rancorem dimittere quisque fidelis tenetur de necessitate salutis.

43 *Charitas & ambitio in quibus differant.*

44 *Officium conferri ambitio non debet.*

QVAESTIO LXXXIIII SVPER Eodem vers. datum Romæ.

ARGVMENTVM.

AN magistri compositores librorū vel scriptorum, sua nomina debeant in illis scribere.

Memor sum, quod iamdiu est, quæstionem hanc motam à quodam magistro meo in theologia, sed solutionem ipsius vel alterius nunquam audiui. & hoc monet ad fortius insistendum. scio, quod dices, absque lectione sequentium, solutionem tibi notam, cum etiam in eis opusculis nomen inscripseram. sic Plinius, quærens à Cornelio l. j. epistolarum. 20. quæstio. oratio esse debet commendabilior breuis, & verior, quam prolixa. dicit solutionem se sciturum per solam visionem, absque lectione breuis vel prolixæ epistolæ responsiuæ. q cum hic pro solutione illud non sufficiat, infra patebit. Decurtabuntur autē allegationes, & plenius circa solutionem insistetur.

¶ Ad primam negatiuam primo inducuntur authoritates veteris & nouæ legis. Secundo dicta canonum & doctorum 3. & 4. duæ rationes.

PRO NEGATIVA. ¶ Primo inducitur j. Reg. 2.

1 nolite loqui † sublimia, gloriantes: quia Deus scientiarū est Dominus. Iere. 9. ad fi. dicit Dominus. Nō glorietur sapiens in sapiētia sua. j. ad Corin. 4. Quid habes, q non accepisti? Si aūt &c. ad Gal. 5. in fi. non efficiamur inanis gloriæ cupidi. ad Philipp. 2. verum neq; quis ex operibus glorietur. j. ad Thessalo. 2. a. non quærētes ab hominibus gloriam, imitemur ergo Christum dicentē Io. 8. ante finem. Ego gloriam meam non quæro. & Apostolum dicentem, ad Gal. 6. mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

2 ¶ Secundo casu, repræhendit etiam doctorum † astutā superbam gloriationem. xj. q. 3. iniustum. in fine, & eos, qui humanā laudem quærunt. j. q. j. sunt nonnulli. j. q. 3. non solū. nec debet inesse docenti auiditas laudis consequendæ. 36. q. 4. obiiciuntur. Hiero. ad Pamma. 2. epistol. &c. docet etiā inanem gloriā ex scriptis vitādam, dicēns, nisi prolixum esset, & redoleret gloriā, iam ibi ostenderem &c.

¶ Item, ad Algasiam quæstione prima nota. falsam doctrinam, qui gloriam quæris humanam. & dist. 43. mansio. dicit, nil tam periculosum est, quam gloriæ

3 † cupiditas, & iactantia, & timens animus, conscientia virtutum. & super Matthæ. quinto, non quæris gloriam. & cum religiosius foeris, non dolebis &c. dicit quod laus crucians iustos, iniquos exaltat. Gregorius etiam tricesimaprima moralium, aggrauans inanem

4 gloriam. quod dicit, quod ex illa † procedunt inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum præsumptio. est ergo merito fugienda. Tullius libro primo Tusculanar. quæstio. repræhendit opifices, qui post mortem nobilitari vo-

5 lunt. subdens, quid nostri philosophi †, nonne in libris ipsis, quos scribunt de gloria contemnenda, sua nomina inscribunt? cuius etiam dictum ponit Ioannes super epist. ad Galat 5. & Valerius libro octauo, capitulo, de cupiditate gloriæ, circa fin. vbi dicit, quòd illi professione eleuant, vsurpatione memoriæ assequi conantur. cui conuenit l. professio, C. de mu. pat. libro decimo. & Sene. epistola septima. gloria publicandi ingenij tunc non producat in medium. & epistola. 113. in fin. qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriæ. Item, plinius libro primo, epi-

6 stola 8. maior † animo honestatis fructus in conscientia, quam in fama reponitur. sequi enim debet gloria, non appeti. vnde libro tertio. epistola 20. turbatur, q multi famam, conscientiam pauci verentur. debemus ergo dicere cum Apostolo, gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 2. ad Corin. primo. xj. quæstione tertia. inter verba. de sacr. vnctione. capitulo vno. §. hoc ergo. non omittam Galienum, quæstione septima, tertia pentateuticæ. in princip. multum ad propositum sic dicit: Contempsi multorum hominum laudem, concupiui virtutem & disciplinam, nullam esse existimaui neque meliorem hominibus, neque diuiniorem possessionem. propterea igitur neque supra scripsi, inquam, nomen meum, Iuliane, scriptorum librorum. rogabam autem, vt nostis, & vos, neque me laudare apud homines immoderatius, sicut assueuistis, neque supra scribere conscriptiones meas.

7 Tertiò, sic approbatur. Ea, quæ dant materiam † delinquendi, vitanda sunt. sed nomen inscribere, est tale. ergo omittendum. maior patet. 81. in omnibus. 12. q. j. certe. 13. quæst. 4. nec hoc prætereundum quoque. de

coha.cleri.capitul.j.eo.lib. de sta.regul. capitulo vnoc in fine primæ partis.de vsur. vsurarum.in procemio di gestorum.§.illud vero ff.nautæ,caupones, stabularij l. prim.§.primo.C.de Latin.liber.toll.Luna §. penultim. minor patet. dicit enim Hieronym. quod statim cum aliquid scripsit,inter amatores suos & inimicos est cō tentio. primi excedunt laudando, secundi vitu,perando.ipsius verba v de in episto.ad Pammachium.3.b. & super Osee dicit, quod præscribentibus, dum volunt profiteri antiquorum studia,vitent æmulorum opprobria & præmittit,quod amici plus merito laudant, & inimici plus iusto detrahunt.facit, quod supra proxime dixi post Galienum.non sunt ergo nomina inscribenda,per quæ datur amicis & æmulis mentiendi materia.Quarto,cum cuique satis sit opinionem & ipsius rationem scire vel allegare,sine nomine opinantis, vt probatur de fer.capellanus.de restitut. spol. literas.de cele.mis.cum Marthæ.§.quęsiuisti.de bap.maiores.ver. quibusdam.& § item quæritur.& in cle.de sum. tr.nit. capitul.vno.§.fin.in quibus omnibus rationibus pontifices opiniones ponunt, non expressis opinantium nominibus.patet in nugatore vel ex abundanti nomē inscribi.& Io Alex.dicit,non doctoris opinio,sed do-

8 ctrinæ ratio ponderanda est.& †contra Pelagianos.lib. 3.in dogmatibus & quæstionibus differendis,non persona,sed causa quęrenda est.& facit ad Dama.4.b.Item super Ia.zacha.c.nō quid,seu vbi scriptum est, sed qua ratione sit scriptum considerandum. facit 9.dist. ego solis & hoc merito,quia lex est omne,quod ratione cō sistit.1.dist.consuetudo.ex his concluditur ad negatiuam.

9 PRO AFFIRMATIVA.In contrarium,† q̃ sint nomina inscribenda, & vtriusque testamenti authoritates veniant,sicut supra.secundo,ipsius exempla 3.dicta doctorum 4. sub authoritatibus & rationibus adducta Primo adducitur illud Eccle. 37. sapiens hereditabit honorem,& nomen illius viuet in æternum. hoc autem per certitudinem sine nomine esse non posset. quod etiam de Salomone & Aristotele facile discernitur.& eod.lib.c.41.curam habe de bono nomine & Esai.42.& 48.gloriam meam alteri non dabo. quod sine inscriptione posset facile euenire.fiunt enim,quā doque falsæ inscriptiones,vt patet in miraculis Io.sub litera.capitul.& ad præuia.& Mar.1.gloss.& H.facit 16. dist.cap.j.& c.clementis,& Psal.113.nomini tuo da gloriam.Matth.5.Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.& j.ad Cor.9.bonum est mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. ad Ro.2.gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Secundo,vt quod in dubio proponitur quęstio,quę soluitur per vtriusque legis exempla. Iosephus ad Mar-

9 cell.13.non vacat †exemplis affirmare, quod dicimus, nomino Esaiam,Ieremiam,& Ezechielem, omnésque 12. Prophetas minores,qui suarum visionum vel prophetiarum principiis sua nomina habent inscripta.idē que de parabolis Salomo.& lib.ecclesiastico, inquirés aduertet.hoc de veteri.Item,nonne in nouo testamento apostoli suis exemplis,excepta prima Ioannis & vl ma Pauli,sua nomina scripserunt.Idem in apocalypsi conuinces.Idem patet in Io. licet decise. de epistolis, Io.ad Aug.tertio patet idem, quia Io. super Ecclesiastico &c.commendat laborantes,qui libros exponunt & in memoriam sui relinquunt.ergo in solutione, licet ad id,vt scribentis memoria habeatur, & ibidem. c.7.fac tibi famam longiorem, vt ad tuum vocabulum posteritas delectetur. Et ad Euandrum 2.repræhendit non inscribentem:dicens,quod id fecerat, vt fugeret periculum disputandi.cui conuenit,quod ipse scribit ad Demosthe.C. & contra Ruffinum.Item,nomen

10 †non scribere,est scripta celare.quod Hierony.reprahendit,dicens contra Ruffinum, s. dic, oro. celandas scripsisti schedulas,an prodendas,si vt celares,cui scripsisti,si vt proderes,cur celabas? Item Plinius Secundus,libro primo,epist.tertia, Caninio Ruffo sic scribit finge aliquid,& excute,quod sit perpetuo tuum. nam cum reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur:hoc nunquam tuum esse desinet, si semel cœperit. & ad eundem, libro tertio, episto.7. cum nobis denegetur diu viuere,relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur.talia enim, secundum philosophum,10.Ethi.faciunt hominem immortalem.Quare,vt dicit Macrobius super somnio Scipionis, libro

11 secundo,capit.4. † negari non potest, quod sensus vel visus affirmat.sed experimur nos turbari, cum librorum quos discimus,ignoramus authorem. & sæpe q̃ non inuenimus in principio,quęrimus in fine.& si nec ibi,quia cupiditas hominum est auida,occulta cognoscere,vt dicit Hieronym.in vita Paul.inquirimus præmia,si de authore certificari possimus.inhonneste ergo facit author,incertitudinem hanc relinquens,cum Sapien. 7. dicatur,quod spiritus sapientiæ, debet esse Dei sermo,i.certus,suauis &c.& subditur stabilis,certus,& securus.satis ergo potest inferri, quod illa certitudo duplicata habet respicere styli certitudinem, etiam authoris. vnde ecclesiasti. 12. Labia mea signaculum certum.& 19 commendat eum,qui emittit verbum certum,enarrans veritatem. vnde matrimonium

12 Iacob.in principio Deus †præcepit de 12.virgis,quod nomen cuiusque tribus in sua virga scriberetur,vt haberetur notitia virgarum.sic ad eundem finem, virgis vel operibus magistrorum ipsorum nomina debent inscribi,cum virgis merito comparentur:quia ad similitudinem virgarum,quæ semper virent & florent,redificant intellectus,& eos viuere faciunt & florere. vl tra id virgis,ad disciplinam,vti solent.23.quæstio.5.capitulo primo,ad finem. Item. cum author sit principium essendi sui libri,& sit vna de quatuor causis, scilicet efficiens,quæ notatur in libris,ideo absurdum est illam fore incertam.Item,cum libellus,qui reum tantum respicit,habere debeat authorem inscriptū,nonne absurdum est dicere,quod libellus qui respicit vniuersum,non indigeat inscriptione sui authoris?patet primum,secundo quæstion.octaua,ca.per scripta.§.libellorum.de libel obla.cap.primo.& ibi nota.multos etiam casus, quibus reprobatur incertitudo, collige ex notis supra eo.lib.de electio n.c.a.cum suis remissionibus.

SOLVTIO. Ad solutionem quæstionis veniens, dicam cum Hieron.ad Dama.4 capitulo, quòd decet pro ipsius veritate habenda,laborare paulisper. Igitur sex præmittam.Primum,quòd quæstio non proponitur de principibus vel prælatis, qui leges possunt

13 subditis imperare,sed de magistris†,quorum scripta non arctant,nisi quantum de ratione deriuant, vt dictum est.Secundum est,quod quæstio non intendit in dubium deducere,an nomen authoris sit scribendum, tanquam per se requisitum ad conscientiam. certum enim est,quod illud non inducit propriam vtilita-

14 tem † essentialem & intrinsecam cognitionem scientiæ,cum sit causa extrinseca.quod etiam ostendit Sene.epistol.66.circa medium.vnde ab ignorato opifice,scientia tradi potest de omnibus integralibus & subiectiuis partibus suis.vnde Iosephus in principio suæ canonicæ dicit,quod quandoque. 5.sexta.7.editio.quarum ignorantur authores, authoritatem sine nominibus meruerunt. Senec.episto.20.facile do-

15 cet,philosophiam non† docere,sed dicere.& epist.16. philosophia in rebus,& non in verbis.concor.supra. eodem libro, de elect.commissa.paragrapho, porro.

16 cum concor.Tertium est,quod dato, quod † in casu, de quo quæritur,in inscribendo, vel non, culpa fore dicatur.non tamen est talis,quæ iudicialis fori pœnam requirat.per quod fateri oportet, illius, de quo quæritur,conscientiam ponderandam. ¶ Quartum, cum

cùm Hier.in textuali prologo, in epist.ad Hebræos, di
cit Paulum in ipsa epistola suum nomen & officium
non inscripsisse, propter sui humilitatem, & illorum,
quibus scribebat, superbiam: dicens beatum Ioan-
nem ex causis eisdem in sua prima epistola nomen
subticuisse. ¶ Quintum est, quod Valerius lib.8 c.pen.
17 de cupiditate gloriæ in princip. diffinire † voluit, an
gloriæ cupiditas sit vitiosa vel virtuosa, & an sit non
necessaria, & negligi debeat à virtute. Augu.tamen 5.
de ciuitate Dei dicit, quòd sanius videt, qui amorem
laudis vitium esse cognoscit. Curiosus de hoc videat
per Thom.secunda secundæ, quæstione 32. maximè j.
3.& 4.articulo. ¶ Sextum, quod huius quæstionis ve-
ritas distinctionem requirit, & illam multiplices di-
uisiones oporteret habere. æstimas igitur ex illis con-
fusionem vel obscuritatē obuenire posse. ad quod Se-
ne.epist.88 idem vitium habet iniuria, quod nulla di-
uisio similis confusio est, quicquid vsque in puluerem
factum est. & præmittit, philosophiam in partes, non
in frustra diuidam. diuidi enim illam, non concidi, v-
tile est. Vtar igitur alio modo soluendi, qui erit cla-
rior. & in similibus trahi poterit in exemplum. sicut e-
uenit de modo, quem ad decurtādas distinctiones in-
ueni, in quæstio. episcopi excommunicantis appellan-
tem. quam posui super regula, cùm sunt partium. supra
eo.lib. cui nunc addo modum ad deuitandas easdem.
¶ Primo igitur ponam de non inscribente casus, qui-
bus non spectat, & alios quibus spectat. Secundò, de
18 inscribente, faciam illud idem. Primus † casus est, quan
do propter puram humilitatem non inscribit. ¶ Ad
hoc sufficiat, quod supra proxim. dixi post Hiero. ver.
tertium ad humilitatis commendationem. vide quòd
not. in cle. de relig. do. cùm de quibusdam. in vlt. gloss.
¶ Secundus, quando non ponderat nec aduertit sic in
scribendum vel non. forte sic fuit in his doctoribus,
de quibus infra proximo membro dicetur. siue enim
19 dicamus peccatum † idem, quod est factum, dictum,
vel concupitum contra Dei legem: vt not. secundum
Aug. de pœ. dist.3. ille text. ad si siue secundum Ambr.
dicatur peccatum, quod aliter fit, quàm probatum est,
j. approbatum in conscientia non erronea. 28. quæst. j.
c. omnes. §. ex his. siue dicatur voluntas retinendi vel
consequendi, quod iustitia vetat. & habetur 15. quæst.
j. §. j. in fin. non erit eo casu dare peccatum, vbi nō præ
cessit iniquitas, quæ est habitus mentis iniustæ. vt in
præ. c. ille tex. procedit hoc maximè isto casu, quo con
scientiam ponderamus, vt supra dixi ver. secundum.
20 ¶ Tertius, quādo non inscribit: quia actus † vel sty-
lus suus ita est notus, quòd sine inscriptione constat
de authore: cuius notitiam alij inscribendo deducent
ad posteros. hoc videri posset in Gratiano, qui non in
scripsit compilationem decreti, Innocen. Ioan. & B &
Accur. qui se suis apparatibus non inscripserunt. ta-
men in legendo fuit id notum contemporaneis. & per
illos deuenit ad nos. xj. disti. ecclesiasticarum de cele.
mis. cùm Marthæ. ver. credimus. licet in additione de-
cret. quod sicut. de elect. hæc lex de se fecerit mentio-
nem, secundum quædam exemplaria. & Accurs. de [illegible]
in l. facta. §. si verò. ff. ad Trebell. ad idem potest indu-
ci, quod ex 15. qui scripserunt in compi. Gregorianam,
solus quartus se inscripsit: vt scripsi super eius proœ-
mio, in prima gloss. & quod de Galieno dixi in primis
allegationibus. vers.2. in fin. nec tamen absurde dice-
retur, prædictos, licet in nigro se non inscripserunt, ru
bricas vel titulos proposuisse, vel poni consensisse, vt
ipsos authores fuisse constaret. vnde princeps nō vult
talium nomina subijceri. C. de vete. iu. enucl. in l. tan-
ta. §. tanta. faciunt proœmia istius compilationis Gre
gorianæ. Valerius etiam ponit lib.8. capitu. de studio.
ante finem. quòd filius Sophoclis in illius tumulo
sculpi fecit, quòd scripserat Oedipodem, ne posteris
esset ignotum. fabula erat, ex qua, dicit Valerius, quòd
omnium illius studij poetarum præripere potuit glo-
riam, & illam conscripserat paulò ante mortem, fere
centenarius.
21 ¶ Quartus, quando nō inscribit: ne det æmulis † ma
teriam detrahendi, quam perceperit forté paratam. &
sic sit satis factum ei, quod allegabatur primò. ver. ter-
tio. quàm autem prompta sit repræhendendi libido,
vide in Hier ad Celantian. ca. facit ad hoc membrum,
ibi litera & vide etiam in chronica. 5. vbi dicit, repræ-
hensionem vitare non posse, nisi eum, qui omnino nil
scribit.
¶ Quintus, quando ex certa causa credit inscripti-
onem operi vel sibi non expedire. cuiusque dicti de-
mus exempla.
¶ Primum exemplum de primo, quia videt se exo-
sum illis, quibus scribitur, vel quibus participandum
est scriptum. ita quòd illud lacerarent, vel igni submit
terent, vel possibilem darent operam, vt operis copia
vel notitia periret. vt enim dicit Hiero. super Psal. 84.
iustum est, vt figulus misereatur operibus suis. con-
cor quadragesimalis. sermo 5.
22 ¶ Secundum, cùm propter † aliquam suam notam,
puta apostasiam vel simile. percipit ex inscriptione
fidem vtilis operis minui, & sic nomen iuste reticeri.
19. disti. secundum. vnde iamdudum legisse me memi-
ni in libro, qui Marīale vocatur, in fi. secundi prologi,
quòd author nomen subticere se dixit, ne vilesceret
opus cognito translatore. & tunc à quodam ordinis
prædicatorum audiui, quòd ille fuerat ipsorum apo-
stata. dato tamen, quòd exprimat vel sciatur, non re-
cipiuntur eius dicta, vt authorizabilia ex scribente. &
sic loquitur 16. distinct. c. j. sed recipiuntur rationabi-
lia, vt scripsi de heretic. fraternitatis super j. gloss. facit
9. di. ego solis. & 20. di. c. j. & j q. j. nonne. cum concor.
& quod dixi in fi allegationum primæ partis. est tamē
23 † excusabilis tacens, vt dixi. exemplum primum de se-
cundo, quia videt id statui suo non cōuenire, puta quia
religiosus est, qui scripsit aliqua vtilia in iureciuili, vel
in materia sibi incongrua, vel poeticas fabulas. huius
ratio, quia licet peccauerit cōponendo, facit quod ha-
betur in legenda Ioannis, non tamen illud occultum
peccatum prodere tenetur. de consec. dist. 2. non pro-
hibet. 2. q. j. si peccauerit.
Secundum, quia sibi & suis prodendo, nō inscribit
operi, quod fecit pro iustitia, de republica, contra ty-
rannos: cum tamen tyranno subsit. suadet Hieronym.
24 super Iere. libro 5. ne frustra † nos periculis offeramus.
facit 23. quæstion 5. si non licet. 7. q. j. c. aduersitas. §. hoc
etiam tūc. vnde & stultum dicit, aduersus omnia scri-
bere, sed id non huius est temporis. ¶ Tertiò, quando
volens speculatiuus esse. & non actiuus: habens vnde
sibi in tēporalibus sufficit: subticet nomen, ne inquie-
tetur, vel à speculatis retrahatur per gloriam, vel famā
prouenturam ex inscriptione. vide Ioannem ad hone-
25 stum de duabus quæstionib. cap. vbi dicit, non † fieri
quod occupato fit animo. & ad abig. cap. 2. dicit, quos-
dam philosophos, vt totam cogitationem ad mentis
cogerent puritatem, sibi oculos eruisse. Sene. epistol. 3.
resistendum est occupationibus, nec explicandæ, sed
submouendæ sunt. tempus quidem nullum satis est
idoneum studio salutari. ad idē. epist. sequens in prin.
& episto. 52. vltra medium. bene facit quod dicit Ioan.
Damas ad Nepotianum. b. & super Ezechielem. libr. se
ptimo dicit, propter occupationes aut nobis clauden-
dum est ostium, aut scripturarum, per quas aperiendæ
sunt fores, studia relinquenda. & per ista habeo propo
26 situm. Casus autem, quibus † non inscribendo pecca-
uit. sunt hi.
27 ¶ Primus, quando contra conscientiam †, & cre-
dens male agere non inscribit. iste enim gladio con-
scientiæ pūctus est. Prouer. 12. & à conscientia infirma
polluitur. 1. Cor. 8. scienti enim bonum, & nō facienti,

peccatum est illi. Iaco. 4. in fi. iura sunt nota, quòd qui
facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 28.
quæst. j. § omnes. §. ex his. de restitu. spolia. literas. ver.
sanè. de Simonia. per tuas. 2. ¶ Secundus, quando stu-
diose & sine causa relinquere vult lectorem incertũ,
iste certe facit contra charitatẽ, & quod sibi fieri nol-
let: contra id Tobiæ 4 & Matthæi 7. & habetur in prin
cip. decre. & supra. de ma. & ob. dilecti.

¶ Tertius, quando operi improbo vel detractiuo
saltem in parte non inscribit: vt alter, quem odit, scri-
psisse putetur. Est ergo recte contra præceptum de pro
ximo diligendo, quod habetur Matthæi. 22. in fine. &
Luc. 7. & ad Galat. 5. & habetur de sacra Vnct. ca. vno.
ver. in scapulis. vnde ad Ro. 13. dicitur, qui diligit pro-
ximum, legem impleuit. & sic illum odiens, legem
violat.

¶ Quartus, quando id agit, ne sibi incumbat decla-
randi, corrigendi, vel defendendi onus: huic cõuenit,
quod in allegationibus secundæ partis dixi post Ioan.
versicul. tertio. & vt dicit Valerius lib. 3. capit. de con-
28 stan. in princip. Virtus † constantiæ hic requirit, vt à
nobis gesta, si obtrectentur, acriter tueamur, vel in-
choata, si nondum perfecta impediantur, sine vlla cun
ctatione ad effectum perducamus. vnde Hieronym. se
offerebat defensurum, quæ super Ionã scripserat. Ad
August. 4. distinctio.

¶ Quintus, quando id agit, vt contrarium dicere
vel agere possit, ne obstent sibi propria scripta: de pri
mo Prouerb. 8. os bilingue detestor. concord. j. ad Ti-
moth. 3. supra vt eccle. bene. capit. vno. versi. omnibus
& Hieronym ad Pamma. & Mar. 2. distin. dicens, quòd
29 scribens illa † vituperare non potest, quæ in suis opu-
sculis laudauit. & ad Pamma. cap. quis tam hebes, etiã
in scribendo rudis, vt idem damnet & laudet? & cæte-
ra ibi vide.

¶ De secundo Ioan. ad Oceanum j. capit. perdit au-
thoritatem docendi, cuius opere sermo destruitur. &
inducit illud Tullij, caput artis est, docere quid faci-
as. & ad Nepotianum. capit. accusare auaritiam etiam
30 latro potest. & vide super Titum. c. Nunc de † inscri-
bente pariter videamus, qui non peccat, quando id a-
git, vt alios ad similes labores illiciat. Exprimitur,
quod sæpe inuidia, testante Seneca, epistola 5. quòd phi
losophiæ nomen etiam si modeste feratur, inuidiosum
est: vel bona æmulatio aliquos inducit ad scribendũ,
alias non scripturos. talem autem æmulationem lau-
dat Hieron. super Galatas, li. 12. d. & facit ad Lætam. b.
sicut autem flagitiosa sunt exempla malorum actuum,
xj. quæst. 3. præcipuè, ita meritoria sunt exempla bono
rum. ad Titum secundo, teipsum præbe exemplum bo
norum operum in doctrina, & cætera. facit 20. disti. de
quibus 63. distinct. Valentinianus.

31 ¶ Secundò, quando † inscribit, dubitans, ne opus al
teri inscribatur, & per hoc scribant. probant, quæ dixi
allegando supra parte 2. in principio. vnde ponit Va-
lerius cap. penult. quo supra, de Aristotele, quòd cùm
libros Rhetoricorum, quos composuerat, donasset pu
blicandos, vt proprios, Theodecti discipulo suo, mo-
leste gerens, & postea sic illorum titulum alteri cessis-
se. in alio libro cuidam materiæ insistens, dixit se de il
la plenè in Theodectis libris tractasse. si vir tam latæ &
patentis scientiæ pati non potuit, alteri, cui etiam con
senserat, suos labores asscribi, reprehendi non debet,
qui à principio huic errori prouidit.

¶ Tertiò, quando per inscriptionem certificari vult
32 † illam fidem operis, quę prouenit ex authore. constat,
quòd in varietate doctorum augetur vel minuitur fi-
des scriptorum. vnde ponit Valerius lib 8. capit vltim.
de Pythagora, quòd ipsius dicta in disputationem de-
ducere, auditores ipsius æstimabant absurdum. & in-
terpellati de causa, hoc solum respondebant, id eum
dixisse. econtra, de Paulino dicit Hieronymus, quòd
eius conscriptiones scriptore & charta non indigent.
quia fructum sine radice oriri fierique tentauit. vide in
Io. de 12 lectoribus, cap & de materia per totum. Bo-
ne igitur agit, qui lectorem de authore, hoc respectu
certificat, vt sic lector dicere possit, ex nomine te no-
ui, Exod. 33. est enim primum incitamentum discendi,
nobilitas magistri, vt dicit Hieron. ad Paulam & Eu-
sto. d. & vide super Zachariam. & ibi dictorum fidem
ad eos, quibus dicta, referamus.

33 ¶ Quartò, non † indifferens ad inscribendum. vel nõ,
illud sic occurrit eligere. Huic sufficiat, quod dixi in
prima parte non inscribentis. ver. seruus.

¶ Quintò. quãdo, licet per id cupidus fuerit pompæ
vel famæ, tamen habuit iustum motiuum, non putans,
vt sibi & suis, de scientia, in qua diu studuit, prouide-
re posset, ad quod summè suffragetur fama scientiæ.

34 ¶ Circa primum Valerius lib 8. de † cupiditate glo-
riæ: Nulla tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non
tangatur. & multa ibi ponit virorum clarorum exem-
pla. Et Chrysostomus dicit super Matt. 6. quòd inanis
gloria occulte ingreditur. & Hieronymus ad Calui-
nam. ca. dicit, quòd difficile est gloriam virtute supe-
rare. quod in vita Hilarionis. cap. potissimè. Hierony.
in eo stupet, quòd calcare potuit gloriam & honorem.
& adde, quòd de hoc pulchre dicit ad Eustochium B.
& Plinius libr. 4. epist. 12. dicit, quòd laus etiam à mi-
noribus profecta, delectat. si ergo tali cupiditati diffi-
cilè resisti potest, nec ille talem gloriam intendit timo
ri diuino præponere: cùm etiam hoc nõ repugnet cha
35 ritati, quò ad proximum, nec quò ad rem, vel † subie-
ctum. dicam, quòd ex quo iustum motiuum fuit admi-
stum, scilicet vt sui labores honestum fructum perci-
perent: & suis necessitatibus prouideret, non pecca-
36 uit. bene facit 14. quæst. 4. quicunque. & iura † appetãt
literatos honorari, & ditari. de præben. de multa. in fi.
& in dubio pro eis præsumunt. de procur. in nostra. de
præsump. c. penul.

¶ Sexto, quando propter obedientiam superioris id
iubentis inscribit, ad hoc sufficiat. 10.) quæst. 3. quid
ergo. 13 quæst. j. quid culpatur. in fi. & quod vtrobique
not. & supra de tempor. ordi. ad aures. in fin. secundæ
gl. facit 8. quæst. j. sciendum. de ma. & obed. illud.

¶ Septimò, quando benefactorem suum vel magi-
strum vel reuerentialem dominum huius rei dignum
vult honorare, sibi opus destinando: quia tũc eum ad
quem oportet, inscribit.

¶ Ad primum, facit prologus nouellæ, & ad He-
37 bræos 13. beneficentiæ nolite † obliuisci. & repræhen-
duntur obliti beneficiorum suorum. Psal. 77. Senec. 2.
de beneficiis, dicit, quòd quidam furtiuè beneficiorũ
gratias agunt in angulo, & ad aurem venata quidam
palam fera. vt sua potius virtute, quàm alieno adiuto-
rio consequuti dicantur. ingratum igitur illum vocat,
qui remotis arbitris gratias agit.

¶ De secundo, ad Hebr. 12. habuimus eruditores, &
reuerebamur eos.

¶ De tertio, quòd reuerentiales venerandi sunt, &
honorandi, ponit pulchè Valerius lib. 8. ca. vlt. vbi in-
ter cætera ponit duces suorum hostium & prædonum
38 adeo veneratos, † quòd neglectæ dignitatis damnati
sint, eòque, qui principes venerari nescirent, in quod-
libet facinus procursuros crediderint. ad id idem Va-
lerius lib. 8. c. de testibus. vltimo exemplo.

39 ¶ Peccat autem, † quando inscribit ad puram vanam
gloriam, sine vllius boni mistura. & sic procedant, quę
allegata sunt super primo. Vnde Augusti. ad Honora-
tum de vtilitate credendi, circa princ. libri, de tali va-
na gloria se excusans, dicit, Bene mihi conscius sum,
quòd adhuc stylum pio & officioso animo, non vani
nominis appetitione aut nugatoriæ ostentationis ac-
cessi. quare autem de mistura diximus. supra proxi.
ver. 5. require. sufficiat ergo sibi, quòd virtuosum ipsius
actum

actum sequetur gloria, velit nolit. vnde Hieronymus de sancta Paula, in ipsius epitaphio. B. dicit, quòd glo-
40 ria †virtutes sequitur, quasi vmbra: & appetitores sui deserit: appetit contemptores. & Valerius lib. 8. ca. 10. quia virtutem necessariò sequitur gloria. & Valerius lib. 2. ca. 1. dicit, quòd virtutis vberrimum alimentum est honor.

¶ Secundò, quando solus rancor, ad æmulos, quos videt ex ipsius dolere honore, & ad detrahendum paratos, facit eum inscribere.

¶ Huic membro sufficiat, quod dixi in secūda parte non inscribentis membro 2. & 3. tamen & hoc ad-
41 dendum est, quòd rancorem †dimittere videtur cuiq; fideli de necessitate salutis. de hoc not. quæst. 4. si is, qui. & supra eod. lib. de homicid. cap. 1. in 4. glos. super qua plenius dixi.

42 ¶ Tertiò, quando sola ambitio †dignitatis ecclesiasticæ maximè mouet ad id, vt per quamplures factum constet, qui pontificibus & principibus ad eum finem, illis, & sibi inscripta destinarunt opuscula: fateri oportet, ex quo, talis ambitio cadit in culpam, omnis actus, qui ordinatur ob illam, etiā prohibitus est. facit quod not. in cle. de hæretic. ad nostrum. ver. 1. in j. glos. vnde Senec. lib. j. natura. quæstionum, post princ. dicit, quòd ad dignitates, non nisi per indigna ducit ambitio.

43 ¶ De primo †j. ad Corinth, 13. b. Charitas non est ambitiosa, & Petrus rationem exponens dicit, quòd ambitio est summa. charitas enim patiens est pro æternis. ambitio patitur omnia pro caducis. charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus. charitas omnia suffert pro veritate: ambitio pro vanitate, per hoc Plinius Secundus ad Vespasianum, commendando Catonem, dicit, quòd erat ambitionis hostis. & Valerius libro 2. cap. vltim. de Catone, dicit, quòd eius domus erat ambitioni clausa. & vide clemen. de regu. vt professores. & quod ibi not. super versic. ambitio. & quod dixi supra de præben. quia intantum. Non tamen putet aliquis, quòd ambitionem imponā in singulos sic scri-
44 bentes. Non enim †officium, debet censeri ambitio: vt dicit Hierony. ad Salui. in princi. sed si qui ex prædictorū numero secus sentiunt, suæ saluti prouideant, quod faciliter possunt. supra de simon. capit. vltim. & est huic fini simile supra eod. lib. de elect. fundamenta vers. proinde &c.

FINIS.

AVGVSTINI BEROII IVRISCONSVLTI BONONIENSIS FAmiliares quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Maioris Pœnitentiarij officium, & iurisdictio post mortem papæ durat, & ab eo sede vacante, exerceri potest.*

2 *Dispensatio facta à maiore Pœnitentiario de mandato Cardinalium, apostolica sede vacante, forte non valeret.*

3 *Authoritas sedis apostolicæ etiam post mortem papæ durat.*

4 *Speciale, & expressum, seu specialiter, & expresse idem important.*

5 *Expressum quod dupliciter dicitur.*

Quæstio I.

CVM IN quæstionem cecidisset, Vtrum maior Pœnitentiarius, apostolica sede per obitum papæ vacante, ita iurisdictioné suam retineat vt dispensare potuerit etiā cum illa clausula auctoritate Sedis apostolicæ, & de eius speciali, & expresso mandato tam super gradibus soli papæ reseruatis, quàm super aliis. Putaui quæstionis huius solutionem dependere ab iis, quæ habentur in clem. ne romani § eo tamen de electio. & ibi scriben. post gl. in ver. maiorem,
1 vbi †maioris pœnitentiarij officium morte papæ non expirat sed mortuo quoque papa eius iurisdictio durat, ipséque illam exercere valet, præterquam tempore inclusionis pro electione futuri pontificis, si is conclaue ingressus fuerit. Nam secundum aliquos ille iurisdictionem habet ordinariam, vel saltem delegatam ad causarum vniuersitatem, quæ instar ordinariæ est ad not. per Alex. in l. more, col. vj. ff. de iurisdi. omn. iudic. Habet etiam hoc præcipuum, quòd morte papæ sua iurisdictio non suspenditur, ideóque potest dispensare in casibus pœnitentialibus etiam arduis, & soli papæ reseruatis ex facultate generali, & speciali sibi à principio concessa, vt volunt Card. in iiij. q. ibique omnes in d. cle. ne romani: & consequentur dispensare potest in gradibus etiam à iure prohibitis, super quibus solus papa de iure communi dispensat, ad ea, quæ not. in c. literas. de restit. spolia. & in c. non debet de consan. & affin. cum aliis. Ex quibus videtur concludendum, quod maior Pœnitentiarius, vacante sede per obitum papæ, eo tempore, quo in conclaui clausus non erat, absque permissu, & licentia Cardinalium potuerit in
2 casu. q. propositæ solus dispensare, †immò si mandato cardin. id fecisset, dispensatio forte non tenuisset, cum simus in iis, in quibus vtile per inutile vitiatur. c. cum super abbatia extra de offic. delega. & argu. l. multum intereest. C. si quis alte. vel sibi. Nam mortuo papa, & sede vacante cœtus cardinalium in iurisdictione papæ, & sedis apostolicæ non succedit d. clem. ne romani. & habetur in cap. vbi periculum de electio. in vj. Quo fit, vt illa verba in literis dispensatiuis apposita rectè expressa fuerint, videlicet authoritate sedis apostolicæ, cuius pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali, & expresso mandato super hoc per eandem sedem nobis facto. & c. quia verum etiam est, tunc maiorem pœnitentiarium authoritatem à sede apostoli-
3 ca habuisse, †cum post mortem quoque papæ, authoritas sedis apostolicæ extare, & non mori, sed durare dicatur. c. si gratiose de rescrip. in vj. & maximè in maiore pœnitentiario, ac nonnullis aliis, de quibus habetur in d. clem. ne romani. Nec obstant illa verba speciali, & expresso, &c. quoniam vel superfluè posita sunt,
4 vel pro eodem. nam †speciale, seu specialiter idem est, quod expressum, seu expresse. ca. ij. & ibi Archid. de rebus ecclesiæ non alien in vj. negotium. C. de neg. gest. l. procurator tutorum. ff. de procur. & Aret. in cap. j. de rescrip. At maior pœnitentiarius expressum mandatū ad hoc videlicet ad dispensandum in gradu tertio, & quarto, habuisse dicitur à principio officij sui, quando illi facultas dispensandi generaliter in gradibus & in aliis casibus papæ reseruatis concessa fuit, quia de iure potestatem hanc habere censetur, vt supra dixi, ergo speciale, & expressum mandatum dicitur habuisse,

quamuis sub verbis generalibus,& indefinitis, veluti de procuratore dicitur in d.l.negotium,& in d.l.procurator totorum. Præterea † expressum quid dicitur
3 dupliciter tam verbis specialibus, quàm verbis generalibus,vt dicunt Bar.& omnes de vulgari, & pupillari comprehensa in breuiloqua,& compendiosa substitutione in l.j.& ij.in l.nam hoc iure, & in l.centurio. ff.de vulga & pup.& in l.precibus C.de impub.& ali. subst. ergo quando maior Pœnitentiarius indefinitè, & generaliter fuit deputatus cum facultate dispensandi etiam in gradibus soli apostolicæ sedi permissis,vt supra,verum erit dicere,quod ipsi specialiter, & expresse fuerit concessum ius dispensandi in tertio,& quarto gradu,prout papæ de iure permissum est cap. literas cum gloss.& ibi abb.de resti.spol. Et ne actus corruat,verba etiam largè, & impropriè sunt,intelligenda iuribus satis vulgar. Et ita iuris esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatur infidelis etiam simulatam baptizandi intentionem habens,si baptizantis intentio adsit, & ad permanendum in fide Christi compelli potest.*

2 *Neque à fide recedendo Christianus esse desinit.*

3 *Et matrimonium ab eo cum Christiana cõtractum valet,neque separatur, si is ad infidelium partes aufugerit.*

4 *Vnde Christiana mulier cum alio matrimonium rectè non contrahit, nisi viri baptizati morte sequuta.*

5 *Matrimonium impedit copula carnalis cum consanguineo viri in secundo, vel tertio gradu, ante quam matrimonium contraheretur.*

Quæstio 2.

EX facto quærebatur,Sarracenum quendam simulato animo,vt Christianam iuuenem deciperet, illíque fictè se matrimonio iungeret,baptismum recepisse ac matrimonio cum Christiana contracto, non multo tempore post ad infidelium regiones transmigrasse animo secundum ea,quæ proponerentur, nõ reuertendi. An sarracenus ita baptizatus dici deberet, vt in fide Christi permanere cogi possit, & matrimonium adeo valeret, vt nisi viri sic baptizati morte sequuta,mulier Christiana alteri se matrimonio copulare nequiret. Illud vtique verius esse ratus sum,quod
1 †& si Sarracenus non veram, sed simulatam, vt supra baptismi recipiendi intentionem habens baptizatus fuerit, Tamen,cum baptismi sacramentum ab habente potestatem,& intentionem baptizandi formiter receperit, ille quò ad ecclesiam Christianus censeri debet,& vt fidem Christi seruet,compelli potest.c.sicut ficti.j.q.j.c.quamuis.de consecrat.distin.iiij.vbi gloss. inquit, baptismi sacramentum recipi, qualemcunque intentionem baptizatus habeat, si baptizans animum
2 baptizandi habuerit, †neque Christianus esse desinit, si ad infidelitatem,& ad illius ritus reuersus est, sicut coniugij sacramentum esse nõ desinit, quamuis coniuges à seipsis inuicem discedant. Nam etiam Christus buccellam Iudæ malè recipienti dando sacramentum contulit.c.quod quidam.j.q.j.& ibi in §.sed ne Augustinum.& in §.ipsa enim salus. Et quamuis Innoc.in c. j.circa fi.de baptis.quem refert, & sequi videtur Abb. in c.fi.eo.tit.dicat,quòd si baptizatus non intendit baptizari,etiam si baptismum petierit,tamen baptizatus dici non debeat,cum non solum baptizantis intentio, sed baptizati quoque fides,& intentio requiratur: tamen hoc intelligitur,vt ex verbis Innocen.colligitur, quò ad Deum, & forum conscientiæ, sed non quò ad ecclesiam,eiusque forum, quia ecclesia de manifestis, haud de occultis iudicat cap.tua nos.& ibi canonistę extra de sponsalib. Hinc ait Innoc.in d.c.j. quòd propter ignorãtiam intentionis baptizati ecclesia potest illum tanquam Christianum cogere, vt fidem Christi
3 seruet. Ex quibus sequitur, †quòd si in facie ecclesiæ sic baptizatus matrimonium cum dicta Christiana cõtraxerit,illi stare tenebitur,& ad infidelitatem reuertendo,seu Christianam fidem deserendo, illud tamen quo ad forum ecclesiæ seruare debebit. ca.quanto. de diuor.gloss.in c.non solum. & in cap. Iudæi.28.quæst. prima.& maximè si non constet. Sarracenum, qui sic baptizatus matrimonium contraxit, recessisse animo deuiandi à fide Christi,sed ab vxore sua clam discesserit, & ad infidelium partes aufugerit, neque mulier vnquam scire potuerit, vbi sit ille suus maritus Sarra-
4 cenus,& an viuat,nec ne. Quo fit, †vt mulier,quæ cum illo matrimonium contraxit,donec de eius morte non fuerit certiorata, quò ad forum ecclesiæ non potuerit cum alio viro matrimonium contrahere,stante impedimento primi matrimonij.c.in præsentia de sponsal. tum quia sarracenus ab ecclesia in dubio iudicatur rectè,& ritè baptizatus:vt supra tum quia clarè non constat Sarracenum recessisse, vt à fide Christi deuiaret; Ergo in foro Ecclesiæ matrimonium valuit, quamuis habuerit intentionem non recipiendi sacramentum argum.d.c.tua nos. Nec aduersantur illa quæ habentur in ca.j.& ferè per totum 28.q.j.quia loquuntur de matrimonio inter infideles contracto,quod diuiditur si alter ad fidem Christi fuerit conuersus vt declarat tex in cap.quanto de diuor.& latè disputat Gratianus post diuum Augustinum concordando authoritatem
5 apostoli cum dicto Christi in c.sic enim.29.q.j. †Ex alio quoque prædicta mulier cum secũdo viro, de quo agitur.matrimonium contrahere nõ potuit,quia præsupponitur, mulierem ante cõtractum matrimonium cum secundo,rem carnalem habuisse cum consanguineo secundi viri in secundo seu tertio gradu, & ideo non potuit cum secundo matrimonium contrahere, propter impedimentum affinitatis iam inter se inuicem ratione copulæ carnalis cum illius consanguineo in secundo,vel tertio gradu contractæ.c.si homo.c.de incestis cum glo.c.nec causa cum aliis.35.quæstio. 3.& clem.j.de consang.& affin. Ratio huius conclusionis ista potuit assignari quia quoto gradu consanguinitatis vxor à consanguineo distat, toto maritus ab eodem vt alibi voluit Io.And. Et hæc vera esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quod vi, aut clàm cui, aduersus quem, & ad quid detur.*

2 *Ius sibi propria authoritate dicere nemini licitum est:nisi ex iustissima causa.*

3 *Interdicti quod vi,aut clàm,& de noui op.nunc.differentia.*

4 *Domini exceptio,& cognitio à spoliato agente permissa restitutionem ante omnia fiendam impedit.*

5 *Interdictum quod vi, aut clàm competit etiam contra eum, qui ius faciendi opus habeat, & ius proprietatis in eo deductum, & cognitum illud non impedit, secus est in interdicto vnde vi.*

6 *Notorium & manifestum ius rei obstat edicto nunciationis noui operis, & interdicto quod vi, aut clàm, Secus si non esset notorium.*

7 *Notorius defectus iuris, & proprietatis quando agentem possessorio aliquo excludat.*

Quæstio 3.

CVM princeps, siue respub.locum quendã, quem curtem appellabant. Titio concessisset, vt illum pariete claudere, eoque ad ipsius commodum perfrui

perfrui posset, citra tamen præiudicium tum publicę,
tum priuatæ rei cuiuspiam, constructo pariete, multisf
que postea annis elapsis, Caius vicinas habens ędes, &
ius in dicta curte se habere prætendens, noctu, & clan
destinè, absente, ac ignorante Titio, propriæ domus
parietem perforauit, in quem eo hostium fecit, vt adi-
tum ad dictam curtem haberet: egit Titius contra Ca
ium interdicto quod vi, aut clam. vt hostium claude-
ret, Cui iura magis faueant. quæsitum est: Et illud mi-
hi magis visum fuit, Caium condemnandum esse ad
dictum hostium claudendum, & parietem in pristinū
1 statum suis sumptibus reponendum, quia †interdictū
quod vi, aut clam datur possidenti aduersus eum, qui
vi, aut clam opus aliquod fecit, siue destruxit (secundū
quod clam capitur in l.iij. in fin. cum sequen. ff. quod
vi, aut clam) vt opus factum, aut destructum restituat,
siue in statutum pristinum suis sumptibus reponat, e-
tiam si impersonaliter petitum sit, vt opus factum re-
stituatur ad not. per Alexan. & alios in l.j. §.j. per illum
text. ff. de noui op. nunc. cum iis, quæ tradit Bartol. in
l. comperi in fin. ff. quod vi, aut clam. Et datur contra
illum, qui clam fecit, siue ei de iure permissum fuisset,
siue non. l.j. §.j. cum sequen. ff. quod vi, aut clam. Nam
2 †à iure prohibitum est vnicuique ius sibi propria au-
thoritate dicere contra possidentem, aut tenētem, vel
habentem ius possidendi. l. is, qui in puteum. §. fi. & ibi
Bart. ff. quod vi, aut clam. l. non est singulis. ff. de regu.
iuris. & legitur in l. extat. ff. quòd met. cau. Ideoque is,
qui opus aliquod clandestinè facit in solo ab alio pos
sesso, tenetur illud restituere, nisi ex magna, & iusta
causa hoc fecisset, vt si iudicis copiam habere non po
tuisset, vel vt damnum aliquod maximum, & irrepara
bile vitaret. l. si alius. §. bellissime cum sequen. & ibi
Bart. ff. quod vi, aut clam. l. vnica. §. sunt autem in versi.
plerunque. ff. nequid in flum. pub. Sed hic iudicis co-
pia haberi potuit, neque alia iusta causa adfuit, Ergo
&c. Et Alexan. in l. prima. §. j. ff. de nou. op. nunc. inquit.
3 †interdictum quod vi, aut clam inter alia hoc differre
ab edicto de noui ope. nunc. quia illud datur domino,
vel habenti ius efficax prohibendi, vel saltem possidē
ti, licet, veritate inspecta, ius prohibendi efficax non
habeat, secus est in noui operis nunciatione. Cum ita-
que Titius dictā curtem possideret tempore facti ho-
stij, vt est probatum, illi interdictum istud quod vi, aut
clam competit. & Caius rem in statum pristinum re-
stituere debet. Quod verum est, etiam si eum, cui ex
interdicto quod vi, aut clam fuit nunciatum, ius in re
habere constaret, sed possessio non penes illum, sed a-
pud aduersarium esset, Barto. l. de pupillo. §. si quis ipsi
prætori in quæst. 14. iunctis iis, quæ ibi dicit Alexand.
ff. de noui oper. nunc. & idem Alexand. in l. prima. §. &
parui. ff. quod vi, aut clam. Duo tamen Titio agēti ob-
stare videbantur. Primum, quod ipse passus fuerit co-
gnosci de iure, & proprietate Caij, & aliqua ius suum
concernentia produxerit, neque simpliciter restitutio
ne operis in statutum pristinum institerit, videtur à
remedio interdicti quod vi, aut clam recessisse, neque
in casu isto locum habere videtur text. in d. j. §. & par-
4 ui cum sequen. & hoc argumen. eius, †quod dicitur de
spoliato, qui possessorio recuperandæ agens, si passus
fuit super dominio procedi, ante omnia non restitui-
tur, sed super dominio etiam hac proprietate cogno-
scendum est. c. primo. & ibi omnes de restit. spol. Bart.
in l. si quis ad se fundum. C. ad Iu. de vi pub. & in l.
naturaliter. §. nihil commune in tertia combinatione.
ff. de acquirend. possession. Bald. in l. ordinarij colum.
vlt. C. de rei vendica. Alexan. in consil. 99. lib. 5. col. 3. &
Ioan. And. in addit. ad specu. in tit. de posses. & petit. in
addit. incip. habet. &c. Secundum Titio obstare vide-
batur, nam cum de non iure ipsius constaret, Caius ho-
stium remouere nō cogebatur, quamuis text. in d. §. &
parui dicat non referre, an opus faciens ius habeat,
vel non habeat, idem namque dicitur in nuntiatione
noui operis, & tamen si constet, nunciantem ius non
habere, non est nunciationi parendum Bartol. in l. j. in
princ. colum. 3. versicu. venio ad quæstiones, & in l. de
pupillo. § si quis ipsis prætori in quæstio. 14. ibique A-
lexan. ff. de noui op. nunciat. Sed his omnibus respon-
detur, & primo fundamento, quod in hoc non argui-
tur de possessorio recuperandæ ob spolium intentato
5 ad interdictum quod vi, aut clam, †in quo interdicto
præsupponitur illud posse contra aliquem compete-
re, siue ius opus faciendi habuisset, siue non, ex quo
clam fecit. d. § & parui. Vnde apparet euidenter, quod
naturæ huius iudicij non aduersatur cognoscere, an
is, qui opus fecit, vel destruxit, ius habeat, necne. Er-
go licet deductum, & cognitum fuerit, an iustè, vel in-
iustè sit factum, tamen est procedendum super inter-
dicto quod vi, aut clam. d. §. & parui, qui text. hoc in
terminis præsupponit, dicendo, siue ius habuit, siue
non, tamen tenetur hoc interdicto, quæ verba verifica
ri nequeunt, nisi ius fuerit deductum, & de eo in iudi-
cio cognitum: & hoc sentit Bartol. ibi in j. oppos. dum
opponit de l. Gracchus. C. de adult. & inquit, solutio,
quod hic dicitur, quod habet ius, intellige, quia est do
minus, Ergo necesse est intelligere dominium opposi-
tum, & probatum fuisse, alias non diceretur constare,
illum esse dominum iuxta not. in l. ij. C. de proba. cum
simil. Ex quibus apparet, aliud esse in interdicto vnde
vi, quod pro spolio datur dicto capitulo primo. & a-
liud in interdicto quod vi, aut clam d. §. & parui. Ad
secundum respondetur, edictum nunciationis noui o-
peris, & interdictum quod vi, aut clam in eo, quod op
ponitur, parificari, videlicet quia vtrunque datur con
tra habentem, & non habentem ius faciendi opus iu-
6 ribus præallegatis: †Parificantur etiam, quando con-
staret, nunciantem, vel prohibentem ius non habere,
quia vel nunciatio sperni, vel agens interdicto quod
vi, aut clam repelli poterit, quod intelligendum est nō
simpliciter, sed quādo manifestè, & notoriè istud con-
staret. itaque manifesta calumnia appareret, vt decla-
rat Bart. in d. § si quis ipsi prætori in quæst. 4. & ibi A-
lexan. & expresse in d. l. j. in princ. col 3. versic. venio ad
quæst. exemplificando multipliciter, & ponendo, qua-
liter res fiat manifesta: ad quod faciūt tradita per Ab-
batem post Anto. in capit. in literis de restitutione spo
liatorum. Vnde si constaret de non iure nuntiātis, vel
prohibentis, & de iure facientis opus, sed non manife-
stè, veluti per testes, aut aliter, tunc nunciatio sperni
non posset, neque effectus interdicti quod vi, aut clam
impediri, vt dicitur in d. l. j. in princ. ff. de noui ope. nū
ciat. & in d. §. & parui. Hinc videmus, quod interdicto
vnde vi si notoriè constaret de non proprietate agen-
tis, & de proprietate rei conuenti, spoliatus ante o-
mnia non est restituendus, secus si non notoriè cōstet.
vt est gloss. in versic. præsumantur in capit. ad decimas
de restit. spol. in vj. capit. significasti de diuor. Alexan.
post Bart. in d. §. nihil commune. Abb. & alij in d. cap.
7 in literis. Præterea † vt notorius defectus iuris, & pro-
prietatis agentē possessorio excludat, requiritur, quod
ante motum iudicium de illo defectu notoriè cōstet,
non autem post, vnde si per testes in iudicio examina-
tos constaret, vt singulariter colligitur ex iis, quæ vo-
luit Cardin. in clemen. vnica quæst. 16. in versic. Oppo.
ad hoc de cau. poss. & propr. Sed in casu nostro noto-
riè, vel manifeste non cōstabat de iure Caij, & de non
iure Titij, quamuis testes hinc inde examinati essent,
& aliqua super iure, & non iure partium deducta fo-
rent, igitur &c. Ex quibus ratus sum, Titium in hoc iu-
dicio interdicti quod vi, aut clam debere obtinere.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto quod vi, aut clam agens quid probare debeat ad obtinendum.*

2 *Possidens rem ex concessione principis iniustè possidet, neque ab alio sua possessione propria authoritate priuari potest.*

3 *Ius ter. ÿ in concessione principis esse reseruatū quomodo intelligatur.*

4 *Possessio debet ex iusto titulo iustificari super iis quæ publici iuris sunt.*

5 *Interdicta, quæ pro iure publico conseruādo dantur, causam proprietatis habent.*

6 *In possessoriis quando etiā de proprietate vltra possessionem constare debeat.*

7 *Interdicta quod vi, aut clàm, & de vi, & vi arma. sunt mere possessoria, & in iis solam possessionem probari sufficit.*

Quæstio 4.

AGITATA Iterum quæstione præcedenti, an Titius agens contra Caium interdicto quod vi, aut clam ad claudendum hostium noctu, & clàdestine factum præcipuam causam haberet ad ius obtinendum, sententiam illā iterum quoq; comprobaui,
1 quod omnino Titius obtinere debeat, †nam ab eo sibi incumbentia probata fuerunt, videlicet se possedisse curtem, de qua agitur, plures annos quiete, & pacifice absque vllo alicuius, impedimēto ante litem motam, & vim à Caio sibi illatam, ac etiam absque eo, quòd Caius fuerit in aliqua possessione dictæ curtis. probatum quoque fuit, Caium vim intulisse, & clam. ac de nocte hostium propria authoritate, & temere aperuisse, Ergo Titius obtinere debet arg. ca. consultatio-
2 nibus, cum iis quæ ibi leguntur, de offi. deleg. † Præterea Titius dictam curtem, possedit ex causa iusta, & sic bona fide videlicet ex concessione principis, ideóque Titio licitum fuit illam claudere, & ad commodum suum retinere, vt in l. prohibere. §. planè in fin. versic. ff. quod vi aut clam. quo fit, vt alius propria authoritate dictum Titium impedire, & prohibere, aut illum sua possessione priuare non potuerit. Vnde illi agenti contra Caium interdicto quod vi, aut clàm, seu possessorio restituendæ nulla iusta exceptio opponi potest, quo minus Caius compellendus sit restituere omne id, quod vi, aut clàm ad ipso factum fuit. l. j. §. denique. ff. quod vi aut clàm. cum aliis. Non obstat decis. Bellamer xvij. sub rub. de restitut spoliator. Quia respondetur, Titium non modo possessionem suam probasse, sed etiam titulum suum, hoc est concessionem factam à principe, vel ab eo qui loco principis est, cum cognitione causæ, quod satis esse dicitur, quò ad titulum habendum, vt in d. l. prohibere. §. planè. cum similib. Nec aduersatur, quòd dicta concessio facta fuerit Titio sine damno, & præiudicio cùm publicæ tum priuatæ rei cuiuspiam veluti semper de iure censentur fieri concessiones in loco publico absque alicuius priuati incommodo. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff ne quid in loco public. Quia respon-
3 detur, †quòd & si ius tertij sit reseruatum. vt concessio sine præiudicio etiam rei priuatæ facta dicatur: tamen hoc intelligitur ad effectum, vt is, de cuius præiudicio agitur, possit via iudiciaria, puta interdictis sibi competentibus. & iudicis officio agere, non autem, vt propria authoritate sibi ius dicere valeat. maxime vi, & clam vtendo. l. si alius. §. bellissimè. cum ibi nota. ff. quod vi, aut clam & l. non est singulis. ff. de regulis iuris. Si enim Caius propter ius rei priuatæ alterius reseruatum vsus fuisset contra Titium aliquo interdicto, videlicet ne quid in loco publico. seu alio, vt in l. prima. & in l secunda. §. merito. ff. ne quid in loco publ c. cum simil. fortè hoc illi de iure permissum fuisset. non obstante concessione, Titio facta d. §. merito. & dicto. §. si quis à principe. Minus etiam Titio obstat, quòd cum ipse ius à publico habeat, & agat ratione dictæ curtie publicæ, is non debet posse obtinere, nisi vltra possessionem de titulo quoque docuerit,
4 † ratione enim possessionis quis non potest obtinere super iis, quæ publici iuris sunt, nisi possessio etiam ex iusto titulo iustificetur per ea, quæ habentur in d. decisio. Bellamer. xvij & in c. primo. de regul. iur. in vj. Item
5 quia †interdicta, quæ dantur pro iure publico cōseruando, proprietatis causam habere dicuntur l. ij. §. interdicta, & §. quædam vbi nota. ff. de interdict. Nam huic motiuo respondetur; primo, vt supra dictum fuit quòd Titius non solum possessionem, & alia sibi incumbentia probauit, sed etiam eius titulum verum, vel saltem coloratum, prout de iure sufficit iuxta tradita per Innocentium Antonium, & Abbatem, in cap. in literis. de restitutione spoliatorum. Secundo respon
6 detur, †quòd tunc vltra sessionem de proprietate quoque constare debet, quando intentantur interdicta mixta causam proprietatis habentia, de quibus in d. §. interdicta. in d. §. quædam. & in §. mixta. instit. de interd. vt quando iuris sui tuendi causa interdicta illa mouētur, quæ sunt de itinere actúque priuato, de locis sacris, & religiosis, & de liberis exhibend. cum simil. d.
7 § quædam. Sed †interdictum quod vi, aut clam in casu, de quo agitur, intentatum, seu de vi, & vi arma. causam proprietatis in se continere non dicuntur, quia licet possint competere etiam pro iis, quæ in loco publico fiunt, vt per totum ff. quod vi, aut clam. & ff. de vi, & vi arma. dicuntur tamen esse mere possessoria, & ratione solius possessionis dantur, neque in illis proprietatis exceptio admittitur. vt est tex. in §. recuperandæ. instit. de interdi. l. j. §. denique. ff. quod vi, aut clam. c. j. c. item cum quis, & c. in literis. de restitu spoliator. cum aliis, ergo in iis solam possessionem probare sufficiet. Quare concludendum esse putaui, Titium causam præcipuam ad ius obtinendum habere.

SVMMARIVM.

1 *Mensuratio agrorum ex pacto contrahentium fienda absque termini præfixione infra quod tempus fieri possit, vnde vsque in finem.*

2 *Præscriptio nulla cum scientia, & mala fide de iure canonico procedit.*

3 *Præscriptio fauorabilis præscribenti facilius tollitur, quam præscriptio odiosa. xxx. annorum.*

4 *Præscriptioni cuilibet per quæ verba vnà cum iuramento an renunciatum esse censeatur.*

Quæstio 5.

IN lege diuisionis duorum fratrum bona communia diuidentium comprehendebatur, vt possessiones sibi inuicem assignatæ deberent per peritos agrimensores absque aliqua tēporis præfixione mensurari. Lapsis annis xxx. & vltra, ac altero fratre defuncto, heredes illius, cum de mensuratione facta non cōstaret, à fratre superstite petierunt, quòd possessiones mensurarentur: quid iuris sit, quæsitum est. Existima-
1 rent fortasse aliqui, †mensurationem huiusmodi à dictis heredibus peti non posse, sequuti doctrinam Ant. Abb. & Ioan. de Imola post glo. in c. per tuas de donationibus, vbi casus quatuor considerant, inter quos hunc ponunt, quando simpliciter conuentum esset, vt res vendita, vel aliter in contractu assignata mensuranda foret, nullo adiecto certo tempore, infra quod mensuratio, & relatio de mensuratione facta faciēda esset, nam tunc. elapsis diebus lx. à die conuentionis, vlterius mensuratio peti non potest, etiam si ex hoc alterā partem grauiter lædi contingeret, vt videtur text. notabilis in l. quod si nolit. §. quod si ita. ff. de ædil. edict. idem sequitur Socin. in consil. vltim. circa fin. lib. 3. subdens saltem ad plus mensurationem peti posse infra

annum

annum à die celebrati contractus argu. l. qui granatos. C. de censib. & censitor. lib. xj. & ita per illum tex. alias Baldum consuluisse Socin. ibi refert. Sed iam anni xxix. elapsi sunt. cum dicti fratres conuenerunt de mensuratione facienda absque alicuius temporis præfixione, ergo ad mensurationem faciendam amplius agi non posse dicendum videretur. Ego tamen, his non obstantibus, contrariam sententiam in terminis nostris tanquam veriorem sequutus sum. Nam cum frater superstes, qui dicit mensurationem fieri non debere, nec posse ad petitionem heredum alterius fratris defuncti propter lapsum temporis dierum sexaginta. vel vnius anni, vt supra, sciuerit, aut scire debuerit se ex pacto iurato ad mensurationem faciendam teneri. Idcirco dicendum est, mensurationem iuxta conuenta à dictis heredibus peti potuisse, & faciendam fuisse, non obstante quocunque cursu temporis sexaginta dierum, vnius anni decem & viginti annorum, & vltra. quoniam illa communis opinio, de qua habetur in dicto capitulo per tuas, & in dicto consilio vltimo. Socini, limitatur non procedere, quando is, contra quem post lapsum prædicti temporis, aut longioris peteretur mensurationem fieri, sciuit, aut scire debuit mensurationem esse faciendam, nam propter scientiã, & malam fidem aduersarij tunc semper agi poterit. ita voluit Hostiensis in dicto capitul. per tuas. quem alij communiter ibi sequuntur, videlicet Ioãnes Andreas,
2 dominus Anton. Abbas, Imola, & cæteri, † cum de iure canonico (quod solum in hoc seruandum est, haut ius ciuile, ex quo agitur de lucrando cum aliena iactura, & sic de periculo animæ, & peccato) nulla præscriptio cum scientia, & mala fide procedere possit, vt est textus in capitul. final. de præscriptionibus. & in capi. possessor. de regulis iuris. in sexto. Et hæc est crebrior opinio canonistarum in dicto capitul. final. & vbique, ac legistarum maxime in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapionibus. vt ibi tradunt Paulus de Castro, Roman. & alij, quos ipsi allegant, quicquid Bartolus ibi communiter damnatus dixerit: & cum hæc sit communis opinio in vtroque foro seruanda, in illa probanda laborare me non oportere duxi. Illud solum attuli, quod si in terminis nostris in casu, quo ad tollendum ius mẽsurationis requiritur præscriptio triginta annorum, vt in quarto casu, quem doctores ponunt in dict. capitu. per tuas. scientia, & mala fides operatur, quod non obstante præscriptione triginta annorum semper mensuratio peti potest ab eo, qui ex hoc læderetur, vt expresse volunt doctores præallegati multo magis idem dicendum est quo ad impediendam præscriptionem illam lx. dierum, vel vnius anni, quæ mere in fauorem præscribentis dicitur inducta, & est extraordinaria, atque originem ex contractu ipso assumit, vt in dicta l. quod si nolit. §. quod si ita. ff. de edilitio edicto. veluti declarat Felin. in rubri. de præscriptionib. col. vij. in j. limitatio.
3 limitatio. † facilius nanque tollitur præscriptio fauorabilis, quàm præscriptio odiosa, triginta annorũ, quia prima fauorem priuatum, secunda publicum concernit, vt clare volunt doctores. & ponit Felinus in dicta rubric. col. v. in iij. limitatio. per Alexandrum & alios, quos allegat in l. nemo potest. ff. de legatis primo. & etiam quia extraordinarium remedium facilius, quàm ordinariũ tollitur. l. eius qui. §. militia missus. ff. de mi-
4 litari testamento. † Præterea in instrumento diuisionis dicti fratres cum iuramento conuenerunt, prædicta omnia. & singula posita in dicto instrumento vera fuisse, & esse, illaque perpetuo, ac semper firma, rata, & grata haberre, attendere, obseruare, & adimplere, & contra prædicta, vel eorum aliquod non facere, dicere, vel venire in forma latissima, per quæ verba, & per quod iuramentum ita sumptum fratres prædicti dicuntur renunciasse iuri quoquo modo præscribendi etiam in terminis dicta l. quod si nolit. §. quod si ita. Vnde proprie in terminis nostris, stante huiusmodi clausula, præscriptio aliqua non currit, nec allegari potest, vt voluit Angelus in l. prima. ff. de vsucapionibus. & in dicto §. quod si ita vbi Baldus hoc idem voluit, habetur per glo. & ibi Angelus. ff. de concus. facit quod voluit Bartolus in dicta l. nemo potest, columm. penultim. & in l. sicut. in principio. ff. quibus modis vsusfruct. amitta. Alexand. in dicta l. prima. ff. de vsucapionibus. & in dicta l. nemo potest. colum. penultim. & argumen. l. cum pater. §. filiis matrem. ff. de legatis secundo. Et hæc satis aperte demonstrare existimaui, quod mensuratio in casu proposito petita fieri debuerit.

SVMMARIVM

1 *Volo verbum iunctum infinitiuo non importanti executionem actus præteriti, sed inferenti actum in fieri nondum perfectum, dispositionem in futurum importat.*

2 *Matrimonium de præsenti non contrahitur per hæc verba, volo te in vxorem accipere. sed sponsalia de futuro.*

3 *Sponsus, & sponsa conueniunt sponsalibus de futuro, haut matrimonio de præsenti.*

4 *Fatuus est iudex, litémque suam facit, qui ob singularem vnius, vel duorum opinionem à communi in iudicando recedit.*

5 *Anuli subarrhatio quando matrimonium de præsenti arguat.*

Questio 6.

DVBITATVM est, an per hæc verba, Volo te in sponsam accipere, & econtra, subsequuta illico anuli subarrhatione, vt moris est, quæque solet interuenire in contrahendo matrimonium de præsenti, dicatur contractum matrimonium de præsenti saltem præsumptum Et hoc videtur tenere domi. Anto. per illum textum in cap. finali. de despon. impuber. idémque sequitur Aretin. in consi. xiij. adducendo inter alia pro decisione text. in cap. nostrates. xxx. quæst. v. Sed illud ego in hoc casu rectius existimari putaui, matrimonium per verba de præsenti non fuisse cõtractum. Nam doctores volunt præsertim Cardina. Alex. in capitu. ex literis. el. j. colum. iiij. cum sequent. in ver-
1 sicu. succesiue. de spons. quod † verbum volo iunctum infinitiuo, quod non importet actus præteriti executionem, sed inferat actum in fieri nondum perfectum,
2 vt si dictum sit, † volo te in vxorem accipere, non facit matrimonium dici de præsenti contractũ, sed sponsalia de futuro, Anton. de Butr. Ioannes Andreas, Cardina. Floren. in dicto cap. ex literis. facit l. in venditionibus. cum ibi nota. de contrahenda emption per Bartol. & alios in l. serui electione. ff. de legat. j. & in l. cunctos populos. C. de summa trinitate & fide catholica. & faciunt ea quæ habentur in capitu. ex parte. de sponsa. Quod si hoc dicimus in his verbis volo te in vxorem accipere, quanto magis in illis; volo te accipere
3 in sponsum, & econtra, quoniam sponsus & sponsa spõsalibus de futuro, haud matrimonio de præsenti conueniunt. Moder. in cap. accepisti. de sponsal. Et illa cõclusio, quod per hæc verba volo te in vxorem accipere, & ecõtra matrimonium de futuro, haud de præsenti contractum dicatur, est communis vt tradunt doct. in dicto cap. ex literis. Ergo multo magis idem dicendum est per verba, de quibus agitur, volo te in spõsam accipere. Nec obstant illa, quæ Anto. voluit in dicto c. fin. in primis enim illa doctrina communiter reprobatur, & antiqui moderni ibi contrarium communiter
4 tenent, † & fatuus esset iudex, qui ob singularẽ vnius,

duorum, aut trium opinionem vellet ab opinione cõ-
muni in iudicando recedere, litémque suam faceret, vt
volunt Ioannes Andreas. & not. Abb. & alij in capit. j.
5 circa finem. de constitut. Secundò respondeo, † quod
Anton. in dicto capitu. fin. & Aretin. in dicto consilio
loquuntur, quando sponsalia per verba de futuro præ
cessissent, postea ex interuallo sequuta fuisset anuli
subarrhatio, propter quam secundum eos spõsalia de
futuro in matrimonium præsumptum transeant, sicut
dicitur de copula carnali in capit. is, qui fidem. de spõ
sali. At quando simul, eodem instanti fuissent prolata
verba apta ad sponsalia de futuro, & non ad matrimo
nium de præsenti, atque subarrhatio subsequuta fuis-
set, tunc subarrhatio matrimonium de præsenti nõ ar-
gueret, cùm simus in casu claro, & nõ in dubio, in quo
præsumptioni & coniecturæ locus non est, gl. in l. vni-
ca. §. accedit. C. de rei vxor. action. l. continuus. §. cum
ita. ff. de verborum obligationibus Nec est præsumen
dum, contrahentes per verba denotantia sponsalia de
futuro voluisse incontinenti se corrigere per simplicẽ
anuli subarrhationem subsequutam argument. tex. no
tabi. l. non ea. ff. de conditionibus & demonstrationib.
præsertim cum actus subarrhationis sit indifferẽs, pos-
sítque se habere etiam ad sponsalia de futuro, vt habe
tur per doctores maxime Moder. in dicto capitu. final.
de desponsation. impuber. vel secundo id, quod Anto.
& Aretin. dicunt, posse procedere, quando verba pro-
lata essent dubia, & æquiuoca & ad matrimonium de
præsenti, & ad sponsalia de futuro se habere possent
ad dictum capitulum ex parte. nam tunc subarrhatio
forte faceret matrimonium præsumi. sicut & alia plu-
ra, quæ inter virum, & vxorem, qui de pręsenti contra-
xerunt, fieri solent, iuxta ea, quæ habentur in dicto ca-
pitul. ex parte. & in dicto capitul. final. Secus est in ca-
su nostro, in quo verba prolata important sponsalia de
futuro. Præterea ad hoc, vt subarrhatio faciat præsumi
matrimonium de præsenti contractum, debet fieri in
digito anulari secundum consuetudinem, & ita loquũ
tur doctores in dicto capitul. final. per ea quæ haben-
tur in capitul. foeminæ cum gloss. ibi. xxx. quæstione v.
Sed in casu nostro secũdum proposita subarrhatio hoc
modo facta non fuit, ergo non arguet matrimonium
de præsenti saltem præsumptum: nisi ex signis aliis &
præcedentibus, & subsequentibus, quæ tempore, quo
matrimonium de præsenti contrahitur, solent inter-
uenire, aliter ꝑsumeretur, vt si interuenisset parochia-
lis, subarrhatio facta esset in facie ecclesiæ, interue-
niente benedictione, & amicis, ac consanguineis, de-
inde sponsa habita, & tractata fuisset tanquam vxor, &
ita in domo viri appellata, vt volũt doctores maxime
Modern. in dicto capitu. fina. Et hoc modo intelligo di
ctum capitul. nostrates. Potuissent plura in hanc sentẽ-
tiam adduci, quæ scribentes cumulant in locis allega-
tis. Sed his contentus esse volui.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest mero laico spirituales, & ecclesiasticas causas committere.*
2 *Et illi excommunicandi potestatem concedere.*
3 *Et ius decimandi decimásque possidendi.*
4 *Nec non potestatem beneficia vacantia conferendi.*
5 *Papa non committit laico ea, quæ ordinis sunt, sed quæ sunt iurisdictionis.*
6 *Et absque dubio potest illi committere causas ecclesiasticas, & spirituales, vt eas per interpositam personam ecclesiasticam expediat, atque cognoscat.*
7 *Item, vt authoritate apostolica personam ecclesiasticam eligat, quæ de prædictis causis cognoscat.*
8 *Laico mandatum ministerium spirituale de iure per-*
missum est.

Quæstio 7.

AN laicus ex mandato apostolico spirituales &
ecclesiasticas causas cognoscere posset, quæsi-
tum est. Et licet iã decisa quæstio videretur per
textum in c. statutum in princi. cum iis, quæ ibi tradit
1 gloss. de rescrip in vj. † Tamen sententiam gloss. quam
totus, vt ita dixerim, mundus sequitur, in c. ij. de iudic.
& in c. bene quidem. in versi. præter. xxxvj. distinction.
sequutus dixi papam posse mero laico committere cau
sas spirituales, & ecclesiasticas etiam criminales cleri-
corum: idem voluit gl in c. j. in ver. præcipimus. xciiij.
2 distinc. & in c. nullus xj. q. j. §. verum. xxxij. distin. † vbi
glo. in ver. ducibus. quam doctores communiter sequũ
tur, voluit, papam concedere laico potestatem excom-
municandi propter plenitudinem potestatis, quam pa
pa in spiritualibus, & ecclesiasticis causis habet, sicuti
3 etiam voluit gl. in c. causam. de præscrip. † q papa pos-
sit concedere laico potestatem, ac ius decimandi, & de
cimas possidendi, quod est quid spirituale, vt in d. cap.
causam. Felin. in c. ex parte decani de rescript. & in c. ij.
de maiorita. & obedien. & Abb. in c. dilecti. in ij. colũ.
de arbitr. dixit, papam posse etiam foeminæ laicæ cau-
4 sas spirituales committere. Secundo † quod papa pos-
sit laicis concedere potestatẽ conferẽdi beneficia va-
cantia, habetur per gloss. in summa. xvij. quæstion. vij.
circa finem. & per gloss. in c. imperium. x. distinctione.
Bald. in l. rescripta. C. de precib. imper. offer. numero 7.
Petrus de Anchara. in clement. literas: in principio. de
præbend. & in regul. beneficium de regulis iur. in vj.
Ioannes Andreas & doctores post Innocentium in c.
quod sicut de election. & in capitul. dilecto. de testib.
Felin. in c. ij. de maioritate & obedientia. colum. j. facit
id quod voluit Ioan. Andr. in addition. ad Specu. in ti-
tul. de lega. §. nunc tractemus versicu. sed nunquid de-
legatus in versicu. consulit, & in cap. nobis. de iure pa-
5 trona. colum. pen. c. adrianus ij. lxiij. distinction. † Nã
cum cognoscere de causis spiritualibus, & ecclesiasti-
cis, & criminalibus clericorum, atque conferre bene-
ficia sit iurisdictionis, & non ordinis, vt colligitur ex
iis, quæ habentur in summa. x. quæstione prima & in c.
dilectus. de offic. ordinar. Papa potest laico committe
re: solum enim ea prohibetur committere, quæ sunt or
dinis. ad tradita per doctores communiter in capitul.
quanto de consuetudi. in iis vero, quę sunt iurisdictio-
nis papa plenitudinem potestatis habet, vt in conferẽ-
do beneficia, & in aliis capitul. proposuit de cõcessio-
ne prębendę. gloss. in dicto §. hoc verum cum similib.
6 Et tanto magis pręd icta procederent, † quando papa
committeret laico spiritualium, & ecclesiasticarum
causarum cognitionem, ac potestatem beneficia con-
ferendi, non vt per seipsum cognosceret, & expediret,
sed per interpositam personam ecclesiasticam, si enim
illa soli laico committit, vt ipse per se. ac immediate
cognoscat, & expediat, vt supra, multo magis eadem
committere poterit. vt mediante persona ecclesiastica:
quoniam causa immediata magis cõsideranda, fortior
quam est. quam mediata. l fina. C. de natura. liber. Hinc
videmus, quod laicus, qui de iure decimas possidet.
etiam si ilico concedere, & in laicum transferre ne-
queat, potest tamen eas ecclesię concedere capitulo
cum apostolica, vbi Abbas, Imola. & alij de his, quæ
fiunt à pręlat. & traditur à scriben. in capitul. causam.
de pręscriptionib. Pręd icta etiam absque dubio pro-
7 cederent, † quando papa concederet, vt laicus posset
authoritate apostolica, & sua ipsius papę deputare, &
eligere personam ecclesiasticam, quę de causis spiritua
libus, & ecclesiasticis cognoscere, ac beneficia confer-
re deberet: ille enim, qui suo nomine, de causis spiritua
libus non potest cognoscere, alieno tamen nomine po
test, veluti hoc in laico exemplificatur per glossam in
capi

capit.quod alicui.de regul.iur.in vj. & facit capit.j.de procurato.eodem libr. Quod vltimum absque dubio
8 papa laico potest committere,† quia tunc laicus videretur deputatus ad nudum ministerium spirituale exequendum,quod de iure laico permissum esse dicitur dicto capitu.primo de procuratorib.in vj.faciunt not. per Ioannem Andream & Abbatem in capit.accedens de præbend. vbi laicus pro clerico potest beneficium acceptare,cum iis,quæ ponunt Moder.in dicto capit. ij.de iudic.in gloss.ij.non obstat dictum capitulum statutum.de rescriptis in vj.quia illud est iuris positiui, quo papa non ligatur capitul.proposuit.de concessio. præbend.Et ideo si ipse ex certa scientiâ causam ecclesiasti.& spiritualem laico commiserit, dispositioni illi derogasse censetur,ad ea quæ ego dixi in c.j.de constitutionib.numero 7.Et hæc de iure vera esse sum arbitratus.

SVMMARIVM.

1 *Appellare ab eodem ad eundem non potest.*
2 *Commissio causa appellationis facta ab eo,qui sententiam tulit ex potestate ordinaria non valet.*
3 *Et in dubio ex potestate, ordinaria facta censetur.*
4 *Actus omnis factus ab eo qui potest illum facere de iure communi,& de iure speciali in dubio de iure cõmuni factus dicitur.*
5 *Appellare non sufficit ,nisi infra tempora legitima per instrumentum de appellatione fides fiat.*
6 *Productio appellationis omniúmque instrumentorum. realis ,haud verbalis est apud acta facienda.*
7 *Et facta à falsô procuratore non valent.*

Quæstio 8.

CVM quæreretur in causa quadam appellationis interpositæ à sententia lata à præside, & à gubernatore ciuitatis.qui facultatem maximam, & amplissimam à papa,seu principe haberet, an commissio,& delegatio illius causæ ab ipso præside facta valuerit,necne illud admittendum,magísque probandum esse dixi, quod commissio non valuerit , neque ex illa iurisdictio aliqua iudici commissario de huius
1 modi causa cognoscendi data fuerit, quoniam † cum dicta sentẽtia à præside lata sit,de iure sequitur,quod ad ipsummet appellari non potuit , est enim contra appellationis substantiam,vt ab eodem ad eundem appelletur.capitul.secundo.cum ibi notatis. de consuetudinib.in sexto.Abbas & alij scribente omnes, vbi ego dixi in rubrica de appellationibus.l.prima § si quis in appellatione. & ibi Bartolus.ff. de appellationibus,
2 † Nec potuit præses ex potestate ordinaria causam appellationis ab eo interpositæ committere, & delegare Specul.in titulo de appellationibus §.nunc tractemus.in versicul. Quid si de facto.l.vnica. ibique Bartolus.C.qui pro suo iurisdiction. Et cum diceretur, quod præses, siue gubernator ex speciali gratia. & priuilegio sibi à sede apostolica , seu à principe concesso habet facultatem delegandi , & committendi causas omnes appellationum interpositarum siue à sententia ipsius, siue à sententia alterius ad sedem a-
3 postolicam , vel ad principem. Respondi , † quod si habeat hoc priuilegium,tamen in dubio committendo causam appellationis à sententia lata ab ipso simpliciter non censetur illam commisisse ex priuilegio, & potestate absoluta,ac speciali sed de iure communi:ille enim qui potest facere actum de iure communi,& de iure speciali,si simpliciter actum faciat,in dubio censetur vtus potestate ordinaria,quam habet à iure communi,haud illa,quam habet ex priuilegio,& de iure speciali,nisi hoc fuerit expressum.l.quanquam.vbi Alexander & alij,& l.in testamento. C.de testamen. militari,& l.si quando.in principio.C.de inofficioso testamento.Sed de iure communi.& potestate sua.ordinaria non potuit ad eum appellari:nec ipse causas appellationum à sua sententia interpositarum ad sedem apostolicam potuit committere,vt supra, & argumen. capitul vt nostrum.de appellationib.Ergo commissio causæ non valuit. Quæ nec virtute priuilegij à sede apostolica,vel à principe dati defendi potest,quoniam expressum non fuit,ipsum hoc fecisse virtute sui priuilegij.Vnde succedit regula.capi.cum super abbatia de officio delegati.& l.multum interest. C.si quis alteri vel sibi,quod potuit noluit,quod voluit, adimplere nequiuit.Verum esto citra veri præiudicium, quod cõmissio valuerit (quod tamen admittendum non videtur) allegabatur appellationem huiusmodi fuisse desertam,quoniam,cum infra tempus,infra quod instrumentum appellationis producendum erat,quidam assertus procurator absque mandati exhibitione produxerit notario actorum quandam cedulam , illam aliter non relinquendo, in qua appellationem esse descriptam asseruit,ex hoc capite appellatio dicitur de-
4 serta, † cum non sufficiat appellare, nisi de appellatione infra sua tempora fides fiat producendo instrumentum appellationis,in quo ea descripta sit, quanuis non fuerit lecta.capitul. appellatio.cum ibi nota.per glossam & doctores. de appellationibus.in sexto.Ac etiam quia cùm instrumentum appellationis debuerit produci,illiúsque productio sit de actis cap.quoniam contra cum ibi notatis de probationibus.realiter infra ter-
5 minum debuit producit , haud verbaliter †, quoniam realis & non verbalis instrumentorum productio apud notarium actorum facienda est . vt illorum copia fiat parti diuersæ ad effectum,vt appellatus possit deliberare, an velit cedere vel contendere , alioquin facta productio non diceretur,nec valeret,vt volũt scribentes communiter post glossam in dicto capitu. quoniam contra.& argument.l.secundæ in principio ff. de eden.& per ea,quæ habentur in dicto capitul.appella-
6 tio.& in dicto capitul.vt debitus. † Præterea dictus assertus procurator non fuit admissus , neque exhibuit mandatum,neque de rato cauit, Ergo productio ab eo facta de asserto instrumento appellationis non valuit l.j.l.licet.cum ibi nota.C.de procurato. Et ita mihi iuris esse visum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum quando ex alienatione à testatore facta reuocatum censeatur.*
2 *Legatum factum piæ causa ob alienationem sequutam difficilius reuocatur , quam factũ alteri priuato.*
3 *Alienatio quando necessitate legali , & quando necessitate rei familiaris fiat , & qua legatum reuocet.*
4 *Alienatio etiam,qua fit ex causa necessaria , sponte fieri debet.*
5 *Sponte in omnibus contractibus maxime alienationum quid importet.*

Quæstio 9.

LEGAVIT Titium,rem quandam piæ causæ. Deinde,vt dotem acceptam restitueret,vel illam solueret tanquam debitor ex promissione , rem legatam partim vendendo,& partim permutãdo alie-

nauit. An legatum piæ causæ ob huiusmodi alienatio-
nem dicatur reuocatum. in quæstionem venit. Et reuo
1 catum esse magis visum est. † Quãdo enim legata fuit
species à testatore, si illam in eius vita alienet, legatum
non reuocatur, nisi heres probet testatorem voluisse
mutare voluntatem. §. si rem suam. cum gloss. Institut.
de legat. l. fideicommissa. §. si rem ff. de legatis tertio.
Probare autem dicitur heres eoipso, quod testator rē
legatam alteri donauit. l. rem legatam. cum similibus.
ff. de adimen lega. & nota. in dicto §. si rem suam. Pro-
batur etiam, testatorem voluisse reuocare, alienan-
do voluntarie argumento dict. l. rem legatam. ibique
Bartolus & doctores communiter post glossam in l. ter
tia. C. de legat. Sed alienando ex necessitate rei fami-
liaris, testator non censetur voluisse legatum reuoca-
re argument. dict. l. fideicommis. §. si rem, & dict. l. rem
legatam, vbi Bartolus & aliij communiter in dicta l.
tertia cum similibus. Ex necessitate vero maxime rei
familiaris alienare dicitur secundum Baldum in dicto
§. si rem, quando alienat propter æs alienum: vel pro-
pter alimenta vel propter coactionem superiorum vel
metu, ne à superioribus compellatur. argument. l. no-
uissime in principio ff. quod falso tuto. At voluntarie
alienat quando donat, aut negotiandi causa nulla du-
ctus necessitate id facit. ita inquit Baldus id dicto §. si
rem. & Iacobus Butrigarius in dicta l. tertia ait, quod
voluntarie quis dicitur alienare, quando titulo lucra-
tiuo alienat, At si titulo oneroso, puta vendendo, aut
alio titulo oneroso, præsumitur ex necessitate aliena-
re. & hoc vltimo casu legatum non censetur reuoca-
tum nisi ab herede contrarium probaretur, videlicet
testatorem mutasse voluntatem iuribus supra allega-
tis. Cum itaque Titius Testator in casu, de quo agitur,
alienauerit rem legatam titulo oneroso, haud lucrati-
uo, & ob æs alienum soluendum, & non simpliciter ne-
gociandi gratia censeri debuit alienationem ob neces
sitatem rei familiaris factam fuisse. & consequenter le
2 gatum non fuisse reuocatum: & præcipuæ, † quia lega-
tum fuit factum piæ causæ, quod difficilius reuocatur
ob alienationem sequutam, quam aliud legatum factũ
alteri personę priuatæ per ea, quæ posuit Romanus in
repetitione autenti. similiter. in xxiij. priuilegio, quod
habet pia causa in vltimis voluntatibus. C. ad legem
Falcidiam. Non obstat id quod voluit Albericus in l.
filia. C. de lega. quod alienatio legati facta ex causa do
tis fit ex necessitate, & tamen censetur reuocatum. Nã
ex verbis suis colligitur responsio, facit enim differen
tiam, an testator alienet necessitate legali, an necessi-
3 tate rei familiaris, † declaro. Necessitate legali alie-
nat, quando rem legatam filiæ in dotem daret, vel il-
lam alienaret, vt filiam dotaret, quia pater filiam de iu
re dotare cogitur. l. fina. C. de dot. promissio. & hic nõ
est casus noster: Necessitate autem rei familiaris alie-
nat, quando alienaret propter æs alienum, vt supra.
Propterea si testator, qui erat debitor dotis restituen-
dæ, vel dandæ ex contractu, vel aliter ex aliqua solue-
re tenebatur, rem à legatam alienaret, non diceretur
voluisse legatum reuocare, quia necessitate rei fami-
liaris alienauit: & hic est casus noster, vt supra. Nec
obstet, quod in contractu alienationis dictum sit &c.
4 Quia respondetur, † quod etiam adhoc vt valeat alie-
natio, quæ fit ex causa necessaria, requiritur, vt fiat spõ
te, vt per totum. ff. & C. quod metus causa. & extra eo-
dem titulo. & ideo in omnibus instrumentis, tam ex
causa voluntaria, quàm ex necessaria factis apponitur
hoc verbum sponte ad excludendum vim, & metum,
non autem ad ostendendum. quod alienatio, seu con-
tractus dicatur fieri ex causa voluntaria, & sic illa di-
ctio causam necessariam non excludit, vt lippis, atque
tonsoribus notum est. & habetur per Bartolum. ibique
Cornel. in authentic. sacramenta puberum in quinta
column. repetit. C. si aduersus vendit. Et quanuis gloss.
in dicto §. si in rem in versicul. exigendam dicat, cum
sponte fuisset res alienata, hoc est ex voluntate, tamen
illud est improprie dictum, vt inquit Cornelius in lo-
co præallegato. & referre videtur, an dictio sponte po
natur in instrumento, vt solet fieri, & importabit, vt di
ctum est, an exprimatus relatiue de per se extra contra
ctum, & contenta in instrumento, vt facit gloss. illa, &
potest tunc importare sponte, hoc est non vi, nec me-
tu, item & voluntarie Et ex his dicendum esse putaui
alienationem rei legatæ tanquam ex necessitate rei fa
miliaris factam legatum piæ causæ non reuocasse.

SVMMARIVM.

1 *Mandans delictum fieri, sequuto delicto, tenetur vt*
ille, qui exequutus est.
2 *Mandatum delicti qua verba probent.*
3 *Mandatum de occidendo nõ probatur ex his verbis,*
roge te, vt iniuriam meam vlciscaris.
4 *Vindicta duplex est, & in dubio semper de licita in-*
telligitur.
5 *Animus ex qualitate personæ præsumitur, & indi-*
catur.
6 *Mandatum vindictam intelligit de simili iniuria il*
lata, haud de excessiua, & quando de excessiua quo
que teneatur, nu. 8.
Bartolus in l. si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de ac-
quirẽda hereditate declaratur, & limitatur. & nu-
mero 10.
7 *Animus offendentis consideratur ex qualitate offen-*
sa.
8 *Mandatum de vulnerando extenditur ad homici-*
dium, & quare.
9 *In delictis quando in dubio facienda sit interpreta-*
tio contra delinquentem.

Quæstio 10.

TITIVS ab aliquo offensus Caium fratrem rõ
gouit, vt ipsius iniuriam vlcisceretur: Caius il-
lum, qui fratrem offendit, interfecit, quæsitum
est, an Titius tanquam mandans de occiso teneretur,
ac puniri posset. Et plerique verum esse putauerunt,
Titium de occiso teneri ex mãdato ab illo fratri facto
argumento l. non solum. in principio. & in §. si manda-
1 to. ff. de iniuriis. vbi Bartolus inquit, † mandantem, se-
quuto delicto, teneri non aliter, quam illum, qui man-
datum suscepit, & exequutus est: faciunt etiam nota. à
2 Barto. l. sed si vnus. § seruus meus. ff de iniur. † Quod au
tem Titius Caio fratri mandauerit, & de occiso con-
sequenter teneatur, colligitur ex his, quæ not. Bart. in l.
si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquir. heredit. de
nobili Florentino offenso, ac dicente famulo suo, nun-
quam domum redeas nisi aliquid de illo negocio sen-
tiam: nam cum famulus post ea verbum illum, qui do-
mino suo iniuriã intulit. interfecisset, dominus, tãquã
mandauerit fuit de homicidio punitus: At in casu no-
stro Titius rogauit Caium fratrem suum, vt eius iniu-
riam vellet vlcisci, & Caius deinde illum occidit, quã
Titio iniuriam tulit, ergo ex hoc mandatum de occi-
dẽdo probatur, ideoque Titius de occiso tenetur: ius-
sus enim vel mandatum intelligitur, quomodocũque,
ac per quæcunque verba appareat de voluntate præce
dente, vt in d. §. pater Seio, alias in d. §. sed quid. & ibi
Ioan. de Imol. Ange. & Pau. de Cast. Sed his nõ aduer-
3 santibus, verius existimaui, † Titium non debere puni
ri. perinde, ac si homicidiũ fieri mandasset per illa ver
ba fratri suo prolata, te rogo, vt meã iniuriam vlcisca-
ris: hæc enim verba non importani, vt Titius fratri mã
dasse dicatur, quod aliquem interficeret, veluti colli-
gitur

gitur ex iis,quæ voluit gloss. prima.& ibi Gulielm. de
Cune.in lege prima.C.de his.quibus vt indig.vbi si he
res interfecti,qui tenetur vindicare defuncti necẽ de
iure,videlicet accusando in iudicio,coram testibus di
xerit,ego talem offensam, seu mortem defuncti vindi-
cabo,deinde is,qui interfecit , fuerit vulneratus , siue
occisus,non præsumitur id factum ab herede, qui illa
verba protulit,neque propter ea etiam per testes pro-
bata heres torqueri potest , quoniam debent intelligi
4 de vindicta licita,& quæ de iure fieri potuit,cum †vin
dicta duplex sit ad nota.in dicta l.prima . & semper de
licita sit intelligendam argumentum notat.per Barto.
in l.aut facta.§.causa.ff.de pœnis.& expressius hoc vo
luit Alexander in dicta l.prima.C.de his,quibus vt in
5 dig.& in dicta l.si quis mihi bona.§.sed quid:† Et Pau.
Castren.in dicta l.prima in casu præmisso inquit, iudi-
cem debere qualitatem personæ æstimare, ex ea enim
animus præsumitur,& iudicatur.l.famosi.ff. ad legem
Iuliam maiestatis.habetur in l.prima.C.de falsa mon.
& notat Bartol.in l.metum.ff quod metus cau.Ex ver-
bis tamen,vt supra prolatis,adeo contra proferentem
non præsumitur,vt condemnari possit.vt ibi per Paul.
qui expresse voluit,ex huiusmodi verbis non probari
mandatum,nec delictum,& ita sequitur Alexander in
dicta l.si quis mihi bona. §.sed quid.in penulti.colum.
Secundo in fauoré Titij facit in terminis id,quod vo-
luit Cuman.in dicto § sed quid,quem sequitur ibi Ale
xander & Roman.in dicta l.prima. qui omnes Bartol.
6 doctrinam ibi limitant,† nisi ex qualitate(rationé ra-
tionis huius assignantes dicimus formam mandati di
ligenter seruandam esse text.in diligenter.ff. mandati
& cap.dilecta.de rescrip.) offensæ aliter perpendi pos-
set:nam etiam mandatum præcessisse præsumẽdo de-
bet intelligi,quod mandauerit vindictam similem in-
iuriæ illatæ,non autem excessiuam,pro qua teneri nõ
debet,quia in dubio semper intelligendum est, vindi-
ctam & defensionem debere fieri cum moderamine in
culpatæ tutelæ.argum.l.j.cum ibi not.C. vnde vi.l.iij.
§.cum igitur.ff.de vi,& vi arma.& l.sciẽtiam.§. qui cũ
aliter.ff.ad l.Aquil.Quam limitationem Areti.ibi val-
de æquam,& rationabilem esse affirmat.& licet is cõ-
tra illam vnam adducat affirmationem,de qua infra di
cetur tamen omnes scribentes communiter ibi , & in
d.l.j.cum ea transeunt.Sed in casu isto Titius in spatu-
la cum baculo,& sine sanguinis effusione leuiter per-
cussus fuit,ergo licet Caium fratrem rogauerit,vt eius
iniuriam vlcisceretur,tamen debet intelligi de vindi-
cta simili ipsi iniuriæ,& de ea,quæ fieret cum modera
mine inculpatæ tutelæ:& hæc est optima ratio ad de-
fendendum Titiũ pro qua facit notabilis decisio Bald.
7 in l.si prædium.Cod. de ædil.acti. vbi † animus offen-
dentis ex qualitate offensæ consideratur, exemplificã-
do,vt ibi per eum,& prout ad propositum nostrum il-
lud dictum Bald.inducit Alexand.in dicta l.si quis mi-
hi bona.§.sed quid facit etiam quod voluit idem Bald.
in dicta l.si quis mihi bona.§.si coram,†nam si mando
famulo meo,vt aliquem vulneret , sed non interficiat,
& famulus illum interfecerit,nulli dubium, me de oc-
ciso teneri,quamuis id non mandauerim , vt est textus
in c.fina.de homicid.in vj.Bartol.in l.diuus. in fine.ff.
de sicar.text.in l.fina.de crimin.expil.heredi.Quod ve
rum esse Bald.inquit,quando periculum à re mandata
separari non poterat,alioquin secus , vt quia dixerim
famulo,quod alapam daret alicui , & is ferro occide-
rit,hoc enim casu ego mandans de homicidio non te-
nerer:& ita sequuntur Alexand.in d.§.sed quid.& Are.
in d.§.sed coram,& facit,quod voluit Bal.in l.nõ ideo.
col.vlti.C.de accusa.Nec obstat dictum Are.qui solus
hanc limitationem mordet,quod in delictis,& in iis,
quæ illicite sui natura committuntur , in dubio , & in
obscuris semper facienda est interpretatio contra de-
linquentem,in his enim præsumptio contra delinquẽ
tem degenerat secundum Dyn.in c.in obscuris.de reg.
iur.in vj.probatur in l.j.cum ibi not.C.de sicar.& po-
nit Barto.in l.non solum.§ morte.ff.de noui ope. nun-
8 cia Quia primo responderi potest,† prædicta procede
re contra delinquentem,qui actualiter delictum com
misit,& ita loquuntur proxime allegata,non autẽ con
tra eum,qui verbis aliquid mandasset,nam tunc in du
bio contra ipsum degenerans interpretatio fieri non
debet. Secundo prædicta possent procedere, quando
periculum à re mandata separari non poterat,alias se-
cus,vt dictum est. Ex quibus omnibus apparet, doctri-
nam Barto.in d.l.si quis mihi bona in § pater Seio, ca-
10 sui nostro non obstare,† cui aliter etiam responderi
potest,vt aliqualiter colligitur ex mente Areti.in d.§.
sed quid,quod illud dictum Bartol.procedat, quando
mandans per verba præceptiua, & imperatiua mãda-
uit,& verba illi prolata fuerunt,qui excusationẽ præ-
tendere poterat,quia necessitate quadam parere coa-
ctus esset,vt est filius,seu famulus mandantis iuxta ea,
quæ habentur per Bartol.in l.non solum. §. si mandato
per illum tex.ff.de iniur.quo casu mandans vere facere
videtur,vt ibi per Bar.Et ita ꝓsupponit ipse in d.§.pa-
ter Seio. sed in casu nostro Titius verbis præceptiuis,
& imperatiuis non fuit vsus , neque mandatarius ali-
quam poterat excusationem prætendere. quia nullam
1 parendi necessitatem habebat,cum esset frater .ergo
prædicta Barto.doctrina Titio non obstabit, quem ex
his,& aliis supra dictis de occiso non teneri verius es-
se de iure putaui.

SVMMARIVM.

1 *Alimentandi onus ab æquitate,& charitate sangui-*
nis regulatur.
2 *Mater alens filium,viuo patre,quare à patre alimẽ*
ta repetit.
3 *Et in quibus casibus illa repetat ,& in quibus non.*
4 *Pater egenus à matre primo,deinde à fratre , si ex-*
tent,& vltimo ab heredibus filij alii debet.
5 *Frater sororem,cui dos à patre fuit relicta,antequam*
nubat ,alere tenetur,matre non existente.

Quæstio 11.

VENIT in quæstionem,an mater quæ vna cum
filiis,& aliis substitutis fuerat à testatore mari-
to suo heres instituta,poterit repetere à cohere
dibus alimenta simpliciter ab eo præstita filiabus suis
quibus pater solum dotes congruas reliquit.Et magis
visum est,vt repetitioni huiusmodi locum non fuisse
diceremus Nam & si filiæ,quibus à patre dotes fuerũt
relictæ,à fratribus quoque suis heredibus in testamen
to paterno institutis sint alendæ, liberalibúsque arti-
bus instruendæ expẽsis.& bonis hereditatis paternæ.
l qui filium.ff.vbi pupil.educ.debe.& ibi Bald. & om-
nes.Tamẽ ex quo mater illas aluit absque protestatio-
ne:& absque eo,quod rationem expensarum factarum
in alendo confecerit,animo donãdi,& ex pietate, cha
1 ritatéque materna hoc fecisse videtur,†quoniam onus
alimẽtandi ab æquitate,& charitate sanguinis regula-
tur.l.si quis à liberis.§.primo/in fin.ff.de libe.agnoscẽ.
Consonum namque est, vt mater prius alat,quam fra-
ter,siue alius.qui etiã in bonis paternis successerit, vt
in terminis nostris concludit Alexand. in l.alimenta.
2 circa finem.C.de negociis gestis.†Ideoque mater,quæ
alimenta filio præstitit,illa repetit à patre qui prius fi-
lium alere tenebatur , vt in d.l.alimenta. iuncta d.l.si
quis à liberis.§.si vel parens. nã mater tunc prioris ne
gocium vtiliter gessisse videtur arg.l. Nesennius cum
ibi not.per glo.in versi.abiisse.ff.de nego.gest. qui tex.
proprie in istis terminis loquitur. vt matri detur repe-

titio alimentorum aduersus patrem, vel auum, quia illis onus alimentandi prius incumbebat, vt ibi etiā habetur per Paul. Castren. qui in hac materia quatuor casus considerat.

3 †Primus est, quando mater præstando alimenta filio fuit protestata: secundus, quando ordine sanguinis attento, ius alimentandi prius ad alium, quam ad matrem spectabat, vt quia pater, vel auus paternus extarēt, nam his casibus mater in dubio animo repetendi alimenta præstitisse præsumitur: tertius casus est, quando mater negocia filij gerebat, eiúsque bona administrabat: nam in dubio absque alia protestatione de bonis filij, seu animo repetendi præstitisse cēsetur: quartus casus est, quando mater de expensis alimentorum librum rationum confecisset: & hęc omnia probantur in dicta l. Nesennius, ibique Paulus Castrē. sis. Extra hos autem casus mater ex affectione materna præstitisse alimenta præsumitur, neque illa potest repetere dict. l. Nesennius. & tradit Alexander in dicta l. alimenta. Ex quibus tollitur ratio Cyni, qui contrariū fere in terminis nostris consuluit, vt refert Alexander in dicta l. alimenta. Et illa opinio, quod mater, quæ simpliciter filio, seu filiabus alimenta præstitit absque vlla protestatione, non possit illa repetere à fratre, seu ab alio herede patris, verior videtur, quam sensit Bartol. in dicta l. si quis à liberis §. item rescriptum. idem videtur velle Ioannes Andreas in addition. ad Speculato. in rubrica de statu monachorum in fine rubric. eandémque sententiam sequitur Alexander in dicta l. alimenta. vbi iis, quæ ex aduerso adducuntur, respondet: facit etiam id, quod idem Alexander voluit in l. si paterno. C. de negotiis gestis: & ita sunt intelligenda ea quæ Salicetus & alij in dicta l. alimenta tradunt. Non obstat dicta l. si quis à liberis. §. item rescriptum, iuncto §. primo. & ibi gloss. in versicu. iuste, eiusdem legis, vbi frater, fratrem egenum tenetur alere dicto §. primo cum gloss. in versicul. iuste, & tamen si filius eius, vel heres filij extet, cum alere debet: quia responsio colligitur ex iis, quæ dicicit Bartolus in dicto §. item

4 rescriptum, † quòd heredes filij, vel filius patrem filij egenum alere tenentur, si mater, vel frater nō extent, qui, aut quę alere possit, vt in dicto §. item rescriptum, illis enim extātibus magis consonum æquitati & charitati sanguinis est, vt mater, seu frater prius alat, non autem filij heres, vt dicit Alexander in dicta l. alimenta. Non obstat etiam dicta l. qui filium, vbi filio herede vniuersali instituto, & dote tantum filiæ relicta, frater tanquam patris heres sorori interim, antequam nubat, alimenta præstare tenetur.

5 †Nam respondetur, illum textum debere intelligi, matre non extante, quę filiam alere possit. Si enim ipsa aliam aluit, non potest alimenta repetere à filio herede instituto, nec à filia, quoniam ea pietatis causa, & materno amore & sic animo non repetendi præstitisse præsumitur. Et hæc in iure verissima dixit.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in actu confessionis vices Dei veri gerit.*

2 *Et in hoc est maior papa confitente.*

3 *Neque ab vllo etiam papa cogitur ea propalare, quæ à peccatore habuit in confessione maxime in cōcernentibus releuationem animæ, & conscientiæ confitentis. Et ei soli de his absque testibus creditur, illa aliter non detegendo.*

4 *Conscientia est angelus humanæ vitæ præsidēs, cui soli absque testibus creditur.*

5 *Conscientia sola testis est quo ad Deum.*

6 *Testi vni iurato ex dispositione testatoris standum est.*

7 *Sacerdoti, & religioso quādo credendum sit, & quādo non de commissione sibi in actu confessionis, & pœnitentia à defuncto facta de bonis suis distribuendis.*

Quæstio 12.

CVM sacerdos quidam ad pœnitentiam mulierem quandam infirmam recepisset, ea mortua, repertum est dictum sacerdotem literam cambij manu debitoris dictæ mulieris scriptam penes se habuisse: Heredes coram iudice ecclesiastico literam à sacerdote vendicabant: Sacerdotes ex aduerso dicebat illam sibi à muliere traditam, vt summam in litera contentam pro subsidio, & releuatione animę, ac conscientiæ ipsius mulieris certo modo dispensare. Quæstionis fuit, an sacerdoti de huiusmodi traditione, & commissione dispensandi credendum esset. Et cum secundum ea, quæ proponerentur, constaret dictā mulierem solitam esse confiteri peccata sua dicto sacerdoti, eidémque infirmam ante obitum confessam esse, illud esse admittendum existimaui, quod sacerdoti credendum esset de iis quæ habuit à dicta muliere sub sigillo conscientiæ, neque illa teneatur, neque possit cōpelli propalare, & consequenter de his omnibus, quæ in consequentiam veniunt, sit ei plena fides adhibenda:

1 † ipse enim in actu confessionis vices veri Dei gessit, vt est textus cum gloss. in capitu. dilectus. de excess. prælat. habetur in capitul. si sacerdos. de officio ordina.

2 †& in hoc maior est ipso papa, qui vices veri, & puri Dei haud hominis repræsentat. cap. quanto. de translation. episcop. iunctis nota. per glossam in capitul. nemo. 2. quæstione 3. & cap. nos si incompetenter. 2. quæstion. vij.

3 Propterea † ipse sacerdos non potest compelli à papa tanquam ab inferiore, & minus à quocunque alio ordinario, vt ea propalet, quæ à peccatore habuit in actu confessionis, & maxime in iis, quæ releuationē animæ, & conscientiæ suæ concernunt, vt habetur in d. c. dilectus, & argument. cano. inferior, 21. distinct. c. cum inferior. de maioritate & obedientia. capitul. secūdo. cum ibi notatis de officio & potestate iudic. delegat. Quo fit, vt sacerdoti credendum sit de commissione distribuendi pecuniam in dicta litera contentam pro releuatione conscientiæ defuncti absque alia mentis illius proditione, & declaratione. Quod bene nota pro limitatione notatorum in l. vnica. C. de manda. princip. & capitul. cum in iure peritus. de officio & potesta. iudic. delegat. in volumine Gregoriano. & vide textum in capitu. omnis. de pœniten. & remis. Nam, vt

4 dixit Baldus in l. secunda. C. de fideicommis. † conscientia est angelus humanæ vitæ præsidens, cui soli standum est, omissis apicibus iuris, quoniam lex commendat, & fouet illud, quod ex conscientia fauendum est: cui non conuenit de apicibus iuris disputare: vnde commissum ad conscientiam videtur ad veritatem commissum, vt ibi per Baldum. & vt habetur Matthęi capitul. decimo. & Lucę vndecimo. & in capitul. vni-

5 co. §. ad exhibendum de sacra vnctione: † satis est rationem conscientię habere quo ad Deum, & quando Deus est iudex, alius testis, quam conscientia tua non erit. capitu. custodi. vndecima quęstione tertia. ideoque de iis, quę sacerdos habuit in confessione, & conscientia, non sunt alij testes necessarij, sed ei soli tanquam Deo credendum est. Quę sententia suadetur,

6 † nam si ex dispositione testatoris simplici dicto iurato vnius standum est, vt est textus cum ibi notatis in l. Theopompus. ff. de dot. prælegat. quanto magis ex dispositione Dei in foro conscientię stari debet dicto vnius sacerdotis, qui vices ipsius Dei gerit, vt credatur ei de omnibus, quę is asseruit à peccatore habuisse, aliter ipsum peccatorem non prodendo, vt in dicto cap. dilectus? Nec obstat, quod confessori non sit credendū de distributione bonorum facienda, alioquin heredibus

bus defuncti valde præiudicare, & cui vellet contra mētem defuncti dare posset, & idcirco de iis, quæ ipse facit pro executione sibi commissa, rationem ordinario loci reddere tenetur, qui simpliciter illi credere nō
7 debet. clementin. vnica, de testament. †Quia responde tur, illud esse verum, quando religiosus, vt homo, à defuncto extra casum pœnitentiæ fuisset deputatus exequutor alicuius vltimæ volūtatis: & ita proprie intelliguntur tradita in dicta clementin. vnica: secus si in foro animæ, & pœnitentiæ religiosus diceret sibi aliquid fuisse commissum pro exoneratione conscientiæ defuncti, tunc enim sacerdoti credendum esset, quoniam non vt homo deponeret, sed vt Deus per prædicta. Quod maxime probandum esse dicebam, considerando conditionem, & qualitatem illius optimi religiosi, qui administrator bonorum mulieris non erat, neque talis, vt verisimiliter heredes, aut alij potuissent suspicari, quod ipse literam cambij furatus esset. argument. capitul. absit. vndecima quæstione tertia. immo credendum est, ipsum habuisse literam à muliere pro exequendo voluntatem suam, vt supra, veluti sacerdos affirmat, & iurare parat⁹ est, cui in hoc stādum est attenta negotij qualitate: quia iudex & superior, considerata qualitate, & forma exequutionis, probitate, & conditione exequutoris, & quantitate, ac qualitate eius, de quo quæritur, tenetur quandoque credere de iuramento ipsius religiosi, quandoque soli conscientiæ, & simplici assertioni ipsius, vt volunt Paulus & Ioannes de Imola. in dicta clementina vnica. in gloss. in versi. redde. Nam aliud est, si sacerdos diceret, heredes aliqua bona debere distribuere, quia testator ita sibi iniunxit, credendum namque non esset, cum is grauare vellet heredem, vt illud daret, quod penes se esset. Aliud vero est, si diceret, quod id, quod ipse distribuit, actualiter habuit à defuncto causa exonerandi illius conscientiam, & verisimile fuerit, vt solum in actu pœnitentiæ illud habuerit: nam hoc vltimo casu sacerdoti omnino credendum erit, neque iurisdictioni ordinariæ subiectus dicetur, cum maior in hoc habeatur ordinario: & in hoc casu non loquitur dicta clemen. vnica. cum ibi notatis. alioquin animæ multorum defraudari possent, qui aliter, quam hac via animæ, & conscientiæ suæ succurrere non auderēt, & profecto multa cum detrimento animarum non restituerentur, quæ quotidie restituuntur, nec aliter de huiusmodi exequutione inquiritur. Et hæc sententia, atque interpretatio tanquam animabus peccatorum tutior, & fauorabilior est amplectanda. arg. c. in ciuitate. cum ibi no. extra de vsur.

SVMMARIVM.

Vsufructuarius omnium bonorum, iurium, & actionum, alio in proprietate herede vniuersaliter instituto, legatarius, vel heres particularis esse censetur, & in eum iura, actionésque non transeunt.

2 *Et quomodo in casu isto vsusfructus iurium, & actionum sit validus & vtilis.*

3 *Ad heredem proprietarium spectat, & non ad vsufructuarium agere contra debitores hereditarios. & quicquid cōsequetur, proprietas erit heredis, & vsus fructus vsufructuarij.*

Quæstio 13.

SI alicui relictus sit vsusfructus omnium bonorū, iurium & actionum. & institutus sit heres vniuersalis proprietarius ille, qui bonorum administrationis rationem testatori defuncto reddere tenebatur, An vsufructuarius possit petere ratiōis redditionem, quæ testatori reddenda erat ad effectum vt vsumfructum ex fructibus, & rebus aliis forte à proprietario consumptis, & alienatis consequatur. Verum vtique esse putaui, quòd vsufructuarius petere nequeat, nam præsupposito etiam, quòd heres proprietarius fuisset obligatus testatori defuncto rationem administrationis reddere, & hoc à defuncto per actiones personales sibi de iure competentes peti potuisset: argumento eorum, quæ ponit Bartol in l. j. § officio. ff. de tut. & rat. distrah. & l. j. §. j. ff. de contra. tut. cū simil. Tamen ex quo ipse fuit heres vniuersalis à defuncto institutus, omnia iura, & actiones, quibus ille defuncto tenebatur, per aditionem hereditatis extinctæ, & confusæ ipso iure fuerunt, vt in terminis nostris est text. in l. si adulta. C. de hered. action. cum multis ibi allegat. quæ breuitatis causa omitto. Et si diceretur, quòd saltem quo ad effectum consequendi vsumfructum prædictæ actiones censentur translatæ in vsufructuarios etiam actionum, & iurium.
1 Respondeo, quòd † vbicunque aliquis fuit heres vniuersalis institutus solum in vsufructu omnium bonorum. & iurium, seu actionum, alius autem vniuersaliter in proprietate, tunc vsufructuarius heres omnium bonorum, & iurium censetur esse potius legatarius, quam heres, & si heres dicitur, est heres particularis, in quem iura, & actiones non transeunt actiuè nec passiuè, ex quo alius fuit heres vniuersaliter in proprietate omnium bonorum, iuriū, & actionum institutus, vt optime habetur per Imolam in l. j. §. si ex fundo. & in l. ex facto. ff. de heredibus instituend. l quoties. & ibi scribentes maxime Alexand. & moder. post Bartolum & alios. C. eodem titul. argument. corū. quæ voluit Bartol. in l. si quis seruum. in fin. cum l. seq. ff. de lega. ij. & in l. non amplius. in fi. ff. de leg. j. & plenissime declaraui in cap. Raynutius. de testament. in notab. & est verissimum: Propterea si vsufructuarij vellent agere, non possent: quia sine actione nemo experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negotiis gestis. item quia si quæ actiones ad hoc defuncto competebant, illæ in casu nostro fuerunt extinctæ, & confusæ, vt supra dixi. Neque obstat, si diceretur, quod hoc modo vsusfructus iurium, & actionum fuisset frustratorius contra l. si quando. ff. de lega. j. cum similib. Quia respō-
2 detur, † quod vsusfructus actionum dicetur validus, & vtilis videlicet actionum contra alios debitores hereditarios competentium, quæ adhuc remanent, neque post mortem defuncti confusę dicuntur, non autem dicetur relictus vsusfructus illarū actionum, quæ post mortem testatoris, & aditionem heredis debitoris defuncti confusæ & extinctæ ipso iure fuerunt, de quibus supra dictum est. quoniam verba quantumcunque vniuersalia, & generalia ad habilitatem restringūtur. l. j. cum ibi notatis. C. de sacrosanctis ecclesiis. l. j. §. nunciatio. & ibi Barto. ff. de noui operis nunciation.
3 †Et illarum actionum dicetur vsumfructum habere, videlicet eius, quod ex ipsis actionibus percipiet agēdo contra debitores hereditarios, cōtra quos vsufructuarij omniū bonorum agere nō poterunt, quia in illos iura actiue & passiue non transeunt, sed heres ipse proprietarius, in quē iura, & actiones transierunt, actiones cōtra debitores exercebit, & quicquid consequutus fuerit, illius proprietas ad heredē ꝓprietariū, & vsusfruct⁹ ad vsufructuarios spectabit, vt colligitur ex iis, quæ voluit Alex. in l. vsufructu. ff. ad legē Falc. & in l. si filius. §. si vir. ff. sol. mat. quicquid senserit Bart. in l. si. ff. de vsufru. legat. qui cōmuniter est reprobatus. vt ibi per Alex. in apost. habet. Et ita iuris esse existimaui.

SVMMARIVM

1 *Censuarius ob solutionis cessationem, alienationem, & abusum rei expelli non potest.*

2 *Ecclesiæ fauore in dubio facienda est interpretatio.*

3 *Coniecturis pluribus concurrentibus, interpratatio fit pro fortiori.*
4 *Coniectura fortior & potentior minorem, minúsque potentem elidit.*

Questio 14.

QVAESITVM est, si quis, & sui antecessores
per multos annos certum quid vniformiter ec
clesię alicui respectu certorum bonorum singu
lis annis soluerint, neque constet, an ex
causa emphyteotica, an ex colonia perpetua, an vero
ratione census: ex qua causa fuisse solutum præsumen-
dum sit. Alberic. in l. ij. colum. iij C. de iure emphi. qui
inquit in facto ita se obtinuisse, veluti etiam refert Ia-
son. in authentic. qui rem col. iij. C. de sacrosan. eccles.
dicebat, quod in dubio solutio facta p̄sumitur ex cau-
1 sa census, nam hoc vtilius soluenti esse dicitur, † quia
ob solutionis cessationem, & propter alienationé, vel
abusum rei expelli non poterit ad ea, quæ habentur in
c. constitutus. cum glo. in versic. iuxta ratam. de religi.
domi. & ego plenissime dixi in c. j. de in integ. restitu.
& hoc est de mente Socin. in consil. clxvij. libr. j. Quam
sententiam sequutus alias consului, & motus sum ex
not. per gloss. in c. peruenit. de censibus. vbi glo. in ver-
sicul. census ignorantiæ hinc, inde arguendo tandem
concludit, ex diutina solutione esse ecclesiæ acquisitū
quoddam ius soluendi censum, sicut ex diuturno vsu
seruitus acquiri potest. l. si quis diuturno. cum ibi not.
ff. si seruit. vendic. facit quod habetur in l. cum de in rē
verso. ff. de vsur. per Bartolum & alios in l. si certis an-
nis. C. de pactis. Secundo contra illum, qui agit ad so-
lutionem sibi faciendam ratione diurnæ solutionis v-
niformiter factæ respectu certæ rei, semper in dubio
facienda est interpretatio. d. l. si certis annis. sicut dici-
tur de illo, qui in contractu se fundat, contra quē sem-
per in dubio fit interpretatio, cum potuerit atque de-
buerit legem sibi apertius dicere. l. veteribus. ff. de pa-
ctis. ergo & in proposito casu facienda erit interpreta
tio, vt potius ex causa contractus censualis, quam ex
alia solutum esse dicatur, ita enim minus soluenti præ
iudicatur, vt in terminis probari videtur in c. sciētes.
& in c. prohibemus. de censibus. In puncto iuris tamē
contrarium videtur verius, quia in dubio illa est inter
pretatio faciēda, quæ magis fauet ecclesiæ. l. sunt per-
sonæ. ff. de religio. & sumpti. funer. cum similibus. Ec-
clesiæ autem, cui solui solitum fuit, fauorabilius esset,
vt intelligeretur potius ex causa emphyteotica, vel co
loniæ ad lōgum tempus tam ratione directi dominij,
quàm ratione caducitatis. argument. c. potuit. de loca.
& §. si quis vero locator. in authentic. de aliena. & em-
phyteu. coll. ix. quàm ex causa census, ex qua maius ec-
clesiæ præiudiciū irrogaretur, vt colligitur ex iis, quæ
supra dixi, & plenius in dicto c. j. de in integrum restit.
ergo &c. Immo etiam in priuato hoc idem velle vide-
tur Salicet. in l. comperit. C. de præscription. xxx. anno
rum. Et communis schola scribentium, videlicet Bart.
& Bald. in l. male agitur in l. omnes. in l. cùm notissi-
mi. & in dicta l. comperit. C. de præscriptio. xxx. anno.
Barto. Bald. & gloss. magnæ in fin. in l. ij. C. de iure em-
phyteu. Barto. in l. litibus. C. de agrico. & censitis. libr.
xj. cum aliis allegatis per Alexand. in apostil. in dicta
l. male agitur. & in l. qui in aliena. ibique Angel. ff. de
acquirend. heredi. cum multis, quæ possent adduci, vi-
detur esse, quod si per triginta annos cōtinuos vnifor-
miter alicui certum quid solutum fuerit, in dubio so
lutum esse censetur vel iure emphyteotico, vel iure co
loniæ perpetuæ, non autem censuali nomine. Sed nunc
in huiusmodi quæstione ita distinguendū esse putaui,
q̄ aut apparet, ex qua causa fuerit solutū vel tanquā ab
emphyteota iure emphyteotico, vel tāquā colono iure
coloniæ, vel ex alia speciali causa, & tūc ex hac diurna
solutione dicetur solutū, & in posterum solui debebit
ex illa causa, ex qua solutum fuit: & ita intelligo id,
quod voluerunt Bar. Bald. Salic. & alij in d. l. male agi-
tur. in fin. ita etiam loquitur Salicet. in d. l male agitur
in d. §. peruenit cum glo. in d. § scientes, & in d. § pro-
hibemus. Aut non constat expresse, ex qua fuerit solu-
tum, & tunc aut sumus in priuato, cui solutum fuerit,
& præsumetur illi solutum ex causa census ita potest
intelligi id, quod voluit Alberi. in d. ij. col. iij. C. de iu-
re emphy. & argumen. d. l. veteribus. Ias. in d. auth. qui
rem. Inno. in d. c. constitutus. & Socin. in d. consi. clxvij
2 Aut sumus in ecclesia, cui fuerit solutum, † & tunc fa-
uore ecclesiæ, in dubio ex alia causa solutum esse præ-
sumendum erit. puta ex emphyteoticaria vel coloniæ,
non autem ex censuali, ex qua graue ecclesiæ præiudi-
cium inferretur, agument. l. sunt personæ. ff. de religi.
& sumpti. fun. cum aliis supra dictis. Ex causa vero feu
dali ex qua graue ecclesię præiudicium inferretur, ar-
gumen. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. cum
aliis supra dictis. Ex causa vero feudali nec in eccle-
sia, nec in priuato in dubio solutio facta præsumetur,
quoniā secundum naturam veri feudi nihil est annua-
tim soluendum. argumen. c. j. in quibus modis feudum
3 amit. cum similib. † Aut hincinde sunt coniecturæ, ex
quibus aliquæ inferunt, quod ex causa census, aliquæ,
quod ex causa locationis ad longum tempus, vel iure
emphyteutico, & tunc etiam in rebus ecclesiæ erit fa-
cienda interpretatio, quod ex causa census, vel ex alia
causa, prout fortior erit coniectura, vt in c. constitutus
de relig. do. vbi pluribus diuersis coniecturis cōcurrē-
tibus fit interpretatio in cōtractu censuali propter illa
verba, quicquid habebat ecclesia, concesserat, quāuis
fuisset expressum, q̄ iure emphyteutico. Ita etiā intelli
gi potest c. j. de in integ. restit. vt ibi dixit, nam secūdū
quod fortior erit coniectura facienda erit interpreta
4 tio: cum † potentior, & fortior præsumptio, seu con-
iectura minorem, minúsque potentem elidat. ca. tuam.
cum glos. de sponsa. Bart. in l. cum de indebito. in prin.
ff. de probat. Bald. in l. siue possidetis. C. eod. tit. Et hoc
modo etiam potest intelligi id, quod voluit Salic. in d.
l. competit. Et hæc mihi de iure vera esse visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Administrās quomodolibet bona alterius administrationis rationem reddere tenetur.*
2 *Papa etiam administrationis suæ rationem reddere tenetur.*

Quæstio 15.

CVM quidam in domo alicuius manēs non ex of-
ficio aliquo sibi à domino iniuncto sed potius
authoritate propria bona omnia domini & in vi
ta, & post mortem illius administrasset, & quæreretur,
an is de fructibus perceptis, aliisque ab ipso admini-
stratis rationem reddere teneretur, & reliqua quæ po-
nes ipsum essent, soluere deberet heredibus, restituēdo
fructus, & omnem rei causam, si illi extant, aut iis non
extantibus illorum æstimationem. Hoc vtique verum
esse respondi. illud enim generaliter verum est, quod
1 † quilibet, qui quomodocunque bona alterius admini
strat, rationem reddere tenetur de bonis administra-
tis, de fructibus, reditibúsque perceptis. argumen. ca-
pitul. licet heli. de simo. capitul. qualiter & quando il.
ij. de accusation. siue sit pater, qui bona filij, in quibus
vsumfructum non habeat, administrauit, siue sit ma-
ter, siue auia, rationem huiusmodi reddere debent, vt
voluit Bald. in l. cum oportet. §. sed cū tacitas. C. de bo.
q̄ lib. siue sit frater, vel soror. Bal. in d. l. cū oportet. §. nō
autem. siue sit procurator cū mādato, siue sit negocio-
rum

rum gestor.ff.l.fi.de procurato.ff. de libera.lega.l.ij.ff.
de negot.gestis.siue sit tutor,siue curator.l.j.§.officio.
ff.de tut.& rat.distra.siue sit socius,& rem cum alio cō
mumem habens.l.quædam in princip.ff. de edend.l.si
ambo.ff.de compensation. Barto.Bal.& Salicet.in l.ve-
rum.in fin.& in l.actione.§.nonnunquam.ff.pro socio,
& in l.tandiu.C.eodem titu. Ange.in consilio cclxxxv.
& habetur in l.non est ambiguum,C.famil.ercifcund.
2 Quinimo † etiam papa administrationis suæ rationem
reddere tenetur ad ea quæ habentur per Archidiaco.
in c.non liceat.xj.q.ij.& per Abb.in c.cū venissent de
iudic.Et generaliter vsque quaque verum est,quod qui
libet administrator,qui vel propria authoritate,vel ex
aliquo officio sibi iniuncto bona alterius,siue commu
nia administrauit,tenetur administrationis suæ ratio-
nem reddere, & reliqua soluere, vt volunt Iacob. de
Aret.Barto.Bald.& alij in dicta l.j.§.officio,facit te.in
l.j.cum l.pen.ff.de eo,qui pro tutor.& optimus tex.est
in l.j.C.de ratioc.& ibi gl.Soci.in cōsi.clix.col.v.& in
cōsil.xc.lib.j & Paul.de Cast.in consi.ccxx.cū infinitis
similibus,quæ possent allegari,ex quibus constat,præ-
dictam cōclusionem esse verissimam,& infertur,quod
iste,de quo agitur, administrationi suæ ,& fructuum
perceptorum saltem à die mortis illius,cuius bona ad
ministrauit,rationem reddere,& reliqua heredibus [illegible]
nere tenetur.Quod quidem nulli dubium fore existi-
maui.

SVMMARIVM.

1 *Causa ecclesiastica multipliciter consideratur.*
2 *Causa inter duos laicos etiam de re prophana semel deuoluta ad iudicem ecclesiasticum non cognoscitur amplius à seculari,& in ea iura canonica,haud municipalia,& humana seruantur.*
3 *Laici litigantes coram ecclesiastico à quocunque grauamine possunt appellari.*
4 *Et inter eos tunc secundum ius canonicum procedendum,& iudicandum est.*

Quæstio 16.

STATVTO laicorum cauente, vt semel tātum
in eadem causa per quamlibet partem appellari
possit si causa inter duos laicos etiam de re pro-
phana per appellationem,aut aliter ad iudicem eccle
siasticum deuoluatur,An in ea semel solum,an vero sę
pius appellari liceat,& quo iure sit regulanda? Et ma-
gis est.vt huiusmodi causa possit dici ecclesiastica, de
qua solus iudex apostolicus, & ecclesiasticus cogno-
scat.& propterea secundum ius.commune canonicū,
haud secundum statuta ciuitatis regulari debeat.& in
ea bis saltem per vtrāque partem appellari possit. Nā
1 præmitto,quòd † causa ecclesiastica multipliciter con
siderari potest ad nota.per gloss.summæ.xj. quæstion.j.
& ibi Domi.dicitur enim ecclesiastica ratione rei , de
qua agitur.si litigetur super beneficialibus,& spiritua
libus iuxta clementin.dispendiosam.de re iudica.& ra
tione personæ ecclesiasticæ contra quam litigatur , vt
si clericus sit causa nanque dicitur ecclesiastica , tum
quia de ea solus iudex ecclesiasticus cognoscit,vt not.
in dicta gloss.summa. & per totum xj.quæstion.ij.ca.ij.
de iudi. c si diligenti.& c.significasti.de foro compet.
tum quia secundum iura canonica & ecclesiastica, nō
autem secundum humana,nec secundum statuta lai-
corum decidi debet.c.quod clericis.de foro competē.
Dici potest etiā causa ecclesiastica ratione iudicis,co-
ram quo litigari debet,si causa nequeat agi,nisi coram
ecclesiastico,veluti quādo litigantur super peccato,&
his quæ animam concernunt iuxta cap.si quis cum cle
rico.xj.quæstion.j.c.j.vj.q.ij.d.cle.dispendiosam & no.
in d.glo.summæ.Similiter causa dici potest ecclesiasti
ca,quia sit decidenda secundum iura canonica, & ec-
clesiastica,non autem secundū iura humana,leges vi-
delicet,& statuta laicorum.c ecclesia sanctę Mariæ. &
d.c.quod clericis , & ideo si laici super re etiam pro-
phana coram ecclesistico litigent,talis causa potest di
ci ecclesiastica,tum quia est decidenda secundum iura
canonica,& ecclesistica,vt voluit Specu.in tit.de cōst.
§.j.in versi.& sunt hæc per tex.in c.cuius in agendo. q.
vij Hosti.in summa in tit.de testa.§.qualiterconficiā-
tur.ver.verum Archi.in c.non ita.ij.q vij.& notat Cal-
de.in sua disputa.inci.statuto cauetur,vt refert, ac se-
quitur Abb.in d.c.quod clericis.col.iij.tum quia cum
semel cœperit cognosci per iudicem ecclesiasticū,qui
ad se causam aduocauit,vel ad quem causa per appel-
lationem fuit deuoluta , non potest amplius cognosci
ab inferiori,hoc est à seculari,qui inferior ecclesiasti-
co censetur.c.solitæ.de maio.& obed.vt est text. & ibi
doct.declerant,vt in c.nostrum de appel.Præmitto [illegible]
hæc,ꝙ causa quælibet ecclesiastica est ac ecclesiastico
iudice cognoscenda,d.gl.summæ.& per totum.xj. q.j.
d.cle.d.spēdiosam,& habetur per Abb.in d.c.quod cle
ricis:& consequenter in ea procedi , & iudicari debet
secundum iura canonica.& ecclesiastica,& non secun
dum iura humana,nisi in subsidium.c.si in adiutoriū,
& c.certum.cum glo x.dist.& not.in c.j.de no.operis
nun.& in dicto c.quod clericis Quibus ita se haben-
2 tibus † causa vertens inter duos laicos etiam super re
prophana,quę à iudice seculari ad ecclesiasticum , &
in dignitate ecclesiastica constitutum per appellatio-
nem est deuoluta,dicetur esse causa ecclesiastica,de-
cidēda,& ordinanda secundū ius cōe canonicū, & nō
secundum leges ciuiles,aut municipales , præcipue si
simus in terris temporali iurisdictioni ecclesiæ subie-
ctis arg c.si duobus.in fi.de app.Et ex quo semel in ea
superior,hoc est ecclesiasticus manum apposuit infe-
rior,qui est secularis,super illa se intromittere non po
test.d.c.vt nostrum cum ibi no.per scriben.facit c. sta-
tutū.de rescri.in vij.vbi delegatus papæ,cui fuit cōmis
sa causa etiam secularis inter laicos, non potest illam
alij subdelegare , nisi in dignitate ecclesiastica cōstitu
to,& ab eo.vel à subdelegato illius ad papā,& ad dele
gantem appellari debet.c.super quæstionum.§.porro.
cum ibi nota.de offic.delega.Propterea sequitur quod
super hoc causa procedendum est secūdum iura cano-
nica,& ecclesiastica,& non secundum statuta & con-
suetudines laicorum:& dicit Archidia.in c.non ita.ij.
q.j.& fuit dictum Laur.quod sequitur Cald. in sua di-
sputa.ꝙ † laici coram ecclesiastico litigantes possunt
3 à quocūque grauamine appellare.prout de iure cano-
nico appel.potest:itaque ius cannoicū seruabitur, non
autem ius ciuile,secundum quod à quocunq; grauamī
ne ante sententiā non appellatur.ergo in terminis no
stris etiā seruari debebit ius cōmune canonicū , quod
permittit bis in quacunq; causa posse appellari.ca.sua
nobis.de appel non attento statuto laicorum:quo ca-
uetur,semel tantū appellari posse:quoniā in causis apo
stolicis,hoc est,quæ corā papa pendent. vel in quibus
manum apposuit,illas personæ ecclesiasticæ delegan-
do,iura municipalia laicorū non sunt seruanda,sed iu
ra cōmunia canonica,vt dictum est.Hinc videmus, in
huiusmodi causis dari,& seruari instantiā iuris cōmu-
nis,videlicet anni,& ex causa bienni.c. cū sit romana,
& c.ex ratione.de appel.simi.Præterea in hanc senten
tiam adducor.quia isto modo res ad ius cōmune redu
citur,videlicet vt bis possit appellari , & res ad facilē
ius cōmune redit.l.si vnus.§.pactus in ver.quod in.ff.
de pac.Et optime ad propositū facit dictū Spe.& Host.
in locis supra alleg.quos sequitur Abb.in d.c.quod cle
4 ricis.col.iij.† ꝙ si laici litigēt coram ecclesiastico siue
ex natura causæ,siue ex ordinaria iurisdictione,siue ex
causa accidētali,vt ex ꝓrogatiōe,vel recōuētiōe ꝓce-

de non alien.aut permutan.colla.ij.& hoc docto.ma-
gis communiter tenent,videlicet Paul.de Cast.in l.ex
facto.in fin.ff.ad Trebellianum.qui dicit emphyteo-
sim ecclesiæ in hoc differre à feudo,idem voluit Ale-
xander in l.quod dicitur.ff de verborum obligationi.
per plura,quæ ibi adducit in column.xxv.cum sequen.
Immol.in capitu potuit.colum.viij.vbi ego etiam di-
xi,de locat.Petrus de Ancharano hoc expresse voluit
in consilio cccc. Quidam ser.Antonius &c.idem se-
quuntur Bald.Roman.& Alexand.in l.sed si hac.§.si li
beros.ff.de in ius vocand.Castren.in l.prima.column.
secunda.C.de condition.inser.& est de mente Bartol.
in l.iusiurandi.§.si liberi.ff.de operis liber.& Baldus ac
Ioannes de Imola in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de li-
1 beris & posthumis.dicunt,quod †si emphyteota con-
cessa sit pro se,& descendentibus per virilem sexum,
comprehendetur etiam neptis ex filio.Cynus in l. li-
berti,libertæque.C.de operis liber.Dynus in l.si patro
ni.ff.ad Trebellianum.& in dicta l.iurisiurandi.§.si li-
beri.Alexander in consilio lxxx.libro primo.& in con-
silio clxxxix.libro secundo.Cornel.consilio xxxvij.lib.
iij.& in consilio ccxxxiij.libro iiij.Baldus in authenti.
defuncto.C.ad Tertyllian.Alexander in consilio viij.
libro iij.Curtius in consilio xlv.Iason in l.prima.colũ.
xv.C.de iure emphyteoti Bald.in dicta l.liberti,liber-
tæque colum.vj.Cornel.in consilio cclxiij.libr. j.& in
consilio cxc.libro iij.in fine. qui omnes tenent emphy
2 teosim,vt supra,concessam ad fœminas transire. †Præ
dicta maxime vera sunt,quando emphyteosis eccle-
siæ concessa esset alicui pro se, & heredibus,vt est de
mente Alexand.in dicta l.quod dicitur.column. xxv.
Bald.in cap.j.de eo,qui sibi & heredib.& in aliis locis
proxime allegatis.Tũ quia,vt in præcedenti quæstio-
ne dictum fuit,appellatione heredum in materia ad
heredes non transitoria extranei heredes non compre
henduntur,sed liberi argumento dict.l.ex facto in fin.
cum gloss.& ibi docto.appellatione autem liberorum
descendentes fœminæ,& per fœminam comprehen-
3 duntur,vt in l.j.C.de condi.inser.Tum quia† heredis,
appellatione cõtinentur non solum masculi heredes
sed etiam fœminæ argumento l.in annalibus.C.de le
ga.l.sciendum.l.heredis appellatio & l.heredis appel
4 latione.ff.de verbo.signifi Non obstat,ꝙ †si facta sit cõ
cessio pro filiis,filiæ fœminæ non continentur,argu-
mento not.per Imol.in dicto ca.potuit.col. penulti.&
per Alexan.in dicta l.quod dicitur.col xxv.illud enim
est,quia in contractibus masculinum non cõcipit fœ-
mininum.Archi.in c.si quis suadente.xvij.q.iiij.At he-
redis seu liberorum,vel descendentium appellatio est
latior,vt etiam in contractibus fœminas quoque com
prehẽdere valeat.cum sit appellatio collectiua,magis-
que communis.l.liberorum.ff.de verborum signific.d.
l.j.C.de condit.inser.cum aliis supra allegatis.& Bald.
ac Alex.dicunt in d.§.si liberos.quod emphy.concessa
pro liberis pro fœminis quoq; dicitur concessa,& ma
5 gis si pro heredibus.Non obstat,quod †vbicunque ex-
taret statutum fœminas propter masculos excludens,
tunc appellatione heredum fœminæ contineri nõ de-
bent,quia dispositio testatoris:seu contrahentium in-
terpretatur secundum dispositionem statuti per ea,
quę voluit Petrus de Ancharano in l.tres fratres.ff.de
pactis.& in consi,cxxiiij.& per not.per Bartol.& Ale-
xandrum in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellian.
cum similibus.Quia primo responderi potest: illud ve
rum esse,quando extarent masculi,vt illis extantibus
fœminæ non admittantur at masculis deficientibus
fœminæ admitterentur,argumento not.per Bartol.in
l.fina.ff.ad Tertilianum.& in terminis per eundem in
l.iurisiurandi.§.si liberi.ff.de ope.liber.& per Alexan.
in d.l.quod dicitur.colum. xxv.& argu.c.j. de duobus
frat.à capit.inuestit.c.primo de benefi.frat.& cap.j.de
succes.fratr.vel de grad.cum simil. Secundò respon-
detur vt colligitur ex verbis Alex.in d.l.heredes mei.
§.cum ita.qui in hoc articulo, postquam diuersas re-
6 tulit opiniones distinguẽdo,inquit,†ꝙ dispositio ho-
minis non intelligitur secundum statuta loci,quando
ad validitatẽ dispositionis nulla adesset necessitas ad
actũ nec ad effectũ actus,quia per se dispositio valeret,
illam intelligendo secundum propriam verborũ signi
ficationem. At in casu nostro comprehendendo fœ
minas sub concessione facta de heredibus.disposi-
tio valeret secundum propriã verborũ significationẽ,
cũ appellatione heredũ fœminæ etiam cõprehendan-
tur,vt dictũ est Itẽ vt dispositio,seu cõcessio sic intelli
gat secundũ dispositionẽ statuti nulla adest necessitas
ad actum,nec ad effectum actus,de qua in dicta l.gal-
lus.§.quidam recte. Ergo hæc concessio de per se de-
bet intelligi,secundum quod importat propria signi-
ficatio illorum verborum pro se,& heredibus, vt su-
pra proxime dictum fuit. Tertio, oppositio procede-
ret.quando statuto caueretur, vt ad emphyteosim ec-
clesiæ masculi totum possent admitti , & nullo modo
fœminæ.vt expresse constat ex iis, quæ voluit Ancha.
in consil.cxxiiij.column.iij.& Bald.in d.l.liberti,liber-
tæque colum.vj.Quarto respondetur,verba contrahẽ-
tium esse intelligenda secundum statutorum loci di-
spositionem, quando sumus in casu dubio ad tradita
per scrib.in dicto §.cum ita.cum aliis iam allegatis:At
nos sumus in casu claro. quod fœminæ descendentes
tam ex proprietate verborum,quam ex natura rei cõ-
prehendi debent,nam appellatione heredum in mate-
ria hac emphyteotica fœminæ proprie continentur,
vt in præcedenti.quæst.& proxime in supra dictũ fuit,
ergo &c. Et in terminis nostris hoc voluisse videtur
Curtius in consil.xlv. column.x.& xij. & faciunt nota.
7 Bald.in dicta l.liberti colum.vj.Nec obstat.quod † in
feudis appellatione heredum masculi liberi solum
continentur.capit.primo §.sed diuersum de alie.feud.
capitul.primo.§.profecto de lege conradi. Ergo idem
in emphyteosi ecclesiæ,quæ videtur à pari procedere,
vt videntur velle Doctor. in l. etiam. ff. soluto matri-
mo.in l.si patroni.ff.de Trebellia.& in l. quod dicitur.
8 ff.de verborum obligation. Quia respondetur, †quod
in exorbitantibus non parificantur, & iura feudalia à
iure communi exorbitantia in emphyteosi ecclesię lo-
cum non habent. sed in ea ius commune seruari de-
bet Alex.in consil.ix.lib.j.in consil.lxxxvij.& cvj. cum
sequent.lib.iiij.Iaso.in l.j.colum.xiiij. C. de iure em-
phyt Bart.in d.l.iurisiurandi.§.si liberi, & Alex. in d.l.
quod dicitur circa penul.chartam cum simi.Sed quod
appellatione heredum solum filij masculi comprehen
dantur,dicitur exorbitans, cum regulariter & pro-
prie fœminæ quoque contineantur,vt fatetur Calde.
in consil.xv.de verbo.signific.arg.l.ex facto in fin.cum
ibi not.ff.ad Trebell. & constat ex præmissis.ergo &c.
Itaque omnino concludendum esse dixi.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia auctrix, & cultrix iustitiæ non debet pati aliquid in se,vel in alium contra iustitiam fieri.*

2 *Locupletari velle cũ aliena iactura contra naturam est.*

3 *Melioramenta emphy.ecclesiæ ob lineam finitam debentur non ecclesiæ,sed liberis, & descẽdentibus emphyteotæ,vel heredibus etiam extraneis.*

Quæstio 19.

SED & illud in quæstionem cecidit, cui melio-
ramenta emphyteosis ecclesiæ debeantur. fi-
nita emphyteosi ob defectum lineæ, & illorum
qui in concessione comprehensi erant.Verissimã esse
iuris conclusionẽ,omniq; penitus dubitatione care-
re affirmaui,ꝙ melioramẽta facta ab emphyteota,& in

emphyteosi etiam ecclesiæ existentia de iure pertinét,
ac pertinere debent ad liberos,& descendentes etiam
fœminas ipsius emphyteotæ. Vel ad heredes etiam
1 extraneos,non autem ad ecclesiam:quia † ecclesia quæ
iustitiæ cultrix,& auctrix est, non debet pati aliquid
in se,vel in alterum contra iustitiam fieri,vt in c.j.§.sed
diuersum.de aliena feud iniquum autem.& cótra iu-
stitiam esset,vt in casu isto melioramenta vellet vsur-
2 pare,quia † contra naturam est velle cum aliena iactu-
ra locupletari.l.nam natura.ff.de condiction.indebit.
cum similib ex quo emphyteotæ à iure suo non cecide
runt ob cessationem soluti canonis,nec quia aliter có
tra ecclesiam peccauerint,ideoque melioramenta ec-
clesiæ non debentur l ij C de iur.emphyteu & ca.po-
3 tui.de loca. † Sed finita emphyteosi ob lineam finitam
debentur emphyteotæ.seu liberis, & descendentibus
suis,vel heredibus suis etiam extraneis, cum meliora-
menta sint quid hereditarium,& ad heredes quoscun-
que transeant,vt nota Bald.in l.penultim.C.de solut.
.senatus.§.Marcellus.& ibi Ang.ff.de lega.j.& Bart.in
l.j.§.penulti.ff.de superfic.Bal.in l.ij.C.de rei vendica.
& in c.j.§.si vasallus in titul hic finitur lex. & incip.
consuetudo.vbi est optima gloss.ibique feudistæ.l.pe-
nul.cum ibi nota.ff.loca.Bald.in l.ij.C.de iure emphy.
& in l.ij.in fin.C.communia de lega.& in authen.exci
pitur.C.de bon.quæ lib.Specul.in tit.de loca.in §.núc
vero aliqua.versic.cxxxj.& facit text.not.in c.j.vbi ab-
bas & alij de in integrum restitut.ibique ego late istud
examinaui.Quæ sententia suadetur,nam a cupidita-
te,& auaritia procederet,si ecclesia vellet descenden-
tes,& heredes emphyteotæ priuare suis melioramen-
tis,suis que laboribus.vt traditur in c.ad aures.de reb,
eccle.nó alie.vbi Abb.& melius habet ibi p Barba.qui
allegat Bar.in l.quicunque.alias in l.fi.C.de omni agro
deser.lib xj vocantem prælatos ecclesiarú rapacissi-
mos,qui colonos & emphyteotas antiquos suis labo-
ribus, atque expensis circa res conductas factis frau-
dare volunt.Et propterea conclusionem hanc licet ve
rissimam, & ab omnibus communiter receptam hic
subiungere placuit,

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia in contractibus solum ad præsen-
tia,& non ad futura extenduntur.*
2 *Obligatio generalis omnium bonorum solum præsen-
tia,& non futura comprehendit.*
3 *Idem est in donatione generali omnium bonorum.*
4 *Verba vniuersalia,& geminata propter graue præ-
iudicium restringuntur ad præsentia tantum.*

Quæstio 20.

ITEM quæsitum est,si in emphyteusi etiam eccle-
siæ vltra alia conuentum sit,vt ea finita linea,ad ec
clesiam vna cum omnibus & quibuscunque melio
ramentis reuertatur,præsupposita conuentionis vali-
ditate,de quibus melioramentis sit intelligendum Exi
stimantibus nonnullis quæcunque melioramenta in
lege conuentionis comprehensa dici debere, quæ illo
tempore extarent,quo emphyteosis ad ecclesiam reuer
teretur,adeo quod nihil ab huiusmodi vniuersalitate
diceretur exceptum,propterea quod qui omne dicit,
nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.iij.Ego tamé(stan-
te præcedentis quæstionis decisione, quod melioramé
ta emphyteosis etiam ecclesiasticæ,finita linea,ad quos
cunque heredes vel extraneos,& non ad ecclesiam spe
ctent) arbitratus sum verba conuentionis,de qua agi-
tur.intelligenda fore de iis melioramentis,quæ in di-
cta emphyteosi extabant tempore celebrationis con-
tractus,& sic de præsentibus tantum,& non de futu-
ris,ex quo sumus in contractibus vicissitudinariis, &
in quibus saltem quo ad hunc casum agitur de præ-
iudicio eorum,quibus de iure communi melioramen
1 ta deberentur,veluti in proxima. q.dictum est: † nam
cum contrahentes verbis vniuersalibus simpliciter vsi
fuerint non restringendo se ad præsentia,neque ad fu
tura,in dublo debent intelligi solum de præsentibus,
vt minus,quá fieri possit,tam regulis iuris,quam here
dibus emphyteotæ præiudicetur per doctrinam Bart.
in l.si ita col.ij.versi.secundo videndum.ff.de auro. &
arg.lega.gl.communiter approbata in l.fin.C.quæ res
2 pigno.obli.poss.† vbi sub obligatione generali omniú
bonorum præsentia tantum, & nó futura comprehen
duntur.nisi expresse de futuris quoque dicatur & quá
uis aliqui contrarium dicere voluerint,tamen docto.
ibi, & in aliis locis contrarium communiter tenent.
Corroborantur præmissa ex iis,quæ volunt Alexan.&
scriben.omnes in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.
de verbor.oblig.mihi colum.5.vbi † donatio generalis
3 omnium bonorum simpliciter facta solum intelligi-
tur de præsentibus,& non de futuris, vt minus præiu
dicetur donatori,& heredibus suis, ita & in hoc casu
idem dicendum est. Accedat,quod hæc conuentio in
dubio est interpretanda contra illos,qui se in ea fun-
dant,cum legem sibi apertius dicere potuerint,atque
debuerint.l.veter. C.de pactis.potuit enim in instru-
mento vltra illa verba quibuscunque melioramentis
addi etiam futuris quod omissum haberi debet pro o-
misso,& solum intelligi de præsentibus vt minus iuri
communi,& heredum iuri præiudicetur, per ea, quæ
voluit Bart.in d.l.si ita in j.& 5.opposi. Quo factú est,
vt licet illa verba quibuscunque melioramentis apta
sint comprehendere etiam futura.per l.fin. C. quæ res
pigno.obliga.possunt.l.j.& l.si quis societatem. ff.pro
4 socio,& l.balista.ff.ad Trebell.cum aliis,† tamen cum
agatur de graui præiudicio, debent intelligi de præ-
sentibus,& non de futuris,et late habetur per Bartol.
in d.l.si ita in opposi.maximè in contractibus, in qui-
bus strictior fit interpretatio Archid.in capitu.si quis
suadente xvij.q.4 & l.quicquid astringendæ. ff.de ver
bor.oblig.cum similib. eoque magis hæc interpreta-
tio mihi placuit,ne ecclesia,quæ cultrix,& auctrix iu-
stitiæ esse dicitur, tanquam auara cum alterius iactu-
ra locupletari velle videatur,vt iam diximus in præce
denti quæstione.& pro hoc est text.in l.nam hoc natu-
ra.ff.de condict.indebi.

SVMMARIVM.

1 *Remissio, & liberatio à reddenda ratione admini-
nistrationis,doli,& reliquorum fieri potest ab eo,cu-
ius negotia geruntur,vel gesta sunt.*
2 *Idem est in administratione futura,quæ ad dolú non
extenditur.*
3 *Dolus futurus nunquam remissus censetur,sed præte-
ritus,quod declaratur.*
*Litera priuata alicuius quando contra scribentem
probent.*
5 *Liberatio reddenda rationis administrationis per li-
teras domini dispositiuè scriptas probari potest.*
6 *Geminatio multum operatur.*

Quæstio 21.

FRATER absés alteri fratri,qui illi' res admini-
strabat,in hæc verba sæpius scripsit,Del vostro,&
del mio nó sarete obligato darne cagione ad alcu
no,& referédo se ad bona sua dixit,voi goderete ogni
cosa,& vene riualerete per voi,& per me:item voi re-
sterete bene,che sarete patrone del vostro,& del mio,
& nissu no voi dara la petitione à sindicare. in aliis
pluribus literis denominando certa bona ipsius dixit,
voglio che sia vostro,& mio,itam non voglio,che alcu

no

no sia patrone.se non voi del mio: Quæsitum est, an
propter verba prædicta facta censeatur remissio, & li-
beratio reddendæ administrationis. Certi, clarique iu
1 ris est. † quod ille, cuius negocia geruntur, vel gesta sunt.
potest gerenti remittere redditionem rationum, doli,
& reliquorum. vt est tex. in l. cum ita, in l. Lucius, & in
l. si quis rationes ff. de libera. lega. & notatur in l. Au-
3 relio. §. Caius, ibique Barto. ff. eod. titul. cum aliis. † Po
test etiam fieri remissio redditionis rationis, & reliqui
qui liberatio pro administratione futura, sed illa ad
dolum commissum in administratione nõ extenditur,
etiam si hoc fuisset expressum, vt voluit Bar. in d. §. Ca
ius colum. iij. in versic. Sed quid si relinquitur, nam nõ
obstante huiusmodi remissione administrator pote-
rit de dolo conueniri, si ille probabitur vt in l. si vnus.
§. illud. ff. de pactis. l. quidam decedens, & ibi glo. ff. de
admi. tuto. faciunt not. per Alex. in consi. xlv. lib. j. nam
4 † dolus futurus nunquam remitti potest, præteritus ve
rò remittitur. Differentia tamen est, an remissio, & li-
beratio redditionis rationis fiat in vltima voluntate,
& tunc dolus præteritus in dubio remissus non præ-
sumitur, an in actu inter viuos, & remissus præsumitur,
vt est gl. singularis in l. age. C. de transactio. secundum
Bald. in l. cum necessitas. C. de fideicom. & est de men
te Bart. in d. §. Caius colum. 3. Probatur autem in casu
proposito facta remissio, seu liberatio à reddenda ra-
tione administrationis per literas fratris absentis, cu-
5 ius bona administrata fuerunt, quoniam † literæ priua
tæ alicuius præsertim eius sigillo signatæ cõtra ipsum
scribentem probant in facto proprio, & vbi agitur de
proprio interesse scribentis, vt voluit Specul. in tit. de
procur. in §. ij. versic. illud quoque, & in tit. de instru.
edit. in §. vij. versic. illud quoque, clemen. j. §. porrò, &
ibi Cardi. de iureiuran. & est glo. in l. non epistolis. C.
de probat. † Cum enim actus liberationis dependeat
à simplici voluntate, & cõsensu creditoris, & domini,
certè liberatio per literas ipsius domini, qui dispositi-
uè scribat, probari poterit, vt voluit Bald. in d. l. non e-
pistolis, vbi Salic. per illum tex. dicit, quòd verbis nar-
ratiuis in epistola positis creditur in præiudicium scri
bentis. Liberatio verò à redditione rationum, & admi
nistrationis in casu nostro colligitur ex pluribus lite-
6 ris super hoc geminatis, & reiteratis: † quæ geminatio
in hoc multum operatur arg. l. procula, cum ibi not. ff.
de probat. & in l. libertis §. j. ff. de alim. leg. facit, quod
voluit Alex. in rub. ff. de verbor. obligat. Moder. in c. si
cautio de fid. instrumentor. & l. si mulier. C. ad Velleia.
illa nanque verba, *non voglio, che nissuno sia patrone
se non voi del mio, & del vostro, & del mio non sarete
obligato darme ragione ad alcuno*, cum aliis supra re-
latis, quæ sæpius frater absens alteri fratri scripsit, cla
rè inferunt, & demonstrant ipsum voluisse, & quòd so-
lus ille frater, ad quem scripsit, & non alius plenam &
liberam bonorum administrationem haberet, quia pa
troni appellatione procurator etiam continetur, arg.
c. præterea de iure patronatus & leg. rem non nouam
§. patroni. C. de iudiciis & quòd is nullam alicui admi
nistrationis suæ rationem reddere teneretur, neque
cogi posset. Et hoc omnibus probandum esse sum ar-
bitratus tanquam de iure verissimum. Huc pertinet an
tutor, quem testator voluit esse analogistam rationes
reddere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Impensæ factæ à marito in bonis paraphernalibus
cum fructibus ab eo perceptis compensantur.*
2 *Sumptus in re facti quando cum fructibus compen-
sentur, & quando non, & num. 4.*
3 *Paraphernalia, illorúmque fructus mulier quãdo-
cunque à marito repetere potest.*
4 *Fructus paraphernalium an marito acquirantur,
& an ipse ad illorum restitutionem teneatur.*

Quæstio 22.

MARITVS pensiones domus cuiusdam, & fru
ctus ex aliis bonis paraphernalibus, sciente, &
patiente vxore, percepit, & melioramenta ali-
qua fecit in dicta domo, illam reparando, ac pro parte
reficiendo. Quæstionis fuit, vtrum maritus, vel here-
des sui possint ab ipsa muliere domina repetere expẽ-
sas melioramentorum, quæ mulieri fuerunt acquisita,
cum quicquid ædificatur, solo cedat iuribus vulgari-
bus. Intrepide dixi, & de iure verissimum esse arbitra
tus sum, repetitioni huiusmodi locum minimè fore,
2 † sed tales impensas, & sumptus compensari cum fru-
ctibus perceptis ex dictis pensionibus, aliisque fructi
bus, vt est decisio clara Alex. in l. pen. ff. ad leg. Falcid.
in princ. col. vlt. ibi & subdit post Cyn. &c. per not. à
Salyc. post Cyn. in l. fina. C. de pac. conuen. per tex. no
tab. in l. sumptus. & in l. emptor. ff. de rei vendicat. Nã
2 † fructus percepti ex re non compensantur cum impẽ
sis in re factis, quãdo tempore, quo impensæ factæ fue
runt, non poterat contra facientem ad rem agi, nec ad
fructus suos, secus si eo tempore dominus contra fa-
cientem & ad rem, & ad fructus agere poterat. fru-
ctus enim percepti compẽsantur cum impensis factis
eatenus quatenus factæ sunt, vt habetur per Alex. in
apostil. ad Bart. in l. impensæ. ff. de impens. in reb. dota.
fac. circa medium apostil. magnæ per not. per gl. secun
dum illum singularem in versic. superfluum. in fi. versi.
3 in dicta. l. emptor. iuncto text. Sed † mulier quandocun
que potest à marito res paraphernales repetere, illis-
que prohibere, ne fructus percipiat, & sic fructus, quos
meliorationis tempore percipiebat, repetere potest.
d. l. pen. cum ibi not. ff. ad leg. Falcid. & in d. l. fi. per gl.
& docto. maximè Alberi. Salic. & Cyn. C. de pact. con-
uent. cum simil. Ergo maritus tenetur, quos perce-
pit, compensare cum impensis factis, & si plures fru-
ctus, quam essent impensæ, percepisset, nõ possent ma
riti heredes quicquam pro melioramentis factis repe
tere. d. l. sumptus. d. l. emptor. cum gloss. & iunctis not.
4 per Alex. in d. l. impensæ. Præterea † sumptus facti in
meliorando rem restituendam compensantur cum fru
ctibus, quos ipse faciens percepit, quando res ipsa tẽ-
pore fructuum perceptorum erat simpliciter aliena a-
deo, quòd domino tunc permissum erat rem habere,
vt in d. l. sumptus. & in d. l. emptor. Secus si res tunc e-
rat illius, qui fructus percipiebat, quamuis esset grauа
tus rem illam restituere eueniente conditionis tempo
re, seu sub aliquo futuro euentu, vt in l. domo heredi-
tarias. ff. de legat. j. cum. ll. sequent. maxime cum. l. sum
ptus. & ita declarat Alex. post Imolam, & alios in d. l.
domos in j. colum. in versic. Et hoc est bene notãdum.
Sed in casu nostro domus tempore, quo maritus perce
pit pensiones, & fructus ex domo, erat simpliciter, &
merè aliena hoc est vxoria. l. hac lege. cum simil. C. de
pac. conuen. Ergo maritus ipse, & heredes tenentur il
las pensiones, & fructus compensare cum melioramẽ
tis, & expensis in ipsa domo factis. Multis modis hæc
conclusio firmari posset, sed quia illam esse verissimã,
omníque dubio penes doctos viros carere existimo,
4 vlterius super ea non insisto. † De fructibus autem pa
raphernalium an illi marito acquirantur, & an mari-
tus ad illorum restitutionem teneatur, tractant scri-
bent. variis in locis diuersimode distinguendo, vt per
Bart. Imol. Paul. de Castr. & Alex. in l. penult. ff. ad leg.
Falcid. Bal. in l. si viua matre. C. de bonis mater. Salice.
post Cy. in l. fi. C. de pac. conuen. & pulcherrimè Paul.
Castr. in consil. ccj. lib. ij. & Alexan. in consil. xlij. lib. j.
& in consil. lxiiij. lib. ij. vbi etiam tractatur, an mulier,
seu heredes ipsius possint illos à marito, vel eius here
dibus repetere: & hæc omnia ibi videri possunt.

SVMMARIVM.

1 *Super possessorio prius, quàm super petitorio cognoscendum est. Limitatur num. 11.*

2 *Arbiter debet admittere exceptionem ordinis causæ ad causam, & an, & quomodo verum sit. nu. 12.*

Agens coram arbitro super vno negotio non potest
3 *super alio diuerso reconueniri & num. 13.*

4 *Arbitro si data est potestas procedendi alter & basse de facto, summariè, absque iuris ordinis & c. dicitur ordo iudicij, & causæ remissus.*

5 *Defectus ordinis causæ ad se ipsam maior est, quàm*
6 *defectus ordinis causæ ad causam.*

Illa verba summariè, de plano, de facto, absque iuris ordine. & similia omnem ordinem, & formam iuris positiui, non autem iuris naturalis tollunt.

7 *Ordo causæ ad causam est ordo iuris positiui.*
8 *Commissio causæ à superiore de voluntate, & ad preces partium facta, & compromissum parificantur.*

9 *Et quando in ambobus reconuentioni locus sit, & quando non.*

10 *Arbiter an, & quando vna sententia debeat terminare plures causas sibi commissas tam specialiter, quàm generaliter.*

Quæstio 23.

STANTE compromisso inter plures specialiter
facto super quodam fideicommisso, & generali-
ter super omnibus litibus, quæstionibus inciden
tibus, & emergentibus hinc inde, magna fuit hæsita-
tio, si pars altera petierit solùm super possessorio, & in
terdicto vti possidetis declarari, altera verò nó modo
super illo, sed etiam super causa, super qua principali-
ter fuit compromissum, videlicet super viribus fidei-
commissi: quo nam pacto procedendum esset. Et sanè
1 videbatur dicendũ, † quòd ordo causæ ad causam ser-
uandus esset, nec præposterari posset, & consequenter
prius super possessorio, quàm super petitorio, & viri-
bus fideicommissi pronunciandum esset. argum. not.
per Bart. & ibi omnes in l. naturaliter. §. nihil commu-
ne. ff. de acquir. possessione. l. ordinarij C. de rei vend.
c. pastoralis. c. ij. c. cum dilectus. & ibi Abb. de cau. pos
ses. & propriet. & in c. in literis. cum ibi not. de restitu.
2 spoliator. Secundo † arbitrator talem exceptionem or
dinis causæ ad causam, vt prius possessoriũ, quàm pe-
titorium decidatur, admittere debet, vt voluit Bald. in
l. fi. §. sed & si quis. C. communia de lega. quem refert,
& sequitur Aret. allegando etiam doctrinam Bartol. in
3 d. §. nihil commune in penul. colum. Tertio † quando
coram arbitro agitur super vno negotio, vt super pos
sessorio, actor super alio, & diuerso non potest recon-
ueniri. c. cum dilectus, & ibi plenè de arbitr. Bartol. in
authen. & consequenter multi. ver. C. de senten. Ergo
non potuit pars in casu nostro reconueniri super viri-
bus fideicommissi, & sic super petitorio, cum sint ne-
gotia diuersa, & inuicem incompatibilia d. §. nihil cõ
mune, cum aliis. Sed tamen his non aduersantibus cõ-
trarium de iure verius esse putaui, multis modis sen-
4 tentiam meam probando: & præsupponendo, † quòd
per compromissum data est potestas arbitro proceden
di alte. & basse, de facto, summariè, & absque iuris or
dine & c. quo casu dicitur esse remissus ordo iudicij, &
causæ, hoc est ordo causæ ad seipsam, & ordo iudicij,
veluti omnes fatentur, maximè scriben. in c. quintaual
lis. de iureiurando. Bartol. in l. duo societatem. §. arbi-
trorum. ff. pro socio. Specul. & ibi Ioan. Andr. & Bald.
in addit. in tit. de arbitr. & præsertim in §. fin. cum si-
5 mil. Primo hoc modo sum argumentatus, † maior est
defectus ordinis causæ ad se ipsam, quàm ordinis cau
sæ ad causam, Bart. in l. prolatam in prin. C. de sent. Fa-
cilius enim à partibus remittitur ordo causæ ad cau-
sam, quàm ordo causæ ad se ipsam. c. fi. de re iudi. in 6.
iũcta. l. j. C. de appellatio. notatur in d. §. nihil commu
ne in d. c. pastoralis. & in c. cum dilectus. de causa pos.
& propriet. cum aliis. Cuius ratio est, quia ordo causæ
substantialis, de quo habetur in d. l. prolatam. quem ap-
pello ordinem causæ ad se ipsam, dicitur ordo iudicis
d. l. prolatã. ordo verò causæ ad aliam causam dicitur
ordo ipsarum partium. Vnde nisi partes opponant, il-
lius ordinis peruersio nõ vitiat d. l. j. C. de appellatio.
Bart. in d. l. prolatam. cum aliis. & ita appellat Bald. in
d. l. fin. §. sed & si quis. At per huiusmodi compromis-
sum, vt supra, dicitur remissus ordo causæ ad se ipsam,
& ordo iudicij substantialis, veluti omnes fatentur, er
go magis, vel saltem pariter ordo causæ ad aliam cau-
sam remissus dicetur, cum partes hunc magis, quam a-
6 lium remittere possint. Secundo † per huiusmodi ver-
ba summariè, de plano, de facto, absque iuris ordine,
& similia dicitur remissa, & sublata omnis figura, &
forma, omnísque ordo à iure ciuili, & positiuo requisi-
tus, non autem à iure naturali, vel gentium, glos. & ibi
Ioan. de Imola, Cardi. & omnes in clem. sæpe. de verb.
signi. & in clem. dispendiosam. de iudic. iuncto c. cum
7 dilecti. eod. tit. Sed † ordo causæ ad aliam causam, vt
prius de possessorio, quàm de petitorio cognoscatur,
est ordo iuris positiui, & illius processu dicitur. l. ordi
narij. vbi scriben C. de rei vendic. & omnes in d. §. ni-
hil commune. iunctis locis præallegat. ergo talis ordo
in casu nostro dicetur remissus, & sublatus adeò, quod
etiam partibus cõtradicentibus, vel altera tantùm ser-
uari non debuerit, vt not. per illum textum in d. clem.
8 sæpe. Tertio (præsupponẽdo, † à pari procedere, quòd
partes ipsæ compromiserint, quódque causa fuerit cõ
missa à superiore de voluntate, & ex impetratione, at-
que ad preces partium, ideóque sicut in primo casu co
ram arbitro non est locus reconuentioni, ita nec corã
tali delegato. c. cum dilectus. de arbitr. cum ibi not. &
iunctis iis, quæ tradit Bar. in auth. & consequenter. C.
9 de sent.) Hoc modo argumentatus sum, † quando à su-
periore est commissa causa iuris ordine sublato, & si-
ne figura iudicij, & de facto, quamuis præposteratio-
nis exceptio admittatur, quia ordo causæ ad causam
seruari debet maximè in iis causis, quæ simul termina
ri non possent, vt si ageretur super causa summaria, nõ
posset fieri reconuentio super causa ordinaria, & ple-
naria, quoniam simul terminari non valerent: tamen
quando esset commissa causa de consensu partium, &
ad earum preces, vt supra, & ageretur super causa sum
maria, posset fieri reconuentio super causa ordinaria,
& plenaria, ex quo enim partes conueniunt, vt ordo iu
ris dicatur esse remissus, dicitur etiam remissus ordo
causæ ad causam, ita voluit Innoc. & Hosti. gl. & Ioan.
de Imola in d. clem. sæpe. & idem sentit Bart. in d. au-
then. & consequenter. ergo idem erit dicendũ in com
promisso facto ab ipsis partibus, vt arbiter possit pro-
cedere de plano, summariè & c. vt supra, nam dicitur
remissus ordo causæ ad aliam causam, nec ordinis non
seruati, & præposterationis exceptio admittitur.
10 † Quarto pro hac opinione induxi. l. quid tamen. vbi
Barto. notat in princ. ff. de arbitr. vbi si in arbitrum de
pluribus controuersiis sit compromissum specialiter,
vel generaliter iuxta. l. si cum dies. §. plenum. cum seq.
ff. de arbitr. etiam si tales sint, vt nihil inter se commu
ne habeant, quales sunt controuersiæ petitorij, & pos-
sessorij ad d. §. nihil commune. tamen si actum sit, vt de
omnibus simul vna sententia laudandũ sit, arbiter su-
per vna tantum laudare non põt, alioquin laudũ esset
ipso iure nullũ. Si verò actũ sit, vt separatim possit iu-
dicare, quoties illi placuerit, tunc ferendo sententiam
super vna arbiter esse non desinit quo ad alias cõtro-
uersias expressas, quas etiã eadem die ante tẽpus finitũ
compromissi determinare, & super iis laudare potest,

Spec

Spec. in titu. de arbitr. §. fi. versic. hoc etiam notádum est. Si verò de pluribus controuersiis esset compromissum partim generaliter, & partim specialiter, & essemus in dubio. quia non esset dictum, quòd simul terminari deberent, nec separatim, sed simpliciter foret compromissum, tunc si super vna agatur ab vna parte, & super alia ab altera, & sic vtraque pars super diuersis laudum ferri petat, omnes controuersiæ vna sententia, vnóque laudo simul terminari debét, alioquin sententia, vel laudum non valerent, etiam si essent plures controuersiæ nihil inter se commune habentes, ita dicit, & declarat Bar. per illum tex. in d. l. quid tamen. & in l. de rebus. ff. de arbit. & Specula in loco præalleg. Sed in casu nostro compromissum fuit specialiter super fideicommisso, & de aliis causis generaliter, atque sumus in dubio, & ab vna parte petitur determinatio possessorij, ab altera vero petitorij, & fideicommissi, ergo vna sententia, vel laudo simul, aut successiuè eadem die, & hora debent decidi, & terminari, alioquin non laudasse non diceretur, vt supra. Præterea si specialiter super fideicommisso, & non super possessorio. nisi ex verbis generalibus fuit compromissum, ergo magis, vel pariter super petitorio, & viribus fideicommissi laudari debet, qua super possessorio, & maximè cum petatur etiam laudari super petitorio ar. d. l. quid tamen in prin. & in fi. & in d. c. cum dilectus de arbit. Quinto hanc sententiam sequutus est etiá Bal. in addi. ad Spec. in tit. de arbi. circa fi. vbi in terminis quærit, an exceptio præposterationis, & sic ordinis causæ ad causam possit opponi, adeo, quòd arbiter secundum ordinem causarú, & sic prius super possessorio cognoscere debeat, dicit Bald. quòd si non est remissus ordo iuris, dicta exceptio opponi potest, sin autem remissus esset, vt quia foret compromissum, vt posset procedi summariè, iuris ordine non seruato, veluti est in casu nostro, & supra dictum fuit, non potest opponi, sed arbitrator ordine præpostero procedere valet. Non obstat text. cum ibi not. in l. j. ff. de arbitr. iunctis not. per
11 Bart. in d. § nihil commune cum simi. quia † illa procedunt de iure communi, & vbi ordo processus, ac iudicij remissus non esset, vel quando de pluribus controuersiis non esset compromissum, secus si de pluribus, videlicet specialiter super vna, & generaliter super aliis, ac ratione generalitatis ab altera parte facta esset petitio super vna causa, ab altera verò super illa causa, super qua fuisset specialiter compromissum, ná tunc simul, & semel debent terminari, etiam si nihil inter se commune haberét, cuiusmodi sunt causa petitorij, & possessorij. d. l quid tamen. & ibi Bart & supradictú est. Non obstat dictum Bald. in d. l. fi. §. sed & si quis. C.
12 communia de leg. † quia contrarium ipsemet tenuit in dictis addit. ad Spec. vbi melioribus rationibus mouetur, quam in d. l fin. vbi nihil allegat. vel dictum suú posset intelligi, quando super pluribus controuersiis separatim esset compromissum, dictú quòd esset, quòd sæpius posset iudicare, vt supra. vel quando super possessorio tantum foret compromissum, vt dictum fuit.
13 Non obstat. d. c. cum dilectus de arbi. † ibi enim reconuentioni locus non est, quia de causa reconuentionis compromissum non fuit. At in casu nostro ex verbis compromissi apparet euidenter fuisse compromissum tam super possessorio, quam super petitorio, ergo &c. & ita in casu proposito iuris esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, vel lex quando formam actui tradere cognoscatur.*
2 *Administratio rerum suarum cuilibet libera esse debet, neque cuiquam interdicitur absque plenissimè causa cognitione.*
3 *Statutum disponés super iis, quæ iure communi prouidere, intelligitur, vt ad declarationem iuris cómunis veniat, non autem ad illius derogationem.*
4 *Teneri verbum necessitatem importat.*
5 *Lex, vel statutum si ad actum aliqua fieri de necessitate requirat, illa de forma esse dicuntur.*
6 *Idem est, si plura ante actum, vel in ipso actu. & non post debere fieri exposceret.*

Quæstio 24.

IN statuto Bononiensi sub rub. de eo, cui interdicta est administratio, plura copulatiuè ponuntur, quæ administrationis interdictionem, & curatoris dationem præcedere debent: Quæsitum est, an ea dicantur esse de forma, qua omissa, interdictio, & curatoris datio sit nulla. Plerisque putantibus formam non esse:
1 ergo contrarium esse verius dixi, quoniam † ad cognoscendum, an requisita à statuto in aliquo actu dicantur esse de forma, plura signa existunt, & vltra quòd in dispositione sit decretum anullatiuum iuxta ea, quę habentur per Bal. & Alex. in l. j. ff. de lib. & posth. & quòd statutum loquatur prohibitiuè quanuis annullando non procederet: vt per Bal. in l. non dubium. C. de legi. Bal. & Sali in l. statutis. C. de sent. ex breui. rec. Alexan. in consil. xxiiij. lib. iiij. & in d. l. j. Cognoscitur etiam aliquid pro forma esse à statuto traditum, quando ponitur conditionaliter vt voluit Bal. in authen. matri, & auiæ in j. col. C quando mul. tut. offi. fungi potest, vbi dicit, quòd códitio posita à lege, vel statuto nunquam dicitur leuem solennitatem continere arg. l. prætor in ff. de colla. bon. quod dictum sequitur Fel. in c. cum dilecta col. vij. in ver. secundum signum de rescri. Sed statutum, de quo agitur, referendo se ad illa, quæ ante interdictionem à iudice faciendam requirit, de quibus in princ. statuti habetur, vtitur verbis ablatiui absoluti, ibi quo interdicto facto non possit &c. quæ verba conditionem faciunt, atque important. l. à testatore. ff. de conditio. & demon. Bar. in l. j ff. eo. tit. ergo statutum formam ponit, vt alicui non dicatur interdicta alienatio. seu bonorum administratio, nisi eo modo, quo in statuto dicitur, interdictio facta fuerit, quod constat etiam ex clausula annullatiua in eo adposita ibi, & si aliter alienatio & c. iunctis præmissis. Comprobatur prædicta conclusio, nam valde odiosum, & contra iuris regulas est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, itaque ipsis bonorum suorum administrationem fore interdictam. l. non vsque. ff si quis à paren. fuer. manumis Et hac ratione iudici permissum non est alicui rerum suarum administrationem interdicere causa vel furoris, vel prodigalitatis nisi cum plenissima causæ cognitione, neque plena sufficeret: quòd dicitur esse de forma solennis iuris communis, vt in l. obseruare. ff. de cura. furio. iuncta. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. ratio est, quia sæpe collusio fieri, & fingi furor, vel dementia, aut prodigalitas posset, quæ non esset. vt in d. l. obseruare. Statutum autem prędictú circa traditionem huius formę nihil noui inducit, nisi declarationé eorú, quæ in hac plenissima causę cognitione debét interuenire ad hoc vt huiusmodi forma adimpleatur, † prout in dubio
3 semper statutú disponens super iis, quæ à iure communi sunt prouisa, debet intelligi, vt ad declarationem, & interpretationem iuris communis veniat non aút ad illius derogationem. c. cum dilectus cum ibi not. de cósuet. l. serui vestri. ff. de noxali. Alex. & alij in l. fin. §. in computatione. C. de iure deli. cum simi. Cum ergo forma inquisitionis maximæ nó à statuto, sed à iure communi prius fuerit introducta, non fuit necesse in statuto clausulam annullatiuam ponere, nec vti verbis prohibitiuis ad ostendendam, vel introducendam formam, ex quo prius fuerat à iure communi tradita: & ideo si posita in statuto copulatiuè nó interueniant in

interdictione, tanquam forma iuris communis nõ ob seruata, interdictio non valebit, quoniam à statuto po sita dicuntur trahi ad declarationem formæ iuris cõ munis argumento tex. cum ibi not. per Bart. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. & faciunt, ea quæ habentur per Petrum de Anchar. in consi. xxxj. visa quadam petitione, & in cõsi. vj. viso themate &c. Præterea quòd dispo situm à statuto in sui princi. de forma solenni dici debeat, infertur ex illis verbis. Et teneatur potestas, vel eius vicarius hoc facere referendo se ad illa: quæ statutum copulatiuè requirit, quando iudex vult administrationem interdicere, vt colligitur ex illo pronomine demonstratiuo hoc iuxta tradita in l. j. in prin. ff. de noui ope. nun. & statutum obligat iudicem debere illa facere ad petitionem duorum, vel plurium consan
4 guineorum, † vt infert verbum illud teneatur, quod ne cessitatem importat c. le. exiui de paradiso. §. item ordo, de ver. signi. ergo id censetur pro forma traditum.
5 † vbi enim lex vel statutum aliqua ad actũ fieri de necessitate requirit, illa de forma esse censentur, vt nota biliter colligitur ex iis, quæ voluit Abb. in c. cum dilecta de rescri. in sua dist. l. fi. §. necessitatem cum ibi no.
6 per Bal. C. de bo. quæ lib. Vltimo † vbicunque à statuto ad actum requiruntur plura ante actum, vel in ipso actu, & non post debere fieri, tunc illa de forma esse dicuntur, vt plenè colligitur ex iis, quæ voluit Aretin. in l. si quis mihi bona. §. iussum ff. de acquir. here. & Feli. in d. c. cum dilecta col. vlt. ibi quartum signum. Sed statutum in casu nostro illa: quæ ad interdictionem administrationem faciendam requirit, vel interdictionis tempore interuenire, vel eam præcedere exposcit. ergo & ex hoc, & ex aliis supradictis de forma solenni esse dicentur, qua omissa interdictio non valet. Et ita verum esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur ab obligandum dominum ex contractu, & obligatione personali.*
2 *Procurator habens generale mandatum cum libera quando habenti speciali aequiparetur.*
3 *Procurator an habeat liberam administrationem rerum, & bonorum omnium an vero negotiorum omnium non differt.*
4 *Negotium magis propriè dicitur in iudicio, quàm extra iudicium.*
5 *Procurator, cui fuit data potestas faciendi omnia, quæ dominus præsens posset, an speciale mandatũ habere censeatur.*
6 *Quid si dominus promisisset se ratum habiturum, quicquid à procuratore gestum fuerit.*

Quæstio 25.

PATER filium suum constituit procuratorem cum potestate vendendi omnia, & singula ipsius bona mobilia, & immobilia, nec non ea faciendi, quæ pater dominus præsens facere posset, & insuper ad omnia alia, & singula negotia, etiam si ea specialius, vel generalius mandatum exigerẽt, cum plena etiã, libera generali, ac speciali administratione omnia, & singula faciendi super prædictis. In quæstionem cecidit, an filius procurator, vt supra, constitutus potuerit patrem dominũ constituentem obligare ad dandam, & tradendam quantitatem frumenti ab ipso filio vendi promissam. Et non potuisse magis visum est, quo
1 niam † ad obligandum dominũ ex contractu, & actione personali mandatum speciale requiritur, neque sufficit generale, vt voluit Bal. in l. mandatum col. 1. C. mãda. arg. l. quam Tuberonis. §. alia ff. de pecu. cum aliis. Et quanuis tex. in c. qui ad agendũ in fi. de procur. in 6. in l. nam & nocere. ff. de pactis. & in l. procurator, cui. ff. de procu. ibique Bar. & Alex. in l. si procurator. C. de procur. velle videantur, procuratorem habentẽ generale mandatum cum libera æquiparari habenti specia
2 le, † tamen loquuntur de eo, qui haberet generali mãdatum cum libera administratione omnium rerũ, vel bonorum ipsius cõstituentis. At in casu nostro procurator habuit generale mandatum cum libera administratione omnium negotiorum ipsius constituentis: quod videtur quid diuersum à primo casu: & ratio di
3 uersitatis esse potest. † nam quãdo datur libera rerum, & bonorum administratio, non censetur data potestas circa iudicialia, sed solum circa extraiudicialia, ideoque talis procurator contrahendo, & sic extraiudicialiter potest domino nocere, & illum obligare. d. l. nam & nocere. cum simi. quãdo verò data fuit potestas, seu mandatum generale cum libera administratione omnium negotiorũ, tunc paciscendo, & contrahendo extraiudicialiter domino non nocet, quoniam magis censetur constitutus ad iudicialia, quam ad extraiu
4 dicialia. cap. qui generaliter de procu. in vj. cum † negotium propriè dicatur in iudicio, quam extra iudicium. c. forus in versic. negotium de verbor. significat. & optimè faciunt ea, quæ tradit Alexand. in l. procuratoribus in fin. C. de procurat. Non obstat clausula, per quam dominus dedit procuratori potestatem fa
5 ciendi omnia, quæ ipse dominus posset, † quia licet Bartol. in d. l. procurator in princip. C. de procura. velint, quod operetur speciale mandatum, tamen Ioann. Andr. in c. exposuit, quod est c. fina. de dilatio. & gloss. in c. in causis de electio, contrarium voluit, & dicit Anto. in c. fi. hanc esse communem opinionem, quam sequitur Domin. de san. gem. in c. j. col. vlti. de rescript. in vj. à qua communi opinione, quicquid Bar. & Alex. dixerint, non est in iudicãdo recedendum ad tradita in c. j. circa fi. de constit. vel posset responderi, vt colligitur ex verbis Pauli Castren. in consil. 335. lib. j. in nouis incip. Laudatio &c. circa fin. Non obstaret, etiam si dominus constituens promisisset se ratum habiturũ, quic
6 quid ab ipso procuratore gestum fuerit, † Nam licet Bart. in d. l. procurator, cui dicat hanc clausulam operari speciale mandatũ, seu illi æquipollere, tamen contrarium tenet glo. in c. contingit de transactio. not. in c. per tuas de arbit. vbi hoc tenet do. Anto. & idem voluit gloss. in c. constitutus de relig. do. idem tenuerunt domini de Rota deci. 370. in antiquis vt refert ac sequitur Domi. in d. c. qui ad agendum in fin. & Alex. in d. l. si procurator num. 4. Et ex his prædicta quæstio (vt existimo) rectè, vt supra, decidi posse visa fuit.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus parietem communem demolitur & reficit, vicino consentiente.*
2 *Et quando super eo immittere, & ædificare possit.*
3 *Etiam inuito vicino.*
4 *Lucro, & damno concurrentibus, id, quod præponderat, attendendum est.*
5 *In re propria, magisque in communi admittitur id quod sibi non nocet, & alteri prodest.*
6 *Præiudicium modicum non debet considerari.*

Quæstio 26.

IACOBVS volens amplum in ædibus suis ædificium construere, cum vicino conuenit, vt sibi liceret quendã parietem antiquũ demoliri, illũmq; suis expensis eodẽ in loco oneri ferendo idoneũ, & inter ipsos pro indiuiso communem reficere. erecto pariete fortè ad altitudinẽ duodecim pedũ alter vicinus prohibet, ne Iacobus illũ altius tollat, nisi certo modo, & forma, prout antea erat ædificatus Quo fit vt Iacobus non possit, veluti decreuerat, super dicto pariete tanquam non idoneo ferẽdo oneri ædificare, & fornicem immittere: Quid iuris, quæritur. Et quod ipse Iacobus possit

posſit parietem ſuis expenſis tollere eo modo, quo onus imponendum ferre valeret, primò †probatur in l.
2 parietem. ff. de ſeruitu. vrba. prædi. vbi vicino non conſentiente, alter vicinus parietem communem demoliri, & reficere non poteſt, ergo vicino conſentiente, ſecus erit. Secundo †dicit text. in l. ſi ædes. ff. comm. diui. licitum eſſe alteri vicino parietem pro indiuiſo communem demoliri, & reficere, & in eum mittere: quod quidem gl. ibi communiter approbata verum eſſe inquit, quando paries ad hunc vſum fuit ædificatus Sed in caſu occurrenti Iacobus promiſit ſuis expenſis parietem reficere, vt eſſet communis, vtque poſſet onus ædium, ſuique ædificij ac fornicem ſubſtinere, ergo &c. Tertio ad hoc pondero doctrinam Barthol. Veronen. in tracta. ſeruitut. ſub rubr. de pariete, ſeu muro in vlt. verſic. verſicu. occurrit mihi, quod ſi inter duas areas, ſeu hortos duorum vicinorum paries ad vſum clauſuræ factus fuerit, non licet alteri ex vicinis, altero inuito, ſuper illo ædificare, nec aliquid immittere, ergo innuit, quod ſi paries ad alium vſum, quam clauſuræ fuiſſet conſtructus, licitum eſſet ſuper eo ædificare, veluti probant iura, quæ Berthol. prius allegauit ad probandum, quod in pariete commmi poſsit ædificari, & maximè l. altius. C. de ſeruitu. l. fin. ff. eodem titul. & l. fin. §. penul. ff. quod vi, aut clam. Quartò cum paries ſit communis pro indiuiſo, vt in qualibet minima parte vterque ſocius partem habere dicatur, & deputatus fuerit ad vſum ferendi oneris, ac ſuper illo ædificandi, ſequitur, quod vtrique licitum eſt ſuper illo ædificare, cúmque altius tollere vſque ad cœlum, dummodo ad onus vicinarum ædium ferendum ſit idoneus d. l. altius. & d. l. fin. ff. de ſeruitu. iuncta gloſ. in l. ſabinus. ff. comm. diuid. & argumen. eorum, quæ voluit Socin. in l. ſerui. §. j. ff. de legat. j. Quinto hanc q. decidit dictus dominus Barthol. veron. ex mente ſcribentium communiter in titul. de pariete, ſeu muro in
3 tertia principal. quæſt. †quod ſi alter ex vicinis velit parietem pro indiuiſo communem altero inuito altius tollere eo animo, vt ædificatum ſit eodem modo commune hoc facere poteſt. l. hoc quod dictum. §. ſi ex tribus ſecundum vnam lectu. glo. ff. de ſeruitu. vrb. prædi. & eſt de mente Bart. Ang. & Floria. in l. quidam Iberus. ff. eod. tit. Et hoc verum eſt, quando ſuper ædificatum ſubſtinere poſſet, alioquin ſecus argu. l. cuius ædificium. ff. de ſeruit. vrb. prædio. Sed in caſu, de quo agitur, Iacobus promiſit altius tollere parietem communem ea forma, qua elatus poſſet onus ædificij ſubſtinere, ergo illum altius tollere poterit. Nec obſtat Iacobo id, quod ſubiungit præfatus doctor in d. iij. quæ. principal. ibi item intelligo, quando non non noceret vicino vicino ſocio arg. d. l. quidam Iberus. §. parietem & in l. fiſtulas in princip. & §. j. 2. & fina. eod. titul. & in d. l. Sabinus, quæ iura ſecundum gloſſ. ibi ita intelligi debent, Quia reſpondetur primo iſtud vltimum non procedere, quando paries conſtructus eſſet, vt poſſet altius tolli ad effectum ſubſtinendi ædificium, & onus illius, qui ædificaſſet, vt habetur per gloſſ. in d. l. ſi ædes, & in d. l. Sabinus. At Iacobus quando promiſit, & ſe obligauit murum ſuis expenſis reficere, & altius tollere, hoc fecit, vt ipſe poſſet fornicem immittere, ac ſuper eo ſuarum ædium ædificium imponere, & conſequenter cum tali craſsitudine & latitudine. vt ſuperædificatum ſubſtineret, alioquin Iacobi non intererat parietem illum ſuis expenſis reficere, ergo prohibitio, & petitio vicini non eſt admittenda. Secundo ex eo, quòd Iacobus altius tollat cum illa craſsitudine, & latitudine, vtque ſuper ædificatum efficiatur commune, plus vicinus ipſe lucratus, quàm damnificetur ſuaque magis intereſt parietem ita reædificari, ac altius tolli, quàm eo modo, quo ipſe vellet. vt periti, aliíque
4 ſentiunt, †ergo hoc maius lucrum, & id, quod præualet, attendi debet argum. ca. vt ſuper de rebus eccleſiæ non alien. glo. ſummæ. xij. q. ij. l. prima. §. ſi tamen. ff. de aqua plu. arcen. dato enim concurſu damni, & lucri, item commodi, & incommodi, attendendũ eſt id, quod præualet. ſitque compenſatio lucri, & damni. l. mutius. ff. pro ſocio. §. de illa. Inſtit. de ſocieta. & vbique gloſ. quæ plura iura ſimilia allegant. Neque eſt in hoc attendenda intentio, & affectio vicini prohibentis, quæ Iacobo noceret, & vicino etiam magis noceret, quàm prodeſſet, ideóque ad inuidiam potius, quàm ad propriam vtilitatem prohibere velle videtur, vnde nõ eſt audiendus, vt in ſimili inquit Bald. in d. l. altius. C. de
5 ſeruitu. Præterea †id. quod ſibi nõ nocet, & alteri prodeſt, quis etiam in re propria, & multo magis in communi admittere debet. l. ij. §. item varrus verſic. quan-
6 quam. ff. de aqua plu. arcen Et †licet modicum præiudicium poſſet euenire, vel conſiderari, tamen illud in conſideratione eſſe non debet gloſſ. in d. §. item varrus. l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. l. j. §. ſunt qui putant. ff. ne quid in flum. public. l. in creditore. ff. de euict. l. ſi quis ſe pulchrum in fin. princ. ff. de relig. & ſump. fun. & l. Labeo. §. j. vbi habetur ff. de leg. j. Et ita in prædictis verum eſſe cenſui.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, & curator ſe pro pupillo, & minore vtilia facturos & inutilia prætermiſſuros iurare debent.*
2 *Tutoris, ſeu curatoris iuramentum minorem non obligat.*
3 *Minor etiam pupillus doli capax ob reatum periurij ſuo iuramento contrauenire non poteſt & quare, numer. 7.*
4 *De prælato ad tutorem & curatorem, & è contra in fauorabilibus rectè arguitur.*
5 *Prælatus iuramento ſuo nomine eccleſiæ contrauenire poteſt etiam non petita abſolutione.*
6 *Tutor, & curator ſuo iuramento ratione ſub intereſſe non contraueniunt.*

Quæſtio 27.

TVTOR, ſeu curator tempore ſuſceptæ tutelæ, vel curæ iurauerunt, vt moris eſt, ſe pro pupillo, & minore vtilia facturos, & inutilia prætermiſſuros ad clem. quia contingit de relig. dom. §. ſi. in auth. vt hi, qui oblig. & auth. quod nunc. C. de curatorio. cum aliis. Deinde nomine pupilli, vel minoris cõtraxerunt cum iuramento, quod nec ipſi, nec pupillus, vel minor ratione aliqua, vel cauſa contrauenient, in ampla forma &c. Cum ex illo contractu pupillus, ſeu minor enormiter læſi eſſent, quæſtio fuit, vtrum tutor, ſeu curator potuiſſent contrauenire, & reſtitutionem in integrum petere, non obſtante ſuo iuramentò. Et illos contractui ſtare debuiſſe, neque iuramento ſuo cõtrauenire potuiſſe, videtur inferre gloſſ. In c. ij. in ver. rebus ſuis de iureiuran. inquit enim, quod ſi tutor iurauit non contrauenire, minor non obſtante iuramen
2 to tutoris contrauenire poterit, ratio eſt, quia † iuramentum tutoris, ſeu curatoris, non potuit minorem obligare, cum ſit perſonale argumen. c. veritatis de iureiur. Bal. in l. generaliter. C. de rebus credi. ergo infertur, quod tutor, ſeu curator, qui iurauit, tenebitur illi contractui ſtare, neque cõtrauenire poterit. Præterea
3 ſi †minor, immò pupillus doli capax iurauit non contrauenire, non poteſt ob reatum periurij contractui & iuramento contrauenire authẽ. ſacramenta puberum cum ibi not. & in corpore, vnde ſumitur. C. ſi adu. vendit gl. in c. j. de in integ. reſ. in vj. ergo minus ſuo iuramento, ac etiam iuramento minoris tutor, ſeu curator poterunt contrauenire cũ ipſi maiores ſint, & ne cõtingat diſpoſitionem d. auth. reddi fruſtratoriam arg. c. ſi ciuitas. de ſenten. excommuni. in vj. & in c. quanquam

cum glo. de testa. eod. lib. Ego tamen contrariam sententiam sequutus sum, †arguendo de prælato ad tutorem, & curatorem, & è contra, prout in fauorabilibus rectè arguitur gl. in c. qui episcopus. v. q. iij in cap. fin. in fin. ver. xij. q. j. clem. quia contingit de relig. domi. & plenius dixi in c. j. de in integ. restit. & præsupponendo magis certi iuris esse, quod tutor seu curator in principio officij sui magis tenentur iuramentũ generale subire, vt in iuribus præallegatis, quam prælatus. Sed †prælatus, qui postea in contractu celebrato nomine ecclesiæ iurasset non contrauenire, huiusmodi secundum iuramentum seruare non tenetur, immò seruando periurium incurreret, & animam suam illaquearet, quia illicitum est iuramẽtum, ideóque etiam non petita absolutione cõtrauenire poterit, prout hæc omnia probantur in c. si quis presbyterorum de rebus ecclesiæ non alien. cum glo. ibi in ver. alienator, & in gloss. c. j. de in integ. restit. in vj. habetur per abba. in c. 2. de iureiuran. & ego post alios plenè dixi in d. c. j. extra de in integ. resti & aliqua pro declaratione dicam in sequenti quæstione. Ergo eadem ratione euitandi peccati idem in tutore, seu curatore dicendum est, qui huiusmodi iuramentum seruantes contra primum ab ipsis in princip. sui officij præstitum periuri dicerentur, essentque puniendi, arg. eorum, quæ habentur in c. tua nos, & in c. intellecto, de iureiuran. & per glos. in d. c. si quis presbyterorum cum aliis, †Si verò tutor, aut curator ratione sui interesse vellent contrauenire, tunc ratione iuramenti non possent arg. eorum, quæ traduntur in capit. cum venisset de institu. & per Anton. & Abb. in d. c. 2. de iureiuran. Non obstat gloss. in d. cap. secundo quia loquitur in alio casu, vult enim, quod si tutor iurauit non contrauenire contractui, in quo minor esset læsus, minor illi contractui possit cõtrauenire, de tutore autem nullum verbum, quem tamen etiam ex prædictis posse contrauenire nomine minoris dicimus. Nec aduersatur id, quod dictum fuit de pupillo, seu minore, qui iurauit non contrauenire per d. authenti. sacramenta puberum. †illud namque contingit ex eo, quod eius iuramentum non est præstitum contra aliud suum iuramentũ, & ideo, cum sit doli capax & in spiritualibus obligari queat. cap. si annum de iudi. in vj. ipse tenetur iuramentum suum seruare, quod potest seruare absque interitu salutis æternæ quod secus esset in tutore, vel curatore qui aliud iuramentum, vt supra, in principio sui officij præstiterunt, & secundum seruando periuri dicerentur per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus & tutor iuramento ab iis præstito in damnum ecclesiæ, & minoris non ligantur, & contrauenire possunt absque absolutione à iuramento impetrata.*

2 *Absolutio à iuramento quando necessaria sit.*

3 *Absolutio ab incauta iuratione, & à mala intentione, haud à facto peti debet.*

c. ij. de iureiuran. intellectus.

4 *Iuramentum coactum obligat, & absolutione indiget.*

Quæstio 28.

SED & quæsitum est, stante præcedentis quæstionis decisione, an prælatus, & Tutor, qui iuramento suo in casu præposito contrauenire possunt, absolutionem prius à superiore impetrare teneantur. Et videretur sanè, quòd dicta absolutio prius peti, & impetrari deberet per tex. in c. 2. in fin. ver. de iureiu. Contrarium sensit Abb. in d. c. 2. circa fin. quod verum esse existimo. †prælatus enim, & tutor non ligantur iuramento, quod ipsi in damnum ecclesiæ, & minoris præstarent, vt supra Dictum fuit de tutore, & de prælato voluit gl. in c. j. de in integr. restit. lib. 6. quam sequitur Abb. in d. c. 2. & in c. j. extra de in integ. restit. vbi plenè dixi: & †absolutio à iuramento tunc est necessaria, quãdo quis ex iuramento ad illius obseruantiam sub periculo animæ, & peccati legatus esset, adeò quòd qui ligatus non est, absolutione non indiget, quoniam priuatio habitum præsupponit. §. j. Instit. de liberti. §. seruus insti. de capi. dimin. & legitur Ioan. capit. 13. optimus tex. in c. significauit. de pœn. & remis. cum glos. in ver. deuotione. c. ad dissoluendum de desponsa. impu. l. decem. ff. de verb. oblig. Sed prælatus, & tutor in casu proposito ex iuramento non ligantur, nec de iure ad illud obseruandum tenentur, quia peccarẽt, & periurium incurrerent, vt dictum est, Ergo ad effectum, vt possint contrauenire, non debent absolutionem petere. †Possent tamen, ac deberent absolutionem petere non à iuramento, nec ad effectum illi contraueniendi, sed ab excessu, & incauta iuratione. 2. & si Christus. §. quædam enim de iureiuran. sicuti etiam sæpe quis à sola mala intentione, & non à facto est absoluẽdus, vt not. per gl. in c. fi. de simon. c. in ciuitate de vsur. c. quãto de iureiur. Præterea is, qui scienter illicitũ iurauit, absolutione non indiget, sed solum id, quod iurauit, non obseruare tenetur. d. c. quanto. Sed prælatus, & tutor, qui non contrauenire contractui in detrimentum ecclesiæ & minoris celebrato iurauerunt, scienter illicitum iurauerunt, quoniam sciuerunt, vel scire debuerunt, aut præsumuntur iurasse contra suum primum iuramentum arg. l. fi. in fin. ff. pro suo, ergo &c. Nec aduersatur d. c. ij. Quia responderi potest. †illum text. loqui de absolutione facta ad cautelam, quæ peccatum non arguit, sed potius illum iam ipso iure absolutum esse declarat, & cõsequenter potius dicitur absolutio de facto, quam de iure secundum gl. fin. ibi. Secundo respondetur, illum tex. loqui de eo, qui per metum simpliciter iurauit, & sic de illo, qui antea contrarium nõ iurasset, †licet enim per metum iurauerit, tamen ex iuramento voluntariè ligatus dicetur, nec poterit contrauenire, nisi absolutione obtenta, vt ibi: nam voluntas coacta voluntas est: & ideo quanuis aliquis metu contraxerit, tamen obligatur. l. si mulier. §. si metu. ff. de eo, quòd met. cau. hoc modo etiam potest intelligi. c. cum venissent. de inst. Itaque de iure concludendum esse arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Legatum bonorum omnium mobilium quando frumentum, & alia venalia, quæ mercis causâ in domo testatoris sunt, comprehendat, & quando non.*

2 *Bonorum mobilium appellatio in legato comprehendit fructus, & frumentum.*

Quæstio 29.

AN sub illis verbis legati, lego vxori meæ vsumfructum domus, cum omnibus, & quibuscũque bonis mobilibus, & suppellectilibus quibuscunque, contineatur etiam frumentũ venale, & non venale? Et legato comprehendi magis visum est, †refert enim, an testator dixerit, Lego vxori omnia bona mobilia, quæ domi habeo, & tunc frumentum, quod ibi erat causa vendendi, nõ cedit legato. l. generali. §. vxori ff. de vsuf. lega. an verò dixerit lego omnia, & quæcũque bona mobilia &c. non restringendo illa verba ad domũ, seu ad aliquem certũ locũ, sed simpliciter, ac etiã sine illo pronomine mea, & tũc cõprehenditur frumẽtum etiã venale. vt colligitur ex verbis Bar. in d. § vxori per l. pediculis. §. itẽ cum quæreretur cum gl. ff. de auro, & arg. lega. & l. Iulianus. in prin ff. de leg. 3. & Rom. in singu. 643 alias 666. incip. regula est &c. voluit quòd etiam si testator legatum generale restrinxisset ad certum locum, dicendo lego domũ cum iis, quæ ibi sunt, illa

illa etiam quæ sunt venalia, & quæ ibi mercis causa posita sunt, compræhenduntur, quando legatum factū esset coniunctæ personæ, vt filiæ vel vxori, dummodo hæredes, ita intelligendo, nimis non grauarentur per tex. in l. quæsitum. §. sed & ipse Papinianus. ff. de fund. instruc. facit quod voluit Bart. in l. quintus. §. argento. ff. de auro, & arg. leg. Sed in casu quæstionis occurrentis testator legauit omnia, & quæcunque bona mobilia sine illo pro nomine mea, nec ea verba ad bona, quæ in domo essent, restrinxit item legatum factum fuit coniunctæ personæ, hoc est vxori, & ex hoc hæredes non multum grauati dicebantur, quia solū vsumfructum legauit, & non proprietatem, qui vsusfructus respectu totius hereditatis erat quid modicum, præsertim cum vxor esset sexagenaria, quo casu à iure præsumitur modicum tempus viuere posse ad. l. hereditatū. ff. ad l. falcid. Ergo verum erit dicere, q ipsi vxori vsusfructus etiam fruméti venalis, & non venalis relictus

1 fuerit. Præterea quod † appellatione bonorum mobilium in legato comprætiendantur fructus, & frumenta, quæ reperiuntur in bonis, & hereditate testatoris, & à solo separata sunt, atque recondita, voluit specula. in titu. de fructibus versic. pone. prælatus quidā: & cum maxima sit specula, authoritas, ea fretus, vlterius super hac hæsitatione non insistendo, ita iuris esse asserui.

SVMMARIVM.

1 *Legatum bonorum mobilium comprahendit omnes fructus, qui etiam tempore mortis testatoris à solo separati reperiuntur.*

2 *Frumentum si legatur vxori, debetur id, quod est tēpore mortis testatoris, secus est in contractibus & numer.*

3 *Legatum domus cum bonis mobilibus domum principaliter, & bona mobilia accessorie cōprahendit.*

4 *Legatum factum per verba de præsenti cōprahendit etiam futura, quæ accessorie veniunt.*

5 *Idem si esset factum per verba generalia dispositiua, haud demonstratiua.*

6 *Legatum rei quādo secundū statum futurū debeatur.*

7 *Legatum non gratuitum, sed in recompensationem factum late interpratatur, vt ad qualitatē rei, quæ tempore mortis testatoris reperietur, extendatur.*

8 *L. si ita scripsisset. ff. de leg. ij. declaratio.*

9 *Deberi proprie, & improprie quid dicatur.*

Quæstio 30.

ILLVD etiam quæsitum est, vtrum sub legato præcedenti comprehenderentur frumentum, & alia bona, quæ tempore quoque mortis testatoris in illius domo reperta essent, an vero ea solum, quæ tempore testamenti conditi ibi extarent. Et illa etiam, quæ mortis tempore inuēta forent in domo testatoris à solo separata, comprehendi debere existimaui, secutus sententiam specul. in ti. de fructib. vers. sed pone prælatus.

1 † vbi præsupponit prælatum disposuisse de suis mobilibus, & concludit virtute suæ dispositionis omnes fructus esse distribuendos, qui tempore mortis à solo separati reperirentur, & consequenter, sicut in casu illo frumentum, aliique fructus, qui tempore mortis prælati testatoris, debent virtute suæ dispositionis factæ de bonis mobilibus distribui, ita in legato vsusfructus domus cum bonis omnibus mobilibus idem dicendum erit. Præterea si verum est, q sub legato facto vxori de bonis mobilibus frumentum etiam com-

2 prehendatur, vt in præcedenti q. dictum fuit, † omne illud deberi dicendum est. quod tempore mortis testatoris inuentum fuerit, cum frumentum sit de iis bonis mobilibus, quæ renouantur, & corrumpi atque consumi solent, vt voluit Bar. in l. quidam. ff. de vino, oleo, trit. leg. & in l. quæsitum in prin. ff. de fund. instr. qui hoc voluit in legato vxori facto illa ratione, quia frumentum est de iis, quæ ad alimenta pertinent per text. in d. l. quidam cum glos. vbi tria hoc operari considerantur, primum quia fuerat legatum per verba generalia, & vniuersaliter prolata, secundum quia vxori, tertium, quia censetur relictum id, quod ad victum etiam, seu ad alimenta spectare dicitur, quamuis pro alimentis non fuerit expressum: q quidem secus esset in contractibus, in quibus frumentum futurum non deberetur, vt per gl. ff. & Bartol. in d. l. quidam, & in l.

3 si ita. ff. de auro, & arg. lega. Tertio † cum testator dixerit. lego domum, seu vsumfructum domus cum omnibus bonis mobilibus, videtur domus principaliter legata ad vsufructuandum, alia vero bona mobilia, & sic etiam frumentum non principaliter, sed accessorie, quoniam coniunctio illa cum accessorie coniungit, haud principaliter. vt declarat not. Bartol. in l. si cui. ff. de fund. instruc. in l. si ita legauerit. ff. de leg. primo. & in l. j. & ij. ff. de pecul. leg.

4 Sed † quamuis legatum factum per verba de præsenti solum ea comprehendere soleat, quæ erant tempore testamenti facti. l. si ita in princip. ff de auro & argent. legat. cum aliis, fallit tamen, quandocunque aliqua etiam legata essent. quæ accessorie venirent, vt probatur in l. Aurelius. §. testamento, & in l. fin. ff. de libera. legat. & est de mente Bartol. in dict. l. si ita, expresséque habetur per Roma. in singul. cccccvj. incip. text. in l. si ita &c. Ergo etiam frumentum, bonaque alia futura in casu, de quo agitur, comprehendentur per prædicta. Quarto voluit Imola in l. final. §. qui indiuisam ff. de lega. ij. q

5 † legatum rerum factum per verba generalia dispositiua trahatur etiam ad res futuras, quæ post testamentum factum testatori fuerunt acquisitæ, & sub generalitate comprehendi poterant, quamuis testator verbis præsentis temporis vsus fuisset per. l. nam quod in fin. cum l. sequen. ff. ad treb. Nec obstat d. § qui indiuisam, quia loquitur, quando verba generalia de præsenti prolata essent posita demōstratiue, tunc enim ad præsentia tantum referuntur, vt ibi per eum. & ita proprie loquitur. d. l. si ita, quum enim dicit vestem meam, argentum meum, hac demonstratione meum præsens, & non futurum tempus ostendit, vt voluit etiam gloss. ibíque Barto. in. l. serui in fi. ff. de leg. j. Testator ad hęc ibi non vsus fuit verbis generalibus omnibus, seu omne, sed simpliciter dixit, argentum meum, seruos meos, &c. veluti etiam est tex. in l. fin. in prin. eod. titu. Ergo si verba fuerint non demonstratiue, sed dispositiue posita, & non simpliciter, sed generaliter prolata, prout in casu nostro & dispositiue, & generaliter prolata fuerunt, etiam ad futurum tempus extēdētur per prædicta & ar. eorum, quæ voluit Roma. in singul. 513. incipien. quod tempus in vers. modo quæro: facit. l. cū Mela. §. j. ff. de alim. leg. Præmissa suadētur ex iis, quę leguntur in l. filiæ in fina. ff. de condi. & demon. & in l. si

6 ex toto. ff. de leg. j. † vbi legatum rei debetur secundum statum futurum. l. quod in rerum. § si quis potest eod. tit. cum fundus. ff. de lega. ij. Idcóque pars ex post facto adiecta legato etiā cedit, nisi testator dixisset rem meam, seu fundum meum nam tunc restringeretur ad rem, prout erat tempore testamenti propter illam demonstrationem meum. d. l. si ita secundum Bar. & glo. in d. l. serui in fin. Et Paulus Castrensis in d. § qui indi

7 uisam inquit, † & q si legatum non fuerit gratuitum, sed in recompensationem factum, late interpretādum est. vt propter legati augmentum ad qualitatem rei, quæ mortis tempore reperietur, extendatur: At in casu nostro legatum fuit factum in recompensationem fructuū dotium vxoris. quos testator ad heredes pertinere voluit, igitur &c. Nec obstat. l. si ita scripsisset.

8 ff.de lega.ij. †ibi namque non dubitatur, an legatum
factum per verba de præsenti trahatur ad id, quod erit
seu de futuro debebitur, sed an legatum factum alicui
de eo, quod mihi pure Sempronius debet, extendatur
ad id, quod tempore testamenti in diem, vel sub con-
ditione debebatur: deciditur, quod non, & hoc non
quia legatum factum per verba de præsenti non tra-
hatur ad debitum de futuro, sed quia cum possit verifi
cari in eo, quod pure, & sic proprie debetur, nõ debet
trahi ad debitum in diem, vel conditionaliter, quod non
proprie deberi dicitur, & verba in legatis sunt pro-
prie intelligenda, vt heres minus grauetur. l. non ali-
9 ter.ff.de legat.iij. †deberi autem proprie id dicitur, quod
ab inuito statim, & pure exigi potest, improprie, quod
in diem, & impropriissime, quod sub conditione. l. de-
bitor. cum gl. ff. de verbor. signifi. At si verba huiusmo-
di legati non possent proprie verificari, tunc legatum
verificaretur in eo, quod in diem, vel sub conditione
deberetur ad tradita per Pau. Cast. in d. l. si ita scripsis-
set. Præterea text. ille loquitur in legato particulari.
nos in generali facto per verba vniuersalia quæ ad fu
turum extenduntur Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de
vsufr. lega. ideóque si testator mandasset heredi, vt sol-
ueret omnia debita fratris sui, teneretur soluere etiã
in diem, vel sub conditione debitum, vt est id, quod
debere poterat pro dote vxoris restituenda: & ita, ac
recte consuluit Ioan. Andr. veluti refert Paul. Castr. in
10 quodam suo consil. †Nec aduersantur iura in contra-
ctibus loquentia, quia in illis stricta fit interpretatio.
l. quicquid astringendæ. l. triticum. ff. de ver. obli. nos
vero loquimur in vltimis voluntatibus, quæ late inter
pretantur. l. in testamentis. ff. de reg. iur. c. dilecti. de do
nat. & hanc differentiam expresse sensit Bar. in l. si ita.
col. ij. ff. de auro, & argẽ. legat. & in l. quidam. ff. de vin.
oleo trit. lega. & supra dixi. Plura potuissem adducere
& hanc sententiam comprobandam, & alia, quæ obii-
ci possent, remouendo, Sed quoniam Christophorus
Angelellus ciuis, & collega meus, vir clarissimus &
huius nostræ iuris scientiæ peritissimus multa docte
quidem, & copiose de his proximis duabus quæstio-
nibus scripsit, ne ab eo dicta viderer repetere, hæc sa-
tis fuisse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio pensionis facta à papa motu proprio va-
let absque expressione alicuius iusta causa, secus est
in ea, qua fieret ab inferiore.*

2 *Papæ potestas in pensionibus, & in beneficialibus etiã
nulla causa expressa maxima est.*

3 *Papa liberam habet ad suum libitum dispositionem
de fructibus beneficiorum.*

4 *Pensionis reseruatio, & constitutio facta sola autho-
ritate Papæ an valeat, si nulla de ea iusta causa
constet.*

5 *Papa super iure positiuo disponit etiam absque iusta
causa, & sola eius voluntas pro iusta causa sufficit.*

6 *Motus proprius plenitudine potestatis papam vsum
fuisse demonstrat.*

Quæstio 31.

QVAESTIO fuit, an reseruatio pensionis fa-
cta motu proprio papæ, & de consensu perpe-
tui administratoris ecclesiæ, vt in literis aposto
licis cõtinebatur, valuerit, an vero nul
la fuerit ex eo, quod specialiter derogatum non fuit
constitutioni concilij, neque aliqua iusta causa fuit
expressa, ob quam dicta reseruatio fieret. Et valuisse
mihi visum est, cum facta fuerit à Papa eius motu pro
prio, & accedente consensu præfati administratoris
ecclesiæ: quia talis reseruatio censetur facta ex causa
1 iusta, ex qua pensio constitui potest: †licet enim quan
do pensionis reseruatio fit authoritate inferioris ne-
cessaria sit iustæ causæ expressio ad ea, quæ tradit Pet.
de Anchar in consi. ccxxvj. quæstio proponitur, & Ol-
dra. in consi. ccxxvj. quidam episcopus ca. nisi de præ-
bend. & capitul. ad quæstiones. de rerum permutat. ta-
men quando pensionis reseruatio fit authoritate apo
stolica eiúsque motu proprio, valet absque eo, quod
specifice aliqua iusta causa exprimatur, vt est de men
te Roma. in consi. ccclxix. omnipotentis &c. Circa pri
2 mum. in j. colu. † magna námque est potestas papæ, &
longe maior, quam sit aliorum inferiorum circa con-
stitutionem, & reseruationem pensionum, vt colligi-
tur ex iis. quæ habentur per Abb. Anan. & domi. Ma-
rian. in c. non satis de simo. faciunt not. per Anton. in
c. 2. de arbit. per tex. in d. c. nisi essent. Nam si episcopus
ex magna, & euidenti causa hoc potest, multo magis
papa, qui in beneficialibus, & in bonis ecclesiasticis
etiam nulla causa expressa potestatem habet amplissi-
mam. c. proposuit. cum ibi no. de concess. præb. Abb. in
c. cum venissent. de iudic. & not. in c. per principalem.
3 ix. q. 3 quoniam. †Papa de fructibus beneficiorum ha-
bet liberam ad libitum suum dispositionem, vt inquit
Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Vnde põt quan
doque disponere, quod fructus beneficiorum debeantur
etiam nõ habenti in illis titulum, vt in c. si propter. de
rescr. in 6. & in c. si tibi concesso. de præb. eo. li. facit quod
voluit gl. communiter approbata in. c. cum M. de con-
stitut. & prædicta absque dubio procedunt. si qua ra-
tionabilis causa Papam induxit ad imponendam hu-
iusmodi pensionem, puta senectus cedentis, vel re-
nunciantis, cui pium est de alimentis prouideri, vel
quando esset episcopo titulari reseruata, ad hoc vt
ipse posset dignitatem pontificalem decentius sub-
stentare, argument. eorum, quæ habentur in capitul.
pastoralis. de his, quæ fiunt à præla. & in capitul. extir-
4 pandę. §. si vero. de pręben. †At quando non appareret
aliqua rationabilis causa, quę non fuisset expressa,
quamuis dicendum videretur, ex quo sumus in prohi
bitis à iure positiuo, solam authoritatem papæ nõ suf
ficere, quia dispensatio quam Papa sine causa facit,
potius dicitur dissipatio, quam dispensatio, vt late ha
betur per Archi. in c. consequens. xj. distinct. & per Bea
tum Thomam. in. j. secundæ. q. xcvij. arti. vltim. & per
Ioan. And. in c. de multa. de præben. v. glo. in c. non est.
& ibi Abbas, extra de vot. tamen contrarium dicendũ
est, quod sola Papæ authoritas absque expressione iu-
5 stæ causæ sufficiat, †quoniam vbi papa disponit super
iis, quæ à solo iure positiuo sunt prohibita, sufficit so
la illius voluntas pro iusta causa, Innoc. in cap. cũ ad
monasterium. & ibi Abb. de statu monacho. in dict. c.
non est. Specu. in tit. de leg. §. nunc breuiter. ad fi. Car
din. in repet. cap. perpendimus. colum. viij. de senten.
excommunicat. Abb. in cap. fraternitati. de scisma. &
ibi Anan. columu. ij. Domini. in dict. cap. consequens.
& Felin. in capit. prim. in. iiij. fallent. de constitut. & in
dict. capi. proposuit. & Domi. Anto. in dict. cap. j. in vl-
tim. column. dicit, quod liberalitas Papæ est causa di-
spensationis illius contra ius positiuum, & hoc sequi-
tur ibi Imola, column. xiij. in versi. Potest autem abs-
que causa: idem affirmat domi. Præpos. mediolanen. in
cap. per venerabilem. in. j. column. qui fil. sint legit. vbi
plura allegat, & in terminis nostris hoc voluit Felin.
in cap. ad audientiam. il. ij. in. ij. & v. column. de rescri.
Et hæc in casu nostro tanto magis procedũt, quòd pa-
pa motu proprio huiusmodi pensionem reseruauit,
6 †quo casu videtur voluisse vti plenissime potestatis
propter motum suum proprium ad ea, quæ habentur
per Anto. in ca. constitutus. column. iij. de rescript. &
per Felin. in cap. causam, quæ. de testib. nume. vj. & ita
concludendum esse dixi. Quando princeps censeatur
vti

vti plena potestate vide scrib.in l.Centurio.ff.de vulga.& pupil.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet res communes, vel alienas administrans rationes reddit, & reliqua restituit.*
2 *In redditione rationum quando quis reliqua restituere teneatur.*
3 *Et adque quis teneatur.*

Quæstio 32.

CVM duo socij simul eandem negotiationem diuersis tamé officiis, & modis exercuissent, atque administrassent, alter videlicet in ministerio illius negotiationis, & alter in pecuniis recipiendis, custodiendis, & exbursandis, in conficiendis rationibus, ac in deputandis famulis illi artificio, & negotiationi necessariis, quæsitum fuit, An is, qui in ministerio se exercuit, rationem administrationis alteri socio reddere, ac reliqua soluere teneatur, si consocius idem nó fecerit. Illud vtique generale est, & vsquequaque verum, quòd † omnis, qui administrat res communes, siue alienas, tenetur actione ex illo contractu, vel quasi, respectiue rationes reddere, & reliqua restituere, vt nota per gloss. Barto. & alios in l. prima. §. officio. ff. de tut & rat. distra. l. quædam. in prin. ff. de eden. & dixi supra in q. xv. & ideo si plures sint, qui simul, vel separatim negociationem aliquam exercuerint, omnes rationem administrationis suæ, quatenus administrauerunt, reddere tenentur, veluti sunt plures socij administrantes. l. socius socio. ff. pro soc. & d. l. quædam. in princ. item vt sunt plures tutores. d. l. j. §. officio. & §. nunc tractemus. l. si plures §. j. in fi. ver. l. cum plures. cum ibi no. ff. de admi. tut. l. j. & 2. C. de diuid. tutela. & habetur in l. 2. C. de admi. tuto. & dicit Bald. in l. si plures. col. 5. in ver. item pone. C. de condit. inser. quod omnes qui administrauerunt debeat rationem reddere. alioquin administrationis ratio non bene diceretur reddita. Cum itaque in casu nostro vterque socius dictá negotiationem, & artem exercuerit, atque administrauerit, alter videlicet exercendo personam suam circa quædam certa negotia, hoc est in emendo, vendendo, operando, ac personam suam circa frequens dictæ artis ministerium, alter vero in recipiendo pecunias, saluando, & custodiendo, illásque exbursando, in deputandis famulis illi artificio necessariis & in conficiendis, regulándisque libris rationum, sequitur, quod vterque rationem suæ administratiõis, & illius negotiationis, quá in dicta arte, & societate exercuit, alteri socio reddere tenetur. Ex quibus infertur, quod cum simus in contractu vltro, citróque obligatorio. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. d. l. socius socio, si alter à socio petat, vt sibi rationé reddat (quæ rationis redditio importat etiam, vt reliqua restituere teneatur. l. cum seruus. cum sim. ibi allegat. ff. de cond. & demon.) ille non est audiendus, nisi se ipsum offerat velle rationé reddere, & reliqua restituere, neque sufficeret, verbo id simpliciter offerre, nisi realiter, & actualiter se offerat per ea, quæ voluit Pet. de Anch. in consi. 332. Visis diligenter actis. in j. col. facit. l. si merces. in princip. ff. locat. l. Iulianus. § offerri & ibi Bar. & Pau. Cast. ff. de act. emp. Quod nisi factum fuerit, nulla ab altero socio est administrationis ratio reddenda. Preterea quamuis socius, de quo agitur, rationem reddere tenetur solum de iis, quæ administrauit, & non de aliis, vt quod bene, diligéter, & arbitrio boni viri vendiderit, operatus fuerit circa ministerium artis, & alia fecerit, quæ ad illam artem spectabant, tamen ad reliqua restituendum teneri non debet, cum aliqua reliqua ad eum nó peruenerint in administrãdo illa, quæ ad suũ officium spectabant, quoniam reliqua omnia penes alterum socium remanserunt, qui semper custodiam pecuniarũ,
2 & rerum dictæ societatis habuit, & † in redditione rationum quis reliqua restituere tenetur, quãdo ad eum peruenerunt, & penes illum remanserunt, vt probatur ex iis, quæ voluit Pau. Cas. in d. l. cum seruus. per illum
3 tex. Vltimo † in reddendo rationem quis ad plura tenetur. Primo debet librum rationum conficere, deinde illũ exhibere. d. l. j. §. officio. l. fi. §. inter cetera. & ibi Bar. ff. de lib. le. l. si cui libertas. & d. l. cum seruus. vbi doct. ff. de condi. & demon. vt calculentur rationes, vtque appareant data, & accepta, & vt dicitur, introitus, & exitus Bar. in l. spadonem. §. ratiocinatio. ff. de excu. tutor. item vt reliqua reddantur, vt supra. sed ad socium, de quo tractatur, huiusmodi negotia non pertinebant, ergo &c. Et hæc vera esse duxi.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum habens cum plena, & libera potest transigere, & pacisci.*
2 *In mandato quantuncunque generali cum plena, & libera non comprehenditur remissio appellationis, & iuris de nullitate dicendi.*
3 *Procurator cum libera non potest gratis remittere ius domino quæsitum, & debitum liquidum habens paratam exequutionem.*
4 *Donatio non comprehenditur in mandato generali cum plena, & libera, & nu. 6.*
5 *Nec liberatio debitoris per acceptilationem.*
7 *Procurator cum liberam non potest ad præiudicium domini cum aduersario conuenire.*
8 *Prælatus non potest exceptionem peremptoriam remittere, & lites renuntiare.*
9 *Mandatum generale cum libera quando speciali mãdato non æquiparetur.*
10 *Mandatum speciale, & indiuiduum requiritur, quãdo agitur de iis, quæ principaliter aduersario, & nõ domino sunt fauorabilia.*
11 *In mandato generali non comprehenduntur maiora expressis, sed vel minora, vel similia.*

Quæstio 33.

SI PROCVRATOR mandatum habuerit cum plena, & libera administratione, & ad faciédum vendere ad incantum: vt dicitur, bona debitorum quorundam, de quibus domino constituenti iam tenuta, & adiudicatio facta fuisset, An potuerit in præiudicium domini sententiam contra ipsum latam acceptare, & litibus, ac causis nomine domini renunciare adeo vt dominus constituens contrauenire nõ possit? Videretur sane, quod dominus gestum à procuratore suo ratum deberet habere, neque contra dictã sententiam venire posset, nam quo ad causam, & lité. quam tunc ipse habebat, procurator habuit mandatum cum plena, & libera administratione, & ad faciẽdum vendere, vt dicitur ad incantum bona debitorũ quorundã, de quibus iam domino tenuta data, & adiudicatio facta fuerat, vt latius in instrumento mãdati, continebatur, Ergo procurator nomine sui principalis potuit super dicta lite, & causa transigere, quia
1 † de natura mandati cum plena, & libera venit potestas transigendi, & paciscendi. l. mandato, ibique omnes. ff. de procura. c. qui ad agendum eo. tit. in. vj. l. præses. & l. transactionis. C. de tranct. Sed, his non obstantibus, mihi magis visum fuit, istud sub mandato non
2 comprehendi, Primo quia † ex mandato quantuncunque generali cum plena, & libera administratione procurator non potest domino cum suo pacto præiudicare, quo minus appellare possit & contra sententiam aduersus ipsum latam venire, cum in huiusmodi man

dato non cõtineatur, vt procurator appellationem,
seu ius dicendi de nullitate remittere possit, vt habe-
tur per Ang. in l. ab executore. §. fin. ff. de appel. & in l.
j. §. j. ff. à quibus appel. non lic. in l. bonorum. ff. rem ra.
hab. Bal. in l. fin. § j C. de tempo. appel. ita namque pro
curator domino defensionem auferre. & donare alte
ri videretur, quod non comprehenditur sub pleno, &
generali mandato cum libera, & plena administratio-
ne, sed speciale, & indiuiduum mandatum requiritur.
3 l. filius in fi. ibique Bart. ff. de donatio. Secundo † procu
rator cum libera non potest gratis remittere ius ac-
quisitum domino, & debitum liquidum, quod ex instru
mento publico paratam exequutionem habente exigi
4 potest, talis enim remissio donationem saperet, † quæ
sub tali etiam mandato non comprehéditur, vt voluit
Feder. de senis in cons. ij. incipien. quidam &c. Propte-
rea Bar. post gl. in l. procuratorem. ff. de acceptila. dicit
5 quod † generalis procurator cum libera non potest de-
bitorem per acceptilationem liberare, ratio est, quia
acceptilatio donationem sapit, arg. l. si quis delegaue-
rit. ff. de noui oper. quem text Bart. ibi voluit etiam, q
procurator cum libera exceptiõem peremptoriam re-
mittere nequeat. Sed in terminis nostris procurator
per pactum gratis remisit debitori domini sui debitũ
in magna quantitate, videlicet pœnas conuentiona-
les mille ducatorum, pro quibus quorũdam bonorum
tenuta data, & adiudicatio facta fuerat, quæ, vt asseri-
tur, iam in rem iudicatam transiuerat. item respectu
sortis principalis dedit terminum, & dilationem de-
bitori, quod etiam donationem quodammodo sapere
dicitur, ergo domino constituenti ita præiudicare nõ
6 potuit, quia † in mandato generali etiam cum libera
non venit donatio. nec merum domini præiudicium.
l. contra iuris in fin. ff. de pact. & d. l. filius in fin. ff. de
dona. Ita procurator censetur dolose egisse, cum non
fecerit id, quod diligens homo fecisset, quodque face-
re debebat. l. dolus ff mandati. l. si procuratorem in fi.
ff. eo. tit. & pulchre habetur per Pau. Cast. in cons. 31.
incip. circa primum lib. 2. vbi etiam voluit, quod ha-
bens mandatum ad transigendum, & quietandum non
possit gratis remittere, seu transigere, quia sic dolo fa-
7 cere dicitur. Hinc videmus, quod † procurator cum li-
bera non potest cum aduersario ad præiudicium domi
ni conuenire, quando gratis liti, & causæ renunciaret.
vt colligitur ex no. per Bart. in l. fi. ff. de iis, quæ in frau.
cred. Bal. l. Sali. & Moder. in l. pactum curatoris. ff. de
pact. & canonistæ tradunt, in c. cum olim de offi. dele.
8 vbi † prælatus, qui administrationem cum libera habe
re dicitur, vt habetur in c. episcopus. 5. q. 3. in fi. magna
gl. & in c. fin. xij. q. j. non potest exceptionem perempto
riam remittere, neque liti, & causæ renunciare, quo-
niam hæc donationem sapiunt. l. postquam liti, & ibi
docto. notant. Codic. de pactis, ideoque speciale, & in-
diuiduum mandatum requirunt dicta l. Lucius in fin.
9 & dicta l. contra iuris. Præterea † quamuis paria sint
habere mandatum generale cum libera, & habere spe-
ciale, atque indiuiduum mandatum, vt in l. procurator
cum duabus. l. seq. & ibi gl ff. de procura. d. capi. qui ad
agendum. l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. ff.
de iureiur. l. nam & nocere, & ibi Bald. not. ff. de pact.
cum simi. tamen vbi agitur de donando, seu remitten-
do gratis ius debitum & acquisitum ipsi domino equi-
paratio non procedit, requiritur enim tunc mãdatum
in indiuiduo secundũ Ang. Are. in §. præterea. in 2. col.
inst. de except. Ang. & Alex. in l. rescriptum in fin. ff. de
10 pact. quoniam † vbicunque principaliter agitur de iis,
quæ ad fauorem domini nullatenus tendunt, sed in me
rum aduersarij fauorem, non sufficit mandatum gene
rale etiam cum libera sed speciale, & indiuiduum re-
quiritur, vt colligitur ex notabil. theorica Bart. in d. l.
filius in fi. ff. de donatio. quam ad propositum ponde-
rat Petrus de Anchara in d. c. qui ad agendum, & in c.
duobus. de rescript. in 6. & sequitur Roma. in consi. 125.
incip. spectabiles domini: Sed in casu nostro id, q pro-
curator gessit, ad fauorem aduersarij, & in merum do-
mini constituentis præiudicium tendit, ergo & c. Nõ
obstant supradicta, quod procurator generalis cum li
bera & c. potest alienare, transigere, & similia facere. d.
l. mandato. l. procurator, cui. ff. de procurat. cum aliis,
quia licet procurator virtute talis mandati illa facere
valeat, non tamen debitum liquidum, nec appellatio-
nem, nec exceptionem peremptoriã remittere potest,
alia similia, quæ donationem sapere videntur, facere
ad præiudicium domini absque speciali, & indiuiduo
mandato, vt ex prædictis colligitur. Præterea si manda
ti verba recte considerentur, non videtur data pote-
stas alienandi simpliciter, sed solum faciendi vendi ad
incantum iusto prætio, ergo non dicetur concessa po-
testas vendendi simpliciter, & minus remittendi gra-
tis debitum & ius ipsi domino iam acquisitum, quod
est maius, & sapit donationem, siue dilapidationem. l.
cum indebito. ff. de probat. & dicunt gl. & docto. in d. l.
procurator. & habetur per scriben. in d. l. procurator, &
habetur per scriben. in d. l. præses. C. de transactio. Et
11 † vbicunque aliqua sunt in mandato expressa, quæ spe-
ciale mandatum requirunt, nunquam sub illa clausu-
la generali, & ad omnia alia, quæcunque requirerent
speciale mandatum, dicuntur comprehensa maiora ex
pressis, sed vel minora, vt est textus in d. c. qui ad agen-
dum. & in clemen. non potest cum ibi not. de procura.
& ita ex præmissis concludendum esse putaui, quod
non obstante renunciatione facta à procuratore, do-
minus dictæ sententiæ contrauenire, & ab ea appel-
lare potuerit.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium quando substitutum excludat, & quã do non.*
2 *Ingressus monasterium quo ad ciuilia, non autem quo ad naturalia habetur pro mortuo.*
3 *Familia, domus, & agnatio sunt nomina iuris ciuilis, haud naturalia.*
4 *Ingressus religionis quare tollat conditionem legato, vel fideicommisso adiectam, duplex est ratio.*
5 *Substitutus à monasterio non excluditur, cessante fauore monasterij.*
6 *Dispositio. §. sed & hac præsenti, in auth. de sanct. episcop. quando, & in quibus conditionibus locum habeat.*
7 *Ingrediens monasterium filiũ habere, & nuptias saltem spirituales contrahere censetur.*
8 *Et in eo cõditio dotis, & donationis antenuptialis verificatur.*
9 *Monasterium, & ecclesia dotem habere possunt.*

Quæstio 34.

PROPONEBATVR Mæuius, testamento
facto, heredi instituto Caiũ substituisse cũ hac
conditione, vt ipse Caius in casu substitutionis
faceret, & procuraret se appellari, & nominari de fa
milia, & domo testatoris, post Caium vero alios per fi
deicom. vocasse: Caius postea, ante quam dies substi-
tutionis venisset, proponebatur monasterium ingres
sus in eo professionem fecisse, ab illo vna cum mona
sterio cessis, & renunciatis Titio iuribus omnibus di
cti fideicommissi. quærebatur, mortuo herede primo
instituto, per cuius obitũ dies substitutionis, & fidei-
commissi venit, quis esset admittendus. vtrum mona-
sterium, & consequenter Titius ab eo causam habens
2 an vero alij substituti. Dicebam, q † quandoque expres
se appareat de mente testatoris monasterium non esse

ad

admittendum ab bona, ad quæ ingressus monasterium vocatus fuit sub aliqua conditione, quæ impleri propter ingressum religionis non potuit, tunc monasterium excluditur, non autem substitutum excludit, vt in terminis voluit Deci. in consi. cclix col. ij. post Bal. P ju. Cast. & plures alios, & est de mente Bald. in l. deo nobis. C. de epis. & cleri. & in auth. nisi rogati. colum. ij. C. ad Trebel. Fulgo. in consi. liij. quoniam & c. Imo. in c. in præsentia, ibique Bald. circa fin. de proba. Imo. in l. Lucius Titius la. ij. ff. de here. insti. Sali. Flo. & Pau. Castr. in d. auth. nisi rogati. And. Barba. in consi. xiij. li.
1 Quamuis secus esset, quando de tacita mente testatoris appareret, vel de illius voluntate dubitaretur, iuxta tex. in. §. sed & hæc præsenti, in auth. de sanctis. episco. coll. ix. d. c. in præsentia. d. auth. nisi rogati. ibique doct. Sed cum testator conditionem illam adiecerit, ꝙ dictus Caius faciat, & procuraret se nominari de domo, & familia ipsius testatoris, & non aliter, expresse videtur constare. ipsum noluisse monasterium fore admittẽdum per ingressum religionis dicti Caij, quoniam fieri nullo pacto potest, vt Caius post ingressum de domo testatoris dici queat, ex quo per ingressum similis sit mortuo, & pro mortuo habetur quo ad
2 nomina ciuilia, non autem quo ad naturalia, † qui ad solum quo ad actus naturales pro mortuo non habetur. d. l. deo nobis, vbi notatur, & gl. in auth. idem est.
3 C. de bon. quæ lib. † quod autem quis sit de domo, de familia, seu agnatione, hæc sunt nomina iuris ciuil. & non naturalia Bar. quem cæteri sequuntur in. l. tutelas. ff. de ca. dimi. Ergo cum ingredienti monasterium cõuenire non possit esse de domo, & familia alicuius, ex hoc dicendum est, testatorem noluisse ꝙ monasterium
4 potuerit, aut debuerit admitti. Secundo † ratio duplex esse videtur, quare propter ingressum religionis, conditio apposita legatò, vel fideicommisso, quæ propter ingressum religionis conditio apposita legato, vel fideicommisso, quæ propter ingressum adimpleri non potest. habeatur pro non scripta, & inualida ad effectum, vt monasterium succedere valeat, vt habetur in d. §. sed & hæc præsenti, vel ꝙ conditio sit impeditiua vitæ contemplatiuæ, vel quia hoc religionis fauore sit introductum, vt tradunt Anto. Abb. Moderniq; in d. c. in præsentia, & legistę communiter in d. auth. nisi rogati: At in casu nostro Caius tempore, quo primus hęres, cui ille fuerat substitutus, viuebat, iam monasterium fuit ingressus, & in eo professionem fecit, ergo à vita contemplatiua propter illam conditionem retrahi non potuit: & sic prima ratio cessauit: quæ tamẽ ratio impedimenti vitæ contemplatiuæ fortasse vera non est, vt fuit de mente Anto. & expresse habetur per Decium fere in terminis nostræ quæstionis in d. ca. in præsentia, per Imolam in d. l. Lucius. colũ. antepen. & prius per Bald. in consi. incipien. inter scholam & ca. Alia ratio fauoris religionis, quæ ab omnibus fere approbatur, & pro qua videtur tex. cum gl. in d. §. sed & hæc pręsenti. cessare dicitur, quoniam monasterium, & Caius effectus monachus ante apprehensionem bonorum, & hereditatis, de quibus in fideicommisso agitur, renunciauerunt, & cesserunt cuidam Titio omnia iura sibi, vel dicto Caio monacho quomodocunque occasione dicti fideicommissi competentia, qui Titius ad hæc bona virtute cessionis aspirabat. Quo factum est, vt de fauore monasterij tractari non diceretur, & consequenter substituti, seu alij, ad quos dicta bona de iure spectarent, à monasterio excludi non deberent: facit, ꝙ voluerunt Abb. & reliqui scribẽ. in d. c. in præ-
5 sentia, † quod quando fauor monasterij cessat, substitutus à monasterio non excluditur: ideoque si monasterium sit incapax, substitutus non excluditur, vt habetur etiam per doctor. in d. auth. nisi rogati: & propterea non est attendenda ratio: l. sunt personæ. ff. de re-
6 lig. & sumpt. fun. Considerandum est ad hæc, ꝙ † di-
spositio d. §. sed & hæc præsenti locum habet. quando fideicommissum, vel legatum factum esset, aut quis foret grauatus sub vna ex conditionibus ibi positis, veluti text. ibi bis repetendo hoc requirit, videlicet sub conditione aut liberorum, at dotis, aut donationis ante nuptialis, de quibus cum non sit illa, de qua in casu nostro agitur, dispositio d. §. sed & hæc, & d. c. in præsentia locum in ea habere non dicetur: pro quo facit etiam. nam illa dispositio, quod monasterium excludat substitutum, est exorbitans neque extenditur vltra fauorem monasterij, & religionis, vt voluit gloss. quam docto. omnes ibi sequũtur in d. §. sed & hæc, & in d. c. in præsentia: qui fauor cum in casu nostro cesset, dispositio prædicta non attendetur, neque debebit extẽdi vltra casus, & conditiones, quæ traduntur in d. §. Ratio autem diuersitatis inter conditiones d. §. sed & hæc & inter alias esse potuit, quoniã conditiones positæ in d. §. sed & hæc saltem ficte possunt verificari in in-
7 grediente monasterium, cum † ingrediens censeatur filium habere monasterium d. c. in præsentia cum ibi no. & in d. auth. nisi rogati, similiter censeatur nuptias saltem spirituales contrahere c. j. c. quanto de transla. episcopi, & probatur ex iis, quæ dicuntur. in illa quæstio. vtrum mulier, cui fuit relictum si nuptias contraxerit, legatum consequi debeat, si ea monasterium ingressa fuerit, & concluditur, quod consequi debet, vt habetur per scrib Abb. & alios in d. c. in præsentia, & Bal. in col. penul. in d. authen. nisi rogati: quo fit etiam,
8 vt † in tali ingrediente verificetur etiam conditio dotis & donationis ante nuptialis, quæ in consequẽtiam venit argumento nota. per glo. in cap. quod à te de clerici coniuga & per Calde. in cons. ix. & in consilio xxviij in titu. de regula. & secundum numerum consiliorum eiusdem, quæ integra, & non impressa apud me sunt,
9 est consi. xcvij. in colum. penulti. Item † monasterium, & ecclesia dotem habere possunt. c. cum nobis. cum ibi not. & in c. j. & in rub. de iure patro. capit. quod sicut de consecra. ecclesiæ, vel alta. At aliæ cõditiones, exceptis iis, de quibus habetur in d. §. sed & hæc præsenti, & præsertim conditio, de qua in casu huius quæstionis agitur, nec vllo alio pacto possunt in ingrediente monasterium verificari per ea, quæ supra dicta sunt, ergo dispositio d. §. sed & hæc præsenti, in terminis nostris locum sibi non vendicabit, & ex his dixi monasterium, & consequenter Titium ab eo causam habentem non esse admittendum ad substituti, vel aliorum exclusionem.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas quæ requiratur ad hoc, vt beneficia vacantia sedi apostolicæ reseruata dicantur, & à legatorum facultatibus excepta.*
2 *Dispositio loquens de familiaribus & continuis commensalibus locum non habet in simpliciter familiaribus.*
3 *Familiaris, & continuus commensalis quis dicatur.*
4 *Familiarem esse, & de familia esse differunt.*
5 *In materia odiosa, in qua iurisdictioni ordinariæ detrahitur, verba sunt proprie intelligenda.*

Quæstio 35.

CVM beneficia quædam per obitum clerici vacassent, & quæreretur, an illa ad liberam legati Papæ prouisionem spectarent, Respondi secundum ea, quæ proponerentur, quod cum ea beneficia nec proponerẽtur, quod cum ea beneficia nec propter obitum clerici prædecessoris apud sedem apostolicã, nec propter familiaritatem, & continuam commensalitatem vel eiusdem sedis, vel S. R. E. Cardinalium viuentium, & in Romana curia præsentium, aut de licentia Papæ absentium fuissent sedi apostolicæ generali;

ter,referuãta,neque affecta, dicendum est,illa ad libe
ram legati dispositionem ex speciali facultate apostolica
sibi concessa spectauisse,& prouisionem ab eo facta
valuisse. Neque ex opposito aduersari dixi, quod
dictus clericus prædecessor assertus prothonotarius
apostolicus, & Reuerendissimi Cardinalis cuiusdam,
vt asserebatur continuus familiaris extiterit, ideoque
eius beneficia sedi apostolicæ reseruata fuerint,
1 †nam cum ipse non in seruitio Papæ,nec Cardinalis,
sed suæ ecclesiæ,& canoniæ permaneret, adeo familiaris
non dicitur,vt ob suam familiaritatem beneficia
sua dicantur reseruata, & affecta per text. in l. quæsitum.
§.si instructum cum gloss. ff. de fund.instruction.
& quamuis alias Ioannes Papæ vigesimosecundo, illum
textum allegauerit, quod familiaris alterius familiaris
Papæ dicatur esse familiaris Papæ veluti refert
Salice.in l.prima. Codic. de episcop. & cleric.ac
etiam ad propositum facere videntur iura,quæ in simi
li allegat Oldra.in consi.xj.thema tale est, Tamen ille
tex.cum gloss. in casu occurrenti in oppositum facit,
ex eo namque colligitur necesse fore, vt fuerit. familiaris,
qui expensis papæ,seu Cardinalis vixerit, vt in
illo text.ibi pedagogia,quæ ibi habebat,vt cum ibi venisset,
præsto essent, eoque magis hoc dicendum est,
quod à facultatibus legati solum excepta sunt beneficia
reseruata,seu affecta ratione familiaritatis, & continuæ
commensalitatis etiam Cardinalium, & consequenter
etiam papæ,quia dicto etiam familiares quoque
illius implicat,argument. l. conuenticulam.C. de
episcopis,& cleric.cum iis, quæ dicit Barto. in l.suus
quoque numer.iiij ff. de hered.instituo.Verum quamuis
prædictus clericus potuerit familiaris dici, non tamẽ
vere continuus commensalis, prout requiritur ex fa-
2 cultatibus legati †quæ ad hoc, vt beneficia reseruata
sedi apostolicæ dicantur, hæc duo copulatiue requirunt,
quod beneficia fuerint & familiarium, & continue
commensalium ergo hæ duæ qualitates simul vere,
& proprie concurrere debent, tum quia copula &
concursum amborum copulatorum requirit,vt in l. si
quis ita stipulatus.ff.de verbor.obliga.cum simil. tum
quia materia reseruationum est,odiosa, & exorbitans,
quoniam iurisdictioni ordinariorum,& curialium derogat
argument.cap sedes, & c.nonnulli cum ibi notatis
extra de rescrip.cap.licet in corrigendis,de offic.
ord.ergo in illa verba sunt restringenda, & proprie ve
luti iacent,intelligenda.c.odia de reg.iuris.in vj.l.cum
3 quidam.ff. de lib.& post.Nã †familiaris,& continuus.
commensalis dicitur ille,qui continuus domini seruitiis
assistit, vt quia præsto sit ad tenendum stipendium,
& calcaria, & qui de pane, ac vino domini vixit,
argumentum eorum,quæ habentur in dicta l.quæsitum.
§.si instructum cum gloss. & qui cameræ assistit,
cæteráque seruitia facit: alioquin si solum curialis esset,
nec illa faceret, quæ ad familiares pertinent, sed
quandoque solum associaret, vt literas familiaritatis
haberet,tunc familiaris proprie nõ est habendus, etiã
si certã quotidianam panis, & vini portionem à Cardinali
extra domum haberet, is enim potius vasallus
quodãmodo censeretur ratione eius quod habet quotidie
ex cauena,vel camera iuxta tex.in cap. j.§. sciendum,
ibique Bal.de feu.cogni.facit etiam id,quod ipse
Bal.voluit in capitul.primo in j.respon.versic.quid de
feudis,de feudo guard. Præterea †aliud est esse fami-
4 liarem,& aliud esse de familia, vt voluit Ioan. de milis,
in versi.familiarum,qui sic declarat text. in l. pronunciatio.
§ familiæ.ff. de verbo.signifi. l.C. de verbo.
signi.familiaris nanque dicitur, qui est seruitialis, &
commensalis:vt tradit Host.in cap insinuante,extra de
officio dele.item familiaritas est quædam societas, vt
inquit Io.Andr.in c.sicut,de verbo. signifi.Quare cum
clericus defunctus de quo agebatur,non esset vere fa
miliaris,hoc est seruitialis papæ,nec alicuius Cardina
lis,merito dicẽdum fuit illius beneficia non potuisse
dici affecta,nec reseruata,quod si familiaris forte,
dici potuisset(quod quidem negatur) non tamen est
verum ipsum fuisse continuum commensalem,cum Bononiæ
iugiter in sua ecclesia recedisset, & canoniæ in
cathedrali ecclesia seruiuisset,quotidianasque distributiones
percepisset,quæ non dantur,nisi iis, qui diuinis
intersunt,vt in c.j.de cleri.non residen.in vj.Nam nullus
est magis familiaris papæ quam Cardinalis, & tamen
continuus commensalis non dicitur cap.licet de
priuil.in vj Ergo non sequitur, est familiaris, igitur
dispositio loquens de familiaribus continue commensalibus
locum habere debet in simpliciter familiari-
5 bus. Vltimo.† quando sumus in materia odiosa, per
quam iurisdictioni ordinariæ detrahitur, vt quia detur
alicui prælato facultas conferendi beneficia suorum
clericorum,veluti est in casu nostro, debet hoc
intelligi non de familiaribus improprie,sed de iis.qui
proprie familiares essent,in seruitiis permanerent, &
expensis prælati continue viuerent, hi enim proprie
commensales dicerentur,vt est tex.in c.si.cum glos.de
verbor significa in vj. Magis ergo hoc dicendum est,
quando expresse facta esset mentio de familiaribus, &
continue commensalibus, sicuti in casu nostro factũ
fuerat. Et ita concludendum esse de iure existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Dies,& mensis sint de substantia instrumenti,& quãdo hoc verum sit nu.3.*
2 *Testamentum nuncupatiuum,& sine scriptis quando dicatur,& quod scriptura non facit, vt desinat esse nuncupatiuum.*
3 *Solennitas in testamentum requisita duplex est & qua omissa testamentum inter liberos non vitiet.*
4 *In testamento facto inter liberos omnis solennitas iuris positiui remissa censetur sola iurisgentium solennitate reseruata.*
5 *Testamenti facti inter liberos validitas quid prosit.*

Quæstio 36.

VTRVM testamentum inter liberos factum,
in quo nec dies apposita,nec mensis descriptus
fuit,quibus confectum est,& in quo solennitas
à statuto loci requisita seruata non fuit,valeat,nec,videamus.
Et non valere quippe dicendum esse videtur,
tanquam in sui substantia testamentum deficiat,quia
1 †dies & mensis sunt de substantia instrumenti.l.optimam.
C.de contrahend.& commit.stipul.l.contractus.
C.de fide instrumen.in authentic.vt præpon.nom.imper.
cum ibi not.colla.v.in authent.quibus mod.natu.
effic.legit.colla.in.§.ad hęc.l.j.C.de apo.publi.lib.x.l.
iij.C.de diuer.rescrip.inter dilectos cum gloss.in versicul.
indictionis,& ibi docto.communiter de fid.instrument.
Præterea non fuit in dicto testamento seruata
solennitas à statuto requisita,quo cauetur,vt tempore
confectionis testamenti inter alios duo testes
interueniant,qui dicant se cognoscere ipsum testatorem,
vel saltem vnus,qui vna cum notario hoc dicat,
& hoc ex scriptura,seu instrumento testamenti scripto
manu ipsius notarij constare debet, alioquin testamentum
sit ipso iure nullum:quod quidem cum in
casu nostro factum non fuerit,neque vllo modo appareat,
merito dicendum est testamentum non valere.
Sed tamen,his non obstantibus,magis est,vt illud valere
dicamus,quod probatur remouendo ea,quę in cõtrarium
adducta fuerunt,& præsupponẽdo,quod nos
loquimur de testamento nuncupatiuo & sine scriptis,
prout etiam in instrumento dicitur, in quo non
sequitur, testamentũ fuit in scripturã,publicáque for
2 mã redactũ,ergo est in scriptis cõfectũ quia †testamẽtũ
nũcupatiuũ,& sine scriptis dicitur,quoties testator pa
lam,

lam.& coram testibus rogatis omnem volũtatem sui
noménque heredis expressit iuxta §.fin.instit.de testa-
men.etiam si talis valũtas, ac dispositio testatoris fue-
rit à publica persona. & notario in scripturam reda-
cta, nam tũc huiusmodi scriptura potius ad probatio-
nem voluntatis, quam pro solennitate testament: facta
dicitur.l.hac consultissima.§.per nuncupationem,ibi-
que Paul.Castren & alij.C.de testament.& ideo secũ-
dum paulum & alios communiter notari de testamen
to sine scriptis rogati in instrumento testamenti di-
cunt suum nuncupatiuum sine scriptis condidit testa-
mentum: ad propositum etiam faciunt ea, quæ dixi in
rubrica.de constitutionib.numero,7.cum sequen. His
ita se habẽtibus, nõ obstat prima ratio de omissiõe,&
3 non descriptione diei,& mensis, quoniam † quando ne
gocium tale est, quod omnino scripturæ solennitatem
exigeret, cuiusmodi est testamentum in scriptis iuxta
dictam l hac consultissima, & institut. eodem titulo.
item qualis est, contractus requirens pro substantia
scripturam, vt est contractus emphyteoticus iuxta le-
gem primam.C.de iure emphyteoti. vel quando inter
partes actum est, vt cõtractus fiat,& celebretur in scri
ptis iuxta legem contractus.C.de fide instrumentorũ,
& institutio.de emptio.& venditio.in §.in his autem,
si in eo dies, vel mensis descriptus nõ reperiatur actus
non valet dicta l.contractus:& ita intelligantur alle-
gata in primo argumento.Sin autem negotium tale es
set, quod scripturam pro solennitate non exposceret,
sed ad hoc in scripturam redactum esset, vt facta faci-
cilius probarentur, quale est testamentum nuncupati
uum,& quales regulariter sunt (qui autem actus requi
rant scripturam notat glossa capitu.j.de censibus.(cõ
tractum iuxta legem pactum.ff.de pactis & nota.in di
cta l.prima.C.de iure emphteotico. tunc dicẽdum est
negocium,& gestum valere, etiam si in instrumento
dies seu mensis appositus non reperiatur.l.prima.cum
l.penultima.ff.de fide instrumento.l.contrahitur.ff.de
pigno. Sed testamentum in casu nostro pro solennita-
te scripturam non exigit, quia nuncupatiuum est. &
scriptura fuit facta, vt facilius id, quod actum esset, pro
baretur, vt supra, iuncta dicta l.contrahitur, ergo ob
non descriptionem diei,& mensis nõ vitiatur: & ita in
indiuiduo, atque in terminis voluit,& consuluit Barto
lus in consilio cxcvij.incipien.repertur. Prædicta cõ-
firmantur ex iis, quæ ponit Specul. in titulo de instru-
men.edit.in § instrumentum ergo publicum in versic.
quid ergo si dies:& ad propositum facit optimus text.
in l.cum tabernam.§.idem quæsiit, iuncta l contrahi-
tur.ff.de pignorib.vbi in constitutione pignoris si dies
in scriptura fuerit omissa, non vitiatur constitutio, cũ
absque scriptura fieri potuerit.Nec obstat, quod in di-
cto testamento non fuerit seruata solẽnitas statuti, de
4 qua supra dictum est, nam respondetur.quod † duplex
est solennitas, quæ in testamentis requiritur, alia pro-
bationis, quæ ad esse probationis requiritur, vt quod
septem testes rogati adhibeantur, alia est solẽnitas vo-
luntatis.l.ij & ibi Bald in j oppo.colum.j. C.de bono.
possession.secundum tabul & faciunt not.ab ipso Bal.
in l.cum quis column.iij.C.de iur.& fact.ignorantia.
Si in testamẽto inter filios,& liberos, quale erat illud,
quod in quæstionem venit, deficiat solennitas proba-
tionis testamentum non vitiatur, sed valet etiam quo
ad legata,& fideicommissa facta extraneo, dummodo
fuerit perfectum, atque solenne ratione voluntatis, de
qua constet per duos testes, vel per publicam scriptu-
ram, vt habetur in d.l.hac consultissima.§.ex imperfe-
cto, iuncta auth.quod siue.& ibi Pau.Cast.C. de testa.
Sed quod testes septem rogati interueniant, quodq; duo
ex his se cognoscere testatorem dicant hæc probabilẽ
concernunt solennitatem.d.§.ex imperfecto.ergo etiã
hac solennitate omissa testamentum valebit per præ-
5 dicta.Præterea † in testamento facto inter liberos om-
nis solennitas iuris ciuilis,& positiui remissa cẽsetur,
sola iurisgentium solennitate in illo reseruata, ad tra-
dita per Bart Paul.de Castr. & doctor.communiter in
d.§.ex imperfecto.& l.fin cum ibi nota. C.famil.ercis.
Et si diceretur, quid prodest testamentum esse validũ,
nec vitiari inter liberos propter solennitatem iuris ci-
uilis omissam, cum etiam si ipsi non essent in testamen
to instituti, tamen ab intestato omnino succederẽt iu-
ribus vulga.& consequenter videtur, quod dispositio.d.§.
ex imperfecto frustratoria fuerit contra §.quibus.in j.
constitu.Cod.Respondetur.quod immo illa dispositio
prodest, im primis si pater filios inæqualiter instituis-
set, nam instituti in maiori parte illud plus haberent,
neque in minori parte instituti conqueri possent per
tex.in d.§.ex imperfecto.vbi sic declarat Pau.Cast.Po
test etiam esse vtilis propter legata,& fideicõmissa fa-
cta extraneis iuxta d.authen.quod siue cum ibi notat,
maxime par Pau.de Cast.Itaque ex præmissis conclu-
do testamẽtum, vt supra, factum inter filios,& liberos
valere.

SVMMARIVM.

1 *Testes de nouo reperti quando etiam post conclusum in causa admitti,& examinari possunt.*
2 *Probationes in summarijs etiam post conclusum in causa fieri possunt.*
3 *Probationes vt post conclusum in causa fiant.superior ex iusta causa concedit.*
4 *Statuta loci quo ad decisoria forenses non ligant.*
5 *Statutum affirmatiue inducens probationem per instrumenta non excludit probationem per testes.*
6 *Probatio nulla nunquam dicitur prohibita, nisi exprimatur.*

Quæstio 37.

REVERENDISSI. olim Bononiæ legatus,
cum quibusdam forensibus ibidem litiganti-
bus super annullatione cõtractus ratione mino
ris ætatis ex suo rescripto concessisset, vt non obstan-
te lapsu temporis probatorij possent in loco ortus ve-
re,& legitime probare natiuitatem cuiusdam, qui lon
ginquis in regionibus natus. indeque oriundus erat,
& propterea illius ætas Bononiæ ob magna locorũ in-
terualla,& consequenter ob testium, aliarũmque pro-
bationum defectum solum præsumptiue ex aspectu,
aliisque coniecturis probari potuerat, ex me quæsiuit,
vtrum hoc iuste concesserit, nec ne. Et stãtibus propo-
sitis, vt veritas,& falsitas detegeretur, ex quo testes plu
rimi diuersa,& contraria deponentes vtrinque fuerũt
examinati, vera autem,& clara probatio ætatis illius,
de quo agebatur, poterat fieri in iis regionibus, in qui
bus natus fuit, respondi ipsum reuerendiss. dominum
1 iuste dictis forensibus concessisse, vt † possent in di-
ctis regionibus hoc probare etiam post conclusum in
causa propter testes in partibus longinquis repertos,
qui de iure etiam post conclusionem causæ examinari
possunt ad tradita in c.cum dilectus de fide instrum.&
maxime, quia eramus in causa possessorij, quæ est sum-
2 maria.vt no.Bar.in l.j.C.quorum bono.& † in summa
riis probationes post cõclusum in causa fieri possunt.
vt voluit Felin.in d.c.cũ dilectus.in vij. limitation.per
3 no.in clem.sæpe.de verborum signifi. Præteaea † supe-
rior ex iusta causa.& æquitate potest cõcedere, vt post
conclusum in causa probationes fiant, testésq; exami-
nentur, ac alia fiãt, quæ regulariter fieri non possunt.c,
pastoralis.versi.nisi.vbi not.de caus.posses.& proprie.
Iusta autem causa fuit in casu nostro, quia testes hinc
inde cõtrarij,& contraria deponẽtes erant,& ideo ve-
ritas, elucescere & non perire. ac falcitas excludi de-
bet, arg.c.licet causam.de proba.l.qui falsa.& l.ob car
men.in fin.ff.de testib.Iusta etiam causa fuit, testes do

nouo reperti in longinquis regionibus, in quibus is, de quibus ætate agebatur, natus fuit, vt supra dictũ quia eramus in summariis vt dictum est, quæ omnia iustam causam concessioni præbuerunt, vel saltem ex iis resti tutio danda fuit dictis forensibus, vt post conclusum in causa ꝓbare possent, ex clausula illa generali, si qua mihi iusta causa videbitur, argu. l. j. in fin. ff. ex quibus causis maior. Nec aduersatur statutum ab aduersariis deductum quod illi, qui probare volunt, & asseruntali quem esse minorem pro suo interesse puta ad annullã dum contractum, non possunt minorem ætatem probare, nisi per instrumentã publica, vel per scripturam, & librum rationis, vel per codicem describendum per notarium deputatum ab episcopo, non autem per testes. veluti est in statuto Bononiẽsi sub rubrica de pœna eius, qui per mẽdacium &c. Nam respondi primo,
4 quod † illud statutum non extendit se ad forenses Bononiæ litigãtes, qui extra ciuitatem, & territorium vellent de minori ætate probare, clarum namque esse dicebam statuta non ligare forenses extra locum litigantes quo ad decisoria, vt habetur plene per canonistas in capitul. ij de constitution. in vj. & per Abbatem in c. j. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in colum. antepen. extra eodem titulo. & in c. quod clericis. de foro compeẽt. & per legistas in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fide catho. Vel secundo & melius dixi statutum non dicere illud, ad quòd ab aduersariis allegabatur, non enim loquitur prohibitiue, seu negatiue, veluti al legatur, videlicet quod talis assertio minoris ætatis
5 probari nequeat nisi per instrumentum. † sed loquitur affirmatiue, & permissiue, hoc est, quod talis assertio possit probari per instrumenta &c. vnde propter hoc non excludit probationem testium, per quam ætas vere, & legitime probari potest, vt voluit Barto. & communiter doctores in l. de ætate. ff. de mino. præterea statutum illud admittit probationem posse fieri per priuatam & domesticam scripturam, quæ de iure solum probationem semiplenam facere solet. l. instrumenta. C. de probatio. c. cum dilectus. de fide instrument. Ergo à fortiori probatio fieri poterit per testes legitimos, qui de iure plenam, veram, & legitimam probationem faciunt. capit. forus. de verborum significatione. cum aliis, & notant canonistæ in rubric. extra de probatio. ideoque nullo pacto dicendum est, statutum voluisse legitimam testium probationem à iure communi approbatam excludere, materia enim probationum ampliãda, & non angustanda est l. quoniam. in fin. C. de hæretic. & vt colligitur ex notatis in dicta l. quoniam.
6 † non est dicendum, probationem alicuius generis esse interdictam, nisi expresse facta fuerit prohibitio illius speciei probationis ad notata in c. sicut. de probatio. & velle dicere, statutum in casu nostro prohibuisse probationem testium, est velle sumere argumẽtum à contrario sensu ex verbis dicti statuti, quod argumẽtum sumi non potest: quoties iuris correctio resultaret, vt notum, & clarum est: in casu autem nostro si dũtaxat per instrumentum, & non per testes probatio fieri posset, hoc esset contra iuris communis dispositionem, secundum quam minor ætas vere per testes probari potest, vt declarat Barto. quem sequuntur omnes in dicta l. de ætate. ergo &c. Præterea aduersari nesciebant, quonam pacto ætas à forensibus probanda foret: & ex his omnibus respondi reuerendissi. Dominũ iuste & recte, & secundum iu , ac statuta ciuitatis, nõ autem contra illa concessisse: Quo fit, vt, quod concessit, reuocare, atque mutare non debeat. argu. c. decet de regu. iur. in vj.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quod vere, & proprie sit ex fundatione, & dotatione, papa suis literis motu proprio facere potest, & quando maxime verum sit.*
2 *Princeps in his, quæ iuris sunt, etiam verbis improprijs vtendo, vere & non ficte facere dicitur, quando de eius intentione apparet.*
3 *Ius patronatus omne, attẽta origine, depẽdet ex gratia, quamuis simpliciter ex fundatione, seu dotatione deberi dicatur.*
4 *Ius patron. ex fundatione, vel dotatione reseruare potest laicis, tempore quo super illorum bonis beneficiũ à superiore erigitur.*
5 *Papa iuri patro. laicorum ex fundatione, vel dotatione in totum non derogat.*

Quæstio 38.

IN facto præsupponitur, Andream de Zobolis nobilem virum Regiensem, testamento condito, nonnulla bona religiosis quibusdam cum certis oneribus reliquisse, & Antonium eius filium heredem instituisse, & de functis ambobus bona ad Nicolaum Antonij filium peruenisse, inter quem ex vna, & inter dictos religiosos ex alia cum diu litigatum esset, ipsi tandem ad certam concordiã deuenerunt. Deinde mortuo Nicolao Ludouica mater, & Constantia, atque Beatrix illius sorores tanquã eius heredes prædicta bona possederunt, quibus Albert. & Theophilus nepotes dicti Andreæ super dictis bonis, & concordia litem mouerunt, quam Alexander & Galassius etiam de Zobolis forte in causa subrogati prosequuti sunt. Tandem Leo. x. pontifex ad postulationem dictarum mulierũ, litem extinguendo, & vltimam voluntatem dicti Andreæ commutando, super bonis prædictis vnum perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum sub nomine sanctorum Ioannis Baptistæ, & Catherinæ in ecclesia S. Prosperi Regiensis pro vno clerico beneficiato erexit, & subrogauit quo ad omnia, & singula, prout dictis Regiensi. à testatore iniunctum fuerat: ac in dicto beneficio iuspatronatus dictis mulieribus deberi voluit tanquam ex fundatione, & donatione. Postea mota lite à prædictis religiosis contra dictas mulieres, ad quã Alexander quoq; cum suis consortibus, tanquam tertius pro suo interesse accessit, demum litigantes, saluo beneplacito sedis apostolicæ, ad concordiam venerũt, in qua præfatæ mulieres iuspatronatus dicti beneficij Alexandro, eiusq; filiis legitimis, & naturalibus dimiserunt, & hoc ideo fecerunt, quia Alexander illis pro expensis, dãnisque passis summa duorum ducatorum auri numerauit: quam concordiam Clemens papa septimo motu proprio, & ex certa scientia cõfirmauit, oẽs, & singulas causas ad se aduocauit, illásque extinxit, ac voluit ius patronatus, seu ius præsentandi ad dictum beneficium solum spectare ad Alexandrum, suosque filios, & descendentes masculos, & tanquam ius patronatus laicorum nobilium, & illustrium ex vera fundatione, & dotatione vere, & nõ ficte dicto Alexandro, & filiis censeri deberi declarauit. non obstantibus, &c. Cuius iuris patronatus occasione, cum dictum beneficium sæpe vacasset, præfati Alexandri descendentes clericos præsentarunt, qui pro tempore ab episcopo Regiensi instituti fuerunt, & vltimo cum per obitum Pomponij huiusmodi beneficium vacare contigisset, Ludouicus Zobolus descendens, ad quem ius præsantandi pertinet, Carolum die nono februarij 1547 episcopo Regiensi præsentauit qui, præsentatione admissa, dictum, Carolum legitime instituit: Sed asserebatur dictum beneficium episcopo Augulonensi, quarto idus Ianuarij collatum à Patronatus in totũ quatenus ex priuilegio competeret, vel pro dimidia, si ex fundatione, vel dotatione. Stante hac facti narratiõe dictus Ludouicus vel nobilissimus, meiq; studiosissimus, quẽq; ego ob singularem illius humanitatem plurimi facio, duo ex me quæsiuit. Primum, an dictum iuspa-

iuſpatronatus nobilibus de Zobolis ex fundatiõe vel
dotatione debeatur, an vero ex priuilegio, & gratia. Se
cũdum, an dicto iuri patronatus per prouiſionẽ factã
epiſcopo Augulonẽſi derogatum cenſeatur. Ad primũ
1 reſpondi, mihi magis videri, † illud eſſe ex fundatione,
& dotatione vere, & proprie veluti expreſſe in ſuis li-
teris, & motu proprio Clemens papa diſpoſuit: quod
facere potuit, quoniam, cum iuſpatronatus dicatur eſ
ſe de iure poſitiuo. c. iij. de iur. patro. Item in beneficia
libus papa poteſtatis plenitudinẽ habeat. c. propoſuit.
de cõceſ. præb. c. ij. de pbẽ. in vj. cle. j. vt lite pẽdente. &
iuspatronatus quid iuris eſſe dicaẽ, ſequitur, ꝙ ipſe pa
pa vere, & proprie introducere potuit, vt dictum ius
2 patronatus eſſet ex fundatione, & dotatione, quia † in
iis, quæ iuris ſunt, princeps etiam vtẽdo verbis impro-
priis vere dicitur facere, non autem ficte, quando de
eius intentione apparet. Bart. in l. ſi maritus. §. legis Iu
liæ. ff. ad legem Iuliam de adulter. & in l. ſi is, qui pro
emptore. ff. de vſucapio. & hoc maxime dicendum eſt,
cum aliqua adſit veritas, quoniã papa ſuper certis bo-
nis dictorum de Zobolis diſpoſitionem ſuam funda-
uit. Igitur ius patronatus ad ipſos per hanc Pontificis
diſpoſitionem claram & certam vere ex fundatione,
& dotatione ſpectare dicitur, vt in clemen. j. de proba
tion. glo. in c. quanto. de tranſlation. epiſcop. & dict. c.
propoſuit, & late habetur per Hoſtien. & Abbatem in
c. cum veniſſent. de iudic. Bald. in l. reſcripta. C. de pre
3 cib. imperato. offerend. Præterea † ſi ius patronatus ex
priuilegio apoſtolico dici poteſt, tamen nõ negabitur,
quin etiam ex fundatione, & dotatione eſſe dicatur:
igitur magis ex fundatione, & dotatione iudicabitur,
quàm ex priuilegio, quoniam attẽta origine omne ius
patronatus à gratia dependere cenſetur, quamuis ſim-
pliciter dicatur ex fundatione, ſeu dotatione deberi.
cap. iij. de iure patrona. c. ſi quis epiſcoporum. xvj. quæ
ſtion. ij. Attenditur ergo magis fundatio, & dotatio,
quam gratia, & priuilegium ad effectum, vt ex funda-
tione, vel dotatione dicatur. Conſiderãdum eſt etiam,
4 quod † tempore, quo beneficium à ſuperiore de bonis
laicorum erigitur, illius ius patronatus ex fundatione,
vel dotatione reſeruari poteſt, vt eſt gloſ. in capitu. j. &
ij. x. q. j. c. Eleutherius. xviij. quæſtio. ij. c. nobis. de iure
patronat. igitur huiuſmodi ius patronatus cenſeri de-
bet vere ex dotatione, vel fundatione competere, non
conſiderata gratia ſuperioris: eoque magis, quòd in fa
cto præſupponitur antiquos de Zobolis ad effectum
obtinendi dictum ius patronatus cameræ apoſtolicæ
ſummam trium millium ducatorum auri ſoluiſſe. Quo
fit, vt hãc prouiſionem iuris patronatus non ex gratia,
vel priuilegio. ſed ex quodam quaſi contractu onero-
ſo: obtinuiſſe dicendum ſit per ea, quæ voluit Paulus
Caſtren. ibique Bald. in l. digna vox. C. de legib. & in l.
princeps. ff. eodem titulo. Moder. in c. quæ in eccleſia-
rum. de conſtitution. Præponderant itaque dicta ſum-
ma trium millium ducatorum, & bona temporalia di
ctorum de Zobolis, quorum occaſione ius patronatus
conceſſum fuit, ipſi gratiæ vel priuilegio apoſtolico,
ergo denominatio à potentiori fieri debet. ca. quod in
dubiis. de conſecra. eccle. vel alta. l. cum quæritur. ff. de
ſtatu homin. & præcipue quia, vt dictum eſt, nullũ po-
teſt conſiderari ius patronatus, in quo gratia, ſeu priui
legium interuenire non dicatur. d. c. iij. cum aliis, & ta
men hoc non operatur, quod omne ius patronatus ex
priuilegio debeatur, ſed ex fundatione, vel dotatione,
quãdo ex bonis laicorum beneficium fuit erectum. Et
5 ex prædictis deciditur ſecunda hæſitatio, † cum nemo
ambigat, quod papa iuri patronatus laicorum ex fun-
datione, vel dotatione in totum derogare non ſolet, ne
laici à fundationibus. & dotationibus eccleſiarum re-
trahantur. c. cum dilectus. & ibi ſcrib. de iure patron.
d. c. iij. eo tit. vbi plene dixi. Feder. de Senis in conſilio
ccxxxiiij. cum aliis, quę allegari poſſent. Et hæc vera
eſſe exiſtimaui.

SVMMARIVM.

1 *Dominus tenetur ex facto familiæ delinquentis cir-
ca officium ſibi à domino commiſſum, & non circa
alia.*
2 *Eſſe aliquem de familia à domino alicui officio præ-
poſitæ quomodo probetur.*
3 *Dominus quando familiam delinquentem exhiben-
do liberetur.*
4 *Mandato domini, vel alterius quando quid factum
eſſe dicatur, & præſumatur.*
5 *Citatio in dubio ad inſtantiam partis facta cenſetur.*

Quæſtio 39.

AN, Et quomodo ex facto familiæ dominus te-
neatur? Et ipſum teneri ciuiliter ad pœnam etiã
conuentionalem ex facto familiæ, ſeu illorum,
qui in miniſterio puta molendinario miniſtrant, iuris
eſſe putaui, ſiue ij ſerui, ſiue liberi fuerint. l. j. in princi.
iũcto §. familiæ. ff. de publica. cum l. ne quid, & ibi Bar.
ff. de incen. rui. & naufra. & Bart. & alij in d. §. familiæ.
1 per illum text. dicunt, quod † quando quis familiam a-
licui officij præponit, ſi ipſa, aut aliquis de ea circa of-
ficium ſibi commiſſum delinquat tenetur dominus qui
in illo officio ea familia vtiẽ, ſecus ſi extra id, ad quod
2 fuit præpoſita, delinqueret. † Probare autem, ſeu con-
ſtare dicitur aliquem eſſe de familia prępoſita: eo ipſo,
quod cum aliis famulis aſſociatus eſt, & in illo officio
ſeruit, veluti alij ad id deputati. quamuis nulla depu-
tatio, vel ſcriptura de hoc appareat. l. ſi. in princi. C. de
præpo. ſacro. ſcrin. lib. xj. Probatur etiam ipſum fuiſſe
illi officio prępoſitum, propterea ꝙ officium exerceat,
domino ſciente, nam ratione ſuæ ſcientiæ videtur do-
minus illum præpoſuiſſe. l. j. §. magiſtrum. il ij. ff. de ex-
ercit. & ita dicit Barto. in d. l. familiæ. quem cæteri ſe-
quuntur. Nec obſtaret, ſi non ipſe dominus, ſed magi-
ſter molendinarius, quem dominus operi præfecit, fa-
mulum illum elegiſſet, & ideo videretur dominus ſo-
lum debere teneri ex molendinarij. Quia contrarium
verius eſt, quod dominus teneri debet ex facto non ſo-
lum magiſtri molendinarij, ſed etiam famuli, quẽ mo-
lendinarius elegit, alioquin homines facile decipi, dã
númque pati poſſent, vt eſt tex. no. in d. l. j. §. magiſtrũ. il
ij. Nec liberaretur dominus exhibendo illum famulũ:
3 † id enim procederet, ſi eſſemus in officio publico. l. ſi
poſt. l. cum exhibuiſſent. ff. de publican. nam in officio
priuato eſt in optione eius, qui dãnum paſſus eſt. agere
vel contra magiſtrum, vel contra famulos delinquen-
tes. † Præterea ſi ex facto famuli vtilitas, & commodũ
ad dominũ perueniret, & eſſemus in actu ſucceſsiuo,
atq; expẽſis domini facta, & præparata fuiſſent ea, ſine
quibus ad id, quod famulus fecerit, & commiſerit, per
ueniri non poterat, tunc illud iuſſu, & mandato domi-
ni factum eſſe cenſetur. vt voluit Abb. & alij in c. j. de
reſtit. ſpol. ita declarando, & limitando ea, quæ tradun
tur in c. cum ad ſedem. eod. titu. cum ſimil. & bene fa-
ciunt illa, quæ habentur per Bart. Alexan. & alios com
muniter in l. in prouinciali. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de
noui oper. nuncia. & eſt optimus tex. in c. conſtitutus.
ibiq; Abb. extra de teſtib. & Alex. in d. §. ſi quis ipſi prę
tori dicit. ꝙ quando aliquis facit actum, qui commodũ
& vtilitatem meam concernat, egoque illum actũ pro
hibere poteram, tunc actus ille de cõmiſsione ac ſcien
tia mea factus cenſetur ad effectum, vt ego pœnã in
currere valeam per d. c. cõſtitutus. & præſertim quan
do actus eſt ſucceſsiuus, & nõ momẽtaneus, vt inquit
Abb. in d. c. cõſtitutus. tantoq; magis, quando eſt talis
actus, qui mediantibus præparamentis, expẽſiſq; meis
factus fuerit: nã ex his mandatũ meũ, ſeu actũ de com-

missione mea factum esse præsumitur: quamuis regulariter tanquam etiam ex cursu longissimi temporis mandatum præsumatur, vt notab. colligitur ex verbis Bartol. in l. cum seruus. ff. de verbor. obligationib. Bal. in l. id, quod pauperibus. in fine. C. de episcopis & clericis. Imol. in c. vnico. in ij. colum. vt ecclesi. benefic. facit quod volunt Domini de Rota in decis. xxiij sub rubric. de causa possession. & de restitu. spoliato. in antiquis. Innoc. in ca nonnulli. in versicul mandato. de rescript. Felin. qui plura allegat in c. sicut. in colum. xix. versic. limita secundo & in colum xxij. in v limit. de re iudic Decius in consil. xxxvj. colum. iiij. versicu secundo respondetur, & legistæ omnes in l sciendum ff. de verbo. obligation. Et dixit Aretin. in c j in colum. iiij.
5 de iudic. quòd † citatio in dubio præsumitur facta de mandato, seu ad instantiam partis, quoniam sine impẽsa non fit: de quo habetur per Decium in d. c j in iij. colum. versicu. subiicit &c. Abb. in consi. liiij. libr j. per l. ij. ff. vbi pupil. educ. deb. Et ita de iure verum esse dixi.

SVMMARIVM

1 *Minor, & ecclesia in restitutione in integrum æquiparantur.*
2 *Iudex ex suo mero officio non implorato ad vtilitatẽ publicam procedere, & inquirere potest.*
3 *Ecclesias ob enormem læsionem in integrum restituere publicam vtilitatem concernit.*
3 *Ecclesia. & respublic. quo ad vtilitatem æquiparantur.*
4 *Iudex ex suo mero officio aduocatum & procuratorẽ minori dare potest.*
5 *Fœmina pro pupillo in iudicio comparere potest.*
6 *Iudex officium suum nobile non solum ad vtilitatem publicam, sed etiam pupilli, & piæ causæ, & consequenter ecclesiæ potest exercere.*

Quæstio 40.

VTRVM ecclesia, quæ enormiter ex contractu, vel ex alio gesto læsa fuit, & vult in integrum restitui, seu alius eius nomine, veluti rector, vel procurator, implorato iudicio officio in integrum restitutionem petere teneatur, an vero iudex etiam ex suo mero officio nõ implorato possit ecclesiam in integrum restituere. & consequenter perquirere, & assumere probationes læsionis pro ecclesia. Hanc quæstionem aliqualiter tetigi in c. j. de in integ. restit. in fi. j. no. Sed nunc plenius illam examinando, videretur quippe dicendum esse, quod restitutio ecclesiæ nomine petenda sit, & is qui nomine ecclesiæ instat, læsionẽ enormem probare teneatur, quoniam iudex solum implorati officium suum impartiri debet. l. iiij §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. sed in integrum restitutio officio iudicis conceditur. c. fi. de offic. iudic. ergo peti & implorari debet. Secundo hoc probari videtur in d. c. fi. ibi nam in integrum restitutio principaliter postulatur. Tertio accedat id, quod dicit text in c. j. & ij. & in cle. j. de in integ. restit. vbi præsupponitur ecclesiam debere petere in integrum restitutionẽ infra quadriennium: idẽ probatur in c. ad nostram. de rebus ecclesiæ non alien. vbi vnde humiliter supplicarunt &c. & ille text. loquitur, quando pro ecclesia in integrum restitutio peteretur aduersus contractum feudi, seu lo-
1 cationis ad longum tempus. Quarto † in hac materia minor, & ecclesia æquiparantur. ca. j. & c. auditis. de in integ. resti. sed minor, qui vult in integrum restitui, docere debet se circumuentum, & læsum. l. ait prætor. §. nõ solum. versi. mihi autem. ibi & se circumuentũ doceat. ff. de mino. c. constitutus. in fi. cum gl. in vers. constiterit. de in integ. restit. Ergo idẽ dicẽdũ est de ecclesia, vt ipsa restitutionẽ petere, atq; læsionẽ probare teneat.

Quo fit, vt restitutio mero iudicis officio non concedatur. c. coram. de in integ. restit. Sed his non aduersantibus, illud vtiq; verius, & de iure magis sustineri posse existimo, quod iudex, & superior etiam ex suo mero officio possit cognoscere de læsione ecclesiæ, super ea testes, ac probationes recipere, & tandem ecclesiam restituere: quam sententiam sequutus est Io. And. in c. cũ venissent. de instit. per illum tex. ibi vel ad petitionem ecclesiæ, vel per nos ipsos, qui text. loquitur de restitutione concedenda: illud que dictum Io. And. pro singulari refert Roma. in singula cccclx. alias cccclvj. incip. quòd iudex motu proprio: & quamuis Roma. ibi subdat, hoc dictum sibi non placere, quoniam istud iure cautum non reperitur immo cõtrariũ in iure decisum videtur, & tex in d. c. cum venissent. loquitur solum de papa. & non de alio inferiori, tamen defendendo Ioã.
2 And. dicere possumus, quod † iudex & superior ex suo mero officio non implorato potest ad vtilitatem publicã procedere. & inquirere, vt generaliter hoc volunt Bar. & alij in dicta l. iiij. §. hoc autem iudicium. & colligitur ex iis, quæ dicuntur in c. qualiter & quando. il ij. de accusa. vbi in criminalibus, in quibus vtilitas publica vertitur. c. vt famæ. de sentent. excom. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Iudex probationes recipit, & procedere potest ex mero officio suo per inquisitionem ad tradita. per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in versi. in-
3 quisitionem. Sed † ecclesias in integrum restituere ob enormẽ læsionẽ, & super illa probationes recipere publicam cõcernit vtilitatem, quia ius publicum etiam dicitur quod in ecclesiis, & sacris sacerdotibus cõsistit.
4 l. j §. publicum ius. ff. de iusti & iure, † est optimus tex. in l fi. C. de sacrosan. eccle. vbi ecclesia, & respubl. quo
5 ad vtilitatem æquiparantur, ergo &c. Secundò † ad fauorem minoris, & pupilli iudex potest ex suo mero officio dare aduocatum, & procuratorem minori in casu quo procuratorem & aduocatum minor reperire non posset, vt quia illius patrociniũ suscipere denegarent. l. nec quicquã § aduocatos. ff. de offi. proconsul. Ergo dici etiam posse videtur, quod iudex minorem in integrum restituere possit ex suo mero officio, cum eodem modo illi succurrere valeat: quod suadetur ex iis, quæ habentur in l. ij. secundum intellectum Bar. ff. de nego.
6 gest. † vbi quãuis fœmina pro alio in iudicio adesse nequeat. l. fœminæ. ff. de reg. iur. tamen pro pupillo ad illius vtilitatem potest in iudicio comparere. vt ibi in fi. versi. quod est contra regulas iuris, & in simili facit id, quod habetur in l. vnica. C. quando imperator inter pupillos. igitur fauore pupilli, & minoris iudex etiam ex suo mero officio procedere poterit, & hoc Romanus non denegat in singulari. Quod si hoc dicimus in minore, & pupillo, ergo idem in ecclesia dicendum erit, cum in hac materia præsertim restitutionis in integrũ minor, & ecclesia æquiparentur, vt dictum est. Præter-
7 ea † iudici permissum est officium suum nobile exercere non solum ad vtilitatem publicam, sed etiam ad vtilitatem pupilli, & piæ causæ ad ea, quæ tradit Bar. in d. §. hoc autem iudicium in ij. & iij. col. Sed ecclesia dicitur esse pia causa ad no. in l j. C. de sacrosan. eccl. ergo &c. Non obstant in contrarium allegata, quoniã licet ecclesia, & minor possit restitutionem petere, & tunc læsionem probare debeant, tamen in dictis iuribus nõ negatur, quin iudex etiã ex suo officio hoc facere possit. Ex quibus infertur, quod id, quod dicitur de papa in d. c. cum venissent. in aliis quoque inferioribus locum habere potest, quicquid dixerit Roma. in d. singu. cclx. Et hæc de iure vera esse mihi videntur.

SVMMARIVM.

1 *Mors ciuilis conditionem fideicommissi si decesserit sine liberis venisse non facit.*
2 *Mors in dispositione hominis semper intelligitur naturalis, & non ciuilis.*

3 *Condi-*

3 *Conditionalia verba vere, & specifice semper sunt adimplenda.*

4 *Bannitus quo ad quid pro mortuo habeatur.*

5 *Res fideicommisso subiecta, & expresse prohibita alienari in fiscum per publicationem bonorum nõ venit, secus si simpliciter esset fideicommis. subiecta.*

6 *Prohibitio duplex de non alienando plus operatur, quàm simplex.*

Quæstio 41.

FIDEICOMMISSO facto, si alter ex filiis institutis quandocunque sine filiis legitimis, & naturalibus decederet, quod superuiuentes essent substituti, vtrum locus esse dicatur ante mortem naturalem, si vnus ex dictis filiis institutis fuerit ex delicto bãnitus, propter quod bona eius fuerint publicata, an vero illius mors naturalis expectanda sit, & an interim fiscus bona fideicommisso subiecta capere posit, donec casus, & conditio fideicommissi euenerit. Arbi
1 tror concludendũ esse, ꝙ † ad fideicõmissum substituti admitti nequeunt, nisi bannitus ille naturaliter sine filiis legitimis, & naturali. mortuus fuerit, & sic illa cõditio si decesserit sine filiis intelligẽdo sit de vera morte naturali, non autẽ de ciuili, & ficta, quæ ex deportatio & banno fingitur, vt est tex. no. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisc. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de le-
2 ga. ij. Præterea † vbicunque in dispositione hominis simpliciter fit mentio de morte, intel'igitur de naturali, & non de ciuili. l. ex ea. §. insulam. ff. de verb. obliga. argumen. l. fi. C. de iis, qui ve. æta. impe. & ita in hoc casu concludunt docto. communiter Bart. Imo. Pau. Cast. Alex. & alij in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. per illũ text. & per text. in d. § Cornelio, qui in terminis hanc
3 quæstionem formant. Tertio † illa verba, si decesserit sine filiis, seu altero eorum decedente sine filiis, cõditionem faciunt iuxta l. à testatore. ff. de cond. & demõ. & per Bar. in l. j ff. eo. tit. ideoq; verificari debẽt in morte vera, quæ est naturalis, & non in ficta, quæ est ciuili, vt est tex. in l. j. §. fi. ff. de bo. pos. contra tab. & tradunt doc. in l. j. C. de her. insti. cum simi. quia cõditiones voluntariæ debent vere, proprie, & specifice adimpleri, non autem improprie, & ficte. l. qui heredi l. Mæuius. ff. de cond. & dem. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Et hæc potuit esse ratio, quare in d. l. cum pater. §. hereditatẽ. in § Cornelio, & in d. §. si ex facto illa verba si sine filiis decesserit de morte naturali intelliguntur, non autẽ de ciuili, quia ibi de morte simpliciter, & conditionaliter mentio fiebat. Et Imol.
4 Pau. de Cast. & Alex. in d. § ex facto dicunt, ꝙ † licet bãnitus, qui impune offendi potest: cuiusque bona publicantur deportato æquiparetur, vt voluit gl. in §. relegati. instit. quib. mod. ius pat. pot. solu. & habetur in l j. C. de hered. instit. & in d. §. ex facto. & consequenter habeatur pro mortuo, sicuti deportatus, vt in locis præallegatis, & argu. d. l. j. in fin. ff. de bono. pos. contra tabu. tamen haberi debet pro mortuo, quo ad ea, quæ commodum proprium ipsius concernunt, non autem quo ad concernentia commodum alienum, & quõ ad hoc, vt fiat restitutio fideicommissi facti sub illa conditione si decesserit sine filiis, vt in d. §. Cornelio, & in d. §. ex facto. cum aliis Et hæc procedunt non solum quando bannitus deportato æquiparatur, sed etiam damnato in metallum, semper enim mors naturalis est expectanda, vt habetur per Alexan. Imol. & Pau. de Cast. in d. §.
5 ex facto. quicquid Angel. ibi dixerit. † Et si essemus in simplici fideicommisso facto sub conditione, si decesserit sine liberis, vel sine filiis, interim ante euentum mortis naturalis ipsius grauati fiscus bona fideicommisso subiecta capere posset, vt est in d. § Cornelio. & in dicto § ex facto. quæ iura procedunt solum in casu, quo alienatio diceretur prohibita ex legis dispositione iuxta authen. res quæ. cum ibi not. C. communia de legat. Secus est in casu, quo testator vltra fideicommissum factum expresse etiam prohibuisset alienationem bonorum hereditatis, itaque adesset simul legis, & hominis prohibitio, tunc enim si propter delictum bona alias essent publicanda, atque in fiscum transferenda, expresse tamen à testatore prohibitiua alienari in fiscum non transirent, vt est text. & ibi Bart. in l. imperator. ff. de fideicom. liber. & ita in terminis cõsuluit Alex. in consi. xxiij. lib. j. & in consi. lxxxvij. lib. ij. & faciunt tradita per Bar. Alex. & alios in l. si finita. §. de ve-
6 ctigalibus. ff. de damn. infect. Et ratio est, nam † duplex prohibitio de non alienando videlicet legis, & hominis plus operatur, quàm simplex. ca. cum ad verum, & ibi glo. extra de condi. appo. Bar. & alij communiter in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. j. Et de his omnibus nemini ambigendum esse existimo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis facta à testatore inter heredes institutos, & descendentes substitutos non dicitur nuda, & an hoc verum sit, & fideicommis. inducat, necne infra nume. 4.*

2 *Idem est in prohibitione facta heredi habenti coheredem: quod declaratur nu. 5.*

3 *Prohibitio hominis concurrens cum prohibitione legis valet, & quando hoc verum sit nu. 6.*

4 *Prohibitio alienationis facta pluribus inter illos fideicommis. non inducit: & quando inducat.*

6 *Nec concurrens cum prohibitione legis cõualidatur, nisi lex ob personam priuilegiatam alienationẽ prohiberet, & quid tunc possit operari nu. 7.*

Questio 42.

TESTATOR heredibus omnibus institutis, & substitutis expresse prohibuit alienationem bonorum hereditariorum. Vnus domum hereditariam alienauit. An alij coheredes posit statim, & ante mortem naturalem illius, qui alienauit ab emptoribus domum illam vendicare, atq; euincere? Et posse quidem videtur esse dicendum: nam testator ex prohibitione alienationis videtur fideicõmissum inter prohibitos fecisse in casu alienationis sequutæ, vt in l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. l. filiusfami. §. diui. ff. de legat. j.
1 iuncta l. si in fi. C. communia de leg. † Ex quo enim prohibitio alienationis facta fuit à testatore inter heredes institutos, & descendentes substitutos, ea nõ videtur nuda, sed facta inuicem censetur contemplatione ipsorum heredum institutorum, ac descendentiũ substitutorum, vt in casu alienationis iis. qui nõ alienauerunt, censeantur vocati, veluti est de mente gl. in l. codicillis. § instituto. ff. de leg. ij. in ver. filiis suis, quam sequitur, multũ nq; commẽdat ibi Io. de Imo. qui dixit, ꝙ eo ipso, ꝙ testator plures ad vnam rem vocat, illámque prohibet alienari, videtur eos inuicem per fideicommis. vocare, si vnum sine consensu alterius illã alienare cõtingat Et hic proprie videtur casus noster, per quem limitatur id, quod habetur in dicto §. diui. Se-
2 cundò † ex quo prohibitus alienare habet coheredes, quorum contemplatione prohibitio alienationis facta censetur, ea dicitur valere, nec nuda existit, vt est text. nota. & ibi Bart. & alij in l. iiij. in fin. ff. de condi. instit. Barto. in l. is, cui sub conditione. ff. de condi & demon. Et ideo facta ab vna alienatione rei coheredes possunt petere illam sibi restitui statim etiam ante mortem naturalem alienantis iure fideicommissi ad quod vocati sunt in casu, quo alienatio contra prohibitionem testatoris fieret argument. d. l peto. §. fratre & nota. per
3 gloss. & Imol. in dicto §. instituto. Vltimo † ex quo in casu nostro duplex adest prohibitio, videlicet legis ratione fideicommissi facti inter filios iuxta authen. res,

quæ C. communia de leg. itẽ & hominis, hoc est testatoris, qui expresse alienationẽ prohibuit, talis prohibitio valida dici debet arg. eorum quæ voluit Bar. quem alij sequuntur, vt ibi per Alex. in §. diui. in j. col. ꝑ tex. in §. sanctissimas in auth. de sanct. epis. coll. ix. Et ideo facta ab vno dictæ domus alienatione cæteri coheredes illa vendicare potuerunt. Ego tamen, his nõ aduer-
5 santibus, contrariũ esse verius respondi, † quod ex prohibitione alienationis facta heredibus, & descendentibus institutis, ac substitutis in casu nostro nullũ inter prohibitos dicatur factum fideicom. vt in terminis cõcludũt Pau. Cast. & Alex. in d. l. filiusfamil. §. diui. in fi. versicul. per gloss. ibi, & per ea, quæ plene ponit Salic. in l. quoties. C. de fideicom. qui reprobat opinionẽ tenentium contrarium. Vnde dictum Ioã. de Imol. in §. instituto. ita simpliciter positum non videtur verum, & illud expresse reprobat insignis præceptor meus Soci. post Alexan. in l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de verb. obli. quẽ semper & legẽdo, & cõsulendo in hoc sequutus sui. Nec aduersatur glos. iunct. tex. in d. §. instituto, quia loquitur in casu quãdo verba alia expressa essent alienationis prohibitionẽ importantia, ex quibus infertur expresse, ꝙ alienationis prohibitio contemplatione aliorum non alienantium facta esset, quo casu fideicom. importaret, vt clare colligitur ex illa gl. quæ allegat textũ in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. qui loquitur, quãdo prohibitio pluribus facta fuit. non simpliciter, sed vt res prohibita alienari in familia libertorum remaneret: & ita potest intelligi l. Titia. §. Seia. ff. de legat. ij. At vbicunque testator pluribus honoratis prohibitionem simpliciter fecisset tunc illa ipsorũ cõtemplatione facta nõ censeretur, neque hi vicissim in casu alienationis per fideicomm. vocati dicerentur, vt præfati doct. communiter volunt, & est bonus text. in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de lega. iij. Nec obstat d. l. peto. § fratre, quia ibi cæteri per fideicommis. vocati dicuntur in casu, quo ab altero fieret alienatio, ibi nãque simpliciter non fuerunt prohibiti alienare, sed vt in familia relinqueretur: ad idem facit tex. in d. §. diui. Sed in casu nostro heredes ipsi instituti, & substituti fuerunt simpliciter prohibiti alienare: nec aliqua fuerunt verba expressa inferentia fideicommissum, seu ꝙ in casu alienationis cæteri admittãtur, ergo &c. Quin immo dico, quod in terminis nostris, ex quo ipsi heredes instituti, & descendẽtes substituti simpliciter fuerunt prohibiti alienare bona hereditaria, talis prohibitio tanquam continens præceptum nudum de non alienando non valet, quamuis pluribus facta fuerit, vt est casus in dict. l. pater filium. §. Iulius Agrippa, & textus iuncta gloss. in versic. eos, ibi vel heredibus vetitis, in d. §. diui, ibique hoc tenet Alexander post Bartolum in fi. versicu. in vltim. col. idem sequitur ibi Paulus Castren. ac Alexander etiam in l. qui Romæ. §. coheredes. colũ. 4. in versicu. inquantum. ff. de verbor. obligation. quod huiusmodi prohibitio de non alienando pluribus facta inter illos fideicommissum non inducat, immo de iure non valeat tanquam nudum præceptũ continens: facit l. Lucius in princip. ff. de leg. iij. quicquid dixerit Ioan. de Imol. in d. §. instituto. Nõ obstat l. iiij. in fin. ff. de condit. institu. vbi prohibitio de alienando facta vni à testatore valet, si coheredem habeat, cuius contemplatione in dubio facta censetur, & ibi Bart. & per eundem in l. is, cui sub conditione. ff. de condit. &
6 demon. Quia respondetur, quòd † aut prohibitio alienationis est simpliciter, & dispositiue facta pluribus simul, siue vni tantum etiam ex pluribus. & tunc prædicta procedant, quòd non dicatur fideicommissum inductum, neque prohibitio tanquam in se nuda valeat. d. § Iulius Agrippa. Alexander & Paulus Castren post Bartolum in dicto §. diui cum similib. supra allegat. & hic est casus noster. Aut prohibitio alienationis facta est vni conditionaliter, & non dispositiue, & tunc si is coheredem non habeat, sed solus sit, prohibitio nõ valeat. Sin vero coheredem habeat, valet licet non sit expressa causa, nec persona, cuius respectu prohibitio facta fuerit, quia conditio habetur pro causa, & sic in dubio contemplatione coheredis facta censebitur, & ita proprie loquitur d. l. iiij. in fi. ibique Bar. & in d. l. is cui. & habetur per Alex. & Moder. post Bart. in d. §. diui. in ij col. Vltimo non obstat, quod hic adest duplex prohibitio alienationis, vna legis, altero nominis, quæ duplex prohibitio fideicom. tacitum inter prohibitos operari debet per supra dicta, & per ea, quæ voluit Alexan. in d. §. diui in j. colum. & in d. §. coheredes. Nã re-
6 spondetur, quod † tunc prohibitio alienationis facta à testatore simpliciter, & sine causa, quæ concurreret cum prohibitione legis, valet, & tenet, quando lex alienationem prohiberet propter fauorem personæ priuilegiatæ, puta ecclesiæ, vel minoris, & ita proprie loquitur Alex. in d. §. diui. in j colum. & in terminis ita loquitur tex. in d. §. sanctissimas. quem Alexã. ibi allegat, & gloss. in c. verum. de condi. apposi. itaque est de mente Bar. Cuma. & aliorum in d. §. diui, dum respondẽt textui in l. ij. C. pro empto. Sed in casu nostro res hereditariæ prohibitæ erant alienari non fauore personæ priuilegiatæ, sed ratione fideicommissi facti à testatore, vt in authen. res, quæ. C. communia de leg. Ergo si prohibitio alienationis expresse facta à testatore erit nuda, quia sine causa, & non contẽplatione alicuius personæ facta, ea non valebit. d. §. Iulius Agrippa. & per ea quæ voluit Alexan. in d. §. diui, in fin & in d. §. cohe-
7 redes. in iiij col. Secundo respõdeo, quod † duplex prohibitio operatur validitatem prohibitionis, vt nõ dicatur nudum præceptum continere, adeo quod etiam ex causa, propter quam aliàs res prohibita regulariter alienari potest nullo modo, poterit propter duplicem prohibitionem alienari. d. c. verum cum glos. non autẽ vt inter prohibitos fideicommissum dicatur inductũ, nisi ex aliis verbis, & dispositis inductum censeatur. Præterea res hereditariæ subiectæ fideicommisso dicuntur à lege prohibitæ alienari ex tacita mente testatoris, qui illas fideicommisso subiecit. l. fin. in fin. cum authen. res quæ. C. communia de lega. Vnde si testatorẽ vltra tacitam prohibitionem suam expresse etiã prohibuerit res hereditarias alienari, hæc sola expressa prohibitio, & non tacita debet cõsiderari, quia expressa testatoris dispositio tacitam circa eandem rem cessare facit. l. cum filio. § filio. ff. de vulga. & pupilla. Vnde cum expressa prohibitio fuerit nuda, & facta absq; causa, & non contemplatione alicuius personæ, debet dici inualida, neq; fideicommissum inter heredes prohibitos operari per ea. quæ supra adducta sunt. Ex quibus omnibus ita omnino concludendum esse visum est.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum corporaliter tactis scripturis probationem in contrarium etiam per instrumentum publicum non admittit, secus est in iuramẽto simplici.*

2 *Statutum disponens de minoribus iurantibus se esse maiores intelligitur de iuramento simplici.*

3 *Iuramentum, quo falsò quis se minorem asserit, excludit restitutionem ratione minoris ætatis, sed non tollit nullitatem contractus ex alio defectu, nisi etiam tactis scripturis non contrauenire iuratum esset.*

4 *Ratificatio diuisionis per diutinam possessionem probatur, propter quam illi non contrauenitur.*

5 *Taciturnitas diuturna pòst minorem ætatem quando restitutionem in integrum & rescisionem contractus excludat.*

QVAEST.

Quæstio 43.

QVIDAM in contractu diuisionis corporaliter manibus tactis scripturis se maiorem esse, & nullo modo contractui contrauenturum iurauit, partéq; sibi assignatam per decē annos, & vltra tenuit, atque possedit. An se minorē fuisse tempore contractus, læsionem, & defectum solennitatis probando sit audiendus? Et dicendum esse existimo, q ex quo corporaliter ad sancta Dei euangelia manibus tactis scripturis, se maiorem esse iurauit, petens se restitui prætextu læsionis etiam probando se mino-
1 rem, non sit audiendus, †quoniam aduersus talem assertionem, vt supra, iuratam non admittitur probatio in contrarium etiam per instrumentum publicum, secus, si se maiorem esse iurasset verbaliter, non sub forma, de qua dictum est, nam tunc probatio contraria solum per instrumentum, & nō per testes admitteretur, vt est textus. & ibi Bald. Paul. de Castr. & alij in l. si al-
2 terius. alias in l. prima. C. si minor se maior. dixe. Et †secundum prædicta intelligendum est statutum loci positum sub rubr. de pœna eius, qui per mendacium &c. quia loquitur de eo, qui simpliciter iurauit, vt ibi etiā si iurauerit prædicta &c. & consequenter non loquitur de iurante corporaliter manibus tactis scripturis, sed simpliciter, & verbaliter, & sic in terminis iuris cōmunis, prout in dubio verba statuti debēt intelligi vt iuris correctio euitetur. capitul. cum dilectus, vbi Anton. & cæteri, extra de consuetudin. l. serui vestri. C. de noxali. Alexand. in l. fina. §. in computatione. C. de iure delibe. Et vt colligitur ex rubro, & nigro illius statuti, principalis statuentium intentio non fuit prouidere super probatione minoris ætatis aduersus assertionem iuratam, sed de puniendo minores asserentes, & iurantes se meliores: & propterea dicendum non est, per statutum illud iuris communis dispositionem fuisse alteram. Nec aduersatur, quod si restitui non possit aduersus diuisionem ratione præmisse, poterit saltem diuisionis contractum nullum dicere ex defectu solennitatis ob statuti dispositionem sub rubr. de contractibus
3 cum minorib. &c. circa princip. Nam † licet iuramentum, quo falso quis se maiorem iurauit, excludat restitutionem in integrum, non tamen excludit nullitatem contractus ex defectu solēnitatis statuti, vt volunt doctores maxime Paulus in dicta l. j C. si minor se maior. dixerit per illum textum. Quoniam respondetur, quod cum vltra iuramentum prædictum iurauerit etiā nullo modo contrauenire cōtractui, & velle promissa seruare ratione huius duplicis iuramenti, non solum restitutionem in integrum petere non poterit, sed nec etiā contractum dicere nullum valebit virtute statuti de contractibus cum minoribus, quod vult contractum esse nullum, si solennitas in eo apposita non seruetur, quia & si iuramentum maioris ætatis non tollat contractus nullitatem, nihilominus ea tollitur à iuramento de non contraueniendo, quod corporaliter præstitum esset manibus tactis scripturis, vt in l. prima. cum authenti. ibi posita. C. si aduer. vendit. ibique doctores maxime Paul. Castren. & expresse colligitur ex verbis eiusdem Paul. in dicta l. j. C. si minor se maiorem dixer. post Ioan. And. in addi. ad Spec. in titul. de sententia in §. vt autem, & in titu. de restitut. in integrū in §. ij. Alia quoque ratione nec per restitutionem, nec dicēdo nullum esse contractum est audiendus, etiam præsupponendo nullitatem extare ratione solennitatis statuti omissæ, propterea quod quamuis expresse verbis diuisionem non ratificauerit, tamen tacite dupliciter ratificasse dicitur, quæ tacita ratificatio quo ad hunc effectum idem operatur, quod expressa, arg. l. Paulus. ff. rē
4 rat. habe. cū aliis. †Prima fuit tacita ratificatio rebus, & factis inducta, quia partem sibi assignatā per annos decem, & vltra tenuit, & possedit, fructus percepit, locauit, aliáq; plura fecit tacitam ratificationē inferentia: ergo virtute huius ratificationis contrauenire nō potest gl. communiter approbata in l. j. C. si maior fac. rat. hab. optimus tex. cum gl. in l. iiij C. communi diui.
5 † Secunda ratificatio tacita fuit inducta temporis taciturnitate, q licet per se nihil operari soleat. d. l. j. C. si maior fac rat. hab. tamen in contractibus onerosis, qui etiam ipso iure nulli essent propter solennitatem omissam, si interuenerit taciturnitas continua annorū quinque post minorem ætatem perfectam, quis nec per restitutionem in integrum, nec dicendo cōtractum nullum contrauenire, aut contractum rescindere potest: in contractibus vero lucratiuis taciturnitas annorum decem inter præsentes idē operatur, vt est text. clarus, ibiq; omnes scriben. in l. fi. C. si maior fact. rat. vēd. hab. Sed nos sumus in contractu oneroso. l. j C. communia vtriusque iud. & post finitam minorem ætatem ille, de quo agitur, per quinquennium, immo decēnium, & vltra tacuit, igitur nullo modo contrauenire poterit, etiam si de ipsius læsione constarēt dict. l. fina. ac etiam quia lapso quadriennio à die, quo is maior factus fuit, prætextu læsionis aduersus contractum non auditur. l. fi. C. de tempo. in integr. restit. & hanc sententiam esse in casu nostro probandam existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fi. C. de edict. diui Adria. tol. ita fauorabile est, vt in eo nullo iuris ordine seruato procedatur, nec appellatio iure aliquo ne canonico quidē, aut municipali admittatur, & nu. 2. & 3.*

2 *Statutum permittens in causis possessorijs semel appellari posse locum non habet in remedio d. l. fi.*

3 *In meris possessorijs de iure ciuili nunquam, at de iure canon. semel appellari potest, præterquam in possessorio. d. l. fi.*

4 *Statutum loquens simpliciter, & generaliter casum pœnalem non comprehendit.*

5 *Statutum permittens in possessorijs semel appellari posse quid vltra ius commune operetur.*

Quæstio 44.

SI statuto loci simpliciter & generaliter permittatur, vt in causa possessorij semel appellari valeat. Vtrū id locum habebit in possessorio, & remedio pro exequutione testamēti intentato ex beneficio. l. fi. C. de edic. diui Adri. tollendo? Et illud quippe rectius existimari puto, q appellatio interposita ab immissiōe in possessionem pro executione testamēti ex beneficio d. l. fi. quæ causa dicitur esse possessorij adipiscendę, nō ex dispositione statuti? nam considerando, quod in hoc
1 possessorio, †quod est multum fauorabile, atq; adeo, vt in eo nullo iuris ordine seruato, summarie, ac de facto procedatur ratione notarij, quod inducitur ex testamento non abolito, nec cancellato, vt in dicta l. fin. vbi Bartolus, Baldus, & cæteri, prout contingit etiam in aliis notatis. capitul. ad nostram de iureiurand. non admittitur appellatio ab huiusmodi immissione ex ratione magis particulari, quam in aliis possessoriis, in quibus de iure appellari non potest vt in l. vnica. C. si de momentanea possession. fuer. appella. in possessorio enim de quo agitur appellari non potest propter ius notorium, quod habet heres, vt ex testamento non abolito, nec cancellato infertur, veluti dicit Baldus assignando rationem illius textus in l quisquis. C. quorum appellato. non recip. ac etiam quia reipublicæ interest testamenta valere, & effectum habere. l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aper. Et vltimæ volunta-

tes defunctorum omnino sunt exequẽdæ.c.vltima vo-
luntas.xiij.q.ij.Et hoc est,quòd vltra dispositum regu
lariter de iure communi in possessoriis non posse ap-
pellari minus in hoc possessorio d.l.fi.appellari possit,
vt est textus in dicta l quisquis.& in §. si quis. vbi Ar-
chid.& gloss ij quæstion.vj.quod quidem clarius sua-
detur,nam in aliis possessoriis appellans,& iudex, qui
appellationem admittit,aliqua pœna pecuniaria spe-
ciali non puniuntur,vt dicta l.vnica,at in hoc possesso
rio d.l.fi.& appellans, & iudex contrafaciendo pœna
grauissima pecuniaria videlicet librarum xx. auri pro
quolibet puniuntur,vt in dicto §.si quis, & in dicta l.
quisquis. Ex quo innuitur, rationem aliquam magis
specialem subesse,quare appellatio in casu isto minus
permittitur, quam regulariter in cæteris possessoriis.
2 Ex quibus infero,quod† statutum loci,inquantũ sim-
pliciter,& generaliter permittit,in causa possessorij se
mel appellari posse,locum non habebit in hoc casu
speciali,& in quo maior specialitatis ratio adest, quã
in aliis possessoriis argument.eorum quæ voluit Bar-
tolus,in l.omnes populi.ff. de iustitia & iure:dum lo-
quitur de extensione,seu interpretatione extensiua sta
3 tutorum.Et vlterius hoc demonstratur,quoniam † li-
cet de iure ciuili nullo casu in mero possessorio possit
appellari.dicta l.vnica,& iure canonico bis regulari-
ter,vt communiter canonistæ dicunt per illum textũ
post gloss.in c.cum ad sedem.de restitution.spolia.in
clemen j.de sequestra.possession.& fruct.& in clemẽt.
j.de caus.possess.&,proprie.& sic ius canonicum in pos
sessoriis circa appellationes interponendas liberalius
sit quam ius ciuile,tamen in hoc possessorio.d.l.fin.&
d.l.quisquis non permittit aliquo casu posse appellari,
vt in d.§.si quis.ij.q vj.Ex quo clare pspicimus,in hoc
possessorio minus admitti posse appellationem,quam
in cęteris.Et cum ius canonicum,quod simpliciter.&
regulariter vult posse in possessoriis appellari,hoc pos
se fieri prohibeat in dicto possessorio,ergo idem in ter
minis statuti permittentis semel tãtum in possessoriis
appellari posse dicendum est,immo à fortiori,si illud
ius quod alias regulariter binam permittit appellatio
nem, denegat posse in hoc possessorio appellari,quãto
magis hoc dicendum est in terminis statuti vnicam
4 tantum appellationem permittentis?Præterea † statu-
tum loquens simpliciter,& generaliter non comprehẽ
dit casum pœnalem,sed alios,in quibus pœna adiecta
non est,vt colligitur ex verbis Bar.in l.non distingue-
mus.§.Iulianus,& in §.de liberali.ff.de arbit.& Roma.
in consi.cclxij.& cõsi.ccxcix.Sed casus de quo agitur,
pœnalis est, vt dictum fuit,ergo &c. Et ita statutum
intelligendo, res ad ius commune magis reducitur,
prout semper statuta in dubio sunt intelligenda.l.ser-
ui vestri.C.de noxa.c.cum dilectes.ibique Anto.& alij
extra de consuetu.Alexand.& cæteri in l.fin.§.in com-
putatione.C.de iure delibe.res enim facile ad ius cõ-
mune redit.l.si vnus.§.pactus.versic.quoties.ff.de pa-
ctis.Et ꝙ in hoc possessorio vltra alias disposita gene-
raliter à iure communi speciali fauore vltimarum vo-
luntatum appellari nequeat volũt Bal.& communiter
5 omnes legistæ in d.l.fi.Et † statutum hoc modo intelli-
gendo,multum operabitur,eritq; iuris communis cor
rectorium,prout statutum voluisse disponere videtur
quoniã dando medium inter ius ciuile prohibens om-
nino appellationẽ d.l.vnica,& inter ius canonicũ per-
mittens bis posse appellari,vt supra,noluit in totũ iu-
ri canonico adhærere,sed mediã inter vtranq; viã eli-
gendo semel appellari posse disposuit.Et ex his cõclu
do de iure ciuili regulariter in possessoriis non posse
appellari,de iure vero canonico bis regulariter,ex di-
spositione autem statuti regulariter semel tantum,sed
in hoc possessorio,de quo agitur,nunquam,nec vllo ca
su etiam ex statuti dispositione fauore speciali, de quo
supra dictum est. Quam declarationem certe veriorẽ,
æquiorem,magisque iuri consonam esse credo.

SVMMARIVM.

1 *Filius à patre viuo bona vsque ad legitimam ascen-
dentia,& vltra,attentis tunc facultatibus paternis,
pro omni sua legitima,at pro omni eo,& toto &c ac
cipiendo etiam absque iuramento successionis pa-
terna,renunciauerit,sibi præiudicat, neque auctis
facultatibus patris quicquam petere potest.*
2 *Feudum nouum simpliciter concessum in dubio cen-
setur quid hereditarium.*
3 *In feudo hereditario,& nouo pater filijs præiudicare
potest,secus est in antiquo.*
4 *Primogenita cõgruenter de bonis patris dotata qua-
re secundum constitutionem regni excludatur à mi-
nore natu,quæ in domo patris post illius mortis re-
mansit.*
5 *Primogenitura amittitur ratione partis sufficientis
sibi de bonis paternis assignata à patre.*
6 *Fœmininum quando masculinum etiam comprehen
dit.*
7 *Exempli gratia,& non restrictiue illud dicitur ex-
pressum,quod est ex pluribus identitatẽ rationis ha-
bentibus.*

Quæstio 45.

AN primogenitus, cui tempore quo matrimoniũ
contraxit,pater in valida forma ratam, & partẽ
bonorum,quam,si tunc eius genitor mortuus es
set,habitur⁹ fuisset,assignauit,debeat succedere in feu
do nobili nouo,quod pater post dictã assignationem
adeptus est,aliis filiis exclusis,stante regni consuetu-
dine,ꝙ ad feuda maxime nobilia primogenit⁹,aliis ex
clusis,admittatur?Et instrumento assignationis prædi
ctæ,& inuestituris,& testamento paterno,ex quib⁹ fo-
tasse aperta,claráq; decisio colligi posset,nõ inspectis,
sed de iure loquendo,vt amico satisfaciã,breuiter cõ-
cludendum esse videtur,ꝙ primogenitus, cui à patre
fuit assignata pars bonorum,& forte maior,quam sibi
de iure deberetur,attẽtis facultatibus,quas tẽpore as-
signationis pater habebat,non possit in feudo à patre
1 postea acquisito succedere,† cũ enim pars bonorũ etiã
vltra legitimã iure naturæ debitam fuerit illi assigna-
ta,quam pro omni sua legitima,& pro omni eo,& to-
to,quod sibi de iure cõpetere poterat,accepit, cense-
tur ex hoc sibi,ac suis etiã descendentibus quo ad pa
ternam successionem piudicasse,vt nec ipse,nec eius
descendentes tẽpore mortis paternæ,vlterius quicquã
petere possint in bonis, & hereditate patris, vt dixit
Bal.in l.pactum.col.j.C.de collã.in ver.Secundo quæro
&c.qui dicit,ꝙ renunciatio facta per filiam cum iura
mento nocet etiam nepoti ex filia à patre suã partẽ bo
norum recepisset, talis enim receptio & renunciatio
nocet sequentibus non ex vi repudiationis,sed vi suc-
cessionis:faciunt no.per Iac.Butr.in d.l.pactum,& hoc
sequitur Io.de Imol.Ang.& Roma in l.stipulatio hoc
modo concepta.ff.de verb.oblig.Bal.in l.successione.
C.de reuocan.his quæ per frau.in auth.res,que. C.cõ-
munia de lega.& in l.fi.§.si j.C.de vsur.rei iudica.cum
simil.allegatis per Alexan.in consilio clxxx.& insequ.
lib.v.qui dicunt,quod si filio,vel filiæ fuerit à patre vi
uente assignata portio certa bonorum attendens vs-
que ad legitimam, attentis facultatibus,quas tunc pa
ter habebat,& filius,vel filia renunciauerint,illámque
receperint ꝓ omni sua legitima,& pro omni eo.& to
to &c.non poterunt postea aliquid de bonis patris pe-
tere,etiam si facultates illius multũ auctæ essent.Præ-
dicta absque dubio viderẽtur procedere,si feudum,de
quo agitur, esset hereditarium.vt quia fuisset conces-
sum pro se,descendentibus,& heredibus,iuxta ea quæ
2 voluit Alexand.in l.si patroni.ff.ad Trebell.† & prout
in

in dubio debet sic præsumi concessum, quando simpliciter fuisset concessum, & essemus in feudo nouo argumen.cap.j.de duobus fratrib.à capit.inuestit. & l.si pactum.ff.de probatio. Andreas de Isernia in cap.j.an
3 agna.vel fil.ibique Bald.in iij.colum.Nam † in tali feudo hereditario pater filiis præiudicare potest, vt inquit Andreas de Isernia & Iacob.Aluero.in c.j de alienat. feud.patr.Ioannes Andreas in additio.ad Speculator. in titu.de feud.versicul.nunc dicamus & idem voluit Nicolaus de Mathar. vt refert Bald.in l.qui se patris. colum.ix.in versicul.item quæritur si vasallus.C.vnde lib.& licet Bal.in c.j § hoc quoq;.circa tertiã columnã de succes.feud.velle videat, quod pater de feudo nequeat disponere, nec filiis alienando, aut aliter disponendo etiã cum consensu domini possit præiudicare, illud tamen procedit in feudo antiquo non autẽ in nouo simpliciter concesso, vel pro se, & filiis, & descendentibus & heredibus: ita declarat Aluero.in c.j.§ fi.in tit. quæ fuer.pri.cau.benefi.amittẽ.in xviij.& xlvij. conclus.Ex quibus inferri videtur, quòd cum simus in feudo nouo, pater dando primogenito partem suam bonorum, immo maiorem, quam filius recepit, vt supra potuit filio præiudicare quo ad hoc feudũ nouiter acquisitum. Et Alex.in cousi.ij.lib.v.voluit, quod vasallus, qui adeptus est nouũ feudũ, potest filij & descendentibus, & vni tãtum ex filiis præiudicare, ac vni tantũ illud relinquere. Sed pater viuens, assignando vni filio partem suam, censetur voluisse illi quo ad alia bona etiam ex post facto acquisita præiudicare, vt ex præmissis colligitur ergo idem in casu nostro dicendum est. Præterea cõsi-
4 dero rationẽ, quare † primogenita dotata de bonis patris excluditur à successione feudi per minorem natu, quæ in capillo remansit in domo patris post illius mortem, vt legitur in consti.regni incipien, vt de successionibus in §.filiæ autem.ratio enim est, quia filia dotata habuit partem bonorum congruentem, attenta conditione viri, & vxoris, & numero liberorum, ac attentis facultatibus paternis iuxta l cum post.§.genera.ff.de iure dot.l.si filiæ.ff.de lega.iij.vnde cum illi fuerit sufficienter prouisum de bonis paternis, prout de iure prouidendum erat.& consequenter primogenito sufficiens patrimoniũ ex bonis patris habuerit, quia dos filiæ patrimonium dicitur.l.Põponius Philadelphus. ff.famil.erciscund.cum similib.idcirco ipsa primogenita per minorem natu à successiõe feudi excluditur,
5 vt in d.§.filiæ.Et ex hoc infertur, quod † ratione sufficientis partis bonorum paternorũ assignatæ filiæ primogenitæ ipsa iura primogenituræ quo ad successionem feudi amittit, illáque acquirit minor natu.d.§.filiæ.Ex identitate ergo rationis idem dicendum est in filio primogenito, cui pars sua, vt supra, fuerit assignata: æquiparatur enim primogenitus quo ad alios filios masculos, & primogenita quo ad alias filias fœminas, nam sicut primogenitus alios filios masculos à successione feudi excludit, ita primogenita alias fœminas, vt in d.constitut.& tamen primogenita dotata, & cui sufficiẽter de bonis paternis fuit prouisum, alias filias non excludit, sed ipsa excluditur, vt ibi, idem igitur dicendum est de primogenito, attenta rationis identitate: & cum alia ratio in casu d.§.filiæ. nisi de ea, de qua supra, assignari non possit, ea pro expressa haberi debet.argumen.no.per Bar.in l maximum vitium.C.de liber.præterit.& in l.eam quam cum l.quamuis.C.de fideicommis.& ideo ex identitate rationis idem in primogenito dicere possumus Quod si diceretur, constitutionem in dicto §.filiæ loqui de filiabus, & sic de fœminis, ideoque non posse habere locum in masculis, quia absurdum, & quodammodo exemplo turpissimum sit fœminino vocabulo masculos etiam contineri l.si ita scriptum sit filiabus in principio.ibiq; Bartol.ff.de legat.secundo.& præsertim in materia exorbitanti, in qua non fit extensio argument.capitul. quæ à iure de regulis iuris in vj.in l si vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio.vbi Imola, & alij cum similib. Respon-
6 deri potest, quod † quando fœmininum gratia maioris frequentiæ exprimitur, qui ita sub fœminino à lege prolato frequentius accidere soleat, tunc masculinum etiam comprehenditur. Decius in l.fœminæ.ff de regulis iuris.gloss in l.vnic.in versicu sponsam.C.de raptu virginum cum aliis: sed frequentius euenire solet, vt filiæ fœminæ congruenter prouideatur de parte bonorum, hoc est de dote, quàm filio masculo: ergo stante rationis identitate in vtroque, statutum in fœmina locum habebit etiam in masculo. quoniam hæc non dicetur extensio, sed comprehensio argument.l. nominis, & rei.§.verbum ex legibus. ff.de verborum signification.Et inquit Baldus in repetition.l. de qui-
7 bus.ff.de legib in col xxiij quod † quando plura habentia rationis identitatem, quamuis alterum tantum exprimatur, illud tamen dicitur exprimi gratia exempli, & non restrictiue gloss.in capitul.j.in versic.Italiæ de tempo.ordin.in vj.facit id, quod vult Baldus in l.quod vero.ff.de legib & habetur per Modern.in l.à Titio ff. de verborum obligation.Et ita ex præmissis concludendum esse arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Filius emens rem pecunia paterna sibi illam acquirit, restituẽdo fratribus pecuniam pro rata: & idem est in patre emente rem pecunia filij.*
2 *Filius vnde pecuniam acquisiuisse in dubio præsumatur. & num.6.*
3 *Frater si rem emat nomine suo, & fratrum, & simpliciter pecuniam soluat, in dubio propria pecunia emisse censetur.*
4 *Emptio in dubio propria pecunia ementis facta præsumitur.*
5 *Actus gestus nomine proprio dicitur gestus nomine alieno, si ex præcedentibus, vel sequentibus colligẽ potest.*
6 *Acquisitum à doctore quando quasi castrẽse dicatur.*

Quæstio 46.

FILIVS nomine Caius, qui doctor medicinæ erat, viuente patre pecuniam quibusdam mutuauit, Pater rẽ pro se, & heredibus suis emit expresse dicendo, ex pecunia debita illis puta de Robertis occasione mutui gratuiti facti per dictum Caium: An Caius pecuniam mutuatam, & precium rei emptæ à fratribus repetere possit? Existimarent aliqui, neque temere, quod pecunia mutuata, & precium rei emptæ
1 Caio debeatur, quoniam † quando filius rem paterna pecunia emit, res illa filio acquirit, quia ex idustria sua dicitur acquirere, sed fratribus pro illorum ratis pecuniam restituere tenetur, vt voluit Paulus Castren.post Bartolum in l.cum oportet.C.de bonis quæ liberis.ergo & econtra dicendum est, quod si pater rem pecunia filij emerit, res acquiritur patri, & communis est inter fratres post mortem patris, sed fratres pro rata alteri fratri pecuniã restituere debebunt. Præterea
2 † quando non apparet, vnde filius pecuniam acquisierit, videlicet an ex sua industria, an vero ex re, & contẽplatiõe patris, in dubio ex industria filij acquisita præsumitur, concurrentibus aliquibus coniecturis, & attenta qualitate personæ filij, vt quia erat doctor, vel mercator, vel aliter industriosus, vt est glo.quem scribend.communiter ita declarant, & sequuntur in dicta. l.cum oportet.vbi Baldum.inquit, quod acquisitum à doctore medicinæ dicitur peculium quasi castrense, & ideo illud nõ acquiritur patri, nec fratribus

quo ad proprietatem,nec quo ad vsumfructum.l.fi. C.
de inofficio.testamen.Sed Caius est doctor medicinæ,
ergo pecunias ab illo mutuatas ex industria sua acqui
siuisse præsumetur, & consequenter ipsius propriæ.
non autem inter fratres communes esse debebũt. Ter-
tio dicit Barto.in l.ij.C.pro socio.& in l.si patruus.C.
3 communia vtriusq; iudic.quod † quando vnus ex fra-
tribus emit rem nomine suo,& fratrum,ac simpliciter
pecuniam soluit,in dubio propria pecunia emisse cen
setur:& ideo si alij fratres partem rei emptæ consequi
volunt,suam partem pecuniæ soluent: vnde ad hoc,vt
alij fratres ad suã partem pecuniæ non tenerentur,&
res communi pecunia empta diceretur,deberet expri
mi,quod pecunia communi res fuit empta , sed pater
emendo pro se,& heredibus suis pro certa parte pre-
tij dixit expresse,quod soluebat de pecunia Caij, ergo
à fratribus pecunia sua pro ratis illi restituenda erit.
Ego tamen,prædictis non attentis,contrariam senten-
tiam esse veriorem sum arbitratus,quod ipse Caius pe
cuniam pro aliqua parte à fratribus suis repetere ne-
4 queat:nam † vbicunque quis rem emit, in dubio pro-
pria pecunia emisse præsumitur,non considerando,an
sit artifex & industriosus , & consequenter an pecu-
niam illam acquirere potuerit,nec ne,nisi expresse em
ptor dixerit,se emisse pecunia alterius,vel communi,
vt vult Bartolus in dicta l.ij. & idem optime sequitur
in dicta l.si patronus. Modò autem si volumus dicere,
quod in casu nostro emptor emerit ré simpliciter non
exprimendo,cuius pecunia , & tunc pecunia propria
dicetur empta,vt supra. Aut exprimendo pecunia sua,
vel sibi debita,& tunc casus est clarus , quod dicetur
empta sua pecunia,vt concludit Bartol.in dicta l. si pa-
truus.nam in incertis locus est coniecturis.l.cõtinuus.
§.j.ff.de verborum obligation. Sed emptor,vt ex ver-
bis instrumenti apparet,emit dictam rem pecunia de-
bita ipsis de Robertis gratis mutuata per dictũ Caiũ,
nec expressum fuit,an patri emptori,an Caio, an vero
aliis de Robertis pecunia debita esset. Ergo in dubio
dicendum est illam emptori fuisse debitam. Nec ob-
stant verba illa in instrumento posita,videlicet debi-
tis illis de Robertis occasione mutui gratuiti facti de
dictis pecuniis per præfatum Caium. Quoniam respó
detur,quod ex verbis præcedentibus,in quibus præsup
ponebatur eos,qui mutuo acceperant , esse obligatos
illis de Robertis,infertur,& apparet , Caium mutuas-
se illas pecunias non tanquam suas , nec nomine pro-
prio,sed nomine patris & tanquam in hoc illorum de
5 Robertis negotia gerens,nam † quãdo actus ab aliquo
geritur etiam nomine proprio,si ex præcedentibus,vel
sequentibus colligi potest,quod nomine alieno, & nó
proprio gesserit,tunc nomen proprium expressum nõ
attenditur,sed magis alia verba considerantur, vt vo-
luit Abb.ibique Deci.in ij.conclusio.in c.quoniam Ab
bas.de officio delega.& optime habetur per Bartol.in
l.si seruus communis ita.ff.de stipula.seruorũ. facit id,
quod not.Bar.in l.j.§.nunciatio.ff.de nou.ope.nuncia.
Non obstant in cõtrarium adducta.nam in primis ne-
gatur , quod emptor emerit pecunia Caij, quia pecu-
niis propriis emit,vt in dubio præsumitur. Præterea
posito,quod pecuniæ mutuatæ à Caio fuissent ab ipso
acquisitæ,non tamé sequitur,ergo ex industria sua præ
6 sumi debét acquisitæ, † quoniam ex qualitate personæ
filius præsumitur acquisiuisse,quando seorsum à patre
habitaret,vel quando administrationi patrimonij pa-
terni se nó ingereret,per tradita per Bal.in d.l.cũ opor
tet.sed Caius seorsum à patre non habitabat,& nego-
tiis paternis , atque admenistrationi bonorum patris
se ingerebat.ergo &c.Non sequitur etiam, doctor me
dicinæ aliquid acquirit,ergo illud dicitur acquisitum
7 tanquam ex quasi castrensibus: † illud enim quasi ca-
strense dicitur,quod acquiritur ex salariis publicis, &
ratione officij publici , secus si ex salariis priuatis,&
ratione officij sui,quod esset vtile priuatis : ita inquit,
& declarat Bald.quem Alex sequitur in d.l.cum opor-
tet.Non obstant nota.per Barto.in dicta l.ij.& in dicta
l.si patruus. quoniam recte considerata potius in cõn-
trarium faciunt , vt dictum fuit.Et ita iuris esse ratus
sum.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ad longum tempus naturaliter possidet.*
2 *Naturalis sola possessio animo tantum retinetur, nec
è re exeundo amittitur.secus est in naturali, & ciui-
li simul.*
3 *Possidet adhuc,qui initio,& ex post facto possidet.*
4 *Possidens animo suo , & corpore alieno puta colono-
rum quando per expulsionem illorum possessione pri
uetur.& num.10.*
5 *Indefinita quando non æquipolleat vniuersali.*
6 *Colonus constituens se nomine alterius possidere, non
priuat dominum possessione,nisi ex re egressus illam
tradiderit,vacuámque dimiserit.*
7 *Coloni omnes eiecti dominum possessione non priuãt,
si illorum bona extra domum proiecta non fuerunt,
& in conspectu rei remanentes statim facile ad rem
fuerunt regressi,& dominum in possessorem recogno-
uerunt.*
8 *In priuando aliquem possessione quamlibet rei par-
tem ingredi necesse est.Secus est in acquirenda pos-
sessione vacua.*
9 *Possessio non acquiritur solo animo verbis declarato,
sed animo & corpore simul.*
10 *Dominus per expulsionem coloni quando possessione
priuetur.*
11 *Dominus facilius possessione priuatur per factum e-
ius,qui suo nomine naturaliter tantum possidet , vt
est vsufructuarius,& emphyteuta quàm per factum
simplicis coloni detinentis , & corpore suo naturali-
ter domino possidentis.*
12 *Colonorum ficta,ac etiam vera traditio dominis non
præiudicat ,nisi contractus ad possessionis translatio
nem aptus interuenerit.*

Quæstio 47.

MAGNA olim quæstio fuit in causa possessorij
summarij,vtrum conductores ad longum tem
1 pus vltra decem annos, † qui absque dubio na-
turalem possessionem bonorum conductorum habere
dicuntur iuxta nota.in l.tertia §. ex contrario. & in l.
si quis ante.ff.de acquirenda possession.& in l.si vt cer
to.§.nunc videndum.ff. commod. cum aliis, diceren-
tur sua naturali possessione priuati per immissionem,
& associationem locatoribus adhuc conductione du-
rante concessam à iudice cum expulsione colono-
rum. Et inspectis iis,quæ tunc proponerentur , il-
lud magis esse putaui,vt concluderetur , conductores
per huiusmodi immissionem cum eiectione colono-
rum non fuisse possessione priuatos,quo minus adhuc
possidere dicerentur. Si enim possidere desiuisse di-
cendum fuit,contigit hoc virtute immissionis,& tenu
tæ adeptæ,quæ cum conductores possessione non pri-
uauerit,vt demonstrabitur,idcirco dicendum est illos
etiam post immissionem,& tenutam adeptam fuisse in
sua naturali possessione,quam animo suo retinuerunt,
ac etiam mediante corpore suorum colonorum,& in-
2 quilinorum.Nam † licet ciuiliter,& naturaliter possi-
dens è re exeundo naturalem possessionem amittat. l.
clam.§.qui ad nundinas.ff.de acq.possess.cũ simil. tamen
quãdo quis solũ naturaliter possidet,è re exeũdo, non
desinit possidere,sed animo illã possessioné retinet,vt
probat Bar.in l.j.in prin.col.vlt.ff.de acq.poss.l. si colo

nus

nus.eo.tit.Alex.in d.§.qui ad nundinas.in iiij.col.l.iij.
C.vnde vi.& ibi gloss.ff.de vi.& vi armata.etiam si colonus,mediante quo detinebat,è re exiuisset, vt in l.si
de eo.§.si forte.ibique Alexand.& Aretin.in l.qui vni-
3 uersas.§.si ergo ff.de acquirend.possesion.Et †cum ab
initio contractus,& ex post facto côductores possedissent,adhuc etiam dicebantur possidere Bartol.in l.Cel
sus.in penultima colum.ff.de vsucapion.Barto.Bald.&
alij in l.non ignorabit.C.ad exhibend.& scriben. post
glos.in l.siue posidetis.C.de probatio.Quod autê per
immissionem factam conductores priuati non fuerint
4 sua possesione,probatur,nam † quanuis ille, qui animo suo,& corpore alieno posidet,priuetur sua posses
sione per expulsionem coloni,vt in l.peregre.§. quib[9].
& ibi scribentes. Aretin. in l.quanuis.§.si conductor.
ff.de acquirenda possesione.& doctores etiam in l.
fina.Codic.eodem titulo.Tamen hoc est verum,quando omnes coloni fuerût expulsi.At si quis plures colonos haberet,neque constat, illos omnes fuisse expulsos,tunc posidens sua possesione non priuatur, neque sufficeret partem illorum immo omnes, excepto
vno etiam de eorum familia,fuisse eiectos l.j.§.si quis
me vi.§.idem Iulianus.vbi habetur.ff de vi & vi arma
ta.Alexander in dicto §.quibus.in j.colum. post Imolam.Sed in casu,de quo agitur,non constitit omnes co
lonos fuisse eiectos,cum tamen plures fuisse in proces
su apparuisset,ergo &c.Et licet in instrumento tenutæ
diceretur indefinite,ac colonos, & familias eorum in
illis existentes expellendo,non tamen dictum fuit o-
5 mnes colonos,prout omnes expellere necesse fuit:†neque illa indefinita æquipollet vniuersali,cum simus in
iis,in quibus agitur de præiudicio,& damno alterius,
ad nota.per Bartolum in l.omnes populi. colum.xx. ff.
de iustitia & iure. Et quoniam indefinita æquipollet
vniuersali ex larga significatione, & interpretatione
vocabuli,vt ibi per Bartolum & per Dynum in rubric.
de regulis iur.in vj.cum in casu nostro ageretur de alterius damno.& de priuando aliquem iure suo, verba
fuerunt restringenda,vt vniuersali indefinita nô æqui
pollet,vt est tex.in l.ij.§.merito.& § si quis à principe.
cum ibi notatis.ff.ne quid in loco public.c.suggestum.
c.licet.de decimis.c.in his.c.dudum.cum ibi nota.ex-
6 tra de priuileg.Et †ex eo, quod aliquis ex colonis nomine locatorum, qui possesionem tunc ingressi fuerunt,recognouerint possesionem, & illorum nomine se posidere dixerint,non debent conductores dici
priuati sua possesione,vt voluit Barto.in l.j.in fine.ff.
de vi,& vi arma.quicquid gloss.ibi voluerit,quoniam
necesse fuit,colonum è re fuisse egressum, rê tradidisse,illámque vacuam dimisisse,vt ibi argu.d.l. quanuis.
§.si conductor.& l.fin.cum ibi not.C.de acqui. posses.
7 Præterea†posito & non concesso, quod omnes coloni
fuissent deiecti,tamê ex quo eorum bona proiecta extra domum non fuerunt,ipsique in præsentia, & conspectu rei steterunt,& sic illorum facilis fuit regressus,
ac rerum suarum ratione animum ingrediendi habuerunt,prout statim,hoc est eadem die ingressi fuerunt,
recognouerúntque conductores in possessores, idcirco non obstante dicta eiectione, conductores priuati
sua naturali possesione dici nô debuerunt, veluti no.
voluit Aret.in l.quod meo.in fin.in vltima colum ff.de
acquirend.possesion.facit quod voluit glos.ij.in l.j.in
princip.eodem titu.quæ vult,quod si facilis sit regressus ad rem,eiectus statim redeundo non dicitur priuatus,in conspectu rei remansit:facit etiam,quod voluit
glo.in l.si quis ad se fundum.C.de vi,public.& per Bar
tol.in l.qui possesionem.ff.de vi & vi armata. Neque
conductio,quam interim colonus ab eo,qui ingressus
fuit,fecit,priuauit dominum sua possesione naturali,
tum quia dominus absens suam naturalem animo retinuit etiam in absentia coloni,tum quia colonus con
ducendo simpliciter ab alio,vel aliter aliquem in pos-
sesionem recognoscendo,aut faciendo,& approbando illum in præteritum possessorem nô priuauit domi
num sua possesione dicta l.quanuis.§.si conductor.&
dicta l.fina.C.de acquirend.possesion. Corroboratur
8 præmissa ad fauorem conductorum,† nam vt præsuppositum,& verissimum fuit,quod si conductores ante immissionem erant in possesione omnium bonorum, de
quibus agitur,& cuiuslibet partis illorû,ergo ad hoc,
vt sua possesione priuati dicerentur, necesse fuit, vt
locatores immissi, & associati non solum partem, sed
etiam quamlibet partem illorum bonorum ingressi essent, alioquin non possunt dici priuasse conductores sua possesione, quanuis ad acquirendam totius
rei possesionem alias partem illius ingredi sufficeret,
quando antea possesio rei omnino vacua fuisset,vt in
l.quod meo.in fin.ibique Aretin.in primis verbis,& Alexand.in vltimis,iuncta l.secunda. in principio. ff.de
acquirenda possesione. At in casu occurrenti locatores immissi quamlibet dictorum bonorum partem
non occuparunt,quia in instrumento tenutæ non dici
tur,quod ingressi fuerint dicta bona,& quamlibet eorum partem,nec quod iuerint per totum terrenum,sed
simpliciter quod acceperunt tenutam, & corporalem
possesionem infrascriptorum bonorû, quæ verba pos
sunt verificari etiam in possesione partis,& interpretanda sunt contra locatores, qui in illis se fundant.argumen.l.veteribus.ff.de pact.l.Labeo.ff.de contrahen.
empt.item quia illa verba generalia, & indefinita restringi debent,ne contingat aliquê iure,sua possesione priuari,vt supra.Nec obstant verba in fine instrumê
ti illius posita ibi & quæ omnia bona protestati fuerût
&c.quia ex illis possesio cuiuslibet partis omniû bo-
9 norum acquisita non fuit.†cum possesio mediâte pro
testatione,& sic ex solo animo verbi declarato non acquiratur,sed ex animo,& corpore simul.l.quemadmodum.cum simi.ff.de acqui.pos. Considerandum etiam
10 est, † quod iura dicentia dominû priuari sua possesione
per expulsionê colonorum loquuntur,quâdo dominus
animo suo ciuiliter,& corpore alieno naturaliter posideret,vt in d.l.peregre.§.quibus,& in d.l.fin. vbi do
cto.cum simil.Ergo hoc ad alium casum trahi non de
bet,videlicet quando dominus solû naturaliter posideret,nam per eiectionem coloni detinentis.seu custodientis dominus possesione non priuatur, tum quia
etiam extra rem existens illam animo suo retinet,vt supra,tum quia hoc casu verum non est dicere, quod posses
sio,quam dominus animo retinebat, dicatur requiescere super illa,quã mediâte corpore coloni retinebat, cû
vna tantum sit possesio in casu nostro,quã conducto
res in bonis conductis habebant,tû quia naturalis cô
iûcta ciuili facilius perditur,quam sola naturalis.d.§.
qui ad nundinas,ergo per eiectionem coloni possesio
naturalis non dicitur amissa:quando vero dominus animo ciuiliter,& naturaliter solû corpore coloni posidet.& sic diuersæ possesiones sunt diuersis instrumê
tis retentæ.si colonus à possesione naturali fuerit eiectus,dominus tunc priuatur & illa possesione natura
li,ac etiam ciuili,quia ciuilis dicitur requiescere super naturali,vt inquit glos.quam multum commendat
Barto.in l.prima.§.non alij autem,ff.de vi & vi armat.
11 Præterea † dominus facilius possesione priuatur facto illius, qui naturaliter suo nomine pro se tantum
posidet,vt est vsufructuarius,vel emphyteuta, & simi
les iuxta l.fin.ibique Barto.ff. vti poside. quàm facto
eius.qui simpliciter detinet,& corpore suo alteri,hoc
est domino naturaliter posidet,vt in terminis voluit
Alexander in dicta l.quanuis.§.si côductor.in secunda
colû.ibi limitatur ergo &c.vbi colonus conducendo
pro alio non transfert etiam naturalem, at is,qui naturaliter suo nomine,& pro se posidet, conducendo
pro alio illam transfert,ac dominû sua possesione priuat per ea,quæ ipse allegat.Sed quâdo ille, qui naturali-

ter suo nomine,& pro se possidet,eiicitur, dominus sua possessione non priuatur,vt in dicta l.prima.§.nó alij autem in fine.& ibi Bartolus.Ergo nec sua naturali,quam solum habet,priuari dicetur per eiectionem sui simplicis coloni,qui simpliciter detinet. Et ratio est illa,de qua supra sæpe dictum est, tum quia dominus etiam absens suam naturalem animo retinet, tum quia alia possessio,non reperitur,super illa requiescat, cum naturalis possessio,quam solum habet conductor ad longum tempus,vel emphyteota,nó requiescat super illa naturali,quam retinet mediante corpore coloni,si quidem vna,eadémque est naturalis possessio, nó autem diuersæ,ad tradita per Paulum Castren. & Cuma.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquirend. possessione.

12 Itaque † nec ex traditione vera colonorum,quæ in casu nostro non interuenit,& si interuenisset,non tamen ex ea conductores dicerentur priuari sua possessione cum vltra veram traditionem requiratur, quod ea facta fuerit mediante cótractu apto ad possessionis tráslationem,qui ex parte colonorum in hoc casu non interuenit,vt habetur per Alexand.in l.qui vniuersas.§.quod per colonum.& in l.peregre.§.quibus.in vij.casu post Imo.ff.de acquiré.pos.Nec etiam ex eiectione colonorum,seu ex recognitione possessionis ab eis facta potuerunt domini conductores dici priuati sua naturali possessione,quam solam habuerunt per prædicta.Et ita arbitratus sum de iure esse concludendum, prout etiam aliás legendo dixi in c.j.de constitu.num.214.vbi late disputaui etiam,quando princeps per inobedientiam,& eiectionem subditorum iure,& possessione sua priuetur,& quando non,incipiendo á nume.201.vsque ad num.215.& multa ibi dicuntur ad propositum quæstionis nostræ facientia,quæ inspici poterút.

SVMMARIVM.

1 *Precij qualitas,& quãtitas in emptione multum cõsideratur,præsertim ad ostendendum, quid emptione comprehendatur.*

2 *Venditoris deceptio in dubio non præsumitur.*

3 *Verba illa vel circa,quid modicum continent.*

4 *Qualitatis demonstratio fortior est illa,quæ ex finibus fieret.*

5 *Error finium alienorum,vel etiam omnium non nocet,si aliæ demonstrationes adsint.*

6 *Fines duo,aut ad summum tres demonstrationi rei sufficiunt.*

7 *Demonstrationes rei vel duæ,quæ veræ sint,sufficiũt, alijs falsis existentibus.*

Quæstio 48.

FVNDI partem tornaturarum centum , vel circa certo pretio cum quis emisset.exprimendo locum & confines,ac in plures petias terræ fundus diuisus esset & propterea dubitaretur , an petiæ quædam emptione cõprehenderetur,Placuit iuris,& facti con-
1 iecturas inspiciendas fore.Et † in primis pretij qualitatem,vel quantitaté , quæ à iure considerabilis est,& attendenda.Bar.in l.j.§.qui superficié ff.de superficie.& in l.cotem.§.qui maximos ff.de publica.Alex.in cósi.cxx.lib.ij.l.semper in stipulationibus.& ibi Dec.qui multa allegat.ff.de reg.iur.Nam si.comprehésa in emptione dicta petia terræ,constaret fundi partem vero,& iusto prætio,quo alia bona tunc in eo loco védi solebant,venditam fuisse,secus autem,longe pluris, quá valeret,& quá fatuo etiá vendi potuisset,profecto magis verisimile est,vt illa quoq; vendita iudicetur.Quę interpretatio est facienda,non solum vt res iusto precio vendita censeatur,sed etiam vt cesset deceptio vé-
2 ditoris,† quæ in dubio non est præsumenda.l.j.& ibi Bar.& alij.C.qui,& aduer.quos detur resti.iunct.l.merito.ff.pro socio.Et hæc coniectura est iuridica,atque ab omnibus antiquis doctorib^s recepta,vt voluit Bar.in l.patronus.§.Sempronio.col.ij.ff.de lega.iij.Aret.in cons.vj.col.pen.Ang.in l.quicquid ast ingendæ.col.2.ff.de verb.obli.& Bar.in d.l.semper in stipulationibus.cum aliis allegatis.Adest alia.coniectura non leuis cósiderata à iurecósulto in l.prædiis.§.Titio.ff.de leg.3.Quæ colligitur,si venditor petiam illam terræ,de qua agitur,sub nomine fundi véditi in suis rationibus,vel instrumentis locationum ab eo de dicto fundo factarum nominare.& comprehendere solitus esset. Vel si fructus ex illa petia vna cum aliis venditis percipere,eásque simul locare consueuisset,vel si vno precio cóparatæ essent,vel instructæ cómuniter,& sub vna cultura coniunctæ,vt in d.l.prædiis.§.Titio.cum §.balneas.& § fina.Hæc enim omnia arguerét,eá emptione comprehendi.Tertia coniectura colligi posset à numero tornaturarum venditarum expresso,& demóstra-
3 to.dicendo enim tornaturarum centum,vel circa. † illa verba,vel circa quid modicũ continent gl.in c.fina.de despon.impube.& l.hæc adiectio.ff.de verb.signif.Quapropter,si petia terre.de qua ambigetur, adiecta emptioni,compleret numerum puta tornaturarum octo,& nonaginta,illa vero remota, solum superessent tornaturę octo,& quinquaginta,profecto,numero tornaturarum expresso in emptione inspecto,dicendũ est eam compehensem emptione fuisse.Quarta sumi potest,non mediocris coniectura,si latera fines,aliæque demonstrationes ad totam fundi partem venditam certificádam in instrumento emptionis descriptæ pro maiori parte.& magis petię illi, de qua agitur, conueniant,quam aliis. Quinta esse potest coniectura ex qualitate terræ,& sumus pro demonstratione in instrumento descripta,vt quod terra sit aratoria,vt ita dixerim,vitata, & arborata,& hæc qualitas petiæ.de qua
4 dubitatur,ita conueniat.sicuti cæteris,ná † huic demóstrationi qualitatis standum est, & potius,quá illi,quæ ex finibus fieret,adeo,quod si in finibus error esset, vera per qualitates demonstratio sufficeret Alex.in consil.viij.lib.iij.Angel.Alexan.& alij in l.si quis in fundi vo-
5 cabulo.ff.de legat.j.† Et si fines aliqui in emptionis instrumento descripti iuxta dictam petiam terræ nó reperirentur.propter hoc tamen dicendum non est, illam non comprehensam, si fines pro maiori parte , & qualitates rei omnes expressæ in ea,& iuxta eam veri-
6 ficentur,† cum duo,aut ad summum tres fines demonstratione res sufficiant.l.forma.& ibi Bar ff.de censib.& Bar in l.demonstratio in vij q ff.de condit.& demó.similiter licet aliqui fines positi iuxta dictá petiá terræ in aliis verificentur,tamen si plures aliæ demonstrationes dictæ petiæ magis,quam cæteris conuenientes fuerint appositæ, satis ea censebitur demonstrata, vt emptione comprehendatur.l.patronus. §.Sempronio cum ibi nota.ff de legat.iij.doc.in d.l.si quis in fundi vocabulo Bal in rub.C.de contrah.emp & Bart.in d.l.demonstratio.Neque si via publica pro vno fine sit adiecta,quæ in aliis petiis terræ venditis verificetur,sitque intermedia,ob hoc dicetur exclusa dicta petia.de qua dubitatur,vt colligitur ex his,quæ voluit Alexan.in consi.cxx.lib.ij.Imo via intermedia posita pro finibus omnes petias æque amplectitur,cũ generaliter,& non magis pro vna petia,quam pro alia fuerit in finibus apposita. Denique si contingeret vná demonstrastrationem esse falsam,sufficeret, alias veras esse:quin immo duæ tátum veræ sufficerent ad tradita per Bal.in d.l.demonstratio.d.l.forma.& scribẽ. communiter in d.l.si quis in fundi vocabulo.& Bar.in l.j.in fin.ff.de dote præle.Possent fortasse in hac materia plures aliæ tam iuris,quám facti coniecturæ considerari,sed quia hę,quas retuli,in casu quęstionis adesse reperiebãtur, ex illis respondi petiam terræ. de qua dubitabatur, omnino emptionem comprehensam esse.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Iura correctoria, & pœnalia simul non extenduntur ad casus non expressos, stante aliqua rationis diuersitate, & concurrente præiudicio iuris iam alteri quæsiti.*

Quæstio 49.

AN dispositio authent. minoris debitor. Cod. qui dari tuto. vel cura. poss. locum habeat in tutore etiam testamentario, vt si creditorem, vel debitorem pupillorum se esse ante susceptam administrationem non declarauerit, sit omni commodo iuris sui priuatus? Prima facie ex tex. in d. auth. minoris, & in corpore, vnde sumitur, videtur inferendum, quod sua qualibet actione priuatus sit, nam illa iura tanquam generaliter loquentia omnes tutores & per consequens etiam testamentarios complectuntur, vt volunt gloss. communiter. quarum sententiam à quam pluribus recepta est: Sed tamen ea limitata reperitur, quando testator ignorauerit ipsum tutorem esse creditorem, vel debitorem, secus, si sciuerit, quoniam tūc illum approbasse censetur secundum Guliel. de cuneo, quem refert, & sequitur Bar. in d. auth. minoris. in l. pater filio. ff. de procur. in l. post legatum. §. amittere. ff. de his, quibus vt indig. & in consi. 146. Roma. in consil. cxx. Bald. in l. cum in eo. ff. de pact. qui refert Azonem sibi contrarium fuisse hanc opinionem sequutum, Cy. in d. auth. minoris, & ibi Bald. & Alberi. qui dicit hoc communiter seruari, Ioan. Andræ. in additio. ad Specu. circa medium. Pau. de Cast. & Ange. in d. l. pater filio. & in d. l. cū in eo, & ibi Alex. in apostil. Angel. & gl. in §. fin. insti. de aucto. tuto. & in d. auth. minoris. Et quamuis nonnulli contrarium dixerint, tamen sententia eorum crebro non est recepta, & in puncto iuris præcedens communis declaratio mihi semper magis placuit. Quæ ita probari potest, Nam in rubrica, & in §. j. in auth. vt hi, qui obl. solum ij tutores & curatores comprehensi videntur, qui à lege vocantur, & in d. auth. minoris illi, qui à iudice dantur, quoniā d. auth. posita fuit ad correctionem l. creditorem, C. eod. titu qui da. tut. quæ loquitur de datiuo. Situata etiam fuit sub illo titulo qui da. tut. vel cura. in quo solum de datiuis agitur, ex quo fit, vt absonum minime sit dicere iura prædicta intelligenda fore secundum materiam suorum titulorum, veluti sæpe scrib. arguunt ex l. imperator in fi. ff. de in di. addict. Cum itaque d. auth. sit correctoria, & pœnalis, ac expresse loquatur de legitimo, & datiuo, tutore, infertur, illam non habere locum in testamentario, in quo ratio diuersa militare dicitur, vt quando testator scienter creditorem suum in testamento reliquerit tutorem
1 secus si ignoranter, vt fatentur scrib. proxime relati. † Non enim cōuenit iura correctoria, & pœnalia simul extendi ad casus non expressos, stante aliqua diuersitatis ratione, & concurrente præiudicio iuris iam alteri quæsiti ad nor. per Bartolum & Moder. in authen. quas actiones col. vlt. C. de sacros. eccl. l. fi. C. de interd. matri. l. præcipimus. C. de appella. Bar. in l. si constante in prin. 9. q. ff. sol. matr. & in l. minoris. col. j. ff. qui pe. tut. & late habetur per Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matri. Alex. plene in consi. 50. col. pen. lib. 2. & huic opinioni tāquam veriori, & æquiori adhæreo, quod iura antiqua loquentia de testamentario tutore, quem testator creditorem suum esse sciuit, incorrecta remanserint, & quod quælibet testatoris scientia aliter etiam, quam ex verbis testamentis apparens sufficiat, vt est de mente scribentium fere omnium (excepto Salice.) qui tenent, iura authenticorum in tutore testamentario locum sibi non vendicare, quamuis nonnulli verba Bart. aliter, & male fuerint interpretati, nam ipse, & cæteri omnes in d. l. auth. minoris generaliter loquuti sunt: Imò (diligenter animaduertendo) mens Bart. & aliorum fuit, quamlibet scientiam testatoris vndecūque collectam sufficere, vt ex iuribus, & rationibus suis colligitur. Quod si etiam verba Salice. in d. auth. minoris, sanis oculis inspiciātur, luce clarius constabit Salicetum illud affirmasse fretum authoritate Guliel. distinguentis, vt supra inter scientem, & ignorantem testatorem, non autem ex suo capite cōtrariam sententiam tenuisse: Sed verba Guliel. potius inferunt, quamlibet scientiam testatoris sufficere, quàm vt necesse sit, eam ex verbis testamenti apparere. Hæc enim sunt verba Guliel. quæ ad vnguem refert, & sequitur Alberi. in d. l. cū in eo. ff. de pact. dicens iura authenticorum locum nō habere in tutore testamentario, quem testator creditorem suum sciebat, & maxime si testator de credito in testamento mentionem fecisset. Nam dicendo maxime innuit, idem esse etiam si aliter sciuerit, vt sunt iura adeo aperta vt illa allegari nō oporteat. Ecce igitur, quam clare Guliel. cuius fuit illa distinctio inter scientem, & ignorantem testatorem, voluerit non referre, vnde scientia testatoris appareat, quod sequitur Alb. in d. l. cum in eo. Et est de mente Bart. & aliorum communiter, qui Guliel. distinctionem simpliciter, & indistincte receperunt: ergo cum Salice. Guliel. sententiæ adhærere voluerit eo modo, quo Guliel. ipse intellexit, & nō aliter, vt constat, dum inquit, si verba Guliel. corrupta non habeantur, ex quo in libro suo corrupta erant, & aliter se habebant, vt patet ex prædictis, opinioni Saliceti, prout descripta reperitur, non est standum, sed potius præsumendum ipsum aliter dicturum fuisse, nisi eius liber mendosus extitisset. Et ex his remanet firma conclusio, quod tutor testamentarius creditor, vel debitor pupillorum, quem talem esse testator sciuerit, iurium suorum commodo non priuatur, si creditum, vel debitum ante susceptam administrationem tacuerit.

SVMMARIVM.

1 *Probatio decisionem causæ, & victoriam respicit.*

2 *Confirmatio generalis statuti, vel alterius actus cū clausula ex certa scientia non extenditur ad personas alias sub statuto vel actu non comprehensas in eorum præiudicium.*

3 *Confirmatio vt ex certa sciētia dicatur facta, quid requiratur.*

4 *Statutum remouens probationem testium dicitur odiosum, correctorium, exorbitans, & inualidum, nisi iustissimam causam præ se feras.*

Quæstio 50.

AN STATVTVM, quod prohibet debitum vltra libras centum posse per testes probari, seruandum sit cōtra personas ecclesiasticas etiam in foro seculari litigantes? Omittendo breuitatis causa, quæ longe ad rem faciunt, quæ traduntur in c. j. & in c. ecclesia. S. Mariæ extra de constitu. & in ca. quod clericis. de foro compet. concludendum esse arbitror, id statutum contra clericos, aliásque personas ecclesiasticas locum non habere, veluti in terminis huius statuti volunt docto. communiter, videlicet Calde. in disputa. incip. statuto ciuitatis & c. in fin. Anch. in regula ea, quæ colum. pen. de regul. iur. in vj. & in c. j. quasi circa fi. in versi. Pro confirmatione præcedentis quæstionis extra de constitutio. Imola in c. cū contingat de iureiuran. in xxviij. charta. Paul. de Castr. in l. omnes populi colum. vltim. ff. de iustit. & iure, & in l. ij. in princip. col. iij. de eo, quod cert. loco, cuius sententiæ ratio clara esse videtur secundum Decium in capitul. ij. extra de probat. col penul. qui hanc opinionem te-
1 nuit. Nam † probatio decisionem causæ respicit, cum ab ea victoria dependeat. l. qui accusare. C. de edend. Bartolus in l. ictus fustium in fine. ff. de his qui notan. infamia. quem sequitur, Aret. in cap. dilecti column. penultim. extra de iudic. Faciunt no. per Bar. Alexand. &

alios in l.properandum.§.j.C.de iudi.Bart.in l.cum lite mota, ibique Alex.ff.iu.l.solui.Merito propterea clerici tali statuto ligari non possunt:quod quidem sequitur Felin.etiam in dicto capitul.secundo de probatio. colum.quinta in versi.quinto intellige:Et hæc est communis sententia, à qua neminem recessisse reperio.Nec obstat, statuta ciuitatis fuisse à sede apostolica confirmata, cum clausula ex certa scientia, dummodo non
2 sint contra libertatem ecclesiæ.Quia †illa confirmatio statutorũ solum quo ad res,& personas operatur, quæ alias,& ex sui natura in statutis comprehendebantur, non autem facit, vt res, & personæ alias non comprehensæ comprehendantur. iste enim non est effectus confirmationis Papæ factæ etiam ex certa scientia nisi in cõfirmatione expresse diceretur, q statuta in tali casu alias non cõprehenso locũ haberent, vt colligitur ex his, quæ voluit Fel.in c.ij.de rescr.nu.19.& 20.& in nouis sub.nu 39.xl.& xlj.&clarius ex his, quæ habentur in consil.posito inter consilia Alexan.cxxij.colum. penul. libr.iiij.iuncto consi.præcedenti.Sed statutum, de quo agitur, alias regulariter personas ecclesiasticas non comprehendit, vt supra dixi.Ergo generalis confirmatio apostolica, quamuis ex certa scientia sit facta, non debet, nec potest facere, vt statutum illas ad earũ præiudicium comprehendat, per ea, quæ late habentur in d.consi.& per Alexã.in consil.lix.viso instrumento.co-
3 lumn.penultim.libr.j.Præterea† confirmatio generalis, & indefinita facta cum clausula ex certa scientia, dicitur esse ex certa scientia, quando etiam causa cognita facta reperitur, vt quia hoc confirmatione exprimatur, veluti habetur in dict.consi.cxxiij.col.vij. cum sequent.vbi ita concluditur post Ant.Bald.& alios ibi allegatos:hæc enim duo requiruntur, videlicet clausula ex certa scientia,& cognitio causæ, vt ibi:vel q in confirmatione facta cum clausula ex certa scientia, id exprimatur, quod voluit confirmans debere comprehendi, aut totus tenor actus,& dispositionis confirmatæ fuerit in confirmatione descriptus, vt probatur ex iis, quæ habentur in c.ij.examinata,& in c. penult.per Abb.& alios de confir.vti.vel inuti.cum pluribus in d. consi.& alibi traditis.Alioquin confirmatio in forma communi facta diceretur, nec vires confirmationis factæ ex certa scientia haberet, quamuis esset apposita clausula ex certa scientia in confirmatione facta simpliciter, & per verba generalia, atque cum clausula dummodo non sint contra libertatem ecclesiæ, vt in consil.& locis præallegatis,& per Felin d.c. ij.nu.xix. cum seq.extra de rescript. Vnde cum non appareat, confirmationem in casu isto fuisse factam cum cognitione causæ, neque in illa tenorem statuti, de quo agitur fuisse expressum:imo nullam de eo mentionem factam esse etiam per verba generalia:propterea confirmatio in forma communi facta, & illius vim habere, haud cõfirmationis factæ ex certa scientia dici debet, licet in ea clausula ex certa scientia fuerit expressa. Quo fit, vt huiusmodi confirmatio generalissima,& indefinita non operetur, quod illud statutum locum habeat contra personas ecclesiasticas,& ad illarum præiudicium, vt ipsæ per testes debitum vltra libras centum probare non possint, quoniam eo pacto probandi facultas restringeretur contra. l. quoniam.C.de hereti.Nec non fieret contra dispositionem iuris diuini, naturalis,& positiui, quæ est, q in ore duorum, vel trium stet omne verbum.c.in omni.de testib.traditur in c. ij. vbi docto.omnes extra de proba. cum simil Ne igitur ita facile ius diuinum, ius naturale,& ius canonicum, & ciuile in totum corrigantur, dicendum est, q statutum huiusmodi sic confirmatum solum inter seculares locum habeat,& non contra personas ecclesiasticas, quibus Papa præiudicare noluisse videtur, maxime clausulam illam adiiciendo, dummodo non sint contra libertatem ecclesiæ: Et dato, sed non concesso, q confirmatio fuisset ex certa scientia, tamen ea trahi non debet ad personas alias in statuto confirmato nõ comprehensas ad earum præiudicium,& contra om-
4 nes iuris regulas,†cum statutum sit odiosum, correctorium, exorbitantissimum,& regulariter nullum, atque inualidum, nisi in causa valde iusta fundatum fuerit, vt est tex.cum ibi not.in d.c.2.de probat.Potuissem multa in hanc sententiam adducere, sed his contentus ita iuris esse putaui.

SVMMARIVM.

1 *Filia extantibus masculis descendentibus, non admittitur in acquisitione rei pro se,& liberis masculis,& pro ipsorum liberorum descendentibus ex linea masculina.*

Filia non potest dici de linea masculina.

2 *Descendens per masculum dicitur etiam fœmina.*

3 *Filiabus proprijs descendentes, & liberos masculos esse præpositos, quando arguas idẽ esse in neptibus & proneptibus & quando non.*

Quæstio 51.

TITIO emente, seu aliter acquirente rem pro se, & eius liberis masculis, & pro ipsorum liberorum heredibus descendentibus per masculum, vtrum fœmina, quæ esset neptis, vel proneptis comprehendatur ad exclusionem masculorum licet ipsi alias in emptione, & acquisitione filiabus propriis præpositi essent? Concludendum esse videtur, quod fœmina neptis, siue proneptis primi emptoris, vel acquirentis admitti debeat, exclusis aliis descẽ-
1 dentibus masculis ex dicto primo emptore, †quoniã & si filia non debuisset admitti, extantibus aliis masculis descendentibus, quando res fuisset empta, seu acquisita pro se,& liberis masculis,& pro ipsorum liberorũ descendentibus ex linea, seu de linea masculina, cum filia non possit dici de, seu ex linea masculina, quia ab ea linea fœminina incipit, vt voluit Paul.de Castr.in l.maritus.C.de procurat.& in l.gallus.§.nunc de lege. ff.de liber.& posthum.quo casu idem iudicandum est de capite descendentium ex linea fœminina, quod de descendentibus à capite iudicatur per dict.l.maritus. iunctis ibi not.per Cyn.inducendo, vt per Alexan.in dict.§.nunc de lege.tamen quando res fuisset empta, aut aliter acquisita pro se,& liberis masculis,& pro descendentibus per virilem sexum, vel per masculum, prout in casu isto, fœmina quoque descendens à masculo comprehendi debet, vt not.voluit Alexand.affirmans se ita consuluisse in d.§.nunc de lege.& hoc probat ex glo.ibi in ver.nam & si in vltima parte, p quam Bal.& alij docto.volunt, quod si quis accipiat emphyteusim pro se,& descendentibus suis virilis sexus, seu per virilem sexum, comprehendatur neptis ex filio.Facit secundum Alexan.text.in l.lege xij.tab.in ver.vtique.C.de legit here.in § item vetustas Insti.de hered. quæ ab intest.& in l.ij.§.j ff.de suis,& legi.Neque huic sententiæ obstant illa, quæ contra Alex.adducit.Soci. in d.§.nunc de lege.co.ij.volens, quod fœmina ex masculo non excludat alios masculos, quando dictũ fuisset pro se,& descendentibus per lineam masculinam. Licet enim ea sit de descendẽtibus per virilem sexũ, non tamen per lineam masculinam, per quam ille dicitur descendere, qui est de linea, seu in linea masculina, in qua fœmina non est, immo nouam lineam, hoc est fœmininam facit, vt supra.Nã respondetur, in casu proposito nõ fuisse dictũ pro descẽdẽtibus per lineã masculinã, sed pro descẽdẽtibus per masculum,
2 † quo casu comprehenditur etiam fœmina descendens, vt præsupponunt omnes, & Socinus ipse in dicto.§.nũc de lege.Ex quibus infertur, de mente cõtrahentium

hentium non fuisse, vt masculus descendens excluderet fœminas descendentes per masculum, cum ex verbis, quibus in dubio stãdum est, & ex quibus in dubio mens colligitur. l. non aliter. ff. de lega. iij. comprehendatur fœmina descendens per masculum etiam in casu, quo quis contrahendo voluit masculis acquirere, vt doctor. omnes post glo. in d. §. nunc de lege, volunt, atque exẽplificant, & hæc sunt expresse etiam de mente Alex. in consil. xxiiij. libr. 5. col. iiij in versicul. Præterea &c. qui voluit fœminam admitti debere, quando res pro descendentibus per masculum fuit acquisita. Ex quibus colligitur intellectus illorum, quæ dixit Alexandr. in consil. xliij. lib. iij. qui loquitur, quando emphyteosis concessa esset alicui pro se, & liberis ex linea masculina descendentibus, quo casu fœmina non cõprehenditur, secus si pro heredibus descendentibus per masculum, vt est in casu nostro per prædicta. Nec obstat, quod emptor emendo prætulerit descendentes, & liberos masculos filiabus suis & ex hoc vrgens cõiectura colligatur, quod voluerit eosdem præferre neptibus suis descendentibus per masculum argumen. l. si viua matre. C. de bon. mater. & faciunt, quæ habẽtur per Alex. in d. consi. xliij. colum. penul. versicul. fortifi-
3 co &c. †Quia primo respondetur Alex. ibi loqui, quãdo ex verbis inferretur quod disponens noluisset fœminis acquirere, masculis extantibus, vt quia dixisset pro descendentibus de, seu ex linea masculina, vt supra. Vel quando saltem ex verbis expressis non comprehenderetur fœmina descendens, vt quia esset dictũ pro descendentibus per lineam masculinam, vel ex linea masculina. Secus quando verba talia fuissent expressa, quæ fœminas descendentes per masculum comprehenderent, vt est in casu isto per prædicta. quia tũc licet filiæ ex verbis expressis exclusæ essent, non tamen aliæ fœminæ descendentes, quæ ex verbis dispositionis, & contractus comprehenderentur, nam in incertis, & non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. Respondetur etiam quod cũ emptor expresse voluerit filias suas esse exclusas extantibus masculis, & descendentibus per masculum, & consequenter extantibus neptibus, seu proneptibus per masculum descendentibus, non debent neptes, seu proneptes, quæ ex verbis contractus comprehendebantur dici exclusæ, vt voluit Paul. Castr. in consi. lxxix. incip. casus iste frequenter contingit, Andr. Barb. in l. cum acutissimi. C. de fideic. & in consi. suo posito inter consilia Alexand. num. liij. lib. iiij. col. vj. cum sequent. Præterea, filiabus erat prouisum in aliquo casu, vt admitterẽtur, & ideo solum admittuntur in casu, quo fuerunt vocatæ. At proneptes nunc debent admitti, cum in aliquo casu expresse non sint vocatæ, & sic diuersa est ratio in filiabus, & in aliis fœminis descendentibus: & sicut filiæ in certo casu vocatæ debent in illo admitti. ita descendentes fœminæ per masculum admittẽdæ sunt in casu, in quo ex verbis possunt dici vocatæ, videlicet ex illis, & pro ipsorum liberorum heredibus descendentibus per masculum per prædicta: ex quibus ita concludendum esse respondi. Idque multis iuris articulis manifestissime expressum est, & continetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super possessorio restituenda principaliter educto est proprie diffinitiua.*
2 *Requirit ordinem iuris, sicut qualibet diffinitiua.*
3 *Ab ea regulariter de iure canonico appellatur quoad vtrunque effectum, secus de iure ciuili, & nu. 8.*
4 *Causa commissa à sede apostolica dicitur apostolica.*
5 *Ius canonicum in terris ecclesia, & in causis apostolicis, siue à papa delegatis seruari debet.*
6 *Clausula appellatione remota in quibus operetur.*
7 *Appellationi à sententia diffinitiua, vel lata super possessorio restituenda est à iudice deferendum, eoque non deferente, à iure delatum esse censetur.*
9 *Appellatur etiam ab interlocutoria de iure canonico sed non de iure ciuili.*

Quæstio 52.

AN iudex, cui à papa causa possessorij, vel spolij fuit commissa cum clausula, appellatione remota, possit sententiam latam contra possessorem, à qua fuit appellatum, sed non admissum, executioni mandare? Inhærendo veritati, concludendum esse arbitror, illum non posse, quia præsupposito (prout
1 verum est) † quod sententia lata super possessorio restituendæ sit proprie diffinitiua, vt probatur in clemen. prim. & ibi gl. & doct. omnes de sequestra. pos. & fruc. quando possessorium fuit principaliter deductum, vt
2 ibi. Et ideo † talis sententia ordinem iuris requirit, sicut qualibet diffinitiua, glo. in c. consultationibus. de officio delega. vbi docto. communiter hoc attestantur.
3 †Et ab huiusmodi sententia regulariter (de iure cano. loquendo) quo ad vtrunque effectum appellari potest c. cum ad sedem, ibique Anton. Abb. & cæteri de restitu. spolia. & in d. clem. j. Et ita tenent Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Bald. in l. ij C. de episcopali aud. & doctor. maxime Moder. in c. cum cessante column. viij. de appella. Et cum simus in causa
4 à sede apostolica commissa, † quæ dicitur apostolica argumen. cap. vt nostrum de appellat. cum his, quæ ponit Bal. in l. si vt proponis. la j. col. viij. C. quomod. & quan.
5 iud. † ius illud canonicum seruandum est, & maxime cum simus in terris ecclesiæ, & litigantes sint forenses non subiecti statutis huius ciuitatis. in qua causa fuit commissa, vt probatur in capitulo. quod clericis. cum materia de foro competen. capitul. si duobus in fin. de appel. Alex. in consi. clxxvj. lib. ij. & est glo. in capit. consuetudo in ver. deficit. j. distin quæ dicit, delegatũ papæ debere secundum canones iudicare. Sequitur ex his, quòd in casu nostro potuit à sententia lata appellari etiam quo ad effectum suspensiuum, licet cau-
6 sa fuerit commissa appellatione remota, † quod enim de hac clausula dicitur eam operari, ne iudex teneatur appellationi deferre, & à sententia appellari non possit, quin executioni mandetur, & sic vt appellatio solum effectum deuolutiuum, haud suspensiuum operetur, locum habet in sententiis interlocutoriis, & ita intelligatur id quod volunt Abb. in c. vt debitus de appel. & Imola, & Moder. in c. pastoralis. in princi. eodem titu. non autem in sententiis diffinitiuis, à quibus appellatur etiam quo ad effectum suspensiuum, quia pendente appellatione nec executio fieri, nec a-
7 liquid per iudicem à quo attentari poterit: † Et iudex huiusmodi appellationi, sicut aliis à sententia diffinitiua interpositis deferre tenetur Bald. in addi. ad Specu. in tit. de execut. sententiæ circa princi. versicul. si appellatum, & præsertim hoc procedit, quando in appellatione à diffinitiua esset iusta causa expressa, vt volunt Moder. maxime Præpos. Mediol. in d. c. vt debitus column. iiij. in notabilibus, & sequitur Abb. ibi per text. in ca. cum Ioannes heremita de fide instrument. Faciunt no. per Ange. post Bald. in l. fin. C. de sentent. qui dicunt, clausulam appellatione remota operari suos effectus circa sententias interlocutorias, & non circa diffinitiuas. Propterea infertur, quod siue iudex à quo detulerit appellationi, siue non, sententia lata in possessorio non poterit executioni mandari, nam appellationi à diffinitiua ius defert, quãuis iudex non detulerit, vt habetur in ca. cum appellationibus. in fin. de appellatio. in vj. in c. sæpe, & in c. de priore extra e.
8 Et † quamuis de iure ciuili à sententia lata super possessorio nequeat appellari saltem quo ad effectum suspensiuum, vt illius executio impediatur, vt est text. not. in l. vnica. C. si de momen. possess. §. de possessione. ij. quæstio. vj. Tamen secus est de iure canonico, vt su-

pra dixi,& tenent doctor.magis communiter,& gloss.
in d.§.de possessione,Cardin.plene ponit,& examinat,
& tandem istud sequitur in clement.j. de seq.possess.&
fruct.in princ.in ij.opp.& in fi. in iij. quæstio. vbi ali-
quos allegat contrarium tenuisse,sed multo plures ad
ducit magis communiter secutos esse , appellari pos-
se quo ad vtrunq; effectum de iure canon.quoniam ta
lis sententia est diffinitiua,vt dixi supra , & concludit
Cyn.& Bar.in l.ij.ff.de appella.recip. gl.in d. c.cũ ad se
dem de restit.spol.& in d.l.clemen. j. vbi Cardin.post
alios,quos allegat : Specula.in titulo. de appella.§.in
quibus versic.vj.& ibi Ioan.andræ. qui & ibi,& in c.ij.
de rescript.respondet textui in d. §. de possessione , vt
videri potest.Et hanc opinionem,quod de iure cano-
nico possit ab huiusmodi sententia appellati, & appel
latione pendente , sententia executioni mandari ne-
queat,vltra adducta,volunt Ioannes And.Ant. Abbas.
Cardinalis.& alij communiter in d.capitu.cum ad se-
dem per textum in capit.significauerunt de testibus,&
in cap.ex conquestione de restitution. spoliatorum.Et
ita etiam doctores Legistæ communiter tenere viden
tur in d.l.vnica.C.si de momentanea possessione, & ita
tenet gloss.penulti.circa fin.in d.c.cum ad sedem,quæ
in hoc facit differentiam inter ius ciuile , & canoni-
cum:Sed de iure ciuili secundum Bartol.& Cyn.in d.l.
vnica,& in d.l.ij.ff.de appellation.recip. appellari po-
test quo ad effectum solum deuolutiuum, sed non su-
spensiuum,quia sententia potest exequi.d.l.vnica,Ergo
de iure canonico,quod in hoc plus , quam ius ciuile
concedit , debet posse appellari etiam quo ad effectũ
suspensiuum,vt appellatione pendente sententiæ exe-
cutio fieri nequeat.Et ita pro constanti teneo, & sem-
per in hanc partem consului. Concludendum est ita-
que,quod cum simus in terris ecclesiæ, & causa sit apo
stolica,vt dictum est,seruari debet ius canonicum , qꝫ
9 multum fauet appellationibus,vt patet,quia †regulari
ter de iure canonico etiam ab interlocutoria appella
ri potest,sed non de iure ciuili.l.ante sententiam,&ibi
Bar.& alij.ff.de appella.recipiend.

SVMMARIVM.

1 *Indemnitatis promissio quid contineat remissive.*
Conuentio,eiusque effectus illi conuenit , cui verba conueniunt.
3 *Verba , quæ ex sui generalitate ad plura tempora se habere possunt , capiuntur secundum tempus, quod prius euenerit.*
4 *Interpretatio verborum fit secundum naturã contractus,etiam illa impropriando, & nequis indebitè damnum patiatur.*
5 *Conductori datij fit remissio propter guerram, vel pestem post contractum superuenientem.*
6 *A iuramento,à promissione,aliisque actibus legitimis receditur ex causa superueniente.*

Quæstio 53.

SI pactum sit in instrumẽto locationis Datiorum,
Locatores teneri in casu pestis , aut guerræ con-
ductoribus remissionem facere , & pestis euenit,
post dictum contractum , ante tamen ingressum qua-
si possessionis datiorum,an remissio sit facienda? Vi-
detur quippe concludendum esse, quod locatores te-
neantur remissionem facere,ipsosque conductores in-
demnes conseruare à damno,quod tempore suæ con-
ductionis, suique datij passi sunt propter pestem ge-
neralem,cuius sæuitia tanta fuit , vt multa hominum
millia in ciuitate perierint:quoniam ex forma capitu
lorum locatores se obligarunt ad remissionem , re-
staurum & ad indemnitatem damni , quod conducto
res paterentur tempore suæ conductionis,propter pe-
1 stem generalem:†Quid autẽ sub hac indẽnitatis pro-
missione veniat,habetur in l.quæro,& ibi Bar.in prin
cip.ff.locati.Sed conductores passi fuerunt damnum
tempore suæ conductionis proueniens à peste gene
rali,ergo &c.Et si diceretur, illos non fuisse passos da
mnum istud propter pestem generalem,quæ esset tem
pore conductionis,sed ante. Respondetur,quòd non
fuit dictum de damno contingente propter pestem,
quæ esset tempore conductionis , sed generaliter fuit
conuentum de damno conductionis tempore contin
gente propter pestem præcedentem,siue propter eam,
quæ conductionis tempore vigeret,damnum contige
rit,verum erit dicere,quòd conductores damnũ passi
fuerint propter pestem , & ideo ipsis remissio facien
2 da erit, †quia huic casui verba conuentionis conue-
niunt,ergo etiam conuentio, eiusque effectus conue
nire debet argumen.l.iiij.§.toties. ff. de damn. infect.
l.in fraudem in fin.de milit.testa. & l.j.ad finem. ff. de
aleato. Cùm etiam illa verba propter pestem sint ge
neralia,& simpliciter posita,debent intelligi generali
ter.& simpliciter , quomodocunque damnum tempo
re sub conductionis habuerint propter pestem , non
distinguendo,an præcesserit, an vero conductionis
3 tempore viguerit:Nam †verba, quæ ex sui generalita-
te ad plura tempora se habere possunt , capiuntur se-
cundum illud tempus,quod prius euenerit.l.si quis ita
in princip.ff. de adim.legat. Item verba generaliter
posita generaliter sunt intelligenda.l. de precio. ff. de
publicia.l. quicquid in princip. ff. de verborum.obli-
gation.& l.prima.§.generaliter.ff.de lega.præstan. Et
cum verba huiusmodi propter pestem possint dupli-
citer intelligi,vt supra,in dubio sunt intelligenda , &
interpretanda contra locatores ad fauorem condu-
ctorum , illius enim est imputandum , si legem aper-
tius sibi non dixerunt,in quorum potestate fuit legem
apertius conscribere. l. veteribus , vbi casus in termi-
nis.ff.de pact.Præterea fuit exceptus casus pestis pro-
pter damnum,quod ex ea tempore conductionis con
tingere poterat,vt in capitulis,& hæc fuit causa hu-
iusmodi exceptionis,sed maius damnum cõtingit ob
mortes hominum post pestem finitam,quam ea immi
nente,Ergo verisimile est,contrahentes voluisse com
prehendere casum damni contingentis etiam ob pe-
stem præcedentem tempore suæ conductionis , quia
sic conductorum indẽnitati magis prouisum esse cen
setur. Ergo casus omissus continetur sub expresso
ex mente contrahentium.Cunque insuper agatur de
4 damno conductorum propter pestem,†fieri debet in
terpretatio talis(maxime cum ex natura contractus
dãnum contingens ad locatorem , & non ad condu-
ctorem spectet) vt remissio conductoribus sit facien-
da,quia verba semper intelligẽda sunt etiam illa im-
propriando secundum naturã contractus.l.si vno.ff.lo
ca.si stipulatus.ff.de vsur.Barto.& alij in l.damni.ff.de
damno infecto.Item ne quis indebite damnum patia
tur.cap.suggestum.de decim.& c.dudum.de priuileg.
Vltimo facit,quod voluit Bar.quem sequitur Paul.Ca.
in l.cum in plures.in princip.ff.loca.de eo,qui condu
xit hospitium,vt transeuntes reciperet,& tempore cõ
ductionis suæ propter guerram,vel pestem homines
non transiuerunt,ipsi enim est facienda remissio. Si
militer faciunt tradita per Bald.in l.ex conducto.§.si
vis.ff.loca.& in l.si ea lege.C.de vsur.vbi Cyn.voluit,
5 quòd †si conductor datij passus fuerit damnum pro-
pter guerram,seu pestem post contractum superueniẽ
tẽ,ei remissio fieri debet,Sed in casu nostro conducto-
res damnum intolerabile passi sunt propter pestem,
quæ post celebratum contractum superuenit , Ergo
idem dicendum est:Nam , vt ad propositum dicit Pe
trus de Ancharano in consil.ccciij.column.secunda.
6 †regulariter ex causa superueniente receditur à iura
mento,à promissione,& aliis legitime celebratis,qua
si sub ea conditione contractum sit,si res in eodẽ statu
remanserit,vt habetur in c.quemadmodũ.de iureiur.

si cum

l.si cum Cornelius.ff.de solut.& not.in c.tua nuper.de his,quæ fiunt à præla.cum simil. Et ex his concludendum videtur,remissionem fieri debere.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis spontanea, quæ sponsalia de futuro etiã vi contracta sequuta sit,facit præsumi matrimonium de præsenti contractum: Secus si violenta, & coacta fuisset.*

2 *Metus,& vis ex loco argui potest.*

3 *Mens alicuius qualis fuerit,ex præcedentibus, & subsequentibus colligitur.*

4 *Copula carnalis an spontanea, an coacta fuerit, præsumptiue probatur.*

5 *Confessio facta etiam in iudicio reuocatur quandocũque ex interuallo,& postquam scripta est, vbicũque error constet.& probari possit.*

Quæstio 54.

SPONSALIBVS contractis inter virum, & mulierem, sponsa foris existens ob pluuiam fugiendam ad domum sponsi deducta est, & finita pluuia cum inde vellet discedere,vi detenta,oppressa, & demum carnaliter à sponso cognita fuit, ea & ante,& postea conquerente,plorante,ac sæpius exclamãte,Quæsitum est, vtrum ex hac carnali copula matrimonium inter ipsos de præsenti cõtractum præsumatur. Et præsupposito, quod dicta mulier fuerit per verba de futuro desponsata,certum est,& hæc senten-
1 tia in iure vtimur, † quod si postea carnalis copula inter sponsos sequuta fuerit, matrimonium inter eos dicetur præsumptione iuris,& de iure,cõtra quã probatio in contrarium non admittitur,vt in c.is,qui fidem de sponsal.c.de illis.c.super eo.c.per tuas.de condi.appo. etiam si per vim sponsalia contracta essent,quoniã carnalis copula subsequens vitium metus, & violentiæ tollit,& purgat.c.ij.de eo,qui dux.in matri. quam poll.per adult. Sed hoc verum est, quando carnalis copula subsequens fuit spontanea, vt quia post sponsalia de futuro contracta etiam vi,vel metu fuisset subsequuta carnali copula, cui sponsa sponte consensisset,vt est tex. clarus in c. insuper qui matrimonium accusa.poss.vbi notab.casus, q si cum impubere muliere metu,& violenter fuerint sponsalia per verba de futuro contracta, deinde pubertate superueniente carnaliter à sponso cognita fuerit,ipsa consentiente, matrimonium tenet, illique standum est, tanquam præsumptiue contractum sit per verba de præsenti. Ergo ex illo tex.infertur secus esse,si ipsa vi,aut metu copulæ carnali consensisset:itaque illum tex.ad hoc ponderant Innocen.& Abb. Pro quo etiam est decisio clara Abb. post alios in c. consultationi.de sponsal.quod si mulier post sponsalia de futuro vi,& metu contracta. fuerit carnaliter cognita vi præcisa,vt quia fuerit detenta,& oppressa,veluti hoc in casu contigit, vel vi cõditionali,videlicet metu mortis,aut cruciatus corporis,tunc non purgatur metus,seu vis illata prius tempore,quo sponsalia contracta fuerunt: imo si sponsalia de futuro fuissent sponte cõntracta, deinde sponsa fuisset cognita per metum,aut vim,& non sponte,matrimonium non validatur tanquam per verba de præsenti contractum,nec illi mulier stare tenetur, quoniã ex quo per copulam carnalem subsequutam matrimonium etiam alias inualidum conualidatur. vt in dict. c.ij.& in d.c.insuper.cum ibi not.idcirco talis ratihabitio spontanea esse debet,& non meticulosa, nec violenta,alioquin vis, & metus matrimonium vitiaret, nullúmque redderet.d.c.consultationi.& c.cum locũ. de sponsal.Quare cum mulier seu sponsa in occurrenti casu ob pluuiam ad domum sponsi ducta fuerit,ibique detenta, & oppressa, cum illinc discedere voluerit,& non potuerit, ideoque sæpius exclamauerit, ac valde conquesta fuerit,vt per plures testes probatum fuit,apparet euidenter,& infertur ex his, illam sponte carnali copulæ non consensisse. ad hoc enim, vt sponte consensisse præsumeretur, necesse fuisset, eam fuisse cognitam in domo, in qua nihil eam timere oportuisset,argumento.d.c. cum locum.ibi mandamus, quatenus puellam de cuius matrimonio quæstio ventilatur,in domo, in qua nihil eam timere oporteat,fa-
2 cias honeste teneri &c.per quem tex.colligitur,†ex loco argui, & colligi posse metum & vim, & an mulier sponte, an metu copulæ consenserit: & propterea ex hac copula matrimonium inseparabile arguere non possumus.Et non solum probatum fuit,mulierem prædictam ob pluuiam fugiendam ductam in domum sponsi,finita pluuia,voluisse illinc discedere,exclamauisse sæpius,& conquestam fuisse,ibidémque detentã, & oppressam, sed post copulam quoque carnalem commissam statim sæpius similiter exclamauisse,conquerendo plorauisse, & alia fecisse, quæ arguebant, ipsam violenter fuisse cognitam, neque sponte carna-
3 li copulæ consensisse,quoniam †ex præcedentibus, & subsequentibus colligitur, qualis mens alicuius fuerit.l.si seruus plurium,in fi.ff.de legat.j.Colligitur etiã ex iis,quæ tradit Bartol.in l.si quando.Cod. vnde vi,& habentur per Imo.Abb.& alios in cap.fina. quod met. cau.vbi ad probandum furtum, quod communiter fit secrete, sufficit probare, quod quis antea domi habebat, & de nocte dominus auditus fuerat exclamare sibi furtum factum fuisse:in iis enim quæ fiunt secrete communiter, admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur.c.tertio loco.vbi Abb Felin.&
4 Moder.de probationib. †faciunt ea, quæ habentur in c.literis.cum sequenti. de præsumptionib. vbi ad probandam copulam carnalem, quæ communiter in loco secreto fit,admittuntur probationes præsumptiuæ & non necessario concludentes:facit id,quod not.gl. in dict.cap.fin.quod met.cau.Ita ad probãdum,quod aliqua non sponte consenserit copulæ carnali, sufficient probationes præsumptiuæ,& verisimiles,& consequenter ex præcedentibus,ac subsequentibus actibus,& quærelis arguentibus consensum non spontaneum.Et ex his tollebatur vnum,quod contra mulierem,& sponsam facere videbatur,videlicet quia ipsa confessa fuerat se post sponsalia de futuro contracta fuisse carnaliter cognitam, & confessioni factæ pro matrimonio omnino standum est, vt plene habetur per Abb.in capit.super eo.de eo,qui cogno. consang. vxor.suæ.nam respondebatur,quòd licet illa confessio mulieris probet eam fuisse carnaliter cognitã,non tamen probat,quòd sponte fuerit cognita: quinimo in secunda sua confessione dixit se cognitam per vim, & metum,de cuius confessionis veritate satis etiam cõstitit per testes deponentes ea,quæ supra dict.sunt. matrimonia autem& consequenter copula,ex qua matrimonium inducitur,plena debent libertate gaudere.dict.cap.cum locum.& c.gemma.de sponsal.Et posito,quod etiam ex prima confessione constare diceretur illam sponte consensisse,tamen confessioni huiusmodi standum non fuit, nec ex ea aliquod præiudicium mulieri inferri potuit, cum illius errore ex probationibus, & depositionibus testium cõstaret:
5 † & vbicunque constaret error confessionis etiam in iudicio factæ,licitum est confitenti,vel eius procuratori,aut curatori etiam ex interuallo de illius errore dicere,eámque propter errorem reuocare, etiam ex interuallo,& postquam in scriptis redacta fuerit,ac etiam si iurata fuisset,quamuis si non cõstet.neque probetur error,confessio iudicialis,quę à parte fuit acceptata,non possit ex interuallo reuocari, sed solum in cõtinenti,antequam in scriptis redacta sit.c.preterea. & ibi Abbas de testibus cogend. Alexand. in.l.quic-

quid astringendæ.& in l.primã.§. qui præsecas. & Roma ibi in.§.si quis simpliciter.ff. de verbor.obligationib.Bald.in l.edita.C.de ædend.Bartol Bald & Iaso. in l.error.C.de iur.& fact.ignorantia.& idem volunt Anton.Abbat.& alij in c.fin. de confess. & l si hominem. ff.mandati. Ex quibus omnibus ad fauorem dictæ mulieris concludendum esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Parentes, & consanguinei quando ad probandum matrimonium contractum admittantur, & quando non.*

2 *Causa matrimonij contrahendi grauissima est, & causa status dicitur: & in ea testes omni exceptione maiores esse debent.*

Quæstio 55.

ILLVD etiam in quæstionem venit, an testimonium matris, & aliarum consanguinearum sufficiens sit ad probandum matrimonium fuisse per verba de præsenti contractũ. In quo articulo hæc sententia communiter ab omnibus canonistis compro-
1 bata est, quod †quando asserti coniuges diuitiis, genere, nobilitate pares essent, tunc testimonium parentũ, & consanguineorum simpliciter, & regulariter sufficiens esse non censetur, sed hoc residet in arbitrio iudicis, qui secundum varias circunstantias huiusmodi testimonium admittet, vel non, prout sibi melius videbitur attentis prædictis circunstantiis argumento. l. tertia. ff. de testibus. sicuti volunt Ioan. Andr. Hostien. Henricus boich. Abb. & alij in capitul. videtur. qui matri. accus. poss. Specula in titul. de teste. columm. prima. versic. quarto fallit. Hostien. Ioan. Andr. Anto. Abb. & omnes in cap. super eo. de testib. Idem est etiam in casu, quo vir, & mulier circa diuitias, & nobilitatem habent se, vt excedentia, & excessa, quia vnus in alio & alius in alio alterum excedat, nam iudex tunc vtriusque circunstantias perpendet, & quantum qualitates vnius excedant qualitates alterius, considerabit, & si excessum ex parte viri inuenerit, mater, pater, aliique consanguinei mulieris testes pro muliere sufficientes in causa matrimonij non erunt: & econtra si ex parte mulieris excessum reperiet, aut quod non sit aliquis excessus, sed per conditio qualitatum, tunc parentes, & consanguinei poterunt testificari, prout hoc in casu iudex optime arbitrari poterit argument. dict. l. tertia. versic. tu magis scire potes &c. cap. de causis. de officio delegat. Abb. antiquus, Ioan. Andr. & alij. in dicto c. super eo. Henricus boich. doctor solennis vltramontanus in dict. capitul. videtur. Quando vero euidenter & manifeste apparet, virum esse magis diuitem, nobiliorem, & honorabiliorem, quia mulier sit vili, pauper, & inhonorabilis, & hæ viri, & mulieris circunstantiæ probatæ fuerint, tunc indistincte, & absolute, quando mulier agit contra virum, vt stetur matrimonio, & vt deneget, parentes, & consanguinei mulieris dicuntur testes suspecti, eorumque testimonium admitti non debet, vt est tex. in c. super eo. il ij. ibique gl. Innocen. Ioã. And. Hosti. Ant. Abb. Aret. Imol. Felin. & alij extra de testib. & docto. omnes supra allegati communiter in
2 d. c. videtur. nam †causa grauissima est, quando agitur de matrimonio cõtrahendo, vt alter illi stare cogatur, causa enim status esse censetur, quia matrimonium species est seruitutis glo. in c. licet mulieres. de iureiur. & propterea testes omni exceptione maiores requirũtur ad ea, quæ habentur in c. j. cum glo. de consan. & affin. iunct. c. licet in omni. de testi. cum iis, quæ tradunt præfati scribent. in locis præallegat. Et hanc sententiam, & distinctionem sequutus ita dicendum esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Iocalium appellatione comprehenduntur monilia ex margaritis confecta.*

2 *Dictio quomodolibet facit, vt omnes casus comprehẽdantur.*

3 *Testator legando vxori generaliter ea, quæ illius causa parata sunt complectitur omnia quoquo modo ad vsum vxoris deputata: secus si specialiter legaret.*

4 *At sub huiusmodi legato generali ea, quæ testator sciuit esse aliena, non continentur, nisi specialiter legata fuerint.*

5 *Legatum rerum generale restrictum ad certam qualitatem comprehendit solum illa, in quibus ea qualitas inest.*

6 *In legatis verba testatoris maxime idiotæ intelliguntur secundum communem vsum loquendo, qui propria verborum significationi præualet.*

7 *Testator in dubio rem suam, haud alienam legasse censetur maxime quando legatum in rebus suis fieri potest.*

8 *Legatum rei alienæ quando valeat.*

9 *L. cum alienam. C. de legat.*

§. Non solum insti. de leg. quomodo procedant.

L. si domus. §. j. ff. de leg. j.

Quæstio 56.

TESTATOR vxori suæ legauit quoscunque apparatus, vestes, pannos, anulos, cathenas aureas, gemmas, & iocalia quæcunque quomodolibet deputata ad vsum commodum, & ornatum ipsius vxoris per ipsum testatorem dictæ vxori factos, factas, & facta, quæsitum est, an linea margaritarum, quæ erat aliena, & paulo ante à testatore conducta fuerat, & ad ornatum vsumque vxoris deputata, legato cõprehẽderetur. Et cõprehẽ i sane videbatur, quoniã
1 †iocalium appellatione collaria, seu, vt rectius dixerim, monilia ex margaritis composita, attẽto communi vsu loquendi, continentur Soci. in consi. x. col. j. lib. j. & maxime cum testator vsus fuerit verbis illis iocalia quæcunque quomodolibet deputata &c. quę sunt verba vniuersalia distributiua nullum iocale excludentia Soci. in d. consil. & est bonus tex. ibique Barto. in l. balista. ff. ad Trebel. Et quamuis iocale margaritarum non fuerit proprium testatoris, sed ab eo conductum tamen cum sciuerit illud esse alienũ. & ad vsum, ornatumque vxoris deputatum, legato comprehendi debuit, tum quia res aliena vxori legari potest. l. cum alienam. C. de lega. tum quia dixit quomolibet deputata ad vsum, commodum, & ornatum vxoris, & ipse
2 deputatum esse sciuit: Ac etiam quia †dicẽdo quomodolibet, intelligendum est, quomodocunque margaritarum linea fuerit deputata, & sic siue propria, siue aliena, fuerit dummodo, ad vsum ornatumque vxoris fuerit deputata. c. indemnitatem de electio. in vj. & ibi Archi. sæpe nanque his verbis vtuntur canones volẽtes casus omnes amplecti, vt in c. j. vt eccle. benefic. in cle. iij. in fi. de priui. c. j. §. præsenti, ibique Archi. de clerico ægro. libr. vj. ca. quia plerique. §. decernentes. de off.
3 ordin. eod. libr. Præterea †marguaritæ, quibus vxor in vita mariti vtebatur, deputatæ erant ad eius commodum, & ornatum argument. l. argumento in fin. iunctis præcedentibus ff. de auro & argento legat. Sed quæcunque iocalia ad commodum. & ornatum vxoris deputata legata fuerunt, igitur etiam lineam margaritarum legato comprehendi debere testator generaliter legauerit, quæ vxoris causa parata sunt, an specialiter, dicendo vestem meam illam purpuream, nam primo casu omnia ad vsum vxoris quomodumque deputata continentur, etiam si fuerint aliena. l. Quintus Mutius la. j. §. j. iuncto fin. ff. de aur. & argen. leg. quem text. allegat gloss. in dict. l. cum alienam. & est

est bonus tex. in l.vxori ff. eod.tit.de auro, & argent.
lega Sed ego,his non aduersantibus,contrariam sen
tentiam in occurrenti casu veriorem esse existimaui
in primis retorquendo.d.l.Quintus la.j. in fin. iunctis
4 præcedentibus, † vbi sua legato illo generali omnia,
quæ vxoris causa parata sunt,etiam aliena quæ ad il-
lius vsum parata essent, fauore vxoris continentur,
quanto testator sua esse putauit, ergo quæ sciuit esse
aliena,ex voluntate testatoris comprehendi nó dicen
tur,nisi illa specialiter legasset,quo casu etiam fauore
vxoris comprehenderentur.d.l.cum alienam.§.non so
lum cum gl.in ver.ignorabat Insti.de lega. At testator
in casu,de quo agitur,sciuit lineam margaritarum es-
se alienam. hoc est à se certa mercede paulo ante con-
ductam,ad ea,quæ habentur in l fi ff.pro suo.in l.cum
falsum ff.de acquir.hered.& l.plurimum ff.de iuris,&
5 fact igno.ergo & c. Præterea quando legatum rerum
factum est per verba generalia ad certam qualitatem
restricta,tunc solum illa debentur,in quibus ea quali-
tas inest l.cum in testamento l.pediculis. §.item cum,
& ibi not.l Quintus la.ij.§.argento. & §.cui legatum.
l scribit per totam.l & in lege pen.gl.in l.fin.§. vxori.
ff.de auro & argen.lega.l.cum certus.l.fi.in fi.ff.de vi-
no,oleo,trit.quæ leg.& ibi glo.in ver.ex collatione. &
l.nam quod liquide in fi ff.de penu lega. Sed testator
in hoc casu legauit vxori generaliter quoscunque ap-
paratus,vestes,pannos,anulos,cathenas aureas, gem-
mas,& iocalia quæcunque quomodolibet deputata ad
vsum commodum.& ornatum vxoris per ipsum testa-
torem dictæ vxori factos,factas,& facta,ergo per hæc
vltima verba,legatum restringitur solum ad vestes, a-
nulos, & iocalia quæcunque ipse testator vxori fecit,
& non ad alia quamuis ad vsum, commodum, orna-
túmque vxoris deputata fuissent clausula enim illa &
per ipsum testatorem dictæ vxori quomodolibet fa-
ctos,factas,& facta refertur ad omnia præcedētia ex-
pressa,& legata sub genere masculino, fœminino, &
neutro,ex quo salua ratione recti sermonis,& sine ab-
surdo,ac contrarietate referri potest l.talis scriptura
in fin.& ibique Bart.& omnes scrib.ff.de leg.j.Sed ap-
pellatione iocalium attento communi vsu loquendi
continentur illa,quę expensis mariti testatoris empta,
& confecta fuerunt,quia solet communiter dici, talis
sponsus,vel maritus fecit vxori talem vestem, anulos,
& iocalia intelligendo non de alienis.& a marito cō-
ductis ad vsum vxoris, sed de emptis ab ipso aut suis
expensis factis: ergo sub hoc legato solùm nominata,
& expressa facta à testatore suæ vxori contineri debēt,
6 quia † in legatis verba testatoris maximè idiotæ debēt
intelligi secundum communem vsum loquendi, qui
proprie verborum significationi præualet.l. liberorū.
§.quod tamen Cassius.ff.de legat.iij. l.cum de lanio-
nis. §.asinam. ff. de fund.instruct.l. Labeo.ff.de supp.
7 leg.& vbique Bar.Soc.in d.consi.x.lib.j.col.j. † Testa-
tor ad hæc in dubio semper rem suam,& non alienam,
nec sibi debitam legare voluisse videtur. d.§.non solū
Insti.de leg.l scribit ff.de leg l.scribit ff.de auro,& ar
gen.leg. & maximè quando verba legati in rebus te-
statoris verificari possunt. Quo fit,vt in hoc casu cum
verba illa iocalia deputata & ca.possint in rebus aliis
testatoris verificari, quæ iocalium appellatione conti
nentur,vt sunt zonæ,mitræ, reticulæ aureæ, & alia id
genus ornamenta,ad margaritas alienas,& conductas
trahi non valeant Nec illa verba per ipsum testatorem
dictæ eius quomodolibet facta & ca.possunt intelligi
de factis,hoc est manu sua fabricatis,quia artifex non
erat,nec de conductis,perfectis tamen ab aliis, vt su-
pra,ergo necessario intelliguntur de iis,quæ suis sum-
ptibus ab alio fieri fecit arg.l.vxori quis. ff. de auro &
argen.leg.ibi comparauerat,vel fecerat,quæ verbo pa
riformiter intelligendo iuxta.l.nam hoc iure de vulg.
& pupi.debēt intelligi ab ipso testatore,eiusque sum-
ptibus. Non obstant ex aduerso deducta, & in primis,
quòd testator verbis generalibus geminatus vsus fue-
rit. Nam respondetur,illam generalitatem fuisse re-
strictam ad iocalia per testatorem vxori facta, quæ re
strictio excludit aliena,& pensione conducta, ex quo
testator sciuit lineam margaritarum suam non esse ar-
gum.l.Quintus la.j.in fin.ff de auro, & arg. leg iūctis
iis,quæ dicta supra sunt in j & ij.ar.ij. Nec aduersatur,
quod si testator credens rem esse alienam vxori illam
legauerit,valet legatum,& debetur res,aut æstimatio.
8 d.l.cum alienam,& d.§.non solùm, quia † aut testator
rem,& speciem certam alienam legauit,quam alienam
sciuit,& tunc legatum regulariter valet.d.§ nó solùm,
aut illam suam esse putauit,& regulariter legatum nō
valet,nisi factum sit vxori,aut coniūctæ personæ testa-
toris,quia tunc legatum valet,si res illa talis sit,quam
si sciuisset esse alienam, eodem tamen modo verisimi-
liter illi legasset.d.l.cum rem alienā eodem tamen mo
do verisimiliter illi legasset.d.l.cum rem alienam. Er-
go si talis res esset,quam verisimiliter non legasset, le-
gatum non deberetur,puta quia esset magni præiudi-
cij,& valoris,multúmque heres ex illius solutione gra
uaretur arg.l vnum ex familia.§. si rem tuam in fin.ff.
de lega.ij.iuncta l.nummis cum gl.de leg.j. iunctis no.
per Barto. in simili in l.si ita col.ij.ff.de auro, & argen.
leg. Sed linea margaritarum à testatore conducta, de
qua agitur,magni erat precij,& ex æstimationis illius
solutione heres multum grauaretur, ergo verisimili-
ter mens testatoris non fuit,illā vxori legare,cui mul-
9 ta alia legauit Præterea † omnia illa, quæ habentur in
d.l.cum alienam, in d.§.non solum,& in l.si domus.§.
j.ff de lega.j.procedunt, quando testator legauit rem
penitus alienam,in qua nullum ius quomodolibet ha
bebat: si verò in re aliena testator credebat ius habe-
re,aut vsum vel ius duraturum habebat,tunc legando
rem illam simpliciter etiam coniunctæ personæ,in du
bio censetur voluisse legare solū illud ius,& non pro-
prietatem in l.si domus.in fi.ff.de leg.j.ibique scri.l.v-
xor.C.de lega.Bart.in d l.cum alienam & ideo cum in
hoc casu testator in linea margaritarum haberet ius
conductionis etiam post ipsius mortem duraturum,
quod ius tale erat, propter quod sibi actio personalis
videlicet ex conducto competere poterat, illud ius so
lum legatum censeri debet: Si verò testator rem alie-
nam certam expresse non legauit, sed generaliter per
verba generalia legatum aptum plures,& diuersas res
comprehendere vxori,vel alteri fecit,tunc sub eo lega
to in dubio dūtaxat testator videtur voluisse res suas,
& non alienas,quas sciuit alienas, comprehendi debe
re:secus si aliena putaret sua esse, vt est text notabil.in
d.l.Quintus la.j.in fin. Sed in occurrenti casu factum
fuit legatū vxori per verba generalia apta plura com-
prehendere,& testator sciuit lineam margaritarum es
se alienam, ergo illa sub legato non continetur argu.
etiam d.§.non solùm,& d.l.vnum.§.si rem cum simili-
bus supra allegatis,ex quibus omnibus,lineam marga
ritarum conductam,de qua agebatur, legato vt supra
facto non comprehendi respondi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum exequutiuum etiam vsque ad capturam inclusiue editum contra debitorem, vel promissorem locum habet contra heredem simpliciter, sed non contra heredem cum beneficio legis, & inuentarij.*
2 *Ab executione non est inchoandum fallit, vt hic.*
3 *Statuta cauentia, vt instrumenta publica, seu guarentigiata, aut litera cambij contra debitorem, non seruato iuris ordine, an exequi possint, cum sunt exorbitantia. & contra ius commune.*
4 *Heres cum beneficio legis & inuentarij ratione con-*

*tũmacia debitoris defuncti capi nõ potest, nisi & ipse
contumax fuerit.*
5 *Contra heredem, quem adiuisse hereditatem cum be
neficio legis, & inuentarij iudici, etiam notorium sit,
captura committi non potest, & commissa non valet.*

Quæstio 57.

STATVTO cauetur, vt contra debitores, vel
eorum heredes agatur etiam via extraordinaria,
non seruato iuris ordine, sed summariè, & sine
strepitu, ad finem etiam capturæ, & incarcerationis,
vtrum statutum huiusmodi contra heredem principa
lis debitoris cum beneficio legis, & inuentarij locum
habere possit? Et illi locum non esse de iure magis vi-
sum est, ex quo tendit etiam ad finem capturæ, & in-
carcerationis debitoris, ergo contra heredem, qui he
reditatem habuit cum beneficio legis, & inuentarij le
gitimè confecti iuxt. l. fina C. de iure deliberand. & in
authen. de hered. & falcid. §. hinc nobis. coll. j. moueri,
1 aut intentari non potest. quoniam †licet statutum exe
quutiuum etiam vsque ad capturam inclusiuè latum
cõtra debitorem, vel promissorem locum habeat cõ-
tra heredem simpliciter Barto post gloss. in l. postulan
te. ff. ad Trebellia. Paul. de Castr in l. si decesserit. ff. qui
satisda. cogan. tamen contra illũ, qui est heres cum be-
neficio legis, & inuentarij, huiusmodi statutum, eius-
ve, remedium locum habet, vt volunt Ioan. de Imo. &
ibi Alexan. in d. l. postulante, Imola in l. iiij. §. si prætor.
ff. de dam. infec. Bal. in l fin. §. & si præfatam, ibique Sa
lic. & Alex. C. de iure delibe. Bal. in l. per diuersas. x. q.
C. mandati, Alex. in d. l. si decesserit, & est vera opinio
secundum ipsum Alexan. in d. l. postulante. Erit igitur
procedendum contra dictum heredem via ordinaria,
2 non, autem extraordinaria, & exequutiua, quia †ab e-
xecutione inchoandum non est. l. j. & ij. C. de exequu.
3 rei iudica. & ibi latè per Bald. Salic. & alios: nam †hu-
iusmodi statuta exequutionem iuris ordine non serua
to permittentia contra ius commune, & exorbitantia
esse dicuntur, vt colligitur ex iis quæ volunt Ange. Io.
de Imola, & Alexan. in d. l. si cum dotem. colum. iij. in
§. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio. cum aliis
iuribus ibidem allegatis, ergo restringẽda sunt, vt mi-
nus derogent iuri communi, quàm fieri possit. ca. quæ
contra de regu. iur. in vj Alexan. in d. l. fin. §. in compu
tatione. C. de iur. deliberan. Bartol. in l. omnes populi.
ff. de iustit. & iur. cum simili. & ita sunt intelligenda,
vt in cæteris cum iure communi concordent. & pro-
priè, ac verè in casu, de quo loquuntur locum habeat,
non autem ad alium sub illorum verbis non compre-
hensum trahantur, Anton. in ca. cum dilectus extra de
consuet. c. dudum de priuil. c. suggestum de decim. ca.
in nostra de iniur. dam. dat. & faciunt, quæ habentur
per Imolam plenè in l. si verò. §. de viro ff. solu. matri.
Et ideo statutum prædictum, quod potest habere locũ
etiam contra heredes debitoris quò ad viam exequu-
tiuam, intelligetur de heredibus simpliciter, non au-
tem de heredibus cum beneficio legis, & inuentarij,
ne dispositis in d. l. fin. & in d. authen. de hered & fal-
cid. præiudicetur: Et si contra heredes cum beneficio
prædicto remedium huiusmodi statuti esset intenta-
tum, processus, sententiæ, & omnia contra ipsos acti-
tata nulla ipso iure forent per l. j. in fin. prin. ff si mens.
fal. mod. dixe. & ca. examinata vbi gloss. Abb. & cæteri
scriben. extra de iudic. Prædictis tamen aduersari vi-
detur id quod dixit Bal. in d. l. fina. §. & si præfatam. C.
de iure delib. vbi si ex forma statuti principalis debi-
tor ratione contumaciæ capi. & incarcerari possit, e-
tiam heres illius cõtumax capi poterit, quamuis cum
beneficio legis, & inuentarij hereditarij hereditatem
4 adiuerit. Sed respondetur, †illud verum esse, quàndo
heres citatus fuit contumax, nam tunc in pœnam suæ
contumaciæ poterit etiã ad capturam deueniri: quam-
primùm tamen de aditione hereditati, cum inuenta-
rij confectione legitimè docuerit, erit relaxandus, ne
contingat ipsum vltra vires hereditarias grauari, vt i-
bi per Bald. & postea via ordinaria contra eum agen-
dum erit. Ex quibus dici posset, quod si ante commis-
5 sam capturam notorium etiam iudici esset heredem
cum beneficio legis, & inuentarij adiuisse, iudex ca-
pturam committere non posset. & commissa nulla fo-
ret argum. l. si quis ex aliena. cum gloss. ff. d iudi. & in l.
ij. ff. si quis in ius voca. non eat: ac etiam quia qui cer-
tus est, certiorari non debuit c. cum qui certus de re-
gul. iuris in vj. cum aliis. Et hæc iuris esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Subornatio testium est crimen simile crimini falsi.*
2 *Testi, qui se criminis socium facit, non creditur.*
3 *Testis pecunia corruptus in causa criminali non te-
stificatur.*
4 *Testis fides corruptione, sicut periurio vulneratur.*
5 *Testis corruptus, ne testimonium dicat. testificatur,
& illi creditur contra omnes. Secus est in corru-
pto, vt falsum dicat, & in eo, qui corruptus depo-
suit.*
6 *Testis vt tanquam corruptus possit contra corrum-
pentem examinari, quid requiratur.*

Quæstio 58.

FVIT quæstionis, An contra inquisitum de subor
natione testium credendum esset illi testi, qui di-
ceret se corruptum pecunia ab inquisito in qua-
dam causa deposuisse vel falsum dixisse. Illud vtiq; ve-
1 rum esse respondi, quòd †subornatio testium dicitur
crimen simile crimini falsi, nam sicut testis corruptus
pecunia, vt dicat vel non dicat testimonium. punitur
de falso. l. j. §. j. ff. de fals. c. j. de crim. falsi cum simil. ita
corrumpens testem pecunia ad eundem effectum pa-
ri pœna est puniendus Specula. in tit. de teste. § j. col.
xiiij. versic. quid si is, qui tulit testimonium &c. argu-
mento. l. quicunque cum ibi not. C. de hæretic. & per
gl. cum ibi nota. in c. excommunicatus il ij. de hæreti-
cis: & ideo cõtra inquisitum de subornatione testium
nullo modo credendum est illi testi, qui dicat se cor-
ruptum pecunia ab inquisito in quadam causa depo-
2 suisse vel falsum dixisse, †tum quia socium criminis
se facit iuxta l. fin. C. de accusat. c. j. de confes. Spec. in
tit. de teste colum x. versicu. item quod est socius cum
aliis in dictis locis allegatis, tum quia regula est, quod
3 †testis pecunia corruptus, qui sic falsum committit d.
l. j. & habetur in c. licet causam. de probat. non potest
in causa criminis testificari l. iij. §. lege iulia ff. de te-
4 stib. cum simil. nam †corruptio fidem testis vulnerat,
sicut periurium Bald. in l. si quis testibus. C. de testib.
Propterea sicut periurium testem à testificando repel
lit. c. testimonium cum ibi not. de testib. Ita & corru-
ptio Aret. in d. c. licet causam. in xij. notab. Nec obstat,
quod testis pecunia corruptus in causa potest depone
re contra corrumpentem, eique creditur, vt no. voluit
Bal. in c. j. si de inuesti. inter domi. & agna. lis oriatur,
in c. licet causam de probat. in ix. notab. col. v. Aretin.
ibidem in xij. notab. & pro singulari illud dictum pon
derauit Roma. in sing. cccxxvj. incip. tu scis tex. in l. iij.
§. lege iulia. ff. de testib. & Areti. examinat. atque decla
rat in cap. j. de testib. vbi videtur declarare, quod hoc
procedat non solum, quando aduersarius testem illum
contra corrumpentem produceret, sed etiam quando
iudex ex officio procederet. Nam respondetur primo
5 istud dictum procedere, & ab omnibus intelligi, †quã
do testis corruptus fuisset in aliqua causa, ne testimo-
nium diceret contra eum, nam in pœnam corrumpen

tis

tis testem aduersarius, contra quem fuit corruptus, potest testem compellere, vt deponat & testificetur, & credetur ei non solum contra corrumpentem, sed etiã contra vltimo loco producentem, quia debebit pro vtroque deponere d.ca.j.si de inuestitur. inter domin.& agna.lis oriat.& ita expresse declarat Aretin.in d.c.licet causam.& in d.c.j.de testib.& Romanus in d.sing. At si testis pecunia fuisset corruptus, vt testimonium diceret, & ita corruptus deposuisset. prout in casu isto, non esset vlterius cogendus à iudice vel ab aduersario, cum semel officio functus esset, hoc est semel deposuisset: & in casu isto pr   fati docto. non loquuntur. Secundò Bald.& alij omnes, & text.in d.c.j.si de inuestit.&c. loquuntur, quando testis corruptus in causa produceretur testis in eadem causa contra corrumpentem, vel ab aduersario, contra quem fuisset corruptus, vel à iudice ex officio procedente, exemplificando, vt ipsi faciunt & vt probatur in d.ca. primo quãdo litigans testem corrupit, ne ferret testimonium, & aduersarius, vel iudex induceret illum contra corrumpentem in eademmet causa, in qua corrumpens eum corrumpere quæsiuit, tunc enim testis ita corruptus fidem faceret cõtra corrumpentem, eique crederetur per tex.in d.c.j.& ibi Bald. contra regulam d.l.iij.§.lege iulia. & d.l.j.§.j.de falsis cum ibi not. quæ regula hoc modo limitatur, vt in terminis dicit Roman.in d.singu.& Areti.in d.c.licet causam, qui clarius hoc voluit in c.j.de testib. cuius verba corrupta habentur, & sic stare debent, non solum autem punitur pœna falsi, qui corruptus dixit testimonium. sed etiam qui corruptus noluit dicere, vt probat tex.& ibi Barto.in l.j.§.j. ff.de falsis. Est tamen differentia inter hæc duo, quia primus, vt dixi, falsum dixisse præsumitur, quia corruptus, secundus autem cogetur testificari eique credetur: & hoc potest absolute procedere de iure ciuili, at de iure canonico videtur esse distinguendum, vt per Areti.in d.cap.j.de testib.& in d.capitul.licet causam, qui tamen concludit idem esse etiam de iure canonico. Sed in casu proposito testis vt asseritur, corruptus non producitur contra corrumpentem in eadem causa, in qua fuit corruptus, sed in alia diuersa, hoc est in inquisitione de subornatione testium, & sic in causa criminis, vt supra, in qua secundum omnes regulas iuris testis iste non potest, nec debet admitti, vt dictum est, ergo dictum Baldi in d.c.j.si de inuestitu.&c. quod est exorbitans à regulis iuris, vt ibi per eundem & per alios supra allegatos, non debet vltra casum suum extendi, maximè in criminalibus, & odiosis iuribus vulgaribus. Prætereà Bal. & alij loquuntur, quando certum esset testem fuisse corruptum quia cogeretur super alio, quam super corruptione testificari, vt ibi: sed in casu nostro testis contra corrumpentem examinatur, quia corruptus, ergo † ad hoc, vt possit deponere,
6 debet prius constare de corruptione, & sic de qualitate propter quam admitti potest contra corrompentem, cum docto. velint, quod quando testis fuit corruptus possit tanquam corruptus cõtra corrumpentem examinari, arg. eorum, quæ habentur in l.j.in principio.& in §.ait prætor.ff.nequid in loco publi. Alexan. in consi.ccxxiij. lib.ij. Soci. in consil. lvij. lib.iij. Ioan. An.in c.j.de homici.in vj. Paul.Castr. in l.si per alium. §.docere.ff.nequis eum, qui in ius voca. vi exi. & in.l. cogi.C.de petit.here.l.Fulcinius.§.ij.& ibi Barto. post glo.ff.quibus ex cau.in poss.eatur cum simil. Et hæc de iure vera esse visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti resoluto cõtractu precariæ, & hinc inde res, & pecunia facta restitutione, ad quem spectent.*

Quæstio 59.

ECCLESIA sub contractu precariæ cuidã religioso rem ad illius vitã fruendam concessit hoc acto, quod ecclesia pecuniam à religioso oblatã lucrifaceret, & alia tunc, vel ex interuallo conditione adiecta, quod religiosus contractus huiusmodi confirmationem infra certum tempus à sede apostolica suis sumptibus obtineret: quod nisi fieret, contractus pro resoluto, & non facto haberetur. Labitur tempus, non obtenta confirmatione: concorditer à contractu receditur, hinc inde rei.& pecuniæ facta restitutione. Quæstionis est, cui fructus interim à religioso præcepti sint adiudicandi. Iuris vtique esse videbatur, illos religioso fore acquisitos, quamuis contractus fuerit sub conditione resolutiua initus per l.ij.in fin.ff.de in
1 diem addict. Sed tamen † verius est, eos ad ecclesiam pertinere, illique esse restituendos, deductis expensis iuxta.l.fructus, & ibi Alexand.& alij ff solu.matrimo. vt est tex. notabilis in. l. item quod dictum est.ff.de in diem addicti. & in l. lege.ff.de lege commisso. Si quid tamen circa rem necessario, & vtiliter religiosus erogauerit, debet illud de reditu retinere, vt in.l.imperator.ff.de in diem adiectio. Habenda etiam ratio est pecuniæ à religioso solutæ, vt voluit gloss. singularis in d.l item quod dictum est, & est optimus text.in.l.illud.§.condemnatio ff.de ædil.edict. quicquid vero ex fructibus superetit, id totum ecclesiæ restituetur, vt in iuribus præallegatis. Nec obstat.d.l.ij quia verum est, religiosum interim fructus suos fecisse, sed contractu ex pacto resoluto, fructuum quoque acquisitio resoluta est, nihil enim penes religiosum residere oportet ex re, in qua fidem fefellisset. Et hæc iuris esse arbitratus sum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus debet esse filius naturalis illius cuius se filium asserit, alioquin legitimatio non valet.*
2 *Natus ex muliere coniugata alteri, inter quos sit matrimonialis conuersatio, filius mariti mulieris esse præsumitur.*
3 *Legitimatio post mortem patris facta etiam ab ipso principe in præiudicium illorum, quibus iam ex aditione hereditatis, & bonorum possessionis apprehensione ius erat quæsitum, non valet.*
4 *Nisi Legitimatio ex causa concernente principaliter vtilitatem publicam facta esset.*
5 *Legitimare an, & quomodo possit Comes, & inferior post aditam hereditatem, & apprehensam possessionem ex potestate sibi à principe concessa, & quod non possit. num.7.*
6 *Et citatio illorum, quibus præiudicium fieret, est necessaria etiam in legitimatione facta à principe, nedum à Comite.*
7 *Princeps potestatis plenitudinem Comiti non concedit, illi potestatem legitimandi concedendo.*
8 *Princeps potestatis plenitudinem in alium transferre non potest.*
9 *Appellari potest ad principem à legitimatione quã Comes cum alterius præiudicio fecit, & appellatio suspendit.*

Quæstio 60.

LEGITIMARI quis se fecit à Comite Palatino post mortem prætensi patris, & post aditam hereditatem, apprehensámque possessionem ab iis, qui intestato successuri erant illis non citatis. Vtrũ legitimatio valuerit, nec ne? Considerandum est in
1 primis, quod † pro substantia, & essentia legitimationis

requiritur, illum qui legitimatur, omnino esse filium
naturalem,seu naturaliter natum ex eo,cuius se filium
asserit,alioquin legitimatio non valeret, nec operare-
tur,vt quis esset legitimatus,cum naturalitas minime
cum legitimatione conueniret. vt in authenti.quibus
mod.natu.effic.sui,& legit. Quo fit,vt si is,qui modo
se legitimari fecit non sit filius naturalis prætensi pa-
2 tris,nullo pacto legitimatus dici possit: †Et quod non
sit filius naturaliter natus,ex eo,quem patrem asserit,
manifestè constat,quia(vt præsupponitur)natus est ex
muliere tunc nupta,& cuidam coniugata, inter quos
tunc matrimonialis erat conuersatio, veluti in dubio
præsumi debet, nisi contrarium probetur. Quare im
possibile est iuris præsumptione: quæ iuris,& de iure
esse dicitur,contra quam contraria probatio non ad-
mittitur,vt huiusmodi legitimatus sit filius alterius,
quàm mariti dictæ mulieris per text.& ibi Doctor.o-
mnes in l.filium.ff de his,qui sunt sui, vel alien.iuris.
vt natus ex alicuius vxore præsumitur præsumptione
iuris,& de iure filius mariti:cuius contrarium si quis
probare vellet,non auditur,vt ibi atque adeo,vt etiam
confessio matris nihil probaret, neque faceret illum
esse filium alterius,quam mariti,vt habetur in l.si in-
stituta § j ff de inoffic.testa.& in l.fin.ff de probat.vbi
Bartol.& al.j.Ex hoc igitur primo capite legitimatio-
nem minime valere dixi.Secundò,esto citra viri præ-
iudicium,quòd iste legitimatus fuerit filius naturalis
prætensi patris, & propterea legitimatio fieri potue-
3 rit,tamen ea facta haud quaquam valuit,† neque vllo
pacto fieri potuit in præiudiciũ illorum, quibus iam
erat ius acquisitum, hoc est dominium ex hereditatis
aditione iuxta l.cum heredes.in princ.ff.de acquiren.
possess.vt voluit Alex.ibi,& in l.gallus.§ &.quid si tan
tum.ff.de lib.& posthu.Areti in l.iij.in fin.ver.ff. de te
stamen.vbi hoc tenet,quando hereditas solùm esset a-
dita,& multo magis, quando bona hereditaria essent
etiam apprehensa,& latius hoc dicit in d.§. & quid si
tantum in iij.quæstio. ibique Alexand. & Paul. Castr.
inquiunt docto.communiter ita tenere Bal.in l.rescri
pta.C.de precibus imper.offeren.Anton.& alij in cap.
per venerabilem,qui filij sunt legit.& Bald.in l.j.colu.
vltim.C.de iure aureo anu.Et hoc sine dubio est,quan
do etiam vltra acquisitionem dominij per aditionem
hereditatis factam heres bonorum hereditariorũ pos-
sessionem ingressus.& adeptus fuisset,cum enim tũc
dominium sit de iure gentium acquisitum.l.j.in prin.
ff de acquiren.possess nec princeps,nec alius à princi-
pe authoritatem habens potuit postea legitimare ad
præiudicium il ius heredis, cui & dominium,& pos-
4 sessio forent acquisita. †N.si legitimatio ex causa cõ-
cernente principaliter vtilitatem publicam facta es-
set. vt in terminis habetur per Alexan.in d l.cum here
des.in princip.num.7.Paul.Cast.in d l.iij.ff de testam.
Alex.Areti.& alij post Barto.in d.§ & quid si tantum.
Aretin.in l ex facto circa fin.ff.de vulg. & pupil.Paul.
de Castro in consi.cccclxj.incip.visis & diligenter lib.
j.in nobis.Alex.remissiue in l.fina.C.de repud. hered.
Ioan.And.in vltim.addit.ad Specul.in titul.de succes.
ab intesta.Bald.in c.j.in princ.de feud. hic finitur lex,
& plura consilia possem allegare,quæ breuitatis gratia
omitto. Quod si nec princeps ipse post ius ita alteri
quæsitum posset legitimare,nisi ex causa publicam vti
litatem principaliter concernente, propter quam solã
ei permissum est ius quæsitum tollere, ad tradita per
docto.in l.fin.C.si contra ius,vel vtil.pub & in c.quæ
in ecclesiarum.vbi post Innoc. & alios plenè dixi, ex-
tra de constitu.multo minus in casu isto poterit legi-
timare Comes habens à principe legitimandi autori-
tatem,quia princeps in illum plus iuris transferre ne-
5 quiuit, quam ipse haberet: Ex quibus sequitur, †quòd
si qua Comiti data est à principe potestas legitimandi
post aditam hereditatem, & apprehensam possessio-
ne,ea debet intelligi in casu illo,in quo princeps pos-
set.& non in alio,nã Comes plus posse legitimando di
citur,quam princeps,cum,vt dixit Bald.in titu.hic fi-
nitur lex.in princip. Comiti semper minus concessum
intelligi debeat, quam possit princeps: Et quamuis
Bald.ibi velle videatur,Comitem posse legitimare etiã
post aditam hereditatem,quãdo potestas ei data fuit,
tamen hoc esse dubium inquit per l.ex facto.ff. de vul-
gar.& pupil.& in hoc dubio residet.Et si dicamus illũ
posse ex authoritate sibi cõcessa, intelligendum est, vt
iam dixi, in casu, quo princeps posset, videlicet pro-
pter causam vtilitatem publicã principaliter cõtinen-
tem.& ita legitimationis priuilegium debet interpre
tari,ne alteri ex eo præiudicetur,prout priuilegia sem
per intelliguntur.l.ij § si quis à principe ff. ne quid in
loco publ.c.in illis,c.dudum de priuil. Præterea posi-
to, quòd absque iusta causa ex plenitudine potestatis
princeps ad præiudicium iuris quæsiti legitimare pos
sit,vt velle videtur Bald.in d.c.j.in princip. hic finitur
6 lex.& Alex.in d.§.& quid si tantum, Tamen. †in hoc fa
ciendo necessaria est citatio illorũ quibus fieret præ-
iudicium,ne plura contra regulas iuris naturalis spe-
cialia inducerentur, videlicet auferendo dominium.
quod est de iure naturæ,& absque citatione præiudi-
cando,ac ius tertij tollendo:quæ citatio tolli non po-
test,clemen.pastoralis § cæterum de re iudica.Et pro-
pterea ne plura specialia cõtra ius naturale ex eadem
dispositione oriantur contra l.fin. cum ibi not. C. de
dot promis.dicendum est, quòd licet princeps possit
legitimare cum præiudicio iuris quæsiti, tamen hoc
debet intelligi parte citata,vt per doct. in d.§.& quid
si tantum,& quamuis ex plenitudine potestatis etiam
parte non citata legitimare possit argum.l.ij.in versic.
facilè.ff.de nata,restit.Alexan.in d.§.& quid si tantum
colum.vltim.& ibi Aretin.tamen hoc est intelligen-
dum,vel quando non auferret ex hoc ius de iure natu
ræ iam quæsitum. vel quando hoc faceret iusta de cau
sa publicam vtilitatem principaliter concernente: Et
hæc omnia multò magis procedunt in Comite Pala-
tino, qui tantam legitimandi potestatem habere non
dicitur,quantam ipse princeps,etiam si ab eo plenissi
mam, & latissimam potestatem habuisset,vt colligi-
tur ex iis,quæ volunt Bald.in d.c.j.in princip.in titul.
hic finitur lex.Quinimo dico,quòd licet princeps pos
sit ex plenitudine potestatis legitimare in præiudiciũ
iuris acquisiti ex aditione hereditatis, & apprehensio
ne possessionis iuxta tradita per Bald.in d.cap.j.& in l.
7 causam,quam.C de fideicom.tamen †Comes Palati-
nus habens legitimandi potestatem hoc minime po-
test,vt per ipsum Bald.in d.c.j.Nam & si princeps dan
do potestatem legitimandi vsus fuerit plenitudine po
testatis.prout ipse solus vti potest,& non inferior cap.
proposuit cum simi.de concessi.præbend. Bald.in l.re-
scripta.C.de precibus imper.offer. & habetur in cap.
cum venissent.de iudi. tamen hanc potestatis plenitu
dinem Comiti nõ concessit,& ideo Comes illa vti nõ
potest per ea quæ in terminis volunt Anton. & Mod.
in cap.per venerabilem qui fil.sint legit.& arg.§.fin.in
authen.quib.mod.natu.effi.sui,coll.vj.& c quod trans
lationem de offic.legat. cum ibi not. Imo (quod plus
8 est)credo,quòd †princeps potestatis plenitudinem in
alium transferre nequeat,quia est de reseruatis sibi in
priuilegium supremæ potestatis,argu.eorum,quæ ha-
bentur in cap j.de translat.episcopi.vbi datum est pri
uilegium,quòd sit caput omnium, ac nullus ei par sit
in iurisdictione,& administratione,vt ibi,& in ca.ne-
mo ix.quæst.iij.& in c.in nouo.cum ibi not.xxj.distin.
ergo alium sibi parem facere non potest, qui potesta-
tis plenitudine vti valeat.Ex his itaque omnibus con
cludendum est,quòd cum legitimatio, de qua agitur,
facta fuerit à comite solam legitimandi potestatem e-
tiam in amplissima forma habente,postquam heredes
ab

ab intestato successuri hereditatem adiuerunt,ac bonorum hereditariorum possessionem apprehenderũt, illísque non citatis,ea nullo pacto in præiudicium dictorum heredum valere potuit: quàm ex alio quoque non valere dicere possumus. nam licet à principe magna sit alicui data potestas legitimandi, tamen legitimans defectus. & causas diligenter examinare debet,
6 †& si perperam cum præiudicio, & grauamine alicuius legitimat, potest ad principem appellari, sicut in cæteris decretis iniustis inferiorum à principe, Bald. in d.l.eam,quam.colum.vj.C.de fideicommiss.quæ appellatio suspendit ad tradita in rub. extra de appellat. Ergo cum heredes ab intestato ab huiusmodi legitimatione à Comite facta ad principem appellauerint, ea valere non debuit,tum quia lite pendente, & post ius quæsitum facta fuit per supradicta,tamen quia nihil operatur, ex quo eius effectus est appellatione suspensus.Et hæc omnia verissima esse puto.

SVMMARIVM.

1 *Dolus locatori opponi potest.*
2 *Dolus,& malitia nemini patrocinari, cõmodúmque afferre debet.*
3 *Verba generalia inter contrahentes, si non constet, à quo fuerint prolata,in dubio sunt intelligenda, vt magis verisimile est.*
4 *Mens conductorum ex summa, & quantitate pensionum colligitur.*
5 *Actione doli ex locato contra locatorem agitur ad id in quo conductor dolo locatoris læsus est.*
6 *Dolus in tacendo commissus emptori,& venditori, aut locatori,& conductori non prodest,sed contra eos & ad contractus rescissionem, & ad interesse agi potest.*

Quæstio 61.

QVI fundum in plures annos Titio locauerat, accepta ab eo pecunia pro pensionibus soluendis.& nondum elapso primæ conductionis tẽpore, illum Caio in alios plures annos relocauit,& in lege locationis ita scripsit,vt Caius certum precium quotannis locatori traderet,locationes Titio factas seruaret, vtque Titius Caio pensiones solueret. Cum Caius pensiones à Titio ante tempus solutas locatori ignorasset, quæsitum est, an ipse postea locatori pensiones annuatim soluendo possit de illis tantum retinere, quantum capiunt singulis annis solutiones iam à Titio factæ? Quod verum, atque æquum esse existimaui: nam licet Caius locationes Titio factas seruare promiserit,& ob id nequeat ab eo annuatim integras pensiones exigere, sed cum diminutione pecuniæ iam solutæ, tamen cum conuenerit inter ipsum,& locatorem, vt Titius pensiones Caio soluere teneretur,Caiúsque ignorauerit solutiones ante tempus factas,locator autem sciuerit,prout præsumendũ est,argum. not.in l.fin.ff.pro suo.& Caius ex hoc non mediocriter sit læsus, quoniam si sciuisset, tanta pensione fundum non conduxisset, Sequitur, quòd tanquam ex dolo ipsius locatoris lęsus potest annuatim de pensionibus ab eo soluendis tantum retinere,quantum solutiones à Titio factæ singulis annis capiant: Et si contra Caium ad integras pensionum solutiones ageretur, potest is dolum locatori opponere. argum. l.ij.in princip.l.dolo.& l qui æquitate.ff.de doli exception.Locator enim in dolo fuit;propterea quod sciuit solutiones sibi ante tempus à Titio factas, & hoc tacendo obligauit Caium vltimũ conductorem ignorantem ad obseruandas locationes Titio factas cum læsione,& damno ipsius Caij,argum.l.j.§. dolum cum glo.in ver.omnem.ff.de dolo.l.j.in fi.& l.emptorem.§.
2 denique.ff.de actio.empt. Sed †nemini dolus,& malitia patrocinari debent.ca.ij.de dolo,& contuma.nulúsque ex dolo proprio commodum debet consequi l. verum.§.tempus.ff.pro socio:Commodum autem locator consequeretur,quia ex eadẽ re duplicatas quodammodo pensiones exigeret: Quod contra bonam fidem esse, & dolum continere dicitur argu.l.bona fides ff.de regul.iuris: Et hoc locum habet non solum, quando ab eodem,sed etiam quando ab alio,qui causam ab eo habet,exigeret,vt in l.emptor.C.de euictio. & not.per glos.in d.l.bona fides. Considerandum est
3 etiam,quòd †quando verba inter contrahentes prolata maxime in locatione sunt generalia,neque constat, à quo fuerint prolata,vt quia sint verba notarij, & ad fauorem vtriusque partis possint interpretari,tunc illa sunt ita intelligenda,vt magis verisimile est,gl.cum qua docto. transeunt,in l. veteribus.ff. de pactis: Sed verba pacti locationis Caio factæ, vt Titius pensiones,& affictus Caio soluere teneatur,simpliciter prolata possunt intelligi de omnibus pẽsionibus integris, cum sint verba indefinita.& generalia iuxta ea quæ habentur in l.si ita relictum in princip.& in l.si pluribus.ff.de legat.ij.possunt etiam intelligi de pensionibus cum diminutione pecuniæ solutæ pro rata,veluti in instrumento primæ locationis continetur: Ergo in dubio secundum id,quod magis verisimile est,debent intelligi: At magis verisimile est, vt de pensionibus integris absq; aliqua diminutione intelligantur,quoniam aliter intelligendo Caius vltimus conductor magnum,& enorme damnum pateretur, neque verisimile est,illum cum damno manifesto tanta pensione fundum conduxisse, si pensiones ante tempus à Titio primo conductore solutas sciuisset, ideòque illum cum earum diminutione singulis annis pro rata pensiones recipere debere.nõ enim verisimiliter creditur,quòd suum quis perdere.& iactare voluerit.l.cum de inde-
4 bito.ff.de proba. †Et ex summa, & quantitate pensionum mens conductorum colligitur, atque interpretatur argum.eorum,quæ tradit Barto.in l.j.§.qui superficiem.ff.de superfic.& in l.cotem.§.qui maximos.ff. de publica. Quare debemus dicere ad hoc vt Titius primus conductor integras pensiones Caio soluere dicatur, quòd Caius ratam pecuniæ solutæ retinere debebit,vt dictum est. Quæ sententia confirmatur ex regula d.l.veteribus.ff.de pact. quòd verba dubia, & generalia contra locatorem ad fauorem conductoris interpretari debent, præsertim cum in potestate locatoris,qui solutiones sibi factas sciuit, fuerit legem apertius dicere. nihilque possit Caio vltimo conductori imputari,si legem apertius nõ dixerit,quoniam dictas solutiones factas ignorauit argum.l.ij.l.nec supina.& l.regula.§.sed facti.ff.de iuris,& fac.igno. Factũ enim ignorauit:quod execusat.l.idẽmque.ff.mandati.quod
5 de alieno accipiendum est. Præterea †quando locatoris dolus & circumuentio in locatione interuenit,agitur contra locatorem actione doli ex locato ad id, in quo conductor fuit deceptus,& circumuentus. l.si in lege in princip.in fine.versicul.ff.locati.At in casu isto locatoris dolus interuenit, quia is sciuit solutiones iam factas à primo conductore, & Caius ignorauit
6 per prædicta,ergo &c.Pro qua decisione† videtur esse text.in l.Iulianus.§.item Iulianus.cum ibi notat.ff.de actio.empti. vbi si venditor fundi sciuit fundum pluribus municipiis legata debere,& in instrumento scripsit,vni municipio deberi,emptor,qui ignorauit, tanquam à venditore circumuentus contra ipsum ad interesse agere potest, quasi emptorem decepisset, non exprimendo, quibus municipiis deberetur: & per illum textum Paul.de Castr.ibi inquit, pactum appositum in fauorem venditoris super eo,quod is sciebat, & emptorem non certificauit, venditori non prodesse,immò cõtra eum agi posse de illo quod tacuit, cum

tacendo emptorem circumuenisse dicatur. Idem ergo dicendum est in locatione, & conductione, quæ proxima est emptioni, ac venditioni, iisdémque regulis consistit l. ij. ff. loca. cum simil. Facit etiam id, quod voluit Cyn. in l. fraus ff. de legib. & Paul. Cast. in l. j. in fi. colu. vltim. ff. de actio. empt. de consiliario, qui cum sciret decretū precium frumenti inter consiliarios, sed nondum publicatum, magnam frumenti quantitatem carius vendidit: Deinde decretum, quanti frumentum vendi deberet, fuit publicatum, nam & Cyn. & Paul. ibi concludunt, venditionem rescindendam esse, vel agi posse ad interesse per illum text. quia venditor improbè fecisse dicitur, emptorem, non certiorando, qui certioratus tanto precio frumentum non emisset: Ideoque de eius dolo in tacendo commisso venditor tenetur arg. l. j. in fin. ff. de dol. except. Et ex his ad fauorem Caij vltimi conductoris contra locatorem concludendum esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Communis opinio scribentium in iudicando, & consulendo sequenda non est, quando contra illā text. clarus, atque apertus esset.*

2 *Inuentarij hereditatis confectio duo habet tempora, alterum, quo inchoari, alterum, quo perfici debet.*

L. fi. §. si verò postquam, C. de iure delibr. declaratur.

3 *Heres quando in mora adeundi, aut aliud faciendi esse, & malitiose differre censeatur.*

4 *In iis, quæ omittendo, & negligendo committuntur, mora committitur, si adimplendum non adimpleatur infra tempus, infra quod potuit adimpleri.*

Quæstio 62.

AN tempus inchoandi inuentarium heredi, qui legis beneficio vti velit, incipiat currere à die scientiæ, & notitiæ delationis hereditatis, an verò à die aditionis illius? Solet de hoc dubitari inter glossas, & doctor. in l. fina. §. j. & in §. sin autem hoc. C. de iure deliber. & opinio Richardi malumb. fuit. quòd tempus triginta dierum, quod datur heredi ad inchoādum inuentarium, incipiat currere à die, quo ipse sciuit hereditatem sibi esse delatam, quam sententiam videtur sequi gloss. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & glo. in authen. de hered. & Falcid. in § hinc nobis. in versi. tempora: idem voluit Ioan. And. in addit. ad Specul. & ibi Specul. in titu. de instrumen. editio. in §. fin. circa fin. & ibi Bald. in addit. Salicet. in d. l. fin. §. j. per illum text. qui clarè loquitur ibi vel delatā sibi hereditatem cognouerit &c. Et dicunt præfati doctor. & Paul. de Castr. in d. l. fina. §. si vero postquam. & Alexand. in d. §. j quòd hæc opinio est in puncto iuris verior per text. in d. § j. qui hoc decidit, neque secundum Paulum cauillari potest, quamuis plures contra-
2 rium tenuerint, † propter quorum opinionem ab hac, quæ est verior in puncto iuris, non est in iudicando, & consulendo recedendū, ex quo pro ea doctores maximæ authoritatis, & textum apertum illam probantem habemus per ea, quæ volunt Bald. Abb. & doctor. communiter canonistæ, & ego ibi dixi in ca. j. extra de constitut. circa finem, qui volunt, quòd etiam contra communem opinionem sit iudicandum, & consulendum, quando text. clarum contra illam habemus: sed in hoc casu omnes magis communiter fatentur hanc opinionem, quòd à die notitiæ tempus currere incipiat esse in puncto iuris veriorem, & pro illa esse text. expressum in d. l. fi. §. j. ergo &c. Non obstat d. l. fina. §. si verò postquam. vbi probatur, quòd à die aditæ hereditatis, vt ibi postquam adierint, vel sese immiscuerint
2 &c quia respondetur, quòd † duo sunt tempora inter alia, de quibus lex illa loquitur, Primò enim in § j loquitur de tempore triginta dierum, quod datur ad inchoandum inuentarium, & hoc incipit currere à die notitiæ, & scientiæ, vt in d. §. j. Aliud est tempus dierū sexaginta, quod datur ad implendum, & perficiendum inuentarium, vt in d. §. j in fin. & hoc incipit currere à die aditæ hereditatis: & ita loquitur text. in d. l. fi. in §. si vero postquam. qui de hoc tempore ad perficiendū inuentarium in terminis loquitur, vt ibi ad inuentarij confectionem effluxerit &c & ibi eo ipso quòd inuentarium secundum formā præsentis constitutionis non fecerit &c. & ratio diuersitatis est, quia secundū tempus est magis præiudiciale, quod apparet, tum quia datur à lege duplicatum, tum quia per lapsum illius ius heredis omnino læditur, vt in solidum teneatur, vt ibi. Nec obstat tex. quem allegat Bart. in l. iij. §. si si quis heredi. ff. de statulib. quia loquitur in casu diuerso, & ratio diuersitatis colligitur ex iis, quæ dicit Alexand. illi textui respondendo in d. l. fin. §. j. vnde ex prædictis ab hac opinione non discederem. Vel esto, quòd contraria opinio, quæ iure non probatur, esset magis communis, prout nonnulli affirmare videntur, vt per Paul. de Cast. in d. §. si verò postquam. & per Alex. in d. § j. tamē doctor. communiter, & ferè omnes videntur illam opinionem declarare, quando heres sciuisset hereditatem sibi fuisse delatam, & malitiosè, ac fraudulenter hereditatem adire distulisset, tunc enim tempus aditæ hereditatis non expectatur, sed ad inchoandum incipit currere à die notitiæ, & scientię per d. l. iij. §. si quis heredi. qui tex. ita distinguit: & hoc voluit Bart. in d. l. fin § j. quem doct. magis communiter sequi videntur: & ita tenent, ac declarant Alexan. in d. l. fina. §. j. ibique Paul. in fin. ij. colum. Quod dictum in se æquitatem ha-
3 bet, & de iure verissimum est. † In mora autem dicetur esse heres, & malitiose aditionem distulisse præsumetur, quando is sciuit hereditatem sibi esse delatam, illámque non adiuit, quam primum potuit post scientiam arg. eorum, quę habentur per Bald. in l. j. C. de iis,
4 quibus vt indig. qui dicit, quòd † quando sumus in iis, quæ omittendo, & negligendo committuntur, si tantū tempus pręteriit, infra quod illud adimpleri potuerit, neque fuerit adimpletum, quis censetur in mora, & negligentia. ideóque heres præsumitur noluisse mortem defuncti vindicare, quando tantum tempus præteriit, infra quod, cum posset, non vindicauit: facit, quod voluit Bart. in l. si quis Titio, in fin ff. de legat. ij. qui dicit, quòd heres, ad quem spectat eligere, dicitur in negligentia eligendi, & sic in mora, quamprimum potuit eligere, dicitur in negligentia eligendi, & sic in mora, quamprimum potuit eligere, & nō elegit: faciunt not. per Bart. & Paul. de Castr. in l. ita stipulatus. la grande ff. de verbor. obligat. & est bonus tex. quem in materia allegat. Bart. in d. l. fina. in d. l. iij. §. si quis heredi. ibi sed quid, si data opera traxerit &c. iunctis illis verbis, quoniam per eum non stetit, quominus impleatur. Ergo trahendo data opera, vt quia sciuerit, & potuerit, dicitur per eum stare l facit id, quod in simili voluit Bald. in d. l. fin. §. & si præfatam. in ij. colum. qui inquit, quòd in dubio heres in mora præsumitur. Si igitur heres sciuerit hereditatem sibi esse delatam, & tantum habuerit tempus, infra quod commode adire potuit, neque adiuit, data opera dicitur aditionem protraxisse, & in mora adeundi fuisse: & propterea nō fuit necessaria aditio hereditatis ad hoc, vt tēpus inchoandi inuentarij currere inciperet: quinimo à die sciētiæ, & notitiæ currere cœpit per prædicta: & ita esse concludendū dixi. id enim & verū est & multis. ll. comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, cui bona hereditatis pro satisfaciendo creditoribus vendita fuerunt, tutus est, vt super bonis emptis conueniri non possit.*

2 Vendita res regulariter ad emptorem cum suo onere transit.

3 Inuentarij confectio prodest heredi, vt possit de bonis hereditatis retinere, quicquid de suo impendit in causas necessarias hereditatis, omnibúsque creditoribus, & legatariis præferatur.

4 Aeris alieni causa, est causa necessaria.

5 Heres, qui cum inuentarij confectione hereditatem adiuit, & creditoribus res hereditarias in solutũ dedit, non potest ab aliis creditoribus conueniri.

6 Heres, qui accepit, seu emit bona ad effectum, vt ipse de bonis, & pecuniis propriis creditoribus hereditariis soluat, an tutus sit aduersus alios creditores, qui contra heredem actione hypothecaria, vel personali agere vellent.

7 Heres cum beneficio legis, & inuentarij siue ante, siue post aditionem hereditatis in solutum acceperit, tutus est aduersus alios creditores.

8 Aditio hereditatis cum inuentarij confectione heredi non obest, immo quo ad iura, quæ ipse in bonis hereditatis habet, facit illum censeri extraneum.

Quæstio 63.

1 VENIT & illud in quæstionem, An sicut † emptor, cui bona hereditatis pro satisfaciendo creditoribus, & legatariis vendita sunt, tutus est, vt
super bonis emptis conueniri non possit iuxta l. final.
§. & si præfatam. in versic. sed nec aduersus emptores.
C. de iur. deliber. ita heres, qui hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij ad d. l. si adiuit, si de propriis
ipsius pecuniis soluit creditoribus hereditariis, & legatariis, accipiendo bona hereditaria in satisfactionem & absolutum, vtatur beneficio inuentarij, vt super illis bonis ab aliis creditoribus hereditariis, & legatariis molestari nequeat? Et illud me hercle videretur esse dicendum quòd eodem beneficio non vtatur,
quo emptores aduersus alios creditores, & legatarios,
nam quodam modo rei suæ emptor diceretur, qui per
aditionem hereditatis, seu immixtionem dominus factus fuit iuxta l. cum heredes. in princ. ff. de acquiren.
possessio. & l. in suis. ff. de liber. & posth. rei autem suę
emptio non valet. l. suæ rei. ff. de contrahen. emptio. ideóque heres non potest emptoris priuilegio vti, vt videtur in terminis velle glo. quam doctor. communiter
sequuntur in l. ij. & ibi Bart. & Cyn. C. de repud. hered.
Præterea quòd emens ab herede, qui adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, tutus sit aduersus creditores hereditarios, qui bona hereditatis hypothecata
habent, vt in d. § & si præfatam. à iure communi exor
2 bitans, & contra illius regulas esse dicitur, quia † regulariter res vendita cum suo onere pignoris, & hypothecæ ad emptorem transit. l. si debitor. cum simil. ibi
allega. C. de distra. pignor. ergo nec de casu ad casum,
nec de persona ad personam extendi debet. c. quæ à iure communi. de regu. iur. in vj. l. quod contra. ff. eodem
titulo. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo. & maximè
si non adsit eadem ratio per ea, quæ habentur per Abb.
in c. cum dilecta. de confirmatio. vtil. vel inutil. Propterea cum text. in d. §. & si præfatam. loquatur in emptore, qui emit ab herede ad effectum soluendi legatariis, & creditoribus, non debet extendi ad heredem,
qui de suo soluit animo retinendi bona hereditariá
in solutum, & præsertim quia diuersa est ratio in herede, qui proprie, & vere emptor dici nó potest, cum rei
suæ nulla sit emptio, vt dictum est. Quibus tamen non
repugnantibus contrariam sententiam veriorem esse
putaui, quòd heres emptoris beneficio fruatur, & gaudeat. quando is hereditatem cum beneficio legis, &
inuentarij adiuit, & postea de suis pecuniis creditoribus hereditariis soluit, & sic in causam necessariá ad
ea, quæ traduntur in l. pater filium. in princip. cum ibi
3 not. ff. de legat. iij. quia † confectio inuentarij principaliter in beneficium heredis inuenta, d. l. final. operatur
quo ad expensas factas, & alias causas necessarias hereditatis, quòd heres habeat priuilegium retinendi
sibi de bonis hereditatis, quicquid ipse de suo expendit, vtque omnibus creditoribus, & legatariis præferatur, vt est tex. in d. l. finali. §. in computatione. ibi vel in
alias causas necessarias hereditarias approbauerit sese persoluisse: sed causa æris alieni soluendi, & creditoribus hereditariis satisfaciẽdi est causa necessariá,
vt notat. in d. l. pater filium. cum similibus, ergo &c.
Secundo hæc conclusio confirmatur per text. in d. §. &
4 si præfatam. in versic. si vero herędes. † vbi si heres, qui
hereditatem adiuit, confecto inuentario, soluerit creditoribus de pecuniis suis, vel aliquibus creditoribus
res hereditatis in solutum dederit, cæteri creditores
hypothecaria agere contra heredem non possunt, sed
solum contra creditores, quibus fuit solutum. Tertio
hanc conclusionem tenent Bald. Salic. Alexan. & doct.
communiter in l. ij. circa. C. de repu. heredi. qui in terminis decisionem quæstionis nostrę ponere videntur,
6 † quærunt enim ibi post gl. An heres, qui bona hereditatis emit, seu accepit ad effectum, vt de propriis
pecuniis, & bonis creditoribus hereditatis solueret,
tutus sit aduersus alios creditores, qui cótra heredem
actione hypothecaria, vel personali agere vellẽt: & gl.
ibi doctoresque communiter præsertim Bart. Cyn. &
alij antiqui dicunt, quo ad ea bona tutũ non esse, quo
minus ab aliis creditoribus conueniri valeat: Quod
quidem secundum Bal. Salic. Alex. & Moder. fallit, quádo heres adiuisset hereditatem cum beneficio legis,
& inuentarij, nam licet quãdo heres hereditatem adiuit, bona à die mortis ipsius heredis fuisse censeantur.
d. l. cum heredes. iunct. l. heres quandocunque ff. de acquir. heredi. atque idcirco si ipse emit, vel in solutum
accepit, bona hereditatis pro satisfaciendo creditoribus hereditariis, (quæ in solutum acceptio est quædã
emptio. l. si prædiũ cum ibi no. C. de euictio.) emptio,
seu acceptio in solutũ valere de iure non deberet, quia
rei suæ nulla est emptio, & propterea cæteri creditores hypothecaria contra heredem agere non prohiberentur. d. l. si prædium, & habetur per gl & doct. in d. l.
ij. C. de repu. here. Tamen hæc vera sunt, nisi heres fecerit inuentarium, quia túc aduersus alios creditores
etiam priorem hypothecam habentes se tuebitur: ita
est de mente Salic. in d. l. ij. in fin. ver. allegando text. in
d. l. si §. & si præfatam in ver. si vero heredes. C. de iure
delib. vbi est bonus tex. Præterea heres in casu non potest ab aliis creditoribus, & legatariis molestari, tum
quia est heres, tum quia est emptor, hoc enim beneficium conceditur & emptori, & heredi de per se. vt in
d. §. & si præfatam, ibique per totum, ergo si qualitas
vtraque in eadem persona cõcurrat, multo magis hoc
dicendum est, quia duplex vinculum magis stringit,
quàm simplex auth. itaque. C. communia de success. c.
7 j. de treuga, & pace. † Idem puto esse debere, nõ solum
quãdo heres prius emit, & soluit de suo aliquibus creditoribus. & postea hereditatem cum beneficio legis,
& inuentarij adiuit, sed etiam quando prius adiuit, &
postea emit, seu in solutũ accepit pro pecuniis suis solutis creditoribus, quoniam vtroque casu prius adiuisse censetur saltem iuris fictione, cum heres adeundo
fingatur, & censeatur heres esse, ac dominus à die mortis testatoris, & defuncti. l. heres quandocunque. ff. de
acqui. heredi. iuncta. l. cum heredes. ff. de acquir. poss.
vnde sicut Bal. Sal. & Alex. in d. l. ij. volũt, quòd si heres,
pendente tempore dato ad deliberandum, & ante aditam hereditatem emat, aut in solutum accipiat à creditoribus, ac postea hereditatem adeat cum beneficio
legis, & inuentarij, ipse tutus sit, nec possit ab aliis creditoribus molestari, & sic beneficio inuentarij etiam

quo ad hoc vtatur, ita similiter dicendum est, quando
prius cum dicto beneficio adiuisset, ac deinde emisset
seu in solutum accepisset à creditoribus, quoniam e-
tiam in casu Bald. Salicet. & Alex heres fictione iuris
prius, adiuisse dicitur. & tamen tutus est, ergo idem, si
prius verè adiuerit. illud namque idem, quod opera-
tur fictio in casu ficto, operatur veritas in casu verò. §.
penul. & fin. Instituta de exhereda. libe. cum l. sicut C.
de testa. mili. §. minorem Instit. de adoptio. & in l. si is
qui pro emptore. ff. de adoptio. & in l. si is qui pro em-
ptore. ff. de vsucap. Nec repugnant adducta in contra-
rium quia primum argumentum procedit, quando he
res adiuisset non confecto inuentario: secus si inuen-
tarium confecisset per ea, quæ volunt Bal. Sal. & Alex.
& alij in d. l. ij. qui hoc modo opinionem, ac conclusio
nem glo. & doct. limitant. Secundum etiam nō aduer-
satur, tum quia id, quod supra conclusum fuit, non vi-
detur comprehendi per modum extensionis, sed com
prehensionis, & directè, nam cum heres expenderit de
suo in causam necessariam, hoc est pro satisfaciendo
creditoribus, ipse habet ius, ac beneficium excipien-
di, & retinendi sibi de bonis hereditatis, absque eo, quod
possit aut debeat pro aliis creditoribus, & legatariis
molestari d. l. fi. §. in computatione, & in §. si præfatam
in ver. si vero heredes, tum quia propter confectioné
8 inuentarij non censetur facta emptio rei suæ, † quoniā
quando heres inuentarium confecit, eius aditio here
ditatis nihil operatur ad præiudicium suum, vel suo-
rum iurium, immo quo ad iura, quæ ipse in bonis he-
reditatis habet, facit illum censeri, ac iudicari extra-
neum, vt est text. in d. l. fi. in §. si verò & ipse, & ibi per
totum, & est de mente Bal. Salic. & aliorum in d. l. ij. C.
de repu. hered. & ex his sententiam prædictam verio-
rem esse iudicaui.

SVMMARIVM.

1 *Absentibus, & legitime impeditis tēpus à iure pra-
fixum non currit, vel saltem illis in integrum re-
stitutio conceditur.*
2 *Inuentarium per procuratorem, & negotiorum ge-
storem cum ratificatione fieri potest.*
3 *Hereditas adiri non potest per procuratorem, nec
per alium alieno nomine.*

Quæstio 64.

QVAESITVM quoque est, an aditio heredi-
tatis facta ab vno fratre nomine etiam aliorū
fratrum absentium cum beneficio legis, & in-
uentarij sequuta ratificatione, prosit i-
psis fratribus qui ratificarunt post tempus trium men
sium datum ad conficiendum inuentarium. Et quāuis
non prodesset dicendum videretur, ex quo ratificatio
intra tempora legitima facta non fuit iuxta. l. bonorū.
cum ibi not. ff. rem rat. habe. cum simi. tamen contra-
1 rium in hoc casu verius esse putaui, † quia dicti fratres
absentes, & legitime impediti fuerunt, & ideo ipsis tē
pus à iure præfixum currere non potuit iuxta tex. cum
ibi not. in c. quia diuersitatem de conces. præb. vel sal-
tem stante legitimo, & iusto impedimento, iustáq; ab-
sentia illi sunt restituendi ex clausula illa generali, si
qua mihi iusta causa videbitur iuxta l. j. §. si & per to-
tum. ff. ex quib. cau. maio iunct. §. pupillis in authē. de
2 here. & falci. colla. j. Præterea cum † inuentarium fieri
possit per procuratorem Bar. post gl. in l. fi. §. sin autem
in locis. C. de iure delib. & consequenter per negotio
rum gestorem, sequuta ratificatione, iuxta ea, quæ ha-
bentur in l. communis. in fi. ff. de acqui. poss. & in l. si e-
go. cum ibi not. ff. de neg. gest. non dicitur ipsis fratri-
bus elapsum tempus ad ratificandum confectionem
inuentarij illorum nomine factam, quoniam cum tem
pus conficiendi inuentariū incipiat currere à die sciē
tiæ, vel aditæ hereditatis, vt volunt Bart. Alex. & doct.
communiter in d. l. fi. §. j. & dixi supra in q. lxij. ergo i-
psis fratribus absentibus nō potest dici cucurrisse tem
pus conficiendi inuentarij, ante quàm ratificauerint,
cum ipsi non adiuerint hereditatem: Et quamuis eorū
nomine hereditas adita fuerit, tam illa aditio fuit nul
la ad effectum, vt ratificatio eius retrotrahatur, quo-
3 niam † hereditas adiri non potest per procuratorē nec
per alium nomine alieno. l. Paulus respondit. ff. de ac-
quir. hered. sed tempore, quo facta fuit ratificatio, tūc
& notitia, scientiáque præsumitur, & censetur facta a-
ditio hereditatis, quia per illam ratificationem consta
re dicitur de animo adire volentis, ideoque hereditas
tunc aditur, quæ solo animo heredis aditur vt habetur
per Bar. in d. l. Paulus. iuncta. l. gerit. & l. pro herede. ff.
de acqui. hered. Quare dici potest, quòd à die factæ ra-
tificationis cœpit currere tempus conficiendi inuen
tarij ipsis fratribus, quorum nomine hereditas prius
adita fuit, idcircóque dicti fratres illud adhuc confi-
cere, eiúsque beneficio vti potuerunt. Et hanc esse ve-
ritatem censui.

SVMMARIVM.

1 *Arcus aquæ ducendæ causa super loco, in quo alteri
seruitus itineris debetur, illo inuito iure non fit.*
2 *Aquam certo modo super alieno solo ducendi ius ha
bens, causa maioris vtilitatis sine præiudicio do-
mini potest illam alio modo ducere.*
3 *Aquam ducendi ius habens quomodo per pontem,
qui supra riuū alterius factus sit, illā ducere possit.*
4 *Non licet alicui in alieno solo, vel supra alienū im-
mittere, inuito domino, qui ad aliquam seruitu-
tem non tenebatur.*
5 *In antiquis etiam de dominio statur libris, & scri-
pturis antiquis.*
6 *Dominium in antiquis per indicia probatur: item
per famam publicam, & probationem factam de
possessione. num. 8.*
7 *Libris, & rationibus defuncti maior datur fides,
quam libris, & scripturis viuentium.*
9 *Credulitas iustissima inducitur ex dicto notabilis
viri, & ex fama publica.*
10 *Ad probādum titulum & dominium satis est illud
allegare, & probare antiquam, & longissimam
possessionem.*

Quæstio 65.

CECIDIT In quæstionem, An super riuo, qui
sit alterius iure vel seruitutis, vel dominij, liceat
alteri facere specum, arcum, vel pontem causa
aquæ ducendæ ad suum molendinum? Et nō licere ve-
rius esse, & de iure concludendum putaui, quia aut vo
lumus dicere aliquem habere ius ducendi aquam per
riuum, per quem aquæ solitæ sunt decurrere, iure serui
tutis. vt quia solum, super quo riuus extat, & aquæ de-
currunt, non est ipsius proprium, sed alienum, aut ve-
rò illud solum, super quo riuus est, & aqua decurrit,
est ipsius proprium, & sic non iure seruitutis alicuius
aquam super illo ducit, sed ratione dominij, & proprie
tatis primo casu non licitum est alicui inuito eo, qui
ius ducendi aquam per riuum habet, facere supra di-
ctum riuum aliquem specum, aut pontem, siue arcum,
vel causa itineris, vel causa ducendi aliam aquam, quā
uis etiam ex vtroque latere riui solum ipsius esset, vt
1 est tex. no. in l. supra iter. ff. de aqua plu. ar. vbi † supra
iter alienum, hoc est supra locum, in quo alteri serui-
tus itineris debebatur, arcus aquæ ducendæ causa iu-
re non fiet, inuito eo, cui seruitus itineris debetur, &
ita ad propositum nostrum adducunt text. illū Moder-
ni Veron. in tracta. de serui. rust. præd. in c. de seruitute
aquæ ductus in col. xxxij. in fi. ibi sed nunquid habēt
ad idem bonus tex. in l. j. in fi. cum l. seq. & prin. sequen
tis.

2 ti.ff.de riuis,†vbi si habens ius aquā certo modo du-
cendi velit ducere alio modo causa maioris vtilitatis,
ac sine præiudicio domini,qui seruitutem constituit;
vt si prius in aperto duceret,& nunc in occulto per cu
niculum,vel econtra ducere vellet,potest hoc facere,
ergo infertur,q̀ si antea tale ius aquā certo modo du-
cendi non habuerit,sibi nullo modo aquā ducere lice
bit super solo alterius vel super loco, in quo seruitus
itineris,aquæ ducendæ habetur : idem probatur in l.
Quintus.ff.de ser.rusti.præd.io.Nec obstat.l hoc iure.
in fin ff.de aqua quotid.& æsti.vbi permissum est ha-
benti ius aquā ducendi illam ducere per pontem,qui
supra riuum alterius aquæ factus sit,nam respódetur,
3 †quod hoc videtur licitum, dummodo riuo inferiori
quomodocunque nó noceatur: noceri aūt indistincte
diceretur,si fieret arcus lapideus,si vero pons de ligno
fieret.tunc si riuo,inferiori non noceret.posset fieri,vt
ibi,iuncta.d.l.supra.de aqu.plu.ar.ad quam se remittit
gl.in d.l.hoc iure.in.fi quæ iura debent intelligi secū
dum gl.& doct.ibi,quando idem dominus,qui riuum
in suo haberet,per quem ducebat aquā,concessit alte
ri seruitutem aquæ ducendæ ad aliquem locū, tunc e-
nim permissum est habenti seruitutem facere pōtem,
& riuum super riuo domini, dummodo riuo domini
inferiori non noceatur,& ratio est,quæ traditur in d.
l.Quintus,& ibi Pau.Cast.& alij,quia dominus serui-
tutem aquæ,vel itineris concedendo videtur etiam o-
mne id concessisse , sine quo seruitus illa haberi non
posset,item sicut nulli licitum est,inuito domino,face
re specum, pontem,vel arcū super riuo, aut itinere al-
terius,ita nec cuniculum facere licet, super quem ve-
lit quis aquā ducere sub itinere,vel riuo alterius,vt vo
luit gl.in d.l.supra iter. Secundo casu si solum, in quo
riuus extat,seu aqua decurrit est proprium alterius,&
illius,cuius est riuus,quo ad proprietatem , ac posses-
sionem(quo casu dicitur suum esse vsque ad centrum,
& vsque ad coelum,vt in l.altius.& in l.si in ædibus,v-
bi gl.& doct.C.de serui.& aqua.illud verius est,nemi
nem posse super riuo illo,& supra solum,nec sub riuo
facere specum,pontem,arcum.vel cuniculum, per quē
aquam ducat,quia †in alieno , vel supra alienum nulli
4 immittere licet,inuito domino soli, qui ad aliquā ser-
uitutem non tenebatur arg. eorū , qui habentur in l.si
ædes , & in l. Sabinus.ff. communi diuidun.& in l.al-
tius cum sequen.& in l.aquam cum ibi no.C.de seruit.
Hoc idem probat text.in d.l supra.secundum vnam le
cturam,& arg.l.j.in fi.cum sequenti.ff.de riuis.vbi illis
casibus,quibus riuum super riuo facere,& aquam su-
per aqua ducere permissum est , dicitur permissum si
dominus,& proprietarius aut voluerit aut seruitutem
constituerit.ergo secus si dominus nec permiserit nec
ratione seruitutis pati teneatur iuxta d.l. Quintus cū
ibi not.Quòd autem solum super quo riuus, vel aqua
decurrit,esset alicuius,probari,& ostendi posset , si in
antiquis essemus,ex scripturis , & libris maiorum , in
5 quibus fides fieret de emptione dicti soli, † quibus li-
bris. & scripturis antiquis etiam de dominio standū
est.Vt tradunt Moder.post Bar.in l.admonendi ff.de iu
re iuran.iuncta.l.indicia.cum ibi no.per Bald.& alios.
6 C.de rei vendica. †Vbi saltem in antiquis dominium
per indicia probatur.& in antiquis per scripturas,& li
bros antiquos fiunt indicia,& probationes præsum-
ptiuæ d.l indicia.& Bald.post Nicola. de mathar.in l.
rationes C.de probat.in versi.reuoco in dubium &c.
7 dicit.quod † libris & rationibus defuncti maior fides
adhibetur,quam libris & scripturæ viuentium,quia a-
nimus defuncti non ita corruptus præsumitur,nec cor
rumpi potest:idem voluit Bart.in l.nuda ratio.ff.de do
8 nat.quæ quidem Bald.notanda esse dicit. † Constare
etiam potest de dominio dicti soli ex fama publica,
& ex probatione antiquæ possessionis quæ per plures
testes probata esset,nam in antiquis de dominio statur
famæ publicæ:& probationi factæ de possessione , ad
tradita per Bald.in l.cum res.in l.proprietatis, & in l.
possessores.C.de probat.faciunt not.per Host.qui re-
fert Iacob.Buttriga.in c inter dilectos de fide instrum.
Bart.in l.penult.in fin.princ.ff.de condit.instit.per no.
in l.iij.C.de probat.& in l.at qui natura §. cum me. ff.
de neg.gest.& in l.Celsus.ff.de vsucap.& ita Bart.mo
uetur,nam iustus error dat causam vsucapioni , sicut
verus titulus:propterea si quis non posset verum titu
lum probare,sufficeret probare per publicam vocem,
& famam,quæ probatio vna cum probatione longæ,
& longissimæ possessionis sufficeret ad probationem
dominij tanquam acquisitum sit ex vsucapione vel sal
tem ex præscriptione,vt inquit Bartol in d.l.Celsus,&
Bald.in d.l.proprietatis. Et quod in antiquis dominiū
probetur etiam per solam famam publicā , gl.& doct.
omnes tenent in d.l.proprietatis , Innoc.ibique Abb.
& alij in c.veniens.in vers.fama de verb.signifi. Alex.
in consi.j.lib.iiij.Bald.in l.cum super.C.de rei vendic.
Innoc.& alij in c.veniens de testib.& in c.quid per no
uale per illum text.de verb.signif.Item Bald. in d.l in-
dicia inquit,quod si pater meus allegetur emisse præ-
dia,neque instrumenta reperiantur,neque testes, quia
sint mortui,& ab hinc annos duodecim & vltra pater
meus decessit,ego postea decem annos continuos pos
sedi,deinde à possessione cecidi , ego titulum proba-
bo,atque dominium,probando, quod audierim patrē
meum emisse,& quod de hoc publica vox est,& fama:
& idem si hoc probaretur per scripturam, & libros an
tiquos patris,aut aui defuncti:quamuis enim titulum
non probem,tamen probo iustissimam tituli creduli-
tatem,ex qua per decennium,& vltra possidendo præ-
9 scripsi:†dictum namque notabilis viri , & multo ma-
gis fama publica iustissimā credulitatem inducit iu-
xta ea,quæ habentur per gl.in l.Titio fundus. ff.de cō
dit.& demon.iuncta.l.iiij. ff.ad Maced.& in l.cū qui-
dam.ff.de acquir.hered.& per Bart in d.l.Celsus.Præ-
10 terea †ad probandum titulum, & dominium satis est,
illud allegare, & probare antiquam , ac longissimam
possessionem,nā articulando de dominio,& antiquis-
simam possessionem probando dicitur probari domi-
nium,quamuis aliud esset,si quis simpliciter de posses
sione,& præscriptione articularet, cum vis in articu-
lando consistat,vt volunt Bart. Salicet. & alij in l.cum
de in rem verso. C.de vsur.& in l.si certis annis. C. de
pact. cum aliis multis quæ adduci possent. Et hæc o-
mnia in iure verissima esse ratus sum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor legitimus donec extat ,ad datiuum non per-
uenitur , immò legitimus superueniens datiuum
excludit:& quando hoc sit verum num.7.*
2 *Mater ad tutelam filiorū de iure speciali vocatur.*
3 *Et contractu secundis nuptiis ipso iure tutrix peni-
tus esse desinit:& quando verum sit.num.8.*
4 *Mater secundū iura Cod. & ffotum.ad tutelā non
admittebatur,extātibus legitimis:hodie secus est.*
5 *Matre ad secunda vota transeunte post filium tute-
lam susceptam quando legitimo,& quando dati-
uo tutori locus sit.*
6 *Tutor à iudice datus petente matre , in locum ma-
tris subrogatur , omnibúsque aliis legitimis præ-
fertur.*
7 *Tutore legitimo semel admisso,quando sequenti le-
gitimo locus sit & non datiuo.*

Quæstio 66.

MATRE post susceptam tutelam volente ad se
cunda vota transire , & a iudice petente , filiis
suis de tutore prouideri,sequutis nuptiis, vtrū
sit locus datiuo,an legitimo tutori?Hæc quæstio sæpe

in facto fuit agitata,supérque ea sæpius,ac variè con-
sultum:& quod non sit locus datiuo,sed legitimo,te-
nuerunt Iacob.Butrig.Rayn.de Forliu.& quidam Al-
1 ber.de Salic.plurésque alij moti hac ratione,nam †do
nec legitimus extat tutor,ad datiuum nō peruenitur,
immo legitimus superueniens datiuū excludit,l.si tu-
tor reipubl §.j.ff.de tut.& rat.distrah.l.non solum.§.si
libertus.ff.de excusa.tut.& probatur ex ordine titulo-
2 rum in ff.& in institutionib. Secundò †mater,quæ ad
tutelam filiorum vocatur, non de iure communi , sed
de speciali vocatur,quia est fœmina & si se abstineat
à secundis nuptiis,& donec se abstineat.l.j.C.quando
mul.tut.off.fund.potest,& arg.l.fœminæ.ff.de regu.iu
3 ris, †Contractis igitur nuptiis desinit ipso iure tutrix
esse,adeo quod nullæ reliquiæ remanent,iudice etiam
hoc non agente,vt in authen sacramentum C.quando
mul.offi.tut.quinimo cum primum mater declarat, se
velle.ad secunda vota transire.desinit ilico esse tutrix.
Specul.in tit.de tutore in §.nunc dicendum,Bart.in d.
authen.sacramentum in vltima col.versi.quæro,an sta
tim,& in l.si quis sub conditione,in vj.colum.in fi.ff.
de testa.tut.& docto.communiter sequuntur.Quo fit,
vt non dicatur esse locus datiuo , sed legitimo tutori
per ea,quæ habentur per gl.magnam in d.l.si quis sub
conditione per text.in l.tutela in § penult.cum sequ:
ff.de legit.tuto. Præterea cum antea legitimi tutores
admittantur,quàm dentur datiui,& mater,exclusis le-
gitimis,de iure speciali fuerit admissa,ergo,illa exclu
sa,debet esse locus legitimo,& non datiuo, tum quia
res ad naturam suā facile redit.l.si vnus.§ pactus versi.
quoties.ff.de pact.tum quia cessante impedimento ef-
fectus impedimenti cessare debet argu.l.ex facto.ff.de
vulgar.& pupil.& c.cum cessante de appella. Sed,his
non aduersantibus,sententiam contrariam esse verio-
rem respondi , cum , vt propositum fuit , mater ante,
quàm ad secunda vota transiret,iudicem adiuerit , il-
líque dixerit velle secundas nuptias contrahere , & i-
deo petierit,vt filiis suis pupillis idoneū tutorem da-
ret,cui rationes tutelæ reddere posset:quamobrem lo
cus tutori datiuo esse potuit , & hoc modo datas ad
matris petitionem præferendus est cuicunque legiti-
mo. Itaque aliàs in quæstione facti consuluerunt Ri-
char.malumb.& Iacob.de Beluiso,& hanc sententiam
semper sequutus est Bart.vt ipse tradidit in d.l.si quis
sub conditione,& in d.auth.sacramentum, vbi hoc i-
dem volunt Bal.Salic.& alij:& Salic. inquit,se putare
hanc opinionem in iudicando,& consulendo fore se-
quendam,atque in veritate magis communem esse,il-
lámque ego semper in consiliis sequutus sum. Verita-
tis autem inuestigandæ gratia sciendū est quod leges
Codicis,ac ffōrum etiam parum valent , minúsque in
4 proposito faciunt:†nam secundū hæc iura mater tunc
demum ad tutelam admittebatur,si nullus tutor legi-
timus extabat,qui tutor esse posset,vt in l.ij.& fin.C.
quando mul.offic.tut.fun.pot.& ideo,matre nolente.
& desinente,ad datiuum tutorem deueniebatur,quo-
niam hoc erat necessarium,cum nullus legitimus exta
ret , alioquin matri tutela non fuisset delata d.l.ij.in l.
omnem.C.ad Terty.l.& in l pen.C.in quibus caus.pi-
gno.taci.cōtrah. Sed cum hodie mater,legitimis aliis
extantibus & exclusis,admittatur.si ipsa tutelam velit
suscipere.vt in auth.matri.& auiæ cum sequen.C.quā
do mul.tut.offi.fund.potest.& in corpore, vnde sumi-
tur, Videndum est,an vera sit conclusio tradita:& pro
difficultatis decisione capio verba Barto.in d.l.si quis
sub conditione,& in d.auth.sacramentum , quem do-
5 ctor.vt iam dixi,communiter sequuntur:†nam secun-
dum Bart. tres sunt diuersi casus , primus est, quando
mater à principio nunquam tutelam suscepit,vel quia
noluit,vt potest,vel quia fuit exclusa à tutela mora,&
tempore iuxta tradita à Salic.& ab aliis in d. authent.
matri.& auiæ in colum.pen.& habetur per Alexan.in
consil clxj.col.ij.lib.v.& tunc siue mater iudicem nō
adiuerit.siue adiuerit,& tutorem filiis suis dari petie-
rit,locus est legitimo,haud datiuo,vt est text.in l.ij.C.
qui pet.tut.cuius rationem tradit Salic.in d.auth.ma-
tri.& auiæ: & hic non est casus.noster, quia mater tu-
telam suscepit,atque administrauit. Secundus casus
est,quando mater ab initio tutelam suscepit, & admi-
nistrauit, deinde, filiis de tutore non prouidendo ne-
que iudicē adeundo,ex abrupto ad secunda vota trāsi
uit:quo casu tutrix esse ipso iure desinit, iudice etiam
hoc non agente,vt in d.authent.sacramentum.& pro-
batur ex pluribus,quæ ibi Sali. adducit,& tunc etiam
legitimo locus est,haud datiuo: & ita procedant no-
tata in gloss.magna d.l.si quis sub conditione, & text.
cum ibi not.in d.l.tutela.§.penulti.cum simil. Neque
hic est casus noster. Tertius casus est, quando mater,
quæ tutelam cœpit,& administrauit, antequam actua
liter ad secunda vota transiret,iudicem adiuit,illíque
exposuit se velle ad secunda vota transire idcóque pe-
tiit,tutorem idoneum dari filiis suis,ne contigeret i-
psos absque tutore remanere : & hic propriè est casus
noster,in quo concludo , indicem posse dare tutorem
datiuum illum,quem forte mater nominabit, si iudici
idoneus,aptúsque videbitur, vel alium suo arbitratu,
adeo quod legitimæ tutelæ non est locus , sed datiuæ,
& is qui hoc pacto à iudice datus est,omnibus legiti-
mis præfertur,vt voluit gl.in d.authen.sacramentum:
vbi hoc sequuntur Bart.Bald.Salic.& alij, & fuit opi-
nio Iacobi de Beluiso,Richar.malumb.& glo.in d.l.si
quis sub conditione,vbi Bart.& cæteri. Ratio est,quia
mater tutrix coram iudice idcirco suspitionis causam
manifestauit,ipsúmque adiuit vt ea à tutela abiret, a-
liísque à iudice tutor daretur,vt dicit tex.in d.l.si quis
sub conditione in §.j.Præterea cum in remouendo ma
trem,quæ se ipsam suspectam manifestauit,iudicis fa-
ctum interuenerit,in ea ante , quàm alius tutor detur,
reliquiæ prioris tutelæ remanere dicuntur , quia hoc
modo tutrix ipso iure , & funditus esse non desinit
prius,quam alius à iudice tutor detur:& quam diu tu-
trix est,neque esse desinit,locus non est legitimo tuto-
ri,nec etiam,postquam alius à iudice datus fuit , quia
6 †datus à iudice in locū matris est subrogatus, & ideo
omnibus aliis legitimis præferri debet, sicut ipsa ma-
ter præfertur,vt in d.auth.matri, & auiæ. quoniā sub-
rogatum sapit naturam eius.in cuius locū subrogatur
l.si eum.§ qui iniuriarum.ff.si quis cautio. & hæc fuit
ratio Salic.in d.auth. sacramentum. & cum hic casus
haud magnam difficultatem habere videatur , & do-
ctor.communiter teneant,locum esse datiuo tutori &
non legitimo,& tutorem datū à iudice ad matris pe-
titionem cuicunque legitimo esse præferendum,idcir
co in corroboranda tradita conclusione non insisten-
do,superest, vt in contrarium adductis respondeatur,
quibus licet ex supradictis,& maxime ex distinctione
Bart.relata responsio facile colligatur, tamen specia-
lius respondendo,non obstat primum, quod donec le
7 gitimus extat tutor,non est locus datiuo,†quoniam id
primo procedit,quando nunquam à principio legi [illegible]
tisfactum foret,vt quia legitimus,cui lex tutelam de-
ferebat,nondum fuisset admissus:at quando semel le-
gitimus esset admissus,qui postea tutor non ipso iure,
sed iudice hoc agente esse desiisset , tunc legitimo se-
quenti locus non esset,sed datiuo d.l.si quis sub condi
tione.& ibi gl.& in d.auth.sacramentum,prout doct.
communiter in tertio casu supra relato exemplificant
qui est casus noster. Secundo respondeo, quod quan-
do legitimus tutor desiit esse tutor , iudice hoc non
agente,& nullis reliquiis tutelæ remanentibus,vt su-
pra in primo, & secundo casu dictum est , tunc locus
est legitimo sequenti,vt habetur in d.l. si quis sub con
ditione,& ibi gl.& in d.l.tutela.§.penult.cum sequen-
ti.secus si ipso iure, & funditus tutor esse non desiit,

sed

ſed iudice hoc agente,& per modum cuiuſdam ſubro
gationis,quia tunc non legitimo ſequenti, ſed datiuo
locus eſt,vt in caſu noſtro,& ſupra diximus.Non ob-
8 ſtat ſecundum fundamentum. †quia illud poſſet proce
dere ſecundum ius ff orum,& Codicis,ſecundũ quod
mater tutrix anomala, & de iure ſpeciali dicebatur.
hodie verò eſt legitima etiam extantibus aliis legiti-
mis,quibus ipſa præfertur,vt in d.authen.matri,& a-
uiæ,& in corpore vnde ſumitur, non tamẽ ad tutelam
cogitur & ſi S.C.Velleiano renunciauerit text. in §.ex
his authent.de hered.ab inteſ.coll.ix. Secundò argu-
mentum illud procederet,quando mater ipſo iure tu-
trix eſſe deſiiſſet, ante quàm à iudice tutor ſecundus
daretur,vt dictum eſt ſupra in ſecundo caſu:itaque in-
telligunt Bart. Bal.Salic.& alij communiter.Hoc mo-
do etiam intelligenda ſunt dicta ſupra in tertio funda
mento,videlicet quòd res ad naturam ſuam facilè re-
dit,quodque ceſſante cauſa impedimenti ceſſat impe
dimentum,nam procedunt in caſu noſtro,quando res
ipſo iure ad naturam ſuam reuerteretur, & ipſo iure
cauſa impedimenti ceſſaret, vt quia mater ipſo iure
funditus,& iudice hoc non agente tutrix eſſe deſine-
ret,ſecus ſi non ipſo iure, & iudice hoc agente,vt di-
ctum fuit. Et ita in prædictis omnibus iuris eſſe dixi.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina nec à teſtatore,nec à iudice tutrix dari po*
teſt,niſi ſit mater,vel auia pupilli.
2 *Diſpoſitio vltima voluntatis,in qua electio perſonæ*
in alterius arbitrium confertur,non valet.
3 *Et quare?*
4 *Tutores aut à lege aut à teſtatore, aut à iudice con-*
ſtituuntur,& nemo illorum conſtitutionem alteri
poteſt committere.
5 *Tutelæ cauſa compromitti non poteſt,vt arbitri tu-*
torem dare poſſint.
6 *Vxor relicta à marito teſtatore tutrix omniũ filio-*
rum,ſi is habebat etiam filios ex primo matrimo
nio,quorum tutrix eſſe dicatur.
7 *Tutela ſicut in rebus,ita in perſonis diuidi poteſt.*

Quæſtio 67.

TESTATOR quidam habens tempore condi
ti teſtamenti filium ex primo matrimonio con-
ſtituit Seiam vxorem ſuam tutricem, & legiti-
mam adminiſtratricem dicti eius filij,ac cuiuſcunque
alterius naſcituri:& caſu,quo ea non potuerit de iure
ab ipſo tutrix conſtitui,voluit illam debere eligere a-
liquem alium tutorem idoneum:De duobus dubitatũ
eſt,primò an vxor tutrix filij teſtatoris,eius verò priui
gni eſſe potuerit,deinde an teſtator potuerit filiis tu-
torem in teſtamento illum relinquere, quem vxor ele-
gerit.Ad primum reſpondi breuiter, vxorem non po-
tuiſſe dicti filij priuigni ſui tutricem eſſe,non obſtan-
1 te voluntate,ac diſpoſitione teſtatoris, quoniam †tute
la dicitur eſſe officium virile, quod ad fœminas ſpe-
ctare non poteſt,niſi ſit mater,vel auia pupilli, vt in l.
j.cum auth.ibi poſita.C.quando mul.off.tut.fungi nõ
pot.cum ibi not.per gl.& doct.& eſt tex. clarus in l.fi.
ff.de tutel.vbi gl.communiter approbata inquit,quòd
fœminæ dari à teſtatore,vel à iudice tutrices non poſ
ſunt,itaque nec datiuæ,nec teſtamentariæ eſſe valent.
l.iure noſtro.ff.de teſt.tut.vbi pater vxorem etiã com-
munium liberorum tutricem in teſtamento conſtitue
re non poteſt, & data non poteſt à iudice confirmari,
quia virile officium eſt. l. tutela.ff.de tutel.id autem,
quod vult ille text.in matre,hodie corrigitur per text.
in authen.matri,& auiæ.C.quando mul.offic. tut.fun.
pot.ſed in aliis fœminis remanet. d.l.iure noſtro. Et
hoc nullam in ſe dubitationem habet. Quo ad ſecun
dum,an teſtator potuerit filiis tutorem relinquere ad
electionem vxoris ſuæ, & non potuiſſe verius exiſti-
2 maui.quoniam †vbicunque in diſpoſitione vltimæ vo
luntatis electio perſonæ in alterius arbitrium confer
tur,adeo quòd,illo non eligente, nullus eſſet, qui ad
illam diſpoſitionem admitteretur. ea diſpoſitio tan-
quam captatoria,& ab arbitrio alieno dependens non
valet:ſecus ſi,illo non eligente, aliquis diceretur vo-
catus:in quo poteſt exemplificari ſecundum Barto.in
l.illa inſtituti in cap.vltim.q. ff de hered. inſtit.quan-
do teſtator inſtituiſſet pauperes Chriſti, quos talis e-
liget,hoc enim caſu inſtitutio valet,quia illo non eli-
gente omnes Chriſti pauperes dicerentur inſtituti,ex
quo certum genus perſonarum fuit inſtitutum, ſecus
ſi eo non eligente,nullus reperiretur inſtitutus, & ita
loquitur d.l.illa inſtitutio:quod quidem procedit non
modo in heredis inſtitutione, ſed etiam in legatis, a-
liiſque diſpoſitionibus teſtamentariis,vt docto.ibi cõ
muniter volunt, maxime Ioann. de Imola. dicentes,
quòd licet legatum libertatis,ſeu ad pias cauſas in e-
lectione,& arbitrio tertij poni queat, tamen ſecus eſt
in aliis legatis.idem etiam dicunt in l.j. ff. de legat.ij.
Et facit ratio,quare vltima voluntas in arbitrium alie
næ voluntatis conferri nequeat iuxta d. l.illa inſtitu-
3 tio,& l.captatorias.ff.de hered.inſtitu. †quæ eſt ſecun-
dum Bald Angel.& Imolam ibi,quia diſpoſitio, & vl-
tima voluntas imperfecta eſſe videretur in forma, &
in materia, & ideo ipſo iure nulla per id, quod habe-
tur in l.ex cauſa,& in l ſi is,qui.ff. de teſtam.item quia
vltima voluntas ex noſtro mero arbitrio. ab omni fa-
cto hominis abſtracto dependet, licet eius ordinatio
ita in mero arbitrio non conſiſtat, cum certam formã
à iure datam habeat,ideòque ſubſtantia vltimæ volun
tatis per alienum arbitrium explicari non poteſt,ſicut
nec quid adire per alium,vt per procuratorem, vel nũ
cium poteſt.l.Paulus.ff de acquirend.hered.Præterea
4 †tutores conſtituuntur aut à teſtatore,aut à lege, aut
à iudice, non autem à priuato argu.§.permiſſum cum
gloſ.Inſtitut.de tutel.l.iij. ff. de tutor. & curator.dat.
ab his,& l.inteſtato.ff.de legit.hered. ſed iudex alteri
demandare non poteſt,vt is conſtituat, ſeu eligat tu-
torem.& tutor ita datus non eſſet tutor.l.nec mandan
te. ff.de tut.& curat.dat.ab his, ergo nec quis poterit
tutorem dare. ſeu eligere etiam teſtatore mandante,
cum vterque in dando tutorem parem à lege poteſta-
tem habeat.vt dictum eſt,ſed non tantam, vt illam in
alium tertium, ſeu in alterius arbitrium conferre va-
leat,vt in d. §.permiſſum. & ideo quod non dixit lex,
nec nos dicamus argum.l.ſi ſeruum.§. non dixit præ-
tor.ff.de acquiren.hered.& maximè quia hoc ius dan-
di, & eligendi tutores quibuſdam tantum ſpecialiter
permiſſum eſt, vt in l.j.ff.de tutor.& curat.dat.ab his,
& habetur per Bartol.in l.prætor eodem titul. Vnde
5 †cauſa tutelæ,videlicet an tutor dandus ſit, nec ne, &
quis ſit dandus,compromitti non poteſt,vt arbitri tu-
torem dare valeant d.l.prætor ſecundum vnam lectu-
ram,& ibi Bartol.& hoc non ex alio, niſi quia ab arbi-
trio, & electione alterius priuati dependere non po-
teſt,& multo minus ab arbitrio,& electione fœminæ,
quæ ab officio tutelæ penitus excluſa eſt. Nec obſtant
l.quidam decedens.§. Papinianus. ff.de adminiſt.tut.
& l.qui aliena.§.quanquam.ff.de negoc.geſtis,quia il-
la iura loquuntur de matre, cuius arbitrio non fuit
commiſſa tutoris electio,ſed mandatur tutori,vt con-
ſilio matris tutelam adminiſtrare debeat, quod eſt de
iure permiſſum,vt ibi. Et ita breuiter verum eſſe re-
ſpondi. Sed poſſet tertio dubitari, ſi teſtator filios ex
primo matrimonio,& ex ſecundo haberet,an vxor tu-
trix relicta.vt ſupra, ſaltem filiorum communium tu-
6 trix remaneat. †Quod verum eſſe exiſtimo,tum quia
vtile per inutile vitiari non debet.ca.vtile per inutile,

cum ibi not. de regul. iur. in vj. quæ regula in hoc casu locum habere potest, cum & quo ad actus & quo ad personas vtile ab inutili possit separari ad tradita ibi per Dyn. & argum. l. j. §. Pomponius. ff. quod cum fals. tut. tum quia tutelam diuidere non est inconueniens, 9 vt per totum. C. de tutel. diuid. † quæ sicut ratione patrimoniorum, & rerum diuidi potest. vt ibi, & in l. si plures in fin. & in l. inter tutores. ff. de admin. tut. cum aliis ita ratione personarum diuidi posse dicendum est, cum de rebus ad personas, & econtra rectè arguí liceat, vt in l. qui furere, & ibi Alber. ff. de statu hom. cum multis similibus.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ad hoc, vt legitimè dicatur constitutus & vt tutor contrahere atque administrare possit, multa requiruntur, remiss.*

2 *Tutor ante completã solemnitatem tutelæ suscipiendæ, vel qui vere tutor non est, potest in euidentem pupilli vtilitatem contrahere, & bona corruptibilia distrahere.*

3 *Prælatus nulliter electus, & confirmatus in vtilitatem ecclesiæ validè contrahit, sed non in damnũ.*

4 *De prælato ad tutorem rectè arguitur.*

5 *Pupillo in eius vtilitatem acquiri potest non solum mediante vero tutore, sed etiam protutore.*

6 *Possessio ex pacto constituti, & precarij per verum tutorem, & per protutorem pupillo acquiritur.*

7 *Animus pupilli infantis in eius vtilitatem animo tutoris, ac protutoris suppletur.*

Quæstio 68.

MATER data tutrix in testamento, non seruatis iis, quæ ante susceptam tutelam seruari debent, se pro tutrice gerebat, & in quasi possessione administrationis tutelæ erat, contrahendo, agendo, aliáque faciendo, quæ communiter à veris, legitimísque tutoribus geri solent: cum bona quædam, quæ seruando seruari non poterant, & in dies deteriorabantur, distraxisset, ac cum dilatione vendidisset, bona emptoris, & debitoris obligando cum pacto constituti, & precarij, quæsitum est, an contractus huiusmodi valuerit, adeo quod obligatio, ac possessio ex dicto pacto fuerit pupillo acquisita: Et contractum valuisse, acquisitámque fuisse obligationem, & possessionem magis visum est, ex quo contractus in euidentem pupilli vtilitatem, & nullo modo in præiudicium factus fuit & de bonis, quæ seruando seruari non poterant 1 quæque in dies deteriorabantur: quoniam licet † plura pro solennitate sint necessaria ad hoc. vt tutor legitimè dicatur constitutus, vt quasi possit tanquam tutor contrahere, & administrare, sine quibus tutor non dicetur, vel saltem administrationem non habere, quæ traduntur in authen. matri, & auiæ. C. quando mul. tut. offic. fund. pot. & per Bartol. in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tut. & in l. legitimos. ff. de legit. tutor. ac per Specula. in titul. de tutor. quibus deficientibus tu-2 telæ cassantur, vt ibi, tamen dicit Bartol. † quòd quando ille, qui testamento, aut aliter datus est tutor, cum adhuc propter defectum eorum, quæ ius requirit, non posset administrare, & pro pupillo contrahere, in euidentem pupilli vtilitatem contraxit, tunc contractus valet, [illegible] seruandus [illegible], atque ex eo potest pupillo acquiri, vt est text. no. ab. in l. fin. ibique Bartol. Bald. Salicet. & alij. C. de tutor. & curat. qui non satisdat. & expresse voluit Bartol. in d. l. legitimos. in fin. facit id, quod ipse voluit etiam in l. si is, qui. ff. de eo, qui pro tutor. vel curator. se gess. & habetur pro Guido, papam in quæst. cccxxxvij. vbi hoc expresse dicit: idémque iuris est etiam, quando talis, qui se pro tutore gerebat, cum tamen vere tutor non esset, aliqua bona distraxisset, quæ ex dilatione temporis deteriorari poterant, vel corrumpi, nam contractus valeret, & ex pupillo acquireretur non aliter, quam ex contractu cum vero tutore celebrato. l. tutor, qui repertorium in princ. cum §. sequen. ibique Bart. qui prædicta omnia recenset. ff. de administ. tutor. Suadentur præmissa ex iis, quæ inquit Abb. in capitul. quod sicut in fin. de electio. quòd 3 † si prælatus fuerit nulliter effectus, sed eius electio cõfirmata, & ex hoc tanquã legitimus prælatus fuerit habitus, gesta ab eo in vtilitatem ecclesiæ valent, vt ex illis ecclesiæ acquiri possit, si vero in damnum, & præiudicium ecclesiæ gesta forent, non valerent, ergo idẽ dicendum est etiam in eo, qui vere in se tutor nõ erat, sed pro tutore se gerebat, & talis communiter reputa-4 batur, † procedit enim argumentum de prælato ad tutorem, vt habetur per gl. in c. similiter xvj. quæst. j. & c. j. de in integ. restit. faciunt etiam ea, quæ dicit. Bartol. in l. vrbana prædia. ff. de condictio. indeb. vbi not. loquitur. & hoc maxime procederet, si ex forma statutorum loci quilibet etiam extraneus alteri posset stipulari, pacisci, & acquirere etiam sine cessione. Ex qui-5 bus infertur, quòd † sicut mediante persona tutoris potest pupillo acquiri, ita mediante persona protutoris, seu protutricis ratione euidentis vtilitatis pupilli, & ex eo, quòd distracta fuerint bona, quæ seruando seruari nequeant: quoniam iura volunt protutores, eosque, qui perfectam tutelã, & illius administrationem non habent, haberi pro veris tutoribus, gestáque ab eo valere, quando agitur de euidenti vtilitate pupilli, & de distractione bonorum quæ seruari non poterant non aliter, quam si à veris tutoribus facta essent, vt in d. l. fin. in d. l. tutor, qui repertorium, in d. l. legitimos, 6 & vbique Barto. Propterea † sicut per tutorem ipsi pupillo, & infanti acquiritur possessio ex constituto, & pacto precarij apposito in instrumento ab ipso tutore facto. l. quamuis. §. infans. ff. de acquir. possessio. & no. in l. j. §. adipiscimur. eod. tit. ita & per eum, qui pro tutore se gerebat, iustámque causam se ita gerendi habebat, & communiter pro tutore reputabatur, at sumus in iis, in quibus de euidenti vtilitate pupilli agitur, vt sæpius dictum est, ille enim tunc quo ad effectum acquirendi pupillo à vero tutore non differt per supradicta. Nec obstaret, si pupillus infans esset, qui, cum animo careat, non potest possessionem acquirere. d. §. adipiscimur, & d. l. quamuis. §. infans cum simil. ratio quia possessio animo quæritur text. l. iij. §. in amittenda. ff. acquiren. possessio. Quia respondetur, † quòd ex 7 quo in hoc casu agitur de euidenti pupilli infantis vtilitate, mater protutrix potuit acquirere filio suo infanti, sicut verus tutor potuisset acquirere, & factum, animúsque protutricis suppleuit defectũ animi ipsius infantis, sicut per verum tutorem suppleri potuit d. §. infans. & not. in d. §. adipiscimur. vbi solus tutor pro infante possessionem acquirit. Præterea cum in casu proposito agatur de acquirendo possessionem nõ per actum verum, & consequenter non per actum facti, sed per actum iuris, & fictum, hoc est per constitutum, & precarium, per quod vera naturalis, & ciuilis possessio acquiritur. l. interdum. l. quod meo. in fi. ibique Bar. & doctor. ff. de acquir. possess. & habetur per Barto. in l. ab emptione. ff. de pact. ac etiam de euidenti vtilitate pupilli tractetur, potuit per matrem protutricem obligatio pupillo infanti acquiri, ex quo ad illius acquisitionem nec factum, nec corpus requirebatur, sed ius, vt in d. l. fin. in d. l. tutor qui repertorium, cum aliis supra adductis. Et ita concludendum esse dixi.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio prorogata à quo die computari debeat & incipiat currere.*

2 *Prorogatio duo habet extrema, quæ simul non cõfunduntur.*

duntur, sed vnum post aliud diuisim, & successiue connumeratur.

3 *Prorogatum tempus quando vnum, & idem cū primo esse, simul confundi, & connumerari censeatur à die prorogationis: & quando non.*

Quæstio 69.

PENDENTE adhuc instantia statutaria, quæ erat dierum vtilium, facta fuit illius prorogatio per decem dies currentes, & continuos, quando tempus decem dierum prorogatum currere incipiat, quæsitum est. Concludendum esse breuiter respondi, illud inchoari successiue finito primo tempore, & hoc per doctrinam Alberici, cuius authoritas in practica est maxima, in l. siue pars. C. de dilatio. in vlti. col. versi. item quæro &c. qui dicit in facto habuisse, quod iudex, pendente dilatione octo dierum data ad procedendum, aliam dilationem decem dierum assignauit dubitatum fuit, quando secunda dilatio debuit com-
1 putari. ipseque consuluit, & obtinuit, †quod finita prima dilatione erat secunda computanda, non autem à die, quo secunda fuit statuta per text. in l. j. iuncta. l. ij. §. j. in versi. temporalem. C. de temp. appellat. & per ea, quæ habentur in l. fi. C. de repud. hered. Secundo per. l. ij. §. sed si iudex. ff. de iudi. vbi quando prorogatur instantia causæ (quo casu tempus prorogatum idem cū primo censetur, ac vna, eademque, instantia iudicatur, quia primum tempus cum secundo confunditur. l. sed & si manente. ff. de precar. & tradunt Bart. Alex. & omnes in l. iiij. in prin. ff. de damno infecto. & Abb. & alij in c. in causis. extra de offi. deleg.) tunc prorogatio fieri dicitur de tempore ad tempus, sicuti etiam fit de per
2 sonis ad personas, & de re ad rem: ergo † huiusmodi prorogatio duo habet extrema, videlicet extremum à quo, & extremum ad quod, vt in §. sed si iudex. & extremum ad quod, vt in. §. sed si iudex & argumento eorū, quæ in simili habentur Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapio. vnde infertur, quod hæc duo extrema simul non confunduntur, sed diuisim, ac successiue cōnumerantur, videlicet vnum post aliud, alioquin tanquam duo extrema considerari non possent, neque huiusmodi diceretur prorogatio de primo tempore ad secundum prorogatum: & hac de causa tempus primum, & tempus secundum prorogatum à iure vt diuersa considerantur, quoniam dicitur primum cōpromissum respectu primi temporis, & secundum dicitur respectu temporis prorogati, & sic inter se inuicem non confunduntur. sed successiue connumerantur, vt
3 est text. in l. Labeo. ff. de arbitr. †Præterea posito, quod per prorogationem temporis factum durante primo tempore idem tempus dicatur, & vna eademque dispositio, vt in d. l. sed & si manente, & in l. si cum dies. in prin. ff. de arbi. cum sim. tamen hoc est verum, quando vtrunque videlicet tempus primum, tempusque secundum, seu prima, & secunda dispositio prorogata sunt eiusdem formæ, ac naturæ: & ita intelligatur d. l. sed & si manente & id, quod habetur per Abb. in d. c. in causis, ibique docto. & per Bar. & alios in d. l. iiij. in princ. cum simili. ac etiam illud, quod velle videtur, Felin. & Decius in d. c. in causis. & Paul. Cast. in d. l. siue pars. C. de dilatio qui volunt tempus prorogatum connumerandum esse non finito primo tempore, sed à die, quo prorogatio facta fuit, nam per prorogationē illa duo tempora confunduntur, atque vnum, & idem efficiūtur. Secus si diuersæ formæ, ac naturæ sint, quia tunc vnum, & idem non sunt, neque fit illorum confusio, sed vnum quodque per se consideratur: & in hoc casu locum non habet. d. l. sed & si manente. neque id, quod doctor. volunt in dicto. cap. in causis. d. l. iiij. hoc in terminis voluit glo. notab. quæ ita declarat, & limitat dict. l. sed & si manente. in capit. hi qui authoritate. in versi. specialiter. de præbend. in vj. illamque gl. Archid. Domin. & alij ibi sequuntur: istud etiam probatur in d. l. Labeo. ff. de arbitr. & faciunt ea, quæ habentur in simili in c. quod in dubiis. per glo. de consecrat. eccles. vel alta. & ita in terminis declarant Bald. in cōsil. cccLxxj. incip. quæritur, si factum fuit compromissum &c. circa fine in iij. lib. & Roma. in d. l. iiij. in prin. qui dicunt, quod quando prorogatio fit, durante primo semestri, cum noua qualitate, & forma aduersa à primo tempore, siue officio, tunc tempus, seu officium vnum, idemque cum primo non dicitur, sed diuersum censetur, neque fit confusio per illam gl. veluti etiam volunt Moder. in d. c. in causis. in glo. in versic. prorogetur. in ij. limitat. Sed in casu, de quo agitur. vltima prorogatio, quæ facta fuit durante primo tempore, fuit facta cum noua qualitate, & forma, & est diuersæ naturæ, quia primum tempus erat vtile omni respectu, & in eo dies feriati non comprehendebantur, secundum vero prorogatum continuum, & currens fuit. omnesque dies etiam feriati continebantur iuxta ea, quæ habentur per gloss. in clement. j. in versic. continuum. de in integr. restitut. in vj. & per glo. in rub. & in l. j. ff. de diuer. & tempo. præscript. ergo dici non potest esse vnum, idemque cum primo, neque simul confundi, vt simul currere dicatur, sed successiue vnum post aliud, Et ex his concluditur, quod tempus vltimæ prorogationis decem dierum currentium, seu continuorum dicitur incipere successiue finito primo tempore propter diuersam formam qualitatem, & naturam, vt dictum est. secus si eiusdem qualitatis, & formæ fuisset, vt quia esset facta prorogatio decem dierum vtilium, & iudicorum, tunc enim aliter dicendum esset, itaque intelligantur ea, quæ in contrarium possent adduci, & quod voluit Castr. in d. l. siue pars. & Moder. in d. c. in causis. in iiij. & v. limitat. Et hæc in iure verissima putaui.

SVMMARIVM.

1 *In emphyteosi paterna locus est iuri accrescendi inter vocatos.*

2 *Emphyteosis ecclesiæ monasterio acquiritur per ingressum illius, qui ad emphyteo. vocatus est, an perpetuo, an ad vitam ingressi. nume. 4.*

3 *Successio vniuersalis, in qua monasterium per ingressum alicuius succedit, maior est vniuersali successione hereditaria.*

4 *Emphyt. quod non possit ex pacto in ecclesiam alienari, quomodo intelligatur.*

5 *Emphyteo. concessa pro filiabus, quæ virum legitimum, & naturalem habuerint, seu acceperint, per ingressum filiæ in monasterium transit.*

6 *Ingrediens monasterium matrimonium contrahere dicitur.*

7 *Verbis naturalitatem importantia non impediunt acquisitionem fieri monasterio.*

Quæstio 70.

TITIVS ab ecclesia emphyteosim stipulatus est pro se, & suis filiis, & descendentibus masculis, illisque deficientibus, seu non extātibus, pro suis filiabus, & descendentibus fœminis, quæ virum legitimum, & naturalem accipiāt. Decessit Titius nullis superstitibus filiis, seu liberis masculis, sed relictis solum pluribus filiabus, & naturalibus, quarum vna monasterium ingressa fuit: dubitatum fuit, vtrum pro parte dictæ filiæ monasterium ingressæ emphyteosis ad monasterium, in quo illa fuit professa, spectet, an vero illius portio accrescat aliis sororibus, quæ in seculo remanserunt. Et multa in hac quæstione hinc inde
1 possent considerari, tamen breuiter, & conclusiue loquando, Prima conclusio sit †quod ex quo emphyteosis est paterna, quia à Titio patre ad eius filias peruenit, inter illas habet locum ius accrescendi, cuenit ut

casu,quo vna ex iis admitti non posset,vt volunt doct. communiter post Bart.in l.si mihi,& Titio.ff.de verb. obl.& ibi late per Alex.& Modern.& casu quo diceretur,portionem ingressæ monasterium defecisse,ea nō ad ecclesiam dominam reuerteretur, sed ex inuestitura aliis sororibus accresceret,vel ipsis per ius non decrescendi competeret,tanquam vocatis , & comprehensis sub concessione,vt ibi habetur. An autem per ingressum monasterij illius portio diceretur defecis-
2 se.Et non defecisse respondi,†quoniam illa dicitur acquisita monasterio,cui bona omnia ingredientis vniuersaliter ipso iure acquisita dicuntur authē. ingressi, C.de sacrosanct.eccles.capitulo. quia ingredientibus.
3 xix. quæst.vltim. Et†hæc vniuersalis successio,in qua monasterium succedit , maior esse dicitur,& fortior, quam sit successio vniuersalis hereditaria,quoniā per illam transeunt in monasterium ea,quæ per successionem hereditariam non transeunt , videlicet possessio vera,& propria rerum ipsius ingredientis absque alia apprehensione,vt in.l.si adoptauero.ibique Bart. ff.de precar.c.si qua xix.q.vlt.in auth.si qua.C.de sacrosanc. eccle.Bal.in auth.nisi rogati.C.ad Senatusc.Trebellia. Aret.& Moder.vbi legendo plenissime dixi.in c.in præsentia.de probationib.in nota.Et quod emphyt. ecclesiastica transeat in monasterium per ingressum religionis,tenent communiter doctor Bar.Angel.Alex.Paul. de Cast.& alij in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verb.obli. Ioan.And.& alii in c.in præsentia.Et quamuis.Abb.& Decius ibi in vlt.col.& Specul.in tit.de loca.in §.nunc vero aliqua.in versicul.cxx.cum sequent.& Bartol. & Bald.in d.authen.nisi rogati.in iij.col.& scribent.in d. §.ea lege.velint,quod si emphyteota monasterium ingrediatur , emphyteosis perpetuo , & irreuocabiliter non acquiratur monasterio , quia solum ad vitam ipsius ingredientis acquiritur deinde ad ecclesiam dominam reuertitur, ne illi fiat præiudicium,argumento. Statius.§.Cornelio. ff.de iur.fisci.item acquiritur monasterio,donec ecclesia domina reuocauerit,vt in
4 §.j.in auth.de alie.& emphyt. †Tamen hoc in casu nostro locum non habet,in quo emphyteosis ad ecclesiā dominam non rediret , sed ex natura inuestituræ esset sororibus acquirenda,vt per Alex.& Bar.in d.l.si mihi & Titio.& supra dictum fuit:cum igitur nō tractetur de præiudicio ecclesiæ dominæ , locum non habebit dispositio.d.§.j.nec etiam illud,quod ad vitam ingredientis tantum monasterio acquiratur, quia sumus in casu,quo etiam si portio ingredientis deficeret , ecclesia illam ad se reuocare non posset.Nec obstaret pactū in instrumento concessionis emphyteor. appositum, quod in ecclesiam alienari , & sic in eam transire non possit,ergo nec ad monasterium , vt doctor.dicunt in d.§.ea lege.& Bal.in d.auth.ingressi.in v.col.& in d.au-
5 then.nisi rogati.in iij.col Quia primo respondetur,† illud pactum non operari nisi quo ad certam ecclesiā nominatam,non autem quando emphyteota monasterium ingrederetur, vt volunt doctor. communiter, Dyn.Bartol.Angel.& Modern.in dicto §. ea lege. Secundo illud pactum operatur , quo ad alienationem particularem ipsius rei , non autem quo ad translationem , & successionem vniuersalem omnium bonorum,iurium,actionum,& eorum , quæ iuris , & facti sunt,vt est illa translatio, & successio , quæ fit per ingressum monasterij,quia tunc,non obstāte tali pacto, in monasterium cum vniuersitate bonorum , & iuriū transit.emphyt.ecclesiæ.quæ alias de per se non transiret,vt in terminis voluit Petrus de Anchar. in consil. ccccxxj.& in consi.clxiiij.faciunt tradita in capitulo. ex literis.de iure patronat.l.quædam.ff. de acquirend. rerum domin.l.in modicis.ff.de contrahend.emption. Roma.in singul lviij.faciunt etiam illa,quæ habentur in gl.d.c.si qua,& d.authent.si qua.vbi Bart. & idem in d.auth.ingressi.& clarius in d.l.si adoptauero.nec non Bal.in d.authent. nisi rogati.in fi.vbi possessio, quæ est quid facti. ipso iure in monasterium transfertur propter translationem,& successionem vniuersalem,quæ fit in monasterium,& tamen in heredem,qui vniuersaliter succedit,nō transfertur.l.cum heredes.in prin. ff.de acq.poss.cum sim. Alia fit conclusio ad fauorem
6 monasterij , † quod licet emphyteosis fuerit concessa pro filiabus,quæ virum legitimum,& naturalem acceperint,& habuerint. tamen ea in monasterium transit pro portione illius,quæ ingressa fuit religionem:quoniā verba illa quę veritatē,& naturalitatem importare videntur,verificantur in ingressa monasterium, ex quo religionis fauore pro non scriptis,& pro non adiectis habentur, vel saltem ingressu monasterij verifi-
7 cantur,quoniam†ingrediens matrimonium contrahere,virumque habere dicitur, vt etiam dixi supra in q. xxxiiij.in fi.& ar.tex.in §.sed & hæc præsenti. in auth. de sanctis.episcopis.coll.ix.itaque tenent doct. magis communiter in d c.in præsentia in vlt. gl. & hanc esse communem opinionem Decius,& Moder. ibi attestatur,idemque tenet Bar.in d.auth.nisi rogati.vbi Bal.in pen.col.ibi quæro,quid si testator,& in vers.sed si testa-
8 tor determinat† verba naturalitatem importantia nō impedire,quo minus bona per ingressum monasterio acquirantur,& per ingressum monasterii quis dicitur matrimonium contrahere,& verificantur verba naturalitatem,& veritatem importantia,vt si dictum esset, si contraxerit veras nuptias,si filios legitimos , & naturales habuerit,& ideo in casu illa verba, si virum legitimū,& naturalē acceperit verificantur ingressa monasteriū.& maxime ex iis,quæ voluit Ab.in d.c.in præsentia.in vlt.gl. Bar.in consi.suo incip.Parmensis quidā & c.cū alij supr.adductis.Vnde ex his omnibus concluditur,monasteriū debere admitti ad portionē filię ingressæ,non autem alias sorores , & minus ecclesiam ipsam dominam,sed apud monasterium perpetuo, & irreuocabiliter remanere debere.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio,vt solum super possessorio,suspenso petitorio,procedatur,operatur:vt nullo modo possit super petitorio cognosci.*

2 *Possessorium retinendæ etiam consensu partiū cum petitorio non cumulatur.*

3 *Et in eo quis obtineat,& an tituli probatio admittatur.*

4 *Statutum Bon.positum sub rub.quòd nullus occupet possessionem rei here.in §.statuimus quomodo procedat.*

5 *Dictio alius denotat diuersitatem in qualitate, & substantia.*

6 *Allegatio tituli in possessorio retinendæ sufficit absque probatione,nisi pares essent probationes.*

Quæstio 71.

CVM Quidam familiaris meus filius adoptiuus Titij,patre adoptiuo mortuo,vt filius,& heres ingressus esset possessionem hereditatis illius, eāmq; cōtinuaret,& ex titulo pro herede retineret,ac alius interim se heredem asserens eandem possessionē eodē titulo esset ingressus,& propterea hinc inde lis orta esset:ingressus,amboque dicerent se pro herede possidere.& in sua possessiōe retineri debere, quæsitum fuit ex me,an ex sola prioris possessionis absque probatione tituli obtinere deberet, non obstante statuto Bononiens.posito sub rubric.quod nullus occupet possessionem rei here.in.§.statuimus,quod probationem tituli in possessorio retinendæ requirere allegabatur.Respondi certum esse,ꝙ ex vtraque parte merum possessorium retinendæ possessionis fuit agitatum,cum vterque dicat se pro herede possidere, iux

ta noq;

ta no t.in c.licet causam de probat.& in l.j.§.hoc inter
dum cum.§.sequen ff.vti possi.& secundum proposi-
ta semper protestatum fuit debere procedi super pe-
1 titorio suspenso petitorio, †quæ protestatio operatur
vt nullo modo super petitorio cognosci queat,vt ha-
betur in c.j.de rest.spo.&in c.pastoralis de caus.posses.
& propric.& maxime hoc procedit in possessorio re-
2 tinendæ, †quod ratione contrarietatis secum nó ad-
mittit cognitionem petitorij neque hæc remedia si-
mul copulari possunt etiam de consensu partiũ,vt tra
dit Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.
pos.& in d.l.j.ff.vti possi.& habetur in ca.ij.cum dile-
3 ctus cũ ibi no.de cau.poss.& prop.Propterea †in hoc
remedio inspiciendum est,qui melius possessioné pro
bauerit,ille enim obtinuit,etiam si nullo modo titu-
lum & proprietatem probauerit & aduersarius se do
minum esse docuerit,vt in l.j §.huius autem, cum se-
quet.nisi ab aduersario vi,clam,vel precario possede-
rit,vt in d.l.j.in fi.& in d.c.licet causam.& allegatio,
ac probatio tituli non admittitur , nisi quando super
possessione pares vtrinque essent probationes,vt ple-
ne tractant canonistæ in d.c.licet causam,& Barto.in
l.si duo in prin.ff vti possid.Quare cũ familiaris meus
suam possessionem,& priorem melius quam aduersa
rius probasset,ipsam obtinere debere dixi . Nec illi
stare statutum obiectum positum sub rubric.φ nullus
occupet possessionem rei heredi.in §.statuimus,quod
videtur velle,φ etiam in remedio retinendæ,& vbi de
retinenda possessione ageretur ille obtinere debeat,
qui est heres,& quem heredem esse constabit,contra
illum,qui vellet bona hereditaria occupare,vt ibi vel
occupata,vel ingressa,seu inuasa retinere etiam auto
ritate iudicis & c.per verba infertur,φ etiam in reme
dio retinendæ is est præferendus,qui est hæres,Quia
4 primò respondetur †statutum procedere,& loqui,quã
do constaret vnum esse heredem ex testamento,vel ab
intestato,& alius non ex titulo pro herede nec tanquã
heres,sed ex alia causa bonorum hereditatis possessio
nem ingressus esset,vt clarissime constat ex verbis sta
tuti multipliciter,inducendo primo dum dicit,statui
mus φ nemini alij,quam heredi liceat ingredi &c.nã
dicendo alij.quam heredi præsupponit statutum locũ
habere in eo.qui non vt,heres,seu ex titulo heredita-
rio sed ex alia,causa possessionem ingressus esset,quia
5 †dictio alius,alia,aliud,ad diuersitatem in qualitate,
& substantia denotat. l. rescripto in fi.ff.de muner. &
hon.cum simi. Secundo ponderatur statutum in ver.
nec etiam heredi &c.qui versi.venit aduersatiue præ
cedentibus in facto , sed non in iure ponendo casum
minus dubitabilem,vt per Archid.in cap.cum illis de
præb.in vj.l.si quis vina ff.de peri.& commo. rei ven.
Ergo infertur,quod in præcedenti ver.in quo statutũ,
dicit nemini alij,quam heredi liceat ingressa, & inua
sa retinere,non loquitur de eo, qui tanquam heres in
gressus fuit bona,sed de eo qui ex alia causa illa appre
hendit. Præterea statutum voluit , φ quando quis vt
heres fuit ingressus bona hereditatis pro maiori par-
te,quam esset heres,non debet respectu partis suæ ex
cludi,nec eam relaxare,sed solum pro illa parte , pro
qua heres non fuit,quam non vt heres occupare,& re
tinere dicitur ar.l.j.& l.pro hereditariis.C. de heredi.
act.sed familiaris meus ingressus fuit,continuauit pos
sessionem ex titulo pro herede , & vt filius adoptiuus
defuncti,non autem ex alio titulo,ergo dictum statu-
tum contra ipsum locum non habet. Et licet plene nó
habet.Et licet plene non probauerit se esse filium, &
heredem defuncti,tamen ex quo sumus in mero pos-
sessorio retinendæ,satis esse dixi,fuisse allegatũ,quod
6 tanquam filius,& heres possederit,quia †in hoc reme-
dio retinendæ sufficit allegatio tituli absque eo,quod
aliter probetur,nisi in casu,quo pares vtrinque essent
probationes,vt in d.c.licet causam.& ibi doc.& Bart.
in l.si duo.Et licet necesse non esset aliquo modo præ-
sumptiue,& semiplene titulum,hoc est filiationem,&
ius succedendi probare per prædicta,tamen ad colo-
randam possessionem familiaris mei aliqua de filiatio
ne,& illius quasi possessione deducta, & probata fue-
runt,φ reputabatur,& tractabatur vt filius viuente de
functo & tempore eius mortis,quãuis hoc forte ple-
ne probatum non esset. satis enim est quoquo modo,
& aliqualiter fuisse probatum,quoniam plena proba-
tio,& cognitio fiet in iudicio ordinario, in quo causa
proprietatis cognosceretur,vt in simili voluit Bar.in l.j.
C.quorum bono. & ita iuris mihi videri esse respódi

SVMMARIVM.

1 *Pater grauatus restituere filio ob dilapidationẽ con-
tra omnes iuris regulas restituere statim cogitur.*
2 *L.fi.ff.vt leg.nom.caue.declaratur.*
3 *Exempla non restringunt regulam,quin casus simi-
les eandem rationem habentes comprehendat.*
4 *In restitutione ob dilapidationem facienda non re-
fert,an in totum,vel pro magna parte fuerit facta di
lapidatio,dummodo de ea constet.*

Quæstio 72.

AN extraneus rogatus per fideicommissum resti-
tuere alteri extraneo, si res fideicommisso sub-
iectas cœperit dilapidare, cogi possit de facto
restituere sicut quãdo pater rogatus fuit filio restitue
re?Quamuis de mente Bart.in l.fi.ff.vt lega.nom.caue.
videatur esse,quod non sit cogendus , tamen contra-
rium verius est,vt imperator.ff ad Treb.in ver.in tex.
1 ibi quia cautiones &c. †Nam si quando pater grauatus
est restituere filio,ob dilapidationem huiusmodi bo-
norum statim,& pleno iure facienda est restitutio fi-
lio d.l.Imperator, quod est contra omnes regulas iu-
ris.quarum vna est.φ nulla lis possit esse inter patrem
& filium.l.lis nulla. ff.de iudi.& l.acti ff.de act.& obl.
alia φ filius non possit esse in iudicio absque licentia
patris,nisi in quibusdam casibus l.si longius.§.j. ff. de
iud.l filius ff.de act.& obl.& in.l.fi.§.necessitate.C.de
bonis,quæ liber.& alia φ filius in potestate constitu-
tus habeat bona pleno iure,quæ patri nec quoad pro
prietatem,nec ad vsumfructum acquirantur contra.l.
placet cum ibi no.ff.de acq.hered. quanto magis hoc
dicendum est in extraneo per fideicommissum graua-
to dissipante bona restitutioni subiecta,vt is teneatur
illa fideicommissario restituere?Nam in casu isto regu
læ iuris non destruuntur:Et propterea à maioritate ra
tionis id quod dicitur d.l.Imperator in persona patris
grauati dicendum est in quolibet extraneo grauato.
Hoc idem voluit Ale.d.l.Imperator col.v.qui respon-
det allegatis per Bar.in d.l.fin.ff vt leg no.cau. Et vltra
2 Alex.dico,φ †d.l.fi.solum emanauit ad decidendũ , an
inter illas personas,inter quas per remedium cautiõis
poterat prouideri , cautionis præstatione prohibita à
testatore,possit heres grauatus , qui dolo bona fidei-
commis.dilapidaret,compelli ad cauendũ,non obstan
te contraria testatoris dispositione , & determinatum
fuit,heredem non compellendum cauere,quæ decisio
conuenit materiæ tituli vt lega.seu fideicomm.nomi.
caue.neque voluit ibi iureconsultus quicquam deter-
minare de restitutione facienda, vel non facienda
ob dilapidationem, hoc enim materiæ tituli ad Tre-
bellianum,& non illius conueniebat argum.l.Impera
tor.ff.de in diem addict. Et propterea in l.Impera-
tor.ff.ad Trebellianum,fuit determinatum, quod in
casu , quo de iure locus esse non posset cautioni in-
ter grauatum ,& fideicommissarium ,vt inter patrem,
& filium,prout est de iure forum,secundum φ loqui-
tur.d.l.Imperator,grauatus propter dilationem fidei-
commissum restituere teneretur,vt ibi dicitur. Quo

fit, vt si ex dispositione testatoris sublata esset prouisio cautionis, quamuis, herede grauato dilapidante, cautioni locus esse non posset. d. l. fin. esset tamen locus alteri prouisioni, qua cautum est, vt fiat restitutio per d. l. Imperator, cuius dispositio eiusque ratio locũ habere debet etiam in quolibet herede grauato restituere alteri, quam filio, & sic extraneo ex identitate: imo ex maioritate rationis per prædicta. Præterea ibi fuit expressum de patre, quia maior erat de eo dubitatio propter repugnantiam multarum regularum iuris, de quibus supra dictum est, & ideo propter hoc nõ debet fieri restrictio, quin comprehendatur casus ha
3 bens eandem, vel maiorem rationem, quia † exempla regulam non restringunt, quin casus similes, & habentes eandem, vel maiorem rationem includantur. l. dãni infecti, & ibi Barto. ff. de damn. infect. argumen capit. sedes, extra de rescrip. & ita illum textum in l. imperator. indistinctè intelligit Bald. in rubric. C. de reuocan. his, quæ in fraud. credi. in fine. Non obstant ea, quæ voluit Bartol. in dict. l. fina. quia communis opinio contraria est, quod dispositio dict. l. Imperator habeat locum etiam in alio, quam in patre, & filio in potestate constituto, vt voluit glos. in dict. l. fin. Paul. de Castr. & Alexand. in dict. l. Imperator, & est de mente
4 Bald. in dict. rubric. circa finem. † Nec refert in restitutione ob dilapidationem facienda, an deterioratio in totum facta fuerit, an vero pro magna parte, dummodo de ea dilapidatione constet, & ipse heres sit in actu dilapidationis, vt colligitur argumen. text. in dic. l. fina. & in dict. l. imperator, vt quia bis, vel ter heres grauatus res subiectas restitutioni deteriorauerit, vt ibi multa in fraudem fideicommissi fieri probarétur, iunctis not. per Paul. Castren. Ioan. de Imo. & Alexá. ibi. Quæ omnia in iure verissima esse duxi.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio hominis non requiritur in promissione dandi, aut faciendi cum pœna & de opposito, neque tunc mora purgari potest: Limitatur in tempore diuturno, quod facile obliuionem induceret numero. 3.*

2 *Pax rupta nõ dicitur ab eo, pro quo promissum est de rato, nisi illius ratificatione secuta.*

4 *Ignorantia, & obliuio facti proprij excusat propter tẽpus diuturnum decem annorum, maxime quãdo de pœna, & damno vitando agitur nu. 6.*

5 *Obliuio lapsu decennij præsumitur quia hominũ memoria labilis.*

Quæstio 73.

FACTO instrumento pacis inter plures, vnus ex his pro Titio promisit sub pœna, quod hinc ad quindecim annos proxime futuros eadem die inchoãdos pacem, & omnia in instrumento contenta ratificabit. Labuntur anni quindecim, Titius nõ ratificat, sed vnum de comprehensis in instrumento pacis alterius partis interficit. An expromissor ad pœnam conuentam teneatur? Videretur quippe dicendum, ipsum
1 teneri, quia † vbi est apposita dies, & pœna de dando, & faciendo aliquid, prout hic, die elapsa, promissor absque alia hominis interpellatione in mora dicitur constitutus, nam dies ita pro homine interpellat, vt ad cuiusdam pœnam mora purgari non possit. l. magnam. C. de contrah. & commit. stipu. notatur in l. si ex legati causa, & in l. si insulam. ff. de ver. obl. l. traiectitiæ. ff. de act. & obl. debuit enim promissor in memoria sua seruare id, quod promisit, vt inquit text. in sui ratione in d. l. magnam. Sed tamen in casu isto contrarium dicendum est, nam promissor non debet teneri ex eo, quod Titius vnum de alia parte interfecerit, & isto modo
2 pacem ruperit, † quoniam & si pro dicto Titio pax facta fuerit, non tamen is in pace comprehensus dicitur nisi illius ratificatione sequuta, adeo quod si ipse vel offensus fuisset, vel alium offendisset, pax non diceretur rupta Bart. in l. si vxor. §. si quis vxori. ff. de adult. Bal. in l. fi. C. ad Macedo. cum similibus. Promissor ad hæc non promisit, quod Titius non rumperet pacem, nec quod aliquem interficeret, aut offenderet, sed solum quod instrumentum pacis, & omnia in illo contenta ratificaret: Quo fit, vt promissor facere, & curare deberet, quod Titius cum effectu ratificaret iuxta quæ habentur in l. stipulatio ista in princ. & in §. j. ff. de ver. obl. Sed quod neque ex eo quod infra tempus conuentum non curauerit, vt Titius pacem ratificaret ad pœnam teneri debeat,
3 demonstratur, † Nam licet verum sit, quod vbicunque tempus certum est adiectum promissioni facti, lapsus temporis, ac diei euentus in mora promissorem constituat, vt ad pœnam teneatur absque alia hominis interpellatione, veluti in princi. dictum est. Tamen hoc procedit, quando tale tempus esset appositum, quod verisi
4 militer retineri memoria posset, † secus si tam longum & diuturnum esset appositum, quod facile obliuioni traditum, & memoriam exiuisse præsumeretur, vt voluit Bald. sic limitando id, quod dicitur in d. l. magnam ibi nu. 2. versi. & not. quem debere tenere memoria &c. Quod limita nisi factum sit de longinquo, aut valde intricatum, Tunc enim quis excusatur vt notat Bar. in l. si quis delegauerit. ff. de noua. & in l. si cui in princ. ff. de leg. j. in l. cum de indebito. ff. de proba. & in l. non fatetur. ff. de confess. Dyn. in regul. imputari de regul. iuris in. vj. Coru. in consi. clvj. nu. 3. lib. iij. & Alex. in con
5 si. vij. nu. 9. lib. iiij. † & tempus longum, & diuturnum in hac materia dicitur esse tempus decem annorum, post cuius cursum præsumitur obliuio vt habetur per docto. post glo. in l. si de eo. §. si forte, & in l. si id, quod ff. de acquir. pos. & expressius declarat Alex. in consil. cxxxiiij. nu. 8. libr. j. & Cor. in consi. clxxix. nu. vj. lib. iij. Ergo promissor in casu nostro per appositionem annorum quindecim quod tempus longum dicitur, & obliuionem inducit per prædicta, merito censeri debet in memoria non seruasse id, quod promiserat, & ideo ex cursu illius temporis teneri non debuit, sed debebat interpellari ad hoc vt in mora constitueretur, cum simus in casu, in quo cessat ratio. d. l. magnam. Et hoc maxime dicendum est in casu nostro, in quo ad pœnam quis teneretur ex facto alterius. quo casu in dubio semper benignior interpretatio est facienda, ne quis ad pœnam
6 teneatur iuribus vulgaribus. † Ac etiam quia, vt dictũ est, iusta, & probabilis ignorantia, atque obliuio ob temporis diuturnitatem interuenisse præsumitur, propter quam à pœna quis excusatur arg. l. Metrodorum. ff. de poenis. Decius in consil. ccccxl. nu. 2. Faciunt not. per Bar. in d. l. cum de indebito. & in d. l. non fatetur, & quæ ego dixi in rub. de præscript. nu. 9. & Ias. qui plura allegando hoc tenuit in §. si quis agens nu. 9. institu. de act. quod ignorantia etiam in facto proprio præsumitur, & excusat, quando certatur de damno vitando prout in terminis nostris, maxime temporis diuturnitate concurrente per prædicta. Et ex his ita concludendum esse mihi magis visum fuit. Itaque multis iuris articulis & rescriptum, & responsum est.

SVMMARIVM.

1 *Pax ab vno ex heredibus nomine aliorum facta censetur ab omnibus facta, si ij sciuerint, & non contradixerint.*

2 *Pax ab vno ex heredibus ante condemnationem criminis facta sufficit, & prodest liberatiõi, & impetratio*

tioni gratia aliis ante vel post scientibus, neque contradicentibus.

Quæstio 74.

CVM statutum esset, vt occidens aliquem ad pœnam euitandam, vel gratiam banni obtinendam pacem ab heredibus habere debeat, aut gratia à principe facta esset bannito cum clausula habita pace ab heredibus, vnusque ex tribus filiis fratris occisi, & illius heredibus pacem bannito fecisset suo, & aliorum duorum fratrum nomine illis postea pacem factam scientibus, neque contradicentibus, & quæreretur, an statuto, & gratiæ loquenti de heredibus in plurali plene satisfactum esset, vt bannito prodesset, respódi, quod & si Bald. in l.ij.C.de li. & cor.lib.nu.2.in terminis voluerit ita statuto satisfactum non esse, & Bart. quem docto. magis communiter sequuntur, cuiúsque opinionem Ang. æquiorem esse testatur in l.iiij.§.Cato.in vlt.q.ff.de ver.obl. dixerit, quod si plures sint heredes occisi, regulariter de iure communi non vnus tá tum, sed vel omnes secundum plurium doctor. senten-
1 tiam, vel saltem maior pars pacem fecisse debent, †tamen ex quo in casu isto vnus suo, & fratrum suorú coheredum nomine, pro quibus de rato promisit, pacem fecit, & fratres postea incontinenti pacem ab eo factá sciuerunt, neque contradixerunt, satis fuit ad hoc, vt pax ab heredibus facta dicatur, etiam si post condemnationem criminis pax facta fuisset ab vno tantum herede etiam nomine aliorum vt pulchre voluit Paul.de Ca. in d.§.Cato in vlti.ver. Nã si cæteri fratres ex post facto notitiam de pace facta habuerunt, & cum possent contradicere, non contradixerunt, videntur tacite approbasse. Quod sufficit vt per Ang. & Pau.de Cas. ibi & arg.l Paulus.ff.rem rat.hab. & l.consilio in fi ff. de
2 cura.furio. †Subiungit etiam Pau.in d.§. Cato, & fuit dictum Angeli ibi, quod ante condemnationem criminis sufficeret pacem ab vno ex heredibus tantum habere per.l.si quis hac.§.quoties.ff.qui, & à quibus, ergo quo ad condemnationem de nouo faciendam pax facta ab vno tantum herede ex pluribus sufficit, vt condemnari non debeat. Præterea agitur de liberando & obtinendo gratiam à condemnatione criminis facta, quo casu. Ang.in d.§.Cato voluit sufficere, q vnus tantum heres pacem fecerit, aliis ante, vel post sciétibus, & non contradicentibus, per d.l.cósilio in fi. & est optimus tex.in d.§ quoties. Quare cócludendum esse censui, bannitum vel occidentem, pace hoc modo obtenta, beneficio statuti, vel gratiæ frui debere.

SVMMARIVM.

1 *Pacem facere ad quem pertineat, si pater, & filij fratris offensi supersint.*
2 *Pacem facere, aut iniuriam filio illatam pater nõ potest remittere, quando a coniuncto filij, & patris iniuria filio fuit illata.*
3 *Pater si est vilis, vel furiosus, non remittit iniuriã filio factam, nec ad eum pacem spectat, etiam forte mediante curatore nu.5.*
4 *Curator furiosi pacem pro illo facit.*

Quæstio 75.

QVAESITVM est in casu præcedentis quæstionis, si offensus, vel ocisus patrem, qui furiosus esset, haberet. An pax facta ab vno ex filiis fratris occisi, & heredibus illius suo, & aliorum fratrum nomine, vt supra, bannito prosit? Et verius est pacem hoc modo factam prodesse, & sufficere ad hoc, vt statuto, & gratiæ satisfactum esse dicatur:
1 †Nam licet ad patrem pacem facere principaliter spectaret, tum quia heres occisi erat, auth. defuncto.C. ad Tertyllia. tum quia erat pater ratione patriæ potestatis, vt per Bar. & Alex.in l.sed si vnus §.filiofami.ff.de iniur. & in l.in personá in prin.ff.de pact. tamen quia etiá filij fratris ipsius occisi erant heredes, vt in §.1.in auth. vt fratrum filij.col.ix. & vnus ex his suo, & aliorum fratrum nomine pacem fecit, & alij, cum sciuerint, & non contradixerint, tacite saltem approbauerunt, atque ratificauerunt, dicendum est, pacem factam fuisse à maiori parte heredum: quod quidem sufficit secundú Bar. in l.iiij.§.Cato in fi.ff.de verb.obli. & maxime quando agitur de liberando, vt in fi. præcedentis quæstionis di
2 ctum est: Preterea †ad patrem ratione patriç potestatis pacem facere, aut iniuriam filio illatam remittere nó pertinet, quando à cóiuncto filij, & patris iniuria filio illata fuisset, vt singulariter voluit Bar. quem Ale. & alij sequuntur in l.Lucius.ff.sol.matr. quod dictum pro sin
3 gulari refert Roma.singu.94.incip.tu habes. Similiter† quando pater est vilis persona, vel furiosus iniuriam filio factam remittere non potest, neque pacem facere ad eum spectat. Bar. in d.l. Lucius, est tex. clarus in d.l. sed si vnus.§.filiof. Nam considerandum est, q licet mediante persona filij occisi, seu iniuriati dicatur patri iniuria illata tamen sicut, ex quo propter furorem suum pati solum, non autem inferre iniuriam potest.l.illud. ff.de iniuriis, non potuit pro iniuria filio illata agere dict.l.filiofam. ita nec pacem facere, quia hæc duo pari passu ambulant, vt est de mente doctor. in dicto §.Cato & in dict.l.Lucius, qui allegant iura loquentia de iniuria remittenda ad materiam pacis faciendæ in terminis nostris. Quare cum in isto casu, & iniuria fuisset filio illata à coniuncto filij, & patris, & pater esset vilis, quia furiosus, & per vias publicas nudus incedens, & alia plura furoré suum indicantia faciens, sequitur procul dubio, quod ad eum iniuriam vlcisci, & pacem facere non pertinuit. Vltimo pro parte furio-
4 so curator eius pacem fecit: †quod videtur sufficere, etiam si pax ab vno ex pluribus curatoribus furiosi facta esset per l.consilio in fine.ff.de cura.furio. & ad not. per Angel. & Pau.in d.§.in fine. qui text.in dict l. consilio ad materiam pacis in terminis nostris allegant. Et quamuis non fuerit seruata forma statuti cauentis, quod tutor, seu curator pacem facere non possit nisi cum præsentia duorum agnatorum. hoc tamé minime obstat, quoniam statutum illud loquitur in tutore, seu curatore pupilli, vel adulti, non autem furiosi, ergo ad curatorem furiosi non debet extendi, sed tá quam casus iste à statuto omissus sub dispositione iuris communis remansit, vt solus curator sine solennitate dicti statuti pacem facere possit iuxta ea, quæ habentur in d.l.consilio in fin. iuncta.l. commodissimé, & ibi Bart. & omnes.ff.de li. & posthu. cum aliis vulga
5 ribus. Quinimò dici posset, quod †nec à curatore pacem fieri oportebat, nam cum pater esset inhabilis per se ad faciendam pacem forte nec mediante suo curatore propter furorem illam facere potuit argum. not. per Spec.in tit.de homi. & ibi Bald.in addit. Et ideo ad solos filios fratris tanquam heredes occisi pacem facere pertinuit. Recte igitur ex his responsum est quod pax facta ab vno ex dictis heredibus, secuta scié tia, et ratificatione ex taciturnitate absque contradictione aliorum, occidenti, & bannito prodesse debet ad effectum, vt beneficio statuti, vel gratia fruatur.

SVMMARIVM.

1 *Captus pro suspecto liberatur satisdando de iudicio sisti.*
2 *Fideiussor de iudicio sisti datus in prima instantia non tenetur in causa appellationis.*
3 *Captus pro suspecto, qui in prima instantia fideiussorem præstitit, in alia non liberatur cautione iuratoria, si fideiussorem non reperiat.*

Quæstio

Quæstio 76.

1 CERTVM est, quod †reus, qui fuit captus pro
suspecto, de iudicio sisti satisdando liberatur,
etenim captura ad hunc finem fit, vt habetur
per Alex. in l. neque in fin. ff. de in ius vocand. & in l. si
ab arbitro. ff. qui satis. cog. Quæ satisdatio vna cum in
2 stantia finitur, adeo vt †fideiussor non teneatur in cau
sa appellationis, sed solum vsque ad sententiam inclu
siue latam in prima instantia. l. græce. §. & post litem,
ibiq; Bar. ff. de fideius. l. cũ apud, & ibi Bart. ff. iud. solui.
Ideo reus in iudicio appellationis alium fideiussorem
de iudicio sisti pręstare tenetur gl. in auth. de his qui in
3 gred. ad appel. coll. v. Sed dubium est, †An, si reus non
possit fideiussorem reperire (prout de hoc illius iura-
mento statur ad tradita per docto. maxime Alex. in l. j.
ff. qui sati. co.) propter inopiam admittatur cũ iurato-
ria cautione? Et videbatur, esse admittendum per text.
in l. cum non facile ff. si cui plus, quam per. leg. Falc. &
per docto. vbi Alexã. in d. l. j. At contrarium esse verius
puto, quia cum reus iudicio sisti satisdederit in prima
instantia propter suspitionis causam, & teneatur iterũ
eadem ratione in causa appellationis satisdare, sequi-
tur, vt non sit admittendus cum simplici cautione iu-
ratoria, sed idoneum præstare fideiussorem teneatur,
licet enim alias quis propter inopiam cum dicta sim-
plici cautione admittatur, attamen secus est, quando
propter suspitionis causam cauere tenetur, quo casu
idoneum fideiussorem præstare debet, vt voluit glo. in
d. l. cum nõ facile, & probatur in. l. in omnibus vbi Bar.
ff. de iud. & in l. inter omnes, ibique docto ff. qui satisd.
cog. Alioquin sequeretur, q̃ semper, & regulariter ca-
ptus pro suspecto propter inopiam, & calamitatem su
peruenientem liberaretur à carcere per simplicem iu
ratoriam cautionem, Quod est falsum, quia tenetur sa-
tisdare cum fideiussore vt in d. l. si ab arbitro, & in d. l.
neque in fi. per Alexan. Atque alias daretur occasio de
bitori de fuga suspecto arripiendi fugam cum graui
præiudicio creditoris, cui lex voluit prouidere, ne
propter fugam sui debitoris damnum sentiat: & hoc ar
bitror esse verissimum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus non potest seculari inhibere ad impe-
diendam instrumenti exequutionẽ, quando non con-
stat vsurã argui, & restitutionem fieri compelli posse.*
2 *Emptionis, & locationis contractus cum pacto retro-
uendendi, & franchandi communi consuetudine li-
citus est, & excusat ab vsuraria prauitate, & à com
pensatione facienda ratione simulationis contractus.*
3 *Lex abrogatur per contrarium vsum, haud per non
vsum.*
4 *Inhibitio ab ecclesiastico propter causam spiritualem
incidentem seculari fieri debet cum partis citatione.
Et quãdo incidens causa esset inter easdem personas
inter quas principalis agitur, haud inter diuersas
nu. 7.*
5 *Iuramentum prius seruandum est, quam de vsuraria
prauitate cognoscatur.*
6 *Contra iuramentum suum quis non auditur non habi
ta absolutione.*
8 *Inhibitio facta ad instantiam principalis nõ prodest
fideiussoribus.*

Quæstio 77.

VTRVM inhibitio à iudice ecclesiastico potue-
rit seculari fieri ad impediendam exequutionem
instrumenti venditionis, & locationis cum pa-
cto retrouendendi, & franchandi contra fideiussores
petitam coram iudice seculari, prætextu simulationis
contractus, & vsurariæ prauitatis, & facta reuocari de
buerit? Et non potuisse fieri primo sic demonstratur,
1 †nam quando constat vsurarium nõ posse de prauita-
te vsuraria argui, neque cogi ad restitutionem præten
sarum vsurarum, non potest tunc ecclesiasticus inhibe
re seculari ad impediendam instrumenti exequutio-
nem, vt per Alex. in consi. xcj. lib. ij. col. ij. in versi. appa-
ret in fi. vbi remissio tacita vsurarũ per arbitriũ, & cõ-
promissum factum operatur, vt iudex ecclesiasticus
non possit inhibere iudici seculari ad impediendam
exequutionem laudi prætextu causæ motæ coram ipso
2 super vsuris. †Sed is, qui emit rem, & illam postea lo-
cauit cum pacto de retrouendendo, & franchando,
excusatur ab vsuraria prauitate, & à compensatione
facienda ratione simulationis contractus propter con
suetudinem, quæ fere vbique viget, vt not. voluit Bar-
tol. in l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil.
edic. & bene facit, quod notat Bald. in l. per diuersas co
lum. ij. Cod. manda. Ioan. de Imola in clemen. j. de ele-
ctio Iaco. Butrig. in l. cum allegas. Cod. de vsuris, An-
to. de butri. in c. tuam. de pœnis, & in c. dilecti de abi.
Modern. Veronen. in tracta. simula. contract. in prin-
cip. in versi. Quinto vero casu, colum. iij. & in simili fa-
cit, quod voluit Barto. in l. pignus. C. de pigno. action.
Ange. Roma. & Imola in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de
verbo. obligat. Bald. in l. de quibus. ff. de legibus, & op
time in l. fin. §. præterea. C. de iure dotium, ergo inhi-
bitio contra exequutionem huiusmodi instrumenti
ab ecclesiastico facta non valuit, nec fieri debuit, & ma
xime in ciuitate Bononiæ, in qua viget constitutio, &
prouisio facta, & concessa à Iulio Pontifice, quæ prohi
bet inhibitiones huiusmodi fieri à iudice ecclesiastico
ad impediendam exequutionem instrumenti petitam
coram seculari. Nec obstat, quod hæc constitutio non
fuit moribus recepta, & in desuetudinem abiit argu-
3 men. §. hæc & si legibus distinctio. iiij. † quia respon-
detur ex iis, quæ voluit Felin. & ibi Abb. in c. j. de treu
ga, & pace in iiij. declaratione, quòd lex non per v-
sum, sed per contrarium vsum abrogatur: constitutio
autem prædicta per contrarium vsum non fuit abro-
4 gata, sed imo obseruata, ergo &c. † Secundo ad hoc,
vt iudex ecclesiasticus ad instantiam partis possit se-
culari inhibere propter causam ecclesiasticam, seu spi
ritualem incidentem, requiritur partis citatio. Alexã.
in d. consil. xcj. column. iij. libr. ij. & in consilio. ix. libr.
iiij. habetur in c. romana. §. si vero & in c. non solum
in fin. cum ibi not. de appellatio. in vj. Specula. in tit.
de appellatio. versic. sed quæritur, Frederi. de senis in
consi. ccc. Factum, quod proponitur, tale est, sequitur
Imola in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. & Pe-
trus de Ancha. in consi. cccxx. Casus talis est, sed in ca
su nostro inhibitio facta fuit, parte non citata, ergo
non valuit. Tertio quod inhibitio fieri non potuerit,
5 ita probatur, †Nam venditor, & conductor, eiusque
fideiussores iurauerũt soluere singulis annis affictus,
item tradere rem, & possessionem vacuam, liberam,
expeditam, ergo ante, quam possint agere de vsuraria
prauitate, & vsurarum restitutionem petere, ratione
iuramenti præcise contractum adimplere, & soluere
tenentur quia iuramentum est præcise obseruandum
capi. debitores, & c. ad nostram il j. de iureiurand. Et
ante adimpletum contractum, & iuramentum iudex
ecclesiasticus non potuit iudici seculari exequenti in
hibere, quia ius hanc inhibitionem fieri non vult, cũ
mandet prius seruandam esse promissionem iuratam
quam de prauitate vsuraria cognoscatur. d. c. debito-
res, ibique docto. & per Abb. in capit. j. column. ij. eo.
titu. Præterea notandum est quòd in foro seculari agi
tur contra fideiussores tantum super exequutione in-
strumenti, qui conuenta seruare iurauerunt, & princi
palis accessit ad forum ecclesiasticum mouẽdo litem

super vsuraria prauitate,& petendo inhiberi iudici seculari. Quæ inhibitio nõ impedit,quo minus iu lex secularis posset procedere. Primò quia principalis fuit
6 periurus,& † non habita absolutione a iuramento venit contra iuramentum suum,& ideo non debuit audiri d.c.debitores,& ibi doctor.communiter maxime Ioan.And.& clarius Abb.in d.c.j.& l.si quis maior.C.
7 de transact.Secundò † quia iudex ecclesiasticus,qui ratione quæstionis ecclesiasticæ,seu spiritualis incidentis vult inhibere,debet hoc facere quando causa incidens moueretur inter easdé personas,inter quas principalis quæstio coram seculari cognoscebatur. Secus si inter diuersas.c.tuam.de ordi.cogn.ibi si ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus , ergo secus si ab alia persona,cum ibi no.facit tex.in c.lator.& in c.causam.
8 il ij.cum ibi no.qui filij sint legiti.Adeo,† quod inhibitio facta nomine vnius,puta principalis non prodest si deiussoribus in terminis nostris , quia inhibitio facta ad instantiam principalis non prodest fideiussoribus, vt singulariter voluit Bald.in l.j.in fi versi.C. de diuer, rescrip.Et ita iuris esse visum est.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis iussu in respondendo positionibus requiritur.*
2 *Interrogare quis possit respondentem positionibus.*
3 *Procurator pro domino suo positionibus respondere potest.*
4 *Responsurus positionibus decreto iudicis respondet præsente procuratore aduersarij.*
5 *Electio in alternatiua iudicij est ipsius iudicis.*

Quæstio 78.

INTERROGATVS, An vocatus in iudicio ad respondendum positionibus teneatur ad simplicem respondere,an vero iussus,vel mandatum iudicis requiratur.
1 † Respondi iussu iudicis hoc faciendum esse,Innocen.in c.prout.de dolo & contuma.iunct.ca.ij. in princi.de confessis.in vj.cum ibi nota per gloss.cle.
2 sæpe.§.nos vsum.de verbo.signifi.† Et in respondendo non solum iudex,seu aduersarius poterit interrogare, sed etiam aduocatus,vel procurator ponentis.l.si sine. §.interrogatum.cum glos.in versi.aduersario.ff.de interrog.actio.adeo vt in arbitrio iudicis sit decernere, vel quod ipse interroget,seu responsiones recipiat, vel aduersarius,aut eius aduocatus,siue procurator.Nam
3 † sicut procurator debentis respondere potest pro domino suo positionibus respondere,vt in d.c.ij.Specul. in titulo de positio.§ vj.versicu.in summa notandum, ita etiam procurator illius,qui proposuit positiões,de iure poterit interrogare,& responsiones recipere,tum quia in iudicio quod licet vni, debet alteri licere, & econtra quod vni non licet,nec alteri.ca. non licet.de regulis iuris.in vj. tum etiam quia per responsionem ipsius procuratoris debentis respondere maius inferri præiudicium potest,quam per acceptationem responsionum a procuratore factam , vt per se clare constat. Præterea si procurator ponentis non posset responsiones confitentis acceptare,sequeretur , quod litigantibus absentibus in curia mediantibus procuratoribus non possent positiones fieri,quod absurdum esset , &
4 contrarium quotidie in curia seruatur.† Potest igitur iudex maxime ex causa decernere,vt is , qui responsurus est positionibus , præsente procuratore aduersarij respondeat,cum non referat,an ipse aduersarius interroget,& responsiones recipiat, an vero eius procurator,vel aduocatus d.§.interrogatum. cum gloss. quo-
5 niam † in alternatiua iudicij electio ipsius iudicis esse debet.c.inter cæteras.vbi casus,extra de rescriptis. Et hæc vera esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *In ijs,quæ ad commodum pertinent fieri statutum vt quæris, quando partis petitio, & obiectio sit necessaria.*
2 *Actus non seruata forma quando sit ipso iure nullus absque partis petitione,vel obiectione.*
3 *Satisdatio in nunciatione noui operis etiam parte nõ petente præstanda est,& quando in alijs quoque hoc verum sit.*
4 *In satisdatione præstãda in iudicio ad aliquem iuris effectum consequendum satis est qualis qualis petitio partis etiam tacita.*
5 *Tutor à contutore satisdationem petere non debet,sed is eam offerre tenetur.*

Quæstio 79.

CVM in lege municipali ita scriptum esset: Qui laudum ad arbitrium boni viri reduci petit , coram iudice competẽnti petitionem suam cum causis grauaminis porrigat,& idoneã alteri parti præsenti vel legitime citatæ fideiussionem præstet de expensis,damnis,& interesse reficiendis.quod ni fiat,laudum,arbitramentum , aut sententia in rem iudicatam transiuisse dicantur:dubitatum est , an fideiussio præstanda esset etiam absque expressa partis aduersæ petitione?Et quãuis statutum illud prima facie videretur esse intelligendum,quando pars aduersa petiisset fideiussorem debere præstari,non obstãte eo,quod ipso iure velit,laudum,non præstita cautione,intelligi in rem iudicatam trasiuisse ad ea,quæ not.Pau. Castrens.in l. peto.§ fi ff.de leg.ij.ex cuius versi.decisio præsentis casus fere colligitur vt illud dictũ refert, & sequitur Alexan.in consi.xcvj.in prin.lib.iiij.& illud cõmẽdat Feli. in c.si aũt.de rescrip.col iiij.Tamẽ rectius statutũ præ-
1 dictum considerando,contrarium esse verius dixi,† nã & si alias ea,quæ ad commodum partis statutũ iniũgit etiam cum clausula ip so iure annullante actũ,si secus fieri cõtigerit,peti debẽt,vt ex prædictis infertur: hoc tamen verũ est,quando statutum simpliciter loqueretur,& ex verbis clare nõ colligeretur.an partis petitio foret necessaria. secus autem si ex verbis statuti necessario, & euidenter appareret,ꝙ absq; partis petitione quid esset faciẽdum,vt colligitur ex no.per gl.in c.statutum.in prin.in versi.committantur de rescrip. in vj. vbi ex eo ꝙ vniuersaliter.ac etiam singulariter ipso iure irritãtur ea,quæ aliter facta fuerint,partis obiectio, seu petitio non est necessaria.idem etiam voluit gl.vlti.ibi,& has gl.D m ibi multum commẽdat:sed in casu nostro specifice,& singulariter exprimitur.ꝙ si non fuerit præstita fideiussio,laudum,vel sententia intelligatur ipso iure in rem iudicatam transiuisse,ergo partis petitio non est necessaria per tex in d.c.statutum,& ibi gl.vbi clausula generalis annullatiua act' ponitur.
2 Quod ex alio suadetur,† Nam quando actus ipso iure annullatur ad fauorem ambarum partium, vel etiã ad fauorem publicum,vel disponentis simul,tunc actus, non seruata forma,est ipso iure nullus absq; partis aduersæ petitione seu oppositione,vt expresse voluit gl. in d.ver.comitantur,vt ibi Domin & Mod. Perusini:& optime probatur in l.stipulatio §.j.ff.de noui ope.nun.
3 vbi † satisdatio præstanda ab eo,cui nunquã opus fuit nunciatum,tendit ad fauorẽ tam eius, qui nunciauit, quàm illius,cui est nunciatum , quia constructio eius non impeditur,& ideo offerẽda & præstanda est, licet non petatur,vt in d.§.j & in l.prætor ait.§.si quis paratus.vbi Bar & alij.ff eo.ti.sed satisdatio in casu,de quo agitur,præstanda tendit ad vtilitatẽ volentis laudum reduci ad arbitrium boni viri,vt porrecta petitione,& satisdatione præstita possit super reductione pcedere,

cum aliàs non posset, continet etiam commodum aduersarij, contra quem reductio petitur, ratione expensarum, damnorum, & interesse, vt in dicto statuto, ergo satisdatio offerenda & præstanda est etiam absque partis petitione. Cui sententię non obstant primo loco in contrarium allegata cum alijs: quia procedunt, quādo satisdādum est ad fauorem solius aduersarij, quo casu non satisdatur, nisi is, cuius interesset, hoc peteret: & hæc sunt bene consideranda. Prædicta etiam omnino vera esse, ostendunt verba statuti, quibus cauetur, vt petēs laudum reduci ad arbitrium boni viri debeat idoneam præstare fideiussionem alteri parti præsenti: quæ verba (si statutum vlterius non processisset) possent intelligi parti præsenti, & petenti per tradita a Castren. in d. l. peto. §. si & ab Alexan. in dicto consil. xcvj. cum alijs, sed quoniam vlterius procedendo dicit, vel legitime citatæ, necesse est dicere, vt etiā in casu, quo pars aduersa non sit præsens, teneatur satisdationem præstare parte absente ad hoc legitime citata, & non comparente, & consequenter aliter non petente satisdationem: si enim pars citata non comparuerit, & absens fuerit, profectò dici non potest, quod petierit, seu quod ipsa petēte satisdatio præstita fuerit: nec aliter possunt verba dicti statuti intelligi: ergo statutū expresse determinat, satisdandum esse, siue pars fuerit præsens, & petierit, siue absens, & citata, nec aliter petierit: nam quando quis ad aliquem actum legitime citatus est, ille actus in eius absentia, & contumacia expediri potest, cum citatio ad alium finem fieri non dicatur. l. consentaneum. & per totum. C. quomo. & quādo iudex.
4 Præterea † illis casibus, quibus satisdandum est in iudicio ad aliquem iuris effectum consequendū, quamuis partis petitio requiratur. l. vniuersa. cum gl. C. de precib. impera. offer. tamen sufficit etiam qualis qualis instantia: & tacita denuntiatio, qua debens cautionem præstare ad illam cautionē tacite moneri, seu inuitari possit, licet satisdatio expresse petita non fuerit: ita limitat & declarat Alexand. per gl. in d. l. vniuersa. & in consi. ccv. visis his, quæ narrantur. lib. ij. & pro hoc in luce text. in l. stipulatio. in princi. iuncta l. prætor ait. §. si paratus. ff. de noui oper. nunciat. & ibi Pau. Castren. & alij: dicitur enim in d. §. si paratus. quod is, cui nunciatio facta fuit, satisdationem de opere moliendo præstare tenetur ad nota. etiam per glos. in d. l. stipulatio. in prin. quæ satisdatio ex eo videtur petita, quod dominus vicinus dixit, ius ædificandi non competere, ædificanti & sibi ius prohibendi competere, ne vicinus eo inuito nouum opus faciat vt est textus & ibi Paul. & alij in d. l. stipulatio. in princip. Quæ verba non continent expressam satisdationis petitionem, sed solum tacitam, quoniam simpliciter denegādo ius noui operis faciendi vicino cōpetere, censetur monere, seu inuitare eum ad cautionem præstandam, vt vlterius procedere possit: & in simili optime facit l. quidā decedens. in fin. ff. de administratio. tuto. vnde in proposito casu, si is, cōtra quem petitur laudum reduci ad arbitrium boni viri, quando aduersarius petitionem super reductione produxit, dixisset ius reductionem petendi non competere ex pluribus & præsertim quia illa non obseruauerit, quæ ex forma statutorum fori mercatorum seruare, & facere debebat, inter quę pręcipuum est satisdare, vt ibi, non erit ambigendum, quin saltem tacite satisdatio petita fuerit, veluti de iure sufficit, vt in locis præallegatis. Corroborantur præmissa
5 ex l. dazius ff. rem pupil. sal. fore, † vbi tutor, qui tenetur satisdare ante, quàm administret, quia lex sic iubet. l. stipulationum. §. communes ff. de verborum obligation. & habetur per Bartolum in l. legitimos. ff. de legiti. tutor. & in dicta l. prætor ait in princip. non tenetur petere à contutore illam satisdationem dari, sed contutor eam offerre debet, ratio est, quia interest pupilli, ac etiam contutorum, ne ipsi de illius mala administratione teneantur argu. l. tutor qui. § penult. l. cūm plures. cum simil. ibi allegatis per glo ff. de administr. tuto. Et ex his omnibus satisdationem in casu statuti nostri requisitam etiam non expresse petitam omnino præstandam fuisse de iure existimari.

SVMMARIVM.

1 Beneficia duo curata, & incompatibilia tenens sine dispensatione vltra tempus extrauagan. execrabilis illis ipso iure priuatus est, & spoliatus in possessorio recuperandæ non obtinebit.

2 Dispensatio in beneficialibus ad colorādum titulum in dubio in possessorio recuperandæ non præsumitur.

3 Reseruationis papalis exceptio agenti spolio in beneficialibus apposita inficit proprietatem, & possessionem.

4 Extrauagan. Execrabilis decretum irritans afficit & titulum & possessionem.

5 c. licet episcopus, de praeben. in vj. quomodo procedat.

Quæstio 80.

CLERICVS duo beneficia curata, & incompatibilia sine dispensatione vltra tempus extrauag. execrabilis tenuit. alius virtute collationis sibi factæ absq; clerici citatione illorum possessionem ingressus est: vtrum clericus prior tanquam spoliatus sit ante omnia restituendus? Certum esse respondi, quod
1 † clericus qui tenuit, atque possedit duo beneficia curata, & incompatibilia sine dispensatione (prout in dubio pręsumitur) vltra tempus constitutionis extrauag. execrabilis, omibus beneficiis ipso iure priuatus dicitur, & illa postea detinēdo, dicitur iniuste, tanquā intrusus, & absque titulo aliquo detinere, atque huiusmodi beneficia dispositiōi solius sedis apostolicę sunt reseruata, vt in d. extrauagā. Ex quo infertur, quod si clericus iste tunc dictis beneficiis fuerit spoliatus, non est ante omnia restituendus, cum illa teneat contra ius cōmune, & illius pręsumptionem: & hinc fiat, vt ipsi agēti spoliato obstet iuris defectus notorius proprietatis, ex quo cōtra se iuris notoriam præsumptionem habet. Inno. in c. constitutis. de filijs presby. & c. ad decimas cū ibi no. de restit. spol. in vj. Et articulus contra spoliatorem
2 super restitutione factus non est admittēdus. † neque est pręsumenda dispensatio in hoc iudicio possessorio ad effectum colorandi possessionem spoliati, ad tradita p dominos de Rota in decisione, ccclxxj. in antiquis, vbi etiā (quod plus est) volunt, non esse admittendā dispensationem, quę cum sit in accidenti, & de gratia speciali, in dubio non debet in hoc possessorio recuperandę attendi: idē habetur per eosdem in decisio. xvj. in nouis. Prętereа omnia huiusmodi beneficio per constitutionē d. extrauag. execrabilis sunt reseruata dispositioni sedis apostolicę, & consequenter etiam possessio illius, qui hęc beneficia possidebat, dicit̄ infecta: quare sequitur, quod si post hāc reseruationē spoliatus sit tenens beneficia contra d. extrauag. nō poterit super spolio obtineri. vt voluit Lapus in alleg. xxiiij. & domini de Rota in d. decis. xvj. quos refert, & sequitur
3 Abb. in c. ex literis. col. viij. de restit. spol. † Talis enim exceptio reseruationis agēti spolio opposita cōcernit defectum proprietatis, ac possessionis, & ideo in beneficialibus admittitur contra agentē spolio, quoniā beneficium ecclesiasticum non potest absq; canonica institutione retineri. c. j. de regu. iur. in vj. & Are. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. pos. col. xxxij. inquit prę dictā decisio. xvj. in nouis. quāuis in puncto iuris dubiam, in practica tamen seruandā esse propter authoritatem tantorum virorum, illāmq; refert & sequitur Domin. in c. j. vt lite penden. allegando eam sub
4 nu. 313. † Decretum ad hæc irritans positum in fin. d. extrauag. execrabilis non modo titulū, sed & possessionē afficit,

afficit,vt de possessore quis detentator efficiatur asininus.Domin.in d.c.ij & Domini de Rota,qui multa allegant,in d.decisio xvj.Ergo spoliatus dici non potest, & consequenter nec in possessorio recuperandæ obtinebit,vt ibi.Et hæc procedunt non solum in reseruatione hominis speciali,sed etiam in reseruatione iuris generali,& sic in reseruatione dictæ cōstitutionis extrauag.execrabilis,vt constat in d.decision. ccclxxj.in antiquis,& clarius in xvj.in nouis.† Non obstat c.licet episcopus,de præbend.in vj. vbi obtinente aliquo duo beneficia incompatibilia, quorum primum dicitur ipso iure vacare.si id alteri fuerit ab ordinario collatum,non potest is,cui fuit collatum,propria authoritate,& non citato possessore apprehendere possessionem,quia forte possessor potuit de iure,puta ex dispensatione, vtrunque retinere,prout in casu nostro. Nam respondetur,illum tex.loqui,quando possessio obtinentis ea duo beneficia non esse affecta vel per decretum irritans,vel quia beneficia non essent sedi apostolicæ reseruata iuxta not.in c.vt nostrum.de appellation.c.si eo tempore de electio.in vj.Innocenc.in c. ex parte.de restitut.spoliato.Archidi in c.vnico. de eo qui mitt.in possess.rei seruan.cau.Ioan.And.in clementin.vnica.de causa poss.& proprie.& domini de Rota in d.decisio. xvj.Sed per cōstitutionem extrauag.execrabilis hodie beneficia quo ad titulum,& possessionē in casu d.extrauagan.sunt affecta,quia habet decretum irritans, & beneficia sunt apostolicæ sedi reseruata. Ergo nō debuit clericus iste duo beneficia curata, & incompatibilia cōtra d.extrauag.detinens citari ab eo, cui postea fuerunt collata, in illorum possessione apprehendenda Neque contra eum spolio agere,nec in possessorio recuperandæ obtinere debet per supra dicta.

SVMMARIVM.

1 *In præscriptionibus quibuscunque tempus,quod excedit tempus à iure requisitum,in consideratione esse non debet.*

2 *Contra præscriptionem xxx.annorum datur restitutio ex capite ignorantiæ etiam post lapsum longissimi temporis.*

3 *Secus est in præscriptione xl.annorum.*

4 *Præscriptionis maximè xxx.vel xl.annorum tempus dicitur esse simpliciter continuum.*

5 *Quadriennium datum ad petendum restitutionem dicitur vtile ab initio,& ex post facto continuum.& à die scientiæ currere incipit.*

7 *Ecclesia contra priuatum. xxx. annis præscribit in casibus,quibus solum. xl.contra ecclesiam præscribitur.*

8 *Tempus quo præscribitur,& tempus petendæ restitutionis differunt.*

Quæstio 81.

CVM ecclesia contra priuatū propter lapsum annorum triginta præscripsisset,multiq; anni post perfectam præscriptionem decurrissent, vtrū ex capite ignorantiæ aduersus hanc præscriptionem esset restitutio cōcedenda,in disceptationem venit Cuius hæsitationis vt vera decisio tradetur, non recedendo à veris terminis huius materiæ,illud sciendum esse dixi,† quod in iis casibus,in quibus tempus annorū
1 triginta ad præscribendum requiritur,postquā per cursum illius temporis fuit præscriptum,etiā si longius tēpus puta,quadraginta,vel quinquaginta annorū decursum esset,illud plus in consideratione esse nō debet cū xxx.anni per se sufficiāt,ad perficiendā præscriptionē, & ad quemlibet alium illius effectum producendum, adeo q si postea decem,vel quindecim anni decurrissent,verum non esset dicere quē præscripsisse per quadraginta,aut quinquaginta annos, sed simpliciter per triginta,cū maius tempus de iure non sit necessarium, vt in l sicut.& in l.si quis emptionis.C. de præscri. xxx. annor.In casibus similiter,in quibus necessarium esset tempus xl annorum ad perficiendam præscriptionem, vt aduersus ecclesiam.c.de quarta.c.illud.ca.ad aures. de præscri.& in auth quas actiões.C.de sacrosan.eccl. maius tempus decursum non esset in consideratione, veluti contingit in hypothecaria, quæ contra debitorem,vel illius heredem possidētem tollitur spatio xl. annorum,& in aliis casibus particularibus,de quibus in l.cū notissimi.& per totum.C.de præscri.xxx.vel xl. anno.Idem est in præscriptione centum annorū, vt in casu d.auth.quas actiones.& in c.cū nobis.de præscri. Similiter idem dicendum est in his casibus,in quibus requireretur tempus,cuius initij memoria in cōtrariū non existeret.vt est in seruitutibus nō habentibus causam continuam,veluti habetur in l.seruitutes.vbi Bar. Pau.Cast.& alij.ff.de seruitu.& in l.j.in fin.ff.de aqua pluuia arcen.in l.hoc iure.§.ductus.ff.de aqua quoti.& æsti.& in c.j.in fi de præscrip.in vj.cum simil.Præsup-
2 ponendum etiam est,q † doct.communiter tenēt,aduersus præscriptionem xxx.annorum cōpetere in integrum restitutionem ex capite ignorantiæ, ex illa clausula,si qua mihi iusta causa videbitur.vt scriben. concludunt in l.cum filiusfamil.§.in hac.ff. de verbo.obli. vbi Bar.& alij,& Bar.in l j.§.si quis autē.ff. de iti.actúq; priua.canonistæ communiter,Feli.& alij Mod.in c.vigilanti.de præscrip.& Alex.in variis consiliis, & maxime in consi.cl.col.ij.in vij.lib. & in consi.lxxvj.lib.vj.
3 †in præscriptione vero xl.annorum maius dubium extat,quoniam Alexā.in pluribus consiliis,& maxime in præalleg & reuerendissimus Card.Parisius,& ante cū de verbo ad verbum eximius iuris interpres do.Ioan. Crotus,pluresq; alij in d.c.vigilāti id in ea esse volūt,q in præscriptione xxx.annorum dictum fuit,& hāc opinionem communem esse testantur, quam sequitur do. meus Soci.in d.l.cum filius.§.in hac in fin.Sed tamen plures. q forte magis communiter contrarium volūt vt refert Felin.in d.c.vigilanti,quorum sententia, po-
4 sito,q vera sit,aliud est præsupponendum,† quod tempus præscriptionum maxime xxx.vel xl.annorum dicitur esse simpliciter continuum,quia etiā aduersus absentes,iustéque ignorantes currit in l.fi.in fi.C.de præscrip.long.tempo.l.si quis emptionis.C.de præscr. xxx. anno.& fatentur docto.in d.§.in hac,& in d.c. vigilan
5 ti.† tempus vero ad petendam in integrum restitutionem aduersus præscriptionem,& quamlibet aliam læsionem,quod est quadriennium.Bart.in l.j.ff ex quibus cau.ma.dicitur vtile ab initio , & est postfacto continuum,quia solum à die scientiæ currere incipit.l.fi.C. de tempor.in integr.restitut.& ideo si post perfectam præscriptionem anni centum currerēt,quibus ille,aduersus quem præscriptio cucurrisset. iuste ignorasset, posset adhuc restitutionem petere infra quadrienniū à die scientiæ,vt voluit Bar.in l falsi.C.si ex fals.instru. quem sequitur Alex.in d.consi.cl.col.ij.lib.vij. & in cōsil.xxxix.col iiij.lib.vj His ita se habentibus, clara apparet quæstionis propositæ decisio,sumus enim in casu,in quo ad præscribendum sufficit spatium annorum
6 triginta,quia † ecclesia aduersus priuatum præscribit spatio triginta annorum illis in casibus,in quibus contra ecclesiam solum annis xl.præscribitur,vt est textus ibique Abb.Imol.Feli.& doct.cōiter.in c.nos sanctorum.de prscrip.& quamuis anni quinquaginta,& vltra cucurrerint,de hac tamen præscriptione iudicatur,vt de illa,quæ est annorum xxx.cum longius tempus non esset necessarium. Ideoque finita præscriptione xxx. annorum in casu nostro,de iure secundum scribentes communem sententiam illi,aduersus quem cucurrit, potuit restitutio in integrum competere ex capite iustæ ignorantiæ,quoniam,vt dictum fuit,aduersus huiusmodi præscriptionem ex capite iustæ ignorantiæ in

integrum restitutio competit, à l qua im petendam datur quadriennium, quod scienti tantum currere incipit, cum tẽpus illud sit ab initio vtile, per ea quæ proxime dicta sunt: stant itaq; simul, quod aduersus absentẽ, iustéq; ignorãtem præscriptio annorum xxx. cucurrerit, quia tempus illud est simpliciter, continuum, vt supra, & tamen post finitam præscriptionem lapsum fuerit aliud ad longum & longissimum tempus, ac is, contra quem cucurrerit, ignorauerit præscriptionem contra se cucurrisse, & cõsequenter adhuc in integrum restitutionem petere possit infra quadriennium à die scientiæ

7 per prædicta, quoniam † aliud est tempus, quo præscribitur, aliud tempus datum ad petẽdam restitutionem contra præscriptionem, primum nãque ignoranti currit, secundum vero minime. Non est igitur faciendum fundamentũ contra petentem restitutionem, quod illa nõ detur aduersus pręscriptionem xl. annorum. nam esto. hoc verum esse, tamen dico in casu non peti restitutionem aduersus talẽ præscriptionem, quia illa non fuit necessaria sed aduersus præscriptionẽ xxx. an. quæ hic cucurrit, & qua ecclesia contra priuatum vtitur, haud maiori. d. c. sanctorũ, & habetur in d. auth. quas actiones. & lapsus complurium annorum post cõpletã pręscriptionem impedire non debet petitionem, restitutionem in integrum, ex quo is, contra quem cucurrit, ignorauit illam cucurrisse. & post completam præscriptionem contra se habuit quadriennium ad petendam restitutionem, quod à die scientiæ tantum currere incipit: & licet scientia post longissimumum tempus superuenerit, ea tamen superueniẽte, adhuc infra quadriẽnium restitutio pati potest, quoniam, vt inquit Bald. in d. l. fallam, quem sequitur Alexã. nullúsque est, qui ei aduersetur. etiam si post completam præscriptionem quis per centum annos ignorasset, adhuc tamen à die scientiæ superuenientis infra quadriennium restitutionem peteret. Et ex his, quæ vera esse putaui, nec aliter fore intelligenda dixi, nisi quis errare vellet, omnia, quæ possent circa hanc quæstionem opponi, cessabunt, ac facile remouebuntur, veluti vnicuique recte intuenti facile. & euidenter apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis petendæ duplex modus in practica: & quando incidenter, & quando principaliter petatur. num. 3.*

2 *Restitutio aduersus præscriptionem xl. annorum solum principaliter petitur secus est in præscriptionẽ xxx. annorum,*

Præscriptio xl. annorum tollit ipso iure actionẽ, alia vero xxx. annorum illam per exceptionem elidit.

4 *Præscriptionis exceptio in interdicto, vel possessorio solum exceptionem parit, & restitutio aduersus illã incidenter petitur.*

Questio 82.

QVAESTIONIS etiam fuit, vtrum restitutio in integrum, de qua proxima præcedenti q. dictum est, sit petenda principaliter, an vero incidenter Dixi breuiter, quod Alex. cuius maxima est authoritas, dicit illam posse incidenter peti, in consi. lxxvij. lib. vj. ver. potest etiam col. ij. vbi licet hoc plene non probet, illud tamen pro constanti, ac firmo posuit, tãquã in se verum doctisq; notum existeret. Pro qua sententia facit id, quod voluit Bald. in auth. si oẽs. col. ij. C. si vt se ab heredit. absti. & hoc ipsum fatentur

2 Bar. & alij in l. nam & si. §. si minor. ff. de iureiuran. † vbi Bar. duplicem esse modum practicandi in petẽda restitutione inquit: & si ex opposito diceretur, per præscriptionẽ actionem esse adeo elisam, vt dicatur extincta, neq; competat per ea quæ tradit Abb. in c. ex literis. de in integ. restitut. & in c. ad aures. de præscrip. ideoquẽ restitutionem non posse incidenter peti aduersus præscriptionem xl. annorum. quia sine actione nemo experitur iuribus vulgaribus: respondetur, † prodicta pro- 2
cedere in præscriptione xl. annorum, per quã actio extingui, & tolli dicitur, & ita loquitur Abb. in d. ctis locis, & tex. in d. c. ad aures. at per præscriptionẽ xxx. annorum actio ipso iure non tollitur, neque in totum extinguitur, sed remanet, nisi per exceptionem præscriptionis elidatur. Abb. ipse in rubri. de præscri. l. si quis emptionis, C. de præscrip. xxx. ann. Imol. & doct. in c. fi. de præscrip. Cy. in l. cum quis C. de iuris, & fact. ignor. & Salic. in l. sicut. in vj. oppo. C. de præscr. xxx. anno. qui dicit hanc esse communem opinionem doctorum & glossarum: Alex. in l. si pœnæ in prin. ff de condi. indeb. & in l. fi. §. j. ff. rem rãt. habe. quãuis Barto. ibi sequutus opinionem vltramontãnorũ contrarium teneat: quorum opinio posset procedere in præscriptiõe x. vel xx. vel xl. annorum, vt in d. c. ad aures. secus in præscriptione xxx. vt videtur tex in c. quicũque xvj. q. iij. & ibi gl. summæ. Bal & Ange. in l sicut. & in l. cum notissimi. C. de præscri. xxx. anno. in ij. col. Feli. in rub. de præscript. vbi legendo hoc idem secutus sum, Spec. in tit. de officio om. iud. §. incidenter, & in tit. de præscri. in princ: Bal. in l. omnes. C. de præscrip. xxx. ann. Ang. & Bal. in l. j. C. si aduer. cred. ibique Alex. qui plurima allegat. Cæterum, præsupposita illa opinione, quod restitutio in integrum principaliter petenda sit, † hoc verum est quo ad
3 effectum. vt possit intentari prima actio elisa, sed quo effectum fundandi exceptionem, aut replicationẽ, sufficit illam incidenter peti, vt declarat Bald. in addi. ad Specu. in ij. parte in titu. de in integ. restit. in versiculo restitutio in integrum & ca. vbi licet quo ad effectum fundandi intentionem. & actionem restitutio non incidenter peti debeat, sed eo modo, quo declarat Abb. in d. capi. tum literis. circa fi. tamen quando peteretur ad fundandam exceptionem, seu replicationem, incidenter peti potest. præterea, vt dixi. licet per præscriptionem quadragenariam sit penitus sublata actio. d. c. ad aures, vbi Abb. & alij, non tamen per præscriptionem xxx. anno. sed solum per exceptionem illius eliditur, vt supra, ergo erit actio, quæ adhuc potest intentari, quamuis contra eam præscriptionis exceptio opponi valeat vt supra. Igitur agi, & postea restitutio cõtra exceptionem præscriptionis oppositam incidenter peti potest: ita declarat Alexan. in d. l. nam & si. §. si minor in ij. notab ff. de mino. exemplificando in vsucapione, per quam actio ipso iure tollitur, quia ipso iure quis à dominio excluditur, vel quãdo per solutionem, aut acceptilationem obligatio, vel actio ipso iure sublata foret, tunc enim principaliter, non autem incidenter restitutio peti posset: at si ipso iure actio non fuisset extincta, sed elisa, veluti quando per iuramentum naturalis obligatio tantum sublata foret. l. si. in princi. ff. de iureiur. & cõsequenter adhuc agi posset quãuis obstet
4 exceptio iurisiurandi † sicut illi agenti interdicto vel possessorio, obstat exceptio prescrip. xxx. ann. quæ nec penitus nec ipso iure actionem extinguit, sed exceptionem contra agentem parit, vt docto. omnes dicunt in l. rem, quę nobis soci. ff. de acquir. possessio. Domini. & alij in c. redintegrãnda. iij. q. j. & tunc aduersus huiusmodi exceptionem datur restitutio, vt supra, quę incidenter peti potest ad nota. in §. si minor per illum textum. vbi Alexand. Paul. & Bald. & hęc fuerunt verba Specu. in titu. de offic. omn. iudic. in §. incidenter versicul. in modum etiam replicationis, vt refert Alexan. in dicta l. si minor ij. nota. cuius dictis à tot iuris luminaribus approbatis standum est, & sanctum illa iudicandum, omissis his, quę nonnulli Modernio. deducunt, qui hac tempestate iura. vt ita dixerim, inuoluunt, peráique doctorum veterum doctrinas suis ineptiis

euertere

euertere conatur. Nec aduersantur ea, quæ voluit Ab-
bas in d.c. tú literis & Bart. in l. nec non, §. exemplo. ff.
ex quibus cauſ. maio. Quia intelligi & declarari debét
veluti ſupra proxime dictum eſt de mente doct. com-
muniter. Et ita cenſui fore omnino concludendum.

SVMMARIVM.

1 *Monachus factus epiſcopus quando epiſcopatui ac-
quirat.*
2 *Et tranſlatus ad aliam eccleſiam, quando ſecunda,
& quando priori acquirat, & nu. 5.*
3 *Monachus quicquid acquirit re, & ſpe, acquirit mo-
naſterio, in quo fuit profeſſus.*
4 *Monacus profeſſus certam religionem habentem ſu-
periorem, qui de omnibus eccleſiis illius ordinis diſpo
nit, quicquid acquirit, toti ordini acquirit, nõ autem
loco, in quo vixit.*
6 *Et profeſſus in vno monaſterio effectus prior in alio
quando ſecundo acquirat, & non priori.*
7 *Monachus an profeſſionem faciat in genere genera-
liſſimo, an in genere ſubalterno, an vero in ſpecie. &
ad alia monaſteria transferatur, quo ad acquiſitio-
nem, multum differt.*

Quæſtio 83.

IN quæſtione olim verſabãtur bona ſtabilia, ac me-
lioraméta quædam rerum, & bonorum opera, & in-
duſtria fratris, & monachi cuiuſdam acquiſita, qui
in vno monaſterio profeſſus vna cum aliis ſeptem mo
nachis in alio monaſterio ex literis apoſtolicis ad cu-
ram animarú tantú fuerat deputatus, ibidémq; deceſ-
ſat, cui monaſterio bona, & melioraméta acquiſita de-
berentur, vtrum illi, in quo fuit profeſſus, an vero ei, in
quo fuit deputatus, & deceſsit? Et veritati adhęrendo,
illud omnino eſſe concludendum placuit. ꝙ dicta bo-
na, & melioramenta per monachum acquiſita de iure
ſpectare deberent ad monaſterium illud, in quo fuit
profeſſus, cuiuſq; ſemper monachus, filius, & quodam
modo ſeruus extitit in ea, quæ habentur per glo. in ca.
vnico. xviij. q. j. nam quamuis deputatus fuiſſet ſolum
ad curam animarum in alio monaſterio, non tamẽ de-
ſiit eſſe monachus ſui monaſterij, in quo fuit profeſſus,
vt euidenter apparebat ex literis apoſtolicis cõceſsis
dictis monachis ad curam prædictam deputatis: quic-
quid igitur fuit per dictum monachum acquiſitũ, de-
bet dici ſuo monaſterio acquiſitũ, cuius filius eſſe non
deſiit: ſecus ſi monachus, & ſic filius illi^9 eſſe deſiiſſet,
1 vt colligitur ex gl. vlt. in d.c. vnico. † & dicit gl. in ſum
ma. xviij. diſt. ꝙ monachus factus epiſcopus quicquid
acquirit, epiſcopatui acquirit. d.c. vnico: quod quidem
verum eſt, quando perfecte, & omnino ad eccleſiá epi
2 ſcopalé tranſlatus eſſet, alioquin ſecus: vt ibi: † & quod
dicitur de monacho facto epiſcopo, dicitur etiam de
monacho ad aliam eccleſiam, ſeu prælaturam tranſla-
to, vbi habetur per Abb. in c. cum olim. il ij. de priuile.
vt acquirat illi eccleſiæ, quando totaliter, ac perfecte
fuiſſet tranſlatus adeo, ꝙ monaſterij illius monachus
quo ad omnem effectum eſſe deſiiſſet iuxta ea, quæ tra
dũtur in c. licet. de regularib. at in caſu, de quo agitur,
vt dictum eſt, monachus non fuit ad aliud monaſteriũ
perfecte tranſlatus, nec primi filius eſſe deſiit, ergo &c.
Ad fauorem etiam primi monaſterij faciũt illa omnia
iura, quæ cõmuniter à cunctis allegari ſolent ad hoc,
3 † quod quicquid monachus re, & ſpe habet, & acqui-
rit, illud monaſterio, in quo fuit profeſſus, acquirit. c.
in præſentia. de proba. auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. ec
cle. & gl. in c. ſi qua mulier. xix. q. vlt. cum ſimi. Præterea
4 † monachus, qui in genere ſubalterno profitetũ. hoc eſt
certam religionem particularem habentem vnum ſu-
periorem, puta abbatem, ſeu alium, qui de omnibus il-
lius ordinis eccleſiis diſponit, & poteſt, ac ſolet de lo-
co ad locum monachos trãſmittere, ita ꝙ monaſteria
illius ordinis ſunt fere membra ſub vno capite, & in-
greſsi ſedem nõ habent perpetuá, ſed modo huc, modo
illuc abbatis, ſeu generalis arbitratu mittuntur, ſi quid
habeat, aut re, vel ſpe acquirát, non membro, nec loco,
in quo viuit, illud acquirit, ſed toti ordini, in quo fuit
profeſſus ita voluit Ant. in d.c. in præſentia, qui allegat
Spec. in tit. de ſtatu monac. verſi. xix. & gl. ij. in c. de vi-
duis. il j. xxvij. q. j. quæ dicit bona ſic ingredientis eſſe
in diſpoſitione, & poteſtate illius, qui in ordine eſt ſu-
perior. In idem adducitur not. deciſio Io. And. in rubr.
de ſtatu mona. in addi. ad Spec. in verſi. Pileus. q. iij. tra
5 ctat &c. † qui differẽtiam facere videtur, an monachus
vnius monaſterij in alio fuerit adminiſtrator, an vero
non fuerit adminiſtrator. Primo namq; caſu illi eccle-
ſiæ, in qua fuit prælatus, & adminiſtrator, acquirit per
ea, quæ infra ſtatim dicentur ſi autẽ ſimplex monachus
fuerit, veluti hoc in caſu contingit, quicquid acquirit
ex re ſecundi monaſterij, vel ex re illius, & operis ſuis
ſimul. id ſecũdo monaſterio acquirit, at ſi ex operis ſuis
tãtum acquirat, illud ad primum, in quo fuit profeſſus
totum ſpectabit, ſed monachus in occurrenti caſu ex
operis ſuis duntaxat acquiſiuit, ergo &c. Nõ aduerſan-
tur aliqua, quæ poſſunt in contrarium adduci, & maxi
me no. per Abb. poſt Feder. de ſenis in conſil. xxxv. in d.
c. in præſentia. col. xx. in verſ. ſed in iſtis oritur dubium
&c. qui voluit, ꝙ ſi monachus in vno monaſterio pro-
feſſus efficiatur prior alterius monaſterij, qui tamen
prior eſt ad nutum abbatis, vel alterius ſuperioris re-
uocabilis, & tunc temporis boná aliqua acquirat, illa
non monaſterio profeſsionis, ſed loco. & membro, ſiue
dignitati, cui præeſt, acquiruntur: facit text. in c. vnico.
xviij. q. j. idem voluit Abb. in c. cum olim il ij. poſt In-
no. de priuil. Bar. in l. ſed & ſi. §. interdum. ff. de vſufru.
& in l. pen. ibique Alex. in appoſtil. ff. de ſtipul. ſeruo. &
clarius Bal. in addi. ad Spec. in tit. de ſtatu mona. & ma
xime quando monachus adeo fuit ad alium locũ trãſ-
latus, quod prorſus ab obedientia maioris eccleſiæ, in
qua profeſſus eſt, liberatus eſſet, vt inquit Bald. ibi per
6 no. per Bar. in locis allegatis. † Nam his omnibus, quæ
multum repugnare videntur, primo reſpõderi poteſt,
ea intelligi poſſe, quando monachus fuiſſet ad aliud
monaſterium totaliter reſpectu regulæ, & profeſsiõis
tranſlatus iuxta c. licet. de regula. & c. vnicum. xviij. q. j.
cuiuſmodi tranſlatio in caſu noſtro facta non fuit. Se-
cundo præfati doct. loquuntur, (ſtante hoc etiá, quod
totaliter non fuiſſet tranſlatus, ſed adhuc primi ordi-
nis, & monaſterij monachus remanſiſſet) quando mo-
nachus fuiſſet ad adminiſtrationem, ſeu prælaturá, vt
ad prioratum alicuius monaſterij etiam reuocabiliter
tranſlatus, nam cum talis prælatura, ſeu adminiſtratio
vſumfructum illius monachi habere dicatur, meritò
quicquid monachus ex re, vel ex operis, & re ſecundi
monaſterij acquiri, illi tantum acquirit, ſecus ſi ex ope
ris ſuis duntaxat acquireret, vt dictum eſt pe a ea, q̃ vo-
luit Ioannes Andr. in additionib. ad Specul. in rubri-
ca de ſtat. mona. Quare cum monachus, de quo agi-
tur, non fuerit ad prælaturam, ſeu totalẽ adminiſtratio
nem, vel prioratum alterius monaſterij translatus,
ſed ſolú vt curæ animarum, & diuinorum celebratiõi,
vt ſimplex monachus, & clericus inſeruiret, item id, ꝙ
exiſtens in ſeruitio dictæ eccleſiæ acquiſiuit totum ex
operis, & induſtria ſua acquiſiuerit, iure profecto illud
omne ad monaſterium primum profeſsionis tanquam
illi acquiſitum pertinere dicendum fuit. Tertiò prædi
ctis omnibus in contrarium adductis, quæ ad idẽ ten-
dunt, & in vno, eodémq; caſu procedunt, reſpondetur
ea in caſu penitus à noſtro diuerſo locum ſibi vendi-
7 care. † differentia eſt ſecundum quod declarat Anton.
in dicto c. in præſentia, & ibi Abb. in xix. quæſtion. an
monachus profeſsionem faciat in genere generaliſsi-

mo,& hic non est casus noster, an in genere subalter-
no veluti professus est monachus,de quo tractatur, vt
supra,an vero in specie,quales sunt hi, qui certam re-
gulam in certo monasterio alij non supposito profiten
tur,& hi quicquid acquirunt illi monasterio acquirũt
d.c.in præsentia.d.auth.ingressi, & habetur in d.ca.si
qua cum simi.supra allegatis,& si ex his in specie profi
tẽtibus aliquis fuerit administrationem, prælaturam,
seu prioratum aliquem translatus,& aliquid acquisiue
rit,illi prælaturæ , seu ecclesiæ . ad quam hoc modò
translatus fuit,acquirit.& ita intelligantur docto. su-
pra in contrarium adducti vt in indiuiduo declarat,&
loquitur Abb.in d.c.in pręsentia.col.xx.sed monachus
in casu propositæ quæstionis non religionem in spe-
cie,sed in genere subalterno ꝓfessus est eo modo, quo
Abb.& Ant.ibidem ergo decisio Abb . quæ multũ re-
pugnare videbatur,& id,quod Bal.in d.addi.& alij su-
pra allegati dicunt,nihil ad propositum faciunt.Et ex
his ad fauorem monasterij primi, in quo monachus
fuit professus,rectius existimari putaui.

SVMMARIVM.

1 *Biroarij infames infamia facti , & vilissimi à iurè censetur.*
2 *Contra matrimonium non admittuntur testes infames etiam infamia facti,& vilissimi.*
3 *Causa matrimonij grauis est,si contra illud agatur.*
4 *Testes in tempore variantes dicuntur singulares.*
5 *Testes variantes ad concordiam reducuntur, non vt probent sed vt falsum euitent.*
6 *Metus exceptio quando matrimonium contractum inualidat.*
7 *Copula carnalis,& stuprum quomodo probetur.*
8 *Pœna iuris communis à statuto pœnam diuersam imponente non tollitur,quando ad eundem finem nõ imponuntur.*
9 *Pœna iuris canonici,& ecclesia à iure ciuili,vel statuto laicorum diuesam pœnam imponente non tollitur,quo minus ecclesiasticus illam imponere valeat.*

Quæstio 84.

QVIDAM iuuenis noctis tempore domum al-
terius ascendens,& per fenestrã ingressus tha-
lamũ,in quo puella nuda in lecto iacebat,à pa-
rentibus vna cũ officialibus Guberna-
toris,& præsidis ciuitatis ad hoc vocatis in dicto tha-
lamo cum dicta puella super lecto repertus fuit,& pa
rentibus de hoc valde conquerentibus,tandẽ iuuenis
coram pluribus testibus ad hoc vocatis , & adhibitis
matrimonium per verba de præsenti cum puella con-
traxit,asserens illam suam vxorẽ,& pro sua habere vel
le.Mox cum iuuenis ad eam accedere,domũmq; suam
velle illam ducere recusaret,lis à puella super matri-
monio mota fuit.Iuuenis autem metum sibi tempore
contracti matrimonij à parentibus,& aliis illatum con
tra matrimonium opposuit , illum per duos biroarios
probando:cum ex aduerso puella matrimonium con-
tractum per plures testes probasset. De duobus in hac
facti specie dubitatum est , primo vtrum probato ma-
trimonio,exceptio metus opposita illi noceat.Secũdo,
dato sine veritatis præiudicio, quod de metu iusto [illegible]
inualidandum matrimonium constaret, an præfatus
iuuenis de stupro conuictus sit ad effectũ,vt pœnas [illegible]
crorum canonum incurrisse dicatur quibus cauetur,
vt stuprãs puellam aut illam habere vxorem teneatur.
si parentibus,& puellæ videbitur , aut ei dotem con-
gruam assignare,vt alteri condecenter nubere possit.
Rogatus,vt sententiam meam dicerem,cum alij com-
plures viri clarissimi vtrinque plene scripsissent,bre-
uiter quid sentirem exposui , & quo ad primum illud
mihi magis visum est,metum idoneum ad matrimoniũ
contractum inualidandum non fuisse probatum, nam
ad eum probandum inter alios inducti fuerunt duo te
1 stes infames infamia facti, & vilissimi, †videlicet duo
biroarij baricelli,qui tales à iure censentur vt tradit
Bald.in l.fina in iij.q.C.de ædilic.edict.in fin.& in l.ij.
versicu.sed Innocentius &c.ibique Salicet.C. de testi.
Innocen.in c.in literis.de testib. & in ca.insinuante.de
officio delegat & ideo regulariter ad testificandũ nõ
recipiuntur.ergo ad oppugnandum matrimonium te
2 stes idonei non dicentur,quia † contra matrimonium
testes infames etiam sola facti infamia & vilissimi nõ
admittuntur.Alex in consi.clij. column.iij.in versicul.
sed testis lib.v.c.j.de consanguinita. & affinita.cap.in
3 literis,& ibi docto.de testib. † ardua nanque,& grauis
est causa matrimonij,si contra matrimonium agatur,
vt habetur per glo.& docto.in c.mulieri.de iureiuran.
& in c.non debet.de consanguinita.& affini.Propter-
ea ad probandum metum contra matrimonium testes
viles,& infames induci non debent, Alexand. in dicto
4 consilio clij.Secundo † hi duo testes biroarij variarũt
in tempore,ergo singulares fuerunt,& tales,vt illis fi-
des adhibenda non esset,c.nihilo.iij quæstio.ix.not.in
cap.causam.de testib.Alexand.in consil.cxvj libro j. &
5 † quamuis testes variantes ad concordiam sint redu-
cendi,vt falsum euitent,non tamen hoc verum est ad
effectum,vt probent,Ioann.Andr.& Anto. in c.in no-
stra.de testib.Ioan.in addition.ad Specul.in titu.de te
6 ste.§.de interrogatoriis cum simil.Tertio † ad hoc,vt
metus exceptio matrimonium annullet iuxta ca.cum
locum.iuncta gloss.& capi.veniens ad nos. de sponsal.
cum aliis requiritur,quod ille,qui semper vim, vel me
tum contraxisse dicit,probet,quod tempore cõtractus
protestatus fuerit se per metum facere, alias non dice
retur nolens.& per metum fecisse.sed sponte,& volẽs,
vt notab.voluit Bald.in rubr.C.si quis alium testa.pro-
hib.column.x,in versicu.Sed in contrarium,vbi indu-
cit l vnicam.§.sinautem.C.de caduc.tollen. bonus tex
tus in l.quibus diebus in princip.ff.de conditio.& de-
mostratio.& facit id,quod per illum textum Barto. ibi
notat:ad idem facit,quod habetur in l.ij.C.de his qui
per met.iudic.non appella.& in ca.fin.de appellation.
& hæc in terminis dixit Alexand.in cõsi.cxlvj.colum.
penul.in versi.accedit ad cõfirmationem lib.v.& opti-
ma glo.in princip.gloss.magnæ in cap. si quis accepe-
rit.xxxiij quæstion.j.de qua protestatione, & declara-
tione contrariæ voluntatis tempore contractus ma-
trimonij cum non constiterit,dicendum fuit non,esse
probatum metum idoneum ad matrimoniũ impedien
dum.Quarto ad hoc vt matrimonium per metum an-
nulletur,seu vitietur,talis metus esse requiritur in quẽ
libet constantem virum cadere potuerit, non autem
in meticulosum,inconstantem & timidum dicto capi
tul.cum locum.& dicto capitul. veniens.capitu.primo
capitul.cum dilectus , & vbique habetur quod metus
causa:sed coram magistratu,aut officialibus ciuitatis
non censetur, neque præsumitur talis metus illatus,
qui in constantem virum cadere possit.l. non est veri-
simile.cum ibi notatis.ff.quod metus causa. Decius in
capitul.fina.de appellationib.cum aliis.ergo in occur
renti casu non dicitur incursus metus idoneus ad im-
pediendum matrimonium, ex quo tempore contractĩ
matrimonij ibi aderant curia , & officiales ciuitatis.
qui hac de causa ad locum illum vocati fuerãt,& abs-
que dubio non permisissent iuuenem prędictum ab a-
liquo offendi. Et ex his dixi non fuisse talem metum
probatum,qui matrimonium impedire potuerit.Quo
ad secundum vtrum sit probatum stuprum, vel copu-
la carnalis ad effectum , vt iuuenis teneatur ad ea,
quæ habentur in capitul.primo & secundo de adulte-

7 atis probatum esse respondi, nam † copula carnalis,
seu stuprum probatur non directe, sed ex coniecturis,
& indiciis ipsi actui proximis, vt quia iuuenis cum
puella in thalamo super, seu iuxta lectum repertus fue
rit, & maxime quando ambo, vel saltem puella nuda,
pannisque exuta foret vt in capitul. literis. capitu. ter-
tio loco. de præsumptionib. & est optima gloss. in cap.
si quis acceperit. xxxiij. quæstio. j. iuxta illud, à iuuene,
& cupido credatur reddita virgo, & ideo text. in cap.
j. de adulter. solum dormitionis actum, & non venereũ
considerat, quasi ex dormitione, & sola conuentione
inter eos secrete facta, stuprum, & fornicatio probari
dicatur: immo ex quo puella stabat pro matrimonio
concurrentibus præcedentibus coniecturis, standum
est confessioni, & assertioni ipsius, quòd à dicto iuue-
ne carnaliter cognita & corrupta fuerit, si ex inspectio
ne obstetricum illam corruptam esse appareat, vt ha-
betur per glossam in dicto cap. si quis acceperit. & per
Abbatem & canonistas in c. proposuisti de probation.
faciunt etiam not. per ipsum Abba. in d. c. veniens il ij.
de sponsal & per Felin. in cap. præterea. de testibus. qui
multa allegat. sed hi iuuenes, de quibus agitur, soli in
thalamo noctis tempore fuerunt reperti, ac puella pá-
nis exuta super lecto erat, ergo &c. Præterea iuuenis
ipse confessus fuit se iterum noctu, & furtiue ad dictã
puellam iuisse, & cum illa stetisse, igitur satis conclu-
denter carnalis copula, & corruptio probata fuit, &
maxime cum iuuenis amore puellæ captus esset, & sæ-
pius in eodem cubili soli clausi permansissent. Ex qui-
bus apparet euidenter, ipsum incurrisse pœnam. d. c. j.
& ij. de adulter. Et cum obiiceretur, eum nec pœna il-
lorum iurium, nec pœna iuris ciuilis, de qua no. in di
ctis iuribus, debere puniri, cum statutum ciuitatis a-
liam, diuersamque pœnam imponeret, quæ seruanda
est argumen. eorum, quæ habentur per Barto. & Alexã.
in l. qui rem. ff. vi bono. rapto. & in l. senatus. ff. de accu.
& in l. sanctio. ibique Alexand. ff. de pœnis. Bald. in l. j.
in xj. opposition. C. de summa trinita. & fide catholica.
& in l. data opera. C. qui accusar. nõ possunt. Imol. in l.
8 ij. ff. de public. iudic. Respondi primo, quod † cum pœ-
na statuti sit imposita ad vindictam criminis, disposi-
tio autem d. cap. j. & ij. de adulter. non ad vindictã, sed
ad bonum publicum, & spirituale tendat, non potest
dici per statutum fuisse sublatam dispositionem. d. ca.
j. & ij. argumen. l. prætor. §. si dicatur. ff. de iniur. capit.
tuæ, & ibi Anton. extra de procuratoribus. Præterea
9 † quando pro crimine à lege, vel statuto est imposita
pœna diuersa à pœna ecclesiæ. & iuris canonici, tunc
non dicitur sublata pœna ecclesiæ, quin iudex ecclesia-
sticus possit pœnam ecclesiæ imponere, ad ea, quæ tra
dit Antonius in dicto capitu. tuæ. & in dicto capitul. j.
& ij. de adulte. nam quælibet pœna in suo foro seruabi
tur, tum quia seculares, qui statutum condiderunt, nõ
potuerunt pœnam ab ecclesia, & in foro ecclesiastico
impositam tollere. capitu. quæ in ecclesiarum, & capit.
ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionibus. tum etiam
quia per statutum laicorum, immo & clericorum cer-
ti loci ius commune canonicum corrigi, & tolli non
potest. capitul. quod super his. vbi casus, Abbas & alij
de maioritate & obedientia. Et ex his tolluntur om-
nia, quæ in contrarium potuissent adduci. Quare iuris
esse existimaui primo valuisse matrimonium inter di-
ctos iuuenes, vt supra, contractum, cum non constaret
fuisse probatum metum idoneum, qui in constantem
virum cadere potuisset: & præsupposito matrimoniũ
nõ valuisse, quod tamen omnino negatur, iuuené pror
sus condemnandum esse dixi vel ad contrahendũ ma-
trimonium cum dicta puella, vel ad tradendam illi do
tem congruam, & honestam, attenta consuetadine lo-
ci, & qualitate, ac cõditione personarum propter stu-
prum ab eo cum puella commissum iuxta tradita in di
cto capitul. primo & secundo. de adulter.

SVMMARIVM.

1 *Filij copulatiue cum patre vocati non simul, sed or-*
dine successiuo admittuntur.
2 *Maritus si rem pro se, & vxore fuit stipulatus, vxor*
expresse, vel tacite ratificans vna cum marito viuẽ-
te admittitur.
3 *In emphyteusi ecclesia cõcessa cum pacto, vt post mor*
tem omnium vocatorum res ad ecclesiam reuerta-
tur, habet locum ius accrescendi.
4 *Nec ea propter delictum vnius pleno iure in fiscum*
transit, sed solum ad vitam ipsius delinquentis.

Quæstio 85.

STANTE locatiõe facta ab ecclesia Titio acce-
ptanti pro se, & vxore sua, ac pro filiis ipsius Ti-
tij, & ad vitam ipsorum tantum, quæstionis fuit,
vtrum vxor ad dimidiam, an vero ad tertiam partẽ rei
locatæ admittenda esset. Et ad dimidiam esse vocatam
verius fore dixi, quoniam maritus conducendo, & sti-
pulando pro se, & vxore sua, & suis filiis, si vxor con-
cessionem huiusmodi ratam habuerit, dimidia mari-
1 to, & dimidia vxori fuit acquisita, † filij vero non di-
cuntur simul vocati adeo, vt partem faciant, quoniam
vocati dicuntur ordine successiuo, videlicet post mor
tem patris, & sic ad illam dimidiam duntaxat, quæ Ti-
tio ex concessione fuerat acquisita iuxta ea, quæ habẽ
tur in l. Gallus §. quidam recte. ff. de liberis & posthu-
mis vbi Barto. Alexand. & alij, & per doctores Moder.
post Salicetum in l. ij. C. de iure emphyteut. habetur in
l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & late per A-
lexan. post Imolam in l. quod dicitur. & in l. si mihi &
2 Titio. ff. de verborum obligatio. & † ideo viuo adhuc
marito vxor ad dimidiam vocatus, & admittitur, vt in
terminis declarat Specula. in titul. de loca. §. nunc ve-
ro aliqua in quæstione cxlviij. & est de mente Bal. in au
thentic. si quas in fin. penultim. column. C. de sacrosan
ctis ecclesiis. in versicul. nunc reuertor &c. si vxor loca
tionem merito factam pro se, & vxore ratificauerit, vt
ibi tradunt Specula. & Bald. vxor autem ratificasse di-
ceretur non solum expresse, sed etiam tacite iuxta tex.
cum ibi notatis in l. Paulus ff. rem rat. habe. Barto. in l.
procurator. la ij. in j. oppositio. eod. titu. & in l. j. §. final.
ff. de procu. Bald. in l. fina. C. ad Macedo. in rubric. ff. de
contrahen. emption. Tacite vero diceretur ratificasse
soluendo canonem, seu pensionem, & adimplendo pa-
cta locationis, aliáque faciendo, ex quibus cõstaret eã
dictam locationem saltem tacite approbare voluisse.
Et ex his quæstio illa decideretur, an mortuo marito su-
perstite vnico filio, ipse filius post mortem patris habe
re debeat duas partes ex tribus, an vero dimidiam so-
lum, & aliam dimidiam vxor. quia cum vxor, sequuta
sua ratificatione saltem tacita, ab initio dimidiam, &
maritus aliam dimidiam acquisiuerit, post mortẽ ma-
riti filius, qui successiue post patris vocatur, solum ad
dimidiam, quã pater habuit, admitti poterit per ea quæ
in simili volunt Barto. Alexa. & alij in d. l. si mihi & Ti-
tio & hoc dubium aliquod in se habere non videtur.
3 † Et fuerit hac lege concessa fuisset. vt ad ecclesiam post
mortem omnium eorum, pro quibus cõcessa fuit, vna
cum melioramentis reuerteretur, hoc casu locũ habe-
ret ius accrescendi, adeo quod mortuo dicto filio, ac
superstite vxore, alia dimidia ad filiũ spectãs portioni
vxoris accrescere deberet, quæ totũ haberet, si filium
ipsi præcedere contingeret, vt in c. j. de duobus fratri-
bus a capitu. inuestitis. Spec. in titul. de loca. §. nunc ve
ro aliqua, q. lxix. nam cũ adhuc aliquis superesset hoc
est vxor, verum non esset dicere omnes decessisse:

propteaeà ad ecclesiam res nõ deberet reuerti,ad quã
solum ex pacto reuertitur,quando hi , pro quibus res
est concessa,essent mortui:& ita sequitur Salice.in d.l.
ij.in quæstio.xxiiij.& Alexã.in d.l.si mihi & Titio, vbi
4 plurima allegat.Infertur etiam ex prædictis.† ꝙ cum
dicta dimidia,quam haberet filius mariti ,posʃit vxori
acquiri,casu quo ipse illi præcederet,ea ꝓpter delictũ
filij publicari,& pleno iure ad præiudicium vxoris cõ
fiscari non potest,quin eueniente illius morte vxor ad
dictam dimidiam admitti valeat.Posset tamen forte di
ci,licet nunc affirmare nõ audeam,ꝙ filio , naturaliter
viuente,fiscus ea dimidia interim vti , & frui debebit
per text.not.vbi hæc omnia probantur in l.Statius.§.
Cornelio ff.de iure fisci.l.Imperator.in prin.& ibi Bar
tol.ff.de fideicom.liber.habetur plene per Alex.in con
sil xxiij.lib.j.bonus tex.in l.Marcellus in fi.& in l.ex fa
cto.§.ex facto tractatũ.ff.ad Treb & ita iuris esse duxi.

SVMMARIVM.

1 *Onus,quod nullum sit,vni vt legatario ,vel fideicõmissario iniunctum legatum non annullat : secus,si vt nudo ministro esset impositum.*

2 *Onus an alicui vt legatario,vel fideicom.an vero vt nudo ministro sit iniunctum,quomodo cognoscatur, & num.7.*

3 *Grauatus pure & simpliciter fructus ante grauaminis implementum perceptos suos facit.*

4 *Substitutus vulgar. pupillar . & per fideicommiss. commodum hereditarium ex mente testatoris consequitur.*

5 *Fideicommissum,per quod quis grauatus est,si euanescat,& sit inutile,apud grauatum irreuocabiliter remanet.*

6 *Grauatus aliquem eligere,illúmque heredem facere per fideicommis.non pure,sed post mortem grauatus videtur.*

7 *Legatum,vel fideicom.adiectum est onus iuris impossibilitate nullum,debetur legatario, vel fideicommissario.*

9 *Dispositio testatoris captatoria nulla iuris impossibilitate dicitur.*

Nullum id dicitur impossibilitate iuris, quod à iure improbatur.

Quæstio 86.

TESTATOR in vsufructu matrem suam, & filium tantum heredes instituit:ꝙ si filius sine filiis legitimis , & naturalibus decesserit,dictam
matrem vulgariter,pupillariter,& per fideicom.substi
tuit cum onere:vt ipsa vnum puerum &c.eligere,illũq;
suum heredẽ facere deberet:testatore:& successiue il-
lius filio herede sine filiis defunctis , mater testatoris
possesʃionẽ bonorum ingressa fuit,& ilico puerũ quẽ-
dam elegit.Heredes ab intestato dicti filij heredis in-
stituti hereditatẽad se pertinere contendunt,cũ testa
toris dispositio de eligendo puerum in genere tanquã
captatoria nulla fuerit.Mater,hoc non obstante, bona
hereditatis virtute substitutiõis de illa factæ libere ad
se ꝑtinere affirmat,cui exaduerso obiicitur, ipsam vti
nudã ministram fuisse grauatã,& consequenter,onere
nullo declarato,nihil ex bonis hereditatis cõsequi de
iure posse: quid iuris esset,quæsitum est. Hæsitationis
huiusce vis tota videtur cõsistere in doctrina Bar.quæ
crebro,& cõiter recepta est,in l.codicillis.in prin.in l.
si quis quos,& in l.si quis Titio.ff.de lega.ij.in l.si quis
eũ.ff.de condi.& demon.& in l.vnica § pro secũdo.C.
1 de cadu.tollen.†vbi sit differentia, an onus à testatore
vni vt legatario,vel vt fideicommissario iniunctũ fue-
rit,quod nullũ sit,& de iure adimpleri nequeat:an ve-
ro illi vt mero ac nudo ministro,quoniam primo casu
licet onus fuerit nullum , & adimpleri nequiuerit,tamen legatum,seu fidecommis.absq; onere apud ipsum
remanebit:at in secundo casu secus est,nam mero mi-
nistro deberi non potest,vt in locis præalleg.Hac cõ-
muni theorica subsistente,dicendum est,matrẽ,de qua
agitur,ex testatoris expressa,tacitáq; mente,cui lex as-
sistit, ex substitutiõe & fideicommisso sibi relicto com
modum atque vtilitatem percipere potuisse, quia,nul
lo existente onere sibi iniuncto,substituta,& fideicom-
missaria remãsit,cum non vt nuda ministra,& exequu
trix,sed vt heres fideicommissaria fuerit inuitata per
verba dispositiua in ipsam collata, illam substituendo
vulgariter,pupillariter,& per fideicomm.prout voluit
Barto.in l.pecuniæ.ff.de alimen.& cib.lega.in dicta l.si
2 quis Titio,& in d.l.si quis quos,qui†ad cognoscendũ,
an alicui tanquam legatario, vel fideicommissario,an
vero tanquam nudo, & mero ministro, ac exequutori
onus iniunctum sit,concludit verba inspicienda fore:
nam si testator expresse in aliquem verba dispositiua
contulit,ille nullo modo exequutor,sed legatarius,vel
fideicommissarius dicetur:& hic est casus noster. Idẽ
dicendum est,quando testator simpliciter grauasset a-
liquem post tempus aliquod legatum restituere,vide-
tur enim ex hoc voluisse,illum interim ex legato com-
modum sentire,& percipere Bart.in dicta l.si quis Ti-
tio,& in d.l.pecuniæ.nam ratione commodi,quod in-
terim sentire potuit,legatarius,non autem nudus mi-
nister censetur.l.Sulpitius.alias incipit similiter.ff. de
dona.inter vir.& vxor.l.si quis eum ff.de cõd. & demõ.
& glo.in d.l.si quis quos. Cum itaque mater per verba
dispositiua fuerit expresse vocata , & commodum ex
dispositione testatoris consequi potuerit, heres fidei-
commissaria,non autem simplex ministrix, & exequu-
trix fuit. Quod autem commodum interim potuerit
percipere,ex testamento euidenter apparet, nam testa
tor illam in vsufructu substituit , ergo ex mente testa-
toris commodum fructuum consequi debuit argum.
3 l.j.cum gloss ff & C.eodem titulo.† Et quamuis illam
testator pure,& simpliciter & absque alicuius tempo-
ris præfixione videatur onerasse , seu absque eo, quod
post tempus certum,vel incertum fuerit grauata.iuxt.
l.vxorem. in fine.cum similib.ff.de legat.iij.tamen ad-
huc fructus percipere, & acquirere potuit , prout eos
interim ante electionem,vel restitutionem fideicom-
misʃi percepit , quoniam etiam eo casu,quo grauatus
quis fuit pure per fideicõmiss. fructus ante restitu-
tionem petitam ab eo perceptos acquirit,suosque fa-
cit,vt in l.mulier.§.primo in primo respons.& in §.he-
res,& l.in fideicommissaria ff.ad Trebellian.cum simi
4 libus. †Constat ad hæc expresse testatorem voluisse,di
ctam matrem sentire commodum,ex quo illam vulga-
riter,pupillariter,& per fideicommiss.substituit , cum
per huiusmodi substitutiones commodum heredita-
rium acquiratur.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.&
5 pupillar.Præterea † quando legatarius , seu aliter ho-
noratus grauatus fuit per fideicõmis.prout in casu no
stro mater grauata fuit generaliter vnum puerum eligẽ
re,illumq; heredẽ instituere(quod grauamen faciendi
heredẽ fideicõmissum continere dicitur.l. ex facto.in
prin.ff.ad Treb.(tale fideicom.euanescat,ac sit inutile,
tunc fideicõ.heredi scripto non debetur, sed irreuoca
biliter illi,qui grauatus fuerat,vt est tex.cũ ibi not.per
Bar.in l.quẽ heredi.ff.de here.inst.& hoc optime inser
uit pro decisione dubij,de quo disputatur.Accedat ad
6 hæc, † ꝙ mater, quæ fuit grauata puerum eligere.il-
lumque heredem facere,dicitur per fideicommis.gra-
uata.d.l.ex facto.in prin.vbi tex.clar⁹.l.filius.§.vt quis
heredem.ff.de lega.j. & l.imperator.§.penult.ff.de leg.
ij.item fideicommis.huiusmodi censetur matri iniun-
ctum post mortem suam,quia viuens non potest here
dem habere.l.qui superstitis.ff.de acqui.here.cum iis,
quæ voluit Bar.in l.Gallus.§.quidam recte.ff.de liber.
& posth,

& posthu. ergo nõ pure, sed post mortem suam grauata videtur, cum nemo sibi heredem faciat aut habere possit, nisi post mortem iuribus vulgarib. Sumus itaq;
7 in casu Bar. de quo in d.l. si quis Titio. ꝙ † vbicunque ex verbis testatoris expresse non apparet, grauatũ debere commodum consequi, sed tacite ex eo, quod testator dilationem ad onus exequendum adiecerit, tũc dicetur grauatus vt legatarius, & fideicommissarius, nõ autẽ vt nudus minister, & exequutor. Propterea si onus adiectum ab initio fuerit nullum, legatum, & fideicõmis. debet remanere apud legatarium, & fideicommissarium grauatũ, ipsique irreuocabiliter acquiri, vt concludit Bar. in d.l. codicillis. in princip. & habetur in d.l. si quis quos. & in l. si quis eum. vbi gl. Imol. & alij. ff. de condi. & demonst. Suadẽtur præmissa ad fauorem matris, quod ex quo propter captatoriam testatoris volũtatem onus ipsi matri adiectum fuit ab initio nullum, debuit fideicommissum, & omne id, quod in onere continebatur, illi acquiri, & apud eam remanere, quoniã
8 † vbicunque onus est nullum propter iuris impossibilitatem. vt quia lex illud reprobet, eique resistat, tunc legatum vel fideicommis. debetur grauato, & sic legatario, vel fideicommissario, qui onus adimplere debebat, vt est doctrina Barto. in d.l. codicillis. quam doct. Paul. Castr. Salice. Bald. & alij sequũtur in l. vnica. §. in
9 primo. & in §. pro secundo. C. de caduc. tollen. sed † dispositio & voluntas captatoria dicitur nulla propter iuris impossibilitatem, quia lex illi resistit, vt in l. captatorias. C. de testam. mili. l. captatoriæ ff. de leg. j. & tex. notab. in l. captatorias. ff. de hered. instituen. qui dicit talem dispositionem esse à lege, vel senatuscõsulto improbatam, & glo. ibi illam appellat illicitam. l. illa institutio. in princip. ff. eod. & tex in l. j. ff. de his quæ pro non scrip. habe. optime probat, quod conditio illa, quę voluntatem captatoriam continet, reiicitur, & pro nõ scripta habetur tanquam de iure impossibilis, quoniã senatus tales captatorias voluntates improbat, tanquã illicitas, & de iure turpes, neque admittendas. Ergo onus, quod ob talem iuris impossibilitatem adimpleri non potuit, operabitur, quòd omne commodum à testatore relictum apud ipsum grauatũ, & sic apud matrem in casu nostro remansit. Et ita iuris esse visum est.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis facta filio regulariter ad legitimam non extenditur, & quando hoc verum sit. numer. 4.*
2 *Prohibitio alienationis est onus, & grauamen.*
3 *Onus, aut conditio legitimæ adiecta quando deducatur, & quando non, & nu. 13.*
4 *Prohibitio alienationis quãdo ad legitimam quoque extendatur: & quando legitimæ onus, & cõditio adiici possit.*
6 *Filio etiam quo ad legitimam pupillariter substituitur.*
7 *Præteritio, & exheredatio filij facta fauore ipsius saltem respectu futuri temporis valent, nec cõsideratur, quod respectu præsentis alteri cõmodum, & filio incõmodum afferant.*
8 *Filius per fideicommiss. vocatus vt præteritus testamentum per contra tabul. rumpit, nisi ad illius commodum ita esset vocatus.*
9 *Filius legitimam pure, & libere petere potest, & conditionem vel fauorabilem recusare.*
10 *Filius, si tota patris hereditas illi delata est, non potest legitimam absque onere capere, & residuum repudiare sed totum aut capere, aut repudiare debet.*
11 *Legitimæ in fauorem filij onus, & conditio apponitur, etiã si fauor quoque alterius, & inspecto præsenti statu incommodum aliquod filij contineatur.*
12 *Fructus percepti ex fideicom. cum dilatione restituẽdo quando sint fideicommissario restituendi, & quãdo non.*
14 *Prohibitionem alienationis, aut aliam conditionẽ fuisse ad fauorem filij adiectam quomodo verisimiliter colligatur.*

Quæstio 87.

FILIVS vsque ad certum tempus bona alienare fuit prohibitus, & in casu alienationis filij, & descendentes prohibiti vocati sunt, cũ propter delictum bona illius essent confiscanda, quæsitum est, an tali prohibitione non obstante, legitima ei iure naturæ debita in confiscationem veniret. Plerique fortasse
1 putarent, † prohibitionem alienationis nõ extendi ad legitimam in bonis patris filio debitam, quæ nullo modo ab eo potuit auferri tanquam iure, & ratione naturali debita, arg. l. scripto. in fi. ff. vnde liber. & l. cum ratio. ff. de bonis damna. & quia absque dilatione. & onere aliquo debetur, immo si quod esset grauamen adiectum, est deducendũ. l. quoniam in prioribus. cũ simil.
2 C. de inoffi. testa. Sed † prohibitio alienatiõis est onus, & grauamen ad l. non vsq;. cũ aliis. ff. si quis à par. fuer. manumis. ergo bona ipsius filij quo ad legitimam ad fiscum pertinebunt. Et hæc sententia videtur admittenda, quia non sumus in terminis doctorum volentium, ꝙ prohibitus alienare ad certum tempus nequeat etiam de sua legitima disponere, cum prohibitio solum ad fauorem prohibiti facta esset, vt loquuntur scribẽ. in l. cum ex filio. ff. de vulgar. & pupill. & in l. filiis matrem. C. de inoffic. testa. nam in casu alienationis prohibitus grauatus fuit restituere filiis, & descendentibus suis, & ideo non prohibiti, sed nepotum testatoris fauorem, & vtilitatem prohibitio cõtinere dicitur argu. no. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. Accedat ter-
3 tio, ꝙ † quando certum est, dilationem, & conditionem legitimæ sibi adiectam respicere fauorem, & vtilitatẽ filij, tunc ea non reiicitur, nec habet locum dispositio d.l. quoniam. at quando in odium illam fuisse adiectã apparet seu dubitatur, tunc omne onus, omnisq; dilatio ex legitima deducitur. d. l. quoniã. itaq; intelligatur Bar. in auth. excipitur. C. de bo. quæ lib. & ipse in d.l. cũ ex filio. & Pau. Cast. in d.l. filiis matrẽ. hoc expresse dicunt. Quare cũ dubiũ in casu, de quo agitur, esse posset, an prohibitio alienationis in odium, an in fauorẽ filij esset adiecta, ea ad legitimã extendi non debuit, & ideo bona ipsius saltem quo ad legitimam cõfiscanda fuerunt. Ego tamen, his non repugnantibus, contrariũ
4 esse verius dixi, † quod enim prohibitio alienationis facta filio ad legitimã illi iure naturæ debitã non extẽdatur, verum est, qñ prohibitio non fauorẽ prohibiti, sed aliorum, quorum gratia facta esset, respiceret, iuxta
5 tex. cum ibi no. in d. §. diui. † at quando fauorem etiam prohibiti cõtineret, & facta esset, vt testator prohibito prouideret, qui forte minor, parũ industriosus, negligens, aut dilapidator erat iuxta l. Titio centũ. in prin. vbi Imo. Cast. & alij. ff. de condi. & demon. tunc prohibitio etiã ad legitimã filio prohibito debitã extenderetur nam etiã dispositio d.l. quoniã in prioribus. limitatur, nisi dilatio, onus, & grauamen in fauorẽ filij, & ad eius vtilitatem, ad prouisionem esset adiectum saltem pro futuro tẽpore, si non pro præsenti. d.l. cũ ex filio. iũctis no. ibi per Bar. & arg. d.l. filiis matrẽ. vbi Pau. & doc. cõmuniter, & ita in terminis ponit gl. quã omnes sequuntur in d.l. quoniam. facit l. ex tribus. cum glo. C. de in-
6 offi. testa. † vbi filio etiã quo ad legitimã pupillariter substitui potest, vt in c. si pater. de testa. in vj. quia per eam filio prouidetur. l. humanitatis. C. de impub. facit etiã ad propositũ l. si emãcipatus. la ij. ff. de bonor. poss.

7 co: tratabul.† vbi præteritio facta fauore filij saltem
respectu futuri temporis testamentum nō rumpit,ne-
que ex ea datur bonorum possessio contra tabu.idem
est in exheredatione facta ad cōmodum filij.in l. mul-
ti non notæ.ff. de libe.& posthum.vbi Imol.& Alexan.
multa ad rem nostram facientia adducunt. Quæ iura
videlicet d.l.cum ex filio.d.l.filiis matrē.d.l.si emanci-
patus.& d.l.multi non notæ. hodie quoque limitant.
neque correcta sunt secundum Bart Cyn.Angel Imol.
& doctores ibi magis communiter & Angel.in l.mul-
ti ff.ad Trebellianū & ego plene dixi in c.Raynutius.
8 de testamen.nume.192 Adde quod † filius per fideicō-
mis.vocatus potest tanquam præteritus testamentum
per contratabulas rumpere,ex quo non fuit directe in
stitutus argum l.ita tamen.§.qui rogatus.ff.ad Trebel
lia.& §.aliud quoque capitulum.in authen.vt cum de
appella.cogno.col.viij.at si per fideicom.vocatus esset
ad illius commodum & prouisionem,testamentum vt
præteritus nō romperet arg.d.l.si emācipatus. qui tex.
hodie correctus non est secundum Guiliel.de Cun. in
authen.non licet.C.de libe.præter.Barto.Bal. & alij in
dicta l.filiis matrem & Bald.in authent.ex causa.colū.
viij.C.de liberis præterit.qui prædicta vera esse dicit,
9 † nisi filius expresse vellet, & peteret legitimam pure,
libere,absque onere,& dilatione,prout de iure potest,
cum censeatur esse creditor:vnde dilationem vel fauo
rabilem acceptare non tenetur argument.l.si ita scri-
ptum.§.Pegasus.ff.de legatis ij.& l.stipulatio ista.§.in
re certa.ff.de verborum obligat.nam fauori suo quis-
que renunciare potest iuribus vulgar.sed in casu, de
quo agitur,non constat filium voluisse legitimam abs-
que onere de non alienando, quia non ipse, sed fiscus
hoc allegat,vt legitimam capiat ergo &c. Quinimmo
Alex.in d.multi non notæ.dictum hoc Baldi verum nō
videri testatur,& contrarium expresse tenuit Bar.in d.
filiis matrem.ibiq; Bal.etiam hoc sequi videtur, dum
inquit d l.filiis hodie non esse correctam per d.l.quo-
10 niam.Præterea† quando filio tota hereditas ex testa-
mento,vel ab intestato delata est,non potest dicere vo
lo meam legitimam absq; onere,& residuum heredita
tis repudio,sed totum aut acceptare,aut repudiare de
bet arg.l.j.& ij.ff.de acquir.heredit. & ita concludunt
Cy.Bal.Salic.& Alex.in l heres.C.de impub.Bar.Ang.
& alij in l.quia poterat.ff.ad Treb.& in l. pro herede.
§.seruo.ff.de acqui.hered.Bal.in l.vnica.in ver. quo ad
primam.C.quando non pet.par.& Abb.in d.c Raynu
tius.in fi.omnésq; alij doct.communiter huic sentētiæ
adhærent:nam d.l.quoniam.loquitur,quando filius so
lum in legitima esset institutus, in qua tunc nec onus,
nec dilatio aliqua apponi potest,secus si vniuersaliter
per prædicta.ex quibus cessat prima ratio pro fisco fa-
cta.Secunda quoque consideratio,q̄ prohibitio aliena
tionis non ad fauorem filij prohibiti,sed nepotum te-
statoris in casu alienationis vocatorum facta fuerit,
11 tollitur in primis † quia docto.communiter in d.l.cum
ex filio.& in d.l.filiis matrem loquūtur etiam in casu,
quo conditio,onus,& dilatio legitimæ in fauorem,cō
modumque filij adiecta concerneret fauorem,& vtili-
tatem alterius,vt in casu d.l.cum ex filio.vbi illa adie-
ctio,cum in suam tutelam venerit,magis commodum
alterius concernit, videlicet nepotis instituti, quàm
illius,cui fuit adiecta,vt declarant ibi Paul. Castren.
Io.de Imol.Alex.& alij,& in d.l.filiis matrem.& tamē
volunt illam conditionem posse apponi legitimæ filij,
vt præsupponit Alexā.in d.l.multi non notæ. quoniam
& in inspecto præsenti tempore potius odium conti-
neat,tamen futuro inspecto filio vtilis esse potuit, &
hoc testator considerauit:& hac de causa in d.l.multi.
in d.l.filiis.& in l.si patronus testamento.§.si quis non
mala.ff.de oper.liber.filij exheredatio tendens ad vtili
tatem filij valet veluti etiam dicitur de institutione fi
lij facta à matre sub conditione, si pater illum eman-
cipatet,quia de malis moribus mariti mater dubita-
ret,vt in casu d.l.filiis.& l.Paulus.la ij.ff.de bon.libert.
nulli namque dubium in his casibus,inspecto præsenti
tempore,vtilitatem alterius, & odium potius filij con
tineri.secus vero inspecto futuro,quod solum cōside-
rabile est,vt in dictis iuribus:& tamen docto.commu
niter in locis præallegatis volunt,vt dicit Alexand.in
d.l.multi.quod etiam hodie in casu illorum iurium ta-
lis exheredatio fieri,& super legitima filij talis condi-
tio,& dilatio apponi possit, tanquam vtilis etiam in
consequentiam ipsi filio:ad idem facit dicta l.si eman
cipatus.vbi casus notabilis,cuius dispositio etiam ho
die respectu legitimæ locum habet secundum Alexā-
drum in dicta l.multi.& in simili facit id,quod dicitur,
12 quòd † licet fructus non sint restituendi, quando di-
latio restitutioni fideicommissi est apposita,quoniam
in dubio gratia heredis grauati censetur adiecta.l.mu
lier.§.heres.ff.ad Trebellia.tamen quando gratia fidei
commissarij esset apposita,fructus illi restituerētur.l.
in fideicommissi.§.cum Polidius.ff.ad Trebellia.idem
est,si gratia vtriusque adiecta esset.d.§.heres.itaque nō
refert,an gratia vnius tantum dilatio dicatur apposi-
ta.Sic in casu nostro referre non debet, an prohibitio
alienationis fuerit legitime adiecta gratia & fauore fi
lij,an vero alterius,vt clare probant iura præallegata,
si recte considerentur,iunctis iis,quæ doctores ibi di-
xerunt.Vnde quamuis prohibitio hæc aliquod afferat
incommodum prohibito, & regula sit, quod nullum
onus & incommodum legitimæ filij potest iniungi.d.
l.quoniam,tamen si aliquo respectu commodum,affe-
rat,& hoc verisimiliter considerauit testator,id dedu-
ci non debet,etiamsi commodum quoque alterius cō
tinere posset,vt dictum est.Sed tamen si deduci posset,
esset ad petitionem filij,& non alterius deducendum,
vt colligitur ex his,quæ tradit Barto.in dicta authent.
ex causa,& supra retuli.Tertia ratio pro fisco conside
rata remouetur ex iis,quæ eleganter posuit Salicet. in
d.l.quoniam,in solutione contrarij de dicta l.cum ex
13 filio,qui dixit,quod † aut certum est,conditionem,di
lationem,aut onus adiectum continere odium,& non
fauorem,& tunc reiicitur d.l.quoniam,aut certum est
non odium,sed fauorem potius continere, vt plenius
filio prouideretur & tunc non deducitur,d.l.cum ex fi
lio cum aliis supra allegatis,aut dubitatur, & tunc si
qua verisimilis coniectura est,testatorem id fecisse gra
tia prouidendi filio,& ad illius fauorem,non deduci-
14 tur.d.l.cum ex filio cum simil.& † coniectura est, si fi-
lius non esset industriosus,sed dilapidator, & fragilis
iuxta l.Titio centum in princip.cum ibi no.per docto.
ff.de conditio. & demonstration.vel rationē ætatis,vt
in d.l.cum ex filio, & in casu l.ij.C.de vsu.pro emp.vbi
præceptum de non alienando rem minoris non dici-
tur nudum,quia verisimiliter factum censetur ob ætatis
fragilitatem,quamuis hoc dictum non fuerit, & hic
est proprie non est casus noster:quoniam filius dilapi-
dator imbecillis neque industriosus erat. & hanc illi
pater alienationis prohibitionem adiunxit,vt ei prin-
palíter prouideret:quod patet quia non simpliciter,sed
ad tempus prohibuit,post quod concessisse videtur ar
gu.l.prætor.ff.de iud.Si verò nulla verissimilis, ac pro
babilis coniectura adsit,quod prohibitio fuerit in fa-
uorem apposita,tunc deduci,& reiici debet:& ita pro
cedāt not.per Bar.in d.l.cum ex filio.& per.Paul.in di
cta l.filiis matrem.Et hæc omnia de iure verissima esse
respondi.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio operis faciendi est indiuidua, & quomodo adimpleatur.*
2 *Ad opus faciendum qui absque temporis præfixione tenetur, illud non inchoare sed perficere debet, temporisque præfixio est in arbitrio iudicis.*

3 *Pecunia*

Pecunia pro opere, & facto indiuiduo faciendo debita tota, & non pars illius solui debet.

Quaestio 88.

CVM fundum in plures annos locarem, conuenit, vt conductores fossas, & cauamẽta quædam facerent, ideoque libras centum quot annis de pensionibus soluendis retinere possent. Retẽtis libris centum primo secundo, & tertio anno, conductores opus non inchoarunt: quærabatur, vtrum hoc conductoribus licuerit, an vero operis partem pro rata pecuniarum retentarum facere debuerint. Illud verius visum est, conductoribus licuisse libras centum pro dicto opere faciendo singulis annis de pensionibus soluendis retinere, etiam si fossas & cauamenta primo, se
1 cundo, & tertio anno facere non incœperint: † nam cũ obligatio huiusmodi operis faciendi sit indiuidua, neque pro parte adimpleri possit, vt tantam in parte respectu partis vtilitatem afferat, quantam in toto afferret respectu totius. l. stipulationes non diuiduntur. in princip. vbi Bartol. & alij in l. iiij. §. Cato, & in l. in exequutione. §. ij. ff. de verborum obligat. & ad huiusmodi fossas, & cauamenta facienda libræ centum non sufficerent, nec mille aut vltra, neque hoc factum adimpleri queat absque consensu, & licentia superiorum, aliorũ'nque vicinorum, sequitur, quod conductores, qui primo, secundo, & tertio anno libras centum pro hoc opere faciendo retinuerunt, illud pro rata pecuniarum retentarum facere, quoniam ad hoc se non obligarunt, sed simpliciter ad faciendum fossas, & cauamenta de certo loco ad certum locum: quo casu dicuntur se eo modo obligasse, quo de iure tenentur, videlicet non in parte, sed in totum, cum vt dictum est, hæc sit obligatio facti indiuidui. Quo fit, vt ipsi non teneantur opus facere, nisi penes se tot pecunias prius retinuerint, cum quibus illud nõ modo inchoare, sed perficere quoque valeant argumen. l. Iulianus. §. offerr. & l. qui pendentem. ff. de action. emp. si enim singulis annis tantam cauamentorum, & fossarum partem fecissent, quantam cum libris centum facere potuissent, profecto nihil egissent neque obseruauissent, adimplessentque id quod tenebantur facere, tum propter obligationem indiuiduam, in qua pro parte adimpleri nõ sufficit, tum quia pars, quæ facta esset, facile ex aqua pluuijs, & aquarũ inundationibus solo adæquata fuis-
2 set. Præterea † qui ad opus faciendũ tenetur simpliciter ex vltima volũtate, vel ex pacto locatiõis nõ tenet ad opus inchoandũ sed ad illud pficiendũ. l. rei appellatio. §. opere. ff. de verb. sig. no. in l. si legatũ in prin. ff. de oper. pub. Et si tẽpus ad opus faciendũ, & cõsequẽter inchoandum, atque perficiendum non sit appositũ, illius præfixio iudicis arbitrio posita est, qui vt bonus vir arbitrari debebit. l. si legatum. §. j. l. cum quidam in fin. ff. de vsuris, iuncta l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. Ergo iudex non debebit arbitrari, ipsos conductores debere incipere fossas, & cauamenta, vt illa perficiant, nisi tot pecunias habeant, cum quibus incipere, & perficere possint argumen. d. §. offerri. ac
4 etiam † quia, quum pecunia pro opere, & facto indiuiduo faciendo debetur, non sufficit partem habere, nisi totam pecuniam habeat, & consequatur. l. fideicommissa. § si in opere. ff. de leg. iij. & faciunt not. ab Ange. in l. in exequutione in prin. ff. de verbo. obliga. Et hanc sententiam esse admittendam existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Iudex de crimine cognoscit, illudque punit, quatenus in suo territorio commissum est.*
Delictum, iurisdictio, & pœna diuisionem ex diuersitate territorij recipiunt.
2 *Insultus quando cum vulnere, vel homicidio confundatur, & quando non.*
3 *Tractatus solus delicti committendi regulariter de iure non est punibilis, nisi in quibusdam casibus.*
4 *Tractans, & mandans crimen, inter se differunt.*

Quæstio 89.

EX facto quærebatur, quendam in territorio puta Bononiensi de aliquem occidendo egisse, & homicidium postea in alio territorio commissum fuisse, neque constare illum ipsum, qui de morte egit, interfecisse, sed tractatum solum habuisse, si Bononiæ contra eum inquiratur, an & quomodo sit puniendus? Respondi breuiter, cum non appareret, ipsum occidisse, sed tractatum duntaxat de occidendo in territorio Bononiensi fecisse, quòd si Bononiæ puniendus est, de solo tractatu & ordinatione homicidij puniri debet,
1 haud de homicidio, † nam iudex de crimine cognoscit, & punit, quatenus in suo territorio commissum fuit: habuit enim delictum plures partes diuisibiles, & iurisdictio, ac pœna diuisionem ex diuersitate territorij recipiunt, vt voluit Bal. in c. j. §. iniuria. in fi. ij. col. versi. quæsiuit Iaco. Butrig. de pace iuramen. firm. Pro-
2 pterea † insultus in vno territorio factus non confunditur cũ vulnere, vel homicidio in alio territorio post modum sequuto, sed & insultus, & vulnus, aut homicidium eatenus per iudicem cuiuslibet territorij puniũtur, quatenus in suo territorio commissa fuerũt, vt ibi per Bald. secus si vtrunque in eodem territorio factum esset, nam tunc insultus per homicidium, vel vulnus subsequutum confunderetur. l. qui de crimine eum ibi nota. C. de accusa. Secundò ad rem nostram facit decisio quæstionis huiusmodi, quã ponit Bar. in l. & si amicis. §. sed & si ff. de adult. vbi expresse in casu nostro voluit, quem esse puniendum solum de tractatu homicidij à iudice territorij, in quo tractatus factus fuisset, quando homicidium postea in alieno territorio fuisset commissum. Sed aduertendum est, hæc vera esse,
3 † quãdo tractatus in iure esset punibilis, vt in casu c. j. de homicid. in vj. quem alleg Alex. in apost. ad Bar. in d. § sed & si, in crimine læsæ maiestatis, vt in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. in crimine raptus in l. j. C. de rapto. virg. & in alijs casibus, quos nunc referre opus non est: tunc enim à iudice loci in quo tractatus fuisset factus, posset sane puniri: alioquin si tractatus non esse punibilis, iudex loci illius sicut ratione fori incompetentiæ delictum punire non posset, ita nec tractatum, qui regulariter de iure non est punibilis ad nota. per Bart. in l. non solum. §. si mandato. num. 7. maxime in versic. Et ex hoc. ff. de iniur. docto in c. fin. de homici. in vj. & præsertim Philip. Perusi. ibi in vltim. versicul. Barba. in c. fin. col. xj. num. 31. & ibi Felin. expresse colum. x. extra de foro compete. faciunt etiam nota. per Bald. in l. non ideo colum. viij. versicu. sexto quæritur, C. de accusat. & in l. si vt proponitur. ff. de fideiusso. vbi Ioannes de Imol. inquit mandantem puniri in loco mandati pœna extraordinaria: quod similiter de tractatu, quando esset punibilis, dicendum forte esset: sed regulariter,
4 vt dictum est, tractatus non punitur, & † in hoc tractans, & mandans longe inter se differunt, quia tractans de crimine non punitur, vt mandans vt expresse sentit Bartolus in dicta l. & si amicis, & Felin. in dicto capit. final. colum. x. quodque tractantes homicidium in vno loco, si postea in alio homicidium fecerint, nequeant in loco tractatus, sed in loco homicidij puniri, voluit Paul. de Castr. in dicta l. si vt proponitur allegã do Bartol. in d. l. & si amicis. & Bald. in l. ij. Cod. de eunuchis: & notandum est Paulum ibi non præsupponere tractatum posse puniri, sed solum quærere, an respectu homicidij forum sortiatur in loco tractatus, vel in

loco homicidij. Quare concludendum est, si tractatus
iste per se non est punibilis, hic, contra quem bononiæ
inquiritur, non solum de homicidio in alieno territo
rio commisso non punietur, sed nec de tractatu. Et ita
iuris esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Filiationis articulus quomodo probetur.*
2 *Probationis species variæ sunt, neque iudex ad vnam*
tantum se applicare debet
3 *Filiatio respectu matris etiam meretricis, & non nu-*
ptæ præsumptiue probatur.
4 *In præsumptionibus iuris, quæ multæ sunt ex diuer-*
sis medijs sumptæ, non medium, sed quod ius ita præ-
sumat, attenditur.
5 *Pater ex iuris dispositione certus esse potest.*
6 *Probatio præsumptiua admittitur etiam in ijs casi-*
bus, in quibus vere quid probari debet.
7 *Dominium & per instrumenta, & per præsumptio-*
nes probari potest.
8 *Diuisio bonorum vere per testes, ac instrumenta, &*
præsumptiue etiam ex cursu temporis probatur.
9 *Probatio præsumptiua admittitur etiam in casu sta-*
tuti exposcentis probationem per instrumenta.
10 *Filiatio illegitima respectu patris præsumptiue non*
probatur, secus est respectu matris, & quare nume-
ro 11.
11 *Filius spurius quo ad patrẽ, & effectus ciuiles est in-*
cognitus, nec filius nominari potest. at quo ad matrẽ
est cognitus, sicut legitimus & naturalis.

Questio 90.

VTRVM filiatio ex parte matris illegitimæ ita
probari possit præsumptiue, sicut filiatio iusta
ex parte patris iuxta ea, quæ habentur in l.j. per
gl. & Bar. C. quorum bo. in l. filium diffinimus. ff. de his,
qui sunt sui, vel alie. iuris, in l. non nudis. C. de probat.
& in l. quoties. ff. eo. & in c. transmissæ. qui fil. sint legi-
timi? Veram, & iuridicã esse conclusionẽ dixi, quod etiam
per iuris præsumptiones probabilis sit, vt est de mẽte
Bal. Sali. & doc. cõiter in d. l. non nudis reprobando Ia-
1 co. But. ibi, qui dicũt quod † si quis tanquã filius alicuius,
viri aut fœminæ agẽs articulum fecerit, quod est, seu fuit
filius talis, testésq; producti, & examinati super substã
tia & veritate filiationis non deponant, sed tantum su
per quasi possessiõe, vt quod ille nominatus fuit filius, tra-
ctatus, vel educatus, & communiter habitus vt filius,
& quod ipse articulans habuit, & tractauit Titium, vel
Seiam vt patrẽ, seu vt matrem, articulus filiationis sim
pliciter positus dicitur legitime probatus, quia suffi-
cit illum per iuris præsumptiones probatum fuisse: i-
dem præsupponunt doct. communiter post glos. in ca.
2 transmissæ. & in c. per tuas. de proba. Nam † cum variæ
sint probationis species, alia quæ fit per testes, alia per
instrumenta alia per cõiecturas, alia per iuris præsum
ptiones. c. forus, de verb. signi. Bald. in rubr. C. de pro-
ba. scrib. omnes in rub. extra eo. tit. & est tex qui loqui
tur de filiatione in l. iij. §. duo. ff. de Carbo. edict. plane
ipse iudex non debet se ad vnam tantum probationis
speciem applicare, sed ad illã, quæ de iure admittitur,
vel ad testes, vel ad instrumenta, vel ad argumenta, vel
ad iuris præsumptiones. c. in præsentia. de renun. c. cau
sam, de re iudi. l. ob carmen. in fi. ff. de proba. cum ibiq;
no. facultas enim probationum ad vnam probationis
speciem angustari non debet, sed illa, quæ facta reperi
tur, admittitur l. quoniam. & ibi Bar. C. de hæretic. c. si-
cut. cum ibi no. extra. de proba Et probatio quæ fit per
iuris præsumptiones, dicitur euidens, liquida, & mani
festa. l. tutor. cum gloss. C. de pericu. tut. & no. in l. licet
imperator. ff. de lega. j. Adde quod hæc conclusio ad li-
teram clare probatur in c. afferte gladium. & ibi scrib.
3 extra, de præsump. † vbi ad probandam filiationẽ ma-
tris etiam meretricis, & non nuptæ sufficit probatio
præsumptiua, quæ sola satis est ad ferendam sententiã
diffinitiuam tam filiationis, quã ad effectum heredita
tis consequendæ, vt ibi per gl. & scribẽ. omnes, & licet
præsumptio filiationis ibi resultet ex actu qui pietatẽ
sapit, hoc tamen non impedit, quin idem ipse possit, si
præsumptio oriatur ex alio medio, & ex alia iuris con-
iectura, quæ ad præsumendum quem esse alicuius filiũ
sufficeret, variæ autem sunt coniecturæ, ex quibus filia
tionis præsumptio oritur, quas scriben. referunt in lo-
cis supra allegatis, & in d. c. afferte. præsumptio ab actu,
4 de quo ibi, ortum habuit: † iuris namque præsumptio
nes multæ sunt, & ex variis, diuersisq; mediis sumun-
tur, ac oriũtur: quod referre potius laboriosum, quàm
subtile foret, & quilibet vir doctus hoc ipsum per se
inuestigare poterit, vt per Aret. in rub. extra de proba.
& recurrendo ad plene tradita per Alciat. in tracta. de
præsump. sed solum, an ius ita præsumat, quærendũ est,
quoniam ad probationem filiationis quãdoque deno-
minatio hinc inde attenditur & quandoque tractatus,
educatio, dilectio, & alia multa, vt in locis præallega-
tis, & tamen eadẽ est præsumptio licet ex diuersis me-
diis à iure inducta d. c. afferte. cum aliis. Nec aduersa-
tur id, quod modernis quidam dicunt in c. Raynutius.
circa princ. de testa. qui soli ex suo capite nouam tra-
dunt doctrinam, quòd ad probandum filiationem ma-
tris non admitti debent iuris præsumptiones, sed sola
vera probatio: quod secus est ad probandam filiatio-
nem patris: ratio est, quia pater est incertus l. Lucius.
ff. de condi. & demon. & ideo ex parte illius probatio
præsumptiua admittitur, at mater semper est certa. l.
quia semper. ff. de in ius vocan. & ideo ad coniectura-
lem probationem recurrendum non est. Nam multis
modis responderi potest, primo hoc dictum esse cõtra
mentem omnium scribentium, qui nullibi hanc diffe-
rentiam faciunt. Secundò est contra tex. in d. c. afferte.
5 Tertiò † ex iuris dispositione pater certus esse potest,
cum is dicatur pater esse, quem nuptiæ demonstrant.
d. l. filium. & d. l. quia semper, & tamen ad probandam
patris filiationem nõ est omnino necessaria probatio,
quæ sumitur ex nuptiarum præsumptione: immo illa
admittitur, quæ etiam ex variis colligitur præsumptio
nibus à diuersis mediis ortum habentibus, vt traditur
in d. l. non nudis in d. l. filium, in d. c. transmissæ, & in
d. c. per tuas, cum multis aliis. Potest ad hæc continge-
re filiationem ex latere matris vere probari non posse,
vt quia obstetrices mortuæ essent, aut aliter veræ pro-
bationes deficerẽt: iniquũ profecto esset, quod aliis ar-
gumẽtis, iurisq; præsumptionibus probari nõ valeret,
& hoc modo filius, aut filia materna successione, & le-
gitima debita iure naturæ fraudaretur, vt expresse cõ-
6 siderat l. iij in §. duæ ff. de Carbo. edic. † Nam cũ variæ
sint species probationis, vt supra dixi, inter quas illa, quę
fit per iuris præsumptiones, connumeratur, quamuis
quid vere per testes probari possit, non tamen alię iu-
ris probationes excluduntur, veluti sunt iuris pręsum
ptiones, quoniam is, qui vere probare potest, non ex-
cluditur, quin etiã per solas iuris pręsumptiones pro-
bet, si velit, cum iudex ad vnam probationis speciem
neminem arctare debeat contra l. quoniam. C. de hę-
retic. cum iis, quę supra dicta sunt. Et si omnes casus,
quibus quid vere probari potest, inspiciamus equidem
reperiemus etiam in illis posse probationem fieri ex
pręsumptionibus & argumentis iuris. dict. l. iij. §. duę,
qui textus in terminis quęstiõis nostrę loquitur. Item
7 † ad probandum dominium probatio vere per instru
menta fieri potest. cum precibus C. de probationibus.
l. in exercendis C. de fide instrumentor. cum similibus.
Probari etiã potest per pręsumptiones, vt in l. siue pos-
sidetis,

fidelis,& in l.instrumenta cum ibi not.C.eo.tit.Simi-
8 liter Tdiuisio bonorum vere per testes, & instrumenta probari potest l.instrumentis. C. de fide instrument. item & præsumptiue ex cursu temporis.l.penult.cum gloss.communiter approbata.C.communi diui. Ale.in suis notab.lxvij.& Felin.omnium fidelis relator in ca pitul.illud extra de præsumptio.& Specula.in titul.de probat.in ij.parte.§.videndum restat, inter alias species probationis,quibus quid probari pót,ponit præsumptiones iuris,& ibi in ver.quinto per præsumptionem generaliter inquit, probationem fieri posse per præsumptionem probari ex latere matris quem esse filium spurium,de quo illum text. loqui clarum est. Et quam plures casus refert Bal.in l.j.in iij & iiij.co.C.de fideicom.in quibus licet probatio vera fieri posset tamen etiam illa sola admittitur quæ per iuris præsum-
9 ptionem fieret:& inter alios casus inquit,q† licet statutum ex posceret,probationem per instrumenta fieri debere,tam ē illa quoque probatio admittitur,quę solum per iuris præsumptionem fieret,qualis est illa,quę traditur in.l.iij.C.de apo.pub.lib.x.facit etiam secundum ipsum tex.cum g'.in d.l.si tutor.C.de peric.tut.& not.in.l.iij.de ingen.manum.cap.peruenit de censib.& per Inn.in c.cum ecclesia de cau.pos.& propr. & cum res clara sit,plurima,quæ possent ad propositum cumulari,prætermitto.Non aduersatur etiam quoddā consilium Angeli nu.101 in Dei nomine &c.super puncto &c.Quia ibi principaliter tractat,an spurij,seu bastar-
10 di possint dici consortes,& consanguinei:& quamuis incidenter dicat,ipsos non posse probare se esse filios spurios patris per iuris præsumptiones, vt quia filius fuerit vocatus,vt filius educatus,& habitus,quoniam per filiationis quasi possessionem probari potest filiatio iusta,legitima,& naturalis, vel naturalis tantum. cum nulla filiatio quantumcunque iusta, & legitima, quantum ad certi patris demonstrationem attinet,vere probari possit.sed solum præsumptiue per quasi possessionem filiationis,tamen ipse Ang.loquitur de probando filiationem illegitimam respectu patris,nō autem respectu matris,nam si hoc vltimum etiam voluisset, dixisset aperte contra tex.in d.c.afferte. & tenendo filiationem spuriam,& illegitimam ex parte matris,& non patris posse per quasi possessionem,& præsumpti-
11 ue probari,†ratio differentiæ est, quia filius spurius quo ad patrem est incognitus,nec quo ad effectus ciuiles & ius succedendi dicitur filius,adeo quod filius nominari non potest,auth.ex cōplexu.C.de incest nup. auth.licet.C.de natur.lib.c. per venerabilem in fi. qui fil.sint legit.nisi in casu c.cum haberet,de eo, qui dux. in matri.quam poll.per adulter. licet ibi etiam aliqua specialis ratio id inducat, quia spurius in figura matrimonij natus erat,quo casu quo ad alimenta vt filius consideratur,alias secus d.c. per venerabilem in fine. & hæc ratio colligitur ex tex.cum ibi not.in l.filiā heredibus in fin.ff.ad Trebell. vnde cum respectu patris nequeat dici filius,sequitur,quod nullo modo vere,nec
12 præsumptiue illa filiatio probari potest. Sed †respectu matris filius spurius, seu vulgo conceptus est à iure cognitus,sicut legitimus & naturalis,& simul, ac pariter admittūtur ad matris successionē.l. si qua illustris. C.ad Orficia.§.nouissime insti.de senat.orfi.l.si suspecta.§.j.& ibi glos.ff.de inoffi.testa.Quo fit,vt licet quo ad patrem huiusmodi filiatio probari nequeat, tamen secus est quo ad matrem,à qua & nominari,& tractari vt filius debet:& consequenter quamuis hęc filiatio quo ad patrem dicatur illegitima,& reprobata.l.j.C. de natu.lib.d.auth.licet cum aliis tamen respectu matris dicetur legitima,& cognita, ideoque non solum verè sed etiam præsumptiuę probari poterit:nam & si probatio vera filiationis quo ad patrem impossibilis, vt inquit Salicet.in l.quoties.ff.de probation. tamen non sequitur,filiatio,quo ad matrem vere probari potest. & est possibile, ergo præsumptiue, & per quasi possessionem filiationis probari potest:neque hac consequentiam facit ibi Salicet. veluti eius verba inspici possunt alioquin falsum dixisset, & contra dictū capitul.afferte.ac etiam quia in omnibus iis,quæ vere possunt probari,si de facto probari non valeant, admittitur probatio præsumptiua.Alexā.in consil. liij & lxvj.lib.ij.& supra dictū fuit.Et hæc verissima esse mihi visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio permissa in ijs casibus, in quibus regulariter prohibetur, intelligitur quo ad effectum suspensiuum,& multo magis quo ad deuolutiuum.*
2 *Appellatio semper magis effectum deuolutiuū, quā suspensiuum operatur.*
3 *Appellari potest regulariter in possessorio mixto.*
5 *Quæstio fructuum relaxandorum dicitur mixti possessorij,& quandoque meri petitorij.*
6 *In dubio remedij intentati medium concludendi inspicitur.*
7 *Petitorium dicitur,etiamsi de possessione probetur.*
8 *Interdictum vnde vi semper est merum possessorium etiamsi in eo quandoque dominium probetur.*
9 *Idem est in interdicto quorum bonorum,& quorū legatorum.*

Quæstio. 91.

IN QVAESTIONE fructum sequestratorum,quos relaxari petitum fuit ex forma statuti cauentis eos relaxari debere possessori,& ei, qui melius suam possessionem probauerit, dubitatum fuit, an appellatio in ea interposita tāquam à sententia possessorij vtrunque effectum & deuolutiuum,& suspensiuum operetur,stante statuto,quod semel tātum posse in prossessoriis appellari permittit.Illa esse verissi-
1 mam opinionem dixi,quod †in his casibus,in quibus à sententia possessorij appellari potest contra regulā iuris ciuilis,quo ad vtrunque effectum appellatur ,& præsertim quo ad suspensiuum:nam omnem fatentur, eam regulam,quod appellari nequeat,procedere quo ad effectum suspensiuum, vt est tex.in l.vnica.C.si de momen.pos.fuer.appella.à qua regula cum plures casus excipiantur,veluti quando statutum hoc permitteret.vel possessorium esset mixtum, & in aliis casibus,profecto hi casus intelligentur,vt quo ad effectū suspensiuum appellari possit,quoniam exceptio de regula,& in illius terminis loqui debet.l.nam quod liquide.§.fin ff.de penu.lega.cum simil. Quod si verum est, prout verissimum esse videtur,multo magis quo ad effectum deuolutiuum etiam in illis appellari po-
2 terit,quoniam †appellatio semper deuolutiuum magis quam suspensiuum effectum operatur.quia suspensiuum absque deuolutiuo non operatur.sed ecōtra quidem potest deuolutiuum absque suspensiuo operari, vt colligitur ex iis,quæ ponit Abb.in rubr.extra de appellat.Vnde statuta permittentia semel posse appellari,debent intelligi quo ad effectum suspensiuum,ac etiam deuolutiuum.Sed in casu,de quo agitur,esset diligenter aduertendum, statuta prædicta in eo locum non habere,illa etenim in mero possessorio semper loqui solent,vt est in ciuitate nostra,nos vero sumus vel
3 in mixto possessorio,vel in mero petitorio,† quo casu nulli dubium, appellationem esse regulariter permissam,vt volunt docto.omnes de hac materia loquētes Barto. Alexand.& alij in l.secunda.ff.de appel.recip.& in l.vnica.vbi Bald.C.si de moment.poss.fuer.

appel. & canonistæ communiter in c. cum ad sedem,
4 de restitut. spol. & in petitorio hoc est clarissimum. †
Quod autem simus in possessorio mixto, probatur, nã
agitur de possessione, quoniam ex forma statutorum
fructus sequestrati debent relaxari possessorij, & illi,
qui de sua possessione rei, ex qua fructus percipiútur,
melius probauerit, & hoc respectu dicetur esse causa
possessorij arg. l. j. ff. vti possid. item agitur de fructibus
restituendis, & acquirendis, possessori acquiruntur,
quorumque dominus ratione possessionis efficitur. l.
bonæ fi lei. ff. de acquirend. rerum domin. & Bartol. in
l. iij. §. ex contrario. ff. de acquirend. possession. cum si-
mil. & ideo dicetur possessorium mixtum: itaque in
terminis voluit Bald. in d. l. vnic. col. 2. in versi. sed &c.
& Salicetus ibi in finali. verb. dicit, quod quando iu-
dex in causa possessorij condemnat etiam reum ad in
teresse: vel ad restitutionem fructuum, appellari pót,
quoniam hoc casu ratione fructuum petitoriũ est pos
sessorio mixtum, item alia ratione, quia huiusmodi dã
num in causa proprietatis non est reparabile: quæ vlti
ma ratio damni irreparabilis etiam si militare nõ pos-
set, alteram tamen militare sufficeret, quòd simus in
mixto possessorio, ad hoc vt appellari possit arg. § affi-
nitatis, & § socrum insti. de nuptiis, vbi alterã ex dua-
bus rationibus militare sufficit. Quinimo arbitratus
5 sum verissimum fore, quod simus in mero petitorio, †
nam quando dubium est, quod remedium fuerit inten
tatum, possessorium ne, an petitorium, medium con-
cludendi est inspiciendum, non autem in libello nar-
ratum, vt in terminis voluit Decius in consil. xxviij.
col. ij. in versi. quod autem &c. ex medio enim conclu-
dendi cognoscitur remedium intẽtatum. l. j. ff. si mens.
fal. mod. dix. not. in l. j. ff. de eden. & habetur per Bart.
in l. certi condictio in princ. ff. si cert. petat. Quare li-
cet in hoc casu in narratione libelli facta fuerit men
tio de possessioné rei, tamen cum in conclusione solũ
conclusum, & petitum sit fructus debere relaxari tan-
quam ad dominos, & possessores spectantes, & sic so-
lum super fructibus cõcluditur, & quæstio fructuum
est quæstio petitorij, adeo quod illa facit, vt possesso-
rium merum efficiatur mixtum Bald. & Salice. in locis
præallegatis, ideo cum principaliter de fructibus aga
tur, in mero petitorio nos esse dicere possumus. Nec
obstat, quod de hac causa fructuum cognosci non po-
test absque probatione possessionis, ex quo secundum
statutum possessori sunt relaxandi quia respondetur,
6 quod † principaliter agitur de fructibus relaxandis, &
secundario de possessione, nam ad effectum relaxatio-
nis fructuum possessio probari debet, & consequenter
non principaliter, sed incidenter: quod quidem nõ fa-
cit, vt dicatur esse causa possessorij, quoniam principa
lis intendit. arg. eorum, quæ voluit Paul. Cast. in l. qui-
dam in suo, col. pe. ff. de condit. instit. vbi ad probandũ
dominium per possessionem differentia est, vtrũ prin-
7 cipaliter, an vero incidenter deducatur. Præterea † in-
terdictum vnde vi, quod datur etiam heredi, nisi pro-
bet se heredem, & sic dominum, quia heres idem est, ꝙ
dominus. § fi. insti. de heredi. insti. l. j. §. hoc interdictũ.
ff. de vi & vi arma. & c. significauerunt de testib. tamen
interdictum vnde vi semper est merum possessorium,
quia in eo principaliter de possessione agitur, quam-
uis etiam de dominio incidenter agi contingat. Hoc
8 suadetur etiam, nam † interdictum quorum bonorum,
& quorum legatorum dicitur merum possessorium, &
tale, in quo non potest appellari, vt per Salic. in rub. &
in l. j. in fi. ij col. & in vlt. versi. C. quorum bon. & Abb.
in c. cum ad sedem in fin. ix. col. de resti. spol. & tamen
causa proprietatis, & dominij in eo deducitur, neque
potest quis obtinere, nisi se heredem probet, vt in d. l.
j. & ibi Bart. quod quidem est probare se dominum, vt
dictum est, sed quia incidenter, & in consequentiam
necessario causa proprietatis probatur, ideo solũ pos-
sessionis causa, quæ principalis est, attenditur: ita in
hoc casu ex quo principaliter de fructibus agitur, di-
cetur esse causa meri petitorij, & non possessorij, quia
possessio incidenter probatur, & deducitur ad demon
strandum, cui fructus sequestrati iuxta prouisionem
statuti sint relaxandi. Et hæc vera esse puraui.

SVMMARIVM.

1 *Debitor legando creditori in dubio compensare noluisse præsumitur: & quando compensatio ex mente testatoris sit facienda nu. 6. & 9.*
2 *Legatum factum creditori non compensatur cum debito voluntario, sed cum necessario contracto ex legis dispositione: fallit. nu. 6.*
3 *Compensatio est hinc inde contributio.*
4 *Legatum factum vxori non compensatur cum dote, quando ex vna parte esset quantitas: ex alia species, vel aliud: declaratur nu. vndecimo.*
5 *Legatum factum creditori non compensatur, quando testator dixisset, lego de bonis meis, declaratur. nu. 12.*
6 *Legatum factum vxori, quando ex mente testatoris cum dotibus sit compensandum, est nu. 9.*
7 *Relaxare idem est, quod absoluere.*
8 *Exigere non potest, qui compensare tenetur.*
9 *Legatum creditori factum, & acceptatum quando, & quomodo ex mente testatoris compensetur.*
10 *Reputatio, & compensatio eiusdem virtutis sunt.*

Quæstio 92.

TESTATOR filiis suis heredibus institu
tis legauit vxori vestes, iocalia, & vsumfru-
ctum certæ partis bonorum, ita tamen, vt ipsa
teneatur relaxare dotes suas penes heredes suos, illã-
que ab eis non exigere: vxor agnoscendo legatum sibi
factum accepit pro illius executione, & satisfactione
prædium quoddam ab heredibus ad illud vsufructuã
dum: in quæstionem cecidit, vtrum, mulier, vel eius he
redes vltra dictum legatum possent in bonis, & here
ditate testatoris dotes ipsius petere, an vero eæ cum le
gato facto compensatæ forent Et petitioni huiusmo
di, non autem compensationi locum esse videretur di
1 cendum, quoniam † in dubio nunquam præsumitur,
ꝙ debitor leganda creditori, vt maritus vxori, volue
rit legatum compensari debere cum dotibus illius, vt
probatur in l. vnica. § sciendum, alias in § primum. C.
de rei vxo. act. o. n si maritus ei pro dote expresse reli-
querit, vel specialiter dixerit, se vxori legare animo cõ
pensandi cum dote: alioquin manifestissimum est te-
statorem voluisse vxorem habere vtrumque, vt ibi est
text. & Bald. & glo. in l. Titia. §. qui inuita in versi. non
est, & tex. in l. creditorem. de leg. ij. dicit euidenter cõ
stare debere, testatoris voluntatem fuisse, vt compen
saretur: quæ testatoris voluntas cum in occurrenti ca
su euidenter non appareat, compensatio non est præ
sumenda, & ideo dotes quo vltra legatum peti pos-
2 sunt. Secundò † quamuis legatum factum creditori cõ
pensetur cum debito necessario ex legis dispositione
immediate contracto. d. § qui inuita. l. si cum dotem.
§. si pater. ff. solut. matrim. auth. præterea cum ibi not.
C. vnde vir, & vxor cum simi. tamen in debito volun
tario ex contractu & actu immediate voluntario non
fit compensatio, vt volunt docto. communiter in lo-
cis præalleg. & facit, d. l. creditorem, & Bald. & alij in
l. si vxor. C. de bon. a. ucto. iud. possi. At testator debitor
erat dotium vxoris ex causa voluntaria, hoc est ex o-
bligatione contracta ex receptione dotis, & promis-
sione, facta, ergo &c. Tertio non potest in hoc casu ca
3 dere compensatio, quoniã † compensatio est hinc inde
debiti contributio. l. j. cum simi. ff. de compensat. sed li

cet ex parte mariti testatoris debitum extaret, non ta
men ex parte mulieris, quæ in nullo marito tenebatur,
4 ergo compensatio dici non potest. Quarto †per lega-
tum factum mulieri etiam in casu, quo regulariter cō
pensatio cum dote facta dici debet, tunc ea facta dici-
tur, quando hinc inde est quantitas: secus si ex vna par
te quantitas esset, & ex altera species, vel aliud, vt est
in casu, de quo agitur, cum vxor esset creditrix quan-
titatis: ergo non potest dici factum legatum animo
compensandi, veluti expresse volunt, & sentiunt Bar. &
Paul. Cast. in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. j. & ita
debet intelligi. l. si pater pro filia. ff. de colla. dotis, vbi
casus notab. hoc idem tenet Bald. in l. filia legatorum.
C. de lega. Salic. in l. quoniam in prioribus. C. de inof-
fi. testa. in d. l. si vxor, & in l. Nesennius. ff. de nego. gest.
5 Vltimo †quando legatum est factum à testatore dicen
te lego de bonis meis, tunc non dicitur factum animo
compensandi, sed legatarius vtrunque cōsequi potest
etiam in casu, quo facta compensatio censeretur, nam
cum bona deducto ære alieno dicātur. l. subsignatum.
§. bona cum simil. ff. de verb. signif. ideo legatum vide-
tur factum post id, quod debitum erat, vt colligitur ex
iis, quæ voluit Bal. & Alex. sequitur in l. si cum dotem.
§. si pater. ff. solut. matrimon. in iij. colum. Cęterum his
non repugnantibus, in hoc casu contrarium esse de iu
6 re verius respondi. †nam & si maritus testator debitor
ex causa voluntaria diceretur, & idcirco compensatio
non præsumeretur, vt dictum est tamen quando ex ver
bis testatoris apparet, ipsum legasse animo cōpensan-
di, inducitur compensatio, & mulier ab initio alteru-
trum petere potest, & legatum agnoscendo sibi præiu
dicat. ac secundum aliquos, & forte magis communi
ter nullo modo potest dotem petere, etiam si in legato
minus esset. vt voluit gl. nor. in d. l. creditorem. An au-
tem in hoc legato plus, minusve esset, prout distinguit
tex. in d. l. Titia. §. qui in vita, & ad effectum, vt mulier
residuum, illudque plus petere valeret, veluti tractat
post alios Alex. in d. l. si cum dotem. §. si pater, in l. si cō
pensandi. C. de hered. instit. & in consil. cxxxj. lib. ij. nō
est præsentis considerationis, cum vt proponitur, lega
tum vxori factum longe maius esset quantitate dotis.
Sed redeundo ad id, quod diximus, assumptum proba
tur in terminis in d. l. vnica. §. primū in vers. sciendum.
C. de rei vxo. act. & in d. l. creditorem ibi si voluntas
testatoris compensare volentis, optimus text. & ibi Sa
lice. in d. l. si compensandi: & maxime vltra verba ex-
pressa voluntas testatoris apparet in duobus casibus
primo, quādo testator erat debitor quātitatis, vt quia
dos in quantitate consistebat arg. eius quod voluit gl.
in l. j. C. rerum amot. & in l. iij. vbi Bald. & docto. C. de
falsa. cau. adiect. leg. Secundo quando filij fuissent he-
redes instituti, quos pater duplici onere grauare vo-
luisse non præsumitur, vt est tex. cum glo. in versi. non
est in dicta l. titia. §. qui in vita: at dos in hoc casu con-
sistebat in quantitate, & filij erant heredes instituti, er
go &c. Adest etiam vltra has coniecturas expressa te-
statoris voluntas, quæ ex illius verbis expressis appa-
ret, quo casu omnes volunt, iura quæ aperte dicunt,
compensationem debere fieri, vt in d. §. sciendum, &
est text. in l. cum ab vno in princ. ff. de lega. z. Censetur
autem testator per verba suo voluisse, compensationē
esse cum dote vxori debita faciendam, quando dixis-
set, lego rem pro dote, seu ex causa dotis, quām habui,
vel lego rem vxori pro compensatione dotis, seu ani-
mo compensandi, vt est tex. & ibi Bald. in d. l. vnica. §.
primum: idem si dixisset, lego precium rei dotalis, quā
vendidi, etiam si de compensatione facienda nihil ex
pressit. l. cum pater. §. qui dotale. ff. de legat. ij. ibique
Bar. qui dicit etiam, maritum non legare animo com-
pensandi, quando simpliciter legat. secus si non simpli
citer, vt quia verba aliqua expressit, ex quibus colliga
tur habuisse voluntatem compensandi cum dote de-
bita per illum tex. vbi non fuit dictum, lego pro dote,
nec animo compensandi, sed maritus aliis quibusdam
verbis hoc significantibus vsus fuit, dicendo, vt am-
plius ei precium &c. non enim refert, an maritus dixe
rit, lego gratia compensandi, an vero aliis similibus
verbis æquipollentibus sit vsus, sicuti voluit etiā Alex.
in terminis in d. l. si cum dotē. §. si pater in fi. ij. col. per
text. in d. §. qui dotale, cum non referat, an quid ex æ-
quipollentibus fiat l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de
lib. & posthu. & Bal. in d. l. vnica. §. primum dicit, quod
vbi legatum est simplex, manifestissimum est iuris præ
sumptione quod maritus legando noluit compensa-
re: ergo quando legatum non est simplex, secus est, &
maxime aliis coniecturis concurrentibus, cū vna præ
sumptio aliam tollat, & cessare faciat l. diuus, in prin-
cip. & ibi gloss. ff. de in integr. restitution. l. j. C. de pa-
tri. potestat. iunct. l. filius ff. de probation. cum similib.
Sed in casu occurrenti dos mulieris in quantitate con
sistit, testator filios heredes instituit, & in legato facto
vxori adiecit hæc verba, ita tamen quod vxor teneatur
relaxare dotes suas penes heredes suos & illas ab eis
non exigere, ergo non est dicendum, legatum factum
fuisse vxori animo compensandi: quod quidem clare
innuunt illa verba, quod teneatur dotes suas relaxa-
re, illasquē non exigere, quæ idem important, ac si di-
ctum esset, quod vxor amplius, seu plus vltra legatum
7 petere non possit. nam †relaxare idem est, quod absol-
uere c. venerabilibus. §. sed si ex causa iuncto capitul.
solet de sententia excommunicationis in sexto capit.
primo trigesimasecunda quæstione octaua cum simili
bus & mandare, quod nō possit dotes exigere propter
legatum factū nihil aliud est, quam iniungere cōpen-
8 sationem fieri; †nam qui tenetur compensare. nō po-
test exigere, vt est text. in l. j. cum ibi no. C. rerum mat.
& in d. l. si cum vno. ff. de leg. ij. vbi si vxor, cui animo
compensandi fuit factum legatum, non vult compen-
sare, potest legatum omittere, & dotem exigere, ergo
compensare idem est, quod non exigere dict. §. qui in
vita, iuncta gloss. fina. ibi: contrarium namque cōpen-
sationis est exigere. d. l. creditorem. l. ij. & iij. ff. de cō-
9 pensat. & l. si tutores C. eodem titu. Præterea †quando
constat de animo testatoris ipsum legasse animo com
pensandi etiam in legato fructuum, vel vsusfructus,
quod vxor alterum possit petere, legatūque agnoscendo
illa, & heredes sui dicantur ab exactione dotis exclu-
si, voluit Alex. in terminis in consi. cxxxij. viso instru-
mento diuisionis &c. lib. ij. vbi optime loquitur, & dif
ferentiam facit, vtrum testator creditori legauerit a-
nimo compensandi, & plus non dixit, & tunc si lega
tarius agnouit simpliciter legatum, non tenetur com
pensare, nisi pro quantitate, & valore rei legatæ. l. pe-
nult. § fi. ff. de aliment. & cibar. leg. d. l. Titia. §. qui in-
vita. & d. l. cū ab vno aut testator legato adiecit, quòd
legatarius esset re legata contentus, & nihil amplius
petere posset, & tunc legatum agnoscendo in totum si
bi præiudicat, etiam si legatum minus debito foret, vt
tradit Dyn. in dict. l. creditorem. vbi est bona glo. idē
volunt Paul. Castren. & Alexand. in d. l. si compensan
di. & Paul. in d. l. creditorem. & in d. l. cum ab vno. Ex
quibus concludendum est, quòd vxor, quæ legatum a-
gnouit, sibi, & heredibus suis præiudicauit quo ad do
tis exactionem saltem pro concurrenti rata rei, & quā
titatis rerum legatarum. Nec obstant in contrarium
adducta, nam primum fundamentum ex prædictis su-
blatum remanet, cum non simus in dubio, sed in casu
quo de voluntate testatoris apparet, quòd legauerit
animo compensandi, vt supra latius dictum est. Secun
dum quoque fundamentum sublatum est, nam licet
debitum in hoc casu esset voluntarium, tamen testa-
tor debitor non fecit legatum vxori simpliciter, sed
cum verbis significantibus ipsum legasse animo com
pensandi, & hunc animum plures coniecturæ demon

ſtrabant, quæ ſupra relatæ ſunt. Tertium ſimiliter non
obſtat, nam & ſi vxor, quæ legatum agnouit, non dica-
tur ſibi, heredibusque ſuis per viam compenſationis
præiudicaſſe, ſaltem præiudicauit per viam reputatio
10 nis, † quæ eiuſdem virtutis eſt, quoniam iura in termi
nis noſtris loquentiã de compenſatione impropriè lo
quuntur, cum ea propriè dicatur reputatio, ſeu impu-
tatio, vt not. voluit gl. in verſi. compenſatio in d. l. Ti-
tia. §. qui in vita per. l. emptor. ff. de rei vendic. & l. Ne-
ſennius. ff. de neg. geſt. Non obſtat etiã quartum, quia
& ſi aliqui ſupra relati tenuerint, compenſationem in
11 noſtris terminis locum non habere, † niſi quãdo hinc
inde quantitas deberetur, tamen ipſi loquuntur, quan-
do legatum eſſet ſimpliciter factum, neque conſtaret
de animo teſtatoris volentis compenſationem fieri de
bere, prout in hoc caſu conſtare demonſtratum fuit.
Secundo reſpondetur, quod etiam quando agitur de
compenſando legatum cum debito, non attenditur,
an hinc inde quantitas debeatur, nam ſpecies quoque
legata compenſatur cum quantitate debita, ſi de ani-
mo defuncti conſtet, vt voluit Ioan. de Imola, quem
refert, & ſequitur Alex. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater.
col. v. verſic. quod dicit Ioan. de Imola per text illum:
idem voluit Imola in d. l. cum pater §. pater filiæ. ff. de
legat. ij. & Roma. in auth. præterea. C. vnde vir, & vxo.
Vltimum fundamentum non obſtat, quia reſponde-
12 tur, † illud procedere in dubio, quando ſimpliciter fa
ctum eſſet legatum, nec ex verbis conſtaret, teſtatorem
habuiſſe animum compenſandi, & eſſemus in caſu, in
quo compenſatio regulariter fieri deberet, etiam ſi
dictum non eſſet. Nos vero loquimur, quando expreſ-
ſe, ex coniecturis de animo teſtatoris compenſare vo-
lentis appareret. Et ita in prædictis concludẽdum eſſe
dixi tanquam de iure veriſſimum, vt eſt certe.

SVMMARIVM.

1 *Actus gentium vltra illorum intentionẽ non operan-
tur.*
2 *Error facti non obeſt, quin promiſſioni, & contractui
conueniri quis poſſit.*

Quæſtio 93.

VTRVM mulier habens in bonis alicuius hy-
pothecam, conſentiendo bona quædam aliena-
ri, poſſit agere cõtra primum emptorem, cui ea
non conſenſit, nec hypothecę renunciauit? Et quod poſſit
agere, quamuis ſecundo conſenſerit, ſolum renuncian
do hypothecæ in bonis ſecundo alienatis, non autem
ſimpliciter, nec generaliter, iam deciſa quæſtio eſſe vi
detur per tex. notab. in l. iubemus. C. ad Velleia. cuius
diſpoſitio fauore mulierũ fuit introducta, vt habetur
ibi per Bart. & latius per Pau. Caſt. & alios: faciũt not.
per Speculat in tit. de renunciat. § j. verſi ſed pone. Et
ea, quæ huic ſententiæ refragari videntur, procedunt
forte, quando mulier ſimpliciter, & generaliter ſecun-
do renunciaſſet iuri hypothecæ, quod in bonis ſui de-
bitoris habebat. ſecus ſi ſolum ad bona ſecundo alie-
nata ſe reſtrinxiſſet per d. l. iubemus. Imo idem fortaſ-
ſe etiam dici poteſt, quando generaliter renunciaſſet,
vt eſt de mente Paul. Caſt. in d. l. iubemus. in fi. Nec ad
uerſantur, quod ſi primo inferatur moleſtia, ſecundo
etiam in conſequentiam infertur, nam hoc mulieri
non debet obeſſe. cuius intentio fuit ſolum renuncia
re iuri, quod habebat ſuper bonis ſecundo alienatis,
ergo ſolum quo ad illa, & non quo ad alienata in pri-
mum ſibi præiudicare, voluiſſe videtur, neque id atten
di debet, quod in conſequentiam venit, ſed id tantum
quod principaliter mulier facere voluit maxime fauo
1 re ipſius. d. l. iubemus. ibique Bart. & alij: † actus enim
agentium vltra illorum intentionem non operantur. l.
non omnis. ff. ſi cert. petat. c. deinde. xxvj. diſt. c. homi-
nes. cum ſeq. xxij. q. ij. Et ad præmiſſorum corrobora-
tionem facit notab. doctrina Pauli Caſtr. in l. ſi §. idem
2 quæſiuit ff. de condict. indeb. per illum tex. † quod ſi
quid per errorem facti ab aliquo factum fuerit, & ab
eo in inſtrumento promiſſum alterum non moleſtare
occaſione illius facti, nõ propterea illud reuocare pro
hibetur, eodem eãmque errore, quo id fecit, illã quo-
que promiſſionem feciſſe videtur argumento. l. doli. §.
diuerſum. ff. de nouat. Ex quo infertur ad quæſtionem,
Quidam fratres bona paterna, materna, & fraterna di
uiſerunt, & contrà diuiſionem non venire, nec alter al
terum occaſione bonorum dictorum moleſtare promi
ſerunt: conſtitit poſtmodum bona fratris præmortui
de iure ad alterum tantum ſpectaſſe: is contrauenire,
& repetere volebat: obiiciebãtur diuiſio, & promiſſio
de non moleſtando: conſuluit Paul. & hoc idem vo-
luit in d. § idem quæſiuit. quod poſſit agere, nec illi ob
ſtet pactum, nam ex quo per errorem ad talem diuiſio
nem fuit deuentum, eodem errore pactum illud appo-
ſitum fuiſſe cenſetur, & ideo nocere non debet: ita ſimi
liter in hoc caſu dicendum eſt, & maxime quia mulier
vt dictum fuit, promiſit ſolum non moleſtare ſuper bo
nis ſecũdo alienatis. Potuiſſem multa alia in hanc ſen
tentiam adducere, ſed rogatus, vt quid ſentirem, bre-
uiter dicerem, multiſque negotiis tunc impeditus his
paucis contentus ita reſpondi.

SVMMARIVM.

1 *Alueus fluminis quis ſit, & quomodo cognoſcatur.*
2 *Verba prolata à peritis legum, vel ſtatutorum nõ in-
telliguntur ſecundum cõmunem vſum loquendi vul-
garium, & imperitorum.*

Quæſtio. 94.

ALVEVS fluminis quis eſſet, & an circumco-
lentium ruſticorum opinio in eo cognoſcendo
attendi deberet, ex me quæſitum fuit. Illud re-
1 ſpondi quòd † alueus dicitur eſſe venter fluminis, quẽ
lectum appellamus Bart. in tractatu de alueo, Bald. in
rubric ff. de rerum diuiſ. col. viij. verſi. ſed nunc redea-
mus, Moder. Veron. in tracta. ſeruitu. ſub rubr. de alueo:
& moderniores in. l. quo minus ff de flumin. Et eſt lo-
cus, qui eſt inter ripas fluminis. l. j. § ripa. ff. de flumin.
capiendo flumen pleniſſimum, ſicut in hyeme ſecun-
dum ſuum naturalem rigorem inſpici poteſt. l. penul.
ff. eod. titu. iunctis iis, quæ voluit Bart. in d. tractat. ver
ſic. relicto &c. Et huius ſigna erunt arena, & ſaxa, vt
per gloſ. in d. l. penul. & in iure alueus aliter dici, vel
ſumi non poteſt. Quo fit, vt ab hac ſignificatione non
ſit recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. & arg dict. l.
j. §. nemo denique dixit ff. de flumin. Propterea in hoc
circumcolentium ruſticorum opinio attendi non de
bebit, ſed veritas ipſa, & natura rei. l. adeo. §. quod ſi
toto. ff. de acquir. rer. domi. d. l. j. §. ripa. & § ſi tamen. al-
ueus enim eſt terminus, ſeu verbum, quo iuriſconſul-
ti in ſuis legibus vtuntur, ergo ad cognoſcẽdum, quid
ſit alueus, communis vſus loquendi vulgarium certi
loci non erit attendendus, & maxime imperitorum ru
ſticorum, qui nimia gaudent ſimplicitate, & ignoran-
tia, & iura dicunt. l. cum de indebito. ff. de proba. cum
iis, quæ habentur per ſcriben. in l. iuris. C. qui admit. &
Bald. in l. j. C. de ſeruis fugit. & in l. j C. de ſucceſ. edic.
2 & domi. Anto. in princ. decretalium dicit quod † ver-
ba prolata à peritis in legibus, vel ſtatutis non debẽt,
nec poſſunt intelligi ſecundum communem vſum lo
quendi vulgarium & imperitorum, veluti eſt optimus
text. in l. ſi dictum. in princ. ibi non tamen vt vulgus
opinatur. ff. de euict. l. item prætor. ff. de ſuis, & legit.
& l. ita vulneratus. in prin. ibi reſpõdi. ff. ad leg. Aquil.

Non aduersatur.l.j.§.j.ff.de fluminib.ibi su' æstimatione circumcolentium, quoniam loquitur de discernendo flumen a riuo,quod quidem facti esse dicitur,& verisimiliter à circumcolẽtibus discerni potest:sed quid sit alueus,vix periti sciunt,& hi diuersimode loquuntur:ergo a rusticis. & imperitis hoc non est decidendum,veluti interrogati,quid sit possessio,nescirent iudicare,& ideo testis super hoc non est interrogandus, vt solent dicere Moder.in l.j.ff.de acq.posses.possent tamen rustici circumcolentes scire,& testificari,ꝙ dicatur flumen plenissimum,cum illud in facto oculis perceptibili consistat.d.l.pen.ff.de flumi.Similiter opinione circumcolentium discerni poterit, quando ita modica aqua in flumine remanere,ac fluere dicatur,vt nomen fluminis non retineat,sicuti volunt Bar.in d.tract. de alueo.in versic.relicto &c.& Mod.Vero. in d.tit.de alueo.col.ij. quoniam hoc in mero facto consistit , & abipsis circumcolentibus magis,quam ab aliis in loco non degentibus discerni potest:at iudicare,& testificari,quid sit alueus,& inquantum se extendat, non est imperitorum rusticorum,nec vulgarium , sed peritorum,qui animum suum iuribus , & authoritatibus informare debent, non autem communi vsu loquendi circumcolẽtium,nisi esset cõmunis vsus loquendi generalis apud omnes, vt sentiunt Modernior. post alios in rub.ff.de noui operis nunciatione. Et ita iuris esse breuiter dixi.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus sine cõsensu domini vsumfructum, aut aliud onus in feudo valide non imponit ad praeiudicium vocatorum ex inuestitura.*

2 *Vsusfructus constitutio dicitur rei alienatio.*

3 *Prohibitus alienare prohibetur omnino vsumfructũ in re constituere.*

4 *Vasallus super feudo testari,aut aliud ordinare nõ potest sine consensu domini , per quod ius aliquod in re feudali constituatur.*

5 *Vasallus de fructibus feudi ad illius vitam tantum disponit.*

6 *Vasallus de feudo aliũ infeudare absq; consensu domini non potest ad praeiudicium successorum,quibus feudum ex prouidentia debetur.*

7 *Nec in eo seruitutem imponere ad praeiudiciũ domini,& successorum in feudo.*

8 *Feudum quedam vsusfructus dicitur.*

9 *L.j.§.item in fundo ff.quibus mod.vsusfruct.amit.& ibi Bal.declaratur.*

10 *Res vectigalis ,vel superficiaria sine consensu domini alienatur,& in ea vsusfructus constituitur.*

11 *Pignus,& vsusfructus potest in re feudali,vel emphyteotica sine consensu domini , & successorum in feudo ad vitam ipsius vasalli tantum constitui.*

12 *Emphyteotica res potest respectu iuris emphyteotae pignori dari:secus est in feudo.*

13 *Sub generali relicto vsusfructus bonorũ omniũ nunquam vsusfructus rerum feudalium continetur.*

14 *Res aliena specialiter obligari , vel pignori dari non põt,nec sub generali obligatiõe venit, Fallit ibidem.*

Quæstio 95.

AN feudatarius , seu emphyteota ecclesiæ super feudo possit ius vsusfructus , aut alimentorum, aut aliud simile onus constituere ad præiudiciũ descendentium,& agnatorum,quibus ex pacto,seu inuestitura fuit ius in feudo acquisitum?Cũ hoc in quæstionem cecidisset,illam esse veriorem magisque com
1 munem opinionem dixi,quod † vasallus sine consensu domini ius vsusfructus, aut aliud onus imponere nequeat ad illorũ in præiudicium,qui in feudo succedere ex prouidentia,& inuestitura debent,vt in terminis voluit Roma.in sing.640.incip.scis,ꝙ emphyteota &c. qui respondet textui cum ibi not.per Bal. in l.j.§ item in fundo.ff.quib.mo.vsusfr.amit.vt intelligatur secundum alia iura videlicet cum cõsensu domini. prout in alienationibus rei feudalis requiritur,vt in.c.j.§.donare.quali.pot.olim feu.alien.& in c.j.de prohi. feu. alie. per Loth.& in c.j.ꝙ incipit imperialem de prohib.feu.
2 a ten. per fed.quia † vsusfructus constitutio dicitur rei alienatio,vt probatur in c.nõ liceat.xij.q.ij.& in l.fi.C. de rebus alie.non alie.& Ale.in consi.iij.in fi.lib.iiij.dicit,sub relicto vsusfructus contineri bona emphyteutica:& si alimenta in testamento patris fuerint relicta, seu aliter debita vxori vel alicui à filio ea debentur deducta legitima iure naturę debita cum fructibus suis, item deducto ære alieno,& deductis bõis feudalibus, atque emphyteuticis ecclesiæ,faciunt etiam, quæ per ipsum habentur in l.patroni.ff.ad Trebelli.dem in terminis voluit gl.in rub.de alie.feu.pat.in prin.& in indiuiduo And.de Iser.summus feudista in c.j.& ibi Præpo. Mediol.in 4 col.de proh.feu.alie.per Fed.& in c.j.§.inde de alien.feu.ac expressius in d.§.donare, qui omnes hoc tenent,quicquid dixerit Bal. in d.§.item in fundo: & dicit Bar.in l.codicill.§.instituto.ff.de legat.ij.quod
3 † prohibitus alienare prohibetur. omnino vsumfructum in re constituere,quia hoc est alienare.d.l.fin.& Bal in rub.de alien.feu.inquit,quod in materia feudali vere,& proprie alienatio dicitur illa,quæ fit per translationem dominij,vel vsusfructus rei,qui in se & possessionis,& dominij substantiam continere dicitur.l.4. ff.de vsufruct.Sed feudi alienatio absque consensu domini prohibita est iuribus præallegatis, ergo translatio quoque,vel cõstitutio vsusfructus,vere,& proprie prohibita dicetur.Confirmatur hæc conclusio , nam
4 † vasallus super feudo testari,legare,aut quicquam aliud ordinare nõ potest sine cõsensu domini,per quod ius aliquod in re feudali constituatur.ca.j.de succes. feu.in princ.d.§.donare,& ibi do.Præpo.Bal.in d.ca.j. in fin.ij.colũ.de prohi.feu.alie.per fed.cum simil.sed vsumfructum in re feudali constituere est ius in re cõstituere.l.j.§.incorporales.ff.de rerum diuis.l.j.& ij.ff. de vsufru.ergo &c.Dicit tamen Bal.in c.j.in princi.in
5 vlti.colum.de success.feud.†quod si vasallus grauauit suum filium,vt singulis annis de re feudali amphoras centum vini daret,huiusmodi onus valeret , quia sic non de re feudali testatur.sed tantum de fructibus rei feudalis,qui ab illa sunt separati;& sic de re ipsius filij heredis,quo casu res feudalis alienari non dicitur, & potius personam,quam rem grauere censetur hoc idem.voluit do.Pręposi.in c.j.§.donare,& in §.fin.qualiter olim feu.alie.pot.& bene faciunt tradita à Bart. in d.§.instituto,nam per huiusmodi constitutionem non ius in re feudali constituitur,sed potius obligatio quædam personalis,contrahitur,quæ non est alienatio,vt in.dictis locis habetur:ex quibus infertur, ꝙ dispositio facta nõ de fructibus,sed de vsufructu iuxta not.in l.si quis ita.ff.de vsufruct.& in l.fundi Trebatiani.ff.de vsufru.lega.de iure non valeret, tum quia de ipsa re vel eius parte facta esset.d.l.iiij.ff.de vsufru.tum quia esset vere,& proprie alienatio in materia feudali,quæ regulariter sine consensu domini est prohibita,vt dictum fuit.Sed aduertendum est , ꝙ iis casibus , quibus vasallus de fructibus etiam singulis annis disponeret illa obligatio personalis vltra vitam ipsius disponentis non extenditur,& per mortem eius resoluitur,vt tradunt Andr.de Iser.& do.Præpo.in c. j.in agna.vel fil.rep.here.colum.iij.& ipse Iser.in c.j. de prohi.feu.alie.per Fede.inquit,vasallum posse vendere fructus rei feudalis vsque ad eius vitam,nam sic contrahitur quædam personalis obigatio,non autem fit alienatio:& si durante venditionis fructum tẽpore

vasallus moreretur: tunc feudum ad dominum, vel suc
cessores feudi transiret: ad quod facit. l. si quis domum
ff. locati. Adde ad confirmationem conclusionis tra-
6 ditæ in quęst. proposita, quod † vasallus de feudo alium
absque consensu domini infeudare non potest ad præ
iudicium successorum in feudo, quibus ex prouiden-
tia feudum debetur, vt volunt doct. magis communi-
ter, Specula. in titul. de loca. §. nunc vero aliqua versi-
cul. cxxv. & cxxix. Bal. in c. j. de prohib. feu. alie. per Fed.
col. 3. veri. quæro, nunquid, & ibi Præpo. Alex in consi.
xciiij. lib. iiij. c. j. §. præterea, & ibi Bal. de capit. Conra-
di, & in dict. c. j. §. donare Bald. in authen. nisi rogati. in
7 iij. & iiij. col. C. ad Trebellia. Item † in feudo vasallus
seruitutem imponere non potest absque consensu do-
mini ad præiudicium domini, & successorum, sed sui
ipsius tantum, vt supra, Bal. in l. iij. C. de seruitut. & in
cap. j. §. quid ergo de inuesti. de re alie. fact. sed vsusfru-
ctus est quædam seruitus debita à re personæ. l. j. cum
glo. ff. de seruit. l. j. ff. de vsufr. lega. l. recte. ff. de verb. si-
8 gnific. & † feudum dicitur esse quidam vsusfructus, nã
qui habet feudum in re, dicitur vsumfructum habe-
re. cap. j. circa fin in quib. cau. feud. amit. doct. maxime
Moder. in c. j. §. hoc quoque in. iij col. de succes. feud.
ergo vasallus sicut in feudo seruitutem, & ius feudi
constituere non potest. vt supra, ita nec vsumfructum,
nec vsum. Et hanc conclusionem tanquam verissimam
sequendo, superest, vt aliquibus, quæ prædictis aduer-
sari videtur, respondeam, & primo non obstant ea, quę
voluit Bald. per illum text. in dict. l. j. §. item in fundo.
ff. quibus mod. vsufruct. amitt. quem sequitur Alexan.
in consil. cxx. in vltim. vers. lib. j. Quia respondetur pri-
mo. vt supra dictum fuit ex mente Romã. in d. suo sin-
9 gul. cccccxl. † quod ille text. & consequenter dictum
Baldi, qui simpliciter se in illo tex. fundat, debet intel-
ligi secundum alia iura, videlicet domino consentien-
te: & hoc aperte innuit ille text. ibi in fundo vectigali,
vel superficiario iure constitutus vsusfructus: iure au-
tem constituitur, vt supra dictum fuit, ergo non aduer
satur. & quamuis Bald. ibi contrarium senserit, tamen
Alex. in d. l. iij. §. ex contrario col. xvj. dicit Baldum mo
tum fuisse ex suo capite, quia nihil allegat, & contra-
rium videtur esse dicendum, quoniam emphyteuta,
seu vasallus absque consensu domini nõ potest totam
rem, nec eius partem alienare. dict. cap. j. de prohi. feu.
alie. per Fed. & constituere vsumfructum est alienare
saltem pro parte d. l. iiij. ff. de vsufr. cum aliis, ergo &c.
Secundo ille text. loquitur de vsufructu constituto
10 iure vectigali, vel superficiario, † quæ sicut potest sine
consensu domini alienari, ita & vsusfructus in ea abs-
que consensu domini constituitur. l. j. & ibi gl. & doct.
C. de fun. patri. lib. xj. Bar. & alij in l. fin. C. de iure em-
phyt. secus ergo est in re feudali, vel emphyteutica,
quæ sicut absque consensu domini recte non aliena-
tur, ita nec in ea ius vsusfructus, vel vsus recta consti-
tuitur, quoniã sic alienari diceretur, vt supra. Tertio,
præsupposito illum text. in d. l. j. §. item in fundo loqui
de re emphyteutica etiam priuati, dico eum debere in
telligi, secundum ius digestorum, secundũ quod in re em-
phyt. pignus, & vsusfructus constitui poterat, vt ibi, &
in l. lex vectigali ff. de pigno. Sed cum hodie alienatio
rei feudalis, & emphyteuticę maxime ecclesiæ sine cõ
sensu domini indistincte prohibita sit ca. j. de prohib.
feud. ali. per Fede. in c. potuit. de loca. & in d. l. fi. ideir-
co, non obstante. §. item in fundo, & d. l. lex vectigalis,
nec pignus, nec vsusfructus in illis constitui poterit:
ita est de mente gl. in d. l. lex vectigali. ex qua hæc respõ
11 sio colligitur. Quarto respondetur, † pignus, vel
vsumfructum posse in re feudali, vel emphyteutica
sine consensu domini, & successorum in feudo consti-
tui ad vitã ipsius vasalli constituentis tantum, illo ve-
ro mortuo resolui, & extingui, cum resoluto iure da-
toris resoluatur ius acceptoris. l. iiij. ff. quibus mod.
pig. vel hyp. sol. d. l. lex vectigali. & ad propositum fa
ciunt optime supra dicta de grauante filium singulis
dare amphoras cẽtum vini de re feudali, aut de fructi-
bus feudi disponente: bene etiam inseruit id, quod di
xit Bal. in c. j. in princ. de prohi. feu. alie. per Fed. & in
rub. de alie. feu. pat. in c. j. de alien. feu. pat. in c. j. de alie.
feu. per illum tex. & in c. j. §. si vero qualiter feu. alien.
pot. & Bald. ipse in l. iij. C. de seruit. dicta quorundam
concordando dicit, emphyteutam posse sine consensu
domini seruitutem rei imponere, illamque durare, do-
nec eius vita durabit, & non vltra vt habetur per eun-
dem, & alios in c. j. §. quid ergo de inuesti. de re ali. fac.
& hoc modo declaratur tex. in §. item in fundo cũ ibi
not. per Bal. & id, quod voluit Alex. in consi. cxx. libr. j.
Posset quinto responderi, aliud esse in re emphyteuti-
12 ca, † quæ respectu iuris emphyteutæ potest pignori da
ri. d. l. lex vectigali. l. grege. §. in superficiariis ff. de pig.
l. tutor. § fi. ff. de pign. act. doct. maxime Moder. post gl.
in l. fi. C. de iure emphy. Specu. in titul. de loca. §. nunc
vero aliqua ver. cxxij cum simil. aliud in feudo, in quo
nos sumus, quod non potest pignori expresse, & specia
liter, nec tacite. c. j. de prohib. feu. alien. per Fede. c. j. §.
donare qual. ol. feu. ali. pot. Præpo. & alij in c. j. §. ex con
trario de inuestit. de re ali. fac & in c. j. §. ex contrario
de inuesti. de re ali. feu. & in c. j. in prin. de ali feu. & in
c. j. de c. corradi cum aliis. Non aduersatur etiam id, quod
sensit Barto. in l. iij. §. ex contrario. ff. de acq. posses. col.
vlti. versi. quæro, quomodo &c. per text. in d. §. item in
fundo, & in l. j. §. penult. ff. de superfic. cum ibi not. per
gl. & docto. debet enim vna cum omnibus ab ipso alle
gatis intelligi, vt dictũ est, quando consensus domini
adesset, vt est de mente Alexan. in d. §. ex contrario. col.
xvj. vel respondeas aliis modis, quibus textui in d. §.
item in fundo, & Baldo ibi supra responsum fuit, om-
nes enim conueniunt, ac iuridici, verique sunt. Ex his
13 infertur, quod † sub generali relicto vsusfructus om-
nium bonorum nunquam vsusfructus rerum feuda-
lium continentur; nam si specialiter in illis absque
consensu domini in præiudicium successorum in feu
do vsumfructum constitui non potest, multo minus
comprehendetur sub generali dispositione vsusfru-
ctus omnium bonorum, argumen. l. obligatione ge-
nerali cum sequentibus ff. de pigno. & l. j. C. quæ res
pign. oblig. poss. nam cum res feudales sint prohibitæ
alienari, & consequenter specialiter dari pignori, vel
in vsumfructum concedi, vt dictum est, ergo sub gene
rali obligatione bonorum, vel sub generali constitu-
tione vsusfructus omnium bonorum res feudalis, vel
emphyteutica ecclesiastica non continebitur: conse-
quentia probatur per text. cum ibi not. per Bald. in di-
14 cta l. j. C. quæ res pignor. obliga. poss. Adde quòd † si-
cut quis rem alienam specialiter obligare, seu pigno-
ri dare non potest, nisi de consensu domini, vel quan
do propriam esse credit, quia eam bona fide possíde-
at. l. aliena res. ff. de pignorat. action. l. cum res. cum ibi
not. per gloss. & doctor. C. si res ali. pignor. da. sit, quia
tunc in bonis debitoris esse dicitur. l. bonorum. §. in
bonis. ff. de verborum signific. ita si quis generaliter
omnia bona sua obligauerit, non continetur res alie-
na nisi in illa in bonis sit, hoc est fuerit bona fide pos
sessa, vt voluit not. Roma. in singu. 650. incip. obligo ti
bi omnia &c. & fuit de mente Baldi in dict. l. certi iu-
ris. C. loca. ratio est, nam id, quod non potest speciali-
ter obligari, non potest etiam generaliter, nec sub ge
nerali obligatione continetur. l. specie, ibique habe-
tur. C. quę res pignori obligat. poss. & hanc sententiã
in terminis sequutus est Bald. in c. j. in princ. col. ij. ver.
sed nunquid si contrahat &c. de prohib. feu. ali. per Fe
de. & ibi feudistę, maxime Prępo. in ij. colum. ibi nota
secundum Baldum &c. Similiter ergo sub generali cõ
stitutione vsusfructus omniũ bonorum non contine
bitur res feudalis, quia proprie in materia feudali est
alię-

alienatio, vt dixi suprà: & quòd sub dicta generali cõstitutione vsusfructus omnium bonorum etiam in iis casibus quibus feudum aliàs posset specialiter alienari, feudalis res non contineatur, est text. clarus, ibique omnes in c. j. §. in generali si de feud. fuer. contro. inter do. & agna. Idem est in generali hypotheca, in generali repudiatione, & in generali fideicommisso omniũ bonorum, vt ibi habetur, & per Bart. & alios in l. si patroni. ff. ad Trebellia. & facit. j. in princip. cum gloss. & ibi scriben. de cap. qui cur. ven. Et hæc omnia vera de iure esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum genera tria sunt.*

2 *Melioramenta naturalia in re feudali quibus, & quomodo acquirantur.*

3 *Incrementa naturalia feudi eiusdem cum ipso feudo natura sunt.*

4 *Melioramenta industrialia in re feudali, quibus, & quomodo acquirantur.*

5 *Quid de melioramentis ciuilibus.*

6 *Seruitutes rei feudalis debita, vel acquisita vna cũ feudo ad dominum reuertuntur.*

7 *Et an dominus tunc precium seruitutis, vel alterius iuris acquisiti debeat heredibus vasalli, qui acquisiuit, soluere.*

Quæstio 96.

ILLVD etiam quæsitum est, quæ melioramenta facta super rebus feudalibus debeantur heredibus, & successoribus melioramentis, & quomodo illis acquirantur. Solet in hoc recurri ad text. cum ibi not. in c. j. §. si vasallus in tit. hic finitur lex, & in c. j si quis de manso, de controuer. inuesti. Nunc autem desidero
1 †tria esse melioramentorum genera, quædã enim sunt naturalia, quædam industrialia, & quædam ciuilia, naturalia sunt, in quibus sola natura operatur absque opera, & industria hominis. Industrialia sunt in quibus plus hominis industria, quam natura operatur. Ciuilia sunt, in quibus solum operatur industria, veluti sunt reales seruitutes, iurisdictiones, liberationes, immunitates, exemptiones, & id genus alia, de quibus infra dicetur, & habetur per Gui. papam in q. clxix. Sicut in simili dicimus de fructibus naturalibus, industrialibus, & ciuilibus, vt in l fructus. ff. de vsur. traditur per Bart. in l. ex diuerso, & ibi gl. magistra ff. de rei vendicat. gloss. & Abb. in ca. grauis, de restitut. spol. & in effectu ita præsupponunt scrib. Iser. & alij in d. §. si quis de manso, & melius in c. j. §. ex contrario de inuesti. de re ali. fact. & in d. c. j. §. si vasallus. Hac melioramentorum distinctione præsupposita, pro quæstionis decisione dicendum est, quòd † melioramenta, quæ
2 naturaliter fiunt, & cursu temporis natura obueniũt, directo domino debentur, & acquiruntur ratione fundi, & soli quo ad directum dominium, quoniam solo cedunt, vel vt melius dixerim, pars soli efficiuntur: sicuti dicitur de eo, quod rei feudali per alluuionem, aut aliud incrementum naturale accrescit, vt probatur in l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufr. iuncta gloss. in l. de quibus. ff. de legi. & §. præterea institu. de rerum diuisio. vbi id, quod rei vsufructuariæ accrescit, acquiritur domino quo ad proprietatem, & vsufructuario quo ad vsumfructum: ita domino feudi melioramenta naturalia quo ad directũ dominum, & feudatario, suisque successoribus quo ad vtile acquirẽtur, quod vsusfructus quidam esse censetur: & ita arguunt gloss. & doct. magis communiter, maxime And. de Iser. & do. Præpos. in d. §. si quis de manso. & hoc patet ex illo text. dum dicit fidelem, hoc est vasallum posse retinere incrementũ iure feudi, & sic solum respectu vtilis dominij, quod ex feudo solum acquiritur c. j. in fin. in quibus cau. feud. amitt. cum simil. nam in d. §. si quis de manso, non dubitatur de directo dominio incremẽti naturaliter prouenientis, sed dũtaxat de vtili, an vasallo debeatur iure feudi, & sic iure vtilis dominij, an verò acquiratur pleno iure domino feudi: alioquin si vasallo pleno iure acquireretur, si ipse plenius ius in accessorio, hoc est in incremento naturali haberet, quàm in feudo principali, cuius contrarium expresse glo. & doct. sentiunt in d. §. si quis de manso. per illum textum qui probat incrementum tanquam accessoriũ regulari à feudo principali in illis casibus, in quibus incrementum vasallo acquiritur, vt in d. l. item si fundi. § huic vicinus. dicunt etiam Isern. & do. Præposi. in d. §. si quis de manso. colu. iij ibi quæro, an pro incre-
3 mento &c. †quod incrementum naturale, quod feudo applicatur, est eiusdem naturæ, neque alia res à feudo, & ideo ratione illius incrementi neq vasallus ad maius seruitium tenetur, nec pro eo alia inuestitura requiritur. Vnde sicut feudum nec alienari, nec in vsumfructum dari potest, vt in proxima præcedenti. q. dictũ est, & sicut ad filios, & descendentes transit ex pacto, seu ex prouidentia, & natura feudi: vt habetur doctor. post gloss. in ca. in præsentia de probat. in l. ex facto. in fin. ff. ad Trebel. in cap. j. an agnat. vel fil. in cap. j. de alienat. feud. patr. & c. j. de success. feudi. cum aliis, ita & melioramenta naturalia: super quibus, finito feudo, vasallus & heredes sui nullum ius habent rem retinendi, cum opera, industria, aut impensa eorum non prouenerint iuxta tradita in text. & gloss. in l. pen. ff. locat. & per text in cap. j. de in integr. restitut. vt plene dixi.
4 †Quò ad melioramenta industrialia, quæ principaliter fiunt & proueniunt opera, impensa, & industria vasalli cooperante nam, vel facto naturali, veluti sunt ædificia in re feudali factã, arbores plantatæ, aggeres erecti, fossæ, & huiusmodi plura alia, de quibus loquitur text. in d cap. j §. si vasallus. & in ca. j. §. ex contrario in j. respon. de inuestitut. de re ali. fac. ita distinguendum, & concludendum esse videtur: aut melioramentum industriale, quod est feudo aditum, potest separari, & vt quid diuersum, & à re feudali separatum per se stare potest, veluti quando vasallus emit prædium rusticum, vel vrbanum iuxta rem feudalem, vt illi accederet, & inseruiret forte causa maioris commodi ad l. prædius. §. balneas cum sequenti. ff. de legat. iij. & tũc melioramentum illud pleno iure vasallo acquiritur, & ad heredes suos etiam extraneos transit d. §. ex contrario in j. respon. vbi glo. Bald. & feudistæ omnes hoc tenent: aut melioramentum industriale per se stare non potest, sed vnitum est rei feudali, adeo quod ex re, & solo feudali consistat, & sic quodammodo pars rei censeatur argument. §. si Titius, Institut. de rerum diuis. & ex industria, opera, & impensa vasalli prouenit, & tunc secundum Bald. in d. §. si quis de manso colum. ij. in oppos. durante feudo vtile dominium illius melioramenti ad vasallum, & successores in feudo spectat, quia est argumentum intrinsecum: ex quo infertur, quod etiam durante feudo melioramentorum industriale ad dominum spectat quo ad directum dominium, tum quia directum non acquiritur vasallo, sed solum vtile secundum Bald. tum quia quicquid ædificatur, aut seritur, solo cedit. §. & ex diuerso cum sequent. Institut. de rerum diuis. Finito autem feudo ad quem spectet, breuiter dico, quod aut est tale melioramentum, in quo modica impensa interuenit, & tunc proprium ipsius domini absque aliqua refectione vasallo, seu heredibus facienda remanet gl. & doct. maxime Præpo. in c. j. §. si vasallus, hic finitur lex &c. Aut vasalli magna impensa, opera, vel industria interuenit, & tunc si culpa, vel dolo vasalli feudum fuit finitum, reuertitur feudum ad dominum vnà cum melioramẽtis argum. l. ij & fin. C. de iure emphyt. & hoc modo potest intelligi glo. in l. colonus. ff locati Bald. in l. fin. §. fina. C. communia de lega. feudistæ in d. §. si vasallus

Bald.in d.§.si quis de manso. Ioan.de Imola in l.cæte-
ra.§.Marcellus.ff.de lega.j.Guid.pap.in quæst.clxix.&
ccccxxxviij. Si verò feudum finitum sit absque culpa,
& dolo vasalli,puta propter generationem finitá,tunc
est in electione domini, vel æstimationem meliora-
mentorum soluere,æstimando rudera,& ædificium di
rutum,vel pati,vt melioramenta tollantur, seu abra-
dantur secundum Iacob.de belluis, per text.in d.§.si
vasallus,& not.in l.sed & si quid in princ.ff.de vsufru.
Et hæc est magis communis opinio, quia cum feuda-
tarius bona fide ratione iuris,& vtilis dominij in re æ-
dificauerit,potest impensas repetere,vel retentione v-
ti,donec æstimatio sibi soluatur, aut dominus patie-
tur ædificium tolli,& remoueri arg.§ certè illud, in-
stit.de rerum diuis.& doctor.communiter in d.§.si va-
sallus,Bal.& Salic.in l.ij.C.de rei vendica Bald.in d.l.
sed si quid in princ.& in auth.qui rem.C.de sacrosan.
ecclesiis,& in l.pen.ff loca.& ita de consuetudine ser-
uatur secundum Bald.in d.l.ij.quicquid dixerit Fulgo.
in quodam suo consil.quem refert do.Præpos.in d.§.si
vasallus,illúmque impugnat: idem etiam voluit Gui-
5 do pap.in d.q.clxix. †Melioramenta autem ciuilia sunt
illa,in quibus natura nihil operatur,sed sola hominis
diligentia,& industria instar fructuum ciuiliū,in qui-
bus sola industria interuenit,vt per Abbat.in d.c.gra
uis post gl.& Bart.in l.ex diuerso.ff.de rei vendic.per
text.cum ibi not.in l.si nauis.ff.eod.tit. & in l.si domú.
C.eodem veluti sunt seruitutes reales,iurisdictiones,
& alia similia incorporalia à solo inseparabilia empta,
vel acquisita opera,& impensis vasalli,in quibus nullo
modo natura operatur,& de quibus loquitur tex.in d.
c.j.§.ex contrario in versicul. si verò de inuestit.de re
alien.fact.Et huiusmodi melioramenta tanquam pars
feudi accedunt feudo,& vt accessoria illud sequútur,
quoniam inseparabilia sunt,& sine feudo stare,& in es
se produci nequeunt,& ideo inseparabilium insepara
bile debet esse iudicium d.§.ex contrario ibique Bald,
& omnes. Et quamuis Bald.ibi contrarium sentiat in
iurisdictione per vasallum rei feudalis acquisita, tamé
veritas aliter se habet, nam quod determinatum est
per illum text.in seruitutibus ea ratione, quia à re se-
parari non possunt, ex identitate rationis idem vide-
tur esse dicendum in seruitutibus acquisitis: & ita ibi
6 tenet,ac optimè confirmat do. Præposi. †Sed respectu
seruitutum,aliorúmque iurium inseparabilium doct.
omnes conueniunt,ea feudo accedere, & rem feuda-
lem sequi,& consequénter, finito feudo, vnà cum illo
ad dominum,& non ad heredes,ad quos feudum non
7 transit,reuerti,ergo &c. † An autem hoc casu domi-
nus,vel alius,ad quem feudum reuertitur vnà cum ser
uitute ex natura feudi,teneatur satisfacere de precio
seruitutis, vel iuris acquisiti heredibus acquirentis?
Quidam non teneri dicebant, quia omnino, hoc est
simpliciter, & indistincte feudum absque alio onere
ad dominum, vel ad successores feudi reuerti debet:
Horum tamen opinio fuit expresse reprobata in d.ca.
j.§.si vasallus in versic.idem dico &c.hic finitur lex.Et
ideo heredes etiam extranei vasalli poterút rei feuda-
lis retentione vti, quousque ipsis precium seruitutis
emptæ,& acquisitæ fuerit solutum,vt in d.§.si vasallus
iunctis ibi not.cum aliis supra dictis, & expresse ha-
betur per Guid.papam in d.q.clxix. Et hæc pro infor-
matione melioramentorum, quæ super re feudali fa-
cta forent,dicta sint.

SVMMARIVM.

1 *Locator ante finitum locationis tempus rem alie-
nans tenetur ad totale interesse conductoris, &
quandoque ad interesse lucri num. 4.*
2 *Prohibitū ad tēpus dicitur post tempus permissum.*
3 *Venditio proprie,& stricte quando dicatur & nu.8.*
5 *Pactum contra naturam locationis in dubio quo-
modo interpretetur,& intelligatur.*
6 *Pactum in terminis, quibus ius disponit, debet in
terminis iuris communis intelligi.*
7 *Interpretatio,quæ aliàs fieri non deberet, quando-
que fit,ne quis damnum indebite patiatur.*
8 *Argumentum à contrario sensu contra ius commu-
ne,& in præiudicium alicuius non sumitur.*
9 *Venditionis appellatio quando omnem alienationē
contineat.*

Quæstio 97.

IN lege locationis ad certum tempus comprehen-
debatur,quod locator ante quinquennium rem lo-
catam vendere non posset, & si infra illud tempus
venderet, teneretur conductori rem aliā sufficientem
assignare vsque ad finem locationis sub pœna côuen
ta.Lapso quinquennio,& duráte adhuc locatione,du-
bitatum est, an locatori aliquo titulo rem locatam a-
lienare liberè permissum sit,& impune etiam in dam-
num,ac præiudicium conductoris,vt illi nihil præsta-
re deberet. Et impune locatorem hoc facere posse a-
deo quòd alienando nihil conductori præstare tenea-
tur,videretur esse dicendum nam quamuis regulari-
1 ter,& de iure communi † locator qui ante locationis
tempus finitum rem locatá alienauit teneatur ipsi con
ductori ad interesse l.qui fundum.l.si merces.§.j.ff lo-
ca.Alexand.in l.si filio.§.fin.ff.solut.matri.tamen si ius
alienandi sibi reseruauerit, impune alienare poterit,
quia contractus legem accipiunt ex conuentione par-
tium l.contractus.ff.de reg.iur. Sed conuentum fuit,
vt locator ante quinquennium rem locatam vendere
non posset, & casu quo infra illud tempus venderet,
teneatur dare conductori aliam rem sufficientem sub
pœna &c. ergo ex his verbis clare constat, locatorem
ipsum impune potuisse post quinquennium res loca-
tas alienare absque eo,quod de alia re conductori pro
2 uideat:nam †ad tempus prohibitum dicitur post tem-
pus permissum argum.l.si ita quis.ff.de vul.& pup.& l.
cum prætor.in prin.ff.de iudi Præterea ex pacto loca-
tori dicitur prohibita venditio,ergo alio titulo poté-
rit alienare,quoniam verba pacti,& stipulationis pro
priè debent intelligi.l.quicquid astringendæ.ff.de ver
3 bor.oblig. †Propriè autem,& strictè venditio dicitur,
quando quis pro certo pretio rem tradit,vt in l.j.ff.de
contrah.emp.l.fin.C.de præd.decur.lib.x.Abb.in c.po
tuit.colum.ij.de loca.Sed,his non aduersantibus con-
trarium hoc in casu verius esse arbitratus sum: nam
4 †considerandum est,quod locator,qui rem ad certum
tempus alienauit,eá quandocunque,durante locatio-
ne,siue in principio, siue in medio, siue iuxta finem a-
lienando,tenetur conductori non ad rem aliam suffi-
cientem præstandum:sed ad totale interesse,& damnū
ipsius conductoris, & quandoque ad interesse lucri,
quod erat ex locatione percepturus d.l.si fundum.§ j.
iuncta.l.si in lege. §.colonus & l.si fundus. ff.locat.&
Alex.d.l.si filio.§.solu.matr.Verum quia interesse dif-
ficulter probari solet, ideo solet adhiberi cautela, de
qua habetur per Alex.& alios in d.l.si filio in fi.ij.col.
item apponi solent certæ pœnæ Instit. de verb. oblig.
§.non solú.Cum itaq; in terminis nostris inter locato-
rem,& conductoré conuenerit, vt locator ante quin-
quenniū rem locatá vendere nequeat,& casu quo ven
deret,rem aliā sufficientem conductori præstare tene-
retur,ex hoc non sequitur,quod post quinquenniū lo-
catori data sit licentia alienandi,& vendendi rem lo-
catam simpliciter adeo,vt teneatur ad aliquid ipsi con
ductori præstandum:quinimo casus hic à contrahen-
tibus dicitur omissus, & ideo sub dispositione iuris
communis remanere dicitur argumen. l. commodis-
simè. ff. de liber.& posthum. vt alienando post quin-
quennium locator obligatus sit non ad præstandū con

ductori

ductori rem aliam sufficientem: prout in casu alienationis ante quinquennium fuit conuentum, sed ad interesse, & damnum conductoris, prout regulariter, & de iure communi tenetur, vt dictũ est. Quod quidem suadetur, quoniam † pactum factum contra naturam locationis in dubio debet intelligi, & interpretari secundum regulas iuris communis, & secundum naturam locationis, vt illi, & regulis iuris de locatione loquentibus minus preiudicetur. l. quæro. §. inter loca
6 torem. ff. locat. & l. stipulatus. ff. de vsuris. ac etiam † pactum factum in terminis, quibus ius disponit licet debeat aliquid vltra operari, tamen semper debet intelligi in terminis iuris communis, ne sequatur inconueniens, & ne contingat naturam dispositionis cum alterius præiudicio alterari d. §. inter locatorem, d. l. si stipulatus. l. qui insulam in fin. ff. locat. habetur plene per Alexan. in consil. cvj. lib. iiij Specul. in titul. de locat. §. nunc verò aliqua, versic. xciiij vbi pactum inter ecclesiam & emphyteotam, quòd emphyteota possit rem vẽdere, cui voluerit, debet intelligi, vt hoc faciat de consensu dominæ ecclesiæ, & eius licentia: quod dictum refert, & sequitur Alex. in consil. xcj. lib. iij. versi. & licet. Idem voluit Ioan. de Imola in c potuit. de locat. & Salic. in l fin. C. loca. similiter ergo hoc pactum, quòd non liceat locatori rem locatam ante quinquennium vendere, & casu, quo alienaret, locator teneatur præstare aliam rem sufficientem, debet intelligi, vt iuri communi, & naturæ locationis minus præiudicet, & consequenter quòd in casu alienationis post quinquennium teneatur ad interesse, prout de iure communi tenetur, & quandoque ad lucrum iuxta [illegible], quæ habentur in d. l. si in lege. §. colonus cum simili. supra allegatis: quod si aliter diceretur, contingere posset, locatorem indebite damnificari ex locatione facta post
7 quinquẽnium: & † ne quis indebite damnum patiatur, fit interpretatio, quæ alias fieri non deberet argu. not. per Bart. in l. fin. ff. de ser. colum. ij. c. suggestum: de decim. cum. c. præcedenti. Nec obstant adducta in contrarium, & primo, quòd ex pacto videtur data licentia alienandi post quinquennium impune: nam respondetur in primis hoc inferri ex verbis pacti à cõtrario sen
8 su, vt patet † quod quidem argumentũ à contrario, seu tacite ex verbis sumi non debet contra id, quod vult ius commune, videlicet, quòd locator ad interesse teneatur, si alienat rem locatam, durante locatione, arg. eorum, quæ volunt docto. in l. j. §. huius. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. gl. in clemen. j. §. j. & ibi Card. de sen. excommunic. Non debet etiam hoc argumentũ ita sumi, quoniam ex hoc damnum, & præiudiciũ ipsi conductori inferretur per ea, quæ voluit Card. in clemen. j. de Iudæis, & habeatur per Moder. in d. l. j. Adde quòd ex pacto actum est inter partes, quòd ante quinquennium alienare non possit, & in casu alienationis locator rem sufficientem conductori præstare teneatur à contrario ergo sensu ex huiusmodi pacto infertur, quòd si post quinquennium locator alienauerit, ipse non teneatur ad præstandã rem sufficiẽtem, prout in pacto continebatur: & hoc modo potest procedere argumentum sumptum ex dicto pacto propter hoc tamen non infertur, quòd ipse locator non debeat teneri ad interesse, & damnum conductoris, prout de iure communi tenetur, vt supra dixi, & hæc est vera dicti
9 pacti intelligentia per supradicta. † Nec debet intelligi solum de alienatione, quæ fieret ex venditione, & non ex alio titulo, quia immo verius est, vt intelligatur de omni alienatione, per quam dominium transferretur, & per quam conductor à re cõducta expelli posset, & sic in quolibet casu, in quo successor singularis colono stare non tenetur iuxta l. emptorẽ cum ibi no. C. loca. & per Alex. & alios in d. l. si filio. §. si vir. quod confirmo ex verbis ipsius pacti, in quo simpliciter fit mentio de venditione rei absq; commemoratione precij, quo casu appellatione vẽditionis omnis actus, per quem dominium transferri potest, continetur. l. sicut. §. venditionis. ff quib. mod. pig. vel hypo. soluitur. & ibi Bart. iuncta l. fin. C. de præd. decur. lib. x & nota. per Abb. in d. c. potuit. & maximè cum [illegible] spectu conductoris, & sui interesse eadem ratio in qualibet alienatione militet, per quam conductor à singulari successore expelli posset, quoniam tunc quælibet alienatio venditionis appellatione contineri debet d. §. venditionis cum similibus ibi allegatis per gl. l. statuliberi. in fi. ff. de statulib. Et ita de iure verum esse dixi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti ex re vendita cum pacto retrouendendo post depositum pretij pro redemptione rei deponentis esse debent.*

2 *Et illi ex bona fide debentur, & per actionem bonæ fidei petuntur.*

3 *Et primo emptori nullo pacto post oblatam pecuniã sunt restituendi.*

4 *Quid de fructibus pendentibus.*

Quæstio 98.

VENDIDIT Caius fundum Sempronio cum pacto retrouendendi, & franchandi pro certo precio inter ipsos conuento: Caius precium actualiter deposuit iuxta cõtenta in instrumẽto, Quæritur, Caij ne, an Sempronij sint fructus post depositũ
1 ex fundo percepti? Existimo id iuris esse, † quòd facto deposito actualiter fructus postea recollecti ad ipsum Caium venditorem pertineant, illique sint relaxandi, haud Sempronio emptori, qui per depositum factũ est in mora constitutus, per text. cũ gl. fi. in l. ij. C. de pact. inter emptor. & venditor. iunctis iuribus in d. glo. allegatis, dicitur enim in l. ij. quod post oblatam ex pacto quantitatem haberi debet ratio eorum, quæ ex fundo ad aduersarium peruenerunt: ad quod gl. fi. ibi allega. l. si fundus, quæ est l. iiij. §. j. & l. lege. ff. de lege commisso. quæ iura optimè probant, nam in l. si fundus dicitur, quòd emens cum pacto legis commissoriæ ita demum lucratur fructus, si precium perdidit, quod soluit, quia residuum non soluerit, secus, si pretium non perdiderit, quia tunc fructus omnes sunt venditoris, ad quem res reuertitur: & in d. l. lege. habetur, quòd si fundus reuenisset, & ex pacto venditori restituendus esset, venditori dandum est iudicium cõtra emptorem de fructibus perceptis, quia nihil penes emptorem residere oportet ex re, in quam fidem fefellisset. Infertur itaque ex prædictis, vt est de mente gloss. fina. in d. l. ij. quòd cùm fructus percepti post oblatam pecuniã debeantur venditori, cui res vendita est restituẽda, quia nihil penes emptorem debet residere prõpter eius moram, & quia pactum non obseruauit, illi non sunt relaxandi, seu restituendi Sempronio emptori, sed Caio venditori, qui pecuniam deponendo contractum adimpleuit, alioquin falsum esset dicere, quòd nihil ex re
2 penes emptorem residere oportet. Præterea † fructus huiusmodi venditori pecuniam deponenti ex bona fide debentur, & per actionem bonæ fidei petuntur, vt voluit Salicet. in d. l. ij. atque emptor fructus omnes, quos post depositam pecuniam percepisset, cogi potest venditori restituere. d. l. ij. cum aliis allegatis: er-
3 go † post oblatam, & depositam pecuniam emptori non sunt relaxandi, neque is illorum relaxationem sibi faciendam petere potest quoniam exceptione doli repelleretur, petẽdo id, quod statim restituturus est quod aduersatur bonæ fidei, quæ venditori fauet. l. dolo. ff. de doli except. & habetur per Bart. in l. si socer. §. Lucius. ff. solut. matrimon. sed venditori deponenti sunt relaxandi, cui, si per emptorẽ fuissent percepti, sta-
4 tim restitui debuissent. † Vltimò confirmo prædicta

ex his quæ voluit Alexan. reprobando Cuma. in l. qui Romæ in princip. circa fin. ff. de verbor. obligatio. vbi quæstionem mouet, quando venditio facta est cum pacto de retrouendendo pro eodem precio, & venditor pendentibus at nondum ab emptore perceptis fructibus obtulit, & deposuit precium conuentum: Dubium est, cui fructus sint relaxandi: Cuma. dicebat, illos esse pro rata temporis diuidendos iuxta l. diuortio in princip. & l. de diuisione. ff. solut. matri. Contrarium dicit Alex. ibi, eos in totum esse assignandos, & relaxandos venditori deponenti, seu rem redimenti, nam fructus omnes rei venditæ ad emptorem spectant ante, quàm retrouendat, nisi ipse sit in mora retrouendendi, vt quia requisitus noluerit vendere, & pecuniæ fuerint depositæ, tunc enim fructus percepti à tempore moræ debebunt ad eum spectare, cui in retrouendendo mora facta est. d. l. ij. not. per gl. in c. conquestus de vsur. & in c. illo vos in ver. fructus de pignor. Sed si dispositio d. l. diuortio. deberet attendi, verum nõ esset, quòd emptor fructus ante retrouenditionem, & moram lucraretur, immo inter ipsum, & venditorem pro rata temporis essent diuidendi. d. l. diuortio in prin. l. interdum & l. fructus. ff. solut. matri. sunt igitur hi casus diuersi, & diuersitatis ratio est secundum Alex. in d. l. qui Romæ. nam in l. diuortio fructus debent esse viri pro oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. propterea nil mirum, si pro rata temporis, & onerum fit diuisio: At in quæstione nostra ante moram, & oblatam pecuniam fructus ad emptorem spectant ratione dominij. l. sequitur. §. fructus de vsucap. Vnde non attenditur, pro qua rata temporis dominus fuerit. l. Herennius alias incipit fructus la. j. ff. de vsur. & d. l. ij. C. de pact. inter emp. & vendi. ergo post moram non attenta ratione dominij fructus in totũ ad venditorem spectare debent. d. l. ij. Et hæc satis demonstrant, fructus omnino esse relaxandos dicto Caio venditori, qui pro fundo redimendo pecuniam conuentam obtulit, & actualiter deposuit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex etiam de maiori summa, quàm illius iurisdictio se extendat, cognoscit, & iudicat, quando in principio litis clare non apparet an iurisdictionẽ habeat, sed in processu postea super toto iudicandi potestatem non habere constet: declaratur num. 6.*
2 *Dictio in quid denotet, & num. 8.*
3 *Dictio dummodo facit dispositionem modalem, & resolutiuam.*
4 *Omnia, & singula verba sunt vniuersalia apta cõprehendere simul, & de per se, quæcunque supra expressa fuerint.*
5 *Clausula decreti annullatiua quid operetur.*
7 *Expressum quid dicitur specificè per relationem ad aliud.*

Quæstio 99.

CVM statuto Bononiensi caueatur, quòd iudex damnorum datorum omnimodam habeat iurisdictionem cognoscendi de quibuscunque damnis, dummodo damnum datum non excedat in aliqua accusatione summam librarum vigintiquinque: & quidam accusationem formauerit pro damno dato in solidis viginti, seu triginta, & plus, & minus prout probabitur postea vero probatum fuerit, damnum dictam summam librarũ vigintiquinque excedere, quæsitum est, an iudex, qui cœpit cognoscere, possit super toto damno probato cognoscere, & iudicare. Adducebant aliqui pro quæstionis decisione doctrinam Bart. quem cæteri sequuntur, in l. ampliorem. §. sed cum sci-
1 mus. per illum text. in fi. C. de appella. † vbi inquit, nota casum ex hac l. quòd si in principio litis clarè nõ appareat, an iudex habeat iurisdictionem, & postea per processum ac probationes factas constet, iudicem nõ habere potestatẽ iudicandi super toto, quod fuit probatum, tamen ipse potest super illa causa iudicare: & exemplum ibi Bart. ponit ferè in terminis nostris dicens tota die nos videre, in ciuitatibus esse iudices, qui de causis vsque ad certas summas cognoscere possunt, si qua causa sit, quæ in principio iudicis iurisdictionem excedere non videatur, mox vero maior reperiatur, potest iudex super toto pronunciare, licet tempore sententiæ, & in processu ex post appareat summã esse maiorem, quàm illius iurisdictio se extendat: ex quibus infertur, quòd etiam in casu nostro si probatũ sit de maiori summa, quàm statutũ exposcat, iudex poterit super tota summa probata, & sic vltra libras vigintiquinque pronunciare. Præterea statutum dicit, dummodo damnum datũ in aliqua accusatione summam librarum vigintiquinque non excedat: quæ verba inferunt, quod ad hoc, vt iudex non possit cognoscere, requiritur, vt in ipsa accusatione, hoc est in actu accusandi fuerit expressa summa damni dati, quæ
2 libras vigintiquinque excedat. Nam † dictio, in, denotat causam proximam, & non separatam à re, & facto, cui coniungitur arg. l. j. ff. de aleæ lusu, & aleat. ibi in alea lusum esse iuncto text. ibi domi, & eo tẽpore, quo alea ludebatur, iunctis ibi nota. per Barto. Sed, his non obstantibus, contrarium esse verius dixi, propter verba statuti prædicti, ponderãdo illam dictionem dum-
3 modo, † quæ facit dispositionem modalem, & sic resolutiuam, si aliter factum esse contigerit, siue repertum fuerit ad tradita per Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius, dum ponit de dictione dummodo, iunctis his, quæ dicit ibi in ij. quæst. ff. de conditionib. & demonstrationib. Quo fit, vt mens statuti sit resoluere iudicis iurisdictionem, si contingat damnum datum excedere summam librarum vigintiquinque. Sed in casu nostro per probationes factas reperitur huiusmodi excessus, ergo cognitio processus, & terminatio iudicis resoluitur. Quod eo magis dicendum est, cum in statuto sit apposita clausula generalis, & per verba multum prægnantia decreti annullatiua, ibi aliâs si prædicta omnia, & singula &c. quæ est referenda ad omnia prædicta in statuto, & non ad proxima, ex quo salua sermonis, & verborum rectitudine referri potest ad text. cum ibi not. per Bart. in l. talis scriptura. in fi. ff. de leg. j. per Abbat. & alios in ca. ij. requiris. extra de appellationib. l. fina. ff. de rebus dub. Abb. in cap. ecclesia. extra de electio. cum simil. Et maximè cum statutum dicat,
4 aliâs si omnia, & singula, † quæ sunt verba vniuersalia apta comprehendere simul, & de per se, quæcunque supra expressa fuerunt. l. Iulianus. ff. de leg. iij. cum simil.
5 Præterea † clausula decreti annullatiua operatur, vt nullo modo possit quicquam in contrarium fieri, & adeò penitus iurisdictionem excludit, vt etiam de consensu partium iudex nequeat cognoscere, procedere, & terminare super damno maioris, summæ librarum xxv. vt notabiliter voluit Ioan. de Imo. post gl. & alios in c. dilecto. in iiij. colum. versic. vel secundo. de præb. Non obstat doctrina Bart. in d. l. ampliorem. §. sed cum
6 scimus. † Quia regulariter procedit, non autem in casu statuti: si enim ea in casu nostro vera esset, sequeretur, quòd iudex posset non modo procedere, & cognoscere, sed etiam terminare causam vltra summã librarum xxv. & sic super toto, quod fuisset probatũ, vt voluit ibi Bart. quod est expresse contra mentem statuti. Secundo dico, doctrinam Bartol. non procedere, quando in statuto esset apposita clausula decreti annullatiua, nec etiam, quando statutum loqueretur resolutiue per verba modalia, & resolutiua: alioquin secus per prædicta. Nec aduersatur ponderatio illorum verborum statuti in aliqua accusatione, hoc est in aliquo actu accusationis, seu dum fit accusatio: quia primo respondetur, quòd illa verba in aliqua accusatione

cum

cum nec tempus, nec locum certum determinent, ex-
tenduntur etiam ad aliud tempus per not. à Bart. in d.
l. j. in princ. ff. de aleæ lusu, & aleat, & sensus est, quòd
damnum datum summam librarum xxv. non excedat
in aliqua accusatione, hoc est, vel dum fit accusatio,
vel dum proceditur, vel dum terminatur, prout expres
se statutum de omnibus his temporibus loquitur, ad
quæ verba illa in aliqua accusatione sunt referenda.
Præterea dici pótest, in terminis nostris fuisse expres-
sam summam maiorem libris xxv. in ipsa accusatione
per relationem ad aliud, ad quod verba accusationis
7 se referunt: †quo casu id dicetur expressum, perinde
ac si verbis specificis fuisset in accusatione expressum
l. si nominatim. ff. de condit. & demonst. l. nec emptio.
§. huiusmodi. ff. de contrahen. emptio. & arg. l. omnes.
C. de præscr. xxx. ann. in l. omnes. C. de quadr. præscri.
in § j. in auth. de fil. ante instr. do na. col. iij. & l. ij. ff. de
cõiung. cũ eman. libe. Sed in casu nostro formata fuit
accusatio pro damno dato in solidis. xx. seu xxx. & plus
& minus, prout probabitur: ac probatum fuit damnũ
maioris summæ, quam sint libræ xxv. Ergo per relatio-
nem expresse factam ad summam, quæ probabitur, i-
psa summa probata in accusatione expressa censetur.
8 Vltimo †quando dictio in non ponitur determinate
ad certum locum, & tempus, ea non denotat, actũ im-
mediatum, sed exponitur in, id est propter, vt est text.
in l. j. ff. de incen. ruin. & naufra. Et consequenter in ca
su nostro illa verba in aliqua accusatione actum pro-
prium, & immediatum accusationis non denotabunt,
sed importabunt propter, videlicet si damnum datum
excedat summam librarum xxv. propter aliquam accu
sationem. Ex his omnibus, iudicem damnorum dato-
rum non potuisse in casu proposito cognoscere nec
condemnare, stante prædicto statuto, verius esse dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in conductione quid operetur.*
2 *Locationis tacita renouatio cum iisdem pactis, & modis facta censetur.*
3 *In prorogata dispositione iuramentum censetur repetitum, & num. 12. vbi declaratur.*
4 *Iuramentum in valente loqui certam formam, verbáque expressa exposcit.*
5 *In renouatione locationis, aut alterius dispositionis nunquam censentur renouata illa, quæ pro forma, & solennitate aliquid certum requirunt.*
6 *Forma actus verè & propriè, non autem tacitè, vel æquipollenter adimpletur, & seruatur.*
7 *Pœna in tacita locationis renouatione non censetur repetita.*
8 *Iuramentum ad nouas dispositiones nunquam extenditur, nec in illis dicitur repetitum.*
9 *Compensando quis soluit, & adimplet, si non iurauit, secus si iurasset.*
10 *Possessorium, & petitorium simul cognosci, & terminari potest ex commissione superioris iudicis ex iusta, & legitima causa facta.*
11 *Possessorio agi non dicitur, sed potius petitorio, quãdo agitur ad expellendum conductorem à iure suo propter periurium, quod ob non solutas pensiones incurrisse allegaretur.*

Quæstio 100.

RES vendita fuit minoris dimidia iusti pretij,
deinde venditori ad quinquennium cum pacto
de franchando pro eodem precio locata fuit, cũ
promissione de annuatim soluẽdo certam pensionem
grauem, & cum iuramẽto hinc, inde interueniente de
non contraueniendo &c. & adimplendo omnia, & sin
gula in instrumento locationis promissa: conductor
per tria lustra continua, & vltra in dicta conductione,
sciente, & tolerãte locatore perseuerauit. & prout præ
tendit pensiones soluit Heres locatoris ob assertã ca-
nonis cessationem finitam esse locationem declarauit,
1 & rem propria authoritate fuit ingressus, quia † iura-
mentum in contractu conductionis, vt supra, appositũ
operatur, vt conductor termino statuto pensionem,
vel eius partem non soluens à iure suo ratione periu-
rij cadat, & à re ilico expelli possit. c. querelam. & ibi
Bal. extra de iureiur. Alex. in consil. lxxxv. lib. j. Alexan.
Ias. & recentiores in l. si quis maior. per illum text. C.
de transact. Conductor ex aduerso plura obiicit, pri-
mum, quòd contractus venditionis, & consequenter
etiam locationis ob enormem precij deceptionẽ, quæ
dimidiam veri precij excedit, est rescindendus: secun-
dum, quòd attenta rei veritate pensiones partim sol-
uendo, partim compensando fere integraliter solutæ
sunt. Replicatur ex opposito, conductorem tanquam
periurum non esse audiendum, sed super solo possesso-
rio fore procedendum. Incidit ex hac facti specie in
dubium. an finito primo, secundo, & tertio quinquen-
nio, locatio, & conductio cum eodem iuramenti vin-
culo renouata censeatur, adeo quòd, si in vltimo quin
quennio conductor pro aliqua parte pensionem in ter
mino soluere prætermiserit, possit à locatore propria
authoritate, vt supra, expelli: item num compensando
conductor contractum adimpleuisse dicatur? Et quòd
renouatio locationis cum eodem iuramento facta cen
2 seatur, †probari videtur in l. legem. in fin. C. locat. l. itẽ
quæritur. §. qui impleto l. qui ad certum. ff. eod. vbi fi-
nito primo quinquennio si locator conductorem in
conductione perseuerare passus fuerit, censetur ex in-
tegro cum iisdem pignoribus, & pactis locasse, veluti
etiam statuto ciuitatis Bononiæ plenius cautum est: &
inquit Bald. in d. l. legem. quòd renouatio intelligitur
fieri sub eisdem pignoribus, pœnis, renũciationibus,
modis, & clausulis, ergo etiam sub eodem iuramento.
3 Præterea † dispositio facta cum iuramento ad certum
tempus si expresse ad aliud prorogetur, debet censeri
cum eodem iuramento prorogata, vt optimè volunt
scrib. maximè Decius in c. de causis. extra de offic. de-
leg. Idem ergo in renouatione locationis dicendum es
set. Quibus tamen omnibus veritas repugnare vide-
tur, quòd renouatio locationis, quæ tacitè ex perseue-
rantia conductoris, & patientia locatoris mediante le
gis, vel statuti dispositione fit, nunquam cum eodem
iuramento facta dicatur, quod in expressa, & prima lo
4 catione fuerat appositum. primò quia † iuramentum
in valente loqui certam formã, verbáque expressa ex-
poscit, veluti quòd corporaliter, hoc est manibus ta-
ctis scripturis suscipiatur, vt habetur per Inno. in c. &
si Christus. extra de iureiur. Alex. in l. j. in princ. & in §.
j ff. de verbor. oblig. Ioan. And. in c. vt circa. post gl. in
Nouel. de electio. in vj. c. j. §. porrò. & ibi gl. & do. Car
5 din. de hæretic. Sed † in renouatione locationis, vt su-
pra, tacitè facta nũquam censentur comprehensa, aut
renouata illa, quæ pro forma, & solennitate certum
quid, vt verba, vel scripturam vel factum aliud requi-
runt, puta si prima locatio per stipulationem facta es-
set, renouatio tacite facta cẽsetur absque stipulatione,
quia stipulatio verborum solennitatem requirit. l. j. in
prin. cum aliis ff. de verbor. oblig. vt in indiuiduo re-
ctè intuenti, probat text. in l. qui ad certum. ff. locati. i-
bi & huiusmodi contractus neque verba, neque scri-
pturam vtique desiderant, sed nudo consensu conua-
lescunt, secundum veriorem, magísque receptam in-
telligentiam: vt attestatur Bald. in d. §. qui impleto. post
6 alios, quos in testes adducit: † forma námque actus
verè, & propriè, non autem tacite, vel per æquipollens
adimpleri, & seruari debet argumen. l. qui heredi. & l.
Mæuius. ff. de condi. & demonst. Alexand. & alij. in l. j.
ff. de liber. & posthum. Bartol. & cæteri in l. gallus. § &

quid si tantum ff. eodem. Et id, quod de stipulatione dictum est, refert, ac sequitur Bald. in d. §. qui impleto. in addit. in ij. q. Et idem ibi in ij. q. dicit etiam, quòd
7 †pœna in prima locatione adiecta non censetur repetita in renouatione tacite à lege subintellecta, vt voluit Cyn. in l. cum pater. §. pater certam. ibique Bal. ff. de lega. ij. vbi hoc idem notab. sequitur Ioan. de Imola plura allegando, & text. in c. non potest. cum glo. de præben. in vj. Sed ratione iuramenti quis in incommodum, animæque periculum incurrere, ac pœnam pati posset. d. c. querelam. & ibi Bald. & d. l. si quis maior. cũ aliis, ergo iuramentum in tacita locationis renouatione repetitum dici non potest. Optimè etiam nobis inseruit text. in c. penult. extra de iureiur. †vbi iuramen-
8 tum ad nouas dispositiones nunquam extenditur, nec in illis repetitum censetur, quamuis illæ alia ratione seruandæ sint, sed locatio tacite ex legis dispositione renouata non est eadem cum prima, ergo &c. Ex quibus infero, quòd si in vltimo quinquennio conductor pensionem formiter soluere cessasset, ratione periurij non diceretur à suo iure cecidisse, cum periurus is dici nequeat, qui non iurauit: Et consequenter ex his sequitur, quòd si conductor locatori pro cautione pensionum aliqua bona, vel res assignasset, censeretur sol-
9 uisse, ac satisfecisse: †quoniam licet quando quis iurauit soluere, compensando iuramentum adimpleuisse non dicatur, cum in forma specifice debeat adimpleri c. ad nostram. li. j. de iureiur. tamen secus est, quando iuratum non esset. vt eleganter adnotauit Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. optimus text. in l. si peculium. §. j. ff. de statuliber. & arg. l. eleganter. in princi. ij. respon. ff. de pign. actione. l. si rem. §. omnis pecunia. ff. de pignor. actio. ibi satisfactum quemadmodum voluit, creditori licet non solutum sit, siue aliis pignoribus &c. Sed concorditer pro cautione, ac satisfactione pensionum debitarum cõductor anulos quosdam, & aliud certum quid locatori tradidit, satis igitur factum, & solutum videtur, saltem ad pœnam caducitatis euitandam, & ad cursum vsurarum inhibendum, vt est text. in l. si constat. C. de compensat. & ibi gl. magna circa medium, quæ singularis habetur, & illam tanquã valde notandam allegat Bart. in l. gerit. col. viij. versic. secundo compensatio. ff. de acquir. hered. quòd ad cuius tandem pœnam non soluentis, & consequenter caducitatis sufficit compensatio. Ex præmissis etiam infertur, non licuisse conductori in casu occurrẽti propria authoritate possessionem rei conductæ ingredi propter periurium, quod heredes locatoris conductorem incurrisse, & ideo à iure suo cecidisse prætendunt ob non solutas pensiones. Quo fit, vt iudex de causa rescissionis contractus petitæ, & ipsi iudici per rescriptum sic ex iusta & legitima causa commissæ cognoscere debeat iuxta rescripti tenorem argumento. c. pastoralis. cum c. ij. c. cum ecclesia. & ca. cum dilectus. de cau. possess. & propriet. Nec aduersatur protestatio facta pro parte heredum locatoris, quòd super solo possessorio, suspenso petitorio, procedendum d. c. pastoralis. argum. clem. j. eod. tit. de cau. poss. & proprie. & noper Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. antepe. ff. de acquir. posses. Nam illud regulariter procedit in mero possessorio, quod cum petitorio cumularetur:
10 †At quando per rescriptum superioris saltem ex legitima, & iusta causa esset iudici commissum, vt super vtroque simul procederet, ac vna, eadémque sententia vtrunque terminaret, tũc ordo iuris causæ ad causam, de quo habetur in l. j. C. de appellat. & in l. prolatam. C. de sent. non est seruandus, sed iudex formam rescripti seruare tenetur. c. cum dilecta. de rescript. & in indiuiduo habetur in casu nostro in d. c. ij. cum sequent. & in d. c. cum dilectus. de cau. posses. & propriet. Præ-
11 terea †an conductor possit, vel non possit ob periuriũ, quod incurrisse allegatur, à iure suo expelli, non dicitur esse iudicium possessorium, sed potius petitoriũ, cum agatur non de possessione, quæ penes conductorem esse non potest, quia ipse non possidet, nec rei dominium acquirit. l. non solet. ff. locati. legitur in l. iij. §. ex contrario in gloss. ff. de acquir. posses. & in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. sed de totali iure ipsius conductoris arg. l. pen. in princ. ff. loca. & in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccle. & in corpore: & in casu de quo agitur, conductor expelli non potest per iam dicta: igitur, non est inconueniens, quòd hæc duo iudicia, quæ petitorium Sapiunt, cumulentur, & de vtroque simul agi valeat, cum nulla iuris regula, nec aliquis ordo iuris, de quibus habetur per Bart. in d. §. nihil commune, aduersentur. Et licet quando locatio aut tempore, aut lineæ defectu finita esset, & conductor, qui nullum ius in re potest prætendere, rem restituere denegaret, tũc diceretur posse agi possessorio. l. si quis conductionis, & l. pen. C. locat. Tamen quando adhuc tempus locationis, vel renouationis penderet, & conductor ius aliquod in re prætenderet, si dominus, vellet illũ omni iure suo ob prætensam cessationem solutionis pensionum priuare, crederem tunc istud potius petitorium, quam possessorium concernere, cum de totali iure cõductoris agi diceretur. Nec aduersantur alia supra cõtra conductorem allegata, & maximè. d. l. legem. & d. l. idem quæritur. §. qui impleto. ff. locat. nam ex prædictis colligitur responsio: immo retorqueri possunt, vt iam sæpius dixi post Bald. in d. §. qui impleto. Non obstat id, quod dictum fuit de termino prorogato, vel dispositione iurata cuius terminus fuit prorogatus, vt cum eodem iuramento, iisdémque qualitatibus prorogatio facta censeatur, vt signanter innuit Bar. in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo col. pen. ver. item si prorogaui. ff. de verb. oblig. & in l. j. §. & post operis. col. 6. ff. de noui ope. nuncia. ibique Alex. col. iij. Bal. in c. ve-
12 nerabilem col. v. de electio. Quia respondetur, †proximè dicta locum habere in prorogatione, quæ eadem dispositio cum prima censetur. l. sed & si manente. ff. de preca. Nos vero sumus in locatione tacitè renouata, quæ alia, & noua locatio dicitur, in qua iuramentũ non censetur repetitum per prædicta: quam differentiam inter dispositionem prorogatam, & renouatam sensit etiam text. in d. l. sed & si manente, si rectè inspiciatur & expresse tradunt scrib. & præcipuè Decius in d. c. de causis col. iiij. Quinimo Dec. ibi post Bal. in consil. ccclxvij. per text. in d. ca. pen. tenuit, quòd licet terminus prorogatus idem cum primo regulariter censeatur. d. l. sed & si manente, tamen respectu iuramenti secus est, quia in dispositione prorogata tale iuramentum non censetur repetitum, sed prorogatio absque illo facta simpliciter intelligitur, multo magis ergo à fortiori hoc dicendum est in dispositione, seu locatione renouata, quæ alia, noua, & diuersa à prima censetur argum. d. c. penul. de iureiuran. cum aliis supra deductis, & hæc de iure vera esse, & in practica seruanda fore credo.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta ab heredibus alicui relicta vbi præstari possint, & debeant.*

2 *Alimenta in domo heredum relicta in dubio vbi relicta censeantur.*

3 *Alimenta alicui à testatore relicta ibi præstantur, vbi legatarius commode, quiete, & honeste viuat.*

4 *Habitationis relictum simile est legato vsusfructus, quod vsque ad vitam legatarij durat.*

5 *Habitationis, & alimentorum relictũ vbi, & quomodo ab herede præstari possit, & debeat.*

6 *Legatarius pro exequutione legati sibi facti ad omnia bona hereditatis hypothecaria agere potest.*

Quæstio

Quæstio 101.

TESTATOR in testamento suo reliquit filiæ alimenta, & habitationem in domo infrascriptorum heredum, si honeste, & bene vixerit: Heres heredum illorum, qui in testamento descripti fuerant domum magnam alienauit, in qua testator & heredes in testamento descripti semper habitauerunt: quæsitum est, an huiusmodi alienatio relicto alimentorum, & habitationis facto filię prędiudicauerit, adeo quòd ipsa non in domo magna testatoris, & heredum in testamento descriptorum, sed in domo ab herede, qui alienauit conducta, aut alibi alimentorum, & habitationis legatum consequi debeat. Et à verbis legati non recedendo, sed illis inhærendo, vt in simili dicitur in c.j. de duobus fratr. à cap. inuesti. quia ex verbis mens colligitur. l. labeo ff. de suppel. leg. ad fauorem filiæ concludendum esse existimaui, ipsam non teneri ad recipiendum habitationem, & alimenta in domo habitationis ab herede conducta: sed in domo habitationis paternæ, in qua heredes in testamento descripti semper vsque ad eorum mortem habitauerunt: vel quia forte hoc esset difficile ob culpam, & causam heredis, qui domum prędictam vendidit, & alienauit inuita filia testatoris, quæ de iuribus suis, & de legato alimentationis sibi facto antea protestata fuit, saltem illi præstanda erunt alimenta vnà cum congrua pensione vnius domini secundum qualitatem, & conditionem personæ dictæ filiæ arbitrio boni viri. l. cum alimenta. l. cum vnus. in princi. ff. de ann. leg. Nam aduertendum est, alimenta in hoc casu non esse simpliciter sine adiectione loci relicta. & vltra alimenta etiã fuisse relictam habitationem declarandam ex habitatione heredum descriptorum in testamento: & ideo non sumus in terminis illis, in quibus doct. Bart. & alij maxime in l. j. ff. de alim. & cib. lega. volunt quòd heredes possint alimenta præstare in domo habitationis ipsorum heredum, quia hoc magis ipsis expedit, vt tradit etiam Bart. in l. Caio §. imperator. eo. tit. nec etiam sumus in casu, in quo filia alimenta extra locum, in quo relicta fuerint, consequi velit, cum illa petat in domo,
1 in qua relicta fuerunt, †quòd autem in casu, de quo agitur alimenta in domo habitationis heredis primi heredis non debeantur, demonstratur, quia, vt inquit Bart. in d. l. j. quòd heres possit præstare alimenta in eius domo, & habitatione, cum hoc sibi magis vtile sit, fallit, nisi de contraria mente testatoris appareat: Sed constat expresse de contraria mente testatoris relinquentis, quia demonstrauit domum, in qua propter honorem & dignitatem suã voluit alimenta debere pręstari, dicendo in domo habitationis heredum suorum infrascriptorum, quæ fuit domus magna, in qua testator habitabat, quia semper in illa heredes in testamento descripti vsque ad suam mortem habitauerunt, ergo in ea, prout verba expresse ostendũt, præstãda sunt. Nec obstat, quòd quando heredes sunt grauati præstare alimenta, non solum primi, sed heredes heredum in infinitum grauati dicuntur. l. cum vnus in princip. ff. de alim. & cib. legat. ergo in domo heredis primorum heredum sunt præstanda, Quia respondetur, quòd ex quo testator, qui alimenta reliquit, se ad domum habitationis infrascriptorum heredum suorum retulit, debet intelligi de domo magna testatoris, vt supradictũ est, nam heres heredum non dicitur de heredibus descriptis in testamento: vnde intelligendum est de domo habitationis primorum heredum, qui actualiter descripti fuerunt, adeo quòd per scripturam testamẽti legi possunt, arg. l. j. ff. de iis, qui in testam. delen. Pręterea
2 †semper in dubio quando relicta sunt alimẽta in domo heredũ, debent intelligi relicta in domo, in qua testator familiariter habitabat, quando testator habebat domum suam, vel plures, & in altera tantum morabatur, vt voluit Bald. in consil. lxxij lib. iij. Considerabam ad hæc, quòd testator reliquit filiæ alimenta, & habitationem in domo &c. si honeste, & bene vixerit:
3 †ex quo apparet ipsum voluisse, filiam legatariam debere percipere, & habere alimenta, & habitationem in domo idonea, in qua commode, honeste, & quiete habitare posset, & absque verecundia, vt illa verba demonstrant, & probatur ex text. in l. cum vnus in princ. ff. de aliment. & cibar. legat. ibi, quid enim si cæteros suos heredes euitauit, & quietam, ac verecundam, atque etiam idoneam libertis consulens domum sequi maluit: faciunt not. per Barto in d. l. j. & in l. libertis. §. Lucius, & in d. § imperator. ff. de alim. & cib. leg. & vbique per Alexan. in apost. Bald. in auth. quod locum. C. si secun. nup. mul. col. ij. in l. j. col. ij. C. de legat. & in l. si ea. C. de condit. inser. sed in hoc casu filia commode absque verecundia, quiete, & honeste non poterat habitare in domo dicti heredis, quoniam ibi vnà cum herede habitabat eius tutor, cum vxore, & tota eius familia, cum multis famulis & famulabus, cum quibus ipsa quiete honeste, & absque verecundia, vt decet, viuere non valebat, veluti quisque probus, & ingenuus vir hoc confiteretur, ergo illi alimenta in domo habitationis paternæ præstanda fuerunt, prout testator pater suus expresse voluit. Quod etiam demonstratur,
4 †nam vltra alimenta fuit etiam relicta habitatio in certa domo, vt dictum est, ergo illius vsusfructus dicitur relictus, quia habitatio similis est vsufructui, adeo quòd ad præiudicium filiæ legatariæ, & sui relicti habitationis non potuit domus illa alienari, cum in ea habitatio, & vsusfructus vsque ad eius mortem duraturus fuerit relictus. l. cum antiquitas. C. de vsufru. igitur & si non ratione alimentorum saltem habitationis relictæ dicendum est ipsi filiæ deberi habitationem in domo magna testatoris, & in illa alimenta præbenda esse.
5 Nec obstat, †quod heres heredum, qui tenetur ad alimenta præstanda. d. l. cum vnus. in prin. possit domum conducere, illámque tradere habitandam filiæ prædictæ per ea, quæ velle videntur Bald. Pau. & alij in l. si domus in princip. ff. de legat. j. Nam respondetur hoc verum esse, quando testator nullas haberet ædes, vel habitationem, certæ domus non reliquisset: sed quando plures ædes haberet, tunc deberetur habitatio in altera ipsarum, dummodo in illa honeste, commodè, idonee, & absque verecundia legatarius habitare posset, vt voluit Bald. in l. in annalibus, in fin. versic. C. de legat. & bonus text. in d. l. cum vnus in princi. In dubio etiam intelligitur de domo, in qua ipse familiariter habitare consueuerat Bald. in d. consil. lxxij. libr. iij. Et hoc absque dubio in nostris terminis verum est, quia testator non solum alimenta. sed etiam habitationem reliquit in domo suæ habitationis per verba suprarelata, ergo in domo illa habitatio omnino debetur d. l. cum antiquitas, & ita est de mente Bal. in d. l. cũ antiquitas, & ita est de mente Bald. in d. l. in annalibus in antepen. q. qui dicit, quod si testator vxori alimenta indeterminate relinquat, nec dicat, in qua domo, possunt in domo arbitrio heredis præstari, Ergo secus esse sentit, si determinate dixerit, in qua domo præstanda essent, veluti hic dictum fuit, faciũt etiam illa, quæ habentur Barto. in l. si domus in princip. ff. de legat. j. quòd si testator habitationem domus absque specifica demonstratione relinquat, si vnam tantum habebat, de illa in dubio intelligitur, sin plures, in ea habitatio debebitur, de qua heres arbitrabitur, dummodo talis sit. in honeste, commode, quiete, & idonee possit habitare, vt colligitur ex verbis Barto. in d. l. in annalibus, & argum. d. l. cum vnus in princip. Sed in hoc casu testator expressit, ac determinauit domum, in qua filiam habitationem habere volebat, vt ex verbis testamenti apparet, & supra sæpius dixi, ergo in illa habitationem habere debet, non obstante alienatione illius,

vt supra facta, quia inuita, & denegante filia, cui habi
tatio debebatur, heres nihil ad præiudicium habita-
tionis relictæ facere potuit. l. fin ff. de vsufru. & habi.
& hoc etiam voluerunt Moder. in tract. seruit. in titu.
de seruitu. habi. in ij. col. qui multa ad casum nostrum
facientia referunt, faciunt illa, quæ tradunt Alex Pau.
de Cast & alij in d. l si domus. Concluditur ergo ex
prædictis, quòd heres tenetur in domo magna, quæ
fuit testatoris, & in qua habitatio, & alimenta relicta
fuerunt, habitationem filiæ prædictæ præstare, quam-
uis illa fuerit alienata, cum id nõ potuerit fieri ad da-
6 mnum legatariæ, † quæ pro relicto habitationis sibi fa
cto domum, & alia testatoris bona hypothecata & o-
bligata habet Bart. in l. Lucius. ff. de alim. & cib. leg. &
arg not. in l. j ff. de legat. j. l. j. C. communia de leg. facit
quod habetur per Bart. in l. Caius. ff. de annu. lega ibi-
que Bartol. qui hoc clarius voluit in l. fundus, quem. ff.
eodem Quo fit, vt pro exequutione legati facti possit
agere hypothecaria ad dictam domum, vel alia bona
hereditatis. Cæterum considerando, quòd si in dicta
domo, vt supra, alienata habitatio, & alimenta prædi-
ctæ filiæ præstarentur, forte quiete, honeste, commode
& idonee morari nõ posset, & cum ipso honestissima,
nobilissimáque matrona esset, illi salua honestate, per
domos extraneorum vagari non licebat, sicuti in simi
li dicitur in clem. j. de statu mona. idcirco dixi pro ma
iori vtilitate heredis saltem legatariæ præstãdam fuis
se congruam pensionem, qua domum suæ conditioni
conuenientem conducere valeret, & hoc est vltimum
subsidium, quod in hac causa tam legatariæ quàm he-
redi præstari potest iuxta ea, quę habentur per Moder.
in d. titu. de seruit. hab & per Bal. in d. l. in annalibus, &
per Pau. de Cast. Alex. & alios in d. l. si domus in prin.
ff. de leg. j. Quæ omnia in iure vera esse mihi visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Ius superueniens actori, lite pendente, absque nouo
libello ei ad victoriam contra reum prodest, &
quando hoc verum sit. num. 6.*
2 *Et in iudicio reali, vel quasi etiam post lite, contest.
illi prodest, ex quacunque causa superueniat, &
quando hoc procedat. num. 2.*
3 *In iudicio singulari actor in eadem instantia, eo-
démque iudicio ex iure sibi lite pendente superue
niente ex causa de nouo, & non de præterito non
potest obtinere.*
4 *Et quando dicatur causa de nouo, & quãdo de præ-
terito.*
5 *Ius lite pendente superueniens ad hoc, vt prosit sal-
tem ante conclusio. in causa, & multo magis ante
latam sententiam superuenisse debet.*
6 *L. iiij. ff. de petit. hered. declaratur.*
7 *Ius an actori in iudicio singulari, an vero in vniuer
sali superueniat, differt, & quare.*
8 *L. si mater. §. eandẽ. ff. de excep. rei iud. intellectus.*

Quæstio 102.

EGIT Titius contra Caium actione hypotheca
ria, & ex pacto precario, ac succubuit. cum nec
hypotheca, nec precarium aliquod super bonis
Caij in instrumenta quodam fideiussionis extaret: la-
ta sententia, & appellationis interpositæ lite, & iudi-
cio pendente, iura à quibusdam Titio cessa fuerunt, an
vigore cessionis huiusmodi, & iuriũ cessorum de no-
uo superuenientium Titius in causa appellationis ob
tinere deberet, in quæstionem, disceptationémque ve
nit. Et Titio iura prædicta cessa, & de nouo superue-
1 nientia prodesse, quid esse quidẽ videbantur, quia † ius
superueniens actori, lite pendente, illi ad victoriam
prodest contra reum absque nouo libello Barto. in l. si
Titius. ff. de verb. oblig. Alex. in l. non potest. ff. de iud.
ergo magis hoc dicendum est, quando lite pendente
hoc fuisset petitum, prout in causa appellationis, post
quam ius Titius superuenit, factũ fuit in casu nostro.
2 Secundo † in iudicio reali, vel quasi indistincte ius a-
ctori superueniens lite pendente, ac etiã post litem cõ
testatam illi ad victoriã prodest, non habita distinctio
ne ex causa ne de præterito, an vero ex causa de nouo
superueniat l. sin autem. § possidere. ff. de rei vendic. l.
tigni. ff. ad exhib. l. quæsitum in fi. ff. de pecul Ang. A-
retin. in §. j. in vlt col Instit. de actio. Sed nos sumus in
iudicio reali, videlicet hypothecariæ. l. pignoris cum
gl. & ibi Bart. ff. de pigno. l. pignoris. C. eo. tit. ergo &c.
Tertio induco l. iiij. ff. de peti. hered. l quæsitũ in prin.
ff. de pecul. cum simi. vbi fit condemnatio etiam de re,
quę post litem contestatam ad reum peruenit. Quartò
optimus est text. in l. si mater. § eandem. ff. de excep. rei
iud. vbi si actor fuit effectus dominus post litem motã
ex noua causa, & ex illa hominem petat, non repellitur
exceptione rei iudicatæ propter ius sibi superueniẽs.
Sed, his non aduersantibus contrariam opinionem es
se in terminis nostris veriorem putaui, videlicet quòd
Titius in hoc iudicio, & in hac causa appellationis cõ
tra Caiũ obtinere non debeat ex iure sibi superuenien
te per cessionem iurium, vt supra lite pendente factã,
sed nouum iudicium requiratur, nouáque instãtia per
Titium inchoari debeat. Et in hanc sententiam illud
3 me primum adducit, † nam quando sumus in iudicio
singulari, ius superueniens lite pendente, actori nihil
ei ad victoriam cõtra reum prodest in illomet iudicio,
& in eadem instantia, quando ius illud ex causa de nõ
uo, & non ex causa de præterito superuenit, ad hoc e-
nim vt in eodẽ iudicio ex superuenienti iure quis ob-
tinere possit, ius superuenire, & non causam oportet,
secus si ius, & causa superueniret secundum Iacob. Bu
trig. in l. edita. C. eden. & hæc est communis conclusio
doctorum, pro qua est text. in l. non potest. ff. de iudic.
4 † Causa autem de nouo esse dicitur, quãdo nec re, nec
spe res debebat, De præterito verò. quando litis motæ
tẽpore sibi deberi spectabatur, vt quia contractus pręe-
cesserit, sed non dum cesserit, nec dies venerit, vt per
Bart. & alios in d. l. non potest, hoc sequitur Bart. ibi, &
in d. l. si mater. §. eandem. gl Bar. Bald. & Pau. de Castr.
in l. si rem in fin ff. de pigno. actio. Bal in d. l. non potest
Alex. in consi. clxxviij. libr. ij. in fin versi. Sed in hoc ca-
su tempore litis tam principalis, quàm appellationis
motæ per ipsum Titium nullum ius Titio ex cessione
sibi facta re, vel spe competebat, ergo &c. Præterea
5 † ad hoc, vt quis possit obtinere ex iure superuenienti
lite pendente, requiritur, quod saltem illud superuene
rit ante conclusum in causa, & magis ante sententiam
latam, vt probatur ex his, quæ voluit Bar. in d. §. eandẽ,
& Alex. in d. consil. clxxvij. in fin. sed in hoc casu ante,
quàm ius istud cessum superueniret Titio non modo
conclusum erat in causa, sed etiã lata fuerat sententia,
ergo &c. Nec obstant in contrariũ adducta, & primo,
quod nouus libellus non requiratur per ea, quę voluit
6 Bar. in d. l. si Titius. Quia respondetur, † illud verum es
se in iis casibus, in quibus quis ex iure post litem motã
superuenienti obtinere potest, vt quia ex causa de præ
terito superueniret, secus si ex causa non de præterito,
quia tunc nouus libellus requiritur, & noua debet in-
choari instantia, vt est text. & ibi Bart. Bal. & alij in d. l.
non potest, & in d. l. si rem in fin. Non repugnat secun-
dum, quod in iudicio reali indistincte quis possit ex
iure superuenienti obtinere, vt per Ang. in d. §. j. cum
7 aliis, quia † illud verum est, quando ius actori superue-
nit ex parte ipsius rei: & ita loquitur text. in d. l. fin au-
tem. §. possidere cum simil. secus si actori ex parte i-
psius actoris superueniret, vt declarat Bal. in d. l. nõ po
test. Dyn. in. §. j. Instit. de action. d. l. si mater. § eandem.
sed in hoc casu ius superuenit Titio ex parte ipsius,
quia

quia illi ante litem motam nec re, nec spe ius aliquod
competebat ex dicta cessione, cum omnino post litem
motam, appellationémque interpositam superuene-
rit, ergo &c. Tertio non obstat. l. iiij. ff. de petit. hered:
cum simil. supra allegatis Quia breuiter respóderi po
8 test, †illum text. loqui non in iudicio singulari, sed in
vniuersali, in quo ius superueniens ipsi actori prodes-
se dicitur: ratio est, quam referunt Bald. in d. l. non po-
test, & Ang. in d. § j. Natura enim huius iudicij vniuer
salis est, vt omnia includat. l. seruitus. ff. de seruitu. & l.
Lucius. ff. de fund. instruct. Nec verò sumus in iudicio
singulare, in quo ius ex causa nõ de præterito lite pen
dente superueniens actori ad victoriam in eodem iu-
dicio, eadémque instantia non prodest d. l. non potest.
Non aduersatur quartum fundamentum de d. l. si ma-
9 ter. §. eandem †quia textus. ille non probat, quod ius su
perueniens ex noua causa prosit actori in eodem iu-
dicio, eadémque instantia alioquin esset contra d. l. nõ
potest, sed probat, quod prosit in alio iudicio, aliáque
instantia ex nouo libello inchoata, vt quia actor in pri
mo iudicio succubuerit, deinde ex iure superuenienti
aliud iudicium inchoauerit, obtinebit enim neque illi
obstabit exceptio rei iudicatæ: & hoc est in effectu,
quod vult ille text. secundũ quod cum intelligit Bal. in
d. l. non potest. Et hæc vera esse de iure arbitratus sum.

SVMMARIVM.

1 *Facta in iudicio per falsum curatorem vel procura
torem & per eum, qui se pro tali gerebat, nomine
minoris, quando valeant, & minori, eiúsque here
dibus prosint, quod declaratur. num. 2.*
2 *Et in iis an minoris ratihabitio requiratur.*
3 *Et an heres minoris post illius obitum, ad effectum
vt illi prosint possit ea ratificare.*
4 *Ratificatio prædicta infra quod tempus à minore
fieri debeat.*
5 *Beneplacitum alicuius quomodo reuocetur.*
6 *Suspendere causas, & instantias est odiosum exorbi
tans & restringibile.*
7 *Suspensio causæ, vel cõcessio facta ad beneplacitum
partium dupliciter reuocari potest.*

Quæstio 103.

FACTA fuit suspensus causæ appellationis per
assertum, & prætensum curatorem & procurato-
rem, & curatorio nomine cuiusdam minoris ann.
xxv. ex vna, & inter Semproniũ ex altera per tres dies,
& vltra ad ipsarum partium beneplacitum reuocanda
per alterum partium altera parte præsente, vel legiti-
me citata coram iudice commissario, qui de volunta-
te partium & ad earum instantiam suspensionem esse
legitime factam pronunciauit. Mortuo dicto præten-
so curatore, qui verè non fuit curator, sed procurator
minus legitime constitutus, ex quo à dicto minore.
xxv. annis absque authoritate curatoris, vel iudicis,
prout ius exposcebat, constitutus fuit. vt in l. neque v-
bi late habetur. C. de procurat. Mortuo quoque dicto
minore, heredes illius volunt dictã suspensionem re-
uocare, vt in causa appellationis pro parte dicti mino
ris interpositæ procedi possit, cum pendente suspẽsio-
ne de expresso consensu partium facta, appellationis
causa dormiat, & appellanti interim tempus à iure vel
ab homine præfixum non currat clemen. quandiu cum
ibi not. de appella. Sempronius obiicit, reuocationem
huiusmodi fieri non posse ad effectum, vt in causa ap-
pellationis procedi possit, cum suspensio, vt supra fa-
cta non valuerit, neque causam appellationis suspen-
dere potuerit, & consequenter causam appellationis,
eiúsque instantiam fuisse desertam, ac peremptã, quia
nullo tempore dormiuit, nec in suspenso stetit, cum su

spensio non valuerit tanquam facta pro parte minoris
ab eo, qui pars non erat, prout de iure requiritur dicta
clem. quandiu, nec talis erat, qui in iudicio legitime
pro minore posset comparere, cũ nec curator, nec pro-
curator legitime cõstitutus esset ad tradita in d. l. ne-
que. & in l. j. & ij. C. qui legit. pers. hab. stan. in iudi. He-
redes minoris ex opposito replicant, suspensionem va
luisse, & consequenter reuocari posse, nam siue tan-
quam à curatore, qui vere non erat curator, facta fue-
rit, tamen ad fauorem minoris valere debuit, ne inte-
rim causa appellationis deserta, eiúsque instantia per-
1 empta diceretur, † quæ enim fiunt in iudicio nomine
adulti per falsum curatorem, & per eum, qui se procu
ratore gerit, non valent ipso iure, quando in præiudi-
cium minoris tenderent, secus si fauorem & illius vti-
litatem respicerent, vt voluit Bartol. in l. si is. ff. de eo,
qui pro tutor. vel curato. in l. j. ff. quod fal. tut. & in l. ij.
ibique gloss. C. qui legiti. perso. hab. stan. in iudi. & est
gloss. in l. penult. C. si aduer. rem iudica. siue suspensio
facta fuerit tanquam à procuratore minus tamen legi
time constituto, vt supra, illam, vt in curatore, valuisse
dicendum est, per text. vbi casus clarus, & ibi doctor.
omnes in l. non ideo minus. C. de procura. & habetur
in l. j. C. qui legi. person. hab. stan. in iudic. Sed suspen-
sio in hoc casu continet fauorem, & vtilitatem mino-
ris, & ad eius fauorem fuit facta, videlicet ne appella-
tionis causa desereretur, propter quod maximum ipsi
minori damnum esset illatum, ergo illam valuisse di-
cendum est Et inquit Bald. post Petr. & Cyn. in d. l. non
ideo minus, quod si aduersarius minoris dicat acta nõ
valere, & reuocari petat tanquam facta pro minore à
curatore, vel procuratore suo non legitimo, & minor
contradicat, quia fauorem suum contineant, illa non
sunt reuocanda, sed valent: ita in hoc casu dicendum
est. Cæterùm, non repugnantibus his, suspensionem
non valuisse, vel saltem, effectum sortitam non fuisse,
nec per illam causam appellationis suspensam esse re-
ctius existimari censui, & consequenter eam cucurris-
2 se, ac iam diu fuisse peremptam, †quoniam facta à pro
curatore minoris non legitime constituto, vel ab eo,
qui se pro curatore gerebat, qui in veritate curator nõ
erat, ipsi minori effectualiter prosunt, & valent, quãdo
minor ex post facto illa firma, & rata haberet, & non
aliter, etiam si in illius vtilitatem tenderent: voluit ex
presse Barto post vltramontanos communiter in l. si tu
tor per gloss. ibi. C. quibus in caus. in integr. restit. non
est necess. qui hoc multum exclamat pro declaratione
d. l. non ideo minus: & in d. l. si tutor. hoc sequũtur Bal.
& Paul. de Castr. & Ioann. de Imola, in l. sæpe column.
xviij. ff. de re iudica. per Bartol. in l. mater, & ibi Doct.
communiter in § hoc iure. ff. de exceptio. rei iudica. &
Barba. in c. cum in iure peritus de officio delegat. qui
dicit glo. in d. l. si tutor veram, & communiter appro-
batam esse: quamuis Saliicetus, ibi in singulari opinio-
ne fuerit, quod ratihabitio non requiratur: sed ipso iu
re gesta in iudicio nomine pupilli à procuratore, seu
curatore minus legitime cõstituto valeãt, illíque pro-
sint: sed quicquid is dixerit, cum nihil concludens ad-
ducat, hæc est verior, & magis communis opinio, quã
etiam sentit Bal. in d. l. non ideo minus, dũ dicit, quod
acta facta, vt supra, nõ debent reuocari ad petitionem
aduersarij, si minor contradicat, & consequenter si mi
nor habuerit ratum, & firmum id, quod eius nomine
3 factum fuit, †& quærere, an prosint minori ipso iure,
vel ipso ratum habente, est inuestigatio multum vti-
lis, nam si interim ante, quam minor ratificaret, ipse
moreretur, heres illius post mortem eius non posset ra
tificare ad effectum, vt illa acta, & gesta nomine mino
ris valerent. & heredi prodessent. sicut minoris vale-
rent, & heredi prodessent, sicut minori potuissent, si i-
pse viuens ratificasset: ita expresse voluit, & fatetur,
stante communi opinione, de qua supra dictum est.

4 Salicet.in d.l. non ideo minus: †& Bald.in d. l.si tutor in versicu.& secundum hoc dicit, quòd talis ratificatio fieri debet infra paucos dies à die scientiæ illius facti nomine minoris.& si post paucos dies non fiat, amplius ratificari non potest per l.ratum. & l.quod dicimus.ff.de solutio.& l.quo enim.ff.rem rat.hab. sed nõ constat minorem statim,vel etiam maiorem factum ratificasse dictam suspensionem, ergo illi, vel eius heredibus prodesse, & effectum habere non potuit, nec etiam ab heredibus minoris ratificari valuit per suprà dicta: ex quibus apparet responsum omnibus in contrarium adductis,quia declarantur,& limitantur,quã do minor habuisset ratum id,quod in iudicio eius nomine gestum fuit per procuratorem, seu curatorem falsum,aut non legitime constitutum per ea,quæ voluit Bartol.in d.l.si tutor cum similibus.Præterea esto, quòd dicta suspensio ad fauorem dicti minoris per prætensum illius curatorem , vel procuratorem facta valuerit, tamen adhuc illam per heredes minoris non posse reuocari affirmo, sed iam diu saltem à tempore mortis curatoris vel procuratoris, aut dicti minoris per illorum obitum iuris censura fuisse reuocatam, &
5 finitam:quoniam †quando aliquid fit, seu conceditur ad beneplacitum alicuius personæ, & ad beneplacitũ alicuius reuocari potest, per mortem illius reuocari, & extingui dicitur, quia moriendo finitur beneplacitus,vt voluit Specula.in titu. de loca.§.nunc vero aliqua in versicul.clemen.& ibi Ioannes Andræa. in additio.ad Specula.in titul.de action.in. §.super versicul.item si papa:& est text.clarus.& in terminis in c.si gratiose de rescript.in vj.vbi concessio facta à Papa vsque ad eius beneplacitum morte ipsius Papæ reuocatur,& extinguitur,adeo quòd ad successorem non transit,nã cum voluntas,& beneplacitus à certa persona dependeat moritur cum suo esse corporaliter , quia solum corpus sine anima non est homo , vt inquit Domin.in d.c.si gratiose in iiij.colum.Nec filij,seu heredes dicti minoris possunt talem suspẽsionem, & beneplacitum reuocare,quoniam cum facta fuerit ab illius prætenso curatore,vel procuratore ad eorum beneplacitum, aliusque sit bene placitus illorum, & alius beneplacitus heredum,d.c.si gratiose,& Specula.in locis præallega.filij,& heredes minoris non possunt illum beneplacitum curatoris reuocare,quia iuris censura morte illius, seu minoris reuocatus fuit vt dictum est , & habetur per Cardin.in clement.j.§.permissa de suppl. negligen.præl.vbi per mortem naturalem eius,qui actum ad beneplacitum fecit,reuocatur actus,&beneplacitus , non autem per mortem ciuilem , vt voluit Domin.in d.c.si gratiose. & satis ad propositum facit, quod idem Domin.ibi voluit,quod in d.ca.si gratiose beneplacitus, & concessio ab beneplacitũ facta ideo per mortem naturalem concedentis reuocatur , quia ille text.loquitur de gratia ambitiosa, & consequenter restringenda,vt ibi habetur,& argumen.ca.quam-
6 uis de præben.in vj. Sed †suspendere causas,& instantias, illásque differre est odiosum,exorbitans , & restringibile , & idcirco fieri non potest nisi de expresso consensu partium,& non ex tacito clement.quamdiu. & ibi gloss.& doctor.de appellat. & probatur argum. text.cum ibi not.in l.properandum. C.de iudic.canonistæ maxime Moder.in c.ex ratione de appella:.ergo suspensio ad beneplacitum facta per mortem naturalem suspendentis reuocata dicetur. Non obstat,quòd suspensio in casu nostro facta ad beneplacitum partiũ potuit per alteram ipsarum reuocari altera parte præsente , vel legitime citata , ergo non per mortem alte-
7 rius,Quia responder.potest, †suspensionem , seu concessionem factam ad beneplacitum partium dupliciter posse reuocari, primo à lege per mortem naturalem concedentis,vel suspendentis.d.c.si gratiose cum aliis supra allegatis, & de hac reuocatione expresse conuentum non fuit,sed solum tacite, & iuris censura,cum ius ita interpretetur.d.ca.si gratiose & argum. c.ij.de rescript.l.nemo.ff.de legat.j.& l.si duo.ff de acquiren.hered. vbi faciens actum videtur se omnibus iuribus de illo loquentibus astringere. Secundo potest ab homine reuocari in vita ipsius facientis,& concedentis per expressam reuocationem , vt habetur in d.c.si gratiose, & de hac expressa hominis reuocatione fuit expresse actũ vt ab altera partiũ altera præsente,vel legitime citata possit reuocari, non autem fuit actum de illa,quæ fit à lege per mortem naturalem cõcedentis, quæ nec citationem nec præsentiam alicuius requirit,sed ipso iure fit per mortem naturalem.d. c.si gratiose.sibi enim quis,haud legi,& naturæ legem imponere potest d.l.nemo , & d.l.si duo, & cum dies mortis incertus sit l.dies incertus.ff. de conditionib. & demonstrationib.pacto partium conueniri non potest,quòd reuocatio,quæ ipso iure per mortem fieret, parte præsente,vel legitime citata fieri deberet. Sed si prætensus curator,qui suspensionem facit , aut minor in eius vita voluisset expresse illam reuocare , debuisset hoc facere parte præsente,vel legitime citata. Ex his igitur firma remanet cõclusio,quòd ex quo minor suspensionem illius nomine factam per prætensum curatorem non ratificauit,ea non valuit, neque heredibus minoris profuit:vel posito , non tamen concesso, illam valuisse,ea per mortem prætensi curatoris,vel saltem minoris fuit reuocata.Et ita iuris esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vulgaris solum facta censetur, quando quis vnum instituit , & alium simpliciter substituit per verbum,substituo.*

2 *Nisi ex verbis adiectis constaret mentem testatoris fuisse , vt diuersa tempora comprehenderet , tractúmque temporis contineret.*

3 *Exempli gratia dicta , regulam, dictúmque generale non restringunt.*

4 *Inter personas penitus eiusdem gradus non datur successio,nec diuisio in stirpes,aut in capita . sed simultanea.*

5 *Filiorum appellatio quandoque stat collectiue , vt nepotes quoque contineat,maximè in testamẽtis.*

6 *Substitutio,in qua ordo successiuus & affectio charitatis attenditur,facta simpliciter dicitur etiam fideicommissaria.*

7 *Verba illa,vt supra,quid sui natura operentur.*

Quæstio 104.

CVM quis Caium sibi heredem in testamento fecisset,eidémque filios proprios masculos ipsius Caij tantum in capita, & non in stirpes substituisset,dubitatum est.an hæc substitutio facta de filiis Caij vulgaris solum fuerit , an verò etiam fideicommissaria adeo,quòd post mortem Caij eius filij ad hereditatem per fideicommis.vocati dicantur.Bart.& alij magis communiter in l.Gallus. §. quidam rectè.ff. de liber.& posthum.per illum text. iuncto vno exem-
1 plo,& intellectu gloss.ibi volunt quòd † si etiam extra casum necessitatis institutio vnius sit facta, & substitutio alterius simpliciter per verbum substituo, illa censeatur esse solum substitutio vulgaris,quæ per additionem hereditatis factam ab herede instituto euanescat iuxta.l.post aditam.C.de impub.& aliis sub.Quæ communis conclusio probatur per text.in l. nam hoc iure.§ j.in vulgarem tantummodo casum factã videri substitutionem &c.ff de vulgar.& pup.cui textui non respondet Bald. contrariam sententiam sequutus in l. humanitatis.in versic.secundò quæritur.C.de impub. Prædictã opinionem sequuti fuerunt Bar.in l.centurio

in versic.oppono ad prædicta,& in l.Lucius in penul.
q.& ibi alij communiter.ff.de vulgar.& pup.quos re-
fert,& sequitur Alex. affirmans ita communiter con-
cludi à doctoribus in d.§.quidam rectè.vbi hoc idem
2 sequuntur Aret.Soccin.& alij Moder. Sed tamen † hæc
communis conclusio limitata est,in casu,quo in substi
tutione verba aliqua essent adiecta, ex quibus consta-
ret,testatorem voluisse in ea diuersa tempora , seu ali-
quem temporis tractum comprehendere,& exemplifi
catur,veluti quando dictum esset,quandocunque de-
cesserit , substituo Titium , vel post mortem heredis,
vel si non habuerit filios , vel si decesserit sine liberis
substituo &c. vel aliis similibus verbis testator vsus
fuisset,ex quibus colligeretur , ipsum diuersos casus,
diuersáque tempora voluisse comprehendere,vt con
cludunt doct.omnes Imola.Alex.Paul.de Castr.Areti.
Socin.& reliqui in d.§.quidam rectè qui modis præ-
dictis exemplificant,non excludendo tamen,quin idẽ
sit,vbicunque aliter ex verbis constaret,testatorem vo
luisse comprehendere plura,ac diuersa tempora , tra-
3 ctúmque temporis denotare,Dicta † enim, gratia exem
pli,regulam,dictúmq; generale non restringunt.§.ha-
ctenus Instit.de gradibus.l.quæsitum.§.fin.ibique Bar.
ff.de fund.instruc.l.iij.in princip.ff.de public.l.damni
infecti quidam,& ibi Bart.ff.de damn.infec.Et secun-
dum hanc limitationem intelligitur id, quod alias Bo
noniæ conclusum fuit,vt refert.Barto.in d.§. quidam
rectè per tex.in l.precibus.C.de impub.& al.sub.quòd
talis substitutio esset compendiosa , videlicet quando
vel ex verbis,vel ex mente testatoris appareret, ipsum
voluisse diuersa tempora comprehendere tractúmque
temporis denotare,nam d.l.precibus.propriè sic loqui
tur,& ideo Bononiensium opinio hoc modo debet in-
telligi per text.quem allegant,arg. not.per Bart.in l.nõ
solum.§.liberationis verba.ff.de libera.lega.At in hoc
casu apparet ex verbis in substitutione appositis,quòd
testator voluit diuersa tempora comprehendere, tra-
ctúmque temporis denotare,ergo &c. Nam in substi-
tutione facta dictum fuit,quòd filios Caij in capita,&
non in stirpes substituebat,quæ verba sui natura plu-
res,& diuersas personas,item & diuersos gradus com
4 prehendunt quia † inter personas penitus eiusdem gra
dus non datur successio , nec diuisio in stirpes, nec in
capita,sed simultanea vt habetur in l.nepotes, & in au
then.in successione.C.de suis,& legit. in authen.de-
functo.C.ad Tertyll.auth.cessante, auth.post fratres,
& in corpore.C.de legit.hered. Vnde cum testator di
xerit filios tantum masculos eiusdem Caij substituo
in capita,& non in stirpes,mens eius fuit velle plures
personas , pluresque gradus comprehendere, hoc est
nepotes,& alios,& cum tunc solum filij Caij,haud ne
potes extarent,infertur necessariò,testatorem voluisse
comprehendere diuersa tempora,tractúmque tempo-
5 ris denotare: † Nec inconueniens est,appellatione fi-
liorum nepotes quoque contineri maximè in materia
testamentaria , & consequenter nomen filiorum stare
collectiuè,vt importet plures,& diuersos gradus, plu
résque personas, veluti colligitur ex iis,quæ in termi-
nis voluit Bart.in l.re coniuncti,in versi.secundo prin
cipaliter.& in versic.quarto principaliter quæro.ff.de
leg.iij.& in l. liberorum.ff.de verb.signif. & refert, ac
sequitur Soc.in d.l.Gallus.§.instituens.col.iij.in versi.
tertio loco,& in d.§.quidam rectè colum.iiij. in versi.
circa tertiam,& in versic.ex qua consideratione. Cum
itaque tempore testamenti solum filij Caij pupilli , &
infantes,non autem nepotes, nec alij sequentium gra
duum extarent,& ex verbis illis in capita,& nõ in stir-
pes appareat testatorem sub illis verbis filios mascu-
los tantum substituo voluisse comprehendere non so
lum plures personas : sed etiam diuersos gradus , hoc
est plures diuersorum graduum personas,sequitur ne
cessariò , quòd ex verbis prolatis apparere dicitur de
mente testatoris ipsum voluisse comprehendere diuer
sa tempora, tractúmque temporis denotare : ergo hu-
iusmodi substitutio effectum quoque fideicommissa-
riæ per prædicta habere poterit. Adde,quòd ex supra-
dictis colligitur de mente testatoris fuisse quòd voca-
ti ordine successiuo , & secundum ordinem affectio-
nis admitterentur , videlicet primò Caius institutus,
secundò eius filij substituti , deinde nepotes masculi,
hoc namque est de natura nominum collectiuorum,
& de mente testatoris per nomen collectiuum dispo-
nentis,vt est text.clarus in l.cum ita.§.in fideicommis
so,ibique gloss.& doctor.omnes,& in l.peto. §.fratre.
6 ff.de legat.ij.l.fin.C.de verbor.significat.Sed † vbi cun-
que in substitutione ordo successiuus. & affectio cha
ritatis attenditur. substitutio facta simpliciter dicitur
etiam fideicommissaria,vt est de mente Paul.Castren.
in d.§.quidam rectè.quem refert,& sequitur Alexand.
post Bartol.ibi in v.colum.versic. sed iuxta hoc dubi-
tat hic Paulus Castren.an in casibus &c. ergo infer-
tur,quòd in hoc casu substitutio dicitur esse fideicom
missaria Hæc conclusio in nostris terminis fortius, &
euidenter confirmatur,præsupponendo, quòd in fidei
commissis mens magis attenditur,quàm verba,l.cum
proponeretur.ff.de lega.ij.l.pater filium.§.mater cum
gloss.ff.de legat.iij.l voluntatis.cum simi.ibi not.C.de
fideicom.item ex subsequentibus præcedentia decla-
rantur.l.si seruus plurium in fin.cum aliis.ff.de lega.j.
Bart.in l.fin ff.de reb.dub.Pau.de Castr.in consil.cxij.
incipien.super primo dubio &c. At secundum propo-
sita testator post substitutionem factam , de qua agi-
tur,circa finem testamenti in illa clausula cassans,& ir
ritans &c.voluit,quòd si cõtingeret ipsum testatorem
habere aliquem,seu aliquos filios naturales , aut spu-
rios masculos nascituros , omni meliori modo &c. i-
psos heredes instituebat, & eisdem filiis substituebat
dictum Caium,& vt supra eius Caij filios vulgariter
& per fideicom Noto illa verba, & vt supra eius Caij
filios vulgariter , & per fideicommis.ex quibus verbis
vt supra liquido patet, substitutionem antea factam
de filiis Caij non solum vulgarem,sed etiam fideicom
missariam fuisse,illa enim verba vt supra arguunt hãc
qualitatem fideicommissariæ inesse in prima substitu-
7 tione,quia † de natura horum verborum est rem cum
iisdem qualitatibus repetere, & dispositionem,ac sub
stitutionem ad casus expressos restringere,vt habetur
per Decium in consil.clxxxij.in fin.Andr.Barba.in con
sil.lij.inter consilia Alex.lib.iij.col.vj. Anchar.in con
sil.ccclxxj.l.j.§.hoc edicto.& ibi Bartol.ff.de postulan.
Ex quibus euidenter apparet nos non esse in terminis
conclusionis communis traditæ per scribent.commu
niter in d.§.quidam rectè.cum apertè cõstet quòd te-
stator substituendo filios masculos Caij voluit tam in
primo , quàm in secundo casu substituere non solum
vulgariter,sed etiam per fideicommis.propter illa ver
ba vt supra,quæ easdem qualitas repetunt. Nec appa-
ret ratio,quare filij Caij magis dici debeant substitu-
ti etiam per fideicommiss. ipsi Caio in secundo casu,
quàm in primo,cum in vtroque Caio eius patri substi
tuti fuerint , ergo idem in vtroque dici debet. l.à Ti-
tio ff. de verbor.obligat. Præterea in secundo casu,
quando filij naturales fuerunt instituti , & Caius illis
substitutus, Caio autem illius filij substituti fuerunt,
nulli dubium filios naturales magis à testatore fuisse
dilectos,quàm ipsum Caiũ,quia voluit illos esse Caio
præferendos,priúsque vocatos.argum.l.si viua matre.
C.de bon.mater.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de le-
gat.ij.l.peto.§ fratre.ff.eodem titul.Constat etiam di-
ctos filios Caij potuisse venire ex substitutione de eis
facta tanquam substitutos ad successionem filiorum
naturalium testatoris.videlicet in casu,quo Caius an-
te filios naturales decessisset iuxta ea , quæ habentur
per Bart.& alios in l.quandiu.in fi.ff.de acquir.hered.

& tunc ipsi filij Caij tanquam substituti filiis naturalibus testatoris venirent etiam ex substitutione fideicommissaria Bart.in d.l.quandiu. Vnde si hoc casu filij Caij ex substitutione fideicommissaria, de qua in fine testamenti, succedere potuerunt filiis naturalibus testatoris magis dilectis, idem multo magis dicendum est in casu quo ipsi Caio tantum fuerunt substituti, cũ non sit verisimile, testatorem voluisse magis grauare per fideicommis. filios suos naturales magis dilectos, quam Caium minus dilectum argum.d.l.si viua matre & l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testa. Quare ex præmissis omnino concludendum esse videtur filios Caij fuisse ipsi Caio substitutos nedum vulgariter, sed etiam per fideicommissum, & qui aliter hoc in casu diceret, contra testatoris mentem profectò veniret, illámque destrueret, quod minime faciendum est, cum tam ex verbis, quàm ex mente constet testatorem voluisse substitutionem etiam fideicommissariam facere.

SVMMARIVM.

1 *De errore calculi dici, aut opponi amplius non potest, quando super computationibus trãsactio, vel pactum fuisset factum.*

2 *L.vnica.C.de erro.calculi declaratur.*

3 *Error calculi in stipulatione, in sentẽtia, & in trãsactione expressus illas vitiat, & quomodo secus si in iis non esset expressus.*

4 *Error calculi computationes retractat, non obstante transactione, in qua error etiã non esset expressus, quando actor esset in euidenti calumnia.*

5 *Stipulatio importatur per verbum promitto in scriptis redactum.*

6 *Error calculi scripto priuato obiectus quo ad quid cognosci possit.*

7 *Obligatio prima valida per secundam extincta reuiuiscit, neque præscripta dici potest, quando secunda tanquam inualida rescinderetur.*

Quæstio 105.

FVIT olim quæstionis, vtrum ad impediendam
exequutionem eorum, quæ in scripto priuato su-
per saldo, & computo confecto cõtinebantur, ob-
staret exceptio erroris calculi à reo cõuento opposita?
Et non obstare verius visum est, vt probare videtur do
ctrina Bart.in l.ij.C.de iure fisci.lib.x cũ quo scrib.ibi
1 & in l.j.C.de erro.calc.simpliciter pertranseunt, † Vo
luit enim, quòd si facto calculo, vel computo de datis
& acceptis hinc inde fuerit facta transactio, vel pro-
missio per pactum de residuo, in quo alter debitor al
terius remãsit, vlterius de errore calculi dici nequeat,
& in hoc inter transactionem, & pactum nõ est facien
da differentia argumen. eorum quæ habentur in l.em
ptor.§.Lucius.ff.de pactis.& ibi Pau.de Cast.post Gu
liel.de cun.Cyn.& Barto.quos refert. Sed si post calcu
lum factum super ipso facta fuit transactio, non potest
amplius error calculi opponi. l.vnica.C.de errore cal
culi.ergo idem quando fuisset factum pactum, prout
in terminis nostris factum fuit. Potest aliter etiam in-
duci text. in d.§.Lucius. quòd ibi pactum in epistola
factum post saldum, & compotum est validũ, firmúm-
que remanet quo ad ea, super quibus saldum factum
fuit, & non super aliis in saldo non comprehensis abs-
que reseruatione iuris dicendi de errore calculi: Alle
gat etiam Bart.tex.in d.l.ij.& in l siquidem.C.de trãs-
actio.qui text.loquitur in transactione facta, quæ mi-
norem continebat quantitatem, quam esset verum de-
bitum, & tamen vult transactioni illi standum esse: cõ-
iungendo itaque illa duo iura, constat in hoc non esse
differentiam inter trãsactionem, & pactum & ita Bar.
2 in d.l.ij.illa iura simul inducere voluit. † Nec verus est
intellectus ille, quem refert Alex.in d.l.vnica.quòd in-
telligatur, quando fuisset lis, & quæstio super errore
calculi, & super ea fuisset iudicatum, seu transactum:
& hic fuit intellectus gloss.ibi, vt referunt docto.quia
ille text.dum loquitur de sententia, seu transactione,
debet intelligi, quando facto calculo, & saldo virtute
illius, & super eo, hoc est iuxta summã in saldo descri
ptum fuisset iudicatum, vel transactum, quoniam tunc
ratione rei iudicatæ, vel transactionis non posset am-
plius de errore calculi dici, vt in d.l.vnica & ita illum
text.etiam intelligit Barto.expresse in d.l.ij.& in d.l.v-
nica. & Alex.antea hunc intellectum ibi sequutus est
in j.col.in versic.in gloss.magna, qui dicit solutionem
Iacob.Butrig.& Saliceti intelligentium illum tex.quã
do fuisset lis super errore calculi, quæ decisa fuisset
per sententiam, vel transactionem, non esse tutam, sed
veriores esse solutiones glo. Et doctor.magis commu-
niter hunc intellectum Bart.sequuntur, qui verbis lite
ræ magis conuenit, quæ dicet, quòd propter errorem
calculi rationes sæpe computatæ denuo retractari pos
sunt, si res iudicatæ non sint, vel transactio non inter-
uenerit, videlicet super rationibus computatis, de qui
bus tex.ille proxime loquutus est. Quare si ratione trãs
actionis prætextu erroris rationes computatæ retra-
ctari non possunt, vt ibi est text.ergo idem etiam ratio
ne pacti, & promissionis factæ super ipso calculo di-
cendum est. Nec obstat ille text.in princ.quia secundũ
Bart.ibi, & in d.l.ij.loquitur, quando res in puris ter-
minis calculi, & computi remansisset. licet enim ratio
nes sæpius fuissent computatæ, tamen sæpius de erro
re calculi dici potuisset, vt ibi in princ. nisi vltra calcu
lum, & saldum factum iudicatum, vel transactum fuis
set, vt in versic.vnde rationes: & idem etiam, nisi pactũ
fuisset factũ, vt supra. Nec obstat tex.in fi.dum loqui-
tur de stipulatione fundata super errore calculi, quia
3 loquitur, † quãdo de errore calculi expresse in ipsa sti-
pulatione constaret, & sic stipulatio super errore cal-
culi expresse fundata esset, veluti dicitur de sententia,
in qua error calculi est expressus, quæ est ipso iure nul
la, vt est tex.qui exemplificat in l.j.§.j.C.quæ sent. sine
appel.rescind. Est tamen in hoc differentia inter sen-
tentiam, atque transactionem, quoniam sententia est
ipso iure nulla.d.l.j.§ j.sed transactio tanquam in se va
lens rescindi potest, vt in d.l.vnica.in fi.versic.& ita di
cunt, & distinguunt doctor. communiter in d.l.vni-
ca.qui illum text.in fin hoc modo intelligunt: Et Sa-
licet. ibi circa finem inquit, quòd si error in transa-
ctione non fuit expressus, transactio indistincte valet,
neque prætextu erroris reuocari potest: nec obstat
text.in fin.quia secundùm Salice.ibi causa stipulatio-
nis fuit erronea, at in casu nostro quando in transa-
ctione error non est expressus, nullus est error in trans
actione, quæ est causa stipulationis, & promissionis,
sed solum in subiecto, de quo transigitur: & hoc mo-
do intelligitur ibi text.in ij.respon.in versic.vnde &c.
4 Adde secundum Salic.ibi in fi.vers. † quòd quando er-
ror non est in transactione expressus, & de pluri con-
uentum fuit, quam vere deberetur, transactio valet, il-
lique standũ est, non obstante errore calculi, nisi actor
in euidenti calumnia fuisset iuxta.l.in summa.ff.de cõ
di.indeb & in l.vnica.C.de plus petit.secus si in euidẽ
ti calumnia non esset, vt in casu, de quo agebatur. Hæc
omnia, quæ de transactione dicta sunt, procedunt etiã,
si fuisset factum pactũ, vel promissio validum, aut vali
da per stipulationẽ, vt expresse voluit Bar.in d.l.ij. quẽ
in hoc à nemine reprobatum reperio, pro quo facit d.
l.vnica.dum loquitur de stipulatione fundata expres-
se in errore calculi, quæ ratione erroris reuocari po-
test.ergo secus si in illa error non fuisset expressus per
illum tex.vt Sali.& alij ibi sentiũt, & supra dictũ est: ac
5 in hoc casu interuenit stipulatio, quia † verbum pro-
mitto

mitto in scriptis redactum illam importat.§.si scriptū. institution.de inuti.stipu.tex.cum glo.in l.j. Codic.de vsur.& de promissione constat per scriptum priuatum factum manu rei conuenti,quod est validum,& habet ex forma statutorū exequutionē paratā, qualē habent literæ cambij,contra quas solum tres exceptiones opponi valent, quæ regulariter etiam scriptis priuatis opponi possunt,nisi aliæ iuxta formam statutorum opponerentur,quæ arbitrio iudicis, & consulum iustæ viderentur,ergo idem,quod in d.l.vnica,de transactione dicitur,videtur etiam habere locum,quando aliter esset valide conuentum super calculo,& saldo confecto,vt litium occasio tollatur,quæ per scripta priuata, ac literas cambij,quæ paratam habent exequutionem, æque tolli potest,ac per rem iudicatam,& transactionem,propter quas causa excipiendi,& allegandi errorem calculi remota est,d.l.vnica,nam per rem iudicatam etiam,& transactionem lites finiuntur.l. non minorem.C.de trāsactionib.Ex prædictis infertur, quod si de errore calculi dici non potest,positiones,quæ super hoc errore fierent non essent admittendæ. Vel po
6 sito,quod de errore calculi dici possit,†hoc verum est quo ad effectum,vt cognoscatur de huiusmodi errore non autem quo ad impediendam exequutionem scripti,quod eandem habet exequutionem,quam habent cambij,quibus statuta fori mercatorum tantum præstant fauorem,ne illorum exequutio impediatur.Scriptum ergo exequutioni mandetur, deinde error calculi cognoscatur, etiam præstita satisdatione de restituendo illud,in quo fuisset erratum argument.tex. cum ibi not.in authen.quæ supplicatio.Codic. de precibus imperato.offeren. Huc accedat,quod cum literæ cambij,& scripta priuata in omnibus æquiparentur secundum statutum huius ciuitatis de literis cambij in fi.præterquam quod in scriptis priuatis aliquæ possunt admitti exceptiones arbitrio iudicis &c. sequitur hinc, quod sicut in causis literarum cambij pro parte debitoris positiones fieri nequeunt,ita in causis scriptorum priuatorum pro parte debitoris fieri non valebunt ad probandum,seu releuandum ipsum ab onere probandi exceptiones,quæ incidenter contra exequutionem quomodocunque fieri possunt, quando enim duo à iure per modum regulæ æquiparantur,statutum in vno tantum censetur in alio quoque statutū vt est gl.communiter approbata in l. si quis seruo. in principio.Cod.de furtis.& tradit Socin.in l.prima.columna secunda.ff.de legatis primo. Et quamuis in arbitrio iudicis, & consulum dicatur remissum exceptiones aliquas admittere, non tamen in eorum arbitrio remissum est, vt positiones ad probandum illas exceptiones admittere possint: vnde constare de illis exceptionibus arbitrariis debebit, prout de aliis quæ regulariter ex forma statutorum opponi possunt,constare,& probari debet, & consequenter non per viam positionum, quas statutum in exequutionibus literarum cambij, & sic in causis scriptorum priuatorum nullo modo admittit.Præterea si ex dispositione statuti non admittuntur positiones in faciliori casu,videlicet ad probandum tres illas exceptiones,quæ in statuto traduntur,& quæ facilius(proculdubio) ac semper in causis literarum cambij,& scriptorum priuatorum opponi possunt multo minus debent admitti ad probandas exceptiones illas non regulares quæ solum iudicis,& consulum arbitrio opponi,ac admitti valent, ratio enim primi casus.quæ est,ne exequutio impediatur,neve retardetur.militat etiam in secundo,ergo idē ius in vtroque casu etiam dicendum est.l à Titio.ff.de verb.obl.& l.illud ff.ad l.Aquil.& arg.auth.multo ma-
7 gis.C.de sacrosf.eccle.& C.de episco.& cleri.Si†tamē (quod nullatenus admittitur) de errore calculi dici posset, & sic scriptum super saldo,& computo confectum rescindi deberet, dixi prima scripta,si qua erant, lacerata,& quæ tempore saldi, & computi facti valida erant,non dici præscripta, & consequenter valere, ac restituenda creditori, & contra debitorem exequenda fore.quoniam creditor infra tempus iuris,vel statutorum illius non fuit vsus, nec illorum exequutionem petit ob iustum impedimentum videlicet propter secundam conuentionem, ac secundum scriptum inter eos factum,quo stante non potuisset creditor iuste impeditus ex primis agere,& propter iustum impedimentum tempus iuris non currit, capitulo quia diuersitatem extra de conces.probend. & non valenti agere videlicet ex primis scriptis non currit tēpus.l.prima in fin.Cod.de anna exception. & faciunt, quæ habentur per Abb. & alios in capitulo. ex ratione de appella.Et hæc in iure fore verissima respondi.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio cum re ecclesiæ æqualis,imò cum lucro ecclesiæ fieri debet.*

2 *Datum id non dicitur, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest, vel non habet, quod dare vellet.*

3 *Emens rem pro indiuiso illius dominium,& possessionem non habet.*

4 *Res pro indiuiso est incerta ratione loci, & quotta.*

Quæstio 106.

CVM quidam à rectore ecclesiæ terras quasdam conduceret cum pacto franchandi,& acquirendi sibi,dando ecclesiæ rem aliam mobilem bene tutam,& arbitrio boni viri securam,is alios quasdam terras à laico pro indiuiso emit, & eas ecclesiæ pro permutatione,& cambio,vt ita dixerim assignare volebat.An recte,& valide permutatio fieret? Et magis visum est.vt hæc permutatio fieri non deberet,hoc
1 potissimo fundamento,†nam cum rector ecclesiæ terras pro diuiso sit assignaturus,& alius ecclesiæ velit assignare partem vnius fundi,quam pro indiuiso à laico emit,hæc permutatio non est admittenda,quia res ecclesiæ arbitrio boni viri assignari non dicitur:quinimmo ecclesia hoc modo grauaretur,permutatio claudicaret,neque esset,prout esse debet,Imo cum aliquali ecclesiæ lucro,& argumento facienda est Primo enim pro re data ab ecclesia pro diuiso daretur illi res forte minoris præcij, & numeri tornaturarum pro indiuiso cum persona seculari, & sic contingeret ecclesiam in vitam in communionem cum laico cadere: quo modo grauaretur: & ideo ecclesia potest renuere rem suam velle permutare cum alia, quæ esset communis cum alio pro indiuiso per ea, quæ in simili voluit gloss.in l.fundus.ff.de contrahend. emption. & latius habetur per Bartolus. in l. cui vsusfructus. ff.de vsufruct.lega.& in l.si quis aliam. ff. de solution. cum aliis allegatis per Alexan.in apost.ad Barto in dictis locis,& per Barto.in consi.incip.Ange.&c.Secundò ecclesia rem propriam quam tenet,& possidet,assignaret,cuiusque dominium transferre posset:at alius illi rem dare vellet,cuius possessionem,& dominium non habet,& consequenter cuius dominium, & possessionem in ecclesiam transferre non posset,quia nemo plus iuris in alium transfert,quam ipse habeat,vt habetur in l.qui domus in fin.ff.de legat.j.cum aliis
2 vulgar.& †pro non dato habetur,quod ab illo datur, qui de iure dare non potest,seu qui non habet, quod
3 dare vult.capitul,quod autem.de iure patron.† Quod autem is non dicatur habere dominium,nec possessionem dictæ partis fundi emptæ pro indiuiso.probatur ex iis,quæ Barto.& communiter alios in l.iij.§.in certam,& in l.locus.ff.de acquired.possess. vbi si quis emat fundi partem, quæ sit incerta ratione loci, & quottæ etiam cum pacto constituti de possidendo,& sic vera,vel ficta traditione interueniente, in eum nec dominium, nec possessio transfertur: Propterea si is postea vellet partem,illam ex aliquo titulo habili

ad transferendum dominium,& possessionem alteri assignare,ex huiusmodi assignatione possessio, & dominium transla:a non dicerentur,tum quia plus iuris in alium non potest transferre , quam ipse habeat. tum
4 quia †res quam vellet pro indiuiso assignare,esse incerta ratione loci,& quotæ,vt colligitur ex his,quæ tradunt Bart.& alij communiter in d.§.incertam,& in d. l.locus,qui proprie in his terminis exemplificant. Infertur itaque ex his , quod φ talis permutatio in casu, de quo agitur,fieri non potest, vt in l j.in fi.ff.de rerũ permutat.cum simil.ibi not.per gl. Et ita de iure verũ esse breuiter dixit.

SVMMARIVM.

1 *Filij per subsequens matrimonium clandestinum non legitimantur.*
2 *Dispositio loquens de matrimonio,& de dote in clandestino matrimonio locum non habet, nisi illud ab ecclesia fuerit comprobatum,& in ea publicatum.*
3 *Matrimonia clandestina ante approbationem ecclesiæ dicuntur adulteria,& stupra,quãuis in se quo ad Deum valeant.*

Quæstio 107.

CVM quæreretur, an statutum loquens de lucro dotis in clandestino matrimonio locum habe-
1 ret,respõdi breuiter,quod †sicut propter odium talis matrimonij , illudque contrahentium filio ex eo nati non legitimantur per huiusmodi subsequens matrimonium,vt voluit Ioan.Fab.in §.fi.insti.de nup.per ea,quæ notabiliter tradidit Host.in summa qui fil.sint legit.in.§.ij.& in summa de clandesti.despon. in §.fin. col.iij.ver.secus puto &c.Ita maritus,qui matrimoniũ clandestinum contraxit, propter eius odium non poterit ex illo consequi lucrum dotis ex statuti dispositione
2 tione debitum,quia † dispositio loquens de matrimonio,& consequenter de dote locum non habet in clandestino matrimonio,nisi postquam illud fuerit per ecclesiam comprobatum,& in ea publicatũ,vt per Host. in locis allegatis : Et sic debent intelligi. c.j.ij.& iij.de clande.despon.filij enim nati,aut concepti post publicationem, & approbationem huiusmodi dicuntur legitimi,non autẽ antea ob ecclesiæ prohibitionẽ Host.
3 ibid.& Io.Fab.in d.§ fi.Nam †ante prædictam publicationem,& approbationem matrimonia clandestina dicũtur adulteria,stupra,cõtubernia,& fornicationes.c.j.& ij.de clãdesti.despon.quamuis in se quo ad Deum, & forum conscientiæ valeant,vt nota.in summa. xxxv. q.v.& in rubr.de clandesti.despon.per scribẽ. maxime modernos.Et ita breuiter verum esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Vxor mariti forum sequitur:& secundum statuta illius loci dotem dedisse censetur.*
2 *Dos marito data efficitur etiam patrimonium ipsius mariti.*

Quæstio 108.

AN in lucro dotis,quod ex statuto marito debeatur,attendatur statutum fori originis,& domicilij ipsius mariti,an vero statutum fori originis vxoris,vbi matrimonium contractum fuit? Arbitror, statutum originis , & domicilij viri seruandum esse, non autem originis,secundum Bar. sententiam per illum text.in l.exigere dotem.ff. de iudi. quam sequũtur doc.communiter ibi,& in l.j.C.de summa trini.& fid. catho.vbi Bald.Bart.Ful.& alij,Arch. in c.illud xij.dist. scrib.maxime Mod.in l.si cõuenerit.ff.de iurif.om.iud. Decius,qui multos allegat in c.j de iud.& in cons.xix.
1 inci.& pro tenui &c.Cum enim †vxor forum mariti sequatur l.cum quædam.ff.de iurif.om.iud.censetur dotem suam dedisse secundum statuta illius loci argu.l.j.
2 ff. de vsu.& l.j.C.de eman.lib. †Dos ad hæc marito data efficitur etiam patrimonium ipsius mariti l.doce ancillam.C.de rei ven.& habetur in l.in rebus.C. de iur. do.Propterea ipsa mulier videtur ligari statuto loquẽte de lucro dotis,quod in domicilio mariti viget.d.l. exigere,dotem.cum ibi not.per Bart. quod verum, est, siue tempore contracti matrimonij vxor statutum illud sciuerit,siue ignorauerit,vt voluit Cuma.in cons. xxv.j.Cum statutum Paduæ &c.Et est de mente doctorum communiter,qui indistincte,& absolute dicunt statutum loci ipsius mariti , & non vxoris seruandum esse, vt per Bart. in d.l.j.& in d.l.exigere dotem,ibiq; Alex. Et quamuis Bal.in c.j.§.fi.de inuesti.de re alie. fac. contrarium tetigerit, videlicet , quod statutum domicilij viri non debeat attendi,quando mulier tempore contracti matrimonij illud ignorauit, tamen hoc ibi pro vero non firmat,sed imo præsupponit doct. communiter contrarium tenere,vt ex verbis suis liquido cõstat: ideoque à communi dicto scribentium indistincte loquentium non est recedendum , vt per Decium in d. cons.xix.quicquid senserit Barb.in c.fi.de foro.compe. simpliciter referendo Bal.in cap.j. Et ita iuris esse existimo.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nupta extra locum originis, quo ad quid originem amisisse,& quo ad quid retinuisse dicitur.*
2 *Forum sortiri, & statutis ligari parificantur & conuertuntur.*
3 *Nomina debitorum personæ creditoris coherent,& illam comitantur.*
4 *Statutum originis defuncti,& non simplicis domicilij in succedendo ab intestato seruandum est, quo ad iura,& actiones.*

Quæstio 109.

SEQVENS quæstio est,& magis dubia, si mulier extra locum sui originis nupta puta Arimini ibi decedat,& tractetur de illius successiõe,& de dote restituenda:quæ solum in bonis mobilibus esset & maxime in nominibus debitorũ? Vtrum statutum originis mulieris.& loci contractus,an vero domicij & originis mariti seruandum sit?Putarent fortasse aliqui,quòd cum de successione, & restitutione dotis agatur,& mulier solum in bonis dotem habeat,attendi debeat statutum domicilij,& originis mariti,& sic loci,in quo dos soluenda,& restituenda est per.l.exigere.cum ibi not.per Bart.ff.de iudi.& iuxta ea,quę Bar. ipse voluit Barto.in dict.l.cunctos populos in j.quæst. C.de summa trini.& fide catho . Ego tamen statutum originis mulieri,& loci contractus seruãdum esse rectius existimari puto per text.cum ibi not.per Bartol. in dict.l.exigere,& in dict.l.cunctos populos in.j.quæst. numero.xvij.arguendo à speciali,dicunt enim Bartol. & omnes speciale esse in dote,vt quo ad illam, seu eius partem à marito lucrandam,& consequenter quo ad ius succedendi in dote,vt in dote seruetur statutũ domicilij vxoris,& non originis,ergo extra casum lucrandæ dotis,& in ea per maritum succedendi.regulariter secus erit,vt seruandum sit statutum non simplicis domicilij mulieris,sed originis argumen.l.ius singulare.ff.de legib.Nam †mulier originem amisisse nõ
1 dicitur,sed retinuisse ad effectum,vt statutis suæ originis subiecta sit,inquit enim Barto.in l.fina.§.item rescripserunt.ff.ad municipa.quem sequitur Alexand. Bald.& alij in l.penultim.ff.de iurisdic.omn.iudi. Cy. Bald.& Sali.in l.ij.C.eo.tit.Pau.Cast.in l.rei iudicatæ. ff.sol.mat.& glo.in l.origine.C.de muni.& ori.lib.x.φ mulier nupta extra locum originis mutat originem, & sequitur domiciliũ viri solũ quo quo ad illa,per quæ mulieris psona posset à seruitijs viri retrahi,& se para

ri.quo

ri,quo ad alia vero originem,& domicilium non mutat,sed remanet ciuitatis suæ originis,illiusque priuilegiis,& iuribus gaudet,atque vtitur. Et Bald.in auth. & omnino.C.ne vxor pro mari.co.viij.dicit,quod qui ex ciuitate suæ originis recidit in aliam ciuitatem commigrans gratia mutandi domicilium, ob hoc nō deserit originem,nec originis suæ domicilium.l. pen. ff.de senato.l.assumptio.§.j.ff.ad munici.facit.l.j.C. de mulier.& in quo loco,ibique Bar.vbi quo ad bona mulier extra territorium nupta locum, & domicilium originis paternæ non mutat,nisi in iis, in quibus à seruitiis viri retraheretur,vt supra. Huic sententiæ astipulantur ea,quæ voluit Ant.de Rosel.in tracta. de suc ces.ab intesta.in vlti.q.versic.restat videre col.cl.quod statutū excludens fœminas propter masculos habeat locum quo ad bona alibi sita extra territorium , ergo posito,quod bona in casu nostro,quæ in nomine debitorum consistunt,sint Arimini, tamen in iis statutum originis mulieris,cui ratione originis , & domicilij ea subiicitur,potius seruandum erit , quam statutum domicilij,& originis mariti,vbi solum ratione domicilij forum sortitur,vt in locis allegatis . Vnde infertur,quod si,in loco originis paternæ mulier alibi nupta forum sortiri dicitur , ergo & subiici statutis loci
2 suæ originis dicetur,quia†forum sortiri,& statutis ligari parificantur,& conuertuntur.capitulo. vt animarum.de constitution. in vj. vbi habetur , & traditur per Bartol.in l.omnes populi.ff. de iustit.& iure cum similibus. Non obstant nota. per Bartol. in dicta l. cunctos populos.num.alij. dum loquitur de consuetudine Anglica,quia ex eius dictis colligitur decisio casus nostri ,cum inter alia ibi in sua distinctione concludat,Quod si statutum loci puta Angliæ loquitur in personam,& non in rem,vt est in casu, de quo agitur, & decedens sit Anglicus hoc est origine Anglicus; (nam appellatione anglici,romani,& perusini simpliciter comprehenditur ille,qui est originarius,quando hæc sunt nomina appellatiua.l.j.& ibi Bart.innēta l.fi. §.penult.ff.ad municip.& habetur in rub.ff.sol. matr.) tunc quo ad bona Angliæ seruatur statutum illius loci,at quo ad alia bona seruatur vel ius commune, vel statutum illius loci,in quo existunt , si persona decedentis statutis illius loci ligari potuit. Et ita sequuntur Bal.& alij omnes in d.l.cunctos populos. sed bona dotalia mulieris,de quibus agitur, quæ in nominibus debitorum etiam consistunt,non dicuntur esse in loco in quo nupta fuit,nisi respectu restitutionis faciendæ à marito vt in illo loco sit conueniendus quod est speciale fauore dotis d l.exigere.sed quo ad alia,& sic quo ad ius succedendi sunt potius in loco,vbi mulier ori-
3 ginem,& domicilium habuit,quoniam†nomina debitorum personæ creditoris cohærent,& illam concomitantur.l.quis ergo ff.de pecul.l.iij.ff pro socio.l.fin.C. de præscriptionib.longi tempor.l. fideicommissum.§. tractatum.ff.de iudi.& l.fi.ff.de cōtrah.empt.ergo quo ad illa nomina debitorum statutum personæ,& origi-
4 nis mulieris seruandum erit. Quæ sententia comprobatur,†quia(vt volunt Salicet.in penul.colum.versi.si autem essent,& alij in d.l.cunctos populos. Lapus in allega.xcij.do&.maxime Moder.in c. quod clericis.de foro compet.& Alex.in consi.xvj.lib.ij.)statutum originis defuncti , & non simplicis domicilij in succedendo ab intestato seruandum est , quando in hereditate essent iura.& actiones,in concernentibus enim personam potior est locus originis.l.libertis.§.præscriptio. ff.ad municip.Ita in terminis concludit Salic. in d.pe. colum.qui in indiuiduo melius,quam cæteri,ponit decisionem casus nostri,remouendo illa , quæ prædictæ conclusioni obiici possent:& ita ego consului apud ciuitatem Parmæ,& secundum consilium meum fuit iudicatum.Et quamuis Barto. velle videatur in d.l.cunctos,quod seruari debeat statutum originis, tamen illud est verum quo ad bona immobilia , sed non quo ad iura,& actiones,quæ ipsi personæ cohærēt.Et quod locus,ac statutum originis defuncti quo ad successionem ab intestato inspici & seruari debeant , voluit Fulgo.in dict.l.cunctos populos,& Calda.in consilio. xxxiij.Et hoc verum esse quo ad iura,& actiones quæ sunt in hereditate voluit Alexand.in consi. cxlj.lib.septimo & ex his,quæ ipse Alexan. voluit etiam in l.mercatores.in addit.ad Bald.C.de commer.& merca. post Bald.ibi iunctis prędictis,colligitur,quod idem,quod dictū est de actionibus,& iuribus, dicendum sit de bonis mobilibus,quæ quo ad prædicta parificātur. Et ex his illam sententiam tanquam de iure veriorem sequor , quod in casu isto seruari debeat statutum domicilij originarij mulieris non autem simplicis domicilij.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas publica priuatæ præfertur, & illi etiam cum iuramento non renunciatur.*
2 *Priuilegio clauso in corpore iuris solum specialiter derogatur,non autem per alia quæcunque verba à lege vel testatore expressa.*
3 *Dotis casus in prohibitione alienationis à testatore facta casui legitimo æquiparatur.*
4 *Dotis causa quare expresse prohibita à testatore alienari bona iure possit.*
5 *Ratio in lege expressa magis attenditur,quam verba.*
6 *Fauore publico inducta ex dispositione testatoris mutari aut tolli nequeunt.*
7 *§. Quamobrē.in auth.de restit.& ea,quæ par.declaratur.*

Quæstio 110.

VTRVM bona subiecta fideicommisso & prohibita expresse alienari etiam in causa dotis possint ab ipso grauato hypothecari,&alienari causa dotis constituendæ mulieri,quæ sit de liberis,& descendentibus testatoris? Quæstio iam decisa videtur per text.auth.res quæ C.communia de leg.& clarius in corpore,vnde sumitur,in §.quamobrem,vbi simpliciter & generaliter permittitur,res,quæ subiacent fideicommissi restitutioni,pro dote constituenda ab ipso grauato posse alienari,& obligari,& hoc fauore publicæ vtilitatis,quam dos in se continet,quęque vtilitati priuatæ semper est præferenda,qui tex.cum loquatur generaliter,debet etiam generaliter intelligi. l.prima.§.generaliter.de lega.præstā.neque est restringendus ad casum quo bona solum tacitē prohibita essent alienari,vt videtur velle Ias.in dict.authē.res quę & in l.filiusfami.§.diui ff de leg.j.nam hoc esset contra.l.quod fauore.C.de legib.cum simil.Et quod prędicta bona possint pro dote alienari,& obligari, quocunque modo sint prohibita expresse alienari etiam in causa dotis,satis clare apparet ex dict.§.quamobrem ibi in versi.Sancimus enim secundum hunc modum excipi modis omnibus ad restitutionem nuptialia documenta & super his facta alienationes aut hypothecas:Noto illa verba modis omnibus quæ sunt vniuersalia,& ideo videntur excipere à restitutione,& fideicommisso bona alienata,aut obligata pro dote, quocunque modo fuissent à testatore subiecta restitutioni & prohibita alienari,ad hoc vt omnem casum cōprehendant,prout verba vniuersalia comprehendere debent.l.Iulianus.ff.de lega.iij.l.à procuratore,C.mādati capitul.si Romanorum.xix.distin.Et hoc modo in ducendo text.in dict.§.quamobrem tollitur fundamētum Ias.dicentis dicta iura debere intelligi solum, quando bona essent tacite à lege prohibita alienari.hoc enim esset contra generalitatē illorum iuriū,&

contra naturam re. borum vniuersalium,quæ regula-
riter in pluribus verificantur, vt in dictis iuribus. Et
hanc sententiam sequutus est Bal.nouellus in tract.de
priuileg.dot.in xiij.priuileg. per gl. secundum ipsum
singularem in d.§.quamobrem. Quæ opinio suadetur,
& corroboratur,tum quia continet publicam iuxta.l.
2 j.ff sol matri.†cuius fauor tantus est,vt semper priua-
tæ vtilitati præferatur per Bart.auth.res quæ in fi. &
habetur per Bart.& omnes scrib.in d.l.j.atque illi nul
lo pacto renuntiari possit etiam cum iuramento.l.si v-
nus.§.si paciscar,& §.seq.ff.de pactis not.in c.si diligen
ti de foro compet.& late Bart.in d.l.si quis pro eo.ff.de
fideiuss.tũ quia dos in hoc casu est specialiter priuile-
giata à iure per d.authen.res quæ. & d.§.quamobrem:
†priuilegium est clausum in corpore iuris,& ideo per
1 quęcunque verba prolata à lege,aut à testatore non in
telligitur illi derogatum gl.& Bar.in l.heres absens in
prin.ff.de iudi & in auth. qua in prouincia. C. vbi de
crimi.agi opor.& est tex in l.decurio,& ibi gl.C.de si-
lent.lib.xij.quam gl.reputat singularem Bal.in c.j.in fi.
3 quo temp.mil.in vsi.feud.tum etiam quia † casus dotis
in proposito æquiparatur casui legitimæ,vt in dicto §.
quamobrem,ibi etiam hæc ad restitutionem secundũ
quod adiectum legitimæ parti dotem,aut ante nuptia
lem facit donationem,ergo dispositum in vno cense-
bitur etiam in alio dispositum glos.in l.si quis seruo,&
ibi Bart.& alij.C.de furtis.sed ab expressa prohibitio-
ne alienationis facta à testatore etiam in causam legi
timæ excipitur,quod alienari possit quatenus est legi
tima debita.d.§.quamobrem,habetur late per Iaso. in
d.auth.res quæ.in v.not. in j. lect. quoniam in ea nullũ
onus,aut grauamen apponi potest.l.quoniam in prio-
ribus.C.de inoffi.testa. idem igitur in dote dicendum
est per predicta.Neque dicatur terminos non esse pa-
res,prout inquit Ias.in d.auth.res quæ, nu.6. quia quũ
iura & doct.loquũtur de legitima,intelligunt de legiti
ma debita filio grauato,& prohibito alienare,quã ve-
ro de dote ntelligũt de dote filiæ ipsius prohibiti.Quia
fateor hoc verũ esse,sed propter hoc nõ sequitur,ꝙ di-
spositũ in vno in casu proposito nõ sit in alio etiam di
spositum,cum iura expresse istud velint,& quo ad hoc
ista duo parificentur vt sicut legitima non venit in ex
pressa prohibitione,ita nec dos etiam ab ipso grauato
constituenda suæ filiæ:dummodo mulier dotanda sit
de liberis,& descendentibus testatoris, prout iura lo-
quuntur,etiam si in multis aliis dos & legitima diffe-
rãt:quia satis est in casu,de quo agitur esse à iure æqui
parata ad not.in d.l.si quis seruo cũ simi Præmissa sua-
dentur etiam considerando rationem, quare iura per-
4 mittunt huiusmodi alienationem fieri causa dotis , †
quæ multiplex redditur, nam in d. auth. res quæ ratio
est vtilitatis publicæ, de qua iam dictum est,alia ratio
traditur in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.
hoc est mulierum pudicitia,ac parentum votum , ter-
tia ratio traditur in l.à filio.ff.de leg.j.quia dos loco ę-
ris alieni habetur:quibus ratiõibus cõsideratis, prout
5 in effectu sunt cõsiderandæ,quoniam †ratio in lege ex-
pressa magis attenditur , quam verba ad tradita per
Bald.in l.non dubium.C.de legib. cum ab ea lex regu-
letur.l.quod dictum.ff.de pact.l.adigere.§. quamuis.ff.
de iure patron.& ratio sit legis anima. l. cum pater.§.
dulcissimis.ff.de leg.ij.cum ibi not.& habetur per Bal.
in l.si quis seruo.C.de furt.profecto dicendum est hu-
iusmodi alienationem,& obligationem permissam es-
se,quãuis expresse fuerit in casu nostro à testatore pro
hibita,nã nulla ex predictis rationibus cessat,sed om-
nes militãt in hoc casu,de prima vtilitatis publicę nul
lum est dubium,de secũda etiam,& tertia clare patet,
nam cum ista sit de liberis, & descendentibus testato
ris quas ipse dotare coactus fuisset , si superuixisset ad
l.dedit dotem.ff.de coll.bon.& l.auus.ff.de iure dot.cũ
l.fi.C.de dot.pro.cũ simi.votũ illius fuisse credẽdũ est,

vt neptis congrue dotaretur,& propter hęc etiam pa-
tet dotem in casu nostro fuisse quasi debitam. Ex qui-
bus infertur,quod dispositio d. authent. res quæ. cum
aliis iuribus supra à legatis vẽdicat sibi locum etiam,
quando à testatore fuisset expresse prohibita aliena-
tio causa dotis,licet enim testatoris dispotio sit contra
verba legis,non tamen contra mentem & rationem il-
lius , qua non sublata adhuc dispositio remanet argu.
dict.l adigere.§.quamuis,& dict.capitul .cum cessan-
te,cum simi.Neque dicatur dicta iura in dicta authen.
res quę,in dict.§.cum proponeretur.& in d.l.à filia,lo-
qui,quando esset grauata & prohibita filia testatoris,
quo casu prædictæ rationes locum habent ex eo , quia
à patre testatore necessario debet congruenter dotari
iuxta.l.obligamur.§.primo.ff. de actio. & obligat. er-
go non debet illorum dispositio extendi ad alios ca-
sus , & ad eas personas, quæ necessario non sunt do-
tandæ,vt est in casu nostro. Quia respondetur,licet
tex.in dicto.§.cum proponeretur,& in dict.l.à filia lo-
quantur in filia testatoris,propter hoc tamen non tol-
litur,quin text.in dict. authentic. res quæ loquatur e-
tiam in filiis testatoris volẽtibus dotare neptes, prout
communiter intelligitur ille tex.vt per Bart. Alexand.
Iason. Ripam , & alios in dicta.l.filiusfami.§. diui. ff.
de legat.primo.& hoc patet in tex.in dict.§. quamob-
rem intelligendo illum in patre , quod loquatur de
prohibitis,qui filias dotare vellent,quibus permissum
est pro dote alienare ad instar legitimæ , si legitima
non sufficiat,aut alia bona nõ supersint. Postea in ver.
sancimus enim ibi vel si grauata sit persona aut viri,
aut mulieris,loquitur de muliere grauata, & prohibi-
ta alienare,quæ dotanda esset:igitur ne Imperator su-
perfluitatis reprehendatur , dicendum est loqui de
prohibitis,qui filias suas dotare vellent,& ita etiã de-
bet intelligi d.authen.res quæ.cum ex dicto.§. quam-
obrem,assumatur.Vltimo hanc sententiam post Paul.
de Castr.in consi.xiij.incipien.Quia per suprascriptũ
eximium,sequutus est Iason.in dict.authen.res quæ:
in fin.versicu.xiij.limita qui dicit dictum Alexan.con
trarium tenentis in consil lvj.volum.j.verum non es-
se,tunc quia Alexand.nihil allegat,tum quia testator
non potest in suo testamento cauere,ne locum habeat
dispositio dict.authentic.res quæ facile enim fieri pos
set,vt mulieres indotatæ remanerent contra.l.prim.
ff.soluto matrimo.neque hoc testator inter liberos,&
descendentes suos facere potest ,ex quo descenden-
tes fœminæ,aut ab ipso,aut de suis bonis dotari de-
bent iuxta.l.dedit dotem,& ibi gloss.Bartol.& Docto
res.ff.de collatio.bonorum lege & ideo.§.final.ff.de in
rem verso,& gloss.notabilis in l.fina.cum iis,quæ ibi
habentur per scribentes.C.de dotis promissione,cum
simil.& ideo cum ista dos dicatur liberis:& descen-
dentibus fœminis debita : aut ab ipso testatore , aut
de bonis suis,non debet esse in potestate illius huius
modi obligationem tollere.l.sicut.C.de action.& obli
gat.& ita in terminis respondet Pau.de Castr.in prę-
allegato consil.quem sequitur Ias.vt retuli,& omnes
magis communiter,dum loquuntur de expressa pro-
hibitione testatoris,in qua magis communis opinio
est,vt ea non præiudicet fœminæ dotandæ , si illa est
de liberis,& descendentibus testatoris,vt habetur per
Barto.Alex.& omnes in d.l.filiusfami § diui:& ideo in
iudicando,& consulendo ab eo non est recedendum,
vt in terminis inquit Ias.in locis præallegatis.& sem-
per eà sumẽda est interpretatio,quę doti fauet.l.in am
biguis.ff.de regu.iur.Quę sentẽtia in casu nostro cor
roboratur,quoniam pater alia bona non habebat, ex
quibus filiam dotare posset,quo casu etiam si fuerit
expresse prohibita alienatio causa dotis,tamẽ illa do
ti constituendæ filiæ nõ nocet,vt claro infertur ex iis,
quę habentur per Ripam post alios in d.§.diui.nu.14.
Accedat ad hęc,ꝙ dispositio.d.authe.res quę.funda-

ta est

ta est in fauore, & commodo publico, vt habetur ibi
6 in fi. ver. †ea autem, quę fauore publico inducta sunt, non possunt mutari & tolli ex dispositione testatoris. l. quod de bonis. §. final. ff. ad l. falcid. not. Bart. & docto. in authen. sed cum testator. C. eodem, & in l. nemo potest. ff. de lega. j. ergo &c. Et ex his omnibus in quæstio. facti intrepide concludendum esse arbitratus sum q cum mulier, quæ supplementum dotis congruæ petebat, esset de liberis, & descendentibus testatoris, item non super essent alia bona, vnde congrue & honeste dotaretur, bona expresse prohibita alienari, etiam in causa datis potuerint à parte ipsius pro illius dote recte obligari, quicquid tenentes contrarium dixerint, quibus facile responderi posse existimo. Nam primo dum dicunt tex. in d. auth. res quæ, loqui solum in prohibitione tacita, & non in expressa, supra dictum fuit, hoc esse contra generalitatem illius text. item contra. §. quamobrem in ver. sancimus enim, ponderando ibi verba illa modis omnibus in auth. de restit. & ea quæ parit, coll. iiij quo text. sumitur. d. authen. res quæ. Secundo dum dicunt dispositionem d. auth. res quæ, fundatam esse in præsumpta mente testatoris, & ideo quando clare constat de mente. cessat præsumptio legis & dispositio. l. continuus §. cum ita. ff. de verb. obli. & q hoc sit ex præsumptione, ponderant text. in d. §. quamobrem in fi. ibi plurima per præsumptionem exceperunt. Respondeo, quod etiam contra voluntatem testatoris expressam bona prohibita possunt pro dote alienari, vt voluit gl. in d. § quamobrem in versi. non suffecerit, dicendo illud in isto casu esse mirabile, quod etiam vltra legitimam filius habet de bonis patris etiã contra velle ipsius patris, & hoc propter dotis priuilegium vt ibi habetur, & sic etiam quando expressum esset, legis dispositio non cessat, & præcipue, quia in casu nostro taciti, & expressi eadem est ratio, vt ex supradictis colligi potest, & ideo idem iudicium esse debet. l. inter vestem. ff. de auro, & argen. leg. l. cum quid.
7 ff. si certum petat. cum ibi nota. per Barto. †Neque illa verba text. in d. §. quamobrẽ plurima per præsumptionem exceperunt, arguunt dictam dispositionem procedere ex præsumpta mente, imo coniuncta cũ sequentibus contrarium inferunt, nam dicit imperator, quod cum antecessores illius ex præsumpta mente contrahentiam plurima exceperint à generalibus hypothecis, ipse motus ex meliore sententia nuptialium lucrorum exceptionem fecit. melior autem sententia Imperatoris fuit non ipsa præsumptio, sed alia ratio, de qua supra dixit, & de qua habetur in l. auth. res quæ, alioquin meliore sententia se motum esse dicere non potuisset, si etiam in hoc in præsumptione se fundasset, quam ipsum non considerasse demonstrant etiam illa verba, non vtique nobis necessaria nõ consistat, quæ si ita se habẽt, prout in libro meo, certe intelligẽda sunt de præsumptione, quam imperator sibi necessariam ad hoc non esse dicit. Ex alio etiam patet istam præsumptam mentem in dictis iuribus nõ considerari, nã vbique fuit expressa ratio, quare ita fuerit dispositũ, videlicet publica vtilitas. Et si verum esset præsumptam mentem esse fundamentum huiusmodi dispositionis, semper præsumpta mens testatoris huic publicæ vtilitati præferretur, & sic nunquam dicta dispositio locũ haberet, si quidem vbicunque fideicõmissum adesset, semper diceretur adesse præsumpta mẽs testatoris nolentis res suas aliquo modo alienari. Cũ itaq; ratio dispositionis sit publica vtilitas, veluti sæpius dictũ est. quæ militat in quacũq; prohibitione, concludendũ est bona phibita alienari, potuisse pro dote alienari & obligari etiã cõtra mentẽ expressam testatoris p ea, q̃ superius dicta sunt, quibus pro nũc cõtentus esse volui.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio, quæ pluribus heredibus competit, quo modo exerceatur.*
2 *Iurisdictio dicitur quid indiuiduum, & tota in toto territorio & qualibet eius parte.*
3 *Et quando etiam quoad exercitium diuidi nequeat.*

Quæstio III.

VTRVM iurisdictio pro indiuiso cõpetens pluribus heredib⁹, quorum aliqui ex forma diuisionis super aliis bonis inter eos initæ habent introitus dimidiã, aliqui partem minorem, & alij minimam, possit inter ipsos etiam aliquibus inuitis diuidi saltem quo ad exercitium, vt pro rata introitus diuidatur: Dixi breuiter absque allegationibus hinc inde fa-
1 ctis, quod †vbicunque plures vt heredes vnius habent in certo loco ordinariam iurisdictionem, quamuis vnusquisque illam in solidum habere dicatur ad tradita per Bart. in l. si vni post gl. ff. de re iudic. & in l. inter tutores. ff. de admin. tut. tamen quando de aliorum cõmodo, vel incommodo ageretur, vt de imponẽdo, seu relaxando mulctam, siue condemnationem, tunc vnus solus sine aliis iurisdictionem exercere non posset. l.
2 heredes mee. §. peto. ff. ad Trebellia. Dixi etiam, †iurisdictionem sui natura quid indiuiduum dici, & totã esse in toto territorio, nec non totam in qualibet territorij parte, sicut dicitur de anima, vt inquit Bar. in l. iiij. §. Cato. ff de verb. obl. & habetur per Abb in c. prudentiam in princ. col. iiij. nu. 12. de offic. delega. Et quando talis iurisdictio esset feudalis, tunc ea sui natura est indiuisibilis, sicuti est ipsum feudũ c. imperialem. §. præterea de prohib. feu. aliena. per Fed. capit. licet cum ibi
3 no. de voto, † si vero non esset feudalis, nec in nomen dignitatis sonaret, cuiusmodi est: hæc, de qua agitur, & competeret in vno loco, & territorio, vt in vno oppido tantum, iurisdictio tunc quo ad territorium diuidi non posset, arg. l. si sepulchrum. C. de relig. & sump. fune. ne in eodem loco duo domini, quasi monstrum, videantur contra c. quoniam in plerisq; de offic. ordin. ac etiam quia hoc in publicum illius loci præiudicium tenderet: ideoque dictus locus non videtur posse diuidi quo ad iurisdictionem, eiusque exercitium, argumen. l. fi. C. si contra ius, vel vtil. pub. Et hæc abb. in loco præallegato notanda esse dicit. Quæ præcipuè, & omnino procedunt, quando locus, seu territorium respectu subditorum vel ob angustiã vel ob vnionem commodam iurisdictionis, & eius exercitij diuisionem non reciperet vt quia per diuisionem ad nihilum reduceretur ex eo forte, quod contingeret aliquem ex sociis, seu heredibus habere iurisdictionem parui loci, seu modici temporis respectu aliorum, itaque iurisdictio esset quodammodo derisoria, illiusque exercitium frustratorium argum. l. si domus in princ. ff. de leg. j. & per Bart. in l. ita stipulatus la grãde. ff. de verbo. obliga. Tunc enim diuisio iurisdictionis etiam quo ad exercitium fieri non posset, arg. ante pen. ff. fami. ercis. l. ad officium C. communi diuidun. & optimo inferuntur ea, quæ voluit Alex. in cons. xxv. lib. v. nume. 17. & Soc. in consi. clxv. lib. j. quicquid dixerit Decius in d. c. prudentiam. in ij. conclusione. Non obstant not. per Bart. per illum tex. in l. arbor. in fin. ff. communi diuid. quia loquitur, quando commodè, & vtiliter diuisio fieri posset, alioquin secus, vt supra dictum est. Et ita iuris esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine liberis substitutionem de necessitate ad pubertatem trahit.*
2 *Est onerans, & honerans.*
3 *Clausula codicillaris (saltem valeat iure codicillorum vel testamenti) operatur, vt substitutio facta per verba directa apta ad compendiosam, & quæ superuenientia pubertatis solet expirare, trahatur ad fideicom. post pupillarem ætatem.*

4 *Substitutio illa, si decesserit in pupillari ætate & sine liberis, plura tempora comprehendit.*

5 *Mens testatoris ex verbis conditionalibus colligitur.*

6 *Filiorũ appellatio in conditione substitutionis continet nepotes, quando filij essent instituti & grauati.*

Quæstio 112.

AN substitutio illa, & si decesserint in pupillari ætate, & sine filiis, ipsos inuicem substituo, post pupillarem ætatem, valeat, vt fideicommissaria, altero decedente sine liberis? Quod verum esse vltra Paul. de Castro. in consi. xliij. in nouis in ij. lib. qui hoc expresse tenuit, & Bartol. in l. centurio. ff. de vulgar. & pup. qui sequendo glo. in l. precibus C. de impube. voluit eam esse compendiosam, & sic aptam importare fideicommiss. post pupillarem ætatem, potest confirmari etiam ex his, quæ tradit Philip. Francus in c. si pater col. xlv. de testa. in vj. vbi tertio quæritur in versi. tamen forte dici potest &c. vbi inquit, quod si verbum pupillus seu impubes adiicitur conditioni. puta dicendo si impubes decesserit, tunc substitutio est simpliciter pupillaris, duratura solum intra pupillarem ætatem, etiã quod fuerit facta per verbum commune substituo: nisi adiiciantur etiam illa verba, & sine liberis, vel sine filiis, quia tunc propter communem significatum verbi substituo, quod ad fideicom. adaptari potest, substitutio huiusmodi post pubertatem valebit iure fideicommissi, quoniam secundum gl. in vers. fideicommissi in.
1 d. l. precibus † hæc conditio si sine liberis, vel sine filiis, de necessitate huiusmodi substitutionem ad pubertatem trahit, & vt vtar verbis Bald. ibi in penul. col. confert eam in tẽpus possendi habere liberos: obliqua etenim conditio obliquat substitutionem, sed † hæc con-
2 ditio si sine liberis est onerans, & non honorans. quia nemo honoratur ex eo, quod liberos non habeat, sed grauatur. l. generaliter. §. j. C. de instit. & substitu. ergo dicta conditio si sine liberis, quæ est obliqua, & grauãs adiecta vltra illam, si in pupillari ætate, seu si impubes decesserit, operatur, vt substitutio facta per verbum commune etiam post pupillarem ætatem obliquetur: & præsertim. hæc procedunt si in testamento adiecta esset illa clausula codicillaris communiter apponi solita, si non valet, aut valebit iure testamenti, saltẽ valeat
3 iure codicillorum, vel iure fideicommissi, † quia hæc clausula operatur, vt substitutio, quæ est facta per verba apta ad compendiosam, & pubertatis superuenientia expiraret solet (vt quando facta esset per verba mere directa) trahatur ad fideicomm. post pupillarem ætatem, vt voluit domi. Ioan. de Caccialupis de sancto Seuerino in repetit. d. l. precibus in vij. conclusione, quod inquit esse dictum pulcherrimum, & de mente Baldi, Ange. & Imolæ in l. verbis ciuilibus ff. de vulga. & pupil. & plurium aliorum, quos allegat: Idem voluit Imola in c. Raynutius column. c. in versic. item aduerte de testam. ergo propter huiusmodi clausulam hoc à fortiori dicendum est, quando substitutio, quod sui natura aptum est etiam ad fideicomm. iuribus vulgaribus:
4 considerò ad hæc, † quod in terminis nostris testator voluit comprehendere plura tempora, nedũ pupillaris ætatis, sed etiam pubertatis. Quo stante, verum erit dicere, substitutionem fuisse compẽdiosam, & testatorem voluisse, illam post pupillarem ætatem valere vt fideicommissariam argu. d. l. centurio, & d. l. precibus. Quod autem constet de mente testatoris, ipsum voluisse sub illis verbis conditionalibus si decesserint in pu-
5 pillari ætate & sine filiis plura tempora cõplecti († nã ex verbis conditionalibus mens testatoris colligitur, vt in l. Lucius la ij. ff. de heredib. instituend. l. in conditionibus primum locum, & in l. pater Seuerinam. ff. de condit. & demonstr. cum similibus.) demonstro, quoniam dicendo, si decesserint in pupillari ætate, & sine liberis, testator voluit intelligere non solum de filiis, quos habere potuerunt filij in pupillari ætate ex malitia, quæ suppleret ætatem, vt dixit Bal. in d. l. precibus in pen. col. Bar. Alex. & alij in l. in pupillari. ff. de vulga. & pupil. sed etiam de nepotibus ex illis filiis nascituris, quia liberorum appellatione continentur nepotes. l. liberorum, & ibi Bart. ff. de verb. sign. l. iureconsultus. §. parentes. ff. de gradibus: At fieri non potest, vt filij instituti, quibus prædicta substitutio facta fuit possint habere nepotes ex filiis suis in pupillari ætate, vt in se clarissimum est, ergo testator voluit necessario intelligere de illis liberis, & de nepotibus etiam, quos in pubertate haberent, vel habere possent, & sic voluit comprehendere etiam tempus pubertatis. Nec obstat, quod in casu nostro facta fuit substitutio si decesserint in pupillari ætate, & sine filiis, non autem sine liberis, ex quo videtur ratio prædicta cessare, quoniam si impubes non potest in pupillari ætate nepotes habere, potest tamen habere filios, si malitia suppleret ætatem, vt
6 supra, Quia respondeo, † quod, ex quo in cõditione posita in testamẽto facta fuit mentio de filiis, & filij erãt instituti, atque grauati, filiorum appellatione comprehenduntur nepotes: Quo fit, vt non referat, an dictum sit, sine filiis, an sine liberis, vt voluit Bartol. in dict. l. liberorum. & habetur per scrib. in l. Gallus. §. instituens ff. de liber. & posthum. vbi Soci. in penult. col. in versi. & aduerte, voluit etiam, quod in persona extranei. vt quando extranei, & non filij essent instituti, si eis facta fuisset substitutio, si sine filiis decesserint appellatione filiorum nepotes quoque comprehendantur. Ex quibus infertur, & cõcluditur, quod huiusmodi substitutio, si decesserint in pupillari ætate, & sine filiis est cõpendiosa, apta importare plura tempora, pluresque substitutiones, & post pupillarem ætatem vt fideicommissaria valet.

SVMMARIVM.

1 *Filia monasterium ingrediens ita à patre, vel in eius bonis etiam fideicõmisso subiectis dotari debet, sicut ea quæ nubit.*

2 *Monasterij ingressus fauorabilior est matrimonio carnali.*

3 *Argumentum de matrimonio carnali, ad spirituale, & econtra valet.*

4 *Filia nupta etiam absque consensu patris, sed nõ cõtra illius voluntatem à patre in eius bonis dos debetur, sed non in iis, quæ fideicom. subiecta forent.*

5 *Idem est in filia iam monasterium ingressa.*

6 *Frater sororem etiam ingressam monasterium quãdo teneatur dotare.*

Quæstio. 113.

VTRVM filia, quæ ab hinc triennium vel quadriennium monasterium iam esset ingressa, dotãda sit de bonis patris sui, cum quæreretur. Respondi, illam debere dotari in ea quantitate, in qua aliæ eius sorores, vt si quas habuit, dotatæ fuerunt, vel si non habuit, secundum facultatem, dignitatem, & conditionem patris, vel aui arbitrio eorum, que ex forma statuti, aut iuris eligendi, & assumendi sunt. Et quamuis statutum loqui solum videretur de filia volẽte monasterium ingredi, & non de iam ingressa, tamen idẽ in vtraque dicendum est, vt dotanda de bonis sui patris à filio. qui in eis successit, per ea, quæ inferius sta-
1 tim dicentur. † nam vltra dispositionem statuti etiam de iure communi prouisum est, filias ingredientes monasterium debere dotari in bonis patris, perinde ac si matrimonium carnale cõtraxissent, vt inde ali possint, vt voluit Bal. in l. fi. C. de dot. promis. quod adeo verũ est, vt de bonis quoque fideicommisso subiectis dotari possint non pro ingressu monasterij, quia simonia

esset.

esset,sed vt exinde aliqueant,vt voluit idem Bal.in authen.res quæ.C.communia de lega. post Barto.ibi,qui dixit hoc verius esse.in filia monasterium ingrediéte,
2 quam in ea,quæ seculo nubat,cum † monasterij ingressus sit ipsa dote fauorabilior.§.sed & hæc præsenti.in auth.de sanctis.episcopis. coll.ix.ca.in præsentia.cum ibi no.de proba.& auth.nisi rogati C.ad Trebell.Quæ sententia cōprobatur,nā si filiæ volenti nubere à patre,vel heredibus ipsius in bonis patris,vel aut dos debetur,vt in statuto habetur,& in l.fi.C.de dot.promis. in l.qui liberos ff.de ritu nup.& est glo.not.in l.obligamur.ff.de actio.& obligatio. Ergo & ipsi ingredienti monasterium ex similitudine, vel maioritate rationis argu.eorum,quæ voluit Barto.in d.auth.res,quæ.Parificari enim in hoc videntur ingressus monasterij,& cōtractus matrimonij arg.d.§.sed & hæc præsenti. & d.
3 auth.nisi rogati Et † argumētum de matrimonio carnali ad spirituale,& econtra valet.c.ij.de transaction. c.sicut.vij.q.j.Card.in clem.j.in versi.quæ etiam.in iij. q.de concess.præben.Et quamuis Alex.in consi. xxxiij. in iiij.lib.post Bar.in d.auth.res,quæ.& in d.l.obligamur,velle videatur,quod filiæ iam nuptæ pater, etsi
4 dare non teneatur,nec cogi possit rationibus suis, tamen cōtrarium de iure verius est, vt videtur colligi ex verbis Bart.in d.l.obligamur. secundum quod illa intelligit ibi Alex.quod filiæ, quæ matrimonium de consensu patris contraxit,etiam post contractū matrimonium debetur dos à patre,seu in bonis patris:quinimmo,vt ibi demonstrat Alexan.in addi.post Anto.& canonistas,pater tenetur dotare filiam,quæ matrimoniū absque eius consensu,non tamen contra illius voluntatem contraxit,per plura ab ipso allegata,quæ breuitatis causa omitto.Præterea dico patrē non teneri dotare filiam iam nuptam ex bonis fideicommisso subiectis,& ita procedant notata per Bartol.& alios in dict. authen.res,quæ.ratio est quia de fideicommissarij præiudicio tractatur.sed si filia de consensu patris,vel talem non contra eius voluntatē nupta sit,quod illi dos in bonis patris non debeatur,hoc est falsum,quia immo debetur at non de bonis fideicommisso subiectis per supradicta,maxime per not.per Bart.in d.l.obligamur.vt declarat ibi Alexand.& est communis opinio.
5 Si igitur filiæ iam nuptæ dos debetur, † ergo & filiæ iam ingressæ monasterium, arguendo de matrimonio carnali ad spirituale per supradicta,& prout docto.in hoc de vno ad aliud communiter arguunt.Et quod filiæ nedum ingressuræ,sed etiam iam ingressæ monasterium dos à patre,seu in bonis patris debeatur, confirmatur ex his,quæ plene adducit Felin.qui in terminis hoc tenet,in c.non satis.de simon. post Ancha.in consil.ciij.incipien.in paucis verbis.& allegat Bald.in d.l. fi.C.de dotis promiss.in versicu.sed pone,quòd filia,&
6 ibidem in versi.sed nunquid plus dicit, quod † frater sororem ex eodem patre natam dotare tenetur,si aliūde non habeat,vnde se dotare queat,ergo similiter ingressam monasterium dotare tenebitur,quia ingressus monasterij fauorabilior est ipsa dote per præuicta.Faciunt ad hæc verba Bar.in l.j.§.si parens.ff.si quis à parē.fuer.manumis. qui sentit,quòd sicut pater filiā nuptam dotare tenetur,ita filiam monasteriū ingressam, quod clarissime affirmat Alex.in consi.cxxxix.lib.ij.in iij. colum num.7 in versi.& ita tenetur, post Abba.in ca.j.de adul.& alios,quos allegat.Et hoc iuris apertissimi esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones, quæ in ecclesia de mensa communi debentur etiam absentibus, & ijs,qui diuinis non intersunt,possunt ex consuetudine deberi.*
2 *Priuilegium,& consuetudo in distributionibus percipiendis parificantur.*
3 *Distributionum quotidianarum duplex est genus.*
4 *Arguitur recte de priuilegio ad præscriptionem, & cursum tanti temporis,cuius initij memoria non extat.*
5 *Animarum cura,consuetudine,& temporis præscriptione acquiri potest.*
6 *Archidiaconi contra episcopos, & capitula possunt iurisdictionalia,& quæ sunt de vtraque lege,acquirere.*

Quæstio 114.

SI in ecclesia extet consuetudo tanti temporis,cuius initij memoria contraria non existat, vt archidiaconus residens tres partes ex septem distributionem percipere debeat,si saltem per suum capellanū, siue vicarium ecclesiæ inseruuerit,vtrum consuetudo valeat?& illam valere magis vuque visum est, vt archidiacono.vt supra,vel per se,vel per capellanum residēti distributiones, prædictæ debeantur,nō obstante tex. in c.vnico.de cler.non residen.in vj.cum ille procedat, quando consuetudo introduxisset quotidianas distributiones,quæ victualia nuncupantur, ab omnino absentibus percipi posse,vt ibi tradit Io.mona.à cōtrario igitur illius tex consuetudo,qua cōcessum fuisset,certo modo residentibus,vt per vicarium, vel capellanū, distributiones deberi,valebit,quod quidē maxime di-
1 cendum est, † si distributiones in ecclesia de mensa cōmuni deberentur,nam etiam absentibus,& iis,qui diuinis non intersunt, ex consuetudine deberi possunt, vt habetur per gloss.magnam post medium in d.c.vnico.si enim ex priuilegio alicui ex causa cōcesso datum esset,quòd non residenti fructus,& distributiones cōmunes deberentur,valeret priuilegium,vt habetur ibi per gl.illam,& doct.ergo etiam ex causa, vt quia per capellanum quis inseruiret,poterit,stante consuetudi-
2 ne,huiusmodi distributiones percipere, † cum in his priuilegium,& consuetudo à pari procedant,glo.in c. nouit.de iudi.Inno.in c.j.de apost.a.c.duo sunt.de offi. ordin.l.quod principis ff.de aqua pluuia arcen. Consi-
3 dero ad hæc † duplex esse genus quotidianarum distributionum,alterum,quòd etiam iis,qui diuinis non intersunt,sed tamen præsentes sunt,ex consuetudine,aliáue de causa dari solent,alterum,quòd iis tātū debetur,qui diuinis horis canonicis intersunt,& hoc nisi iis,qui personaliter intersint,non conceditur.consuetudine contraria minime obstante Archid.in d.c.vnico. colū.j.& de hoc secundo genere loquitur ille tex.de primo vero consuetudo,de qua agitur,propter quam distributiones illius generis dari consueuerunt etiam iis, qui resident,& intersunt per capellanum,vel eius vicariū, per quem authoritate superioris, aut ex consuetudine in casibus permissis licitum est ecclesiæ inseruire, & ita seruiens pro residente habetur.c.extirpandæ.§. qui ve-
4 ro.extra de præben. Adde, † quòd consuetum esse dicitur à tanto tempore citra de cuius initio memoria contraria non existit,archidiaconum,& alios in ecclesia seruientes quotidianas distributiones percipere,si per capellanum saltem inseruiuerint igitur huic consuetudini standum est,perinde ac si expresse ex priuilegio papæ concessum fuisset,cum huiusmodi præscriptio,vel consuetudo tanti temporis vim habeat tituli,& priuilegij,vt in c.j.de præscriptio. in vj.l.hoc iure.§.ductus. ff.de aqua quotidi.& æstiua c.super quibusdam. & ibi glo.in ver extat.de verbo.signifi.sed ex priuilegio, & dispensatione papali concedi potest,vt quotidianas distributiones quis,etiam si diuinis non intersit,percipere possit.d.c vnico.cum no per gloss.igitur hoc etiam ex consuetudine tanti temporis,cuius initij memoria contraria non extet,concedi potest,quia sufficit volēti percipere distributiones huiusmodi si talis consuetudo extet,priuilegium,seu concessionem allegare,ad

quod,seu quam probandam sufficiet proxime dictam
consuetudinem probare,vt in d.c.super quibusdam.d.
l.quod principi.in princi.l.j.in fi.cum l.ij in prin.& ibi
no.ff.de aqua plu.arcen.habetur in l.cum in rem verso.
ff.de vsur.& in l.si certis annis maxime per Modern.C.
de pact.Idem ex prædictis dicendum est quo ad deci-
mas,& oblationes,vt iuxta consuetudinem sint diuidẽ
dæ:vnde si probatum sit.archidiaconum, & alios re-
sidentes saltem.vt supra,consuetos esse curam anima-
rum habere,onus,ac etiam commodum istud habendi
curam ad omnes,& singulos respectiue spectabit,pro-
ut singuli actus curæ exercere consueuerunt argu.c.cũ
olim.c.auditis cum gl,in versi.ius.de præscript. Nam
jus,seu onus non comprehenditur inter alia prohibi-
ta posse mediante consuetudine, & temporis præscri-
ptione acquiri,de quibus habetur per gl.in c.cũ nõ li-
ceat.in ver.non obstãte.de præscrip.& præcipue istud
ex vsu, & consuetudine longissimi temporis acquiri-
tur,si adsit præscriptio,& vsus tanti tẽporis,cuius ini-
tij memoria contraria non extet.c.accedentes.de pre-
scrip.d.glo.in ver.non obstante.post medium.per text.
in d.c.cum olim.& bene inseruit text.in ca.accedenti-
bus.de excess.prælat.Videmus etiam archidiaconos cõ
tra episcopos,& capitula iurisdictionalia, & quæ sunt
de vtraque lege posse acquirere,vt probatur in d.c. ac
cedentibus.& per gl.in d.c.auditis.& in ver.ius.& est
gl.in c.perlectis.xxv.dist.& in c.fi.cum satis.& in c.ad
hæc.& vbique no.de offi.archid.nam consuetudine iu
risdictiones non habentibus acquiri possunt.c.duo si-
mul.de offic.ordin.Et hæc de simpici iuris informatio
ne requisitus breuitati studendo vera esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Minor ex sola fideiussione ab eo facta læsus dicitur, & restituitur.*
2 *Heres minoris læsi restituitur.*
3 *Statutum certam præsupponens qualitatem non habet locum,nisi qualitas illa adsit,& probetur.*
4 *Mercatorem quem esse,quomodo probetur.*
5 *Statuta loci,vbi contractus fit,quo ad decisionem seruantur,aut quo ad processum causæ statuta,in quo lis agitur.*

Quæstio 115.

ILLVD quæsitum est, an statutum, quod mercatores
etiam minores xxv.annis possint se obligare,vt ma
iores locum habeat in eo,qui se extra locum statuti
obligauit,& ad hoc,vt locum habeat,quid requiratur.
certi iuris esse illud vtique dixi,quod si quis tempore prõ
missiõis, & fideiussionis ab eo factæ esset minor xxv.
annis,profecto aduersus huiusmodi promissionem,&
fideiussionem illi per integrum restitutionem succur
1 rendum esset, † cum solum ex eo,quod pro alio fideiuſ
serit,& non in rem suam,læsus dicatur,& aliter nõ pro
bata læsione est in integrũ restituẽdus, vt est tex.& ibi
glo.in l.ait prætor.§.non solum ff.de min.& nulli hoc
2 dubium est. †Quod etiam heredi minoris detur ex per
sona minoris læsi,cui successit,est tex.in l.minor.§.nõ
solum cum l sequen.ff.de mino.habetur per Bartolum
in l.fina.C.de fideiusso.minor.& in l.non solum.Cod.
de in integ.resti.verum quoniã multis in locis, & præ-
sertim Bononiæ stant statuta cauentia,quod mercato-
res & exercentes artem etiam si minores sint xxv.an-
nis,dũmodo sint maiores xlv.possint se obligare per-
inde ac si maiores xxv.essent:& statuta huiusmodi va-
lent.possuntque hoc inducere arg.l.fi.cum ibi not.per
doct.C.de his,qui ven.æta.impetra.Idcirco est aduer-
tendum,quod si quis virtute dictorum statutorũ velit obti
nere,probare debet illum,qui fideiussit, vel se obliga-
3 uit,fuisse mercatorem.† Nam quoties statutum certã
qualitatem præsupponentes aliquid disponit,nõ habet
locũ,nisi qualitas illa probetur,& adsit.l.prætor.§.do-
cere.ff.vi bon.rap.Bar.in l j.§.j.ff.ne quid in loco pub.
l.Fulcinius.§.ij.ff ex quibus cau.in possess.eatur.& ibi
Bar.Pau.Castr.in l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eũ.
qui in ius voc.vi exim & in l.cogi.C.de peti.heredita.
Ioan.And in c.j.de homi.in vj.& Alex in consi.ccxxiij.
col.j.in ij.lib.Nec satis est probare illum mercatorem,
nisi probetur,quod tempore fideiussionis, & obliga-
tionis mercator fuit. alioquin probatio nihil releua-
ret,nam qualitas verbo adiecta debet secundum tem-
pus verbi interuenire,& intelligi.l.in delictis.§.si ex-
traneus,& ibi Alexan.ff.de noxa.& l.Titius.ff.de milit.
4 testamen. † Neque iudicio meo mercator fuisse quis
probabitur ex vno simplici actu,& ex vna simplici ne
gociatiõe,sed ad hoc,vt quis mercator dicatur.& sub
statuto exorbitanti mentionem de mercatore facien-
te comprehendatur,requiritur,quod plures, vt ita di-
xerim,mercantias,pluresque negociationes fecerit,non
autem vnam tantum,vt in l.j.§ j.& ibi Bar.ff.de tribut.
Item quod teneat & habeat maiorem partem faculta-
tum suarum in mercãtiis,vt est tex.in l.semper.§.nego-
ciatio.& ibi Bartol.ff de iure immuni.& ita per illum
text.voluit Abb.in c.j.circa fin.de iudi.not.Alexan.in
consi.cviij.lib.iiij.Præterea ad hoc,vt mior virtute di-
cti statuti obligetur,debet promisisse,& se obligasse in
loco statuti,non autem alibi.vbi illud non extet, sed
quo ad hoc ius commune seruetur: nam si postea in lo
co statuti conueniretur,vnde oriundus esset,& vbi do
micilium haberet,quo ad decisionem causæ iura loci
5 contractus seruanda essent,† cum quo ad decisionem
iura loci contractus seruentur, quo ad ordinationem
vero & processum causæ statuta loci,in quo lis agitur,
seruanda sint.vt voluit Bart Bald.& omnes in l.cũctos
populos.C.de summa trini.& fide catholi.c.quod cle-
ricis cum glo & ibi Anto.& Abb.de foro competenti.
His se ita habentibus, si quis puta ciuis Bononiensis
minor annis xxv.& maior xviij. in ciuitate Venetiarũ
se obligauerit,& pro alio fideiusserit,& Bononiæ con-
ueniatur,statutum prædictum non erit obseruandum,
& si non probetur huiusmodi statutum etiam Vene-
tiis vigere,dispositio iuris communis attendetur per
l.omnes populi ff.de iustitia & iure.§.ius autem.insti
tut.de iure natural.gentium,& ciuil.& argument.ca-
pitul.causam de rescri.vbi dispositioni iuris commu-
nis statur. nisi aliter sit per statutum specialiter proui
sum.Idem est dicendum,nisi probetur,illum plures ne
gociationes fecisse,& maiorem partem facultatum in
mercantiis se habuisse per supradicta.Quibus cessanti
bus, sequetur dispositio iuris communis,quòd cum
pro alio extra rem suam efficaciter se obligauerit & fi
deiusserit,erit in integrum restituendus, vt in d.l.præ
tor.§.non solum.cum simil.& ita iuris esse puto.

SVMMARIVM.

1 *Debet,verbum necessitatem importat.*
2 *Verba geminata plus operantur,quã simpliciter prolata,& formam quandam denotant.*
3 *Ius etiam reale,quod quis habet in re pro indiuiso facta diuisione,adhuc in parte ex diuisione obueniente remanet:contra nu.5.*
4 *Bar.in l.qui Romæ,§.duo fratres.in ix.q.ff.de verb.obli.declaratur.*
5 *Diuisione facta,vna portio in locũ alterius succedit, nec quicquam pro indiuiso remanet.*

Qræstio 16.

HABENS partem & quottam certam pro indi
uiso illius rei,quam totã plures pro diuiso pos-
sidebant,si agat rei vendicatione, & partem suã
petat,vtrum illam totam ab vno, an vero ab omnibus
possiden-

posidētibus pro rata petere debeat? Quæstio satis de
cisa est, q quãdo vnus est dominus certæ partis vnius
fundi pro indiuiso, si rei vendicatione contra duos to
tum illum fundum pro diuiso posidentes agere velit,
sine dubio à quolibet possessore partes vendicare de-
bet, & cogitur, nō autē ab vno solum totum petere, nã
quoties certa loca illius fundi, in quo partē certã pro
indiuiso habeo, ab alijs pro diuiso posidentur, neces-
sario in his locis aliquam partē meã esse dicendū est,
& ideo ab ipsis possessoribus partes petere debeo: hic
est casus clarus in l.Pomponius.§.aliter.ff.de rei vend.
qui in terminis pro huius q.decisione emanauit: & cū
dicat hoc esse sine dubio, frustratoriū igitur est de eo
dubitare. Pondero etiam tex.illum, dum bis diuersis in
locis dicit agentem debere petere à quolibet possesso
re partes. exemplificando in quadrante, & consequēter
agens ita agere necesse habet, alioquin male ageret, qñ
ab altera tantum partem suam totam petere vellet: nã
1 †verbū debet ibi geminate positū necessitatē īportat.
l.ptor.in prin.ff.de eden.Bar.in l.iij.C.de pign.cū simi.
2 quæ allegari possent: † verba item geminata maioris
sunt efficaciæ, quam verba simpliciter prolata, ac quã-
dam formam denotant. l.cum ostēdimus ff.de fideiuss.
tut.Feli.in c.si cautio.de fide instrum. & ideo standum
est in hoc dispositioni d.l.Pomponius, qui tex.princi-
paliter pro huius casus decisione emanauit, quãuis for
te authoritas aliqua, seu doctrina scribentium in con-
trarium reperiretur, quoniam vt dicunt Abb. & cano-
nistæ omnes in c.j.circa fin.potius standum est in iu-
dicando legi, vel canoni decidenti & determinanti,
quàm doctrinæ communi doctorum. Cui dicto aliqui
forsasse non acquiescentes in contrariū adducere pos
sent doctrinam quandam Bar.in l.qui Romæ.§.duo fra
tres.in ix.q.ff.de verb.obli.per quam inferri videtur, to
tum posse ab vno tantum vendicari, nam Bar.ibi con-
cludit, quod si inter duos fratres, inter quos recipro-
cum erat fideicommissum, nō fuit in diuisione remis-
sum fideicommissum nec data licentia de vendendo,
& vnus ex eis post factam diuisionem bona in partem
obuenta cuidam extraneo vendidit, & postea fideicō-
missi conditio extitit, & dubium sit, an frater superui
uens posit contra illum extraneum emptorem totam
integram partem diuisione obtentam ab eo petere, an
vero solum partem, quam frater præmortuus iure suo
habebat, haud illam, quam in diuisione à superuiuente
habuit, concludit, in quam, & ibi Bar.non aliter allegã
do d.l.Pomponius, q totū ab ipso emptore petere po-
test, & consequenter rei vendicatione agens ratione
partis rei non solum partem, sed etiam totum petet: &
ad hoc Bart.ibi mouetur, quia à fratre mortuo, vel e-
ius herede totum actione personali peteretur, vt per
Bar.in d.§.in j.q.& totum frater, vel eius heres deberet
restituere, sed ab emptore petitur, ac si venditio nō es-
set facta.l.ij.§.sin autem auaritiæ.ff.de conditio.& de-
monstrat. & no.in l.pen.C.ad Treb.vbi hoc probatur,
ergo totum vendicari potest, ac si totum esset restitu-
tum. Possunt etiam verba Bar.hoc modo stare. sed ab
emptore petit, ac si restitutio facta esset, videlicet, ipso
iure, & ideo sicut à fratre totum peti potuisset, ita & ab
3 emptore. Præterea †si quis ius in re p indiuiso habet,
etiã si ius reale sit, facta diuisione ab eo, vel illo psente,
remanet ius reale in ea parte, quæ ex diuisiōe obuenit.
l.cōi diuid.§.debitor.ff.cōi diuid.l.cum in fundo.§.pe
nul.ff.de iure do.cum ergo ipsemet, qui in re ius habe-
bat, fecit diuisionem, sequitur, quod in illa parte tota,
quæ debitori, hoc est fratri præmortuo obuenit, rema
net fratri superuiuenti ius reale, & personale: ideoque
ipse illud totum ab emptore petere poterit: & ita Bart.
ibi residet. Sed supra traditam conclusionem saluando,
doctrina Barto.prædicta nullo modo obstat, & iudi-
cio meo ad casum nostrum allegari non meretur, vt re
cte intelligentibus satis constare potest. Bartol. enim
ibi concludit. vt supra, non allegando d.l.Pomponius.
in quo cum casum clarum, & quæstionis nostræ expres
sam decisionem habeamus, non est dicendum, q Bart.
contrarium velit: quod tamen si voluisset. veluti ex op-
posito allegatur, in eius sententiam non discederem,
sed potius iureconsultum in dicta l.Pomponius seque
rer ab ea, quæ supradicta sunt per scribentes in ca.j.de
constitut. & iuxta tradita per Barto.in l.nemo iudex.C.
4 de senten. Præterea † doctrina Barto.ibi loquitur in cã
su diuerso à nostro: nos enim loquimur, quando habēs
partem hoc est quottam certam pro indiuiso illius rei,
quam totam plures posidebant pro diuiso, rei vendi-
catione agere vellet, & partem suam totam petere, an
ab vno tantum, an vero ab omnibus pro rata, & pro-
portionabiliter petere debeat, & hoc vltimū verum es
se concluditur: ex quo plures totã rem pro diuiso pos-
sident. d.l.Pomponius.§.aliter. in quo tex.si totum fun
dum vnus tantum possedisset, habens partem pro indi
uiso potuisset ab illo totam suam partem petere, quia
plures, contra quos pro rata agi potuisset, non extitis-
sent: itaq; cessaret ratio d.l.Pōponius. & hi in hoc casu
vltimo proprie loquitur Barto. in dicto §. duo fratres.
in ix.q.vbi frater superuiuens in parte obuenta ratio-
ne fideicommissi habebat partem pro indiuiso, quam
ante diuisionem habebat, quæ pars tota ab vno posi-
debatur, hoc est ab emptore, cōtra quem solum hac de
causa agi potest: si nanque in terminis Barto.ibi frater
præmortuus partem sibi in diuisione asignatam duo-
bus pro diuiso vendidisset, qui illam pro diuiso, certis
que regionibus posiderent, & postea fideicommissi
conditio extitisset, profecto frater superuiuens ab v-
troque emptore partem in diuisione obuentam pro ra
ta, & pportionabiliter absque dubio peteret, vt inquit
iureconsul.in dicta l.Pomponius, & colligitur etiam ex
verbis Bar.Alex.& Ang.ibi. Adde, quod Bartol.ibi, qui
vult totum posse peti, quem ibi sequitur Ang. in lectu.
Azo.in viij.col.& Alexand.in ix.q.colum. antepenult.
loquitur, quando frater superuiuens, qui habebat ius
agendi, partem suam pro diuiso posideret, & ius agen
di ad partem fratris præmortui pro diuiso haberet, ab
emptore enim illam pro diuiso posidente totam pete
re potest, & debet, non autem solum partem illius par-
tis, quia rei vendicatione ad partem totam fratris age
bat, in qua agens ius pro diuiso habebat, & cōtra em-
ptorem agebat, qui illam à fratre præmortuo totã pro
5 diuiso posidebat. † Nec verum est, quod frater super-
uiuens post diuisionem factam in parte fratri præmor
tuo asignatã ius aliquod pro indiuiso haberet respe-
ctu partis, quam ante diuisionem habebat, licet enim
quando fit diuiso, vnusquisque diuidentium habebat
partem in re, & parte socij, tamen facta diuisione vicis
sim vna portio in locum portionis alterius succedit. l.
deducta.§.minus.ff.ad Trebellianum.l. si rem & pre-
cium.ff.de petitione hereditatis. vnde grauatus non re
stituitur fideicommis. in corporalibus, quæ in parte iu
re suo habuit, & in pecunia pro alia parte, quã agēs ha
buit iure ipsius grauati, immo in toto corpore, quod ad
consocium partem præmortuum in parte ex diuisione
peruenit: & ideo si dictus frater præmortuus partem
suam vendidit, illam totam. & non partem alius frater
vendicat, vt per hæc verba proprie declarat Ang. in di
cto §.duo fratres.columh.vij.& est de mente Barto.in
dicta ix.questio. & ratio est, veluti sæpius dictum est,
quia vnus tantum, & non plures totum illud posside-
bant, & agens habebat ius agendi ad partē fratris pro
diuiso, & contra emptorem, qui illam totam pro diui-
so posidebat, neque vlla pars pro indiuiso post factam
diuisionem apud alterum ex ipsis fratribus remansit:
quod secus esse, si plures totum pro diuiso posiderēt,
& vendicans haberet ius vendicandi contra illos par-
tem pro indiuiso huius rei potest subiici & adferri o-
ptima ratio. nam cum in qualibet illorū parte, vel mē

nimam partem suam habeat, totúmque hi possideant necessario me hercule, & sine dubio contra omnes pro niuiso pro rata, & proportionabiliter agere deberet, d.l.Pomponius.§.aliter, vt supra latius dictum est. Et hæc verissima esse putaui.

SVMMARIVM.

1 *Agnatorum, & cognatorum, masculorum, & fœminarum differentia de iure communi sublata est.*

2 *Successio in bonis sitis in alieno territorio, cuius statutis defunctus non ligetur, quo iure reguletur.*

Quæstio 117.

TITIVS ciuis Florentinus possidés in diuersis territoriis quàm plura bona immobilia, partim videlicet in territorio Florentino, partim in Pisano, & partim in Bononiensi, decessit in ciuitate Bononiæ, nullo condito testamento, superstitibus fratre, nepote ex alio fratre, & pluribus ex sorore nepotibus. Quæsitum est, an omnes simul in stirpes, an vero solum frater, & nepos ex alio fratre ad successionem admittantur exclusis nepotibus ex sorore. Respondi, omnes prædictos de iure communi simul in stirpes & non in capita ad successionem dicti Titij esse admittendos,
1 quia † de iure communi sublata est differentia agnatorum & cognatorum, masculorum, & fœminarum. vt est tex.in authen.cessante.& in corpore, vnde sumitur. C.de legit.hered.& in authen.de here.ab intestat.in §.si igitur.collat.ix.vbi casus in terminis, Alexan.in cósi. xliiij.in fin.penul.colum.libr.v. Et per ius nouissimum Codicis, hoc est per Iustinianum, iura agnationis quo ad succedendum vna cum aliis agnatis cócessa fuerút filiis sororis. vt est tex.in l.lege.& in l.meminimus.C. de legit.here.lib.& insti.de legiti.agnat.succes.in §.ex qua parte. Quare dicti filij sororis eodem modo, & pariter in bonis auunculi succedunt sicut filij fratrum: & consequenter non solum de iure authéticorum, sed etiam de iure Codicis nepotes ex sorore vna cum nepotibus ex fratre, ac etiam vna cú fratre defuncti succedere debent argum.d.§.si igitur.& d.auth. cessante. Et nulla de hoc videtur esse dubitatio. Sed maior erat hæsitatio, an dicti nepotes ex sorore possint succedere, stante dispositione dicti statuti Bononiensis, quo cauetur, fratre, & filios fratrum in successione ab intestato præferri sororibus, & earum filiis, cuiusmodi sta-
2 tutum fortasse Florentiæ quoque stat. † Attamen absque longa argumentorum disputatione existimaui de iure concludendum esse, dictos nepotes ex sorore debere, & posse succedere cum fratre, & filiis alterius fratris in bonis sitis in territorio Bononiensi, in quo Titius decessit, ac etiam in bonis existentibus in territorio alterius ciuitatis, cuius iurisdictioni Titius subiectus nó erat, & hoc per doctrinam Barto.in l.j.colum.xvj.versicu.sed pone, iunctis his, quæ ibi voluit in v.q. colum. xij.C.de summa trini.& fide catho.cum quo doct.magis communiter pertranseunt, vt ibi per Alexandr.in apostil.qui voluit, si quis decedat in loco, iurisdictioni cuius non sit subiectus, & in quo bona habeat, quod in successione illorum bonorum seruetur Ius commune, & non statutum illius loci, quando in personam loquitur, & non in rem, nam cum in personam loquatur, personam sibi non subditam ligare non potuit, quamuis bona ligare potuisset, quod tamen noluisse dicitur, vnde dici potest, quod potuit noluit, quod voluit, adimplere nequiuit..l.multú.C.si quis alteri vel sibi &c. cum super abbatia.extra.de officio delegat. Cum igitur statutum Bononiæ in casu isto loquatur in personam, non debet quo ad bona posita in eius territorio seruari, sed ius commune, de quo in principio. Nec statutum Florentiæ seruandum est, quoniam non potuit quo ad bona extra suum territorium posita disponere, neque bona iurisdictioni statuentium non subiecta ligare, vt per Barto.in dicta l.j.idem dicendum est de bonis existentibus in territorio Pisano, & in aliis, quorú iurisdictioni Titius non erat subiectus, & consequenter necillorum statutis ligatus, si statuta illorum locorum in personam, & non in re loquantur, quo casu nec personam, nec rem sibi non subiectam ligare non potuerunt per prædicta. Et ita in indiuiduo tenuit Alexá. in consi.cxj.lib.iiij.& in consi.xliij.lib.v.sequendo dicta Barto.in loco præallegato, & ea corroborando, atque attestando communem opinionem esse cum Barto. Quo ad bona autem posita in territorio Florentiæ, cuius iurisdictioni, & statutis Titius erat subiectus, seruáda esse statuta Florentiæ dixi. Et ita iuris esse existimaui idque variis vtriusque iuris constitutionibus, responsis, rescriptisue demonstratum est.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium facit, qui rationem administrationis bonorum reddere tenetur.*

2 *Inuentarium est capud rationum.*

3 *Inuentarium duplex ab herede grauato ad diuersos effectus fieri potest.*

4 *Heres grauatus tenetur etiam vltimo fideicommissario cauere, si priores cautionem petere neglexerint.*

Quæstio 118.

AN fideicommissarius, qui ex testamento vocatur ad hereditatem eueniente aliqua códitione, puta post mortem heredis possit heredem grauatú compellere, vt cóficiat inuentarium bonorum hereditatis, quo conditione adueniente sciatur, quæ bona extant in hereditate. & ad heredem peruenerint, quæque deficiant, vt sic heres heredis de mala bonorum administratione fideicommissario teneatur. Docto. communiter ex notatis per gloss.in l.cum tale.§.j.ff. de conditio.& demonstration.concludunt heredem grauatum posse ad hoc compelli, vt habetur ibi per Bartol.Paul. Castr.& Ioan.de Imol.idem voluit Bal.in l.filium, qué.
1 in fi.C.famil.ercis.& mouentur, † nam grauatus per fideicommissum tenetur reddere rationem bonorum fideicommisso subiectorum illi vel illis, quibus sub aliqua conditione facienda est restitutio vt est tex.in d.§. j & ibi doctor.post gloss.facit.l.cum Archimedoram. C.vt in posses.legat. Ergo tenetur etiam de bonis mo-
2 bilibus, & immobilibus inuentarium facere, quia † inuentarium est caput rationum argum.l.j.§.officio.ff.de tuto.& ratio.distrahen.sicut dicitur de tutore, qui rationem reddere debet, & hac de causa inuentarium facit l.tutor qui repertorium. ff.de administra.tut.& notandum est, quod ille tex.in d.l.cum tale §.j.solú considerat, quem esse grauatum restituere hereditatem per fideicommis.post eius mortem ad hoc, vt cauere teneatur, vt supra, & ad hoc, vt inuentarium omnium bonorum facere debeat, vt ibi per docto. neque considerat, quibus sit facienda bonorum restitutio, primo ne, an secundo, an aliis etiam remotioribus, nam cum euenire possit, vt vltimus etiam ad fideicommissum admittatur, sua dicitur interesse, ab herede inuentariú confici per d.l.cum tale.§.j.cum ibi notatis. vbi doctores omnes volunt in terminis illius tex.quod heres grauatus teneatur rationem reddere, & consequenter inuentarium facere ad effectum, vt eueniéte conditione ille, qui potuit admitti, cuiusque interesset, possit integraliter consequi bona fideicommisso subiecta. Nec obstat, quod heres ad confectionem inuentarij solum causatiue teneatur, ad effectum, vt gaudeat beneficio l.fi.C.de iure delib.sed quod cogatur, nulla lex est, quæ hoc

velit, ergo videtur, quod heres ad instantiam fideicómissariorum ad inuentarij confectionem compelli ne
3 queat. † Quia respondetur, aliud esse inuentarium, de quo in l. fin. & in auth. de hered. & falci. coll. j. quod fit ad vtilitatem heredis, & cum solennitate, quę traditur in dictis iuribus, fieri debet, ad aliud, quod fit ab iis, qui cautionem de conseruandis bonis præstare, & rationem reddere tenentur, de quibus plene habetur per Specul. in tit. de instrumen. edit. in §. d. vlti. Et huiusmo di cōfectis inuentarij nō fit ad vtilitatem heredis, seu alterius, qui rationem reddere teneretur, sed illorum, quorum interesset, ne bona dissiparentur, vt sunt hi, ad quos bona in futurum propter euentum conditionis, seu alterius casus peruentura forent. Et ad hanc confectionem tenetur, & cogitur heres grauatus per fideicommis. ad petitionem eorum, ad quos bona aliquo modo possent peruenire, quia inuentarium caput est
4 rationum, vt supra dixi. † Et ex prædictis infertur, q si testator plures substitutionum gradus fecerit, vltimo loco vocatus maxime si priores neglexerint, potest instare, & petere, vt sibi per heredem caueatur fideicommissi conseruandi causa iuxta d. l. cum Archimedoram. & ibi per totum, & per totum, ff. vt lega. & fid. nomine caue. & cōsequenter, vt de bonis fideicommisso subiectis inuentarium fiat, quia sua interest, & inter esse potest, cum tempore, quo heres grauatus in testamento morietur, euenire possit vt nullus alius ex vocatis superfit, quoniam inspiciendus est dies, quo venerit, & cesserit dies fideicommiss. l. cedere diem. ff. de ver bo. signi. & solum prouidendū est, vt grauatus caueat, & inuentarium faciat ad effectum, vt ipse, vel heres eius eueniente fideicommissi conditione possit rationem reddere illi, seu illis, qui tunc de vocatis reperiétur, & quorum interesse posset vt est text. in l. j. §. j. ff. vt lega. nomi. caue. & hoc clare colligitur ex tex. cum ibi nota. per gloss. singularem, & doct. maxime Pau. Castr. in d. l. cum tale. §. j. Et hæc est communis opinio, quam tenuit Cuma. in l. inter omnes. ff. qui sa. isda. cogan. & ante eum Iacob. de Rauen. & Albe. in l. sed & si plures eodem titu. per illum tex. qui profecto optime probat, cum generaliter loquatur, stantibus pluribus substitutis, & velle illum restringere ad substitutos in eodem gradu est maxima restrictio, & diuinatio atque violatio generalitatis illius. Propterea intelligatur, vt iacet, in vtroque casu, prout ad vtrunque casum verba literæ possunt adaptari, maxime concurrente in vtroque eadem ratione. & præsertim in casu, quo cautio petita non esset, nisi ab vno vel eiusdem gradus, vel alterius, vel vnus ex pluribus, vt colligitur ex l. si duo. ff. vt lega. seu fideicom. seruan. cau. & c. iuncta l. hæc stipulatio. §. diuus. eodem titu. nam vbi euidenter constaret nō posse locum esse fideicommiss. cessaret satisdatio, ergo quando fideicom. locus esse posset, cauendum est, nec refert, an fuerit primus, vel secundus fideicommissarius, qui cautionem petierit, dummodo heres in cauendo sæpius nō grauetur, datis pluribus fideiussoribus d. l. si duo. Non obstat doctrina Iason. in d. l. inter omnes. quia primo dici potest, quod cōtra eum non est communis opinio, ac etiam tex. in dicta l. sed si plures. & in iudicando non recedamus à crebriori sententia doctorum, ad ea quæ volunt Io. And. & alij in c. j. de constitut. Secundo dico posse intelligi, quando fideicommissario priori cautum esset, seu prior instaret, vt sibi caueretur, secus si esset negligens, quia posterior cautionem petere posset propter suum interesse, ne in casu, quo sua conditio fideicommissi eueniret, bona dissipata reperirentur. Alioquin primus fideicommissarius posset cum herede colludere, & cautionem negligere, vt sequentibus præiudicaret, attenta ratione d. l. si duo. in fin. versi. Nec obsta. l. Paulus. ff. de prætor. stipulatio. super qua se fundat Iason, quia debet & potest declarari iuxta prædicta. Præterea illa verba tex. & po-

test videri calumniose satis petere, quem alius antecedit, si intelligeretur dispositiue posita, intentionem Iason. probare possent, & tunc responderetur, vt supra ac secundum verionem. & magis communem intellectū, qui fuit Raynu. illa verba debent intelligi interrogatiue, & supplebitur, non quasi velit dicere tex. quod calumniose petere non videtur, qui petit cautionem, seu bonorum possessionem, quanuis alius eum antecedat. Et hunc intellectum sequitur Ioan. de Imol. & glo. ibi. Et hoc mihi clarissimum esse videtur.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio iuris communis positiui per statuta locorum expresse tollitur, & corrigitur, non autem tacite per subauditos intellectus.*

2 *Statuto cauente simpliciter, vt non extantibus liberis, vir partem certam dotis lucretur si solum ex primo matrimonio liberi extent, & vir secundus quam partem lucretur.*

3 *Lex filijs ex primo matrimonio magis fauet, quàm secundis nuptijs, & secundo viro.*

4 *Statuto disponente, quod si mulier decedat, non extantibus liberis ex matrimonio, in quo moritur, pars dotis ad filios reuertatur, & partem maritus lucretur, si ex primo matrimonio tantum liberi extēt, vir secundus quam partem lucretur.*

5 *Quid si statutum dicat, muliere decedente sine liberis ex eodem matrimonio, maritus dotem vel illius partem in omni casu lucratur.*

6 *Mulier secundo nubens curare debet, ne in præiudicium filiorum ex primo matrimonio dotis alienatio prohibita fiat.*

7 *Et quomodo curare debeat.*

Questio 119.

DVBITARI sæpe contingit, vtrum vir secundus lucrum dotis ex statuto debitum consequi possit, extantibus filiis primi matrimonij legitime contracti, in quo artic. docto. in consiliis, atque lecturis variasse videtur, vt colligitur ex iis, quæ ponūt Bald. Paul. de Cast. & alij in l. vnica. C. de inofficio. dona. in authent. præterea. C. vnde vir, & vxo. & in l. hac edictali. C. de secundis nup. Quare pro veritate plures casus considerandi sunt: premittendo tamen secundū
1 Bal. in d. l. vnica, quod † dispositio d. l. hac edictali. quæ est iuris positiui, potest tolli, & corrigi per statuta locorum. §. j. cum §. fi. instit. de iure natu. gen. & ciuil. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ibique Barto. c. proposuit. cum ibi not. de conces. præben. corrigi autem non potest ius commune, & sic dispositio legis hac edictali. nisi expresse corrigatur, non enim tacite, nec per subditos intellectus potest lex corrigi. l. iubemus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. c. cum expediat. de electio. in vj. l. vnica. C. de inofficio. dotib. glo. not. in c. cupientes. in ver. petere. & in ver. priuatos. de elect. in vj. Socin. in consi. xxxv. in iiij. volum. His præmissis pono
2 primum casum, † vt quando in loco staret statutum simpliciter disponens, quod non extātibus liberis, vir lucretur dimidiam, vel aliam partem dotis, nam si mulier, q̄ habebat liberos ex primo matrimonio trāsiuerit ad secunda vota, & morta fuerit sine filiis ex dicto secundo matrimonio, tunc maritus lucrari nō poterit maiorem partem dotis, quā habebant liberi primi matrimonij. quinimo ex dote filij primi matrimonij pri' detrahere debebūt tertiam partem dotis & aliorū bonorum pro legitima debita sibi iure naturæ, & residuum dotis æqualiter erit inter filias, & secuudum maritum diuidendum, nec plus habebit maritus, quàm

habeat quilibet ex liberis per textum in dicta l. hac e-
dictali, cuius dispositio non dicitur correcta per tale
statutum: & hæc conclusio colligitur expresse ex iis,
quæ volunt Bar.in d.l.hac edictali in princi.& in quę-
stion.incipiente.Mulier habens &c.& Barto.Baldus,&
communiter docto.post glos.in dicta l.vnica.C.de in-
offic.doti.vbi dicit Paul. de Castro quod fatuum esset
in consulendo,& iudicando recedere ab hac opinio-
ne,quæ est communis,quicquid dixerit Salicet.in d.l.
3 vnica.quia † lex plus fauet filiis primi matrimonij, &
ex primo connubio, quam secũdis nuptiis: & viro se-
cundo,vt in dicta l.hac edictali. & in l.fœminæ. C. de
secundis nuptiis. & ratio est, quia illud quod reuoca-
tur per beneficium d.l.hac edictali.ad fauorem libero
rum primi matrimonij,nõ computatur in legitimã de-
bitam iure naturæ, sed vltra legitimam debitam iure
naturæ.sed vltra legitimam debetur liberis primi ma-
trimonij.nam prius detrahẽda est legitima pro filiis,
& residuum est diuidendum inter filios primi matri-
monij,& secundum maritum,cui ex pacto,vel ex statu
to lucrum deberetur, vt est text.in d.l.hac edictali in
§ primo & est de mente doctor. communiter,vt etiam
attestatur Decius in consilio xix.in ij.column.ibi pri-
mus&c.& Alexan.in apostil.ad Barto.in dicta l.hac e-
dictali in princip.appostil.magnæ,& omnino habetur
per Soci.in d.consi.xxxv.in iiij lib.Secundus casus est,
4 † quando statutum diceret,si mulier decederet in ma
trimonio.non extãtibus liberis ex matrimonio, in qua
moritur,pars dotis reuertatur ad filios,& aliam partẽ
lucretur maritus, nam tunc constat ex statuto, quod
maritus debeat acquirereque partẽ dotis etiam extan-
tibus filiis primi matrimonij, quoniam dicendo, re-
uertatur pars ad filios.necessario debet intelligi de fi-
liis primi matrimonij, ex quo in statuto præsupponi-
tur,quod non sint filij ex matrimonio,in quo ipsa mo-
riatur:ergo de mente expressa statuti esse dicitur,quòd
maritus ex secũdo matrimonio absolute lucretur par-
tem dotis etiam extantibus filiis primi matrimonij,
quamuis plus haberet maritus,quam haberent filij pri
mi matrimonij, vt quia essent tres vel quatuor. & sic
contra dispositionem d.l hac edictali, cui in casu isto
statutum valuit prout potuit,derogare, sicut quando
statutum expresse dis. oneret, quòd maritus muliere
præmoriente,dotem totam,aut partem certam, vt di-
midiam lucrari deberet, etiam extantibus filiis primi
matrimonij,seu in illorum præiudicium, & sic contra
dispositionem dict.l.hac edictali. & in casu, seu casi-
bus istis intelligatur id,quod voluit, & consuluit De-
cius in dicto consilio xix.in secunda & tertia column.
In contrarium autem.& forte melius faciunt ea, quæ
voluit Socin.in dicto consilio xxxv. per rationes suas,
5 quæ magis placent. Tertius casus est, † quando sta-
tutum diceret,quod muliere decedente sine liberis ex
eodem matrimonio,seu ex eodem complexu, maritus
in omni casu lucrari deberet dotem,seu illius partem,
& tũc in præiudicium filiorum primi matrimonij ma-
ritus habebit totum,& integrum lucrum statuti, quia
statutum voluit derogare dispositioni.d.l.hac edicta-
li,vt notabiliter consuluit Roman. in consilio xliiij.
incipient.ex supra narrato &c.in vltima columna ibi
post hæc peracta &c.nam ex quo statutũ vltra illa ver-
ba si decesserit sine liberis ex eodem matrimonio,sub-
iunxit,quod in omni casu maritus lucrari debeat &c.
ꝓpter ea verba in omni casu,q̃ sunt vniuersalia, & nul
lũ casum excipiunt,statutum expresse videtur velle, ꝙ
maritus lucrum illud habere debeat etiam extantibus
filiis primi matrimonij,& sic videtur corrigere dispoſi
tionem d.l.hac edictali,vt ibi per Roma. sicut quando
statutum diceret,muliere prædecedente in matrimo-
nio,non extantibus liberis ex eodem matrimonio,ma-
ritus nihil teneatur de dote restituere,nam tunc vide-
tur velle pręiudicare filiis primi matrimonij,& sic de-
rogare d.l.hac edictali propter illam vniuersalẽ nega-
tiuam,vt est de mente Decij in dicto consilio xix.in ij.
colum.in fin.& etiam in iij.column.si eius verba recte
inspiciantur. Ex quibus infertur, quod si sine illis ver-
bis in omni casu,vel illis nihil teneatur restituere,sta-
tutum diceret simpliciter, si mulier sine liberis ex eo-
dem matrimonio decedat,maritus lucretur &c. quod
ad præiudicium filiorum primi matrimonij,de quibus
nulla facta fuit mentio,maritus nõ poterit lucrum in-
tegrum consequi,sed admittetur iuxta dispositionem
d.l.hac edictali in princip. & in §.j. videlicet vt prius
deducta legitima debita iure naturæ ꝓ filiis primi ma
trimonij,reliquum dotis distribuatur inter secundum
virum,& filios primi matrimonij, vt dictum est supra
in primo casu:& hæc sunt de mente Roma.in d.consil.
xliiij.& etiam Decij in d.consilio & aliorum magis cõ
muniter,qui volunt,quod licet per statutum posit de-
rogari dispositioni d.l.hac edictali, tamen hoc est ve-
rum,quando expresse id factum fuit,vel ex verbis ne-
cessario infertur,alioquin secus.nam quamuis statutũ
dicat,muliere decedente sine liberis ex eodem matri-
monio vir lucretur &c.non tamen apparet, quod vo-
luerit præiudicare filiis primi matrimoni saltem quo
ad id,quod fuit dispositum per d.l.hac edictali ad eo-
rum fauorem,vt per Socinum in dicto consilio & licet
statutum dicat,si mulier decedat, seu muliere decedẽ
te sine filiis ex eodem matrimonio &c. & consequẽter
inferatur à contrario sensu,quod licet ipsa dicatur de
cedere cum filiis primi matrimonij,nihilominus mari
tus lucrari debeat,vt dictat statutum, dummodo non
extent filij ex secundo matrimonio, tamen dico, quod
cum ex hoc dispositio d.l.hac edictali.diceretur corri
gi,& ageretur de pręiudicio filiorum primi matrimo
nij,quibus iura magis fauent,quam secundo viro, vt
supra,non debet sumi tale argumentũ à contrario sen-
su,seu per quod diceretur corrigi dispositio d.l.hac e-
dictali, & fieri præiudicium filiis primi matrimonij,
quia sic diceretur lex illa corrigi per subauditionem,
& repetitionem tacitam sumptam ex his verbis sine fi
liis ex eodem matrimonio contra not.per gloss. in di-
cto capitu.cupientes,ad ea quæ volunt scribentes in l.
j.§.huius.ff.de officio eius cui manda.est iurisdic.& in
l.si cum dotem.in princi.ff.soluto matrimonio.Corro-
6 borantur prædicta ex his, † quæ in hoc articulo docto.
dicunt in d.l.vnica.& in d.authẽ.præterea.C.vnde vir,
& vxor.quod mulier quæ prohibetur alienare ad præ-
iudicium filiorum primi matrimonij ex dispositione
d.l.hac edictali,debet ita contractum dotis,seu dotem
secundo marito constituere,vt ex ipsis dotis alienatio
prohibita non sequatur & consequenter tempore con
tractus secundi matrimonij curare debet.ne dicta do
tis alienatio prohibita fiat,hoc est ne contingat secun
dum virum plus habere,quam quemlibet filium primi
matrimonij argumen.dict.l.vnicæ,& in l.codicillis §.
instituto.ff.de legatis secundo.& per gloss. ordinariã
& magistram,quam doctores ibi,& alibi communiter
sequuntur in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verborum obli
gationibus. optimus textus cum ibi notatis in l.ea le-
ge.C.de condiction.ob causam.& hoc argumento ad
propositum vtitur Socinus in dicto consilio.& Bald.in
7 dicta l.vnica.column.iij.† Curabit autem hoc secun-
dum Soc.in d.consilio & alios mulier volens ad secun
da vota transire,& sciens se habere filios ex primo ma-
trimonio,& statutum extare de lucrando dotem prout
scire præsumitur ad no.in c.j.extra de constitut.& per
Bartolum & alios in l.omnes populi.ff.de iustitia & iu
re.nam omnia bona in dotem secundo viro dare nõ de
bebit,sed filius primi matrimonij partem illam debi-
tam ex dispositione d.l.hac edictali reseruabit: quod si
mulier hoc non curauerit,id quod plus datum erit ad
præiudicium filiorum primi matrimonij non valebit,
nec secundo viro acquiretur. nisi statutum expres-

se

se diceret,quod maritus lucrari deberet totam dotem, vel certam illius partem etiam extantibus filiis primi matrimonij, tunc enim expresse constaret statuentes voluisse derogare dispositioni d.l.hac edictali secūdū Paulum ibi.& clarius per Baldum in prima quæstione versi.in contrarium videtur:& hanc distinctionem verissimam fore sum arbitratus,secundum quam olim in quæstione facti respondi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione à prætensis grauaminibus deserta ob lapsum fatalium iuris communis, negotium principale ipso iure ad iudicem,à quo reuertitur.*

2 *Quid de stylo curiæ,si causa appellationis vna cū negotio principali nullitatis, & attentatorum tam coniunctim,quàm diuisim in curia commissa foret.*

3 *Stylus contra ius commune solum in ijs casibus locum habet,in quibus expresse reperitur.*

4 *Appellatio an dicatur deserta propter lapsum temporis iuris communis,multum differt.*

5 *Falsa latinitas vitiat dispositionem, & rescriptum in corpore iuris clausum.*

6 *Beneficialis causa ex sui propria natura ad curiam deuoluitur.*

7 *In causis beneficialibus,deserta appellatione, iudex quem absque noua commissione de negotio principali non cognoscit.*

8 *Causam appellationis commissam esse vna cum negotio principali tam coniunctim,quā diuisim, quomodo intelligatur,& quid operetur.*

9 *Dictio vna,cum,& similes quando accessorie, & nō principaliter coniungant.*

10 *Negotium principale sui natura ad causam appellationis à grauamine accessorie venit.*

11 *Dictiones tam,& quam quid importent.*

12 *Stylus curiæ, quod finita appellatione remissio non fiat,sed iudex ad quem de negotio principali in curia cognoscat,quibus in casibus locum habeat.*

13 *Causa nullitatis,& attentatorum quando causam appellationis suspendere dicatur.*

14 *Causa attentatorum de quibus attētatis intelligatur.*

Quæstio 120.

APERTISSIMI iuris est secundū regulas iuris communis,quod † iudex,à quo fuit appellatum à prætensibus grauaminibus ob desertā appellationem per lapsum fatalium iuris communis,anni videlicet,bienni,& trienni,potest procedere in negotio principali,quod quidem hoc in casu ad eum ipso iure reuersum est,etiam si appellationi detulisset,vt est gloss.& ibi Domin.in c.cum appellationibus.in fin.de appellationib.in vj.& Ioan.de Imol.in clementi. sicut appellationem.eodem titu.vnde multo magis hoc verum est,si appellationi non detulisset,vt habetur in decisio Rotæ.xj.in nouis.in fine.Nec in inhibitio iudici à quo facta impedit huiusmodi reuersionem ipso iure, quia eius effectus vna cum causa appellationis durat, adeo quod illa deserta,finitur effectus inhibitionis ad tradita per doctores omnes in c.vt debitus.in glo.pen. de appellation.Sed quæstio non parua agitur † vtrum ex quo commissa fuit in curia causa appellationis vna cum negotio principali,nullitatis, & attentatorum tā coniunctim,quàm diuisim, &c.saltem de stylo curiæ Romanæ,deserta appellatione vt supra,negociū principale absque alia remissione ad iudicem à quo reuertatur,an vero in curia remaneat cognoscendū per auditorem sacri palatij,cui causa fuit commissa: & idem esse concludendum existimo,quod iam dictum fuit,veluti Ioannes de Imola & clarius Felin. attestantur in capitul.ex parte S.colum.tertia & penultim.de rescriptis.& habetur in decision Rotæ.447. in antiquis , & 114.in nouissim.incipient.Nota,quod maior pars cum pluribus aliis,quas ipsi referunt:idem sensit Deci.in dicto cap.vt debitus in viij.notab.Et quamuis Felin.in c. causam quæ.columna octaua de rescriptis.& in capit. olim.column.penultim.de exception.videatur affirmare,de stylo curiæ esse, quod quando causa appellationis à grauamine committitur vna cum negotio principali auditori Rotæ,negotium principale non reuertatur ad primum iudicem à quo etiam si auditor pronūciet fuisset male appellatum,tamen idem esse non dicit,nec attestatur,quando appellationis causa deserta esset,aut finita per lapsum temporis à iure cōmuni præfixi: † immo cum stylus curiæ in hoc casu iuri communi sit contrarius, vt ibi dicit Felin. solum in his casibus seruandus est,in quibus expresse stylus reperitur, & non in aliis,neque in casu,de quo agitur, cum nullibi hic stylus reperiatur,quando appellatio per lapsum temporis à iure communi præfixi deserta foret: vnde non est dicendum ita facile in hoc ius commune corrigi,& tolli per stylum curiæ argument.capit.cum expediat de election.in vj.neque nos id,quod stylus non dicit,dicere debemus.argumēt.l.si seruum.§.non dixit prætor.ff.de acquirend.heredita.Quando autem Felinus stylum curiæ extare testatur,loquitur in appellatione finita per pronuntiationem iudicis ad quem,bene,vel appellatum pronuntiando,quo casu fateor, stylum esse.vt causa negotij principalis non reuertatur, nec remittatur ad iudicem,à quo:& ita in terminis omnes decisiones Rotæ loquuntur,veluti est decisio xj. in nouis incipiente, fuit dubitatum, vt ex verbis decis.colligitur, dum ponit secundam limitationem ad regulam traditam,quæ loquitur,quando per iudicem esset pronunciatum,ergo & limitatio loquens de stylo curiæ in hoc casu debet intelligi,cum limitatio & exceptio de regula esse debeat iuribus vulgarib.ita hanc decisionem declarat Decius in dicto cap.vt debitus.in vij.notab.& hoc clare demonstrant verba decis. dum loquitur conditionaliter dicendo regulariter pronunciato per iudicem male appellatum,quæ sunt verba ablatiui absoluti conditionē facientia,quæ expresse innuunt,stylum curiæ,si pronuntiatum sit &c.ergo quando appellatio deserta esset,vt supra,stylus curiæ locum non habebit,sed solum in casu suo,extra quem ius cōmune per stylum corrigi non est dicendum. Quinimmo doctores omnes volunt in capitu.ex literis.de constitutio.ibique Abb.quod stylus seruandus sit,quando iuri communi non est contrarius,& vbique scribentes hoc tenent,quos ad longum referre possem. Non obstat decisi.Bellamer.ccxxxvj.incip.in causa domini P. circa fin.quoniam ipse non ponens decisionem,sed volens aliud,quod in decisione continebatur,probare incidenter & argumentando illud dicit,& cum ius commune mutandi, & corrigendi authoritatem non habuerit.sicuti de Gratiano dicitur , illius dictis , argumentis,& decisionibus non statur,neque fides adhibetur,quoties ius commune aduersaretur,vt volunt docto.omnes in c.j.de constit.ac decisio illa Rotæ, quam Aegid.ibi vult probare.ad casum nostrum non facit,vt
4 inspici potest. † Præterea decisio illa, omniaque in ea dicta procedunt,quando appellatio fuisset deserta per lapsum temporis præfixi à iudice,quo casu quo ad appellantem solum,& non quo ad iudicem deserta dicitur.c.ex insinuatione.& nota.in c.sicut de appellatio. ideoque iudex iurisdictionem retinens adhuc negotij principalis iudex remanet.Nos vero sumus in appellatione deserta per lapsum omnium fataliū iuris cōis, videlicet anni,biennij,& triennij:quo casu appellatio deseritur quo ad partem,& quo ad iudicē,vt illius iu-

risdictio finiatur clemen.si appellationem.de appella.
cum aliis præallega.nam terminus iuris est nedum ad
inchoandam,sed ad finiendam quoque appellationis
causam,at terminus hominis solum ad inchoandum,
vt habetur in c.cum sit.& in capi.sæpe.per Imolam in
iij.colum.de appellation.Et pro hac differentia inter
lapsum horum temporum & iuris communis,& homi
nis,vel iudicis faciunt no.per Felin.in d.c.ex parte.§.
in fi v.colum.& per Bellame.in deci.cclix.& ea,quę ha
bentur in decisi Rot.xcviij.in nouis.incipiente, licet
appellatio.in fin.versi.in vlti.addit Et hæc est vera,ac
iuridica responsio.Neque in hoc est vera, neque bona
differentia inter appellationem à sententia diffiniti-
ua,& appellationem ab interloquutoria: non enim in
appellatione à diffinitiua.deserta per lapsum tempo-
ris præfixi ab homine negocium principale cognoscē-
dum remanet apud iudicem ad quem, & secus est in
deserta per lapsum temporis iuris communis, in qua
negocium principale ipso iure ad iudicem, à quo re-
uertitur, quia in sententia diffinitiua de magno præ-
iudicio tractetur,sed ratio est,quia per lapsum tempo-
ris ab homine præfixi appellatio deseritur quo ad par
tem,& non quo ad iudicem.quod secus est in lapsu tē
poris iuris communis,vt supra dictum est, quæ ratio
pariter militat in appellatione ab interloquutoria,&
à grauamine,cuius causa vna cum negocio principali
commissa esset.Et ex his respondetur ad id, quod dici
posset rationem in d.decis Bellam.ccxxxvj. esse genera
liorem dicto, prout esse regulariter debet, nam id,
quod ibi dicitur,non est ratio finalis decisionis,immo
nec pro ratione decisionis ibi ponitur, sed est dictum
argumentatiue ad probandum illud.quod in decisio.
dicebatur,fueruntque verba Aegid.non habentis au-
thoritatem tollēdi ius commune,vt dictum est.Quod
si argumentum illius verum esset,profecto procederet
solum in casu,in quo loquitur, & quem vult probare,
vt iuri communi minus præiudicetur iuribus vulgar.
verba adhuc in fi.illius decisio.positā,quæ ex opposito
contra ius commune adducuntur,si recte inspiciātur,
5 & prout in libro meo leguntur,† continent falsam la-
tinitatem,quæ vitiat dispositionem,& rescriptū clau-
sum in corpore iuris,vt dicit Bal.in l.eam,quam.in j.co
lum.C.de fideicommiss Præterea notanda sunt verba
illa in d.decisio.dum dicitur, quia curia nunquam re-
mittit.ex iis enim apparet,illam loqui in casu,quo re-
missio alias erat necessaria, & illi de iure locus erat.
At appellatione deserta per lapsum biennij. de qua in
hoc casu agitur,locus non est remissioni,nec ea de iu-
re facienda est,quia ipso iure negocium principale re-
uolat,& reuertitur ad iudicem à quo ad nota.in dicto
cap.cum appellationibus.& per Imol.in d.clementin.
sicut appellationem.Clare itaque ex verbis d.decision.
colligitur,quòd in alio casu loquitur.quàm in nostro,
videlicet quando appellatio deserta esset per lapsum
temporis à iudice præfixi, quo casu de iure locus est
remissioni.ex quo iudex adhuc remanet. Non obstat
etiam decis.Bellamer.ccccxx.incipiē.conclusio. circa
princ.& fin.cum simili.Quia contrarium deciditur in
decisio.Rot.ccccxlvij.incip.Nota quod maior pars in
antiquis.ac etiam in decis.cxvij.in nouis.incip. maior
pars.Adde,quod d.decis.ccccxx.loquitur,quādo fuis-
6 set appellatum à grauamine in causa beneficiali† quo
casu æque principaliter ex propria natura causæ ad cu
riam deuoluitur,& causa huiusmodi appellationis cō
mittitur nō solum,vt grauament reparetur,sed etiam
& magis principaliter,vt causa beneficialis,& negotij
principalis ad curiam deuoluatur, & in illa cognosca
tur,& hoc est ex propria natura causæ,vt est tex.in ter
minis in fi.iuncta gl.& ibi doct.in d c.vt debitus.vbi fi
nita causa appellationis per iudicis pronunciationem
principale negotium ad iudicem,à quo remittitur:fal-
lit in causis maioribus,vt ibi,maiores causę sunt inter
alias,de quibus habetur in c.j.de elect.in vj.& in clem.
causam.eod titu.& sic beneficiales,de quibus propriè
7 loquitur d.decisio.cum similib.Præterea † etiam in cau
sis beneficialibus deserta appellatione iudex ad quem
non potest de negotio principali cognoscere absq; no-
ua commissione,vt in dicta decis.ccccxlvij.& cxvij.Et
ita ponderat Ioan.de Imol.vt refert Felin.in dicto c.
ex parte.§ in iij colum.Nec repugnat causam appella-
tionis fuisse commissam vna cum negotio principali
tam coniunctim, quam diuisim. Quia respondetur,
8 † hanc clausulam consuetam apponi in huiusmodi cō
missionibus de iure intelligendam, ac interpretādam
fore in puris terminis iuris communis, ne in aliquo
ius commune tollatur, & corrigatur. vt colligitur ex
iis,quæ Felin.& alij communiter volunt in capit.cau-
sam.quæ.per illum text.de rescrip.& faciunt tradita in
simili per doctores in c.vt debitus.in glo. penult. & in
notabil.de appellation.quòd,ex quo de iure communi
cum commissione causæ appellatiōis à grauamine in-
telligitur etiam commissum, & deuolutum negotium
principale,si expresse etiam committatur causa appel-
lationis vna cum negotio principali,hæc expressio ni-
hil operatur,& in puris terminis iuris communis in-
telligitur,& sic accessorie,& in casu.quo esset pronun
ciatum bene appellatum per text.in dicto cap causam.
iuncto dicto c. vt debitus. & ita in nostris terminis vo-
luit Roma.in consilio ccclxij.incip.quo ad primum.&
Aegid.Bellamer.in decisio.ccccxix.incipien.si audito-
9 ri.cum sequen.Præterea † in iis,quorum natura est,vt
vnum alteri accedat,hæ dictiones vna,cum,& similes
coniungunt accessorie,& non principaliter,vt in l.j.&
10 ibi Bart.cum l.seq.ff.de pecu.leg. Sed † in appellatione
à grauamine principale negocium sui natura accedit,
& ad causam appellationis accessorie venit,ad ea, quę
doctores communiter volunt in dicto cap.vt debitus.
in penultim.glo.vbi Imol.post Anto.& Ioan.And.in-
quit,quod si causa appellationis à grauamine cum o-
mnibus suis accessoriis. append.incident,& emergēt.
committatur,ex hoc dicetur etiam commissum nego
cium principale.quia est de accessoriis, & appendiciis
causæ appellationis.Ergo sequitur, q licet expresse cō
mittatur causa appellationis vna cum negocio princi
pali.tamen negocium principale dicetur accessorie cō
missum,& non principaliter,maxime quando propria
natura negotij principalis per se non est, vt in curia
cognoscatur.Ex quibus infero idem esse, si expriman-
tur etiam illa verba tam coniunctim, quàm diuisim,
tum quia debent in terminis iuris communis interpre
tari.dict.c.causam,quæ. tum quia licet hæc expressio
tam coniunctim tacite non insit,& ideo aliquid opera
ri debeat, ea tamen operabitur vltra ius commune,
quòd cum de iure communi de negotio principali
prius cognosci nequeat,quam de causa appellationis,
nec simul,sed post illam expeditam,vt volunt doctores
omnes in dicto capit.vt debitus.& argument. capitul.
super quæstionum §.primo.de officio delegat.hæc ex-
pressio tam coniunctim operabitur,vt simul, & ante fi
nitam causam appellationis cognosci de negotio prin
cipali valeat.Expressio vero illa quam diuisim cum ta
cite de necessitate inesset ad notata in dicto capitu. vt
debitus.vltra ius cōmune nihil operabitur,sed in ter-
minis iuris communis intelligetur, & consequenter
non efficiet,vt causa negotij principalis dicatur prin-
cipaliter commissa,sed vt veniat accessorie,& iudex ad
quem ita demum de negotio principali cognoscere
valeat,si pronuntiatum fuerit bene, vel male appella-
tum iuxta dict.cap.vt debitus.& in decision.Bellamer.
ccccxix.incipiente,si auditori.vbi interposita appella-
tione ab interloquutoria,vel à grauamine ante sentē-
tiam,si mille commissiones super negotio principali
impetrentur,semper impetratæ censentur sub hac cō-
ditione,si pronūciatum fuerit bene,vel male appella-
tum.

11 tum. Accedat huc, quod † illa verba tam, & quam idē importantia quod sicut, vel pariter, & dictio tam ponit casum magis dubitabilem, dictio vero quàm ponit casum non dubitabilem, vt in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniuriis. & sensus est, quod sicut diuisim, ita coniunctim cognosci possit argum. d. c. super quæstionū §. j. cum ibi nota. de officio deleg. Cum ergo hæc expressio tam coniunctim, quàm diuisim possit aliquid vltra ius commune operari, videlicet quod ad ordinē cognoscendi, & procedendi, non debet aliud operari, per quod in totum ius commune in casu nostro tolleretur, hoc est quod negocium principale ita decernetur commissum, vt etiam iudex ad quem remaneret iudex negocij principalis post appellationem desertam propter lapsum temporis iuris communis, quia sic ius commune in totum corrigeretur, sed rescriptum hoc debet intelligi in terminis iuris communis, quod iudex remaneat, si finita sit causa appellationis per pronunciationem iudicis bene, vel male appellatum pronunciando, nō autem per desertionem, de qua supra: & hoc modo loquitur, & procedit stylus curiæ, vt clare, & indiuiduo videtur decisio Rotæ cccxcj. in antiquis. incipien. Nō quod auditor sub titul. de foro competen quæ loquitur, quando causa appellationis vna cum negocio principali commissa esset, & iudici commissum, vt diuisim &c. posset procedere: & tamen præsupponitur ibi, quod de negocio principali iudex possit cognoscere, si pronunciatum sit bene, vel male appellatum, & hoc habet stylus, quamuis contrarium sit de iure, vt ibi habetur, si verba decisionis recte ponderentur.

12 Et † consequenter stylus curiæ, quod finita appellatione remissio fieri non debeat. sed iudex ad quē in curia de negotio principali cognoscat, in tribus dūtaxat casibus locum habere reperitur Primus est, quando esset pronunciatum bene, vel male appellatum. Secundus. quando appellatio esset deserta per lapsum tēporis præfixi à iudice. Tertius est in causa beneficiali deserta appellatione quomodocunque secundum aliquos: in aliis vero casibus stylus locum sibi non vendicat. Et hoc stylus cōtra ius commune addit, nam de iure communi quando iudex ad quem bene appellatum pronunciat, tunc negocium principale ab ipso cognoscitur, nec admittitur ad iudicem à quo. Secus quando male appellatum, pronunciauit, vt in d. cap. vt debitus. At de stylo curiæ siue iudex ad quem pronūciet bene, siue male appellatum, semper negocium principale ab ipso iudice ad quem remanet cognoscendum. Præterea hoc, quod negocium principale coniunctim cognoscatur, amplius verificari non potest. sed diuisim tantum, quia deserta est appellatio, & hoc de necessitate inerat ex iuris dispositione, & ideo illa expressio diuisim nihil operari debet, vt in l. iij. & ibi Bart. ff. de lega. j & supra dictum est. Non obstat, quod causa attentatorū, & nullitatis fuit inchoata, quæ semper durat, & causam appellationis suspendit &c.

13 † Quia nulla potest imaginari causa nullitatis, cum nulla fuerit lata sententia diffinitiua, vel interloquutoria, quæ nulla dici queat: item per solam commissionem causa non dicitur inchoari, immo adhuc res est integra. c. gratum. c. relatum. de offi. deleg. sed saltem citatio requiritur, vt ibi. & argumen. text. in clementi. fin. vbi not. vt lite pendente. vbi casus. Nec sufficit inhibitionem fuisse factam, aut citationem fuisse per iudicem commissam, nisi ad notitiam aduersarij peruenisse probetur, vt in d. clemen. fin. cum gloss. causa ad hæc attentatorum, & nullitatis dicitur accessione commissa, vt in simili ex prædictis colligitur, & ex verbis rescripti: nam fuit cōmissa. causa appellationis vna cum negocio principali, vna cum causa nullitatis, & vna cum causa attentatorum, nec aliter verba rescripti possunt intelligi, ergo deserta appellatione de eis iudex amplius cognoscere non potest Car. in cle. si appellationem. de appella. Cō

14 siderandum est etiam † quod commissio causæ attentatorum intelligitur de attētatis iam tempore commissionis, & non de aliis nondum attentatis, quia non entis nullæ sunt partes. Sed attentata post appellationem interpositam à grauamine, & ab interlequutoria ante inhibitionem factam non possunt reuocari, nec peti, vt reuocentur, nisi prius de veritate causæ appellationis constet, de qua ex euentu litis, & per sententiam cōstare dicitur. vt est tex. cum glo. & ibi doct. in c. non solū. & per domi. in c. vt super. de appel. in vj. facit quod habetur per doct. maxime Philip. Franc. in c. significātib. de appella. Dominum c. Romana. § quod si eod. tit. in vj & per Io. And. & alios in c. dilectæ. de exceptio. propterea sequitur, quod causa attentatorum in hoc casu nō dicitur. nec potest pondere. nisi bene appellatum pronuntiatum fuerit, vel saltem nisi fuerit probatum, quia tunc ex euentu litis de veritate causæ cōstare dicitur. Non potest igitur in casu nostro dici, causam attentatorum suspendisse causam appellationis. Alioquin mirabilis & iniqua cautela sequeretur, quod nec per xx. annos, & vltra fatalia appellationis ab interloquutoria currere posset, semper commissio causæ appellationis cum causa attētatorum simpliciter peti posset, per quā simplicem commissionem etiam attentatorum causa appellationis semper in suspenso remaneret. quia appellans dicere posset, ego causam attentatorum prosequi intēdo, & sic appellatio etiam post annos x. vel xx. non desereretur quod quidē valde ridiculum esset dicere, & fraudulentum, & contra ea quæ scrib. communiter præsupponunt in d. c. ex parte. S. & in d. clemen. si appellationem, qui præsupponunt omnino appellationem deseri posse non obstante commissione causæ super attentatis simpliciter facta: & ideo dubitāt, an deserta appellatione iudex ad quem possit attentata reuocare. Requiritur etiam vltra commissionem causæ attētatorum, quod causa sit instructa, vel quia sit petitum infra sua tempora, vel iudex hoc ex officio suo imploratu fecerit, vt habetur per doct. maxime Philip. Fran. in c. dilectis. il ij. & in c. bonæ memoriæ. de appel. & per do. de Rota in deci. clxxxv. & cij. vel cv. inci. item quod fatalia. Secus si attentata essent post inhibitionē, vel delationem iudicis, vel post appellationem à diffinitiua, vel intra decem dies dates ad appellādum, vt habetur in d. c. non solum cum ibi no. Et hæc omnia de iure verissima esse censui.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus cū consensu totius capituli vel maioris partis statuere potest, vt clerici, & canonici tam recepti, quàm recipiendi soluant certam portionē redituū & fructuum maxime vacātium beneficiorum, seu prabendarum pro fabrica, & alijs ecclesiæ necessitatibus.*

2 *Ecclesia noua ī parochia aliena quādo ædificari possit*

3 *Decimas in aliena parochia percipiendi ius quanto tempore præscribatur.*

4 *Decimas soluendi libertatem, aut illas exigendi ius laici nullo tempore præscribunt.*

5 *Prælatus īferior an iura episcopalia aliquo modo aduersus episcopum, vel ecclesiā cathedralē præscribat.*

6 *Subditi episcopo obedientiam contra ipsum nō præscribunt.*

7 *Nec limites ecclesiæ.*

8 *Nec visitationem, aut procurationem.*

9 *Suspēsus quādo celebrando dicitur effici irregularis.*

Questio 121.

REVERENDISSIME domine, Difficultatibus mihi propositis respondendo. Pri-

1 mo † constitutionem, quam T. R. D. pro

ecclesiæ necessitatibus,& fabricæ reparatione cedere
statuit,iustam,validámque esse affirmo,nam episcopus
cum consensu totius capituli,vel maioris partis statue
re potest,vt clerici & canonici tam recepti, quàm reci
piendi certam petitionem redituum de bonis ecclesia
rum seu præbendarum pro fabrica , aliisque ecclesię
necessitatibus soluere teneantur.c.fina.& ibi scriben.
de his quæ fiunt à maiori parte cap.& Abb.in ca.j.de
eccle.ædi.& in c.vnico.vt eccle.benefic.cum pluribus
aliis. Eoque magis statutum huiusmodi valeret , si de
fructibus,& redditibus vacantis beneficij,seu præben-
dæ fieret.c.si propter.& ibi Ioan.Andr.& Moder.in ij.
2 notab.de rescrip.in vj Addo etiam,† quod pro neces-
sitate & commodo parochianorum, & ob itineris dif
ficultatem vel lõgitudinem nouæ ecclesiæ in parochia
aliena ædificari possunt etiam cũ pręiudicio matricis
ecclesiæ,dummodo hoc fiat de licentia papæ,& nõ ali
ter.c.j.c.ad audientiam.c.de his.& vbique Abb.de ec-
3 cle.ædific.Secundæ difficultati respondeo, † quod ius
percipiendi decimas in parochia aliena prælatus, seu
rector nomine suæ ecclesiæ spatio tanti temporis , de
cuius initio memoria contraria non extat,præscribere
4 potest. † At laici parochiani libertatem soluendi de-
cimas,aut illas exigendi ius aduersus ecclesiam nullo
tempore præscribere possunt.c.causam de pręscriptio.
iuncto c.j.eod.titu.in vj.& ad notata in ca.de quarta.
5 de præscription.† An autem rector seu prælatus infe-
rior spiritualia,aut alia iura episcopalia in totum, vel
in partem aduersus episcopum,siue ecclesiã cathedra-
lem præscribere valeat,habetur in c.cum olim.in cap.
de quarta.in c.auditis.& in c.ad aures.de præscriptio.
6 Refert tamen,† an subditi episcopo obedientiam con
tra episcopum velint præscribere , & plane dicendum
est non posse.c.cum non liceat. de præscriptio. gloss.in
7 c.pastoralis.de dona.† an vero limites ecclesiæ præscri
bere velint,& similiter dicendum est non posse. ca.li-
cet.xvj.q.iij.sed solum ea , quæ extra limites sunt.præ-
scribi possunt.c.quicunque.& ibi glo.cau.et. quæstio.
8 Ex quibus infertur, † subditos aduersus episcopum
suum visitationem, & procurationem præscribere nõ
posse,quia obedientiam hoc modo præscribere diceré
tur.c.cum ex officij.de præscriptio.sed alius prælatus
episcopo non subditus illas in subditos episcopi præ-
scribere posset.d.c.cum ex officij. d.c.cum olim. d.ca.
aures.d.c.auditis.& d.c.quicunque.Super quo vltimo
9 dubio doctores diuersimode loquuntur, †,nam Specu.
in titul.de officio lega.sub rubri.de dispen.§.iuxta,in-
quit nullum effici irregularem,nisi in casibus à iure ex
pressis.Cardi.autem Floren.in clementi.fin.in versic.
quod si in fin.ver.de pœnis dicit,ꝙ solum suspensus à
diuinis celebrando efficitur irregularis, secus si suspé
sus sit à quocunque alio officio.Specul.etiam in dicto
§.iuxta versi.vt autem in hac ait,suspensum ab officio
diuino celebrantem effici irregularem,secus si simpli-
citer à beneficio suspensus esset,qui subdit etiã , quod
suspensus ab homine , siue à canone ob aliquod graue
crimen celebrando irregularis efficitur,secus si ob ali
quod defectum personę,vel factũ aliquod,ex quo infa
mia non irrogaretur, sed suspensus propter infamiam
ex notorietate criminis ortam,celebrando irregularis
efficitur.De hac materia habetur per glo.in c.tanta de
excel.præla.verum nunc satis mihi placet dictum do.
Card.in d.cle.fi.quod suspensus à diuinis,qualis est ex
communicatus,aut aliter à diuino officio suspẽsus ce-
lebrando fit irregularis,secus si esset suspensus ab ali-
quo alio officio totaliter,quod non à diuinis:nam si ab
officio simpliciter esset suspensus,in dubio à diuino su
spensus intelligeretur.c.cum æterni.de re iudi.in vj &
ideo celebrando irregularitatem incurreret. Quare
coniungendo dicta pręfatorum scribentium dicerem,
ꝙ suspẽsus à diuinis. vel simpliciter ab officio dicitur
celebrando effici irregularis,vt per Card.in Specul.in
locis allegatis : idem si suspensus quis esset à canone,
seu ab homine ob aliquod graue crimen,vel ob infa-
miam ortam ex criminis notorietate per prædicta, ha
betur etiam de hac materia per Domi.& Modern.in d.
c.cum æterni §.si turris.Et hæc sunt, quæ super dubita
tionibus præmissis occurrerunt.

SVMMARIVM.

1 *Curatores necessarij quibus personis dentur,& quorũ citatio in datione requiratur.*
2 *Curator cum plenissima causa cognitione,& cum citatione eorum ,quorum interest,quando detur.*
3 *Mente captus quis dicatur.*
4 *Curatoris datio ex vna causa ex pluribus propositis valet,si illa sit per se sufficiens.*
5 *L.Seia egressa.de tut. & cura.da.ab his.declaratur.*
Datio tutoris contra expressum iuris errorem non valet.
6 *L.tutor si petitus ff. de tuto.& curat.dat. ab his declaratur.*
Datio tutoris vitiatur , si petitum sit illum dari ex vna causa,& ex alia non vltra datus fuerit.
7 *Curatoris datio nulla ex nouiter deductis, debet à iudice confirmari,vel saltem de nouo fieri.*

Questio 122.

IN quæstione quandoq; versatum est, vtrũ curatoris
datio,& administrationis bonorũ prohibitio ob ta-
lẽ mentis,& ingenij debilitatem,propter quã super-
esse quis rebus suis bene gerendis nequeat, valide po-
tuerit decerni absq; citatione illius,cui curator datus,
& administratio prohibita fuit,sed de illius imbecilli
tate ex consanguineorum,& aliorum vicinorũ fide di-
1 gno testimonio constare suffecerit.Profecto † nõ solũ
prodigo,& furioso lex de curatore prouidendum esse
voluit.vt in l.j.ff.& C. de curato. furio.sed etiã omni-
bus aliis,qui rebus suis ob mẽtis,& consilij,animíq; de
fectum superesse non possunt.l.ij.l.& mulieris. ff.eo.tit.
l.hi,qui,in prin.ff.de tut & cura.dat.ab his. veluti sunt
mente captus.§.de mente captus inst.de cura.& l.tã &
demẽtis.C.de epis.audi.Fatuus,Mutus.Surdus. Amẽs,
& Demens.l.vel surdo.ff.de priuil.credit.l.obseruare.l.
consilio.ff.de cur.furio.& in §.& hæc verba.in authẽ.
vt hi,qui obli Veluti etiã est captus ab hostibus.l.idẽ.
ff.de priui.credi.l.j ff.de mune.& hono.& venter.l.bo-
norum.l.si ventri.ff. de priui.cred.l.si vẽtri.ff.de tut.&
cura.da.ab his,qualis est etiã mulier luxuriosa.l. & mu
lieri.ff.de curat.furio.Et debiles, qui aliquo perpetuo
morbo laborãt.l.iiij.in fi ff de priui.cred.cũ l.Fulcini⁹.
§ plane,& §.adeo ibi quia suus non est.ff.ex quib.cau.
2 in pos.eatur.† Et huiusmodi personis de curatore est cũ
plenissima causæ cognitione per iudicẽ prouidẽdum,
vt in d.l.obseruare.ex quibus infertur citationem eo-
rum,quorũ interest immediate,vel mediate esse neces-
sariũ,vt in terminis innuit Ang.& Imo.in l.is cui quasi
circa fin.ff.de ver.ob.ar.l.in causę.la j.§.causa cognita.
ff.de mi.Quod tamen diuersimode intelligendum est,
nam si aliqui ex prædictis tales sint,qui intellectum ha
beant,& antequam bonorum administratio ipsis in-
terdicta foret,plenã suorum bonorum administratio-
nem habebant qualis est prodigus.d.l.is, cui. & d.l.hi
qui.§.diuus.tunc ipse citandus est,cum de illius præiu
dicio respectu administrationis agatur:volunt Angel.
Paul.de Castr.Ioannes de Imola, & Alex.in d.l.is.cui.
circa fi. At si tales essent, quorum citatio parum , vel
nihil operaretur ob sui ingenij defectum,& cõsilij de
bilitatem,quales sunt furiosi,mente capti, amentes,fa-
tui,& alij similes,tunc sufficit,quod ad dandum cura-
torem vocati fuerint cognati,affines,vicini,amici,viri
prudentes,vel medici,qui scire & cognoscere possint,
aut ille cui dãdus est curator,talis sit,qui reb⁹ suis gerẽ
dis

dis superesse nequeat:quorum iudiciū iudex sequi de-
bet,vt colligitur ex his,quæ dicit Bar.in d.l.obseruare.
& optime probatur argu.l.hæc autem.§ primo cū glo.
& ibi Bar.ff.quibus ex cau.in poss.eatur. Bart.in l.scire.
§.fin.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.Alex.in l.contra pu-
pillum ff.de re iudic.l.ergo.ff.ex quib.cau.maior. Nec
opus est,vt hi,qui mente,& intellectu carent,rebúsque
suis superesse non possunt,citati fuerint: cum lex illis
administrationem interdixerit,vt per scriben.præalle-
gatos in d.l.is,cui.sicut quando de tutore dādo pupil-
lo tractatur,ipse pupillus non est citandus,sed consan
guinei,amici, vt vicini,& affines pupilli vocādi sunt,
vt inquit Alex.in d.l.is,cui in fi.Bar. in l.magis.§.in pri
mis.ff.de rebus eorum,& optime habetur per Alex in
d.l.contra pupillum.vbi disputat,an,quando agitur de
præiudicio pupilli,solus pupillus citari possit,& valet
citatio,& Alex.ipse in l.de vnoquoque.in prin.colum.
vlti.ff.de re iudi.inquit,quod quando agitur de inter-
dicenda administratione,& sic de dando curatorem il
lis,quibus iura volunt prouidendum esse ob morbum
perpetuum vel defectum mentis,& sani,seu integri iu
dicij veluti sunt furiosus,aut mēte captus,illi nō sunt
citandi,& allegat Bal.Ange.& alios in d.l.is,cui.Quā-
tùs igitur prodigus citari deberet. Secus tamen est in
aliis,qui intellectu carent,& consilium animi non ha-
bent,quales sunt mente capti,insani,stulti,fatui, & si-
miles,licet nullum furorem ostendant.Nam,vt decla-
3 rat Bal.in l.humanitatis.colum.iij.C.de impub.†Men-
te captus est is,cui mens deficit,& consilium animi,&
est in quodam habitu quietæ mentis,qua nullum fa-
uorem ostendit.Cui tamen de iure vt furioso,dandus
est curator, vt supra , propter ipsius ingenij & iudicij
debilitatem , quæ debilitas de iure sufficit ad datio-
nem curatoris,quia ex ea infertur quem dici mente ca
ptum,vt per Bal.ibi.Quod verum est quando illa talis
est,vt quis rebus suis gerendis superesse possit, nā his
omnibus,qui in tali causa sunt,prouidēdum est de cu-
ratore d.l.hi,qui.in prin.ff.de tut.& cura.da.ab his.l.ij.
ff.de cura.furio.cum aliis supra allegatis. Cum itaque
Titio in q.facti fuerit datus curator,& illi administra-
tio interdicta decreto iudicum,ob debilitatem,& im-
becillitatem ingenij , quàm ex dictis suorum consan-
guineorum,& aliarum personarum fide dignarum ta-
lem fuisse constitit,vt rebus suis bene gerendis super-
esse nequiuerit,decretū huiusmodi debet dici validū,
ex quo cum maxima inquisitione fuit à iudicibus in-
terpositum.l.obseruare.ff.de cura.furio.Nec opus fuit
Titium citari , quia datus fuit illi curator ob ingenij
debilitatem , & sic vt mēte capto , quo casu satis fuit
consanguineos,amicos,vicinos,& affines illius voca
4 re,per ea,quæ supra dicta sunt.†Non potest etiam de-
cretum huiusmodi inualidari,quia petitum fuerit,cu-
ratorem Titio dari etiam,quia prodigus esset,neque
cōstabat illum tempore dationis curatoris fuisse pro-
digum ad tradita per scribentes post glo.in d.l.is,cui.
nam licet verum sit,eum non fuisse prodigum , tamen
fuit mente captus ob illius ingenij,& iudicij talem de-
bilitatem , vt rebus suis bene gerendis superesse non
posset,& consequenter talis,cui de iure prouideri de
curatore debuit.dicta l.ij.d.l. hi qui. cum aliis supra
allegatis & sufficit,quod ex vna causa ex pluribus pro
positis datus fuerit curator,dummodo illa sit per se suf
ciens Barto.in l.tutor.colum.ij.versicu.sed quæro quid
si.ff.de tuto.& curato.dat.ab his.& vtile per inutile nō
vitiatur.c.vtile.de regul. iuris.in vj l.an inutilis. ff.de
acceptilatio.cum aliis. Nec obstat l.Seiæ egressæ.de
5 tutor & curato.dat.ab his.† Quia vltra Barto.in dicta
l.is,cui.ibi non valuit datio tutoris,quia datus fuit tu-
tor non vt pupillo,sed vt minori excedenti pupillarem
ætatem,vt ibi datus est tutor quasi minori , cui cura-
tor,& non tutor datur Institu.de cura.in principio ex
quo ergo in datione tutoris fuit error iuris expressus
ea non valuit argu.l.si expressim. ff.de appellat.Minus
etiam aduersatur.l.tutor si petitus ff.de tuto. & curat.
6 dat.ab his,† quia loquitur,quando petitum fuit,tuto-
rem dari expresse ex vna causa,& datus fuit ex alia cau
sa non vera, & ideo datio vitiatur, vt clare dicit ille
tex.& Barto.ibi multifariam exemplificando:secus est,
quando ex pluribus causis curatorem dari petitū fuis-
set , prout in casu proposito, quarum vna per se suffi-
ciens ad dationem curatoris vera esset, ea enim sola li
cet de aliis non constaret, ad dationem curatoris suffi
ceret vt dixi supra per Barto.in d.l.tutor.& argu.§.affi-
nitatis.& §.socrum.institut.de nupt. & ex his euitan-
tur omnia,quæ doctor.referunt in d.l.is cui. dum post
glo.dubitant,an datio curatoris valeat,quando datus
fuit curator vni vt prodigo , vel dementi , qui re vera
7 prodigus,vel demens non erat.Præterea † si datio cu-
ratoris in proposito casu ex aliquo defectu nulla dici
posset,illa ex nouiter deducendis esset à iudice confir-
manda,vel saltem de nouo facienda,si iudici cōstabit
dictum Titium esse talem,cui de iure prouidendum es
set de curatore,vt quia ob imbecillitatem ingenij , ac
iudicij sui administrationi rerum suarum superesse ne
queat,per ea quæ in simili voluit Alexander post Imo-
lam & alios in l.si finita.in principio.in iij.columna.ff.
de damno infecto.& Salicet.in l.fina C.de edicto diui
Adria.tollend. quod sententia seu tenuta etiam nulla
debet confirmari,vel saltem de nouo dari, quando cō
stat de iure illam dandam esse : & hoc pro aliquali in-
formatione satis esse visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quis sit,si debitor rem creditori suo nō pi-
gnoris causa tradat,sed vt illam creditor alteri cre-
ditori pignoret.*

2 *Et illius amissio,atque luitio ad quem spectet.*

3 *Maxime si debitor pecuniam debitam creditori nec
soluat,nec offerat.*

4 *Quid si creditor rem pro maiori quantitate , quàm
sibi deberetur pignorasset.*

Questio 123.

DEBITOR quidam tradidit rem suo credito-
ri,nō vt illi ex causa pignoris esset obligata,sed
vt creditor eam creditori suo pignoraret.Cui-
nam rei illius amissio,siue culpa imputari posset,quæ-
situm est. Et secundum proposita illud vtique verum
1 esse videtur, † quod inter ipsum debitorem,& credito
rem celebratus fuit contractus quidam innominatus
facio , vt facias , ex quo inter eos oritur actio præscri-
ptis verbis.qui contractus similis est commodato , vt
est textus in l.petenti.ff.de pigneratitia actio.& ibi do
ctores maxime Salice.vbi proprie quæstio casus nostri
tractatur,& ideo secundum naturam commodati regu
landus est arg.l.j.§.si quis seruū.ff.deposit. Hoc stante,
pro resolutione difficultatis præmissæ considerari pos
sunt duo casus,quos refert iurecōsul.in d.l petenti.pri
mus est,quando creditori,qui rē debitoris sui pigno-
rasset creditori suo,debitum exoluisset,& sic pignus li
berasset, illudque nollet debitori restituere , nisi sibi
id solueret , quod sibi debebat, & hoc casu creditor ,
qui pignus redemit , potest conueniri actione ad ex-
hibendum.vt rem exhibeat ad effectum,vt dominus il
lam venderet absque solutione eius,quod debebat , vt
est casus clarus in dicta l.petenti.in j.responso. & hic
2 non est casus noster.† Secundus casus est,quando cre
ditor debitoris,prout euenit in casu,de quo agitur,pe-
cuniis indigens rem à debitore acceperit, vt illā pos-
set creditori suo pignorare,à quo forte pecuniam mu
tuam volebat accipere cum debitor fortasse debitum
creditori soluere nō posset , & res pignorata nō fuit li
berata,sed adhuc penes creditorē creditoris erat.& hic

est proprie casus noster,& in d. l. petenti.in fi. vbi probatur debitoré posse agere propria actione,hoc est actione præscriptis verb.s contra creditorem suum,vt rem
3 pignoratam liberet vt ibi iuncta gl.† Sed dubium est, an debitor potuisset agere absque solutione pecuniæ ipsi creditori debitæ.vt creditor ad pignoris luitioné compelli possit an vero is excipere queat,se non habere,vnde pignus luat. nisi pecunia debita soluat cû debitor,qui pecuniam quam debebat,soluere non poterat,rem illi tradiderit, vt creditori suo pignorare. Et hoc casu magis visum est,debitoré non potuisse cõtra creditorem agere,vt rem lueret.nisi debita pecunia oblata,vt not.declarat Salic.in d.l.petenti.in fin. versic. ex quibus infero, quod donec res est penes creditoré creditoris loco pignoris,dicitur esse de voluntate debitoris,nec creditor in mora,aut in culpa constitutus, nisi duobus concurrentibus,videlicet nisi debitor cõuenisset iudicialiter creditorem suum super luitione rei pignoratæ,vt probatur in dicta l.petenti.in fin.ité nisi etiam obtulisset pecuniam ab ipso debitam creditori.alioquin creditor contra debitorem agentem potuisset excipere,ipsum ad luitionem pignoris non teneri nisi prius pecunia debita sibi soluta, vt inquit Salicet.in d.l.petenti.in fine.vnde potius ipse debitor, si prædicta non fecit,& res a nexu pignoris nõ fuit liberata,dicitur in mora,& culpa constitutus non agendo ad pignoris luitionem,neque pecuniam debitam offerendo,vt colligitur ex text.iunctis verbis Salice.ibi in fi.in d.l petenti.faciunt in simili ea quæ ponit Barto.in l.amplius non peti ff. rem rat.haber.de eo, qui iurauit soluere pecuniam debitam creditori.Nam compésando soluit,nec contra iuramentum venit, neque est in mora,propterea quia culpa creditoris nõ soluit, ex eo, quia si creditor soluisset id,quod debebat,is, qui iurauit,soluere.Quare cum creditor in casu,de quo agitur, nulla in mora,seu culpa fuerit constitutus,& res apud creditorem creditoris de voluntate ipsius debitoris fuerit pignori nexa,& obligata,concludendum est,periculum rei ad ipsum debitorem dominum rei pignoratæ spectaret vt probatur in l qui ratio.ff. de pignor. actio.in l.pignus,& melius in l.si creditor cum ibi no-
4 tatis C.eodem titulo.Nec obstat,quod† creditor rem pro maiori quantitate,quam debitor illi deberet, pignorauerit,& consequenter in culpa esse dicatur,immo ex hoc furtum commiserit, cum rem commadatã ad alium vsum, vel maiorem vsus fuerit argument.l. qui furtum.ff. de condiction.furt. & l.si vt certo.§. denique.ff. commoda.cum similibus. quia respondetur, quod cum debitor commodauerit seu,vt melius dixerim,rem vt supra creditori tradiderit, neque commodati, sed potius quidam contractus innominatus in hoc casu fuit celebratus,vt voluit gloss.fina.quam doctores communiter sequuntur in dicta l.petenti,voluntate debitoris res pignori nexa,& obligata dicitur,donec ipse contra debitorem egerit, & pecuniam debitam obtulerit,ergo omne periculum,quod interim spectare debet,haud ad creditorem, qui nulla in mora, seu culpa fuit constitutus.& dictum est Et textus in dicta l.petenti,non considerat, an debitor,qui rem suo creditori tradidit, vt illam alteri creditori pignori daret,pro eadem quantitate dederit, qua debitor ipse tenebatur,an pro minori vel maiori, sed indistincte vult,quod si creditor repetat pecuniam suo debitori mutuatam,& debitor pecuniam ad manum,vt dicitur, non habens speciem auri illi dederit, vt eam pignori apud alium creditorem poneret,procedãt ea quæ ibi dicit iureconsultus,vt supra retuli: quod est intelligendum, siue pro eadem quantitate, siue pro maiori cum textus ille indistincte,& generaliter loquatur,ac velle eum restringere ad eandem quantitatem debitam esset maxima diuinatio,atque restrictio.Neque ex eo, quod creditor pro maiori summa rem pignorauit, debitor grauari dicitur, cum ad ipsum debitorem non spectaret rem à nexu pignoris liberare: sed ad creditorem, qui rem apud suum creditorem pignori posuerat,dict. l. petenti.in fine. Nec obstaret, si ex opposito diceretur, debitori nihil posse imputari super rei amissione,cum non teneretur redimere pro illo pluri, quo facta fuit pignoratio,quia respondetur hoc verum esse,cum nec pro quantitate debita rem luere teneretur, vt dictum est:sed bene ipsi debitori imputatur,& in culpa ex hoc,seu in mora dicitur constitutus, quia contra creditorem non egit super luitione, & liberatione pignoris,neque illi pecuniam debitam obtulit, vt dictum fuit Nec creditor pro maiori summa rem pignorando dicitur furtum commisisse, quoniam ad alium vsum re sibi tradita non fuit vsus,sed ad illum propter quem res fuit tradita,licet pro maiori summa,quam esset debitum, pignorauerit, vt probatur in dicta l. petenti.Nec textus in dicta l.si vt certo.§.denique,& in dicta l.qui furtum,faciunt ad propositum, vt recte intelligenti constare potest.Itaque ex prædictis videtur concludendum periculum amissionis spectare ad debitorem,& non ad creditorem,quia potius debitoris, quam creditoris culpa interuenit,& consequenter debitor adhuc pecuniam debitam soluere tenetur, non obstante amissione dictæ rei per textus in dicta l.pignus,& in l.quæ fortuitis.C.de pig.act.Vbi casus fortuitus non est adscribendus.aut imputandus creditori ob pignus omissum. Et ita ex prædictis verum esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in causa appellationis interposita ante sententiam diffinitiuam quando cum citatione, & quando sine citatione partis à iudice appellationis fiat.*

2 *Inhibitio statim, & ante omnia absque partis citatione fieri potest à iudice,cui fuit cõmissa causa principalis cum potestate citandi,& inhibendi.*

3 *Inhibitionem post conclusum in causa non posse fieri quomodo verum sit.*

Questio 124.

1 QVANDO †appellatio interposita ante sententiam esset notorie friuola, quia in illa iusta causa non esset expressa iuxta c.j.de appellatio. in vj. tunc inhibitio facta parte non citata manus iudicis à quo non ligat.c.non solum.§ illa.& in c.romana.§.quod si obiiciatur.eod.titul.de appella.in vj. domini de rota in decis.412.in nouis:sed quando appellatio notorie friuola non esset, quia ex iusta causa expressa foret interposita,si auditori,cui fuit causa commissa,constaret,fuisset appellatũ,& per appellationem causam deuolutam,& ipse iurisdictionem habere.atque exercere cœperit, tunc potest inhibere absque partis citatione,quę necessaria non est,concurrentibus prædictis, ex quibus fit, vt inhibitio dicatur legitima,vt habetur per dominos de Rota in decisione xj.in nouis,& probatur in d.c.romana.§ si vero voca-
2 tus.& ibi docto.† Si vero iudici causa principalis commissa fuit cum potestate citandi, & inhibendi, veluti causæ quotidie committi solent.tunc iudex potest statim inhibere,& inhibitio absque partis citatione dicetur legitima.dummodo in ea,totus tenor commissionis positus fuerit,& iudex decreuerit citationem ad accipiendam commissionem,quamuis citatio nondũ fuerit exequuta,vt in dicta decisione xj.in versicul.sed quid &c.& in decisione cccxj.in nouis.Nam si quando inhibitio fit à iudice,parte citata,valet de iure, etiam si causa fuerit simpliciter commissa, vel propter aduocationem vel propter appellationem interpositam,ve

volur e

volunt docto. Domi. Philip. & alij in d. c. non solum, &
in d. c. romana. Feder. in consi. ccc. & Lapus in alleg. vj.
Ergo quando causa esset commissa cum expressa pote
state citandi, & inhibendi, iudex in continenti, & antè
omnia poterit inhibere etiam parte non citata, alio-
quin parum, imo nihil, operaretur expressa facultas in
hibendi concessa, neque esset differentia, an causa sim
pliciter committeretur, quo casu censetur etiam con-
cessa potestas inhibendi, sed parte citata, vt supra, & d.
c. romana. §. si vero, an cum tali expressa potestate citã
di, & inhibendi: quod non est dicendum argu. quando
ff. de leg. j & C. de inof. test. in prin. c. j. vbi habetur ex-
tra de rescr. & l. expressa. ff. de regu. iur. & est de mente
Rotæ in decisio. xj. in iij. dubitatione. Et ita semper vi
di obseruari, quando causæ commissæ fuerunt cũ ex-
3 pressa potestate citandi, & inhibendi. †Quod autẽ di-
citur, post conclusionem in causa non posse fieri inhi-
bitionem, vt per dominos de Rota in decis. 674. in an-
tiquis, illud verum est, quando vere esset in causa con-
clusum iuxta. c. cum dilectus. cum ibi not. extra de fid.
instr. & habetur in c. quoniam contra in ver. renuntia-
tiones de probat. sed quando fuit tacite conclusum so
lum ab vna parte, puta per missionem citatiõis ad sen-
tentiam, tunc secus est, quia non dicitur proprie con-
clusum iuribus præallegatis. Et ita super his interro-
gatus iuris esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio vel iurata in contractu locationis, & em*
phyteosis remissionem pensionis non excludit, nisi de
ea specialis mentio facta esset.
2 *Renunciatio facta etiam per verba amplissima nun-*
quam comprehendit damnum enormissimum.
3 *Clausula apposita ex stylo notariorũ non nocent, quã-*
do ex illis damnum enormissimum inferretur.

Quæstio 125.

CONDVXIT quis rem in emphyteosim pen-
sione magna, & generaliter omni actioni, & ex-
ceptioni renunciauit: an locus sit remissioni pro
pter guerram? Concludo remissionem fieri debere, si
verum est, quod soluatur magna pensio, & æquiualens
fructibus, qui ex re percipiuntur, vt colligitur ex his,
quæ volunt Bart. & alij in l. j. C. de iure emphyt. & ego
hunc articulũ latius disputaui in c. potuit. in fi. de loc.
& in quodam cõsi. meo super hoc edito, vbi multa alle
gaui: neq; hoc habet in se dubiũ. Sed obstat vnũ. qđ vi
detur esse de mẽte Alberici in d. l. j. remittẽdo se ad ea,
quæ dixit in l. licet in vl. col. C. locati, vbi si cõductor in
instrumento promiserit pensionẽ soluere, & renunciã
uerit exceptioni doli sine causa &c. tunc remissionem
petere non potest. Verum huic dicto facilis est respon
1 sio, †nam Alberic. loquitur (& ita debet intelligi, alias
male loqueretur) quando conductor expresse promis
set pensionem soluere, neque remissionem aliquam pe
tere, & renunciasset, vt supra; quoniam contrahentes
etiam contra naturam contractus potuerunt sibi ex
pacto præiudicare, secus si simpliciter promisisset pen
sionem soluere, & nulla de remissione mentio facta es
set, nam renunciando etiam cum iuramento, & renun
ciatio, & iuramentum secundum naturam contractus
intelligeretur, & consequenter q̃ facienda esset remis
sio in casibus iuris, ex quo de remissione mẽtio expres-
sa facta non fuit, vt in simili probatur in l. quæro. §. in-
ter locatorẽ, & ibi Bar. Pau. de Cast. Salic. & alij. ff. loc.
vbi si cum iuramento promissum fuerit conductorem
non expellere, intelligitur secundum naturam contra-
ctus, videlicet si fuerit soluta pensio, nisi etiam hic ca-
2 sus expresse fuerit comprehensus. Præterea †renuncia
tio facta instrumento per verba amplissima nunquam
comprehendit damnum enormissimum, etiam si ver-
ba illud comprehendere apta essent, vt volunt Decius
in consi. cciij. & in consil. ccxvj. in ij. col. Corne. in cõsi.
xxvij. inci. In primo consultationis articulo libr. iiij. &
in consi. clxvj. col. ante p. cum seq. lib. j. & est gl. in c. j. de
in integ. restit. in vj. in ver. detrimentum, vt late decla-
raui in c. j. extra eo. tit. vbi etiã discussum fuit, quæ dica
tur enormis, enormior & enormissima læsio post Bar. in
3 l. societatẽ. §. arbitrorũ col. vij. ff. pro soc. Vltimo † istæ
clausulæ tã prægnantes potius dicuntur apponi ex sti-
lo, & consuetudine notariorũ, quã de voluntate partiũ
& ideo non nocent, quando ex illis damnum enormis
simũ posset inferri, Ant. & Abb. co. xiij in c. quintaual-
lis. de iureiuran. Dom. meus Socci. in consil. ciij. co. iij.
lib iij. Decius in consil. xxxix. in ij dubio, And. Barbar.
in consil. lx. col. ij. libr. ij. per plura, quæ ipsi adducunt.
Et ex prædictis concludi potest, quod stante enormis-
simo damno illius anni, in quo remissio petitur, ea est
facienda, non obstante generali, & prægnanti renun-
ciatione facta in instrumento, quoniam illa ad alia ex-
tendi debet, non autem ad remissionem pensionis in
casu, quo alias remissio de iure facienda esset: nisi illi
etiam expresse fuisset renunciatum per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Confessio criminis certa, & ratificata esse debet.*
2 *Confessio, & probatio dubia non nocet.*

Quæstio 126.

SI quis crimen vario modo bis confessus esset, &
confessionem suam postmodum generaliter rati-
ficasset, an ex hoc pœna criminis puniri possit;
1 quæsitum est: Dixi breuiter, non esse puniendum, †nã
ad hoc, vt quis puniri criminaliter possit ex sua con-
fessione, debuit confessio esse certa, & ratificata iux-
ta. l. qui sententiam, & ibi docto. C. de pœnis, Roma.
in singul. 139. l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. l. non tan
tum. ff. de appella. glos. in cap. j. ij. q. j. & in. l. vnica, ibi-
que docto. C. de confess. Quare si quis dicat primo se
homicidio domi facto interuenisse, postea dicat illud
in ecclesia factum fuisse, confessio huiusmodi tanquã
non certa illi ad pœnam non nocet. Nec dicendum
est, q̃, cum simpliciter id, quod ab eo dictum est, ratifi
cauerit ipse confessionem secundam ratificauerit nã
generaliter ratificauit, & confirmauit id, quod semel
dixit, & confessus est, ideoque ratificatio tanquam ge
neralis, & non specifica non debet magis ad vltimam
quam ad primam confessionem referri, & si ad vtran-
que referretur, esset contraria, & incerta. Quo fit, vt
nocere non debeat ad pœnam criminis imponẽdam,
2 si quidem †confessio, & probatio dubia non nocet ad
not. in d. c. j. & in d. l. vnica, & argu. ca. in præsentia de
probatio. & maxime in criminalibus, in quibus proba
tiones luce meridiana clariores esse debent. l. fin. C. de
probat. cũ aliis: Sed debuit reus clarius, magisque spe-
cifice super confessione ab eo facta interrogari, quan
do ad ratificandum inductus fuit, argu. eorum, quę ha
bentur in l. j. cum ibi not. in princ. & in l. si defensor. ff.
de interrog. actio.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex spurio contemplatione sui patris, aut ma-*
tris non potest heres institui, nec ei aliquid relinqui.
2 *Affectio in non natis non consideratur.*
3 *Nec merita, aut demerita.*
4 *Posthumo alieno quare olim non relinquebatur.*
5 *Nepoti iam nato, vel non nato ex spurio si quid relin*
quatur, cuius contẽplatiõe in dubio relictũ censeatur.

Quæstio 127.

CVM pater habens filiam spuriam, in testamen-
to suo nepotem ex ea legitimum, & naturalem
tunc nondum natum heredẽ instituisset, an hoc

valide factum esset quæsitum est. Magna olim,& hodie
inter doctores est hæc dubitatio , magis tamen com-
muniter velle videntur,quod nepotem ex filia spuria
heredem instituere, illique relinquere pater possit , vt
tenuerunt scrib.& gl.in l.fi.C.de natu.liber.quam se-
quitur Bar.qui satis plene articulum examinat,in con-
si.cxviij in.i.Oducius corenti &c.& in l.Gallus.§.quod si
is,& ibi fere docto.omnes ff.de libe.& posth Quæ cõ-
1 munis conclusio limitatur.† quandocunque expresse,
vel tacite apparet ex mente testatoris ,nepotem fuisse
heredem institutum contẽplatione sui patris,aut ma-
tris:in quo doct.Bar. & alij in locis allegatis concor-
dare videntur argu.text.in l.sed si plures.§.in arroga-
to cum ibi no.per Bar.ff.de vulga. & pupil.vbi datum,
vel relictum alterius contemplatione acquiritur illi,
cuius contemplatione relictum fuit:nec refert , an sit
in potestate illius,an sui iuris , & sic extraneus,veluti
exemplificant Bar.& alij in d.§.in arrogato , & in d.§.
quod si is,facit tex cum ibi not.in l.fi.C.de vsufruc.&
in l fideicommissa.§.interdum ff.de lega.iij.At in pro-
posito casu,licet expresse non appareat,testatorem vo
luisse nepotes ex filia spuria vocare , quia hoc verbis
non dixit,tamen apparere dicitur ex coniectura ta mẽ
te,qua facit,vt de mente euidenter constare dicatur.l.
2 licet imperator.ff.de leg.j.†ex quo enim testator nepo
tes non cognouit,quia tempore testamenti in rerũ na
tura non erant,erga eos affectionem habere non po-
tuit argu.l.cũm ita.§.in fideicommisso & l.peto.§.fra-
tre.ff.de leg.ij.l.si cognatis.ff.de reb.dub.& l.qui filia-
bus in prin.ff.de leg.j. eademque ratione dicti non po
tuit, testatorem fuisse motum propter merita dictorũ
nepotum,in quos sicut demerita cadere non potuerũt
ita nec merita arg.l.si quis in suo in fi.C.de inoffi.test.
quem tex.etiam ita pondero.nam si ibi posthumus ex
heredatur censetur exheredatus potius odio materno
quam suo,quoniam in posthumũ demerita cadere nõ
possunt,ita econtra si quid posthumo alieno fuerit re
lictum,censeri debet relictum non eius contemplatio
ne , nec ob eius merita,sed potius propter merita, &
contemplatione matris,vt contrariorum eadem sit di
3 sciplina iuribus vulgaribus.† Propterea olim posthu-
mus alienus institui, seu illi relinqui contemplatione
matris,quod inhonestatem, & turpitudinem quandã con
tinere videbatur,vt ponunt scrib.in l Gallus in prin.&
in §.ille casus,& in §.instituens ff.de libe.& posthu.§.
posthumo,insti.de leg.cum simi.ibi not.per gl.& secũ
dum Dy.etiam in.d l.qui filiabus,quem Alex sequitur
in l.titius in princ.col.ij.ff.de libe.& posthu.in posthu
mum alienum,qui nascitur post testamentum,non ca-
dit affectio neque meritum siue demeritum,d l si quis
in suo in fi.Secus autem est in posthumo suo,Bart.quẽ
sic intelligo,in d.l.qui filiabus: At in casu huius quæ-
stionis loquimur de posthumis alienis , hoc est de iis
qui nati sunt ex filia spuria , qui nati nec in potestate
testatoris,nec sui heredes fuissent arg.d.§. posthumo,
ergo testator non potest dici motus ex affectione , &
meritis ipsorum,sed potius matris suæ.Quo fit,vt insti
tutio,& substitutio de illis facta non tenuerit. Cui cõ-
clusioni bene inseruit distinctio Rofred. quam refert
Bart.in d.consil.cxviij.& illam veritati proximam esse
affirmat.Non obstant not.per gl.& doct. in d.l.fi.C.de
natur.lib.& in d.l.Gallus. §. quod si is.cum aliis pluribus,
4 quæ possent allegari, † quia non procedunt, quando
constaret nepotem legitimum,& naturalem natum ex
spurio,seu spuria fuisse vocatum potius contemplatio
ne patris,seu matris,quam sua,vt videntur fateri doc.
cõmuniter in d.§.quod si is.& ibi Bar. veluti quia posthu-
mo ex filia spuria fuisset relictum per prædicta : secus
si nepoti iam nato ex filia spuria relictum fuisset,tunc
enim in dubio contemplatione sui,& non matris,reli-
ctum fuisse censeretur,vt supra dictum,& demonstra-
tum est.Si autem nepoti iam nato ex filio spurio reli-
ctum esset,forte tunc aliter dicendũ foret per ea,quæ
signanter voluit Bar.in l.fi.per illum tex.C.de vsufr.ad
cuius dicta in hoc esse recurrendum censeo. Et ita iu-
ris esse mihi visum est.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia, à quo damnum datum fuerit , à statuto requisita quomodo probari possit.*
2 *Probationis noua species etiam contra regulas iuris vltra legitimam iuris probationem per statutum in duci potest.*
3 *Ignorantia per simplex iuramentum probatur.*

Quæstio 128.

QVAESTIONI propositæ, vtrum, statutũ
de emendatione damnorum datorum à quibus
ignoratur, intentatum contra massarium,& ho
mines villæ,in qua damnum datum as-
seritur,locum habeat,si qualitas ignorantiæ ante om-
nia probata fuerit,& nõ aliter,an vero sufficiat, quod
de dicta ignorantia stetur dicto notarij; Quamuis Ale
xan.in consi.cxiiij.lib.iiij.in ij.dubio sentiat illam om-
nino probandam fore cum aliis,quæ ad hanc senten-
1 tiam comprobandam adduci possent, †tamen respõdi,
sufficere illam probationem, quæ ex relatione notarij
cum iuramento dicentis sibi damnum datum fieret,
vt clare ex verbis statuti infertur,ibi & ipsius relatio-
ni stetur de prædictis, & æstimatione damni in scri-
ptis fiẽdæ per ipsum notariũ, & pro plena probatione
talis relatio cum sacramento conquerentis habeatur:
Sed in prædictis non solum fuit dictum de damno,
sed etiam de illa qualitate ignorantiæ , per quem , vel
quos factum,seu datum fuerit,igitur de dicta qualita
te statutum voluit standum esse relaxioni notarij cum
iuramento conquerentis.Neque hoc negauit Alexa.
in d.cõsi.qui simpliciter voluit ignorantiam esse pro
bãdam,nec dixit,quo modo probari debeat.Ideo suf-
ficiet illa probatio priuilegiata à statuto introducta,
2 †cum etiam contra regulas iuris noua species proba
tionis vltra legitimam iuris communis probationem
per statutum induci possit,vt volunt communiter scri
ben.Abb.& alij in c.sicut consuetudo.extra de prob.
vbi Felin.& cæteri moder.multa allegant. Hoc idem
suadetur ex iis,quæ voluit gloss.& sequuntur Abb.&
Anto.in c.innotuit.de electio.in versi.ignorantia.cir-
ca fin.quod ea,quæ dependent ab animo alicuius,pro
banda sunt per iuramẽtum ipsius,vt etiam voluit glo.
in l.si cui.§.his de criminibus.ff.de accusat.& bene in
seruit,inquit Bal.in l.j.C.ad Macedonia.quòd facta di
ligenti inquisitione(prout in casu,de quo agitur,fieri
censetur,petendo à iudice,vt notarius mittatur ad se
informandum)sufficit; quòd ignorantia per simplex
iuramentum probetur,vt declarat Abb.in d.ca.inno-
tuit.Et ita verum esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cum reseruatione vsusfructus simulatio- nem non sapit.*
2 *Simulatio contractuum ad quorum fauorem intro- ducta fuerit.*
3 *Alienationis verbum quando non contineat dona- tionem.*

Quæstio 129.

AN STATVTVM loquens de cõtractibus,
& alienationibus fictitie factis comprehendat
donationem cum reseruatione vsusfructus fa-
ctam?Et verius est,statutum ad huiusmodi donatio-
nem

nem non extendi, nullibi enim in iure cautum reperi-
1 tur, quod † contractus donationis, in quo donator sibi
rerum donatarum vsumfructum reseruauit, alicuius si
mulationis, seu fictionis speciem, ex hoc sapiat: imo iu
ra donationē huiusmodi simpliciter recipiunt, & ap-
probant l. quisquis l. si quis. C. de donatio. Bart. & alij
in l. quod meo. in princ. ff. de acquir. possess. Et donatio
ad not. per Bar. in l. post contractum. ff. de donat. Huc
2 accedat, quod † quando contractus venditionis, dona-
tionis, & alij à iure simulati finguntur, introductum
est hoc ad fauorem contrahentium, venditium, & do-
nantium. c. ad nostram. cum materia de emptio. & ven-
ditio. c. illo vos. de pign. & habetur late per Moder. Ve
ronen. in tracta. de simula. contrac. Sed si virtute dicti
statuti donationes factæ cum reseruatione vsusfru-
ctus, & cum constituto depossidendo (quo casu sola ci
uilis possessio in donatarium est translata, ad d. l. qui-
squis. & no. per Bar. in d. l. quod meo. in princ. cū aliis,)
censerentur fictitiæ, & simulatæ, & sic inualidæ, seque
retur, ꝙ vtilius, fauorabiliúsque esset donatoribus res
suas simpliciter donare, & illas in donatarios pleno iu
re penitus transferre, quam cum reseruatione vsusfru
ctus donare. Quod quam ridiculum esset dicere, nemi
nem latet, cum magis expediat, rem suam cum reserua
tione vsusfructus donare, quam pleno iure elargiri.
Præterea lex ad donatoris fauorem inuenit, ꝙ rem suā
quo ad proprietatem donare, & in eius vita vsumfru-
ctum illius reseruare valeat. d. l. quisquis. igitur non est
dicendum, id quod à lege ad fauorem donantium fuit
inuentum, esse per huiusmodi statutum sublatum, ne
ad vnum effectum inducta contrarium operentur. l. ꝙ
fauore. C. de legib. Et si recte statuti verba inspician-
tur, ea ad casum istum non adaptantur, minúsque sta-
tuentium intentio, quæ verbis præfertur. c. intelligen-
tia, & c. propterea. extra de verb. signifi. Nullum enim
verbum fit in statuto de donatione cum reseruatione
3 vsusfructus. Et † quamuis alienationis verbum dona-
tioni quoque conuenire possit, non tamen super, & ma
xime quando æquitas, vel ratio aduersatur, vt colligi-
tur ex his, quæ habentur per scrib. magis communiter
in l. fi. C. de iure emphyt. & in c. potuit. de locat. vbi vo
lunt, cura illa de alienatione loquentia in contractu
donationis locum non habere, vt ibi per Imolā. Qua-
re statutum istud, sane intelligendo, debet interpretari
solum habere locum in iis contractibus, in quibus si-
mulationes, & fictiones fieri solent, vt in casu. d. c. ad
nostram. d. c. illo vos. per totum. C. plus val. ꝙ agitur, &
per Veron. in d. tract. simulat. non autem in casibus, in
quibus liberalitate quis aduersus aliquem vti vellet,
donando cum reseruatione vsusfructus rei donatæ in
vita sua, alioquin homines ab actu liberalitatis retra-
herentur: quod non est dicendum, cum iura genus ho-
minum huiusmodi priuilegiis ornare soleant, vt colli
gitur ex his, quæ habentur in l. quoties. C. de don. quæ
sub modo, iunctis his, quæ ponunt Bar. Alex. & alij in l.
qui Romæ. §. flauius. ff. de verb. obl.

SVMMARIVM.

1 *Maleficij appellatio quodcunque damnum quomo docunque datum comprehendit.*
2 *Relatio facta per verba indefinita complectitur omnia.*
3 *Exempla verba legis generalia non restringunt.*
4 *Verba vniuersalia vltra specificata addita comprehendunt omnia alia.*

Quæstio 130.

IN CONTROVERSIAM incidit, vtrū statu
tū quod Bononiæ extat, sub rub. de emend. damno.
dator. à quibus ignoratur, locum habeat in roba-
riis, furtis, incendiis, & damnis datis, atque commis-
sis etiam circa res omnes in castris, villis, & domibus,
an vero solum in iis, quæ commissa sunt in campis, &
agris circa blada, vites, & arbores, veluti inferre vidē
tur verba statuti, dum dicitur, quòd potestas teneatur
mittere vnum ex notariis ad se informandum de in-
cēdiis, robariis, arsuris, incisiōibus arborum, & vitiū,
bladis, & aliis fruct. exportatis. & de oībus aliis dānis
in dictis rebus, & locis datis. Quæ verba ita se referre,
& exponi debere videntur, in dictis rebus, hoc est fru
ctibus, & locis id est campis. Ego tamen illam senten
tiam sequutus sum, quòd statutum huiusmodi locum
sibi vendicet in damnis omnibus datis, & commissis
circa alias res in castris, villis, & domibus in dictis lo
cis positis, vt in terminis præsupponit Alex. in consil.
cxiiij. lib. iiij. vbi conatur relationem quandam nota
rii deputati super relatione facienda in terminis dicti
statuti inualidare, & repellere quosdam agentes ad e-
mendationem damni. & robariæ commissæ in castro
Medicinæ decepta quantitate frumenti reconditi in
horreo cuiusdam domus positæ in dicto castro, nō ex
eo, ꝙ robaria fuisset commissa in castro, sed ex aliis ra-
tionibus, præsupponendo statutum omnino locum in
casu illo habuisse, nisi commune castri medicinæ, con
tra ꝙ agebatur. ex aliis rationibus, & causis defendi
potuisset. Idem in terminis etiam voluit ipse Alexā. in
cons. xcj. lib. vj. vbi præsupponit statutum istud locum
habere in damno dato pro asino in via publica vulne
rato: & quamuis ibi consuluerit commune esse absol-
uendum, tamen hoc voluit, non quia statutum proce-
dat solum in casu, quando damnum fuisset datum so-
lum in agris, & campis exportando blada, aut arbores
vel vites incidendo. sed ex eo, ꝙ testes non probaue-
runt, & quia relatio à notario facta euidenter iniqua,
& erronea fuerat. Præsupponit ergo Alex. ibi, statuto
prædicto locum esse etiam in aliis rebus, & damnis da
tis, quam in iis, quæ committuntur in agris, & campis
circa fructuum, & bladorum exportationem, atque ar-
borum incisiones. Quæ conclusio probatur etiam ex
verbis generalibus statuti loquentis non solum de dā-
nis, & robariis, sed de aliis quoque maleficiis cōmissis
non se magis ad vnum locum, quam ad alium restrin-
1 gendo, quia † maleficiorum appellatione continetur,
quodcunque damnum, quod datur ratione furti, iniu
riæ, rapinæ, aliisq; modis, vt in l. ex maleficiis. ff. de act.
& obl. l. fi. ff de priua. delic. & insti. de obl. quæ ex deli.
nasc. in § j. Præterea statutum loquitur de incendiis, ro
bariis, arsuris, incisionibus arborum, & vitium, de bla
dis, & fructibus exportatis, ac deuastatis, & de omni-
bus aliis damnis in dictis rebus, & locis datis, supra
vero fecit mentionem non de agris & campis, sed de
terris, villis, castris, guardia & contrata, ergo statutum
sub illis verbis & dictis locis voluit comprehendere
omnia loca supra dicta, & nominata, & consequenter
damna quoque in castris, & terris commissa, quia illa
verba in dictis rebus, & locis, sunt relatiua præceden-
tium, quæ specialiter expressa fuerunt iuxta. l. j. §. dein-
de. ff. de postuland. Ideoque ista relatio non magis ad
vnum, quem ad aliud. sed pariformiter ad omnia supra
nominata est facienda. arg. l. nam hoc iure. ff. de vulga.
2 & pupilla. Item † hæc relatio fit per verba indefinita:
ergo omnia debet comprehendere. l. prima. & ibi Bar.
ff. de regu. iuris. & in l. si seruitus. ff. de seruitut. vrban.
prædior. cum similibus. Vltimo in dicto statuto infe-
rius fit exceptio de damnis, & robariis equorum, vel
aliorum animalium stipendiatorum, vel aliarum per-
sonarum non habentium custodem. vulneratorum,
aut occisorum in campis. & extra domum, & cortile,
ergo infertur, quod voluit includere damna data in
bestiis habentibus custodes, si contingat illa vulnera
ri, occidi, aut aliter deuastari non solum in campis, sed
etiam in aliis locis extra domum, & cortile, quoniam

exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.l. qui
neque in fi ff. de rebus eorum.l.nam qd liquide. in fi.ff.
de penu.leg cum simılib. Quare euidenter apparet sta-
tutum habere locum in damnis commissis non solum
in fructibus,& bladis,& in campis,& agris, sed etiam
in aliis rebus,& locis, veluti communis practica Bo-
noniæ semper obseruauit:& quamuis,vt in princ. di-
cebatur,illa verba statuti de omnibus aliis damnis in
dictis rebus,& locis datis, viderentur referenda solū
ad fructus,blada,& incisiones arborum in campis, &
agris, nam illa dictio aliis est repetitiua similium, ac
eiusdem qualitatis Bal.in l.si fugitiul. in vlt.col.& ibi
bonus tex.cum glo.& in l.quicunque.C.de seru.fugit.
not.per gl.& doct.in auth.ex testament.C.de collatio-
nib.cum multis similibus. Tamen propter hoc statu-
4 tum ad illa tantum se non restringit,quia †exempla nō
restringunt verba legis generalia.l.quæsitum.§.fi.ff.de
fund.instruct & ibi Bart. l.damni quidam.ff.de damn.
5 infect.cū aliis.Præterea †vltra illa specificata addūtur
verba vniuersalia & de omnibus aliis damnis,quæ vl-
tra, specificata comprehendunt omnia alia damnata
data arg clem.non potest.cum ibi not.de procur.c.qui
ad agendum.eo tit.in vj.l.Plautius & in l. pediculis.§.
item cum.ff.de aur.& argen.leg. Et ita iuris esse(vt pu
to)nemo dubitabit.

SVMMARIVM.

1 *Exequutionem sententiarum, quæ in rem iudicatam transiuerunt, nulla exceptio etiam nullitatis impedire aut retardare potest.*

2 *Exceptio quando,& quomodo in continenti probari posse.& quando altiorem indaginem requirere,dicatur remiss.*

3 *Ab exequutione semel tantum, & non vltra appellatur.*

4 *Duo remedia contraria simul correctiue,& conditionaliter proponi possunt:& quando vnum petendo alteri dicatur renunciatum.*

5 *Appellans faciendo actum coram iudice à quo ad agendum ius,& desiderium suum appellationi non renunciat.*

6 *Actus in iudicio factus non approbatus ab aduersario iuri facientis actum non præiudicat.*

Quæstio 131.

LATIS pluribus sententiis conformibus quæ tā
ex forma statutorum loci,quam de iure commu
ni in rem transiuerunt iudicatam,cum ab vltima
quoque sententia esset appellatum, commissa fuit cau
sa per rescriptum apostolicum cum potestate, si quod
exequendum fuerit, exequendi An aliqua exceptio e-
tiam nullitatis sententiæ exequutionem impedire, ac
retardare posset, & an testes super aliquibus articulis
pro parte aduersa admittendi,& recipiendi essent,du
1 bitatum est, Et †omnino exequutionem esse faciendā,
& committendam per iudicem,cui exequutio speciali
ter commissa fuit,neque exceptionem aliquam,aut te-
stium receptionem esse ad impediēdam exequutionē
admittendam,habetur clare in cle.j.de re iudic.vbi si
tres fuerint latæ sententiæ conformes in casu quo tres
sunt necessariæ ad hoc,vt in rem iudicatam transiuis-
se dicantur,illæ omnino sunt exequutioni mandandæ,
non obstāte qd de nullitate fuerit principaliter dictō,
siue exceptum Similiter si post illas tres sententias cō
formes fuisset appellatum, & quomodocunque causa
propter appellationem interpositam adhuc pendente
diceretur.quinimo eo casu,quo per nullitatis exceptio
nem posset retardari exequutio,quæ aliter quomodo-
cunque in rem transiuisset iudicatam,si huiusmodi nul
litas in cōtinenti probari nullo modo posset,sed altio
rem indaginē requireret.tunc propter huiusmodi nul
litatis exceptionem,seu petitionem restitutionis in in
tegrum exequutio impediri non potest,vt voluit Bart.
Alex.& communiter doct.in l.iiij.§. condemnatum ff.
2 de re iudic.†vbi declarant,quando, & quomodo in cō
tinenti posse probari,& quando altior indago requiri
dicatur,& habetur per Alex.in l.ij.post Bar.C.de edic.
diui Adria.tol.Nec possunt in hoc casu aliqui articuli
admitti,nec testes super illis recipi, nec examinari ad
effectum impediēdi exequutionem,vt in d.cle.j.& per
Alex.in d.§.condemnatum,præsertim si peterentur te-
stes examinari in diuersis partibus mundi longinquis,
& sic calumniose,ex quibus constat,qd celeriter,& in
continenti probari id non potest,per quod exequutio
3 valeat impediri.Prædicta maxime dicēda sunt.†si alias
ab exequutione.seu,vt melius dixerim,à commissione,
& declaratiōe de exequendo esset appellatum, tanquā
forte excessum foret in exequendō, quo casu secundū
aliquos pōt appellari,vt habetur in l.ab executore per
Bar.& Imo.de appel.in l.ab executiōe.C.quorū appel.
non reci.& c.nocit de appel.Nā tunc nullo modo am-
plius ab executione,seu ab eius excessu,vel,à commis-
sione de exequendo appellari pōt,quia hoc in casu se-
mel tantū appellatur,ne impediatur exequutio sentē-
tiæ,quæ in rē iudicatam transiuit,vt voluit no.Ang.in
d.l.ab exequutore col.j.in versi.& vbi appellatur. Nec
obstaret,si is,ad cuius fauorem sententiæ latæ in rem
iudicatam transiuerunt, vel procurator eius coram
præfato Dominico commissario apostolico petiisset de
clarari,& pronunciari nulliter & inique fuisse prouo-
catum,& appellatum per partem aduersam, & bene
ad fauorem sui ipsius fuisse iudicatū & appellationis
negotiū nō deuoluere & quatenus opus sit, cōfirmari
debere sententias ad suum fauorem latas,quatenus vē
ro nullæ essent ex aliquo defectu de iure reparabili il-
latas iam ex antiquis, quā nouis ex actis in totum, vel
in partem debere in melius reformari&c.quòd ex hoc
sibi præiudicasse,& consensisse videatur,qd super vali
ditate,nullitate,& iniquitate sententiarum esset prō
cedendum,& non super exequutiōe illarum,cum hęc
inter se inuicem repugnent,qd cognoscatur de iniqui
tate,seu inualiditate,vel nullitate sententiæ,& qd sen-
tentia executioni mandetur,vt in d.l.iiij.§.condēna-
tum cum ibi not.& argum.eorum, quæ habentur in
l.si expressim.ff.de appel.& per Bart.in l.cum quæreba
tur.ff.de re iud.ideoque permittendo cognosci super
iniquitate,& inualiditate sententiæ videtur renun-
ciasse exequutioni,vel iuri exequendi sententiam ar-
gumen.text.capit.directæ cum ibi not.de app.& illo-
rum,quæ trahuntur in cap.j.de rest.spo.cum simili.&
est text.cum no.in c.gratum de offic.deleg.Quia prę-
4 dictis omnibus respondetur,†Primò illa posse proce
dere,& vera esse,quādo vtrunque fuisset petitum, &
super vno tantum processum,videlicet super validita
te,& iniquitate sententiæ,secus si vtrunque correcti
uè seu conditionaliter foret petitum,puta dicendo pe
to pronunciari super inualiditate,iniquitate, & nulli
tate sententiæ,quatenus opus sit, & quatenus nullæ
sint,confirmari,& dictas sententias in partibus,in qui
bus non fuerunt exequutæ,exequi debere &c.Nā ita
petendo nō dicitur renunciari exequutioni,seu iuri
illam petēdi,cum expresse ipse illarum exequutionē
petierit,& in certis,& non certis locus est coniectu-
ris l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.oblig.vtrum nā-
que petendo.ff.de verb.oblig.vnum namque petendo
quis renunciare alteri præsumitur,quando vnum tan
tum fuerit petitum,quod aliud tacite excludat, vt in
dict.c.directe cum ibi no.At quando clare apparet,qd
quis vtrunque petiit,tunc renunciationis tacitæ con
iectura cessat,vt notissimum est, & colligitur ex iis,
quæ Bart.& alij dicunt in l.si expressim.& quāuis hæc
remedia inter se repugnare,sibique inuicem contra-
ria videantur,tamen ex quo simpliciter nec proponū
tur,sed conditionaliter,videlicet quatenus opus sit,
huius-

huiusmodi cumulus & petitio admittitur, arg. eorum.
quæ habentur in d.l. si expressim. & in d.l. cum quære-
batur. vbi remedium appellationis & nullitatis, quæ
sunt contraria, simul admittuntur conditionaliter, seu
correctiue, dicendo dico sententiam nullam, & quate-
nus aliqua sit, ab illa appello, vel per alia similia verba
facit q habetur in c. constitutus de in integ. restit. facit
etiam tex. ibique Abb. in c. ij. de arb. vbi permissum est
plura intentare remedia etiã inter se quodãmodo incõ
patibilia ad effectum consequendi ius suũ: & hoc ma-
xime, quando non simpliciter proponuntur, sed condi
tionaliter per hãc dictionem quatenus, vt est text. in d.
c. ij. vel per dictionem si, vt late habetur per Bart. in d.l.
5 si expressim. † Et Abb. & alij in d.c. gratum in fi. vlt. col.
dicunt, q licet appellans comparendo, & litigando co
rã iudice à quo videatur appellationi renunciare. d. c.
gratũ, tamen secus est, quãdo faceret corã illo actũ, qui
ad augmentandũ ius, & desideriũ suum veniret, prout
in casu, de quo agitur, verba supra relata fuerunt ex-
pressa, ergo non debuerunt renunciationẽ, & præiudi-
6 ciũ quo ad executionis causam inferre. Præterea † quã-
do actus, qui fit in iudicio, nõ fuit in iudicio ab aduer-
sario approbatus, tunc per illum actum nõ videtur re-
nũciatum iuri actũ facientis, vt est gl. in c. cũ venissent
de eo, qui mit. in poss. rei seruã. cau. Abb. in d.c. gratũ in
vlt. col. & ibi Feli. Et ita in prædictis iuris esse censui.

SVMMARIVM.

1 Patria potestas in spiritualibus non consideratur.
2 Coniuncta persona pro coniuncta non agit in casibus,
in quibus mandatum speciale requiritur, fallit in pa
tre, & in iis, qui legitimam habent administrationẽ
nu. 6. & nu. 13.
Et quando agit, cautione rati opus est, & quid ea cau
tio contineat. Fallit nu. 15.
4 Pater quo ad causam matrimonij habetur pro extra
neo, & lis inter ipsum & filiũ esse potest: contra nu. 17.
5 Coniuncta persona habens à lege mandatum in causa
matrimonij filij & procuratorem ante lit. contest. cõ-
stituere & ipse etiam interuenire potest.
7 Coniuncta persona absque cautiõe rati admittitur in
causa libertatis, vel quasi.
8 Appellare is potest, qui pro aliquo in prima instantia
interuenit.
9 Patri pro filio appellare, sicut contra, licitum est.
10 Patri pro filio interuenienti in causa matrimonij fi-
lius consentire dicitur, si expresse non contradicat.
11 Coniunctam personam pro coniuncta in spiritualibus
non admitti in patre verum non est, sed in alijs.
12 In causa matrimonij filij de aliquali interesse patris
agitur.
14 Matrimonij causa quando speciale mandatum dica
tur requirere, & quando non.
16 Cautio rati etiam in spiritalibus in coniuncta perso-
na comparente quando requiratur.

Quæstio 132.

VTRVM pater tanquam coniuncta persona pos
sit pro filio in causa matrimoniali etiam si aga-
tur de fœdere matrimonij interuenire, & conse
quenter à sententia lata contra filium in tali causa ap-
1 pellare? Et q non possit, primo sic arguitur † In spiritua
libus patria potestas non consideratur, sed in iis filiusf-
fa. pro patref. habetur c. fi. de iudi. in vj. Causa autem
matrimonialis est spiritualis cle. dispẽdiosam. de iudi.
2 c. accendentibus de excel. prælat. ergo &c. Secundo † in
casibus in quibus mandatum requiritur speciale con-
iuncta persona pro coniuncta agere non potest. l. patri
in prin. cum l. præcedenti & ibi scrib. & l. illud §. talis,
ff. de minor. Ro. in sing. 227. alias 224. inci. & illã legem
&c. sed in causa matrimonij requiritur mandatum spe
ciale. c. fi. de proc. in vj. ergo pater tanquam coniuncta
persona pro filio interuenire, & appellare non poterit.
3 Tertio † iis casibus, in quibus cõiuncta persona potest
interuenire, de rato cauere debet, si petat ur. l. si exigen
di cum ibi not. C. de proc. l. 3. §. sed & si forte. ff. iud. so.
cum no. gl. in c. cũ pridem in ver. habebat, de pac. & de
natura huiusmodi cautiõis est, vt interesse veniat, prõ
pter q ea præstatur. l. ij. & per totũ. ff. rem rat. hab. at in
spiritualibus interesse non est considerabile, cum illa
æstimationem non recipiant. c. quã pio. j. q. ij. c. cum gl.
de iure patr. ergo in iis coniuncta persona non põt in-
teruenire, cum mediũ, quo interuenire posse deberet,
4 deficiat. Quarto † pater quo ad causam matrimonij ha
betur pro extraneo, & ideo quo ad illã inter patrem &
filium lis esse põt. c. non est de spon. contra regulã l. lis
nulla. ff. de iudi. ergo vt coniuncta persona pro filio nõ
interueniet. Vltimo hanc opinionem sequitur Spec. in
tit. de coniuncta persona in versi item q et causa spiri
tualis. Domini de Rota in dec. 535. in antiq. per tex. cum
ibi not. in c. fi. de proc. in vj. & melius facit. d c. fi. de iu-
di. eo. lib. Idem voluit Bald. quando agitur de fœdere
matrimonij, in c. accedens de pro. Sed his non aduer-
santibus, q pater vt coniuncta persona in causa matri
moniali pro filio interuenire possit doct. magis com-
muniter sequuntur videlicet Innoc. Host. & Anto. in
d.c. accedens. & ibi Cardi. in v. notab. post gl. quæ idẽ
sentit Ias. in d.l. exequendi in v. limitat. Feli. in c. coram
ibi sextus, de offic. delegat. & Roma. qui pulchre hoc
tradit in sing. dcxxj. alias. dclxxix. incipien. tu audiui-
sti. Quam sententiam veriorem esse existimo, & pri-
mo per tex. in d.c. accedens, super quo hanc opinionẽ
sequentes se fundant, illum secundum alios, & maxi-
5 me secundum Rom. in d. singu. 227 inducendo q † con-
iuncta persona, quæ habet à lege mandatum, vt est pa
ter, an in causa matrimonij filij, prout text. loquitur,
procuratorem potest ante litem contestatam cõstitue
re. vt ibi in §. clasius colligitur, quomodo etiam hunc
text. inducit idem Rom. in d. singu. dcxxj. ergo magis,
vel pariter pater per se poterit in dicta causa interue-
nire, cum quis facilius in causa per se interueniat, quã
per procuratorem arg. c. j. de procu. in vj. l. q quis. C.
de procurat. & Roma. in d. singu. cclxvij. Secundo idẽ
Roma. in d. sing. dcxxj. allegat pro hac opinione glo.
singularem in cap. cum pridem in versi. dicebat extra
de pact. quæ generaliter concludit coniuncta perso-
na posse in causa beneficiali, & spirituali pro coniun-
cta persona interuenire: quod quidem Roma. ibi ad pa
trem restringit, qui pro filio vellet ex coniuncta perso
na in causa spirituali interuenire: secus est in alia con
iuncta persona, quæ non admittetur, nisi cum cautio-
6 ne rati glos. in c. cum pridem. Tertiò † licet coniuncta
persona non admittatur in casibus, in quibus manda
tum speciale requiritur, vt supra in contrariis dictum
est, hoc tamen fallit in coniuncta persona, quæ legiti-
mam haberet administrationem, veluti est pater, illis
enim in casibus pro filio interuenire, & agere absolu-
te poterit, vt voluit Barto. & Ange. post glo. in l. prima
C. etiam per procur. cau. in integ. restitu. & Alexand.
in dict. l. patri. ff. de minor. in ver. x. not. &c. ergo idem
in causa matrimonij dicendum est in qua mandatum
speciale requiritur, dict. cap. fin. cum simi. & hoc vo-
7 luit Roma. in dict. singu. dclxxix. Quarto † quando agi
tur de libertate, vel quasi coniuncta persona potest
absque cautione de rato, vel iudicatum soluendo in-
teruenire. l. iij. iiij. & v. ff. de liber. cau. glo. in l. Pompo
nius. in fin. ff. de procura. sed in causa matrimonij, ma
xime quãdo agitur de fœdere, dicitur tractari de qua
si libertate, & de statu hominis, glo. notab. in cap. mu
lieri, de iureiuran. multis enim calamitatibus oppri-
mitur matrimonium, vt in ca. omnes cum gloss. xxxij.

q.vij Alex.in consi.calij.colum.ij.lib.ij.ergo &c.Quin
8 to †pater,qui in prima instantia pro filio interuenit,te
netur, & potest à sententia contra filium lata appel-
lare, licet regulariter aliud esset, ad trad ta per Ro-
man in singul.cccclxvij.alias.cccclxvij. incipien. pro-
curator, &c. qui per text.in l.liberto §.litem ff.de ne-
goc.gest.inquit,negotiorum gestori,& illi,qui pro alio
etiam sine mandato interuenit,imputandum esse,nisi à
sententia contra suum principalem lata appellauerit.
9 Sexto †sicuti, quando filius vt coniuncta persona pro
patre interuenit, licitum est filio à sententia lata con-
tra patrem appellare. vt in l. ex consensu §. filium.ff.
de appellation.ita similiter econtra dicendum erit,pa
tri pro filio appellare licitum esse argum. l.j.C.de cu-
pres.libr.xj nam veluti causa matrimonij per patrem
tanquam coniunctam personam pro filio agi potuit,
vt iam ostensum est ita etiam per patrem appellari po
tuit argument.l.prim.in fi.ff.an per alium cau.app.Ad-
10 de,quod †licet pater pro filio in causa matrimonij ne-
queat interuenire inuito filio, sed cum illius consen-
su,vel saltem eius ratificatione secuta, vt est gloss.no-
tab.ibique Cardi.in d.c.accedens de procurat.in ver-
sicu.sed nunquid &c. Tamen si nó appareat de filij ex-
pressa contradictione,filius consentire, ratúmque ha-
bere censetur,glo in c ex parte decani.in versic. perso-
nis de rescript. & est text. in l. Pomponius.§.primo ff.
de procurator. & in l. secunda.§.voluntatem. ff solut.
matrimon. Nec prædictis aduersatur decis. Bellam.
cccccclxxxij.& decis clxij.in causis beneficialibus &c.
11 in nouis,vbi †concluditur in spiritualibus non admit
ti coniunctam personam quia in his de cognatione,&
coniunctione sanguinis non curatur.c.fi.de iud.Quia
respondetur,illas deciss.procedere in aliis coniunctis
vt in fratre,aliisque similibus vt ibi exemplificatur,nó
autem in patre per supra dicta,& allegata maxime per
text.in d.c.accedens.& ibi gloss & in capi. ex parte de-
cani.iuncta glo.in versic.personis de rescrip.& quam-
uis ille tex.loquatur in beneficialibus,tamen d.deciss.
in hoc nolunt differentiam esse inter beneficialia, &
spiritualia,sed idem in omnibus. Verumtamen,vt di-
cunt doct.communiter in cap.ij de rescrip.authoritas
dominorum de Rota in suis decionibus non est neces
saria,sed probabilis,vt dixi etiam supra in q.cxx.ac ve
luti etiam dicitur de opinione gl.per Barto.in l.nemo.
C.de senten.Vnde super illis non esset vis facienda, si
contra nos probarent:quamuis,vt dixi saluari possunt
in aliis coniunctis personis, non autem in patre. in
quo speciale est, vt tanquam coniuncta persona possit
pro filio causa matrimonij interuenire vt dicit Felin.
in d.capitul.coram. Cuius quidem specialitatis ratio
esse potest,nam quando agitur contra filium, vt asser-
to matrimonio stare teneatur, tractari videtur de ali-
quali interesse ipsius patris,quo casu pater vt coniun
cta persona debet posse pro filio interuenire,& appel
lare, vt in dicta l patri.ff de minor.quem text.Bartol.
singularem esse dicit.quod pater,quando agitur de ali
quali ipsius interesse, potest vt coniuncta persona e-
tiam in prima instantia,pro filio comparere, ergo ma-
gis pro filio appellare,& causam appellationis tracta-
re poterit absque mandato, & expressa voluntate fi-
lij, vt in l.non tantum in l.ex consensu §.filium. ff. de
appella.& in dicta l.prima in fin ff.an per al. cau.app.
12 †Quod autem de interesse patris agatur, ostenditur,
nam hæc dicitur esse causa quasi libertatis.& de statu
ipsius filij,vt supra dictum est:& quod filius non tenea
tur stare iniusto & non vero matrimonio patris inte-
rest propter debita obsequia,& seruitia, quæ filius pa
tri præstare tenetur,vt in rubro,& in l.ij.& per totum.
ff.de obseq.à li.paren.præstand. nam ea impedirentur,
vt in l. vxor. cum gloss. & ibi Bartol.Bald.& alij.C.de
condit.inser.Bal.in l.prim.C.de bon.quæ lib.Abb.in c.
literas,de restit.spol.& in cap.in literis in fin.versic.de

testibus,& iuxta illud, dimittet homo patrem & ma-
trem,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna,
vt habetur Gene.capit.s.cundo Matthæi.xix. & Pauli
ad Ephes.v.Nec obstant supra in contrarium adducta
maxime motiuum de tex in cap.fin.de iudi.in vj.quod
est potissimum fundamentum aduersariorum. Nam
secundum Roma.in dict.Singul.679. alias.631.text ille,
non probat: innuit enim sane, quod pater vt legi-
timus administrator ratione patriæ potestatis non
possit pro filio adesse in iudicio in causis spirituali-
bus vt ibi,quia in illis patria potestas nó consideratur,
sed non negat, quin pro filio vt coniuncta persona e-
tiam in spiritualibus adesse queat, veluti multifariam
probatum est.Secundo respondetur quod ad legitimã
dam personam filij volentis agere,& in iudicio adesse
in spiritualibus, prout regulariter pater filio consen-
tire tenetur iuxt.l fin.§.necessitatem.Cod.de bon.quæ
lib.non requiritur cósensus,& authoritas patris, quia
in talibus causis patria potestas non consideratur. ca-
pitul.fin.Sed ad agendum,vel interueniendum pro fi-
lio ad tractandam causam pro filij vtilitate, ac defen-
sione tex. ille non denegat, quin pater vt coniuncta
persona pro filio possit interuenire per prædicta.Ter-
tio tex.ille loquitur in beneficialibus,non vero in spi-
ritualibus, hoc est in causa matrimonij, in qua pater
pro filio interuenire potest dicto capitulo. accedens.
cum aliis,& in pluribus differunt spiritualia,ac bene
ficialia,& spirituale,& carnale matrimonium ad gl.in
c.fi.in fin.in ver.contraxit de procur.in vj.& per Mod.
Perusi.ibi in gl.in versi.ad agendum. Præcedentes ta-
men responsiones magis placent. Non obstat secun-
dum, quod in casibus requirentibus speciale manda-
tum coniuncta persona non potest pro coniuncta age-
re,vt dictum est. Nam primo respondetur,quod in oc-
currenti casu pater pro filio non agebat, sed illum de-
fendebat maxime appellando,& appellatiõis causam
prosequendo,quæ appellatio dicitur esse defensio,vt
habetur per Abb.in c.primo in notab.de rescrip.& la
13 tius per eum,& alios in rubr.de appella.Secundo † il-
lud verum est regulariter dict.l.patri, quòd fallit in
patre,qui in illis potest vt coniuncta persona pro fi-
lio in iudicio adesse,vt per Bart.& Angel.post gloss.in
l.prima.C.etiam per procura cau.in integ.per Alexã.
in dict.l.patri in versic.x.nota.& in causa matrimonij
probatur in dict c.accedens.Tertiò respódetur, quòd
14 †quo ad contrahẽdum matrimonium cum causa gra
uis esse,& de statu hominis, & quasi libertatis dica-
tur iuxta not.in d.c.mulieri,requiritur speciale man-
datum.dict.c.fin.de procura.in vj.Sed quo ad agendũ
seu defendendum in causa matrimonij maxime quan
do agitur de liberando à vinculo prætensi matrimo-
nij,speciale mandatum non requiritur maxime in pa-
tre comparente pro filio dicto capitu.accedens cum
aliis,præsertim accedente consensu filij vt voluit glo.
Ioannes Andre.in capitu.qui ad agendum in fine. de
procura.in vj.in gloss magna per text in d.ca.accedẽs
& in dubio filius consentire dicitur,nisi expresse con
tradicat,dicta l.Pomponius in fin.cum ibi not.Itaque
aliud est matrimonium contrahere,aliud matrimo-
nio agere,primo casu mandatum speciale requiritur
d.ca.fi.Secundo vero non dict.c.accedens,quem tex.
doctu.& gloss.communiter intelligunt in causa matri
monij,quando agitur de foedere matrimonij, vt per
glo.& docto.supra allegatos,per glo.in d c.fi.in.versi.
contrahendũ de procura.in vj. Non repugnat etiam
tertium,quod coniuncta persona cauere debet de ra-
to,quæ cautio in casu concurrenti locum habere nó
15 potest per iam dicta, †Primo enim hoc fallit in patre,
qui vt coniuncta persona pro filio compareret,Bar.&
Ang.in d.l.j.C.etiam per proc &c.& præcipue quãdo
ageretur de quasi libertate,& statu filij,vt in d.l.3.4.&
5.ff.de lib.cau.gl.in d.l.Pôponi⁹.in fi.ibiq; scrib.fuctis
præmis-

præmissis.Secundo respondetur & notab vt per Roma.in d.Singu.dcxxxj.
16 quod †in spiritualibus admittitur quis vt procurator cum cautione rati quando dubitatur do mandato,vt est gloss.singularis in c.coram de offic.delega.& probatur in c.per tuas extra de arbi. & in l.procurator ad exigendum.§.si quis.ff.rem rat.hab. Vnde hoc locum in patre sibi non vendicat,cum certum sit illum habere mandatum à lege,vt dictũ est. Neque est attendendum, quod huiusmodi cautio rati non conuenit causæ matrimonij,aliisque causis spiritualibus,quæ æstimationem, & interesse non admittunt d.c.quàm pio.j.q.ij.quia immo etiam in causis spiritualibus cautio rati,in qua damnum, & interesse venit,adaptatur,& æstimabitur damnũ ac interesse,quia si is,pro quo de rato promissum est, ratum non habebit,ille qui cauit,ad expensas litis tenebitur,ad no.per gl.magnam in l.ij.ff.rem rat.hab.ac etiam ad pœnam, quæ huiusmodi cautionibus communiter apponi consueuit arg.l.fin.ff.de præto.stipul & §.fin. Insti.de ver-
17 bor.oblig.Nec quartum obstat, † quoniam ex prædictis apparet,verum non esse,quod pater habeatur pro extraneo quò ad agendum pro filio, vel quò ad illum defendendum in causis spiritualibus per plura iam dicta,quamvis in his possit inter ipsos lis esse,sicut inter extraneos d.capi.non est de spon. Non aduersatur id, quod dicit Specu.in titul.de coniuncta persona.§.j.in ver.item quòd est causa &c.nam vt inquit Roma.in d.sin.dcxxxj.Spec.nihil boni pro se alleg.& doctor.communiter contrarium tenuerunt. Eodem modo responderi potest dominis de Rota,& Bella.in decis.supra allegatis per ea,quæ supra latius dicta sunt.Vel decisiones illæ, & dictum etiam Specula. debent intelligi in aliis coniunctis personis,& non in patre qui tanquam coniuncta persona etiam absque cautione rati pro filio comparere potest secundùm supra dicta, & vt declarat Roma.in d.singu.dcxxxj.ac etiam quia,vt dictũ est quando pater vt coniuncta persona pro filio admittitur,filius semper consentire & ratificare censetur ex quo non apparet cum contradicente: vnde cessat vnũ quod dici posset, quod cum filius appellationem factam à patre saltem infra decem dies datos ad appellandum non ratificauerit, appellatio in hoc casu filio non prodest,argum.l.bonorum cum ibi no.ff.rem rat. hab.cum aliis,tacita namque ratificatio ex non expressa contradictione inducta sufficiet ad hoc,vt appellatio prosit, veluti iam dictum est. Ex quibus apparet, Baldum in d.c.accedens,non bene loqui,quoniam an agatur de fœdere,vel de separatione thori iuxta ca.j. circa fin.de lit.non contest. nulla est in hoc differentia,quia etiam quando agitur de fœdere,pater pro filio comparere potest d.ca.accedens.quem text.sic intelligunt gloss.& doctor.& gloss.in c.qui ad agendum & d.c.fi.de procur.vbi Do & Mod.Et his contentus ita in omnibus verum esse sum arbitratus.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum fauorabilior est induciis, quinquennalibus aliisque moratoriis.*

2 *Nec à legato prouincia, immò nec à Papa absque iusta causa expressa, & speciali eius derogatione tolli potest.*

3 *In iure naturali fundata solùm ex iusta causa specialiter expressa à Papa tolluntur.*

4 *Legatus de latere non potest ea, quæ iuris naturalis sunt vel in eo fundata tollere, nisi specialiter à Papa hoc illi concessum fuerit.*

5 *Cessioni bonorum cum iuramento renunciant absque petita licentia contrauenire, potest.*

6 *Iudæi aduersus Christianos æquitate haud seueritate iuris vtuntur.*

Quæstio 133.

PAPA debitori cuidam Christiano per rescriptum suũ alternatiuè concessit vel tempus quinquennale ad soluendum creditoribus,aut vt iis se debitor ad effectum euitandi carcerem bonis suis cedere posset:& cum illa debitor cessisset Hebræus quidam illius creditor cessionem huiusmodi ex Papæ rescripto factam sibi minus obesse asserebat,abiiciendo indultum quoddam apostolicum quo Hebræis suffragati dicitur,vt in eo, ac etiam indultum aliud à R. D. prouinciæ legato ipsis Hebræis cõcessum.Sed ego debitori fauendo illud esse verius ac æquius dixi, primũ indultũ apostolicũ Hebræis concessum debitori Christiano minime obesse, licet enim per illud simpliciter prouisum sit quòd induciæ quinquẽnales seu alia moratoria non possint contra Hebræos produci nec allegari,quo minus possent eorũ credita exigere,tamẽ indultũ nihil de cessione bonorum prouidet,neque di-
1 sponit,†quod remediũ fauorabilius est quã sint induciæ quinquennales cum defensionẽ corporalem contineat,videlicet vt quis carcerem euitet, quod quidẽ in iure naturali ratione defensionis fundatũ dicitur arg. clem.pastoralis.§.cæterum.de re iudi. & l.Titio centũ il.ij.ff.de cond.&dem.l.qui bonis.ff.de cesso.bono.habetur per gl.& doct.in rub.eod.tit.gl.in l.j.& optimus text.in l.fi.C.qui bon.ced.poss.vbi cessionis beneficiũ ex naturali ratione miserabilibus personis cõceditur, & ex quadam misericordia,ac pietate, cui etiã per pactum renunciari nõ potest: vt latè, & pulcherrimè examinant Bal.& Salic.in d.l.j.quare si in indulto Hebræorum de induciis solum,& aliis moratoriis contra debitores eorum mẽtio facta fuit,istud rescripto, in quo fit mentio etiam de bonorum cessione,obesse non debet:cum dispositio odiosa loquens in casu simplici ad mixtum non trahatur Bart.in l.ij.in prin.ff.de verb. oblig.cum aliis ibi a leg. Nec indultum quoque Reuerendissimi D Legati obstare,& nocere dixi, tum quia non fuit debito tempore productum,cum iam conclusum esset in causa ad instantiã Hebræi per citationes missas ad audiendam sententiam iuxta ea,quæ habentur in c.quoniam contra,vbi latius dixi, extra de proba.c.cum dilectus de fi.d.instru.cum ibi not tum quia
2 †cum cessio bonorũ fundata sit in iure naturali, quia defensionem continet,vt supra,sitque auxilium pauperum subsidiarium,puto reuerendiss.D.legatum hoc remedium quò ad sui substantiam non posse tollere,immò nec ipsum papam,nisi ex causa iustissima.quæ spe-
3 cialiter sit expressa,nec tacitè subintelligeretur: †nam vbicunque quid est fundatum in iure naturali seu in ratione eiusdem,tunc papa illud tollere non potest,nisi ex iusta causa,quæ in dubio non præsumitur nisi specialiter exprimatur,vt tradit Abb.in repet.c.per tuas, col.xj.de arbit.refert.& sequitur Felin.in c.ad audientiam.il.ij.de rescrip.in v.colum.& faciunt, quæ habentur in cap.non est de voto, & ego plenius dixi in cap.
4 quã in ecclesiarum de constit. Præterea †cum de iure communi legatus de latere non habeat potestatem tollendi ea,quæ sunt de iure naturali,seu in ratione naturali fundata,quæque defensionem continent,vt colligitur ex gl.in c.fin.de heret.in vj.per Abb.in c.j.de rescrip.in j.notab.Alex.in consil.cvj.lib.j.in iiij. col.hoc enim conditori canonis ex iusta causa,vt supra,reseruatum est,ergo legatus hæc non potuit facere,nisi specialiter illi à papa concessum fuisset.c.quod translationem de offi.lega.c.j.de translat.episcopi,& vbiq; not. & ideo legatus cessionem bonorum non potuit tollere quia sic defensionem tolleret,actũmque pium & miserabilem impediret:& cum debitor ex iure communi fundatam habeat intentionem,qui vult dicere,legatum habere facultatem specialẽ tollendi cessionẽ bonorũ, hoc debet ostendere, arg.eorũ,quæ habentur in

c.ad decimas de restit.spol.in vj.c.4. de præscript.eod.
lib.l.siue possideris,cum gl.C.de proba.cum aliis.Sua
5 dentur præmissa, †nam cum per iuramētum quis Deo
principaliter obligetur.c.& si Christus,de iureiuran.
si quis cum iuramento cessioni bonorum renunciaue
rit,& velit postea à iuramento recedere,potest absque
alia licentia , quia Deus illi hoc iuramentum relaxat,
vt habetur per Dyn.in d.l.j. nam huiusmodi cessioni
renunciare,& illam tollere est contra naturalem ratio
nem,& iuris rigorem,ideoque cum iuramento renun
ciari non potest,quia esset vinculum iniquitatis con-
tra c.cum quidam,& c.quanto,cum aliis,de iureiuran.
6 Præterea †Iudæi aduersus Christianos non iuris seue-
ritate,sed solum æquitate vti possunt.c.ij.cum gloss.in
ver.seueritate,de Iudæis. faciunt nota.in l.j.C.de his,
qui ad eccle.confug. Sed si ad fauorem Hebræorū ces
sio bonorum Christianis auferretur , hoc esset contra
naturalem æquitatem,vt dictum est,ergo &c.Et ita æ-
quius ac rectius existimari putaui.

SVMMARIVM.

1 *Periurus quilibet de suo periurio puniendus est : &*
quomodo hoc procedat.num.9.
2 *Iudex minori iuramentum deferre, & ad iurandū*
cogere potest,& quando hoc verum sit.num.10.
3 *Inquisitio cessat,vbi nulla datur pœna.*
4 *Sanguinem suum redimere quomodocunque reo cri*
minis licet.
5 *Negans in delictis non est in dolo,neque puniendus.*
6 *Periurium in foro contentioso non punitur,sed solum*
in foro conscientia, quādo soli iuranti præiudicat,
haud alteri.
7 *Iuramentum quando soli iuranti, & quando alteri*
quoque præiudicare possit.
8 *Iudicis arbitrio,& assertioni in quibus standum sit,*
& in quibus non.

Quæstio 134.

CVM mercator quidam minor annis xxv. inqui-
sitioni cuidam super commisso fraudati vectiga
lis contra eum formatæ cum iuramento à iudi-
ce exacto respondendo falsum respondisse,sic quę per
iurium incurrisse diceretur , cecidit in quæstionem,
num huiusmodi periurium esset in foro contentioso
aliqua pœna punibile,& consequenter an de eo inqui
ri posset? Videretur quippe dicendum,si de mendacio
dicti inquisiti appareat,falsúmque iurasse cōstet,quòd
1 is de periurio puniri posset,quoniam †periurus quili-
bet periurio puniendus est saltem pœna extraordina-
ria,& arbitraria,etiam si tale periurium aliàs nec pri-
uatum,nec duplicum crimen esset. l.de periurio cum
gl.iuncta.l.j.ff.de crim.stellion.c.ij.de rescript.Roma.
in singul.423.incip.ego coram &c.gloss.in l.Lucius.ff.
de his qui not.infam.& in l.si duo patroni.in fin. ff.de
2 iureiuran.Secundo †iudex ad quem spectat veritatem
indagare.c.iudicantem.xxx.q.vlt.potest etiam minori
iuramentum deferre,& ad iurandum cogere,vt est gl.
in l.videamus.§.j.ff.de in lit.iuran.& ibi Bart. Cum i-
taque iudex dictum inquisitum interrogauerit cum iu
ramento pro veritate cognoscenda,illéque falsum iu-
rauerit.debet de periurio puniri , alioquin via periu-
riis aperta esset. quod non est dicendum , & maxime
quando quis falsum ad fiscum decipiendum iurauit
per ea,quæ habentur in l.ij.C.de reb.credit. An au-
tem ad præiudicium fisci,vel alterius tendat, standum
est ipsi iudici hoc asserenti tanquam informato iuxta
ea,quæ habentur in d.c.iudicantem cum ibi no.Qui-
bus tamen non repugnātibus, illud verissimum de iu
re esse existimo,quod huiusmodi periurium nullo mo
do puniri,nec de eo inquiri possit,cum solum ad effe-
3 ctum pœnæ inquiratur, †ideo vbi nulla datur pœna,
cessat inquisitio.c.inquisitionis.c.qualiter & quando.
il.ij. de accusa.c.licet Heli,de simon.& habetur in l.le
uia.ff.de accus.In quam sentētiam illa me primum ad-
ducunt,quæ in terminis voluit Alex.nemine contradi
cente in l.j.ff.de bon.eor.qui mor.sibi consci. qui in-
quit,quòd si quis cum iuramento respondeat inquisi-
tioni contra se formatæ.& postea falsum dixisse,& iu
rasse conuincatur,talis de periurio puniri non debet,
& ita affirmāt plures clarissimos viros cōsuluisse: Ad
quod dicendum ipse monetur ex not.per Bart.ibi, qui
voluit,quòd si accusatus,vel inquisitus de crimine au-
fugiat,seu latitet,ex hoc cōtra ipsum præsumptio de
4 crimine non inducitur,quia iustè facit,si timet, †sicut
inquisito , vel accusato de crimine licitum est prece,
precio,& aliis modis aduersariū,& iudicem corrum-
pere,vt sanguinem suum redimat:neque ex hoc crimē
aliquod illi impingi potest, nec criminis præsumptio
contra eum inferri,cum ignoscendum sit illi,qui qua-
litercunque suum sanguinem redemptum voluerit,vt
in d.l.j.Idem ergo in casu nostro de dicto periurio di-
cendum est , cum lex illud permittat ne quis se ipsum
perdat.d.l.j.& Bald in l.si ex causa in ij.lectu.ff.de mi-
5 nor.inquit †illum,qui in delictis negat,non esse in do-
lo,nec puniendum fore,quia scriptum est, non tibi di
co,vt te perdas:& dicit Spec.in tit.de inquisi.in §.viso
in versic.inquisitores,quod iudex inquirens de crimi-
ne contra aliquem iuramentum ab ipso exigere nō de
bet in respondendo inquisitioni,quoniam in crimina
libus quis nec se ipsum prodere,nec cōtra se iurare te-
netur:ergo iurando contra veritatem ad sui defensio-
nem periurare non dicitur , neque de periurio puniri
potest,nam quod fit lege,ac iure permittente,delictū,
& peccatum non est,neque pœna dignū.c.qui peccat.
xxiij.q.4.l.Gracchus.C.de adult.Adde,quòd si is, qui
in delictis negat,& mendaciū dicit,respondendo ac-
cusationi,vel inquisitioni,non dicitur esse in dolo , vt
dictum est,ergo ratione talis periurij non est punien-
dus,quia cessante dolo quælibet pœna etiam extraor-
dinaria cessat.l.ij.& iij.cum ibi nota.ff.de crimi. stello.
6 Secundo †quando iuramentum non alteri,sed sibi soli
est præiudiciale,tunc falsum iurans non potest de per
iurio puniri in foro contentioso, sed solum in foro a-
nimæ,vt est text.in l.ij.ibique glo.ea,Bald.& Salicet. C.
de reb.cred.glo.communiter approbata in cap.quicū-
que.vj.quæst.j.l.fin.ff.de in lit.iurand. vbi de periurio
facilè quæri non solet:secus si iuramentum alteri pos
set esse præiudiciale,vt ibi. At iuramentum in nostris
terminis,quod fuit per iudicem exactum in causa in-
quisitionis formatæ super commisso vectigalis, nō po
tuit esse alteri præiudiciale,nisi ipsi:ergo de tali periu
rio non potuit puniri, nec inquiri. Quod autem iura-
mentum illud præiudiciale alteri esse non potuerit,se
cundum proposita constabat ex sententia lata ad fauo
rem ipsius inquisiti,qui in commissum vectigalis frau
dati non incidit,& fuit absolutus:quæ sententia ius fa
cit,iuxta not.per Abb.& alios in rubr.de appella.& in
c.quoniam contra de prob.c.bonæ,de elect.&c.in præ
7 sentia de renuncia.Præterea †ex quo iuramētum hoc
fuit exactum super iis,quæ sunt de præterito,& nō de
futuro , & fuit iudiciale exactum à iudice inquirente
ad effectum,vt reus de crimine inquisitus per suam cō
fessionem iuratam conuinceretur;solum ipsi iuranti,
haud alteri præiudicium inferre potest. Quid enim
potest quis respondendo inquisitioni contra se forma
ta cum iuramento præiudicare alteri certo? certè ni-
hil,cum sit de præterito , & res inter alios acta. Nam
tunc iuramentum alteri præiudiciale dici potest,quā-
do quis de futuro iurasset , vt super contractu de ob-
seruando promissa,iuxta l.si quis maior.C.de transact.
authen.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi. & per
Ang.in d.l.ij.C.de reb.cred. vel quando quis iurat vt

testis,vt colligitur ex iis, quæ voluit gloss. in cap.qui-
cunque.vj. quæst.j.in l.Lucius, & ibi Bartol.ff.de his,
qui not.infam.& habetur per doctor.Cyn. Salic.& a-
lios post gloss.in d.l.ij.ac in l.si duo patroni.in fi. ff.de
iureiurand.ibique Moder.& vt dicit Specul.in d.ver-
sicul.inquisitores.ipsi inquisitores deum præ oculis ha
bere debent,ne à reo iuramentum exigant,quia is con
tra se iurare non tenetur.Vnde si negauerit,& promo
uens inquisitionem non probauerit,tanquàm innocẽs
erit absoluendus.l.qui accusare.C.de edend. Ex qui-
bus infertur,quòd de huiusmodi periurio quis pœna
aliqua ordinaria,seu extraordinaria in foro contentio
so non erit puniendus,sed solum deum vltorem habe-
re dicetur.d.l.ij.C.de reb.cred.& not.in d.cap.quicun
que.vj.quæst.j.& Moder.repeten.in d.authentic.sacra
men puberum colum.ix.& x. dicunt iuramentum per
iudicem exactum à reo in causa criminis de dicenda
veritate non facere,vt reus periurium incurrat,nisi vl
tra suam confessionem iuratam cum iuramento pro-
misisset non contrauenire suæ confessioni:& ita glos.
ibi intelligi debet.Nec obstat si diceretur, quòd an iu
ramentum huiusmodi alteri præiudiciale esse potue-
rit,de hoc standum est simplici dicto, & conscientiæ
ipsius iudicis,qui ex sententia animi sui æstimabit, cu
iusque officium in causis latissimum est l.prima.ff.de
iurisdictio.omnium iudicum vbi Bartol.& alij, & di-
8 cto capitul.iudicantem cum aliis: †nam respondetur,
quòd quò ad dilationes, quò ad tempora amplianda,
& restringenda,& quò ad ea,quæ veritatis indagatio
nem concernunt, verum esse potest,vt in iis arbitrio,
& dispositioni iudicis standum sit,Bartol.& doctor.in
l.secunda.ff.de re iudicat.in capitul.primo & secundo
de dilat.canonistæ in capit.cum sit,de appellat.cum a-
liis ibi allegatis,in dicto capitul.iudicantem,in l.vbi-
cunque.ff.de interrogato.actio.& in clemen.sæpe per
gloss.& doctor.de verbor.significatio.Sed quò ad con
cernentia litis decisionem, ac principalem intentio-
nem iudicij,seu agentis accusantis,vel inquirentis,ea
in arbitrio iudicis esse non dicuntur,nec in iis iudicis
assertioni stãdum est,immo iudici minus de his,quàm
alteri credendum est,veluti est gloss.in terminis in ver
sicul.remaneat.in fin.in d.capit.iudicantem.quoniam
iudex debet iudicare, secundum conscientiam suam
informatam ex probationibus,& allegationibus par-
tium factis coram ipso, vt iudice, nec vllo modo ipsi
super his credendum est capitul.iudicet, vbi gloss.&
doctor.tertia quæstione septima immò nec de actis co
ràm eo factis est illi fides adhibenda,minúsque ei,quã
notario,& testibus.capitu.quoniam contra de proba.
capitul.nobis de testib.gloss. in capit.alieni. ij.quæsti.
vij.Quare cum in terminis quæstionis, de qua agitur,
fundamentum inquisitionis super dicto periurio sit in
teresse,& præiudicium tertij, videlicet fisci, vel alte-
rius, idcirco præiudicium huiusmodi debet legitime
& plene probari per testes,vel per confessionem par-
tis,nec de eo aliquo modo iudici asserẽti credendum
est,quia iudex,& testis esse non potest.capit. forus. de
verbor.significa & habetur per Abbat & alios in cap.
ex literis.de probat. Alioquin inquisitus erit omnino
absoluendus, & si nihil ipse præstiterit. l.qui accusa-
re.C.de edendo.cap.j.vt eccle.benef.& cap.fi.de iure-
iuran.cum simi. Huc accedat, quòd si prior sententia,
quæ noua practica quippe dici posset,vera esset,quòd
si reus inquisitus respondendo inquisitioni cum iura-
mento negaret,& postea de crimine fuisset cõuictus,
& sic de mendacio,vltra quod esset condemnandus de
crimine inquisito,& principali,posset etiam postea no
ua fieri inquisitio de periurio,res in infinitum proce-
dere posset, quia negando iterum posset alia inquisi-
tio formari:quod non est dicendum. Sequendo igitur
aliam sententiam,de qua proxime dictum est, quæque
recte intelligentibus,iudicio quidem meo,omni diffi
cultate carere videtur,superest,vt in contrarium addu
ctis respondeatur.Non obstat itaque primò d.l.de per
9 iurio.ff.de crimi.stellio. †Quia debet intelligi,quan-
do iuramentum esset alteri,quam iuranti præiudicia
le,vt patet in exemplo ibi posito:& ita in terminis do-
ctor.illum text.intelligunt,vt tradit ibi Salic.& glo.in
d.l.ij.C.de reb.cred.& in d.c.quicunque.vj.quæst.j.&
ita tenent,ac referunt Moder.quidam in addit.ad Iac.
butrig.in d.l.ij. Secundo responderi potest, vt colligi-
tur ex iis,quæ ibi dicit Bart.tex.illum procedere,quan
do quis iurauit,nullo exigente,vel deferente iuramen
tum. At quando quis iurasset ad delationem alicuius,
vt iudicis ad litis decisionem,tunc procedat text.in d.
l ij.cum ibi not.per Cyn.videlicet quòd iurans solum
Deum vltorem habeat,si iuramentum ad alterius præ
iudicium non tendit.Et hæc est communis opinio do
ctor.& glossarum.Nec aduersatur,quod secundo loco
dicebatur, iudicem posse deferre iuramentum iudi-
ciale minori.l.videamus. §.j.cum gloss.ff.de in lit.iu-
10 ran.ergo &c.nam respondetur, † illud procedere,quã
do minor pro se,& ad sui vtilitatem iurare vellet,& i-
bi,sed non contra se.Deinde illud habet locum in ci-
uilibus,non autem in criminalibus, in quibus iudex à
reo contra se ipsum iuramentum extorquere non de-
bet,cum scriptum sit,non tibi dico,vt te perdas.Alio-
quin secus esset,& præser.tim in minore à iudice iura-
re coacto,Bald.in d.l.si ex causa.in ij.lectu.Specu.in d.
tit.de inquisi.§.viso.versicul.inquisitores.Mathesila.in
suo notab.clxij.cum simil.supra allegat. Non obstat
etiam id,quod voluit Angel.in authenti.scenicas non
solum collat.v.vbi dixit,quòd etiam quando iuramen
tum alteri non esset præiudiciale, iurans de periurio
tenetur in foro ciuili,vt puniri possit pœna extraor-
dinaria,& arbitraria per text.in d.l.de periurio Quia
hæc opinio in iudicando, & consulendo sequenda nõ
est,tanquam singularis, & contraria illi, quæ est com-
munior,vt dicunt Moder.post gloss.in dicta l.ij. C.de
rebus creditis & ideo communior sequenda est,quod
iurans non sit de periurio puniendus in foro conten
tioso,sed solum Deum vltorem habeat, vt supra dictũ
est,argu.eorum quæ habentur per Ioan.Andr.Abbat.
Anton.& alios in c.j.circa finem.de constitutio.& hæc
mihi iuris esse visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *In delictis, & aduersus dolum minori propter eius malitiam non succurritur. Declaratur numer.5. & 6.*

2 *Malitia ætatem supplet, ac operatur, vt pupillus iuramento ligetur. Declaratur num.6.*

3 *Minor in causa criminis non atrocis aduersus suam confessionem etiam iuratam restituitur.*

4 *Negans scienter etiam cum iuramento veritatem, & sic periurus, quamuis minor sit, quando in dolo esse dicatur, & puniri debeat absque spe restitutionis, & quando secus sit.*

Quæstio 135.

ILLVD quoque venit in disceptationem,esto abs-
que veritatis præiudicio,de periurio in casu præce
dentis quæstionis potuisset inquiri, & de iure puni
ri,vtrum inquisitus,qui minor erat,aduersus periuriũ
huiusmodi de iure esset in integrum restituendus. Et
restitutioni quidem locum nõ esse, videbatur dici pos
1 se,quoniam †in delictis,& aduersus dolũ minori pro-
pter eius malitiam non succurritur.l.si ex causa.§.nũc
videndum.l.auxilium.§.j.& in §.in delictis.ff.de mino
ribus. Sed periuriũ est delictũ,habétq; in se dolum,&
malitiam.c.quanto.de iureiuran.l.si quis maior.C.de
transactionib.Bar.in d.§.nũc videndum.in fi.ergo &c.
Quod maxime in hoc casu dicendũ est,quia minor in-

quisitus mercator erat, & persona cauta, ac malitiosa, 2 †propterea aduersus suum iuramentum, siue periuriũ non est restituendus, cum iuramentum ipsum pro maiore haberi faciat authenti. sacramenta puberum C si aduers. vendi. & ratione malitię maior censeatur, quia malitia ætatem supplet, arg. c. de illis. il. ij. c. fin. de despon. impub. c. pueris de deli. pueror. vbi & in spiritualibus, & in delictis malitia supplet ætatem: facit etiam malitia, quòd iuramentum liget pupillum, qui pubertati proximus est ex eo, quod est doli capax, & sic illum ad periurium obliget, sicut ligaret maiorem. xiiij. anno absque spe restitutionis, vt voluit gl. quam sequuntur Bart. & doctor. omnes in d. auth. sacramenta puberum. Præterea si in causa criminali minor crimen confessus fuerit, sicut aduersus principale delictum nõ restituitur, ita nec aduersus suam confessionem in iudicio factam, & sic aduersus hoc incidens d. l. auxilium. §. in delictis. ibique Bart. Bal. & alij, ergo nec aduersus periurium, quando ipse cum iuramento respondit ratione sui doli commissi in iurando contra veritatem. Sed his non aduersantibus, prout vere casui nostro non obstant, contrarium esse verius in proposita q. intrepide affirmaui: quam opinionem in terminis sequutus est Mathesi. in suo notab. clxij. incipien. nota, quòd minor &c. cuius verba sunt hæc. Nota, quòd minor potest restitui contra delictum etiam dolose commissum in negando etiam veritatem cum iuramẽto: & est speciale in hoc, quia homines sunt multum proni in iudicio ad negandum id, quod facit pro aduersario. l. si ex causa. § nunc videndum. ff. de minorib. l. electio. §. neque. ff. de noxal. cum simil. per eum allegatis. Et aduertendum est, ipsum Mathesil. loqui, quando minor cum iuramento negasset veritatem in causa ciuili: à fortiori igitur hoc est dicendum in causa criminis, in qua iudex à reo iuramentum exigere, & extorquere non debet, & aliter faciendo male facit, & peccat, vt habetur per Spec. in titul. de inquisit. in. §. viso. Propterea si minor contra veritatem iurauerit, respõdendo inquisitioni, quando iudex ab eo iuramentũ extorsit, & exegit, periurium punibile in foro ciuili non incurrit per ea, quæ supra in proxim. q. dicta sunt. Secundo facit, nam quamuis minor confessus etiam cum iuramento in causa criminali, in qua de atrociori crimine agitur, non sit aduersus suam confessionem, & consequenter suum iuramentum restituendus, vt in d. §. in delictis. & atrox delictum censeatur, quando dolus interuenit
3 secundum Bal. ibi, †tamen quando sumus in causa criminis non atrocis, & in quo regulariter minori datur restitutio, tunc minor aduersus suam confessionem etiam iuratam restituitur. d. l. si ex causa. §. nunc videndum. vbi Bart. Bald. & alij: quinimo si minor aduersus crimen principale non potest restitui, aduersus tamen suam confessionem restituitur, quando crimen super quo principaliter agebatur, atrox non erat, vt ibi habetur: ergo à fortiori hoc dicendum erit, quando poterat aduersus principale crimen restitui, vt super accessorio, & incidenti restitutio sit concedenda, arg. c. accessorium. de reg. iur. in vj. cum simil. ibi not. Quòd autem in hoc casu crimẽ principale, vnde periurium incidenter postea exortum est, non atrox, sed leue fuerit & tale, vt aduersus illud minori de iure detur restitutio in integrum, probatur, nam fuit commissum vectigalis fraudati, aduersus quod regulariter minori per in integrum restitutionem succurritur. l. si ex causa. §. si in commissum. ff de minor. ergo non est atrox dictũ. argum. d. §. in delictis. ibique omnes: quod si non dicitur crimen atrox, igitur si in causa illius minor contra veritatem aliquid cum iuramento confessus fuerit, poterit, ac debebit aduersus illud periurium, eámque cõfessionem in integrum restitui. Tertiò secundum ea, quæ proponebantur, minor in commissum vectigalis non incidit dolo suo, quia vectigal debitum soluit, & se præsentauit publicanis cum rebus, & mercibus, sed in commissum illud incidit culpa, & negligentia publicanorum. seu officialis, qui in apocha, seu, vt ita loquar, in bulletta partem rerum ex sua incuria, & errore describere omisit, quæ incuria & negligentia, siue error officialis ipsi minori obesse non debet, veluti plene colligitur ex his, quæ habentur per Bartolum, ibique Alexander in apost. in l. si librarius. vbi est text. cum gloss. ff. de regul. iur. l. errore. C. de testam. l. quoties. §. j. ff. de hered. institu. l. j. C. plus val. quod agitur. Si dolo suo in commissum non incidit, ergo dicitur crimen leue, non autem atrox, vt tradit Bal. in d. §. in delictis. & consequenter minor aduersus ipsius confessionem cum iuramento contra veritatem factam erit in integrum restituendus per text. in d. §. in delictis. vbi Bald. & Bartol. & in d. l. si ex causa. §. nunc videndum. Quartò ad propositum facit id, quod in terminis voluit Bald. in d. l. si ex causa. in ij. lectura, vbi inquit, quòd in delictis non intelligitur esse in dolo, qui negat, cum scriptum sit, non tibi dico, vt te perdas: aliâs si intelligeretur in dolo, non restitui contra dolum, immò posset restitui, vt in gloss. si negaret sine iuramento, quia iuramentum, repræsentaret eum maiorem, vt in authentic. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. Sed idem dicas si cum iuramento, nec obstat tex. in d. authentic. sacramenta. quia loquitur de alio iuramento ad restituendum &c. Hæc sunt verba Bald. ex quibus primò colligitur, quòd si quis etiam cum iuramento in delictis contra veritatem neget, in dolo esse non dicitur, quod facit ad dicta supra in præcedenti. q. secundo colligitur. quod aduersus talem confessionem iuratam minor in integrum restituitur, & hoc facit pro decisione præsentis hæsitationis. Et ex his soluitur illud, quod Bartol. in d. l. si ex causa. §. nunc videndum. reliquit cogitandum, dum dixit, nonne est in dolo eo ipso, quod neget veritatem? qui tamen cum nihil alleget, neque determinet, non dicitur concludere quòd dicatur esse in dolo in casu nostro ille, qui in delictis negat etiam cum iuramento veritatem. Sed pro clariori huius articuli declaratione ita distinguẽdum est, quòd
4 † aut loquimur in causa criminali mota contra aliquem, qui incidenter cum iuramento etiam scienter veritatem negat, & tunc is in dolo non dicitur dicto §. nunc videndum. ibique Bal. quoniam in criminalibus nemo se prodere debet: scriptum est enim non tibi dico, vt te perdas cum aliis in proxim. quæst. supra deductis: & ideo tunc minor aduersus illam suam negationem, vel confessionem iuratam restituitur. Nam licet in facto principali, hoc est in delicto non restituatur, tamen restituitur in emergentibus, dicto §. nunc videndum. & ibi Bald. in j. lectura: & ratio est, quia minor integram in confitendo, & in negando personam non habet. l. minor. ff. de minorib. & l. clarum. C. de author præstan. Aut sumus in ciuilibus. & tunc si agatur de præiudicio tertij, in dolo esse dicitur, qui periurat, & negat siue incidenter, siue principaliter cum iuramento contra veritatem, secus si de alterius præiudicio non agatur, vt colligitur ex gloss. & ibi Cyn. & optimè Iacob. Butrigar. Bald. & alij in l. secunda. C. de reb. credit. in l. Lucius. ff. de his, qui notat infam. & in cap. quicunque. per glo. vj. quæstion. j. Aut loquimur in teste, qui contra veritatem [illegible]rauit, & dicitur in dolo, debétque puniri, vt inquit Iacob. Butrig. & alij post eum in d. l. ij. & ideo in integrum restitui non valeret d. l. auxilium. in. §. j. & in §. in delictis. Aut loquimur in extraiudicialibus, vt in contractibus, & tunc deierans, seu veniens contra suũ iuramentum, quo iurauit conuenta adimplere, illísque non contrauenire, in dolo esse dicitur & punitur, l. si quis maior. C. de transactionib. doct. omnes. maximè Iacob. Butrig. Cyn. Bartol. & alij in d. l. ij. & hoc in casu minor nõ restituitur, d. auth. sacramenta puberũ

& ita

& ita expresse est de mente Mathesil. in d.suo notab. dum dicit, nec obstat.l j.& authen.sacramenta.quia illa loquitur, quando minor incurreret periurium hodie petendo restitutionem, vel alio modo veniret contra contractum: iurauerat enim non venire contra, sed hic est secus, quia hic iurauit solum dicere verum, & modo restitutionem petit contra pœnam, quia verum negauit: quod bene memoriæ seruandum esse Mathesil. inquit. Et quamuis ex præmissis clara posset colligi responsio iis, quæ primo loco in oppositum fuerunt adducta, tamen adhuc dici potest, primum non obsta-
5 re, quia † in delictis quidem principalibus dolum habentibus restitutio minori non datur, at in emergentibus secus est d.§.nunc videndum.& ibi Bald.& Bartol. Secundo dicitur, quòd negatio, seu confessio in casu nostro facta cum iuramento dolum non habet, veluti supra demõstratum est, nec præsumitur, vt inquit Bald. in d.l.si ex causa in ij.lect. ergo restitutio denegari non potest. Nec aduersatur astutia, & malitia inquisiti, qui scienter contra veritatem iurauit, quodque iuramentum faciat ipsum pro maiore haberi. d.authen.
6 sacramenta puberum, † nam responderi potest, vt dictum fuit ex mente Mathesi. in d.suo notab. quòd illud verum esse posset in iuramento de futuro non contraueniendo apposito super contractu, & in extraiudicialibus: secus in iuramento casus nostri, veluti supra dictum est, vt quando iuratum fuisset de præsenti, seu de præterito ad se defendendum à crimine vel ab inquisitionis. Idem fortè esset etiam in iuramento de præterito facto in iudicialibus, vt quando inquisitus de crimine cùm iuramento negasset veritatem & iurasset, ac promisisset non contrauenire, tunc enim ex hoc maior censeretur, neque restitui deberet. ad tradita per Cornæum in d.authen.sacramẽta puberum, col. ix.& x. quod quidem in casu, de quo agitur, factum nõ fuit, sed simpliciter duntaxat iuratũ de præterito absque alio iuramento, & promissione de non contrauenieno. Præterea illa distinctio, an sit doli capax, & an malitia suppleat ætatem, necne, habetur in pupillo, qui proximus est pubertati. d.c.de illis. d.c fin. & in d. auth.sacramenta per gl.& doct. non autem in adulto, & minore in xxv. annis, qui doli capax, esse, & malitiã, ætatémque semper habere præsupponitur, vt in d.iuribus, & tamen hoc non obstante in terminis nostris minor ipse restituitur, vt dictum est.& tex. in d.§.nunc videndum. Vltimo argumento etiam iam responsum fuit quoniam & si in criminalibus minor circa factũ principale propter dolum nõn restituatur, tamen restituitur circa emergentia, videlicet circa cõfessionem, vel negationem etiam iurata, sicuti supra plenius conclusum fuit: & maxime, quia, vt dixi, minor iurans in hoc casu periurus non præsumitur Bald. in d.l.si ex causa in ij.lect. Ang. in l.certum §.in pupillo. ff.de confes. Alex. in l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran. Bal. & Salic. in l.j.C.de confessio. Ex quibus conclusionem supra traditam veram esse existimaui.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus concilium iam inceptum, sed nondum perfectum de loco ad locum transferre potest.*
2 *Habet super conciliis generalibus potestatis plenitudinem.*
3 *Episcopos de ecclesia ad ecclesiam transfert.*
4 *Solus ardua, & maiora cognoscit, ac dubia concilij interpretatur.*
5 *Concilium, omnisque illius iurisdictio in præsentibus tantum consistit, si alij contumaces sint.*
6 *Maior pars concilij censetur ea, quæ religioni & vtilitati Christianæ fauet.*
7 *Concilium generale facit authoritas Papæ, etiam si maior pars prælatorum abesset.*
Episcopi, qui concilio adesse debent, an & quo quomodo impediti per procuratores compareant.
9 *Et quales debeant esse procuratores, ad hoc vt vocem in concilio habeant.*
10 *Procurator plurium episcoporũ quot voces habeat, & an eas diuidere possit.*
11 *Impedimentum episcopi mittentis ad conciliũ procuratorem quomodo probetur & cognoscatur.*
12 *Papa solus super concilio iurisdictionem habet, episcopi verò consultores dicuntur.*
13 *Papa, qui concilio adest, potest concilij negotia expedire, de consilio concilij, quamuis illud sequi non teneatur.*
14 *A cõcilio, cui præest legatus, ad papã appellari potest.*
15 *Concilia an sint de iure positiuo.*
16 *Papa concilium generale congregare, differre, prorogare, suspendere, & nondum perfectum dissoluere ad libitum potest.*
17 *Nisi vniuersalis ecclesiæ status turbatio, & scandalum inde oriretur.*

Quæstio 136.

TRES in familiari sermone quæstiones inciderunt de concilio generali, quod authoritate papæ de consensu Imperatoris, aliorũ que Christianorum principum ob grauem heresim sedandam ad certum locum esset conuocatum, prima erat, vtrum Legatis Cardinalibus de mandato papæ, multísque episcopis ex diuersis orbis terrarum partibus in locum concilio addictum iam conuenientibus, ac incœpto negotio, sed nondum perfecto, soli papæ, aliis Christianis principibus insciis, concilium de illo loco ad alium transferre liceat. Secunda, an tota potestas, & iurisdictio concilij generalis in episcopis præsentibus, & congregatis, cæteris legitimè citatis non comparẽtibus, adeo consistat, vt ab iis, qui congregati sunt, factum valeat, tanquam factum à concilio vniuersali. Tertia, an episcopi ad concilium legitime possint per procuratorem comparere. Quo ad primam illud mihi
1 iuris videri dicebam, quòd † papæ licitum sit conciliũ de loco ad alium idoneum, & tutum locum trãsferre: nam cùm congregare concilium generale sit de iure positiuo. c.regula, vbi habetur. xvij.dist. si que de illis, quæ cum multis aliis in signum singularis priuilegij, fuerunt apostolicæ sedi reseruata iuxta ea, quæ leguntur in c.j.in quanto. de transla.episc. in c.quod translationem, & ibi gl. de off.lega.& in princ. cum c.j.xv.dist. vbi ostenditur, quãdo, & à quibus concilia generalia, ac iura canonica originem, & authoritatẽ habere cœperint, & à principibus, sanctísque patribus illam habuisse plene ibi traditur: idcirco iure dicere possumus papam, qui præest omnibus, quæ sunt de iure positiuo. c.proposuit. de concess. præb. ad libitũ voluntatis suæ, etiam nulla iusta causa præ oculis habita, posse de conciliis generalibus habere disponere, illa congregãdo, transferendo, differendo, ac finiendo: quoniam in iis, quæ sunt de iure positiuo, nullus est qui ei dicere valeat, cur ita facis? gl. in d. c. quanto. in c. sunt quidam. xxv.q j.in d.c.proposuit, in d.c.quod translationem, & in c.cum ad monasterium. de statu mon. cum aliis plu-
2 ribus. † Habet ad hæc papa super cõciliis generalibus, & iis, quæ à conciliis dependent, plenitudinẽ potestatis c.cuncta per mundum. c.nemo. ix.q.iij. c.significasti de electio. cle.j. in fi vt lit.pend.§.hinc etiam. xvij.dist. ergo generale concilium quomodocunque legitime congregatum poterit de loco ordinato ad alium liberè trãsferre. Tertio episcopos de suis ecclesiis ad alias transferre plus esse videtur, quàm concilium generale de loco ad locum, per primam namque translationem matrimonium spirituale separatur, ac destruitur, at per secundam secus est. c.inter corporalia. de transla.

3 episcopi: sed †papa solus episcopos de ecclesia ad ec-
clesiam transfert d.c.inter corporalia d.c. quod trans-
lationem.ergo & concilium generale transferre de lo
co ad locum poterit argum.cap.cui plus de reg.iur.in
vj.legitur enim Petrum apostolorum principem eccle
siam apostolicam de loco ad locum transtulisse. c.ro-
gamus.xiiij.quæst.j.c.sacrosancta.xxij. distin.c. muta-
tiones.vij.quæst.j ergo & Papæ successori Petri con-
cilium generale de loco ad locum transferre licebit,
vt innuit gl.in c.vbi periculum de electio.in vj.in c.si-
gnificasti extra eod.tit.in vj.in c.significasti extra eod.
tit.& sequuntur doctor.maxime Moder.in princ.xv.di
stin.Vltimò accedat,nam esto,quòd huiusmodi trans-
latio sit de maioribus.& arduis causis,at de iis, quæ in
se multum dubitationis continent, tamen papa solus
4 hoc facto suo declarare poterit†quoniam & hoc spe-
ciale priuilegium est apostolicæ sedi reseruatum, co-
gnoscere ardua, & maiora, ac dubia interpretari,&
decidere.c.per venerabilem.qui fi.sint legit.c.maiores
de baptis.d.c.quanto d.quod translationem,glo.in d.
c.sunt quidam.c.nec licuit.§.hinc etiam.xvij. distin.c.
ex his.xv.quæst.j.c.quoties.xxiiij.q.j.c.Adrianus.ca.in
synodo.lxiij.dist.Quare licet dubium esse posset,an ge
nerale concilium à papa de loco ad locum transferri
possit,tamen solus papa hoc dubium etiam facto suo,
& transferendo soluere, ac determinare poterit per
prædicta.Et hæc quo ad j.quæst.Quò vero ad secundã
5 quòd †concilium omnisque illius iurisdictio consistat
in episcopis præsentibus qui de mandato papæ ad lo-
cum consilij accesserunt,data aliorum episcoporũ con
tumacia,probari dicebam in c. canones.xv.dist.iunct.
c.j.lib.j.& ij.xvj.distin.vbi legitur concilium fuisse cõ
gregatum ccc.episcoporũ modo.xxx.& modo dcxxxv.
modo cl.modo cxxxvj modo xxx.& modo pluriũ, mo-
do pauciorum: & tamen statuta in illis conciliis,quã-
uis plurimi episcopi,& fortasse maior pars abessent,va
luerunt, cum authoritate papæ. vocatisque vocandis
congrata fuerint: & ita per illa iura doct.ibi volunt.
Præterea cum de mandato papæ omnes episcopi, &
prælati vniuersalis ecclesiæ essent legitimè vocati, si
comparere neglexerunt,potuit per alios ad vlteriora,
procedi perinde ac si omnes conuenissent,ne in facul-
tate malignantium sit vniuersalis ecclesiæ, & religio-
nis Christianæ vtilitatem impedire,argum.c.cum no-
bis de elec.Innoc.in c.j.& fin.de maio.& obe.per illũ
tex.c.si ægrotans.v.q.iij.c.peruenit.c.episcopus.c.& si
Christus, & per totum.xviij.distin. contumaces enim
habentur,ac si de consilio, & vniuersitate non essent,
c.si quis cum seq.ead.dis.& infra latius dicetur.Adde,
6 quòd tota†concilij authoritas in iis consistit,qui vti-
litatem religionis Christianæ,& sacras concilij consti
tutiones conseruare nituntur etiam si alij,qui maiorẽ
partem facerent,vtilitati,& honori ecclesiæ,ac vniuer
sitatis resisterent:nam pauciores,qui sunt pro ecclesiæ
vtilitate, maiorem partem faciunt, quæ sanior & po-
tior esse censetur.c.j.de his,quæ fiunt à maio.par.cap.
gratũ de postul.præl.c.irrefragabili.de off.ord. Quod
si hoc dubium esset, cum papa potestatis plenitudinẽ
habeat, & consequenter ius statuendi, & decernendi
super conciliis generalibus omniaque dubia, quæ in
conciliis oriri possent,interpretandi potestatem habe
re censeatur.c.nec licuit.xvij.dist.in ca.significasti. de
elect. Ioan.de Imo.in c.graue de præb. cum aliis, quæ
supra dicta sunt,cumque aliàs etiam penes pauciores
totum concilij ius resederit, vt ipsi negotia omnia cõ
cilij potuerint legitime expedire,vt probatur in d.c.j.
& in c.sexta,ead. dist. idcirco papæ dicetur permissum
declarare, totum ius consilij in præsentibus consiste-
re,veluti expresse est de mente doct.in c.j. & in §.hinc
etiam.xvij.distin.vbi Præpos.& alij in iiij.& vlti.colu.
Innoc.c.j.de maior. & obed. Ioan.Andr. ibique Abb.
col.iij.de elect.& c.cum nobis eod.titul. Quamuis in
vniuersitatibus secularibus fortè aliud esset,vt habe-
tur per Bartol.in l.omnes populi.ff de iust.& iure per
l.nominationem.C. de decur.lib.x.& in l.nulli.ff.quod
cuiusque vniuer.nõm.l.fin. C.de præd.decurio. libro
7 x.Concluditur itaque †consilium generale, totámque
illius iurisdictionem in præsentibus tantum consiste-
re:sufficit enim concilium authoritate apostolica fuis
se conuocatum,& congregatum.c.regula.iij.distinct.
c.regula.& ibi per totum.xvij.distinct.d.c. cuncta per
mundum,& d.c.significasti. nam papa est pater patrũ,
& iudex ordinarius omnium ordinariorum dicitur,
fluunt ab eo omnes ecclesiæ iurisdictiones & dignita
tes,vbique est papa,vbi vniuersalis synodus esse dici-
tur.c.Anastasius.d.cap.nec licuit,ac vbi ipse est,ibi est
Roma communis patria.c.exposuit.de dilat. Bald.in l.
rescripta.C.de precibus imper.offer. Ad hoc igitur,vt
concilium generale dicatur, sufficit illud authoritate
papæ fuisse congregatum, ac aliquos ad hũc effectum
episcopos conuenisse, quamuis maiorem partem non
faciant, vt in d.c.j.& ibi Præpos.in iiij.colum.xv.dist.
facit,quod legitur in actibus apostolorum cap.xv. vbi
namque potestas congregandi de iure,vel consuetudi
ne spectat ad aliquem,qui omnes de collegio monue-
rit,vt ad certum terminum venire debeant aliquos ve
nisse sufficit ad hoc, vt potestas tota collegij apud i-
psos venientes resideat,vt habetur per Innocen.in ca.
j.de maio.& obed.& in c.ij. de noui oper.nun.Io.an.in
c.in causis de elect.& glo.in clem.quod circa de elect.
inquit,absurdum esse in numero computare illos qui
vocati venire noluerunt,ibique Abb. multa de mate-
ria tradit, quæ videri possunt. *Si autem obiiceretur,*
prælatos aliquos esse absentes, neque posse ad conci-
lium venire propter locum minime tutum iuxta.c.ac-
cedens il.ij.vt lit.non contest.vel propter alia iusta im
pedimenta iuxt. c.si ægrotans.v.q.iij.& c. si episcopus
cum seq.xviij.ideóque si hi non inter sint,alij de conci
lio præsentes procedere nequeunt,quia vnius contem
ptus plus obest,quàm contradictio multorum.c.quod
sicut.§.si autem.& c.bonæ memoriæ, de electio. tunc
posses,vt in sequenti q.dicetur. respondere. Tertiam
itaque aggredior quæstionem, ad episcopi,vt alij, qui
concilio adesse debent,possint per procuratorem cõ
parere adeo,quòd procurator in concilio vocem ha-
8 bere dicatur, †in quo ita distinguendum esse videtur,
Aut vocati ad concilium propter iustum impedimen-
tum,vt ob infirmitatem,iussum sui regis, vel aliam iu
stam caussam venire non possunt,& tunc excusatorem
cum mandato ad excusandum absentiam mittere va-
lent.c.episcopus cum gl.xviij.distin.& ca.si ægrotans.
v.quæstione tertia, si verò non sint aliquo iusto impe-
dimento impediti,tunc ratione contumaciæ videntur
posse puniri,nisi per se,aut procuratorem compareant
vt in c.j.de iudi.c.peruenit d. c.episcopus.ca.placuit.
xviij.dist.d.c.si ægrotans à contrario.cap.querelam.de
procur.c.quia propter. §.illud ibique Abb.de electio.
& in c.scriptum eo.tit. Ioan.Andr.in c.quod alicui. in
mercuria.de regul.iuris in vj.c.sancta, & ibi scrib.xv.
9 dist. & †procuratores debẽt tales esse qui per se, & suo
nomine principaliter possint concilio interesse, vo-
cémque dare d.c.sancta.ibique docto.maxime Moder.
Abb.in d.c.scriptum in ij.col.post gloss. Posset tamen
concilium authoritate Papæ admittere etiam procu-
ratores extraneos; qui aliàs essent idonei, secundum
quod Papæ vel concilio videretur cum vt dictum est,
Papa super conciliis plenam habeat potestatem, Abb.
in d.c.scriptum.post Innoc.& Ioan.Andr.qui etiã hoc
tradit in c.quod alicui & facit id, quod dixit Imol.in
d.c.graue.col.vj. quod Papa ad concilium potest alios
etiam,quam episcopos admittere vt habetur in c.j.xv.
dist & quandoque laicos,& seculares principes vt per
totam lxiij.disti.d.c.j.& ibi Mod.in pen.col.c.j.c.sext a
10 & c.prima.xvj.dist. † Quod si contingeret episcopum
aliquem

aliquem à pluribus episcopis mandatum habere, ipse
tot habere voces censeretur.quot mãdata haberet Ab-
bas & Anto.in d.c.scriptum.in ij.colũ.Sed si in eodem
negotio voces diuidere vellet,id facere minime pos-
set ad quod nomine suo faceret,& approbaret idẽ alio
rum nomine à quibus mandatum habet,decernere te-
netur nisi ab aliquibus super certo negotio talem vo-
cem dandi mandatum habuerit.c.pen.& ibi docto. de
11 elect.in vj. †De impedimento vero mittentis procura
torem standum erit iuramento excusatoris,seu procu-
ratoris,qui in animam sui principalis iurabit d.c.quia
propter.§.illud ibique per omnes magis communiter
habetur & late per totum xviij.distin Ex quo infertur
quod necesse est procuratorem habere mandatum spe
ciale ad sic iurandum alioquin tanquam non habẽt mã
datum sufficiens iurare non posset quando enim ex ge
rendis per procuratorẽ anima domini posset illaquea-
ri,aut aliter dominus pœnam & periurium incurrere,
tunc mandatum generale non sufficit,sed speciale re-
quiritur Bar.in l.si procurator in ij col.vers.idem dico
&c.ff de condict.indc.& in l.iij.§.si procurator. vbi A-
lex.& Roma.post gl.ff.quod quisq; iuris Huiusmodi au
tem iuramentum per se impedimentum probat, quãdo
à papa & maiori parte concilij admissum esset,Inno. &
Abb.in d.c.quia propter.§.illud. Hinc fit secundum il-
los,vt cum causæ cognitione sit admittendum,& reci-
piendum. Vel forte dici posset,quod solus papa possit
huiusmodi iuramentum admittere ac recipere absque
consensu maioris partis concilij,cum ipse habeat su-
per concernentibus concilium potestatis plenitudinẽ
vt dictum fuit si vero dicamus hoc ad concilium perti
nere,tunc maior pars illud admittere tenebitur ex quo
ius illud admittit d.§.illud.dummodo impedimentum
allegatum sit alias iustum vt ibi:an autem iustum sit,&
legitimum,hoc à concilio,& maiori parte cognoscen-
dum erit,vt supra sicut in simili appellatio ante sentẽ-
tiam cum causa iusta fieri debet c.cum sit.& c.vt debi
tus.de appel.c.j.c. nõ solum.eo.tit.in vj.quæ siue vera,
siue falsa sit dummodo alias sit in se iusta, admitti de-
bet & an causa expressa sit iusta,necne, iudex cogno-
scere debet d.c.non solum.cũ simil.supra alleg. Adde,
ꝙ contra iuramentũ procuratoris de iusto impedimen
to probari potest Inno.& Abb.in d.c.quia propter.§.il
lud.& ideo interim hac cognitione pẽdẽte nõ erit ad-
mittendus arg.no.in l.j.& in l neque.C.de procur.cum
12 simil Adde etiam quod † omnia in concilio authorita
te papę congregato decidenda debent authoritate so-
lius papæ cum consilio concilij decidi,non autem au-
thoritate concilij simpliciter,nam vt dicit Io.de Imo.
in d.c.graue in vij.col.iurisdictio totalis concilij dici-
tur apud papam residere, & non apud cõcilium simul
cum papa,cum concilium per se tunc nullã hebere di-
catur iurisdictionem quoniam episcopi in consilio cõ
gregati simpliciter consultores dicuntur, papa vero so
lus est,qui iurisdictionem habet super his,quæ in con
cilio fiunt.c.proposuit de conces.præben.c. cuncta per
mundum.ix.q.iij.qui subdit etiam quod legatus spe-
cialiter ad concilium deputatus censetur esse delega-
tus papæ,ac iurisdictionem habere non iure suo,sed a-
lieno.c.regula.iij.dist Ex quibus vltra prædicta infer-
13 tur,† ꝙ papa,qui concilio adest,potest tanquam papa
& caput negotia concilij expedire,de consilio tamen
concilij,quamuis illud sequi non teneatur ad text.not.
cum materia in c.cum olim extra de arbitr.& per Ro-
14 ma.in rubri.eod.tit.col.xiij.Item infertur,ꝙ † quando
pręsente duntaxat legato, aliquid in consilio factum,
ac decisum fuisset tunc à concilio posset appellari ad
papam qui de decisis in concilio agnosceret argu.c.sa
ne.& c.super quæstionum.§.porro.de offic. deleg.in l.
j.ff.quis,& à quo in prin.& latius dixi in c.j.extra de iu
di.Animaduertendum ad hæc est,dum supra fuit præ-
15 suppositum,† concilia esse de iure positiuo & ideo pa
pam super iis libere posse disponere, nam in contrariũ
facit id,quod legitur in actibus apostolorum.capi.xv.
& xvj.vbi Petrus concilium congregari mandauit, vt
resolueretur error,qui tunc inter Christi fideles ortus
erat,quam plura etiam alia concilia inter apostolos fa
cta fuerunt,vt in §.Isidorus.& in gl.c j.xvj.dist.Sed pos
set primò responderi quod Petrus, qui potestatem ligã
di & soluendi legisque condendæ habuit argumẽto c.
translato.cum ibi no.de constit.& in c.in nouo xxj.di-
stin.tanquam caput ecclesiæ iubendo concilium con-
gregari statuisse dicitur & ius positiuum de nouo fe-
cisse,cum non legatur Christum hoc in euangelio mã
dasse.Secundo respondetur vt inquit gloss.j.in d.c j.ꝙ
concilia inter apostolos facta non fuerunt generalia
sed particularia,& prouincialia,quæ etiam authorita-
te papæ quandoque fieri possunt.c.regula.iij dist.con
cilia.xviij.dist.Dubium tamen facit,nam si prouincia-
lia,& particularia concilia ab apostolis de iure diuino
fieri potuerunt,cur etiam non generalia? Certe bona
diuersitatis ratio assignari posse non videtur,imo par-
ticularia & prouincialia ab vniuersalibus dependẽte.
c.j.ij.iij & per totum.xviij.dist.Cæterum magna est a-
pud nos authoritas glo.ideo illi standum est. Vltimo
pro declaratione aliquorum,quæ dicta sunt circa ple-
nitudinem potestatis,quam papa super conciliis gene
16 ralibus habet,†dico inter alia ipsi soli cõuenire syno-
dum generalem congregari facere d.ca.regula, & per
totum.xvij.dist.Potest & illum prorogare,atq; differre
glo.in c.vbi periculum de elect.in vj.& in c.significa-
sti extra eod.ergo etiam de loco ad locum transferre
poterit vt dixi supra in prin. & (quod plus est) potest
etiam ad libitum dissoluere quamuis non dum conci-
lium esset perfectum,sed simpliciter inchoatum, vt le-
gitur factum fuisse in concilio Constantinopolitano
in c.habeo.xvj.dist.Quod si inchoatum,& nundũ per-
fectum papa dissoluere potest,ergo multo magis sim-
plicem concilij indictionẽ reuocare valebit, quod qui
dem minus esse censetur argum.l.furioso.ff de his qui
sunt sui,vel alie.iuris.l.oratio.ff de spons.& per totum
extra eo.& argumento not.in ca.publicato.de conuer.
coniug.cum simi.Si tamen concilium nondum perfe-
ctum esset dissolutum,& vrgens causa adhuc imminę-
ret,quæ non fuisset in concilio decisa,illud iterum cõ-
gregari deberet,veluti,Iustiniano filio Cõstantini im
17 perante factum fuit,vt tradita in d.c.habeo. †At si ex
translatione,dilatione,suspensione,& dissolutione cõ-
cilij turbatio status ecclesiæ vniuersalis, & scandalum
oriri posset,ea tunc papa facere non posset,neque esset
illi obediendum argu.no.per gl.in c.per principalem.
ix.q.iij.c.si papa.xl.dist.ca.nihil cum scandalo de noui
oper.nuncia.bonus est tex.in d.c.habeo.xvj.dist.c sunt
quidam atque ibi notatur vigesima quinta quæstione
prima,ac expresse ponunt doctores fere omnes & præ
sertim dominus præpositus Mediolanensis in princip.
decimæ quintæ distinctionis in fin.penultimę colum.
cum sequenti,ad quorum dicta, ne illorum sim merus
relator,cunque inspici possint me remitto:optime etiã
ad propositum faciunt illa,quæ ego sæpius legendo di
xi maxime in ca.cum venissent.extra de iudiciis. & ex-
pressius in rubrica extra de constitutionibus in quæ-
stione illa,an papa solus ardua expedire possit. nu. 50.
& 71.Possent plurima super hac materia adduci sed in
his omnibusque aliis refero me ad sententiam Sanctis-
simi papæ,& sacrosan.Rom.matris ecclesiæ, quã Deus
Opti.Maxi.semper inuiola-
tam custodiat.

FINIS.

AYMONIS CRAVETAE

EX SAVILIANO, SVPER STATVTO FERrarienſi de indemnitatibus mulierum, Quæſtio in vtranque partem.

PRAEFATIO.

LECTOR, nihil eſt quod rogites inter tot alia domini ſcripta, vnam me opellã & quæſtionem quam vides, in publicũ miſſam: legationis & defenſoris, ſi neſcis, ſuſtineo vices, Ad iudicum ſedes iubeor apparere, in quorum iudiciis ſuſceptam domini cauſam ex animo & fide ſuſtineam. Non offenſionis nomine, ſed medendi gratia in foro nunc ſtamus. Itaque aut inſtructum temeritatis accuſationem deſertam & abolitam fieri, aut ad finem iudicium perduci neceſſe eſt.

Argumentum patet ex facti narratione, in ipſo quæſtionis veſtibulo.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus requiſitus ex forma ſtatuti, an poſſit præſtari per procuratorem, aut nuntium remiſſiue.*

2 *Conſenſus præſtitus ex neceſſitate aut forma ſtatuti, non præiudicat. numer. 36. 38. vbi videndum. & numer. 39.*

3 *Conſenſus præſtitus ſuper actu nullo, non præiudicat. ſed vide num. 40.*

4 *Conſentiens non obligatur ex actu, cui conſenſit. & nume. 41.*

Ius ſuperueniens non confirmat contractum rei alienæ nullum, quando ex tali contractu quis non obligatur. vide nu. 11. 13. 14. 24. 28.

5 *Acceſſoria reuocantur, reuocato principali, & num. 13. latius nu. 19. 47.*

6 *Hypotheca non conſiſtit ſine obligatione perſonali vide nu. 15.*

Conditio tacita intelligitur in quolibet actu, ſi actus de iure teneat.

Renuntiationes & pœna appoſita in compromiſſo, habẽt tacitam cõditionẽ, ſi laudum validum ſequatur.

7 *Rati promiſſio, an ſit ſuperflua, & an alteret naturã principalis diſpoſitionis. nu. 48.*

8 *Fauorabile an dicatur ſtatutum Ferrariæ ſub rubrica de indemnitate mulierum.*

9 *Extenſio fit in materia odioſa, quando agitur, vt obuietur fraudibus.*

10 *Improprie & large intelliguntur verba in materia fauorabili.*

11 *Dolus an arguatur contra eum, qui contrahit contra prohibitionem ſtatuti. nu. ibid. & nu. 52.*

12 *Conſentiens alienationi rei, in qua ius habet, ſibi præiudicat.*

13 *Curatoris contractus non ſeruata forma iuris, non dicitur nullus, in odium ipſius curatoris. & latius nu. 19. . . 28.*

15 *Intellectus ille in dubio capiendus eſt, qui conuenit rubricæ.*

16 *Adminiſtrator an teneatur ex contractu propter receptionem pretij.*

17 *Intellectus ille præualet, qui probari poteſt per alias leges aut rationes, quãdo lex habet varios intellectus.*

18 *Intellectus ille p̃ualet ĩ quo maior eſt ratio dubitãdi.*

Intellectus l. illicite. ff. de reb. eorum. ibid. & num. 19. vſque ad num. 2 . & num. 26.

19 *Intellectus l. ſi is. C. de præd. mino. & nu. 26.*

20 *Exceptio datur, licet actio non competat.*

22 *Facto proprio an contraueniat maritus alienãs fundum dotalem nulliter.*

23 *Euictio non debetur emptori, ſcienter ementi rem alienam: etiam reſpectu pretij: niſi aliud actum ſit.*

24 *Intellectus l. ſi ſeruo. ff. qui & à quibus.*

25 *Statutum debet intelligi ſecundum ius commune, vt minus illud corrigat, quàm ſit poſſibile. & illud quod eſt de iure communi, dicitur de mente ſtatuti.*

25 *Extenſio non fit ad aliam perſonam in ſtatuto aliquẽ priuilegiante, quando ratio priuilegij aut fauoris in alio non militat, etiam ſi fiat actus nomine priuilegiati, quando ex tali extenſione commodum non venit ad ipſum priuilegiatum.*

27 *Reſtrictio cuiuſlibet diſpoſitionis etiam vniuerſalis, fit à ſua cauſa finali. nu. 29.*

28 *Heres non poteſt allegare turpitudinem ſuam: licet veniat ex perſona defuncti.*

29 *Qualibet diſpoſitio debet intelligi, vt aliquid operetur, quod pulchre exornatur.*

30 *Dolus arguitur in eo, qui venit contra fidem datam: efficitur infamis: & incidit in crimen ſtellionatus.*

Pacti nudi fidem fallere, verecundia eſt.

31 *Præſentiæ defectum ſupplet ſcriptura, poſtquam peruenit ad manus eius, cui ſcribitur. & nu. 55.*

32 *Deceptis ſub aliorũ confidentia, ſubuenire debet. nume. 32.*

33 *Nullitatem allegare non poteſt, qui cauſam nullitatis præbuit.*

Obijcere quis alteri non poteſt illud, cuius cauſam præbuit.

34 *In pari culpa potior eſt cõditio tractantis de damno.*

35 *In dubio iudicandum eſt contractum reuocandum, non eſſe.*

37 *Ratione legis correcta, cenſetur correcta lex, quando ratio exprimitur in lege.*

38 *Conſenſus aduocati in officio ſuo aduocationis, an ſibi præiudicet. & ibidem quid in notario conficiente inſtrumentum ſuper re, in qua ius prætẽdit cõtra Cor.*

39 *Adminiſtrator obligans bona propria in contractu, excedit limites ſui officij. ideo tenetur nomine proprio. Idem, quando promittit adminiſtrator pro ſe & heredibus ſuis: quia officiũ adminiſtratoris nõ trãſit ad heredes.*

42 *Illud inſpicitur, cuius contemplatione fit actus, non ipſe actus.*

In correſpectiuis vnum non poteſt eſſe ſine altero. ibidem. & nu. 44.

43 *Conſentiens actui, cenſetur conſentire etiam executioni ipſius actus.*

Hypothec

48 *Hypothecari possunt bona pro obligatione alterius.*
49 *Fauorabilis dicitur dispositio, fauēs obseruationi iuramenti. Per contrarium odiosa dicitur dispositio, contraria ipsi iuramento.*
50 *Causa prohibitionis cessante, cessat prohibitio.*
51 *Statutum, dicitur strictissimi iuris.*
52 *Extensio non fit cessante identitate rationis.*
53 *Error iuris, an inducat malam fidem.*
54 *Ex culpa sua lucrari quis non debet.*
55 *Futurum ius an remitti possit pulchrè.*

DIVINO subsidio ex corde postulato: In auditorio consilij iustitiæ, scitè lateq; tractatus fuit casus sequens: super quo & ipse scribere institui ob scribentiū multitudinē & varietatem, non solum aduocatorum sed etiam inter ipsos nos consiliarios. Statuto Ferrariæ sub rubrica de indemnitatibus mulierū cauetur, quòd nulla mulier posit contractum aliquē facere etiam iuratum sine consensu proximiorū præsentium, aliàs si absint, aliorum sequentis gradus: sub poena annullationis contractus ipso iure, præsumēdo iuramentum aliàs dolo aut vi extortum: Modo pater consensit filiæ per nuntiū specialem, quem consensum promisit habere ratum & gratum, nec ei contrauenire obligando bona propria. Deinde filia: quæ locauerat bona consignata in dotem, ad formam. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. per quinquennium cum prædicto cō sensu patris, decesit cui pater succesit nobilis dominus Thomas caualarini, ciuis Mutinensis. Idem pater mortua filia tanquam eius heres egit ad annullationem dicti contractus coram magnifico domino procuratore generali. Illustrissimi ducis. Ferrariæ, qui pronunciauit contractum nullum de consilio magnifici domini consultoris cameræ. A qua sententia fuit appellatum ad excellentiam ducalem: & commissa causa memorato domino procuratori generali decidenda tamen de consilio alterius consultoris, id est, magnifici consilij iustitiæ, quæritur an bene vel male fuerit iudicatum per primum dominum consultorem.

¶Videretur dicendum prima fronte, bene fuisse iudi-
1 catum. nam præsupponendo † citra præiudicium veritatis, quòd ille consensus patris mulieri præstitus fuerit per procuratorem aut nuntium: iuxta not. in c. cum parati. de appella. vbi Dec. Ias. in l. fi. in fi. C. de procur. quem tamen articulum hic ad præsens tractare non intendo, si filia contrahens poterat cōtrauenire illi locationi inualidæ ob formam statuti non seruatam, tantundem videtur permittendum eius heredi. l. sicut. § si debitori. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. l. heredem. ff. de regul. iur. & quæ dixi in consilio. cc.

¶Neque videtur obstare, quòd heres consenserit contractui obligando bona propria, ob id, quòd ius superueniens heredi, proficiat conductori. l. cùm vir. ff. de vsucap. cum simil. quia si heres ab initio & de tempore contractus habuisset ius, non bonis locatis per talem
2 † consensum non sibi præiudicasset, cùm fuerit præstitus ex necessitate statuti, non voluntariè. l. cum quædam. C. de administra. tuto. per quam text. ista in propinquo consentiente ex forma statuti tradit: Bal. in cō sil. cij. punctus. super quo. colu. j. circa med. lib. ij. Paul. de Castr. in consil. cclix. omnis difficultas. col. iiij. circa med. lib. j. & quod scribit idem Paul. de Cast. in consil. ccccxxiij. quia scio. col. ij. post med. lib. j. vbi, quòd gubernator ciuitatis interponens decretum in transactione ipsius ciuitatis, non præiudicat iuri suo, quod habet in bonis contentis in transactione: quia tale decretum interponitur ex necessitate officij.
3 ¶Secundò consensus † eiusmodi non videtur nocere, ex quo actus super quo interponitur, est nullus, nam creditor consentiens alienationi pignoris, sibi nō præiudicat, quando alienatio est nulla. l. iiij. §. fin. l. si debitor. § quæritur. & l. sicut. § venditionis. ff. quib. modis pign. vel hypo sol. l. debitum. C. de remissio. pign. tradit Roma. in consil. cxxxij. vt retulit col. j. post med. Decius in l. creditor. numer. ij. ff. de regul. iuris si consentiens contractui inualido, aut ex necessitate, vel forma statuti, non præiudicat iuri suo iam competenti de tempore consensus, quanto minus præiudicabit iuri de futuro, quod difficilius tollitur vt habetur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligatio. & in l. j. C. de pactis.

¶Tertiò, licet pater consentiens filiæ contrahenti successerit ipsi filiæ: non tamen ex tali successione videtur confirmari ius conductoris: ex quo per talem consensum pater non obligabatur ex contractu, cui con-
4 senserat: quia † consentiens non obligatur ex contractu, cui consensit, vt ex eo posit conueniri: nam aliud est contrahere, aliud contrahenti consentire. l. aliud. ff. de regu. iur. & ita in consentiente, quod non obligetur ex contractu: tenet Bart. in consil. ccxj. quidā sibi filios colum. j. Anch. in consil. lxxvj. per modum consilij. in vlt. dub. Corn. in consi. cclvj. lib. j. modo, quando ex cō tractu super re aliena quis non obligatur, si contrahēs succedit domino, ex domino aut iure superuenienti non confirmatur ius emptoris, aut aliàs causam habentis à tali herede. text. est in l. si seruo. ff. qui & à quibus. vbi si manumittens aut dans libertatem seruo alieno, succedit domino serui, ex hoc non confirmatur datio libertatis: quia talis manumittens non obligabatur in aliquo ex tali manumissione quem text. ad hoc citant Bartol. & doct. in l. cùm vir. ff. de vsucap. Eodem modo cùm Thomas caualarini non obligaretur ex tali consensu, non videtur q ex superuenientia iuris in persona ipsius consentientis, confirmetur ius conductoris.
5 ¶Quartò absurdum † videretur, quòd annullato contractu principali in personā ipsius filiæ, consensus patris accessorius, viribus constaret. l. cum principalis. ff. de regul. iur. & quod scribit Bald. in consil. cclxxv. præmisso statuto communis Veronæ. col. j. post med. libr. v. vbi quòd reuocato principali, debent reuocari omnia accessoria: per nota. in capi. ij. de prec.

¶Quintò non videtur habenda ratio, quòd Caualarinus consentiens contractui inualido obligauerit bona propria: quia cùm non obligetur ex consensu: talis
6 † hypotheca consistere nō potest sine obligatione personali. l. si legati. l. contrahitur. & l. seq. ff. de pign. Alexan. in d. l. j. colum. x. post med. nume. 14. ff. de lega. j. & quod dicit gloss. in l. fin. C. de heredi. vel actio vendit. vbi quod hyppotheca non potest cedi sine principali.

¶Sextò in ista promissione rati & hypothecæ bonorū, videtur inesse tacita conditio si actus de iure teneat: quia verba debent intelligi de actu valido & effectum habente. l. iij. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. ideo clausulæ renuntiationum adpositæ in compromisso, recipiunt conditionem tacitam si compromissum sortiatur effectum. Bald. in l. si diuersa. C. de transact. Alexand. in consilio xxij. lib. j. Similiter poena adiecta cō promisso, recipit conditionem: si laudum sequatur validum. l. licet. §. si seruus vbi Bartol. ff. de pecul. l. apud Celsum. §. item quæritur. j. cum gloss. ff. de except. doli Curti. senior in consil. liij. colum. pen. in princip. & in terminis consensus quòd recipiat tacitā conditionem si actus sit validus dictum est supra in secundo argumento vbi allegata sunt plura iura & eadem ratione dicendum est in promissione rati quòd recipiat tacitam conditionem validitatis actus si valeat actus super quo de rato cautum est aut promissum & faciunt not. per Soc. in consil. ccxv. in fi. libr. ij.
7 ¶Septimò non videtur obstare † promissio rati ipsius Caualarini: quia videtur superflua vt per Alexand. &

Iason.l.si procurator.C.de procurat.Rursus talis pro-
missio de rato,non videtur augere nec alterare natu-
ram obligationis.clemen.j.de præben.& not. Deci.in
terminis istius promissionis.in consil.ij.in fin.
8 ¶Octauò †statutum Ferrariæ de indemnitatibus mu-
lierum,videtur fauorabile,editum in fauorem mulie-
rum contra dolosos & fraudatores, ne mulieres imbe
cillioris concilij decipiantur.nam dispositio quæ fit ad
obuiandum fraudibus,dicitur fauorabilis,& latè de-
bet interpretari.l.j.§. pecuniam.ff. de calumnia. l.sed
Iulianus in princip.§.mutui datio. ff.ad macedo.cap.
9 quanto,de priuileg. Immo †etiam in materia odiosa,
fit extensio,quando agitur vt obuiam eatur fraudibus
capit.si ciuitas.de sentent.excommun.libr.vj.glos.fin.
in c.quanquam.de vsur.lib.vj.Deci.in consi.cccxcviij.
in fin.& dicit Bald.in consi.clxxxiiij.municipali.colu.
ij.in fin.libr.v.quòd statutum factum ad obuiandum
fraudibus,dicitur bonum & æquum,& quòd tale sta-
tutum factum ad obuiandum fraudibus,dicatur fauo
rabile:tradit Aretin.in consi.ij.colum penul.versic.ad
secundum respondeo Socin. in consil. lxxvij.column.
vj.in fin.& sequen.& in consil.lxxx.colum. pen.in fin.
versic.nec ob.septimum.lib.j.Corne.in consil.clxxxvj.
col.viij.in fin.versic.nec obstat septimum argumẽtum
lib.ij.ergo tanquam fauorabile tale statutum Ferrariæ
latè debet intelligi,vt comprehendat non solum obli
gationem personalem mulieris,sed etiam accessoriam
quia fauorabilia sunt extendenda.l.cum quidam.ff.de
liber.& posthum.reg.odia.de reg.iur.libr.vj.& adeo
†fit lata interpretatio in materia fauorabili , vt verba
10 sumantur largè.cap.fin.de præben.iuncto. cap.penul.
de verb.sign.per quæ duo iura ita dicit Calder.in con
sil.xix.in tit.de regular.
¶Nonò, maxime videntur præmissa, procedere con-
tra ipsum dominum Antonellum vechium,qui contra
xit contra prohibitionem statuti, quo casu videtur in
dolo & mala fide.reg. qui contra.de regul.iur.lib.vj.l.
quemadmodum.C.de agri.& cens.lib.xj.
¶Decimò,agit actor ex iure,quod superuenit & sic ex
iure de futuro,quod remissum Dec.non potest per sim
plicem consensum patris, vt plene habetur in l.j.C.
de pactis.
¶Sed præmissis non obstantibus,quæ vere non obstãt,
contrarium puto de iure verius:quòd immo male con
tra ius & æquitatem fuerit iudicatum,& quòd noceat
consensus ipsi patri. Et pro fundamento præmitto,
11 †illam conclusionem veram & indubitatam,quod vbi
faciens actum circa rem alienam sibi præiudicaret ab
initio,si statim ius haberet, si ius ex post superueniat,
sibi præiudicat.l.si à Titio.ff.de rei vendicat.l.si à Ti-
tio.ff.de exceptio.rei vendica.l.pen.ff.de fundo dotali.
l.apud Celsum.§.si à Titio.ff.de exceptio.doli.d.l.cum
vir.ff.de vsucapio sed Thomas Caualarini, si de tem-
pore consensus ius habuisset in bonis locatis,sibi præ-
iudicasset: vt statim probabo. ergo ius superueniens
eundem effectum debet operari.
¶Quod autem Thomas Caualarini sibi præiudicasset,
si ius habuisset in bonis locatis de tempore cõsensus,
12 probatur:quia †consentiens alienationi rei in qua ius
habet,censetur ius illud remittere in fauorem acqui-
rentis ipsam rem.l.sicut.§.venditionis.ff.quibus mo-
dis pignus vel hypo.sol.l.in tribus.§.penul.ff.de don.
l.si seruus communis.ff.de dona.inter vir.& vxor. l.a-
pud Celsum.§.quæsitum.ff.de excep.doli.l.si fideiussor
§.pater.ff.de fideiussor.l. si fundum per fideicommis-
sum.l.omnibus.§.nihil.ff.de legat.j.d.l.cum quædam.
C.de administ.tutor.l.ij.C.de remissi.pign.c.j.in prin
cip.vbi Bald.colum.penul.de prohib.alien. feudi per
Frede.c.j.§.praterea.quib.mod.feud.amitta.
13 ¶Secundò,principaliter †fundatur exceptio.& ius do
mini Antonelli in l.per fundum.ff.de seruit.rub.præ.
vbi concessio nulla firmatur ex iure superuenienti,
quia actus ab initio non erat in totum nullus , vt ibi
declarat Pau.de Castr.& tradit Deci.in l.quod in ini-
tio.numer.ix. ff.de regul.iur. vbi quod sufficit actum
valere ab initio aliquo respectu , vt firmetur tractum
temporis ex iure superuenienti.sed iste contractus lo-
cationis ab initio erat validus , saltem respectu ipsius
actoris consentientis,&bona propria obligantis:vt di
cit Bald.in l.& si is.C.de præd.minor.quod cõtractus
principalis & accessorius curatoris alienantis contra
prohibitionem iuris tenent in præiudicium & odium
ipsius curatoris licet non in odium minoris.& quod
infra dicam de falso procuratore succedente domino
quod acta non dicuntur nulla in præiudicium ipsius
procuratoris. Itaque cum respectu ipsius patris con-
sentientis & promittentis de rato,cum hypotheca bo
norum,teneat contractus,ne ipse possit contrauenire:
dico,quod ex iure superuenienti ipsi actori contractus
locationis conualidatur.
14 ¶Tertio fundatur †ius domini Antonelli per text.in
l.illicite.ff.de rebus eorum, secundum intellectum,
quem tradit Bart.ad illum tex.in l.cùm vir.ff.de vsuca.
nam ibi tutor alienauerat prædium pupilli, contra iu
ris prohibitionem.non adhibitis solennitatibus iuris:
deinde in iudicio tutelæ soluit pupillo seu adulto litis
æstimationem,per quam dominiũ rei venditæ erat ac-
quisitum ipsi tutori. volebat tutor tanquam exceptus.
vendicare fundum ab emptore. dicitur quod repelli-
tur exceptione,& tamen ibi non obligatur tutor em-
ptori ex illa alienatione:quia nihil promiserat empto-
ri nomine proprio: vt Bar.intelligit in d. l.cùm vir.dũ
allegat dictam l.illicite ex qua l.apparet quod licet il-
la alienatio esset nulla,quo ad pupillam:non tamen e-
rat nulla,quo ad tutorem alienantem. ideo licet tu-
tor non obligetur de euictione:quia dedit tanquã tu-
tor:tamen ipse factus dominus,contrauenire non po-
test:sed exceptione repellitur:secundum Barto.in d.l.
cum vir.Si tutor , qui nihil promisit nomine proprio,
repellitur exceptione:quid hic dicemus in actore, qui
bona propria obligauit pro obseruantia promissorum
per eum , scilicet de rato habendo , & non contraue-
niendo consensui?
¶Non obstat, quod ideo tenetur tutor, in d.l.illicite.
quia proprio nomine se obligauerit. quia istud consi-
stit in facto,quod non præsumitur , nisi probetur.l.in
bello.§.factæ.ff.de capti.c.cum in iure peritus. de offi.
15 delegat.cum simil.Rursus †in dubio ille intellectus ca
piendus est , qui conuenit rubricæ. l.imperator. ff.de
in diem adiectio.Ita glo.Abb.& doctor.in c.bonæ de
confirma.vtili.& inutili.vbi Deci.col.j.versic.iiij.ex gl.
Alex.in l.j.in iij.nota.ff.si cert.pet.sed ille titulus de re-
bus eorum,sub quo sita est.d.l.illicite. loquitur in alie
nationibus,quæ fiunt per tutores aut curatores:& sic
tutoriis aut curatoriis nominibus non quando ipsæ
nomine proprio se obligant.Ideo non sine ministerio
Bart.in d.l.cùm vir.allegauit illum text.quando cõtra-
hens non obligatur ex actu,quem facit:& intelligere
d.l.illicitè quãdo tutor se obligauit nomine proprio,
nihil aliud est,quam Bart.improbare in d.l.cum vir.q
ineptè allegauerit illum text. & tamen frustra. hic di-
cendum sit de authoritate Bart. quanta sit circa veros
& reales intellectus legum : & profecto neminem ad-
huc legi,qui doctri Bart.improbet in d.l.cum vir.cir-
ca illum articulum,super quo allegatur ab eo. d.l.illi-
citè.Ideo temerarium admodum visum sit Bar.in hoc
pugnare:cuius dictum fundatur in casu legis. Sed ex
alio dico,quòd d.l. illicitè.non potest intelligi, quan-
do tutor se obligauit proprio nomine. quia tex.dicit,
quod tutori qui soluit æstimationem litis , inhibetur
vendicatio prædij ex æquitate. equidem si proprio no
mine se adstrinxisset.non solum excluderetur tutor ex
æquitate:sed etiã de rigore iuris.l.vẽdicantẽ.ff.de eui.
16 ¶Non obstat,quod in d.l.illicitè.ideo †tenetur tutori

ghis

quia respondeo,quòd receptio pretij operatur,quo ad
eius restitutionem:sed nihil facit, quo ad vnum con-
tractus.& quòd receptio precij non habeatur in con
sideratione,quo ad contractum, vt administrator te-
neatur:tenet Corn.in consi.ccxxiij.circa fi.lib.iij.Dec.
in l.si institutorem.ff.si cert.pet.& in consi.510.in secú-
do dubio.Ripa in l.si se non obtulit.col.iij.ff.de re iud.
itaque quod ibi tutor alienans non possit contraueni-
re,non est,quia receperit pretium: sed quia facto pro-
prio contrauenire quis non potest, etiam quòd pro a-
lio fecerit,& licet non teneatur,vt conueniri possit:te
netur tamen,quòd si agat,repellitur exceptione, & ita
intelligit Bartol.in d.l.cum vir.& si velimus intellige-
re illum text.quod tutor promiserit : Dico,quòd tunc
tenebitur,etiam quo ad actionem,nam promissio ne-
gatiua de non contraueniendo, videtur tacitè inesse
in omni contractu,etiam pro alio celebrato:aliàs esset
arguere dolum in contrahente & per hoc dicunt do-
ctor. clausulam rati superuacantem esse in mandato:
quia sine ea tenetur dominus ratum habere. vt supra
dictum est.

¶Ex præmissis tollitur argumentum, quòd d.l.illicitè
habet varios intellectus.ob id,quòd super ea fundamé
tum fieri non potest.Barto.in l.in ambiguo.ff.de rebus
dub.quia posito quòd ita esset:tamen præualere debet
intellectus Bart.quem tradit in d.l.cùm vir. ad d.l.illi-
17 citè rationibus memoratis.Præterea,†quando lex ha-
bet varios intellectus,ille præualet,qui probari potest,
aut per alias leges,aut alias rationes Bart.in d.l.in am
biguo. ff. de rebus dubiis. sed intellectus Bart.in d.l.
cùm vir.ad d.l.illicite probatur per aliam.l.si seruo.ff.
qui & à quibus.vbi faciens actum non obligabatur.&
tamen si contraueniat post ius superueniés, locus est
exceptioni contra eum : secundum gloss.ibi vt dixi in
prioribus scriptis.Probatur etiam ratione intellectus.
Bart.ad d.l.illicite.nam qua ratione obligans:aut con-
trahens nomine proprio,tenetur etiam,quo ad actio-
nem,& ad seruandum contractum contra tertium:ea-
dem ratione consentiens nomine proprio obligari de
bet respectu exceptionis, vt si cōtraueniat suo consen
sui excipi possit contra eum,qui consentiens actui,li-
cet non obligetur,vt conueniri possit:obligatur tamé
vt contrauenire non possit. & si contraueniat, vt exci
pi possit contra eum.

18 ¶Tertiò,respondeo †ad dictú Bart.in d.l.in ambiguo.
quòd vbi lex habet varios intellectus,ille præualet, in
quo est maior ratio dubitandi. Abb.in c.cum in iure.
per illum text.in j.nota.de offic.delega.Deci.in l.quo-
tiens idem sermo.circa fin.ff.de regul.iur.& in l.illam
col.j.C.de collat.sed intelligere.d.l.illicitè.quando tu
tor se obligasset nomine proprio,esset lex de indubita
bili.& de casu claro.& eo magis esset de indubitabili:
qui text.dicit,quòd inhibetur vendicatio prædij ex æ-
quitate,quasi dicat non de iuris forma,aut rigore. &
sic præsupponit text.quod tutor non se obligauerit no
mine proprio.quo casu de iure videbatur admittédus
ad vendicationem prædij.ex quo vendiderat tanquam
tutor,& finita erat tutela.& soluerat litis æstimatio-
nem minori.nam finito officio,administrator non te-
netur l.fi.ff.de institor.Ang.in l.procurator qui pro e-
uictione.col.j.ff.de procur.sed tamen contrarium de-
terminat text.de æquitate: quia licet vendiderit tutor
nomine alieno, tamen pugnare aut contrariari vide-
tur æquitati naturali,quod ipse tutor,qui alienauit mi
nus solenniter possit contrauenire & allenare nullita
tem ad vtilitatem suam,ex quo illa nullitas non respi-
ciebat personam ipsius tutoris,sed pupilli.& sic quate
nus attinebat ad personam tutoris,actus non erat nul-
lus : si autem tutor in d.l.illicite.se obligasset nomine
proprio,non fundaret se tex.super æquitate:quia tene
retur tutor.& in æquitate & in rigore iuris.& sic text.
in d.l.illicite.si bene consideratur.videtur quæstionem
istam omnino explicare. maximè iuncta declaratione
& doct Bart.in d.l.cum vir.ff.de vsu.Quartò principa
19 liter † pro ipso d.Antonello facit text.in l.& si is.C.de
prædmino.vbi quando curator distraxit prædium mi
noris nulliter,si obligauit bona propria, & prædiú e-
núntiatur emptori,competit emptori hypothecaria in
bonis curatoris,&sic licet alienatio principalis sit nul
la,tamen consistit accessoria in qua non militat ratio
fauoris,propter quam cótractus principalis irritatur.
nam,vt dicit gl.ibi in iij.lect. curator est ex extra cau-
sam prohibitionis:quia non prohibentur alienari bo-
na minoris in fauorem curatoris,quòd teneat obliga-
tio bonorum curatoris,illud minorem non onerat. &
illam tertiam lect.gl.sequútur doct.vt ibi per Alb. vbi
Alb.dicit,quòd nullum sit præiudicium minori ex eo,
quod curator tenetur aut bona eius maneât hypothe-
cata.& per illum tex.dicút doct.quòd annullata prin-
cipali obligatione,non corruit accessoria,in qua sit di
uersa ratio sui:in qua non militet ratio annullationis:
vt quia annulletur principale aliquo fauore speciali,
non irritatur accessorium,quod non sit æque fauorabi
le.tradit Alexan.in l.fi.§.fi.ff.de cond.indeb.in addi.ad
Bart.in consi.lix.col.fi.vers.quo ad secundú.lib.j.quod
est repetitum in consi.xxxix.lib.iiij.itaque licet vitie-
tur contractus locationis,per statutum in fauorem mu
lieris,non æque vitiabitur in fauoré patris consentien
tis,& obligantis bona propria : cum statutum editum
fuerit solùm in fauorem mulierú,&illa annullatio fiat
iure speciali,irritando etiá iuramentum,& præsumen
do illud dolo & metu extortum.

¶Neque obstat,quòd in d.l.& si is. curator obligaue-
rit se proprio nomine,quia text.nihil dicit de obliga-
tione aliqua personali curatoris proprio nomine:ergo
nec nos dicere debemus.l.si seruú.§. non dixit prætor.
ff.de acq.hered.Tantum loquitur tex.de hypotheca:&
si obligatio personalis intercessisset,vtiq; sciuisset tex.
de ea exprimere,sicut expressit de hypotheca.l.Stichú
qui meus erit.ff.de legat.j.l.vnica.§.sin autem ad defi-
cientis.C.de cadu.tollen.c.ad audientiam.de decim.c.
cùm in partibus.de verb signi.cum simi.Immo verisi-
milius & per prius fecisset tex.mentionem de obliga-
tione personali & principali.si interuenisset,quam de
hypothecaria:arg.l.prætor ait.§.quod autem.ff.de in-
iur.l.eos.C.de aquæ ductu.lib.xj.

¶Secundò respondeo,quòd iste intellectus est diuina-
tiuus,ergo non admittendus. l.si putator.ff.ad legem
aquil.c.vt nostrum,vt ecclesia.benefi. Rursus per istú
intellectum præsumitur factú,de quo non apparet:có-
tra l.in bello.§.factæ.ff.de capt.l.quæcunque.ff.de pu-
blicia.l.vni.C.de mand.prin.c.cùm in iure. de offi.de-
leg.nec est verisimilis iste intellectus, quòd curator se
obligauerit:quia si ita esset verisimiliter de eo dictum
esset,vt supra est dictum. Ergo intellectus iste táquam
non verisimilis, reiici debet, sicut dicitur in testibus
deponentibus non verisimilia, quòd eis non creditur
l.ob carmen.§.fi.ff.de testib.c.in nostra.eod.tit.Tertiò
20 respondeo,posito †citra præiudiciú veritatis quod cu
rator ibi proprio nomine se obligauerit, Istud nihil
ad rem.nam obligatio personalis curatoris considera-
tur respectu actionis,vt ipse teneatur de euictione có
tra tertium,si res euincatur per minorem,sed respectu
exceptionis, vt possit excipi contra ipsum curatorem
agentem ad prædium alienatum ad vtilitatem propriá
ipsius curatoris,nó est opus,q ipse se obliget proprio
nomine,ita Bart.in d.l.cum vir.ff.de vsuca.vbi Bar.ex-
presse voluit,q licet quis non obligetur ex contractu,
quem facit,vt quia vendiderit nomine officij, tanquá
tutor vel curator:tamen respectu exceptionis prodest
superuenientia iuris in persona talis contrahentis:per
text.in d.l.illicite.sed hic solum agitur, vt excludatur
agens per viam exceptionis,propter cōsensum suum,
quem præstitit cum promissione de rato & obligatio-

ne bonorum. nam quod operatur expressa obligatio &
promissio respectu actionis quaerendae: hoc operatur
simplex consensus respectu exceptionis parandae: vt
patet ex iuribus supra allegatis in primo fundamento
facto in fauorem d. Antonelli rei conuenti. itaque di-
cere, quòd in d. l. & si is. C. de praed. minor. ideo tenet
hypotheca, & agi potest hypothecaria, quia curator
expresse se obligauit. sed quòd in casu isto non nocet
consensus actori, cum hypotheca bonorum: quia ipse
non se obligauit, nihil aliud est, quam dicere non da-
tur actio sine obligatione expressa. Ergo nec exceptio,
quod est absurdissimum in iure. quia datur exceptio,
licet non competat actio. l. purè. ff. de except. doli. l. mi
litis codicillis. §. veteranus ff. de testa. mili. l. pen. §. fin.
ff. de bono. pos. secun. tab. toto tit. ff. de condit. ob tur-
pem cau. reg. in pari. libr. vj. Similiter pactum nudum
prodest ad excipiendum, licet non ad agendum. l. iuris
gentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. Quartò respódeo,
21 posito † & nó concesso, in d. l. & si is. curator proprio no
mine se obligauerit: tamen etiam principalis contra-
ctus alienationis praedij minoris sine illa obligatione,
curatoris accessoria tenet, & valet in odium ipsius cu
ratoris: vt ipse curator ad proprium commodum con-
trauenire non possit: secundum Bal. ibi vbi dicit alios
velle, quòd vtrunque valeat, id est, principale & acces-
sorium in praeiudicium ipsius curatoris, & licet Bald.
dicat, quòd in prima opin. potest sustentari, vt valeat
obligatio curatoris accessoria sine principali: tamen
non negat, quin etiam valeat principalis in odium i-
psius contrahentis. vt contrauenire non possit. Immo
istud videtur Bal. habere pro indubitato: quia tunc mi
nus incidit difficultatis, quòd cósistat accessoria obli
gatio cum habeat principalem, cui mittatur & haereat.
secus, quando principalis nullo modo valet: quia tunc
maius cadit miraculum, quòd constet accessorium si-
ne principali. & tamen dicit Bald. quòd licet sit maior
difficultas firmandi accessorium sine principali: tamé
adhuc istud potest sustineri, licet praecedens dictú fa-
cilius sustineatur. & hoc modo intelligendo concor-
dat. d. l. & si is. cùm d. l. illicite ff. de reb. eorú. vbi aper-
tissime probatur, quod alienatio facta per tutorem,
non solenniter, tenet in odiú ipsius tutoris: vt ipse con
trauenire non possit. & ista declaratio & intelligentia
videtur realis, naturalis & plenissima aequitatis. quae
etiam non mediocriter iuuatur ex dictis infra in octa
22 uo fundamento. Quintò principaliter † in fauorem d.
Antonelli adduco, quod post longam disputationem
tandem concludit Antonius de Nicellis in tracta. de
concor. glo. concordia. cxx. nume. cccclx. in fine illius
numeri, & numero sequenti. vbi quod maritus qui a-
lienauit fundum dotalem contra prohibitionem legis
Iuliae, potest contrauenire alienationi, viuente vxore,
& ad commodum vxoris: sed ea mortua, non potest có
trauenire ad commodum ipsius mariti. & licet veniat
tanquam heres, & sic ex persona vxoris. tamen exclu-
ditur ex facto suo proprio. Eodem modo dicendum
est, quòd pater qui consensit locationi filiae, ea mortua nó
possit contrauenire ad vtilitatem ipsius patris. cessan-
te causa fauoris filiae. Neque obstat, quòd maritus ipse a-
23 lienauerit: † quia text. in d. l. cum vir. ff. de vsucapio lo-
quitur etiam eo casu, quo maritus alienans non tene
tur euictione. vt quia vendidit emptori scienti fundú
esse dotalem quo casu non agitur de euictione, etiam
respectu pretij, nisi aliter cautum sit. l. si fundum. C. de
euictio. l. si fratres C. com. vtr. iud. glos. in c. ad audien
tiam de reb. eccle. nó alie. Pau. de Cast. in l. emptorem.
§. fin. in fi. ff. de act. empti. & sic licet maritus non obli
getur ex alienatione, quam fecit. & consequenter sua
non intersit alienationem confirmari: tamé confirma
tur respectu exceptionis, vt maritus contrauenire nó
possit. & si contraueniat, repellatur exceptione. & ita
d. l. cú vir. inducit Corne. in consi. clxx. col. iij. in prin.

versi. nec decisio ista fundatur. lib. iiij. & hoc modo có
siderando. d. l. cum vir. concordat cum. d. l. illicite. vbi
etiam tutor, qui non obligatur ex contractu, illi tamé
contrauenire non potest, ad commodum ipsius tuto-
24 ris. Sexto, principaliter, † in fauorem partis conuentae
adduco text. in. l. si Seruo. ff. qui & à quibus. iuncta gl.
ibi, vbi si manumittens seruum alienum, succedit do-
mino: licet ex iure superuenienti non obligetur: tamé
si molestet seruum in libertate data, repellitur exce-
ptione: secundum glo. ibi. & idem tradit glos. in l. si ab
eo. C. de liberal. cau. quas glos. in effectu sequitur Bar-
to in dict. l. cum vir. column. iij. dum allegat. d. l. si ser-
uo. circa illud membrum, quo quaeritur de confirma-
tione actus ex iure superuenienti. quo ad actionem. Er
go clare praesupponit illam. l. non procedere respectu
exceptionis. Rursus Bart. in sua distinctione & doctri.
quando loquitur, an confirmetur ius, quo ad exceptio
nem, loquitur simpliciter, non distinguendo an autho
ris interesset vel non: id est, an author esset obligatus
vel non: quam distinctionem, intersit vel non, solum
facit, quando quaeritur de actione quaerenda ex super
uenientia iuris, & sic clarissime vult Bartol. quod vbi
quaeritur de excipiendo tantum, indistinctè fiat con-
firmatio siue intersit authoris eam fieri, siue non: obli
getur author siue non. Idem, quod superuenientia iu-
ris operetur confirmationem actus quo ad excipien-
dum, licet author ex contractu non obligetur, nec in-
tersit eius confirmari: tenet Paul. de Castr. in dict. l. cú
vir. column. ij. in fin. versi. si autem nó ex causa de prae
terito. ff. de vsucapio. gloss. etiam. in dict. l. si seruo. se-
quitur Alber. in dict. l. cum vir. circa fin. Septimo con
25 sidero, † quod statutum debet intelligi secundum ius
commune, & vt minus illud corrigat, quam sit possibi
le. l. iij C. de noxal. c. cum dilectus. de consuetud. ca. ad
audientiam. vbi Abb. & docto. de cleri. non resid. nam
leges communes se extendunt ad statuta. & ideo dici
tur, quòd statuta recipiút interpretationem passiuam
à iure communi. l. j. §. lex falcidia. vbi Bart. & docto. ff.
ad legem falcid. Bart. etiam doct. in l. omnes populi. in
iij. quaest. vj. quaest. prin. ff. de iusti. & iure. & illud quod
est de iure communi, dicitur de mente statuti, quod à
iure communi recipit robur. Paul. de Castr. in consil.
cccclij. viso puncto supra scripto. super primo quaesi-
to. col. ij. lib. ij. Amplius statutum recipit interpretatio
nem à iure communi: licet in materia statuti ius com-
mune diuersimode loquatur. Rom. in consi. ciiij. pater
reuerende. col. ij. circa med. vers. ij. per id allegat glos.
26 sing. in c. fraternitas. xxxiiij. di. sed de iure † communi,
quãdo introducitur aliqua dispositio specialis fauore
alicuius personae, talis dispositio personam illam non
egreditur, nec trahitur ad aliam personam eiusmodi
fauore non dignam: licet ipsa alia persona actum fa-
ciat nomine ipsius personae priuilegiatae. text. est in d.
l. illicite. ff. de reb. eor. & in d. l. & si is. C. de praed. mi-
nor. vbi licet tutor cótrahat nomine pupilli sine solen
nitatibus iuris, & actus annullatur fauore pupilli aut
minoris: nó tamen annulletur fauore tutoris, vel cura-
toris, vt ipsi possint contrauenire ad commodum eo-
rum proprium: quia fauor pupilli aut minoris, non re-
spicit eorum administratores. ideo lex habuit pro ini-
quo, quòd tutor possit allegare nullitatem actus ad sui
commodum: licet actum gesserit pro alio. Ita iniquita
tem in tutore contrauenIente considerat. tex. in d. l. il-
licite. in fi. dum dicitur, quòd repellitur tutor ex aequi-
tate, ergo inique agit contraueniendo: quia iniquitas
dicitur quod aequitati repugnat. Eodem modo dicen-
dú est in statuto Ferrariae annullante contractus mulie
rum, non seruata eius forma propter fauorem ipsarum
mulierum imbecillioris consilij, quòd istud solú intenderit
obseruari, quoties agitur de commodo mulieris, non
etiá egrediatur statutum personam mulieris, vt proce
dat in fauoré consentientis mulieri ita contrahenti, &

promit-

promittentis de rato cum hypotheca bonorum, eo casu, quo ex tali consensu, promissione & hypotheca bonorum, mulieris causa non oneratur, nec ei præiudicium infertur. Nam in fauorem alterius personæ tali fauore minime dignæ nihil intendit statutum prouidere. sed imputandum est ita consentienti, promittenti, & bona propria obliganti, ob id statutũ operari nõ debet vltra intentionem ipsorum statuentium. l. non
27 omnis. in princ. ff. si certum petatur. ¶Rursus, † qualibet dispositio restringitur à sua causa finali. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij Bal in cons. ccix. illa verba lib. iij. quod procedit etiam in dispositione concepta verbis vniuersalibus, quæ non obstante vniuersitatem verborum restringitur à sua causa finali, quæ non adaptatur ad rem, de qua agitur Aretin. in consil. clxj. verum est quod comicus. col. iij. post med. ver. hoc præmisso dico indubitanter. sed causa finalis statuti Ferrariæ, annullantis contractum, fuit fragilitas sexus & imbecillitas consilij mulieris, ergo restringi statutum debet, vt non comprehendat personam masculi, ad quem fauor statuti minime pertinet. sed tunc proprie conuenit regula iuris, ꝙ casus omissus in statuto remanere debet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissime. ff. de libe. & posth. l. si cum dotem. in princ. ff. sol. matri. cum simi.
28 ¶Octauo principaliter adduco † quod scribit Ioan And. in addi. Specu. in titu. de senten. prola. §. quoniam versicul. quid si procurator. vbi si falsus procurator succedit domino, non potest dicere sententiam nullam: quia allegaret turpitudinem suam. nec obstat secundum eum, quod facto proprio contraueniri potest, quando est nullum ipso iure: quia respondet, quod acta non sunt nulla in præiudicium ipsius procuratoris, seu quo ad eum: sed solum respectu domini, quod dictum refert & sequitur Iason. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. final. column. penultim. versicul. hinc ex prædictis. ff. de iureiurand. & licet Ioan. An. adsignet aliam etiam rationem, quod procurator falsus tenetur ad interesse, tamen istud nihil obstat, quia vbi militant in dispositione plures rationes, satis est, ꝙ vna constet, licet aliæ deficiant, aut cessent. l. liberorum. § notantur ff. de infamibus. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. creditor. §. affinitatis. institu. de nuptiis. Ideo satis est in casu isto, ꝙ contractus locationis non sit nullus respectu patris consentientis, promittentis de rato, & obligantis bona propria, vt ipse factus heres filiæ contrauenire non possit ad sui cõmodum. Rursus, illa ratio in dicto Ioan. An. ꝙ ideo procurator falsus & idem heres domini contrauenire non possit: quia tenetur ad interesse. obstaret in casu nostro, quando reus conuentus molestatus à tertio, vellet agere cõtra actorem de euictione, aut ad interesse, & allegaretur contra eum dictum Ioan. And. nam exciperet, quod ipse non tenetur ad interesse, prout falsus procurator. At hic solum agitur de excludendo patrem agentem per exceptionem, quo casu militat contra actorem ratio Ioan. Andr. quod actus non est nullus ad præiudicium ipsius actoris, quæ ratio Io. An. optime. & appositissime videtur cõuenire cum dict. Bal. in d. l. & si is. C. de præd. minor quod ibi illa obligatio principalis seu principalis contractus nõ est nullus in odium curatoris, etiã cessante obligatione accessoria: sed ꝙ vtrinq; valeat. & tamen cõsiderando obligationẽ principalẽ sine accessoria, curator ipse nõ modo obligabatur nomine proprio. & tamẽ dicitur, ꝙ act⁹ principalis nõ est nullus respectu ipsius curatoris, ex quo Bal. in dicto apparet. ꝙ dictum ex prima ratio Io. And. efficacissime facit ad decisionem totius difficultatis. Ad ꝙ etiã vehementissime facit. d. l. illicite. vbi etiam tutor nõ obligabatur, nec tenebatur ad interesse, & tamen ipse contrauenire non potest ad sui commodum: quia quo ad eum, actus non erat nullus.

29 ¶Nono considero, † quod dispositio qualibet ita intelligi debet, vt aliquid operetur. l. si quando. ff. de leg. j. c. si papa. de priuil. lib. vj. quod procedit, etiam in materia stricta & odiosa. Calder. in consi. vj. in fi. in tit. qui filij sint legi. vbi loquitur in materia dispensationis. Similiter renuntiatio generalis trahitur ad casum fortuitum, quando alias nihil operaretur. Bar. in l sed & si quis. §. quæsitum col. ij. ver quarta fuit opinio ff. si quis cautio. Areti. in consi. ciiij. breuitas. colum. iij. vers. vltimo hoc clare patet. Curti. iunior in tracta. feud in iiij. part. quest. xxij imo toleratur impropriatio verborum potius, quam vt illa nihil operentur. l. si vno. in princip. ff. locati. l. si olei. C. eodem titul. l quibus diebus. §. dominus. & quod ibi Bart. ff. de condi. & demon. & dixi. in consi. cxxxv. co. vij. modo iste consensus patris cũ promissione de rato & obligatione bonorum suorũ, quid inquam omnia ista operabuntur, nisi intelligantur in casu, quo tractaretur de annullando cõtractum per ipsum patrem: & quatenus ad eum attinere posset nam respectu mulieris, si ipsa contraueniat. dicitur illa non operari: quia consensus minus legitime præstitus mulieri non nocet. l. quoties ff. qui satis. cogan. nec erat opus respectu mulieris, ꝙ pater aliquid promitteret de rato, & minus, ꝙ obligaret bona propria sed satis erat, ꝙ consentiret simpliciter, vel constitueret nuncium specialem ad consentiendum. itaque illa promissio rati & hypotheca bonorũ interuenerunt respectu personæ patris, vt ipse cõtrauenire non posset, quatenus ad eum pertinet, neque vitiari contractus posset ex defectu cõsensus ipsius patris. Ergo, vt operetur talis promissio rati, & hypotheca bonorum, necessario dicendum est, quod pater quatenus ad eum attinebat, voluerit promittere, prout & promisit de non cõtraueniendo, etiã casu, quo mulier ipsa posset cõtrauenire nam illa obligatio bonorum propriorum apertissime arguit, quò pater noluit stare: in puris terminis simplicis consensus: vt infra dicam, respondendo ad contraria. ¶Decimò, vltra talem consensum, cum promissione rati, & hypotheca bonorum, concurrit alia promissio eiusdem actoris in literis suis missiuis, aut eius filij & recognitis in iudicio in hæc verba.

Circa amandato, mio padre lo mutata moltovoluntieri & maiormente quando intendera chevoy lo tolite ma per quasto non restate di fare lo instrumento sopra di me sencia altro mandato che io vi prometto chemio padre fara quãto vorrite voy & aduisatime che lo faro fare. In quo fundamento præsupponendũ est, quòd filius recognouit literas & ipse solus causam semper agere patre ad iudicia minime apto, sed domi semper agente ob corporis crassitudinem. & negotia filij nunquam non approbãte. in quibus literis missiuis considero, quòd inductus fuit domin. Antonellus ad ita contrahendum ex verbis hortatiuis & confirmatiuis ipsius scribentis, vt mirandum sit, quomodo potuerit iudicium eiusmodi inferre, & conductorem inquietare nomine illius contractus quem ad verba tam efficacia ipsius agentis celebrauit. nam † in do
30 lo videtur pars, offendendo eius fidem, & promissionem. l. dolus. ff. mandati. l. j. §. est autem apud. ff. depositi. l. vendicantem. ff. de euictio. imo in crimen incidit stellionatus, fidem non seruans l. Titio. ff. ad municip. & efficitur infamis. Bal. in l. felissimã. C de his qui à nõ dom. Ias. in l. j. §. nũtiatio. col. iij. ver. v & vlt. ff de ope. noui nuntia. sed vltra Ias. ꝙ fidẽ non seruãs, efficiatur infamis. addo tex. in l. furti. §. mandati. ff. de infami. notat Bald. in con. cccxcj. ad euidentiã. col. pe. li. ij. & quod scribit Bar. in l. pecuniæ. in fi. ff de alim. & cib. leg. & in l. si fideiussor. in fi. ff. de fideiuss. vbi ꝙ idẽ fallere, verũ dum est: licet pacto nudo promissa sit. ideo si fideiussor repetit à principali, quòd pro eo soluit, non potest imputari, cur non opposuit aduersus credito-

rem de pacto nudo ſequitur Iaſo. in l iuris gentium. §.
ſed cum nulla. columna. iij. in tertia limitatione. ff. de
pact. in l. fideicómiſſum. ff. de condi. indeb. & in l. ſi mo-
ra. colum. ij. ff. de verbo. obliga. Addo vltra Iaſo. Abbat.
31 in conſil. lx. col. j. li. j. Quid hic † dicemus in pacto veſti
to, & efficaci facto, parte præſente, propter efficaciam
ſcripturæ: in qua promiſſio facta eſt? ná ſcriptura ſem-
per loquitur, ob id cenſetur habitum pactum cú præ-
ſente, poſtquá venit ſcriptura ad eius man⁹: vt habetur
in l. nuda. ff. de dona. Barto. in l. cum tabernam. §. idem
quæſiit. in fi. ff. de pignor. Areti. in conſil. ſi videtur dicé
dum in princip. Soc. in conſ. lxiiij. in fin. lib. iij. Bal. no-
uel. in tracta. de dote. in vj. part. priuilegio. lxxviij. col.
ij. verſi. nec obſtat ratio. Bartol. ob id noua quædam &
prodigioſa videtur verecundia, fidem in ſcriptis datá
offendere, quam ipſam ratam & integram ſeruari æ-
quitatis cuſtos fideliſſimus prætor mandat. in l. j. ff de
32 pactis. ¶ Vndecimo, conſidero † quod ſubueniri vo-
lunt iura deceptis ſub aliarum confidentia. l. ſi liber-
tus ita iurauerit. ff. de oper. liber. l. creditor. §. Lucius.
ff. mandati. capitul. quanto de iureiurand. capitul. cum
veniſſent. de inſtitutio. Plane ſi reuocatur contractus
conductionis: reperitur conductor læſus ſub confiden
tia actoris, conſiderato tenore literarum ſcriptarum ex
voluntate ipſius agentis, per filium: in quibus dicitur,
ne dubitaret reus contrahere ſub verbo & fide ipſius
33 ſcribentis. ¶ Duodecimo, conſidero † quod ipſe
dominus Thomas Caualarinus cauſam nullitatis (ſi
qua ſit) præbuit, ſcribendo per filium literas adeo effi-
caces, quibus inductus fuiſſet ad contrahendum, ob
id audiendus non videtur allegans ipſam nullitatem,
cui cauſam dedit. l. primo. §. ſi omnes. in fin. ff. de ventre
inſpi. vbi ſi maritus poſt diuortium fecerit inſpici ven
trem vxoris, an eſſet prægnans vel non, ſi non inuenia-
tur prægnans, non tenetur maritus ex tali inſpectione
iniuriarum, quando mulier tali inſpectioni cauſam
dedit: quia conſtante matrimonio finxiſſet ſe eſſe præ-
gnantem. Ad idem gloſſ. in l. prim. §. fin. alias eſt in l. ij.
in fin. gloſſ. ff. quando actio de pecul. eſt anna. vbi quod
errorem alteri imputare non poteſt, qui erroris cau-
ſam præbuit. tradit Pau. de ca. in conſi. cccvij. videtur,
quod non retineant. colum. ij. circa med. lib. ij. itaque
præbuit agens cauſam nullitati, ſcribendo ad ipſum
reum, per filium: vt in fide ſua contractum intret ob id
talem nullitatem inique modo videtur obiicere. Et
quod præbens cauſam nullitatis, eam opponere non
poſſit, tradit gloſſ. pragma. in titu. de electio. §. licet du
dum, in verb. canonicas. ante fin. char. xlij. ¶ Decimo-
34 tertio, poſito † quod etiam reus conuentus fuerit in
culpa non proſpiciendo rei ſuæ, & prouidendo, quod
contractus ſolenniter fieret. Dico, quod in pari culpa
potior eſt cauſa ipſius, tractantis de vitando damno.
Bartol. in l. cum mulier. ff. ſol. matrimo. vbi ſtante ſtatu
to, quod de quolibet contractu ſoluatur gabella, alias
contractus ſit ipſo iure nullus, ſi neuter contrahentiú
ſoluat gabellam, potior eſt cauſa eius, qui tractat de
damno vitando. ideo alter contrahens agens de lucro
non poteſt obiicere nullitatem contractus ob gabel-
lam non ſolutam. ſequitur Fely. in capit. dilecti. colum.
iij. de exceptio. ¶ Decimoquarto, licet ex præmiſſis
clariſſima videatur facta res: tamen poſito & non con
ceſſo, dubium dici poſſet, an iſtæ contractus poſſit re-
ſcindi per tertium, qui conſenſit cum promiſſione ra-
ti, & obligatione bonorum, ad vtilitatem ipſius tertij
ceſſante cauſa & fauore mulieris, propter quam ſtatu-
35 tum eſt conditum. Dico † quod in dubio iudicandum
eſt contractum reuocandum non eſſe. l. ſi inter virum.
vbi Soc. in iij. nota. ff. de rebus dubiis. Frede. de Senis.
in conſ. 231. caſus talis eſt, monaſteriis. col. fi. Pau. de ca.
in conſi. 278. paſſus iſte dubitabilis. col. fin. lib. j. Alex. in
conſi. clvij. colum. j. lib. vij. Deci. in conſi. clxviij. col. ij.
poſt med.

¶ Memoratis fundamentis ita iactis & cóſirmatis pro
parte rei, ſupereſt, vt veniamus ad confutationem ar-
gumentorum, quæ in gratiam actoris propoſita ſunt.
Ad quæ reſpondeo in ſpecie. itaque non obſtat pri-
mum argumentum, quod Thomas Caualarini ſibi
non præiudicaſſet præſtando conſenſum, tanquam pa
ter ex forma, & neceſſitate ſtatuti, cauſa cognita: quia
36 reſpondeo duobus modis. Primo, † quod in caſu
iſto non poteſt dici conſenſus præſtitus ex forma ſtatu
ti, ita quod cogeretur, quia ſtatutum ſolum cogit præ-
ſentes propinquos, in loco, non etiam abſentes. vt pa-
tet ex lectura ſtatuti, ob id conſenſus in abſentia præ-
ſtitus fuit mere voluntarius, & ſic ceſſat ratio. d. l. cum
quædam. C. de admi. tuto. ſuper qua ſe fundauit Bal. &
Pau. de ca. in contrarium allegati. conſequenter ceſſat
legis diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis ff. de iur. patro. c.
cum ceſſante. vbi late moder. de appella. ij. de tranſact.
37 neophytus. lxj. diſt. imo † correcta ratione legis, cenſe-
tur correcta lex gl. ſing. in l. j. in prin. in ver. prouiden-
tia. ff. de legi. tu. Sal. in authent. ingreſſi. col. j. C. de ſa-
croſanct. eccle. cum ſimi. vt per Alexand. in l. quod
dicitur. ff. de verbor obligat. & iſtud ſine dubio vide-
tur hic procedere: quia ratio neceſſitatis officij expri-
mitur in d. l. cum quædam. Cod. de admin. tut. quo caſu
quando ratio exprimitur in lege, ea ceſſante, ceſſat lex.
vt per Iaſ. in l. ſi conuenerit. col. iij. ff. de re iud. Et quod
38 conſenſus † præſtitus ratione officij, & nomine alieno,
noceat, quando voluntarie eſt præſtitus, probatur in l.
fi. ff. de inoffi teſta. vbi ſi filius exheredatus aduocaue-
rit ſeu patrocinium aduocati præſtiterit pro legatario
cenſetur approbare teſtamentum, nec poteſt illud
querelare. Ad idem text. in cap. ex literis. cum glo. j. de
tranſact. vbi qui ſcienter patrocinatur petenti rem pro
priam ipſius aduocati, ſibi præiudicat. quæ duo iura ad
hoc citat Pau. de caſt. in conſi. cccxiiij. obmiſſo primo,
& ſecundo dubio. in fin. libr. ij. vbi etiam Paul. allegat
Ioannes Andr. in ca. inter dilectos. in verſi. inter alios.
de fide inſtrumento. Ecce licet aduocatus conſentiat
pro alio, & nomine officij: tamen ſibi præiudicat ra-
tio, quia licet officium aduocati ſit publicum, & co-
gatur aduocatum agere, ſeu alio patrocinari. l. prouidendum. C. de poſtulan. tamen non cogitur poſtulare
pro alio contra ſeipſum. itaque imputatur aduocato,
cur poſtulauerit pro alio, in cauſa, in qua ipſe præten
debat intereſſe. Ad idem adduco tex. in l. ex ſententia.
ff. de reſt. tut. & in l. vxori. § j. ff. de falſis. vbi ſi notarius
adſcribit ſe tutorem in teſtamento, non poteſt ſe ex-
cuſare à tutela quia adſcribendo, conſenſiſſe videtur.
quæ duo iura aperte faciunt contra Cor. in conſi. 108.
columu. ij. lib. iiij. vbi voluit, ꝙ notarius conficiens in
ſtrumentum ſuper re in qua ius habet, non præiudi-
cat iuri ſuo. nam nó cogitur notarius recipere inſtru-
mentum contra ſeipſum, & in terminis de tali cóſen-
ſu præſtito ex forma ſtatuti. quod noceat conſentien-
ti, tradit Soci. in conſi. xliij. col. pen. in fin & ſeq. li. iiij.
per gl. in d. c. ex literis. in glo. ij. de tranſact. vbi ꝙ præ-
ſtans authoritatem in aliquo actu ſibi præiudicat. ſed
iſtud intelligo procedere, quando nó cogitur quis ad
præſtationem talis conſenſus authoritatis. per ſupra-
36 ſcripta. ¶ Secundò reſpondeo, † ad argumentum, poſi
to non tamen conceſſo ꝙ talis cóſenſus patris fuiſſet
neceſſarius, & ꝙ pater præſens conceſsiſſet ad formam
ſtatuti, adhuc tamen ſibi præiudicaſſet promittendo
habere ratum & gratum ipſum conſenſum, cum hy-
potheca bonorum ipſius patris conſentientis quia ſta
tutum ſolum cogit ad conſentiendum pro filia: non
aút ad promittédú nomine ꝓprio, obligádo bona pro
pria. ná obligádo bona propria, excedit terminos ſui
officij tex. eſt in l. & ſi is. C. de præd. minor. vbi ſi cura-
tor védés ré adulti min⁹ ſoléniter, obliget bona ꝓpria
pro cá cótractus, tenet obligatio curatoris & ex ea có
petit emptori hypothecaria cótra bona curat. obliga.

¶ Et ꝙ

mine proprio, quando obligauit bona propria: tradit
Soc. in consi. c. col. ij. circa med. ver. ij. quia lib. iij. ratio
est, quia obligando bona propria, excedit limites sui
officij: cum pro alio non teneatur quis obligare bona
propria, sicut dicitur, quãdo administrator promittit
pro se & heredibus, quod obligatur proprio nomine:
quia excedit limites officij. Bar. in l. post mortem. §. tu-
tor. post prin. ff. quando ex fac. tu. Bal. in l. ei, qui seruo.
colum. ij. C. quod cum eo. Anch. in consi. xxiij. verba [illegible]
pulationis. col. ij. in fi. vers. tertio hoc probat, nam offi-
cium administratoris, nõ transit ad heredes. l. cuius bo
nis. ff. de cur. furio. ideo promittẽdo pro heredibus, ex
cedit limites officij. ¶ Et in terminis quod consentiẽs
pro alio, aut alieno nomine, sibi praeiudicet, quando
nõ praestat nudum ministerium, sed nomine proprio,
quid agit? voluit Bal. in consi. ccxxxiij. nobilis vir. col. j.
circa fi. li. v. sed iste pater non stetit in finibus nudi mi
40 nisterij obligando bona propria. ¶ Non obstat † secun
dum argumentũ, ꝙ actus locationis dicatur nullus ob
id, ꝙ consensus nõ videtur nocere sicut dicitur in cre
ditore cõsentiẽte alienatiõi pignoris, ꝙ sibi nõ praeiu-
dicat, qñ alienatio est nulla. Quia respõdeo, ꝙ argumẽ
tũ procedit, qñ alienatio est nulla aliunde, quã ex defe-
ctu cõsensus ipsius creditoris, nimirũ, si nullitas cõtra
ctus extẽditur ad consensum: sed hic praetenditur nul-
litas. solũ ex defectu consensus minus legitime praesti
ti, vt asseritur, vt quaeritur an noceat cõsensus ipsi cõ-
sentiẽti, in cuius persona cessat ratio nullitatis, posito
ꝙ nõ noceat vẽditori ipsi⁹ pignoris. & sic iura in cõtra
riũ allegata loquuntur in casu diuerso habente ratio-
nẽ diuersam & separatã. Secundo respondeo, ꝙ cõtra
ria procedũt in nudo & simplici cõsensu. sed hic adest
obligatio nomine proprio. cum fuerant obligata bo-
na propria ipsius patris cõsentientis. ¶ Tertio respon-
deo quod contraria procedunt, quando principalis a-
lienatio fit nulla de iure communi, & ordinario: ita ꝙ
ratio annullationis concernens principalem aliena-
tionem, militat etiam in consensu accessorio. Ob id
sublato principali, tollitur & accessorium. Sed casus
noster loquitur, quando contractus principalis an-
nullatur iure quodam speciali, & extraordinario, in-
troducto in fauorem sexus muliebris imbecillis: qui
fauor non militat in persona patris cõsentientis. Ob
id annullato contractu principali non vitiatur cõsen
sus accessorius, in quo ratio eadem non procedit tex.
est in d. l. si is. C. de praed. minor. cum aliis supra late
adductis in quarto fundamento, pro parte rei conuẽ
ti. ¶ Quarto respondeo, ꝙ contraria procedunt quan
do actus principalis in totum est nullus: sed hic con-
tractus principalis non est in totum nullus, sed solum
respectu mulieris. Sed respectu consentientis, & qua-
tenus attinet ad eius praeiudicium, non est nullus: vt
in terminis not. Bald. in d. l. & si is. C. de praed. minor.
& latius dixi supra in secũd. iiij. vij. & viij. fundamẽto
pro parte conuenta, quę declaratio summa nititur ae-
quitate, ꝙ vitium nullitatis egredi nõ debeat perso-
nã mulieris: quae sola digna fauore aut miseratione vi
sa est. quã ipsam aequitatẽ considerauit in materia iu-
riscõsultus in d. l. illicite. in fi. ff. de rebus eorum. ¶ Nõ
41 obstat † tertium argumentũ, ꝙ ex tali consensu pater
sibi non praeiudicauit: quia consentiens contractui,
non obligatur, vt possit cõueniri ad obseruationẽ ip-
sius cõtractus: quia argu. procederet, si conductor con
ueniretur ab aliquo tertio, & vellet conductor agere
contra patrẽ, qui consensit ad defensionẽ, & obseruan
tiã ipsius cõtractus, vel si vellet cõductor agere cõtra
patrẽ consentientem ad prestandum aliquid, quod in
cõtractu promissum esset ipsi cõductori. nã exciperet
cõsentiẽs: ergo nihil promissi, ex quo cõueniri possim,
tantum cõsensi contractui, ne impugnare possim, aut
illi cõtrauenire, sed hic nõ agit conductor cõtra pa-
trẽ, vt aliquid praestet, sed contra patrem agẽtẽ ad irri-
rationem contractus excipit: contrauenire non potest
contractui, cui consensisti: quia consentiens contra-
ctui simpliciter, obligatur vt contractui contrauenire
non possit: vt supra dictũ est. & sic talis consensus licet
non prosit contrahenti ad agendũ, prodest tamẽ ad ex
cipiendum, & repellendũ ipsum consentientẽ, ne actũ
aut contractum reuocet, cui consensit: alias nisi excipi
posset, non esset verum dicere, ꝙ consentiens sibi prae-
iudicet, & ꝙ perdat iura sua, vt supra ostendimus. ¶ Se
cundo respondeo, ꝙ imo pater consentiens filiae & pro
mittens habere ratum, & gratum &c. dicitur obligari:
quia censetur conuenisse de obseruando ipsum con-
tractum, cui consensit. l. ij. C. com. vtr. iudi. vbi si partes
consentiunt sententiae inualidae, obligantur vigore ta-
citi pacti de non veniendo contra: imo tenentur illam
seruare, & mandare executioni. Ita pari ratione, qui cõ
sentit contractui, cui aduersarius etiam consensit, cen
setur secum pacisci de obseruãdo ipsum contractum,
& non veniendo contra: prout venit Caualarinus, pe-
tendo annullationẽ locationis. ita dicit Corn. in cõsi.
144. col. iij. in fi. libr. iij. sed vltra Corn. adduco tex. vbi
Bald. in l. ex sententia. ff. de testa. tut. vbi notarius ro-
gatus de testamento, si se adscribit tutorẽ in ipso testa
mento, censetur se obligare ad suscipiẽdũ tutelã: adeo
ꝙ non potest se excusare: & tamen illa adscriptio solũ
habet vim consensus: quia adscribendo consentit, vt
ibi per Alber. nam factum ipsum attribuitur testatori.
Quid hic dicemus, vbi vltra simplicem consensum [illegible]
est promissio de non contrauueniendo cum hypotheca
bonorum ipsius consentientis? ¶ Tertio respondeo, ꝙ
ille consensus & promissio de non cõtrauueniendo ipsi
consensui, cum hypotheca bonorum, non interuenit
ob causam ipsius consensus tantum, & propter se: sed
respectu & contemplatione cõtractus locationis. itaq;
si voluit habere consensum ratum, ergo & contractũ,
42 cuius contemplatione datur consensus: quia † illud in-
spicitur, propter quod fit actus, non ipse actus. l. si ita
fuero stipulatus & l. cum enim ff. de nouatio. nam con
sensus correspectiuatur ad contractum, & praestatur
ob causam ipsius contractus. sed in correspectiuis vnũ
sine altero esse non potest. l. etiam. §. ex causa. ff. de mi-
norib. l. fin. ff. de acceptila. l. clemens. §. j. ff. de heredib.
insti. Ergo stante consensu rato, valere oportet & con-
tractum, cuius respectu consensus adhibitus est: quia
ista sunt indiuidua seu correspectiua, quae separationẽ
nõ recipiunt. Itaq; si mulier contrauenisset, consensus
corrueret. sed cũ mulier non contrauenerit, & consen
tiens non possit contrauenire consensui, quẽ ratũ ha-
bere promisit, ergo nec contractũ, quo cessante cõsen
sus praestitus nõ esset & nisi effectus consensus ei pro-
missio rati cum hypotheca bonorum trahantur ad cõ
tractum secutũ, de nihilo operarentur sed fierent om-
nia elusoria: cum non fuerit adhibitus consensus pro
pter se, sed propter contractum, & ad eius validitatẽ.
43 Pro quo † adduco Bald. in l. fin. §. sin autem. column. ij.
C. de bonis, quae lib. vbi quod consentiens actui, cen-
setur consentire executioni ipsius actus. Puta, si pater
consensit dari curatorẽ filio, poterit curator exequi &
facere, quae pertinent ad suum officium, absq; alio con
sensu patris pro quo bonus text. in l. si pupillorum. §. j.
ff. de rebus eorum. tradit Soc. in consilio. lxxij. colum.
iij. in fin. libro iij. vbi ꝙ si pater consentit dari curato-
rẽ filio, poterit curator adire hereditatẽ pro filio, absq;
consensu patris: quia consensus praestitus ad aliquem
actum, trahitur ad omnia, quae sequuntur ex ipso actu,
tradit etiam Ias. in l. j. §. item acquirimus. column. ij. ff.
de acqui. posses. ideo consensus praestitus & promissio
de non contraueniendo consensui, trahi debet etiam
ad contractum secutum virtute talis consensus: nec po
test cõtrauueniri contractui, quin cõtrauueniatur cõsen-
44 sui. ¶ Quarto respondeo, † quod correspectiuorum
idem est iudicium, & vno stante, consistit & alterũ con-

tra vno cessante, cessat & alterum: quia respectiua rdiui
sionem non recipiunt. l. etiam. §. ex causa ff de minor. l.
si. ff. de acceptila. l. Clemens. §. j. ff de heredi. instit. l. fi-
lio matri. l. alumnæ. §. Seia. ff. de adimen. legat. Frederi.
de Senis in consil. 237. factum est tale: quidam nomine
Thomeus. column. secund. Abb. in consil. lxj. column.
ij. versicul. moueor. libr. ij. Alexand. in consi. cxj. colum.
iij. libr. iij. sed consensus Caualarini & locatio secuta
inuicem correspectiuantur: quia vnum fit respectu al-
terius, ergo promissio de non contraueniendo consen
sui, necessario trahitur ad locationem. cuius respectu
consensus est prestitus. ¶ Quinto respondeo, quod stante
tali promissione de habendo ratum ipsum consensum
cum obligatione bonorum, si ipse consentiens ratum
consensum non habeat, sed illi contraueniat, tanquam
minus legitime præstito, clarum est, quod conductor
posset agere hypothecaria ad bona obligata ob inte-
resse contrauentionis: quia consensui non stetur per
ipsum cōsentientē. d. l. & si is. C. de præd. mino. alias de
nihilo seruiret illa promissio, cum hypotheca bonorū,
à fortiori si ipse consentiens agat contraueniendo con
sensui, repelli poterit exceptione. l. j. § quod autem. ff.
de superficie. l. inuitum. §. cui damus. ff. de reg. iur.
¶ Non ob. quartum fundamentum, quod absurdum vi
detur consistere, cōsensum & obligationem accessoriā
absque principali: quia responsum abunde est ante in
quarto, septimo, octauo & duodecimo fundamentis
adductis in gratiam partis conuentę. Ideo non repeto.
45 ¶ Non obstat † quintum argumentum, quod obligatio aut
hypotheca bonorum Caualarini consistere nō potest
sine obligatione personali: quia respondeo, quod imo
obligatur Caualarinus personaliter ad contrauenien
dum, per d. l. illicite. ff. de reb. eorum & d. l. & si is. C. de
præd. min. qui tex. non posset efficacius facere: quia ibi
datur hypothecaria. nec dicitur quod tutor principaliter
se obligauerit, vt cōueniri posset actione personali, sed
tantum dicitur de hypothecaria, ergo excludi videtur
personalis act. l. cum pretor. ff. de iudic. l. maritus. C. de
procura. nititur ergo illa hypotheca obligationi per-
sonali, de non contraueniendo: quia tenet contractus
principalis in odium ipsius curatoris, quoad hoc, vt i-
pse contrauenire non possit, vt supra est dictum.
46 ¶ Secundo respondeo. † quod habet hic hypotheca prin-
cipale, cui hereat, id est, cōtractum locationis: quia po
test quis obligare bona propria, pro cōtractu alterius.
si nullus: non tamen annullatur hypotheca accessoria,
in qua non militat ratio nullitatis. dict. l. & si is. & ante
sæpius est dictum. Ideo pro cūtractu filiæ potuit pater
obligare bona propria.
¶ Non ob. sextum argumentum, quod in isto consensu pa-
tris & promissione rati cum hypotheca bonorū inesse
dicatur conditio tacita, si cōtractus principalis teneat
quia respondeo, quod etiam contractus principalis te
net in odium & præiudicium ipsius patris, vt ante sæ-
pius dictum est in tertio fundamento, & in quarto, in
quarta responsione, & etiam in octauo fundamento.
¶ Secundo respondeo, quod licet contractus principa
lis in totū esset nullus tamen obligatio accessoria non
recipit tacitam conditionem: si teneat principalis. ex
quo in accessorio non militat ratio nullitatis, quæ in
principali, ideo stat isto casu accessorium sine princi-
pali, nec habetur relatio aliqua ad validitatem aut in-
validitatē ipsius principalis: vt nō raro supra est dictū.
47 ¶ † Non obstat dictum Socin. in consil. ccxv. in fin. lib.
secund. quia in casu Socin. eadem ratio erat in accesso
rio, quæ in principali, & nisi succursum esset obliga-
tioni accessoriæ, grauabatur principalis, nimirum si à
pari procedunt. At secus hic, vbi diuersa est ratio prin
cipalis, & accessorij. & vbi conditio mulieris ne mi-
nimum quidem læditur, aut deterior fit ex validitate
accessorij, ex quo contra mulierem recursus nō datur.
Quod probatur in d. l. & si is. vbi gl. & doct. & late iam
dictum est.
¶ Secundo respondeo, quod in casu Socin. agebatur
de vitando damno. hic agens tractat de lucro, cum ia-
ctura conductoris, qui pretium soluit ob id argumen-
tum ex aduerso factum, nihil concludit propter diuer
sitatem rationis inter damnum & lucrum. l. fina. C. de
codicil. cum simil.
48 ¶ Non obstat † septimum argumentum, quod
promissio rati videtur superflua: secundum Alexand.
& Iason. in l. si procurator. Cod. de procura. nam con-
sideranda est ratio assignata per eos quare dicatur
superflua: quia tacite intelligitur, ex qua ratione retor
quetur argumentum. nam si mandans aut constituēs
nuntium tenetur ratificare gesta per eum. licet expres
se nō promiserit: quanto magis vbi expresse promisit?
& sic non tollitur effectus promissionis, quominus te
neatur habere ratum ex ista promissione: imo augetur.
¶ Secundo retorquetur argumentum. nam dicit Iaso.
quod si dominus promitteret habere rata legitime ge
sta tantum, non esset mandatum sufficiens: quia tene-
tur mandans simpliciter habere rata omnia gesta, non
ea tantum, quæ legitime essent gesta, itaque satis est,
quod tenetur constituens habere ratum. ¶ Tertio
respondeo, etiam retorquendo fundamentum. nam
doctor. dicunt, quod ideo illa promissio rati, est su-
perflua: quia omnino tacite continebatur ergo vbi
tacite nō continetur, non erit superflua: sed in respon
sione dicitur, quod iste consensus patris recipit taci-
tam conditionem: si actus tenet (quod ipsum tamen
supra euertimus) ergo tacite non continebatur pro-
missio rati: ergo operabitur promissio rati. ¶ Non obst.
quod promissio rati, non auget nec alterat obligatio-
nem Deci. in consil. ij. in fin. quia Deci. vult, quod non
extendatur obligatio per talem clausulam ad aliud,
quam contineat promissio. Tamen in promissis vult,
quod operetur, ob id, quod teneatur contraueniens
his, quæ promisit habere rata, sed hic non agitur de
augendo aut extendendo obligationem ad aliud. quā
promisit solum enim agitur, vt non contraueniat pro
mittens de rato consensui suo, & licet contractus prin
cipalis non valeat in præiudicium mulieris: valet ta-
men præiudicium consentientis: si valet in eius præ-
iudicium, ergo & clausulæ adiectæ in sua promissio-
ne, sicut in d. l. & si is. C. de prædi. minor. valent omnes
clausulę adiectæ in promissione tutoris, aut curato-
49 ris: quo ad eius præiudicium. ¶ Non obstat † octauum
argumētum, quod statutum Ferrariæ de indemnitatibus
mulierum, videtur fauorabile, tanquam factum ad o-
buiandum fraudibus: ob id quod videbatur extendendū,
etiam ad consensum accessorium. nam respondeo mul
tipliciter. Primo, quod istud procederet quando in effe-
ctu non annullaret iuramentum per indirectum. nam
dispositio fauens iuramento, dicitur fauorabilis, pro-
pter salutem animæ ideo extenditur: vt per doctor. in
authen. sacramenta puberum. C. de aduer. vend. Ioan.
And. Can. in ca. ex tenore. qui filij sint legi. Socin. in l.
Marcellus. §. j. col. ij. post med. ver. tertium inferri po-
test. ff. ad Trebellia. Ergo dispositio contraria iuramē
to, dicitur odiosa: vt contrariorum ea & sic disciplina
l. j. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Secundo respōdeo
quod argumentum procederet in fauorem ipsius mulie-
ris, cuius gratia fuit statutum non in fauorem tertij,
in quo non militat causa fauoris: qua cessante, cessare
debet effectus statuti. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pa
50 tro. & cessante † causa prohibitionis statuti, cessat effe
ctus prohibitionis. Oldra. in consi. cviij. Titius veniēs
ad mortem. col. ij. circa med. & ista responsio tollitur.
per l. illicite. ff. de rebus eorum & d. l. & si is. C. de pręd.
minor. nam ius commune introducens solennitates
in alienationibus minorum, editum est vt occursum
esset fraudibus, quæ in minores committebantur. ob
id dicitur fauorabile. & tamen non extenditur fauor,

ad perę

ad persona tutorum.& curatorum, in quibus ratio fa-
uoris cessat:immo si ad eos fieret extensio, diceretur
51 talis lex extendens odiosa. Tertiò respódeo:† quod,sta-
tutum dicitur strictissimi iuris,cuius verbis tenaciter
heredum est.nec illud restringere seu ampliare possu-
mus.Bald.in c.j.§ j.vers.quid de iure Longobardo.qui
feud.dare pos.in c.vnico.in fi.de feu.alie. Curti.senior
in consi.xxxv.colum.x.Alibi scribit ibidem Bal.in con
sil.ccxciij.promissis duobus statutis.colú.j.lib.j.quod
statuto nihil addere vel supplere debemus,nec recedé
52 dum est à forma statuti. ¶Quarto respondeo,†quod in
casibus,in quibus fit extensio de casu ad casum, illud
intelligitur stante identitate rationis.l.illud.in fine.
ff.ad legem Aquiliam,l.à Titio.ff.de verbo.obliga.Sed
non est par ratio mulieris contrahentis,& patris con-
sentientis:quia si esset par ratio,absurdum esset, quod
validaretur contractus mulieris ex consensu masculi
eodem fauore digni:arg.§.item maio.institut.de excu
sa.tuto. ¶Non obstat nouum argumentum, quod do-
minus Antonellus videtur in dolo & mala fide,côtra-
hendo contra prohibitionem statuti:quia istud nó po-
test considerari respectu ipsius Caualerini,ad quem fa
uor statuti non extenditur: & in cuius odium constat
contractus:vt ante sæpe dictum est.Pro quo text.in d.l.
illicite.ff.de rebus eorum.& in d.l.& si ìs. C. de præd.
minor.vbi emptor non dicitur in dolo, aut in mala fi-
de respectu ipsius tutoris vel curatoris: licet respectu
pupilli vel adulti côtraxerit côtra prohibitioné iuris.

¶Secundo respondeo,quod argumentum procede-
ret,quando nulla fuisset adhibita solénitas statuti,sed
hic fuit adhibita.& licet dicatur non potuisse adhibe-
ri per nuntium: tamen in hoc posito & non concesso.
53 ita esse,diceretur erratum in iure error † autem iuris,
non inducit malam fidem.nisi ageretur de dotali præ-
iudicio:puta de præscribendo rem.l.nunquam.ff.de v-
sucapio.Secus,vbi agitur de lucrandis fructibus. nam
error iuris,non in lucro fructuum glo.in l.si fur.§.pri-
mo.ff.de vsucapio.& in l.sed & si lege.§.scire.ff.de pe-
titio.heredi.vbi Bartol.sed hic non agitur de præscri-
bendo rem.sed de fructibus quinquenni.& quidem ex
titulo oneroso.

¶Secundo respondeo,quod error iuris non solú non
inducit malam fidem.sed ab ea excusat,etiam doctoré
& iudicem.Alexand.in l.ij.ff.quod quisque iur. Decius
in l.penulti.in fin.ff.de pactis. Hinc videmus, quòd vbi
agitur de præsumendo dolum contra aliquem, potius
præsumitur error iuris,quàm dolus:quia ignorantia iu
ris.dicitur lata culpa:vt habetur in l.latæ culpæ. ff. de
verborum significa.Ob id potius hærendú est præsum
ptioni latæ culpæ.quàm doli:qui est detestabilior. So-
cin.in consilio 108.colum.7.circa med.lib.j.

¶Tertiò respondeo, retorquendo fundamentum,
quod immo mala fides grauaret ipsum Caualerinum
consensum non legitime præstantem, & authoré nul-
litatis.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad legem Aquiliam.& li
cet imputari etiam posset contrahenti.l.qui cum alio.
54 ff.de regu.iur.tamen † in pari causa,potior est côditio,
ne consequatur actor commodum ex culpa sua cum ia
ctura rei.l.ij.§.j.ff.ne quis eú,qui.l.apud Celsum.§.Mar
cellus.ff.de exceptio.doli.Alexand.in consil.100. colú.
4.versi.præterea iste testis.lib.j.

¶Quarto respondeo,quod immo dicitur seruata for
ma statuti per nuntiú specialem,si videatur scripta no-
tissima causæ patronorum,dum allegant moder.in l.
j.§.item acquirimus,ff.de acquirend.posses. Ex quibus
stat solidum argumétum pro reo esse æquitatem, quę
amplissimi ordinis viros permaxime mouere debet.

¶Non obstat decimum & vltimum argumentum,ꝙ
hic agitur de iure futuro,quod remitti nón potuit,per
55 talem consensum patris,quia † respondetur quod hic
sumus in pacto roborato consensu duorum:quia con-
sensit pater in fauorem conductoris per nuntium spe-
cialem,quod pactum sufficit,secundum doct. in l.j C.
de pactis.Decius in consi.xxxj.colu.ij.in fi.versi.secun-
do non obstat.

¶Secundo respondeo,quod immo hic videtur stipu
latio,quia pater promisit non côtrauenire notario re-
cipiente.Decius in d.consilio xxxj.col.ij.in fi.

¶Tertio respondeo,ꝙ etiam per simplicem consen-
sum præiudicatur,iuri de futuro,quando adhibetur in
præsentia partis,vt habetur in d.l.j.C.de pact.Imola in
consi.52.in ij dub.sed hic præstitus est consensus præ-
sente parte.Primo,propter notarij stipulationem. Se-
cundo,quia nuntius consensit præsente conductore.
Tertio,quia præstitus est consensus in scriptis.scriptu
ra autem semper loquitur.ita Ripa in d.l.j.col.v.in fin.
in v.fallentia.C.de pactis.Et propterea dicitur per scri
pturam actam ré esse inter presentes,vt latius ante di-
ctum est in decimo fundamento facto pro parte côuê-
ta,circa fi.versi.quid hic dicemus. Sed magis in termi
nis.ꝙ sufficiat simplex côsensus in remissione iuris de
futuro,adduco Alex.in consi.viij.col.j.circa mediú lib.
v.vbi ꝙ consentiens alienationi rei, in qua prætendit
ius fideicommissi de futuro,censetur ipsi fideicômisso
futuro renuntiare,vt emptorem molestare non possit,
licet possit petere pretium ab alienante,aut ab herede
eius.& sic regula,quæ habet ꝙ simplex consensus non
præiudicat in iure de futuro,nó procedit respectu ter-
tij contrahentis,sub fiducia talis consensus: sed solum
respectu alterius contrahentis.idem quod Alex.voluit
Soc.in consil.xliij.col.pen.ante medium,versic.ij. clare
etiam respondeo libr.iiij.Idem clarissime tradit & di-
stinguit Corne.in consi.cxliiij.col.iiij.ver.& licet for-
te.lib.iij.

¶Quarto respondeo, ꝙ magna hic videtur æquiuo-
catio:nam quando heredi superuenit aliquod ius, vt
heredi.non potest in persona heredis côsiderari aliud
aut diuersum ius,quàm esset in personà defuncti: quia
ex persona heredis non alteratur qualitas obligationis
aut iuris.l.ij.§.ex his ff.de verb.oblig.Ideo idem ius [illegible]
setur in persona heredis,quod erat in persona defun-
cti:ob id,si defectus formæ statuti nó vocaretur in du-
bium,clarum est,ꝙ heres non posset contrauenire, nec
posset dicere:superuenit mihi ius de nouo.immo ius il
lud præteritum côsideratur,quale erat apud defunctú.
sed illud solum quæritur,an possit heres contraueni-
re, sicut defunctus poterat. & dicitur quod non pro-
pter factum proprium ipsius heredis,in quo non mili
tat ratio nullitatis,quæ in facto defuncti. & sic quo ad
effectum non consideratur,vt ius de futuro.

FINIS.

ANTONII GVIBERTI COSTANI TOLOSAtis quæstiones iuris memorabiles.

INDEX CAPITVM.

QVAEDAM CAPITA ET LEGES IVRIS CIVILIS & pontificii in his quæstionibus noue declarata aut conciliata.

FINIS.

ANTONII GVIBERTI
QVAESTIONVM IVRIS MEMORABILIUM Liber vnus.

An vsuræ priscis temporibus prohibitæ fuerint, & quæ sit vsura centesima, quæ semis, & cæteræ id genus.

1 *Lex xij. Tab. supra vnciam vsuras prohibuit.*
2 *Memorabile factum Catonis.*
3 *Vsura naturæ repugnat.*
4 *Nummi cur inuenti.*
5 *Processus vsurarum.*
6 *Vsura centesima olim maxima.*
7 *Quid sit cẽtesima vsura, & vnde eius nomẽ tractum.*
8 *Centesimare.*
9 *Cur vsura centesima as appelletur.*
10 *Menses secundum Lunæ cursum.*
11 *Vsura centesima aliquot casibus permissa.*
12 *Nauticum fœnus lex Pontificia sustulit.*
13 *Nicena synodus vsuram centesimam antiquauit.*
14 *Bessales.*
15 *Semisses.*
16 *Quincunces.* } *vsuræ.*
17 *Trientes.*
18 *Vera explicatio l.iij. §. vlt. D. ad legem Falcid.*
19 *Alexand. Imper. trientes vsuras publicè exercuit.*
20 *Vnciaria vsura.*

Caput I.

1 VSVRARIVM † fœnus, quod olim ex libidine locupletum agitabatur, & prudẽtioribus inuisum erat, lex Decemuiralis, vt obuiam iret scæleratorum hominum fraudibus, quæ sæpius repressæ miras per artes suscitabãtur, vsque ad vnciam cohibuit. author Cornel. Tacitus lib. 5. Annalium. Postea vero sic multis plebiscitis Romani fœnus inhibuerunt, vt grauior multa fœneratori, quàm furi infligeretur, sicut M. Cato in præfatione lib. De re rustica scripsit. Certe Lucius Genucius Trib. plebis ad populum tulit, ne fœnerare liceret: † ac Cato eiusmodi compendia perosus, omnes fœneratores ex Sardinia abegit, vt
3 Liuius lib. 7. & 32. refert. † Est enim huiusmodi lucrum, authore Aristotele lib. j. Politic. contra naturam: quãdo fructum exigamus à re non frugifera neque fructuosa, cuiusmodi nummos esse constat, l. ij. D. de vsufruct. earum rerũ quæ vsu cons. l. si nauis. D. de rei vindicatio. & sicut iis xlvij. distinctio. & Plutarchus in lib.
4 περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. † Equidem nummi initio percussi sunt, vt hominum commercia ad æquabilitatem dirigerentur, l. j. D. de contrahenda emptione. & Aristotel. 5. Ethicor. quem vsum mehercule peruertimus, quoties pecunia contra sui naturam aut lucrum transfertur: vt Aristotel. lib. j. Politic. ait. Non enim naturæ congruit, vt pretium sit merx, l. j. D. de rerum permutatione. non item vt is lucrum sentiat, qui damnum non agnoscit, l. secundum naturam D. de diuer. reg. iur. l. si igitur. D. pro socio. Quapropter naturæ conueniẽs fuit tales quæstus inhiberi, quibus ciuium facultates
5 maximo Reipublicæ detrimento exhauriebãtur. † Sed postea, vt processus intelligatur, conniuentibus magistratibus sensim fœneratio in mores hominũ irrepsit. Cui malo cum vulneris atrocitatem vix mederi posset, tum Reipublicæ principes fœnori modum constituerunt, atque ideo varia genera vsurarum, quæ si breuiter & sigillatim enarrauero, operæpretium mihi facturus videor.

Vt autem via & ratione vocabula vsurarum expo-
6 namus, † placet à centesima ordiri, quæ summa est vsura. l. qui fine. D. de negotiis gestis. l. tutor qui. D. de administratione tutorum. & as vsurarum nuncupatur.
7 † Hæc enim, vt ex Plinio ad Traianum apparet, ex centum nummis duodecim nummos annuos parit, & centesimo mense æquat sortem: vnde eius nomen tractum esse, vel à parte sortis centesima, quod mihi verius vide-
8 tur. Nam & † centesimare pro animaduertere in centesimum quemque militem, Iulius Capitolinus in Opilione Macrino vsurpauit. Nec dubium est centesimã vsuram dici, quæ ad mensem centesimum nõdum peruenit, ac proinde eius adpellationem à mense centesi-
9 mo non duci. Quòd si quis me interroget, † cur centesima vsura as appelletur, sine cunctatione respondebo, quia grauissima hæc sit vsurarum, à qua cæteræ leuiores nomen & appellationem traxerunt. Sanciuit nanque Lucullus, vt in eius vita Plutarchus refert, ne supra centesimam fœnus exerceretur: quod etiam lege Gabinia iam olim constitutum fuisse M. Cicero in epistola ad Atticum prodidit. At vero quàm frequẽtes apud Græcos fuerint eiusmodi pensitationes menstruæ, indicat Demosthenes πρὸς Παντάινετον, indicat Aeschines in Ctesiphõtem, indicat & Aristophanes in Nubibus: vbi inducit Strepsiadem senio confectum, qui cum ære alieno deuinctus, ac penè obruptus esset, decreuerat adire incantatricem mulierem, quæ cœlo Lunam deduceret: vt si amplius non exoriretur, credi-
10 tores menstruum fœnus non exigerent. † Græci enim, sicut & veteres Romani, initium mensium ab exortu Lunæ seruabant, vt Macrobius lib. j. Saturnalior. scribit. Illum igitur loquentem audiamus:

Ἔχω τόκου γνώμην, inquit, *ἀποστερητικήν.*
Γυναῖκα φαρμακίδ᾽ εἰ πριάμενος Θετταλὴν
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην, εἶτα δὴ
Αὐτὴν καθείρξαιμ᾽ ἐς λοφεῖον στρογγύλον,
Ὥσπερ κάτροπτρον, κᾆτα τηροίην ἔχων.
Σω. τί δῆτα τοῦτ᾽ ἂν ὠφελήσειέ σε. Στ. ὅτι
Εἰ μηκέτ᾽ ἀνατέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
Οὐκ ἂν γ᾽ ἀποδοίην τοὺς τόκους. Σω. τιὴ τί δή,
Στρ. ὅτιὴ κατὰ μῆνα γ᾽ ἀργύριον δανείζεται.

11 Proinde † vsura centesima, quam Paul. libr. ij. recept. senten. immensam appellat, iure ciuili aliquot casibus permissa est, quos sigillatim recensebo. Primus casus in tutoribus statuitur qui negant penes se haberi aliquid ad alendos pupillos, l. tutor qui repertorium. §. solent. D. de administratione tutorum. vel pupillarem pecuniam in proprios vsus conuertunt. l. qui fine. D. de negotiis gestis. Alter casus cernitur in speciebus, l. oleo. l. eos. § j. C. de vsuris. Tertius est in nautico fœnore, l. nihil interest. & l. fœnerator. D. de nautic. fœn.
12 & l. eos iam citata. † Quanquam hodie Pontificalibus epistolis omnino vetitum sit nauticum fœnus, quod veteres ratione periculi tantum permisserant, l. j. D. de nautic. fœnor. cap. vigilanti. de vsur. Quartus casus est in socio, qui in refectionem communis ædificij pecuniam pro socio erogauit, l. iiij. Cod. de ædific. priuat.

Quintus est quoties condemnatus intra quadrimestre tempus sortem non exoluit, l.j.ij & iij.C.de vsur.rei iudic. Extat in Codice Theod. sub titu.de vsuris. hæc Principum constitutio: Quicunque vltra centesimam iure permissam aliquid sub occasione necessitudinis eruerit, quadrupli pœna & obligatione cõstrictus sine
13 cessatione, sine requie, protinus ablata redhibeat. †Verum Nicena synodus vsuram centesimam antiquauit, & prorsus inhibuit in c.quoniam.xlvij.distinct. Quare de ea satis dictum videtur.

14 Sequuntur † besses vsuræ, quas tunc esse dicimus, cũ ex centum octo singulis annis debitores pensitant, l.
15 eos.§.j.C.de vsuris.l.Publia.§. Titius.D.deposit. †Porro semis vsura ex centum nummis senarios anniuersarios parit, & ex ducentis nummi pensationem menstruam, vt Theophilus docet in §.plus.de action. Hæc enim media est centesimæ, l. vltim.C.de fisc.vsur. atque ideo pars assis: vnde nomen suum traxit. Hanc plinius lib.xiiij.histor.natur. ciuilem & modicam appellat, & Iustinianus in l.eos.C.de vsur. legitimam esse vult.

16 Quocirca † quincunces vsuras dicimus, cum ex centenario anniuersarius quinarius conficitur, id est, ex centum annua quinque, l.cum quidam.D.de vsur.l.alimenta.§ basilicæ D de alimen.& ciba.lega. Hucque allusit Horatius lib j.Serm dicenes.

Quinas hic capiti mercedes exigit: atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget.

Et Persius satyra 5.

Quid petis vt nummi, quos hic quincunce modesto
Nutrieras, peragant auidos sudare deunces?

17 Sunt porro † trientes vsuræ, quæ in singulos centenarios quaternos nummos quotãnis pariunt, vt docet Capitolinus in Antonino Pio, quem refert eiusmodi vsuras tanquam minimas exercuisse. Sunt enim vsuræ trientes, sicut ex nota Pauli constat, tertia pars centesimæ, l.cum quidam.§.vltimo. D de vsuris.l.eos.§.j.C. eodem sub titu. Itaque leuiores nuncupantur, in l.si legatum.ff.de operib.publi. quæ lex collidi videtur cum l.cum quidam.§.vlti. sed recte scholiastes, ἀντινομίαν
18 sustulit. † Huc pertinet l iij § vltim D.ad l. Falcid. quæ authore Hermolao Barbaro, cui assensus est Budæus, sic accipienda est, vt si duodecim in annos singulos relinquãtur, & dubium sit quantum heres legatariis expensum ferre debeat, statuamus quoties priuato fuerit legatum, ad semisses vsuras summam esse reducẽdam: atque ideo ducenta legatariis imputari in ineunda ratione Falcidiæ. Quod si Reipublicæ in annos singulos duodecim relinquantur, trecenta Republic. imputabuntur: id est, authore Marcello, quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes. Et hæc est vera illius responsi sententia, quod tamen Accurs. ad sensum prorsus alienum
19 detorsit, † Quocirca Alexander imperator trientariũ fœnus publice exercuit, sicut ex Aelio Lampridio constat, & vsuras fœneratorum ad trientes pensiones contraxit, etiam pauperibus consulens. Senatores, si fœnerarentur, vsuras accipere primo vetuit, nisi aliquid muneris causa acciperent: postea tamen iussit in semisses acciperent donum, munus tamen sustulit. hæc Lampridius.

20 Postremo † vnciaria vsura dicitur, quæ ex centum quotannis singulos nummos conficit, vt in l. Titius.§. præfectus.de administration.tutorum. Sicque vocabula vsurarum exposuerunt Hermolaus Barbarus in castigat.Plin, lib.xiiij.cap xv. Guil.Budæus in lib.De asse. & in l.nihil interest D.de nautic.fœnor. Alciatus libr. 3.Dispunct.c.j Leonardus Porcius lib.2.de sestertio. Aegidius Donsanus in lib.de centesima vsura. Carolus Molineus in amplissimo illo opere de vsuris. Hotomanus lib.posteriore De vsuris. Benedict Curtius in Aresta amorum, & Antonius Augustinus lib.2. Emenda.c. 2. De processu autem & origine vsurarum quædam scitu digna Ioannes Zasius commemorat in Catalogo legum antiquarum, quæ ego sciens prudensque reticui, ne diutius quam ratio instituti nostri postulabat, in origine & progressu vsurarum commorarer.

Anton.Guibertus Costanus I.Docto.Tolosæ.
Non.Decemb.1552.

De variis generibus libertorum, & an in Gallia aliquis sit seruorum vsus.

SVMMARIVM.

1 *Serui vnicum nomen habet.*
2 *Serui olim cum manumittebantur, nomen patroni obtinebat.*
3 *Libertorum varia genera.*
4 *Dominium duplex.*
5 *Ciues Romani omnium munerum capaces.*
6 *Quæ sit lex Fusia Caninia, & quot serui olim manumitti poterant.*
7 *Testamento bifariam libertas datur.*
8 *Orcinus.*
9 *Quis efficiatur libertus manumissoris.*
10 *Rubrianum S.C.*
11 *Quis dicãtur census manumissi.*
12 *Singulis lustris olim Romani censebantur.*
13 *Quid sit vindicta, & qui dicantur vindicta manumissi.*
14 *Manumissio quæ in ecclesia fit.*
15 *Latini Iuniani.*
16 *Theophili error.*
17 *Latini Iuniani ius ciuitatis olim non habebant, nisi illud quibusdam modis consequerentur.*
18 *Lex Iunia Norbana.*
19 *Dedititij qui sint, & vnde dicantur.*
20 *Serui qui in Galliam aufugiũt. an statim liberi fiãt.*
21 *Tolosæ & Biturigum prærogatiua.*
22 *Capti ab hostibus an hodie serui efficiantur.*
23 *Hodie nullum est postliminium.*

Caput 2.

QVONIAM libertorum varia genera passim in iure ciuili reperiuntur, ea visum est hic singulatim exponere,
1 †Sciendum est igitur seruos olim vnicum nomen habuisse, l.cũ precum.C.de liber.caus. licet interdum alterum quoq; eis imponeretur, quo facilis cognomines fecerni internoscique possent, l.Lucius.in j.D. de fideicõmis.liber.
2 †Cũ autem liberi fiebant, domini nomen consequebantur, vt Persius satyra 5. his verbis ostendit:

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

Et Iuuenalis satyr.5.

Et ponere foris, si quid tentaueris vnquam
Hiscere, tanquam habeas tria nomina.

Quæ loca in Miscellaneis ca.xxxj. Politianus obseruauit. Multa vero huius generis exẽpla apud iuris authores suppetunt, ex quibus duo breuitatis causa retulisse cõtentus ero. Paulus in l.quæro.§.Lucius.D.de testamen.tut. seruũ, qui adscripta libertate tutor datus erat, nomine testatoris appellauit: eo quod libertatem iam esset consequutus, in l pater.§.duobus.D de legat. & fideicom.iij. Si à testatore duobus seruis heredibus institutis, cautum sit, ne fundus exeat de nomine suo, & alter heredum relicta libertate fundi partem suam Arescusæ leget, Scæuola respondit secundum voluntatem testatoris partem fundi eam habituram: quoniã

libert.

libertatem ab eo consequuta,qui & nomen & familia
retinuerat testatoris, & idem nomen retinuisse, & in
eadem familia permansisse intelligitur:Alciat.libro 4.
Dispunct.cap.j.Anton.August.lib.iij.cap.viij.
3 Quocirca† libertorum tria olim genera erant, Ciues
Romani,Latini Iuniani,& Dedititij.

Vt ciues Romani efficerentur, vel testamento, vel
censu,vel vindicta,vel in sacrosanctis ecclesiis,manu-
mittebantur ab eo,qui pleno iure dominus erat:id est,
4 ab eo qui †vtrûque dominium habebat:naturale,quod
in bonis dicitur,& legitimum, quod ex iure Quiritiû
appellamus.Theoph sub titul.de libertinis. Vlpian.&
Caius in institut.Et ex his modis manumissi maiorem,
5 necnon iustam libertatem consequebantur. † erâtque
omnium munerum & priuilegiorum:quę Romanis cô
petebant,capaces,§.libertinorum.de liberti.in instit.
Itaque testamenta facere,& ex testamento quibuscun
que personis succedere poterât,vt Caius Iunior in in-
stitutis suis scripsit.

Testamento,seu codicillis testamento confirmatis,
libertas nominatim dari poterat, non quidem omni-
bus,sed is demum,qui testaméti & mortis tempore ex
iure Quiritium testatoris erant, vt in fragmentis Vl-
6 piani relatum est. † Quin lege Fusia Caninia iam olim
constitutum fuit, vt tres seruos habens,non plures ma
numitteret quàm duos,qui quatuor,duos:ac deinceps
vsque ad decem,dimidiam tâtum partem. Qui autem
vndecim,tredecim,quatuordecim,decem & quinque,
decem & sex,decem & septem,similiter quinque: qui
decem & octo,sex:& ab eo numero vsque ad triginta,
decem tantum.& a triginta vsque ad centum,viginti-
quinque:hoc est,quartam partem de numero seruorû
manumittere posset. Qui vero plures quam centum,
quintam partem liberare posset:ita tamen,vt de quâli-
bet grandi familia non plures quàm centum testamen
to liberi fierent:author Caius libr.posteriore suarum
institu.Vlpian.sub titu.de libertis & Paulus lib.4 Sen
ten.titu.xiij.Sed hanc legem quasi libertates impedien
tem,& quodammodo inuidam,Imper.Iustinianus su-
stulit:inhumanum esse iudicans, viuos quidem licen-
tiam habere totam suam familiâ libertate donare, nisi
aliqua causa impediat libertatem:morientibus autem
huiusmodi licentiam adimi,l.j.C. de lege Fusia Cani-
nia toll.& §.vnico. eiusdem tit.in instit.
7 Quocirca † qui testamenta vel codicillis testamento
confirmatis liberi fiunt,vel directo manumittuntur,
vel per fideicômissum.Qui directò liber esse iubetur,
8 ipsius testatoris libertus fit,& † Orcinus nuncupatur,
l.duo socij.D.de heredibus instituend.l.iiii.§.hi qui.&
l.cum quasi.§.quærendum D.de fideicommis.liberta.l.
directis.C.de manumiss.testa.Credo,quod manumit-
tatur ab eo,qui ad orcum tendit: aut quia fit ipsius te-
statoris iam rebus humanis exempti, & in orci fami-
liam cooptari.Libertas autem per fideicômissum dari
potest,vt heres rogetur seruum manumittere,vel lega
tarius,vel fideicommissarius.Nec interest virum testa
toris sit,vel alienus,cum & hic redimi possit,atque ita
perduci ad libertatem,§.libertas.de singul reb.per fi-
deicommiss.relict.institut.l.libertates D.de fideicom-
9 missaria.libertate.† Qui autem sic manumittitur eius
qui manumittit,efficitur libertus,l.hi quibus.C.de fi-
deicommiss.liber.§.qui autem.de singu.reb.per fideic.
relict.Illud obseruandum est,si seruis per fideicommis
sum libertas adscribatur,& ij à quibus libertaté præ-
stari oportet,euocati a prætore adesse nolint,& causa
10 cognita prætor pronûtiet libertatem deberi,† ex S C.
Rubriano eodem iure statum seruari,ac si directo ma-
numissi essent,l.cum vero.§.subuentum D.de fideicô.
liber.Itaque Orcini liberti efficientur,l.iij.§ j.D. de le
giti.tutor.l.si is cui.de fideicom.lib.
11 † Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu
Romæ,iussu dominorum inter ciues Romanos profi-
12 tebantur,vt ait in insti.suis Vlpianus. †Solebant enim
Romani ciues olim singulis lustris cêsum agere ac pro
fiteri.Itaque qui consentiente vel iubente domino no-
men in cêsum detulisset,Ciuis Romanus fiebat,& ser-
uitutis vinculo soluebatur: atque hoc erat censu fieri
liberum,vt Boetius libr.j Comment.in Top.Cic.scri-
psit,Theophilus sub tit.de libert.& Alexan.ab Alexan.
lib.Genial.dier.4 cap x.
13 † Vindicta olim cum serui manumittebantur,ad ma
gistratum raso capite ibant:vbi à lictore manumitten
di,qui verba quædam solennia enunciabat, vindicta,
hoc est,virgula quadam,ter percutiebantur: sicque li-
ctos eos in libertatem vindicabat.Vnde Persius,

Vindicta postquam meus à prætore recessi.

Et hoc Boetius in loco iam citato obseruauit.Alij ta
men monumentis suis prodiderunt,appellatam vindi
ctam ab eo,quod serui in naturalem libertatem vindi-
carentur:aut à Vindicio Vitelliorum seu Aquiliorum
seruo,qui erupturam aduersus Consules Romanos cô
iurationem detexit:ideoque à Romanis publice manu
missus est:& in honorem illius,libertatem apud magi-
stratum consequuti,vindicta manumissi dicûtur,sicut
post Liuium lib.2. Theophilus & Alexan.ab Alexan.
scripserunt.Ac de hoc genere manumissionis extat tra
ctatus in Pandectis,qui inscribitur De manumissis vin
dicta,& in Codice Iustinianeo De vindicta libertate,
& apud consilium manumiss.Item l.ij.C.si aduer.liber.
l.j.§.illo C.de latin.lib.toll.l.ij.C.de liber.& eor.lib. &
14 aliæ innumerabiles. †Reliquus est is manumissionis
modus,qui in æde sacra sub aspectu antistitum fit, vt
§.multis.sub tit.de libert.continetur.Sic autem manu-
missi Ciues Romani fiunt,& plenam iustâmque liber
tatem consequuntur,l.j & l.ij.C.de his qui in eccles.l.
vnica C.Theod.de manumiss.in eccle.Sed hoc iam sa
tis notum est:quare ad Latinos Iunianos transgredia-
mur.
15 Sunt autem † Latini Iuniani anno ab Vrbe condita
771.sub Claudio Tiberio,à M.Iunio Sillano.& L.Nor-
bano Balbo.lege lata introducti:indéque profluxit eo-
16 rum appellatio,sicut Theoph.in insti.notat:†quanquã
in eo vehementer fallatur,quod Iuniû à Norbano non
secernat,sed eundem Consulem fuisse putet. Proinde
Latini Iuniani aut inter amicos,aut per epistolam,aut
conuiuij adhibitione manumittebantur. vt Caius lib.
priore suarum institut.scripsit,& post eum Alciatus in
17 l.liberti,de verbo.signifi.†Hi autem,cum minorem tâ
tum libertatem obtinerent,ciues Romani non efficie
bantur.nec connubium habebant, nec patriam pote-
statem,nec munia capessere, nec testaméto tutores da
ri poterât: præterquâ si ius ciuitatis imperiali rescri-
pto côsequerentur,vel in æde sacra, aut corã Consuli-
bus à dominis manumissi essent,vt post Vlpi.tit. iij.v.
& xj Caius in loco iam citato prodidit, & liquet ex §.
libertorum.de libert.& §.vlti.de successíon. lib.in in-
18 stitu.& l.j.C.de latin.libert.tollen. †Quod si illis mo-
dis similiter vsue maiorem libertatem non fuissent con-
sequuti morientes simul animam & libertatem amitte
bant,& quasi seruorum:ita bona eorum iure quodam-
modo peculij ex lege Iunia Norbana manumissores de
tinebant.§.vlti.de succes.libert.& l.j.C.de latin.liber.
tollend.Sed cum deinceps S C.Largiano,& diui Tra-
iani constitutionibus legi Iunię Norbanæ derogatum
fuisset:tum ea Iustiniani têporibus omnino est subla-
ta.l.j.de lati.lib.§.vlt.de succes.lib.
19 His proximus est † Dedititiorum status: quanquam
in iis maxime differant, quod neque commercium,neque
testamenti factionem Dedititij habent,nec possunt vl-
la ratione ad priuilegia ciuium Romanorum peruení
re,vt Caius in suis insti.ostendit:quæ tamê Latinis Iu-
nianis concessa sunt, vt ex fragmentis Vlpiani côstat
Cæterum Dedititij ab Aelio Sentio ita nûcupati sunt,
propterea quod peregrinis quibusdã vectigalibus,Romæ

norum similes essent: qui cũ elatis animis arma in Romanos sumpsissent, tandem victi, abiectis armis, sese victoribus dedebant: quibuscum Romani humane agentes, vitam quidem concedebant, sed huius appellationis ignominia affectis, vt Dedititij vocarentur. Similiter autem serui, qui ratione admissi sceleris cũ bestiis depugnarant, vel vestigia inusta corpori aut ferro impressa acceperant, plerunq; in gratiam redibant dominorum, atq; ideo libertate donati, Dedititij appellabãtur, tanquã noxæ aut sceleris admissi vestigium præ se ferrẽt. Theophil. in §. libertinorum. de libert. Caius in institut. suis. Politianus Miscel. capit. 84. Alciat. libro j.
10 παρέργ. cap. 16. † Sed cum in Gallia seruorum vsus iãdiu exoleuerit, videamus an serui in Galliam aduenientes, ipso iure libertatem consequantur. Et non cõsequi plusquam manifestum est. Poterunt igitur domini eos recuperare, ac parta interim à seruis dominorum proculdubio efficiẽtur, l. arboribus. §. de illo. D. de vsufru.
11 l. j. §. per seruum qui in fuga D. de acquir. pos. † Veruntamen si serui Tolosam aut Bituriges se contulerint, hoc iure vtimur, vt à dominis reuocari non possint, cũ libertatem iam sint consequuti. Boerius in consuet. Biturig. Chassaneus in consuitudi. Burgundiæ. titul. *Des mains-mortes*. Benedictus in verb. Et vxorem nomine Adalasiam. c. Raynutius. nu. 1057. Et huic simile ius cuidam ciuitati Lybiæ olim tributũ Hecatæus apud Stephanum, & Ephorus apud Suidam prodiderunt. Si quis enim seruus in eam lapidem detulisset, confestim libertatem nanciscebatur, vndecunq; oriũdus fuisset.
12 † Nouissime videndum est, an hi qui in hostium potestatem peruenerunt, & intra eorum præsidia deducti sunt, iugo seruitutis deuinciantur. Et probabilius est inter eos, quibus Euangelij lux affulsit, captos vinculo seruitutis non irretiri, licet cogantur persoluere λύτρον, id est, pactum pro capite pretium. Bart. in l. hostes. D. de cap. Sali. in l. hostibus. ij. C. de cap. & postlim. reuer. Panor. in ca. sicut. de iureiur. Scholiast. Pragmat. sanction. tit. de pacifi. posses. Boerius in princ. Consuet. Biturig. Illud autẽ immodicum esse non debet, sed tertia pars bonorũ, arg. §. postea. de succes. libert. vel eiusmodi, quod commode à capto persoluatur. Alciat. in l.
13 ij. D. de acqui. pos. † Ex quibus perspicuum est hodie inter reges populosq; Christianos postliminium locum non habere: quod Bart obseruauit in l. hostes. iã citata, & Alciat. in l. hostes hi sunt. de verbo. signifi.

An homo priuatus fidem hosti seruare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Fides hosti secundum DD. non est seruanda.*
2 *Dolus bonus.*
3 *Aurum à Barbaris subtili ingenio extorquendum.*
4 *Pro transfuga habetur, qui ab hostibus cum posset, non redijt.*
5 *Attilius Regulus.*
6 *Quis postliminium consequatur.*
7 *Ius superioris in omni conuensione semper exceptum intelligitur.*
8 *Elucidatus can. noli. xxiij. quæst. j.*
9 *Pacta seruari oportet.*
10 *Ephori.*
11 *Metius Suffetius.*
12 *Quorundam captiuorum cum Annibale pactio.*
13 *Fides hosti secundũ Ciceronẽ & Christianos seruãda.*
14 *Commoda & incommoda, quæ ex fidei obseruatione sequuntur.*
15 *Solutum ob redemptionem non potest repeti.*
16 *Militares astutiæ.*
17 *Antigoni responsum.*
18 *Latroni fides seruanda.*
19 *Dissolutus nodus ex l. nihil interest. D. de captiu. & postlim. reuer.*
20 *An pro transfuga habeatur, qui cum posset, hostium potestatem non euasit.*
21 *Qui fide data ab hostibus redijt, an postliminium habeat.*
22 *Pactorum obseruatio ad iustitiam pertinet.*
23 *Declarata l. cum loca. D. de relig.*
24 *Dij veterum.*
25 *Cur loca capta ab hostibus, sacra vel religiosa esse desinant.*
26 *In carcerem coniectus, an pacisci & contrahere possit.*
27 *An pactio cum hoste inita, iuri publico repugnet.*

Caput 3.

APVD veteres agitatum fuit, An fidem hosti datam homo priuatus seruare debeat. Ardua mehercle quæstio, plenáque dissentionis inter doctissimos, in qua ne falsis opinionibus, vel non satis cognitis temere assentiamur, faciendum videtur, vt rationes & legum capita vtranque in partem afferamus,
1 & argumenta cum argumentis comparemus. † Existimauerunt omnes fere iuris interpretes in l. cõuentionum D. de pactis. fidem hosti ab homine priuato non esse seruandam. Cuius sententiæ firmissimum argumẽtum esse putant, quod Vlpianus in l. j. de dolo malo,
2 scribit: † veteres etiam Bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomẽ accipiebant, maxime si aduersus hostem latronẽmue quis machinaretur. Cui responso
3 congruit l. ij. de commer. & merc. C. † Non solum, ait, barbaris aurum minime præbeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerit, subtili auferatur ingenio. Proinde si quis in hostium potestatem perueniat, & intra eorum præsidia deducatur, nihil iterest, vtrũ dimissus, an vi vel fallacia potestatẽ hostiũ euaserit, l. nihil interest.
4 D. de capt. & postlim. reuer. † Si enim cũ posset, ab hostibus non rediit, pro transfuga habebitur, l. non omnes. §. qui captus. de re militari. Itaque Pomponius in
5 l. v. D. de captiu. eleganter respondit, † M. Attilium Regulum, quem Carthaginenses Romam miserant, vt & Cicero lib. 3. De offic. & Gellius lib. 6. scribit, non esse postliminio reuersum, quia iurauerat Carthaginem se reuersurum, & non habebat animum Romæ remanẽdi. Ex diuerso igitur si ea mente Romam venisset, vt illo non reuerteretur, impune fidem hostibus datam fefellisset. Etenim quæ iurisgentium sunt, cum hostibus communia non esse intelliguntur, l. cum loca D. de relig. & sumpt. funer. l. naturalem. §. vltimo. D. de acquir. rerum domin. At fidem seruare est iurisgentium, l. j. D. de pactis. Igitur fidem hosti promissam impune frangere potuisset. Hæc porro sententia Vlpiani authoritate corroboratur, qui in l. j. D. de eo quod metus caus. Prætoris edictum commemorans, ait, ratum non haberi, quod vi metúue causa factum est. Cum enim coniectura ducamur ad suspicandum fidem captum nunquã hosti vltro dedisse, sed vi aut metu coactum, iam perspicuum est, seruandam talem promissionem non esse.
6 † Postremo ei qui hostium potestatem euasit, animo remanendi apud suos, postliminiũ datur, l. eos. l. postliminij. D. de captiu. idque ex publica causa, l. postliminium. §. postliminium. & §. vltimo. D. de capti. Igitur fides hosti promissa contra ius publicum & superioris authoritatem seruanda non erit, l. ius publicum. & l. pacta quæ contra. D. de pactis. l. non dubium. C. de le-
7 gibus, † præsertim cum ius superioris semper exceptũ intelligatur, l. imperator. ad municipal. cap. veniens. de iureiurand. Sed iam tempus est contra sentientium rationes & argumenta depromere, vt tandem eò declinemus, quo probabiliores rationes nos deducent. Ex-

est

tat imprimis can.noli.xxiij.quæstio.j.in quo diuus Augustinus scribit, Fides quãdo promittitur, etiam hosti est seruanda contra quem bellum geritur: quanto magis amico, pro quo pugnatur? locus mehercule apertior, quàm vt quisquam tergiuersari possit. Sed tamen interpretes illius verba ita aucupantur & torquent, vt asseclis sectatoribúsq; suis facile persuadeant. can.noli. in ducibus imperatoribúsq; belli tantummodo proce-
8 dere. †Quod mihi prorsus reiiciendũ esse videtur: Primum, quia initio iam citati can. Augustinus de vnico tantum milite loquitur. Deinde quia argumentum ducitur eo loco de fide hosti data, ad fidem amico debitam: atq; ideo de fide hosti ab homine priuato data, ad
9 fidem amico proprio debitam. †Sed & prudẽtioribus æquissimum visum est, ac fidei humanæ congruum, quæ inter homines placuissent, seruari. l.j.l. iurisgentium. §. prætor ait. D. de pact. cum iisdem authoribus graue sit, fidem datam fallere, l.j.ff. de const. pec. à quo præscripto cum noster casus non dematur, proculdubio fatendum est fidem hosti ab homine priuato esse seruandam. Et hoc ratio naturalis suggerit, quę inter omnes homines communis est, & ad iustitię obseruationem pertinet. Hoc etiam ex eo cõfirmatur, quod Eurycratidas Anaxandridæ filius, aliquando percon-
10 tanti, cur† Ephori quotidie de pactis & conuentis ius dicerent, authore Plutarcho respondit, Vt etiam inter hostes mutuam fidem inueniamus. Quid autem in bene moratis & cõstitutis hominum cœtibus arctius est retinendum? quid diligentius adseruandum quàm fides? quæ humanam societatem tuetur atque conseruat? Perfidiosum est, inquit Cicero, ac nefarium, fidem fallere, quæ continet vitam, Itaque libet cum Homero exclamare.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Merito igitur veteres eos perosi sunt vehementer, in quibus nulla esset, vel cum hostibus, dictorum conuentorúmque constantia & veritas. Cuius rei memo-
11 rabile exemplum dedit †Metius ille Suffetius, qui quoniam pactum atque condictum cum rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis vinctus in diuersa nitentibus, misere dissectus & laceratus est, vt
12 Gellius lib.20.cap.j.scripsit. †Prælio Cannensi, vt idem Gellius lib.7.prodidit, Annibal Carthaginensium imperator, ex captiuis Romanis electos decem Romã misit, pactúsque est, vt si populo Romano videretur, permutatio captiuorum fieret: sin secus, iureiurando adegit, vt redirent. Permutatione Senatui nõ placita, octo ad Annibalem profecti sunt, duo reliqui Romæ manserunt, solutosque esse sese, ac liberatos religione dicebant. Sed eorum fraudulenta calliditas tam esse turpis æstimata est, vt contempti vulgo, despectique sint: Censoresque eos postea omnium notarum & damnis & ignominiis affecerunt. Quinetiam Romani pactas cum Porsena aliquot dierum inducias diligenter seruarunt, Chlœliam, quæ ab obsidiatu clam fugerat, restituentes, vt Liuius lib.j.ait: qui alia eiusdem generis multifariam commemorat, quæ etsi ad fidem publicã pertinent, eásque pactiones, quæ à ducibus super pace vel induciis feriuntur, possunt nihilominus ad propositam quæstionem transferri: cum ita paciscendo nihil priuatim homines in perniciem Reipubli. moliantur.
13 †Præclare igitur acer & æquus rerum æstimator Cicero lib.j.de offic.scripsit: Atque etiam si quid singuli tẽporibus adducti, hostis promiserint, est in eo ipso fides conseruanda. Quod etsi impune quidã Ethnici neglexerint, velut Anaxagoras, qui hostibus depositum denegauit, Christiani tamen semper obseruarunt, vt Ter-
14 tull. in Apologet. prodidit. †Sane si quid aliter fiat, maximum detrimẽtum Respublica accipiet, quod sarciri nullo modo poterit. Etenim hostes nulla fide captorũ freti, abeundi copiam nunquam facient, aut saltem nõ prius, quam pretium redemptionis persoluatur. Sicque maximo Reipublicæ malo capti ab hostibus, inedia vel angoribus misere conficientur. Fidem igitur hostibus seruari publica expostulat vtilitas, l.j. D. ad legem Iul. maiest. Expostulat & iustitia, quæ inter omnes peræque custoditur: expostulat & naturalis obligatio, quam Greci ad ἀντίδωρα vocant, l. sed & si lege. §. consuluit. D. de petit. heredit. si quidem probi est, & nõ immemoris animi, hostibus, qui in captos animaduertere poterãt, debitam gratiam referre. Quis igitur in cœlum laudibus non efferat Attilium illum Regulum, qui mortem oppetere maluit, quam fidem hostibus datam fallere? Ecquis inuisum non habebit Furiũ, Metellum, & complures alios, qui fidem & pacta cum aduersariis inita non seruarunt? Hæc certe Paulum in eam sententiam deduxerunt, in l. nam & Seruius. de neg. gest. vt arbitraretur, cum à Lusitanis tres essent capti, & vnus ea conditione missus, vt duo pro eo pecuniam darent, isque reuerti noluissent, actionem in eũ dandam. Suffragatur quod à Principibus sæpe rescriptum est, captum à redemptore iure pignoris posse de-
15 tineri, donec pretium redẽptionis soluatur, † nec posse solutum ex ea causa condicendo repeti, l. cũ & postliminij. l. præses. l. si is qui. & l. liber. C. de capt. & postlim. reuer. l. postliminium. §. si is qui. D. de capt. Ex quibus manifestum est, primum legitime hostibus pecuniam promissam: deinde solutum ex ea causa naturaliter fuisse debitum: & postremo eum, qui cum hostibus pepigit, dictorum & conuentorum religione teneri. Reliquum est, vt argumenta quæ Accursiũ, Bart. Ias. & Zasium, in contrariam sentẽtiam traxerunt, ab imo ad summum refellamus. Quod pertinet igitur ad l.j. D. de dolo. recte Decius in reg. ea est. & Fortunius in l. cõ-
16 uentionum, verba illius legis retulerũt† ad militares astutias, quas Greci στρατηγήματα vocant. Namque hostibus insidias struere, omnibus non repugnante natura licet, c. dominus noster. xxiij. q. ij. Deus enim, vt Augustinus eo loci refert, Iesum Naue edocuit, vt insidiantes bellatores retrorsum constitueret ad insidian-
17 dum hostibus. † Præclare enim Antigonus rogatus quomodo oporteret hostes agredi, auctore Plutarcho respondit, ἢ δόλῳ, ἢ βίᾳ, ἢ ἀμφαδὸν, ἢ κρυφαδὸν, id est, aut dolo, aut vi, aut aperte, aut per insidias. Dolus enim an virtus, quis in hoste requirat? vt Vergilius lib.2. AEneid. scribit. Hanc autem interpretationem l.j. D de dolo, subiectum eo loci latronis exemplum con-
18 firmat, † cui seruanda est fides, nisi æquior petitio repugnet l. bona fides D. deposit. Porro non aduersatur l.ij. C. de commerc. & mercat. ibi enim nulla cum Barbaris pactio intercessit: nec ad perfidiam detorquenda sunt illa verba, *subtili auferatur ingenio*, cum ad fidem deferendam aut labefactandam solertia non sit
19 opus. †Quod dicitur in l. nihil interest. D. de captiu. nihil referre quomodo potestatem hostium quis euaserit, vtrum dimissus, an vi vel fallacia, multifariã submoueri potest. Primum enim de dolo bono in ea lege agitur, deinde de iure postliminij, in quo tãtum inspicimus, an quis redeundi animum habuerit. Quin Florentinus eo loci de incidiis loquitur, quas hostibus sedere, vt & palã cum illis digladiari, iure omnibus permissum est. Quocirca nostræ opinioni negotium non
20 facessit l. non omnes. §. qui captus. D. de re milit. †Ego enim non grauate fateor, eum qui hostium potestatẽ, cum posset, non euasit, pro transfuga haberi, atque ita meritas pœnas luere: cum id in perniciem Reipublicæ fecisse videatur. At enim si qua cum hostibus pactio intercesserit, magis est vt capto ratione hostilis odij, nec fidem datam frangere, nec à præscriptis naturæ discedere liceat. Sic igitur accipio §. qui captus, vt captus fidem suam nullis pactionibus obstrinxerit, & cum posset, reuerti noluerit, pro transfuga habeatur. Cæterum si pepigerit ne prius rediret, quam pactum

pro capite pretium solueretur,magis est vt fidem ser-
uando,in illud crimen non incurrat : quoniam aliter
naturæ corruptio ex legislatorum præscriptis cóseque
21 retur. †Ex his consequens est captum , qui fide data ab
hostibus rediit,nexibus obligationis irretitú manere:
quanquam ei postliminiú detur,cú fidei liberádæ pro-
positú non habet:sicq; interpretor l.v.D.de captiu.sci-
licet quia in postliminio non inspicimus an iuste quis
redierit,necne.Sed ne minimum quidé nostræ sentétiæ
aduersatur,quod diximus ea,quæ iurisgétium sunt,nó
esse cum hostibus communia,l.cum loca.D.de relig.&
22 sump.fune.†Ná dictorum cóuentorúq; obseruatio ad
iustitiam primásque notiones in animis nostris insitas
pertinet:quæ si corrumperétur,nec domus vlla,nec ci-
uitas,nec hominum vniuersum genus stare mediusfi-
dius posset.Iteq; illam ipsam dictorum obseruationé
23 iusgentium merito cóprobauit.†Diuersa est autem in
spectio rei apud Romanos sacræ vel religiosæ , cú nec
naturaliter sacra sit,nec apud alios populos.qui eadem
24 religione non tenentur.†Singulæ etenim gétes,singu-
li populi,atq; adeo familiæ,olim suos deos suámq; reli
gionem cum aliis nequaquá communem habebant, vt
Cicero docet libr.2.De legib.in orat.pro domo sua. &
in libris De natur.deor.Plin.lib.2.cap.7.Tertul.in Apo
25 loget.& Arnobius aduersus Gentes.†Itaque Pompo-
nius merito respódit,loca capta ab hostibus,sacra am
plius aut religiosa non esse , q locus publice dicatur,
aut propter monumenta defunctorum,religiosus eodé
iure non censeatur,nec eadem religione homines te-
neat, qua erga Deum religio,aut aliis promissa fides.
Quocirca ex prætoris edicto,de eo quod met.cau.non
solidum ducitur argumentum. Cum enim prætor de
metu iniuste illato edictum proposuerit,perperá illud
ad pactionem cum hoste legitime interpositá iuris in-
terpretes porrigunt,l.metum.§.sed licet D.de eo quod
26 met.cau.†præsertim cum videamus contractum cú eo
interpositum,qui legitime in carcerem cóiectus erat,
valere.l.pen D.de eo quod met.cau.necnon promissio
nem ab ingrata muliere patrono factam,cum de statu
suo periclitaretur,l.si mulier.D.de eo quod met.cau.VI
tima nostrorum ratio tam firma non est ad id quod vo
27 lunt confirmandum,quam ipsi putant.†Aiunt pactio-
nem,qua de agimus,contra ius publicú & superioris
authoritaté interponi.Sed quis tá cæcus in contéplan-
dis rebus esse potest,qui non videat de rebus priuatis,
non etiá publicis,ea pactione agi?nec quicquá ea pri-
uatos homines in perniciem aut detrimentú Reipubli
cæ moliri?Ego certe inficias non eo,si quid priuati ho
mines in detrimentú Reipublicæ,vel contra ius supe-
rioris,cú hoste paciscantur,seruandá non esse conuen
tioné:sed tamen nostros fateri necesse est, quoties pre
tiú pro capite pollicentur,qui ab hostibus capti sunt,
ideoq; pactú Reipublicæ incómodo nó cedit,naturalé
& ciuilem rationé exposcere,vt fides promissa seruet,
l.iurisgentium.§ si paciscar.D.de pact. Proinde qui ab
hostibus redit,quáuis postliminiú habeat,ideo tamé à
promissi religione non liberatur:durat enim cótracta
obligatio,licet in iura postliminij eius ratio nó habea
tur.Et hác sententiá aduersus aliorú opinioné Decius
probauit in regula.ea est.Fortunius Gart.in l.conuen-
tionum.D.de pact.& quidam nouissimi scriptores,qui
tota in ea quæstione sequuti sunt Fortunium.

Anto.Costa.Tolosæ.ad 3.Id.Ianu.1549.quo die And. Alciat.vir omni in genere disciplinarum doctissimus Papiæ decessit.

An id quod interest,sit æstimatio, vel dánum, vel vtilitas,præter aliorum senté tiam,dilucide explicatum .

SVMMARIVM.

1 *Categoria eius quod interest.*
2 *Id quod interest,ad aliquem semper refertur.*
3 *Res apud Dialecticos transcendens.*
4 *Rei,vt dicitur,incertitudo actum vitiat.*
Pretium ob commercia necessarium.
5 *Res,pretium,& id quod interest,sunt diuersa.*
6 *Incertum est id quod interest.*
7 *Id quod interest,ex facto partis nascitur.*
8 *Causa diuersa effectus diuersos producunt.*
10 *Hæc verba.Quanti ea res est,quomodo accipiãtur.*
11 *Explosa Accurs.Dyni.Iacob.ab Aren.Innocent.& sequacium definitiones.*
12 *Damni emendatio non est id quod interest.*
13 *An id quod interest,sit damnum.*
14 *Finitiones verbis proprijs concipi debent.*
15 *Factum plerunque est causa eius quod interest.*
16 *Nouè intellectus §.cum per venditorem.*
17 *Id quod interest non recte definiri pecunia seu quantitatis accessionem.*
18 *Vera eius quod interest definitio.*
19 *Amittere.*
20 *Duplex causa eius quod interest.*
21 *Interesse an sit insolens dictio.*

Caput 4.

TRIA potissimum in commerciis versan
1 tur:res,pretium,& id quod interest. † Id
autem quod interest,cum pertineat ad ca
tegoriam relationis,secerni constat opor
tere à re,quod subiectum est commercio-
rum,& pertinet ad categoriam substantiæ:item à pre-
2 tio,quod sub categoria quantitatis locatur.† Et sane
id quod interest,non potest dici, nisi adsit persona , ad
quam referatur:atque ideo idipsum quod est, alterius
est,l.quatenus.de diuer.regul.iur.l.stipulatio.§.quæsi-
3 tum.D.de oper noui nunt.†Res autem, quanquam se-
cundum Dialecticos transcendens sit,ita tamen acce-
pta atque distincta subiectum denotat commerciorú,
id est,subiectum vicissitudinis dandi & accipiédi,l.in
venditionibus.D.de contrahen.empt.l.triticum.D.de
verborum obligatio.l.duo sunt Titij.de testamen.tut.
4 † ideoque rei,vt dicitur,incertitudo actum vitiat,l.ita
stipulatus.ff.de verbo.obligat. Sed & pretium, cum sit
5 quantitas,multú à re & eo quod interest differt: †quã-
quam in commerciis perinde desideretur,tum ob em-
ptiones,l.j l.nec emptio.de contrahend.empt.§.j.D.de
emptio.tum alias hominum necessitates difficultatésq;
que negotiorum,l.vlti.C.de condic.insert.l.promissor
6 hominis.D.de constituta pecunia.†Ex quibus apparet
rem,pretium,& id quod interest,secerni inter se opor-
tere.quandoquidem sub diuersis categoriis locantur.
Prudenter ergo Cæsares rescripserunt in l.sicut.C.de
action.empt.si vinum quod venijt,non restituatur, nó
pretij quantitatis,sed quanti interest emptoris actioné
cópetere.& Vlp.in l.j.§.cósiderandú.D.de tutel.& rat.
dist.Et magis,inquit,esse arbitror in hac actione quod
interest,non venire,sed rei tantum æstimationé. Sunt
enim diuersa pretiú & id quod interest,l.emptorem.§.
qui autem.D.de act.emp.l.si fundus.D.loca.Itaque quã
uis vna eadéque res non debeat diuerso iure æstimari,
l.eum qui ędes.D.de vsuca.pretium tamen & id quod
interest,diuerso iure censentur,§.considerandum, iam
7 citato.& l.in furti.D.de furt.†Ecquis necit incertú es-
se id quod interest?l.quatenus.de regu.iur.rei vero æsti
mationem certam?l.vlti.D.de præto.stipula.§.non so-
8 lum.de verbo.obligat.†Ecquis dubitat æstimationem
à iudice,& id quod interest,ex facto vel cessatione al-
terius oriri?l.si traditio.C.de act.emp.l.vnic.C.de sent.
quæ pro eo quod int.Plane in eo quod interest,iniuriã
passum:in æstimatióe vero rem ipsam potissimum in-
9 tuemur,l.pretia rerum.ad legem Falcid.†Ideó cum ex
diuersis

diuersis fontibus profluant, effectus etiam diuersos es-
se cōfitendum est, l. naturaliter. § nihil commune. D. de
acqui. pos. l. Papinianus. § sed neque. de inoffi. testa. præ-
sertim cum æstimatio nonnunquam auctior sit, inter-
dum vero diminutior. l. si quis ab alio. D. de re iudicat.
Huc pertinet, ꝙ vti prius & posterius distinguuntur, l.
liberum. ff. de relig. similiter distingui æstimatio & id
quod interest debent, itémq; res & pretiū, l. j. D. de rer.
permut. Nec refragatur l. hæc verba quanti. D. de verb.
10 signifi. nam hæc verba † *quanti ea res est*, pro subiecta
casus materia, nónunquam ad id quod interest, inter-
dum ad rei ęstimationem referuntur, l. ij. §. vltim. D. qui
satisda. cogan. l. si duo. vti possid. l. arbitrio. D. de dolo.
11 l. penal. §. in eum. D. ne quis eum qui in ius voc. est. † Vn-
de efficitur probabiles non esse eius quod interest de-
finitiones à Dyno, Iacob. ab Aretin. Innocent. Bartol.
& sequacibus traditas: cum illud, duce Accursio, defi-
niant singulare rei pretium, aut vtilitatis, dānúve æsti-
mationem. Quanquam Accursius, vir magnus impri-
mis, cuius fontibus cęteri hortulos suos irrigarunt, nu-
tare circa hanc definitionem videatur: cum alterā mox
tanquam probabiliorem subiiciat: credo, quod perspi-
ceret aliud id quod interest, & aliud æstimationem
esse: atque ideo praue id quod interest, rei pretium vel
æstimationem definiri. Certe in eandem reprehensio-
12 nem incurrunt, † qui id quod interest, damni emenda-
tionem finierunt: nam ex his quæ supra commemoraui-
mus, damni æstimationem omnino secerni constat o-
portere. Quocirca variis erroribus intricātur, quid id
quod interest cum Accursio definiunt, lucrum cessans
13 & damnum emergens, ex eo quod aliquid non fit. † Et-
enim damnum, ademptio est, seu diminutio patrimo-
nij, l. iij. D. de damno infecto. id autem quod interest
vtilitas, quam quis ob factum vel cessationem alterius,
amisit, l. si commissa. D. rem ratam haber. Sed nostri,
vt ex hac nassa se extricarent, multa iuris authorum
loca protulerunt, in quibus id quod interest, dam-
num appellatur: vt in l. si seruum. D. ad legem Aquiliā,
l. apud Iulianum. D. ad S C. Trebellia. l. vnic. C. de sent.
quæ pro eo quod interest profer. at cum agitur in id
quod interest, dixerunt non peti proprie damnum, sed
id potius quod ex damno debetur: atq; ideo id quod
interest, damnum appellari. Vnde Cato apud Cicero-
nem lib. iij. de offi. ei qui rem vitiosam mercatus est, iu-
bet damnum præstari Sed vtinam hi de damno infecto
cauerent, quandoquidem eorum solutio minatur rui-
nam. Nam pro deum atque hominum fidem, quis est a-
14 deo Dialectices & aliarum artium imperitus, † vt non
intelligant in finitionibus, verbis quàm maxime pro-
priis esse vtendum? Hoc certe Aristoteles lib. 6. Topic.
prodidit, ac verum esse inter omnes iuris interpretes
constat, in l. omnes populi. D. de iustitia & iure. At dā-
num καταχρηστικῶς, nō etiam proprie, pro eo quod in-
terest vsurpatur, sicut ex superioribus manifestum est.
Ergo perperam Accursius & alij inferioris notæ scri-
ptores, id quod interest, dānum definierunt. Illud por-
ro ad infirmandam hanc finitionem valet, quod facti
alterius iniusti non meminit: quæ tamen potissima est
15 causa eius quod interest: † cum factum alterius iniu-
stum sæpius id quod interest operetur & inducat, quā
iniusta alterius cessatio. Vrget præterea, quod sub titu.
de action. empt. in l. si sterelis. §. cum per venditorem.
16 lucri ratio non habeatur: † quanquam dici posset il-
lud responsum non de eo quod interest, sed de æstima-
tione quantiplurimi loqui: aut eo loco illud duntaxat
id quod interest considerari, quod circa rem est: id est,
rei & traditioni proximum: sicut in aliis iuris locis,
quæ iam à nobis exposita sunt in tractatu de eo quod
17 interest. † Reliqua est definitio existimantium id
quod interest, esse assessionem pecuniæ seu quantita-
tis, quam ego paucis refellam. Primum, Decretalibus
epistolis continetur ecclesiam id quod interest amitte-
re. cap. j. de plus peti. c. sacro. de senten. excommu. non
etiam pecunię accessiones. c. fraternitatis. xij. quæstio.
ij. Ergo id quod interest, quantitatis non est accessio.
Deinde id quod interest, rei pretium plerunque non e-
greditur, l. si seruum. D. ad legem Aquil. l. j. D. de actio.
empt. l. si vendidero. §. cum autem. D. de furt. l. in inter-
dicto. D. de vi & vi armata. Ergo cum id quod interest,
plerunque non accedat, fatendum est illud pecuniæ ac-
cessionem nō recte definiri. Quid dicemus? Locus hic
quidem lubricus est ac periculosus, in quo tam multos
nauem fregisse videmus, quorum diligentia reliquos
excitare debuit ad veri inuestigandi cupiditatem: præ-
sertim cū nulla res sit, de qua magis veteres & recen-
tiores dissentiant. Ego igitur, ne aliorum duntaxat er-
rata (quod factu facilimum fuit) redarguisse videar,
non grauabor, si quam probam huius rei definitionem
afferre possim, in præsentia experiri. Vereor itaque, ne
explosis aliorum definitionibus, sic recte id quod in-
18 terest finiatur: † *Id quod interest, est vtilitas, quam
quis non est consequutus, vel amisit dolo aut culpa al-
terius*. Vtilitatem, id quod interest, appellamus, idque
proprie. l. cum prætor. de verbo. signific. l. si vendidero.
§. cum autem. D. de furt. l. penultim. D. si quis caut. l. sed
loci. §. j. D. fin. regund. l. ij. & l. iij. D. de eo quod cert. lo-
co. l. proinde. ad l. Aquiliam. Cum enim interesse nihil
sit aliud, quàm vtile esse, à coniugatis recte efficitur, id
quod interest, esse vtilitatem damno prorsus contra-
riam. Quod adiectum est, *quam quis non est consequu-
tus vel amisit*, partes demonstrat eius quod interest:
in eo nanque inspicimus quantum cuique abest, quan-
túmque lucrari potuit, l. si commissa. D. rem ratam hab.
19 l. si seruum. ad l. Aquil. † At vero omisisse dicimur, non
solum quod habuimus, sed etiam quod nostrum nun-
quam fuit, habere tamen potuimus, l. omnes. §. desine-
20 re. ff. de vsufruct. l. quicquid. arbitr. tut. † Nec otiosum
est, quod diximus, *dolo aut culpa alterius*: dolus enim
in facto improbo, & culpa in cessatione non iusta ver-
satur: quorum neutrum si intercesserit, id quod inter-
est, non debebitur, l. Proculus, D. de damno infecto.
21 † Quocirca dictio, Interesse, insolens non est, sicut Ful-
gosius & quidam alij putarunt, sed apud iuris autho-
res perquàm vsitata, l. quod sæpe. §. vltimo. D. de con-
trahenda emptio. cum ait, teneri ad interesse dicimus.
Nec ea dictio ex glossematis in legem irrepsit, vt qui-
dam prodiderunt: nam in antiquis exemplaribus non
deest, & in l. debitor. D. de legat. libr. 2. in eodem si-
gnificatu legitur, licet nōnulli expuncta dictione In-
teresse, interusurium reponant. Quin apud Pontifices
in Decretalibus epistolis hæc vocabula passim offen-
ditur, c. sacro. de sententia excommunicationis, c. j. de
rescriptis. Reperitur & apud authores Feudorum in §.
si facta. & §. si vasallus. si de feudo defunct. controuer-
sia fuerit inter domin. & agnat. idque fit imitatione
Græcorum, sicut Quintil. capit. 3. lib. 9. obseruauit. Vn-
de Vergil.

donat habere viro.

Et Persius, *ô mores, vsque adeóne*

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Et rursus, *sed fas,*

Tunc cum ad canitiē, & nostrū istud viuere triste

Aspexi. Idem saty. 5.

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Honor. & Theodo. in l. crimen. C. ad legem Iuliam
de vi public. Crimen non dissimile est rapere, & ei
qui rapuit, raptam rem scientem delictum seruare. Et
hæc sententia Alciato placuit lib. 4. De verborum si-
gnificatione. licet antea contrariam probasset in tra-
ctatu De eo quod interest. sed scitum est illud, δεύτεραι φροντίδες ἀμείνονες.

Anton. Guib. Costan. Tolosas. Cal. Inn. 155?

Si in loco incongruo debitum repræsentetur cum eo quod interest, an contingat liberatio.

SVMMARIVM.

1 *Solutio incongruo loco facta non prodest.*
2 *Vulgaris l.qui Roma.interpretatio.*
3 *Nemo debet alteri denegare, quod sine detrimento commodari potest.*
4 *Noua opinio.*
5 *Nostra interest,ne secreta patrimonij pandantur.*
6 *Litium molestia.*
7 *Verus sensus l.qui Roma.*
8 *Verba quibus aliquid simpliciter enuntiamus, nihil disponunt.*
9 *Explicatus §.cum ita.in l.continuus.de verb. oblig.*

Caput 5.

VETVS quæstio est,Si incógruo loco de-
bitum repræsentetur,an contingat libera
1 tio.†Et quamuis iuris authoribus placue
rit solutionem incongruo loco factã, de-
bitori non proficere,etiam si in fano , vel
alio loco pecunia obsignetur , l.si soluturus. ff. de so-
lu.l obsignatione.C.eod.sub tit.tamen nostri post mul
tas varietates statuerunt,si tãtum cum sorte offeratur,
quantum creditor actione arbitraria esset consequutu
rus,solutionem incongruo loco factam debitorem li-
berare,argu.l.fideiussor.D.de doli mali & met. except.
2 † Sicque Barto.& Zasius interpretantur principium l.
qui Romæ D. de verbo.obliga.vbi qui Rome post tres
menses soluere promiserat,ea lege,vt vsuras pecuniæ,
quam mutuam acceperat,interim pensitaret: si medio
tempore debitam summam offerat,detracta tamé par-
te vsurarum,poterit exactis tribus mensibus , ad inte-
gram summam Romæ conueniri.Etenim creditor iu-
ste potuit oblatam quantitatem recusare,cum vsuræ il
lius interstitij integræ non offerrentur.Sicque Bartol.
accipiendum esse putat.§.cũ ita.l.continuus. D.de ver
bo.obligat.quo vniuersus tractatus,de eo quod certo
loco.prima facie labefactari videtur. Ait Venuleius,
Quod certo loco debetur,vbique potest solui: nam &
quod in diem debetur.ante solui potest.Huc pertinet
quod Tullius ab Ennio scriptum fuisse prodidit.

Homo.qui erranti comiter monstrat viam.
Quasi lumen de suo lumine accendat , facit
Vt nihilominus ipsi luceat ,cum illi accenderit.

3 Quia ex re satis præcipit,† vt quicquid sine detrimen
to possit commodari , id tribuatur cuique vel ignoto:
ex quo sunt illa communi,non prohibere aquam pro-
fluentem,pati ab igne ignem capere,& quæ sequũtur.
Atq; huic depromittitur illud iuris enũciatum. Quod
mihi prodest,& tibi nõ obest,nõ debes mihi denegare,
l.j §.idem aiunt.& l.ij.§.item Varus D.de aqua plu.arc.
l.in creditore.ff.de euic.Quo fit,vt nostri putent,debi
torem qui totum ad quod interest,offert,vbiq; soluen-
do liberari Verum hæc & dicuntur stultissime,& ple-
na sunt futilitatis,summæq; leuitatis.Quod vt perspi-
cue innotescat,rem omnem & singula rationũ momen
4 ta diligenter considerabimus. †Euincã profecto quic-
quid interpretes commenti sint, debitorem qui incó-
gro loco debitorem repræsentat,licet totũ id quod in-
terest offeratur,non esse audiendum. Plane si æstimatio
eius quod interest,fiat,varia insequentur detrimenta,
5 quæ perpeti creditorem necesse erit.†Secreta patrimo
nij,necnon suspectum æs alienum pandetur,l.vlt C.de
alimé.pup.præst.Fiet & bonorũ creditoris publicatio,
qui detecta paupertate vix adinueniet creditores,l.ij.
C.qñ & quib.quarta par.deb.lib.cum plerunq; homi-
nes amplius quàm sit in bonis,sperare soleãt. §.in frau
dem.quib.ex cau.manumit.non lic.Adde,q si creditor
6 pluris sua interesse dicat, ad lites erit deueniendũ, † q̃
tot angores & molestias pariunt , vt merito Vlpianus
prodiderit,verecundã cogitationé eius,qui lites exe-
cratur,non esse vituperandam,l.iiij.D.de alien.iudi.Et
Paul.in l.in summa.de cond.indeb.hoc ipsum,q à lite
disceditur,causam legitimã transactionis esse ait,licet
nulla res sit intermedia.Nec vero sarciri susceptæ mo-
lestiæ omnésue erogationes poterunt,quãuis debitor
ad impẽdia damnetur.quod satis his perspectũ est,qui
sese aliquando in hoc genere velitationis exercuerũt.
Recte igitur Vlpianus scribit in l.is qui certo.D.de eo
quod certo loc.Qui certo loco dare ꝓmisit, nullo alio
loco quã in quo promisit,soluere inuito stipulatore po
test.Hoc enim loci expostulat vtilitas, quæ auferenda
non est creditori,l.ij.D.de eo quod cert.loc.etiam si id
quod interest,offeratur.Et sane probo est argumenta-
tio,quæ de re ad locum ducitur,l.vlt.ff.de codict. tri-
ticar.At in rebus obtinuit,vt vnum vice alterius credi
tor recipere non cogatur , etiam cum eo quod inter-
est,l.ij.§.j.D.si cert.petat.l.Paulus.D.de solu.Ergo in lo
co idem dicendum est:scilicet.vt creditor sorté incon
gruo loco repræsentatam cum omni compendio, quod
contingere potuit,recipere non cõpellatur.Nec adeo
vrgent,quæ in contrarium attulimus, vt animũ meum
ab hac sententia auocari possint. Imprimis l.si fideius-
sor.ff.de doli mali & met.except.loci non meminit: &
7 ideo praue in hanc sententiam detorquetur. † At vero
l.qui Romæ.longe aliter accipi debet,quam Bartol. &
sequaces putarunt.Erat nanque ibi locus adiectus,erat
& integra oblata quantitas.Quamobrem his nõ assen
tior,qui versic.Quæsitum,negationem addendam esse
putant:cum ea in Pandectis Florentinis desit,sitq; con
cinnior oratio,si ita legatur, Quæsitum est cum in in-
tegrum,vel cum integram summam,&c.Quod eos ve-
lim arbitrari,qui tritas aures habent notandis scriptis
veterum consultorum. Certe si ad mentem & rationé
legis deflectere velimus,euidenter nostra confirmabi
tur opinio,atque apparebit non ea ratione excitatum
Scæuolam,quæ nostri putant,respondisse post tres mé
ses in loco solutionis debitorem posse conueniri : sed
quia locus adiectus erat.Alioquin enim loci adiectio
nihil efficeret,ac vana essent omnia,quæ tractatu , de
eo quod certo loco,continentur. Nec alicui scrupu-
lum iniiciat,quod Scæuola ait,oblationem factam de-
tracta ea summa,quam creditori suo vsurarum nomi-
8 ne dederat:† hæc enim verba tantum enunciant , nec
quicquam disponunt:ac proinde ex illis nihil inferri
potest.l.Publia §.Titius. D.deposi. capitul.si papa.de
priuileg. Significat autem Scæuola professum de-
bitorem se velle & sortem & vsuras soluere , pro rata
tamen eius temporis, quo sortem habuerat. Sed cum
deinceps integram sortem exoluisset, necnõ vsuras o-
mnes,quæ tribus mensibus deberi poterant, quæstio-
nis fuit,an nihilominus post tres menses debitor Ro-
mæ possent conueniri.Et Scæuola respondit posse:non
inspecto eo , quod futuri temporis vsuras debitor re-
præsentasset:& hic est verus ac germanus sensus illius
9 responsi. † Sequitur §.cum ita.in l.continuus.qui am-
plissimus est,& multa continet:sed ne nimium multa
de eo dicamus, ea solum attingam,quæ ad institutum
nostrum pertinent. Scribit Venuleius , eum qui de-
decem Ephesi dare promisit , si intra id tempus quo
Ephesum peruenire potuit,eo loco pecuniam non sol
uat,vbique posse conueniri:ac huius rei triplicem ra-
tionem affert. Prima est , quia per debitorem stetit,
quominus Ephesi daret. Altera,quia potuit per alium
dare. Tertia,quia vbique potuit soluere:sicut in diem
debitor,diem preueniendo liberatur. Sic igitur vl-
timam partem illius §.accipiemus:vt quemadmodum
debitor in diem,ante diem soluere non cogitur,si ta-
men velit,potest,l.cum qui calendis. §.vltim.D.de ver-
borum obligat.l.quod in diem.D.de solutionib.simili

cer

ter qui certo loco dare promisit, si alibi conueniatur, potest alio loco soluere. & vbique ex voluntate creditoris, licet ad id faciendum compelli nequeat, l. quod si Ephesi. §. in summa. coniuncta l. ij. D. de eo quod certo loco. Illud plane commentitium est, quod Bart. scripsit in §. cum ita. oblatum fuisse creditori totũ id quod interest: etenim Venuleius ibi cõparat in diem, & certi loci debitorem. Atqui in diem debitor, sortem repræsentando, sine eo quod interest, liberatur, l. cum qui calendis. §. vltimo. & l. quod in diem. iam cit. Quare, vt similitudo conueniat, dicendum est, ob solius sortis præstationem quocunque loco factam, in §. cum ita. debitori contingere liberationem. Vltima obiectio iam satis conuulsa est: quippe cum ostendimus varia detrimenta, quæ ob solutionem incongruo loco factam creditorem consequi possent.

Ant. Gubertus Costa. I. D. Tolosæ. 3. Non. Iul. 1552.

Vnde origo substitutionum & testamentorum manarit, & cur sint introducta.

SVMMARIVM.

1 *Origo iurisgentium.*
2 *Homines ad communitatem nati.*
3 *Causa testamentorum substitutionumq́.*
4 *Solon apud Athenienses ius testandi induxit.*
5 *Loca aliquot Pentateuchi, quibus probatur testamẽta & successiones esse iurisgentium.*
6 *Aristotelis testamentum.*
7 *Dissoluta argumenta eorum qui ad ius ciuile testamenti originem referunt.*
8 *Quod iuris naturalis aut gentium est, ob formæ vel solennium adiectionem, ius ciuile suum facit.*
9 *An iuregentium omnes gentes vtantur.*
10 *Definitio propositæ dubitationis.*
11 *Multa ex Græcorum legibus in xij. Tab.*
12 *Lex Papia Poppæa.*
13 *Pupillaris substitutionis origo.*

Caput 6.

1 AB initio † generis humani, cum homines incertis sedibus fusi per agros atque dispersi vagarentur, tantumq; haberent, quantum manu ac viribus per vim eripere, aut retinere potuissent, quidã extiterunt consilio & virtute præstantes, qui dispersos homines in agris, & in locis syluestribus abditos, ex fera immaníque vita ad humanitatem & mansuetudinem
2 transtulerunt. Itaque † mortales tunc naturæ præceptis & bonis moribus informati, cœperunt intelligere ad congregationem hominum, & ad societatem cómunitatémque generis humani se Deorum immorta-
3 liũ beneficio in hanc lucem esse procreatos. † Natura enim impellimur, vt non solum nobis, quæ ad viuendũ sunt necessaria, paremus, sed etiam liberis, ac de bonis benemerentibus, iisque, qui aliquando futuri sunt, consulamus, prospectúmque esse velimus. Ex qua animorum affectione, insita proculdubio omnium animis innata, extremæ profluunt testantium dispositiones, atque ideo institutiones & substitutiones heredum vt Cicero libro 3. de finibus, docet. Qua ratione
4 excitatus † Solon, primus apud Athenienses legem de testamentis tulit, & gratiam præponens necessitati, & amicitiam propinquitati, omnibus de rebus propriis liberam disponendi facultatem concessit, vt Plutarchus est author. Cui legi similem Plato in suos de republica. libros his verbis retulit, πᾶς ἀνὴρ ἐλευθέρος διατιθέσθω, καὶ ἡ αὐτοῦ θέλησις νόμος ἔστω. Sane
5 † testamẽtorum successionúmque exempla in sacris Bibliis abunde suppetunt: nam Genes. 27. Isaac filiũ suum heredem instituit, & Leuit. 25. Moses dixit, Hos habebitis famulos, & hereditario iure ad posteros transmittetis. Eodẽ. nq; pertinet cap. 27 Num. & Deuter. 2. Sed & Laertius probatæ auctoritatis scriptor,
6 † Aristotelis testamentum memorat, in quo puellæ, si prius moreretur, quàm nuptui collocata esset, vel deinceps sine liberis, Nicanorem substituit. Ergo quamprimum homines ex agresti immaníque vita, exculti ad humanitatem, commercia habere, & iustitiam colere cœperunt, liquido apparet cum ipsis testamentis substitutiones in Rempublicam inuectas fuisse, atque
7 ideo iuregentium censeri. † Nec dissidet, quòd successiones sint iuris ciuilis, can. vlti. j. distinct. §. intestatorum. de heredit. quæ ab intest. defer. l. lege xij. Tab. C. de legit. heredib. Id enim verum est, si considerentur vti actiua, quod dicitur, & passiua iura continent: aliter iuris vel gentium, vel naturalis dicentur, l. vltim. quor. bonor. C. Hoc amplius non dissidet, quòd testamentum sit iuris publici, l. iij. D. de testam. Item quòd deportatis, qui ea retinent, quæ iurisgẽtium sunt, l. quidam. de pœnis. factio testamenti denegetur, l. eius. D. de testament. Ideo enim testamentum iuris ciuilis di-
8 cendum non est. † Nam quoties actibus iurisgentium vel naturalibus aliquid ius ciuile addit, eorũ causam originémque non mutat: sed tantum facit, vt ob formæ vel solennium adiectionem, iure ciuili censeâtur, l. ius ciuile. D. de iustit. & iur. Quo fit, vt nec Galli ab Hispanis, vel contra, heredes institui, vel ab intestato succedere possint, l. j. C. de heredib. instituend. Euellendus est adhuc scrupulus, qui nonnullos iuris professores mirum in modum stimulat, & pungit. Is vero est eiusmodi: Iuregentium omnes gentes vtuntur, l. omnes populi. D. de iustit. & iur. At testamentis & substitutionibus omnes gentes non vtuntur, vt ex eo apparet, quod Tacitus in libr. De morib. Germa. scribit, olim apud Germanos nullum fuisse testamentum. Ergo testamenta & substitutiones non sunt iurisgentium.
9 † Hic autem scrupulus sic eximi potest, vt quæ feruntur ex optimis naturæ & æquitatis præceptis, quamuis ab incultis & immanitate efferatis gentibus non custodiantur, esse tamen iurisgentium dicamus. Nec enim ab Arcticovsque ad Antarcticum polum omnes venditionibus, locationibus, depositis. aliisque contractibus, qui suggerente ratione naturali iuregentium recepti sunt, peræquè hac tempestate vtuntur. at im-
10 proborum hominum mores ius non immutant. † Itaque Vlpiani definitio in l. omnes populi D. de iusti. & iur. ad eos omnes rẽferenda est, qui ducem naturam & rationem sequuntur: licet per hyperbolen, *omnes*, dictum videri potest. Erant igitur in vsu testamenta, erant & institutiones, necnon substitutiões heredum, priusquam lex Decemuiralis statuisset, VTI QVIS LEGASSIT, REI SVAE ITA IVS ESTO. Neque enim lex duodecim Tabularum testandi facultatem induxit, sed antea multarum gentium moribus
11 receptam confirmauit. † sicut & alia pleraque, quæ Lacedæmoniorum, Atheniensium & romanorum legibus moribusue continebantur, vt Dionysius Halicarnasseus libr. 10. Romano. antiquit. not. Verum cum auri coaceruandi cupiditas variè Romanorum animos
12 exagitaret, Augusti temporibus † lex Papia Poppæa lata est, quæ natura & lege duodecim tabul. tributam ingenuis hominibus liberam de rebus propriis disponendi facultatẽ, angustissimis cãcellis circunscripsit. Ea nanque promulgatũ erat, vt exceptis personis parentum liberorúmque ad tertium vsque gradum, si heres scriptus viuente testatore, vel ante aditam hereditatem decessisset, bona fisco vindicarentur. Acerba mehercule lex. & probis hominibus inuisa, quã ideo prudentissimus imperator Iustinianus sustulit, & prorsus antiquauit in l. vnic. C. de caduc. toll. concessa testatoribus secundo, tertio, quarto gradu, & deinceps inquãtumvelint, substituendi facultate. Sed quæ antea dixi-

13 mus, de vulgari substitutione intelligi debent: † nam pupillaris moribus Romanorum introducta est, l. ij. D. de vulg. coniuncta l. cum prætor. D. de iudic. & l. more. de iurisdict. & de feriis. potestque in rebus alienis fieri, l. cum quidam. C. de legat. §. non solù. de pupil. quod lex xij. Tab. non permisit. l. verbis legis. de verb. signifi. l. j D. ad l. Falcid. § j. de lege Falcid. in instit.

Anton. Guib. Costan. Tolosæ, 3. Id. April. 1553.

An probæ sint substitutiones, quid sit captatoria institutio, & quot olim in vsu erant genera testamentorum.

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris substitutio ex voluntate instituti pendet.*
2 *Fideicõmissum & pupillaris substitutio ansam præbent captandæ mortis.*
3 *Memorabilis improbi tutoris & substituti coercitio.*
4 *Caligulæ facinora.*
5 *Locus Apuleij de matre, quæ filiam suam interemit, vt illius bona consequeretur.*
6 *Oppianici fraudes & insidiæ.*
7 *Milesiæ maleficium.*
8 *Lex ciuilis videtur improbare actus, qui ansam captandæ mortis præbent.*
9 *Substitutiones vtiles sunt & necessariæ.*
10 *Institutiones an conferri in alienam voluntatem possint.*
11 *Exempla institutionis in alterius voluntatem tacite collatæ.*
12 *Multa tacite fieri possunt, quæ expresse fieri prohibentur.*
13 *Eadem esse intelligitur heredis & testatoris persona.*
14 *Captare.*
15 *Iuuenalis locus declaratus.*
16 *Luciani de testamento captatoris locus.*
17 *Captatoria institutio.*
18 *Captatoriæ institutionis exemplum.*
19 *Captatoria institutio quando valeat.*
20 *An substitutiones occasionem præbeant captandæ mortis.*
21 *Omnes probi esse creduntur.*
22 *Ob solam captandæ mortis occasionem an actus infirmentur.*
23 *Ratio l. vlt. C. de pact.*
24 *Cur stipulatio hoc modo concepta, si me heredem non feceris, iure ciuili improbetur.*
25 *Quæ per se nihil efficiũt, coaceruata maximi sunt põderis.*
26 *Actus humani non valent, qui in præiudicium alterius fiunt.*
27 *An substitutiones in præiudicium proximorum fiãt.*
28 *Substitutiones an conferantur in tempus illicitum.*
29 *An summo iure liceat testari.*
30 *Testamentum calatis comitijs.*
31 *Testamentum in procinctu.*
32 *Testamentum per æs & libram.*
33 *Duo genera testamentorum, quæ hodie sunt in vsu.*
33 *Bona à testatore in heredem quasi coniunctim transeunt..*
35 *Per vulgarem cui succedatur.*
36 *Fideicommissarius succedit heredi.*
37 *Fideicommissarius nullo intermedio tempore ab herede nanciscitur hereditatem.*
38 *Fideicommissum & pupillaris substitutio ipso iure non consistunt.*

Caput 7.

FRVSTRA crebris testantium sermonibus vsurpari substitutiones videntur, frustra à nostris reconditæ & multis difficultatibus obstructæ substitutionum quęstiones exagitari, cum multa acerrime vrgeant, quibus improbæ substitutiones arguuntur. Ea igitur diligenter excutiemus, quæ nemo satis actenus obseruauit: & tamen prætermitti siue ignorari absque graui incommodo non possunt, tantoque illorum errore, qui in vasto substitutionum pelago nauigant, vt quem in portum se recipiant, scire nõ possint.
1 † Primum itaque vrget, quod substitutiones, quæ ante aditam hereditatem locum habent, in secretum alienæ voluntatis cõferuntur: quandoquidem in arbitrio instituti situm est secundis heredibus cedere, vel adeũdo submouere substitutos, l. quandiu. D. de acquirend. hereditate. l. post aditam. C. de impuber. Ergo cum sint captatoriæ, bonisque moribus repugnent, dicendum est eas legibus ciuilibus improbari, l. captatorias. l. illa institutio D. de heredibus instituend. l. j D. de his quæ
2 pro non script. habent. l. captatoriæ. D. de legatis j. † At vero substitutiones, quæ adita hereditate locum habent, ansam præbent secundis heredibus captandæ affectandæque mortis alienæ: vt merito Iustinianus prodiderit in §. sin autem. de pupill. eos, quibus pupillaris substitutio facta est, periculo insidiarum subiacere. Ideo Valerian. & Galienus in l. de fideicommisso. C. de transactio. pactum de remittendo fideicommisso inter fratres vicissim relicto, si sine liberis morerentur, valere atque eum fratrum concordia, remoto captandæ alienæ mortis voto, retineatur. Sed vt perspicue intelligi possit, in quo salutis & vitæ discrimine versentur hi, quibus datus est substitutus, placet ex veterum monumentis exempla aliquod eruere, quibus multorum patefient scelera, ad consequendum delatas, vel lege obuenientes successiones, temere & impudenter ad-
3 missa. Suetonius Tranquillus in Galba refert † tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, ve-
4 neno necasset, cruci affixum. † Cęsar Caligula, vt idem Trãquillus est author, cum eorũ testamẽta rescinderet, qui eũ heredem non instituissent, & ideo iã ab ignotis inter familiares, & à parẽtibus inter liberos palã heres nuncuparetur, derisores vocabat, quod post nũcupationẽ viuere perseuerarẽt: ideoq; multis venenatas matteas
5 misit. † Apuleius Asini aurei lib. 10. de scelerata quadam muliere loquens, habebat, inquit, filiam paruulam de marito, quem nuper necauerat. Huic infantulæ quod leges necessariam patris successionẽ deferrent, sustinebat ęgerrime: inhiansq; toto filiæ patrimonio imminebat & capiti. Ergo certa defunctorũ liberorũ matres sceleratas hereditates excipere, talẽ parentẽ præbuit, qualẽ exhibuerat vxorẽ, prandioq; cõmento pro tẽpore etiam vxorem medici, simul & suã filiã veneno eodẽ percutit. Nec ambigendũ est, quin improbi & scelerati homines vitę eorũ facile insidiẽtur, quorũ facultates sibi obuẽturas sperãt, vt exẽplo Oppianici, & cuiusdã Milesiæ luculẽter Mar. Cicero ostẽdit in orat. pro Cluen-
6 tio Habito. † Oppianicus, inquit, veneno Cn. Oppianicum fratrem necauit. Neque est hoc satis. tametsi in ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum videtur: tamen vt ad hoc vt nefarium scelus accederet, aditum sibi aliis sceleribus ante muniuit. Nam cum esset grauida Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interfecit, vt vna illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur. Postea fratrem aggressus est, qui sero iam exhausto illo poculo mortis, cum de suo & vxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione huius volũtatis est mortuus. Ita mulierem, ne partus eius ab hereditate fraterna excluderetur, necauit.

cauit:fratris autem liberos prius vita priuauit, quàm hanc à natura lucem accipere potuerunt:vt omnes intelligerent nihil ei clausum, nihil factum esse posse, cuius ab audacia fratris liberos, ne materni quidem
7 corporis custodia, tegere potuisse.† Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, cum esset in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam:neque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, & designatum Reipublicæ ciuem sustulisset: qui locus illustrat l. Cicero. D. de pœnis. Ergo perspicuum est substitutione pupillari, alisque comparibus desiderium alienæ mortis induci. Quod cum verum esse recte, vt arbitror, concesseri-
8 mus,† fatendum quoque erit huius generis substitutiones legibus Cæsareis improbari, sicut & cæteros actus, quibus captandæ mortis alterius votum induci tur, l. pactum quod dotali. & l. vltima. C. de pactis. l. cũ tale. de conditionibus & demonstrationibus. l. ex eo. de inutilib. stipulation. l. stipulatio hoc modo concepta. de verborum obligationib. Nec enim legislatores efficere possunt, vt quæ mala perniciosáque sunt, pro bonis & salutaribus habeantur: vt Cicero libro j. de legibus scribit. Quam ob causam Seneca libro 6. De benefic. refert venditantem funeribus necessaria Athenis à Demade damnatum:quod videretur aliorum mortem
9 aucupari, vt inde compendium faceret. † Sed mihi solem è mundo tollere videntur, qui substitutiones è Republica tollunt:non enim aqua, non igni, non aere, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quàm substitutionibus. Quare illud dilemma & bipertitam argumentationẽ, qua redargui, atque conuinci substitutiones videbantur, quàm breuissime fieri poterit, refellam. Quod ergo dicitur substitutiones, quæ ante aditam hereditatem locum habent, legibus ciuilibus improbari, eo quod ex arbitrio instituti pendeant, sic accipiendum
10 est, † vt illæ quidem institutiones & substitutiones nõ valeant, quæ nominatim in secretum alienę voluntatis conferuntur: hoc modo, vt docendi causa in facili & peruulgato exemplo consistamus, Instituo here es. quos Titius voluerit: quæ autem tacite in arbitrium
11 alterius conferuntur, valeant: † veluti si quis Sempronium heredem instituat sub hac conditione, Si Titius in Capitolium ascenderit: vel, si Titius heres non sit, l. si quis Sempronium. D. de heredibus instituendis. l. si fideicommissa. §. sic fideicommissum. D. de legatis & fi-
12 deicommiss. iij. † Nonnulla enim interdum rési lent sub integumentis & inuolucris verborum, quæ si palam & nominatim exprimantur, cedent ad detrimentum & perniciem testatoris, vel saltem dispositionis illius l. nonnunquam. D. de conditionib. & demonstrationibus. l. expressa. de regulis iuris. nec huic sententiæ aduersari l. j. de legatis & fideicommiss. ij. alio loco opportunius ostendam. Illud silentio prætereundum non est, quod quidam monumentis suis prodiderunt, institutionem, quæ voluntati heredis committitur, nequa-
13 quam ex alieno arbitrio pendere: † quandoquidem lex fingit eandem esse testãtis & heredis personam, §. j. in Nouel. de iureiur. à mor. præsti. coll. v. Sed verius est, totum ius substitutionis ex voluntate testatoris pendere, atque ideo secundum heredem illius iudicio potissimum niti. Et quia nostri vulgo prodiderunt captatorias institutiões dici, quæ alieno pmissæ sunt arbitrio, hoc reprehendendum est peccatum: verum breui, ne si aut taciti præterierimus, iisdem lectores erroribus imbuantur: aut si diutius in hoc constiterimus, his quæ supersunt, moram atque impedimentum inferamus.
14 † Captare igitur nihil aliud est, quàm aliquid aucupari, & auide expectare. Proprie enim captare significat instãter & sæpius capere: quod hi facere proculdubio videntur, qui cum summo animi desiderio bona aliorum venantur ac concupiscunt. Vnde Iuuenalis saty. 6.

Sed placet Vsidio lex Iulia, tollere dulcem
Cogitat heredem, cariturus turture magno,
Mullorumq́, iubis, & captatore Macello.

15 † Vsidio enim cum lex Iulia de adulteriis probaretur, tum obtabat iustum filium suscipere, illo licet cariturus, qui mullis barba is & pastinaca cum venari, & eius bona captare solebat. Martialis lib. 7. Sanctram;

Nihil est miserius nec gulosius Santra.
Rectam vocatus cum recurris ad cœnam,
Quam tot diebus noctibusq́, captauit,

Idem lib. 2. in Maximum:

Capto tuã, pudet hem, sed capto Maxime cœnã.
Tu captas alias: iam sumus ergo pares.

Horatius lib. j. serm. sat. 2.

-meus est amor huic similis, nam
Transuolat in medio posita, & fugientia captat.

Et lib. 2. saty 5.

Diuitias, ærisq́, ruam, dic augur, aceruos:
Dixi equidem, & dico, captes astutus vbique
Testamenta senum.

Plinius libro 30. capit. 3 Huius adipe perunguntur,
16 qui crocodilum captant. † Huc pertinet, quod Cnemon in Dialogis mortuorum Luciani, Græce quidem: sed in hunc sensum scribit: Heredem, inquit, reliqui quendam præter animi mei sententiam, astu nimirum delusus, hisque præteritis, quibus meas facultates obuenire cupiebam. DAM. Sed istud quidam euenit? CNE. Hermolaum illum diuitem, cum orbus esset, imminente morte venabar, eiusque bona captabam, assidens ei, & inseruiens quotidie. Nec ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud è re visum est, vt testamentum patefacerem, quo illum rerum mearum insolidum heredem institueram: vt meo prouocatus exemplo, idem vicissim ille faceret. DAM. At quid tandẽ ille? CNE. Quid ille in suo testamẽto scripserit, id quidem me latet: cæterũ ego repente atque insperato è vita decessi, tecti ruina oppressus: & quæ sequun-
17 tur. Quare † institutio, vt docte Alciatus obseruauit libr. 2. παρέργ. cap. 31. & in l. cum donationis. C. de transactionibus. ita demum captatoria appellabitur, si aliqua captatio bonorũ alterius in ea versetur: ve-
18 luti si ita quis testamento scribat, † Qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis recitauerit, ex ea parte heres esto. Quia his verbis alterum ad instituendum prouocat, S. C. eam institutionem improbauit, l. captatorias. ff. de heredibus instituendis. l. captatoriæ. D. de legatis primo. l. prima. D. de his quæ pro nõ scrip.
19 habent.† Proinde si ita institutio concipiatur. Titius heres meus esto, si is me heredem instituit, in sententiam S. C. non incidet hæc institutio: cum in præteritum, non etiam in futurum conferatur, l. muller. §. vltimo D. de condition. institution. l. illæ autem. D. de heredibus instituendis. Sed & captatoria valet institutio, cum duo mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt: veluti si Titius & Sempronius vicissim se instituant, amoris scilicet & beneuolentiæ causa: sic enim amoris & amicitiæ velamentum, omnem fraudis suspicionem excludit, l. captatorias. ff. de heredibus instituendis. quam sic recte Anto. Augustinus exposuit lib. 4. Emendat. cap. xv. Ac de priore quidem complexionis parte iam satis dictum est. Nunc deinceps, vt erat propositum, posteriorem excutiamus, quæ huiusmodi
20 fuit. † Substitutiones, quæ adita hereditate locum habent, captandæ mortis alterius præbent occasionem: atque ideo legibus ciuilibus probantur. Sed hoc facile refelli potest: quandoquidem omnibus hic præbere occasionem non creduntur: sed profligatissimis dũtaxat & sceleratissimis hominibus, qui insidias facile struent primo gradu heredibus institutis, quo

21 celérius ſibi delatas hereditates conſequantur. † At
cum omnes ſibi eſſe credantur, in dubio hanc fraudis
ſuſpicionem non admittemus, c. vlti. de præſumption.
l. nec codicillos. C. de codicill. l. omnimodo. C. de inof
fic. teſtamẽ. l. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo. D. de
22 legat. & fideicommiſſ. ij. Adde quod † actus hominum
ob ſolam captandæ mortis alterius occaſionem, iure
ciuili nunquam improbantur. Cui rei argumento ſunt
legata, mortis cauſa donationes, & omnes denique in-
ſtitutiones heredum: ſiquidem periculum eſt ne legata
rij, donatarij, & heredes inſtituti, vitæ eorum inſidien-
tur, quorum mors ſibi compendium eſt allatura. Nec
diſcrepant l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo.
obligatio. l. vltim. C. de pactis. aliæque ſimiles, quoniã
in illis multa conſiderari debent, quæ ſimul iuncta vi
uentium & defunctorum actus inutiles efficiunt. Et
23 ſane in iam citata l. vltim. † pactum ſuper viuentis he
reditate interpoſitum merito improbatur. Primum
quia viuentis nulla eſt hereditas, l. j. D. de heredita. vel
actione vendita. l. j. D. pro hered. Deinde, quia anſam
dabat captandæ mortis alterius: & demum, quia de bo
24 nis alterius fiebat, eo viuo & ignorante. † At in l. ſtipu
latio hoc modo concepta. aliiſque comparibus, ſtipu-
latio liberam præcludebat de rebus propriis diſponen
di facultatem: quia tamen nihil eſt, quod magis inge-
nuis hominibus debeatur, l. j. C. de ſacroſanctis eccle-
ſiis. l. fratres. §. idem reſpõdit. D. pro ſocio. l. ij. D. ſi à pa-
rent. quis fuerit manumiſſ. Iuri quoque repugnabat,
quod certos modos adipiſcendarum hereditatum eſ-
ſe voluit, vt edictorum, decretorum, legum, & iuſtarũ
diſpoſitionum. Repugnabat & bonis moribus, qui nõ
ſinunt ſolicitum eſſe quem de viuentis hereditate, l. ij.
25 §. interdum. D. de vulgar. † Atque hæc, quæ per ſe exi-
gua videntur, coaceruata maximum pondus habent.
Scitum eſt enim illud, Quæ per ſe non proſunt, cumu
lata iuuant, l. necnon. §. ſi quis ſæpius. D. ex quibus cau
ſis maiores. l. rationes. & in l. inſtrumenta. C. de proba-
tionib. l. ſancimus. C. de teſtamen. c. vltimo. de ſucceſs.
ab inteſtat. c. cum cauſam. de probatio. Ergo cum ſola
captandę mortis alterius occaſio actus hominum irri-
tos non efficiat, recte dicimus probas eſſe ſubſtitutio-
nes, & legum ac rationis pręſidio munitas. Nec eo mo-
26 ueor, † quod ea quæ contra leges vel in præiudicium
alterius fiunt, nullius ſint momenti, l. non dubium. C.
de legibus. l. nec auus. C. de emancipat. liber. ſubſtitu-
tiones autem contra leges fiant, & in præiudicium eo
rum, quibus lege defertur hereditas. Etenim lex quæ
proximioribus hereditatem defert, cum in ſubſidium
lata ſit, facile hominum diſpoſitioni cedit l. vltima. C.
27 de pact. conuen. l. & habet. §. j. D. de precar. † Nec quic-
quam illis in præiudicium legis aut proximorum teſta
tores moliuntur, cùm legibus ſubſtituendi data ſit fa-
cultas, & proximioribus ita demum hereditas debea
tur, ſi nihil è viuis excedentes ſupremis elogiis caueãt.
Sequitur aliud in ſubſtitutiones argumentum, quod
commodiſsime ſic inſtituemus. Actus, quorum vis, ef-
fectus, atque exequutio in tempus illicitum confertur,
pro eo habendi ſunt, ac ſi tempore illicito interceſſiſ-
ſent, l. ſi res æſtimata. D. de iure dotiũ. l. Titio cum mo-
rietur. D. de vſufruct. l. quod ſponſæ. C. de donatio. an-
28 te nuptias. l. Stichus ſeruus. de manumiſ. teſta. † At vis,
effectus, atque exequutio ſubſtitutionum in tempus il
licitum confertur: quando poſt mortem (quo tempo-
re ſubſtitutiones effectum ſortiuntur) nemo rerum ſua
rum futurus ſit dominus: authentic. ingreſsi. C. de ſa-
croſanctis eccleſiis. mors enim omnia ſoluit, §. dein-
ceps. in nouel. de nupt. collation. iiij. Ergo ſubſtitutio
nes pro eo habebuntur, ac ſi tempore illicito interceſ-
ſent: atque ideo nullius momenti erunt. Hanc autem
ratiocinationem, qua prima fronte conuelli videtur
vniuerſa teſtamentorum obſeruatio, exagitat Accur-
ſius in l. illa inſtitutio. ff. de heredibus inſtituend. Pa-
normitanus in rubrica de teſtament. Iaſon in rubri. C.
qui teſtamenta facere poſſunt. & Porcius ſub titulo de
29 teſtament. in Inſtitut. † Itaque Accurſium ſecuti Ca-
ſtellion. Panormit. & Porcius, commentariis ſuis pro-
diderunt, intuitu ſummi iuris omnes quidem inteſta-
biles eſſe: ſed tamen humanitate ſuggerente teſtandi
facultatem ingenuis hominibus conceſſam. Ex diuer-
ſo Baldus, Comenſis, & Iaſon omni aſſeueratione con-
firmant, teſtamenta ſummo iure niti. Nec eos mouet,
quod morte domini rerum eſſe deſinamus: ſi quidem
heres refert teſtatorem, §. j. in d. nouel. de iureiurando
à morien. præſt. l. j. C. vt act. l. heredem. de reg. iur. & ia-
cens quoque hereditas vicem ſuſtinet illius, qui iam è
vita emigrauit, l. hereditas. D. de acquir. rer. domi. l. non
minus. D. de heredi. inſtit. l. mortuo. D. de fideiuſſorib.
Sed hoc altius eruere & aperire manifeſtius operæpre
tium fore puto. Olim teſtamentorum duo erant in vſu
30 genera: † vnum, quod calatis comitiis, quæ pro colle-
gio pontificum habebantur, in cõcione populi fiebat:
31 † alterum quod in procinctu: quippe cum milites iam
ſagis ornati, paratique ad confligendum, captis auſpi-
ciis in aciem vocabantur: quod in vſu fuiſſe tempore
Coriolani Plutarchus in eius vita eſt author. De vtro
que autem Iuſtinian. & Theop. in §. j. de teſta. Gellius
lib. 15. c. 27. Alexan. Neapolitanus lib. 4. c. 3. Sed cum ita
teſtari plerique ob repentinam mortem non poſſent, &
valde abſurdum videretur illis modis effectum ſupre
mæ voluntatis in tempus illicitum conferri, ideo in-
32 troductum eſt nouum genus teſtamenti, † quod per
æs & libram dicebatur: fiebat enim per mancipationẽ,
hoc eſt, imaginariam venditionem, adhibitis quinque
teſtibus, ciuibus Romanis, puberibus, & eo, qui aurum
appendebat, necnon emptore familiæ. Tunc vero futu
rus heres, æs tenens, verba quædam ſolennia enuntia-
bat. vt Caius libr. priore ſuarum inſtitutio. docet Boet.
lib. 3. Comment. in Topic. Cicer. & Theop. in inſtitut.
Sicque heredes domini familiarum efficiebantur, &
teſtantium voluntates eo implebantur tempore, quo
ipſi rerum ſuarum domini morte eſſe non deſierant, li-
cet in ſecundis heredibus hoc locum nõ haberet. Pro-
inde cum nimis anxia, necnon ſcrupuloſa, hæc veterũ
obſeruatio videretur, abolitis illis generibus teſtamẽ-
torum, alia duo introducta ſunt, quæ ad ſignificandas
& conſeruandas ſupremas mortalium diſpoſitiones
33 aptiora videbantur. † eorum alterum per nuncupatio-
nem fit, alterum in ſcriptis, §. vltim. de teſtamen. l. hac
conſultiſsima. C. eod. ſub titu. vnde intelligimus in tẽ
pus illicitum effectum teſtamentorum hodie non con
ferri, cùm lex hanc facultatem teſtatoris indulſerit, &
nunc proxime relata genera teſtamentorum vim & po
34 teſtatem imaginariæ venditionis habeant. † Mortuo
igitur teſtatore tranſeunt bona confeſtim in heredes. l.
cum heredes. D. de acquirenda poſſeſsio. adeo vt qua-
ſi coniunctim deſcendere intelligantur, l. cum miles.
D. ex quibus cauſis maiores. Etſi vero inter mor-
tem teſtatoris, & aditionem hereditatis, interſtitium
aliquod intercedat, tamen heres iam tunc à morte de-
functi ſucceſsiue defuncto exiſtimabitur, l. heres quã-
doque. de acquirenda hereditate. l. omnia fere. & l. o-
mnis hereditas. de regulis iuris. l. ſi ex re. §. vltimo. de
ſtipulatione ſeruorum. Ergo in primis heredibus ſu-
perior obiectio non procedit. Quod ad ſecundos he-
redes & fideicõmiſſarios attinet, idem quoque dicen-
dum videtur: ſi quidem de fideicommiſſo aut vulgari
35 ſubſtitutione agatur. † Nanque per vulgarem ſecun-
di heredes ſuccedunt teſtatori, non adeunte demum
36 inſtituto, & reſta in ſubſtitutum tranſit hereditas: † at
per fideicommiſſum heredi grauato ſucceditur, l. co-
heredi. §. cum filie. ff. de vulgar. & ab eo in fideicommiſ
37 ſarium tranſit hereditas: † adeo vt coniunctim id fie-
ri intelligatur, nullo ſcilicet intermedio tempore, ne
quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſ-
ſiſſ

fisse videatur: quod in paganis leges non permittunt, l. ius nostrum. de regul. iur. Et hoc etiam dici in pupillari substitutione potest: vt nimirum à pupillo in substitutum coniunctim bona transeant: †quanquam fideicommissum & pupillaris substitutio ipso iure non valent: & ideo inspicere non oportet, quo tempore sortiantur effectum: cum pupillaris substitutio moribus inducta sit, & fideicommissum per prætoris tuitionem ex æquo & bono conseruetur, l. quærebatur. D. de milit. test.

Anton. Guib. Coll. I. Doct. Tholosa, 2. Id. April. 1553.

An proba sit contractus definitio, quam ex Labeone Vlpianus sub tit. de verb. sign. refert.

SVMMARIVM.

1 *Labeo iuris finitiones ad præcepta Dialecticorum reuocabat.*
2 *Excussa contractus definitio.*
3 *Contractus innominati quando sint efficaces.*
4 *Contractus qui alterum duntaxat contrahentium ligant.*
5 *Finitio rei substantiam debet exprimere.*
6 *Effectus à sua causa secerni debet.*
7 *Varia finitionis contractus interpretationes.*
8 *An illi solum contractus finiantur, qui consensu fiūt.*
9 *συνάλλαγμα. & 15.*
10 *Exempla non restringunt regulam.*
11 *Pacta & contractus æque naturalem obligationem producunt.*
12 *Verbum obligationis ciuilem denotat.*
13 *Labeo quadam nimis anxie obseruatit.*
14 *Actum & gestum quomodo differant.*
15 *Vera § contractus declaratio.*
16 *Commodatum an vtrinque obliget.*
17 *Contractus etymologia.*
18 *Dissolutio obiectionum.*
19 *Qualis sit contractus definitio.*
20 *Verbum obligationis latissime patet.*
21 *Alere patrem filij debent, & contra.*

Caput 8.

ANTISTIVS Labeo cum acri ingenio esset, & in artium ingenuarum studiis diu multúmque versatus, tum certe definitionum obseruantissimus fuit. † Is enim sic exigue ac tenuiter eas ad calculos reuocabat, vt nisi genere, proprio, & differentiis, omnibúsque præceptis Dialecticorum constarent, confestim reiiceret, l. j. §. dolum. D. de dolo. † At eam ipse contractus definitionem prodidit, quæ si diligenter consideretur, & ad præscripta Dialecticorum exigatur, periculum est ne in varias reprehensiones incurrat. Labeo apud Vlpianum in l. Labeo. de verbor. significat. contractum Vltro citróque obligationem definiuit, quod Græci συνάλλαγμα vocant. † Atqui vrget, quod in contractibus innominatis, priusquā causa subsit, id est datio vel factum, nulla constituitur obligatio, l. iuris gentiū. §. sed cum nulla. D. de pact. †postquam vero causa subest, & vnus ex parte sua impleuit, alter solum obligatus remanet. Igitur contractus Vltro citróque obligatio non est. Huc pertinet contractus mutui, qui inter nominatos connumeratur, l. j. & l. ij. D. de reb. credi. & tamen dantem nō obligat, sicut nec stipulatio eum, qui sibi dari stipulatur. Huc accedit l. Iulianus. §. si quis à pupillo. D. de act. empt. Si qui à pupillo sine tutoris authoritate emerit, ex vno latere cōstat contractus. nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum autem sibi non obl. Accedit & l. pōt D. manda. Potest mandatū ita contrahi, vt is duntaxat, qui mādatū suscepit, nexibus obligationis irretitus teneatur. Ex quibus efficitur, perperam à Labeone contractum Vltro citroque obligationem definiri. Sunt & adhuc permultæ rationes, quæ omnino conuellere Labeonis definitionē videntur. Ecce, †definitio rei substantiam exprimere debet, vt Aristoteles ait. At Labeonis definito rei substantiam non exprimit. † vt enim actio effectus est, non etiam substantia obligationis: ita obligatio effectus est, non etiam substantia contractus. Ergo recte contractus non definitur Vltro citróque obligatio. Hoc amplius, definitio nullam aliam in rem transferri debet. Sed inter patrem & filium vtrinque obstringens obligatio esse potest, l. vlt. C. de alend. lib. l. si quis a liberis. de lib. agnosc. D. licet contractus iniri nō possint. §. item. de inutil. stipul. Ergo probabilis hæc definitio non est. Ad extremum hæc contractus definitio consensus non meminit, sine quo contractus non consistunt, l. j. §. penultim. D. de pact. Ergo cum omnia non euoluat, quæ sub nomine definito continentur, manca est atque imperfecta. † Et his rationibus quidam iuris professores excitati, monumentis suis tradiderunt in l. Labeo. contractum non definiri. Sed repudianda est eorum sententia, quam pene omnium firma consensio improbauit. Illud æque probandum non est, quod alij scriptores prodiderunt, eos duntaxat †contractus in l. Labeo definiri, qui consensu fiunt, quoniam eius generis exempla iureconsultus tantum referat: huic enim opinioni è regione aduersatur l. iuris gentium. §. sed etsi. D. de pact. Si enim contractus innominati συναλλάγματα sunt, & Labeo contractum definit, †quem Græci συνάλλαγμα vocant, nulla est dubitatio, contractus innominatos, cæterósque similes ea definitione contineri. Nec vero †exempla, quæ labeo subiicit, alicui scrupulum iniicere debent, cum ea suis cancellis non circumscribant regulas, l. regula. §. j. de iuris & fact. ignorant. l. damni. § Sabini D. de damn. infect. Alia est opinio existimantium obligationem, cuius ea lex meminit, de ea solum intelligi oportere, quam Græci ad ἀντίδωρα vocant. Sed vix admitti hæc sententia potest: aliter enim inter pacta & contractus nihil discriminis statueretur, †cum atque naturalem obligationem producant, l. in his. §. imperator. l. Stichum. §. naturalis. D. de solut. l. j. D. de pact. ac proinde contractus definitio in aliam posset transferri. Sed credendum non est Labeonem, substantiam, vim, & effectum contractus per naturalem obligationem exprimere voluisse, cum ciuilis præcipuos effectus contineat, †& verbo obligationis, ciuilis & efficax significetur. l. j. §. item emptio. de rer. permuta. §. j. de obligat. Sunt porro qui putant nimis anxia & scrupulosa esse, quæ Labeo in ea l. prodidit: nam & discrimen, quod inter actum & gestum ponit, in l. licet. eiusdem titu. à Caio notatur: vnde mirum videri non debet, si hæc quoque definitio reprehensionis notam subierit. †Labeo enim fiducia ingenij & doctrinæ fretus, multa anxie obseruauerat, quæ alij deinceps improbarunt, l. ij. §. post hunc. de origin. iur. Gellius libr. 13. capitu. 10. At si tam artificiosè & subtiliter hæc confecta definitio fuisset, eo probabilior magisque Dialecticorum preceptis congruens, & minus periculis exposita esset. † Cæterum discrimen, quod inter actum & gestum Labeo obseruat, intuitu proprietatis verborum Caius admittit, quanquam per abusionem hæc verba promiscue & indifferenter vsurpentur. Sed elatus studio vereor ne longior fuerim. Erant autem nostrorum opiniones tam variæ, támque diffidentes, vt difficile fuerit rem tantam, támque inuolutam leuiter duntaxat attingere. Superest igitur, vt re-

iectis aliorum interpretationibus atq; sententiis, quid mihi de ea finitione videatur, breuiter & dilucide o-
15 stendam. †Ego itaque putarim Labeonem sua definitione significare contractum esse obligationem, quæ ex duorum consensione proficiscitur, & ad vtrunque contrahentium refertur, licet vterque nexibus obligationis non obstringatur. Etenim Vlpianus scribit in l. iurisgentium. D. de pact. etiam tunc συνάλλαγμα esse, cum alteruter duntaxat contrahẽtium obligatus est. Paulus quoque de commodato agens in l. in commodato. §. sicut. D. commod. susceptam ait esse inter dan-
16 tem & accipientem obligationem: † licet commodatum dantem non obliget, nisi forte in hoc, vt patiatur recipientem re commodata vti. Ergo in Labeonis definitione hæc verba *Vltro citróque obligatio,* non significant vtrinque contractam obligationem: quin-
17 imo sic accipi debent, †vt cõtractus sit obligatio, quæ ex duorum in idem tracta voluntate consistit, & ad vtrunque contrahentium refertur: vnde contractus nomen ductum est. Videor opinionem meam iam satis exposuisse. Quamobrẽ sequitur, vt supra adductas
18 obiectiones nunc deinceps refellam. †Non dissident itaque argumenta, quæ ducebantur à mutuo, stipulatione, & contractibus innominatis, quoniam ex eo sensu, quem ad l. Labeo. attulimus, interpretationem recipere debent: sicut & l. Iulianus. §. si quis. D. de actio. empt. & l. potest. D. mand. Quod autem dictum est, Labeonis definitionem contractus substantiam non declarare, nihil aut parum difficultatis habet.
19 †Nam vt rei substantia exponatur, in ea tantum definitione Dialectici exigunt, quæ Græco sermone οὐσιώδης nũcupatur. At hæc ἐννοηματικὴ est, vel κατὰ τὸν ὅρον, quandoquidem rei tantũ notionem tradit, & ab effectu ducitur, vt ex lib. Boetij De diuisionibus. & definit. apparet, vnde excerptum est c. 21. lib. 9. Parerg. Alciati. Quod porro assumpsimus, contractus definitionem in aliam rem posse transferri, omnino falsum est. Nam obligatio naturalis, quæ ob iuris naturalis vinculum, & legis authoritatem, inter patrem & filiũ intercedit, nihil commune cum illis obligationibus
20 habet, quæ legitime paciscendo contrahuntur. † Patet enim obligationis verbum latissime, pertinétque ad omnes actus, qui inter paciscentes contrahentésue iuris ciuilis aut naturalis vinculum inducũt: pertinet & ad quasi contractus, necnon ad vinculum, quod sine vllis hominum pactionibus, nullo prorsus negotio gesto, sola legis authoritate inducitur: cuiusmodi est illud, quod lex ratione educationis inter patrem & filiũ
21 esse voluit. †Et sane consentaneum non est patrem in facultatibus esse, & filium egere: vel contra, filium locupletem esse, & patrem fame enecari, l. si quis à liberis. D. de liber. agnosc. Quod Homerus in Telemachi persona hõc versicul. signific.

Οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκεν. id est,
Nec caris parentibus alimenta reddidit.

Et Hesiod. in li. qui Op. & dies inscribitur. οὐδέ μεν οἵγε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν
Χειροδίκαι. nec verò hi
Senio confectis parentibus alimenta dederint violenti.

Aristophanes in Auibus.

Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.
Expedit pullos auium patrem vicissim alere.

Eodem pertinet illud Dicæogenis apud Stob.

Αὐτὸς δὲ τραφεὶς τῶν φυτευσάντων ὕπο
Καλῶς τὸν αὐτὸν ἔρανον αὐτοῖς τίνεις.
Tu qui altus a parentibus es,
Merito parem eis gratiam reddis.

Vltima obiectio parum negotij nobis exhibet, cum hæc finitio οὐσιώδης non sit, sed ab effectu ducatur, & rei notionem quandam tradat, vt supra ostensum est.

Ant. Cost. mense Febr. 1553.

Quæ olim partes ius dicentis, & quæ iudicis fuerint, & an sententia congruens debeat esse libello.

SVMMARIVM.

1 *Olim iudices non erant magistratus.*
2 *Magistratus in priuatis causis non iudicabant.*
3 *Quæ partes ordinarie ius dicentis fuerint.*
4 *Magistratus olim compellebant iudices, vt coram se adessent.*
5 *Et eorum sententias exequebantur.*
6 *Declarata aliter quam à cæteris vltima pars l. quidam existimauerunt.*
7 *Magistratus interdum iudices appellantur.*
8 *De quibus causis olim magistratus cognoscerent & iudicarent. D. si cert. pet.*
9 *Iudices olim quotannis creabantur.*
10 *Selecti iudices.*
11 *Gellius in iudicem lectus.*
12 *Decuria iudicum.*
13 *Centuria.*
14 *Varia iudicum appellationes.*
15 *Discrimen iudicum & arbitrorum.*
16 *Declarata l. vlt. C. de fideic. liber.*
17 *An sententia libello congruens esse debeat.*
18 *Iudices olim à præscripto magistratus non discedebant, nec arbitri de alijs rebus cognoscebant.*
19 *Conclusio.*
20 *Iudex potest temere litigantem ad impendia damnare, licet petitum non sit.*

CAPVT IX.

NOSTRI vno ore dicunt, sententiã congruentem libello esse oportere, argu. l. vt fundus. D. commun. diuid. Iabolenus scribit, Vt fundus hereditarius fundo non hereditario seruiat, arbiter disponere non potest: quia vltra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest. Sed quia ego longe alium sensum hæc verba recipere arbitror, quam vulgus interpretum putarit, quæ ad eorum elucidationem pertinent, à capite exponã. Olim
1 †apud Romanos alij iudices erant, & alij magistratus, qui ius in priuatis causis dicebant. Quod cum ex multis Ciceronis locis apparet, tum maxime ex eo, quod in Verr. ij. scribit, M. Cæsonium, & Manilium, & Q. Cornificium, & quosdam alios ex Cal. Ian. non fore iudices, quia magistratus inire debebant. Et quidẽ
2 †magistratus in priuatis litigatorum causis iudicãdi munere non fungebantur, sicut ex eo intelligi potest, quod Vlpianus sub titul. de iurisdictio. scribit: Eum qui iudicare iubet, magistratum esse oportet. Item ex eo quod idem Vlpianus sub titul. de re iudic. ait: Quidam consulebant an valeret sententia à minore xxv. annis iudice data. Et æquissimum erit tueri sententiã ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit. Certe si magistratum minor gerit, dicendum est iurisdictionem eius non improbari. Vtrobique Vlpianus iudicem à magistratu secernit, sicut & in l. prætor. D. de tut. & curat. dat. ab his. & l. vltim. D. de offic. prætor. Pomponius quoque in l. v. D. de verbo. obligat. stipulationum alias prætorias, & alias iudiciales esse dicit. Ac in quodam titulo C. Iustinianei, ius dicere & iudicare, tanquam diuersa locantur: cum hoc proprium sit

iudicis,illud magistratus.Itaque filius in causa patris
iudex esse potest,l.in priuatis.D.de iudic. licet ius di-
cere prohibeatur,l.qui iurisdict. D.de iurisd. Sed nul-
lus apertior locus est l. placet. in j. C.de pedan.iudic.
Placet, inquiunt Diocler. & Maxim. præsides de his
causis,in quibus,quod ipsi non possent cognoscere,an
te hac pedaneos iudices dabant,notionis suæ examen
adhibere: ita tamen, vt si vel per occupationes pu-
blicas, vel per causarum multitudinem omnia huius-
modi negotia non potuerint cognoscere,iudices dan
3 di habeant potestatem. † Plane olim in priuatis liti-
gatorum causis partes ordinarie ius dicentis erant.
i.actiones concedere vel denegare,necnon præscribe
re formulam, & quibus de rebus esset iudicandum,l.
item.§.prætor ait si quid.D.de iniur.l.veluti. de verbo.
obligation.l.iurisgentium.§.& ideo D.de pact.Cicero
pro Cecinna,& pro Rosc. Amer. Theoph.in princip.
de interdict.& Victor.lib.secund. Cicer. De inuent.
ii.iudices vel arbitros litigatoribus dare, l. cum præ-
tor. D. de iudic.l.j. & l.imperium. D. de iurisdict. iii.
præstituere certum tempus, intra quod lis dirimere-
4 tur.l.ij.§.si & iudex.D. de iudic.iv. compellere †iudi-
ces,vt coram se adessent,vel vt iudicandi munere fun
gerentur.Cicero pro Cluent.Quid est,Quinte Naso,
cur tu in isto loco sedeas?si vis est,quæ vis est, qua abs
te ij iudices tali dignitate præditi coercentur? Idem
ad Atticum libr.secund Nigadium minari in concio-
5 ne se iudicem,qui non affuerit,compellaturum.†No-
uissime magistratus iudicum à se datorum sententias
exequebantur,l.à diuo Pio.de re iud.D.cum iudices la
ta sententia officio suo essent perfuncti;l. iudex post-
quam.D.de re iudic.Sed superioribus obstat,quod Vl
pianus scribit in l.quidam existimauerunt. D. si cert.
pet.humanius prætorem facturum, si actorem compu
lerit ad acipiendum id quod offeratur: cum ad offi-
cium illius pertineat litem dirimere. Sed propius est,
6 †vt de extraordinaria prætoris cognitione ea lex in-
telligatur,vel de præscripto magistratus, quod iudi-
cem sequi oportebat.Nec extrema verba dissidebunt,
si vt emendati codices habent, diminuere, legamus.
Porro non aduersatur l.voluit.§.vltim D. de interrog.
in iure fact.l.Titia D solut.matrimon.l.ij.D. si quis in
ius vocan.l.j.D.de iudi.l.extat.D.de eo quod met. cau.
7 l.ij. C de vsur.& fruct.leg.nanque † magistratus etiam,
cum de priuatis causis agitur, nonnunquam iudices
appellantur,vt auctor est Liuius lib.1.Decad.3.Et vero
8 †magistratus de quibusdam priuatis negotiis cogno-
scebant,vt de fideicommissis,l. secund. C. de vsur.&
fruct.legat.l.pecuniæ.§.persecutionis.C. de verbor.si-
gnificat.§.j.de fideicom.hered.de suspectis tutoribus
l.j.§.damus.de suspect.tutor.l.j.§.suspecti ad S.C.Tur-
pil.necnon de ingenuitate & libertinitate.l. placet.C.
de pedan.iudic.l.non distinguemus.§.Iulianus. de re
cept.arbit. Sed & magistratus de appellationibus co-
gnoscebant,l.j.D. quis & à quo appella. & de transa-
ctionibus alimentorum.l.cum hi.de transact. Item de
quæstionibus in executione sententiæ emorgentibus,
l.à diuo Pio.§.si super. D. de re iudicat. & denique de
his,quæ iuris disceptationem habebant, l. eum quem
9 temere. de iudica. † Quo circa iudices olim quo-
tannis eligebantur, erántque eorum nomina per ali-
quot decurias in albo descripta: vnde sumi à magi-
stratibus solebant, qui de priuatis litigatorum causis
10 cognoscerent.Nec enim aliter iudices dabantur,†nisi
essent de numero sectorum: quos Budæus præcipuos
quosdam iudices fuisse, perperam suspicatus est. Ci-
cero pro Cluentio: Deinde Prætores tantum vrbani,
qui iurati debent optimum quenque in selectos iudi-
11 ces referre,&c.†Gellius lib.14.c.2.Quo primum tem-
pore à prætoribus lectus in iudicem sum, vt iudicia
quæ appellantur priuata, susciperem: vt homo ado-
lescens à poetarum & rhetorum epilogis, ad iudi-
candas lites vocatus,rem iudiciariam, quoniam vo-
cis, vt dicitur, viuæ nimia penuria erat, ex mutis,
quod aiunt, magistris cognoscerem. Tranquillus
12 in Octauio: † Ad tres iudicum decurias quartam ad-
dixit ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocare-
tur,iudicarétque de leuioribus summis. Iudices à tri-
cesimo ætatis anno allegit, id est, quinquennio matu-
rius quam solebant. At plerisque iudicandi munus de
trectantibus,vix concessit, vt singulis decuriis per vi-
ces annua vacatio esset.Idem in Galba: Iudicibus sex-
tam decuriam adici precantibus,non modo negauit,
sed etiam cóceßum à Claudio beneficium, ne hyeme
initioque anni ad iudicandum euocarentur,eripuit.
13 Quibus in locis,vt obiter dicam,†decuria centuriam
significat, eo quod decies decem continet. Quocirca
14 horum iudicum Plinius meminit lib.33.c.1.& 2. † ac
notandum est varia eis imposita fuisse nomina, vt re-
cte à nonnullis animaduersum est.Iudices itaque dati
vel delegati nonnunquam appellabantur.l.à iudice.&
l.apertissimi.C.de iudic.l.j. C. qui pro sua iurisdict.l.
ij.C.de sent & interloc.l.à diuo Pio.de re iud. Item iu-
dices speciales,l.vlt.de offi.prætor.l.v.de offic.præsid
scilicet,quia litigaturis ex numero selectorum daban
tur.Dicti sunt etiam Pedanei iudices,eo q sella curuli
non vterentur,l.si quis in conscribendo.C.de pac.l.tu
tor.C.de tut.& cura.dat.ab his aut ideo,quod stantes
in comitio iudicarent.vnde Cicero De clar.orat.Si an
guste,inquit,& exiliter dicere est Atticorum, sint sa-
ne Attici: sed in comitium veniant, ad stantem iu-
dicem dicant: subsellia grandiorem, & pleniorem
vocem desiderant. Recuperatores porro diceban-
tur, propterea quod eorum interuentu res debitæ &
damna recuperarentur. Quod & Budæus in priorib.
Annot.obseruauit. Iudicia,inquit, duorum generum
erant: publica, rerum capitalium: & priuata, quæ
nos ciuilia vocamus:& plerunque à prætore, iudici-
bus ab eo datis mandabantur,id est,recuperatoribus.
Postremo hi iudices nonnunquam iudices simplici-
ter, & interdum arbitri appellabantur, l.à diuo Pio.
D.de re iudic.l.cum fideicommissum.D. de cõfess.l.ij.
15 C.de senten.& interl.§.omnium.de actioninib.†Quan-
quam iudices plerunque ab arbitris secernerentur: q
in arbitrarius & bonæ fidei iudiciis arbitri,in strictis
vero iudices propriè essent.Qui tamen omnes iurisdi
ctionem non habebant,l.ait prætor,D.de re iudic. cũ
illi secundum sibi præfinitam formulam ex æquo &
bono æstimarent,quemadmodum actori satisfieri o-
porteret,§.in bonæ fidei.§.prætereà.de action.hi de fa
cto tantum cognoscerent,l.cum quem temere.D.de iu
dic.sed tamen ἐν πλάτει, vt paulò post ostendemus.
Ex quibus intelligi potest,perperam ex l.vt fundus.ili
16 ci,sententiam congruentem libello esse oportere. †
Quod nec probat l.vltim.C.de fideicomm.libert. nã-
que eo loci seruum quis ita legauit,vt ei legatarius li
bertatem imponeret: sed cum tardius heres seruum
daret,iudex eum ad æstimationem damnauit.Confus
tus itaque Iustinianus rescripsit,vix inueniri ita stul-
tum iudicem posse,vt similem condemnationem pro
ferat:ac proinde eo casu sententiam nullius esse mo-
17 menti.†Quis dicet illam sententiam improbari,quòd
libello conueniens & accommodata non esset? cum
in l.vltim.C.de condit.insert.rite sentẽtia homine de
perdito in æstimatione feratur,quamuis homo peti-
tus sit.Nonne in l.vinum.D.si certum pet.vinum peti
tum est,& tamen debitor ad æstimationem damnatur?
Plane iudicis partes sunt,nedum arbitri,nõnunquam
pluris,interdum minoris,quã libello comprehensum
sit,victum condemnare,l.verbum oportere.de verbo.
signific.l.non solum.de rei vindic.l.ij.§.vltim.D.de eo
quod cert.loc.l.cum is.D de pet.hered.l.terminato.C.
de fruct.& lit.expen.§.pœna.de iniur.l.vnic.C.vt quæ
18 desunt aduocat.†quanquam iudici dato à præscripto

magistratus resilire non liceat, nec arbitro de aliis ne
gotiis cognoscere, quam quæ sibi iniuncta fuerunt, l.
ædiles. de ædil. edict. l. vt fundus. communi diuid. Erat
enim arbitri potestas amplior: cum perinde obnoxius
præscripto magistratus non esset, vt qui de strictis iu-
diciis cognoscebant, sicut Cicero in orat. pro Rosc.
Comœdo, scribit. Ergo in l. vlti. de fideicomm. libert.
ideo sententia non valet, quia in æstimatione lata erat
cum tamen seruus legatario præstari posset, vt secun-
dum voluntatem testatoris ad libertatem perducere-
tur. Sicque fauor libertatis effecit, necnon dandi com
19 moditas, vt talis sentẽtia ridicula videretur. † Ad sum
mam, de auctiori vel diminutiori quantitate sententia
ferri potest: potest & de æstimatione ferri, etiam cum
res petita est. Atque ideo in sententia hodie non exi-
gimus, vt congruens sit libello, sed tantum vt de eo-
20 dem negotio feratur. Proinde † iudex poterit temere
litigantem ad impendia damnare, quamuis libello id
petitum non sit. Cynus & Bald. in l. properandum. §.
sin autem alterutra. C. de iudic. & decis. Tolosan. iij.

Quid sit officium iudicis, & quemadmodum in iure ciuili consideretur.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis secundum DD.*
2 *Officium nobile.*
3 *Officium mercenarium.*
4 *Officium iudicis nec actio est, nec persecutio.*
5 *Vera officij iudicis declaratio.*
6 *Tribonianus leges interpolauit.*
7 *Officium iudicis tribus modis consideratur.*
8 *Declarata l. hereditas in fi.*
9 *Iura sepulchrorum, sacra omnia, & ceremoniæ ad Pontifices pertinebant.*
10 *Scripta in testamento, quæ solum testantis fauorem respiciunt, nullam producunt obligationem.*
11 *Elucidatus §. vlt. l. qui per collusionem.*
12 *Honoraria aduocatorum & ancillarum salaria officio iudicis præstantur.*
13 *Noua opinio.*
14 *Officium iudicis locum habet, etiam cum actio competit.*
15 *Conciliata l. cum filiusfa. si cert. peta. cum l. si longius. D. de indic.*
16 *Qui prætores ius olim dixerint.*
17 *Ius dicere quid sit.*

Caput 10.

1 OFFICIVM † iudicis nostri interpre-
tes in l. j. C. de edend. in l. j. D. de iurisd. &
§. j. de act. actionem, petitionẽ, aut perse
cutionem quandam esse prodiderunt:
nec aliter dari, nisi obligatio præcedat
ex æquitate descendens, non etiam ex partium con-
sensu: Alc. lib. 2 Parad. c. 10. At vero summa huius offi-
cij diuisio in duo genera diducitur. Aut enim nobile
2 est, aut mercenarium. † Nobile officium iudicis illud
esse interpretes aiunt, quod nulli actioni adiungitur,
sed per se subsistit: vt videre est in edicto, de minori-
bus xxv. annis: vnde nulla propria actio vel cautio pro
ficiscitur, sed tantum officium iudicis, l. quod si mi-
3 nor. §. vlt. D. de minorib. † Mercenarium autem dicũt,
quod actionibus ancillatur, & ei que competit, qui actio
nem quidem habet, sed non sufficientem, l. qui per col
lusionem. §. vlt. D. de act. empt. quale est illud, quod actio
nes bonæ fidei æmulatur, & tantundem in eis valet,
quãtum in cæteris expressa conuentio, l. quia tantun-
dem. de negot. gest. l. Lucius. in ij. D. deposit. l. iij. D. de
act. & oblig. Hæc autem interpretes commenti sunt,
quibus vtinam viderem sandalio commitigari caput.
Nos enim opinionibus illorũ in varios errores dedu-
cimur, nec vera (vt Tullius ait) plerunque cernimus.
Ideo Platonem & Pythagoram hac in re sequemur,
qui, vt Proclus in lib. De anima & dæm. scribit, ipsam
veritatem perquirentibus, multitudinem vitandam
censuerunt. Et sane, quod ad rem propositam atti-
net, non est credendum tam infantes aut elingues iu-
ris auctores fuisse, vt nostrorum commentitiis ver-
bis eguerint: ipsi certe ea non admiserint, quæ legibus
aut constitutionibus expressa non erant, l. j. D. de sena
tor. l. illam. C. de collat. l. dissentientis. Cod. de repud.
Quamobrem nec nos has aniles fabulas de officio iu-
4 dicis admittemus: † præsertim cum officium iudicis
nulla sit actio, nulla persecutio, nullum denique reme
dium, quo quis rem suam persequatur. Quod vt aper
tius innotescat, scire oportet per officium iudicis in
telligi, quod à iudice fieri debet. per officium præto-
ris, quod à prætore, l. j. D. de iurisdict. l. cum is. D. de pe
tit. heredit. l. si vulnerauerit. D. loc. l. iiij. de damn. in-
5 fect. & in tract. de offic. iudic. † Sed contractius speci-
aliusque officiũ iudicis accipitur pro extraordinaria
magistratus cognitione, quæ prætermissis solennibus
iudiciorum & veterum anxiis obseruationibus, à præ
tore vel alio magistratu in quibusdam causis interpo
nebatur: illũ itque suum fecit commune officij iudi-
cis nomen. Et vero quondam varij erant iudiciorum
ritus atque obseruationes, quas magistratus, cum ex-
tra ordinem ius dicerent, prætermittere solebãt. Eius
modi autem post l. j. & ij. C. de form. & impetr. sub l. iu
dicia omnia esse cœperunt, §. vltim. de interd. §. j. de
success. quæ fiebant per vind. in Insti. Itaque quod dici
tur in l. penult. de nego. gest. nihil referre, vtrũ directa
6 an vtili actione quis agat: Pauli nõ est. sed † Triboniani,
qui tempori suo seruiens, audacter suo more, Pau-
li locum interpolauit: sicut & alia pleraque veterũ cõ
sultorum responsa vt apparet ex l. j. de legat. lib. j. ex l.
sed etsi. solu. matrim. aliisque innumerabilibus. Quòd
si quis me interroget, cur extraordinaria magistra-
tus cognitio officium iudicis appelletur: respondebo,
quia prætermissis solennibus, ipsi magistratus cogno
7 scebant. Quod apertius intelligi poterit, † cum obser-
uauerimus in iure Cæsareo officium iudicis tribus
modis considerari. In primis autem locum habet, cũ
nulla subest obligatio, & nulla quoque actio compe-
tit: vt in l. si quis sepulchrum. D. de relig. & sumpt. fun.
Si quis enim sepulchrum habeat, viam autem ad se-
pulchrũ nõ habeat, rescriptum est, iter ad sepulchrũ
peti precario, & concedi solere: vt quoties non debe-
tur, impetretur ab eo qui fundum cõiunctum habeat.
Non tamen hoc rescriptum, quod impetrandi dat fa-
cultatem, etiam actionem ciuilem inducit, sed extra
ordinem interpelletur Præses etiam compellere de-
bet iusto pretio iter ei præstari: & quæ sequuntur. Hic
igitur nulla præcedente obligatione magistratus ex-
traordinariam cognitionem interponit, quod officiũ
8 iudicis appellant. † Idem videre est in l. hereditas. D.
de petit. hered. Papin. ait Quamuis stricto iure nulla
teneantur actione heredes ad monumentum facien-
dum, tamen principali vel Pontificali auctoritate cõ-
pelluntur ad obsequium supremæ voluntatis. Quæ ver
9 ba intelligi debent de sacris ac cæremoniis, † quorũ
cognitio ad Pontifices pertinebat, l. posteriori, de ori
gi. iur. l. vltim. de mort. infer. Liuius lib. j. Pontificem
deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus le-
git, eique sacra omnia exscripta exsignataque attri-
buit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sa-
cra fierent, atque vnde in eos sumptus pecunia eroga
retur: cæteraque omnia publica priuataque sacra Põ
tificis scitis subiecit, vt esset quo consultum plebs ve
niret, ne quid diuini iuris negligendo, patrios ritus
peregrinosque asciscẽdo, turbaretur. Nec cælestes mo
do cæremonias, sed iusta quoque funebria, placãdosq;

mane-

manes,vt idem pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, aliáue quouis modo missa susciperentur atque curarentur. Quanuis igitur hereditatis aditione regulariter heredes ad obsequium supremæ voluntatis obstringantur, l. apud Iulianum D. quib. ex caus. in possess. eat. † tamen cum ea quæ, in testamento scribuntur, ad solam scribentis authoritatem pertineant, nulla prorsus constituitur obligatio. l. Quintus Mutius. D. de ann. legat. Ergo in l. hereditas. & in l. Quintus. de his, quæ ex sola testantis authoritate pendent, extra ordinem magistratus cognoscit: & ita supremæ voluntati succurrit, cum aliter subueniri non est. Huc pertinet l. iiij. C. deposit & l. qui per collusionem. §. vltim. de actio. empt. vbi post sortis solutionem condemnatio-uémue, vsuræ, quæ neque ex pacto debebantur, neque in obligatione erant, nec poterant vlla actione peti, of-
11 ficio iudicis præstantur. † Sed valde hebetes sunt hac in re nostri, qui monumentis suis prodiderunt, in l. qui per collusionem. §. vltim. pretij forte post moram soluta officium iudicis intuitu vsurarum cessare, eo quòd mercenarium esset: hæc enim meracissima est calumnia, & illius responsi aucupatio, quã superioribus perpensis nemo vnquam recti iudicij vir admittet. Quocirca officio iudicis succurritur, quoties subest obligatio, quam pactum & naturalis æquitas inducunt. Vt,
12 † ecce patronus cum clientulo suo pepigit, vt honorarium quindecim aureorum haberet: quia iure ciuili ad id consequendum nulla actio prodita est, ideo extraordinaria prætoris cognitione subuenietur: idémque iuris est in his quæ me dico, ingenuarum artium professori, nutricibus, & seruis promittuntur, l. j. §. in honorariis & §. vltim. de variis & extraordin. cognit. l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic. l. salarium. D.
13 mandat. † Nouissime, quoties rei tractatio celeritaté desiderat, vel litigatorum qualitas id exposcere videtur, etiam his casibus, quibus actio iure ciuili prodita est, officium iudicis locum. Quod cum nouum sit, & popularibus inuisum, placet eius rei demonstrandæ causa, aliquod iuris capita breuiter depromere. quibus nostrorum opinionem tam insitam, tam vetustam, totque præiudiciis iam confirmatam, omnino conuellemus aut certe labefactabimus. Vlpianus scribit in l. j. §. j. D. de rei vindication. Per hanc actionem liberæ personæ, quæ sunt iuris nostri, vt puta liberi, qui sunt in potestate nostra, non petuntur. Petuntur igitur aut præiudiciis, aut interdictis, aut cognitione prætoria: & ita Pomponius libr. 37. scribit. Anto. imp. in l. j. C. de liberis & eorum liber. ait libertos, qui ingrati erga pa-
14 tronos extiterunt, officio iudicis in pristinam seruitutem reuocari. † Constat autem necnon Honorius & Theod. in l. ij. & l. iij. eiusdem titu. ob eandem causam
15 actiones competere rescripserunt. Sed & Vlpianus † in l. si longius. §. j. D. de iudic. ait filiofamilias. qui viaticũ suum credidit, dum studiorum vel alia iusta ex causa abesset, actionem à prætore dandam. In l. autem, cùm filiusfamilias. D. si certum petatur. idem respondit extraordinario iudicio esse illi subueniendum. Hæc igitur manifestum faciunt, etiam cum actio competit, interdum officio iudicis subueniri. Illud obseruandum
16 est. † ex prætoribus, qui populi suffragio quotannis creabantur, eos demum ius dixisse, quibus forte obtigerat, vt iuri dicundo præessent. Cicero pro Muræna: Quid? in ista prætura nihilne existimas inter tuam & istius sortem interfuisse? Huius sors ea fuit, quã omnes tui necessarii tibi optamus, iuris dicundi. Et libro 2. in Verr. Cum tibi sorte obtigisset vt ius diceres, quantũ negotij, quid oneris haberes, nunquam cogitasti. Nec hi solum prætores ius olim dicebãt, sed & alij quoque magistratus, vt apparet ex l. cum prætor. D. de iudiciis.
17 † Ius autem dicere magistratus dicuntur, siue ordinarie ius reddant, siue extra ordinem iudicent, l ij. §. deinde Cornelius. de origi. iur. l. si in aliquam. §. vltim. de offi. procon. Rursus siue edicant in causis singulorum, siue decernant. Ipsi enim ius statuebant, quod in ordinariis cognitionibus iudices sequebantur. Quamobrem recte Vlpianus prodidit, ius dicentis officium latissimum esse: cum in his versetur, quæ mixti imperij sunt, aut simplicis iurisdictioni, necnon in his quæ neque imperij sunt neque iurisdictionis. Sic enim accipi debet l. j. D. de iurisdiction. vt in nostris ad eam Commentariis fusius ostendimus.

Ant. Guib. Cost. Tolosæ, I I. Cal. Decem. 1552.

De Barbario Philippo, item de edictis, & decretis prætorum, & quomodo accipi debeãt extrema verba l. Barbarius. D. de offic. prætor.

SVMMARIVM.

1 *De nominibus seruorum.*
2 *Species l. Barbarius. D. de offi. præto.*
3 *Quomodo prætores prouincias sortirentur.*
4 *Prætores ex edictis ius dicebant.*
5 *Edicta initio magistratus prætores solenniter proponebant.*
6 *Edictalis bonorum possessio.*
7 *Quomodo olim decernebant prætores.*
8 *Decretalis bonorum possessio causa tantum cognita datur.*
9 *Creatio magistratuum ad principem pertinet.*
10 *Reiectis aliorum opinionibus, vltima pars l. Barbarius. nouo sensu illustratur.*
11 *Consules Romani, & duces exercituum, Imperatores appellantur.*
12 *Duces exercituum ius inter milites reddunt.*
13 *Consulum Romanorum potestas.*
14 *Salus populi suprema lex.*
15 *Quomodo à Senatu in summa necessitate Respublic. Consulibus committeretur.*
16 *Consulum minuta potestas.*
17 *Comitia sublata.*

Capvt II.

CVM l. Barbarius Philippus, enarrarẽ auditores meo ... admonui, cur seruus in eo responso Barbarius Philippus appellaretur. Id enim scitu dignum est, sicut & cætera, quæ ad illustrandum ius Romanorum conducunt. Igitur meminisse debe-
1 mus † seruos olim vnicum nomen habuisse, quod Græcum plerunque fuit. Ciues autem Romanos, nomẽ saltem & prænomen. Vnde coniectura assequimur hunc seruum, priusquam Romam venisset, Philippi duntaxat nomen habuisse: nimirum quod equarius esset, id est, curationi equorum præpositus: Græcè enim eo ver-
2 bo equorum amator significatur. † At cũ is Romæ fuisset, se in cuiusdam Barbarij familiam contulit. qui eum credẽs liberum, effecit, vt ciuitate donaretur: sicut Dolabella rogatu Ciceronis Demetrio ciuitatem à Cæsare impetrauit: qui vt Cicero ad Acilium lib 13. Epist. scribit. ideo P. Cornelius Demetrius vocitatus est Itaque cum Philippus illius nomen seu prænomen sumpsisset, in cuius domum familiámque venerat, & ab omnibus pro libero haberetur, diebus comitialibus in campum Martium candidatus venit, vt populi suffragiis prætor designaretur: quem non fefellit opinio. Est enim à populo ex censu, ordinibus, & ætate per centu-
3 rias digesto, prætor honorifice creatus: † eique (cùm prætores, priusquam magistratum inirent, inter se pro-

uincias sortirentur) vrbana prætura obtigit.Quo mu
nere cum functus fuisset, innotuisséto; omnibus eum
non fuisse liberum,quæstionis fuit.an ab eo acta vale-
rét. *Quid dicemus*,inquit Vlpianus,*quæ edixit, quæ*
decreuit,nullius fore momenti? sic enim legêdum est,
non etiam,An quæ dixit,vt in vulgatis codicibus scri-
ptum est.Nanq; olim prætores edicebant, & decerne-
4 bant.† Edicebant in causis singulorum, vt sese offere-
bât:aut generaliter,edictis initio magistratus in tabu-
la dealbata publicè positis:scilicet, vt populus sciret,
quibus de rebus ius erant dicturi,quandiu munere suo
5 fungerentur,l.ij D.de orig.iur.& Cicero in Verr.† Id
autem faciebant in leges iurati,& habita publice con-
cione.Quod Tullius lib.2.de finib.his verbis ostendit:
Quid,inquit,mereri velis,iam cum magistratû inieris,
& in concionem ascenderis:(est enim tibi edicendû
quæ sis obseruaturus in iure dicendo:& fortasse etiam
si tibi erit visum,aliquid de maiorib⁹ tuis, & de teipso
dices more maiorû) quid merearis igitur, vt te dicas
in eo magistratu omnia voluptatis causa facturû esse?
Ex eo igitur edicto ita proposito prætores ius olim di-
cebant,& citra causæ cognitionem interloquebantur.
Ideoq; affirmâti se heredem scriptum,prolatis tabulis
testamenti prætor ex edicto bonorû possessioné dedis-
6 set,† quæ idcirco Edictalis est appellata:non etiâ ab eo
q ex mortui prætoris edicto daretur,vt Accursius pro
didit.Quod si deinceps constitisset, non rite factû te-
stamentum,vel factû ab eo,qui testamenti factioné nô
habebat,licebat prætori, quod sine causæ cognitione
iusserat,contrario edicto tollere,l.quod iussit.D.de re
iudi.Ac cuius generis exemplû Cicero memorat lib.7.
Epist.quæ falso Familiares nuncupantur.Prolatis tabu
lis testamenti Q.Cæpio prætor ex edicto suo Silio he
redi instituto bonorum Turpiliæ possessionem dedit.
Sed quia Turpilia testamenti factionem nô habuerat,
cû suprema sua ordinaret,dubitabatur,an satisdari le-
gatorû nomine sine periculo posset poterat enim præ-
tor causa cognita bonorum possessionem auferre: ni-
mirû si constitisset ratum nô fuisse testamentû.Quare
Tullius in eo dubitans, quod certi & indubitati iuris
erat,cum ipse causas diceret,& iuris scientiâ nô profi
teretur,Trebatio ætatis suæ celeberrimo Iureconsulto
causam heredis vehementer commendauit, cúmq; ro-
gauit,vt consilium suum heredi non grauate imperti-
retur.Ex quibus perspicuum est,quomodo edicerêt,&
7 ex edictis ius dicerent prætores. †Decernebant præto-
res causa tantum cognita,l.nec quicquam §.vbi decre
tum.D.de offi.proco. Vbi decretû,inquit Vlp.necessa
rium est,per libellum proconsul id expedire nô potest.
Omnia enim,quæcunque causæ cognitionem deside-
8 rant,per libellum non possunt explicari.Itaq; † decre-
talis bonorum possessio,quæ à decreto nomen suû tra
xit,non aliter dari potest,quàm causa cognita:nec ali-
bi,quàm pro tribunali: quia neque decretum de plano
interponi,neque causa cognita bonorum possessio ali
bi,quàm pro tribunali dari potest,l.j.§ si causa cogni-
ta.ff.de bonorû pos.l.j.§ decretalis.D.de succes. edict.
Vltima pars l.Barbarius, non tam difficilis est, quàm
multi arbitrantur.Nostri eam sic accipiunt,vt quod di
ctum erat in seruo, quem populus in præturâ coopta-
uerat.rectissime ad eum porrigatur, quem Romanus
imperator ad eundê honorem euexit.Ex quo enim sum
9 ma Reipublicæ vnius arbitrio commissa est, † creatio
magistratuum non ad populi fauorem,sed ad princi-
pis curam pertinuit,l.j.D.ad legem Iul.de ambit. Quæ
interpretatio nec verbis,nec menti authoris congruit:
sensus enim & structura verborum legis perspicue in-
dicât hæc verba,*quod ius in imperatore multo magis*
obseruandû est, non ad eum qui eligit,sed ad eum qui
electus est,referri necessario oportere. Nec tamé pos-
sunt de eo accipi,qui ad fastigium augustale est proue
ctus:id enim ridiculum esset,cùm nemo seruus vsquam
10 ascitus in eam dignitatê fuerit.† Debent igitur de du
ce seu imperatore exercitus intelligi, aut de Consule
11 Romano,† qui ab authoribus latinitatis peræque im-
perator appellatur Salustius in Catil. Post,vbi impe-
rium regium, quod initio conseruandæ libertatis atq;
augendæ Reipublicæ causa fuerat, in superbiam do-
minationémq; se conuertit:immutato more,annua im
peria,binosq; imperatores sibi fecere. Cicero Philip.
4.Faciam igitur, vt imperatores instructa acie solent,
quanquam paratissimos milites ad præliâdum videât,
vt ad eos tamen adhortentur.Huc pertinet l.iiij. D.de
statu homi.& innumera loca Ciceronis & Liuij, quæ
12 nunc afferre nihil attinet.Equidê † duces exercituum
ius olim inter milites reddebant,habebántque grauio
ris animaduersionis potestatem,sicut & hodie,l.certi.
13 C.de iudic.l.penul.C.de iurisdict. †Côsules autem, vt
Pomp.de origin.iur.scribit,summum imperium habe-
bant.Omnes enim,vt Cicero Philip.4.ait,sub iure &
imperio illorum prouinciæ erant,scilicet cùm secesse-
rant in eas:ac maiorum magistratuum comitia ab his
solis,quandiu aderant,habebantur:vt author est Cice-
ro lib.9.epist.ad Attic.& Messala apud Gellium lib.13.
cap.14. Itaque cùm Cicero in libris De legib. non xij.
Tab.sed suas leges describit,moribus & legibus Ro-
manorum accommodatas,*Duo*,inquit,*regio imperio*
sunto:ijq; præeundo,iudicando,consulendo, prætores,
iudices,consules appellantor. Militiæ summum ius
14 *habento, nemini parento.* † *Ollis salus populi supre-*
*ma lex esto.*Nimirum coniecta in maximum discrimê
Republica,& ad summam necessitatem redacta,vt Li-
uius docet lib.ab Vrb.cond.3.& Cæsar lib.j. De bello
15 ciuil.†Tunc enim Senatus totam Rempublicam, at-
que ideo curam & tutelam illi⁹ his verbis Côsulibus
committebat:*Videant ne quid detrimenti Respubli-*
ca capiat. Quod non modo Tullius pro Milone, &
Philip.5.sed & Salustius in côiurat.Catil.his verbis lu-
culêter explicat:Itaq;,quod plerunque in atroci ne-
gocio solet,Senatus decreuit,vt darent operam Con-
sules ne quid detrimenti Respublica caperet.Ea pote-
stas per Senatum more Romano.magistratui maxima
permittitur,exercitium parare,bellum gerere,coerce-
re omnibus modis socios atque ciues, domi militiæq;
summum imperium atque iudicium summum habere.
Aliter sine populi iussu nulli earum rerum consuli ius
16 est.† Fuit etenim variis legibus Consulum Romano-
rum coangustata potestas,vt lege Terentilla,lege Por-
cia,lege Sempronia,& xij.Tab.idque ne regiâ per om-
nia sibi potestatem vindicarent,vt Pomponius ait: sed
tantum nihilominus imperij & dignationis in Consu
libus mâsit in eis,vt quodammodo βασιλεία eluceret,
saltem ante commissam vnius arbitrio Reipublicæ cu
ram.Igitur si seruus per imprudentiam in numeros re-
latus,vt dicit l.penul.qui milit.pos.à Senatu,vel militi
bus à Senatu remotis ignoranter dux eligatur, vale-
bunt acta ab eo:sicut & acta à seruo, quem ignoranter
Senatus(ad quê Tiberij instituto,vt Tacitus lib.j.ait,
ius comitiorum pertinebat) vel ipse princeps Consu-
17 lem creauit.† Post enim Tiberium Cæsarem desitum
est prorsus haberi comitia,vt ex Plinio in episto. Cor
nel.Tacito.Suetonio & Quintiliano côstat: hícque ve
rus sensus est extremæ partis illius responsi. Reliqua le
ctioribus commentariis complexi sumus.

Ant.Costanus I.D.Tolosæ,mense Iul.1554.

An ratum & efficax sit matrimonium in-scijs parentibus contractum.

SVMMARIVM.

1 *Vetus parentum in liberos potestas.*

Patria

2 *Patria potestas in pietate, nõ etiã i atrocitate cõsistit.*
3 *Traiani decretum.*
4 *Patriæ potestatis in nuptijs consideratio.*
5 *Loca vtriusque testamenti. quæ secundum nostros, patris consensionem in nuptijs expectandam indicant.*
6 *Loco iuris ciuilis, quæ patris consensum requirere videntur.*
7 *Matrimonium renouari sine patre non debet.*
8 *Si pater absit, an expectari debeat.*
9 *Sita pontificum, quæ patris consensionem in nuptijs considerant.*
10 *Interpretum opinio.*
11 *Reiecta vulgaris opinio.*
12 *Erga patrem & matrem eadem pietas esse debet.*
13 *Matrimonium est spiritale.*
14 *Patria potestas non consideratur in his, quæ iuris publici sunt.*
15 *Filius inscio patre monachus effici potest.*
16 *Locus à nostris nondum animaduersus.*
17 *Locus Pauli à calumnijs quorundam defensus.*
18 *Matrimonia libera esse debent.*
19 *Dicto alterius audiens. velle non creditur.*
20 *Suprema voluntas ex alieno arbitrio pendere non debet.*
21 *Incommoda, quæ patris consensus nuptijs affert.*
22 *Senes cur auari.*
23 *Ius pontificium in nuptijs spectatur.*
24 *Illúdque patris consensionem non exposcit.*
25 *Propositæ quæstionis vera & noua definitio.*
26 *Nouè ostensum rationem naturalem non exposcere, vt patris consensus in nuptijs spectetur.*
27 *Emancipatio facit, ne patris spectandus sit cõsensus.*
28 *Noue declaratus §.1. de nupt.*
29 *Ratio naturalis varie accipitur.*
30 *Cur parentum consensus in nuptijs exigendus sit.*
31 *Quædam à natura sunt, quæ facile mutantur.*
32 *Suadere.*
33 *Declerata loca vtriusque Testamenti, quæ à nostris afferebantur.*
34 *Noua interpretatio l.ij. D. de ritu nupt.*
35 *Filij nati ex matrimonio inscijs parentibus contracto, an iusti sint & legitimi.*
36 *Puella sibi maritos deligere non debent.*
37 *Filia inscio patre nubens intra xxv. annum, exheredari potest.*
38 *Enucleati duo canones, & à calumnijs quorundam defensi.*
39 *Noue intellectus can. aliter, xxx. quæst. v.*
40 *Verus sensus can. sufficiat. 27. quæst. ij. reiectis quorũdam neotericorum argutijs.*
41 *Gratiani volumen.*
42 *Verbum Debet, & verbum Potest varie accipiuntur.*
43 *Senatus Tolosani decretum.*

Caput 12.

PARENTVM in liberos semper & vbique ma-
1 xima authoritas fuit. Et quidem † apud Roma-
nos lege à Romulo lata parentibus vendendi, re
legandi, & occidendi liberos potestas data est, vt Dio-
nys. lib. 2. antiq. docet, Plutharch. in Romulo, & Paulus in
l. in suis. D. de lib. & posth. Sed cum id nimis acerbum
videretur, Romani variis legibus immodicam illã po-
testaté coercuerunt, l. vlti. C. de patr. potest & l. in suis.
2 iam citata. Etenim patria † potestas in pietate debet,
non in atrocitate cõsistere, l. v. ad l. Pomp. de parricid.
3 † Prudenter igitur Traianus decreuit cogẽdũ esse pa-
trem filium emancipare, in quem supra modum sæuus
fuisset, l. vlti D. si à paren. quis fuer. manumis. Remanét
tamen hodie quędam illius potestatis vestigia, quæ in
adquisitionibus rerum in controuersiis iudicialibus,
4 & nuptiis cõtrahẽdis maxime cernuntur. Plane † quod
ad nuptias attinet, in his patris interuentum & cõsen-
sionem desiderari, naturalis & ciuilis ratio suadet, §. j.
de nupt. Quod nostri sic accipiunt, vt aliter nuptias ra-
5 tas & efficaces non esse putent. † Vnde illud Exod. 20
כבד את אביך Quod sententia nostrorum in hoc proposi
to suggerit liberos ita reuereri parẽtes oportere, vt in
nuptiis & sponsalibus contrahendis eorum cõsensum
exigãt, in quorum sunt potestate. Alioquin ob ius quo
obnoxij parentibus tenentur, furtim abducti videbun-
tur. Nec dubium est secundum nostros, quin hanc po-
testaté diuus Paulus & antiqui patres parentibus sem-
per tribuerint: cùm ille in priori ad Corinthios episto
la cap. 7. scribat, ὥστε ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ. & Abra
ham Geneseos 24. seruum seniorem iubeat filio suo v-
xorem accipere de filiabus Chananæorum. & Genes.
28. Isaac præcipiat filio suo Iacob, vxorem accipere de
filiabus Laban auunculi sui, non etiam de genere Cha
naan. Moses Deuter. 7. cum omnem Israelem conuocas
set, ad eum dicebat, Filiam tuam non dabis filio Cha-
nanæi, nec filiam illius accipies filio tuo. Quid memo-
rem Sampsonem, qui Iud. cap. 14. parentes suos rogauit,
vt sibi vxorem acciperent puellam quãdam de filiabus
Philistinorum, in cuius amorem primo aspectu incide
rat? Hæc, vt videtur, manifestum faciunt elocandorum
liberorum ius ad parentes pertinere, nec omnino in li
6 beris situm eligere quam volent. † Ideo Iustinianus im
per. rescripsit in l. vnic. de rapto. virgin. Nec sit facultas
raptæ virgini raptorem suum sibi maritum exposcere,
sed cui parẽntes voluerint (excepto raptore) eam legi
timo copulent matrimonio. Aliter enim si matrimoniũ
contrahatur, ex sententia Pauli nuptiæ non consistent,
l. ij. D. de ritu nuptiarũ. scilicet, quia id fieri, vt superius
ostẽsum est. ratio naturalis postulat, quæ expers est mu
tabilitatis, §. sed naturalia. de iure natu. l. eas. de capit.
minut. §. vlti. institu. de legiti. agnat. succ. Nec tantum
prohibentur liberi matrimonium inconsultis parenti-
bus contrahere, l. nec filium. l. in cõiunctione. C. de nu-
7 ptiis. † sed etiam diremptum renouare, l. nuptiæ inter.
D. de ritu nupt. Alioqui filia ad maritum inscio patre
rediẽs dotis amissione multatur, l. si vt proponis. C. de
8 nup. & † filij inde procreati illegitimi cẽsentur, l. Pau-
lus. D. de statu homin. Illud sciendum est, si pater absit,
ita vt ignoretur vbi sit, & an sit, donec trienniũ effluat,
liberos prohiberi nuptias contrahere. l. si ita. de ritu
nup. nisi forte eam filius ducat. vel filia tali nubat, vt e-
ius conditionem certum sit patré non repudiaturum,
l. si filius. D. de ritu nupt.
9 † Sed quid decretis pontificum hac de re statutum
fuerit. inquiramus. Extat autem xxx. quæstio. quinta,
Euaristi pontificis epistola, qua continetur, aliter le-
gitimum non esse coniugium, nisi fœmina à parenti-
bus sponsetur. Extat & eodem in loco Nicolai ca-
non, quo significatur fœdera nuptiarum consensu eo-
rum contrahi, qui matrimonio iunguntur, & eorum
in quorum sunt potestate. Nec aliud idem pontifex
sensisse videtur in capitul. sufficiat. xxvij. quæstione se-
cunda. Ait enim sufficere solum secundum leges
consensum eorum, de quorum, quarumque consen-
su & coniunctionibus agitur. Verba autem illa
secundum leges, patris consensionem includunt, quã
legum latores in nuptiis contrahendis summopere
desiderant. Quæ vero deinceps sequuntur, & patris
& liberorum necessariam volũtatem perspicue signi-
ficant. Huc pertinet capitu. non omnis. xxxij. quæst.
ij. Ait Leo pontifex paterno arbitrio fœminas viris
iunctas culpa carere. Vnde intelligimus, vt Gratianus

ſcribit,quòd paternus cõſenſus deſideratur in nuptiis,
nec ſine eo legitimæ nuptiæ habeantur. Subdit diuus
Ambroſius in can. in ſequenti:Honorãtur parentes Re
beccæ muneribus,conſulitur puella, non de ſponſali-
bus:illa enim iudicium ſpectat parentum: nõ eſt enim
virginalis pudoris eligere maritum:& quæ ſequuntur.
Profert autem eius ſententiæ confirmandæ cauſa,Euri
pidis verſus.apud quem in Andromacha, Hermione
ita Oreſtem adloquitur.

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει τ᾽. οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Eodem pertinet illud Neumachi apud Stob.

Ἔσω σοι πόσις οὗτος ὃν κρίνωσι τοκῆες.

Sed & hæc ſententia decretis recentiorum pontifi-
cum firmatur: vt c.tuæ.de ſponſa.c.j.de deſpon. impub.
c.videtur.qui matr.accuſ.& cæteris id genus,quæ paſ-
10 ſim legentibus occurrent. † His autẽ rationibus & ar-
gumẽtis adducti iuris vtriuſque interpretes, audacter
magis quàm vere.monumentis ſuis tradiderunt, nu-
ptias non aliter iure ciuili conſiſtere,niſi conſentiãt hi
qui coeunt,& hi in quorum ſunt poteſtate: iure autem
pontificio patris conſenſum magis ad ſolennia, quàm
ad ſubſtantiam matrimonij pertinent.Addunt nonnul
li matrimonium nondum cõcubitu perfectum, etiam
iure pontificio ob patris diſſenſum reſolui.

Sed nos,qui veritatis cognoſcendæ incredibili ſtu-
11 dio tenemur, † aliorum authoritate & rationibus non
contenti,rem de qua agitur, ad iuris præſcripta & æ-
quitatis amuſsim exigemus, & ſingula rationũ momẽ-
ta diligentius conſiderabimus. Imprimis autem Deca
logi præcepto cõtinetur,vt tam patrem,quàm matrem
honorent,colant & reuereãtur liberi.Exod.20.& Deu-
12 teronom.5.†Eadem enim pietas & reuerentia patri &
matri debetur,vt ex finitione pietatis apparet,& l.j.D.
de obſequ.à liber.& libert.præſt. At vero matris con-
ſenſus in nuptiis neceſſariò exigendus non eſt, neque
id naturalis ratio expoſsit. Ergo vt patris conſenſus in
matrimonio expectetur,nec neceſſariũ eſt,nec natura-
lis poſtulat ratio.II. Conſentaneum non eſt ſpiritalia
nexibus patriæ poteſtatis obſtringi,capitul. puella.xx.
quæſtion.ſecũda capitul.vltim.de iudic.apud Bonifa.
13 At † matrimonium eſt ſpiritale,capit.debitum. de bi-
gam.c.tuam.de ordin.cognition.c.lator.qui filij ſint le
gitimi. Igitur in eo patriæ poteſtatis conſenſioniſque
14 habenda non eſt ratio.III.† In his quæ iuris publici
ſunt,patria poteſtas non conſideratur:nam filiusfami-
lias publicas functiones capeſcere,& ſine patris autho
ritate magiſtratu fungi poteſt,l.nam quod. D.ad S.C.
Trebel.l.filiusfamilias.D.de his qui ſunt ſui vel alieni
iuris.Sed nuptiæ ſunt iuris publici,l.j.D.ſolut.matrim.
Igitur in nuptiis,quod ad vim,momentum,& ſubſtan
tiam earum attinet, patria poteſtas non cõſiderabitur.
IIII.Definitiones omnia euoluere debẽt, quæ ſub no
mine definito continentur,l.j §.dolum.D.de dolo.Ari-
ſto.lib.6.Topic.At definitio nuptiorum ſeu matrimo-
nij in §.j.de nupt.& l.j.de ritu nuptia. conſenſus pater
ni non meminit.Igitur in nuptiis conſenſus patris nõ
15 eſt neceſſarius.V.† Si filius inſcio patre recte & efficaci
ter Deo ſe mancipat,& in cœnobium ſecedit.l.Deo no
bis.de epiſcopis & clericis.profecto ambigendum nõ
eſt,quin recte etiam ac efficaciter filius inſcio patre v-
xorem ducat:cùm hæc in multis iuris articulis compa
rentur.c.quanto.c.inter corporalia.de tranſlation.epi-
16 ſcopo.cap.ſicut.vij.quæſtion.j. VI.† Vlpianus ſcri-
bit in l.j.D.de libe.exhib.vel.Si quis filiam ſuam, quæ
mihi nupta ſit,velit abducere,vel exhiberi ſibi deſide-
ret,an aduerſus interdictum exceptio danda ſit,ſi for-
te pater concordans matrimoniũ,& forte liberis ſub-
nixum velit diſſoluere? Et certe hoc iure vtimur, ne be
ne concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis
turbentur.Idem Paulus ſcripſit libro ſecundo Senten.
titul.de nuptiis. Eorum,inquit,qui in poteſtate patris
ſunt,ſine voluntate eius matrimonia iure non contra-
huntur,ſed contracta non ſoluuntur. Contemplatio
enim publicæ vtilitatis,priuatorum commodis præfer
tur.Ergo quamuis authoritas patris non intercedat,ra
17 tum nihilominus & efficax matrimonium erit. † Nec
probabilis erit eorum opinio,qui pauli verba ſic exci-
piunt,vt ob ſuperuenientem patris diſſenſũ matri-
monium non diſſoluatur, quoties pater ab initio con-
ſenſit.Paulus enim de nuptiis loquitur, quæ initio pa-
tris voluntate deficiuntur,atque eas iure non contra-
hi:ſed contractas non ſolui:contractas, inquam, præ-
ter voluntatem & authoritatem patris, vt ſequentia
præcedentibus congruant.Sicque Pauli verba ab eo-
rum iniuriis vindicamus, qui non tanto veritatis co-
gnoſcendæ & demonſtrãdæ ſtudio tenentur, quanto
gloriæ & inanis cuiuſdam oſtẽtationis.VII.Superio
ri ſentẽtiæ ſuppetias fert l.in copulandis.C.de nupt,In
copulandis nuptiis nec curatoris,nec cognatorum vel
affinium vlla authoritas poteſt interuenire.ſed ſpectã-
da eſt eius voluntas,de cuius coniunctione tractatur.
Quod plenius accipiendum eſt,vt etſi patrem quis ha-
beat,idem tamen ſit iuris:nempe quia in nuptiis potiſ-
ſimum inſpicimus voluntatem eorum qui coeunt,non
etiam authoritatem,voluntatemue parentum, tutorũ,
18 vel affinium. VIII.† Nuptias ſiue matrimonium
in libera poteſtate eorum qui coniunguntur, leges ſi-
tum eſſe voluerunt,l.vltima.D.de ſponſal.l.nec filium.
l.nec ab initio.C.de nuptiis.l.ij C.de inutil. ſtipulatio.
c.requiſiſti.capitul.gemma. de ſponſal.l.Titia. de ver-
borum obligationib. Sed quis eſt adeo rerum imperi-
tus,qui putet *liberum*,quod *alterius* conſenſionem ne
ceſſario expoſtulat? vel eum *velle*,*qui alterius* obſequi
19 tur voluntati? † Plane actus, quos dicto patris audien
tes facimus, libera voluntate deficiuntur, l.velle. de
regulis iuris.nec liberum eſſe creditur, quod alterius
voluntatem poſtulat capitul.cum plures.de officio iu
dicis.Ergo ne libertas matrimonium impediatur, in
nuptiis contrahendis patris authoritas neceſſario de-
20 ſiderari non debet. IX.†Si hominum ſupremas diſpo-
ſitiones æquum non eſt ex alieno arbitrio pendere,l.il
la inſtitutio. D. de heredibus inſtituendis. multo
minus conueniens videtur in nuptiis filiorumfami-
lias contrahendis parentum voluntatem expectari, &
21 inde matrimonia pendere.X.† Patris voluntas,ſi eam
neceſſario in his actibus exigamus, maximum à nu-
ptiis auocamentum erit.Nanque pater vetulam quan-
dam deformem & rugis plenam filio ob diuitias vxo-
rem eliget, quam is ducere nullo modo velit. Iuuenes
22 enim, qui non tam auari ſunt,quam ſenes,† cùm ſene
ctus omniſque imbecillitas auaros efficiat, vt Ariſto-
teles libr.quarto Ethic.ait,magis forma,proceritate,&
oris pulchritudine, quàm diuitiis mulierum commo-
uentur.ideoque eueniet ob naturalem hominũ ad diſ-
ſentiendum facilitatem,vt placitã patri filius reſpuat,
& contra filius velit, quam pater eum ducere nollet.
Sicque patris voluntas maximum nuptiarum impedi-
mentum erit,quod legiſlatores credendum non eſt vo
luiſſe:præſertim cũ multis pœnis & præmiis ingenuos
homines ad nuptias prouocarint,vt quantum fieri poſ
ſet,liberis hominibus repleretur ciuitas. Perſpicuum
eſt igitur nuptias iure ciuili conſiſtere,in quibus pa-
tris non interuenit conſenſus.Sed quid de iure pontifi
23 cio dicam, † quod in nuptiis potiſsimum ſpectatur?
24 can.Euphemium.ij.quæſt.iij.c.vlt.de nupt. † Et cõſtat
illud ſolum expoſcere conſenſum eorum qui coeunt,
nõ etiã parentũ,in quorũ ſunt poteſtate.c.cũ apud.& c.
cũ locũ.de ſpõ Hoc ſanctũ cõfirmat cõcilium.xxxij.q.
ij.vt viduæ,quibus placuerit,teneãt caſtitatem. Quod
ſi priuſquã profiteantur continentiã,nubere elegerint,
illis nubãt,quos ꝓpria volũtate voluerint habere ma-
ritos.Et ſane fœmina, q̃ iã ad annos nubiles peruenit
in electione propoſiti ſequi parentum voluntatem nõ
tenetur

tur,c.cùm virum.de regular.extrà. Proinde nec coercendus est filius,qui patris voluntati hac in re nõ morem gessit.quinimo pater, qui turbare matrimonium voluit,quod filius si inscio aut repugnante contraxerat,à cœtibus Christianorum arcetur,cap.veniens.de sponsalib.Hoc amplius matrimonium à filia contractum,si pater voluisset, secuto concubitu ob contrariam patris voluntatem non dirimitur, ca.per tuas.de condit.apposit.n.mirum quia satis testatam reliquisse suam voluntatem ipso concubitu videtur,quæ sub cõditione nuptias contraxerat:quòd ad matrimonium perficiendum sufficit, l.nuptias non concubitus, sed consensus facit.de regul.iur l.cum fuerit.de condit.&
25 demonst. † Quare si ortum,si processum, si libertatem matrimoniorum,& iuris vtriusque præscripta diligenter obseruare,& ad exactum iudicium reuocare velimus,proculdubio fatendum erit,nuptias sine consensu patris iure ciuili consistere,nec ob dissensum illius resolui:licet expectanda sit patris voluntas, vt secundum ritus obseruationésque Romanorum nuptiæ factæ intelligantur:cæterùm iure Pontificio patris voluntatem nullo modo desiderari. Nec me mouent rationes & argumenta,quæ nostros in contrarium senten-
26 tiam deduxerunt.†Quod enim dicitur,naturalem rationem exposcere patris consensum in nuptiis filiifamilias adhiberi,omnino falsum est, nisi temperamentum aliquod adhibeamus. Etenim naturalia iure ciuili non perimuntur,l.eas de capit.minut. § sed natura-
27 lia.de iure nat. † At quòd leges in nuptiis desiderant, vt patris voluntas exigatur,ciuili emancipatione tollitur,l.filius.de ritu nupt. Ergo illud nec naturale est, nec naturali ratione subnixum. Et quidem si id naturale intuitu patris esset,esset & intuitu matris:cùm eadem reuerentia vtrique debeatur, & ius patriæ potestatis leges Romanorum induxerint,§.j.de pat.potest. Sed intuitu matris id naturalis non postulat ratio, vt satis antea demonstratum fuit. Igitur nec intuitu pa-
28 tris.†Nunc refellendus est § j de nupt.qui huic sententiæ vehementer repugnat.Iustinianus ait ciuilem & naturalem rationem suadere, vt patris consensus in nuptiis filiifamilias requiratur.At hoc non ita accipiendum est,quasi id verè naturalis ratio suadeat,quæ secũdum Philosophos & iuris nostri authores, & immutabilis est,& idem vbique valet Hoc potius legitima quædam efficit ratio,non à fontibus naturæ, sed à ri-
29 uulis quibusdam ducta, †quam nihilominus iuris authores naturalem appellant. Præclare etenim Tullius omnia, quæ speciem quandam æquitatis vel rationis præ se ferunt,naturalia esse scribit,Sic ratio naturalis, & naturalia iura in iure ciuili plerunque accipiuntur: sicque rationem naturalem in § j.de nupt.accipi debere puto.Quod vt perspicue intelligatur, rem omnem
30 ante oculos ponam. †Quia parentes liberos crearunt, & aluerunt,consentaneum est in matrimonio contrahendo, sicut in cæteris grauibus negotiis, hoc saltem honoris habere,vt filij eorum voluntatem requirant. Quæ ratio patri & matri peræque congruit, & in publicis actibus locum habet, in quibus tamen paterni consensus non habetur ratio, l.nam quod.ad S.C.Trebel.l.filiusfamilias.de his qui sui sunt Quin illa ratio ne neglecta,nulla sequitur naturæ corruptio,sicut euenit in his,quia verè naturalia sunt,& ideo immutabi-
31 lia dicuntur. †Poterit igitur facile negligi leuis illa naturæ ratio:sicut & illud,quod nobis natura insitum est,vt cõmodius,frequentius,& validius dextra quàm sinistra vtamur:præsertim cum absurdum sit rem spiritalem & publicam,patris ita subiici voluntati, vt nisi eo consentiente non valeat. Ad summam,quia emancipatio facit,ne patris exigendus sit consensus, quia superius adducta ratio tam patri,quàm matri congruit, & postremò,quia illa ratione neglecta ius naturæ non violatur:rectè,ni fallor, statuemus nullam vere natu-

ralem rationem exposcere,vt patris consensus necessariò in nuptiis exigatur,aut aliter matrimonium non
32 valeat.Hæc autem si satis non faciant, † verbum Suadere expendemus,quo Iustinianus significanter vtitur in §.j.de nupt.nimirum vt ostendat secundum naturæ rationem necessariò patris expectandam opinationem non esse.Aliud est enim suadere,& aliud necessario aliquid requirere. †Quocirca quod diuus Paulus in prio-
33 re ad Corinthios epistola scribit,ὥστε ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ: de filiabus accipiendum est,quas parentes nuptui plerunque collocãt,sermo etenim illius ad id commodatur,quod plerunque fit.Proinde nec sumi ex eo loco potest, nuptias non consistere,quoties pater nuptum non elocauit:cum verba Apostoli nihil statuant intuitu paternæ consensionis, quam nostri necessario requirunt: sicut nec loca,quæ ex veteri Testamento protulimus.l.Publia.§.vlt. D.de pos.c.si papa de priuil. Quanquam olim apud Iudæos liberi parentum consilium in nuptiis plerunque sequerentur:cum ob faustas infaustásue parentum in liberos precationes,quas Deus exaudire solebat,valde obnoxij parentibus essent. Quem morem inspexisse Moses videtur,cùm Deut.7.ait, Filiam tuam non dabis filio Chananæi,nec filiam illius accipies filio tuo Porrò capita,quæ ex iure ciuili in hanc sententiam afferebantur,ad quosdam ritus, solennia, obseruationésque veterum Romanorũ referri debent,quæ etsi omittantur,valet nihilominus iure ciuili matrimo-
34 nium,l.j.D.de lib exhib. †Itaque quod dicitur in l ij. D.de ritu nupt.nuptias non consistere, nisi consentiãt ij,in quorum potestate sunt,qui matrimonio iunguntur, ad vim quidem & substantiam matrimonij non pertinet,vt ex iam dictis intelligi potest:sed ad illa dũtaxat solennia veterum,quę iustas nuptias efficere creduntur.Augustinus in c.si quis.xxviij.q.j. Legitimum, inquit,cõiugium est,quod legali institutione vel prouinciæ moribus contrahitur,& paulo post:Illorum verò coniugia,qui contemptis omnibus illis solennitatibus,solo affectu aliquam sibi in matrimonium copulant,huiuscemodi coniugium,non legitimum, sed ratum tantummodo esse creditur. Hinc ergo perspici potest,quoties filius inscio patre vxorem duxit, licet iure ciuili ratum sit matrimonium,nuptias tamen legitimas non dici:id est, vt ego interpretor, solennes: cùm secundum leges coitum non sit,§ j.de nupt.Ergo quod Paulus scribit,nuptias non consistere,&c. significat nec esse, nec posse solennes & legitimas nuptias dici, nisi consentiant ij,in quorum potestate sunt, qui matrimonio iunguntur.Et Pauli verba sic intelligi debere ex eo imprimis apparet,quòd simplex nuptiarum mentio ciuiles & legitimas denotat,arg.§.ius autem de iure natur. Deinde his legibus & argumentis hæc interpretatio perspicue confirmatur, quibus antea euicimus sine consensu patris ratum quidem matrimo-
35 nium esse,sed non legitimum.†Igitur liberi inde procreati legitimi non erunt,id est,ex iustis & solennibus nuptiis prognati non censebuntur:quandoquidem solennia nuptiarum deficiunt,l.Paulus.D.de statu hom. Erit tamen perinde efficax matrimonium: erunt & perinde coniuncti,& secundum iusgentium iusti & legitimi filij:cum iuris ciuilis solennia & extrinsecus accidentes qualitates naturale vinculum non impediãt. Quid dicemus ad l.j.C.de rap.virginum? Ego autem putarim ea cõstitutione filiam prohiberi raptori suo nubere,etiam si parentes consentiant,Aliter parentibus permittitur filiam,cui voluerint,in matrimonium
36 collocare: † quoniam indignum est pudore virginali maritum sibi deligere,c.honorantur.xxxij.quæst. ij.§. si verò vsque.in Nouel.vt cùm de appellat.cognit. col.
37 viij. †Proinde si intra vicesimumquintum annum filia inscio patre nubat, licet matrimonium non dissoluatur, exhæres tamen fieri poterit:authentic. sed si post.

C.de inoffi.testa.§.causas.in d.Nouel.vt cùm de app.
cog.sicut & filius ignominiosam ducens vxorem.l.iij.
§.si emancipatus.de bon.poss.cont.tabul.Quæ cùm ita
sint,è vadis iam emersisse, & scopulos prætereuecta vi-
detur disputatio nostra. vnde perfacilis reliquus cur-
38 sus ostenditur.†Nec verò me remorari possunt ca.no-
strates.& can.aliter.xxx quæsti.v.in quibus Pontifices
exigut in nuptiis dotis dationem, custodiã paranym-
phorum,benedictionem sacerdotis,& vt à parentibus
& propinquis sponsetur,qui matrimonio iungi volũt.
Hic enim quis potest esse tam auersus à vero,tam præ
ceps,tam mente captus, qui neget hæc omnia magis
ad quosdam ritus & nuptiarum solennia,quàm ad sub
stãtiam matrimonij pertinere?Equidem sine dote ma-
trimonium contrahi potest,l.vlt.C.de don.ante nupt.
c.si quis diuinis.xxx quæst.v Potest & sine custodia pa
ranymphorum: ac quamuis benedictio defuerit, mu-
tuo tamen consensu initum matrimonium consistet,l.
si donaturum.C.de nup.Igitur & sine consensu patris
nuptiæ factæ valebunt cùm hęc omnia ad principium
can.aliter peræquè referantur, atque ideo parem defi
nitionem recipere debeant,l.iam hoc iure de vulga.l.
quamuis.C.de impub.& aliis substit.Quę satis eorum
sententiam refellunt,qui patris consensionem iure Pō
tificio desiderari putant. Sed rectius fortasse dicetur
39 †secundum Pontificios canones,legitimũ non esse cō
iugium,quoties non cõsentiens puella clàm ab aliquo
ducitur,c.veniens ij & c.cõsultationi.de spons. Quod
facile pręsumunt Pontificij iuris auctores,cùm inciis
parentibus,sine benedictione,à paranymphis non cu-
stodita puella(vt mos quondam erat)clàm alicui ma-
trimonio iūgitur:nisi fortè *propria suffragauerit vo-
luntas*.id est,nisi de libera voluntate appareat: quo ca
su etiam prætermissis illis solennibus, ratum, efficax,
& legitimum matrimonium erit, c. aliter.iam citato.
Probat igitur ille can.quoties libera contrahentiũ vo
luntas in nuptiis intercessit, parentum expectandam
non esse voluntatem.At verò can.nostrates.quosdã nu
ptiarum ritus refert,qui in hominũ mores ita irrepse-
rant,vltrò vt nuptiis plerunque adhiberentur:aut cō-
silium duntaxat præbet, cui non obsequentes non pec
cant,c.quisquis.xiiij.q.iiij. Hæc si animũ non expleãt,
rectißime dicemus recẽtiorum Pontificum decretis,
antiquis canonibus fuisse derogatũ.Ne tamen aliquis
scrupulus supersit, refellam singulatim reliqua iuris
Pontificij loca,quæ nostræ opinioni negotium facesse
40 re videntur.† Obstat quorundam iudicio ca.sufficiat.
xxvij.q.ij.sed ecquis non videt Nicolaum eo loco solũ
expostere consensum eorum,qui matrimonio iungun
tur?Ecquis non perspicit hæc verba, *secundum leges*,
item illa, *de quorum, quarúmque consensu & coniun-
ctionibus agitur*, sic deinceps eundem Pontificem ac-
cipere & interpretari,vt ad eos solum qui coeunt, so-
lámq; eorum consensionem pertineant ac referantur?

Sed & nostræ opinionis fautores dicere poterũt,se-
cundum leges patris consensum,neque ad vim, neque
ad substantiam matrimonij pertinere. Sed quia ex eo
efficitur,secundum Pontificios canones patris volun
tatem ad solennia & extrinsecas matrimonij qualita-
tes pertinere,quod antea non admisimus.idcirco pro-
pius est,vt can.sufficiat. posterioribus decretis dero-
41 gatum fuisse dicamus. †Quocirca ex verbis Gratiani
in c.non omnis.xxxij.q.ij. non rectè ducitur argumen
tum:cum is legis condendæ potestatem nō habuerit,
& eius scripta eatenus fidem faciant,& à Pontificibus
probata intelligantur,quoad in veterum Patrum mo-
numentis & Ecclesiæ conciliis reperiuntur. Et quia c.
honorantur.iam antea sustulimus,consequens est vt c.
j.de desponsat.impub.refellamus.Pater filio impuberi
puellam in matrimonium adiungere potest, & post-
quam filius ad pubertatem venerit,omnino debet hoc
adimplere.Ergo,inquiunt nostri,patris voluntas in nu
42 ptiis expectatur.At magis est,vt †verbum Debet nullã
eo loci inducat necessitatem, sed liberam potius filij
voluntatem demonstret,vt rectè illius capitis explana
tores obseruarunt:licet interdum aliter accipiatur:si-
cut & verbum Potest,quemadmodum interpretes no-
tant in l.j.D.de iurisdict. Cætera iisdem modis refelli
possunt. Sed vt nihil etiam iuris Francisci ignoretur,
sciendum est,regiis cõstitutionibus varias pœnas his
hodie irrogari,qui nolentibus aut insciis parentibus
nuptias contrahũt,itémque talium nuptiarum autho-
43 ribus. †Quapropter cùm Ioannes à Benqua,filius illu
stris Odeti à Benqua,propter nuptias multorum bono
rum donatione fretus,contra crebras patris monitio-
nes affinem quandam duxisset, grauißimus & ornatis
simus Tolosatium Senatus, patri liberam de illis bo-
nis disponendi facultatem concessit, die 8.Iunij 1553.
Sed & Christianissimus Gallorum Rex Henricus II.
anno 1556.mense Feb.sanciuit masculos,qui intra xxx.
ætatis annum,& fœminas,quæ intra xxv. patre & ma-
tre insciis aut nolentibus nuptias contraxissent, priua
ri rebus donatis posse,necnon portione legitima.

Quando ob vitium conueniri venditor posit, & qua actione, & an sit quantominoris actio.

SVMMARIVM.

1 *Actio quantominoris secundum DD.duplex.*
2 *Explosa interpretum opinatio.*
3 *Lex xij.Tab.*
4 *Noua opinio.*
5 *Exempla venditorum,qui improbe emptores fefel-lerunt.*
6 *Venditor qui cauit,ne ob vitia teneretur, conueniri nihilominus potest ob vitia,quæ scienter reticuit.*
7 *Ignorans rei vitia,non tenetur.*
8 *Noue declarata l.j.D.de ædil.edict.*
9 *Captatio.*
10 *Vera explicatio l.Iulianus.de act.emp.*
11 *Noua ratio l.tenetur.§.sed si vas.& l.sed addes.§.j.*
12 *Cur vendens ignoranter dolium vitiosum, id omne quod interest præstet.*
13 *Veterum in doliis inspiciendis & curandis diligentia.*
14 *Quæ actio ob vitium rei competat.*
15 *Ex empto agi ad resoluendam emptionem potest.*
16 *Noue ostensum,nullam esse quantominoris nec ciuilem,nec prætoriam actionem.*

Caput 13.

EST à vulgari interpretum schola rece-
ptum,eóque iure nostri crebrius vtendũ
censent,vt qui sciens vitiosam rem ven-
didit, ex empto in id quod interest te-
neatur:qui ignorans,quantominoris tan
tum Bart.Bald. & sequaces in l.Iulianus.de act.empt.
Quam eorũ opinionem magni errores consecuti sunt;
1 quos si potero,eripiam. †Nostri quantominoris actio-
nem duplicem esse voluerunt:ciuilem, quæ perpetua
sit,§.j.de perp.& temp.act.& prætoriã,quæ annalis tan
tum:sicut & cæteræ,quæ ex prætoris iurisdictione de-
scendunt,l.in honorariis.D.de act. Hanc in hoc com-
petere aiunt,vt quãtominoris res est,à venditore præ-
stetur,l.quod si nolit.§.si plures.D.de ædilit.edict.Illã,
vt emptor quanto minoris empturus fuisset,à vendito
2 re consequatur,l. Iulianus.D.de actio.empt. †Hæc au-
tem futilis & commentitia obseruatio acerrimè oppu
gnatur à l.ij.C.de ædil.act à l pretia rerum.D.ad l.Fal-
cid. & aliis multis: quas cùm illi vitare nituntur, in
dumeta

dumeta correpunt. Vt hæc igitur quæ perspicuè falsa
sunt, facilius labefactari euertique possint, commodis-
simum mehercule erit, & ad rationem instituti nostri
aptissimum, quæstionem propositam, & quæ ad illius
elucidationem pertinent, à capite arcessere, & rem o-
mnē breui & apposita interpretatione illustrare. Fuit
3 autem † lege Decemuirali statutum, vt Cicero lib. 3. De
offic. scribit, vt quæ lingua nuncupata essent, præsta-
rentur: & qui ea infitiatus esset, duplicem pœnam su-
biret. A Iureconsultis etiam reticentiæ pœna consti-
tuta est: quicquid est enim in prædio vitij, id statue-
runt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset,
4 præstari oportere. † Ex quo intelligi par est, eum qui
scienter rei vitia in vendendo reticuit, teneri: eum ve-
rò qui ignoranter, nullo modo teneri. Ac prioris ge-
neris exempla huiusmodi Cicero memorat lib. 1. De o-
5 rat. & lib. 3 De offic. † Marius Gratidianus cùm ædes
Auratæ vendidisset, neque seruire quandam earum æ-
dium partem in mancipij lege dixisset, defendebamus
quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si vendi-
tor scisset, neque declarasset, præstare debere. & alibi:
Cum in arce augurium Augures acturi essent, iussissent-
que Titum Claudium Centimalum, qui ædes in Cæ-
lio monte habebat, demoliri eas, quarum altitudo of-
ficeret auspiciis, Claudius proscripsit insulam, vendi-
dit: emit Publius Calphurnius Lanarius. Huic ab Au-
guribus illud idem denuntiatum est. Itaque Calphur-
nius cùm demolitus esset, cognouissetque Claudium
ædes postea proscripsisse, quàm esset ab Auguribus de-
moliri iussus, ad arbitrum illum adegit, quicquid sibi
dare facere oporteret, ex fide bona. Marcus autem Ca-
to sententiam tulit, & ita pronuntiauit: cùm in ven-
dendo eam rem scisset, & non pronuntiasset, emptori
damnum præstari oportere. Igitur ad fidem bonam sta-
tuit pertinere, notum esse emptori vitium, quod nos-
set venditor. Suffragatur l. 4. §. vlt. D. de action. empt.
Venditor si cùm sciret deberi seruitutem, celauerit,
non euadet ex empto actionem, si modo eam rem em-
ptor ignorauit: Scæuola in l. qui libertatis. §. sed etsi
quis. D. de euict. Si quis in venditione statuliberū per-
functoriè dixerit, conditionem autem libertatis cela-
uerit, empti iudicio tenebitur, si id nescierit emptor.
Similiter si in venditione super annua pensitatione
pro aquæductu intra domum Romæ constitutam ni-
hil commemoratum est, deceptus ob eam rem ex em-
pto habebit actionem, vt eleganter Papinian. notat in
6 l. in venditione D. de act. empt. † Sed etsi venditor in i-
pso contractu cauerit, ne ob vitia, si qua inessent, tene-
retur, ex empto nihilominus tenebitur, si qua vitia
sciens reticuerit: quoniam hæc generalis exceptio ad
ea pertinere non debet, quæ venditor nouit, quæque
specialiter excipere potuit & debuit, l. quæro. D. de a-
ctio. empt. Ergo perspicuum est venditorem, qui scien-
ter rei vitia cælauit, côueniri eo nomine posse. Quòd
7 autē posteriore loco diximus † ignorantem, qui rei vi-
tia tacuit, nulla prorsus actione teneri, Pauli auctorita-
te iuuatur, qui in l. si sterilis. §. 1. D. de act. emp. scribit,
Si prędij venditor non dicat de tributo, sciens tenetur
ex empto: quòd si ignorans nō prædixerit, quod forte
hereditarium prædium erat, non tenetur. Adiuuat &
hanc opinionem l. Iulianus. D. de act. empt. quam pau-
8 lo post exponam. Nec scrupulū alicui iniiciat, † quod
Vlpianus scribit in l. j D. de ædilit. edict. etiam igno-
rantem ea quæ ædiles præstari iubent, teneri. ideo e-
nim non consequitur ignorantem rei vitia teneri. Cū
enim aliquis sciens prudēsque rei vitia tacuit, licet
edictum Ædilium ignorarit, teneri nihilominus de-
bet. Primum, quia nemo in compēdiis iuris ignoran-
tiam causari potest, l. leges. C. legib. l. ij. iuris. l. error.
D. de iuris & fact. ignor. deinde quia satis natura in-
structus is esse potuit, nihil esse contrahendo reticen-
dum, quod scire emptorem oporteat, vt Cicero libr. 3.
De offic. ostendit. Quare permirum mihi videtur legē
quæ de ignorantia edicti loquitur, tam imperitè no-
stros ad ignorantiam vitiorum detorsisse, præsertim
cum Vlpianus de eo apertissimè loquatur, qui sciens
dolo malo aduersus edictum vendidit. Porrò non ob-
9 stat l. si minor. C. de act. empt. Ibi nanque pensitatio, †
quam Cæsares capitationem vocant, minor quàm erat
à venditore dicebatur: atque ideo conueniens fuit in
tantum venditorem conueniri, in quantum si sciuisset
emptor, minus pretij dedisset. Cùm enim quantitatem
pensitationis expressit, satis eam se scire, & maiorem
non esse significauit: atque ideo si quid amplius oneris
10 reperiatur, teneri venditorem æquum est. † Quocirca
l. Iulianus. D. de act. empt. vehementer nostræ senten-
tiæ congruit: ait enim. Item qui furem vendidit, aut fu-
gitiuum: siquidem sciens, præstare debebit, quanti em-
ptoris interfuit non decipi: si verò ignorans vendide-
rit, circa fugitiuum quidem tenetur, quanto minoris
empturus esset, si eum fugitiuum esse scisset: circa fu-
rem, non tenetur. Differentiæ ratio est, quia fugitiuum
quidem habere non licet, furem autem habere possu-
11 mus. † Atque hinc colligi potest vera, ni fallor, ratio l.
tenetur. §. sed si vas. de act. empt. & l. sed addes. §. j. D. lo-
cat. In quibus proditum est eum qui dolia vitiosa igno-
rans locauit, si, deinde vinum effluat, in id quod inte-
rest teneri, nec ignorantiam eum accusare. Mirū pro-
fectò, nisi Iulianus antea nos docuisset etiam ignoran-
tem teneri, quoties ob vitium suppressum res vsui fu-
tura non est: vt puta in seruo fugitiuo, & vase rimis &
fissuris pleno. Etenim cùm destinatio vasorū sit com-
modus vsus, consentaneum est eo nobis non præstito,
12 venditorem teneri. † Sed cur id omne quod interest,
tum præstari debeat, altioris est inuestigationis. Et e-
go quidem putarim ob magnam desidiam & supinam
negligentiam, in id omne quod interest, etiam si extra
13 rem sit, eo casu teneri locatorem. † Cùm enim diligēs
quisque paterfamilias olim dolia sua quotidie perlu-
straret, & sæpe, vt M. Cato De re rustic. scribit, lauaret
atque picaret, aut aliter, à Censoribus notabatur: sicut
agros, vineas & arbores parum diligenter curans, aut
equum habens gracilentum, aut parum nitidum, vt
Gellius libr. 4. ait. Certè non potuit dolo carere, aut
culpa dolo proxima, qui fissuras & vitia doliorum i-
gnorabat. Igitur qui eousque desides erant, & graui
veterno torpebāt, vt nec dolia sua inuiserēt, nec laua-
rent, nec pice, vt mos quondam erat, circumlinirent,
nec integra denique haberent: meritò doliis venditis
aut locatis vini effusi nomine tenebantur, nec eos su-
14 pina ignorantia excusabat. † Qua igitur actione, qui
rem vitiosam mercatus est, aduersus gnarum vendito-
rem experietur? Et quidem si duplæ interposita est sti-
pulatio, aut res pretiosa vænijt, agi ad duplam ex sti-
pulatu potest: toto tractatu de euictionib. D. Quòd si
animal morbosum aut vitiosum à gnaro & prudente
vænierit, actio redhibitoria dabitur, l. j. l. redhibere. de
15 ædilit. edict. † Sed & agi ex empto poterit ad resoluen-
dam rei vitiosæ emptionem, l. sed Celsus. §. j. D. de con-
trah. empt. l. ex empto. §. si quis virginem D. de action.
empt. aut ad consequendum quanto minoris res est,
aut quis eam empturus fuisset (vtrunque enim idem
significat) scilicet cùm venditor rei vitia sciuit, aut cer-
tum duntaxat prædij onus esse affirmauit, aut fundum
ita, vt optimus maximusque est, vendidit: vltimo nan-
que casu, si seruitutem deberi cōstiterit, ex empto quā-
to minoris venditor tenebitur, l. pen. D. de euict. l. quo-
16 ties D. de ędil edict. † Ergo perspicuum est nullam esse
quanto minoris aut ciuilem, aut pretoriam actionem:
cùm hæc sit tantum adiectio quædam actionis ex em-
pto, sicut & quanto pluris in l. Iulianus. §. per contra-
rium. D. de actio. empt.

Anton. Cost. I. Doct. Tolosæ 3. Non. April. 1552.

Quādo dominium legati quæratur, quid sit delibatio hereditatis, & quædam alia scitu dignißima.

SVMMARIVM.

1 *Exposita legati definitio.*
2 *Legati dominium quando adquiratur.*
3 *L. à Titio. D. de furt. aliter quàm vulgò soleat, declarata.*
4 *Testator potest præstare legatum.*
5 *Legati finitio obreptitiis verbis aucta.*
6 *Delibatio hereditatis.*
7 *Explosa Baronis interpretatio.*
8 *Noua opinio.*
9 *Quomodo legatum rei alienæ ex hereditate sumatur.*

Caput 14.

1 LEGATVM à Iustiniano definitur, † *donatio quædam à defuncto relicta*, id est, ad hoc rescripta, vt post mortem testatoris quęratur, ex quo scilicet adita hereditas fuerit, l. si tibi homo. §. cum ser-
2 uus. D. de leg. j. † Non enim prius legati dominiū quęritur, nec prius legata efficaciter deberi intelliguntur: cùm possit heres relicta se abstinere hereditate: atque ideo irritum facere quicquid testamento adscriptum fuit. l. si nemo D. de testa. tut. l. si quis omissa. D. si quis
3 omiss. cau. test. l. eam quam. C. de fideicommis. † Certè perperam ex l. à Titio. de furt. elicitur, dominium legati, simulatque testator à vita emigrarit, in legatarium transire. Hoc enim non probat ille locus: tantum significat seruum legatum nunquam fuisse heredis: cùm nec ante, nec post aditā hereditatem illius esse potuerit, eo quòd dominium legati rectà ad legatariū transeat, l. legatum D. de leg. ij. Proinde si seruus legatus ante aditam hereditatem aliquid hereditarium surripiat, quia noxa caput sequitur, heres poterit aduersus legatarium eo nomine experiri: licet admissi tempore seruus legatarij non fuerit: æquū est enim, vt quem sequuntur commoda, incommoda quoque sequantur, l. secundum naturam. D. de regul. iur. l. eum qui. D. de iureiurand.

4 Illud obseruandum est, † posse legatum etiam ab ipso testatore præstari, l. mortis. D. de mort. cau. donat.
5 l. Lucius D. de leg. ij. † atque ideo obreptitia esse, quæ in eadem finitione insequuntur, *& ab herede præstanda*. Quod etiam Modestini confirmat authoritas in l. legatum. D. de lega. iij. & Theophili in Institut. qui etsi Latinas Iustiniani Institutiones Græco sermone uberius explicauit, nusquam tamen eorum verborum meminit.

Sed videamus quid apud Florentinum, qui legatum
6 aliter definit in l. legatum. D. de legat. ij. † *hereditatis delibatio*, significet. Et quidem ea verba hereditatis diminutionem non denotant, sicut nonnulli perperam rati sunt. nam Florentinus particulare legatum definit, quod hereditatem, quæ iuris est, minuere non potest: cùm illud pars sit bonorum, non etiam heredita-
7 tis. † Minus autem probabilis est Eguinarij Baronis sententia, qui delibare hereditatem, prægustare interpretatur: quasi prius legata ex vniuerso promantur, quàm heres sibi vniuersum afferat. Etenim priusquam adita hereditas fuerit, nec legata debentur, nec heres ad eorum præstationem obstringitur, l. si nemo. de test. tut. l. si tibi homo. §. cùm seruus. D. de legat. j. §. heres,
8 de obligat. quæ ex quasi cont. † Propius est igitur, vt delibationem hereditatis, deductionem interpremur, seu degustationem quandam ita leuiter & primoribus labris factam, hereditas, quæ ex duodecim partibus constat, vt propterea diminuta non censeatur. Sic Cicero delibatos animos ex mente diuina, in Catone maiore dixit: id est, ita detractos, integra vt nihilominus mens diuina manserit: sicut & detracto legato reliquæ nihilominus sunt duodecim hereditatis partes, atque adeo ipsa hereditas. Nec illi finitioni repugnat, quòd cum res heredis vel aliena legatur, hereditatis delibatio non fiat, l. non dubium. de legat. iij. l. cùm alienam. C. de leg. l. vnum ex familia. §. si rem. de legat.
9 ij. §. non solum. de legat. † Etenim siue res ipsa redimatur, siue illius æstimatio præstetur, semper pretij deductio ex hereditate fiet: ac proinde delibatio hereditatis erit, l. qui concubinam. §. vlt. D. de legat. iij. §. non solum. aliisque iam citatis.

Ant. Cost. Tolosa. 14. Cal. Octob. 1556.

De ortu, & causa legitimæ portionis.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure introducta sit legitima.*
2 *Vulgaris opinio de ortu legitimæ portionis liberorum.*
3 *Alimenta iure naturali debentur.*
4 *Quæ nobis natura insita sint.*
5 *Argumenta in vulgarem sententiam.*
6 *Legitima est pars successionis intestati.*
7 *Legitimam ius commune immutauit.*
8 *Natura par est omnium liberorum conditio.*
9 *Exheredatione filius legitima priuatur.*
10 *Legitima nomen vnde deductum.*
11 *Iure naturali omnia communia erant.*
12 *Iure naturali omnes gentes peræquè vtuntur.*
13 *Euulsa vulgaris opinio, quæ legitimam iuris naturalis facit.*
14 *Quæ nobis sint cum brutis communia.*
15 *Naturale quid dicatur.*
16 *Reiecta sententia existimantium legitimam esse iuris ciuilis.*
17 *Cuius successionis pars sit legitima.*
18 *Lex ciuilis legitimam definiuit.*
19 *An pactum iureiurando munitum legitimā portionem tollat in c. quamuis. de pact.*
20 *Cur triens legitimus naturalibus liberis non debetur.*
21 *Crimen filij ingrati.*
22 *Falcidia priuatur, qui mortem non gerit voluntati testantis.*
23 *Ius naturale & gentium apud quos custodiatur.*
24 *Causa legitimæ portionis secundùm DD.*
25 *Legitima etiam locupletibus debetur.*
26 *Quandiu sunt liberi, legitima parentibus non debetur.*
27 *Vera causa & ratio legitimæ portionis.*
28 *Patris erga liberos amor.*
29 *Indignum est liberos extraneis postponi.*
30 *Noua opinio.*
31 *Conciliatio duarum rationum, quarum altera vniuersas parentum facultates liberis defert, altera liberam cuique tribuit de rebus suis disponendi facultatem.*

Caput 15.

1 LEGITIMAM portionem, † quæ parentibus & fratribus debetur, interpretes arbitrantur iuris ciuilis esse, his potißimum legibus excitati, l. de emancip. C. de legit. hered. quanquam multa eorum

rum sententiæ repugnent, capitul. primo de testamen.
apud Bonifac. §. primum. Nouel. de heredit. & Falcid.
2 coll. j. †parem verò legitimam filiorum iuris naturalis
esse autumant. Quod imprimis probat l. vnica de port.
quæ lib. damnat. conced. Deinde authentic. hoc am-
plius. C. de fideicommiss. I I I. §. primum. de heredit. &
Falcid. I I I I. §. primo. de trient. & semiss. collat. iij. v.
capit. si pater. de testamen. V I. Legitima portio suffe-
cta est in locum alimentorum, l. quisquis. §. ad filias. C.
3 ad legē Iul. maie. d. Nouel. §. j. de trient. & semiss. †Sed
alimenta iure naturali debentur, l. si quis à liberis. de
liber. agnoscend. §. j. de iure naturali. l. j. §. sed si incer-
tum. de vent. in possess. mitten. capit. ius naturale. j. di-
4 stinct. Igitur & portio legitima. †Postremò, vt coniun
ctionis appetitus, vt liberorum educatio, vt pietas, &
similia: ita multa parare, & quæsita deinceps liberis re
linquere, natura animis nostris insitum est atque inna
tum: quod ius naturale est & omnium gentium con-
sensu suggerente ratione receptum. Quare fatendum
est legitimam portionem, quæ liberis debetur, iuris na
turalis esse.

Sed ex diuerso multa vrgent, quæ causæ iugulum
5 premere videntur. † Illud verò imprimis vrget, quòd
intestati successiones sunt iuris ciuilis. § intestatorum
6 de hered. quæ ab intest. capit. vltim. j. distinct. At †por-
tio legitima, est pars successionis intestati, l. Papinia-
nus. §. si quis mortis. D. de inoffic. test. l. parentibus. C.
eodem sub titul. l. illud. C. de collat. Ergo legitima por
tio est iuris ciuilis. I I. Quæ naturalia sunt, ius ciuile
non immutat, l. eas. de capit. minut. §. vltim. de legitim.
7 agnat. tut. Sed †legitimam partem ius ciuile immuta-
uit, §. j. de trient. & semiss. Ergo naturalis non est. I I I.
Iusiurandum contra ius naturale præstitum, seruari
non oportet, capit. si quis. capit. inter cætera. & can. vl-
tim. xxij. quæst. iiij. At iusiurandum, quo filia legitimæ
portioni renuntiauit, seruandum est, cap. quamuis. de
pact. Ergo legitima portio iure naturali non debetur.
I I I I. Si naturalis portio legitima esset, perinde natu-
8 ralibus ac legitimis liberis deberetur: † cùm natura
par sit omnium liberorum conditio, §. liceat. in No-
uel. quib. mod. nat. effic. legit. Vnde Euripides,

Ο'νόμαἶι μεμπἶὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

At portio legitima perinde naturalibus ac legitimis
liberis non debetur, l. j. & l. ij. C. de natural. lib. Ergo
9 naturalis non est. V. † Ciuili exheredatione pars legi-
tima tollitur, §. aliud. & §. causas. in Nouel. vt cùm de
appellat. cognoscend. collat. viij. Ergo est iuris ciuilis.
V I. Quæ iuris naturalis sunt, lex patria seu municipa-
lis tollere non potest, §. sed naturalia. de iure naturali.
At lex municipalis legitimam portionem tollere po-
test, vt ex Italorum & Occitanorum moribus apparet,
& probat secundum Oldr. l. vltim. C. de fideicommiss.
Igitur hæc portio est iuris ciuilis, non etiam natura-
10 lis. V I I. †Lex inducit portionem legitimam, vt ex no
minis sono apparet, §. si quis autem. d. Nouel. de here-
dib. & Falcid. At lex est pars & species iuris ciuilis, l.
Ius autem ciuile. D. de iustit. & iur. Igitur portio legi-
11 tima censeri iuris ciuilis debet. V I I I. †Iure naturali
omnia communia erant, capitu. quo iure defendis vil-
las. viij. distinct. l. ex hoc iure. de iustit. & iur. Cicer. 1.
Offic. Ergo pars legitima naturalis dici non potest.
12 Ad extremum, †Iure naturali omnes gentes peræ-
que vtuntur, l. omnes. de iusti. & iur. §. j. & §. ius autem
ciuile. eodem sub titul. At triente filiis iure debito, o-
mnes gentes peræquè non vtuntur. Igitur naturalis iu
ris non est. Protuli quoad breuiter fieri potuit, quæ v-
tranque in partem vrgere videbantur: quare superest
13 vt totam hanc quæstionem concludam. † Ego autem
censeo vehementer eos falli, qui legitimam portio-
nem iuris naturalis esse putant. Primùm, quia tunc ni-
hil proprium quisquā habebat: deinde, quia tum incer
ti erant liberi: & demum, quia quæ à natura sunt, cum
14 brutis animantibus † sunt nobis communia: quan-
quam ad ea non vi rationis, vt homines, sed sensu tan-
tum & natura ferantur. Nec dissidet l. cum ratio. § pri
15 mum. authent. hoc amplius. & similia: † intelligi nan-
que debent de illa ratione naturali, quæ in his quæ
quotidie feruntur, etiamnum cernitur. Hoc probat
principium l. cum ratio. probat & §. primum. cum ait,
Tanquam hoc secundū naturam eis debeatur. Quod si
quenquam moueat c. si pater. de testam. dicam simili-
ter iuris naturalis dici, quæ secundum naturam fiunt.
Ideo enim ius naturale dicitur iusgentium, l. j. de acq.
rerum dom. §. singulorum. de rer. diuis. l. cum amplius.
§. is natura. de reg. iur. & solutio nummis facta, natura
lis, l. penul. D. de solu. & actio in personam, similiter na
turalis, l. indebiti. D. de condict. indebit. & denique
quod apprehensione nanciscimur, ob eandem ratio-
nem naturaliter quæri dicitur, l. ea quæ D. de acq. rerū
dom. At in proposita quæstione ius naturale accipi-
mus pro eo, quod ante iusgentium viguit, & brutis no
dum hominibus, natura insitum est, licet intuitu bru-
16 torum abusiue ius dicatur. † Quocirca toto cœlo ab-
errant, qui legitimæ portionis originem à iure ciuili
ducunt. Etenim intestatorum successiones, quarum
pars est ista portio, ex Mosis præscripto olim liberis
debebantur, vt Leuit. 25. & Num. 27. relatum est. Sed
& parentes priscis temporibus bona liberis peræque
ex voto parabant: vt quos procreassent, & aluissent,
locupletes quoque relinquerent, & in suis bonis suc-
cessores. Nec refragatur prima contra sententium
17 obiectio: † siquidem legitima (sic cum imperatori-
bus loquor) pars est bonorum, illiúsue successionis,
quæ iura non continet: non etiam hereditariæ succes-
sionis, quam iura consequuntur, & ius ciuile peperit:
Quod secundo obiectum est, legitimam portionem iu
18 re ciuili esse immutatam, facile tollitur: † cum ius na-
turale aut gentium legitimam portionem non definie
rit, sed lex tantum ciuilis. Tertio argumento eadem
solutione occurritur: cum enim dos vicem legitimæ
portiōis obtineat, l. quoniam nouella. C. de inofficios.
19 testam. †perspicuum est in capit. quamuis. filiam, quę
dote accepta renunciauit, legitimam portionem ha-
buisse, licet fortass. diminutiorem quam lex ciuilis
statuisset. Quartum argumentum bifariam refelli po-
20 test. †Etsi enim secundum naturam alimenta & triens
legitimus æquè legitimis & illegitimis debeantur, ca
pitul. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo. tamen
vt homines à vago concubitu arcerentur, leges ciui-
les ob bonum publicum discrimen intuitu legitimæ
portionis inter legitimos & alios filios merito esse vo
luerunt. Quin nostra definitione perspecta hæc obie-
ctio non oberit. Quinto argumento sic occurrendum
est, vt filius ingratus iure & ratione naturali portio-
21 ne legitima priuetur. †Facit nāque vitium ἀχαριςίας,
vt non modò bonis paternis, sed etiam alimētis filius
indignus censeatur. Sextum argumen. facilè dilui po-
test, quando l. vltim. C. de fideicomm. de legitima por-
tione non loquitur, sed de quarta Trebelliana aut Fal-
22 cidia, †quas amittere heres debet, qui audiens dicto
testatoris non fuit: quamuis legitimæ portionis amis-
sione ob eam causam non multetur: authentic. hoc am
plius. C. de fideicommiss. nec quicquam aliter Occita-
norum aut Italorum moribus receptum esse puto. Se-
ptimum argumentum difficile explicatū non est, cùm
legis nomen homonymon sit, & variæ acceptionis.
23 †At vltimum sic reiiciendum est, vt omnes gentes, quę
ducem naturam & rationem sequuntur, & congruen-
ter naturæ viuunt, legitima portione vtantur: de qui-
bus etiam §. ius autem. & l. omnes. intelligi debent. E-
go igitur statuo legitimam portionem à iuregentium
24 originem traxisse: licet lex ciuilis eā definierit. †Sunt
autem alimenta, vt nostris visum est, huius portionis
princeps causa & ratio. Quod si admiserimus, conse-

quetur legitimam parentum & liberorum portionem eiusdem iuris esse, cum æque parentibus alimenta debeantur: consequetur & fratribus turpi persona instituta hanc portionem deberi non posse: cum illis non compellamur exhibere alimenta, aut quibus casibus præstanda sunt alimenta, vt in l.j. §.sed nonnullos.de tut.& rat.distrah.& l.qui filium.vbi pupil. legitimam portionē deberi. Quæ tamē interpretes non admittūt.
25 †Sed & locupletibus filiis triens legitimus debetur, §.aliud.in Nouel.vt cum de appell. cognosc. alimenta vero non item, l.si quis à liberis.D. de liber.agnosc.
26 †Porro superstitibus liberis, legitima portio parentibus non debetur, l.pater filium.D.de inofficio. testam. quanquam inspectio alimentorum perinde locum habeat, l.si quis à liberis.iam citata. Denique mater, quæ ad præstationem alimentorum non adstringitur, quãdiu pater est in facultatibus, l.si quis à liberis.§. si mater.D. de lib.agnoscend. portionem legitimam liberis nihilominus debet: authent.non licet.C. de lib. præt. vel exhered. Ergo perspicuum est rationem alimento-
27 rum causam huius portionis non esse. †Verius est igitur naturæ legem atque rationem exposcere, vt multa parentes ex voto liberis acquirant, & quæsita è viuis excedentes relinquant: vt quos in hanc lucem corporeos, mortales, & multis angoribus ac miseriis expositos procrearunt, præsidiò etiam multorum bonorum post se munitos relinquant, l.nihil interest.de bonis lib. Etenim filij parentes referunt, & pars corporis eorum esse intelliguntur, l.cum scimus.de agr. & censit.
28 †Est & summus gignentis in genitum amor, vt Aristo. lib.8.Ethic.docet, & lib.2.Magn.moral.c.11.& Plutarc. in lib. De amore parentum erga liberos adeo vt Cæsares prodiderint in l.vlt.de curat.fur. nullum amorē paternum vincere, & Paulus in l.si quidem.D.de eo quod met. cau. pro affectu magis in liberis parentes terreri. Itaque Cicero lib.3. De finib. ex forma membrisque corporis intelligi ait, naturam ipsam procreari liberos voluisse, & diligi deinceps procreatos. Euripides an Alcmē. Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκε θεὸς ἀνθρώποις. id est, vehementem in liberos amorē Deus hominibus dedit. Eodem accedit quod valde absur-
29 dum est, † ita liberos à parentibus negligi, extraneis vt prorsus cedant, & à bonis illius sine causa arceantur, qui eos rerum omnium heredes & successores fa-
30 cere debuerat. † Postulat igitur æquitas, naturæ lex, & arctissimum sanguinis vinculum, vt paternæ & maternæ facultates liberis deferantur, non modo vt viuant, sed etiam vt cum summo parentum & familiæ ornamento honorifice viuant, & ab his qui eos pro-
31 crearunt, & aluerunt, contempti non videãtur. †Quæ rationes vniuersas parentum facultates liberis deferunt. Sed quia ex diuerso naturæ lex vrget, quæ liberam cuique tribuit de rebus suis disponendi facultatem, l.prima de sacrosanctis eccles. l.si fratres §. idem respondit.D.pro socio.l. nemo exterus. C. de Iudæis. ideo lex ciuilis modum adhibuit, & aliquod temperamentum, & certam portionem statuit, quæ liberis relinqueretur, & certam, de qua plene & libere vnusquisque disponeret. De ortu & causa legitimæ portionis, quæ parentibus & fratribus debetur, nunc meam sententiam in medium afferre supersedeo, quoniam alias, Deo fauente, commodior dabitur dicendi locus.

Anton. Guib. Cost. Id. Nouemb. 1555.

De poculo amatorio, cicuta, salamandra, aconito, pityocampis, buprefti, mandragora, cantharide, & lustramento. Et cur ob ea poenæ irrogentur, ad l.iij. D.ad l.Cornel. de sicariis & veneficis.

SVMMARIVM.

1 *Ad poculum amatorium l.Cornelia de sicar. & venefic. non pertinet.*
2 *Areopagitarum iudicium.*
3 *Cur plectantur qui poculum amatorium dant.*
4 *Lucretij interitus.*
5 *Philtra lethum aut furorem inferunt.*
6 *Poculum amatorium Caligulæ à Cæsonia datum.*
7 *Lex coercet etiam per ignorantiam delinquentes, quoties in culpa sunt.*
8 *Potiones amatoria, à quibus personis, & ex quibus rebus conficiantur.*
9 *Canidia venefica.*
10 *Maleficia cuiusdam lenæ.*
11 *Hippomanes.*
12 *Hippomanes fronti pulli hærens.*
13 *Quintiliani de potione amoris reiecta opinio.*
14 *Coturnix cicuta alitur.*
15 *Cicuta lethale venenum.*
16 *Cicutæ indicia.*
17 *Vini effectus.*
18 *Androcidis ad Alexandrum Magnum epistola.*
19 *Thrasyas quale venenum inuenerit.*
20 *Socratis mors.*
21 *Athenienses veneno ad publicam pœnam vsi.*
22 *Salamandra venenum maximum.*
23 *Salamandræ signa.*
24 *Salamandræ descriptio.*
25 *Salamandra an igne absumatur.*
26 *Reiectus vulgaris error.*
27 *Aconitum.*
28 *Aconiti* { *ortus.* / *vis.* / *etymologia.* }
29 *Aristotelis interitus.*
30 *Vetus de aconito lex.*
31 *Aconiti remedia.*
32 *Pityocampæ.*
33 *Buprestis herba.*
34 *Buprestis animal.*
35 *Germinatio buprestis.*
36 *Vis pityocamp. & buprestis.*
37 *Buprestis nota.*
38 *Buprestis remedia.*
39 *Mandragora duo genera.*
40 *Locus Geneseos.*
41 *Mandragoræ vis.*
42 *Dulces sapores interdum noxij.*
43 *Remedia mandragoræ.*
44 *Apuleij de mandragora locus.*
45 *Pœna dantis mandragoram.*
46 *Cantharides.*
47 *Cantharidibus multi interempti.*
48 *Cantharides obiecta Catoni.*
49 *Theodori Cyrenaei egregium apophthegma.*
50 *Cantharides vnde oriantur.*
51 *Authoris de cantharidibus testimonium.*
52 *Signa cantharidum.*
53 *Quæ contra cantharides valeant.*
54 *Quibus signis venenum post mortem deprehendatur.*
55 *Medici & pharmacopolæ an ob noxia medicamenta teneantur.*
56 *Medico imperitia imputatur.*

57 *Medi-*

57 *Medicamenta valde periculosa sunt.*
58 *Pharmacopolarum inscitia.*
59 *Quomodo sanitas absque pharmacis conseruetur.*
60 *Lustrare.*
61 *Lustramentum.*
62 *Restituta inscriptio can. nec mirum. xxvj. quaest. v.*
63 *Ars magica sacris literis & legibus Ethnicorum damnatur.*
64 *Lex xij. Tab. de maleficiis.*
65 *Qua poena afficiantur ex sententia Pauli, qui magicos libros habent.*
66 *Libri magices statim corrumpendi sunt.*
67 *Tiberius magos & astrologos è ciuitate eiecit.*
68 *Expositus ex Dione Tranquilli locus: & contrà.*
69 *Maleficiis summum supplicium irrogatur.*

Caput 16.

IVRISPRVDENTIAE professoribus hucusque visum est, eum qui poculum amatoriũ dat aut conficit, lege Cornelia de sicariis & veneficis teneri: quã insignem nostrorum hallucinationem Marcelli responsum vellicat, si modo illius verba enucleate & subtiliter perpendantur: quae dum oscitanter interpretes lustrarent, id de potione amatoria sunt rati, quod nostra opinione perspecta nemo recti iudicij
1 vir admiserit. †Marcellus notat in l. iij D. ad legẽ Cornel. de sicar. lege Cornelia de sicariis & veneficiis plecti, qui malum venenum necandi hominis causa fecerit, vendiderit, vel habuerit. Adiectio autem veneni mali, vt inquit Marcellus, indicat quędam esse non mala venena. Nomen enim veneni tam id quod ad sanandum, quàm quod ad occidendum paratum est, continet: & poculum amatorium, quod neque ad occidendum, neque ad sanandum paratur. Sed lex Cornelia hoc solum notat, quod hominis necandi causam habet. Ergo ad poculum amatorium non pertinet, quod nec hominis necandi causa datur, nec conficitur. Sed tamen prudentium opinatio effecit, vt qui amatoriũ poculum dant, morte hominis consecuta, summo supplicio afficiantur: non secuta verò, humiliores in metallum, honestiores in insulam relegentur, vt Paulus titul. ad l. Cornel. de sicar. & venefic. lib. 5. Sent. scribit. At hoc valde acerbum est, cùm potio amatoria malo animo non porrigatur, sed potius ob concitandum amorem, & alliciendos ad beneuolentiam homines. Quamobrem Aristoteles capit. 17. libr. 1. magnor. moral. refert mulierem, quę poculum amatorium cuidam
2 dederat, †ab Areopagitis impunitatem assecutã, quòd amore obcaecata id futurum non praeuidisset. Sed vereor ne rectius iuris authores censuerint eum, qui poculum amatorium propinasset, summo supplicio afficiendum, siquidem hominis interitus consequatur:
3 aut si res aliter cedat, paulo mitius puniendum: †cùm res mali exempli sit, & vir siue mulier periculum praenoscere debuerit, l. si quis. §. abortionis. D. de poenis.
4 †Lucilia certè Lucretij vxor ex poculo maritũ suum in rabiem deduxit, qui demum necem sibi ipse consciuit, vt diuus Hieronymus & Eusebius Caesariensis pro
5 diderunt. Et sanè notissimum est, haec pocula, † quae etiam Philtra nuncupantur, laethum aut furorem inferre. Ouidius lib. 2. De arte amand.

Nec data profuerint pallentia Philtra puellis:
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Iuuenalis satyr. 6.

Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti,
Et solea pulsare nates: quod desipis, inde est,
Inde animi caligo, & magna obliuio rerum,
Quas modo gessisti: tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Caesonia pulli
Infudit.

6 Quod si narrat Suetonius: † Creditur, inquit, Caligula potionatus à Caesonia vxore amatorio quidem medicamento, sed quòd in furorem verterit. & plura ea de re Iosephus lib 19. Antiquit. quae nunc tacitus libenter praetereo. Igitur qui poculum illud dat, cùm latae culpae sit reus, etiam si animum delinquendi non
7 habeat, plecti nihilominus debet. † Lex enim, vt praeclare Demosthenes ait, voluntariorum est & non voluntariorum delictorum coercitio, l. ij. D. de legib. Ideóque putator & machinarius, qui in publicum decidentes, praetereuntem occiderunt, tenentur, l. si pu-
8 tator. D. ad legem Aquil. †His accedit, quòd potiones amatoriae ex illicitis rebus, à sceleratis & veneficis mulieribus plerunque conficiũtur, qualem Veiam describit Horatius, quae immerentem puerum interemit:

Exerta vti medulla, & aridum iecur
Amoris esset poculum.

9 Idem † Canidiam veneficam inducit, quae cùm Varo poculum amoris dedisset, eo alterius carminibus soluto, dixit:

Maius parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum.
Priùsque caelum sidet inferius mari
Tellure porrecta super,
Quàm non amore sic meo flagres, vti
Bitumen atris ignibus.

10 Sed & Ouid. libr. 1. Amor. † lenam quandam sic describit:

Illa magas artes, Aeaeáque carmina nouit,
Inque caput liquidas arte recuruat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto cõcita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equae.

Idem in lib. De medicamine faciei:

Sic potius nos tanget amor, quàm fortibus herbis;
Quas maga terribili subsecat arte manus.
Nec vos graminibus, nec misto credite succo:
Nec tentate nocens virus amantis equae.

Monet etenim puellas, vt magis cultu, quàm veneficiis sibi amatores parent, eorúmque animos deuin-
11 ciant. Illud notandum est, virus equinum † Hippomanes nuncupari, quòd equinae cupidini similem mortalibus amorem accendat, vt Columella libr. 6. scribit. Vnde Vergil. lib. 3. Georgic.

Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus:
Hippomanes, quod saepe malae legére nouercae,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.

Iuuenalis satyr. 6.

Hippomanes, carménque loquar, coctúmque venenum
Priuignóque datum.

Aristoteles li. 8. De histor. animal. de equabus loquẽs, in hunc sensum scribit: Tale aliquid emittunt, quod Hippomanes appellatur, eodem quo illud, quod nascitur, nomine. Tale hoc sane est, quale suis illud, quod Apriam vocant: sed hoc praecipue ad amoris
12 veneficia peti solet. † Aliter hippomanes pro eo accipitur, quod fronti pulli nascentis adhaeret, magnitudine caricae, specie latiusculum, orbiculatum, nigrum:

quod si quis præripiat, equa excitatur, furitque cogni-
to illius odore. Quamobrem à veneficis petitur, vt au-
ctor est Aristoteles lib.6. De histor. animal. capitul.22.
Idem Plinius lib.8. prodidit, cuius verba hic adscri-
bam. Et sane, inquit, equis amoris innasci veneficium
hippomanes appellatum in fronte, caricæ magnitudi
ne, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœ
ta, aut partum ad vbera non admittit, si quis prære-
ptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Ergo
qui his rebus ad potiones amatorias & veneficia abu-
tuntur, conueniens est, vt supra dictas pœnas perfe-
rant, præsertim cum opera dæmonum, vt Porphyrius
in lib. De sacrific. ait, ε φίλτρα amatoriáque maleficia
infelices & scelerati homines plerunque machinen-
13 tur. † Nec me latet Quintilianum prodidisse potio-
nem amatoriam non esse venenum: id enim commen-
tus est lib.7. insti. orat. vt rei conuenientia exempla de-
promeret. Et quamuis serio ita proloqueretur, tamen
cum extra suæ artis cancellos egreditur, leuis apud
nos momenti illius auctoritas esse debet. Sed quia
Marcellus in eadem l.iij. ad legé Cornel. de sicar. S.C.
factum scribit, vt pigmentarij, qui temere cicutam, sa
lamandram, aconiton, pityocampas, buprestim, man-
dragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa
dederint, pœna legis Corneliæ de sicariis & veneficis
teneantur. Hunc locum exponere visum est, quem ne-
14 mo satis hactenus explicauit. Et vero Marcellus † *ci-
cutam* imprimis notat, quæ vt Pyrrho apud Laertium
ait, coturnici est aliméntum, homini infert perniciem.
15 † Est enim lethale venenum, cui refrigeratoria vis in-
est, vt Plinius ait lib.24.c.13. Dioscorides lib.4. capitul
16 67. & Paulus AEgineta lib.7. cap.3. † Et sane si bibatur,
vertigines excitat, oculisque caliginem offundit, sin-
gultus ciet, mentem turbat, gelat & extremos artus:
denique conuulsi qui eam sumpserunt, suffocantur,
cessante à motu omni in arteriis spiritu Dioscorid. lib.
6. cap.11. Paul. lib.5. capitu.42. Multa tamen huic vene-
no medentur, quæ Dioscorides & Paulus Aegineta
doctissimè sunt prosequuti. Maximè autem vomitus
17 iuuat, † necnon vinum, si tempestiue sumatur. Ideóque
18 † Androcides ad Alexandrum Magnum scripsit: Vinũ
potaturus rex, memento te bibere sanguinem terræ:
sicut cicuta homini venenum est, ita cicutæ vinum.
Cui præcepto si ille obtemperauisset, profectò amicos
in temulentia non interemisset: author Plinius lib.14.
Multum quoque ruta valet aduersus cicutam. Cùm e-
nim Clearchus Heracleota Ponticus tyrannus multos
poculis, quæ cicuta infecerat, violenter interimeret,
illi demum salui & incolumes conseruati sunt, qui ru-
tam prius sumpserant, quàm domum egrederentur, vt
19 Athenæus ait lib.3. Dipnosoph. capit.5. Sed † Thrasyas
Mantiniensis, vt Theophrastus lib.9. De hist. plant. re-
fert, primus cicutæ venenum ita composuit, mortem
vt sine remedio, facilè tamen & absque vllo dolore in-
20 ferret. Quod vereor † ne Socrati perspectum fuerit,

-sorbitio tollit quem dira cicuta.

21 Certè † Athenienses, vt Plinius prodidit, eo veneno
tanquam præsentaneo, ad pœnam publicam vsi sunt,
eodémque multi Romani ad consequendam agnati vi
uacis hereditatem abusi, vt Horatius libr.2. Serm. his
versibus ostendit:

-Scaua vinacem crede nepoti
Matrem, nihil faciet sceleris pia dextera. mirũ,
Vt neque calce lupus quenquam, neque dente pe-
tit bos.
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.

Ait porrò Marcellus lege Cornelia de sicariis & ve-
neficis teneri, qui *Salamandram* dederit: & meritò.
22 nam vt Plinius lib.29. scribit, † inter omnia venenata
salamandra scelus maximum est. Cætera enim singu-
los feriunt, nec plures pariter interimunt: Vt omittam,
inquit, quòd perire dicuntur homines percusso, neque
amplius admitti ad terras. Salamandra populos pari-
ter necare improuidos potest. Nam si arbori irrepse-
rit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint, ne-
cat frigida vi, nihil aconito distans. Quibus autem da
ta est salamandra, vt Paulus Aegineta & Dioscorides
23 scribunt, † lingua inflammatur, sermo impeditur, tre-
mor cum torpore quodam & resolutione vrget, partes
quædam corporis in orbem liuoribus variantur, & ad
24 extremum mors ipsa consequitur. † Est autem salamã
dra, animal lacerti figura, stellatum, cui tantus inest ri
gor, authore Plinio, vt ignem tactum extinguat, non
alio modo quàm glacies. Quod & Aristoteli placuisse
25 videtur, qui lib.5. De histor. animal. † Nonnulla inquit
corpora animalium esse, quæ ignibus non absuman-
tur, vt indicio est salamandra, quæ ignem, vt aiunt, per
26 eum inambulans extinguit. † At hoc mihi valde suspe
ctum est, quandoquidem Plinius alio loco scribit, si id
esset verum, iam expertam fuisse Romam. Et Dioscori
des lib.2. Frustrà, inquit, creditum est salamandram i-
gnibus non vri. Quare eripiendus est vulgaris ille er-
ror, quem Plinius & Dioscorides vellicãt: nec nos mo
uere contraria doctissimorum hominum sententia de
bet, qui cum auriti testes sint, tum parum hac in re lo-
cupletes videantur.

27 Sequitur † *Aconiton*, quod, vt Plinius libr.27. scri-
bit, & Dioscorides lib.4. folia habet cyclamini, aut cu-
cumeris tria aut quatuor ab radice leuiter hirsuta, cau
lem palmo altum, radicem verò modicam, quæ caudã
scorpij æmulatur, & splendet alabastri modo, aut vt
Theophrastus lib.9. *De hist. plant.* ait, *nuci tum specie,
tum colore similem. Est hoc omnium venenorum o-*
28 *cyssimum*, † quod fabulæ narrant è spumis Cerberi ca
nis natum, quo tempore Hercules eum ab inferis tra-
xit, vt Plin. notat. Quod luculenter Ouid. lib.7. Meta-
morph. his versibus ostendit:

Illud Echidnaa memorant è dentibus ortum
Esse canis. Et paulò post,
-rabida qui concitus ira,
Impleuit pariter ternis latratibus auras:
Et sparsit virides spumis albentibus agros.
Has concresse putant, nactásque alimenta feracis
Fœcundique soli vires cepisse nocendi.

Occidit itaque aconitum homines, enecat & pan-
theras sues, lupos, & feras omnes in carnibus obiectũ.
torpescũt & scorpiones illius tactu, & solo odore mu
res eminus necantur. Etsi autem folia & fructus aco-
niti non noceant, nullum tamen animal est, quod tali
herba pascatur, vt Theophrastus prodidit. Est autem
aconitum eodem Theophrasto & Athenæo authori-
bus, ab Aconis dictum, qui vicus est Periandorum:
quanquam & ἀπὸ τῆς ἀκόνης deductum videri potest,
eò quòd in cautibus & saxis plerunque nascitur. Oui-
dius lib.7. Metamorph.

Quæ quia nascuntur dura viuacia caute,
Agrestes Aconita vocant.

Hoc est venenum, vt Plinius scribit, quo interemptas
dormientes à Calphurnio Bestia vxores Marcus Cæ-
29 cilius accusator obiecit. † Hoc bibens Aristoteles se-
ptuagesimo ætatis anno decessit, vt Laertius est au-
thor. Quare meritò Theophrasti tempore, qui Aristo-
30 telis discipulus & scholæ successor fuit, † pœna capi-
tis in eos constituta est, qui aconitum possiderent, vt
idem Theophrastus lib.9. De hist. plant. ait.

31 Huius tamen † exitialis veneni remedia multa
sunt: vt potio origani, rutæ, marrubiiue cum vino, &
cætera eiusdem generis, quæ Paulus Aegineta lib.5. ca
pit.46. Dioscor. lib.6. capit.7. & Athenæus lib.3. Dipno-
sop. capit.5. nôsse cupientibus abunde suppeditabunt.
Quod deinceps adiectũ est, *pityocampas, buprestim,*
exposuit Alexander Neapolitanus lib.2. cap.10. Pius
Antoni-

Antoninus in Annotat.capitu.2.& Budæus ſub titulo
de ſicariis. Sed quia locus ſeſe obtulit,aliquid vbe-
rius quàm cęteri de pityocampis & bupreſti dicemus,
& quæ de illis apud Græcos & Latinos ſcriptores ob-
32 ſeruauimus,hic ordine aſcribam. †Sunt pityocampæ,
vt Plinius libro 23.ſcribit,pinorum erucæ:nam Græce
33 πίτυς pinum,& κάμπη erucam ſignificat. † Bupreſtis
autem herbam interdum denotat,de qua Plinius libr.
34 22.capitu.22.† at hic pro animali vſurpatur, ſcarabeo
longipedi ſimillimo, quod fallit inter herbas bouem,
vnde & nomen inuenit, deuoratúmque tacto felle ita
inflammat, vt rumpat,quemadmodum Plinius libro
35 30.ſcripſit. †Germinat,& naſcitur hoc animal,vt Theo
phraſtus libro ſeptimo De hiſtoria plant.inquit, cum
primis imbribus poſt æquinoctium. Ac de eo pau-
lus Aegineta libro ſeptimo ita diſſerit:Bupreſtis par-
uum animal canthari di ſimile,quod reperitur,ſicut &
illa.& rurſus, Picearum erucæ eiuſdem ſunt virtutis
cum cantharide & bupreſti. Plinius quoque libro 29.
36 capitul.4. † Eandem vim pityocampis in picea naſcé
tibus,& bupreſti,quam cantharidi eſſe prodidit ſcili-
cet,vt corpus adurant,& cruſtas obducant. Dioſcori-
des libro ſecundo Simili modo conduntur bupreſtes
genera quædam cantharidum,& pirorum erucæ:quæ
ſupra cribrum ſuſpenſum feruenti cinere pauliſper in-
toſtæ reponuntur.Vis omnium communis erodere, vl
cerare,calorem ciere:Ideo quibus datæ ſunt pityo-
campæ,ex ſententia dioſcoridis libr.ſexto.& Pauli Ae
ginetæ libro quinto.mox oris palatique exoritur do
lor,& vehemens linguæ,ſtomachi, & inteſtinorum cũ
pruritu inflammatio:æſtuat corpus, & faſtidium ceu
ex repletione vrget:Sed opitulatur aduerſus eas meli-
37 num,& omnia cantharidum remedia.†Qui autem bu
preſtim hauſerunt,aliquid ſimile nitro ſentiunt,& ſto
machi ventriſque doloribus infeſtantur:cædẽque par-
tes inſtar hydropis turgeſcunt,& ſupprimitur vrina.
38 † Valet aduerſus eas pirorum omne genus , & lactis
muliebris potio:prodeſt & muſtum,necnon ficus ari-
dæ.& quicquid potis chantharidibus auxiliatur.

Sed de *mandragora* dicamus,qui, vt Paulus Aege-
neta libro ſeptimo ſcribit,tertij refrigerantium ordi-
39 nis eſt. † Eius autẽ,Plinio & Dioſcoride authoribus,
duo ſunt genera:candidus, qui mas: & niger,quæ fœ
mina exiſtimatur. Fœmina anguſtioribus eſt folijs
quàm lactuca, & plinio authore mala gerit auellana-
rum cum nucum magnitudine , aut ſorbis ſimilia , vt
Dioſcorides notat,pallida,& odorata, in quibus ſemẽ
veluti pirorum. Mas folia habet magna,alba, & læ-
ta:mala quàm alterius duplo maiora,colore in crocum
inclinante,iucunde cum grauitate quadam olentia.Pli
nius libro 25.capitul.13 Odor grauis eius ſed radicis &
40 mali grauior. Ideo fortaſſe † Geneſeos 30.capitu.
Lia acceptas à filio mandragoras ſorori Rachel tan-
quam rem egregiam dedit,quia perpulchræ ſunt,& o-
doris ſuauiſsimi. Vnde proditum eſt Cantic.7. Man-
dragoræ dederunt odorem in portis noſtris. Et hoc
ego,cum aliquando fructum mandragoræ haberem,
41 re ipſa verum comperi. † Paulus Aegineta libro ſe-
ptimo notat hæc mala caliditatem quandam , & humi
ditatem referre,vnde veternus homini accerſitur: ac
radicis corticem vehementiſsimum non refrigerare
modo,ſed etiam ſiccare.Plinius libro 25. Recentium
ſuccus peſtis eſt: ſic quoque noxiæ vires.Grauedinem
afferunt etiam olfactu. quanquam mala in aliquibus
terris mandantur,nimio tamen odore obmuteſcunt i-
gnari. Potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis
ſomnifica pro viribus bibentium: Theophraſtus libro
42 6.De cauſis plantar.† Neque vero omnes dulces ſapo-
res idonei ſunt hominibus , ſed alij in inſaniam infe-
runt,vt radix quæ carduo ſimilis eſt:alij ſomnum con-
ciliant,& ſi copioſius dentur,mortem afferunt,vt man
43 dragoras.† Occurritur autem huic veneno, priuſquã
veternus obtingat,vomitu & aqua mulſa:deinceps ve
ro conducunt nitrum & abſinthium cum paſſo aut vi-
no dulci.Dioſcorides libro 5.ca 16.Paulus Aegine.lib.
5.capit.45 Non reticebo Apuleij locum,quo vim & ef
fectum huius veneni luculenter explicauit,necnõ pœ
nam,quæ illud porrigentibus eius ætate irrogabatur.
44 † Is aſini aurei lib.10 nouercam quandam commemo
rat,quæ emptum à ſeruo venenum ſcelerate iuſsit pri-
uigno parari:cumque filius illud imprudens hauſiſſet,
eius ſceleris priuignum inſimulauit. Cúmque medi-
cus,qui venenum vendiderat,Non patiar,inquit,de in-
nocente iſto iuuene ſupplicium vos ſumere , vel ſeruũ
ludificato iudicio , pœnam noxij facinoris euadere.
Dabo enim rei præſentis argumentum. Nam cum ve-
nenum peremptorium comparare peſsimus iſte geſti-
ret,nec meæ ſectæ crederem conuenire cauſas vlli pię
bere mortis,nec exitio,ſed ſaluti hominum medicinã
quæſitum eſſe didiciſſem:verens ne ſi daturum mene-
gaſſem intempeſtiua repulſa viam ſceleri ſubminiſtra
rem,& ab alio quopiam exitialem mercatus hic potio
nem,vel poſtremum gladio, vel quouis telo nefas in-
choatum perficeret,dedi nó venenũ, ſed ſomniferum
mandragoræ illum grauidinis compertæ famoſum, &
morte ſimillimi ſoporis efficacem. Nec mirum deſpe-
ratiſsimum iſtum latronem certum extremæ pœnæ.
quæ more maiorum in eum competit, cruciatus iſtos
vt leuiores,facile tolerare.Sed ſi vere puer meis tempe
ratam manibus ſumpſit potionem , viuit & quieſcit.
Quare pater ſuis ipſe,manibus operculo capuli remo
to commodum diſcuſſo mortifero ſopore , ſurgentem
poſtliminio mortis deprehendit filium,eúmque com-
plexus arctiſsime verbis impar pręſente gaudio, pro-
ducit ad populum.Iámque liquido ſerui nequiſsimi at
que mulieris nequioris patefactis ſceleribus.procedit
45 in medium nuda veritas, † & nouercę quidem perpe-
tuum indicitur exilium.ſeruus vero patibulo ſuffigi-
tur. Ait Marcellus eum quoque pœna legis Cornelię
46 de ſicariis & veneficis teneri, qui † *cantharidas* dede
rit. Et recte quidem.nam,ſicut Plenius libro 29.ſcribit,
ipſę venenã ſunt porę.veſicę cum cruciatu pręcipuo.
47 † Ideo Neronis tempeſtate medicus ex Ægypto voca
tus,Coſsinium equitem Romanum potu cantharidum
interemit,vt idem Plinius eſt author. Eas quoque L.
Craſſo accuſante.Caius Carbo ſumpſiſſe dicitur , ne
meritas pœnas lueret,vt Cicero libro nono epiſto.ad
48 Pętum ſcripſit. †Sunt & obiectæ Catoni Vticenſi,ceu
venenum in auctione regia vendidiſſet : quoniam eas
ſeſtertiis ſexaginta addixerat, vt Plenius quoque pro-
didit. Satis vero Theodorus Cyrenęus vim cantha-
ridum lęthalem eſſe indicauit,cum Lyſimacho mortem
minanti,vt Cicero libro quinto Quęſtion. Tuſculan.
49 refert. † Magnum vero,inquit, effeciſti, ſi cantharidis
vim conſequutus es. Ariſtoteles libro quinto De hi-
50 ſtoria animal. ſcribit † canthari das ex erucis pyri,pi
ni,atque etiam ſentis caninæ oriri : quoniam in his
vermes fiant.Plinius libro vndecimo capitu.trigeſimo
quinto. Cantharides vermiculi ficorum, & pyri, &
peupuces, & cynachantę. Venenum hoc remedium
ſecum habet. Alę medentur,quibus demptis lęthal
51 le eſt. † Nos cantharidas ſępe vidimus in cacumine
ramorum fraxini , cuius frondes ſolſtitio totas fere e-
rodunt, nec in cęteris arboribus ita facile viſuntur.
52 † In his qui eas ſumpſerunt, ſigna ſunt grauiſsima.
Nam ab ore vſque ad veſicam , cum erodi ſentiun-
tur:& cum ęgre lotium reddant,tum ſępe cum eo ſan
53 guinem emittunt. † Valet contra eas ruta,lac, atri-
plex,muſtum,vinum dulce.necnon anſerinum, ouile,
& caprinum ius.Dioſcorides libro ſexto capit.primo,
Paulus Aegineta libro quinto.capit.31.Cornelius Cel-
ſus libro quinto.cap.27.Plinius libro 20.capit.13. & 20,
lib.8.cap.9.& 10.

Merito igitur pigmentarij,qui tam noxia pharmacę

temere dederunt, legis Corneliæ pœnas dependent.
Quod plenius accipiendum esse puto, vt ad eos quo-
que pertineat, qui alia exitialia venena hominis necan
di causa porrigunt: cum longe grauius sit veneno mor
tem inferre, quàm occidere gladio, l. j. C. de malefic. &
54 mathem. † Venenum autem homine perempto, tribus
potissimum signis deprehenditur, quæ Suetonius his
verbis expressit: Germanicus Cæsar Antiochiæ obiit,
non sine veneni suspicione. Nam præter liuores, qui
toto corpore erant, & spumas, quæ per os fluebãt, cre-
mati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est,
cuius ea natura existimatur, vt tinctũ veneno igne cõ-
fici nequeat. Quod & Plinius obseruauit libr. 11. cap. 37.
55 Sed quid † de medico & pharmacopola dicemus, qui
noxia medicamenta pro salutaribus propinant? Et qui-
dem si scienter id fecerint, summo supplicio afficien-
tur, l. ij D. ad legem Pomp. de parricid. si per imprudẽ-
tiam, puto eis ignoscendum. cum etiam doctissimi in-
56 terdum fallantur, l. j. D. de vent. inspic. † At si culpa sua
quicquam tale admiserint, quia forte eam sibi scientiã
arrogabant, ac palam profitebantur, qua satis instructi
nondum erant: aut prius pharmaca conficiebant, vel
describebant, quam morbi causas, & simplicium medi-
camentorum naturam mente & animo lustrassent, &
sagaciter perquisissent: magis est vt meritis pœnis sub
dantur, l. illicitas. §. sicuti D. de officio præsidis. l. idem
iuris. §. vltimo. D. ad legem Aquiliam. Paul. lib. 5. Sentẽ.
tit. xxv. Quod ad eos trahendum est, qui susceptam ali
cuius curationem dolo vel culpa derelinquunt, l. qua
actione. D. ad l. Aquiliam. §. præterea. de l. Aquil. Et ve-
ro cum medici herbas & earum vim plerunque nõ no-
rint, nec causas morborum penitus (vt res tanta postu
57 lat) perscrutentur, fieri non potest quin † eorum phar
maca læthum multis mortalibus inferant: præsertim
58 cum ab iis pharmacopolis conficiantur: † qui cum re-
rum omnium expertes sint, tum herbam pro herba fa-
cile vsurpant, & noxia pro salutaribus tradunt. Et vti-
nam cum eo rerum nunc deuentum sit, ob impunitatẽ
maleficiis medicorum propositam, omnes Asclepiadis
consilium sequerentur, qui, vt Plinius lib. 26. ait, cum to
tam medicinam ad causas reuocasset. hæc sufficere re-
59 media affirmauit: † abstinentiam cibi atque vini, frica
tionem corporis, ambulationem, & denique gestatio-
nes. Sed longius labor, rei grauitate commotus, quod
eorum perhorrescam facinora, qui in periculo tam
impudenter & scelerate probos & generosos homines
fallunt.

Illud reliquum est, quod Marcellus ait. *aut si quid*
60 *lustramenti causa dederint*: id est ad maleficium. † Lu
strare enim inter cætera significat expiare. Cum autẽ
in expiationibus, præsertim magicis, res veneficæ &
carmina adhiberentur, inde factum est, vt lustrare pro
61 fascinare accipiatur: & † lustramentum in incantamẽ
to, carmine venefico, & præstigiis, quibus homines fal
li, illudi, & fascinari solent. Ouidius libro 10. Meta-
morph.

-Magico lustrabere ritu,

At in præstigiis, fascinationibus, & veneficiis, pocu-
la, vnguenta, animalia, herbæ, characteres, imprecatio-
nes, & cætera id genus maleficia adhibentur, quemad
modum Porphyrius docet in libro De sacrific. Psellus
in lib. De dæmonib. Cornelius Agrippa lib j. de occult.
philosoph & in lib. De vanitate scient. Itaque hic lo-
cus ad Magiam veneficiam, Goetiam & Necromantiã
referri potest, quæ sacris bibliis & legibus Ethnicorũ
62 damnantur. † cap. nec mirum. xxvj. quæstione v. qui ex
libro octauo Etymologiar. Isidori exceptus est, & ta-
men diuo Augustino tribuitur in libr. de ciuitate Dei.
Eiusmodi maleficiorum exempla abunde suppetunt:
Exod. capit. 7. & capit. 8. 1. Regum. capit. 28. & Daniel c.
63 4. † Ac de his Sapient. 12. scriptum est: Exhorruisti illos
Deus, quia horribilia opera tibi faciebant per medica
mina. Et Deuteronom. 18. Ne imitari velis abominatio
nes illarum gentium, nec inueniatur in te, qui lustret fi
lium suum, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscite-
tur, aut obseruet somnia atque auguria: ne sit malefi
cus, neque incantator, neque pythones consulat nec
diuinos: nec quærat à mortuis veritatem. Omnia enim
hæc abominatur Dominus. Sed Ethnicorum perscru
temur, quę hac in re Marcelli responsum adiuuant. Pli
nius libro 27. capitu. secundo ait xij. Tabulis cautum.
64 † QVI FRVGES AVT MALVM CARMEN
INCANTARIT, COERCETOR. Pau. lib. 5.
65 Sent. tit. xxv. † Qui sacra impia nocturnáue obcantaue
rint, obligauerint, fecerint, faciendáue curauerint, aut
cruci suffiguntur, aut bestiis obiiciuntur, vel si hone
stiores sint, capite puniuntur. Idem ait: Magicæ artis
conscios summo supplicio affici placuit, id est, bestiis
obiici aut crucifigi: ipsi autem magi viui exuruntur.
Hoc amplius magicæ artis libros apud se nemini habe
re licet, ac penes quoscunque reperti sint, bonis adem
ptis ambustisque his publicę in insulam deportantur,
humiliores capite puniuntur. Non tantum huius artis
professio, sed etiam scientia prohibita est: hæc Paulus
Eodem pertinet illud Phocylidis,

Φάρμακα μὴ τεύχειν, μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.

Amatoria pocula ne parato, & magicis libris ab-
stineto.

Vlpianus in l. cęterę D. familię erciscund. libros im
probatæ lectionis, vt magicos, in iudicium familię er-
66 ciscundę non venire dicit: † quia protinus corrũpẽdi
sunt, vt corã Apostolis factũ legimus, Act. 19. Idque S. C.
iam olim sancitum fuisse Liuius de Bacchanalibus lo-
quens, prodidit: nimirum vt diligenter conquisiti libri
maleficiorum, palam Vulcano consecrarentur. Quam
obrẽ diuus Augustinus priscos illos Romanos in cœ
lum laudibus effert, quod suis legibus magiam semper
67 damnarint. † Quo pertinet iudiciũ illud Tiberij, qui,
vt Dion Coccius scribit, Astrologos Magosque pere
grinos morte affecit, & ciues Romanos misit in exi
lium: nisi veniam deprecati fuissent, vt Trãquillus ait,
68 & artem se desituros promisissent. † Sic enim Dionis
locus ex Tranquillo intelligi debet, & contra: licet
Tranquilli enarratores id non obseruarint. Extant in
codice Theodosiano & Iustiniano multæ principum
69 constitutiones, † quę maleficiis summum supplicium
irrogant: vt qui tam scelerata facinora in perniciem
generis humani moliuntur, tandem meritas pœnas
luant, l. j. & sequentib. C. de malefic. & mathem.

An ob damnum à suis columbis illatum quis teneatur: & an liceat columbarium in territorio domini superioris contra illius voluntatem extruere.

SVMMARIVM.

1 *Damna à columbis illata, an earum dominus præ-*
stet.
2 *Columbæ plus commodi, quàm incommodi affe-*
runt.
3 *Cibaria columbarum.*
4 *Victus columbarum innocuus.*
5 *Columbarum fera est natura.*
6 *Lex noxiam vindicat, etiam non quadrupedis a-*
nimalis.
7 *Columbæ sunt in dominio nostro.*
8 *Furti tenentur, qui alienas columbas capiunt.*
9 *Item, qui in alieno leporario venantur.*
10 *Gallinas, vel anseres in viridario nostri deprehensas.*

an

an liceat in Gallia occidere.
11 *Dominus iumenti, quod damnum intulit, illud sarcire tenetur.*
12 *Damni occasionem præbens, damnum dedisse videtur.*
13 *Fœcunditas columbarum.*
14 *Pretia columbarum.*
15 *Furum receptatores puniuntur.*
16 *Reiecta vulgaris opinio.*
17 *Quorum animalium lex noxiam vendicet.*
18 *Feræ bestiæ furtum non committunt, cum iniuriam facere non intelligantur.*
19 *Columbaria ædificantes, si nullas in confinio possessiones habeant, ob damnum à columbis illatũ tenentur.*
20 *An liceat iuxta alterius segetem ædificare.*
21 *Cur ventus areæ non debeat impediri.*
22 *Vbi locanda sit area, & qualem esse oporteat.*
23 *Area quomodo fiat.*
24 *An tepidarium habere liceat iuxta parietem communem.*
25 *An in territorio domini superioris citra illius voluntatem, columbarium extruere liceat.*
26 *Vectigal nunquam antea præstitum, nunc exigi non debet.*
27 *Ante ædes suas recte quis alios piscari prohibet.*
28 *Leges non vtendo non tolluntur.*
29 *Onera clientibus imponi possunt, quamuis ante alto tempore imposita non sint.*
30 *Quæ nostræ sunt facultatis, non vtendo non pereunt.*
31 *Construendo columbarium cliens domino superiori non nocet.*
32 *Aedificando licet vicini ædes obscurare.*
33 *Item aquæ vicini venas incidere.*
34 *Molem nam licet facere, quæ aquam alterius impediat.*
35 *Columbaria ædificantes nullum sibi ius superioris dominij arrogant. & 37.*
36 *Conciliata ἀντ*ro̓ιλα.*
37 *An ius aliquod inducatur, eo quod quis iure sibi competente longo tempore vsus non est.*
38 *Furnum an soli domino superiori habere liceat.*
40 *Aemulationis causa prohibitum est columbaria ædificare.*
41 *Non licet altius ædes tollere, ob videndas moniales, aut pulchram vxorem vicini.*

Caput 17.

SAEPE ex facto interrogatus fuit, an do-
minus columbarum damni nomine tenea
tur, quod illæ vicinis inferũt: & an liceat
in territorio domini superioris, citra il-
lius voluntatem, columbarium extruere.
Quæ cum scitu dignissima sint, nec satis adhuc à no-
stris agitata, ideo accurate & diligenter excutienda es
1 se putaui. †Primum igitur videamus, an habens colũ-
bas damnum vicini inferentes, eo nomine teneatur. Et
non teneri. Clauasius in sua Summa post Asten. libr. 5.
2 cap. 29. prodidit. †Quicquid enim detrimenti agris vi
cinorum à columbis infertur, id cum vtilitate & com-
modo compensari debet, quod eadem animalia affe-
runt: argumet. l. j. §. vltim. D. de aqua plu. arcen. Est nã-
que stercus columbarum agris vtilissimum, vt Plinius
ait lib. 17. cap. 8. & Cato cap. 96. cum illud calidissimũ
sit, & modice sparsum terram fermentet: atque ideo
præstantissimum omnium habeatur, vt author est Var
ro libr. 3. cap. 38. & Columella lib. 2. cap. 15. Est & ea, vt
3 quidam referunt, natura colũbarum, † vt infestos pro-
bis seminibus vermes & frugum noxiarum grana aui-
dissime comedant? veluti eruum, vicia, milium, & lo-
lium, quibus seminibus agri infectantur, vt idem Co-
lumella prodidit. Sicque comesis noxiis illis rebus, &
dimisso vtilissimo illo stercore, optimam agrorum ef-
4 ficiunt conditionem. †Quare earum victus à diuo Au-
gustino innocens dicitur in c. non omnis. ij. quæstion.
vij. & Archidiaconus eadem in hypothesi atque quæ-
stione, eleganter denotat victum columbarum rerum
possessoribus nõ efficere. Ego autem id magis intueor
5 atque expendo, † quod columbarum fera est natura,
& victus earum vbi naturalis, §. patronum. de rerum
diuision. Quare absurdum esset quem de victu colum-
barum quæri, cum illum natura brutis omnibus ani-
mantibus concesserit: præsertim cum grana vi rostro-
rum aut vnguibus non eruant, vt multæ aues, & alites,
oscines: sed ea demum columbæ edant, quæ terra non
operiuntur, atque ideo germinare non possunt. Ex di-
uerso tamen vicinus quondam noster Auriolus, in ru-
brica de iniuriis, apud Bonifacium, Antonij authorita
te nititur, qui in sua summa audacter prodidit, detri-
menta omnia, quæ rerum possessores ex victu colum-
barum traxerint, cogendum esse illarum dominũ sar-
6 cire, †Si enim lex noxiam, si pauperiem, non quadrupe-
dis modo, sed & alterius cuiuslibet animalis vindicat,
l. hæc autem actio. D. si quadru. paup. feciss. dicat. con-
sequens esse videtur, etiam detrimenta eiusmodi, quæ
à columbis culpa dominorum inferuntur, præstari o-
7 portere. †Sunt enim in dominio nostro columbæ, quas
in columbariis habemus, sicut & apes alueo inclusæ:
quamuis euolare & reuolare soleant, §. apum. instit. de
8 rerum diuisi. †Itaque si quis eas apprehendat, furti no
bis obstringetur, l. Pomponius. §. j. D. famil. erciscund.
9 †Quod ad eos quoque pertinet, qui in alieno viuario
seu leporatio venantur. & ad eos qui columbas nostras
occidunt, vt docte Boerius scripsit sub titu. de consue.
prædior. §. v. & Guido decision. ccxviij. & Benedictus
in tractatu successiom. ab intestat. numer. 8. n. Idque in
Gallia diligenter custoditur, vt faber ait in §. in his. de
rerum diuision. & Chassan. sub titulo. *Des forests.* §. ix.
10 † Quanquam pluribus gallinis vel anseribus in viri-
dario nostro deprehensis. vnum & alterum occidere li
ceat, authore Petro Iacob. Aurel. tit. de actione de pau
per. & Boerio de consu. præd. §. v. Igitur cum columbæ
in dominio nostro sint, consequens est vt dicamus. ob
11 noxiam paupericmue earũ teneri nos oportere. †Præ-
clare Moses Exod 22. Si læserit quispiam agrum vel vi-
neam alterius, & dimiserit iumentum, vt depascat alie
na, pro damno æstimationem restituet. cap. si læserit. de
iniuriis. Quod de iumento dũtaxat proditum, ad co
lumbas rectissimè protendetur. Primũ, quia æque ma-
gnum damnum grex columbarum inferre iactis semi-
nibus potest, necnon spicis maturescentibus, atqui vel
cum iumentum, vt exemplo sturnorum & graculorum
12 edocemur in l. ex conducto. §. j. D. locat. deinde, † quia
semper qui occasionem damni præstat, damnum dedis
se videtur, l. qui occidit. §. j. D. ad l. Aquiliam. l. is dam-
num. de regul. iur. Aequum est itaque, & rationi ma-
gnopere conueniens, eum qui frequentem gregem co
lumbarum habet, ex quo magna compendia facit, de-
trimenta omnia, quæ inde vicini traxerint, præstare. Et
sane columbarum magna est fœcunditas, solẽtque
13 dominis magnum quæstum afferre. †Nam octies an-
no secundum Columellam pariunt: secundum Aristo-
telem lib sexto de historia animal. capit. 4. Athenæum
lib. 9. Dipnos. capit. 16. & Plinium lib. 10. capit. 53. decies
aut vndecies: & secundum Varronem libro 3. capitu. 7.
fere totum annum. Paria autem singula columbarum
14 cum magno semper venierint, † tum ætate Varronis
ducenis nummis, & cum eximia erant, singulis milli-
bus sestertiorum vendebantur, Sunt & inuenti tẽpore

Columellæ,qui quaternis millibus nummum binas co
lumbas mercarentur,vt idem author scripsit libro 8.
capit.8.Quare æquum est,vt tot habens commoda,de-
trimentorum sit quoque particeps,quæ sua culpa aliis
inferuntur,l.secundum naturam.de regulis iuris.l.si i-
gitur.D.pro socio Neque enim natura patitur cum al-
terius detrimẽto quem fieri locupletiorem,l.nam hoc
natura.de condiction.indebit.l.iure naturæ. de regu-
lis iuris. Porro si à brutis ad personas ob similitudi-
15 nem rationis,argumentari liceat, † cum furum rece-
ptatores acriter puniantur,l.prima D.de receptato. di
cendum quoque erit dominos,atque ideo receptato-
res columbarum,ob res à columbis surreptas, multari
grauiter oportere.
16 . Sed † ego magis priorem sententiam probo, vt do-
minus columbarum ob damnum ab illis illatum,con-
ueniri nequaquam possit.Itaque quod adduximus ex
l.hæc autem actio.D.si quadrup. paup. fecisse dicatur.
17 & Exod.22.capit. † ad cicures tantum & mansuetas
bestias pertinet,quæ custodia nostra debent contine-
ri.At columbarum fera est natura, nec mansuefactæ
creduntur,quamuis ex consuetudine auolare & reuo-
lare soleant,l.naturalem.§ pauonum.de acquir.rerum
domin.Itaque si cui damnum inferãt, æquum non est
earum dominum teneri:nec tunc locum habebit regu
la,iure naturæ,sicut nec cum quis aucupio alitum,aut
venatione quadrupedum,ditescit,quæ rebus alienis al
tæ sunt.Sed nec dominus columbarum, furum rece-
ptator videri potest: siquidem furtum sine affectu fu-
18 randi non committitur,† qui brutis & feris animali-
bus non inest,l.3. ff si quadrup. paupe, fecisse dicatur.
19 †Ego tamen non grauate fateor, eum,qui columba-
ria extruxerit, cum in confinio nullas aut perpaucas
possessiones haberet,,si quid incõmodi columbæ vici
nis inferant,eo nomine teneri.Nec mihi probatur eo-
rum sententia,qui putant eo casu compelli dominum
posse columbaria sua demoliri.Etenim is potest alimo
niam columbis quotidie suppeditare, ita vt nemini
amplius noceant.Est & naturalis ædificandi libertas,
quæ nisi seruitus debeatur,impediri nequaquam de-
bet,l.altius.l.in ædibus.& l.si tibi.C.de seruit. & aqua.
20 † Vnde efficitur perperam Florianum & Cæpollam
sensisse,prohiberi ædificantem posse,nec cœptum o-
pus continuet,quod vicinorum segetibus officiat.Mo
uentur illi l.vltim.§.vltim.C. de seruitut. & aqua.vbi
prohiberi quis potest in suo ædificare, si idoneum &
sufficientem ventum areæ alterius auferat. Mouentur
l.fistulam.§.vltimo.D.de seruitut.vrbanorum prædio-
rum.vbi si talis sit vsus tepidarij, vt assiduum humo-
rem habeat,Neratius ait posse vicinum prohiberi, ne
in triclinio suo vel cubiculo aquam effundat, quoniã
21 alteri nocet.† A. in l vltima.C.de seruitut.& aqua.pu-
blica vtilitas facit,vt quis in suo ædificare prohibea-
tur:quæ ratio supra positis casibus cessat.Vt enim quis
columbaria habeat, vel iuxta alterius segetem ædifi-
cet,aut non, publice nihil interest,vt priuatim mini-
mum. Priore etenim casu,si neque victum dominus
columbis suppeditet, neque in confinio possessiones
habeat,cogetur illis cibaria suppeditare, & damnum
omne sarcire,vt iam ante demonstrauimus.Posteriore
autem casu neque sterilis, neque infrugifer vicini a-
ger redditur,cum exiguæ portioni terræ ædificiũ mo-
dice tantum officiat: cuius rei ob naturalem ædifican-
di libertatem,habendã non est ratio. At ventum areæ
ædificiis non impediri, multum priuatim & publice
22 interest, † Etenim area vbique locari non potest, vt
Varro libro primo de re rustica.capit.51.ait, & Colu-
mella libro secundo.capit.20.sed in sublimi tantum lo
co,quem perflare possit ventus,longe, vt inquit Palla-
dius,ab hortis. vinetis atque pometis: vt sic grana ex
spicis excusse,leni flante vento, qualis est Fauonius,
gallis sublatari aut ventilabris possint: quo paleis im-
mista frumenta separentur, & quod leuissimum est in
frumento,& acus dicitur,foras extra aream emittatur.
23 † Solet autem,vt M.Cato capit.91.& 129.libr.de re ru-
stica scribit,& Columella libro secundo.cap.20.amur
ca bis & sæpius area conspergi: vt neque cum pluet,
lutum fiat,neque formicæ noceant, neque herbæ na-
scantur.Quod cum summis impensis & laboribus fiat,
& alibi æque commodus locus inueniri non possit,ra
tio non patitur rem tam publice vtilem, & priuatim
necessariam alterius facto iniusto & scelerato inutilẽ
reddi.Publica certe in eo consistit vtilitas, quod fru-
gum perceptio impediri non debeat,quibus homines
aluntur:priuata autẽ iam adductis rationibus expres-
sa est,quas inculcare superuacaneus labor esset. Sed
refellamus l.fistulam.de seruitut.vrbanorum prædio-
24 rum. † Ibi autem prohiberi quis potest,quominus te-
pidarium habeat secundum parietem cõmunem,quo-
ties illud vicino nocet,& aliquid in domum illius im-
mittitur.In suo enim hactenus facere licet, quatenus
nihil in alienũ immittitur,l.sicuti.§.Aristo.& l.si quan
do.§.secundum D.si seruit.vindi. At cum tepidarium,
quod secundum communem parietem est,assiduũ hu-
morem habet:& communis parietis refectionem im-
pedit,& facit vt is perpetuo madescat, atque ideo, vt
humor,& inde fluens aqua in ædes vicini transmittan
tur.Quod nostro casu non euenit,vt ex iam dictis per-
spicuum esse puto.
25 Nunc videamus † an intra territorium domini su-
perioris,columbarium extruere liceat Et si nunquam
extructum sit,nostris placuit non licere.Si enim in pu-
blici fluminis diuerticulo solus pluribus annis pisca-
tus,recte alios eodem *iure vti prohibet, l.si quisquam.*
D.de diuers.& tempor.præscription.dicendum esse vi
detur,dominum superiorem,qui solus ante multos an
nos columbarium in suo territorio habuit, alios eo-
26 dem iure vti prohibere posse.† Sane earum rerum ve-
ctigal,quarum nunquam præstitum est, præstari non
oportet,l.licitatio §.earum.D.de publica. & vectigali.
Similiter igitur efficere cessatio debet,ne liceat vecti-
galibus,qui nihil antea tale moliti sunt, nunc colum-
baria in territorio domini superioris habere. Equi-
dem consuetudo inducitur, atque adeo ius, eo quod
clerici vxorem habentes diu intonsum verticem gesse
rint,capitul Ioannes.de cleric.coniugat. Induci igi-
tur & ius debet,eo quod solus dominus superior colum-
27 bariũ antea habuerint.† Illud hanc sententiam adiu-
uat,quod si iure quis alios ante ædes suas piscari pro-
hibet.l.iniuriarum.§.vltimo.D. de iniuriis. iure etiam
dominus prohibebit alios intra suum territorium co-
lumbaria ædificare.Sunt qui probant,& sine vlla cun-
ctatione recipiunt, quoties in re clientali seu fiducia-
ria columbarium ędificatur,prohiberi ędificantẽ pos-
se:quippe cum ius dominicum hoc sit,ne clientibus &
emphyteutis columbaria habere liceat,sicut nec lepo
raria,sine domini superioris assensu. Author Chassa-
neus titul.*Des forests*.§.ix.Si quis igitur talia cõstruat,
iure dominus eum prohibebit. Nec videri poterit ius
28 illud non vtendo amisisse:†cum leges,scita populorũ,
& iura eiusmodi non vtendo, nunquam abrogentur
neque pereant. Si enim abhinc multos annos Her-
maphroditus non fuerit,ideo nullus recti iudicij vir
dixerit,nato nunc Hermaphrodito,l.quæritur. locum
non fore.Plane non vtendo ius dominicum nunquam
29 tollitur. † Ideoque superior dominus potest clienti
bus suis indicere munera:licet eis nullũ ante onus im
positum fuerit.Bald.in l.imperium. Iason in l.falso.de
diuersis rescriptis Panormitanus in capitu.Ioannes.de
cleric.coniugat.Felinus in capitu.cum accessissent.de
30 constitutionib.†Sed & ea quę nostri arbitrij sunt, &
meræ,vt dicitur, facultatis non vtendo nequaquam
pereunt,nisi intercesserit prohibitio:Chassaneus titu.
Des droits.§ xviij.Alexander consilio cxxviij. volu.ij.

At prohibuisse superior dominus non potest, cum nemo antehac intra illius diœcesim columbarium ædificarit, nec quicquam tale molitus fuerit. Ergo ius illud impediendi prohibendíque ne quisquam in suo territorio columbarium ædificet, nō vtendo dominus non amisit, l. hæc autem iura. D. de seruitut. vrban. l. & Attilicinus. de seruitut. rusti. Perspicuum est igitur columbaria in territorio domini superioris absque illius assensu extrui à clientibus aut emphyteuticis non posse.

Sed multa in contrarium vrgent, quæ superioribus probabiliora videntur. Primū vrget, quod cliens à domino prohiberi non debeat id facere, quod sine dispēdio domini est futurum, l. j. §. idem aiunt. & l. ij. §. item Varus D. de aqua pluuia arcenda l. in creditore. ff. de
31 euiction. † At cliens seu emphyteuta construendo columbarium, domino superiori non nocet: quinimmo meliorem & suam, & domini superioris conditionem facit: siquidem re pluribus ædificiis ornata, futurum est vt ex venditione illius maiora laudimia dominus consequatur. Quare prohibendus cliens non erit extruere columbarium. Quod ad cæteros quoque trahēdum est, vt scilicet possint intra diœcesim domini superioris habere columbaria: quandoquidem domino superiori non nocent. Et quamuis officerent, tamen dominus non rectè quereretur, cum eleganter Vlpia-
32 nus scribat in l. cum eo D. de seruitut. vrban. † cum eo qui tollendo vicini ædes obscurat, nullam competere actionem. & Pomponius in l. si in meo. D. de aqua plu-
33 uia arcenda. † Si aquæ erumpentis in meo fundo venas incideris, & ob id desierit ad me venire, si nulla fuerit seruitus, eo nomine te non teneri. Eodem pertinet l. fluminum. §. vltimo D. de damno infecto. Si in domo mea puteum aperio, quo aperto, venæ putei tui præcisæ sunt, an tenear? Et ait Trebatius non teneri me dāni infecti: neque enim existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua iure meo vsus sum. Accedat l. proculus. eodem sub titulo D. Ait Vlpianus. stipulatione damni infecti non teneri. qui iuxta ædes alienas altius ædificia tollit, aut in suo agro cuniculo vel fossa aquam alterius auocat: scilicet quia non debet videri is damnum facere, qui suo iure vtitur. Similiter igitur clientes, emphyteutæ, aut alij rerum domini atque possessores, damnum domino superiori inferre videri non debent, cum in suo solo columbaria ædificant, nec ideo possunt conueniri. Quamobrem mihi valde probatur quod Accursius & sequaces prodiderunt in l. si manifeste. C. de seruitut. & aqua. & l. quomi-
34 nus D. de fluminibus. † prohiberi quem non posse molētrinam seu pistrinum in superiore fluminis loco facere, quamuis moletrinæ alterius aquam præripiat, vel aliqua ex parte præcludat. Est enim ædificandi naturalis libertas, ac proinde nostro casu acerbum videtur natura & legibus concessa ædificandi facultate, ob cōtrariam superioris domini voluntatem quem impediri, nisi forte seruitutem debitam esse appareat, l. altius. aliisque id genus. Illud porro me mouet, quod columbæ in patrimonio nostro sunt, & ideo furti nobis obstringuntur, quæ eas apprehendunt, vt supra ostensum est ex l. Pomponius. D. familiæ erciscundæ. Ex eo enim efficitur haberi eas à clientibus & aliis posse:
35 † cum nullum sibi ius superioris dominij arrogent, qui eas habent: sed illis duntaxat animalibus, quasi pro priis vtantur, quorum vsus omnibus concessus est, l. iij. §. feras bestias. D. de acqui. possess. l. vsufructuarium. D.
36 de vsufruct. † Nunc diluamus argumenta, quæ iuris ciuilis & Francisci interpretes in diuersam sententiam impulerunt. Quod primum adduximus ex l. si quisquā. D. de diuer. & tempor. præscriptio. omnino repugnat l. vltim. D. de vsucapion. Papinianus ait præscriptionem longæ possessionis ad obtinenda loca iuregētium publica, concedi non solere: quod ita procedit, si quis ædificio funditus diruto, quod in litore deposuerat, occupanti datam exceptionem opponat: vel si quis, quod in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure vti prohibeat. Igitur qui piscari desiit, nullam potest longi temporis obiicere præscriptionem: cum res ad pristinam conditionem redierit, & secundum ius gentium omnibus sit piscandi facultas. §. & quidem. & §. riparum. de rerum diuisione. At cum quis longo tempore piscatus est, & adhuc in publici fluminis diuerticulo piscatur, rectè is alios eodem in loco piscari prohibet. Non enim plures eodem in alueo publici fluminis commode piscari possunt: quanquam in confinio. aliisque in locis eiusdem fluminis iure omnibus piscari liceat. Quare nec emphyteutas, nec alios impedire superior dominus poterit, quominus columbaria in suis prædiis ædificent, cum piscari omnibus in flumine publico liceat, modo extra alueum, in quo aliquis ius piscandi longo vsu sibi quæsiuit.

Quocirca, vt l. licitatio. & c. Ioannes. respōdeamus,
37 † ob cessationem aut non factum nihil effici induciue potest, nisi aliquid cōtra legem ciuilem, pontificiam, aut contrahentium tacitè actum fuerit: veluti cum clerici vxorē habentes diu intōsum verticem gesserunt, aut aliqui vectigal nunquā pensitarunt vtroque enim casu cessatio & non factum, tacitè & in quandam cōsequentiam actum legibus contrarium continent: atque ideo ius quoddam inducunt. At cum cessatio & non factum legibus non repugnant, nihil inde effici induciue potest. Si enim adhinc multos annos nemo Tholosæ ob damnum illatum legis Aquiliæ actionem intenderit, ideóne nunc eadem actio cessabit? Equidem in proposita quæstione probandum est, vt etsi nemo, quoad longissimè hominum memoria extēdi potest, inscio aut dissentiente domino superiori columbarium extruxerit, id tamen tunc liberè omnibus ædificare liceat. Est nanque id arbitrij nostri, ac liberæ potestatis. Quare non vtendo, cum nihil contra ius tacitè, expressè, aut in consequentiam fiat, nō potest præscriptio aut consuetudo induci, aut libera illa & naturalis ædificandi potestas auferri, l. viam. D. de via publ. Cyn. Bald. & Salicet. in l. j. C. de seruit. & aqua. Panormitan. in cap. Ioannes. de cleric. contingat. Diuersum tamen esse putarim, si clientes vel emphyteutæ sæpius à domino prohibiti, columbaria habere desiissent. Quod egregiè Stephanus Bertrandus
38 consil. clxx. volum. ij. exemplo furni confirmat. † Neque enim ferēdus est dominus superior, qui intra suæ iurisdictionis & imperij limites sibi duntaxat furnum habere licere dicit, quod solus multos annos habuerit. Id enim non sufficit: præterquam si emphyteutæ idipsum molientes, sæpius dominicæ prohibitioni acquieuissent, & deinceps longo tempore solum superiorem dominum clibanum habere passi fuissent: quod
39 & Guido notat decis. cccxcviij. † Porro quod diximus leporaria & columbaria superioris dominij iudicia esse, & solis superioribus dominis competere, omnino falsum est: nisi contrarium suggeret consuetudo, aut lex prædio clientali seu emphyteuticario dicta.
40 Illud ad extremum obseruare conuenit, † quoties æmulationis inuidiæue causa columbarium fieret, prohiberi ædificantem posse, l. prima. §. denique. Marcellus. l. in summa. §. idem Labeo. D. de aqua pluuia arcenda. l. opus. & ibidem Accursius & Bartolus D. de oper. public. Gloss. in l. quicunque. de fund. limitro libro xj. & in l. per prouincias. de ædific. priuat. Chassanæus titul. *Des forests.* §. ix. vbi alios cumulate refert. Neque enim fouendum est hominum malitiis, vt dicit l. in fundo. D. de rei vindication. & c. auaritiæ. de electio. apud Bonifac. Idque plenius accipiendum est, vt etiā pertineat ad pistrinū ad æmulationē alteri⁹ factū,
41 necnon ad ædificia, † quæ altius à dominis tolluntur

ob videndas moniales, aut pulchram vxorem vicini. Imola in l.si in meo. de aqua plu.arcen. Bartol. Ias. & Ripa in l.quominus D.de fluminib. Bal. in c. cum ecclesia Vulterana. de electio, cæteri in l.si manifeste. C.de seruitut. & aqua.

An seruitutes sint habitus, & an vsucapi possint.

SVMMARIVM.

1 *Cur seruitutes incorporea dicantur.*
2 *Noua seruitutis definitio.*
3 *Seruitus qualitas & conditio prædiorum dicitur.*
4 *Noue ostensum l.quid aliud.de seruitutibus non loqui.*
5 *Habitus apud Dialecticos bifariam consideratur.*
6 *Amplitudo an sit qualitas.*
7 *Seruitutes multis modis acquiruntur.*
8 *Quomodo seruitus ad habitum referatur.*
9 *Quidam habitus facile parantur.*
10 *Noua declaratio l.sed si ante. D.de except.*
11 *Seruitutes non vsucapiuntur.*
12 *Longo tamen vsu acquiri possunt.*
13 *Possunt & cum prædijs vsucapi.*
14 *Publiciana actio pro quibus rebus competat.*
15 *Galliæ consuetudo.*

Capute 18.

QVANDOQVIDEM rerum aliæ corporeæ sunt, & aliæ incorporeæ, l.j. de rerum diuisio. §.j. de rebus corpo. inst. seruitutem quid incorporeum esse, cunctandum non est profiteri:
1 † cum omnes corpus efficiens sit aut patiens, nec vlla sit moles seruitutis, quæ feriat sensum, l.seruitutes. in iiij D. de seruitut. Et quanuis rerum incorporearum quædam per se subsistant, vt hereditas, quæ sine vllo corpore iuris intellectum habet. l.hereditas. D.de petit. hered. tamen seruitus subiecto ita adhæret, sine eo vt existere nequeat, l.j. D.communia præ l.§.ideo. de seruit. Quamobrem ante annos plus minus quatuor, cùm librum 8. Pandectarũ enarrarem, seruitutem non inconcinne fortassis definiui,
2 † Habitum extrinsecus accidentem, quo prædia prædiis subiiciuntur. Et vero seruitutem habitum esse. Celsus iuris author prodidit in l.qui fundum. D. quémadmo. seruit. amit. quæ cum vulgo mendosa circunferatur, eam ex Pádectis Florentinis sic restituemus: Qui fundum alienum bona fide emit, si itinere quod ei fundo debetur, vsus est, retinet id ius itineris, atque etiam si precario aut vi deiecto domino possidet. Fundus enim qualiter se habens, ita cum in suo habitu possessus est, ius non deperit.
3 † Eadem ratione seruitus conditio prædiorum nuncupatur, in l.seruo legato. §. si fundus. D.de legat. j. & l.via. §.si fundus D.de seruit. rusti. præd. qualitas in l.cum venderes. D.de contrahé. empt.
4 † Sed quia crebris nostrorũ sermonibus l.quid aliud. de verbo. signif. in hunc sensum vsurpatur, libitum est meam de ea sententiam nunc breuiter & dilucide exponere. Ait Celsus, Quid aliud sunt iura prædiorum, quã prædia qualiter se habétia, vt bonitas, salubritas, amplitudo, quæ verba enarrans Accursius, egregie nugatur, & sententiæ legis graue vulnus infert: quod Alciatus sanare volés, magis exulcerat. Is enim expuncta dictione qualiter, æqualiter reposuit: vt Celsus significare voluerit, eiusdem bonitatis, salubritatis & amplitudinis prædia restitui debere, quoties cõtrahentes pepigissent, prædia cum suis iuribus restituerentur. Quę interpretatio prorsus reiicienda est, cum in omnibus, etiam excusis exemplaribus, qualiter simplex aut geminatum legatur. Sciendum est itaque qualitatem à Dialecticis
5 in habitum & dispositionem imprimis deduci. † At habitus nonnunquam cum re ipsa nascitur, vt in fundo bonitas & salubritas: interdum extrinsecus accidit, vt quædam in homine virtutes, & seruitutes in prædiis. Vnde apparet l.quid aliud. de illis tãtum qualitatibus loqui, quæ cum re ipsa nascuntur: atque ideo ad serui-
6 tutem non pertinere. Dicet quis. † Celsus amplitudinẽ qualitati tribuit, quæ tamen pertinet ad categoriam quantitatis. At si dimensionem intueamur, erit quidem quantitas: si vero formam, qualitas: sed & omnia quæ ad substantiam non pertinent, verbo qualitatis continentur. Quod doctæ ingenij & doctrinæ princeps Aristoteles lib.5. & lib.6. Metaphys. explicat, nedum in lib. De prædicamentis.

Sed remoueamus obices aliquot, quibus iam dicta oppugnátur. Illud vero imprimis vrget, quod habitus non facile quærantur, & quæsiti ægre tollantur. Ad habitum enim ex multis antegressis actionibus peruenitur: atque ideo ex multis dispositionibus cõstat. At ser-
7 uitus facile quæritur, & quæsita facile tollitur. † quæritur enim legatis, l.etiam. D.de legat. iij. quæritur venditionibus, donationibus, aliisque similibus modis, l.si quis diuturno D.si seruit. vind. l.iij D.de vsufru. Igitur seruitus habitus non est. At hoc tam difficile explica-
8 tu non est, quàm prima fronte videtur. † Si enim illam acquisitionem intueamur, quæ longo vsu fit, recte seruitutem habitum appellabimus: cum ea demũ vsu diuturno & decennij quasi possessione acquiratur, & eodem interstitio similiter pereat. Sed & cum seruitus testamento legatur, dare heredem oportet, id est, inducere in fundum legatarium, aut ei patientiam præstare, l.iij. D.de vsufruct. Sicque intuitu illius acquisitionis, quæ testatoris, heredis, & legatarij factum expostulat, seruitus multis actionibus parta, proprie habitus dicitur.

9 Illud porro dici potest, † quosdam aduentitios habitus facile parari, vt morbum diuturniorem, adulteriũ, homicidium, & cætera id genus, quæ tamé quæsita manent, nec facile perimuntur: ac eiusmodi seruitutem esse, quæ semel constituta subiectio semper adhæret, nisi legitimis actibus elidatur, qui tanti sunt pόderis, vt aliud quam dispositionem inferre videantur.

10 Quid dicemus † ad l.sed si ante D.de except. in qua Paulus dicit fundum & viam diuersa corpora esse? Et vt nihil de fæce, quod aiunt, hauriamus, quod mihi videtur, tantummodo depromam, Putarim itaque dictionem, Corpora, improprie eo loco respectu seruitutis poni, & proprie intuitu fundi. Quod ne absurdum alicui videatur, Martiani authoritatem proferam, qui in l.ij. de offic. proconsul. ait, manumitti apud proconsules posse tam liberos quam seruos: quanquam iugo seruitutis non extrahantur, qui illud nunquam subierũt. Sed & Cæsares in l.si donationis. de his quæ vi metusue causa fiunt. in l.contractus. de fide instrumẽtorum. & l.si quis emptionis. C. de præscriptio. xxx. ad verbum contractus transactionem referunt, perinde ac emptionem: licet transactio contractus non sit, vt ex nota. Accursij constat.

11 Ex quibus efficitur, † seruitutes expertes esse vsucapionis. l.seruitutes. in iiij. D. de seruitu. l.si aliena. § j D. de vsucap. cum res incorporeæ non possideantur, l.seruus. §.incorporales. D.de acquir. rer. domi. & sine possessione vsucapio non contingat, l.sine possessione. D. de vsucapio. Sed & vsucapio, adiectio dominij finitur in l.iij. D.de vsucap. Est & iure ciuili comparata, ne rerum dominia sub incerto maneant, l.j. D. de vsucapio. At in seruitute dominium non versatur, l.j. D.de vsufr. lega. Quare nec vsucapio contingere poterit. Ideo lex Voconia seruitutum vsucapionem antiquauit, quæ vsu & consuetudine magis, quã iure aliquo recepta fuerat. vt Paulus in l.sequitur. §.vltimo. D.de vsucapio. ait,

Quod

Quod etsi summum ius suggerat, æquitatis tamen ra-
12 tio effecit, † vt seruitutes diuturno vsu, & longa quasi
possessione acquirantur, l. si quis diuturno. D. si ser-
uit. vindic. l. j. & l. si aquam. C. de seruit. & aqua. l. j. §. vl-
tim. & l. vltim. D. de aqua pluuia arcend. l. apparet. D. de
itine. actúque priua. l. vlti. C. de præscri. long. tempor.
13 † licet & summo iure cum prædiis vsucapi possint, l. si
14 alienā. §. j. D. de vsucapio. Illud discrepat. † quod actio
Publiciana pro seruitutibus detur, l. si ego. §. j. ff. de v-
sucap. quæ pro illis demum rebus competit, quæ vsuca
pi possunt, l. siue autem. §. hæc actio. D. de publicianis.
Sed magis est, vt pro aliis quoque rebus detur. l. cum
sponsus. § in vectigalibus. D. eodem titul. præterquam
si ob vitium vsucapi non possint, §. hæc actio iam cita
15 to. † Hodie in Gallia hoc iure vtimur, vt seruitutes
vrbanæ longo vel longissimo vsu nunquam acquiran-
tur. saltem intra vrbes, quas publice interest ruinis nõ
deformari, l. ij. C. de edifi. priua. l. ij. §. si quis à nemine.
& l. vlti. C. ne quid in loco public. Sicque amplissimus
ordo sæpius Tolosæ iudicauit, & obseruatum quoque
memini à Nicolao Boerio præside Burdegalensi sub ti-
tul. de consuetu. præ. §. v.

Anton. Guib. Costan. Tolosæ. 8. Id. Nouem. 1553.

Quid sit pignus prætorium & iudiciale præter aliorum sententiam declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Noua constitutio pratori explicatio.*
2 *Item iudicialis.*
3 *Pignus iudiciale facto iudicis non inducitur.*
4 *Pignus tam pratorium, quã iudiciale, magistratus constituit.*
5 *Leges aliquot Iustinianei Codicis, de pignore iudiciali noue intellecta.*
6 *Pignoris iudicialis legum authores nominatim non meminerunt.*
7 *Pignus pratorium & iudiciale Iustinianus non secernit.*

Capute 19.

DE pignore prætorio & iudiciali multa cõ
menti sunt interpretes, quorum varias &
inter se dissidẽtes sententias Riparius sin
gulatim commemorat in rub. de pignor.
D. Sed ne in refellendis commẽtitiis alio-
rum opinionibus & tempus & papyrum teram, quis sit
meus hac de re sensus, quoad potero, breuiter & diluci
1 de exponam. † Pignus prætorium, vt ego præter alio-
rum opiniones puto, est quod nulla precedẽte iudicis
cognitione & sententia, prætoris edicto aut decreto
2 constituitur, l. ij. C. qui potior. † Iudiciale autem, quod
lata à iudice sententia, is qui eam exequitur, cõstituit,
Itaque cum Antoninus Imper. in adducta l. ij. de pigno
re prætorio egisset, quod decreto magistratus consti-
tutum fuerat, tandem subdit, partem aduersam poste-
riore loco in causam iudicati eiusdẽ fundi pignus oc-
3 cupasse iussu eius, qui sententiam exequebatur. † Vnde
perspicuum est pignus iudiciale à iudice, qui secundũ
præscriptam formulam iudicabat, non fuisse consti-
tutum, cum is lata sentẽtia officio suo perfunctus fuis-
4 set, l. iudex posteaquam. D. de re iudi. sed potius † à ma
gistratu, qui iudicis à se dati sententiam exequebatur:
túmq; ob causam iudicati pignora capi iubebat. Quod
5 maxime patefacit † l. à diuo Pio. D. de re iud. & l. j. l. ij. &
l. iij. C. si in cau. iud. quas tamẽ interpretes praue ad pi-
gnus prætorium detorserunt. Sed vt libere animi mei
pensa & cogitationes exprimam, ego sępe addubitaui,
num perperam iuris enarratores pignus iudiciale sta-
tuissent: cum semper iussu magistratus, non etiam iudi
6 cis pignora caperentur. † nec vnquam iuris authores il
lius meminerint. Quia tamen pignora, quæ ob causam
iudicati capiuntur, ab illis quæ nulla præcedente iudi
cis sententia prætor constituit, passim legumlatores se
cernunt, magis est, vt pignus iudiciale admittamus.
7 † Quanquam indiscriminatim Iustinianus imperator
iudiciali & prætorio pignore vsus sit, in l. j. & l. ij. C. de
præto. pign. quod iam exoleuissent solennia iudiciorũ,
& magistratus iudicandi munere fungerentur, l. j. & l.
ij. C. de form. l. placet. C. de ped. iudic.

Ant. Guib. Costa. I. Doct. Tolosa, 15. Cal. Decẽb. 1555

An proba sint quædam interpretũ axiomata quæ vulgo circumferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iuris professorum in quibusdam regulis comminiscendis & vsurpandis mos.*
2 *An idem actus contrarios effectus producere possit.*
3 *Sol contraria operatur.*
4 *Venenum noxium & salubre.*
5 *Dies, qua fauore debitoris adijcitur, nonnunquam illius incommodo cedit.*
6 *Ex eodem facto seruus pœnam & præmium consequitur.*
9 *An obligatio sit mater actionis.*
8 *An communis error ius faciat.*
7 *L. Barbarius Philippus. declarata.*
10 *Verba cur reperta.*
11 *Conditiones quomodo impleri debeant.*
12 *Mens auctoris interdum aliud vult, quàm verba suggerant.*
13 *Testatoris voluntas regit conditiones.*
14 *Voluntas defuncti quomodo noscatur.*
15 *Cur seruo dare iussus, ei, non etiam domino dare debeat.*
16 *Quod nullum est, an possit rumpi.*
17 *Nullum variè dicitur: vnde emergit noua interpretatio l. nam etsi. de inoff. rupt.*

Caput 20.

QVAEDAM trita sunt, & vulgo percele
brata iuris axiomata, quæ cum multos
antea fefellerint, & nunc lõge pluribus
imponant, operæpretium me facturũ pu
taui, si ea breuiter strictimq; refellerem
1 † Is est enim multorum leguleiorum mos, ea cæcitas,
atque socordia. nihil vt auidius amplexentur, nec cre-
brius vsurpent, quàm aniles quasdam theseis, quæ nec
iuris authoritate, nec rationis pręsidio munitæ sunt; q;
apud eos religiosum sit, multis præiudiciis cõfirmatas
qualescunque maiorum opiniones improbare. Ego igi
tur, qui non tam iuris professorum authoritate, quàm
rationibus moneor, vulgarissimas aliquot theseis hoc
capite redarguam: vt non modo eas reiiciendas, sed &
in cæteris cautius versandum esse iuris studiosi intelli
gãt. Illud vero imprimis occurrit, quod vulgo dicitur,
2 † eandem rem, eundémque actum contrarios effectus
producere non posse. l. legata inutiliter. de lega. j. & de
adim. leg. & hoc falsum esse multis à natura & iure ci-
uili petitis argumentis euincam. Et primum quidem
3 † Sol planetarum præstantissimus, eadem vi & actione
ceram emollit, & terram indurat. Deinde Plinius libro
24. c. 17. menaidis decocto in aqua succo, protinus sa-
nari ictus serpentium dicit. Eundem effusum in herba,
qui vestigio contigerint, aut forte respersi fuerint, insa
4 nabiles perire. † Quin ex omnibus fere simplicibus ve
nenis noxia & salubria medicamenta conficiuntur, vt

Plinius,Dioscorides,& Paulus Aegineta docent,qui-
bus assensus est Caius in l.quod sæpe.D de contrahen.
5 emp.& l.qui venenum.de verb.signific.His accedit,† q
diei adiectio ad fauorem spectat debitoris,l. eum qui
calendis.§.vlti.D de verb.obli.l.cum tempus.de regul.
iur.& tamen plerunque illius incommodo cedit,vt ex
mora apparet,quæ diei præstitutæ lapsu contrahitur,
6 l.magnam.de contrah.& cōmit.stipul. † Plane seruus,
qui mortuum dominum quasi illicitæ mercis negotia
torem defert,præmium libertatis meretur: & tamen le
gatis atque fideicommissis tanquam indignus priua-
tur:sicque delatio nominis, intuitu eiusdem personæ
contrarios effectus producit pœnam scilicet, & præ-
mium,l.j.D.de his quib.vt indig.Quid memorē actio-
nem empti, quæ ad perficiendam & ad resoluendam
emptionem datur?l.sed Celsus.D.de contrah. empt.l.
ex empto.in princip.& §.si quis virginem.D de actio.
empt.Et hæc,ni fallor,satis arguunt futilem & commē
titiam esse vulgarem illam sententiam,Idem actus ea-
dēmue res contrarios effectus producere non potest.
Nec superioribus facessit negotiū l. legata inutiliter.
de legatis j.& de adimē.lega. quoniam vtrobique Vl-
pianus & Aphricanus voluntatem testatoris spectarūt,
ad quā vis & effectus legati necessario exigendus fuit,
Sed excutiamus illud non minus falsum & vulgare
7 pronuntiatum,† Obligatio est mater actionis : quod
nostri perperam colligunt ex l.licet.§ ea obligatio. D.
de procura.Et vero filia sine matre esse nō potest:mul-
tæ tamen actiones reperiuntur, quas nulla præcedit
obligatio.§.omnium.de actio.quæ autem ratione obli
gationis competunt,illius interitum consequuntur:li
cet deperdita matre filiæ persona nihilominus existat,
vt omnibus est notissimum.Et ne exemplis res careat,
duo subiiciam Quamuis venenum mortem inferat,ne
mo tamen dixerit venenum matrem esse mortis : sicut
nec præsidium à principe constitutum,filia illius obli
gationis dici potest,quæ inter principem & subditos
intercedit:eo quod teneatur suæ ditionis homines ab
hostium incursionibus & iniuriis sartos tectos conser
uare.
8 Vulgaris error effecit , † vt communem errorem ius
facere credatur.Sed valde absurdū est, ius quod sem-
per æquum & bonum est, ex erroribus gigni : præser-
tim cum nihil sit magis contrarium cōsensui quàm er-
ror,qui imperitiam detegit,l.si per errorem. D. de iu-
9 risdict.l.ij.D.de iudic.† Nec moueor l.Barbarius.D.de
officio prætor.Ibi enim populi error seruum liberum
non fecit,cuius statum ignorabat. Proinde nec is vera
prætura functus est:aut frustra Vlpianus dubitaret,an
quæ dixerat,& decreuerat,valerent. Humanitatis ita-
que ratio effecit,vt acta ab eo rata manerent:ne maxi-
mo Reipublicæ malo sopitæ iam lites instaurarentur.
Sed & in l.iij.D.de suppellecti.lega. qui solebat argen
teum cādelabrum argento, non etiam supellectili ad-
scribere,si argentum leget , argenteum candelabrum
debebitur.Idque ob perspicuam voluntatem testato-
ris,quæ potissimum spectanda fuit.l.pater Seuerinam.
l.in conditionibus.D.de condition.& demonstration.
Nec vero in re fuit error,sed tantum in nomine,idque
intuitu ciuilis interpretationis , atque adeo significa-
tionis vsitatæ,& consuetudinis loquendi:quæ cum de
re non ambigitur , manifestæ postponenda est testan-
tium voluntati,l.qui habebat.de rebus dubiis.l. libro-
rum.§.quod tamen.D.de legatis j.§.si quis in nomine.
10 &c.† Verba enim,vt Aristoteles ait, notæ sunt atque
signa nostræ voluntatis : quæ si tacitis nobis intelligi
posset,vt Cicero pro Cecinna scribit , verbis omnino
non vteremur:quia non potest.verba reperta sunt,non
quæ impedirent,sed quæ indicarent volūtatem. Igitur
in ea lege error communi non fuit,sed tantum vnius,
qui cum sæpe variisque sermonibus suam patefecisset
voluntatem,noluerunt iuris authores errorem in vul-
gari nominis significatione,qui agentis consensum nō
excludebat,effectum supremæ voluntatis impedire.
Illud porro reiiciamus, quod in ore est omnium Iu-
11 risperitorum.† conditiones secundum formam præ-
scriptam & conceptionem verborum impleri oporte-
re,l.qui heredi.& l.Mæuius.D.de condition.& demon
strationib.Hoc autem conuellit supremas hominum di
spositiōes,leges innumeras oppugnat , & æquitati ac
rationi aduersatur,quæ nolunt verba mēte & sensu te-
statoris potiora existere.Et vero si ad verba rem defle
ctere velimus,quod testamentum aut suprema disposi-
12 tio non infirmari & conuelli potest?†Licet enim ver-
ba aliquid suggerāt,mens tamen interdum aliud vult,
l.scire oportet.§ aliud.de excusation.tut.Ideo L.Cras-
sus,vt Cicero refert , facile probauit omnibus M.Cu-
rium,qui heres institutus esset ita,mortuo posthumo fi
lio,cum filius non modo non mortuus , sed ne natus
quidem esset,heredem esse oportere. Quid?verbis hoc
satis cautum erat?minime, quæ res igitur valuit?vo-
13 luntas.† voluntas inquam,quæ in conditionibus pri-
mum locum obtinet,regitque conditiones,l.in condi-
tionibus.de conditionibus & demōstrationibus. Ideo
si vir vxori fundum leget, quandocunque liberos ha-
buerit,procreatis ex altero marito liberis conditio ex-
pleta non intelligitur.l.cum vir.de conditio.& demon
stra.Quin propter testantis voluntatē Mæuius,cui fun
dus legatus est,si incapaci ducenta dedisset, cōditioni
parere debet,& ducenta dare,vt ad eum legatus fun-
dus pertineat:licet nummos non faciat accipientis,l.
Mæuius.D.de conditio.& demonstratio.Sed & volun-
tas testatoris facit,vt eo viuo casu conditionis obtin-
gente,nonnunquam conditioni paritum videatur, in-
terdum non nisi post mortem,l.ij.l.hæc conditio.D.de
condition.& demonstratio.Quod satis indicat in con-
ditionibus non tam verba,quam mentem testatoris in
spici oportere.Ideo si fundus alicui legetur,si pupillo
vel furioso pecuniam det:explesse videbitur conditio-
nem tutori vel curatori dando,l.si fundus.de condit.&
demonstrationibus. Sed & filius à matre institutus
sub conditione emancipationis , patre mortuo adire
hereditatem potest:quia satisfactum testatricis volun
tati videtur,cum filius morte patris sui iuris factus est.
14 l.iij.C.de institut.& substitut.† A vero defuncti volū
tatem cum ex multis rerum argumentis,tum ex seipso
vnusquisque recti iudicij vir facile assequetur,si com-
plicatam animi sui notionem euoluat,& probabilibus
15 coniecturis vtatur.Dicet quis,† cur in l.qui heredi. D.
de condi.& demon.heredi seruo dare iussus,ipsi seruo,
non etiam domino dare debet?Vtrū propter rigidam
conditionum obseruationem,an quia testator hoc vo-
luit,aut deniq;,quia quæ facta sunt , non transeunt ad
dominum?quod magis probandum,est.
Porro in nostrorum libris hæc crebra est sententia;
16 †Quod nullū est,non potest infringi,l.nam etsi.D.de
iniust.rup.At ea lex contrarium apertissime probat:ait
enim,Si quis primo gradu sub conditione instituatur,
præterito posthumo,agnatione illius pendente condi
tione rumpi primum gradum.sicq;rūpitur, quod ipso
iure non consistit.Sed si posthumus post defectum cō-
ditionis nascatur, primus gradus rumpi non poterit:
quia nullus est:id est,quia defectu conditionis euanuit
ille gradus.Hic autem nostros verbi homonimia fefel
17 lit:† accipiunt enim nullum pro inualido & inefficaci.
Vlpianus autem eo loco significat primum amplius in
stitutionis gradum non esse,ex quo nimirum constitit
illius conditionem non extituram:atque ideo nō pos
se rumpi,quod non est.His congruit,quod Dioclet. &
Maxi.rescripserunt in l.si dolo.C.de rescindend. ven-
ditione.contractum bonæ fidei dolo initum,licet ipso
iure nullus sit,rescindi nihilominus oportere,ac simi-
lium exēplorum referti sunt iuris ciuilis libris. Ex qui
bus omnibus aliisq;multis,quæ iā à nobis cōmodiore
loco

loco explicata sunt, aut alias explicabuntur, perspicuum est probabiles non esse permultas vulgares regulas, in quibus lapsi interpretes deflexerunt de via, sensimque eo deducti sunt, vt praua pro rectis, & falsa pro veris inscienter vsurparent ac sequerentur: & demum quæ certis casibus constituta erant, ad theseis & generales regulas protenderent. Quod non rerum difficultate, sed inscitia eorum & ignoratione docendi accidit, qui ius ciuile professi sunt. Cum enim difficultas duobus fit modis, plerunque eius causa non rebus, sed nobis inest. Vt enim oculi vespertilionum ad lumen diei se habent, sic multorum animi ad ea quæ manifestissima sunt omnium, vt Aristoteles lib 2. Metaph. ait. In iuris autem disciplina tam lusciosi & cæcutientes in rebus euidentibus permulti fuerunt, quod cum nulla cognitione rerum, nulla scientia instructi ad eam artem accessissent: tum parum defixerunt animos, & intenderunt in ea, quæ perspicua erant, vt quanta luce circunfusa essent, agnoscerent. Quare qui animis & cogitatione iuris scientiam comprehendere volent, aut in ea aliquid laude dignum præstare, necesse est vt sibi literarum adiumenta parent, quæ rerum naturam, quæ hominum mores, & recte dicendi atque disserendi rationem contineant. Sic praua à rectis, falsa à veris, iusta ab iniquis facile secernet: & longa breuiter, obscura dilucide, & dispersa ac dissipata via ac ratione docere poterunt. Quam vt omnes voluntatem suscipiant, Deum Opt. Max. patré redemptoris nostri IESV CHRISTI ex animo precor: sic enim omnia vberiora & illustriora fore prospicio.

FINIS.